

CORPUS JURIS CANONICI.

POST

JUSTI HENNINGII BOEHMERI

CURAS

BREVI ADNOTATIONE CRITICA INSTRUCTUM

AD EXEMPLAR ROMANUM

DENUO EDIDIT

AEMILIUS LUDOVICUS RICHTER

JURIS UTRIVSQUE DOCTOR ET IN ACADEMIA MARBURGENSI PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS.

OPUS UNO VOLUMINE ABSOLUTUM.

PARS II.

IN QUA DECRETALIVM COLLECTIONES CONTINENTUR.

S. REVERENDI CONSISTORII CATHOLICI PER REGNUM SAXONIAM
APPROBATIONE EDITUM.



LIPSIÆ

SUMTIBUS ET TYPIS BERNH. TAUCHNITZ JUN.

MDCCCXXXIX.

CANONES ET DECRETA

SACROSANCTI OECUMENICI

CONCILII TRIDENTINI

SUB PAULO III. IULIO III. ET PIO IV.

PONTIFICIBUS MAXIMIS.

CUM PATRUM SUBSCRIPTIONIBUS.



S. REVERENDI CONSISTORII CATHOLICI PER REGNUM SAXONIAE
APPROBATIONE EDITUM.

B. J.

LIPSIÆ

SUMTIBUS ET TYPIS BERNH. TAUCHNITZ JUN.

MDCCCLXXXIX.

DECRETALES

D. GREGORII PAPAE IX.

SUAE INTEGRITATI RESTITUTAE.

EXPLICATIO SIGNORUM.

- App.:** Appendix quae dicitur Lateranensis concilii.
Boehm.: Decretalium Gregorianarum editio Boehmeriana.
C. R.: Codices Regii Berolinenses duo a Boehmero collati.
C. H.: Codex Hasso-Cassellanus a Boehmero collatus.
C. L.: Codex Ludovicianus a Boehmero collatus.
Cass.: Decretalium collectio ex libro manu scripto Cassellano a Boehmero edita.
Coll. Hisp.: Collectio canonum Ecclesiae Hispanae.
Comp. I. II. III. IV. V.: Decretalium Compilationes antiquae.
Comp. I. II. III. IV. Aug.: Compilationis primae, secundae, tertiae, quartae editio Augustiniana.
Comp. V. Cir.: Compilationis quintae editio Cironiana.
Comp. I. III. Ms.: } Compilationis primae, secundae et tertiae liber manu scriptus Lipsiensis. (Nr. 983.)
Comp. II. Ms. B.: }
Comp. II. IV. A.: Compilationis secundae et quartae codex Marburgensis.
Comp. IV. B.: } Compilationis quartae et quintae Codex Lipsiensis. (N. 968.)
Comp. V. Ms.: }
Conc. Lugd.: conc. Lugd. II. a Mansio editum.
Conc. Ms.: eiusd. Cod. Lips. (N. 980.)
Cont.: Decretalium Gregorianarum editio Contiana.
Ed. Bas.: Extravagantium aliquot editio Basileensis a Boehmero collata.
Innoc. IV.: Decretalium Innoc. IV. collectio ap. Mansium l. c.
Innoc. IV. Ms.: Decretalium Innoc. IV. Cod. Lips. (N. 980.)
Lips.: Decretalium collectio inedita Lipsiensis.
Luc.: Decretalium collectio e Codice Lucensi a Mansio edita.
Ms.: Cod. Lips. 972. in Sexto et Clem., Cod. Lips. 980. in Extrav.
Rain.: Decretalium collectio Raineriana.
Raynald.: Annales ecclesiastici Raynaldi. (Tom. I. sive tot. op. T. XIII. Col. MDCXCIII.)
Reg. Bal.: } Registri Innocentiani libri editi a Baluzio et Feudrix de Brequigny et La Porte du Theil.
Reg. Brequ.: }
-

TITULI DECRETALIU.

A.

- De Accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus. *libr. V. tit. 1.*
 — Adulteriis et stupro. V. 16.
 — Aetate et qualitate et ordine praesciendorum. I. 14.
 — Alienatione iudicii mutandi causa facta. I. 42.
 — Apostatis et reiterantibus baptismum. V. 9.
 — Appellationibus, recusationibus et relationibus. II. 28.
 — Arbitris. I. 43.
 — Auctoritate et usu pallii. I. 8.

B.

- Baptismo et eius effectu. III. 42.
 — Bigamis non ordinandis. I. 21.

C.

- Calumniatoribus. V. 2.
 — Capellis monachorum et aliorum religiosorum. III. 37.
 — Causa possessionis et proprietatis. II. 12.
 — Celebratione missarum, et sacramento eucharistiae, et divinis officiis. III. 41.
 — Censibus, exactionibus et procuracionibus. III. 39.
 — Clandestina desponsatione. IV. 3.
 — Clericis coniugatis. III. 3.
 — Clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda. III. 4.
 — Clericis peregrinantibus. II. 29.
 — Clericis peregrinis. I. 22.
 — Clericis pugnantibus in duello. V. 14.
 — Clerico aegrotante vel debilitato. III. 6.
 — Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante. V. 27.
 — Clerico non ordinato ministrante. V. 28.
 — Clerico percussore. V. 25.
 — Clerico per saltum promotum. V. 29.
 — Clerico venatore. V. 24.
 — Cognatione legali. IV. 12.
 — Cognatione spirituali. IV. 11.
 — Cohabitatione clericorum et mulierum. III. 2.
 — Collusione detegenda. V. 22.
 — Commodato. III. 15.
 — Concessione praebendae et ecclesiae non vacantis. III. 8.
 — Conditionibus appositis in desponsatione vel in aliis contractibus. IV. 5.
 — Confessione. II. 18.
 — Confirmatione utili vel inutili. II. 30.
 — Coniugio leprosororum. IV. 8.
 — Coniugio servorum. IV. 9.
 — Consanguinitate et affinitate. IV. 14.
 — Consecratione ecclesiae vel altaris. III. 40.
 — Constitutionibus. I. 2.
 — Consuetudine. I. 4.
 — Conversione coniugatorum. III. 32.
 — Conversione infidelium. III. 33.
 — Corpore vitiatum ordinandis vel non. I. 20.
 — Crimine falsi. V. 20.
 — Custodia eucharistiae, chrismatis et aliorum sacramentorum. III. 44.

D.

- Decimis, primitiis et oblationibus. III. 30.
 — Delictis puerorum. V. 23.
 — Deposito. III. 16.
 — Desponsatione impuberum. IV. 2.
 — Dilationibus. II. 8.
 — Divortii. IV. 19.
 — Dolo et contumacia. II. 14.
 — Donationibus. III. 24.
 — Donationibus inter virum et uxorem, et de dote post divortium restituenda. IV. 20.

E.

- Ecclesiis aedificandis vel reparandis. III. 48.
 — Electione et electi potestate. I. 6.
 — Emptione et venditione. III. 17.

- De Eo, qui cognovit consanguineam uxoris suae vel sponsae. IV. 13.
 — Eo, qui duxit in matrimonium, quam poluit per adulterium. IV. 7.
 — Eo, qui mittitur in possessionem causa rei servandae. II. 15.
 — Eo, qui ordinem furtive suscepit. V. 30.
 — Exceptionibus. II. 25.
 — Excessibus praelatorum et subditorum. V. 31.

F.

- Feniis. II. 9.
 — Feudis. III. 20.
 — Fide instrumentorum. II. 22.
 — Fideiussoribus. III. 22.
 — Filiis presbyterorum ordinandis vel non. I. 17.
 — Foro competenti. II. 2.
 — Frigidis, et maleficiis, et impotentia eundem. IV. 15.
 — Furtis. V. 18.

H.

- Haereticis. V. 7.
 — His, quae sunt a maiori parte capituli. III. 11.
 — His, quae sunt a praefato sine consensu capituli. III. 10.
 — His, quae vi metusve causa sunt. I. 40.
 — His, qui filios occiderunt. V. 10.
 — Homicidio voluntario vel casuali. V. 12.

I.

- Immunitate ecclesiarum, coemeterii, et rerum ad eas pertinentium. III. 49.
 — Infantibus et languidis expositis. V. 11.
 — In integrum restitutione. I. 41.
 — Iniuriis et damno dato. V. 36.
 — Institutionibus. III. 7.
 — Iudaeis et Sarracenis et eorum servis. V. 6.
 — Iudiciis. II. 1.
 — Iuramento calumniae. II. 7.
 — Iureiurando. II. 24.
 — Iure patronatus. III. 38.

L.

- Libelli oblatione. II. 3.
 — Litis contestatione. II. 5.
 — Locato et conducto. III. 18.

M.

- Magistris, et ne aliquid exigatur pro licentia docendi. V. 5.
 — Maioritate et obedientia. I. 33.
 — Maledictis. V. 26.
 — Matrimonio contracto contra interdictum ecclesiae. IV. 16.
 — Mutuis petitionibus. II. 4.

N.

- De Natis ex libero ventre. IV. 10.
 Ne clerici vel monachi saecularibus negotiis se immisceant. III. 50.
 Ne praelati vices suas vel ecclesias sub annuo censu concedant. V. 4.
 Ne sede vacante aliquid innovetur. III. 9.
 De Novi operis nunciatione. V. 32.

O.

- De Obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non. I. 19.
 — Observatione ieiuniorum. III. 46.
 — Officio archidiaconi. I. 23.
 — Officio archipresbyteri. I. 24.
 — Officio custodis. I. 27.
 — Officio et potestate iudicis delegati. I. 29.
 — Officio iudicis. I. 32.
 — Officio iudicis ordinarii. I. 31.
 — Officio legati. I. 30.

- De Officio primicerii. I. 25.
 — Officio sacristae. I. 26.
 — Officio vicarii. I. 28.
 — Ordinatis ab episcopo, qui renunciavit episcopatu. I. 13.
 — Ordine cognitionum. II. 10.

P.

- Pactis. I. 35.
 — Parochiis et alienis parochianis. III. 29.
 — Peculio clericorum. III. 25.
 — Pignoribus et aliis cautionibus. III. 21.
 — Plus petitionibus. II. 11.
 — Poenis. V. 37.
 — Poenitentis et remissionibus. V. 28.
 — Postulando. I. 37.
 — Postulatione praelatorum. I. 5.
 — Praebendis et dignitatibus. III. 5.
 — Praescriptionibus. II. 26.
 — Praesumptionibus. II. 23.
 — Precariis. III. 14.
 — Presbytero non baptizato. III. 43.
 — Privilegiis et excessibus privilegiorum. V. 33.
 — Probationibus. II. 19.
 — Procuratoribus. I. 38.
 — Purgatione canonica. V. 34.
 — Purgatione vulgari. V. 35.
 — Purificatione post partum. III. 47.

Q.

- Qui clerici vel voventes matrimonium contrahere possunt. IV. 6.
 Qui filii sint legitimi. IV. 17.
 Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari. IV. 18.

R.

- De Raptoribus, incendiariis et violatoribus ecclesiarum. V. 17.
 — Rebus ecclesiae alienandis vel non. III. 13.
 — Regularibus et transeuntibus ad religionem. III. 31.
 — Regulis iuris. V. 41.
 — Religiosis domibus, ut episcopo sint subiectae. III. 36.
 — Reliquiis et veneratione sanctorum. III. 45.
 — Renunciatione. I. 9.
 — Rerum permutatione. III. 19.
 — Rescriptis. I. 3.
 — Restitutione spoliatorum. II. 13.

S.

- Sacramentis non iterandis. I. 16.
 — Sacra unctione. I. 15.
 — Sagittariis. V. 15.
 — Schismaticis et ordinatis ab eis. V. 8.
 — Scrutinio in ordine faciende. I. 12.
 — Secundis nuptiis. IV. 21.
 — Sententia et re iudicata. II. 27.
 — Sententia excommunicationis. V. 39.
 — Sepulturis. III. 28.
 — Sequestratione possessionum et fructuum. II. 17.
 — Servis non ordinandis et eorum manumissione. I. 18.
 — Simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur. V. 3.
 — Solutionibus. III. 23.
 — Sortilegiis. V. 21.
 — Sponsa duorum. IV. 4.
 — Sponsalibus et matrimoniis. IV. 1.
 — Statu monachorum et canonicorum regularium. III. 35.
 — Successionibus ab intestato. III. 27.
 — Summa Trinitate et fide catholica. I. 1.
 — Supplenda negligentia praelatorum. I. 10.
 — Syndico. I. 39.

T.

- Temporibus ordinationum et qualitate ordinationum. I. 11.

De Testamentis et ultimis voluntatibus. III. 26.
 — Testibus cogendis vel non. II. 21.
 — Testibus et attestantibus. II. 20.
 — Torneamentis. V. 13.
 — Transactionibus. I. 36.
 — Translatione episcopi. I. 7.
 — Treuga et pace. I. 34.

U.

De Usuris. V. 19.
 Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. III. 12.
 Ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad sententiam definitivam. II. 6.

Ut lite pendente nihil innovetur. II. 16.

V.

De Verborum significatione. V. 40.
 — Vita et honestate clericorum. III. 1.
 — Voto et voti redemptione. III. 34.

TABULA CAPITULORUM DECRETALIU M.

A.

Acrapula. *de vit. et honest. cleric. libr.* III. tit. 1. cap. 14.
 Abbas. *de his, quae vi metusve.* I. 40. 2.
 Abbatem. *de rescript.* I. 3. 40.
 Abbate. *de verb. signif.* V. 40. 25.
 Ab eo. *de sequestr. posses. et fruct.* II. 17. 3.
 Ab excommunicato. *de rescript.* I. 3. 41.
 Abolendae. *de sepult.* III. 28. 13.
 Absolutus. *de haeret.* V. 7. 16.
 Accedens ad ap. sed. *Et infra.* Mandamus. *de procur.* I. 38. 10.
 Accedens ad ap. sed. *Quum in iudicium. ut lit. non contest.* II. 6. 2.
 Accedens ad sed. ap. nobilis vir. *eod. tit.* II. 6. 4.
 Accedens ad ap. sed. *Et infra.* Inquisitioni. *de praeb.* III. 5. 24.
 Accedens ad ap. sed. R. clericus. *de concess. praeb.* III. 8. 14.
 Accedens ad praesent. n. I. muller. *de conversa. coniug.* III. 32. 17.
 Accedens ad praesent. nostr. G. nepos. *de accusat.* V. 1. 23.
 Accedens ad apostolicam sedem. *Et infra.* Raptus. *de raptorib.* V. 17. 7.
 Accedens. *Et infra.* Fraternalitati. *de crim. falsi.* V. 0. 8.
 Accedens ad praesentiam nostram. T. diaconus. *de purgat. canon.* V. 34. 14.
 Accedentes. *de praescript.* II. 26. 11.
 Accedentibus ad nos. *de excess. praelat.* V. 31. 12.
 Accedentibus ad praesentiam. *de privileg.* V. 33. 15.
 Accepisti illam. *de sponsa duor.* IV. 4. 2.
 Accepisti mulierem. *de frigid.* IV. 15. 1.
 Accepimus. *de re. etat. et qual. et qualt.* I. 14. 13.
 Accepimus. *quod. de pactis.* I. 35. 5.
 Accepimus literas. *quas. de fid. instrument.* II. 22. 4.
 Accepimus literas. quibus. *de purgat. can.* V. 34. 16.
 Accepta conquestione. *de restit. spoliat.* II. 13. 3.
 Accepta conquestione. *de appell.* II. 28. 26.
 Accessit. *de despons. impub.* IV. 2. 5.
 Accusasti. *de accusat.* V. 1. 8.
 Accusatum. *de Simonia.* V. 3. 4.
 Ad abolendam pessimam. *de fil. presbyt.* I. 17. 16.
 Ad abolendam. *Et infra.* Universos. *de haeret.* V. 7. 9.
 Ad apostolicas. *de decimis.* III. 30. 20.
 Ad apostolicam sedem. *Et infra.* Quum monachum. *de regularib.* III. 31. 16.
 Ad apostolicam sedem. *Et infra.* Quum autem. *de conversa. coniugat.* III. 32. 13.
 Ad apostolicam audientiam. *de Simonia.* V. 3. 42.
 Ad audientiam nostram pervenit. *quod H. de rescript.* I. 3. 11.
 Ad audientiam nostram te significante pervenit. *quod quidam. eod. tit.* I. 3. 31.
 Ad audientiam nostram pervenit. *quod G. presbyter. de offic. vicar.* I. 28. 1.
 Ad audientiam nostram magistro G. *de his, quae vi metusve c.* I. 40. 4.
 Ad audientiam apostolatus nostri pervenit. *de praescript.* II. 26. 13.
 Ad audientiam nostram noveris pervenisse. *quod, quum Zamorensis. de appell.* II. 28. 31.
 Ad audientiam nostram pervenit. *quod, quum. de cleric. non resident.* III. 4. 15.
 Ad audientiam nostram noveris pervenisse. *de reb. eccles. alienand. vel non.* III. 13. 9.
 Ad audientiam nostram. *Et infra.* Illud. *de decimis.* III. 30. 12.
 Ad audientiam nostram pervenit. *quod nonnulli. de capell. monach.* III. 37. 4.
 Ad audientiam nostram noveris pervenisse. *quod villa. de eccles. aedific.* III. 48. 3.
 Ad audientiam nostram pervenit. *quod tu. eod. tit.* III. 48. 5.

Ad audientiam nostri apostolatus. *de sponsal.* IV. 1. 4.
 Ad audientiam apostolatus nostri pervenit. *quod, quum. de homicid.* V. 12. 12.
 Ad audientiam nostram noveris pervenisse. *quod, quum quidam. de torneament.* V. 13. 2.
 Ad audientiam nostram te significante pervenit. *quod, quum. de crim. falsi.* V. 20. 3.
 Ad aures nostras pervenit. *quod plerumque. de rescript.* I. 3. 8.
 Ad aures nostras pervenit. *quod religiosi. de temporib. ordinal.* I. 11. 5.
 Ad aures nostras te significante pervenit. *quod, quum in. de aet. et qual. et qualt.* I. 14. 7.
 Ad aures nostras te significante pervenit. *quod electus. de his, quae vi metusve c.* I. 40. 3.
 Ad aures nostras pervenit. *duas ecclesias. de praescript.* II. 26. 6.
 Ad aures nostras. *Et infra.* Appellanti. *de appell.* II. 28. 33.
 Ad aures. *Et infra.* Illas terras. *de reb. eccles. alienand. vel non.* III. 13. 7.
 Ad aures nostras pervenisse. *de simonia.* V. 3. 24.
 Ad aures nostras pervenit. *quod quidam. de excess. praelat.* V. 31. 3.
 Ad aures nostri apostolatus. *de poenis.* V. 37. 10.
 Ad decorem. *de institut.* III. 7. 5.
 Ad dissolvendum. *de desponsat. impub.* IV. 2. 13.
 Ad ementiam. *de sentent. excomm.* V. 39. 20.
 Ad extirpandas. *de fil. presbyt.* I. 17. 11.
 Ad falsarium. *de crimine falsi.* V. 20. 7.
 Ad haec sumus. *de rescript.* I. 3. 10.
 Ad haec in B. Petro. *de postulat. praelat.* I. 5. 1.
 Ad haec ex parte tua. *de fil. presbyt.* I. 17. 12.
 Ad haec nos dicimus. *de offic. archidiacon.* I. 23. 7.
 Ad haec. si persona. *de offic. vicar.* I. 28. 3.
 Ad hoc Deus. *ut lite non contestat.* II. 6. 1.
 Ad haec. quum contingat. *de dolo et contum.* II. 14. 1.
 Ad haec. si in una. *de appell.* II. 28. 6.
 Ad haec. *Et infra.* Praeterea. *de appell.* II. 28. 20.
 Ad haec. *Et infra.* Quum a te. *eod. tit.* II. 28. 27.
 Ad haec. sicut asseris. *eod. tit.* II. 28. 30.
 Ad haec. quoniam sub interdicto. *ibid.* II. 28. 37.
 Ad haec lret. *de praebend.* III. 5. 13.
 Ad haec praesentibus. *de testament.* III. 26. 8.
 Ad haec donationem. *de decimis.* III. 30. 15.
 Ad haec. *Et infra.* Inquisitioni. *de relig. domib.* III. 36. 4.
 Ad haec. si altare. *de consec. eccles.* III. 40. 1.
 Ad haec omnibus. *de Iudaeis.* V. 6. 8.
 Ad haec. quoniam episcopus. *de excessib. praelat.* V. 31. 2.
 Ad haec. *Et infra.* Mandamus. *de privileg.* V. 35. 5.
 Ad haec. quum inter. *de sentent. excomm.* V. 39. 12.
 Ad hoc. quia quaesitum est. *de auctorit. et us. pall.* I. 8. 2.
 Ad hoc unxit. *de sequestr. posses. et fruct.* II. 17. 1.
 Ad hoc in apostolicae. *de solut.* III. 23. 1.
 Ad honorem. *de auctorit. et us. pall.* I. 8. 4.
 Ad id. *de sponsal.* IV. 1. 21.
 Ad liberandum. *de Iudaeis.* V. 6. 17.
 Admonet. *de renunciat.* I. 9. 4.
 Ad nostram audientiam noveris pervenisse. *quod in tua. de consuet.* I. 4. 3.
 Ad nostram noveritis audientiam pervenisse. *quod sacerdotes. de probat.* II. 19. 12.
 Ad nostram noveritis audientiam pervenisse. *quod, quum P. de iureiur.* II. 24. 7.
 Ad nostram noveris audientiam pervenisse. *quod, quum I. et G. de iureiur.* II. 24. 20.
 Ad nostram noveris audientiam pervenisse. *quod a te. eod. tit.* II. 24. 21.
 Ad nostram. *Et infra.* Quia vero. *de appell.* II. 28. 3.
 Ad nostram audientiam praeposito. *de confirm. util. vel inut.* II. 30. 5.
 Ad nostram noveritis audientiam pervenisse.

quod, quum Tusiens. *de reb. eccles. alienand. vel non.* III. 13. 11.
 Ad nostram noveris audientiam pervenisse. *quod, quum R. de emt. et vendit.* III. 17. 5.
 Ad nostram noveris audientiam pervenisse. *quod eremitae. de regul.* III. 31. 8.
 Ad nostram noveris audientiam pervenisse. *quod G. de coniug. servor.* IV. 9. 4.
 Ad nostram. *Et infra.* Discr. v. *de simonia.* V. 3. 21.
 Adolescens. *de sponsal.* IV. 1. 32.
 Ad petitionem. *de accusat.* V. 1. 22.
 Ad probandum. *de sentent. et re iudicat.* II. 27. 24.
 Ad praesentiam nostram accedens R. *de fil. presbyt.* I. 17. 2.
 Ad praesentiam nostram R. *de appell.* II. 28. 16.
 Ad quaestiones. *de rer. permutat.* III. 19. 6.
 Ad reprimendam. *de offic. iudic. ordin.* I. 31. 8.
 Ad supplicationem. *de renunciat.* I. 9. 9.
 Adversario. *de immunit. eccles.* III. 49. 7.
 Adversario. *de except.* II. 25. 13.
 Ad ultimum. *de caus. posses. et propriet.* II. 12. 2.
 Afferte. *de praesumpt.* II. 23. 2.
 Albericus. *de testib. et attest.* II. 20. 43.
 Alia quidem. *de procurator.* I. 38. 1.
 A memoria. *ut lite pendente nih. inn.* II. 16. 1.
 A multis. *de aet. et qual. et ord. praefic.* I. 14. 9.
 A nobis humiliter quaesivitis. *quid fieri. de sacrament. non iterand.* I. 16. 2.
 A nobis fuit. *Et infra.* Ille autem. *de bigamis.* I. 21. 7.
 A nobis ex parte tua fuit. *de except.* II. 25. 2.
 A nobis tua fraternitas. *de cohabit. cleric. et mulier.* III. 2. 9.
 A nobis tua fraternitas requisivit. *de decimis.* III. 30. 24.
 A nobis tua discretio. *de despons. impuber.* IV. 2. 8.
 A nobis est quaesitum. *qui matr. accusat. poss.* IV. 48. 2.
 A nobis expetiit. *de apostat.* V. 9. 5.
 A nobis fuit ex parte. *de sentent. excomm.* V. 39. 21.
 A nobis est saepe quaesitum. *eod. tit.* V. 39. 28.
 An sit deferendum. *de appell.* II. 28. 42.
 Antigonus. *de partis.* I. 35. 1.
 Antiqua. *de privileg.* V. 33. 23.
 Apostolicae sed. *Et infra.* Sane. *de except.* II. 25. 9.
 Apostolicae sedis oracul. *de donat.* III. 24. 9.
 Apostolicae sed. *Et infra.* Verum. *de cleric. excomm.* V. 27. 9.
 Apostolicam. *de presbyt. non baptiz.* III. 43. 2.
 Aqua. *de consec. eccles.* III. 40. 9.
 Archidiaconus. *de offic. archidiacon.* I. 23. 5.
 Artem illam. *de sagitt.* V. 15. 1.
 At si. *de iudiciis.* II. 1. 4.
 Attestationes. *de desponsat. impuber.* IV. 2. 40.
 Avaritiae. *de praebend.* III. 5. 10.
 Auctoritate apostolicae sedis. *de institut.* III. 7. 4.
 Auctoritate praesentium. *de censib.* III. 39. 27.
 Audivimus. *quod quidam. de reliqu. et venerat. sanct.* III. 45. 1.
 Audivimus de quibusdam. *de simonia.* V. 3. 41.
 Audivimus usque adeo. *de collus. deleg.* V. 22. 3.
 Audita. *de restit. spoliat.* II. 13. 4.
 Auditis et intellectis meritis causae de duabus. *de elect.* I. 6. 29.
 Auditis et intellectis. *quae super. de procura tor.* I. 38. 8.
 Auditis et intellectis causae. *de in integr. restitut.* I. 41. 3.
 Auditis et intellectis meritis causae. *quae de praescript.* II. 26. 15.

B.

Beneficio. *de in integr. restit.* I. 41. 10.
 Bona fides. *de deposit.* III. 16. 2.
 Bonae memoriae Guil. archiepiscopo vestro viam universae carnis ingresso. *quidam de postulat. praelat.* I. 5. 3.

Bonae memoriae Guil. archiepiscopo. vestro
viam universae carnis ingresso quum in. *ead.*
tit. I. 5. 4.
Bonae memoriae Maguntinensi. *de elect.* I.
6. 23.
Bonae memoriae S. Cremonens. *ead. tit.* I. 6. 36.
Bonae memoriae O. de Camera. *de appell.* II.
28. 51.
Bonae memoriae A. canonicus. *de confirmat.*
utit vel iust. II. 30. 3.
Brevi. *de iurcir.* II. 24. 17.

C.

Canonica. *de sentent. excomm.* V. 39. 50.
Canonum statuta. *de constitut.* I. 2. 1.
Carissimus. *de convers. coniugat.* III. 32. 11.
Capellanus. *de feriis.* II. 9. 4.
Capellanum. *de secundis nupt.* IV. 21. 1.
Capitulum. *de rescript.* I. 3. 30.
Calumniam. *de poenis.* V. 37. 4.
Causa restitutionis. *de in integr. restit.* I. 41. 9.
Causa Carpensis. *de verb. signif.* V. 40. 13.
Causam matrimonii, quae inter I. mulierem. *de officio et potest. iud. deleg.* I. 29. 16.
Causam matrimonii, quae inter V. iuvenem. *de probat.* II. 19. 19.
Causam matrimonii, quae inter M. mulierem. *de testib. cogend.* II. 21. 1.
Causam, quae inter Praemonstraten. *de rescript.* I. 3. 18.
Causam, quae inter moniales sanctae Margarethae. *de elect.* I. 6. 8.
Causam, quae inter F. et R. de natalitate. *de offic. et potest. iudic. deleg.* I. 29. 17.
Causam, quae vertitur inter fratres Dulmen. *de iurcir.* II. 1. 9.
Causam, quae inter abbatem. *ead. tit.* II. 1. 18.
Causam, quae inter F. et R. filium Agathae. *de dolo et contum.* II. 14. 3.
Causam, quae. *Et infra.* Discr. vestrae. *de testib.* II. 20. 11.
Causam, quae vertitur inter vos. *ead. tit.* II. 20. 19.
Causam, quae inter Regin. archid. *de praescript.* II. 26. 7.
Causam, quae inter vos et A. *de sentent. et re iud.* II. 27. 14.
Causam quae. *Et infra.* Si constiterit. *qui fil. sint legit.* IV. 17. 4.
Causam, quae inter R. et F. *ead. tit.* IV. 17. 7.
Certificari. *de sepult.* III. 28. 9.
Ceterum, si aliquis. *de rescript.* I. 3. 3.
Ceterum, quia in eoa. *de iudicis.* II. 1. 5.
Ceterum, quia novis. *de iuram. calumna.* II. 7. 5.
Ceterum, quod. *de test. cog.* II. 21. 6.
Ceterum, si abbatem *de donat.* III. 24. 3.
Clericus, qui iuravit. *de iurcir.* II. 24. 35.
Clericus neque comam. *de vita et honest. cler.* III. 1. 5.
Clericus si tonsura. *ead. tit.* III. 1. 6.
Clericus fideiussionibus. *de fideiuss.* III. 22. 1.
Clerici in subdiaconatu. *de postul.* I. 37. 1.
Clerici. *Et infra.* Quum imperator. *de iudicis.* II. 4. 8.
Clerici arma. *de vit. et honest. cler.* III. 1. 2.
Clerici officia. *ead. tit.* III. 1. 15.
Clerici autem. *de cleric. excomm.* V. 27. 3.
Clerici. *Et infra.* Quicquam. *de excess. praelat.* V. 31. 4.
Clerici. *Et infra.* Clerici. *de vit. et honest. cleric.* III. 1. 7.
Clerici in sacris. *ne cleric. vel monach.* III. 50. 5.
Clericos in presbyteratu. *de offic. vicar.* I. 28. 4.
Clericos in sacris. *de cohabit. cleric. et mul.* III. 2. 3.
Clericos in ecclesiis. *de cleric. non resident.* III. 4. 17.
Cognoscentes. *de constitut.* I. 2. 2.
Coniugatus. *de convers. coniugat.* III. 32. 5.
Congregato. *de elect.* I. 6. 53.
Compromissum. *de arbit.* I. 43. 14.
Commisum nobis. *de decim.* III. 30. 4.
Commisum. *Et infra.* Significavit. *de sponsal.* IV. 1. 16.
Conquerente nobis M. clerico. *de fil. presbyt.* I. 17. 4.
Conquerente oeconomio. *de offic. iud. ord.* I. 31. 16.
Conquerente nobis Renaldo. *de restitut. spoliat.* II. 13. 7.
Conquerente I. presbytero. *de cleric. peregrinant.* II. 29. unic.
Conquerente nobis R. presbytero. *de cleric. non resid.* III. 4. 6.
Conquestus est nobis Bononiensis. *de foro compet.* II. 2. 16.
Conquestus est nobis. *Et infra.* Quamvis. *de feriis.* II. 9. 5.
Conquestus est nobis H. *qui fil. sint legit.* IV. 17. 1.
Conquestus est nobis. C. clericus. *de usur.* V. 19. 8.
Conquesti. *de sentent. excomm.* V. 39. 22.

Consanguinei. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 11.
Consensus. *de reb. eccles. alien. vel non.* III. 13. 3.
Consideravimus. *de elect.* I. 6. 10.
Consilium providentiae. *de plus petit.* II. 11. unfc.
Consilium nostrum. *Et infra.* Requisisti. *de celebr. missar.* III. 44. 4.
Consilium nostrum. *Et infra.* Consultationi. *de observat. icium.* III. 46. 2.
Constitutus apud sedem apostolicam. *de rescript.* I. 3. 19.
Constitutus iu praes. n. G. clericus. *de fil. presbyt.* I. 17. 8.
Constitutus in nostra praesentia G. clericus. *de transact.* I. 36. 4.
Constitutus in nostra praesentia magister Guil. *de in integr. restit.* I. 41. 8.
Constitutus in praes. n. procurator magistri R. *de testib.* II. 20. 30.
Constitutus in praesentia nostra archidiaconus Claremon. *de appell.* II. 28. 45.
Constitutus in praesentia nostra H. ecclesiae. *de concess. praeb.* III. 8. 11.
Constitutus in praesentia nostra magister S. *de fideiuss.* III. 22. 3.
Constitutus in praesentia nostra H. sua nobis. *de convers. coniugat.* III. 32. 15.
Constitutus in praesentia nostra episcopus Alban. *de relig. domib.* III. 36. 6.
Constitutus in praesentia nostra P. diaconus. *de purgat. canon.* V. 34. 9.
Constitutus in praesentia nostra. *Et infra.* Licet. *de poenis.* V. 37. 7.
Constitutus in praesentia nostra procuratoribus. *de elect.* I. 6. 47.
Constitutus in praesent. n. H. priore Sagien. *de procurat.* I. 39. 12.
Constitutus in praesentia nostra R. canonico. *de eo, qui nullit. in possess.* II. 15. 1.
Constitutus in praesentia nostra archiepiscopo. *de testib.* II. 20. 45.
Constitutus in praesentia nostra procuratore. *ead. tit.* II. 20. 46.
Constitutus in praesentia nostra abbate. *de appell.* II. 28. 23.
Constitutus in praesentia nostra decano. *ead. tit.* II. 28. 46.
Constitutus coram. *ne sede vacant. aliqu. inn.* III. 9. 3.
Consuetudines. *de consuet.* I. 4. 1.
Consulere. *de simonia.* V. 3. 38.
Consulisti. *Et infra.* Coemeteria. *de consecr. eccles.* III. 40. 7.
Consulisti. *Et infra.* Respondemus. *de celebrat. missar.* III. 41. 3.
Consuluit. *Et infra.* cons. t. t. respondemus *de servis non ordin.* I. 18. 5.
Consuluit nos tua fraternitas, utrum, quum. *de offic. et potest. iudic. deleg.* I. 29. 24.
Consuluit nos fraternitas tua. *Et infra.* Cons. t. t. duximus. *de appell.* II. 28. 14.
Consuluit. *Et infra.* Consult. v. t. r., quod, si. *ead. tit.* II. 28. 18.
Consuluit nos tua fraternitas, utrum sit appellationibus. *ead. tit.* II. 28. 29.
Consuluit nos G. sacerdos. *de convers. coniugat.* III. 32. 10.
Consuluit nos. *Et infra.* Quum sanctuarium. *de iure patronat.* III. 38. 15.
Consuluit nos tua fraternitas, quid. *qui cler. vel vovent.* IV. 6. 4.
Consuluit. *Et infra.* Iudaeos. *de Iudaeis.* V. 6. 7.
Consuluit nos tua devotio. *de usuris.* V. 19. 10.
Consulti sumus, an constitutus. I. 38. 15.
Consulti sumus frequenter. *de regular.* III. 31. 20.
Consultationi tuae taliter. *de tempor. ordin.* I. 11. 16.
Consultationi tuae breviter respondemus, quod mulieres. *de sponsal.* IV. 1. 28.
Consultationi tuae, qua. *de frigid.* IV. 15. 4.
Consultationi tuae breviter respondemus, quod monachus. *de apostat.* V. 9. 6.
Consultationi vestrae b. r., quod terra. *de privileg.* V. 33. 33.
Consultationibus. *Et infra.* Quaesitum est. *de offic. et potest. iudic. deleg.* I. 29. 10.
Consultationibus. *Et infra.* Archidiacono. *de cleric. aegrot.* III. 6. 6.
Consultationibus. *Et infra.* Donationes. *de donat.* III. 24. 4.
Consultationibus. *Et infra.* Si aliquis. *de iure patronat.* III. 38. 19.
Continentia. *de cler. percuss.* V. 25. 4.
Continebatur. *Et infra.* Cons. *de his, quae sunt a praelat. sine cons. cap.* III. 10. 2.
Continebatur in literis tuis, quod, quum quaedam. *de despons. impuber.* IV. 2. 6.
Continebatur in literis tuis, quod, quum diaconus. *de homicid.* V. 12. 8.
Contingit interdum, quod, licet. *de transact.* I. 36. 3.
Contingit interdum, quod, quum actori. *Et infra.* Ad hoc. *de arbit.* I. 43. 8.
Contingit interdum, quod, quum actori ob contumaciam. *de dolo et contum.* II. 14. 9.

Contingit interdum, ut dicitis. *de fid. instrum.* II. 22. 5.
Contingit interdum, quod clerici. *de sentent. excomm.* V. 39. 36.
Contingit interdum. *Et infra.* Sane. *ead. tit.* V. 39. 45.
Contracto. *de cognat. spirit.* IV. 11. 5.
Coram dilecto filio tituli. *de elect.* I. 6. 35.
Coram dilecto filio M. diacono. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 34.
Coram felicis. *de in integr. restitut.* I. 41. 7.
Crimina. *de collus. deleg.* V. 22. 2.
Cumana. *de elect.* I. 6. 50.
Cum clericis. *de ordinat. ab episc.* I. 13. 2.
Cum iuramento. *de homicid.* V. 12. 4.
Cum voluntate. *de sentent. excomm.* V. 39. 54.
Cura pastoralis. *de iure patronat.* III. 38. 11.
Cura suscepti. *de purgat. vulg.* V. 35. 1.
Custos ecclesiae. *de offic. custod.* I. 27. 1.
Custos sollicitus. *ead. tit.* I. 27. 2.

D.

Dammamus. *de summ. Trinit.* I. 1. 2.
De appellationibus. *de appell.* II. 28. 11.
De bigamis. *de bigamis.* I. 21. 3.
Debitum pastoralis. *ead. tit.* I. 21. 5.
Debitum. *Et infra.* Sane. *de baptism.* III. 42. 4.
Debitores. *de iurcir.* II. 24. 6.
De causis. *de offic. et potest. iudic. deleg.* I. 29. 4.
Decernimus. *de iudicis.* II. 1. 2.
De cetero noveris, quod, quum aliquis. *de transact.* I. 36. 5.
De cetero laicos. *de testib.* II. 20. 14.
De cetero noveris, quod, si sententiam. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 5.
De cetero. *Et infra.* Statuimus. *de cler. non resident.* III. 4. 7.
De cetero noveris, quod diaconus. *de homicid.* V. 12. 11.
De cetero noveris, quod, si quis. *de sentent. excomm.* V. 39. 11.
Decimam partem. *de decimis.* III. 30. 1.
De confirmationibus. *de confirm. utit vel iustit.* II. 29. 2.
De diacono. *qui cler. vel vovent.* IV. 6. 1.
De ep. autem. *de temporib. ordinat.* I. 11. 3.
De famulis. *de serv. non ordin.* I. 18. 3.
Defleat peccator. *de regul. iur.* V. 41. 9.
De Francia. *de sponsal.* IV. 1. 1.
De his, quae. *de testament.* III. 26. 20.
De his, qui in infirmitate. *de sepult.* III. 28. 4.
De his, qui parochiales. *de eccles. aedific.* III. 48. 1.
De his criminibus. *de accusat.* V. 1. 6.
De hoc. *de simonia.* V. 3. 11.
De homine. *de celebr. missar.* III. 41. 7.
De illo. *de eo, qui cognov. consanguin.* IV. 13. 3.
De illa. *de divort.* IV. 19. 6.
De illis autem, qui praesentito. *de spons.* IV. 1. 5.
De illis, qui infra annos. *de despons. impub.* IV. 2. 7.
De illis, qui in minori. *ead. tit.* IV. 2. 9.
De illis. *Et infra.* Si vero. *de condit. opposit.* IV. 5. 3.
De illis autem, qui de loco. *de raptorib.* V. 17. 1.
De infidelibus. *de consanguinit. et affinit.* IV. 14. 4.
De infantibus. *de his, qui fil. occ.* V. 10. 3.
De iure. *de iure patronat.* III. 38. 16.
De monachis. *de praebend.* III. 5. 12.
De monialibus. *de sentent. excomm.* V. 39. 33.
De multa. *de praebend.* III. 5. 28.
De muliere, quae. *de sponsal.* IV. 1. 6.
De muliere. *Et infra.* Illos. *de matrimon. con tract.* IV. 16. 3.
Denique. *de except.* II. 25. 1.
De peregrinationis. *de voto.* III. 34. 1.
De presbytero. *de corp. vitat.* I. 20. 1.
De precariis. *de precar.* III. 14. 2.
De priore. *de appell.* II. 28. 31.
De prudentia. *de donat. inter vir. et usor.* IV. 20. 3.
De quarta. *de praescript.* II. 26. 4.
De quibus. *de baptism.* III. 42. 2.
De Quodvultdeo. *de iudic.* II. 1. 1.
De rectoribus. *de cleric. aegrot.* III. 6. 3.
De regularibus. *de simonia.* V. 3. 25.
De servorum. *de servis non ordinand.* I. 18. 2.
De simoniace. *de simonia.* V. 3. 22.
De terris. *de decimis.* III. 30. 16.
De testibus. *Et infra.* Consult. *de testibus.* II. 20. 29.
De testibus. *Et infra.* Illi. *de purgat. canon.* V. 34. 13.
Deus, qui ecclesiam suam nova. *de vit. et honest. cler.* III. 1. 11.
Deus, qui ecclesiam suam. *Et infra.* Quia. *de divortis.* IV. 19. 9.
Deus, qui ecclesiam suam. *Et infra.* Ceterum. *de poenul. et remiss.* V. 38. 3.
De uxore. *de sepult.* III. 28. 7.

De xenodochiis. *de religio. domib.* III. 36. 3.
 Dignum est. *de coniug. servor.* IV. 9. 1.
 Dilectus filius abbas sancti Stephani. *de rescript.* I. 3. 26.
 Dilectus filius I. Sarracenus. *cod. tit.* I. 3. 29.
 Dilectus filius G. Humilien. *de temporib. ordinat.* I. 11. 15.
 Dilectus filius G. praepositus. *de filiis presbyt.* I. 17. 17.
 Dilectus filius G. diaconus. *de servis non ordin.* I. 18. 8.
 Dilectus filius R. Metensis. *de offic. legati.* I. 39. 6.
 Dilectus filius abbas monasterii. *de offic. ind. ordin.* I. 31. 18.
 Dilectus filius magister L. *de procuratorib.* I. 38. 11.
 Dilectus filius magister A. *ut lite pendent. nih. innov.* II. 16. 5.
 Dilectus filius R. rector. *de sequestr. possess. et fruct.* II. 17. 2.
 Dilectus filius T. *de praebend.* III. 5. 19.
 Dilectus filius G. clericus nobis exposuit. *cod. tit.* III. 5. 27.
 Dilectus filius G. clericus nobis proposuit. *cod. tit.* III. 5. 34.
 Dilectus filius magister G. canonicus. *de concess. praebend.* III. 8. 12.
 Dilectus filius M. syndicus. *de capell. monach.* III. 37. 2.
 Dilectus filius R. proposuit. *de sponsal.* IV. 1. 24.
 Dilectus filius R. praepositus. *de simonia.* V. 3. 28.
 Dilectus filius A. nuncius. *cod. tit.* V. 3. 30.
 Dilectus filius A. capellanus. *de homicid.* V. 12. 13.
 Dilectus filius Ioannes. *de excess. praelat.* V. 31. 13.
 Dilectus filius electus. *de poenis.* V. 37. 11.
 Dilecta in Christo filia. *de maiorit. et obedient.* I. 33. 12.
 Dilecta in Christo. *de excess. praelat.* V. 13. 14.
 Dilecto filio P. tit. *de suppl. neglig. praelat.* I. 10. 5.
 Dilecto filio. *Et infra.* Ad petitionem. *de offic. archidiacon.* I. 23. 10.
 Dilecto filio Arien. *de testib.* II. 20. 40.
 Dilecto filio G. capellano. *de appell.* II. 28. 63.
 Dilecto filio P. sanctae Pudentianae. *de praebend.* III. 5. 25.
 Dilecto filio Iacobo. *de verbor. signif.* V. 40. 28.
 Dilecti filii conventus. *de renunciat.* I. 9. 15.
 Dilecti filii archidiaconus. *de maiorit. et obedient.* I. 33. 13.
 Dilecti filii abbas et conventus. *de arbitris.* I. 43. 4.
 Dilecti filii prior et clerici de Guisoburnen. *de iudiciis.* II. 1. 6.
 Dilecti filii I. et A. *de foro compet.* II. 2. 17.
 Dilecti filii fratres ecclesiae. *de libelli oblat.* II. 3. 3.
 Dilecti filii abbas et monachi. *de dilationib.* II. 8. 1.
 Dilecti filii S. et P. ac C. *de except.* II. 25. 8.
 Dilecti filii prior et clerici de Gisebergien. *de appell.* II. 28. 1.
 Dilecti filii Io. et H. *cod. tit.* II. 28. 52.
 Dilecti filii prior et conventus. *cod. tit.* II. 28. 66.
 Dilecti filii abbas et fratres. *de decimis.* III. 30. 8.
 Dilecti filii fratres hospitalis. *de privileg.* V. 38. 4.
 Dilecti filii noviter. *de purgat. vulg.* V. 35. 3.
 Dilectae. *de exceptionib.* II. 25. 10.
 Dilectorum. *de testib. cogend.* II. 21. 10.
 Dilectae. *de appell.* II. 25. 55.
 Directae. *cod. tit.* II. 28. 39.
 Discreti. *de eo. qui cognov.* IV. 13. 6.
 Diversis facibus. *de cleric. coniugat.* III. 3. 5.
 Dolentes. *de celebr. missar.* III. 41. 9.
 Dominus. *de secund. nupt.* IV. 21. 2.
 Donatio. *de donat. int. vir. et uxor.* IV. 20. 8.
 Dubius. *de haeret.* V. 7. 1.
 Dudum ad audientiam nostram. *de elect.* I. 6. 22.
 Dudum ecclesia Rothomagen. *cod. tit.* I. 6. 54.
 Dudum archidiacon. Mediolan. dedimus. *de praesumpt.* II. 23. 10.
 Dudum adversus fratres. *de decimis.* III. 30. 31.
 Dudum a C. laico. *de convers. coniugat.* III. 32. 20.
 Dudum inter priorem. *de privilegiis.* V. 33. 31.
 Duo simul. *de offic. iud. ordin.* I. 31. 9.
 Duo pueri. *de sponsal. impub.* IV. 2. 12.
 Duobus iudicibus. *de sent. et re iudic.* II. 27. 26.
 Duobus modis. *de sponsa duor.* IV. 4. 1.
 Duobus collata. *de sentent. excomm.* V. 39. 26.
 Dura saepe. *de criminis falsi.* V. 20. 4.

E.

Eam te. *Et infra.* Dudum. *de rescript.* I. 3. 7.
 Eam te decet. *Et infra.* Arctius. *de act. et qua. lit.* I. 14. 4.
 Eam te decet. *Et infra.* Illas. *de iure patro. nat.* III. 38. 22.

Ea noscitur. *Et infra.* Quum. *de his. quae sunt a praelat. sine cons. capi.* III. 10. 6.
 Ea noscitur. *Et infra.* Consultationi. *de sentent. excomm.* V. 39. 13.
 Ea, quae contra. *de offic. archidiacon.* I. 23. 3.
 Ea, quae iuxta. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 4.
 Ea, quae pro religionis. *de statu monach.* III. 35. 8.
 Ea, quae de avaritiae. *Et infra.* Quum. *de censibus.* III. 39. 12.
 Ea, quae de simonia. *Et infra.* Audivimus. *de simonia.* V. 3. 16.
 Ea, quae frequenti. *de poenis.* V. 37. 1.
 Ea te. *de iureiurando.* II. 24. 22.
 Ecclesia sanctae Mariae. *Et infra.* Nos. *de constitut.* I. 2. 40.
 Ecclesia sanctae Mariae in Via lata. *ut lite pend. nih. innovet.* II. 16. 3.
 Ecclesia sanctae Mariae. *Et infra.* Possessionem. *cod. tit.* II. 16. 4.
 Ecclesia vestra destituta pastore et votis. *de elect.* I. 6. 48.
 Ecclesia vestra destituta pastore, convenienter. *cod. tit.* I. 6. 57.
 Ecclesia vestra episcopo. *de sortileg.* V. 21. 3.
 Ecclesiae. *de immunit. eccles.* III. 49. 9.
 Ecclesiis. *de censibus.* III. 39. 9.
 Edoceri. *de rescriptis.* I. 3. 21.
 Ego N. *de iureiur.* II. 24. 4.
 Eo libentius. *de servis non ordin.* I. 18. 6.
 Episcopus. *de praebendis.* III. 5. 4.
 Episcopi. *de reb. eccles. alien. vel non.* III. 13. 4.
 Episcopum. *de cler. venator.* V. 24. 1.
 Episcopalia. *de privileg.* V. 33. 1.
 Estote. *de reg. iuris.* V. 41. 2.
 Etsi clerici. *de iudiciis.* II. 1. 1.
 Etsi Christus. *de iureiur.* II. 24. 26.
 Etsi necesse. *de donat. int. vir. et uxor.* IV. 20. 5.
 Etsi membra. *de his. quae sunt a praelat.* III. 10. 10.
 Etsi unanimiter. *de postul. praelat.* I. 5. 6.
 Etsi Iudaeos. *de Iudaeis.* V. 6. 13.
 Etsi quaestiones. *de simonia.* V. 3. 18.
 Evidentia. *de accusat.* V. 1. 9.
 Eum. *pro quo. de fideiuss.* III. 22. 5.
 Ex administrationis. *de iureiur.* II. 24. 1.
 Examinata causa, quae vertitur inter te et milites Campaniae. *de iudiciis.* II. 1. 15.
 Examinata causa, quae vertitur inter te et milites Campanicos. *de confirmat. ut. vel inutil.* II. 30. 7.
 Exceptionem. *de except.* II. 25. 12.
 Excommunicamus itaque. *de haeret.* V. 7. 13.
 Excommunicamus et anathematizamus. *cod. tit.* V. 7. 15.
 Excommunicatis. *de offic. legat.* I. 30. 9.
 Excommunicationi. *de iurib.* V. 17. 3.
 Ex conscientia. *de crim. falsi.* V. 20. 9.
 Ex conquestione. *de restit. spoliat.* II. 13. 10.
 Ex diligentibus. *de simonia.* V. 3. 17.
 Ex epistolae. *de probat.* II. 19. 1.
 Ex frequentibus. *de institut.* III. 7. 3.
 Ex gestis. *de cler. non resident.* III. 4. 2.
 Exhibita nobis R. Virdunen. *de iudiciis.* II. 1. 19.
 Exhibita nobis abbas. *de rerum permut.* III. 19. 9.
 Exhibita nobis I. clerici. *de homicid.* V. 12. 22.
 Ex insinuatione episcopi. *de rescript.* I. 3. 37.
 Ex insinuatione archidiaconi. *de procurat.* I. 38. 3.
 Ex insinuatione prioris. *de appell.* II. 28. 50.
 Ex insinuatione O. clerici. *de iure patronat.* III. 38. 14.
 Ex insinuatione tua. *de simonia.* V. 3. 26.
 Ex literarum tuarum tenore accepimus. *qui cler. vel ovent.* IV. 6. 2.
 Ex literarum tuarum insinuatione. *de eo. qui dux. in matrim.* IV. 7. 4.
 Ex literarum tuarum tenore perpendimus. *de apostatis.* V. 9. 2.
 Ex literis vestrae devotionis. *de constitut.* I. 2. 11.
 Ex literis. *Et infra.* Si vero. *de consuetud.* I. 4. 2.
 Ex literis patriarchae. *de offic. et pot. iud. de leg.* I. 29. 29.
 Ex literis vestris accepimus, quod, quum causam. *de offic. iudicis.* I. 32. 1.
 Ex literis vestris accepimus, quod, quum olim. *de transact.* I. 36. 6.
 Ex literis abbatis. *de in integr. restit.* I. 41. 4.
 Ex literis. *Et infra.* Quoniam. *de mutuis petit.* II. 4. 1.
 Ex literis vestris accepimus, quod, quum vobis. *de dolo et contum.* II. 14. 2.
 Ex literis tuis intelleximus. *de probat.* II. 19. 3.
 Ex literis vestris accepimus, quod, quum causam. *de fid. instrument.* II. 22. 3.
 Ex literis vestris accepimus, quod super. *de iureiur.* II. 24. 32.
 Ex literis Pontini. *de vit. et honest. cleric.* III. 1. 16.
 Ex literis F. T. accepimus, quod causam. *de pignorib.* III. 21. 5.

Ex literis tuis accepimus, quod quidam de Iudaeis. *de convers. infid.* III. 33. 2.
 Ex literis I. Salabrieni. *de iure patronat.* III. 38. 7.
 Ex literis. *Et infra.* De hoc. *de sponsal.* IV. 1. 7.
 Ex literis Silvani. *cod. tit.* IV. 1. 10.
 Ex literis vestris accepimus, quod puella. *de despons. impuber.* IV. 2. 41.
 Ex literis vestris accepimus, quod, quum Martha. *de cognat. spirit.* IV. 11. 8.
 Ex literis fraternitatis tuae accepimus, quod G. lator. *de eo. qui cognov.* IV. 13. 8.
 Ex literis tuis accepimus, quod, quum quidam secreto. *de consangu. et affinit.* IV. 14. 1.
 Ex literis tuis accepimus, quod quidam sedem. *de frigid.* IV. 15. 3.
 Ex literis Cantuarien. *de matrim. contract.* IV. 16. 2.
 Ex literis tuis accepimus, quod V. quendam. *de divorc.* IV. 19. 5.
 Ex literis tuae fraternitatis accepimus, quod, quum H. presbyter. *de homicid.* V. 12. 14.
 Ex literis tuae fraternitatis accepimus, quod quidam. *cod. tit.* V. 12. 15.
 Ex literis tuis innotuit. *de furtis.* V. 18. 5.
 Ex literis tuae fraternitatis innotuit nobis, quod I. *de cler. non ordin.* V. 28. 2.
 Ex literis vestris accepimus, quod, quum ad Albigenensem. *de excessib. praelat.* V. 31. 10.
 Ex multa. *de voto.* III. 34. 9.
 Ex multiplici. *de decimis.* III. 30. 3.
 Ex ore sedentis. *Et infra.* Accedentibus. *de his. quae sunt a mai. part. cap.* III. 11. 3.
 Ex ore sedentis in throno. *de privileg.* V. 33. 17.
 Ex parte episcopi. *de constitut.* I. 2. 12.
 Ex parte Conventrensis. *de rescript.* I. 3. 2.
 Ex parte S. personae. *cod. tit.* I. 3. 12.
 Ex parte decani. *cod. tit.* I. 3. 33.
 Ex parte vestra fuit propositum, quod, quum in patria. *de consuetud.* I. 4. 10.
 Ex parte vestra nostro fuit apost. reseratum, quod quidam. *de temporib. ordinat.* I. 11. 10.
 Ex parte tua fuit propositum. *Et infra.* F. t. t. resp. *de scrutinio.* I. 12. un.
 Ex parte Bartholomaei monachi. *de corp. vitiat.* I. 20. 3.
 Ex parte M. presbyteri. *cod. tit.* I. 20. 5.
 Ex parte tua fuit propositum coram nobis. *de offic. vicar.* I. 28. 6.
 Ex parte N. nobis. *de offic. et potest. iud. de leg.* I. 29. 12.
 Ex parte tua. *Et infra.* Quaestioni. *cod. tit.* I. 29. 13.
 Ex parte tua. *Et infra.* Quia. *de offic. iud. ordin.* I. 31. 5.
 Ex parte tua. *Et infra.* Poteris. *de transact.* I. 36. 11.
 Ex parte tua nobis fuit propositum, quod quidam. *de postulando.* I. 37. 2.
 Ex parte scabinorum. *de alienat. ind. mutand. caus. fact.* I. 42. 2.
 Ex parte tua nostris. *de arbitris.* I. 43. 10.
 Ex parte B. quondam. *de foro compet.* II. 2. 15.
 Ex parte M. mulieris. *de restit. spoliat.* II. 13. 14.
 Ex parte abbatis et conventus. *de confessio.* II. 18. 3.
 Ex parte A. presbyteri. *de testibus.* II. 20. 7.
 Ex parte carissimae. *de fid. instrument.* II. 22. 11.
 Ex parte tua. *Et infra.* Praesenti. *de appell.* II. 28. 47.
 Ex parte M. dominae. *cod. tit.* II. 28. 67.
 Ex parte tua fuit propositum, quod nonnulli literati terrae. *de cler. coniugat.* III. 3. 9.
 Ex parte vestra nostro fuit apostolatus reseratum, quod ecclesia. *de cler. non resident.* III. 4. 8.
 Ex parte tua fuit propositum, quod tempore. *cod. tit.* III. 4. 13.
 Ex parte tua fuit propositum, quod, quum Aurasienensis. *de cler. aegrot.* III. 6. 5.
 Ex parte Hastenen. *de concess. praebend.* III. 8. 10.
 Ex parte tua nobis fuit, frater. *de his. quae sunt a mai. part. cap.* III. 11. 4.
 Ex parte tua nostro est apostolatus reseratum, quod saepius. *de feudis.* III. 20. 2.
 Ex parte canonicorum Obriegen. *de sepultur.* III. 28. 5.
 Ex parte parentum. *cod. tit.* III. 28. 11.
 Ex parte tua ad nos. *de decimis.* III. 30. 10.
 Ex parte canonicorum ecclesiae. *cod. tit.* III. 30. 21.
 Ex parte tua. *Et infra.* Quum igitur. *cod. tit.* III. 30. 27.
 Ex parte tua fuit propositum, quod nonnulli sunt. *de regularib.* III. 31. 22.
 Ex parte abbatis sancti Petri. *de convers. coniugat.* III. 32. 9.
 Ex parte tua est intimatum. *cod. tit.* III. 32. 14.
 Ex parte tua fuit propositum. *Et infra.* Abbas. *de capell. monach.* III. 37. 3.
 Ex parte Compostellani. *de censibus.* III. 39. 18.

Ex parte vestra. *Et infra.* Postulationi. *de celebrat. missar.* III. 41. 5.
 Ex parte vestra quaesitum fuit. *de observat. ieiunior.* III. 46. 1.
 Ex parte C. mulieris. *de sponsal.* IV. 1. 9.
 Ex parte tua. *Et infra.* Prudentiae. *de accusat.* V. 1. 11.
 Ex parte abbatissae. *de privileg.* V. 33. 13.
 Ex parte tua fuit quaesitum. *ead. tit.* V. 33. 18.
 Ex parte tua fuit propositum, quod nonnulli literati, quos. *ead. tit.* V. 33. 27.
 Ex parte in Christo. *de verbor. signif.* V. 40. 23.
 Ex parte vestra fuit propositum, quod praepositus. *ead. tit.* V. 40. 30.
 Ex parte vestra fuit propositum, quod patriarcha. *ead. tit.* V. 40. 31.
 Explicari. *de observat. ieiun.* III. 46. 3.
 Expositi nobis, quod praedecessor. *de corp. vitiat.* I. 20. 6.
 Expositi nobis, quod ecclesiae. *de praebend.* III. 5. 33.
 Expositi nobis. *de dilat.* II. 4. 4.
 Exposita. *de arbitris.* I. 43. 11.
 Ex praesentium. *de pignori.* III. 21. 3.
 Ex publico. *de convers. coniugat.* III. 32. 7.
 Ex quorundam. *de alienat. iudic. mut. caus. fact.* I. 42. 1.
 Ex ratione. *Et infra.* Accepimus. *de aet. et qualit.* I. 14. 2.
 Ex ratione. *Et infra.* Verum. *de appell.* II. 28. 8.
 Ex rescripto, quod. *de inrejur.* II. 24. 9.
 Ex rescripto literarum. *de locat. et conduct.* III. 18. 1.
 Ex speciali. *de Iudaeis.* V. 6. 18.
 Ex studiis. *de praesumpt.* II. 23. 3.
 Ex tenore literarum, quas. *de rescript.* I. 3. 16.
 Ex tenore tuarum. *de temporib. ordinat.* I. 11. 4.
 Ex tenore literarum comitis. *de foro compet.* II. 2. 11.
 Ex tenore vestrarum. *de testibus.* II. 20. 35.
 Ex tenore literarum vestrarum accepimus. *de concess. praebend.* III. 8. 13.
 Ex tenore literarum vestrarum nobis. *qui filii sint legit.* IV. 17. 14.
 Ex tenore literarum tuarum nobis. *de sentent. excomm.* V. 39. 10.
 Exstirpandae. *de praebend.* III. 5. 30.
 Ex transmissa relatione. *de renunciat.* I. 9. 3.
 Ex transmissa conuentione G. clerici. *de fil. presbyt.* I. 11. 7.
 Ex transmissa nobis insinuatione. *de foro compet.* II. 2. 6.
 Ex transmissa nobis. *Et infra.* Mandamus. *de restitut. spoliat.* II. 13. 8.
 Ex transmissa conuentione abbatissae. *de praescript.* II. 26. 10.
 Ex transmissa querela. *de decimis.* III. 30. 23.
 Ex tua. *de fil. presbyt.* I. 17. 9.
 Ex tuarum tenore literarum accepimus, quod, quum. *de auctor. et usu pall.* I. 7. 5.
 Ex tuarum tenore literarum accepimus, quod V. prebyter. *de sortilegiis.* V. 21. 2.
 Ex tuarum intelleximus. *de purgat. canon.* V. 34. 8.
 Ex tuae devotionis. *de cleric. non resident.* III. 4. 11.
 Ex tuae fraternitatis. *de simonia.* V. 3. 20.

F.

Falsidicus. *de crim. falsi.* V. 20. 1.
 Felicitas memoriae. *de tornam.* V. 13. 1.
 Filius noster. *de testam.* III. 26. 5.
 Finem. *de dolo et contum.* II. 14. 5.
 Firmiter. *de summa Trinit.* I. 1. 1.
 Firmissime. *de haeret.* V. 7. 3.
 Forus. *de verbor. signif.* V. 40. 10.
 Fraternalitatis tuae literis. *de testibus.* II. 20. 17.
 Fraternalitatis tuae literas. *de frigid.* IV. 15. 6.
 Fraternalitatis tuae. *Et infra.* Quum. *de haeret.* V. 7. 4.
 Fraternalitatis tuae. *Et infra.* Praeterea. *de cler. non resident.* III. 4. 5.
 Fraternalitatis tuae. *Et infra.* Divortii. *de eo, qui cognov.* IV. 13. 7.
 Fraternalitatis tuae. *Et infra.* Priorem. *de schismat.* V. 8. 2.
 Fraternalitatis tuae. *Et infra.* Presbyteros. *de cler. excomm.* V. 21. 6.
 Fraternalitatem tuam credimus. *de donat.* III. 24. 2.
 Fraternalitatem tuam non. *de sepult.* III. 28. 3.
 Fures. *de furt.* V. 18. 2.

G.

Gaudemus in Domino. *Et infra.* Mulieres. *de convers. coniugat.* III. 32. 19.
 Gaudemus in Domino. *Et infra.* Utrum. *de divort.* IV. 19. 8.
 Gaudemus. *Et infra.* Ceterum. *qui fil. sint legit.* IV. 17. 15.

G. perpetuus. *de fide instrument.* II. 22. 12.
 Gemma. *de sponsal.* IV. 1. 29.
 Gratum gerimus. *Et infra.* Accepimus. *de postul. praelat.* I. 5. 2.
 Gratum gerimus. *Et infra.* Sane. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 20.
 Gravis ad nos. *de restitut. spoliat.* II. 13. 11.
 Gravis illa. *de deposito.* III. 16. 1.
 Gravis admodum. *de censibus.* III. 39. 15.
 Grave gerimus. *de offic. iudic. ordin.* I. 31. 19.
 Grave nimis. *de praebend.* III. 5. 29.
 Gravem et dolore. *de excess. prael.* V. 31. 15.
 Gravem capituli. *de poenis.* V. 37. 13.
 Gravem venerabilis. *de sentent. excomm.* V. 39. 53.

II.

Henricus. *de cler. pugnans in duello.* V. 14. 2.
 His, quae. *de maiorit. et obedient.* I. 33. 11.
 His, quibus interdicitur. *de elect.* I. 6. 60.
 His, quibus ex officio. *de offic. iudic. ordin.* I. 31. 20.
 Humilis. *de maiorit. et obedient.* I. 33. 17.

I.

Iacobus. *de simonia.* V. 3. 44.
 Ignarus. *de libell. oblat.* II. 3. 1.
 Illa devotionis. *no sede vacante. aliqu. innov.* III. 9. 2.
 Illa quotidiana. *de elect.* I. 6. 39.
 Illa praepositorum. *de accusat.* V. 1. 3.
 Illud Dominus in beato Petro. *Et infra.* Quum spiritualia. *de maiorit. et obed.* I. 33. 5.
 Illud quoque. *de praesumpt.* II. 23. 11.
 Illud autem. *de praescript.* II. 26. 8.
 Illud praetereundum. *de iure patronat.* III. 38. 8.
 Illud Dominus in beato Petro. *Et infra.* Venerabilis. *de cler. excomm.* V. 27. 5.
 Illud etiam. *de excess. praelat.* V. 31. 6.
 Illud vos. *de pignori.* III. 21. 4.
 Immunitatem. *de immunit. eccles.* III. 49. 10.
 Imperatorum. *de iurament. calumn.* II. 7. 4.
 Imputari. *de fide instrument.* II. 22. 13.
 In aliquibus. *de decimis.* III. 30. 32.
 In archiepiscopatu. *de raptoribus.* V. 17. 4.
 In audientia. *de sentent. excomm.* V. 39. 25.
 In causa. *de caus. possess. et propriet.* II. 12. 8.
 In causa. *Et infra.* Quum. *de elect.* I. 6. 30.
 In causis ecclesiasticis. *de testibus.* II. 20. 15.
 In causis, quae. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 19.
 In civitate. *de usuris.* V. 19. 6.
 Indecens. *de natis ex liber. ventr.* IV. 10. unic.
 Indecorum. *de aet. et qual.* I. 14. 3.
 Indicantem. *de testament.* III. 26. 4.
 Indicatum. *de immunit. ecclesiar.* III. 49. 3.
 Indignum. *de reg. iur.* V. 41. 11.
 In ecclesia. *de institut.* III. 7. 2.
 In ecclesiis. *de capell. monachor.* III. 37. 1.
 In eos. *de haeret.* V. 7. 6.
 In Genesis. *de elect.* I. 6. 55.
 Inhaerentes. *de iurament. calumn.* II. 7. 1.
 Inhibendum est. *de cohabit. cler. et mulier.* III. 2. 1.
 In his, quae ad cultum. *de privileg.* V. 33. 30.
 In his, quae ambiguntur. *de verbor. signif.* V. 40. 15.
 In iustum. *de rer. permut.* III. 19. 4.
 In Lateranensi. *de praebend.* III. 5. 31.
 In literis. *Et infra.* Cons. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 9.
 In literis tuis. *Et infra.* Super. *de restitut. spoliat.* II. 13. 5.
 In literis. *Et infra.* Quidam. *de testibus.* II. 20. 24.
 In literis tuis continebatur. *de raptoribus.* V. 17. 5.
 In nomine. *de testibus.* II. 20. 2.
 In nonnullis. *de Iudaeis.* V. 6. 15.
 In nostra propositi. *de rescript.* I. 3. 32.
 In nostra praesentia Tull. *de procurat.* I. 38. 4.
 In nostra praesentia. *Et infra.* Quum igitur. *de testibus.* II. 20. 32.
 In nostra praesentia constituti. *de sepult.* III. 28. 10.
 In nostra et fratrum. *de iniuriis.* V. 36. 8.
 Innotuit nobis, quod Vigoriensis. *de elect.* I. 6. 20.
 Innotuit nobis, Guilielmo. *de arbitris.* I. 43. 12.
 Innotuit nobis. *Et infra.* Quia. *de maledicis.* V. 26. 1.
 Innotuit nobis, quod G. clericiens. *de eo, qui furtivos.* V. 30. 3.
 Innovamus, ut presbyteri. *de treuga et pace.* I. 34. 2.
 Innovamus. *Et infra.* Nec. *de censibus.* III. 39. 10.
 Innovate. *de verbor. signif.* V. 40. 1.
 In omni. *de testibus.* II. 20. 4.
 In ordinando. *de simonia.* V. 3. 1.
 In pertractandis. *de iurament. calumn.* II. 7. 3.

In praesentia nostra. *Et infra.* Licet igitur. *de renunc.* I. 9. 6.
 In praesentia C. sancti Hadriani. *de probat.* II. 19. 8.
 In praesentia nostra quaesivisti. *de sponsal.* IV. 1. 19.
 In praesentia dilecti. *de sentent. excomm.* V. 39. 46.
 In quadam. *de celebr. miss.* III. 41. 8.
 In quibusdam. *de poenis.* V. 37. 12.
 Inquirendum. *de pecul. cleric.* III. 26. 4.
 Inquisitionis. *de accusat.* V. 1. 21.
 Inquisitioni tuae taliter. *de appell.* II. 28. 71.
 Inquisitioni tuae respondentes. *de sentent. excomm.* V. 39. 44.
 In singulis. *de statu monach.* III. 35. 7.
 Insinuante R. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 25.
 Insinuante I. *qui cler. vel vovent.* IV. 6. 7.
 Insinuatione. *de feudis.* III. 20. 1.
 Insinuatum. *de simonia.* V. 3. 13.
 Instruendi. *de serv. non ordin.* I. 18. 1.
 Insuper statuiimus. *de testibus.* II. 20. 6.
 Insuper adieciati. *qui matrim. accus. poss.* IV. 18. 4.
 In tabulis. *de sortileg.* V. 21. 1.
 In tantum peccatis. *de simonia.* V. 3. 36.
 In tantum clamor. *de collus. deleg.* V. 22. 4.
 Intelligentia. *de verbor. signif.* V. 40. 6.
 Intellecto. *de inrejur.* II. 24. 33.
 Intelleximus, quod, quum in. *de aet. et qualit.* I. 14. 12.
 Intelleximus. *Et infra.* Quia postulasti. *de iudicis.* II. 1. 7.
 Intelleximus, quod, quum quaedam. *de ord. cognit.* II. 10. 1.
 Intelleximus, quod M. mulier. *de his, qui fil. occid.* V. 10. 2.
 Intelleximus, quod, quum S. laicus. *de adulter.* V. 16. 6.
 Intelleximus ex literis. *de novi oper. nunciat.* V. 32. 1.
 Inter alia. *Et infra.* Tuis. *de immunit. eccles.* III. 49. 6.
 Inter alia, quae. *de sentent. excomm.* V. 39. 31.
 Inter cetera, quae. *de offic. iudic. ordin.* I. 31. 15.
 Inter cetera. *Et infra.* Super. *de appell.* II. 28. 2.
 Inter cetera. *Et infra.* Facta. *de praebend.* III. 5. 17.
 Inter ceteras consultationes. *de rescript.* I. 3. 4.
 Inter ceteras. *Et infra.* Item. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 9.
 Inter corporalia. *de transl. episc.* I. 7. 1.
 Inter dilectos filios G. abbatem. *de fide instrum.* II. 22. 6.
 Inter dilectos filios Hospitalarios. *de donat.* III. 24. 8.
 Inter dilectos filios, B. et P. *de excess. praelat.* V. 31. 11.
 Interdiximus. *de decimis.* III. 30. 35.
 Interfecisti. *de homicid.* V. 12. 2.
 Inter monasterium. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 20.
 Inter opera. *de sponsal.* IV. 1. 20.
 Interposita. *de appell.* II. 28. 70.
 Inter quatuor. *Et infra.* Consuluit. *de cler. peregrinis.* I. 22. 2.
 Inter quatuor. *Et infra.* Petitionem. *de maiorit. et obedient.* I. 33. 8.
 Inter quatuor animalia. *de cler. non resident.* III. 4. 10.
 Inter quatuor. *Et infra.* Quamliu. *de religio. domb.* III. 36. 5.
 Inter sollicitudines. *de purgat. canon.* V. 34. 10.
 Intimasti. *de appell.* II. 28. 68.
 Intimavit. *de testibus.* II. 20. 18.
 Investigandum. *de peculio cler.* III. 25. 1.
 Ioannes nobis. *de cler. coniugat.* III. 3. 7.
 Ioannes clericus. *de testam.* III. 26. 19.
 Ioannes frater. *de regular.* III. 31. 5.
 Ioannes sacerdos. *de homicid.* V. 12. 23.
 Iordanae. *de eo, qui cognov.* IV. 13. 11.
 Ioseph. *de verbor. signif.* V. 40. 5.
 Irrefragabili. *de offic. iud. ordin.* I. 31. 13.
 Terra erit. *de his, quae fiunt a praelat.* III. 10. 1.
 Is, cui. *de novi oper. nunc.* V. 32. 4.
 Is, qui conqueritur. *de solut.* III. 23. 4.
 Is, qui fidem. *de sponsal.* IV. 1. 30.
 Ita quorundam. *de Iudaeis.* V. 6. 6.
 Item quum. *de restitut. spoliat.* II. 13. 6.
 Iudaei sive Sarraceni. *Et infra.* Testimonium. *de testibus.* II. 20. 21.
 Iudaei de civitate. *de Iudaeis.* V. 6. 3.
 Iudaei sive Sarraceni neque sub. *ead. tit.* V. 6. 5.
 Iudicis. *de offic. iudic.* I. 32. 2.
 Iuramentum. *de inrejur.* II. 24. 36.
 Iuravit. *de probat.* II. 19. 6.
 Iurgantium. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 2.
 Ius dictum. *de verb. signif.* V. 40. 12.
 Iuvonis. *de sponsal.* IV. 1. 3.

L.

Lator praesentium sua nobis. *de sent. et re iudic.* II. 27. 7.
 Lator praesentium. *Et infra. Lex. de pignori-*
rib. III. 21. 2.
 Lator praesentium. *qui filii sint. legit.* IV. 17. 5.
 Lator praesentium P. *de homicid.* V. 12. 9.
 Latorum. *de cler. excomm.* V. 27. 4.
 Laudabilem. *Et infra. Quaevis. ut lit. pend. nih. innovet.* II. 16. 2.
 Laudabilem. *Et infra. Interrogasti. de convers. infid.* III. 33. 1.
 Laudabilem. *Et infra. Requististi. de frigidis.* IV. 15. 5.
 Lectae coram nobis. *de renunciat.* I. 9. 14.
 Legebatur. *de maiorit. et obedient.* I. 33. 3.
 Licet de vitanda. *de elect.* I. 6. 6.
 Licet in tantum. *de translata. episc.* I. 7. 4.
 Licet magister. *de suppl. neglig. praelator.* I. 10. 3.
 Licet undique. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 30.
 Licet Tranen. *de offic. legati.* I. 30. 5.
 Licet in corrigendis. *de offic. iud. ord.* I. 31. 12.
 Licet ex suscepto. *de foro compet.* II. 2. 10.
 Licet ratione. *ead. tit.* II. 2. 20.
 Licet tam veteris quam novi testamenti pagina septimum. *de feriis.* II. 9. 3.
 Licet multum. *Et infra. Conquestus est. de restit. spoliat.* II. 13. 1.
 Licet causam. *de probat.* II. 19. 9.
 Licet universis. *Et infra. Quia. de testibus.* II. 20. 73.
 Licet ex quadam. *ead. tit.* II. 20. 47.
 Licet dilectus. *ead. tit.* II. 20. 49.
 Licet vobis. *de praebend.* III. 5. 32.
 Licet de benignitate. *de decimis.* III. 30. 11.
 Licet quibusdam. *de regular.* III. 31. 18.
 Licet universis liberum sit. *de voto.* III. 34. 6.
 Licet multum. *Et infra. Dixit quoque. de censibus.* III. 39. 4.
 Licet Graecos. *de baptismo.* III. 42. 6.
 Licet praeter solitum. *de sponsu duor.* IV. 4. 3.
 Licet. *Et infra. Sans. de coniug. servor.* IV. 9. 3.
 Licet in beato. *de accusat.* V. 1. 14.
 Licet Heji. *de simonia.* V. 3. 31.
 Licet ad regimen. *de crim. falsi.* V. 20. 5.
 Licet iuxta. *de poenit.* V. 37. 3.
 Licet tam veteris quam novi testamenti pagina. *Et infra. Si autem. de poenit. et remiss.* V. 38. 6.
 Ligneis. *de consecr. eccles.* III. 40. 6.
 Literae tuae. *de dilat.* II. 8. 3.
 Literae vestrae. *de frigid.* IV. 15. 7.
 Literae, quas. *de matrim. contract.* IV. 16. 1.
 Literas tuas. *Et infra. Si tuam. de renunci.* I. 9. 1.
 Literas vestras discretionis. *de suppl. neglig. praelat.* I. 10. 4.
 Literas vestras recepimus super inordinata. *de temporib. ordinat.* I. 11. 13.
 Literas. *Et infra. Intelleximus. de fil. presbyt.* I. 11. 14.
 Literas. *Et infra. Sane Roman. eccl. de iuram. calumn.* II. 7. 2.
 Literas tuas recepimus. *quod, quum. de restitut. spoliat.* II. 13. 13.
 Literas vestras recepimus. *de praesumpt.* II. 23. 14.
 Literas vestras accepimus. *quod, quum. de concess. praebend.* III. 8. 9.
 Literas tuas recepimus. *continentes. quod, quum super. de celebr. miss.* III. 41. 14.
 Literas tuas fraternitatis. *de despons. impub.* IV. 2. 4.
 Literas. *Et infra. Quia. de coniug. leprosur.* IV. 8. 3.
 Literis apostolicis. *de rescript.* I. 3. 39.
 Literis tuas fraternitatis. *de praesumpt.* II. 23. 12.
 Literaturam. *de voto.* III. 34. 3.

M.

Magnus episcopus. *de obligat. ad ratioc.* I. 19. 1.
 Magnae. *de voto.* III. 34. 7.
 Maiores. *de baptismo.* III. 42. 3.
 Maioribus. *de praebend.* III. 5. 8.
 Mancipia. *de rer. permut.* III. 19. 3.
 Mandatum. *de rescript.* I. 3. 38.
 Mandato procuratoris. *de procurat.* I. 38. 13.
 Mandato nostro. *de simonia.* V. 3. 46.
 Mandata. *de praesumpt.* II. 23. 6.
 Mandamus. *de offic. archidiacon.* I. 23. 6.
 Manifesta. *de poenit. et remiss.* V. 38. 1.
 Maritis. *de adult.* V. 16. 4.
 Martinus. *de cognat. spirit.* IV. 11. 4.
 Massana. *de elect.* I. 6. 56.
 Matthaenus. *de simonia.* V. 3. 23.
 Meminimus. *Et infra. Ceterum. de appell.* II. 28. 9.

Meminimus. *Et infra. Respondemus. qui cler. vel covent.* IV. 6. 3.
 Meminimus. *tibi. de accusat.* V. 1. 13.
 Michael presbyter. *de filiis presbyt.* I. 17. 13.
 Michael laicus. *de usuris.* V. 19. 17.
 Ministerium. *de offic. archipresbyt.* I. 24. 2.
 Miramur. *de sero. non ordin.* I. 18. 7.
 Monachi non. *de stu u monach.* III. 35. 2.
 Monachi vero. *de sentent. excomm.* V. 39. 2.
 Monasteria. *de vita et honest. cler.* III. 1. 8.
 Moniales. *de purgat. canon.* V. 31. 3.
 Multa sunt. *ne cler. vel monach.* III. 50. 1.
 Multorum. *de iudicis.* V. 6. 2.
 Mulier. *de convers. coniugal.* III. 32. 21.
 Mulier. *de iureiur.* II. 23. 34.
 Mulieres. *quum pro. de donat. inter vir. et uxor.* IV. 20. 1.
 Mulieres vel aliae. *de sentent. excomm.* V. 39. 6.

N.

Nam concupiscentiam. *de constitut.* I. 2. 4.
 Nam et rex. *de verbor. signif.* V. 40. 2.
 Nam et ego. *ead. tit.* V. 40. 3.
 Naviganti. *de usuris.* V. 19. 19.
 Nec episcopi. *de tempor. ordin.* I. 11. 7.
 Ne dei. *de simonia.* V. 3. 43.
 Ne iunitaris. *de constit.* I. 2. 5.
 Nemo. *de simonia.* V. 3. 14.
 Nemini. *de offic. legati.* I. 30. 10.
 Ne nimia. *de relig. domib.* III. 36. 9.
 Non pro defectu. *de elect.* I. 6. 41.
 Ne pro dilatione. *de poenitent. et remiss.* V. 38. 16.
 Ne religiosi. *de regularib.* III. 31. 24.
 Nicolao. *de appell.* II. 28. 64.
 Nihil est. *de elect.* I. 6. 44.
 Nihil prodest. *de praescript.* II. 26. 2.
 Nihil obstat. *de verbor. signif.* V. 40. 7.
 Nimis in tua. *de fil. presbyt.* I. 17. 18.
 Nimis de iure. *de iureiur.* II. 24. 30.
 Nimis iniqua. *de excessib. praelator.* V. 31. 16.
 Nimis prava. *ead. tit.* V. 31. 17.
 Nisi quum pridem. *de renunciat.* I. 9. 10.
 Nisi essent. *de praebend.* III. 5. 21.
 Nisi specialis dilectio. *de auctorit. et us. pullii.* I. 8. 3.
 Nisi specialis illa. *de offic. legati.* I. 30. 3.
 Nobis fuit. *Et infra. Inquisitioni. de iure patronat.* III. 38. 25.
 Nobis fuit ex parte. *de simonia.* V. 3. 27.
 Nobilis homo. *de purgat. canon.* V. 34. 1.
 Non amplius. *de institut.* III. 7. 1.
 Non debet quis. *de testibus.* II. 20. 56.
 Non debet reprehensibilis. *de consangu. et affinit.* IV. 14. 8.
 Non dubium est. *de sentent. excomm.* V. 39. 5.
 Non est in potestate. *de decimis.* III. 30. 22.
 Non est vobis dubium. *de regular.* III. 31. 7.
 Non est voti. *de voto.* III. 34. 5.
 Non est vobis. *sicut arbitramur. de sponsul.* IV. 1. 11.
 Non iniuste. *de procurat.* I. 38. 14.
 Non liceat episcopo. *de cler. non resident.* III. 4. 1.
 Non liceat ulli. *de praebend.* III. 5. 2.
 Non licet. *de reb. eccl. alien. vel non.* III. 13. 1.
 Non magnopere. *ne cler. vel manuch.* III. 50. 3.
 Non minus. *de immunit. eccl.* III. 49. 4.
 Nunc bene. *de praesumpt.* II. 23. 5.
 Nonnulli. *de rescript.* I. 3. 28.
 Non potest. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 3.
 Non satis. *de simonia.* V. 3. 8.
 Non sine multa. *de arbit.* I. 43. 2.
 Non ut apponeres. *de baptismo.* III. 42. 5.
 Non inter. *de purgat. canon.* V. 34. 6.
 Nos instituta. *de sepult.* III. 28. 1.
 Nos quidem. *de testum.* III. 26. 3.
 Nostra postulasti. *de poenitent. et remiss.* V. 38. 15.
 Nosti. *de elect.* I. 6. 9.
 Nova. *de poenitent. et remiss.* V. 38. 10.
 Novum genus. *de decimis.* III. 30. 2.
 Novit ille. *qui nihil ignorat. Et infra. Ex parte. de offic. legati.* I. 30. 7.
 Novit ille. *qui nihil ignorat. Et infra. Non putet. de iudiciis.* II. 1. 13.
 Novit ille. *qui nihil ignorat. Et infra. Praeterea. de appell.* II. 28. 43.
 Novit ille. *qui scrutator est. ne sede vacant. aliqu. inn.* III. 9. 1.
 Novit tuae discretionis. *de his. quae fiunt a prael.* III. 10. 4.
 Noverit. *de sentent. excomm.* V. 39. 49.
 Novimus. *de verb. signif.* V. 40. 27.
 Nullus in ecclesia. *de elect.* I. 6. 1.
 Nullus. *Et infra. Si quis. de servis non ordin.* I. 18. 4.
 Nullus iudicium. *de foro competent.* II. 2. 2.
 Nullus dubitat. *de praesumpt.* II. 23. 4.
 Nullus episcopus clericos. *de iureiur.* II. 24. 5.
 Nullus presbyter. *de pignori.* III. 21. 1.
 Nullus episcopus alterius. *de parochiis.* III. 29. 3.
 Nullus tondetur. *de regular.* III. 31. 1.
 Nullus laicus. *de iure patronat.* III. 38. 17.

Nulli liceat. *de reb. eccles. al. vel non.* III. 13. 5.
 Nulli episcoporum. *de accusat.* V. 1. 5.
 Nulli Iudaeo. *de Iudaeis.* V. 6. 19.
 Nulli se. *de sentent. excomm.* V. 39. 8.
 Nulla ecclesiastica. *de concess. praebend.* III. 8. 2.
 Nunc autem. *de relig. Romib.* III. 36. 1.
 Nuncios. *de decimis.* III. 30. 6.
 Nuper a nobis. *Et infra. Tertius. de bigamis.* I. 21. 4.
 Nuper nobis. *de testibus.* II. 20. 51.
 Nuper abbates. *de decimis.* III. 30. 34.
 Nuper a nobis tua discretio requisivit. *si aliqua. de donat. int. vir. et uxor.* IV. 20. 6.
 Nuper a nobis tua discretio requisivit quid. *de sentent. excomm.* V. 39. 29.

O.

Oblatae. *de appell.* II. 28. 57.
 Odoardus. *de subat.* III. 23. 3.
 Officium vero. *de offic. archid.* I. 23. 2.
 Officium archipresbyteri. *de offic. archipresbyt.* I. 24. 3.
 Officii tui. *de elect.* I. 6. 38.
 Officii. *Et infra. Secundo. de testament.* III. 26. 14.
 Officii. *Et infra. Significasti. de poenitent. et remiss.* V. 38. 9.
 Officii. *Et infra. Postremo. de sentent. excomm.* V. 39. 42.
 Olim ex literis. *de rescript.* I. 3. 25.
 Olim inter episcopum. *de lit. contestat.* II. 5. un.
 Olim causam. *quae. de restitut. spoliat.* II. 13. 12.
 Olim vobis. *ead. tit.* II. 13. 16.
 Olim inter te. *ead. tit.* II. 13. 17.
 Olim. *Et infra. Nuper vero. de except.* II. 25. 7.
 Olim causam. *quam. de censibus.* III. 39. 20.
 Olim I. V. et P. *de accusat.* V. 1. 26.
 Olim scribentibus. *de iureiur.* V. 36. 7.
 Olim tibi. *de verbor. signif.* V. 40. 16.
 Omnis anima. *de celebr.* III. 39. 2.
 Omnis res. *de regul. iur.* V. 41. 1.
 Omnia utriusque. *de poenitent. et remiss.* V. 38. 12.
 Omnes principes. *de maiorit. et obedient.* I. 33. 4.
 Omnes dies. *de feriis.* II. 9. 1.
 Omnibus. *de cler. venat.* V. 24. 2.
 Omnipotens. *de accusat.* V. 1. 4.
 Osus episcopus. *de elect.* I. 6. 2.

P.

Pactum. *de verbor. signif.* V. 40. 11.
 Pactiones. *de pactis.* I. 35. 8.
 Parochiano. *de sepultur.* III. 28. 14.
 Parochianos. *Et infra. Quum. de decimis.* III. 30. 14.
 Parochianos vestros. *de sentent. excomm.* V. 39. 9.
 Pastoralis officii. *Et infra. Praeterea. de rescript.* I. 3. 14.
 Pastoralis. *Et infra. Praeterea. de sacrament. non uer.* I. 16. 1.
 Pastoralis officii. *Et infra. Consultationi. de offic. et potest. iudic. deleg.* I. 29. 28.
 Pastoralis officii. *Et infra. Ex parte. de offic. iud. ord.* I. 31. 11.
 Pastoralis. *Et infra. Statuimus. de iudiciis.* II. 1. 14.
 Pastoralis officii. *Et infra. Sane. de caus. possess. et propriet.* II. 12. 5.
 Pastoralis. *Et infra. Auctoritate. de fid. instrum.* II. 22. 8.
 Pastoralis. *Et infra. Quoniam. de except.* II. 25. 4.
 Pastoralis officii diligentia. *Et infra. Quaesivisti. de appell.* II. 28. 53.
 Pastoralis officii diligentia. *Et infra. Praeterea. de his. quae fiunt a praelat.* III. 10. 9.
 Pastoralis officii. *Et infra. Tua nos. de donationib.* III. 24. 7.
 Pastoralis officii. *Et infra. Explicari. de decimis.* III. 30. 28.
 Pastoralis officii. *Et infra. Postulasti. de iure patron.* III. 38. 29.
 Pastoralis officii. *Et infra. Interrogasti. de privileg.* V. 33. 19.
 Patentibus. *ead. tit.* V. 33. 10.
 Perlatum est ad audientiam nostram. *quod, quum quidam. de his. quae vi meliusve caus. fiunt.* I. 40. 1.
 Perlatum est. *Et infra. Nobis. de iure patronat.* III. 38. 1.
 Perlatum est ad audientiam nostram. *quod, quum H. qui fil. sint legit.* IV. 17. 8.
 Permittimus. *de sentent. excomm.* V. 39. 57.
 Perniciosus. *de celebr. miss.* III. 41. 13.
 Perniciosa. *de offic. iud. ord.* I. 31. 1.
 Per nostras. *de iure patronat.* III. 38. 26.

Perpendimus. *de sentent. excomm.* V. 39. 23.
 Personas ecclesiarum. *Et infra.* Verum, si. *de testibus.* II. 20. 20.
 Personas ecclesiarum. *Et infra.* Si quis. *de appell.* II. 28. 4.
 Per inquisitionem. *de elect.* I. 6. 26.
 Per tuas nobis literas. *Et infra.* Postulasti. *de maiorit. et obedienc.* I. 33. 1.
 Per tuas literas intimasti, quod, quum super. *de arbitris.* I. 43. 9.
 Per tuas nobis literas intimasti, quod, quum T. *de probat.* II. 19. 10.
 Per tuas nobis literas intimasti, quod, quum causa. *de testibus.* II. 20. 48.
 Per tuas literas requisisti, utrum. *de appell.* II. 28. 58.
 Per tuas literas proponere. *de donat.* III. 24. 5.
 Per tuas nobis literas intimasti, te in. *de voto.* III. 34. 10.
 Per tuas literas intimasti, quod, quum quaedam. *de condit. apposit.* IV. 5. 6.
 Per tuas literas intimasti, quod R. qui fil. sint legit. IV. 17. 12.
 Per tuas nobis literas intimasti, te dubitarei de simonia. V. 3. 32.
 Per tuas literas intimasti, quod, quum B. *cod. tit.* V. 3. 35.
 Per tuas nobis literas intimasti, quod, quum D. *cod. tit.* V. 3. 37.
 Per tuas literas. *Et infra.* Videtur. *de sentent. excomm.* V. 39. 40.
 Per venerabilem. qui fil. sint legit. IV. 17. 13.
 Per vestras. *de donat. inter vir. et uxor.* IV. 20. 7.
 Pervenit ad nos, quod, quum G. de Cal. *de arbitris.* I. 43. 3.
 Pervenit ad audientiam nostram, quod, quum I. prior. *de testib. cogend.* II. 21. 4.
 Pervenit ad nos, quod, quum a laicis. *cod. tit.* II. 21. 5.
 Pervenit ad nos Landicem. *de iureiur.* II. 24. 2.
 Pervenit ad nos. *Et infra.* Non enim. *cod. tit.* II. 24. 3.
 Pervenit ad nos, quod, quum clerici. *de appell.* II. 28. 13.
 Pervenit ad nos, quod, quum V. *cod. tit.* II. 28. 24.
 Pervenit ad nos, quod Petrus miles. *de empt. et vendit.* III. 17. 4.
 Pervenit ad nos ex conquestione. *de fideiuss.* III. 22. 2.
 Pervenit ad nos. *Et infra.* Mandamus. *de decimis.* III. 30. 5.
 Pervenit ad nos. *Et infra.* Inquisitioni. *de censibus.* III. 39. 5.
 Pervenit. *Et infra.* Fraternalitas. *de immunit. eccles.* III. 49. 2.
 Pervenit ad nos, quod, quum hi. *de coniug. leprosor.* IV. 8. 1.
 Pervenit sane. qui fil. sint legit. IV. 17. 11.
 Pervenit ad nos, quod Felix. *de adult.* V. 16. 2.
 Pervenit ad audientiam nostram. *Et infra.* Quum autem. *de excess. praelat.* V. 31. 1.
 Pervenit ad nos. *Et infra.* De his. *de sent. excomm.* V. 39. 17.
 P. et G. *de offic. et potest. indic. delegat.* I. 29. 40.
 Petrus. *de homicid.* V. 12. 17.
 Petitio vestra nobis exhibita continebat, quod, quum Mutinen. *de procurat.* I. 38. 9.
 Petitio vestra nobis exhibita continebat, quod ecclesia. *de iureiur.* II. 24. 31.
 Petitio tua. *de homicid.* V. 12. 24.
 Petitiis. *de privileg.* V. 33. 20.
 Pisania. *de restitut. spuliat.* II. 13. 19.
 Placet. *de convers. coniugat.* III. 32. 12.
 Placuit sancto. *de testibus.* II. 20. 1.
 Placuit, ut, si quisquam. *de praescript.* II. 26. 1.
 Placuit, ut presbyteri. *de emt. et vendit.* III. 17. 1.
 Plerique. *de pactis.* I. 35. 7.
 Plerumque contingit. *de rescript.* I. 3. 23.
 Plerumque. *Et infra.* Si mulier. *de donat. int. vir. et uxor.* IV. 20. 4.
 Plures. *de usuris.* V. 19. 1.
 Porro de comite. *de divorc.* IV. 19. 3.
 Porro, si clericus. *de cler. pugnaut. in duello.* V. 14. 1.
 Porro, quamvis. *de privileg.* V. 33. 7.
 Porro, si aliqui. *de sent. excomm.* V. 39. 7.
 Porrecta. *de confirmat. util. vel inutil.* II. 30. 6.
 Porrectum. *de regular.* III. 31. 13.
 Possessiones. *de reb. eccles. alien. vel non.* III. 13. 10.
 Post cessionem. *de probat.* II. 19. 7.
 Post translationem. *de renunc.* I. 9. 11.
 Post electionem. *de concess. praebend.* III. 8. 7.
 Post miserabilem. *de usuris.* V. 19. 12.
 Postremo. *de appell.* II. 28. 36.
 Postulasti per sedem apostolicam edoceri, utrum alienicus. *de rescript.* I. 3. 27.
 Postulasti per sedem apostolicam edoceri, utrum sacerdos. *de foro compet.* II. 2. 14.
 Postulasti. *Et infra.* Tertio. *de regular.* III. 31. 21.

Postulasti per sedem apostolicam edoceri, ut, quum rectores. *de iure patronat.* III. 38. 30.
 Postulasti, qualiter contra. *de Iudaeis.* V. 6. 14.
 Postulasti. *Et infra.* Quaesivisti. *de homicid.* V. 12. 21.
 Postulasti per sedem apost. edoceri, ut, quum ad vos. *de concess. praebend.* III. 8. 15.
 Postulasti a nobis, an vobis. *de voto.* III. 31. 11.
 Postulasti per sedem apost. edoceri. *Et infra.* Consultationi. *de cler. excomm.* V. 27. 7.
 Postulationem. *de postulat. praelat.* I. 5. 5.
 Postquam. *de elect.* I. 6. 3.
 Potuit emphyteuta. *de locato et conduct.* III. 19. 4.
 Praelatorum. *de accusat.* V. 1. 27.
 Praesenti. *de Iudaeis.* V. 6. 1.
 Praesentium auctoritate iubemus. *de fil. presbyt. ord. vel non.* I. 17. 3.
 Praesentium auctoritate statuimus. *de testibus.* II. 20. 31.
 Praesentium lator. *de cler. percuss.* V. 23. 3.
 Praesentia. *de testibus.* II. 20. 50.
 Praeterea licet. *de act. et qual. et ord. praefic.* I. 14. 5.
 Praeterea super hoc. *de offic. et potest. indic. delegat.* I. 29. 5.
 Praeterea, quando. *de transact.* I. 36. 9.
 Praeterea quarto. *cod. tit.* I. 36. 10.
 Praeterea adiecti. *de dilat.* II. 8. 2.
 Praeterea, quum quis. *de testibus.* II. 20. 27.
 Praeterea, si testes. *de testib. cogend.* II. 21. 7.
 Praeterea de his. *de appell.* II. 28. 22.
 Praeterea requisiti. *cod. tit.* II. 28. 40.
 Praeterea de G. *de praebend.* III. 5. 14.
 Praeterea, utrum. *de convers. coniugat.* III. 32. 1.
 Praeterea, quia. *de iure patronat.* III. 38. 4.
 Praeterea, quoniam advocati. *cod. tit.* III. 38. 21.
 Praeterea illi. *de censibus.* III. 39. 8.
 Praeterea hi. *de sponsal.* IV. 1. 2.
 Praeterea de muliere. *cod. tit.* IV. 1. 12.
 Praeterea, quoniam quidam. *ne praelat. vic. suus.* V. 4. 1.
 Praeterea clerici. *de apostatis.* V. 9. 1.
 Praeterea parochianis. *de usuris.* V. 19. 7.
 Praeterea, quoniam mulierem. *de cler. percuss.* V. 25. 2.
 Precariae. *de precar.* III. 14. 1.
 Precarium. *cod. tit.* III. 14. 3.
 Presbyter et diaconus. *de sacram. non iterand.* I. 16. 3.
 Presbyter, quum dioecesis. *de pecul. cler.* III. 25. 2.
 Presbyter mane. *de celebrat. miss.* III. 41. 1.
 Presbyteri. *de puenis.* V. 37. 2.
 Presbyterum, cuius. *de cler. aegrot.* III. 6. 2.
 Presbyterum, qui. *de homicid.* V. 12. 7.
 Procuraciones. *de censibus.* III. 39. 23.
 Prohibeas. *de magistris.* V. 5. 2.
 Prohibemus, ne laici. *de decimis.* III. 30. 19.
 Prohibemus insuper. *de censib.* III. 39. 7.
 Pro illorum. *de praebend.* III. 5. 22.
 Propter sterilitatem. *de locat. et conduct.* III. 18. 3.
 Propter eius. *de donat.* III. 24. 10.
 Propterea. *de verbor. signif.* V. 40. 8.
 Propositum. *de eo, qui duxit in matrim.* IV. 7. 1.
 Proponuisti nobis. *de foro compet.* II. 2. 19.
 Proponuisti, quod causa. *de probat.* II. 19. 4.
 Proponuisti, quod venientibus. *de consec. eccles.* III. 40. 4.
 Proponuisti nobis R. lator. *de fil. presbyt.* I. 17. 6.
 Proponuisti nobis M. clericus. *de appell.* II. 28. 24.
 Proponuisti nobis T. presbyter. *de concess. praebend.* III. 8. 4.
 Proponuisti nobis M. mulier. *de coniug. servor.* IV. 9. 2.
 Proponuisti coram nobis. *de cler. excomm.* V. 27. 8.
 Provideas. *de offic. vicarii.* I. 28. 2.
 Prout nobis. *de dolo et cont.* II. 14. 4.
 Prudentiam tuam. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 21.
 Prudentiam. *Et infra.* Sane. *de mutuis petit.* II. 4. 2.
 Prudentes. *de donat.* III. 24. 1.
 Puberes. *de despons. inpub.* IV. 2. 3.
 Publicato. *de elect.* I. 6. 58.
 Pueris grandisculis. *de delict. pueror.* V. 23. 1.
 Pueris, qui. *de sent. excomm.* V. 39. 60.

Q.

Qua fronte. *de appell.* II. 28. 25.
 Qualiter et quando. *Et infra.* Praecipiat. *de iudic.* II. 1. 17.
 Qualiter et quando. *Et infra.* Si circa. *de accusat.* V. 1. 17.
 Qualiter et quando debeat. *cod. tit.* V. 1. 24.
 Qualiter post obitum. *de elect.* I. 6. 17.
 Qualiter in Sarlinia. *de vactis.* I. 35. 3.

Qualiter archiepiscopus. *de cler. non resident.* III. 4. 9.
 Quam gravi. *de crim. fals.* V. 20. 6.
 Quam perniciosum. *de usur.* V. 19. 11.
 Quam sit grave. *de excess. praelat.* V. 31. 9.
 Quam sit laudabile. *de Iudaeis.* V. 6. 10.
 Quamvis multa. *de act. et qualit.* I. 14. 15.
 Quamvis simus. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 6.
 Quamvis regulariter. *de sentent. et re iud.* II. 27. 25.
 Quamvis sit grave. *de decimis.* III. 30. 17.
 Quamvis incidens. *de sentent. excomm.* V. 39. 58.
 Quamvis omnes. *de verbor. signif.* V. 40. 9.
 Quamvis causae. *de regul. iur.* V. 41. 10.
 Quanto de benignitate. *de consuetud.* I. 4. 4.
 Quanto personam Hildesemensis. *de transl. episc.* I. 7. 3.
 Quanto devotio. *de offic. iud. ord.* I. 31. 7.
 Quanto divina. *de iudicis.* II. 1. 3.
 Quanto. *Et infra.* Latere. *de praesumpt.* II. 23. 8.
 Quanto personam tuam. *de iureiur.* II. 24. 18.
 Quanto. *Et infra.* Frat tuae. *de his, quae sunt a praelat.* III. 10. 5.
 Quanto creatori. *de censibus.* III. 39. 16.
 Quanto te novimus. *de divorc.* IV. 19. 7.
 Quanto Galliena. *de magistr.* V. 5. 3.
 Quanto amplius Christiana. *de usuris.* V. 19. 18.
 Quanto amplius. *Et infra.* Sane. *de privileg.* V. 33. 26.
 Quanta. *de sentent. excomm.* V. 39. 47.
 Quaecunque. *de iur. patronat.* III. 38. 2.
 Quae in ecclesiarum. *de constitut.* I. 2. 7.
 Quae multoties. *de regul. iur.* V. 41. 7.
 Quaerenti, quid per censuram ecclesiasticam. *Et infra.* Si vero. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 26.
 Quaerenti, quid per censuram ecclesiasticam debeat. *de verbor. signif.* V. 40. 20.
 Quaeris a nobis. *de act. et qualit.* I. 14. 6.
 Quaesivit. *Et infra.* Super eo. *de his, quae sunt a maior. part. cap.* III. 11. 2.
 Quaesivit a nobis. *de divorc.* IV. 19. 2.
 Quaesivit frat. tua. *de verbor. significat.* V. 40. 14.
 Quaesitum est de sacerdotibus. *de temp. ordinat.* I. 11. 17.
 Quaesitum est de clericis. *de cohabit. cler. et mul.* III. 2. 10.
 Quaesitum est ex parte. *de rer. permut.* III. 19. 5.
 Quaesitum est, utrum. *de poenit. et remis.* V. 38. 7.
 Quaestioni. *de appell.* II. 28. 21.
 Quemadmodum. *de iureiur.* II. 24. 25.
 Querelam, quam G. *de elect.* I. 6. 28.
 Querelam A. *de procurat.* I. 38. 2.
 Querelam R. *de iureiur.* II. 24. 10.
 Querelam monachorum. *de simonia.* V. 3. 15.
 Querelam magistris. *ne prael. vic. suus.* V. 4. 4.
 Querimonia. *de iure patronat.* III. 38. 9.
 Quia alium. *de simonia.* V. 3. 2.
 Quia alios. *de haeret.* V. 7. 2.
 Quia circa minima. *de bigamis.* I. 21. 6.
 Quia circa. *Et infra.* Porro. *de consangu. et affinit.* IV. 14. 6.
 Quia circa. *Et infra.* Quaesivisti. *de privileg.* V. 33. 22.
 Quia clerici. *de iure patronat.* III. 38. 6.
 Quia diligentia. *de eccl.* I. 6. 5.
 Quia diversitatem. *de concess. praebend.* III. 8. 5.
 Quia fenestra. *de usuris.* V. 19. 14.
 Quia in causis. *de procurat.* I. 38. 7.
 Quia indigante. *de praescript.* II. 26. 9.
 Quia ingredientibus. *de testament.* III. 26. 2.
 Quia in insulis. *de regular.* III. 31. 6.
 Quia intentionis. *de privileg.* V. 33. 29.
 Quia in tantum. *de praebend.* III. 5. 5.
 Quia in omnibus. *de usuris.* V. 19. 3.
 Quia monasterium. *de relig. domib.* III. 36. 2.
 Quia nonnulli diversis. *de rescript.* I. 3. 43.
 Quia nonnulli modum. *de cler. non resident.* III. 4. 3.
 Quia nonnullis. *de magistris.* V. 5. 4.
 Quia nos. *Et infra.* Inquisitioni. *de unct. et us. pull.* I. 8. 7.
 Quia nos. *Et infra.* Ut abbates. *de appell.* II. 28. 32.
 Quia nos. *Et infra.* Consultationi. *de testament.* III. 26. 9.
 Quia plerique. *de immunit. ecclesiar.* III. 49. 8.
 Quia propter. *de elect.* I. 6. 42.
 Quia quaesitum. *de offic. et potest. iud. delegat.* I. 29. 1.
 Quia super his. *de Iudaeis.* V. 6. 4.
 Quia V. *de iudicis.* II. 1. 11.
 Quia verisimile. *de praesumpt.* II. 23. 10.
 Quicunque ecclesiasticum. *de eccl. aedif.* III. 48. 1.
 Quicunque sub conditionis. *de conditionib. appos.* IV. 5. 1.
 Qui cum fure. *de furtis.* V. 18. 4.
 Quidam cedendi. *de renunciat.* I. 9. 12.
 Quidam intravit. *de convers. coniug.* III. 32. 3.
 Quidam laicorum. *de celebrat. miss.* III. 41. 2.

- Quidam, sicut accepimus. *de apostat.* V. 9. 4.
 Quidam, ut asseris. *de homicid.* V. 12. 25.
 Quidam, sicut asseris. *de privileg.* V. 33. 32.
 Quid per novale. *de verbor. signif.* V. 40. 21.
 Qui ex timore. *de reg. iur.* V. 41. 8.
 Qui furatur. *de furt.* V. 18. 1.
 Qui in vivorum. *de concess. praebend.* III. 8. 1.
 Quintavallis. *de iureiur.* II. 24. 23.
 Qui presbyterum. *de poenit. et remiss.* V. 38. 2.
 Qui res. *de reb. eccles. alien. vel non.* III. 13. 2.
 Quisquis. *de elect.* I. 6. 43.
 Qui scandalizaverit. *de regul. iuris.* V. 41. 3.
 Quod ad consultationem. *de sent. et re iudic.* II. 27. 15.
 Quod autem consulis. *de iure patronat.* III. 38. 5.
 Quod autem consuluisti. *de poenitent. et remiss.* V. 38. 4.
 Quod a praedecessore. *de schismat.* V. 8. 1.
 Quod a te. *de cler. coniug.* III. 3. 3.
 Quod clericis. *de foro compet.* II. 2. 9.
 Quod de his. *de sent. excomm.* V. 39. 26.
 Quod Dei timorem. *de statu monach.* III. 35. 5.
 Quod dicitur. *de verbor. signif.* V. 40. 4.
 Quod dilectio. *de consangu. et affinit.* IV. 14. 3.
 Quod in dubiis. *Et infra.* Hi praeterea. *de renunciat.* I. 9. 8.
 Quod in dubiis. *Et infra.* Altare. *de consecr. eccles.* III. 40. 3.
 Quod in dubiis. *Et infra.* Quia vero. *de poenis.* V. 37. 5.
 Quod in dubiis. *Et infra.* Respondemus. *de sentent. excomm.* V. 39. 30.
 Quod in te. *de poenit. et remiss.* V. 38. 11.
 Quod latenter. *de regul. iuris.* V. 41. 5.
 Quod nobis. *Et infra.* Si enim. *de clandest. de spons.* IV. 3. 2.
 Quod nobis. *Et infra.* Si qui. *qui fil. sint legit.* IV. 17. 9.
 Quod nonnullis. *de privileg.* V. 33. 25.
 Quod non est licitum. *de regul. iuris.* V. 41. 4.
 Quod olim. *de iudic.* V. 6. 12.
 Quod quidam. *de poenitent. et remiss.* V. 38. 5.
 Quod quibusdam. *de fideiuss.* III. 22. 4.
 Quod sedem apost. *de offic. iud. ordin.* I. 31. 10.
 Quod sedem. *Et infra.* Sicut. *de frigid.* IV. 15. 2.
 Quod, sicut. *de elect.* I. 6. 28.
 Quod super his. *Et infra.* Abbates. *de maior. et obedient.* I. 33. 9.
 Quod super his. *Et infra.* Quaesivisti, quid agere. *de fide instrum.* II. 22. 7.
 Quod super his. *Et infra.* Quaesivisti de his. *de voto.* III. 34. 8.
 Quod super his. *Et infra.* Super eo. *de consangu. et affinit.* IV. 14. 5.
 Quod translationem pontificis. *de temporib. ordinat.* I. 11. 11.
 Quod translationem. *Et infra.* Licet. *de offic. legati.* I. 30. 4.
 Quoniam constitutio. *de constitut.* I. 2. 13.
 Quoniam est saceris. *de fil. presbyt.* I. 17. 10.
 Quoniam abbas. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 14.
 Quoniam apostolica. *eod. tit.* I. 29. 43.
 Quoniam in plerisque. *de offic. iudic. ordin.* I. 31. 14.
 Quoniam frequenter. *ut, lite non contest.* II. 6. 5.
 Quoniam in parte. *de feriis.* II. 9. 2.
 Quoniam contra. *de probat.* II. 19. 11.
 Quoniam aliqua. *de testib.* II. 20. 3.
 Quoniam omne. *de praescript.* II. 26. 20.
 Quoniam, ut ait. *de vit. et honest. cler.* III. 1. 9.
 Quoniam a nobis. *de decimis.* III. 30. 13.
 Quoniam in quibusdam locis. *de iure patronat.* III. 38. 3.
 Quoniam nemini. *de coniug. lepros.* IV. 8. 2.
 Quoniam simoniaca. *de simonia.* V. 3. 40.
 Quoniam in quibusdam partibus. *ne praelat. vic. suus.* V. 4. 2.
 Quoniam enormis. *eod. tit.* V. 4. 3.
 Quoniam ecclesia. *de magistris.* V. 5. 1.
 Quoniam non solum. *de usuris.* V. 19. 2.
 Quoniam per confessionem. *de privileg.* V. 33. 21.
 Quorundam. *de testament.* III. 26. 1.
 Quosdam. *de praesumpt.* II. 23. 7.
 Quoties in conventionibus. *de pactis.* I. 35. 2.
 Quoties aliqui. *de testib.* II. 20. 5.
 Quoties. *Et infra.* Pervenit. *de simonia.* V. 3. 5.
 Quotiens Tridentinus. *de purgat. canon.* V. 34. 5.
 Quum ab omni. *de vit. et honest. cleric.* III. 1. 10.
 Quum ab ecclesiarum. *de offic. iud. ord.* I. 31. 3.
 Quum accessissent. *de constit.* I. 2. 8.
 Quum ad monasterium. *de statu monach.* III. 35. 6.
 Quum ad nostram notitiam. *de elect.* I. 6. 37.
 Quum ad nostram. *Et infra.* Illud. *de institut.* III. 7. 7.
 Quum ad hoc. *de cleric. non resident.* III. 4. 16.
 Quum ad sedem. *de restitut. spoliat.* II. 13. 15.
 Quum ad quorundam. *de excessib. praelat.* V. 34. 7.
 Quum adeo. *de rescript.* I. 3. 17.
 Quum aliquibus. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 6.
 Quum a nobis petitur. *de arbitr.* I. 43. 13.
 Quum a nobis. *Et infra.* Et. *de testib. et attest.* II. 20. 28.
 Quum apostolus. *de censib.* III. 39. 6.
 Quum apostolica. *de his, quae fiunt a praelat.* III. 10. 7.
 Quum apud. *de sponsal.* IV. 1. 23.
 Quum autem. *de iur. patronat.* III. 38. 24.
 Quum Bertholdus. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 18.
 Quum bonae memoriae Clemens. *de act. et qual. I.* 14. 8.
 Quum bonae memoriae. *Et infra.* Quum. *de probat.* II. 19. 15.
 Quum canonicis. *de censibus.* III. 39. 26.
 Quum capella. *de privi leg.* V. 33. 16.
 Quum causa, quae vertitur inter Montis. *de offic. et potest. iudic. delegat.* I. 29. 22.
 Quum causa, quae inter oeconomum monasterii sancti M. de Monte. *Et infra.* Quum. *de testib.* II. 20. 42.
 Quum causa, quae vertitur inter vos. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 8.
 Quum causa, quae inter oeconomum monasterii sancti Martini de Monte et parte una. *de emt. et vendit.* III. 17. 6.
 Quum causa, quae inter E. militem. *de raptorib.* V. 17. 6.
 Quum causam, quae inter Bonum. *de elect.* I. 6. 27.
 Quum causam, quae inter Ravennatens. *de iuram. calumn.* II. 7. 6.
 Quum causam, quae inter Colubri. *de probat.* II. 19. 13.
 Quum causam, quae inter archiepiscopum. *de testib. et attest.* II. 20. 27.
 Quum causam, quae inter abbatem. *de appell.* II. 28. 62.
 Quum causam, quae inter Aurelianen. *de praebend.* III. 5. 36.
 Quum certum. *de maior. et obedient.* I. 33. 1.
 Quum cessante. *de appell.* II. 28. 60.
 Quum Christus. *de haeretic.* V. 7. 7.
 Quum clamor. *de testib. et attest.* II. 20. 53.
 Quum consuetudinis. *de consuetud.* I. 4. 9.
 Quum clericis vestrae. *de pactis.* I. 35. 6.
 Quum clerici. *Et infra.* Ad hoc quia. *de censibus.* III. 39. 11.
 Quum clerici Placentini. *de verbor. signif.* V. 40. 19.
 Quum contingat. *Et infra.* Praeterea quum. *de rescript.* I. 3. 24.
 Quum contingat interdum, quod laici ad monasteria. *de act. et qual.* I. 13. 11.
 Quum contingat interdum, quod laici. *Et infra.* Insuper. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 36.
 Quum contingat interdum. *Et infra.* Insuper. *de foro compet.* II. 2. 13.
 Quum contingat interdum, quod constante. *de iureiur.* II. 24. 28.
 Quum contingat interdum in tua dioecesi. *de decimis.* III. 30. 29.
 Quum contra magistrum. *de testib. cogend.* II. 21. 9.
 Quum contra G. civem. *de pignorib.* III. 21. 6.
 Quum constat. *eod. tit.* III. 21. 8.
 Quum creatura. *de celebr. missa.* III. 42. 11.
 Quum decorem domus Dei. *Et infra.* Filiis. *de fil. presbyt. ord. vel non.* I. 17. 15.
 Quum decorem domus Dei. *Et infra.* Interdum. *de vit. et honest. cler.* III. 1. 12.
 Quum decorem. *Et infra.* Eos. *de cler. coniugat.* III. 3. 8.
 Quum deputati. *de iudicis.* II. 1. 16.
 Quum de tua. *de corp. viciat.* I. 20. 2.
 Quum desideras. *de sentent. excomm.* V. 39. 15.
 Quum dicat. *de eccles. aedific.* III. 48. 2.
 Quum dilectus filius Guil. Andren. *de consuet.* I. 4. 8.
 Quum dilectus filius archidiaconus. *de elect.* I. 6. 32.
 Quum dilectus filius. *Et infra.* Quia nobis. *de his, quae vi metus caus.* I. 40. 6.
 Quum dilectus filius. *Et infra.* Utrum. *de arbitr.* I. 43. 6.
 Quum dilectus filius abbas de Ferentino. *de ordin. cognit.* II. 40. 2.
 Quum dilectus. *Et infra.* Ad quartum. *de caus. possess. et propriet.* II. 12. 6.
 Quum dilectus. *Et infra.* Ad secundam. *de fid. instrum.* II. 22. 9.
 Quum dilectus filius magister Otto. *de cler. non resid.* III. 4. 11.
 Quum dilectus filius abbas de Brusia. *de success. ab intest.* III. 27. 3.
 Quum dilectus filius. *Et infra.* Quia causa. *de religio. domib.* III. 36. 8.
 Quum dilectus filius. *Et infra.* Quum Hostien. *de iure patronat.* III. 38. 28.
 Quum dilectus filius. *Et infra.* Si vobis. *de accusat.* V. 1. 20.
 Quum dilectus filius magister scholarium. *de calumniat.* V. 2. 2.
 Quum dilectus. *Et infra.* Illud. *de purgat. canon.* V. 34. 11.
 Quum dilecta in Christo filia, R. custos. *de rescript.* I. 3. 22.
 Quum dilecta in Christo filia, abbatissa. *de confirm. util. vel inutil.* II. 30. 4.
 Quum dilecta in Christo filia, comitissa Flan. dren. *de concess. praebend.* III. 8. 16.
 Quum dilecti filii, nuncii Leoniden. electi. *de dolo et contum.* II. 14. 6.
 Quum dilecti filii Belvac. *de emt. et vendit.* III. 17. 3.
 Quum dilecti filii abbas. *de donationib.* III. 24. 6.
 Quum dilecti filii Cistere. *de accusat.* V. 1. 18.
 Quum dilectus. *de purgat. canon.* V. 34. 15.
 Quum ecclesia Vulterana. *de elect.* I. 6. 31.
 Quum ecclesia Sutrina. *de caus. possess. et propr.* II. 12. 3.
 Quum ecclesia Dei. *de immunit. eccles.* III. 49. 5.
 Quum ecclesiasticae. *de except.* II. 25. 3.
 Quum esses. *de testament.* III. 26. 10.
 Quum essent. *de simonia.* V. 3. 12.
 Quum et plantare. *de privileg.* V. 33. 3.
 Quum ex eo, quod. *de reliqu. et venerat. sanct.* III. 45. 2.
 Quum ex eo. *Et infra.* Eleemosynarum. *de poenit. et remiss.* V. 38. 14.
 Quum ex officio. *de praescript.* II. 26. 16.
 Quum ex illo. *de transl. epis.* I. 7. 1.
 Quum ex iniuncto. *Et infra.* Licet. *de haeret.* V. 7. 12.
 Quum ex iniuncto. *Et infra.* F. t. mandamus. *de novi oper. nunciat.* V. 32. 2.
 Quum fortius. *de calumniat.* V. 2. 1.
 Quum gratia. *de commodat.* III. 15. nnc.
 Quum II. *de eo, qui ordin. furt. suscep.* V. 30. 2.
 Quum haberet. *de eo, qui dux. in matr.* IV. 7. 5.
 Quum homines. *de decimis.* III. 30. 7.
 Quum I. et A. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 22.
 Quum iam dudum. *de praebend.* III. 5. 18.
 Quum Ioannes. *de fide instrum.* II. 22. 10.
 Quum in veteri. *de elect.* I. 6. 52.
 Quum in tua dioecesi. *Et infra.* Utrum autem. *de testib. et attest.* II. 20. 44.
 Quum in tua dioecesi quaedam. *de decim.* III. 30. 30.
 Quum in tua dioecesi. *Et infra.* Sane, quia. *de sponsal.* IV. 1. 27.
 Quum in tua dioecesi. *Et infra.* Si vero. *qui multum. actus. poss.* V. 48. 6.
 Quum in causa. *de iurament. calumn.* II. 7. 1.
 Quum in inventura tua. *de quinqueecclesiis. de praesumpt.* II. 23. 15.
 Quum in inventura tua. *Et infra.* Quia. *de purgat. can.* V. 34. 12.
 Quum in magistrum. *de elect.* I. 6. 49.
 Quum in officio. *de testament.* III. 26. 7.
 Quum in iure peritus existas. *de elect.* I. 6. 33.
 Quum in iure peritus. *Et infra.* Praeterea. *de offic. et potest. iudic. deleg.* I. 29. 31.
 Quum in ecclesia. *de simonia.* V. 3. 9.
 Quum in ecclesia. *de appell.* II. 28. 38.
 Quum in ecclesiis. *de maiorit. et obedient.* I. 33. 10.
 Quum in cunctis sacris. *de elect.* I. 6. 7.
 Quum in cunctis ecclesiis. *de his, quae fiunt a maior. part. capit.* III. 11. 1.
 Quum in apostolica. *de sponsal.* IV. 1. 18.
 Quum in partibus. *de orchor. signif.* V. 40. 17.
 Quum in dioecesi. *de usur.* V. 19. 15.
 Quum in distribuendis. *de temporib. ordinat.* I. 11. 12.
 Quum in contemplatione. *de regul. iuris.* V. 41. 6.
 Quum inferior. *de maiorit. et obedient.* I. 33. 16.
 Quum instantia. *de censib.* III. 39. 17.
 Quum infirmitas. *de poenit. et remiss.* V. 38. 13.
 Quum inhibito. *de clandest. despons.* IV. 3. 3.
 Quum inter vos ex una parte. *de consuetud.* I. 4. 5.
 Quum inter R. seniore. *de elect.* I. 6. 16.
 Quum inter universas. *eod. tit.* I. 6. 18.
 Quum inter canonicos. *eod. tit.* I. 6. 21.
 Quum inter P. Gaufridi. *de renunc.* I. 9. 2.
 Quum inter priorem. *de except.* II. 25. 5.
 Quum inter vos de ecclesia. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 13.
 Quum inter I. virum. *qui fil. sint legitimi.* IV. 17. 2.
 Quum inter vos dudum. *de verbor. signif.* V. 40. 29.
 Quum illorum. *de sentent. excomm.* V. 39. 32.
 Quum laici. *de iure patronat.* III. 38. 10.
 Quum laici. *de rebus eccles. alienund. vel non.* III. 13. 12.
 Quum liberum. *de sepult.* III. 28. 6.
 Quum locum. *de sponsal.* IV. 1. 14.
 Quum Martinus Ferrariens. *de constitut.* I. 2. 9.
 Quum Marthae. *de celebr. missar.* III. 41. 6.
 Quum monasterium de Pellicia. *de elect.* I. 6. 13.
 Quum monasterium. *Et infra.* Eos. *de confes. sion.* III. 18. 1.
 Quum non ab homine. *Et infra.* A nobis. *de iudic.* II. 1. 10.

Quum non ab homine. *Et infra.* Consultationi. *de sentent. excomm.* V. 39. 14.
 Quum non sit. *de decimis.* III. 30. 33.
 Quum non ignoret. *de praebend.* III. 5. 15.
 Quum non ignoret. *de offic. legati.* I. 30. 1.
 Quum non liceat. *de praescript.* II. 26. 12.
 Quum nos. *de his. quae fiunt a praelat. sine cons. capit.* III. 10. 3.
 Quum nobis olim. *de elect.* I. 6. 19.
 Quum nostris. *de concess. praebend.* III. 8. 6.
 Quum nunciis. *de testib.* II. 20. 12.
 Quum super. *de censibus.* III. 39. 25.
 Quum olim Londinensis. *de consuetud.* I. 4. 6.
 Quum olim abbas. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 32.
 Quum olim magister S. et B. archidiaconatum et praepositorum adinvicem commutassent. *Et infra.* Verum. *cod. tit.* I. 29. 33.
 Quum olim causa. *de maiori. et obedient.* I. 33. 14.
 Quum olim super. *de arbitr.* I. 43. 7.
 Quum olim questio. *de caus. possess. et propriet.* II. 12. 7.
 Quum olim B. clericus. *de dolo et contum.* II. 14. 7.
 Quum olim archid. *de testib.* II. 20. 34.
 Quum olim frater. *de praescript.* II. 26. 18.
 Quum olim Magalon. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 12.
 Quum olim ad nostram. *de cleric. coniug.* III. 3. 6.
 Quum olim priori. *de praebend.* III. 5. 38.
 Quum olim magister S. et B. archidiaconatum et praepositorum adinvicem commutassent. *Et infra.* Licet. *de rerum permutat.* II. 19. 7.
 Quum olim. *Et infra.* Qui nobis. *de censibus.* III. 39. 19.
 Quum olim essemus. *de privileg.* V. 33. 12.
 Quum olim propter. *cod. tit.* V. 33. 14.
 Quum olim pro canonicis. *de verbor. signif.* V. 40. 24.
 Quum omnes. *de constitut.* I. 2. 6.
 Quum oporteat. *de accusationib.* V. 1. 19.
 Quum ordinem. *de rescript.* I. 3. 6.
 Quum P. tabellio. *de fidei instrument.* II. 22. 15.
 Quum P. Manconella presbyter ex una. *de accusat.* V. 1. 10.
 Quum P. Manconella presbyter. *Et infra.* Purgatores. *de purgat. canon.* V. 33. 1.
 Quum parati. *de appell.* II. 28. 19.
 Quum percussio. *de cleric. aegrotant.* III. 6. 1.
 Quum post petitam. *de elect.* I. 6. 46.
 Quum pridem. *de pactis.* I. 35. 4.
 Quum pro causa. quae inter G. et F. Gabilonens. ecclesiae archidiaconos vertebatur. *Et infra.* Discretionem. *de procuratorib.* I. 38. 6.
 Quum pro causa. quae inter G. et F. Gabilonens. ecclesiae archidiaconos vertebatur. *de sentent. excomm.* V. 39. 27.
 Quum propter. *de iure patronat.* III. 38. 27.
 Quum quidam. *Et infra.* Episcopum. *de temporib. ordinat.* I. 11. 8.
 Quum quidam. *Et infra.* Consultationi. *de iur. retur.* II. 24. 12.
 Quum R. *de offic. et potest. iudic. delegat.* I. 29. 35.
 Quum sacerdotis. *de postul.* I. 37. 3.
 Quum satis. *de offic. archidiacon.* I. 23. 4.
 Quum saeculum. *de iure patronat.* III. 38. 13.
 Quum secundum regulas. *de temporib. ordinat.* I. 11. 9.
 Quum secundum Apostolum qui. *de praebend.* III. 5. 16.
 Quum secundum Apostolum mulier. *de secund. nupt.* IV. 21. 5.
 Quum. sicut accepimus. *de eo. qui mittit. in possess.* II. 15. 2.
 Quum. sicut ex relatione. *de consecr. eccles.* III. 40. 8.
 Quum sir. *Et infra.* Ubiunque. *de auctorit. et usu pallii.* I. 8. 6.
 Quum sis praedictus. *de convers. coniugat.* III. 32. 4.
 Quum sis. *Et infra.* Noveris. *de consecrat. eccles.* III. 40. 5.
 Quum sit ars artium. *de aetat. et qual. I.* 14. 14.
 Quum sit generale. *de foro competent.* II. 2. 8.
 Quum sit nimis. *de iudicis.* V. 6. 16.
 Quum sit proprium. *de condition. apposit.* IV. 5. 2.
 Quum sit Romana. *Et infra.* Fraternalitati. *de appell.* II. 28. 5.
 Quum sit Romana. *Et infra.* Consultat. *de simonia.* V. 3. 10.
 Quum simus. *de regularib.* III. 31. 14.
 Quum sint homines. *de decim.* III. 30. 18.
 Quum specialis. *de appell.* II. 28. 61.
 Quum super aliqua re. *de auctorit. et usu pallii.* I. 8. 1.
 Quum super abbatis. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 23.
 Quum super electione Bethlehemitan. ecclesiae inter R. subdiaconum. *de caus. possess. et propriet.* II. 12. 4.
 Quum super electione Bethlehemitan. ecclesiae inter R. et P. *de confessio.* II. 18. 2.
 Quum super causa. *de testib. cogend.* II. 21. 2.

Quum super controversia. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 17.
 Quum super quaestione. *de concess. praebend.* III. 8. 4.
 Quum super quodam. *de sepultur.* III. 28. 8.
 Quum tanto. *de consuetud.* I. 4. 11.
 Quum terra. *de elect.* I. 6. 14.
 Quum teneamur. *Et infra.* Quoniam. *de appell.* II. 28. 17.
 Quum teneamur. *Et infra.* Si mandatum. *de praebend.* III. 5. 6.
 Quum te consulente. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 19.
 Quum te a Bartholomaeo. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 23.
 Quum tempore. *de arbitr.* I. 43. 5.
 Quum tibi de benignitate. *de testam.* III. 26. 13.
 Quum tibi de benignitate scdis. *de verbor. signif.* V. 40. 16.
 Quum tu. *de testib.* II. 20. 16.
 Quum tu manifestos. *de usuris.* V. 19. 5.
 Quum venerabilis frater noster episcopus. *de consuetud.* I. 4. 7.
 Quum venerabilis frater noster I. *de except.* II. 25. 6.
 Quum venerabilis frater noster I. Sabiens. *de relig. domib.* III. 36. 7.
 Quum venerabilis frater noster Favens. *de censibus.* III. 39. 21.
 Quum venisset ad apostolicam sedem Bracarensis. *de sacra unzione.* I. 15. 1.
 Quum venisset ad nos. *de restit. spoilat.* II. 13. 9.
 Quum venisset ad apost. sedem magister. *de testibus.* II. 20. 25.
 Quum venisset ad apost. sedem electus. *de integ. restit.* I. 41. 2.
 Quum venissent. *Et infra.* Quum. *de iudicis.* II. 1. 12.
 Quum venissent ad apost. sedem abbas. *de eo. qui mittit. in possess.* II. 15. 3.
 Quum venissent ad apost. sedem archidiaconus. *de institut.* III. 7. 6.
 Quum vigesimum. *de offic. et potest. iudic. deleg.* I. 29. 41.
 Quum Wintoniensis. *de elect.* I. 6. 25.
 Quum virum. *de regularibus.* III. 31. 12.
 Quum universorum. *de rer. permutat.* III. 19. 8.
 Quum vobis. *de praescript.* II. 26. 14.
 Quum vos. *de offic. iudic. ordin.* I. 31. 4.

R.

Raynaldus. *de testam.* III. 26. 16.
 Raynaldus. *cod. tit.* III. 26. 18.
 Ratio nulla. *de praebend.* III. 5. 3.
 Receptimus. *de privileg.* V. 32. 8.
 Recondentes. *de statu monach.* III. 35. 3.
 Referente I. presbytero. *de praebend.* III. 5. 7.
 Referente nobis. *Et infra.* Fraternalitati. *qui fil. sicut legit.* IV. 17. 10.
 Referente nobis II. *de delict. puer.* V. 22. 2.
 Relatum est. *Et infra.* Nos itaque. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 19.
 Relatum est nobis. quod. quum in Lateran. *de cler. non resident.* III. 4. 4.
 Relatum est. *Et infra.* Quoniam. *de praebend.* III. 5. 9.
 Relatum est auribus nostris. *Et infra.* Consultationi. *de concess. praebend.* III. 8. 3.
 Relatum est. quod. quum ad vestrum. *de testament.* III. 26. 11.
 Relatum est auribus nostris. quod. quia. *cod. tit.* III. 26. 12.
 Relatum est auribus nostris. *Et infra.* Mandamus. *de sepult.* III. 28. 2.
 Relatum est. quod nonnulli. *de iure patronat.* III. 38. 21.
 Relatum est. quod monachi. *ne cler. vel monach.* III. 50. 7.
 Relatum est. quod. quum pater. *qui matrim. accus. poss.* IV. 18. 1.
 Relatum est nobis. quod. quum aliqui. *de sent. excomm.* V. 39. 31.
 Relinquit. *de custod. eucharist.* III. 44. 2.
 Repellantur. *de accusat.* V. 1. 7.
 Reprehensibilis. *de appell.* III. 28. 26.
 Requisisti. *de testam.* III. 26. 15.
 Requisivit a nobis tua fraternalitas. *utrum. de ordin. ab episc.* I. 13. 1.
 Requisivit tua fraternalitas. *de integ. restit.* I. 41. 1.
 Requisivit a nobis tua frat. qua censura. *de spons.* IV. 1. 17.
 Responsio. *de sentent. excomm.* V. 39. 43.
 Rudolphus. *de rescript.* I. 3. 35.
 Rursus. *qui cler. vel vocant.* IV. 6. 6.

S.

Sacerdotibus. *ne cler. vel monach.* III. 50. 2.
 Sacris est canonibus. *Et infra.* Distinguiamus. *de his. quae vi metusne caus. fiunt.* I. 49. 5.
 Sacris est canonibus institutum. ut. quibus. *de sepult.* III. 28. 12.

Sacris est canonibus institutum. *Et infra.* Licet. *de sentent. excomm.* V. 39. 38.
 Sacro. *cod. tit.* V. 39. 48.
 Sacrosancta. *de elect.* I. 6. 51.
 Salubriter. *de usuris.* V. 19. 16.
 Sancto concilio. *de success. ab intest.* III. 27. 2.
 Sanctorum. *de praescript.* II. 26. 3.
 Sancitum. *de censib.* III. 39. 1.
 Sane. dilecto. *de renunc.* I. 9. 7.
 Sane. super eo. *de temporib. ord.* I. 11. 2.
 Sane. si a nobis. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 2.
 Sane. quia nos. *cod. tit.* I. 29. 11.
 Sane. *Et infra.* Si autem. *de arbitr.* I. 43. 1.
 Sane. si episcopi. inter quos. *de foro competent.* II. 2. 3.
 Sane. *Et infra.* Provideas. *de cler. coniugat.* III. 3. 2.
 Sane sacerdotes. *cod. tit.* III. 3. 4.
 Sane de canonico. *de regular.* III. 31. 10.
 Sane. si coniugati. *de convers. coniugat.* III. 32. 6.
 Sane. quum olim. *de celebr. miss.* III. 41. 10.
 Sane si episcopi aliquid. *de excess. praelat.* V. 31. 5.
 Sane. *Et infra.* Temerarium. *de privileg.* V. 33. 9.
 Scientes. *de censibus.* III. 39. 3.
 Scilicet. *de rescript.* I. 3. 13.
 Scribam. *de praesumpt.* II. 23. 9.
 Scriptum est. *de elect.* I. 6. 40.
 Scripta vero. *de fide instrum.* II. 22. 2.
 Scripta fraternalitatis. *de solus. deleg.* V. 22. 1.
 Scripturae. *de voto.* III. 34. 4.
 Secundum. *ne cler. vel monach.* III. 50. 6.
 Secundo requiris. *de appell.* II. 28. 41.
 Sedes apostolica. *de rescript.* I. 3. 15.
 Sed hoc. *de success. ab intest.* III. 27. 1.
 Sed nec. *ne cler. vel monach.* III. 50. 4.
 Sententia. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 1.
 Sententiam. *ne cler. vel monach.* III. 50. 9.
 Saepa contingit. quod spoliatus. *de restit. spoilat.* II. 13. 18.
 Saepa contingit. quod. quum. *de appell.* II. 26. 44.
 Series. *de testibus.* II. 20. 26.
 Si alicuius. *de elect.* I. 6. 59.
 Si aliquis. *de homicid.* V. 12. 5.
 Si aliquando. *de sentent. excomm.* V. 39. 41.
 Si a patre. *de infant. et languid. arpos.* V. 11. unie.
 Si autem aliquis. *de rescript.* I. 3. 9.
 Si autem clerici. *de cohab. cler. et mul.* III. 2. 6.
 Si adversarius. *de eo. qui mittit. in poss.* II. 15. 4.
 Si adversus. *de haeret.* V. 7. 11.
 Si archiepiscopus. *de temporib. ordinat.* I. 11. 6.
 Si bon. *de iurur.* V. 36. 3.
 Sicut Romana. *de rescript.* I. 8. 1.
 Sicut nobis tua fraternalitas intimavit. *de suppl. negl. praelat.* I. 10. 2.
 Sicut grave. *de transact.* I. 36. 1.
 Sicut studii. *de syndico.* I. 39. 1.
 Sicut consuetudo. *de probat.* II. 19. 2.
 Sicut nobis est intimatum. *de testibus.* II. 20. 9.
 Sicut noxius. *de praesumpt.* II. 23. 1.
 Sicut ex literis tuae discretionis. *de iureiur.* II. 24. 18.
 Sicut nostris. *cod. tit.* II. 24. 27.
 Sicut. *Et infra.* Si constiterit. *cod. tit.* II. 24. 29.
 Sicut nobis intimastis. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 16.
 Sicut ad existipanda. *de cohabit. cler. et mul.* III. 2. 4.
 Sicut tenor. *de regular.* III. 31. 45.
 Sicut nobis fuit propositum. *cod. tit.* III. 31. 17.
 Sicut simoniae. *de simonia.* V. 3. 6.
 Sicut tuis literis intimasti. *cod. tit.* V. 3. 33.
 Sicut pro certo. *cod. tit.* V. 3. 39.
 Sicut ex literis tuae frat. *de spons.* IV. 1. 22.
 Sicut olim. *de accusat.* V. 1. 25.
 Sicut te accepimus. *ne cler. vel monach.* III. 50. 8.
 Sicut iudaei. *de iudicis.* V. 6. 9.
 Sicut ait. *de haeret.* V. 7. 8.
 Sicut in uno. *cod. tit.* V. 7. 14.
 Sicut dignum. *de homicid.* V. 12. 6.
 Sicut ex literarum. *cod. tit.* V. 12. 20.
 Sicut unire. *de excess. praelat.* V. 31. 8.
 Sicut in iudicis. *de privileg.* V. 32. 2.
 Sicut nobis. *Et infra.* Fraternalitati tuae. *de sentent. excomm.* V. 39. 39.
 Si cautio. *de fide instrum.* II. 22. 14.
 Si celebrat. *de cler. excomm.* V. 27. 10.
 Si clericus. *de foro competent.* II. 2. 5.
 Si concubinae. *de sentent. excomm.* V. 39. 55.
 Si conditiones. *de condit. apposit.* IV. 5. 7.
 Si constiterit. *de accus.* V. 1. 12.
 Si culpa. *de iuriis.* V. 36. 9.
 Si de testa. *de privileg.* V. 33. 6.
 Si diligenti. *Et infra.* Asserunt. *de foro competent.* II. 2. 42.
 Si diligenti. *Et infra.* Quum indicatus. *de praescript.* II. 26. 17.
 Si dominus. *de simonia.* V. 3. 3.
 Si duobus. *de appell.* II. 28. 7.

- Si ecclesia. *de consec. eccles.* III. 40. 10.
 Si egressus. *de iniur.* V. 36. 5.
 Si episcopus. *de parochiis.* III. 29. 1.
 Significasti, reges. *de elect.* I. 6. 4.
 Significasti. *Et infra.* Interdicas. *de offic. archidia.* I. 23. 8.
 Significasti nobis. *Et infra.* Consult. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 7.
 Significasti nobis, quod P. *de foro compet.* II. 2. 18.
 Significasti. *Et infra.* Si episcopi. *de iure patronat.* III. 38. 18.
 Significasti nobis, quod, quum P. *de eo, qui duxit in matrim.* IV. 7. 6.
 Significasti, quod quidam uxore. *de divor.* IV. 19. 4.
 Significasti nobis, quod quum F. *de homicid.* V. 12. 16.
 Significasti nobis, quod, quum quidam maleficus. *ead. tit.* V. 12. 18.
 Significasti nobis, quendam. *de adult.* V. 16. 5.
 Significavit nobis comitissa. *de rescript.* I. 3. 34.
 Significavit nobis R. *de corp. viciat.* I. 20. 4.
 Significavit nobis tua fraternitas, quod quidam. *de offic. iud. ord.* I. 31. 6.
 Significavit nobis presbyter. *de testibus.* II. 20. 41.
 Significavit nobis magister. *de appell.* II. 23. 48.
 Significavit nobis Acozen. *de parochiis.* III. 29. 5.
 Significavit nobis A. mulier. *de convers. conuugat.* III. 32. 18.
 Significavit nobis T. *de censibus.* III. 39. 12.
 Significavit nobis O. *de eo, qui duxit in matrim.* IV. 7. 2.
 Significavit P. *de donat. inter vir. et uxor.* IV. 20. 2.
 Significavit nobis tua frat. quomodo. *de Iudaicis.* V. 6. 11.
 Significavit nobis vir. *de poenit. et remis.* V. 38. 3.
 Significavit nobis. *Et infra.* Verum. *de sent. excomm.* V. 39. 18.
 Significaverunt nobis olim. *de iudicis.* II. 1. 21.
 Significaverunt nobis. *Et infra.* Quum causa. *de testibus.* II. 20. 36.
 Significaverunt nobis capitulum. *de except.* II. 25. 11.
 Significatum est nobis, quod cuidam. *de praebend.* III. 5. 11.
 Significatum est nobis. *de regular.* III. 31. 11.
 Significante V. *de rescript.* I. 3. 34.
 Significante Aurelian. *de appell.* II. 28. 69.
 Significante R. *de pignori.* III. 21. 7.
 Significante M. *qui matrim. accus. poss.* IV. 18. 5.
 Significantibus M. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 38.
 Significantibus T. et R. fratribus nostro fuit apostolatus declaratum, quod, quum inter ipsos ex una parte, et V. ex altera, super quadam terra coram iudicibus delegatis tracti. *de libelli oblat.* II. 3. 2.
 Significantibus T. et R. fratribus nostro fuit apostolatus declaratum, quod, quum inter ipsos ex una parte, et V. ex altera, super quadam terra coram iudicibus delegatis quaestio. *de appell.* II. 28. 49.
 Significantibus canonicis. *de novi oper. nunciat.* V. 32. 3.
 Significantibus V. *de purgat. vulg.* V. 35. 2.
 Si heredes. *de testament.* III. 28. 6.
 Si instrumenta. *de fide instrum.* II. 22. 16.
 Si inter virum. *de spons.* IV. 1. 31.
 Si iustus. *de appell.* II. 28. 73.
 Si legitimus. *de accus.* V. 1. 1.
 Si laeserit. *de iniur.* V. 36. 4.
 Si perfodiens. *de homicid.* V. 12. 3.
 Si princeps. *de rer. permut.* III. 19. 1.
 Si pro debilitate. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 3.
 Si proponente. *de rescript.* I. 3. 42.
 Si qua mulier. *de divor.* IV. 19. 1.
 Si qua per adoptionem. *de cognition. legal.* IV. 12. unic.
 Si quando aliqua. *de rescript.* I. 3. 5.
 Si quando clerici. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 8.
 Si quem. *de sentent. excomm.* V. 39. 59.
 Si qui clericorum. *de cleric. conuugat.* III. 3. 1.
 Si qui testium. *de testibus.* II. 20. 8.
 Si quis venerit. *de maiorit. et obedient.* I. 33. 2.
 Si quis clericus. *de foro compet.* II. 2. 1.
 Si quis contra clericum. *ead. tit.* II. 2. 4.
 Si quis rei litigiosae. *de confirmat. util. vel inut.* II. 30. 1.
 Si quis ex clericis. *de vit. et honest. cler.* III. 1. 4.
 Si quis presbyterorum. *de reb. eccles. alien. vel non.* III. 13. 6.
 Si quis sane. *de pecul. cleric.* III. 25. 5.
 Si quis ante annos. *de regular.* III. 31. 2.
 Si quis puerum. *de baptisim.* III. 42. 1.
 Si quis presbyter ordinatus. *de presbyt. non baptis.* III. 43. 1.
 Si quis clam. *de cland. despons.* IV. 3. 1.
 Si quis uxore. *de eo, qui duxit in matrim.* IV. 7. 8.
 Si quis cum filiastra. *de eo, qui cogn. consangu.* IV. 13. 1.
 Si quis episcopus ab illis. *de accusat.* V. 1. 2.
 Si quis ordinaverit. *de simonia.* V. 3. 45.
 Si quis episcopus heredes. *de haeret.* V. 7. 5.
 Si quis per industriam. *de homicid.* V. 12. 1.
 Si quis propter necessitatem. *de furtis.* V. 18. 3.
 Si quis in aliquo. *de cler. percuss.* V. 25. 1.
 Si quis episcopus, presbyter. *de cler. excomm.* V. 27. 1.
 Si quis presbyter aut alius. *ead. tit.* V. 27. 2.
 Si quis baptizaverit. *de cler. non ordin.* V. 28. 1.
 Si quis presbyter negligens. *de purg. canon.* V. 34. 2.
 Si quis de gradu. *ead. tit.* V. 34. 4.
 Si quis aperuerit. *de iniuriis.* V. 36. 2.
 Si quis domum. *ead. tit.* V. 36. 6.
 Si quisquam. *de cohabit. cler. et mul.* III. 2. 2.
 Si quorundam. *de solut.* III. 23. 2.
 Si rixati. *de iniuriis.* V. 36. 1.
 Si sacerdos. *de offic. iud. ordin.* I. 31. 2.
 Si scripturam. *de fide instrum.* II. 22. 1.
 Si seduxerit. *de adult.* V. 16. 1.
 Si venditori. *de ent. et vendit.* III. 17. 7.
 Si vero. *de sentent. excomm.* V. 39. 34.
 Si vero aliquis quemquam. *de iureiur.* II. 24. 8.
 Si vero ordinatio. *de iure patronat.* III. 38. 12.
 Si vero alienus. *de sentent. excomm.* V. 39. 3.
 Si vero aliquis in clericum. *ead. tit.* V. 39. 4.
 Si vir vel mulier. *de cognat. spirit.* IV. 11. 2.
 Si vis sciens. *de adult.* V. 16. 3.
 Solitae. *de maiorit. et obed.* I. 33. 6.
 Sollicite. *de restitut. spoliat.* II. 13. 2.
 Sollicitudinem. *de appell.* II. 28. 54.
 Sopitae. *de censibus.* III. 39. 14.
 Sponsam. *de sponsal.* IV. 1. 8.
 Statuimus praeterea. *de suppl. neglig. prael.* I. 10. 1.
 Statuimus, ut presbyteri. *de maiorit. et obedient.* I. 33. 15.
 Statuimus, ut, si super. *de transact.* I. 36. 2.
 Statuimus, novitios. *de regular.* III. 31. 23.
 Statuimus, ut in cunctis. *de custod. eucharist.* III. 44. 1.
 Statuimus, ut, si quis. *de maledicis.* V. 26. 2.
 Studuisti. *de offic. legati.* I. 30. 2.
 Sua nobis. *Et infra.* Nos igitur. *de offic. vicarii.* I. 28. 5.
 Sua nobis R. tutor. *de appell.* II. 28. 65.
 Sua nobis patriarcha. *de confirmat. ut. vel inut.* II. 30. 9.
 Suam ad nos. *de poenis.* V. 37. 9.
 Suam nobis. *de simonia.* V. 3. 29.
 Subdiaconos. *de temporib. ordinat.* I. 11. 1.
 Suborta. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 21.
 Suffraganeis. *de elect.* I. 6. 11.
 Suggestum est auribus. *de appell.* II. 28. 15.
 Suggestum est ex parte. *de decimis.* III. 30. 9.
 Suggestum est, quod, quum. *de iure patronat.* III. 38. 20.
 Super inordinata. *de praebend.* III. 5. 35.
 Super illa. *de secund. nupt.* IV. 21. 4.
 Super literis. *de rescript.* I. 3. 20.
 Super questionum. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 27.
 Super quodam. *de statu monach.* III. 35. 4.
 Super quibusdam. *de verbor. signif.* V. 40. 26.
 Super spoliatione. *de ordin. cognit.* II. 10. 4.
 Super specula. *Et infra.* Contra religiosas. *no cler. vel monach.* III. 50. 10.
 Super specula. *Et infra.* Volumus. *de magistris.* V. 5. 5.
 Super specula. *Et infra.* Sane. *de privileg.* V. 33. 28.
 Super eo vero, quod quaerere. *de elect.* I. 6. 12.
 Super eo, quod tua fraternitas de bigamis. *de bigamis.* I. 21. 2.
 Super eo vero, quod subiungere. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 15.
 Super eo, quod quaesivisti, utram de ecclesiastico. *de transact.* I. 36. 7.
 Super eo, quod adversarius. *de his, quas vi metueve curis.* I. 40. 7.
 Super eo, quod quaesivisti, utrum testes. *de testibus.* II. 20. 13.
 Super eo, quod a nobis tua devotio. *ead. tit.* II. 20. 22.
 Super eo. *Et infra.* Consult. t. t. respond. *de testibus cogend.* II. 21. 3.
 Super eo, quod sollicitudo. *de appell.* II. 28. 10.
 Super eo. *Et infra.* Sacri. *ead. tit.* II. 28. 12.
 Super eo vero, quod assersit. *de cohabit. cler. et mul.* III. 2. 5.
 Super eo vero, quod apud vos. *de parochiis.* III. 29. 4.
 Super eo, quod quaesitum fuit de clericis. *de regular.* III. 31. 9.
 Super eo, quod fraternitas tua nos consulere. *de censibus.* III. 39. 22.
 Super eo vero, quod postulasti. *de cond. appos.* IV. 5. 5.
 Super eo, quod a nobis tua fraternitas. *de cogn. spirit.* IV. 11. 3.
 Super eo, quod postulas. *de eo, qui cogn. consangu.* IV. 13. 5.
 Super eo, quod iuvenem. *de consangu. et affinit.* IV. 14. 2.
 Super eo vero. *Et infra.* Statuimus. *de reptoribus.* V. 17. 2.
 Super eo vero. *Et infra.* Respondemus. *de usuris.* V. 19. 4.
 Super eo, quod sententiam. *de crim. falsi.* V. 20. 2.
 Super eo vero, quod consilium. *de sentent. excomm.* V. 39. 1.
 Super eo, quod monachi. *ead. tit.* V. 29. 51.
 Super his. *Et infra.* Ceterum. *de testib. cogend.* II. 21. 8.
 Super his, de quibus nos consulere voluistis, inquisitioni. *de accusat.* V. 1. 16.
 Super his, de quibus nos consulere voluistis. *Et infra.* Clericus. *de poenis.* V. 37. 8.
 Super hoc, quod sciscitarius. *de renuariat.* I. 9. 5.
 Super hoc, quod quaesivisti. *de eo, qui duxit in matrim.* IV. 7. 3.
 Suscepimus. *de homicid.* V. 12. 10.
 Susceptis. *de caus. possess. et propriet.* II. 12. 1.
 Suscitata. *de in integr. restit.* I. 41. 6.
 Suspicionis. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 39.
 T.
 Tam literis. *de testibus.* II. 20. 33.
 Tanta est vis matrimonii. *qui fil. sint legit.* IV. 17. 6.
 Tanta est labes. *de simonia.* V. 2. 7.
 Tanta est clavis. *de excess. praelat.* V. 31. 18.
 Te nobis. *de cler. peregr.* I. 22. 4.
 Tenor. *de sentent. et re iudic.* II. 27. 10.
 Te referente. *de celebr. miss.* III. 41. 12.
 Tertio loco fuit a nobis. *de probat.* II. 19. 5.
 Tertio loco questionis. *de praesumpt.* II. 23. 13.
 Testimonium. *de testibus.* II. 20. 54.
 Theodosius. *de statu monach.* III. 35. 1.
 Thomas. *de corp. viciat.* I. 20. 7.
 Translatio. *de constit.* I. 2. 3.
 Transmissam. *de elect.* I. 6. 15.
 Transmissae ad nos. *de iure patronat.* III. 38. 31.
 Transmissae nobis tuae literae demonstrarunt. *de eo, qui cogn. consangu.* IV. 13. 4.
 Transmissae nobis tuae literae continebant. *qui fil. sint legit.* IV. 17. 3.
 Transmissae nobis literae. *de verbor. signif.* V. 40. 33.
 Treugas. *de treug. et pace.* I. 34. 1.
 Tua. *Et infra.* Porro. *de decimis.* III. 30. 25.
 Tua fraternitas. *Et infra.* Inquisit. *de consec. eccles.* III. 40. 2.
 Tua fraternitas nos cons. *de spons. duor.* IV. 4. 4.
 Tua fraternitas requisivit. *de adult.* V. 18. 7.
 Tua nos duxit fraternitas consulendos, quid sit agendum. *de cler. peregr.* I. 22. 1.
 Tua nos duxit fraternitas consulendos, cui standum. *de iureiur.* II. 24. 11.
 Tua nos duxit fraternitas consulendos, quid tibi. *ead. tit.* II. 24. 24.
 Tua nos duxit fraternitas consulendos, si de clericis. *de cohabit. cler. et mul.* III. 2. 3.
 Tua nos duxit fr. consulendos. *Et infra.* De sacerdote. *de cler. aegrot.* III. 6. 4.
 Tua nos duxit. *Et infra.* Praeterea. *de eccles. aedif.* III. 48. 6.
 Tua nos duxit fraternitas consulendos. *Et infra.* Consequenter. *de spons.* IV. 1. 26.
 Tua nos requisivit. *de despons. impub.* IV. 2. 1.
 Tua nos duxit discretio consulendos, an natus. *de cognat. spirit.* IV. 11. 7.
 Tua nos duxit fraternitas consulendos, utrum illorum. *de consangu. et affinit.* IV. 14. 7.
 Tua nos duxit discretio consulendos. *Et infra.* Devotioni. *de simonia.* V. 3. 34.
 Tua nos duxit fraternitas consulendos. *Et infra.* Quaesivisti. *de homicid.* V. 12. 19.
 Tua nos duxit frat. consulendos, quid sit de usurariorum. *de usuris.* V. 19. 9.
 Tua nos duxit fraternitas consulendos. *Et infra.* Fraternitati. *de sentent. excomm.* V. 39. 13.
 Tua nobis fraternitas intimavit, quod nonnulli. *de testam.* III. 26. 17.
 Tua nobis fraternitas intimavit, quod quidam. *de decimis.* III. 30. 26.
 Tua nobis fraternitas intimavit, quod, quum. *de verb. signif.* V. 40. 32.
 Tua nuper. *de his, quae fiunt a prael.* III. 10. 8.
 Tuam in Domino. *de aet. et qualit.* I. 14. 10.
 Tuam non credimus. *de ord. cognit.* II. 10. 3.
 Tuarum. *de privileg.* V. 33. 11.
 Tuas dudum. *Et infra.* De consuetudine. *de sponsa duor.* IV. 4. 5.
 Tuas dudum recepimus. *de usuris.* V. 19. 13.
 Tuae discretionis. *de poenis.* V. 37. 6.
 Tuae fraternitatis. *Et infra.* Utrum. *de cler. peregr.* I. 22. 3.
 Tuae fraternitatis devotio. *Et infra.* Consultationi. *ut lit. non contest.* II. 6. 13.

Tuae fraternitatis discretio. *de cler. non resid.* III. 4. 12.
 Tuae fraternitatis devotio. *Et infra.* Quum saepe. *de praebend.* III. 5. 20.
 Tuae fraternitatis devotio postulavit. *de eo, qui cognov.* IV. 13. 10.
 Tuae frat. *Et infra.* Consult. *de procurat.* I. 38. 5.
 Tuae fraternitati. *Et infra.* Postulasti. *de sponsal.* IV. 1. 25.
 Tuae fraternitati. *Et infra.* Super secundo. *de apostat.* V. 9. 3.
 Tuae literae. *de cler. per salt. prom.* V. 29. 1.
 Tuae nobis. *de despons. impub.* IV. 2. 14.
 Tuis quaestionibus. *Et infra.* Monachi. *de testib.* II. 20. 39.
 Tuis quaestionibus respondemus. *de praebend.* III. 5. 22.
 Tam ex literis. *de in integr. restit.* I. 41. 5.

U.

Ubi non est. *de despons. impub.* IV. 2. 2.
 Ultra tertiam. *de testib.* II. 20. 55.
 Una sententia. *de appell.* II. 28. 72.
 Universitatis. *de sentent. excomm.* V. 39. 24.
 Uno delegatorum. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 42.
 Ut abbates. *de aetat. et qualif.* I. 14. 1.
 Ut archipresbyter. *de offic. archipresb.* I. 24. 1.
 Ut archidiaconus. *de offic. archidiacon.* I. 23. 1.
 Ut clerici. *de regular.* III. 31. 3.
 Ut clericorum. *de vit. et honest. cler.* III. 1. 13.
 Ut commutationes. *de rer. permitt.* III. 19. 2.
 Ut consultationi. *de cler. coniugat.* III. 3. 10.
 Ut debitus. *de appell.* II. 28. 59.
 Ut bigami. *de bigam.* I. 21. 1.
 Ut dominicus. *de paroch.* III. 29. 2.
 Ut famae. *de sentent. excomm.* V. 39. 25.
 Ut filii presbyterorum. *de fil. presbyt.* I. 17. 1.
 Ut in domibus. *de immunit. eccles.* III. 49. 1.
 Ut iuxta. *de offic. iud. ord.* I. 31. 17.
 Ut laici. *de vit. et honestat. cler.* III. 1. 1.
 Ut mensurae. *de emt. et vend.* III. 17. 2.
 Ut nostrum. *Et infra.* Nec fuit. *de offic. archidiacon.* I. 23. 9.
 Ut nostrum prodeat. *de vultu Dei iudicium. Et infra.* Iudicibus. *de appell.* II. 28. 56.
 Ut nostrum prodeat. *de vultu Dei iudicium. Et infra.* Praeterita. *ut eccles. benef. sine deminut. conf.* III. 12. unie.
 Ut nullus. *de praebend.* III. 5. 1.
 Ut praeteritas. *de elect.* I. 6. 45.

Ut primicerius. *de offic. primicerii.* I. 25. un.
 Ut privilegia. *de privileg.* V. 33. 24.
 Ut quisque. *de vit. et honest. cler.* III. 1. 3.
 Utrum autem. *de cog. spirit.* IV. 11. 1.
 Ut sciat. *de offic. sacristae.* I. 26. un.
 Ut singulae. *de offic. archipresb.* I. 24. 4.
 Ut super aliqua. *de reb. eccles. alien. vel nom.* III. 13. 8.
 Ut unusquisque. *de pecul. cler.* III. 25. 3.
 Uxoratus. *de convers. coniugat.* III. 32. 8.

V.

Vacante. *de praebend.* III. 5. 28.
 Vel non est compos. *de temporib. ordin.* I. 41. 14.
 Venerabilis frater noster archiepiscopus Ravenna. *propositus coram nobis. de iudiciis.* II. 1. 20.
 Venerabilis frater noster. *Et infra.* Volentes. *de dolo et contum.* II. 14. 10.
 Venerabilis frater noster archiepiscopus Ravennatensis. *propositus, quod civis. de testib. cogent.* II. 21. 11.
 Venerabilis frater N. *de confirm. util. vel inut.* II. 30. 8.
 Venerabilis frater noster Portuensis. *de praebend.* III. 5. 37.
 Venerabili fr. nostro, archiepiscopo Cusentino. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 29. 37.
 Venerabili fratri nostro episcopo. *de testibus.* II. 20. 52.
 Venerabili fratre nostro Cenomanen. episcopo accepimus. *de censibus.* III. 39. 24.
 Venerabili fratre nostro Cenomanen. episcopo et procuratore. *de sentent. excomm.* V. 39. 52.
 Venerabili fr. n. Colubrien. *de verb. signif.* V. 40. 22.
 Venerabilem. *Et infra.* Inter cetera. *de elect.* I. 6. 34.
 Venerabilem fratrem. *de except.* II. 25. 14.
 Veniens ad sedem apostolicam I. subdiaconus. *de renunciat.* I. 9. 13.
 Veniens ad praesentiam nostram N. clericus. *de fil. presbyt.* I. 17. 5.
 Veniens ad apost. sedis clementiam. *de transact.* I. 36. 8.
 Veniens ad nos L. presbyter. *de testibus.* II. 20. 10.
 Veniens ad apostolicam sedem C. archid. *cod. tit.* II. 20. 38.
 Veniens ad praesentiam nostram A. nobis. *de iureiur.* II. 24. 16.

Veniens ad praesentiam nostram abbas. *de praescript.* II. 28. 19.
 Veniens ad apost. sed. G. mulier. *de regular.* III. 31. 19.
 Veniens ad praesentiam nostram L. nobis intimavit. *de convers. coniugat.* III. 32. 16.
 Veniens ad apost. sed. I. lator. *de presbyt. non baptiz.* III. 43. 3.
 Veniens ad apost. sed. Mariota. *de spons.* IV. 1. 13.
 Veniens ad nos Gu. sua. *cod. tit.* IV. 1. 15.
 Veniens ad praesentiam nostram M. Eremita. *qui cler. vel vovent.* IV. 6. 5.
 Veniens ad praesentiam nostram G. laicus. *de eo, qui duxit in matrim.* IV. 7. 7.
 Veniens ad apostolicam sedem C. Anglicus. *de cognat. spirit.* IV. 11. 6.
 Veniens ad nos praesentiam lator. *de eo, qui cognov. consangu.* IV. 13. 2.
 Veniens ad apostolicam sedem E. laicus. *cod. tit.* IV. 13. 9.
 Veniens ad sed. apostolic. A. Pragense. *de accusat.* V. 1. 15.
 Veniens ad nos F. presbyter. *de simonia.* V. 3. 19.
 Veniens ad nos M. mulier. *de his, qui fil. occid.* V. 10. 1.
 Veniens ad nos P. nobis. *de eo, qui furtive.* V. 30. 1.
 Veniens ad sed. apost. I. lator. *de sentent. excomm.* V. 39. 16.
 Venientis. *de voto.* III. 34. 2.
 Venientes. *de iureiur.* II. 24. 19.
 Vergentis. *de haeret.* V. 7. 10.
 Veritatis est verbum. *de dolo et contum.* II. 14. 8.
 Veritatis amica. *de iureiur.* II. 24. 14.
 Verum quoniam. *de foro competent.* II. 2. 7.
 Verum in ea. *de iureiur.* II. 24. 15.
 Verum post. *de convers. coniugat.* III. 32. 2.
 Verum, quum. *de condit. apposit.* IV. 5. 4.
 Vestra duxit. *de cohabit. cler. et mul.* III. 2. 7.
 Vestra nobis. *de locat. et conduct.* III. 18. 2.
 Videtur nobis. *qui matrim. accus. poss.* IV. 18. 3.
 Vidua. *de regular.* III. 31. 4.
 Vigilanti. *de praescript.* II. 28. 5.
 Vir, qui a stipite. *de consangu. et affinit.* IV. 15. 9.
 Vir autem. *de secund. nupt.* IV. 21. 3.
 Volens. *de purific. post part.* III. 47. unie.
 Volentes. *de offic. legati.* I. 30. 3.

TABULA TITULORUM LIBRI SEXTI DECRETALIU.

A.
 De Accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus. *lib. V. tit. 1.*
 — Aetate et qualitate et ordine praeficiendorum. I. 10.
 — Appellationibus. II. 15.
 — Arbitris. I. 22.
 B.
 — Bigamis. I. 12.
 C.
 — Capellis monachorum. III. 18.
 — Censibus, exactionibus et procuracionibus. III. 20.
 — Clericis coniugatis. III. 2.
 — Clericis non residentibus in ecclesia vel praebenda. III. 3.
 — Clerico aegrotante vel debilitato. III. 5.
 — Cognatione spirituali. IV. 3.
 — Concessione praebendae et ecclesiae non vacantis. III. 7.
 — Confessis. II. 9.
 — Consecratione ecclesiae vel altaris. III. 21.
 — Constitutionibus. I. 2.
 — Consuetudine. I. 4.
 D.
 — Decimis, primitiis et oblationibus. III. 13.

De Desponsatione impuberum. IV. 2.
 — Dolo et contumacia. II. 6.
 E.
 — Electione et electi potestate. I. 6.
 — Eo, qui mittitur in possessionem causa rei servandae. II. 7.
 — Exceptionibus. II. 12.
 — Excessibus praelatorum et subditorum. V. 6.
 F.
 — Filiis presbyterorum et aliis illegitime natis. I. 11.
 — Foro competent. II. 2.
 H.
 — Haereticis. V. 2.
 — His, quae vi metusve causa fiunt. I. 20.
 — Homicidio. V. 4.
 I.
 — Immunitate ecclesiarum, coemeteriorum et aliorum locorum religiosorum. III. 23.
 — Iniuriis et damno dato. V. 9.
 — Institutionibus. III. 4.
 — Iudiciis. II. 1.
 — Iuramento calumniae. II. 4.
 — Iureiurando. II. 11.
 — Iure patronatus, III. 19.

L.
 De Litis contestatione. II. 3.
 M.
 — Maioritate et obedientia. I. 17.
 N.
 Ne clerici vel monachi saecularibus negotiis se immisceant. III. 24.
 Ne sede vacante aliquid innovetur. III. 8.
 O.
 De Officio et potestate iudicis delegati. I. 14.
 — Officio legati. I. 15.
 — Officio ordinarii. I. 16.
 — Officio vicarii. I. 13.
 P.
 — Pactis. I. 13.
 — Poenis. V. 9.
 — Poenitentis et remissionibus. V. 10.
 — Postulatione praelatorum. I. 5.
 — Praebendis et dignitatibus. III. 4.
 — Praescriptionibus. II. 13.
 — Privilegiis. V. 7.
 — Procuratoribus. I. 19.

R.

- De Rebus ecclesiae non alienandis. III. 9.
 — Regularibus et transeuntibus ad religionem. III. 14.
 — Regulis iuris. V. ult.
 — Religiosis domibus. III. 17.
 — Reliquiis et veneratione sanctorum. III. 22.
 — Renunciatio. I. 7.
 — Rerum permutatione. III. 10.
 — Rescripta. I. 3.
 — Restitutio in integrum. I. 21.
 — Restitutio spoliatorum. II. 3.

S.

- Schismaticis. V. 3.
 — Sententia et re iudicata. II. 14.
 — Sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti. V. 11.
 — Sepulturis. III. 12.
 — Sponsalibus et matrimoniis. IV. 1.
 — Statu regularium. III. 16.
 — Summa Trinitate et fide catholica. I. 1.
 — Supplenda negligentia praelatorum. I. 8.

T.

- Temporibus ordinationum et qualitate ordinationum. I. 9.

- Testamentis et ultimis voluntatibus. III. 11.
 — Testibus et attestacionibus. II. 10.

U.

- Usuris. V. 5.
 — Ut lite pendente nihil innovetur. II. 8.

V.

- Verborum significatione. V. 12.
 — Vita et honestate clericorum. III. 1.
 — Voto et voti redemptione. III. 15.

TABULA CAPITULORUM LIBRI SEXTI DECRETALIIUM.

A.

- Ab arbitris. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 11.
 Abbates. *de sentent. et re iudic.* II. 14. 3.
 Ab eo, qui appellat. *de appell.* II. 15. 6.
 Ab eo, qui contra. *de elect.* I. 6. 31.
 Absolutionis. *de his, quas vi vetustae caus.* I. 20. unic.
 Accusatus. *de haeret.* V. 2. 8.
 A collatione. *de appell.* II. 15. 11.
 Actor, qui. *de dol. et cont.* II. 6. 1.
 Ad apostolicas. *de sentent. et re iudic.* II. 14. 3.
 Ad decimas. *de restit. spol.* II. 5. 2.
 Ad succedendos. *de schism.* V. 3. unic.
 Alma mater. *de sentent. excomm.* V. 11. 24.
 Altercationis. *de bigam.* I. 12. unic.
 Animarum. *de sepult.* III. 12. 1.
 Appellatio. *de appell.* II. 15. 9.
 Avaritiae. *de elect.* I. 6. 8.
 Auctoritate Martini. *de concess. praebend.* III. 7. 7.
 Auctoritate sedis. *de privileg.* V. 7. 4.

B.

- Beneficium. *de regular.* III. 14. 4.

C.

- Clerici, qui clericalis. *de vit. et honest. cler.* III. 4. 1.
 Clerici, qui cum. *de cler. coniugat.* III. 2. 1.
 Clericis. *de immunit. eccles.* III. 23. 3.
 Collatio. *de offic. legat.* I. 15. 5.
 Commissa. *de elect.* I. 6. 35.
 Concertationi. *de appell.* II. 15. 8.
 Constitutio. *de elect.* I. 6. 41.
 Constitutionem Innocentianam. *de regular.* III. 14. 3.
 Constitutionem felicis recordationis Innocentii. *de sentent. excomm.* V. 14. 9.
 Constitutionem felicis recordationis Gregorii. *de verb. signif.* V. 12. 2.
 Consuetudinem, quam. *de consuet.* I. 4. 1.
 Consuetudinem, quae. *de cler. non resid.* III. 3. unic.
 Contingit. *de iureiur.* II. 11. 1.
 Contra. *de haeret.* V. 2. 13.
 Cordi nobis. *de appell.* II. 15. 1.
 Cui de non. *de praebend.* III. 4. 27.
 Cupientes. *de elect.* I. 6. 16.

D.

- Decet domum. *de immunit. eccles.* III. 23. 2.
 Decernimus. *de sentent. excomm.* V. 11. 8.
 Decrevit. *de haeret.* V. 2. 14.
 Degradatio. *de poenis.* V. 9. 2.
 Deliberatione. *de offic. legat.* I. 15. 4.
 Datestanda. *de concess. praebend.* III. 7. 2.
 Dilecto. *de sentent. excomm.* V. 11. 6.
 Discretionis. *de decimis.* III. 13. 1.
 Dispendia. *de rescript.* I. 3. 3.
 Dispendiis. *ut lit. pend. nih. innov.* II. 8. 1.
 Dudum venerabili. *de praebend.* III. 4. 14.
 Dudum. *Et infra.* Dictus. *de reb. eccles. non alien.* III. 9. 1.
 Duobus. *de rescript.* I. 3. 14.

E.

- Ecclesia, quae. *de restit. in integr.* I. 24. 1.
 Ecclesiae cathedrali. *de suppl. neglig. praelat.* I. 8. 4.

- Ei, cui. *de praebend.* III. 4. 29.
 Eos, qui clericos. *de tempor. ordinat.* I. 9. 2.
 Eos, qui temporale. *de immunit. eccles.* III. 23. 5.
 Eos, qui a sententia. *de sentent. excomm.* V. 11. 22.
 Episcopali. *de maior. et obedient.* I. 17. unic.
 Episcopus. *ne cler. vel monach.* III. 24. 3.
 Episcopum. *de praescript.* II. 13. 1.
 Episcoporum. *de privileg.* V. 7. 8.
 Etsi capitulum. *de instit.* III. 6. 1.
 Etsi pignorationes. *de iniuriis.* V. 8. unic.
 Etsi sententia. *de sentent. et re iudic.* II. 14. 5.
 Eum, cui. *de praebend.* III. 4. 7.
 Eum, qui a tua. *de dolo et contum.* II. 6. 2.
 Eum, qui super. *de eo, qui mitt. in possess.* II. 7. unic.
 Eum, qui beneficium. *de praebend.* III. 4. 18.
 Exceptionis. *de lit. contest.* II. 3. 1.
 Ex eo, quod. *de elect.* I. 6. 32.
 Executor. *de concess. praebend.* III. 7. 4.
 Exigit. *de censibus.* III. 20. 2.
 Exit. *de verb. signif.* V. 12. 3.
 Ex sponsalibus. *de sponsal.* IV. 1. unic.

F.

- Felicis recordationis Gregorius. *de censibus.* III. 20. 3.
 Felicis recordationis Honorii. *de poenis.* V. 9. 5.
 Fideli. *de summa Trinit. et fide cath.* I. 1. unic.
 Filii. *de haeret.* V. 2. 3.
 Frequens. *de restit. spoliat.* II. 5. 1.
 Fundamenta. *de elect.* I. 6. 17.

G.

- Generali. *de elect.* I. 6. 13.
 Gloriosus. *de reliqu. et venerat. sanct.* III. 22. unic.
 Grandi. *de suppl. neglig. praelat.* I. 8. 2.
 Gratia. *de rescript.* I. 3. 7.

H.

- Hoc constitutione. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 15.
 Hi, qui. *de praebend.* III. 4. 12.
 Hoc consultissimo. *de reb. eccles. non alien.* III. 9. 2.

I.

- In appellationis. *de iuram. calumn.* II. 4. 2.
 Indemnitatibus. *de elect.* I. 6. 43.
 Indulgentiae. *de poenis et remis.* V. 10. 3.
 In electionibus. *de elect.* I. 6. 2.
 In fidei. *de haeret.* V. 2. 5.
 Inquisitores. *ead. tit.* V. 2. 16.
 Ipso iure. *de rescript.* I. 3. 1.
 Is, cui procuratio. *de elect.* I. 6. 42.
 Is, cui ab apostolica. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 12.
 Is, cui conceditur. *de praeb.* III. 4. 19.
 Is, cui est. *de sent. excomm.* V. 11. 20.
 Is, qui contra. *de elect.* I. 6. 19.
 Is, qui defectum. *de fil. presbyt.* I. 11. 1.
 Is, qui a procuratore. *de procurat.* I. 19. 3.
 Is, qui habet. *de sepult.* III. 12. 3.
 Is, qui monasterium. *de regular.* III. 14. 1.
 Is, qui mandat. *de homicid.* V. 4. 3.
 Is, qui in ecclesia. *de sentent. excomm.* V. 11. 18.

- Index. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 5.
 Iuris. *de iudicis.* II. 1. 1.

L.

- Legatos. *de offic. legati.* I. 15. 2.
 Legitima. *de appell.* II. 15. 2.
 Licet Romanus. *de constit.* I. 2. 1.
 Licet canon. *de elect.* I. 6. 14.
 Licet in officialem. *de offic. vicarii.* I. 13. 2.
 Licet is. *de procurat.* I. 19. 7.
 Licet mulieres. *de iureiur.* II. 11. 2.
 Licet ab interlocutoria. *de appell.* II. 15. 12.
 Licet ecclesiarum. *de praebend.* III. 4. 2.
 Licet episcopus. *ead. tit.* III. 4. 28.
 Licet in tra. *de rer. permut.* III. 10. unic.
 Licet pater. *de sepult.* III. 12. 4.
 Licet vobis. *de privileg.* V. 7. 11.
 Licet excommunicationis. *de sent. excomm.* V. 11. 14.

M.

- Mandatum. *de praebend.* III. 4. 41.
 Mandato. *ead. tit.* III. 4. 10.
 Mediatores. *de testib.* II. 10. 1.
 Mulieres. *de iudicis.* II. 1. 2.

N.

- Ne aliqui dubitationem. *de haeret.* V. 2. 10.
 Ne aliqui de indultis. *de privileg.* V. 7. 5.
 Ne captandae. *de concess. praebend.* III. 7. 8.
 Nedum. *de cognat. spirit.* IV. 3. 1.
 Nemo. *de elect.* I. 6. 15.
 Non est. *de consuet.* I. 4. 3.
 Non indiscrete. *de procurat.* I. 19. 1.
 Non potest. *de praebend.* III. 4. 21.
 Non putamus. *de consuet.* I. 4. 2.
 Non solum innovata. *de appell.* II. 15. 7.
 Non solum. *Et infra.* Licet. *de regular.* III. 14. 2.
 Nulli licere. *de elect.* I. 6. 8.
 Nullam. *de iuram. calumn.* II. 4. 3.
 Nullus episcopus. *de tempor. ordinat.* I. 9. 4.
 Nullus religiosus. *de elect.* I. 6. 28.

O.

- Officii. *de offic. legat.* I. 15. 1.
 Ordinarii. *de offic. ordin.* I. 16. 3.

P.

- Pactum. *de pactis.* I. 18. 1.
 Pastoralis. *de cler. aegrot.* III. 5. unic.
 Per catechismum. *de cognat. spirit.* IV. 3. 2.
 Per exemptionem. *de privileg.* V. 7. 9.
 Per hoc. *de haeret.* V. 2. 17.
 Permittimus. *de aetat. et qualit.* I. 10. unic.
 Perpetuo prohibemus. *de postul. praelat.* I. 5. unic.
 Perpetuo sanctionis. *de elect.* I. 6. 7.
 Perpetuo declaramus. *de censibus.* III. 20. 5.
 Periculoso. *de statu regular.* III. 16. unic.
 Pla. *de except.* II. 12. 1.
 Postquam. *de accusat.* V. 1. 1.
 Praelatis. *de homicid.* V. 4. 2.
 Praesenti declaramus edicto. reservationes. *de offic. legati.* I. 15. 3.
 Praesenti prohibemus. *de offic. ordin.* I. 16. 9.
 Praesenti declaramus edicto. statutum. *de praebend.* III. 4. 34.

Præsenti generali. *de sentent. excomm.* V. 11. 10.
 Præsenti. *de testib.* II. 10. 2.
 Presbyteri. *de capell. monach.* III. 18. unie.
 Præsidentes. *de haeret.* V. 2. 6.
 Privilegium. *de verb. signif.* V. 12. 4.
 Procurator ad appellandum. *de elect.* I. 6. 38.
 Procurator non aliter. *de procurat.* I. 19. 9.
 Pro humani. *de homicid.* V. 4. 1.
 Provida. *de elect.* I. 6. 44.

Q.

Quam sit ecclesis. *de elect.* I. 6. 6.
 Quamquam in casu. *cod. tit.* I. 6. 13.
 Quamquam pedagogorum. *de censibus.* III. 20. 4.
 Quamquam usurarii. *de usuris.* V. 5. 2.
 Quamvis is. *de rescript.* I. 3. 8.
 Quamvis constitutio. *de elect.* I. 6. 10.
 Quamvis alicui. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 6.
 Quamvis super cessationibus. *de offic. ordin.* I. 16. 8.
 Quamvis pactum. *de pactis.* I. 18. 2.
 Quamvis procurator. *de procurat.* I. 19. 2.
 Quamvis plenissima. *de praebend.* III. 4. 4.
 Quamvis tibi. *cod. tit.* III. 4. 38.
 Quamvis non plures. *de cognat. spirit.* IV. 3. 3.
 Quamvis ad reorum. *de poenis.* V. 9. 3.
 Qui ad agendum. *de procurat.* I. 19. 4.
 Qui contra certam. *de elect.* I. 6. 20.
 Qui generaliter. *de procurat.* I. 19. 5.
 Qui post votum. *de regular.* III. 14. 5.
 Quia per ambitiosam. *de rescript.* I. 3. 15.
 Quia saepe contingit. *de elect.* I. 6. 40.
 Quia pontificali. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 2.
 Quia plerique. *de offic. ord.* I. 16. 4.
 Quia ex eo. *de pactis.* I. 18. 2.
 Quia saepe dubitatur. *de praebend.* III. 4. 15.
 Quia cunctis. *de concess. praebend.* III. 7. 1.
 Quia nonnulli. *de immunit. eccles.* III. 23. 1.
 Quia periculosum. *de sentent. excomm.* V. 11. 4.
 Quicunque haereticos. *de haeret.* V. 2. 2.
 Quicunque pro eo. *de sentent. excomm.* V. 11. 11.
 Quod votum. *de voto.* III. 15. unie.
 Quodam. *de praebend.* III. 4. 40.
 Quoniam episcoporum. *de haeret.* V. 2. 1.
 Quoniam, ut intelleximus. *de immunit. eccles.* III. 23. 4.
 Quoniam episcopi. *de privileg.* V. 7. 12.
 Quoniam aliqui. *de renunc.* I. 7. 1.
 Quoniam electione. *de elect.* I. 6. 47.
 Quoniam ex constitutione. *de concess. praebend.* III. 7. 8.
 Quoniam in baptismo. *de sentent. excomm.* V. 11. 19.
 Querendum. *de elect.* I. 6. 24.
 Quum singula. *cod. tit.* III. 4. 32.
 Quum in ecclesiis. *cod. tit.* III. 4. 33.
 Quum de diversis. *de privileg.* V. 7. 2.
 Quum personae. *cod. tit.* V. 7. 7.
 Quum in multis. *de rescript.* I. 3. 2.
 Quum aliquibus. *cod. tit.* I. 3. 4.
 Quum aeterni. *de sentent. et re iudic.* II. 14. 1.
 Quum ab uno. *cod. tit.* II. 14. 4.
 Quum quis, cuius. *de sepult.* III. 12. 2.
 Quum quis absque. *de sentent. excomm.* V. 11. 23.
 Quum medicinalis. *cod. tit.* V. 11. 1.
 Quum nullus. *de tempor. ordinat.* I. 9. 3.
 Quum appellationibus. *de appell.* II. 15. 5.
 Quum in tua. *de consuet.* I. 4. 4.
 Quum non deceat. *de elect.* I. 6. 30.
 Quum ex eo, quod felicitas. *cod. tit.* I. 6. 34.
 Quum ex eo, quod praedicatorum. *de excess. praelat.* V. 6. unie.
 Quum expediat. *de elect.* I. 6. 29.
 Quum quidam. *de except.* II. 12. 2.
 Quum C. laicus. *de foro compet.* II. 2. 3.
 Quum contumacia. *de haeret.* V. 2. 7.
 Quum secundum leges. *cod. tit.* V. 2. 19.
 Quum in positionibus. *de iureiur.* II. 11. 3.
 Quum in generali. *de offic. vicarii.* I. 13. 3.
 Quum plures. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 8.

Quum de beneficio. *de praebend.* III. 4. 5.
 Quum in illis. *cod. tit.* III. 4. 16.
 Quum in ecclesia. *cod. tit.* III. 4. 25.
 Quum episcopum. *de offic. ordin.* I. 16. 7.

R.

Religiosus. *de testam.* III. 11. 2.
 Religioso. *de sentent. excomm.* V. 11. 24.
 Religiosi. *de sepult.* III. 12. 5.
 Religionum. *de relig. domib.* III. 17. unie.
 Romana ecclesia. *Edictum vero. de suppl. neglig. praelat.* I. 8. 1.
 Romana ecclesia. *Et infra.* Quum Remen. *de offic. vicarii.* I. 13. 1.
 Romana ecclesia. *Et infra.* Prohibemus. *de offic. ord.* I. 16. 1.
 Romana ecclesia. *Et infra.* Nec appellationis. *de foro compet.* II. 2. 1.
 Romana ecclesia. *Et infra.* In appellationis. *de testib.* II. 10. 3.
 Romana ecclesia. *Et infra.* Quum suffraganeo- rum. *de appell.* II. 15. 3.
 Romana ecclesia. *Et infra.* Statuimus. *de cen- sibus.* III. 20. 1.
 Romana ecclesia. *Et infra.* Licet. *de poenis.* V. 9. 1.
 Romana ecclesia. *Et infra.* Quaestoribus. *de poenit. et remiss.* V. 10. 1.
 Romana ecclesia. *Et infra.* Ceterum. *de sen- tent. excomm.* V. 11. 5.

S.

Saeculares. *de foro compet.* II. 2. 2.
 Saepe contingit. *de tempor. ordinat.* I. 9. 1.
 Sciant cuncti. *de elect.* I. 6. 12.
 Si abbatem. *cod. tit.* I. 6. 36.
 Si ad solum. *de regular.* III. 14. 6.
 Si a iudice. *de appell.* II. 15. 10.
 Si apostolica. *de praebend.* III. 4. 35.
 Si apostolicae. *cod. tit.* III. 4. 22.
 Si a sede. *cod. tit.* III. 4. 31.
 Si a subdelegato. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 14.
 Si adversus. *de restit. in integr.* I. 21. 2.
 Si annum. *de iudicis.* II. 1. 3.
 Si ad episcopum. *ne sed. vac. aliquid inn.* III. 8. unie.
 Si beneficia. *de praebend.* III. 4. 20.
 Si clericus. *cod. tit.* III. 4. 11.
 Si clericos. *de sentent. excomm.* V. 11. 15.
 Si civitas. *cod. tit.* V. 11. 17.
 Si capitulo. *de concess. praebend.* III. 7. 5.
 Si compromissarius. *de elect.* I. 6. 37.
 Si confirmationem. *cod. tit.* I. 6. 39.
 Si contra unum. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 4.
 Si canonici. *de offic. ord.* I. 16. 2.
 Si cui eligendi. *de elect.* I. 6. 23.
 Si cui nulla. *de praebend.* III. 4. 36.
 Sicut, quum. *de elect.* I. 6. 21.
 Sicut nobis. *de verbor. signif.* V. 12. 5.
 Si duo procuratores. *de procurat.* I. 19. 6.
 Si duo ex tribus. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 3.
 Si de calumnia. *de iurament. calumn.* II. 4. 1.
 Si delegatus. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 7.
 Si ecclesiam. *de consecr. eccles.* III. 21. unie.
 Si episcopus a paganis. *de suppl. neglig. prae- lat.* I. 8. 3.
 Si episcopus suam dioecesim. *de offic. ordin.* I. 16. 6.
 Si episcopus, cui. *de praebend.* III. 4. 37.
 Si episcopus suo. *de poenit. et remiss.* V. 10. 2.
 Si eo tempore, quo tibi. *de rescript.* I. 3. 9.
 Si eo tempore, quo provisionem. *de elect.* I. 6. 45.
 Si electio. *cod. tit.* I. 6. 26.
 Si ex tribus. *de arbitris.* I. 22. 1.
 Si eum. *de praebend.* III. 4. 9.
 Si forte. *de elect.* I. 6. 11.
 Si gratiose. *de rescript.* I. 3. 5.
 Si hi contra, ut lit. *pend. nih. inn.* II. 8. 2.
 Si iudex. *de sentent. excomm.* V. 11. 12.

Si infantes. *de despons. impub.* IV. 2. unie.
 Si is, cum quo. *de fil. presbyt.* II. 11. 2.
 Si is, cui causa. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 10.
 Si is, cui de canonicatu. *de praebend.* III. 4. 39.
 Si is, cui contra. *de accusat.* V. 1. 2.
 Si is, ad quem. *de instit.* III. 6. 2.
 Si laicus. *de iure patronat.* III. 19. unie.
 Si motu. *de praebend.* III. 4. 23.
 Si oblato. *de lit. contest.* II. 3. 2.
 Si Papa. *de privileg.* V. 7. 10.
 Si pater. *de testament.* III. 11. 1.
 Si post praesitum. *de confessis.* II. 9. 2.
 Si propter. *de rescript.* I. 3. 10.
 Si pro te. *cod. tit.* I. 3. 13.
 Si pro clericis. *de praebend.* III. 4. 8.
 Si, postquam canonicatum. *cod. tit.* III. 4. 13.
 Si, postquam ab electione. *de elect.* I. 6. 33.
 Si pluribus. *de praebend.* III. 4. 24.
 Si pauper. *cod. tit.* III. 4. 30.
 Si quando. *de elect.* I. 6. 9.
 Si quem. *de procurat.* I. 19. 8.
 Si qui. *de praescript.* II. 13. 2.
 Si quis iusto. *de elect.* I. 6. 46.
 Si religiosus. *cod. tit.* I. 6. 27.
 Si sententia. *de sentent. excomm.* V. 11. 16.
 Si soli. *de concess. praebend.* III. 7. 6.
 Si super. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 9.
 Si te. *de renunciat.* I. 7. 2.
 Si tibi absentem. *de praebend.* III. 4. 17.
 Si tibi concessio. *cod. tit.* III. 4. 26.
 Solet. *de sentent. excomm.* V. 11. 2.
 Statuimus, ut, si quis. *de elect.* I. 6. 1.
 Statuimus, ut conservatores. *de offic. et potest. iud. deleg.* I. 14. 1.
 Statuimus, ut is. *cod. tit.* I. 14. 13.
 Statuimus, ut positiones. *de confessis.* II. 9. 1.
 Statuimus, ut nullus. *de sent. excomm.* V. 11. 3.
 Statutum, quod circa. *de rescript.* I. 3. 11.
 Statutum felicis recordationis Gregorii. *de elect.* I. 6. 22.
 Statutum felicis recordationis Clementis. *de praebend.* III. 4. 3.
 Statutum felicis recordationis Honorii. *ne cler. vel monach.* III. 24. 1.
 Statutum civitatis. *de haeret.* V. 2. 9.
 Statutum felicis recordationis Innocentii. *cod. tit.* V. 2. 15.
 Statutum Gregorii. *de sent. excomm.* V. 11. 13.
 Statuta. *de haeret.* V. 2. 20.
 Statuto. *de decimis.* III. 13. 2.
 Super eo, quod praebendas. *de praebend.* III. 4. 6.
 Super eo, quod scriptum. *de haeret.* V. 2. 4.
 Susceptum. *de rescript.* I. 3. 6.
 Suscepti. *de praebend.* III. 4. 1.

T.

Tibi, qui. *de rescript.* I. 3. 12.

U.

Ubi periculum. *de elect.* I. 6. 3.
 Ubiunque. *de poenis.* V. 9. 4.
 Usurarium. *de usuris.* V. 5. 1.
 Ut apostolicae. *de privileg.* V. 7. 6.
 Ut animarum. *de constit.* I. 2. 2.
 Ut circa. *de elect.* I. 6. 4.
 Ut commissi. *de haeret.* V. 2. 12.
 Ut inquisitionis. *cod. tit.* V. 2. 18.
 Ut litigantes. *de offic. ordin.* I. 16. 5.
 Ut officium. *de haeret.* V. 2. 11.
 Ut periculosa. *ne cler. vel monach.* III. 24. 2.
 Ut questionibus. *de arbitris.* I. 22. 2.
 Ut quis. *de elect.* I. 6. 25.
 Ut super. *de appell.* II. 15. 4.

V.

Veniens. *de verb. signif.* V. 12. 1.
 Venerabilibus. *de sentent. excomm.* V. 11. 7.
 Volentes. *de privileg.* V. 7. 1.

TABULA TITULORUM CLEMENTINARUM.

A.

De Aestate et qualitate et ordine praeficiendo- rum. I. 6.
 — Appellationibus. II. 12.

B.

— Baptismo et eius effectu. III. 15.

C.

De Causa possessionis et proprietatis. II. 3.
 — Celebratione missarum et aliis divinis offi- ciis. III. 14.
 — Censibus, exactionibus et procuracionibus. III. 13.
 — Concessione praebendae et ecclesias non vacantis. III. 3.
 — Consanguinitate et affinitate. IV. 1.

D.

De Decimis, primitiis et oblationibus. III. 8.
 — Dolo et contumacia. II. 4.

E.

— Electione et electi potestate. I. 3.
 — Exceptionibus. II. 10.
 — Excessibus praelatorum. V. 6.

- F.**
De Foro competente. II. 2.
- H.**
— Haereticis. V. 3.
— Homicidio voluntario vel casuali. V. 4.
- I.**
— Immunitate ecclesiarum. III. 17.
— Iudaeis et Sarracenis. V. 2.
— Indiciis. II. 1.
— Iure patronatus. III. 12.
— Iureiurando. II. 9.
- M.**
— Magistris, et ne aliquid exigatur pro licentia docendi. V. 1.
- O.**
— Officio vicarii. I. 7.
— Officio et potestate iudicis delegati. I. 8.
— Officio iudicis ordinarii. I. 9.

- P.**
De Poenis. V. 8.
— Poenitentis et remissionibus. V. 9.
— Praebendis et dignitatibus. III. 2.
— Privilegiis et excessibus privilegiatorum. V. 7.
— Probationibus. II. 7.
— Procuratoribus. I. 10.

- R.**
— Rebus ecclesiae non alienandis. III. 4.
— Regularibus et transeuntibus ad religionem. III. 9.
— Religiosis domibus, ut episcopo sint subiectae. III. 11.
— Reliquiis et veneratione sanctorum. III. 16.
— Renunciatione. I. 4.
— Rerum permutatione. III. 5.
— Rescriptis. I. 2.
— Restitutione in integrum. I. 11.

- S.**
— Sententia et re indicata. II. 11.

- De Sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti. V. 10.
— Sepulturis. III. 7.
— Sequestratione possessionum et fructuum. II. 6.
— Statu monachorum vel canonicorum regularium. III. 10.
— Summa Trinitate et fide catholica. I. 1.
— Supplenda negligentia praelatorum. I. 5.

- T.**
— Testamentis et ultimis voluntatibus. III. 6.
— Testibus. II. 8.

- U.**
— Usuris. V. 5.
— Ut lite pendente nihil innovetur. II. 5.

- V.**
— Verborum significatione. V. 11.
— Vita et honestate clericorum. III. 1.

TABULA CAPITULORUM CLEMENTINARUM.

- A.**
Abbatibus. de rescript. I. 2. 1.
Ab ecclesia. de restitut. in integr. I. 11. un.
Abusionibus. de poenit. et remiss. V. 9. 2.
Ad comparandas. de sequest. poss. et fruct. II. 6. un.
Ad nostrum, quod. de censibus. III. 13. 2.
Ad nostrum, qui. de haeret. V. 3. 3.
Appellanti. de appell. II. 12. 5.
Archiepiscopo. de privileg. V. 7. 2.
Attendentes. de statu monach. III. 10. 2.
Auditor. de rescript. I. 2. 3.
- C.**
Causa beneficii. de caus. poss. et propr. II. 3. un.
Causam electionis. de elect. I. 3. 3.
Cedit quidem. de Iudaeis. V. 2. un.
Constitutionem. de elect. I. 3. 4.
Cupientes. de poenis. V. 8. 3.

- D.**
Dignum. de celebrat. miss. III. 14. 2.
Diocesanis. de vit. et honest. cleric. III. 1. 1.
Dependensam. de iudic. II. 1. 2.
Dudum Bonifacius. de iudic. II. 1. 1.
Dudum a Bonifacio. de sepult. III. 7. 2.

- E.**
Eos, qui propriae. de sepult. III. 7. 1.
Eos, qui deinceps. de regular. III. 9. 2.
Eos, qui divino. de consangu. et affinit. IV. un.
Etsi principalis. de rescript. I. 2. 2.
Etsi ab apostolicae. de offic. iud. ord. I. 9. 2.
Ex frequentibus. de sentent. excomm. V. 10. 1.
Ex gravi. de usuris. V. 5. un.
Excommunicationis. de except. II. 10. un.
Exivi. de verb. signif. V. 11. 1.

- F.**
Fidei. de summa Trinit. I. 1. un.
Frequens. de excess. praelat. V. 6. un.

- G.**
Generalem. de aet. et qualit. I. 6. 3.
Gratiae. de rescript. I. 2. 4.
Gravi. de celebr. miss. III. 14. 1.
Gravis. de sent. excomm. V. 10. 2.

- I.**
In plerisque. de elect. I. 3. 5.
Instrumento. de procurat. I. 10. 1.
Inter sollicitudines. de magistr. V. 1. 1.
Iudices. de offic. et potest. iud. deleg. I. 8. un.

- L.**
Literis nostris. de probat. II. 7. un.
Literas. de rescript. I. 2. 5.

- M.**
Monasteriorum. de reb. eccles. non alien. III. 4. 1.
Multorum querela. de haeret. V. 3. 1.
Multorum ad nos. de poenis. V. 8. 2.

- N.**
Ne concessione. de rerum permut. III. 5. un.
Ne in agro. de statu monach. III. 10. 1.
Ne Romani. de elect. I. 3. 2.
Nolentes. de haeret. V. 3. 2.
Non potest. de procurat. I. 10. 2.

- P.**
Pastoralis. de sentent. et re iud. II. 11. 2.
Per literas. de praebend. III. 2. 2.
Plures. de iure patronat. III. 12. 2.
Praesenti constitutione. de censibus. III. 13. 3.
Praesenti prohibemus. de baptism. III. 15. un.
Procuratorem. de procurat. I. 10. 4.

- Q.**
Quamdiu. de appell. II. 12. 4.
Quamvis sacris. de foro compet. II. 2. un.
Quamvis rigor. de appell. II. 12. 2.
Quae de ecclesiis. de offic. vicarii. I. 7. un.
Quia contingit. de relig. domib. III. 11. 2.
Quia regulares. de suppl. neglig. praelat. I. 5. un.
Quod circa. de elect. I. 3. 6.
Quoniam, qui. de vit. et honest. cler. III. 1. 2.
Quoniam ex constitutione. de immunit. eccles. III. 17. un.
Quum a repulsione. de appell. II. 12. 7.
Quum concessa. de elect. I. 3. 8.
Quum de quibusdam. de relig. domib. III. 11. 1.
Quum ecclesiae. de aet. et qualit. I. 6. 1.

- Quum ei, quem. de concess. praebend. III. 3. un.
Quum ex eo. de sent. excomm. V. 10. 3.
Quum illusio. de renunc. I. 4. un.
Quum Iudaei. de testibus. II. 8. 1.
Quum lite. ut lit. pend. II. 5. 2.
Quum rationi. de elect. I. 3. 1.
Quum secundum statuta. de poenit. et remiss. V. 9. 1.
Quum sit nimis. de magistr. V. 1. 2.
Quum sit naturae. de censibus. III. 13. 1.

- R.**
Religiosi quicumque. de decimis. III. 8. 1.
Religiosi, qui clericis. de privileg. V. 7. 1.
Religiosus. de procurat. I. 10. 3.
Religiosus. de testam. III. 6. un.
Romani. de iureiur. II. 9. un.

- S.**
Saepe contingit. de verb. signif. V. 11. 2.
Si ante. de dolo et contum. II. 4. un.
Si a iudicibus. de appell. II. 12. 1.
Si appellationem. eod. tit. II. 12. 6.
Si beneficiorum. de decimis. III. 8. 2.
Sicut appellationem. de appell. II. 12. 3.
Si de beneficio. de praebend. III. 2. 5.
Si dignitatem. eod. tit. III. 2. 1.
Si dominum. de reliqu. et venerat. sanct. III. 16. un.
Si duobus. ut lit. pend. II. 5. 1.
Si furiosus. de homicid. V. 4. un.
Si iuxta. de praebend. III. 2. 6.
Si plures. eod. tit. III. 2. 3.
Si quis suadente. de poenis. V. 8. 1.
Si Romanus. de praebend. III. 2. 4.
Si summus. de sentent. excomm. V. 10. 4.
Si una. de reb. eccles. non alien. III. 4. 2.
Statutum. de elect. I. 3. 7.

- T.**
Testibus. de testibus. II. 8. 2.

- U.**
Ut calumniis. de sent. et re iudic. II. 11. 1.
Ut clericorum. de offic. iud. ord. I. 9. 1.
Ut constitutio. de iure patron. III. 12. 1.
Ut professores. de regular. III. 9. 1.
Ut ii, qui. de aet. et qualit. I. 6. 2.

TABULA TITULORUM EXTRAVAGANTIUM VIGINTI IOANNIS XXII.

<p>C. De Concessione praebendae et ecclesiae non vacantis. tit. 4. — Crimine falsi. 10.</p> <p>E. — Electione et electi potestate. 1.</p> <p>I. — Iudaeis et Sarracenis. 8.</p>	<p>M. De Maioritate et obedientia. 2.</p> <p>N. — Ne sede vacante aliquid innovetur. 5.</p> <p>P. — Poenis. 12. — Praebendis et dignitatibus. 3. — Privilegiis. 11.</p>	<p>R. De Religiosis domibus. 7.</p> <p>S. — Sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti. 13.</p> <p>T. — Torneamentis. 9.</p> <p>V. — Verborum significatione. 14. — Voto et voti redemptione. 6.</p>
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

TABULA CAPITULORUM EXTRAVAGANTIUM XX. IOANNIS XXII.

<p>A. Ad apostolatus. de concess. praebend. 4. 2. Ad nostri. de privileg. 11. un. Ad conditorem. de verbor. signif. 14. 3. Ad onus. de elect. 1. 1. Antiquae. de voto. 6. un.</p> <p>C. Copiosus. de Iudaeis. 8. un.</p> <p>D. Dierum crescente. de poenis. 12. un.</p>	<p>E. Ecclesiae. de maior. et obedient. 2. un. Execrabilis. de praebend. 3. un.</p> <p>P. Prodiens. de crim. falsi. 10. un.</p> <p>Q. Quia in futurorum. de torneament. 9. un.</p>	<p>R. Quia nonnunquam. de verb. signif. 14. 2. Quia quorundam. eod. tit. 14. 5. Quorundam. eod. tit. 14. 1. Quum ad sacrosanctae. de sent. excomm. 13. un. Quum inter nonnullos. de verb. signif. 14. 4.</p> <p>S. Sancta. de relig. domib. 7. un. Sedes apostolica. de concess. praebend. 4. 1. Si fratrum. ne sede vacant. aliquid inn. 5. 1. Suscepti. de elect. 1. 2.</p>
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

TABULA TITULORUM EXTRAVAGANTIUM COMMUNIIUM.

<p>A. De Auctoritate et usu pallii. I. 4.</p> <p>C. — Celebratione missarum. III. 11. — Censibus, exactionibus et procurationibus. III. 10. — Consuetudine. I. 1. — Crimine falsi. V. 6.</p> <p>D. — Decimis. III. 7. — Dilationibus. II. 2. — Dolo et contumacia. II. 3.</p> <p>E. — Electione. I. 3. — Emptione et venditione. III. 5.</p> <p>F. — Furtis. V. 5.</p> <p>H. — Haereticis. V. 3.</p>	<p>I. De Immunitate ecclesiarum. III. 13. — Iudiciis. II. 1. — Iudaeis. V. 2.</p> <p>M. — Maioritate et obedientia. I. 8.</p> <p>N. — Ne sede vacante aliquid innovetur. III. 3.</p> <p>O. — Officio custodis. I. 5. — Officio delegati. I. 6. — Officio iudicis ordinarii. I. 7.</p> <p>P. — Poenitentis et remissionibus. V. 9.</p>	<p>R. De Poenis. V. 8. — Postulatione praelatorum. I. 2. — Praebendis et dignitatibus. III. 2. — Privilegiis. V. 7.</p> <p>S. — Rebus ecclesiae non alienandis. III. 4. — Regularibus et transeuntibus ad religionem. III. 8. — Religiosis domibus. III. 9. — Reliquiis et veneratione sanctorum. III. 12.</p> <p>T. — Schismaticis. V. 4. — Sententia excommunicationis. V. 10. — Sepulturis. III. 6. — Simonia. V. 1.</p> <p>V. — Treuga et pax. I. 9.</p> <p>V. — Vita et honestate clericorum. III. 1.</p>
------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

TABULA CAPITULORUM EXTRAVAGANTIUM COMMUNIIUM.

A.

Ad certitudinem. *de sentent. excomm.* V. 10. 3.
 Ad cuiuslibet. *de praebend.* III. 2. 9.
 Ad nostrum. *de regular.* III. 8. 2.
 Ad regimen. *de praebend.* III. 2. 13.
 Ad Romani. *ead. tit.* III. 2. 14.
 Ad universalis. *de treuga et pace.* I. 8. 1.
 Ambitiosae. *de reb. ecclcs. non alien.* III. 4. un.
 Antiquorum. *de poenit. et remiss.* V. 9. 1.

D.

Debent superioribus. *de offic. iudic. ordin.* I. 7. 1.
 Declarationes. *de decimis.* III. 7. un.
 Detestandae. *de sepult.* III. 6. 1.
 Dignum. *de Iudaeis.* V. 2. 2.
 Dispendiis. *de postulat. praelat.* I. 2. un.
 Discipulorum. *de celebr. miss.* III. 11. un.
 Divina. *de privileg.* V. 7. 3.
 Divinis. *de poenit.* V. 8. un.
 Docta. *de vit. et honest. cler.* III. 1. un.
 Dudum. *de schismat.* V. 4. un.

E.

Etsi dominici. *de poenit. et remiss.* V. 9. 2.
 Etsi dominici. *ead. tit.* V. 9. 5.
 Etsi deceat. *de maiorit. et obed.* I. 8. 3.
 Etsi in temporalium. *de praebend.* III. 2. 3.
 Excommunicamus. *de sent. excomm.* V. 10. 1.
 Ex debito. *de elect.* I. 3. 4.
 Exsecrabilis. *de praebend.* III. 2. 4.
 Ex eo. *de haeret.* V. 3. 1.
 Exhibita. *de privileg.* V. 7. 4.
 Ex supernae. *de praebend.* III. 2. 2.

F.

Frequentes. *de iudic.* II. 1. un.

G.

Grave nimis. *de rel. et vener. sanct.* III. 12. 2.

I.

In delictorum. *de dilat.* II. 2. un.
 Infidelis. *de furtis.* V. 5. un.
 Iniunctae. *de elect.* I. 8. 1.
 Inter cunctas. *de privileg.* V. 7. 1.

M.

Malitiis. *de auct. et us. pallii.* I. 4. un.
 Meruit. *de privileg.* V. 7. 2.
 Multa mentis. *de Iudaeis.* V. 2. 1.

N.

Nuper certis ex causis. *de praebend.* III. 2. 6.
 Nuper ex certis causis, quae. *ead. tit.* III. 2. 7.
 Nuper ex certis causis rationabiliter. *ead. tit.* III. 2. 8.

P.

Pastoralis. *de immunit. ecclcs.* III. 12. un.
 Piae. *de praebend.* III. 2. 1.
 Postulasti. *ead. tit.* III. 2. 10.
 Provide. *de sentent. excomm.* V. 10. 2.

Q.

Quemadmodum. *de poenit. et remiss.* V. 9. 4.
 Quia cunctos. *de offic. custod.* I. 5. un.
 Quia nonnulli. *de sentent. excomm.* V. 10. 4.
 Quod olim. *de immunit. ecclcs.* III. 12. un.

Quum detestabile. *de simonia.* V. 1. 2.
 Quum Matthaens. *de haeret.* V. 3. 3.
 Quum nonnullae ecclesiasticae personae in cathedralibus. *de praebend.* III. 2. 11.
 Quum nonnullae ecclesiasticae personae revocare. *ead. tit.* III. 2. 12.
 Quum praecelsa. *de reliqu. et venerat. sanct.* III. 12. 1.

R.

Ratio recta. *de relig. domib.* III. 9. un.
 Regimini universalis. *de empt. et vendit.* III. 5. 1.
 Regimini universalis. *ead. tit.* III. 5. 2.
 Rem non novam. *de dolo et contum.* II. 2. un.

S.

Salvator. *de praebend.* III. 2. 5.
 Sancta. *de elect.* I. 3. 2.
 Sane ne in vinea. *de simonia.* V. 1. 1.
 Sedes apostolica. *de offic. deleg.* I. 6. un.
 Si religiosus. *de elect.* I. 3. 2.
 Spondent. *de crim. falsi.* V. 6. un.
 Super cathedram. *de sepult.* III. 6. 2.
 Super gentes. *de consuet.* I. 1. un.
 Suscepti. *ne sedqvac.* III. 3. un.

U.

Unam sanctam. *de maior. et obed.* I. 8. 1.
 Unigenitus. *de poenit. et remiss.* V. 9. 2.
 Ut praelatorum. *de maiorit. et obed.* I. 8. 2.
 Ut, quos. *de offic. iud. ord.* I. 7. 2.

V.

Vas electionis Paulus. *de censibus.* III. 10. un.
 Vas electionis doctor. *de haeret.* V. 3. 2.
 Viam ambitiosae. *de regular.* III. 8. 1.
 Vices illius. *de treug. et pace.* I. 9. 2.

D E C R E T A L I U M

D. G R E G O R I I P A P A E I X.

COMPILATIO.

G R E G O R I U S,

Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis doctoribus et scholaribus universis Bononiae commorantibus salutem et apostolicam benedictionem.

Rex pacificus pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos et honestos. Sed effrenata cupiditas, sui prodiga, pacis aemula, mater litium, materia iurgiorum, tot quotidie nova litigia generat, ut, nisi iustitia conatus eius sua virtute reprimeret, et quaestiones ipsius implicitas explicaret, ius humani foederis litigantium abusus exstingeret, et dato libello repudii concordia extra mundi terminos exsularet. Ideoque lex proditur, ut appetitus noxius sub iuris regula limitetur, per quam genus humanum, ut honeste vivat, alterum non laedat, ius suum unicuique tribuat, informatur. Sane diversas constitutiones et decretales epistolas praedecessorum nostrorum, in diversa dispersas volumina, quarum aliquae propter nimiam similitudinem, et quaedam propter contrarietatem, nonnullae etiam propter sui prolixitatem, confusionem inducere videbantur, aliquae vero vagabantur extra volumina supradicta, quae tanquam incertae frequenter in iudiciis va-

cillabant, ad communem, et maxime studentium, utilitatem per dilectum filium fratrem Raymundum, capellanum et poenitentiarium nostrum, illas in unum volumen resecatis superfluis providimus redigendas, adiacentes constitutiones nostras et decretales epistolas, per quas nonnulla, quae in prioribus erant dubia, declarantur. Volentes igitur, ut hac tantum compilatione universi utantur in iudiciis et in scholis, districtius prohibemus, ne quis praesumat aliam facere absque auctoritate sedis apostolicae speciali.

LIBER PRIMUS.

TITULUS I.

DE SUMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA.

CAP. I.

Tractat de trinitate et ipsius operibus; de fide et articulis fidei.—
§. 3. *Tractatur hic de sacramentis ecclesiasticis.* Abb. Sic.

Innocentius III. in concilio generali, cap. 1.¹⁾

Firmiter credimus et simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus, aeternus, immensus et incommutabilis, incomprehensibilis²⁾, omnipotens et ineffabilis, Pater, et Filius et Spiritus sanctus: tres quidem personae, sed una essentia, substantia seu natura simplex³⁾ omnino; Pater a nullo, Filius *autem* a Patre solo, ac Spiritus sanctus pariter ab utroque, absque initio, semper ac sine⁴⁾ fine; Pater generans, Filius nascens, et Spiritus sanctus procedens⁵⁾; consubstantiales, et coaequales, et coomnipotentes⁶⁾, et coaeterni; unum universorum principium; creator omnium visibilium et invisibilium, spiritualium et corporalium; qui sua omnipotentis virtute simul⁷⁾ ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam, ac deinde⁸⁾ humanam, quasi⁹⁾ communem ex spiritu et corpore constitutam. Diabolus enim et alii daemones a Deo quidem natura creati sunt boni; sed ipsi per se facti sunt mali. Homo vero diaboli suggestionem peccavit. §. 1. Haec¹⁰⁾ sancta trinitas, secundum communem essentiam individua¹¹⁾ et secundum personales proprietates discreta¹²⁾, primo¹³⁾ per Moysen et sanctos Prophetas aliosque¹⁴⁾ famulos suos iuxta ordinatissimam dispositionem temporum doctrinam humano generi tribuit salutarem. §. 2. Et tandem unigenitus Dei Filius Iesus Christus, a tota trinitate communiter incarnatus, ex Maria semper virgine Spiritus sancti cooperatione¹⁵⁾ conceptus, verus homo factus, ex anima rationali et humana carne compositus, una in duabus naturis persona, viam vitae manifestans¹⁵⁾ demonstravit. Qui quum secundum divinitatem sit immortalis et impassibilis, idem ipse secundum humanitatem factus est¹⁶⁾ passibilis et mortalis. Qui¹⁶⁾ etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus et mortuus descendit ad inferos, resurrexit a mortuis, et ascendit in coelum; sed descendit in anima et resurrexit in carne, ascenditque pariter in utroque, venturus in fine¹⁷⁾ saeculi, iudicaturus vivos et mortuos, et redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis quam electis, qui omnes cum suis propriis resurgent corporibus, quae nunc gestant, ut recipiant secundum opera¹⁸⁾ sua, sive bona fuerint sive mala, illi cum diabolo poenam perpetuam, et isti cum Christo gloriam sempiternam. §. 3. Una vero est fidelium universalis ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur, in qua idem ipse sacerdos est sacrificium Iesus Christus, cuius corpus et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter continentur¹⁹⁾, transsubstantiatis pane in corpus et vino in sanguinem potestate divina, ut ad perficiendum mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo quod²⁰⁾ accepit ipse de nostro. Et hoc utique sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos, qui²¹⁾ rite fuerit ordinatus, secundum claves ecclesiae, quas ipse concessit Apostolis eorumque successoribus Iesus Christus. §. 4. Sacramentum vero baptismi, quod²²⁾ ad Dei invocationem et individuae²³⁾ trinitatis, videlicet Patris, et Filii et Spiritus sancti, consecratur²⁴⁾ in aqua, tam parvulis quam adultis in forma ecclesiae a quocunque rite collatum proficit ad salutem. Et si²⁴⁾ post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potestatem semper poenitentiam reparari. §. 5. Non solum autem virgines et continentes, verum etiam coniugati per fidem rectam et operationem bonam placentes Deo ad aeternam merentur beatitudinem²⁵⁾ pervenire.

CAP. II.

Pater, et Filius et Spiritus sanctus vera unione, non collectiva seu similitudinaria, sunt una essentia, substantia seu natura; quae substantia non est generans, nec genita, nec procedens; quia illi actus non attribuuntur substantiae, sed personis: nec per hoc in trinitate concluditur quaternitas. Contrarium sentientes ut haeretici sunt censendi, nisi ab errore recipiant, et correctioni apostolicae sedis se supponant.
Abb. Siculus.

Idem in eodem.²⁶⁾

Damnamus ergo et reprobamus libellum seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum de unitate seu essentia trinitatis, appellans ipsum haeticum et insanum pro eo, quod in suis dixit sententiis²⁷⁾: „Quoniam quaedam summa res est Pater, et Filius et Spiritus sanctus, et illa non est generans, neque genita, neque procedens.“ Unde asserit, quod ille²⁷⁾ non tam trinitatem, quam quaternitatem adstruebat in Deo, videlicet tres personas, et illam communem essentiam quasi quartam; manifeste protestans, quod nulla²⁸⁾ res est, quae sit Pater, et Filius et Spiritus sanctus; nec est²⁹⁾ essentia, nec substantia, nec natura; quamvis concedat³⁰⁾, quod Pater, et Filius et Spiritus sanctus sunt una essentia, una substantia³¹⁾ unaque natura. Verum unitatem huiusmodi non veram et propriam, sed quasi collectivam³²⁾ et similitudinariam esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, et multi fideles una ecclesia, iuxta illud³³⁾: „Multitudinis³⁴⁾ credentium erat cor unum et anima una,“ et³⁵⁾: „Qui adhaeret Deo, unus spiritus est cum illo. Item³⁶⁾: „Qui plantat, et qui rigat, unum sunt,“ et³⁷⁾: „Omnes unum corpus sumus in Christo.“ Rursum in libro Regum³⁸⁾: „Populus meus et populus tuus unum sunt.“ Ad hanc autem suam sententiam adstruendam illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in evangelio³⁹⁾: „Volo, pater, ut sint unum in nobis, sicut et nos unum sumus, ut sint consummati in unum.“ Non enim, ut ait, fideles Christi sunt unum, id est quaedam una res, quae communis sit omnibus; sed hoc⁴⁰⁾ modo sunt unum, id est una ecclesia, propter catholicam fidei unitatem, et tandem unum regnum, propter unionem indissol-

TIT. I. Cap. I. 1) c. 1. conc. Lat. IV. a. 1215. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 2) abest a Comp. IV. Ms. B. — 3) simpliciter: Comp. IV. Ms. A. — 4) abest a conc. C. R. 1. L., Comp. IV. Aug. — 5) ab utroque proc.: C. R. 2. — 6) conequi, omnipotentes: Comp. IV. Aug. — seq.: et: abest a Ms. A. — 7) similiter: C. R. — 8) demum: C. H. L. — 9) hum. quidem rationem: Comp. IV. Ms. B. — 10) add.: enim: C. R. 1. — 11) individuum: Comp. IV. Ms. B. — 12) discretas: ead. — 13) abest a C. H., Comp. I., conc. — 14) et ul. quoque: C. R. 1. — 15) Spir. S. cooperante: C. R. 1. Comp. IV. Ms. B. — 15*) manifestus: Comp. IV. Aug. — 16) abest ab eod. — 16*) quin: conc. — quoniam: Comp. IV. Ms. B. — seq.: crucis: abest a Ms. A. — 17) finem: Comp. IV. Aug. — sine saec. iudicare: Comp. IV. Ms. A. — 18) merita: Comp. conc., IV. — 19) continetur: C. R. 1. H., Comp. IV. Aug. et Ms. B. — 20) qui: Comp. IV. Ms. B. — 21) abest a C. H., Comp. IV. Aug., conc. Ms. — 22) quod invoc. individuae: conc. — quod

ad inv.: Comp. IV. Ms. A. — 23) sanctae et ind.: C. R. 1. — 24) conficitur: Comp. IV. Ms. A. — 24*) et post ... prolapsus in: ib. — 25) benedictionem: Comp. IV. Aug. — 26) ib. c. 2. — 27) insanis: Comp. IV. Aug. — cf. Sent. 1. Dist. 5. — 27*) iste: Böhm. — 28) illa: Comp. IV. Aug. — 29) abest a conc. Ms. et Comp. IV. Ms. B. (in Ms. A. locus omnino corruptus est.) — 30) concedit, omis. part.: quamvis: Comp. IV. Aug. — 31) un. subst.: absunt ab ead. — 32) collectivam: C. H. — 33) Act. IV. 32. — 34) add.: autem: C. R. 1. — 35) 1 Cor. VI. 17. — 36) iterum: C. R. 1. — item: ille, qui: Cont., Böhm. — it.: et qui: Comp. IV. Aug. — cf. ib. III. 8. — 37) 1 Cor. XII. 12. — 38) 3 Reg. XXII. 5. — 39) Ioan. XVII. 21. — 40) abest a Comp. IV. Aug. — sed tantum: conc. Ms. — sed hic mod.: conc. ap. Mans. — sed et suo mod.: Comp. IV. Ms. B. — sed isto modo: Ms. A.

lubilia⁴¹) caritatis, quemadmodum in canonica⁴²) Iohannis Apostoli epistola legitur⁴³): „Quia tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, et Filius et Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt,“ statimque subiungitur⁴⁴): „et tres sunt, qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua et sanguis; et hi tres unum sunt,“ sicut in quibusdam codicibus invenitur⁴⁵). §. 1. Nos autem sacro *et universali* approbante concilio credimus et confitemur cum Petro⁴⁶), quod una quaedam summa⁴⁷) res est, incomprehensibilis quidem et ineffabilis, quae veraciter est Pater, et Filius et Spiritus sanctus: tres simul personae ac sigillatim quaelibet earundem. Et ideo in Deo solummodo trinitas est, non quaternitas, quia quaelibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia seu natura divina, quae sola est universorum principium, praeter quod⁴⁸) aliud inveniri non potest. Et illa res non est generans, neque genita⁴⁹), nec procedens; sed est Pater, qui generat, et Filius, qui gignitur, et Spiritus sanctus, qui procedit⁵⁰), ut distinctiones sint in personis, et unitas⁵¹) in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus⁵²), non tamen aliud⁵³), sed id, quod est Pater, est Filius, et⁵⁴) Spiritus sanctus idem omnino, ut secundum orthodoxam et catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab aeterno Filium generando suam substantiam ei dedit, iuxta quod ipse testatur⁵⁵): „Pater quod dedit mihi, maius omnibus est.“ Ac dici non potest, quod partem substantiae suae⁵⁶) illi dederit, et partem ipse sibi retinuerit⁵⁷), quam substantia Patris indivisibilis sit, utpote simplex omnino. Sed nec dici potest, quod Pater in Filium transtulerit⁵⁷) suam substantiam generando, quasi sibi dederit eam Filio, quod non retinuerit ipsam sibi; alioquin desisset esse substantia. Patet ergo, quod sine ulla diminutione Filius nascendo substantiam Patris accepit, et ita Pater et Filius habent eandem substantiam, et sic eadem res est Pater et Filius, nec non et Spiritus sanctus ab utroque⁵⁸) procedens. Quum ergo⁵⁸) Veritas pro fidelibus suis orat ad Patrem⁵⁹): „Volo,“ inquit, „ut ipsi sint unum in nobis, sicut et nos unum sumus,“ hoc nomen „unum“ pro fidelibus quidem accipitur, ut intelligatur unio caritatis in gratia; pro personis vero divinis, ut attendatur identitatis unitas in natura, quemadmodum alibi Veritas ait⁶⁰): „Estote perfecti, sicut et Pater vester coelestis perfectus est,“ ac si diceret manifestius: Estote perfecti perfectione gratiae, sicut Pater vester coelestis perfectus est perfectione naturae. Utraque videlicet suo modo: quia inter creatorem et creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. §. 2. Si quis igitur sententiam vel doctrinam praefati Iohannis in hac parte defendere vel approbare praesumpserit, tanquam haereticus ab omnibus evitetur⁶¹). In nullo tamen propter hoc⁶²) Florenti⁶³) monasterio, cuius ipse Iohannis existit⁶³) institutor, volumus derogari, quoniam ibi⁶⁴) et regularis est institutio, et observantia salutaris, maxime quum ipse⁶⁵) Iohannis omnia scripta sua nobis assignari mandaverit⁶⁶) apostolicae sedis iudicio approbata seu etiam corrigenda, dictans epistolam, quam⁶⁷) propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur, se illam fidem tenere, quam Romana tenet ecclesia, quae disponem Domino cunctorum fidelium mater est et magistra. §. 3. Reprobamus etiam et condemnamus⁶⁸) perversissimum dogma impii Almarici⁶⁹), cuius mentem sic pater mendacii excaecavit, ut eius doctrina non tam haeretica censenda sit quam insana.

TITULUS II. DE CONSTITUTIONIBUS.

CAP. I.

Juris canonici statuta omnes ligant, et eorum ritu tam in pronunciando quam in decidendo iudicia sunt regulanda.

Ex concilio Meldensi¹)

Canonum statuta *sine praedicio* custodiantur²) ab omnibus,

Cap. II. 41) *indissolubilem*: Comp. IV. Aug., Ms. A. — 42) *verba: car.* — Iohannis: omnia sunt in eiusd. libr. Ms. B. — 43) *Inc.*: Comp. IV. Ms. A. — cf. I. Ioh. c. V. 7. — 44) *subiungit*: C. R. L., Comp. IV., conc. Ms. — cf. ib. v. 8. — 45) *continetur*: C. R. 1. — verb.: *sic. inv.*: omitt. in Comp. IV. Ms. A. — 46) *add.*: Lombardo: Comp. IV. Ms. B., Cont., Böhm. — 47) *abest* a C. R. H., Comp. IV. Aug., — seq.: *quidem*: abest a Comp. IV. Ms. A. — 48) *praeterquam*: Comp. IV. Aug., C. H. — 49) *neque gen.*: omisa in Comp. IV. Ms. B. — 50) *add.*: *ab utroque*: C. H. L. — *manens* est hic locus in Comp. Ms. A. — 51) *trinitas*: Comp. IV. Aug. — 52) *add.*: *scilicet*: Comp. IV. Ms. — 53) *add.*: *sunt*: C. R. 1. — 54) *add.*: *est*: id. — 55) Ioh. X. 29. — 56) *abest* a C. R. L., Comp. IV. Aug. et Ms. B. — 57) *retinuit*: Comp. IV. Ms. A. — 57*) *transtulit*: Comp. IV. Aug., Ms. A. — 58) *add.*: *scilicet*: C. R. 2. — 58*) *vero*: Böhm. — 59) Ioh. XVII. 21. — 60) Matth. V. 48. — verba: *estote — manifestius*: omisa sunt in Comp. IV. Aug. — 61) *confutetur*: conc., C. L. — *reputetur*: Comp. IV. Ms. — 62) *per hoc*: conc. — *resid.* in C. R. 1. — 63) *Florentino*: C. R. 1., Cont., Comp. IV. Aug., — *Florenti*: Comp. IV. Ms. A., Böhm. — (*Florenti**) — 63*) *existit*: Böhm. — 64) *abest* a C. L., Comp. IV., conc. Ms. — 65) *item*: C. R. L., Comp. IV., conc. — 66) *mandavit*: Comp. IV. Ms. B. — 67) *cui*: C. R. L., Comp. IV., conc. — 68) *dammamus*: Comp. IV. Ms. B., conc. — (verb.: *Reprob.* usque ad extr. desid. in Ms. A.) — 69) *Almeri*:

et nemo in actionibus³) vel iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum⁴) auctoritate ducatur.

CAP. II. 5)

Constitutio respicit futura, et non praeterita.

Gregorius in Registro.⁶)

Cognoscentes, *qualis fraternitatem vestram zelus pro Christianis mancipiis, quae Iudaei de Galliarum finibus emunt, accenderit, adeo nobis sollicitudinem vestram placuisse signamus, ut inhibendo eos ab huiusmodi negotiatione nostra etiam deliberatio indicaret. Sed Basilio Hebraeo cum aliis Iudaeis veniente conperimus, hanc illis a diversis iudicibus reipublicae emptione iniungi, atque evenire, ut inter paganos et Christiani pariter comparerent. Unde necesse fuit, ita causam cauta ordinatione disponi, ut nec mandantes frustrari, nec hi, qui contra voluntatem suam se iniquant obedire, aliqua sustineant iniuste suspendia. Proinde fraternitas vestra hoc vigilanti sollicitudine observari ac custodiri provideat, ut revertentibus eis a praefata provincia Christiana mancipia, quae ab ipsis adduci contigerit, aut mandatoribus contradantur, aut certe Christianis emptoribus intra diem quadragesimum veniantur, et transacto hoc dierum numero nullus apud eos quolibet modo remaneat. Si autem quaedam ex iisdem mancipiis talem aegritudinem fortassis incurrerint, ut intra statutos dies vendi non valeant, adhibenda sollicitudo est, ut, dum saluti fuerint pristinae restituta, similiter omnibus modis distraantur, quia* Rem⁷), quae culpa caret, in⁸) damnum vocari non convenit. Quoties⁸) vero novum quid statuitur⁹), ita solet futuris formam imponere, ut *multis* dispendiis praeterita non commendet¹⁰); *Si qua apud eos mancipia de emptione anni praeteriti remanserunt, vel a vobis nuper ablata sunt, dum apud vos sunt posita, ea habeant alienandi licentiam,* ne detrimentum ante prohibitionem possint ignorantes incurrere, quod eos postmodum dignum est vetitos¹¹) sustinere. *Nunciatum etc.*

CAP. III.

Potestas legem condendi et mutandi est penes vicarium Christi. Et quod de uno, connexorum statuitur, ad aliud connexum extenditur.
Abbas Sicul.

Augustinus super illud epist. ad Hebraeos: 12)

„Translato¹³) sacerdotio necesse est ut¹⁴) legis translatio fiat.“ Quia enim simul et ab eodem, et sub eadem sponione utraque data sunt, quod de uno dicitur necesse est ut de altero intelligatur.

CAP. IV.

Omne prohibitum a lege peccatum est, et omne illud, quod sequitur ex eo. Hoc d.

Idem super epist. ad Romanos. 15)

„Nam concupiscentiam nesciebam, etc.“ Hoc enim¹⁶) elegit Apostolus generale, unde omnia mala oriuntur. Bona est ergo lex, quae, dum hoc prohibet, omnia mala prohibet.

CAP. V.

Constitutiones decretorum singularibus sunt opinionibus praeferendae.

Hieronymus in Parabolis. 17)

„Ne imitaris prudentiae tuae.“¹⁸) Prudentiae suae imitatur, qui ea, quae sibi agenda vel dicenda videntur, Patrum decretis praeposit.

C. R. 1. — *Almerici*: Comp. IV. Ms. B. — *Almarici*: C. L. — *Amalrici*: conc. Ms.

TIT. II. Cap. I. 1) c. 34. conc. Meld., hab. A. 845. — Burch. I. 61., Ivo Decr. V. 111., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) *rite cust.*: Iv. — 3) *accusationibus*: Comp. IV. Aug. — 4) *illorum*: C. H.

Cap. II. 5) Restitutum ex Reg. IX. 36., *Fortunato Ep. Neapolis*, (Ao. 500.) — Lips. XLIX. 1., Comp. I. h. t. c. 2. — 6) *Gregorius VII.*: C. L. — 7) *Res, quae*: Lips., Comp. I. — 8) *ad*: Reg. — 8*) *Quoniam vero quotiens*: ib. — 9) *statuit*: Böhm. — 10) *condemnet*: Reg. — *commo*: Comp. IV. — *commo*: Lips. — *commo*: Cont. — *Sequ.* in Comp. I. Aug. ita se habent: *et ita ne detrimentum*, quod Böhm. bona fide secutus est. Legendum tamen est cum manus. Comp. I. et Lips. libris: *et infra, ne det.*: omisa enim sunt a Bernard. et Raym., quae ex ipso Gregorii registro restituta esse censimus. — 11) *vetitos*: Comp. I. Aug.

Cap. III. 12) Immo Gloss. ord. in Hebr. VII. 12. — Comp. I. h. t. c. 4. — *Eug. sup. illum ep. ad Hebr.*: Comp. I. Ms. — 13) *add.*: *enim*: Comp. I. — 14) *ut et*: Vulg.

Cap. IV. 15) Immo Gloss. ord. in Rom. VII. 7. — Comp. I. h. t. c. 7. — 16) *abest* a Comp. I. — Cap. V. 17) Immo ex Gloss. ord. in Prov. III. 5. — Comp. I. h. t. c. 6. — 18) *add.*: *esse*: Comp. I. Aug.

CAP. VI.¹⁹⁾

Non valet constitutio collegii in damnum aliquorum et commodum aliorum, cessante rationabili causa. Vel sic: Absque rationabili causa non potest maior pars capituli tollere consuetudinem, utilitatem proutam nutriendam.

Innocentius III. Senonensi Archiepiscopo et Episcopo Trecentensi.

Quum omnes "unum corpus simus in Christo, singuli autem alter alterius membra, non debent maiores minoribus, aut seniores iunioribus incidere, sed omnes, qui in una ecclesia uni Domino famulantur, pari gaudeant libertate, quum pondus et pondus, mensura et mensura utrumque abominabile sit apud Deum, et evangelicus paterfamilias pari mercede primos vineae suae operarios remuneraverit et extremos. Verum" Ad audientiam nostram²⁰⁾ pervenit, quod "dilecti filii" Trecentenses canonici "propriis inhiantes commodis, et aliorum profectibus incidentes" novum fecerunt in Trecentensi ecclesia constitutum, ut eis tam in praesentia "sua", quam in²¹⁾ absentia redditus suos ex integro percepturis²²⁾, qui in eadem ecclesia post illam constitutionem²³⁾ fuerunt vel de cetero fuerint instituti, redditus "ex ea" in absentia non percipiant, sed tunc solum, quum "in ea" fuerint residentes; quum secundum Trecentensi ecclesiae consuetudinem omnes in hoc consueverunt²⁴⁾ esse pares. Statuerunt etiam, ut, quum singulis praebendis annexae sint vineae, ipsis suas, dum vixerint, possidentibus, vineae decedentium ad successores non transeant, sed proventus earum inter singulos dividantur. Quum igitur quod quisque iuris in alterum statuit ipse debeat uti²⁵⁾, et sapientia dicat auctoritas²⁶⁾: „Patere legem, quam²⁷⁾ tu ipse tuleris: "fraternitati vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus antiquos canonicos iunioribus, et iuniores in perceptione fructuum tam praebendarum quam vinearum coaequetis antiquis, secundum priorem consuetudinem usque ad tempus praedictae constitutionis²⁸⁾ servatam, vel secundum rationabilem institutionem in posterum²⁹⁾ observandam, "illos per distractionem ecclesiasticam percipientes, si qui duxerint revertendum. Nullis literis etc. Dat. etc." [1198.]

CAP. VII.³⁰⁾

Constitutio laicorum ecclesiam seu eius bona non adstringit.

IDEM Tridentino³¹⁾ Episcopo.

Quae in ecclesiarum "et ecclesiasticorum virorum praedictum attentantur: firmitatem sortiri non debent, sed ad ecclesiarum indemandatam debent potius infirmari". Sane pervenit ad audientiam nostram, quod cives Tervisini³²⁾ "et Coneglanenses constituendi sibi, et utinam sibi tantum, iurisdictionem temere usurpantes, impietatem palliant sub nomine pietatis, et, dum quibusdam ex alieno gratiam exhibere nituntur, ecclesiam sunt et viris ecclesiasticis onerosi." constituerunt "siquidem, sicut accepimus", ut³³⁾, si quis se ad inopiam vergere probabiliter allegaverit, alienandi feudum, quod ab ecclesia vel aliis³⁴⁾ tenet³⁵⁾, "per officiales ad hoc a Tervisinis civibus et Coneglanensibus deputatos", liberam habeat³⁶⁾ facultatem, "nec emptor priori teneatur domino respondere, nisi tantummodo in sexta parte pretii, quam ipsi, si recipere voluerit, exhibebit, ex quo ecclesiastica non modicum iura laeduntur". Volentes igitur ecclesiarum indemnitate consulere, "et huiusmodi gravaminibus providere", constitutionem huiusmodi et venditiones feudorum ecclesiasticorum, factas sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, "occasione constitutionis, imo verius destinationis vel destructionis istius, praesentium auctoritate cassamus et vires decernimus non habere. "Nulli ergo etc. Dat. Lat. X. Kal. Apr." [1199.]

CAP. VIII.³⁷⁾

Dignitas sublata de ecclesia per statutum capituli, confirmatum per Papam, ulterius non censetur vacare, nisi per contrarium actum statutum fuerit revocatum.

IDEM.

Quum accessissent ad apostolicam sedem "dilecti filii" archidiaconus Tullensis et G. Tullensis³⁸⁾ capituli procurator, "venerabilem fratrem

nostrum Hugonem Hostiensem episcopum eidem concessimus auditorem, in cuius praesentia" archidiaconus proposuit memoratus, quod, quum olim quidam³⁹⁾ Tullenses canonici nostris auribus intimassent, quod primiceriatus⁴⁰⁾ "et scholastia" in Tullensi ecclesia tanto tempore vacavisset, quod⁴¹⁾ ad manus nostras illius personatus esset donatio devoluta, "dilectis filiis Altaesilvae et Belliprati abbatibus, et Columbae monasterii decano dedimus in mandatis, ut super hoc inquirerent veritatem, et, si personatus illos tanto tempore vacavisset constaret, quod iuxta Lateranensis statuta concilii ad nos ipsorum esset devoluta donatio, ipsi personas idoneas de Tullensi ecclesia vel aliunde in ipsis personatibus instituerent vice nostra, et eodem facerent ab illis pacifice possideri. Ipsi vero iudices mandatum apostolicum exsequentes, partes ad suam praesentiam citaverunt, et die statuta dictis magistro W. et F. comparentibus coram ipsis, Ioannes presbyter cum Tullensis capituli literis ipsorum se conspectui praesentavit, in quibus idem se capitulum exequabat, quod ad locum ab eisdem iudicibus constitutum sine rerum et personarum discrimine propter ducem Lotharingiae, qui eos diffidaverat, accedere non valebant, et hoc ipsum dictus presbyter proprio rotens iuramento firmare, locum, ad quem Tullenses canonici possint tunc accedere, postularit. Quumque super hoc inter dictos magistrum et presbyterum fuisset aliquamdiu litigatum, demum idem presbyter, requisitus praestare iuramentum, quod prius obtulerat, recusavit, et vocem appellationis emittens, literas capituli praesentavit, in quibus ad appellandum solummodo procurator extiterat constitutus. Verum iudices supradicti excusationes ab ipso sacerdote propositas et appellationem interpositam frustratorias reputantes, de prudentium virorum consilio receperunt testes, quos dicti magister et F. inducere voluerunt, diem aliam apud S. Aprum saepedicto capitulo praefigentes, qui quum nec ea die curassent in iudicio comparere, iudices ipsi attestationibus sollemniter publicatis, quum constitisset eidem, quod tamdiu primiceriatus in Tullensi ecclesia vacavisset, ut eius ad nos donatio pertineret, ipsam vice nostra supradicto S. archidiacono contulerunt, quam concessionem idem archidiaconus petiit auctoritate apostolica confirmari. Dicitur vero G. capituli procurator ex adverso respondit, quod huiusmodi concessio et processus iudicum praedictorum debebant merito retractari, utpote qui post appellationem ad nos pro diversis gravaminibus legitime interpositam processerunt; prima siquidem citatione capitulum ipsum edicto peremptorio evocarunt, et quum postmodum ad eorum praesentiam proprium nuntium capitulum destinasset, licet ipse nuntius, allegando, quod ad praefixum locum propter vicinarum discrimina et insidias capitulum accedere non poterat, vel sufficientes transmittere responsales, sollicito postulare locum tutum partibus assignari, excusationem tamen huiusmodi dicti iudices admittere contempserunt, propter quod idem nuntius, sicut in mandatis acceperat, ad appellationis praesidium convolvit. Praeterea dictus procurator adiecit, quod eorundem iudicum processus ex ea causa iudicandus erat invalidus, quoniam ad sententiae calculum processerunt lite minime contestata, contra quod fuit ex parte archidiaconi replicatum, quoniam appellationi huiusmodi non fuit aliquatenus deferendum, quum non ex causis legitimis, sed frustratorie duntaxat fuerit appellatum. Quum enim capitulum fuisset citationibus legitimis evocatum, simplicem nuntium, et non responsalem idoneum destinavit, qui, quum excusationem capituli allegasset, et super ea obtulisset proprium iuramentum, postmodum illud praestare noluit requisitus. Quum igitur executio ab eodem nuntio proposita delusoria merito dicitur, appellatio super ea interposita fuit merito respondenda, maxime quum idem nuntius literas capituli praesentaverit, in quibus continebantur expresse, quod ad provocandum tantummodo fuerat destinatus. Sed nec illud nocere posse pars eadem respondit, quod lite non contestata dicti iudices processerunt, quum non causae cognitio, et inquisitio veritatis solummodo ipsis fuerit demandata, propter quod in inquisitione ipsa non fuerat iudicarii ordinis sollemnitatis observanda. Ad haec capituli pars respondit, quia, quum in quibusdam inquisitionibus omnimoda iuris sollemnitatis non servetur, in inquisitione tamen huiusmodi servari debuit ordo iuris, quoniam, quum possessionum et reddituum, olim ad primiceriatum spectantium, quidam sint pacifici possessores, eisdem sine iuris ordine non debebant nec poterant spoliari. Praeterea etsi dicti iudices potuerint sine causae cognitione procedere, sollemniter tamen

Cap. VI. 19) Restitutum ex Reg. Bal. I. 192. — Comp. III. h. t. c. 1. — 20) apostolatus nostri: C. R. L. H., Comp. III., Reg., Böhm. — 21) abest a Comp. cit. et Reg. — 22) recepturis: C. H. — 23) institutionem: Reg. — 24) consueverunt: C. H., Reg. — 25) eodem: Comp. III. Aug., Reg. — 26) Anson. Sent., (Pittac. 5.) — 27) quam tul. : Reg. — quam ipse tul. : C. H., Comp. III. Ms., — 28) institutionis: Comp. III., Reg. — 29) deinceps: ib. — Cap. VII. 30) Restitutum ex Reg. Bal. II. 7. — Comp. III. h. t. c. 2. — 31) Trecenti: C. R. 1. — Cur.: C. H. — Ceten.: Comp. III. — Mattheo Cemelnsi Ep.: Reg. (Cenedu.) — 32) Trivisini: C. L. — Tervisinenses:

Comp. III. Ms. — Tervisinenses: Aug. (Treviso) — 33) quod: Reg. — Comp. III. — 34) ab ul.: C. R. — 35) tenent: Comp. III. — 36) habeant: ead., Reg. — Cap. VIII. 37) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 260. — Comp. III. h. t. c. 4. — Integra inser. Reg.: Lingonensi et Cathalunensi episcopis et abbat. Clurevallensi. — 38) Tullon. et G. Tullensis: C. H. — 39) abest a C. H. — dil. fil. mag. Gil. et M. H. et F. Tullens. canonici: Comp. III. — dil. fil. mag. W'la., subdiaconus noster, H. et F. Tullens. can.: Reg. — 40) add.: dignitas: C. L. — 41) ut: Comp. III. — vacavisset, ut ad manus nostras illorum personatum esset donatio etc.: Reg. —

de causa cognoscere potius elegerunt, Tullenses canonicos tanquam partem ad suum iudicium evocando. Fuit insuper ex parte capituli allegatum, quod "rescriptum ad praedictos iudices impetratum ex-stiterit per falsam suggestionem obtentum. Quum enim" de⁴²) communi assensu⁴³) "et unanimi voluntate" canonicorum Tullensium fuerit constitutum, ne primiceriatus dignitas esset ulterius in ecclesia memorata, inter canonicos ipsos primiceriatus proventus et possessionibus distributis; "et eadem institutio a bonae memoriae Alexandro P. praedecessore nostro fuerit postmodum confirmata:" propter⁴⁴) quod evidenter appareat, quod primiceriatus ipse tanto⁴⁵) tempore non vacaverit, sicut nobis fuerat⁴⁶) falsa insinuatione suggestum. "Contra quod pars archidiaconi sic respondit, quod, quum illa dignitas ad publicam et communem Tullensis ecclesiae honestatem ibidem fuerat instituta, absque sedis apostolicae auctoritate in eadem ecclesia non poterat aboleri. Confirmatio quoque super tam illicita constitutione obtenta firmare non potuit quod erat invalidum ipso iure. Praeterea tamen canonici post haec omnia Terricum archidiaconum in primicerium communiter elegerunt, qui fuit postmodum auctoritate apostolica confirmatus, propter quod non solum confirmationi obtentae tacite renunciasse videntur, sed etiam institutionem propriam revocasse. Sed ad haec pars capituli replicavit, quia quod de ipso T. factum est eis praedecedere non potuit, qui non per electionem canonicam, sed per intrusionem potius sibi primiceriatus officium usurpavit." Quocirca "discretionem vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, "inquisita diligentius veritate," si vobis constiterit, Tullenses canonicos, ne ulterius in Tullensi ecclesia primiceriatus esset officium, communiter statuissae, ac statutum ipsum auctoritate sedis apostolicae fuisse postmodum, sicut⁴⁷) dicitur, confirmatum, vos illud faciatis in suo robore permanere, nisi postea dicti canonici contravenerint, aliquem videlicet in primicerium eligendo. "Necero consueverit etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. Kal. Febr. Ao. IX." [1207.]

CAP. IX.⁴⁸)

Non obstante certo canonicorum numero, etiam per Papam confirmato, providendum est receptis ultra numerum de supererexcentibus fructibus; maxime si voluntarie per canonicos fuerint recepti.

Idem Clugiensi⁴⁹) Episcopo.

Quum Martinus⁵⁰) Ferrariensis "canonicus, F., W., B. et G., canonicorum Ferrariensium, et magister G., Ferrariensis capituli procuratores ad sedem apostolicam accessissent, super quaestione, quam de praebendis et redditibus habebant ad invicem, dilectum filium nostrum S. Mariae in Cosmedin diaconum cardinalem eis concessimus auditorem, coram quo" Dicitur M. pro se ac quatuor sociis suis⁵¹) proposuit, quod Ferrarienses canonici, ut eo amplius suos redditus augmentarent, quo proventus ecclesiae, qui dividi consueverant inter plures, in usus cederent paucorum⁵²), quatuordecim praebendas tantum, praeter id, quod mensae communiter deputarunt⁵³), in eadem ecclesia contra antiquam consuetudinem statuerunt. Postmodum⁵⁴) vero, contra constitutionem ipsam voluntarie venientes, dictos quinque in canonicos receperunt, nullis praebendis assignatis eisdem. Et licet eorum redditus non modicum fuerint augmentati, nondum tamen eis voluerunt ex supererexcentibus redditibus providere. Verum⁵⁵) ex adverso fuit propositum, quod "olim de communi tam canonicorum, quam tunc Ferrariensis episcopi voluntate" quatuordecim praebendarum numero⁵⁶) in Ferrariensi ecclesia "proridua deliberatione" instituto⁵⁷) et apostolicae protectionis praesidio roborato, "tandem" quum una in eadem ecclesia praebenda vacasset, ad "multam" quorundam instantiam duos ad eam, et postmodum ad preces "venerabilis fratris nostri Ferrariensis" episcopi dictum M. et quendam alium sine praedictioe dictae constitutionis in canonicos receperunt ita, quod ipsi⁵⁸) canonici de canonis⁵⁹) nihil perciperent, donec primi duo essent praebendas integre assecuti. Quumque per canonicorum industriam fuerit procuratum, ut ex possessionibus, quas "eadem" ecclesia tempore longo possedit, plures eis redditus solverentur, supererexcentes "redditus" communi mensae, quae minus sufficiens fuerat, "communiter" deputaverunt⁶⁰), quos⁶¹) dicti quinque sibi⁶²) postmodum petierunt contra capituli constitutionem in

beneficium assignari. "Quia vero super his plena nobis, sicut idem cardinalis asseruit, exhiberi non poterat certitudo, causam ipsam tuo duximus examini committendam." Mandamus⁶³), quatenus, quum in constitutione praedicta et confirmatione sedis apostolicae vel fuerit vel esse debuerit, sicut consuevit, expressum: "nisi in⁶⁴) tantum exererent ecclesiae facultates, quod pluribus possent⁶⁵) sufficere competenter", et "quum" lidem canonici in derogationem⁶⁶) suae constitutionis ad vacaturas⁶⁷) praebendas quatuor receperunt⁶⁸) ultra numerum constitutum, "ab" antiquis canonici praebendas cum integritate percipientibus consuetas, supererexcentes redditus praedictis canonicis "appellatione remota" facias assignari, ita "tamen", quod, si ex eis pares potuerint⁶⁹) cum aliis sortiri praebendas, quod super fuerit in communes canonicorum usus, sicut⁷⁰) prius statuerant, sive aliter, prout melius videbitur, convertatur, revocatis in irritum "omnibus", quaecumque ab alterutra partium in praedictum alterius⁷¹) post motam quaestionem coram episcopo Ferrariensi circa praebendas vel possessiones fuerint innovata. "Nullis literis etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. XII. Kal. Mai." [1198.]

CAP. X.⁷⁰)

Statutum generale laicorum ad ecclesias vel ecclesiasticas personas, vel earum bonu in earum praedictum non extenditur; nec speciale, etiam si earum commodum et favorem concernat. Hoc dicit quoad intellectum. Abbas Siculus.

Idem Abbati⁷¹) et Conventui sancti Silvestri.

Ecclesia sanctae Mariae "in Via lata contra I. de Atteia, qui quasdam possessiones ipsius dicebatur contra iustitiam detinere, morit tempore B. Carosomi dicti senatoris sub L. iudice quaestionem. In ipso autem iudicio praefato I. de Atteia syndicus monasterii vestri adstitit, et ab eo testes produci quidam de monachis exstiterunt. Iudex vero, auditis rationibus partium, pro eodem Ioanne absolutiois sententiam promulgavit; a cuius sententia pars altera vocem appellationis emisit. Super hac igitur quaestione suborta, proponente parte victrice, quod non potuerit appellari, quum dictus L. non ut iudex, sed tanquam arbiter fuisset electus, victa et contrario asserente, quoniam, quum arbitrio fuerit contradicendum, quod partes non nisi metu potestatis constringit, quae in praevisto arbitrio non fuerat comprehensa, merito potuit appellari, et fortius, si iudicium exstiteret. De hoc igitur adiam dictum B. Carosomi quaestione perlata, causam appellationis S. primicerio iudicium delegavit, in cuius praesentia partibus constitutis, dictus Ioannes de Atteia proposuit, se conveniendum non esse, quum non possideret id, quod pars altera requirebat, sed monasterium S. Silvestri possideret rem petitam. Dicitur autem B. Carosomi, quoniam statutum quoddam emiserat, a populo Romano approbatum pariter et acceptum, quod, si quis post litem contestatam rem a se petitam transferret in alium, daretur possessio petitori, et alter fieret de possessore petitor, et idem I. post litem contestatam, rem ipsam in monasterium transferre praesumit, possessionem rei petita assignavit ecclesiae memoratae. Verum quoniam dictus I. de possessionibus ipsius monasterio S. Silvestri annuum reddiderat pensionem, adiecit, ut hoc ipsum ab ecclesia S. Mariae fieret, donec de proprietate fundi cognosceretur; sed solutio, quae fieret pensionis, ecclesiae S. Mariae in Via lata in iure suo penitus non noceret. Hanc autem possessionem ecclesia S. Mariae usque ad tempora Ioannis Petri Leonis, senatoris Urbis, inconcussa possedit, qui, supplicatione monasterii vestri clementer admissa, R. iudici causam commisit eandem, qui auditis hinc inde propositis pro monasterio ipso sententiam promulgavit, renovans quod praefatus B. Carosomi statuerat contra ipsum. Per quam sane sententiam quoniam ecclesia S. Mariae se laesam enormiter querebatur, et ipsa senatori supplicavit praedicto, qui causam commisit R. iudici cognoscendam. Et quoniam eius iurisdictionis erat in proximo desitura, supplicatio fuit ob eandem causam successoribus eius senatoribus iam electis, et ab eis causa ipsa eidem iudici delegata. Iudex vero ex reteris et novorum pariter senatorum delegatione cognoscens, quod a iam dicto B. statutum fuerat approbans, ecclesiae S. Mariae possessionem restituit

Cap. IX. 42) abest a Comp. III. et Reg. — 43) consensu: Ibid., C. R. 1. — 44) verb.: propter quod: non exst. in Comp. III., Reg. — 45) multo: Comp. III. — nullo temp. non vacaverit: Reg. — 46) fuerit: Comp. III. Aug. — fuit: C. R. 2. — 47) sicut dic: non leg. in Comp. III. et Reg. — 48) Clug' n: C. H. — Clugiens: Comp. III. Ms., C. L. — Clugiens: ead. ex Ed. Aug. — (Choggia): — 50) M.: Cont. Comp. III. Reg. — 51) abest a Comp. III. Aug. — 52) pauciorum: Comp. III. Reg. — 53) deputarunt: C. R. 1. — deputarunt: C. R. 2. — 54) Postea: C. H. — 54) Iudex usq. diveras: Cont. — Verum dictus magister G. procurator partis adversae proposuit: Reg. — I. et dict. mag. prop.: Comp. III. — 55) numerus: prov.

fuerat. statutum et. roboratus: Comp. III., Reg. — 56) constituto: C. R. 1. — 57) add.: vero: Reg. — 58) abest a Cont. — sequ. can.: omitt. a C. H. L., (Comp. III., et Reg. — 59) canonica: C. L., Comp. III., Reg. — 60) deputarunt: C. R. 2. — 61) quod: Reg. — 62) abest ab eod. — 63) Mandantes: Comp. III., Reg., Böhm. — 64) abest a Comp. III. — 64) possint: Comp. III., Reg. — 65) derogatione: Comp. III. — 65) vacantes: Comp. III. Ms. — 66) receperunt: C. L., Reg. — 67) poterunt: C. R. 1. — 68) sive ut: Comp. III., Reg. — 69) add.: partis: C. H. — 70) Restitutum ex Reg. Bal. II. 239. — Comp. III. c. 5. de for. comp. II. 2. et c. 1. de rest. spol. II. 6. — 71) Stephano Abb. etc.: Reg.

antedictam. Et quum norm consiliarios haberet senatus, per octo ipsorum executioni fuit sententia demandata; sed unus ex iis, qui et nepos erat abbatis S. Silvestri, quibrundam senatorum favore suffultus, ecclesiae S. Mariae possessionem violententer ablatam monasterio tribuit nominato. Ex hoc ergo rixa crescente usque ad armorum strepitum est processum. Ne vero deterius quid contingeret, bonae memoriae C. Papa praedecessor noster totum negotium ad suam sollicitudinem recocavit. Et quoniam tempus colligendorum fructuum imminabat, fructus praecepit apud colonos in sequestro deponi, circa quos si qua partium violentiam inferre praesumeret, causae suae dependium pateretur, venerabilibus fratribus nostris G. Portuensi, et I. nunc Albanensi, tunc vero Tusculanensi episcopis tituli S. Clementis, et dilecto filio nostro G. S. Angeli diacono cardinali causam committens eandem. In quorum praesentia partibus constitutis, pro ecclesia S. Mariae fuit contra monasterium vestrum obiectum, quod violentiam pars vestra commiserat in fructibus sequestrandis. Et quum super hoc testes fuissent utrimque producti, quia violentia liquido probata non fuit, et in dimidio ruglo hordei dicebatur admissa, abbate nihilominus prohibente, ne delictum personae redundaret in damnum ecclesiae, facta hordei restitutione provisum est, ut ad quaestionem possessionis fieret in causa processus, de qua coram eisdem productis testibus et attestantibus publicatis fuit diutius discéptatum. Consequenter vero post decemum praefati praedecessoris nostri partibus in nostra praesentia constitutis, ecclesia etc. [cf. c. 4. ut lite pend. II. 16.] Et quoniam alii senatorum sententiam pro monasterio, alii latam pro ecclesia processu temporis confirmarant: nos etc. [cf. c. 4. cit.] Quum ergo nobis constituerit, et ex ipsa confessione partium tenuerimus, quod unus consiliarios contra sententiam de voluntate octo executioni mandata de facto, quia de iure non poterat, veniens, ecclesiam ipsam possessione sua spoliaverit violententer, et nihilominus attendentes, quod etiam iniusto possessori violententer eiecto restitutionis sit beneficio succurrendum, spoliatam ecclesiam in eo statu decrevimus reponendam, in quo fuerat tempore violentiae perpetratae. Verum quoniam [etc. cf. c. 4. cit.] Et quia saepefatum monasterium vestrum se querebatur a praemisso B. Carosomi contra iustitiam spoliatum, et ipsum per officium nostrum restitui suppliciter postulabat, quod statutum eius nullius valoris existerit multipliciter asseverans. Saepesatus enim B., quum se ipsum intruserit in senatorium dignitatem, nec apostolicae sedis favorem habuerit, ad quam institutio pertinet senatorum, statutum non potuit emittere, quod valeret. Qui etiam si fuisset legitime institutus, ipsius statutum, quamvis sibi subiectos, ecclesiam tamen nullatenus obligaret, praesertim quum iuri civili esset adversum, quod aliam penam litigiosas res transferentibus statui imponendam, illa distinctione inter contrahentes adhibita, ut, si quis sciens ad donationes, venditiones seu alios contractus accesserit, non solum redimere rem compellatur, sed etiam pretium eius amittat, non ut lucro cedat alienanti, a quo etiam alia tanta quantitas est fieri iuribus inferenda. Sin autem ignorans rem litigiosam emerit vel per aliam speciem contractus acceperit, tunc alienatione rei facta irrita pretium eius cum alia tertia parte recipit, instrumentis etiam nullam vim obtinentibus, quae super contractibus huiusmodi statuuntur. Verum eos, qui dotis nomine, vel ante nuptias donationis, transactionis vel divisionis rerum hereditariarum factae, vel per legati vel fideicommissi causam huiusmodi dederint vel acceperint, a praemissis poenis eadem constitutio excipit nominatim. Quodsi etiam obligare posset ecclesiam, monasterium in illa constitutione nequaquam incidere, quum antedictus I. nullam in illud penitus possessionem transtulisset, qui tanquam colonus terras illas tenuerat, et eas non suo, sed monasterii nomine possidebat. Quod etiam fecisset, quoniam prius conventus a monasterio quam ab ecclesia fuerat, et per arbitrium et nihilominus iure transactionis, per quam citra penam litigiosi contractus res potest in alium lite contestata transferri, res restituit antedictas, in statutum praemissum nullatenus incidisset. Quin potius, etsi contra illud fecisset statutum, quoniam nec conventum, nec confessum in iudicio vel convictum possessione sua monasterium fuerat spoliatum, instanter eam sibi restitui postulabat, quam ex nulla, vel saltem iniusta causa pars altera detinebat. Has autem rationes oeconomus S. Mariae nitebatur multipliciter infirmare. Quamvis enim dictus B. circa praedictionis suae primordia gratiam sedis apostolicae non habuerit, quia tamen ab ea fuit tempore procedente receptus, et rati habitio retrotrahitur, perinde habendus erat, tanquam ab initio legitime fuerit institutus; qui tanquam alienus iudex non poterat a monasterio evitari,

quum nec norum sit nec insolitum, quod, ubi clerici sunt actor et reus, causas civiles in Urbe coram iudicibus, per sedem apostolicam institutis, ex delegatione senatorum ab ea iurisdictionem habentium prosequantur. Unde nec in alieno foro intelliguntur, sed in proprio Romani Pontificis litigare, cuius auctoritate sortiri videntur effectum quae ab huiusmodi senatoribus vel iudicibus statuuntur. Quodsi forum senatorium fuisset monasterio penitus alienum, quia tamen oeconomus dicti monasterii sub L. iudice a praefato B. inter ecclesiam S. Mariae et dictum I. de Atteia delegato, ipsi I. adstulit, et eum in iure defendit, iudicium eius non potuit ulterius declinare. Statutum autem ipsius B., de quo saepius est praemissum, et quod non iuri adversum, sed consonum potius existebat, (quum etiam in iure canonico caveatur, quod res in litigio posita non sit in personam aliam transferenda), non ad possessores solos, sed etiam ad illos decebat extendi, qui tenore saltem detentionis cuiusque poterant conveniri, quales constat esse colonos etiam temporales. Perpetui namque utlem saltem possessionem habentes et conveniri possunt, et in alium transferre quod habent, sicut I. fecerat ante dictus, cuius factum neque praemissum arbitrium poterat, nec transactio excusare, quum in dolum et fraudem fuerit attentata. Iudei namque, in quem fuit a partibus compromissum, consanguineus ipsius I. et infeudatus monasterii dicitur existisse, nihilque fecisse in publicum, sed omnia in secreto; quamvis instar iudiciorum sint arbitria introducta. Coegit quoque partes ad transigendum, sicut ex rescripto transactionis apparet. Et quum de transactione non fuerit compromissum, quae non est necessitatis, sed liberae potius voluntatis, dolo quasi ex perspicuis insidiam probato transactionem inefficacem penitus asserbat. Illa quumque ratione dicebat ecclesia petitionem monasterii repellendam, quod, quum possessionem ipsam sine dolo et culpa sua obtinuerit auctoritate praetoris, et per hoc ius sibi fuerit acquisitum, monasterium vestrum super possessorio audiri ulterius non debebat, cui parata erat in petitorio respondere. His ergo et similibus in nostra et fratrum nostrorum praesentia prudenter a partibus allegatis, Nos attendentes, quod laicis, etiam religiosis, super ecclesiis et personis ecclesiasticis nulla sit attributa facultas⁷²⁾, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, a quibus, si quid motu proprio statutum fuerit, quod ecclesiarum etiam respiciat commodum et favorem, nullius firmitatis existit, nisi ab ecclesia fuerit approbatum, unde statutum Basilii⁷³⁾ de non alienandis praediis rusticis vel urbanis, ministeriis et ornamentis ecclesiarum, illa reprobata fuit⁷⁴⁾ potissima⁷⁵⁾ ratione, quod auctoritate non fuit Romani Pontificis roboratum, "ne in exemplum transeat similia praesumendi," quod a senatore factum fuerat⁷⁶⁾ in praedictum monasterii, non conventi, nec confessi "etiam" vel convicti, "prorsus" in irritum revocantes, eandem possessionem restituendas sibi sententialiter diffinimus, "nec ipsas etc. [cf. c. 3. ut lite pend. II. 16.] Datum Lateran. V. Kal. Dec." [1199.]

CAP. XI.⁷⁷⁾

Poenae simpliciter apposita propter contumaciam in dubio intelligitur temporalis, et non perpetua.

Idem universis Doctoribus Parisiis commorantibus⁷⁸⁾.

Ex literis vestrae devotionis accepimus, "quod, quum quidam moderni doctores liberalium artium a maiorum suorum vestigiis in tribus praesertim articulis deviant, habitu videlicet inhonesto, in lectionum et disputationum ordine non serrato, et pio usu in celebrandis exsequiis decedentium clericorum iam quasi penitus negligenter omisso, eos, cupientes vestrae consulere honestati, octo ex vobis iuratos ad hoc unanimiter elegistis, ut super dictis articulis de prudentium virorum consilio bona fide statuerent quod foret expeditius et honestum, ad illud in posterum observandum vos iuramento interposito communiter adstringendo, excepto duntaxat magistro G., qui, iurare renuens et formidans, fideiussoriam pro se tantum obtulit cautionem. Fuit insuper ad cautelam a vobis fide praestita proliquis constitutum, ut, si quisquam magistrorum adversus alios duceret resistendum, et primo, secundo tertioe communius infra triduum universitati parere contemneret magistrorum, et tunc beneficio societatis eorum in magistratibus privaretur, et quidem hoc ultimum quidam ex vobis simpliciter, quidam vero, nisi satisfaceret, et nonnulli, nisi per nos se admitti ab aliis obtineret, se intellexisse fatentur. Quum autem supradictus magister G. infra triduum universitati non paruerit requisitus, iuxta condictionem vestram ex tunc a vobis habitus est exclusus. Qui, quum satisfactioni condignae postmodum se obtulisset, in IV. vestrum iu-

Cap. X. 72) potestas: Reg., Böhm. — 73) cf. c. 1. D. XCVI. — 74) fuerit C. R. 2. — 75) potissima: Comp. III., Reg., Böhm. — 76) a saepedicto B.: ib.

Cap. XI. 77) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 274. — Comp. III. c. 12. de iure. II. 15. — 78) Universis doctoribus sacrae paginae, decretorum et liberalium artium Parisiis commorantibus: Reg. — (scr. A. 1209.)

ramento interposito compromisit, illorum dictum pro bono pacis se gratum et ratum pariter habiturum. Illi vero, uti consilio sapientum, dictum suum communiter promulgarunt, memorato magistro in virtute iuramenti praestiti prohibentes, ne deinceps in licitis universitati resisteret magistrorum, et iniungentes eidem, ut tandem in eo statu persisteret, quo tunc erat, donec per se vel procuratorem suum se posse ab aliis magistris admitti per sedem apostolicam obtineret, salvo in omnibus honestate. Unde nobis humiliter supplicantis, ut eundem magistrum, virum utique providum et honestum, qui tanquam obedientiae filius quod sibi praedicti quatuor iniuraverunt suscepit humiliter et patienter observat, ex benignitate sedis apostolicae faceremus communioni restitui magistrorum. Nos igitur ex praemissis intelligentes, eidem magistro fuisse mandatum, ut tam diu in eo statu persisteret, quo tunc erat, donec magistrorum communioni de mandato sedis apostolicae redderetur, et paratus sit super praemissis satisfactionem congruam exhibere. Licet a⁷⁹) vobis fide praestita fuerit constitutum, ut, si quis magistrorum⁸⁰) ordinationi universitatis ipsorum duceret resistendum, et primo, secundo⁸¹) tertiove communitus infra⁸¹) triduum universitati parere contemneret⁸²) magistrorum, ex tunc beneficio societatis eorum in magistratibus privaretur, et ob hoc⁸³) magister G. fuit⁸⁴) eorum⁸⁵) communione privatus, quia tamen constitutum non fuit, ut in perpetuum huiusmodi⁸⁶) privatio perduraret⁸⁷), quum⁸⁸) tam iuris canonici quam nostri moris existat, ut is, qui propter contumaciam in communionem privatur, quum satisfactionem congruam exhibuerit, restitutionem obtineat: "universitati vestrae praesentium auctoritate" mandamus, quatenus supradictum magistrum statutis vestris p⁸⁹) humiliter parere curantem, ad communionem vestrae consortiū in magistratibus admittatis.

CAP. XII.⁹⁰)

Non possunt canonici sine causa restringere numerum canonicorum seu praebendarum. Abb. Sicul.

Honorius III. Episcopo et Cantori Cabilonensi⁹¹).

Ex parte "venerabilis fratris nostri" episcopi Eduensis fuit propositum "coram nobis", quod canonici Eduenses propriis commodis inhiantes praebendarum numerum ab antiquo in ecclesia Eduensi statutum, licet non sint eius diminuti redditus, restrinxerunt, "ut sic in temporalibus magis abundent, dum ea, de quibus valet sustentari canonicorum numerus consuetus, tali praeteritu nituntur in augmentum convertere praebendarum, et in facti sui tuitionem super hoc confirmationis literas a nobis dicuntur impetrasse in communi forma." §. 1. Nolentes igitur divini numinis minui⁹²) cultum "huiusmodi occasione in ecclesia ipsa," sed potius augmentari, "discretionem vestrae" mandamus, quatenus, "si praemissis veritas suffragatur", antiquum numerum facientes⁹³) auctoritate nostra servari, praebendas, quas a tempore ultimi statuti inveneritis vacasse⁹⁴) in ecclesia memorata, non obstante⁹⁵) aliqua constitutione super hoc a canonicis ipsis facta, vel confirmatione⁹⁶) a nobis ab eisdem obtenta, personis idoneis cum consilio "eiusdem" episcopi "sublato appellationis obstaculo" conferatis.

CAP. XIII.

Constitutio futura respicit, et non praeterita, nisi in ea de praeteritis caveatur.

Gregorius IX. Archiepiscopo S. Mariae maioris de Urbe.

Quoniam constitutio apostolicae sedis omnes adstringit et nihil debet obscurum vel ambiguum continere, declaramus, constitutionem⁹⁷), quam nuper super praefertendis in perceptione portionis maioribus et consuetis servitiis, a minoribus exhibendis, edidimus,

Cap. XI. 79) a vob. fid. praest.: non leg. neque in Reg. nec Comp. III. — 80) mag. adversus alios duc.: ib. — 81) et sec. common.: Comp. III. Aug. — secundove comm.: Comp. III. Ms. — 81) intra: Cont., Böhm. — 82) contempserit: C. R. I. — 83) ob hoc ipse fuit: Comp. III., Reg. — 84) fuerit: C. L. — 85) ipsorum: C. R. I. H. — 86) huius: C. R. I. — 87) duraret: C. R. 2. — 88) et: C. R. L., Comp. III., Reg. — 89) abest a Comp. III. et Reg. — 90) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 5. — 91) Ep. et cant. Cab. et abbat. de Firmitate Cabilonensis dioecesis: Comp. V. — 92) diminui: Comp. V. — 93) faciatis: C. R. I. — 94) vacantes: Comp. V. 95) add.: nova: C. H. — 96) add.: huius: Comp. V. — 97) Cap. XIII. 97) cf. c. 15. de mai. et ub. I. 33. — 98) verba e. J. Cod. de leg. I. 14.

TIT. III. Cap. I. 1) Restitutum ex App. X. 11., Lips. XI. VII. 12., Cass. LI. 11., Comp. I. h. t. c. 1. et c. 12. de app. II. 20. — 2) Eboracensi archiepiscopo: Lips., Cass. — 3) a nob.: desid. in C. L. — 4) aliquo: App. — aliquando: Lips., Cass., Comp. I. L. II. — alicuius: rei: Comp. I. L. I. — 5) submoto: C. R. 2. — appellatione remota: App. — absque remedio app.: Lips., Comp. I. — absque remota app.: Cass. — 6) apostolicae protectionis: Coll. c. 1. — apostolicis: Comp. I. L. II. — 7) prorupit: Comp. I. Aug. L. I., Lips. — 8) utrum: Comp. I. Aug. L. I. — abest a Coll. rell. et Comp. I. L. II. — 9) ei sententiae... deferendum: Cass. —

non ad praeterita, sed ad futura tantum extendi, quum leges⁹⁸) et constitutiones futuris certum sit flare formam negotiis, non ad praeterita facta trahi, nisi nominatim in eis de praeteritis caveatur.

TITULUS III.
DE RESCRIPTIS.CAP. I.¹)

Privilegio generali, secundum ius commune obtento, obstat rescriptum speciale, etiam de eo mentionem non faciens. H. d. secundum intellectionem magis communem.

Alexander III. Sexonensis²) Archiepiscopo.

Sicut Romana "ecclesia omnium ecclesiarum disponente Domino mater est et magistra, ita etiam nos, qui eidem ecclesiae, licet immeriti, supernae dispositionis providentia praesidemus, et prout Dominus nobis ministraverit, consultationibus singulorum cōginur respondere, et quae videntur dubia apostolicae circumspectionis providentia declarare. Sane" Quaesitum est a nobis³) ex parte tua. "utrum", si alicuius⁴) causa "inter aliquos" delegatis iudicibus sublato⁵) remedio appellationis committitur, et literis apostolicis⁶) altera pars munita, quibus ei generaliter est indultum, ut libere sibi liceat appellare, "s" in vocem appellationis proruperit⁷), an⁸) eius⁹) in eadem causa debeat¹⁰) appellatio deferri? "Huic igitur" Inquisitioni tuae "praesentibus literis" taliter¹¹) respondemus, quod¹²) eius in hac parte appellatio non debet admitti, postquam est causa iudicibus appellatione remota commissa, quia speciale mandatum derogat generali. "Praeterea etc." [cf. c. 5. de off. iud. del. J. 29.]

CAP. II.¹³)

In rescripto apostolico subintelligitur clausula: "si preces veritate nitantur." Et si rescriptum prohibet causae cognitionem, est de falsitate suspectum.

Idem Cantuariensi¹⁴) Archiepiscopo.

Ex parte "venerabilis fratris nostri" Conventrensis episcopi natus est auribus intimatum¹⁵), quod, quum de causa, quae inter G. et F. clericos vertitur super praebenda de Novallis¹⁶), cognoscens¹⁷) legitime eidem F. secundum tenorem litterarum nostrarum, contentium, quod, si constaret, ipsum¹⁸) F. de periurio esse convictum, et perpetuo illi renunciassent praebendae, "appellatione cessante" amoveretur ab ea, ep¹⁹) cognoit et probato, praebendam²⁰) ad iudicasset eandem, ipse²¹) "F." in vocem appellationis prorupit, et²²) ad te, quod ei praebendam praecise et absque causae cognitione restitueres²³), literas nostras²⁴) reportavit, "et episcopum, qui post appellationem eum praebenda spoliaverat, auctoritate alicuius beneficium conferendi appellatione cessante praecare, donec per se, vel per nuncium, aut per literas suas de tanto excessu satisfacturus ad sedem apostolicam accederet, et praenominatum G., si eundem F. in iam dicta praebenda praesumeret molestare, vinculo excommunicationis usque ad dignam satisfactionem adstringeres". Verum²⁵) quoniam non credimus, "nos" ita praecise scripsisse²⁶), "et si taliter scripsimus, hoc ex nimia occupatione contigit", et²⁷) in huiusmodi²⁸) literis intelligenda est haec²⁹) conditio, etiam non apponatur: "si preces veritate nitantur": "fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus inspectis literis³⁰), quas episcopo praedicto direximus, si invenieris³¹), quod secundum praedictum modum ei scripsimus, et³²) in literis nostris appellatio fuerit inhibita, et in literis, quas "tibi" praefatus F. reportavit, non fuerit habita mentio priorum litterarum, sententiam praefati episcopi "omni occasione et appellatione cessante" confirmes, et saepedictum F. cum literis nostris, quas tibi detulit, ad praesentiam nostram³³) venire compellas.

eius in ead. caus. app. sit. deferendum: Coll. rell. — 11) abest a Coll. c. 11. — 12) quod (quia: Comp. I. L. I. Aug.) eius (ei: Cass.) in hac parte appellationis (abest a Cass.) non est aliquatenus deferendum: ead.

Cap. II. 13) Restitutum ex App. VII. 18., Lips. XXXV. 18., Cass. XI. 11. 19., Comp. I. h. t. c. 2. — 14) Idem R. Cant. arch.: App. — 15) insinuatum: Cass. — 16) Novallis: C. R. — Nualle: Cass. — Norhal: Comp. I. Aug. — Norbale: App. (Northale) — 17) diligenter cognovisset et eidem G., sec. ten. lit. nostr., in quibus continebatur etc.: Coll. c. 1. — eidem G.: Cont. — 18) praedictum: ead. — 19) quo: Lips. — Eoque: App. — 20) quam praebendam praeb. eidem (abest ab App.) G. ad iudicasset, praedictus etc.: Coll. c. 1. — abiudicasset: C. H. L. — 21) praedictus: Coll. c. 1. — 22) ad nos veniens ad te secundum hunc tenorem literas apparuit (reportavit): App. — 23) quod ei (eidem: Comp. I. Aug.) praebendam (abest ab App.) etc.: ead. — 24) restitueres: Cass. — 25) abest a C. L. H. — 26) Unde: Coll. c. 1. — 27) scriptum esse: Cass., omisso cum Lips. verb. restituito: nos. — 28) quum et: C. L. — 29) istiusmodi: Cass. — 29) abest a Coll. c. 1. — 30) inspecto tenore litterarum: Coll. c. 1. — 31) invenieris: Lips. — 32) verb.: et... inhib.: restituta ex Cass. et Comp. I. L. I., desid. in App. et Lips. — 33) add. ex Glossa: tamque falsarium: Cont. — tanquam fals.: Böhm., uterque contra fidem libr. manuscr.

CAP. III.³⁴⁾

Si in secundo rescripto, per adversarium impetrato, non fiat mentio de primo, valet primum, et non secundum; alias valet secundum. Et si primum fuit impetratum communi consensu partium, non valet secundum impetratum per alteram partem, hoc tacito.

Idem Wintoniensi Episcopo.³⁵⁾

Ceterum si aliquis³⁶⁾ ad iudices super aliqua causa ab apostolica sede impetraverit³⁷⁾ literas commissionis, et adversarius³⁸⁾ eius eandem causam postmodum obtinuerit committi aliis, de commissione priori non habita mentione, priores iudices ad decisionem causae possunt procedere, nec³⁹⁾ secundae literae obtinent alicuius roboris firmitatem. Si vero in secundis literis habetur⁴⁰⁾ mentio de commissione priori⁴¹⁾, praedicta causa a priorum est exempta iudicio, quum eadem⁴²⁾ literae non sint veritate tacita⁴³⁾ impetratae. Verum⁴⁴⁾ si de assensu partium causa committitur, et processu temporis, vel etiam continuo⁴⁵⁾, alterutra pars⁴⁶⁾ altera nesciente causam ipsam, tacito⁴⁷⁾ de commissione priori facta, alii⁴⁸⁾ iudici⁴⁹⁾ obtinuerit⁵⁰⁾ delegari: non immerito is, qui tali dolo vel⁵¹⁾ fraude adversarium suum⁵²⁾ laborare coegit⁵³⁾, in expensis condemnari debet⁵⁴⁾ eidem.

CAP. IV.⁵⁵⁾

Si Papa mandat in rescripto de duobus inquiri alternative, ad certum effectum consequendum sufficit alterum probari.

Idem Eboracensi Archiepiscopo.

Inter ceteras consultationes tuas id nobis fuit propositum coram nobis, quid tenere debeas, quam aliqua sub disiunctione mandantur, quorum unum verum est, alterum falsum, utputa si proponatur, quod si talis sit sacerdotia filius, et in sacerdotio genitus, qui proximo in tali ecclesia ministravit, vel quod illicite ecclesiam occupavit eandem. Huic ergo quaestioni taliter respondemus, quod convenit, iudici quodcumque istorum constiterit, illi praelibitam ecclesiam adiudicari debere. Et idem in similibus observandum est. Sane si etc. [cf. c. 8. de off. iud. del. I. 29.]

CAP. V.⁷³⁾

Is, ad quem rescriptum Papae dirigitur, debet illi parere, vel causam rationabilem assignare, quare parere non potest.

Idem Ravennati Archiepiscopo.

Si quando aliqua tuae fraternitati scripta dirigitur, quae animum tuum exasperare videntur, turbari non debes neque moveri, aut credere, quod personam tuam velimus contemptibilem reddere vel despectam, quia te sicut carum fratrem nostrum et immobilem columnam ecclesiae affluentissima caritate diligimus, et honoris et exaltationis tuae desideramus modis omnibus incrementum. Nam etsi saepe fratribus et episcopis nostris secundum varietatem eorum, quae nobis suggeruntur, asperae et dure scribamur, hoc tamen non ex minori affectione contingit, sed ut clamoribus querulantiam secundum Deum et iuxta officii nostri debitum satisfacere comprobemus. Quapropter monemus prudentiam tuam et hortamur attentius, quatenus de cetero non movearis, neque turberis,

nec tuus animus deiciatur, si tibi durum vel asperum scripserimus; sed sicut vir prouidus et discretus Qualitatem negotii, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans et attendens, aut mandatum nostrum devote et reverenter adimpleas, aut per literas tuas quare adimplere non possis sufficientem et rationabilem causam praetendas, quia nos patienter sustinebimus, si non feceris quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum.

CAP. VI.⁷⁹⁾

Cistercienses sunt privilegiati, quod non possunt conveniri per rescriptum Papae, nisi in eo fiat mentio de eorum ordine.

Idem Cisterciensibus Fratribus.⁸⁰⁾

Quum ordinem Cisterciensem professi vo privilegio, quo fratres alii eiusdem ordinis, gaudeatis, inter vos et clericos alios saeculares super decimis quaestione suborta, tacito quod sitis Cisterciensis ordinis, contra vos velut contra monachos alterius ordinis literas a sede apostolica impetrantes, deinde iuramentis et litigiis, sicut vobis significantibus accepimus, et expensis difficilibus vos inquietant. Volentes ergo vobis sollicito providere, ne contra tenorem privilegiorum vestrorum possitis quorumlibet temeritate vexari, auctoritate apostolica vobis mandamus, ut contra vos super decimis vel aliis, quae ordini vestro specialiter sedes apostolica indulsit, non facta mentione Cisterciensis ordinis, literae fuerint a sede apostolica impetratae, per eas minime teneamini respondere.

CAP. VII.⁸³⁾

Si sede vacante scribitur capitulo, ut gerenti vices episcopi, ut praebendam alicui conferat, si creetur episcopus nondum exsecuto mandato, et ad eum spectet collatio praebendarum, illud adimplere tenetur. Hoc dicit secundum lecturam communiter approbatam. Abb. Sicul.

Idem Tornacensi Episcopo.

Eam te Dudum siquidem ante tuam promotionem literae a nobis, si bene meminimus, emanarunt, quibus decano et ecclesiae sibi commissae, te adhuc in eodem capitulo existente, mandatum dedimus et praeceptum, ut dilectum filium nostrum P. praesentiam latorem, qui de gente Iudaeorum originem duxit, divina gratia fidem Christi humiliter et devote suscepit, obtentu suae conversationis, obtentuque literarum, in quibus ita profecit, quod ecclesiastico beneficio dignus non immerito reputatur, receptis literis nostris in canonicum recipere, et praebendam, si qua vacaret, vel quam primo vacare contingeret, liberaliter sibi conferre deberent. Ipsi vero, sicut eodem M. referente recepimus, literis nostris post consecrationem tuam receptis, quia donatio praebendarum ad spectabat, praeceptum nostrum, sicut asserebant, debitae executioni non potuerunt mandare. Quum itaque praescriptus P., sicut asserit, te super hoc ex parte nostra instanter requireret, tu ei respondiasti, quod nullum inde a nobis mandatum receperas, et sic eum a te infecto negotio remisisti. Quod nullatenus fecisse deberes, si data literarum diligentius attendisses;

Cap. III. 34) Restitutum ex App. VII. 9., Lips. XXXV. 9., Cass. XLII. 9., Comp. I. h. t. c. 3. — 35) Add. Comp. I. et Böhm.: Pars C. Quamvis simul (c. 6. X. de off. iud. del. I. 29.) quocumque convenit haec App., Lips., Cass. in scripto. Idem eadem in eadem (i. e. c. Quamvis cit.) — 36) qu... impetrant: App. — quis: Lips., Cass. — 37) impetravit: Cass. — 38) et adv. et. eand. caus. post. impetravit literas ipsas aliis iudicibus impetraverit (impetravit: Cass.) forte committi: Lips., Comp. I., — verb.: et adv. ... ipsas, desid. in App. et Cass. — Reliqua in Coll. cit. ita se habent: nisi de commissione prioribus iudicibus (abest ab App.) factis in literis commissionis, quae aliis iudicibus (abest ab App.) delegantur, mentio fiat, nihilominus priores iud. ces (abest ab App.) in cognitione ac decisione (cognitionem ad decisionem, Lips. — in cogn. huius causae de cognitione: Cass.) etc. — Coll. cit. — 39) nec secundae literae super eadem causam tulerit impetratae de iure possunt obtinere alicuius roboris firmitatem: Comp. I. — nec ... habent etc.: Lips. — nec ... habere possunt: App., Cass. — 39*) haberetur: Comp. I. — 40) prioribus iudicibus facta: Coll. cit. — 41) abest ab App. — a priori: C. L. — a prior. iudicium: C. R. 2. — apostolorum: Cass. — 42) haec: Lips. — seq.: literae: abest ab App. — 43) tanta vel aliqua: Cass. — 44) Verum (Unde: Comp. I. Aug.) si praesentibus partibus de ipsarum assensu (consensu: App.) cuilibet etc. Coll. cit. — 45) vel cont.: Cass. — 46) partium: Coll. cit. — 47) tacita veritate: ead. — 48) al. iud.: desid. in isdem et Comp. I. Ms. — aliis: C. H. — alteri: C. L. — 49) abest a Comp. I. Aug. — 50) impetravit: App. — impetraret: Cass., Comp. I. — impetrat: Lips. — 51) et: Coll. cit. — 52) abest ab App. — 53) cogit: App., Cass. — 54) debebit: C. R. 1. — seq.: eidem: desid. in Coll. cit.

Comp. I. Aug. — add.: ab eo: App., Cass. — 65) proximis in eadem: App. — 66) ministraverit: Lips. — 67) occupaverit: Cass. — 68) ipsam: App., Lips., Comp. I. — illam: Cass. — 69) add.: tuae: C. R. 1. — Cui quaestioni: App., Lips., Comp. I. — Et quaest. Cass. — 70) ei praedictam: App. — 71) adiudicari: Comp. I. et Cont. — adiudicare: Lips., et misso verb.: debere: App. — 72) obs. est: desid. in Lips., Cass. et Comp. I. — App.: in sim. decernere.

Cap. V. 73) Restitutum ex Lips. LI. 4., Cass. LII. 4., Comp. I. h. t. c. 5. — 74) add.: G.: Cass., Comp. I. — 75) literas: C. R. 1. — 76) ipsam: Comp. I. Aug. — 77) assignes: C. R. 2. — 78) per tuam ... insinuationem: Lips.

Cap. VI. 79) Restitutum ex orig. ap. Manriqu. Annal. Cist. II. 48. — App. XLII. 4. et Comp. II. h. t. c. 1. — 80) Fratribus Cisterciens. ordinis: C. R. — Episcopo et Cistren.: Comp. II. Ms. B. — Abbati Cisterciens. et fratrib. Cuman.: Comp. II. Aug., Ms. A. — Abbati et fratribus de Rival.: App. — legendum tamen cum Manriquio I. c.: Fratribus et Abbati monasterii de Cunnir (quod Cist. ord. est, in Scotia situm.) — 81) Cisterciensium: C. H. — 81*) fuerunt: Cont. — 82) eis min.: App., Comp. II.

Cap. VII. 83) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — Ep. Tiron.: Comp. II. Ms. A. — 84) iam te: Comp. II. Ms. B. — Seqq. ex c. 4. de act. et qual. I. 4. restituenda esse post Contium et Gonzalexium consult. Bpmerus. Verum decr. Eum te, quam ex Cod. Cass. integram ipse Bpmerus (XXX. 4.) edidit, (cf. c. 14. de act. I. 14., c. 22. de iuro patr. III. 38., c. 27. de app. II. 28., c. 3. de iudic. II. 1.) argumentum ita diversum est, ut errasse virum doctissimum facile intelligatur. — 85) capitulo ecclesiae: C. R. 1. — 86) M.: Comp. II. et Cont. per totum. — 87) genere: C. R. 2. — 87*) add.: interponente: Comp. II. Aug. — 88) abest a Comp. II. — 89) verb.: et i.: desid. in Comp. II., nec videtur quicquam desiderari. — 89*) acceptus: Comp. II. Ms. B. — repperis: Ms. A. — 90) datum: Comp. II. Ms. B. Cont. — datum: C. H. L. — datum lit. nostrarum: Comp. II. Aug.

quam tempore, quo literae ipsae datae fuerunt⁹¹), de capitulo ipso esses, sicut qui eras archidiaconus et canonicus eiusdem ecclesiae, "licet" nec esses adhuc in episcopum consecratus. (Et infra:) Pro eo vero, quod Iudaeus existerit⁹²), ipsum dedignari non debes⁹³). (Et infra:) *Fraternitati etc.*"

CAP. VIII.⁹³)

Non valet rescriptum impetratum ad beneficia, si in eo tacetur dignitas impetrantis.

Lucius III. *Linconensi*⁹⁴) *Episcopo.*

Ad aures nostras "te significante" pervenit, quod plerumque⁹⁵) decani, archidiaconi⁹⁶), praecentores vel alii⁹⁷) ecclesiasticis praediti dignitatibus, super minoribus beneficiis "per interpositas personas" literas impetrantes, nomen supprimunt dignitatis suae⁹⁸), et simplici nomine se appellant, tanquam non habeant aliquem personatum⁹⁹), "ideoque rescripto nostro postulas edoceri, si fraus ista tacendi praedictum eis debeat generare?" Consultationi "igitur" tuae taliter¹⁰⁰) respondemus, quod, quum non sit intentionis nostrae, ut personae pluribus rebus abundantes per literas nostras pauperes clericos super minoribus beneficiis inquietent¹), literas, in quibus actor²) suae nomen dignitatis suppressit, vires nolumus "aliquas" obtinere. *Postremo etc.* [cf. c. 36. de app. II. 28.]

CAP. IX.³)

Valet secundum rescriptum impetratum ab adversario, licet non faciat mentionem de primo, si primus impetrans dolo vel negligentia non fuit usus illo.

Idem *Norvicensi Episcopo.*⁴)

Si autem aliquis, auctoritate posteriorum literarum per adversarium in iudicium⁵) tractus, obiecerit, literas⁶) se priores habere, de quibus in posterioribus⁷) mentio non habetur⁸), si eis dolo vel negligentia uti postposuerit⁹), excusari non debet. Si autem, quia delegati iudicis copiam nequiverit habere, per posteriores literas non poterit conveniri.

CAP. X.¹⁰)

Non valent rescripta, per quae incerti iudices dantur, vel futura negotia committuntur.

Idem.

Ad haec¹¹) sumus "in¹²) sede iustitiae disponente Domino constituti, ut quae contra iustitiam attentantur nostra sollicitudine ad rectitudinis tramitem revocentur etc. (Et infra:) *Proinde*¹³)" Significatum est nobis, quosdam in¹⁴) provincia tuae partibus tales, ut asserant¹⁵), de cancellaria nostra literas recepisse, per quas eorum omnia negotia unius iudicis vel plurium, quos sibi elegerint, arbitrio committuntur, sicque fit, ut, si aliquem¹⁶) pulsare voluerint, examen ordinari iudicis non requirant, sed ad unum iudicem vel plures delegatos sibi propitios et "exinde" parti adversae suspectos super examinanda quaestione recurrant¹⁷). "Quod quantum sit contrarium Deo et sacris canonibus inimicum, nemo ambigit, qui vel modicam notitiam canonicae institutionis apprehendit. Tales itaque literas a cancellaria nostra non credimus prodidisse, vel, si forte prodierint, conscientiam nostram, quae dicearis occupationibus impedita singulis examinandis non sufficit, effugerunt." Nos igitur¹⁸) huic morbo celeri¹⁹) volentes obviare remedio, "fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, si literas tales in provincia tua²⁰) "vel im-

petratas vel deinceps impetrandas" inveneris, eas carere viribus nostra auctoritate decernas, "et ne ab aliquo etc."

CAP. XI.²¹)

Falsa latinitas vitiat rescriptum Papae. Hoc dicit Ioan. Andr.; concordat Abbas.

Idem.

Ad audientiam nostram te significante pervenit, quod H. de sancto Stephano super absolutione sua literas tibi, ut prima facie videbantur, apostolicas praesentavit, "quas, quoniam habuisti suspectas, nec de cancellaria ecclesiae Romanae emanasse putasti, ad nos remittere curavisti, consulens apostolatum nostrum, unde devotionem tuam in Domino commendamus, utrum occasione ipsarum literarum praefatum virum habere debeas absolutum." Quibus²²), quoniam manifestum continent in constructione peccatum, fidem te nolumus adhibere.²³)

CAP. XII.²⁴)

Contra secundum rescriptum non potest opponi de taciturnitate primi impetrati per appellatorem, de sua appellatione non habita mentione. Hoc dicit Ioan. Andr.; concordat Abb. Sicul.

Clemens III.²⁵)

Ex parte S.²⁶) personae ecclesiae de Tarento²⁷) nobis innotuit, quod, quum capella de Emptonn.²⁸) ad praedictam ecclesiam de iure pertineat,²⁹) "ab ea multis temporibus iniuste est subtracta, et" O. diaconus, qui iam dictam capellam detinet, capellauum ipsius ecclesiae "G." nomine ipsius S.³⁰) in ea ministrantem, post appellationem a³⁰) se factam amovit. Quam³¹) quum esset S. prosecutus, et ad iudices literas impetrasset, ipse O. appellationem suam prosequi non curavit³²), quumque auctoritate praedictorum³²) iudicum in ius esset vocatus, dixit, se literas priores habere, de quibus nulla mentio in posterioribus habebatur, quas usque ad tertiam citationem suppressit, eisque dolo vel negligentia uti postposuit, quod ex iuramento temporis videbatur, in quibus nulla³³) mentio de appellatione ab ipso facta sebat, quum biennium a tempore appellationis iam fuisset elapsum. Ideoque "fraternitati vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si ita esse constiterit, revocatis³⁴) in statum pristinum³⁵) omnibus, quae post appellationem ipsius O. inveneritis attentata, praescriptam capellam³⁶) matri ecclesiae "appellatione remota" restituere³⁷) procuretis, praedictum O., si eum appellationem "suam" non fuisse prosecutum constiterit, memorato S. in expensis necessariis condemnantes.³⁷)

CAP. XIII.³⁸)

Rescriptum, quo scribitur pluribus cum clausula: "Quod si non omnes etc." intelligitur tam de impotentia facti, quam iuris.

Coelestinus III.

Sciscitatus es a nobis³⁹) petitorio destinato, de qua impotentia illud intelligatur, quod in literis nostris⁴⁰) saepe consuevit apponi, ut⁴¹) si duo vel tres, "vel etiam plures", quibus literae diriguntur, ipsis exaequendis simul interesse nequiverint, unus aut plures "eorum", quibus scribitur, nihilominus exsequantur. Nos vero "in hoc" ita sentimus, quod tam de iure quam de facto illa impotentia censetur. De iure, si⁴²) aliquem illorum⁴³), "quibus literae diriguntur," servum, vel infamem aut alio legitimo impedimento detentum esse constiterit; de facto⁴⁴), si constiterit, eum⁴⁵)

Cap. VII. 91) sunt: C. H., Comp. II. Aug. — dicit: Comp. II. Ms. A. — 91*) existit: Comp. II. Aug. — 92) ipsum non debere aliquatenus (aliquatenus Ms.) dedignari: Comp. II.

Cap. VIII. 93) Restitutum ex App. XLI. 8. et Comp. I. h. t. c. 6. — 94) *Lincolniensi*: App. — *Waltero Lincoln.*: Comp. I. Aug. — *Wull. Lincolniensi*: Comp. I. Ms. (Langres) — 95) plurimi: App. — 96) archipresbyteri, cantores: C. H. — 97) abest ab App. — *alitis*: C. R. 1. L. 98) abest a Comp. I. Ms. et C. L. — 99) add.: in ecclesia ista: App. — 100) brevis: Comp. I. — 1) venent: ead., App. — 2) auctor: App., Comp. I. Ms., Böhm.

Cap. IX. 3) App. XLI. 9., Comp. I. h. t. c. 7. — 4) *Eboracensi archiep.*: App. — Comp. I. add.: P. C. *Quaestio*, quod Böhm. inscriptioni adiecit. Exstat in App. XLIX. 8. et, corrupta inscriptione munitum, in Comp. II. de off. iud. del. 1. 12. — 5) ad iudicem: App. — 6) abest ab ead. — 7) in post. in ead. — 8) *huberetur*: Comp. I. Aug. — 9) *propulsit*: App.

Cap. X. 10) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — 11) *hoc*: C. R. 1., Comp. II. Aug. — 12) verb.: in sede: — *revoc.*: desid. in Comp. II. Ms. B. — 13) *Praeterea*: ead. — *Proinde*: Aug. — 14) *de*: C. R. 2. — 15) *ut ass.*: desid. in Comp. II. — 16) *aliquando*: C. R. 1. — *quum aliquem*: C. L. — 17) *decurrant*: C. R. 1. L. — *decurrant*: Comp. II., Böhm. — 18) *Unde nos*: Comp. II. — 19) *celeriter*: C. R. 2. — 20) *in subiecta tuae ordinationis provincia*: Comp. II.

Cap. XI. 21) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 5. — 22) abest a Böhm. — *Nos igitur, literis diligenter inspectis, taliter tibi duximus respondendum,*

quod, quum eas non credamus de praedecessori nostri conscientia emanasse, nullam eis fidem te vol. adhibere, quum etiam manif. cont. in constructione peccatum: Comp. II. — 23) exhibere: C. L. — *volamus adhibere*: Böhm.

Cap. XII. 24) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 8. — 25) *Cl. III. abbatibus de Osen. et de Heber. et priori sanctae Fridae*: Comp. II. Aug., Ms. B. — *Abb. de Osenic (Osney) et Herbonia et pr. de sca. for.*: Ms. A. — 26) add.: *presbyteri*: Comp. II. — 27) *Tarento*: Comp. II. Aug. — *1. au.*: Ms. B. — 28) *Empton.*: C. R. 1. — *Empton.*: C. R. 2. — *Upetone*: Comp. II. — *Norpontum*: Comp. II. Ms. A. (*Upton*) — 29) *pertinebat*: Comp. II. Ms. A. B. — 29) abest a Comp. II. Aug., Ms. B. — *nomine Symonem*: Ms. A. — 30) *ab ipso*: ead. — 31) *quam quidem app.*... *ad Bulthou. episc. et decanum, et archidiacon. Vallis (Vercell.)*: Ms. A. — *Wall.*: Ms. B. etc.: Comp. II. — 32) *nec per se, nec per alium est prosecutus*: ead. — 32*) abest a Böhm. et Cont. — 33) add.: *etiam*: Comp. II. Aug., Ms. A., Böhm. — 34) *libere rev.*: Comp. II. Ms. B. — 35) *debitum*: Comp. II. — 36) *ecclesiam*: C. R. L. H., Comp. II. Ms. A. — 37) *restituatis*: Comp. II. — 37*) *condemnetis*: Comp. II. Ms. A.

Cap. XIII. 38) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 9. — *Clementi III.* tribuitur in Comp. II. Ms. A. — 39) *Scisc. est a nobis R.*: Comp. II. Aug. — 40) abest a C. R. L. et Comp. II. — 41) *videlicet ut*: Comp. II. — 42) *ut si*: C. L. — 43) *aliorum*: C. R. 1. — *eorum*: Comp. II. Aug., Ms. A. — 44) *de facto, si const. eum*: omissa sunt in Comp. II. Ms. B. — 45) abest a Comp. II. Aug.

casu⁴⁶) mortis occumbere, aut inevitabilis necessitatis articulo impediri, quo minus valeat interesse; dummodo is⁴⁷), qui pro necessitate praesens esse non potest⁴⁸), collegis suis canonicis⁴⁹) excusationem suam caret, si poterit, destinare, ut alii coniudices⁵⁰) vel executores nihilominus ad consummationem iniuncti mandati procedant. Nec enim ille, qui tantummodo non vult interesse, hac impossibilitatis interpretatione valet aliquatenus excusari, nisi forte sic in rescripto habeatur expressum, si non omnes interfuerint, vel simul nequiverint aut noluerint interesse.

CAP. XIV.⁵¹)

In quaestione revocationis rescriptorum recurritur ad arbitros; si iudices in cognitione tibi non deferant, nec in eadem concordent. H. d. usque ad §. Quoniam. — (Quoniam etc.) Per generalem clausulam positam in rescripto delegatus ante expressionem personarum vel rerum iurisdictionem habet in habitu, et non in actu. Et speciales literae derogant literis generalibus super non specificatis in eis, quantum de illis nullam faciunt mentionem. Abb.

Innocentius III. *Eliensi*⁵²) *Episcopo.*

Pastoralis officii (*Et infra*: [*cf. c. 28. de off. iud. del. I. 29.*]) Praeterea quaesivisti, quando de revocatione literarum ambigitur, utrum iudices⁵³) priores, an posteriores cognoscere debeant, et⁵⁴) utrum per secundas sint primae literae revocatae? Ad quod tibi⁵⁵) respondemus, quod, nisi posteriores prioribus, vel e converso duxerint deferendum, simul utrique cognoscant, et, si forte nequiverint simul⁵⁶) in unam sententiam concordare, quamvis plures⁵⁷) sicut ex una parte quam ex⁵⁸) altera, per arbitros communiter electos a partibus huiusmodi concertatio sopiatur. Quoniam autem sub huiusmodi forma, videlicet: „Causam, quam talis adversus talem, et quosdam alios super hoc, et⁵⁹) quibusdam aliis se habere proponit, tibi⁶⁰) duximus committendam,“ a nobis multotiens literae impetrantur, et⁶¹) sollicitae quaesivisti, an iudex ex delegatione huiusmodi ante personarum vel rerum expressionem super personis vel rebus exprimendis habeat potestatem, adiiciens, utrum, si antequam personae vel res expressae fuerint nominatae, super non expressis in commissione priori⁶²) , sed generaliter comprehensis speciales literae, quae de priori commissione nullam faciunt mentionem, ad alios iudices a sede apostolica emanaverint, eundem vigorem debeant obtinere? Nos igitur ad haec duo taliter⁶³) respondemus, quod, quum generali per speciale procul dubio derogetur⁶⁴) , iurisdicatio per generales literas attributa, per speciales, quantum ad ea, quae specialiter exprimentur, penitus enervatur, licet de prioribus non faciunt mentionem. Unde superflua relinquitur prima quaestio; etsi merito dici possit, quod, donec iurisdicatio revocetur, eam super rerum vel personarum articulis exprimendis obtinet delegatus; sed antequam exprimentur personae vel res, delegatus nequit iurisdictionem huiusmodi exercere. *Quia vero etc. [cf. c. 28. de off. iud. del. I. 29.] Dat. Rom. ap. S. Petri. XIV. Kal. Iun. [1204.]*

CAP. XV.⁶⁴)

Per generalem clausulam: „Quidam alii, et res aliae“, multitudo effrenata non includitur, nec personae, nec res maiores expressis, sed pares vel minores.

Idem⁶⁵) *Senonensi Archiepiscopo.*

Sedes apostolica consuevit exhibere se petentibus liberalem; sed quidam eius gratia nequiter abutuntur, dum quod ipsa de benignitate concedit ipsi ad malignitatem retorquent. Quidam enim malignari volentes, in commissionibus nostris minores et viliores personae propriis nominibus exprimentur, maiores autem et digniores specialibus vocabulis non designant, sed eas sub quodam generalitatis involacro comprehendunt, ut commissiones ipsas a nobis faci-

lis impetrent, sub hac forma: „Conquerentur tales de isto vel illo, et aliis quibusdam propriis nominibus exprimendis, qui eis super tali negotio et quibusdam aliis rebus iniuriosi nimis et graves existunt.“ Nos igitur volentes eorum malitiam⁶⁶) obviare, decernimus⁶⁷) , ut, quum in commissionibus nostris⁶⁸) minores et viliores personae solummodo designantur⁶⁹) , maiores et digniores sub generali clausula non intelligantur includi. Sed⁶⁹) nec liceat occasione generalitatis huiusmodi⁷⁰) multitudinem effrenatam in⁷¹) iudicio evocare, nec super maioribus et gravioribus negotiis audiantur qui de minoribus⁷²) et levioribus tantum faciunt mentionem. Si quis⁷³) vero aliquas personas expresserit, non, ut velit cum eis in iudicio experiri, sed ut ad pares transire valeat vel minores⁷⁴) ; quia fraus et dolus ei patrocinari non debent, tanquam mendax preceptor⁷⁵) careat penitus⁷⁶) impetratis. *Dat. Anagninae XI. Kal. Ian. Ao. VI. [1203.]*

CAP. XVI.⁷⁷)

Qui contra unum super eodem ad diversos iudices diversa rescripta impetrat, et eis utitur, perdit commoquum utriusque.

Idem *R. Cantori et R. Priori de Monte Leprosorum.*⁷⁸)

Ex tenore literarum, quas nobis *per dilectum filium Ph. latorem praesentium* destinasti, intelleximus *evidenter*, *R. sacerdotem de Collovilla*⁷⁹) ad alios iudices⁸⁰) super quaestione⁸¹) , quae inter ipsum *et dilectum filium* abbatem *et conventum* de Becco⁸²) *super manerio de Colevill. et rebus aliis* vertitur, literas apostolicas impetrasse. Qui quum partem citasset adversam⁸³) ; dictus presbyter coram eis noluit⁸⁴) litigare. *Postmodum vero idem presbyter super eodem negotio vobis nostras literas praesentavit, in quibus de prioribus mentio non fit.* Quumque vos in causae cognitione procedere velletis, *partibus ad vestram praesentiam convocatis, memoratus* abbas coram vobis proposuit, quod non tenebatur per⁸⁵) directas ad vos literas presbytero respondere, quum per alias ab aliis iudicibus⁸⁶) fuisset citatus, quae auctoritate illarum non fuerant revocatae. *Verum quia super hoc dubitastis, sedem duxistis apostolicam consulendam.* Nos igitur attendentes fraudem presbyteri memorati, duas commissiones super eodem negotio impetrantis, quarum altera non faciebat mentionem de reliqua, quia fraus et dolus alicui patrocinari non debent, decernimus⁸⁷) , ut ipse commodo careat utriusque. *Dat. Ferentini IV. Id. Iul. Ao. VI. [1203.]*

CAP. XVII.⁸⁸)

Non valet rescriptum ad beneficium impetratum, de beneficio impetrantis non faciens mentionem.

Idem *Mediolanensi Archiepiscopo.*

Quum adeo scripta sedis apostolicae moderemur, *ut ex certa scientia nihil in eis faciamus apponi, quod de iure debeat reprehendi, miramur non modicum et moveamur, quod, quatenus ad te vel ad aliquos tibi subiectos nostras literas destinamus, te super eis mirari rescribis, ac si mandarem aliquid inhonestum.* Scripsisti *etiam* nobis, quod, quum P. clericus in ecclesia Modicensi⁸⁹) sufficientem sibi sit⁹⁰) praebendam adeptus, mirabaris, quod pro receptione ipsius in ecclesia de Gronzola⁹¹) praeposito et fratribus eiusdem ecclesiae literas *apostolicas* miseramus⁹²) , quum, si literarum nostrarum *diligenter* seriem attendisses, nihil *penitus* invenisses⁹³) in eis, quod debuisset tuum animum offundisse⁹⁴) . Quum enim in literis *ipsis* nec de praebenda ipsius *P.* mentio haberetur, nec Modicensis⁹⁵) canonicus, immo nec *etiam* clericus diceretur in eis, et in literis ipsis⁹⁶) haec esset adiecta conditio: „si dignus existeret ad ecclesiasticum beneficium obtinendum,

Cap. XIII. 46) causa: Comp. II. — 47) abest a Comp. II. et C. L. — 48) poterit: C. H. — 49) literatorie: Comp. II. — 50) iudices: C. H.

Cap. XIV. 51) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 169. — Comp. III. h. t. c. 3. — 52) Helieni: Comp. III. Aug. — Helien: Ms. — Eliensi: Cont. (Ely) — 53) iudicum: Reg. Comp. III. — 54) abest ab iisd. — 55) taliter: C. R. H. L., Comp. III. Reg. — tibi respondeo: Cont. — 56) abest a Comp. III. et Reg. — 57) add. etiam: C. R. 2. — 58) abest a Cont., Reg. — 59) abest a C. R. — 60) abest a Reg. — 61) abest a Comp. III., Reg. et Böhm. — 62) prima: Comp. III. Aug. — 62*) tibi: Cont. — 63) debeat derogari: C. R. 1.

Cap. XV. 64) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 190. — Comp. III. h. t. c. 4. — 65) Clementi III. tribuendum esse propterea cum Gonzalezio ratum est Böhrerus, „quod inter Alex. III. decretales (App. L. extr.) deprehendatur.“ Verum enim vero extremae huius App. partis in expiscandis capitum auctoribus nullum fere usum esse posse, satis, ut opinamur, probavimus in libello: „De inedita decr. Coll. Lips.“ (Lips. 1836.) — 66) malignitatibus: App. — 67) decrevimus: ead., C. R. 2. — 68) vestris: Comp. III. Aug. — 68*) designentur: Böhm. — 69) abest ab App. — 70) abest ab ead. — 71) liceat includere ut de mai. et minoribus aud.: ead. — 72) minimis: C. L. — 73) qui... expresserint, et ita num. plur. deinceps: Comp. III. — Si quis vero maiores: Reg. — 74) sed ut descendere valeant

(valeat: App., Reg.) ad minores: Comp. III., App., Reg. — 75) peccator: Cont., Reg. — 76) abest ab App.

Cap. XVI. 77) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 120. — Comp. III. h. t. c. 5. — 78) R. cantori et R. prior de Monte Leprosorum et I. de Sazio (Sazio: Ms.) canonicus Rothomagensis (Rothomagensibus: Reg.): Comp. III., Reg. — 79) Collevilla: C. L. — Colleville: C. R. — Collevill.: Comp. III. — Colevill.: Reg. — 80) ad dil. fil. de Prato, de Monte Leprosorum et S. Landi (Ludi: Ms.) priores Rothomag.: Comp. III., Reg. — 81) causa: C. R. 1. L. — 82) Berio: C. R. 1. — Heco: C. L. — Hento: Comp. III. — 83) adversarii: Comp. III. Aug. — 84) voluit: ead. — 85) per illas literas: Comp. III. — teneretur per ill. l.: Reg. — 86) ab al. iud.: desid. ib. — per illas fuisset: Reg. — 87) decrevimus: C. R.

Cap. XVII. 88) Restitutum ex Reg. Bal. I. 279. — Comp. III. h. t. c. 7. — 89) Modicensis: C. L. — Mediocensi: C. R. H., Comp. III. Aug. — Mediocen.: Comp. III. Ms. — Modociensi: Reg. (Monza). — 90) esset: C. R. 1. — 91) Gronzola: C. R. 2. — Gronzosa: C. L. — Gorconale: C. R. 1. — Gronzola: Comp. III. Aug. — Gronzola: Comp. III. Ms. — Gronzonsola: Reg. (Gorgonzola). — 92) miserimus: Cont., Böhm. — 93) invenires: Comp. III., Reg. — 94) offendere: C. L. — 95) Mediolanensis: C. R. 1. — Modicensis: C. R. 2. — cf. not. 89. — 96) ipsius: Cont. C. H.

"et si eadem ecclesia ex dono parentum ipsius quandam capellam cum dote fuisset adeptus, et a consanguineis eius oblationes et mortuaris pro tempore, et decimas perciperet annuatim." intelligere potuisses, qualiter literae ipsae fuerant impetratae, *"in quibus de beneficio ipsius, pro quo scribebatur, mentio non fiebat. Ideoque etc. Datum Romae etc. XIII. Kal. Ian."* [1198.]

CAP. XVIII.⁹⁷⁾

Ordo rescripti interpretationem recipit a iure communi.

Idem Electo, Decano, et N. Canonico⁹⁸⁾ Cameracensi.

Causam, quae inter Praemonstratensem et Pramonensem⁹⁹⁾ ecclesias super possessionibus de Anapia¹⁰⁰⁾ vertitur, *"discretionem vestrae commisisse meminimus sine canonico terminandam. Sed Quia in literis illis animadvertimus fuisse insertum, quod, si ulterutra partium citata legitime praesentiam vestram adire vel iudicio vestro parere contemneret, vos nihilominus praesentis partis probationes recipere, et, quantum de iure poteritis, in causae cognitione ac decisione procedere minime tardaretis"*; nos volentes, ut clausula illa, *"quantum de iure poteritis"*, quae ante, quam de probationum receptione mentio fieret, fuerat inserenda, clausulam illam de receptione probationum⁶⁾ praecedat, *"discretionem vestrae per apostolica scripta"* mandamus, quatenus ipsam intelligentes ibidem in *"eadem"* causa iuxta tenorem litterarum *"illarum"* procedere non tardetis, *"attente"* provisuri⁷⁾, ut, si litterarum auctoritate priorum in eodem negotio legitime est processum, firmum et⁸⁾ stabile perseveret; alioquin, si occasione clausulae memoratae aliquid⁹⁾ constiterit in alterius partis praecedendum attentatum, id viribus decernimus¹⁰⁾ cariturum, *"volentes nihilominus et"* mandantes, ut in decisione ipsius negotii, sicut praemissum est, tam super principali, quam super incidentibus quaestionibus appellatione remota canonice procedatis¹¹⁾. *"Nullis obstantibus etc. Dat. Lateran. XIII. Kal. April"* [1198.]

CAP. XIX.¹²⁾

Non valet impetratio in ecclesia numerata, non facta de numero mentione, si per eam frangitur numerus canonicorum, licet non frangatur numerus praebendarum; et processus inde factus est nullus. Hoc dicit quoad intellectam Panor.

Idem Archiepiscopo Senonensi.¹³⁾

Constitutus¹⁴⁾ apud sedem apostolicam in praesentia *"dilecti filii nostri G. sancti Angeli diaconi cardinalis"* P.¹⁵⁾ clericus, *"quem ei concesseramus et parti alteri auditorem"*, proposuit olim *"coram ipso"*, quod, quum *"bonae memoriae"* C.¹⁶⁾ *"Papa"* praedecessor noster *"dilecto filio"* decano et capitulo Bituricensi dederit in mandatis, ut ipsam recipere in canonicum et in fratrem, et praebendam ei conferrent, si qua tunc in eorum vacaret ecclesia, vel proximo vacaturam, *"tenerrabili fratre nostro Bituricensi archiepiscopo ei monitore concessio"*, et ipsi quum¹⁷⁾ mandatum eius admittere non eurasent, eis praecipiendo mandavit, ut quod *"eis"* mandaverat adimplerent, sibi¹⁸⁾ super hoc executoribus deputatis. *"Interim autem capituli nunciens ad apostolicam sedem accedens, quum suggessisset, ipsum P. in pluribus ecclesiis habere praebendas, Bituricensem ecclesiam ab eius obtinuit impetitione absolvi, indulgentia etiam impetrata, ne infra triennium aliquid recipere in fratrem cogerentur. Quumque postmodum idem P. ad ecclesiam Romanam reversus, eidem praedecessori nostro exponere curavisset, quod, licet in Claromontensi ecclesia quoddam beneficium, quod concedi etiam laicis consuevit, et familiaritas appellatur, fuisset adeptus, et ex ipso tamen vel alio, quod haberet, non posset commode sustentari, idem praedecessor noster dictis decano et capitulo inivit, ut, praedicta indulgentia in suo robore permanente, praebendam, quae post triennium primo vacaret, ipsi conferrent, interim autem ei stallum in choro et locum in capitulo assignarent, executione huius mandati dilecto*

filio Claromontensi praeposito delegata, qui, sicut ex eius literis manifeste liquebat, quum dictos decanum et capitulum ad implendum mandatum apostolicum diligentia monuisset, nec proficisceretur in aliquo, praedictum P. de praebenda primo post triennium vacatura auctoritate curavit apostolica investire, ei stallum in choro et locum in capitulo concedendo." Verum¹⁹⁾ pars aduersa respondit, quod, quum in Bituricensi ecclesia certus esset numerus canonicorum²⁰⁾ institutus²¹⁾, firmatus iureiurando, et per Romanum Pontificem²²⁾ confirmatus, et quum²³⁾ de hoc memoratus P. non fecisset in suis literis mentionem, intelligendum²⁴⁾ erat, circumvenisse²⁵⁾ praedecessorem nostrum, et dictas literas veritate tacita impetrasse. *"Licet enim, quum in aliqua ecclesia certus statuitur numerus, haec apponatur conditio vel intelligatur apponi: 'salva sedis apostolicae auctoritate,' non tamen erat credendum, quod cum ex certa scientia contra iuramenta eorum recipi mandavisset, quum de hoc in eius literis nihil fuisset expressum. Nos igitur de praedictis per memoratum cardinalem instructi"* Discretionem²⁶⁾ vestrae *"per apostolica scripta praecipiendo"* mandamus, quatenus, si legitime vobis constiterit, numerum canonicorum²⁶⁾, qui nunc est in eadem²⁷⁾ ecclesia, per decanum et capitulum eiusdem ecclesiae iuramento firmatum, antequam praedictus clericus *"a praedecessore nostro"* literas executorias impetrasset, quicquid factum est occasione litterarum ipsarum²⁸⁾, *"quas idem clericus a sede apostolica impetrasse dignoscitur, cassum et"* irritum decernatis *"haberi"*, alioquin ei faciatis in eadem ecclesia praebendam, si qua vacat, sublato cuiuslibet appellationis obstaculo assignari. *"Contradictores etc. Dat. Spoleti, XI. Kal. Sept."* [1198.]

CAP. XX.²⁹⁾

Difficile et famosum c. et est clavis totius tituli. Et h. d. in summa: *Exprimens falsum, vel tacens verum in rescripto, si malitiose, caret processu impetratis. Sed si per simplicitatem vel ignorantiam aut obtinuisse vero expresso, et suppresso falso saltem literas in forma communium, ob delegatus procedit servato iuris ordine, et non speciali forma rescripti; secus, si nullo modo literas habuisset.*

Idem A. Canonico Pictaviensi.³⁰⁾

Super literis, quae ab aliquibus ex malitia, et a nonnullis ex ignorantia, tacita veritate vel suggesta falsitate impetrantur a nobis, diversimodis intelleximus diversa sentire, aliis asserentibus, eos debere prorsus carere omni commodo litterarum, quum mendax preator carere debeat penitus³¹⁾ impetratis; aliis vero dicentibus, quod, etsi forma carere debeant in literis nostris expressa, nihilominus *"tamen"* iuxta rigorem iuris sit a delegato iudice in negotio procedendum. Nos igitur inter eos, qui per fraudem vel malitiam, et illos, qui per simplicitatem³²⁾ vel ignorantiam literas a nobis impetrant, huiusmodi credimus discretionem³³⁾ adhibendam³⁴⁾, ut hi, qui priori modo falsitatem exprimunt vel supprimunt veritatem, in suae perversitatis poenam nullum ex illis³⁵⁾ literis commodum consequantur, ita videlicet, quod delegatus, postquam sibi super hoc facta fuerit fides, nullatenus de causa cognoscat. Inter alios autem, qui posteriori modo literas impetrant, duximus³⁶⁾ distinguendum, quae falsitas suggesta fuerit, vel quae veritas sit suppressa. Nam si talis expressa sit falsitas vel veritas occultata, quae, quamvis fuisset tacita vel expressa, nos nihilominus saltem in forma communi literas dedissemus: delegatus, non sequens formam in literis ipsis appositam, secundum ordinem iuris in causa procedat. Si vero per huiusmodi³⁷⁾ falsitatis expressionem vel suppressionem etiam veritatis literae fuerint impetratae, quae tacita vel expressa nos nullas prorsus literas dedissemus, a delegato non est aliquatenus procedendum, nisi forsitan eatenus, ut partibus ad suam praesentiam convocatis³⁸⁾ de precum qualitate cognoscat, ut sic in utroque casu eadem ratio, quae delegantem moveret, moveat etiam delegatum, et ubi delegans suas literas denegaret, delegatus etiam suae cognitionis officium nullatenus interponat. *"Dat. Ferentini XV. Kal. Nov. Pont. nostri Ao. XI."* [1209.]

Cap. XVIII. 97) Restitutum ex Reg. Bal. I. 62. — Comp. III. h. t. c. 8. — 98) magistrò Nicolao de Levenas: Reg. — M. canonico: Cont. — In Comp. III. inscriptio haec est: *Abbatu de Alcobatia (Alcobratia: Ms.) F. et P. monachis Alcobatiae, quam tamen reiciendam esse docent tum ipsius ep. argumentum tum ep. 14. l. i. Reg. ab eodem Bal. ed. — 99) Pramonensem: C. L. — Prunaccensem: Comp. III. — Pruniensem: Reg. recte, (Prum) — 100) Hanapia: Comp. III. Ms. Reg. — 1) iudici: C. L. — 2) abest a C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 3) contempserit: C. R. 1. — 4) poverit: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 5) retardetis: C. R. 2. — 6) abest a C. L. et Comp. III. Ms. — probatione receptionum: Reg. — 7) provisio: Reg. — 8) firmum et: desunt in C. L. — 9) aliud: Comp. III. Aug. — 10) decrevimus: C. R. 2. — 11) procedatur: C. R. 1.*

Cap. XIX. 12) Restitutum ex Reg. Bal. I. 338. — Comp. III. h. t. c. 9. — 13) adli. in Reg. et Comp. III.: et P. S. *Murias in Fiu Lata dice. card. ap. sed. leg.* — 14) Const. in praesentia: Reg., Comp. III. — 15) Pe-

trus: C. L., Reg. — 16) G.: Comp. III. Aug. — *Coelstinus*: C. R. L., recte. — 17) abest a C. R. L. — *etsi ipsi mand.*: Comp. III., Reg. — 18) *dicto archiepisc.* et *ven. fr. n. Claromontensi episcopo*: Comp. III., Reg. — 19) *Verum dil. fil. P.* (add.: *Rossignos*: Reg.) *ex adverso resp.*: ib. — 20) abest a C. R. — 21) *constitutus*: C. H. — 22) *per multos Rom. Pont.*: Comp. III., Reg. — 23) abest a Böh. — 24) *intelligendum*: Reg. — 24) add.: *evim*: C. R. 1. — 25) *dominationi*: Cont. — 26) *clericorum*: C. L. — 27) abest a C. R. L., Comp. III. et Reg. — 28) abest a Comp. III. et Reg.

Cap. XX. 29) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 161. — Comp. III. h. t. c. 10. — 30) *Aymoni S. Hilarii can. Pict.*: Comp. III., Böh. — *Magistro Anonero canon. S. Andreae Pict.*: Reg. — 31) abest a C. R. 2. H. L., Comp. III., Reg. — 32) *simplicitudinem*: Comp. III. Aug. — 33) *distinctionem*: G. R. 1. — 34) *habendum*: C. R. L., Comp. III., Reg. — 35) abest a C. H. L., Comp. III., Reg. — 36) *dicimus*: Comp. III., Reg. — 37) *huius*: Comp. III. Aug. — 38) *vocatis*: ead. — *evocatis*: Comp. III. Ms., Reg.

CAP. XXI.³⁹⁾

In causa monasterii convenitur abbas per rescriptum, in quo nulla fit mentio de conventu; nec propter hoc appellari potest, nisi abbas et conventus boni essent distincta omnino.

Idem Abbati et Conventui Praemonstratensi.

Edoceri "per vestras literas" postulastis⁴⁰⁾ a nobis, utrum per literas adversus abbates "vestri ordinis", nulla mentione habita de suis conventibus, impetratas, teneantur abbates ipsi super causis, quae ad conventus pertinent et eosdem⁴¹⁾, de⁴¹⁾ ipsis querelantibus respondere, ac, licet inhibita sit appellatio, per appellationis obiectum possint, ne respondeant, se tueri. Super quo "vobis" duximus respondendum, quod "iidem abbates," nisi alia causa rationalibus suffragetur, per appellationem se tueri non possunt⁴²⁾, quo minus debeant auctoritate literarum huiusmodi legitime⁴³⁾ respondere, quum ex officio suo teneantur "abbates" congregationis suarum negotia procurare, nisi forte abbas et conventus negotia essent omnino discreta. "Dat. Laterani IV. Kal. Mart. Ao. XI." [1209.]

CAP. XXII.⁴⁴⁾

Processus factus per literas subreptitias irritatur; sed factus contra formam rescripti, irritus nunciatur.

Idem Archiepiscopo et Magistro W.⁴⁵⁾ Canonico Magdeburgensibus.

Quum dilecta in Christo filia R. custos Hesiensis⁴⁶⁾ ecclesiae, ac "Volpertus clericus" procurator G. monialis, "olim ad sedem apostolicam iam accessissent et" super electionibus in eadem⁴⁷⁾ ecclesia celebratis "de custode ac moniali dictis" litigaverint⁴⁸⁾ aliquamdiu coram nobis, "nos iis diligenter auditis, quae tam a procuratore ipso fuere proposita, quam custode, Heleroardensi⁴⁹⁾ et Hergensi abbatibus ac praeposito Geismariensi dedimus in mandatis, ut quicquid factum fuerat super monialis electione iam dictae, auctoritate nostra suffulti, nullius contradictione vel appellatione obstante, denunciarent irritum et inane, ac super ipsius electione custodis veritate diligentius inquisita, si electionem ipsius canonicam et personam idoneam invenirent, ipsam auctoritate apostolica confirmarent, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescerent. Verum quum ipsa custos mandatum huiusmodi iudicibus praesentasset, quod de praefata moniali factum fuerat denunciaverunt irritum et inane. Quae quum nollet dimittere abbatiam, iudices ipsi excommunicationis eam vinculo innodantes, mandaverunt eandem arctius evitari; sed ipsa cum electricibus suis post aliquot dies super electione sua per nuncium appellavit. Iudices autem appellationi nullatenus deferentes, praesertim quum de nostro expresso mandato fuisset eius electio irritata, et appellatio esset in literis nostris inhibita, citato Hesiensi conventui, de ipsius electione custodis, prout ipsis iniunctum fuerat, inquirere studuerunt. Quumque ipsius electionem invenissent canonicam idoneamque personam, habito prudentum consilio electionem confirmantes ipsius, abbatiam Hesiensem auctoritate nostra per diffinitivam sententiam adiudicaverunt eidem. Et licet dioecesanus episcopus appellaret et inhiberit Hesiensi conventui, se illi tanquam abbatissae praesumerent obedire, ipsi tamen eam in corporalem eiusdem abbatiae possessionem cum omni mansuetudine induxerunt, a qua per fratrem monialis praedictae ac fautores ipsius per violentiam est eiecit, et praeter alia mala, quae ibidem fuere nequiter perpetrata per illos, dictam R. coegerunt sacramento firmare, ut usque ad festum beati Martini tunc futurum proxime Hesiensem ecclesiam non intraret, nec etiam domo simplici vel quad ibidem obtinebat stipendio uteretur. Porro quum dicta R. super iis et aliis graviter vexaretur, ad nostram duxit praesentiam recurrendum, memorata G. moniali similiter veniente. Quumque super iis ipsa R. proposuisset questionem, et postulaverit confirmari processum iudicium praedictorum, et ut satisfieret sibi de damnis et iniuriis irrogatis, dicta G. proposuit ex adverso, quod quum electa fuerit in Hesiensis ecclesiae abbatissam a maiori et saniori parte conventus, et eius electio per dioecesanum fuerit episcopum confirmata, ipsa custos ad abbatem de Conradsharch et eius coniudices literas impetravit. Ad quorum praesentiam quum ipsa G. citata veniret, et ostenderet, se spoliatam fuisse ipsius occasione custodis, sententiam ab ipsa iudicibus reputari se illi nullatenus respondere teneri, nisi foret primitus restituta. Sed ipsa custos ab eadem sententia

provocando, appellationem suam est personaliter prosecuta. Ceterum quum ipsa G. ad hoc tantum procuratorem transmississet, ut eadem confirmaretur sententia, procurator ipsius mandati fines excedens passus est obtinere custodem quod voluit contra ipsam, et ad supradictos iudices literas reportavit, quorum unus excommunicationis sententiae subiacebat, prout literae venerabilis fratris nostri Maguntinensis archiepiscopi nobis exhibitae continebant; cum quo alter eorum, absente tertio, in omnibus inordinate processit, et licet tam ipsa quam Hesiense capitulum pro diebus gravaminibus appellarent, ipsi tamen nihilominus procedentes, eandem custodem per Albertum familiarem ipsius, qui, sicut ex eisdem literis memorati archiepiscopi probabatur, vinculo erat excommunicationis adstrictus, et B. plebanum in corporalem fecerunt possessionem induci. Ad probandum vero, quod procurator iamdictus mandatum tale receperit, ut videlicet appellationem interpositam prosequi procuraret, testes coram auditore sibi dato produxit. Sed e contra responsum est, quod, etsi testes illi mandatum tale probassent, per hoc tamen nullatenus est ostensum, quin aliud recepisset, et ideo, quum esset pro sententia praesumendum, praesertim quum fuisset a nobis cum maturitate consilii promulgata, manifeste intelligi poterat, quod super principali negotio procurator praedictus mandatum receperat generale, sicut eadem custos per testem unicum, quem produxit, plenius ostendebat. Nos autem iis et aliis intellectis, quae fuerunt ab unaquaque parte proposita, praefatam G. monialem ab administratione ipsius abbatiae sententialiter duximus removendam, dilectis filiis scholastico Hildesemensi, custodi et scholastico Mindesibus dantes nostris literis in praecipitis, ut, ad ipsam ecclesiam personaliter accedentes, abbatiae administrationem eiusdem alii personae idoneae committere procurarent, cui ad opus ecclesiae feret hinc inde resignatio subtractorum; ipsi vero interim de confirmationis sententia, quae super electione custodis lata erat a delegatis iudicibus, cognoscentes, sicut iustum esset, confirmarent vel infirmarent eandem; ita videlicet, quod, si pro eo, quod unus ex iudicibus delegatis, quae eandem sententiam tulerant, excommunicationis esset vinculo innodatus, quando sententia lata fuit, sicut per metropolitanam literas monstrabatur, aut ex alia causa ipsam constaret sententiam infirmam, ea cassata cognoscerent iterum de ipsius electione custodis, et quae in factum fuissent proposita vel personam plenius audientes, ipsam, si fuisset inventa canonica, infirmarent; alioquin ea penitus infirmata, darent sororibus facultatem liberam eligendi, et, quam in abbatissam sibi ducerent regulariter eligendam, eius electionem sublata appellationis obstaculo confirmarent, ac praefatae custodi de honis ecclesiae facerent in expensis legitimis provideri; contradictores nihilominus vel rebelles, ut a sua temeritate desisterent, per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogentes. Testes etiam, qui nominati essent, si se gratia, odio vel timore subtraherent, per distinctionem eandem cessante appellatione cogent veritati testimonium perhibere. Ipsi vero iudices tam custodem ipsam quam conventum Hesiensis ecclesiae ad suum praesentiam evocantes, dilationis eius terminum indulserunt; sed dilatione pendente praeposita Hesiensis cum complicibus suis abbati de Reinshusen, praeposito de Nova Ecclesia, et plebano de Eschenshusen nostras literas praesentavit, in quibus eisdem iudicibus mandabatur, ut supradicta custos quaedam ipsius ecclesiae ornamenta, custodiae quoque proventus ad usum ecclesiae pertinentes, et redditus de Meinhusen, qui debebant sororum necessitatibus ministrari, ac quaedam alia de praebendis earum, quae per quosdam praedones malitiose subtraxerat et ipsa pro suae voluntatis arbitrio detinebat, per censuram ecclesiasticam appellatione remota iustitia mediante restituere cogere; quarum auctoritate custos ipsa citata, quum statuto sibi die non posset coram iudicibus comparere, ipsi post appellationem a Lamberto clerico interpositam pro parte custodis eiusdem, in ipsam excommunicationis sententiam protulerunt. Et licet eodem die procurator ipsius comparuerit coram eis, et eandem excommunicationis sententiam, utpote minus rationaliter latam, peteret relaxari, quum in nullo penitus audiretur, appellationem a praedicto Lamberto clerico interpositam ratam habuit, et recessit. Ipsi vero appellationi minime deferentes receperunt testes a praeposita ac complicum eius parte productos, et eorum depositionibus in ipsius custodis absentia publicatis, ipsam cum complicibus suis ad restitutionem centum quinquaginta marcarum, et de furto ac sacrilegio nihilominus condemnarunt, excommunicationis sententiae supponentes easdem. Postmodum autem quum procurator cu-

Cap. XXI. 39) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 3. — Comp. III. h. t. c. 11. — 40) postulasti: C. H. — 41) eisdem: Comp. III. Aug. — 41*) abbat a Böhm. — 42) possunt: C. R. 2. — 43) abbat a C. R. 1. — 44) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 263. (A. 1200.) — Comp. III. h. t. c. 12. — 45) F.: Comp. III. Aug. — et M. canon.: C. H. — 46) He-

resin.: C. R. 1. — Hesiensis: C. L. et Comp. III. — Hesiensis: Reg. (Hesse.) — 47) in ead. ecl.: desid. in Comp. III. et Reg. — 48) litigarent: C. L. — litigaverunt: Comp. III. — litigarent: Reg. — 49) leg. vid.: Bergensi et Helmuthusensi.

stodis ipsius praedictorum scholastici Misdensis et conuicium suorum conspectus se statuto termino praesentasset pro eadem custode in iudicio processurus, iidem iudices asserentes, quod, quum praefata custos excommunicata esset a iudicibus memoratis, sicut ipsa non poterat agere, sic nec eius debebat procurator audiri, eam ab agendo per sententiam repulerunt. Procurator autem ex aduerso respondit, quod talis excommunicationis sententia sibi nocere non poterat vel custodi, quum per legitimae appellationis obstaculum, quae sententiam ipsam praecesserat, de iure fuerit impedita. Quumque iudices ipsi, allegationem huiusmodi frivolum reputantes, nolent de appellatione cognoscere, procurator iam dictus ad sedem apostolicam appellavit; sed ipsi appellationi deferre nolentes, testes, quos pars altera producere voluit ad probandum, quod unus ex delegatis iudicibus, qui sententiam tulerant pro custode, tunc excommunicatus erat, quum pro ea confirmationis sententia lata fuisset, ea occasione sumpta, quod quidam ex ipsis testibus a remotis partibus tenerant, receperunt. Propter quod quaedam sorores Herisienes pro se ac praedicta custode ad sedem apostolicam provocarunt. Qui appellationem interpositam contemnentes, G. monialis ab administratione Herisienae ecclesiae removerunt, ipsam eiusdem ecclesiae praepositae committentes, aliquas personas idoneas in suum adiutorium recepturas. Iidem quoque iudices articulum de resignatione subtractorum interuillentes, qui primo fuerat in mandato nostrarum literarum insertus, testes super alio articulo receperunt, quia videlicet ab abbate praedicto et conuicibus suis legitime olim fuerat provocatum, eo, quod rescripti nostri copiam partibus facere noluerunt. Qui receptos testes super praemissa articulis postmodum publicantes, confirmationis sententiam pro saepe dicta custode litem penitus infirmarunt; ac de ipsius electione nihilominus inquirentes, tanquam celebratam minus canonice cassauerunt, concessa sororibus eligendi libera facultate. Quae convenientes in unum suspectam G. monialem uaninister elegerunt, cuius electionem dicti iudices confirmantes, abbatiae possessionem et cathedram solenniter assignarunt eidem, supra dictam custodem et faultrices eius excommunicatas publice nunciando. Subsequenter autem ii, qui super articulo praenotato, de resignatione scilicet subtractorum, auditores fuerant a praedictis iudicibus deputati, recipientes testes a praedictae praepositae ac suarum complicitum parte productos, depositiones ipsorum sub sigillis propriis interclusas eidem iudicibus transmiserunt. Verum quum custos ipsa iter arripisset ad sedem apostolicam veniendi, memorati iudices noluerunt dicta testium publicare, ad nostram praesentiam eadem sub sigillis suis destinantes inclusa. Nos igitur haec et alia, quae tam custos praedicta, quam I. clericus, qui pro eodem negotio venerat contra ipsam, nuper apud sedem apostolicam constituti proponere voluerunt, et acta iudicum ab eisdem nobis exhibita diligentius attendentes, deprehendimus manifeste praedictas literas ad abbatem de Remech. et suos conuicibus impetratas, fuisse per subreptionem obtentas, quum in eis illius articuli, videlicet de subtractorum resignatione, fuerit praeter conscientiam nostram cognitio demandata, qui in prioribus literis ad scholasticum et conuicibus suos obtentis, insertus fuerat, de quibus in secundis literis mentio aliqua non fiebat, et ideo quod ipsarum literarum occasione dignoscitur attentatum penitus duximus irritandum. Dictum insuper scholasticum et conuicibus suos invenimus minus providae processisse. Quum enim in literis nostris eisdem principaliter mandaretur, ut ad praedictam ecclesiam personaliter accedentes personae idoneae administrationem committerent abbatiae, cui ad opus eius fieret hinc inde resignatio subtractorum, ipsi formam mandati apostolici transponentes, illo capitulo praefertim de aliis articulis inordinate plurimum cognoverant, propter quod processum ipsorum contra nostri formam rescripti ac iuris ordinem attentatum irritum decernimus et inanem. Ideoque mandamus, quatenus, convenientes in loco competenti et tuto G. A. et quibusdam aliis sororibus eiusdem ecclesiae, sicut iu-

stum fuerit, restitutis, et forma mandati nostri exacta diligentia observata, in negotio ipso iuxta tenorem praecedentium literarum appellationem remota ratione praevia procedatis, quod per restram sollicitudinem circumspectam saltem hac vice negotio tamdiu prorogato finis debitus imponatur. Quia vero etc."

CAP. XXIII. 62)

Valeat secundum rescriptum, licet de primo non faciat mentionem, quo uti noluit impetrans intra annum.

Idem. 63)

Plerumque contingit, quod aliqui contra quosdam super aliquibus rebis nostris literis impetratis, illis uti multo tempore postponentes, tunc demum eas exhibent, quum aliarum literarum auctoritate ab eis, contra quos ipsi primitus literas impetrarant, coeperint conveniri, dicentes, posteriores literas non valere, utpote non facientes de prioribus mentionem. Quum igitur non sit malitia hominum indulgendum, praesentium auctoritate statuimus, ut, si quos nostras literas impetrans infra annum, postquam copiam iudicum habuerit, ex malitia vel negligentia postposuerit uti eis, auctoritate posteriorum literarum valeat conveniri, licet in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

CAP. XXIV. 73).

Si a delegato aliquid mandatur ordinario, debet humiliter exsequi. Sed si alius delegatus per alias literas post executionem mandat contrarium, vel si ante executionem innotuerit ordinario, inter delegatum, qui mandavit, et alium, contentione esse de iurisdictione, faciat sibi stratumque literarum copiam exhiberi; non ut iurisdictionaliter cognoscat, sed ut se informet, an per secundas recipitur primae. Et si primae revocentur, exsequatur secundum mandatum. Si autem non revocentur, vel de hoc dubitet, non exsequatur secundum mandatum, donec contentio de iurisdictione terminetur. Abb. Sic.

Idem Rothomagensi Archiepiscopo.

Quum contingat (Et infra: [cf. c. 11. de act. et qual. l. 14.]) Praeterea quum quidam super aliquo litigante ad diversos iudices literas impetrat, quorum quidam obtenti a parte altera tibi mandant, ut partem adversam denuncies excommunicationis sententiae subiacere, alii iudicibus postmodum tibi iniungentibus, ut eandem denuncias absolutam; quaeris a nobis an utrisque, an neutris, vel alterutris saltem obedire debeas in hac parte? Super quo tuae prudentiae respondentes credimus distinguendum, an quum primum mandatum recepisse dignosceris, tibi forsitan innotuerit, inter illos et alios super iurisdictione discordiam suscitatum, an super hoc nihil omnino scivisti? Et quidem, si super contentione huiusmodi nihil tibi penitus innotescat, quum primum mandatum recipere te contingat, illud debes humiliter executioni mandare. Sed si postea contrarium tibi ab aliis demandatum, tunc, literarum ad utrosque a sede apostolica obtentorum copia postulata, quas tibi auctoritate praesentium districtae praecipimus exhiberi, si ex ipsarum tenore deprehenderis evidenter ita, quod non sit aliquatenus haesitandum, quod literae, quae ad illos, a quibus secundum mandatum recepisse, impetratae noceant, expresse revocent literas aliorum, tunc illud intrepidus exsequaris, quod tibi secundo loco mandatur. Si vero ex literarum inspectione manifeste tibi constet, quod literae obtentae ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias minime revocantur, secundum mandatum nullatenus exsequaris. Quod si super hoc tibi merito fuerit dubitandum, ad exsequendum secundum mandatum te procedere non oportet, donec iuxta cuiusdam nostrae constitutionis tenorem inter eos huiusmodi concertatio sopiatur. Et id ipsum facere debes, si primo mandato recepto et nondum executioni mandato tibi forsitan innotuerit, quod inter se super iurisdictione videlicet demandata, coeperint diacertare. Ceterum in his omnibus puram et providam te convenit intentionem habere, ne vel ad declinandum mandatum dubitare te dicas,

Cap. XXII. 49) Remen: C. R. 2. — Remes: C. R. 1. — Remeshusen: Comp. III. — Reinsluers: Reg. (Reinshausen) — 50) abest a C. R. L. Comp. III. Reg. — 51) abest a Comp. III. et Reg. — 52) ad schol. ... obtentis: non sunt in Reg. — 53) Hildesemensem: Comp. III., add.: custodem ac scholasticum Misdensem, quae a Bohemero recepta iure a nobis rejecta sunt. — 54) quum: Comp. III., Reg. — 55) in lit. n.: desid. in C. R. L. — 56) eiusdem: C. H. L. — eiusdem abbatiae: Comp. III., Reg. — 57) articulo: C. L. — 58) cognoverunt: C. H. L., Comp. III., Reg. — 59) decernimus: C. R., Reg. — 60) praesentium vobis auctoritate in virtute Spir. S. districtae praecipiendo mandantes: Comp. III. Ms., Reg. — praes. vob. aut. distr. praec. mand.: Comp. III. Aug. — 61) abest a C. H. L. — 62) Rescriptum ex Reg. Bal. XI. 275. (A. 1209.) — Comp. III. h. t. c. 13. — 63) Inscr. et subscr. in Reg. omnino desiderantur. — 64) contentio: Comp. III. Aug. — 65) proponentes: ead. — 66) exhibere praecurant: Comp. III., Reg. — 67) eisdem: ib. — 68) impetrarunt: Comp. III., Reg.

— 69) quatenus: ib. — 70) nostris literis impetratis: C. H. — 71) intra: Cont. — 72) iudicis: C. R. I. H. — 73) abest a C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 74) illis: Comp. III. Aug.

Cap. XXIV. 73) Rescriptum ex Reg. Bal. XIII. 127. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 76) abest a Comp. IV. Ms. A. — 77) excommunicationi: C. R. I. Comp. IV. Ms. A. — 78) vel: Reg., Comp. IV. — 79) in hoc mandato: Comp. IV. Ms. A. — 79) innotuit: Comp. IV. Aug. Ms. B., Reg. — 80) innotescit: ib. — 81) contingit: ib. Cont. Böhm. — 82) demandatur: C. R. 2., Reg. — 83) add.: iudicis: Comp. IV., Böhm. — 84) abest a C. R. L., Comp. IV., Reg. — 84) alios: Comp. IV. Ms. A. — 85) recipis: C. R. I. Comp. IV. Aug. Ms. B. — 86) revocant: C. R. 2. — 87) abest a C. L. — 88) exsequeris: Comp. IV. Aug. — 89) manifestissime: Comp. IV., Böhm. — seq.: ibi: abest a Comp. IV. Ms. A. — 90) constituit: C. R. I. Comp. IV. Ms. B. — 90) alios: Comp. IV. Ms. A. — 91) revocentur: C. R. I. — 92) contentio: Reg. — 92) coeperunt: Comp. IV. Ms. A.

ubi dubitandum non est, vel etiam⁹³) ad "mandatum" exsequendum te asserit esse certum, ubi certus esse non debes⁹⁴). Licet autem ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in his⁹⁴) te debeas habere, nulla tamen tibi⁹⁴) attribuitur potestas, ut inter delegatos aut partes de iurisdictione debeas iudicare. "Insuper etc. [cf. c. 36. de off. iud. del. I. 29.] Dat. Lat. Kal. Sept. Ao. XIII." [1211.]

CAP. XXV.⁹⁵)

Quando in rescripto plura narrantur, diversos effectus operantia, non sufficit impetranti alterum solum probare, ad utrumque effectum consequendum.

Idem Magistro G. et P. de Firmisca.⁹⁶)

Olim ex literis "dilectorum filiorum" sancti Nicasii⁹⁷) Remensis, Sargiensis⁹⁸) et Vallis Regiae abbatum fuit nostris auribus intimatum, quod, quum ad eos semel et iterum a nobis literae processissent, super eo "videlicet", quod P.⁹⁹) clericus sancti Remigii "Remensis" parochiam de Salice "S. Remigii", quam R. de Clivo¹⁰⁰) "clericus" per interpositam personam "ab abbate S. Remigii" sibi collatam fuisse propositum, detinebat, ipsi partes semel, secundo et tertio citaverunt, et dictum P. "de S. Remigio", quia citatus pluries comparere noluit per se vel per¹) responsalem aliquem coram eis, excommunicationis vinculo inmodantes, fecerunt fructus ipsius parochiae sequestrari. Quumque postmodum idem P. accedens ad eos se iuri promiserit pariterum, ac obtinuerit se absolvi, ipsi absolutionis²) literas concedentes diem ei³) assignaverunt et locum, quibus⁴) coram eis quod promiserat adimpleret; qui diem et locum ex literis illis radens, in loco⁵) rasuram scripsit⁶), quod ipsi ei sequestratos fructus assignari⁷) mandabat, quod coram duobus eorum tandem⁸), tertio sui absentiam excusante per literas, est confessus. Nos igitur, quum tantae temeritatis excessus falsitatis scrupulo non careret⁹), vobis dedimus in mandatis, ut, si esset ita⁹), ipsi praesumptori super dicta parochia perpetuum silentium imponentes, praefato R. de Clivo¹⁰) "clericus" assignaretis eandem cum fructibus sequestratis. Verum sicut vos, "filii G. et P.", per vestras nobis¹¹) literas intimatis, quum dictus R.¹²) rasuram praefatam coram vobis per testes idoneos probavisset, et ob hoc postulasset sibi dictam ecclesiam assignari, vos utrum clausula illa: "si esset ita¹³) ita¹⁴", de omnibus superioribus, an de articulo tantum rasurae deberet¹⁴) intelligi dubitatis¹⁵); "in negotio ipso procedere ulterius distulistis, eligentes secundum hoc potius sedis apostolicae oraculum implorare, quam aliquid temere definire". Nos igitur "diligentiam vestram in Domino commendantes" respondemus¹⁶), quod clausula illa ad omnia debet superiora referri, ad hoc, ut ipsi R.¹⁷) praefata ecclesia conferatur; quia, licet vitium falsitatis ad imponendum ei¹⁸) perpetuum silentium super ecclesia ipsa sufficiat, qui falsitatem huiusmodi perpetravit¹⁹), non tamen propter hoc eadem ecclesia²⁰) est adversario assignanda, nisi super aliis facta fuerit plena fides. "Dat. Lat. VI. Non. Mart. Pont. nostr. Ao. XV." [1213.]

CAP. XXVI.²¹)

Non valet rescriptum super restitutione beneficii impetratum, quod de causa excommunicationis et amotionis impetrantis non facit mentionem.

Idem Episcopo Imolensi.

Dilectus filius, abbas sancti Stephani²²) Bononiensis, per suas nobis literas intimavit, quod, quum ipse, cui visitationis²³) officium in civitate ac dioecesi Bononiensi commissum, B. et A. presbyteris ab ecclesia suis²⁴) propter eorum graves et manifestos excessus duxerit²⁵) amovendos, iidem "presbyteri" super restitutione sua²⁶) nostras ad te in communi forma literas impetrarunt²⁷), de amotio-

nis suae causa et excommunicationis, qua tenentur adstricti, nullam facientes penitus mentionem. "Procuratoribus igitur vicinarum et ecclesiarum ipsarum exceptiones in tua praesentia proponentibus antedictas, tu supersedendum huiusmodi negotio decretasti, donec super hoc nostrae voluntatis beneplacitum receperis". Nos igitur "in hoc tuam prudentiam commendantes" fraternitatis tuae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si est ita, literas ipsas, tanquam per veri suppressionem obtentas, viribus carere decernas, "et quod circa etc."

CAP. XXVII.²⁸)

Per literas iustitiae non tenetur episcopus providere habenti perpetuum vicarium vel sufficientem patrimonium, nec valent literae gratiae ad beneficium obtinendum, in quibus impetrans tacuit perpetuum vicarium. Hoc dicit comprehendendo utrumque intellectum.

Idem Episcopo Veratiansensi.²⁹)

Postulasti per sedem apostolicam edoceri, utrum alicuius ecclesiae perpetuo vicario, de proventibus vicariae bonisque paternis habenti unde valeat commodè sustentari, teneris per illam formam communem³⁰): "Quum secundum Apostolum", in ecclesiastico beneficio providere. Ad quod sic duximus respondendum, quod, quum per formam praedictam necessitatibus pauperum clericorum, qui nullum sunt ecclesiasticum beneficium assecuti³¹), "sicut ibidem exprimi consuevit", sedes apostolica duxerit³¹) succurrendum; perpetuo vicarius, nisi de vicaria fecerit mentionem, commodum reportare non debet de huiusmodi literis, utpote veritate tacita impetratis. Non enim beneficio "ecclesiastico" carere debet dici, cui compenteler de perpetuae vicariae proventibus est provisum. Et pro habente beneficii sufficientis subsidium ex certa scientia super obtinendo alio beneficio de levi non scribimus, quin faciamus de primo in nostris literis mentionem. "Tu denique etc. Dat. Lat. VI. Id. Ian. Pont. nostri Ao. XVI." [1214.]

CAP. XXVIII.

Per literas apostolicas, de hac constitutione mentionem non facientes, non potest quis trahi ultra duas dioceses extra suam dioecesim, nisi de consensu partium literae fuerint impetratae. Hoc dicit usque ad §. Sunt et alii. — §. 1. Non valent literae, ad lites impetratae, sine speciali mandato domini, nisi impetrentur per conuictam personam. h. d.

Idem in concilio generali.³²)

Nonnulli gratia sedis apostolicae abutentes, literas eius ad remotos iudices impetrare nituntur³³), ut reus fatigatus laboribus et expensis liti³⁴) cedere vel importunitatem actoris³⁴) redimere compellatur. Quum autem per iudicium iniuriis aditus patere non debeat, quas³⁵) iuris observantia interdicit, statuimus, ne quis ultra duas dioceses extra suam dioecesim per literas apostolicas³⁵) ad iudicium trahi possit, nisi de assensu partium fuerint impetratae, vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem. §. 1. Sunt et alii, qui se ad novum genus mercimonii convertentes, velut³⁶) sopitas possint suscitare querelas vel novas immittere quaestiones, fingunt causas, super quibus a sede apostolica literas impetrant absque dominorum mandato, quae vel reo, ne propter³⁷) eas laborum vel expensarum dispendio molestetur, aut actori, ut per ipsas adversariorum indebita molestatione³⁸) fatigetur, venales exponunt. Quum autem lites restringendae sint potius quam laxandae, hac generali constitutione sancimus, ut, si quis super aliqua quaestione de cetero sine speciali mandato domini literas apostolicas impetrare praesumpserit, et literae illae non valeant, et ipse tanquam falsarius puniatur, nisi forte de illis³⁹) personis extiterit⁴⁰), a quibus non debet exigi de iure mandatum.

Cap. XXIV. 93) abest ab eod. — 93*) debeas: ib. — 94) huiusmodi: Comp. IV., Reg. — 94*) abest a C. R., Comp. IV. et Reg.

Cap. XXV. 95) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 6. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 96) Sumistun: C. L. — Idem S. de Vallibus magistro, G. et P. de Firmisca (Firmiscano: Ms. B.) Comp. IV. — de Vall. et mag. P. et P. de F.: Ms. A. — G. de Vallibus magistro G. et P. de Firmis canonici Laudunensis: Reg. — 97) Niciasii: C. R. 2. — 98) Sargiensis: C. R. 1. l. — Sargiensis: Cont. — Remanens. Sigman. (Sargiensis: Ms.) et Vallis: Comp. IV. — Remensis, Igniacensis et Vall. Reg.: Reg. — 99) R.: Comp. IV. Reg., Böhm. per totum. — 100) Clerini: Comp. IV. Aug. — Cl.: ead. Ms. B. (Ms. A. omittit verba: R. ... Clivo.) — Cruncio: Reg. — 1) abest a Reg. — 2) add. ei: ib. — 3) eis: C. R. 2., Comp. IV. Ms. — 4) in quib.: C. L. — 5) locum: Cont. — 6) rescribit: C. R. — rescripsit: Cont., Comp. IV., Reg. — 1) exhiberi: Comp. IV., Reg. — 8) datum: Comp. IV., Reg. — abest a C. R. H. L. — 8*) caret: Comp. IV. Ms. A. — 9) si res taliter se habent: Comp. IV., Reg. — 10) Clerin: Comp. IV. Aug. — Clerino: ead. Ms. B. — Clem.: Ms. A. — Cruncio: Reg. — 11) abest a C. L. — 12) R. de Clivo: Comp. IV. — R. de Cruncio: Reg. — 13) est: C. H. R., Comp. IV., Reg. — 14) debeat: C. R. H., Comp. IV. Ms. A. — 15) postulastis: C. R. 1. — dubitan-

tes: Comp. IV., Reg. — 16) taliter (abest a Comp. IV.) duximus respondendum: Comp. IV., Reg. — seq.: illa: abest a Comp. IV. Aug. — 17) abest ab iisd. — 18) illi: Reg. — 19) perpetravit: C. H. L., Comp. IV. Ms. A., Reg. — 20) abest a C. H.

Cap. XXVI. 21) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 3. — 22) Proculi: Comp. IV. Ms. — 23) inquisitionis: C. H. — 24) S. M. et S. P. de Bagnacola: Comp. IV. Aug. — S. ... de Bagnacola: ead. Ms. B. — S. P. de Bagnacola: Ms. A. — 25) duxerit: Comp. IV. Aug. — 26) abest a Comp. IV. — 27) impetraverint: C. R. 1.

Cap. XXVII. 28) Restitutum ex Reg. Bal. XVI. 165. — Comp. IV. h. t. c. 4. — 29) Veteranens: Comp. IV. Ms. B. — Watansamensis: C. R. 2. — Veratiansensis: C. H. — Veratimensis: C. R. 1. — Veratimensis: Comp. IV. Aug. — Veratiansensis: Reg. — 30) cf. c. 16. de praeb. III. 5. — 31) consecuti: Comp. IV. Aug. — 31*) duxit: ead.

Cap. XXVIII. 32) conc. Lat. IV. (A. 1215.) c. 37. — Comp. IV. h. t. c. 5. — 33) impetrant: C. R. 1. — 34) lite: C. H. — 34*) auctoris: Böhm. — 35) quem: C. L. — 35*) abest a Comp. IV. Ms. A. — 36) ut vel: Cont., Comp. IV., conc., Böhm. — 37) per: C. H., Comp. IV. — 38) vexatione: conc. — 39) ipsis: C. R. 1. — 40) sit: Comp. IV. Aug.

CAP. XXIX.⁴¹⁾

Si occasione duorum rescriptorum, unius scilicet in causa principali, alterius in causa appellationis, contenditur, non index super principali, sed deputatus super appellatione, cognoscere debet de validitate appellationis.

Honorius III. *Cantuariensi Archiepiscopo*⁴²⁾ et *Coniudicibus suis.*

Dilectus filius I. Sarracenus clericus exposuit⁴³⁾ coram nobis, quod, quum Iordanus clericus Dumeliensis⁴⁴⁾ ipsum super ecclesia sancti Nicolai Dumeliensis coram vobis auctoritate litterarum nostrarum traxisset in causam, ex parte ipsius I.⁴⁵⁾ fuit extipiendo propositum, quod auctoritate ipsarum⁴⁶⁾ litterarum non "debebat, nec" poterat conveniri eo, quod ultra duas dietas a dioecesi, ubi praedicta ecclesia "sita" erat, contra statuta concilii generalis⁴⁷⁾, de quo in eisdem litteris non fiebat mentio, distabat. Et quia huiusmodi exceptionem admittere denegantes "nihilominus" procedebatis in causa, pro eo "duntaxat", quod idem I. in Ropheni⁴⁸⁾ et Eliensi dioecesi⁴⁹⁾ beneficia obtinet⁵⁰⁾, quasi ex hoc ibi⁵¹⁾ domicilium intelligeretur habere, ipse ad nostram⁵²⁾ audientiam appellavit. "Sed vos, eius appellatione contempta, partem alteram mittendam in possessionem eiusdem ecclesiae causa custodiae decrevistis." Quumque idem I. appellationem interpositam⁵³⁾ prosecutus, ad "reuerabilem fratrem nostrum" Eboracensem archiepiscopum et eius collegas "nostras" super praemissis litteras impetrasset, vos, in causa ipsa⁵⁴⁾ nihilominus procedentes, eisdem iudicibus, ne in commissio sibi procedant⁵⁵⁾ negotio, inhibetis. Quocirca "discretioni vestrae" mandamus, quatenus⁵⁶⁾, si est ita, causae supersedeatis eidem, quum non vos, sed dicti iudices cognoscere habeant⁵⁷⁾, ad quos iurisdicatio debeat pertinere.

CAP. XXX.⁵⁸⁾

Si plures impetrant in eadem ecclesia, statur datae, ut primus impetrans praefertur, et solus admittatur. Ita communiter summant doctores, et procedit istud summarium secundum opinionem communem, quae hodie invaluit, propter iura nova.

Idem *Episcopo et Archidiacono Legionensibus*⁵⁹⁾

Capitulum sanctae crucis Cameracensis exhibita nobis petitione⁶⁰⁾ monstravit, quod Callimacho⁶¹⁾ clerico "Norimensis dioecesis", super praebendali beneficio in eorum ecclesia obtinendo litteras nostras ad eos prius⁶²⁾ monitorias, et demum praeceptorias impetrante⁶³⁾, B.⁶⁴⁾ clericus "Tornacensis dioecesis" contra eos super consimili beneficio in eadem sibi ecclesia conferendo ad I. archiepiscopum⁶⁵⁾ Tornacensem et eius collegas, de praedictis litteris non habita mentione, exsecutorias a nobis litteras impetravit, qui post appellationem ad nos interpositam in eos suspensionis et excommunicationis⁶⁶⁾ sententias protulerunt, ac dictus C.⁶⁷⁾ super executione mandati pro eo facti ad alios⁶⁸⁾ obtinuit scripta nostra, qui tulerunt suspensionis et excommunicationis sententias in eosdem. "Unde nobis humiliter supplicarunt, ut, quum in eadem ecclesia XII. tantum sint praebendae, et ob hoc non sine magno gravamine simul providere possent, utque faceremus easdem sententias relaxari, et provideri eorum alteri in eadem ecclesia de praebenda praesertim, quum in utriusque litteris clausula illa contineretur inserta, nisi eadem ecclesia de mandato nostro foret in alterius receptione gravata." Quocirca "discretioni vestrae" mandamus, quatenus, eo recepto in canonicum et in fratrem, assignatoque sibi beneficio praebendali, qui ad eos prius mandatum apostolicum reportavit, praefatas sententias iuxta formam ecclesiae⁶⁹⁾ "sublato appellationis obstaculo" relaxetis, alteri super praebendali beneficio in eadem ecclesia silentium imponentes.

CAP. XXXI.⁷⁰⁾

Si habens litteras Papae ad beneficium eis propter annuam pensionem renunciat, non valent litterae beneficiatae per eum hoc tacito impetratae.

Idem *Bituricensi Archiepiscopo apostolicae sedis Legato.*

Ad audientiam nostram "te significante" pervenit, quod quidam "laici" clerici, obtentis a sede apostolica litteris super provisione sua in aliquibus ecclesiis tibi "lege dioecessana" subiectis, recipientes ab eis annuas pensiones⁷¹⁾, seu alia beneficia, ab eorum⁷²⁾ impetitione desistunt, renunciantes "nostrarum" beneficio litterarum, "deinde ad sedem apostolicam accedentes super provisione sua obtinent alias litteras ab eadem, de litteris antea impetratis non habita mentione, et sic gratia benignitatis apostolicae abutentes, ecclesias multipliciter inquietant. Ne igitur tales de suae circumventionis astutia gloriantur," Fraternitati tuae mandamus, quatenus eos, qui, post litteras "nostras" taliter venditas, alias, de illis mentione non habita, impetrant de cetero, vel hactenus impetrant⁷³⁾, carere decernas⁷⁴⁾ commodo earundem, et ecclesiam, "contra quas fuerint impetratae", non permittas earum occasione vexari, revocando in irritum, si quid⁷⁵⁾ earum praetextu invenieris⁷⁶⁾ esse factum.

CAP. XXXII.

Receptus per litteras apostolicas, licet praebendam expectet, per alias litteras hoc supprimentes in alia ecclesia recipi non debet. Hoc dicit inhaerendo verbis litterae.

Gregorius IX. *Archiepiscopo Mediolanensi.*

In nostra proposuisti praesentia, quod nonnulli clerici a sede apostolica plures litteras, non tamen alias de illis mentionem facientes, impetrant fraudulenter, ut⁷⁷⁾ in pluribus ecclesiis admittantur, sicut aliquando in aliis recepti, licet nondum in eis⁷⁸⁾ ecclesiasticum beneficium sint assecuti, alias ecclesiis super receptione sua nihilominus impetunt et molestant. (Et infra:) Mandamus, quatenus eos clericos⁷⁹⁾ ecclesiis, in quibus recepti sunt, faciatis⁸⁰⁾ esse contentos, non permittas alias ab eis occasione litterarum huiusmodi molestari, nisi de receptione forte sua expressam fecerint mentionem.

CAP. XXXIII.

Non valet rescriptum, quod procurator revocatus et de hoc certificatus extra iudicium impetrabit; secus tamen, si in iudicio, dummodo revocatio ad notitiam adversarii vel iudicis non pervenerit. Hoc dicit secundum lecturam magis communem.

Idem *Episcopo Silvanectensi, et Abbati Carolitoci.*⁸¹⁾

Ex parte decani et capituli Laudunensis fuit propositum, quod, quum ipsi auctoritate apostolicae indulgentiae in nobilem virum I.⁸²⁾ excommunicationis sententiam protulissent, procuratoribus partium propter hoc ad sedem apostolicam accedentibus, et lite super diversis articulis contestata, nos causam vobis commisimus terminandam, hoc adiecto, ut non obstarent litterae praeter assensum partium impetratae. Dictus autem nobilis citatus proposuit, quod per illas litteras procedendum non erat ex⁸³⁾ eo, quod V., qui easdem litteras impetraverat, falsus exstiterat procurator, quum ipse ante impetrationem litterarum ipsarum, propter suspensionem, quam contra eundem⁸⁴⁾ conceperat, mandatum sibi traditum revocasset. Eis igitur⁸⁵⁾ proponentibus ex adverso, quod ad nos vel ad ipsos huiusmodi⁸⁶⁾ revocatio non pervenit, vos, quod deberetis per litteras ipsas procedere, per quandam interlocutoriam protulistis. (Et infra:)⁸⁷⁾ Petente itaque procuratore ipsorum, ut inspiceretis praedictam indulgentiam, procurator ipsius nobilis ex adverso re-

Cap. XXIX. 41) Restitutum ex Comp. V. c. 3. de off. ind. del. I. 15. 42) *Caust. archiep. S. Rom. eccl. cardinali et coniud. suis*: Comp. V. — 43) *proposuit*: C. H. — 44) *Dulmensis*: C. R. — In Comp. V. haec ita se habent: quum Iord. cler. Dumelmensem episcopum super eccl. Nicolai Dumelmensis. (Durham) — 45) *Jordani*: Cont., Böhm. — *Ionnii*: Comp. V. per totum — 46) *abest* a C. H. — *nostrarum*: C. R. 1. — *illarum*: C. R. 2., Comp. V. — 47) cf. c. prox. anteced. — 48) *Refensi*: C. R. 1. — *Rofrensi*: Comp. V. Ms. — *Roffensi*: Comp. V. Cir. — (Rochester) — 49) *dioecesis*: C. R. 1. — 50) *obtineret*: C. H. — 51) *abest* a Cont. et Böhm. — 52) *abest* a C. R. 2. L., Comp. V. — 53) *emissam*: Comp. V. — 54) *abest* a C. H. — 55) *procederent*: ib. — 56) *abest* a Comp. V. Cir. — 57) *debeut, ut habeant*: C. H.

Cap. XXX. 58) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 59) *Lingonensis*: C. L. — *Abb. S. Petri et H. canonico Noviom.*: Cont. — *Abbat. et prior. S. Princti et I. de Villa Fuad. (Wade: Ms.) canonico S. Quintini Noviomensis*: Comp. V. — 60) *Capituli S. Crucis Camer. exhibita nobis petitio declaravit*: Comp. V. — 61) *Revardo*: Comp. V. Cir. — *Revaldo*:

ead. Ms. — 62) *abest* a C. R. L. et Comp. V. — 63) *add.*: et etiam praesentante: C. L. — 64) *Baldwinus*: Comp. V., Böhm. — 65) *archidiaconum*: ib. — 66) *et exc.*: desid. in Comp. V. et C. H. R. L. — 67) *R.*: Cont., Comp. V. — 68) *ad scholasticum S. Quintini Noviom. dioecesis et coniudicis eius*: Comp. V. — 69) *ecclesiasticum*: C. H.

Cap. XXXI. 70) Restitutum ex Comp. V. c. 4. de praeb. III. 4. 71) *annuam pensionem*: C. H. — In Comp. V. leg. recipiunt annuas pens. seu alben. et sic ab eorum. — 72) *curum*: C. R. 1. H. L. — 73) *impetraverint*: Cont., Böhm. — 74) *decernens*: C. R. L. H., Comp. V., omisso seq. et. — 75) *quicquid*: C. H. — 76) *invenieritis*: C. L. — 77) *quod*: Cont., Böhm. — 78) *add.*: ecclesiis: C. R. 1. — 79) *abest* a C. H. L. — 80) *falsus* ... et non: C. L. — 81) *Compendiensi*: C. R. H. L.

Cap. XXXIII. 82) *L.*: Cont. — 83) *abest* a C. H. — pro seq.: V. in C. R. H. per totum leg. — 84) *eum*: C. R. 1. — 85) *ergo*: C. H. L. — 86) *huius*: C. R. 2. — 87) *et i.*: omissa sunt in C. L.

spondit, quod non erat per iam dictas literas procedendum, exhibens alias quasdam posterius impetratas, inter alia continentes, ut, si de partium voluntate procederet, causam terminaretis eandem; alioquin ipsam sufficienter instructam remitteretis ad sedis apostolicae examen cum indulgentia memorata. Quas literas ipsi ex eo non valere dicebant, quia per eundem V.⁸⁸⁾ et post revocationem mandati fuerant impetratae. Quia vero iuxta generalis statuta concilii⁸⁸⁾ apostolicae literae, quas sine speciali mandato domini quis impetrat, valere non debent, nisi sit⁸⁹⁾ de illis personis, a⁹⁰⁾ quibus non est exigendum de iure mandatum, mandamus, quatenus, si revocatio mandati ad procuratorem pervenit, quum minus valere debeant literae, quae impetrantur ab illo, a quo mandatum dominus revocavit, in negotio⁹¹⁾ iuxta priorum continentiam literarum, non obstantibus posterioribus, procedatis.

CAP. XXXIV.

Rescriptum, impetratum contra hominem alicuius dioecesis, non extenditur ad hominem eiusdem nominis alterius dioecesis.

Idem Decano et Magistro G.⁹²⁾ Canonico Leodiensi.

Significante V. nos noveritis⁹³⁾ accepisse, quod, quum R. contra V. Remensis dioecesis super quibusdam pannis et aliis⁹⁴⁾ ad iudices literas impetrasset, idem V. excipiendo proposuit⁹⁵⁾, quod, quum idem non de Remensi, sed de Lepdiensi dioecesi existeret, per huiusmodi literas, quum de dioecesi Leodiensi non facerent aliquam mentionem⁹⁶⁾, conveniri⁹⁶⁾ de iure non poterat, nec debebat. Et quia exceptionem huiusmodi admittere detegarunt, nostram⁹⁷⁾ audientiam appellavit. Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, revocato in irritum, etc.

CAP. XXXV.

Per rescriptum, impetratum contra homines dioecesis, non possunt conveniri homines civitatis.

Idem Priori sancti Laudinensis, et Succentori Rothomagensi.

Rodolphus⁹⁸⁾ clericus, rector ecclesiae sancti Christophori de civitate Sagiensi, sua nobis insinuatione monstravit, quod, quum magister R. eum per quasdam literas, contra episcopum Sagiensem et quosdam alios Sagiensis dioecesis super redditibus et rebus aliis impetratas a nobis, coram iudicibus super eadem ecclesia per generalem clausulam: „quidam alii“ convenisset, idem rector proposuit⁹⁹⁾ excipiendo, quod, quum esset de civitate Sagiensi, et sub eadem clausula nullus de civitate ipsa intelligitur¹⁰⁰⁾ inclusus, conveniri non poterat per eandem¹⁾. Et quia dicti iudices exceptionem huiusmodi recusarunt admittere, nostram audientiam appellavit. Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, revocetis in irritum, etc.

CAP. XXXVI.

Si conveniendus per clausulam moriturus re integra, successor conveniri non potest.

Idem Abbati sancti Jacobi.

Significavit nobis comitissa Namutensis²⁾, quod, quum mortuo comite fratre suo ipsa in eius successerit comitatu, G. et B.³⁾ per quasdam literas apostolicas⁴⁾ contra Tullensem episcopum et quosdam alios clericos et laicos impetratas, eam coram iudicibus, ad quos obtentae fuerant⁵⁾, super quadam summa⁶⁾ pecuniae, quam eidem fratri suo se⁷⁾ mutuasce dicebant, per illam generalem clausulam: „quidam alii“, quia in praedicto comitatu successerat, conveniunt. Excipiente itaque procuratore suo, quod, quum adhuc frater eiusdem mulieris viveret, quando eadem literae impetratae fuerunt⁸⁾, nec per ipsas, dum viveret, fuerat ad iudicium evocatus, earum auctoritate non poterat conveniri. Et quia iudices⁹⁾ exceptionem non admittere ipsius, nostram¹⁰⁾ audientiam appellavit. (*Et infra:*) Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, revocato in irritum, etc.

CAP. XXXVII.

Non valent literae executorialae, in quibus impetrans falso dixit, monitorias praecessisse.

Idem Abbati sancti Victoris.

Ex insinuatione episcopi Ambianensis¹¹⁾ accepimus, quod L. clericus super eius¹²⁾ provisione ad ipsum praecceptorias, et postmodum ad vos¹³⁾ executorialas contra eum literas impetravit. (*Et infra:*) Quocirca mandamus, quatenus, si nullae monitoriae super hoc praecesserint¹⁴⁾, executorialis supersedeatis eidem, dammodo eadem executorialis de monitoriis fecerint mentionem; alioquin in executionis negotio¹⁵⁾ iuxta directum ad vos pro ipso mandatum ratione praevia procedatis.

CAP. XXXVIII.

Cessantibus clausulis in dubio Papa non intendit gravare eundem collatorem super provisione duorum; ideo secundus impetrans repellitur; sive primus expectet, sive sit iam gratiam consecutus. Hoc dicit secundum intellectum Gloss.

Idem Noviensis¹⁶⁾ Episcopo.

Mandatum apostolicum ad te directum, ut magistrum S.¹⁷⁾ faceres in canonicum et in fratrem Notiensis ecclesiae, si pro alio ibidem non scripsimus, qui huiusmodi gratiam prosequatur¹⁸⁾, alio iam beneficium per nostras¹⁹⁾ literas obtinente prosequi non teneris, quum super receptione duorum gravandi ecclesiam antedictam non fuerit²⁰⁾ intentio mandatoris.

CAP. XXXIX.

Ecclesia, in qua Papa primus dedit monitorias, et secundus executorialas, per primum, non per secundum intelligitur gravata.

Idem.

Literis apostolicis ad vos directis, ut G. clericum reciperetis in canonicum et in fratrem, nisi pro alio fuisset per nos ecclesia vestra gravata, mandatum nostrum vos exsequi volumus et mandamus; non obstante, quod T. subdiaconum per nostras literas executorialas receptis, qui a bonae memoriae H.²¹⁾ praedecessore nostro monitorias impetravit²²⁾, quum factum praedecessoris nostri potius, quam nostrum fuerimus prosequuti.

CAP. XL.

Dioecesanus, cui scribitur, ut in dioecesi sua, ubi pro alio scriptum non est, provideat vel faciat provideri, non potest id exsequi circa beneficium spectans ad collationem alterius, iam pro alio gravati.

Idem.

Abbatem, qui mandatum apostolicum iam recepit, ut S. clerico in aliqua ecclesiarum sui monasterii provideret, et²³⁾ per literas generales ad dioecesanum episcopum²⁴⁾ obtentas, ut in dioecesi sua, ubi pro alio scriptum non esset, faceret provideri, cogi iuris ratio non permittit, nec super conferendis ecclesiis aut beneficiis aggravari, etiamsi facultatem habeat dioecesanus per easdem literas providendi.

CAP. XLI.

Per rescriptum directum excommunicatori, ut absolvat excommunicatum, si contra concilium eum excommunicavit, datus exsecutoribus, qui eo non parente exsequantur, non excommunicatori, sed exsecutoribus cognitio demandatur.

Idem.

Ab excommunicato, qui contra statuta concilii generalis²⁵⁾ asserit se ligatum, literis ad excommunicatorem obtentis, ut, si est ita, sine difficultate absolvat eundem, et aliis deputatis iudicibus²⁶⁾, qui, eo non parente, mandatum apostolicum exsequantur, non excommunicatori, qui de facto suo²⁷⁾ certus esse debet, licet in hoc deferatur eidem, sed illis cognitio demandatur.

Cap. XXXIII. 88) W. : C. R. H. per totum. — 88*) cf. supr. c. 28. — 89) sint : C. R. 1. — 90) de : C. H. — 91) ad : ipso : C. R. 1.

Cap. XXXIV. 92) magistro B. : C. R. 2. — 93) noveris : Cont., Böhm. — 94) et al. : dissid. in C. R. L. H. — 95) proponit : C. H. — 96) nullam facerent ment. : ib. — 96*) convenire : Cont. — 97) ad nostr. : C. R. 1.

Cap. XXXV. 98) Radolphus : C. R. 1. — Radolphus, C. H. — Radolphus : Böhm. — 99) proponit : C. H. — 100) intelligeretur : C. R. H. L. — 1) eadem : C. H.

Cap. XXXVI. 2) Navaric. : C. H. — Manucensis : R. 1. — Namutensis : R. 2. — Namucen. : L. — Namutensis : Böhm. — leg. : Namurcenensis. — 3) B. et S. : C. R. L. — 4) abest a C. R. — 5) fuerunt : C. R. L. H. — 6) quadam summa : C. L. — 7) abest a C. H. — 8) fuerint : C. R. 2. — 9) dicti iud. : C. L. — 10) ad nostr. : C. R. 1.

Cap. XXXVII. 11) Ambie. : C. H. — Ambiensis : C. R. 1. — 12) provisionem : C. H. — 13) mancam inscriptionem esse propter hanc pluralem collationem cum Contio credimus. — 14) praecesserunt : C. R. L. — 15) in executione : C. R. 2.

Cap. XXXVIII. 16) Novariensis : C. H. — Novionensis : C. R. — leg. : Novionensis (Noyon). — 17) R. : C. R. 1. — 18) exsequatur : id. — 19) abest ab eod. — 20) fuit : Cont., Böhm.

Cap. XXXIX. 21) Ho. : C. R. 2. — Honorio : C. L. — 22) impetraverat : C. H.

Cap. XL. 23) abest a C. L. — 24) abest a C. R. L.

Cap. XLI. 25) cf. c. 48. de sent. exc. V. 39. — 26) abest a C. R. L. H.

27) add. : in hoc : Cont., Böhm.

CAP. XLII.

Si impetrans rescriptum ad beneficium, dixit se non beneficium, quum tamen haberet beneficium, licet exiguum, non valet rescriptum.

Idem.

Si proponente aliquo, nondum se beneficium ecclesiasticum assecutum, super provisione ipsius, licet minus competens obtinens, rescriptum apostolicum de hoc mentionem non faciens impetretur²⁸), illud veluti fraudulenter obtentum dicimus non valere.

CAP. XLIII.

Abutentes rescripto apostolico in casibus hic enumeratis, privantur commo- modo rescripti, et condemnantur in sumptibus et damnis adversario.

Idem Episcopo Parisiensi.

Quia nonnulli diversis modis literis apostolicis abutuntur, statui- mus, ut, quicumque obtentas sub nomine suo literas aliis eiusdem nominis tradant, qui quos volunt fatigant indebite per easdem, et qui eas tali modo recipiunt, quique illos, contra quos nihil habent²⁹) quaestionis, faciunt in iudicium evocari, aut literas ipsas ad futuras trahunt controversias, quae nondum fuerant tempore impetrationis exortae, seu quemquam super uno negotio, vel etiam malitiose super pluribus personalibus actionibus, quae sub uno iudice possent tractari commodius, per varias literas coram diversis iudicibus³⁰) trahunt, ut laboribus fatigatus³¹) et sumptibus vel compellatur componere, vel cedere iuri suo, aut reus actorem eodem tempore ad diversa loca, vel indeterminate ad villam, quae commune cum pluribus eiusdem provinciae villis habet vocabulum, citari procurat, ut, dum non comparuerit, excommunicetur quasi³²) contumax, et sic eum a sua intentione repellat, earundem literarum commo- careant, et adversarii in moderatis expensis ac damnis, quae propter hoc eos pertulisse constiterit, condemnentur.

TITULUS IV. DE CONSUECUDINE.

CAP. I.¹)

Consuetudo, inferens gravamen ecclesiis, debet iudicis officio tolli. Hoc dicit secundum intellectum magis singularem.

Gregorius I. in Registro.

Consuetudines, quae ecclesiis²) gravamen inducere dignoscun- tur³), nostra nos decet consideratione remittere, "nec illuc etc."

CAP. II.⁴)

Ex consuetudine potest introduci actus sive solennitas, per quam sine apprehensione reali transfertur possessio rei absentis. H. d. et est casus singularis secundum Abbatem Siculum.

Innocentius III. Archiepiscopo et Capitulo Lugdunensi.⁵)

Ex literis, "quas tu nobis, frater archiepiscopo, destinasti, in- telleximus manifeste, quod regnum Daciae, quantum ad ea, quae ad ius fori contingunt, consuetudinibus suis et institutionibus regum suorum omnino regatur. Unde nullum usum testamentorum illius provinciae habere contingit, qui alibi in ultimis decedentium voluntatibus secundum legalem observantiam custoditur." Si vero quis⁶) possessiones aliquas claustris vel aliis religiosis locis in bona valetudine vel ultima voluntate⁷) "constitutis" pro suorum vult reme- dio peccatorum conferre, hanc "ecclesiae" conferendi formam esse proponitis⁸), quod in huiusmodi donationibus modicum terrae consuevit in manu⁹) accipere¹⁰), vel in extremitate pallii, quod¹¹) manu "episcopi vel cuiuslibet alterius" praelati ecclesiae sustine- tur, aut super "ipsum" altare "aliquo involutum panniculo cum de- bita humilitate" ponendum¹²) sub testimonio videntium et audien- tium, sub dicta forma¹³), quae scotatio vulgariter appellatur. "Verum quia huiusmodi donatio malitiose a quibusdam cavillatori- bus, sicut asseris, impeditur, a nobis humiliter postulasti, ne loca religiosa et ecclesiae, quibus multae possessiones sub scotatione

huiusmodi sunt collatae, ab aliquibus possint vel debeant temere perturbari, paterna debemus sollicitudine providere. Nolentes igitur, ut tales constitutiones, quas diuturnitas temporis, ut asse- ris, observavit, et usus consuetudinis hactenus approbatae reti- nuit, temeritate quolibet infirmetur," Discretionem vestrae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus donationes eorum, quae sub obtentu consuetudinis¹⁴) claustris, ecclesiis vel quibuslibet locis religiosis pie conferuntur vel¹⁵) etiam sunt collata, faciatis irrevocabiliter¹⁵) observari, quum huiusmodi siguum, quod scotatio dicitur, non tam factae donationis, quam traditae possessionis sit evidens argumentum, "si quos contraductores etc., Dat. Lat. XVI. Kal. Dec." [1198.]

CAP. III.¹⁶)

Non valet consuetudo, ut in causis ecclesiasticis dictum populi pro sen- tentia teneatur.

Idem Episcopo Pictaviensi.¹⁷)

Ad nostram audientiam noveris pervenisse, quod in tua dioecesi etiam in causis ecclesiasticis consuetudo minus rationalis habeat- tur, quod¹⁸), quum aliqua causa tractatur ibidem, et¹⁹) allegatio- nibus et querelis utriusque partis auditis, a praesentibus literatis et illiteratis, sapientibus et insipientibus, quid iuris sit quaeritur, et quod illi dictaverint vel aliquis eorum, praesentium consilio requi- sito pro sententia teneatur. Nos igitur attendentes, quod consue- tudo, quae canonicis obviat institutis, nullius debeat²⁰) esse mo- menti, quum sententia a non suo iudice lata nullam²¹) obtineat firmi- tatem, ut in causis ecclesiasticis subiectorum tuorum, postquam tibi de meritis earum²²) constiterit, sententiam proferre valeas, sicut ordo postulat rationis, auctoritate tibi praesentium, prae- missa consuetudine non obstante, concedimus facultatem. "Nulli ergo etc. Dat. Lat. XII. Kal. Mart." [1199.]

CAP. IV.²³)

Consuetudo non potest operari, ut clericus non episcopus possit exercere ea, quae sunt reservata ordini episcopali. Et est casus notabilis. Abb. Sicul.

Idem L.²⁴) Vicario nostro apud Constantinopolim constituto.

Quanto de benignitate "sedis apostolicae locum obtines celstiozem, tanto tibi est sollicitius procurandum, ut te talem exhibeas in a- gendis, non declinans ad dextram vel ad sinistram, quod non mi- nus re, quam nomine vices apostolicas gerere videaris." Pervenit "sane" ad audientiam nostram, quod quidam simplices sacerdotes apud Constantinopolim ea sacramenta praesumptum fidelibus exhibere, quae ab Apostolorum tempore "rite" fuerunt solis pontifici- bus reservata²⁵), ut est sacramentum confirmationis, quod chris- mando renatos soli debent episcopi per manus impositionem con- ferre, ad excusandas excusationes in peccatis²⁶) "et sui erroris fo- mentum" solam consuetudinem praetendentes, "quum diuturnitas temporis peccata non minuat, sed augmentet, quae tanto graviora existunt, quanto infelicem animam diutius detinent alligatam. Volentes igitur haec et alia, quae oculis divinte maiestatis offendunt, de agro dominico exstirpari", Discretionem tuae "per apostoli- ca scripta praecipiendo" mandamus, quatenus omnibus "latinis" presbyteris "apud Constantinopolim constitutis" districte prohibeas²⁷), ne talia de cetero sua temeritate praesumant, quae licet non sint a fidelibus contemnenda, tutius tamen est ea sine periculo ex²⁷) necessitate, quae legem non habet, omittere, quam ut ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate, quae lege damna- tur, non sine gravi periculo inaniter conferantur, quum umbra quaedam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in²⁸) ef- fectu. "Alios quoque etc. Dat. Lat. XVI. Kal. Dec." [1199.]

CAP. V.²⁹)

Non valet consuetudo, per quam interdicti sententia violatur.

Idem Decano³⁰) et Capitulo Cenomanensi.

Quum inter vos ex una parte, et canonicos sancti Petri de Curia ex altera, super eo, quod dicti canonici "sancti P." generale inter-

Cap. XLII. 28) impetrat: C. R. 2.
Cap. XLIII. 29) habent: C. H. — 30) abest a C. R. 1. L. — 31) add.:
rens: C. R. 1. — 32) tanquam: C. H.
TIT. IV. Cap. I. 1) L. I. ep. 66., missa Felici episc. Messanensi
(A. 591.) — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) in eccl.: C. H. — 3) noscuntur:
Comp. I.
Cap. II. 4) Restitutum ex Reg. Bal. I. 422. — Comp. III. h. t. c. 1. —
5) Lugdunensi: Cont. — Lugdunensi: C. R. 1. — Lundunensi: Comp. III.
Ms. — Lundunensi: Comp. III. Aug. — R. archiep. et cap. Lundunensi:
Reg. — 6) aliquis: Comp. III. Reg., Cont., Böh. — 7) bona voluntate
vel ultima valetudine: coniectura Contii. — 8) proponis: Comp. III. Reg.,
Cont., Böh. — 9) in manu: desid. in Comp. et Reg. — 10) asserere:
Reg. — 11) abest a Cont. — 12) ponendo: C. R. 2. — 13) forma donatio-
nis huiusmodi (huiusm.): Reg.) subsequente: Comp. III., Reg. — 14) add.:

praedictae: C. H. — 14) abest a Cont. — 15) irrevocabiles: Comp.
III., Reg.
Cap. III. 16) Restitutum ex Reg. Bal. I. 571. — Comp. III. h. t. c.
2. — 17) Pitaviensi: Comp. III. Aug. — Pataviensi: ead. Ms., Reg. —
18) abest a C. H. — 19) abest a Comp. III. et Reg. — 20) debet: Cont.,
Böh. — 21) non ullam: C. R. 1. — 22) causarum: C. I., — eorum:
Cont., Böh.
Cap. IV. 23) Restitutum ex Reg. Bal. II. 212. — Comp. III. h. t. c. 3.
— 24) f.: C. H. — R.: L. — Luci: Comp. III. Aug. — seq.: constituto: non
est in Reg. — 25) observata: Comp. III. Aug. — 26) praedictis: C. H. —
27) praecipis: C. R. 1. — 27) vel ex: Cont. — 28) in: abest a C. R. 1.
Cap. V. 29) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 212. — Comp. III. h. t.
c. 4. — 30) N. Decano: Cont., Reg. — Dec. et Cap. Camerino: Comp. III.
Aug. — Cenomanensi: C. R. 2.

dictum a "venerabili fratre nostro" episcopo vestro, vel a³¹⁾ vobis in civitate Cenomanensi positum non errabant; quaestio vertetur³²⁾, "utraque pars, ut eadem causa sine posset debito terminari, suum nuncium ad sedem apostolicam destinavit. Partibus igitur in nostra praesentia constitutis per procuratores idoneos audientiam praebuimus liberam et benignam, et quidem ecclesiae vestrae proposuit procurator, quod, quum Cenomanensis ecclesia suo loco et tempore pro excessibus saecularis potestatis interdictum velit supponere civitatem, ecclesia beati Petri de Curia, tanquam membrum suo capiti non cohaerens, campanis pulsatis, apertis ianuis divina officia celebrare aliis cessantibus non omisit. Quum autem venerabilis frater noster Oct. Ostiensis episcopus tunc in partibus illis legationis officio fungeretur, idem ad eius praesentiam accedentes, suam ei super hoc querimoniam exponere curaverunt. Qui, partibus convocatis, et rationibus utriusque diligenter auditis et cognitis, quum pars ecclesiae S. Petri per privilegia sedis apostolicae non posset ostendere se munitam, immo ei firmiter constaret, quod ex superbia potius ad hoc, quam ex causa rationabili ducerentur, sententialiter definiit, quod, quum in civitate Cenomanensi positum fuerit interdictum, illud eadem ecclesia observaret, vinculo quoque excommunicationis ac poenae ordinis et beneficii eos supponens, qui suae ducerent sententiae resistendum. Postmodum vero quum propter quoddam excessus saecularis potestatis tota Cenomanensis civitas supponeretur ecclesiastico interdicto, et ipsis canonicis S. Petri denunciatum fuisset, ut a divinorum celebratione cessarent, et observarent, sicut aliae ipsius civitatis ecclesiae, interdictum, ipsi maiore temeritate suae audaciae adiungentes, cum maiori solennitate suum sunt officium executi, venire contra ipsius legati sententiam non verentes." Procurator vero ipsorum proposuit "ex adverso", quod ipsa ecclesia sancti Petri a sui³³⁾ fundatione libera exstitit et exempta, et "de bonis progenitorum carissimi in Christo filii nostri annis Anglorum regis illustris fundata fuerat et dotata, firmiter asseverans, et ex hoc suam credens intentionem fundare, quod decanatum et praebendas ipsius ecclesiae idem rex et progenitores sui conferbant: dioecessano episcopo inconsulto. Proposuit etiam, quod ex consuetudine tali hactenus eadem ecclesia gavisu fuerat libertate, et hoc multoties idem vester episcopus recognovit, quod vos parochialem potestatem interdicere capellanam, qui extra chorum celebrat ecclesiae ante dictae, allegans" de³⁴⁾ consuetudine "antedicta, quod" in generali etiam interdicto licitum erat eis, pulsatis campanis, alta voce, interdictis "tamen" et excommunicationis exclusis, divina officia celebrare. Nos igitur cognito³⁵⁾, quod ex tali consuetudine, si qua foret, dirumpere nervus ecclesiasticae disciplinae, ipsam de consensu³⁶⁾ fratrum nostrorum "penitus" duximus irritandam, "quum non consuetudo, sed corruptela potius sit censenda, concedentes tamen etc. Dat. III. Non. Febr. Ao. VIII." [1205.]

CAP. VI.³⁷⁾

In attribuendis officiis novae dignitati servatur consuetudo vicinarum civitatum. Quae si diversa fuerit, servabitur magis rationalis et alius non praevincans.

Idem Episcopo Helitensi.

Quum olim "venerabilis frater noster" Londonensis³⁸⁾ episcopus nostris auribus intimasset, quod in sua ecclesia proposuerat statuere praecentorem "certum redditum assignaturus eidem sine lesione cuiusquam," nos eius precibus inclinati, ei licentiam concessimus³⁹⁾ praecentorem huiusmodi ordinandi, dummodo in conferendis sibi redditibus nulli inferretur praevindictum, "nihilominus" stabuente, ut praecentor taliter institutus in sessionibus, processionibus et aliis illam haberet in Londonensi ecclesia dignitatem, quam habent alii praecentores in aliis ecclesiis Anglicanis. "Postmodum autem nostris fuit auribus intinatum, quod, licet idem episcopus dilectum filium B. in eadem instituisset ecclesia praecentorem, quod tamen a vobis fuerat de praelibata dignitate statutum biennio iam elapso exsequi non curarat. Quapropter tibi dedimus in mandatis, ut illud, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, exsequi non postponeres, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo. Noviter vero dilectus filius docanus et quidam alii, personatus habentes in ecclesia memorata,

suam nobis transmissere querelam, quod, quum per ecclesias Anglicanas consuetudines sint diversae, ac quidam cantorum minorem, quidam vero maiorem habeant dignitatem, nec possint dignitates eorum, quum sint vel variae vel repugnales, convenire simul in unam, is, qui noviter est institutus in ecclesia Londonensi praecentor, non contentus eo, quod habere potest sine praevindictum aliorum, occasione literarum nostrarum quasdam ipsius decani et aliarum personarum eiusdem dignitates ecclesiae sibi nullo in eorum praevindictum arrogare." Quocirca "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si secundum diversas consuetudines locorum diversas⁴⁰⁾ habere noveris praecentores in Anglicanis ecclesiis dignitates, iam dictum praecentorem illum habere facias in Londonensi ecclesia dignitatem, eaque "appellatione remota" manere⁴¹⁾ contentum, quam, rationalibus et approbatis consuetudinibus ecclesiae⁴²⁾ salvis, sine praevindictum alieno poterit obtinere. "Dat. Lat. II. Non. Febr. Pont. nostr. Ao. XI." [1208.]

CAP. VII.⁴³⁾

Non potest induci ex consuetudine, ut quis possit dimittere dignitatem sine superioris licentia, vel ut possit electus administrare, non habita confirmatione a superiore.

Idem Conventui Corbiensis⁴⁴⁾ monasterii.

Quum venerabilis frater noster episcopus Hostiensis et "dilectus filius" L.⁴⁵⁾ "tituli" sanctae crucis presbyter cardinalis "olim" in partibus Alemaniae legationis officio fungeretur, invenerunt abbatem de monasterio Hermionensi⁴⁶⁾, quod ad Romanam ecclesiam noscitur pertinere nullo mediante, ad monasterium Corbiense, quod est etiam⁴⁷⁾ Romanae ecclesiae speciale, propria temeritate migrasse, licentia illud deserendi, vel confirmatione⁴⁸⁾ a nobis, vel ab ipsis, qui vices nostras in illis partibus tunc gerebant, nec habita, nec petita. "Quumque Northubium advenisset regalia recepturus, iisdem existentibus ibidem, ut contemptus eius manifestior appareret, ad eos accedere non curavit, se mandatorum ipsorum exhibens modis omnibus contemptorem. Propter quod dicti legati venerabili fratri nostro Padeburnensi episcopo dederunt firmiter in mandatis, ut eundem ad suam praesentiam evocaret, et praedictis omnibus diligentius expositis coram eo, ipsum ab omni officio et beneficio suspendere non differret, donec nostro se conspectui praesentaret, de contemptu veniam petiturus. Ceterum quum suum nuncium ad eorundem praesentiam destinaret, se super praedictis omnibus per eundem excusans illius terrae allegavit consuetudinem generalem, asserens, quod pro electionis confirmatione vel obtinenda etiam benedictione vel licentia de uno ad aliud monasterium transeundi, summus Pontifex vel eius legati non erant aliquatenus requirendi, quum in illis partibus consuetudo talis hactenus sit servata. Idem vero legati precibus multorum inducti tam ecclesiasticorum quam saecularium principum, qui eosdem non ipso instantissime rogaverunt, praedictam sententiam relaxarunt, praefato episcopo Padeburnensi mandantes, ut memorato abbati iniungere non differret, ut usque ad dominicam, qua cantatur "Laetare Ierusalem," proximo praeteritam nuncios suos ad sedem apostolicam destinaret, mandatum nostrum tam super hoc quam alius eidem mediantibus nunciis receptoris; quod si facere forte negligeret, ex tunc ipsum in pristinam sententiam reducere non differret, et eam faceret firmiter observari." Postmodum autem, "quum suos ad sedem apostolicam nuncios destinasset, iidem volentes eum multipliciter excusare," nuncii⁴⁹⁾ eius ad defensionem ipsius generalem illius terrae consuetudinem allegarunt. Quum igitur haec non tam consuetudo, quam corruptela merito sit censenda, quae profecto sacris est canonibus inimica, ipsam⁵⁰⁾ mandamus⁵⁰⁾ de cetero non servari. "Dat. Lat. V. Non. Maii Ao. XI." [1208.]

CAP. VIII.⁵¹⁾

De consuetudine potest induci, quod una ecclesia de gremio alterius teneatur sibi praelatum eligere. Et consuetudo est optima legum interpretis.

Idem Decano Salesberiensis, A. Archidiacono et Magistro P. Penetel,⁵²⁾ Canonico Parisiensis.

Quum dilectus filius Guil. Andrensis⁵³⁾ ecclesiae monachus, qui pro clerico⁵⁴⁾ eiusdem ecclesiae se gerebat, et G. "Daubins

Cap. V. 31) abest a Comp. III., Reg. — 32) vertebatur: Cont., Böhm. — 33) ab ipsa sui: Comp. III., Reg. — a prima: Cont., Böhm. — 34) ex: Reg. — 35) auditis hinc inde propositis, quis: Comp. III., Reg. — 36) consilio: C. R. I., Comp. III., Reg. — 37) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 248. — Comp. III. h. t. c. 5. — 38) Londoniensis: C. H. L., Comp. III., Reg. — 39) dedimus: C. R. I. — 40) diversos: Reg. — 41) permanentes: Comp. III., Reg. — 42) eius: ib. — eiusdem ecclesiae: C. R. I. — 43) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 73. — Comp. III. h. t. c. 6. — 44) Corbiensis: Reg. — 45) Leo: Reg., Böhm. — 46) Hermofo: C. R. I. — Herbiopolensi: C. L. — Herwordelensi: Comp. III. Aug. — Her-

wol.: ead. Ms. — Herwordelensi: Reg. (leg.: Herfordensi) — 47) abest a C. R. I. — 48) vel conf.: desid. in Comp. III. Ms. — 49) nunc. ei.: non leg. in Reg. — 49) praedictam cons.: Reg. — 50) manduocinus: C. L., Comp. III. — ipsum de cetero servari volentes etc.: Reg. — 51) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 206. — Comp. III. h. t. c. 1. — 52) Dec. Saliberiensis, A. arch. et mag. P. Penetel etc.: C. L. — Dec. Salesberiensis, archid. etc.: Cont. — Dec. Sal. (Salesiensis: Comp. III. Aug.) A. arch. et mag. P. Peverel can. Par.: Comp. III. — Decano Salesberiensis Parisius commoranti, A. archid. et magistro P. Penetel can. Par.: Reg. — 53) Andrien.: C. R. I. — 54) electo: C. R. L., Comp. III., Reg.

monachus etc. procurator monasterii Karofensis⁵⁵) super iure eligendi abbatem⁵⁶) in Andrensi monasterio, et eiusdem⁵⁷) *Guilelmi* electione in nostra praesentia⁵⁸) invicem⁵⁹) litigarent, idem Gu. electionem suam⁶⁰) a fratribus Andrensis ecclesiae concorditer celebratam auctoritate apostolica petiit confirmari, asserens⁶¹) tam de iure communi, quam de⁶²) privilegio speciali eis a *felicitis recordationis* Alexandro Papa concessa, et a nobis postmodum confirmata, liberam eligendi auctoritatem ad eosdem fratres tantummodo pertinere. *Nam de iure communi omnis congregatio monachorum eligere sibi debet abbatem, et in eiusdem Alexandri privilegio continetur, ut obeunte monasterii Andrensis abbate nullus ibi quilibet subreptionis astutia seu violentia praeponeatur, nisi quem fratres vel eorum pars consilii sanioris secundum Deum et beati Benedicti regulam duxerit eligendum. A nobis quoque praedictis fratribus dignoscitur esse concessum, ut licitum sit eisdem, quum ecclesiam suam abbatibus vacare contigerit, personam idoneam de gremio eiusdem ecclesiae vel aliunde per regularem electionem sibi praeficere in pastorem Karofensi monasterio praesentandam, ut ab ipso confirmationem accipiat, et reverentiam ei, quam debet, impendat.* Dicitur vero *Gaufridus* procurator proposuit ex adverso, quod, quum olim ad petitionem *comitis Balduni, uxoris et filiorum eius*, patronorum ecclesiae *Andrensis* a *bonae memoriae G. Morinensi*⁶⁴) episcopo fuerit constitutum, quod si praefatus locus divino⁶⁴) munere adeo pullularet, ut prior aut abbas constitueretur ibidem, electio eius penes fratres eiusdem loci et capitulum Karofense⁶⁵) penderet, et huiusmodi obtentu statuti⁶⁶) sic fuerit longe⁶⁷) retroactis temporibus observatum, ut monasterio Andrensi vacante, Andrenses fratres in Karofensi capitulo aliquem de gremio monasterii Karofensis sibi eligerent in abbatem, electio praedicti G.⁶⁸) tam contra statuti tenorem, quam etiam contra consuetudinem approbatam, quae optima est legum interpretis, minus canonice attentata, merito cassari debebat⁶⁹), *et mandari fratribus antedictis, ut iuxta quod est hactenus obtentum, procederent ad electionem abbatibus, addicens, quod per privilegium supra dicti praedecessoris nostri, nec etiam confirmationem nostram praedicti auctoritate monasterio Karofensi, quum nulla penitus de praedicto statuto et approbata consuetudine habita mentione fuerint per subreptionem obtenta. Proposuit insuper idem G., quod ex alia quoque causa dicta electio cassari debebat, quia videlicet et ab interdictis et de interdicto fuerat celebrata. Quum enim bonae memoriae Lambertus Morinensis episcopus supra dictis fratribus dederit in praecipua, prout in eius patentibus literis perspeximus contineri, ut ad Karofense monasterium, de cuius gremio eligere debebant abbatem, infra octo dierum spatium accedentes, ibidem eligerent, ut debebant, quod si non facerent, scirent se ab omni officio et beneficio et ecclesiarum ingressu fore suspensos, ipsi mandato episcopi vilipensum infra praefixum tempus, prout debebant, eligere contempserunt. Unde quum post elapsum terminum suspensionis sententia coeperit esse ligati, electio post haec ab ipsis praesumpta debebat irrita iudicari. Ad hoc autem fuit ex adverso responsum, quod quum praedicto modo eligere Andrenses monachi minime tenerentur, episcopo sine causa cognitione hoc praecipue mandanti non tenebantur obedire, ac inde praedicta sententia interdicti eos ligare non potuit, utpote minus rationabiliter promulgata, maxime quum infra terminum ab episcopo constitutum ad Karofense monasterium accedentes, licentiam petierint de suo monasterio eligendi, licet eam nequaquam obtinere. Contra quod pars altera replicavit, quod, etsi fuisset forsitan dicta sententia minus iusta, humiliter tamen parere tenebantur eidem, quum fuisset a dioecetano episcopo promulgata. His igitur et aliis, quae coram nobis utrinque fuere proposita, perspicaciter intellectis, Quia nobis constitit, electionem ipsam a suspensio, et de suspensio etiam celebratam⁷⁰), eam⁷¹) *de consilio fratrum nostrorum* iustitia cassavimus exigente. *Excommunicationis autem et suspensionis in ipsum Guilelmum et alios monachos Andrenses, et interdicti sententias in eorum ecclesias a venerabili fratre nostro Silvanectensi episcopo, et coniudicibus eius post appellationem ad nos interpositam promulgatas ad cautelam duximus relaxandas.* Ceterum quum supra dictum statutum, *vi-**

delicet, quod penes fratres eiusdem loci et capitulum Karofense pendeat abbatibus electio, ita salve posset⁷²) intelligi, quod per illud nec iuri communi, nec *apostolico* privilegio⁷³) derogeretur, ut videlicet ad saepedictos fratres electio spectet abbatibus, et ad Karofense capitulum⁷⁴) confirmatio, *decolationi vestrae praesentium auctoritate* mandamus, quatenus, *auditis hinc inde propositis*, si ex parte Karofensis coenobii⁷⁵) talia fuerit consuetudo probata, quae⁷⁶) iuri communi praedictis, in hac parte vos secundum illam *consuetudinem* decernatis electionem Andrensis abbatibus de cetero faciendam; alioquin⁷⁶), *quodsi talis consuetudo probata non fuerit, per quam in hoc casu praedictetur iuri communi, vos* Andrensi monachis ius eligendi abbatem *sublato appellationis obstaculo* adiudicare⁷⁷) curetis, ut sic de cetero liberam habeant facultatem vel⁷⁷) de gremio ecclesiae suae, vel etiam⁷⁸) aliunde, per electionem canonicam eligendi personam idoneam in abbatem praesentandam Karofensi capitulo, ut ab eo, si fuerit canonice *electio*, confirmetur. *Purro etc. Dat. Lat. III. Non. Ian. Ao. XI.* [1209.]

CAP. IX.⁷⁹)

Capitulum sine episcopo statuta seu consuetudines novas facere vel aliquas immutare non potest.

Honorius III. Parisiensis⁸⁰) Capitulo.

Quum consuetudinibus ususque longaevi non sit levis⁸¹) auctoritas, et plerumque discordiam pariant novitates, auctoritate vobis praesentium inhibemus, ne absque *venerabilis fratris nostri* episcopi vestri *consilio et* consensu immutatis ecclesiae vestrae constitutionibus et consuetudinibus *vestras* approbatae, vel novae etiam inducatis; si quas forte fecistis *in ipsius episcopi praedictum, postquam est regimen Parisiensis ecclesiae adeptus*, irritas decernentes.

CAP. X.⁸²)

Non valet consuetudo, per quam quis inducitur ad peccandum vel bono proprio dissipandum.

Idem Maiori et Burgen.⁸³) de Ruppella.

Ex parte vestra fuit propositum *coram nobis*, quod quum in patria⁸⁴) vestra servatae sint hactenus duae consuetudines abusive, quod⁸⁴) si *forte* indigena vel extraneus prodigalitate vitio, vel incuria, seu quocumque casu alio dissipaverit vel amiserit *omnia* bona sua, bona uxoris suae, *quantumcumque laudabilia et honestae vitae*, tam mobilia quam immobilia, pro suae voluntatis libito⁸⁵) alienat, *quare sit interdum, ut, viro defuncto, uxor remaneat indotata, et superstitibus filii extraneae subiacent incommodis paupertatis*; et⁸⁶) quod si vir ducat uxorem, quae fide coniugii⁸⁶) violata committat⁸⁷) adulterium *manifeste*, nihilominus ipsa mediocritatem omnium bonorum, quae fuerit vir adeptus, impudenter exigit et improbe apprehendit, quae potius privanda esset omnibus viri bonis, *quare super his provideri vobis per apostolicam sedem suppliciter postulatis.* Nos itaque salutis et utilitati vestrae provide consulere cupientes, Tenore praesentium declaramus, vos non teneri ad huiusmodi consuetudines *tanquam iuri contrarias* observandas.

CAP. XI.

Consuetudo non derogat iuri naturali seu divino, cuius transgressio peccatum inducit; nec positivo, nisi sit rationalis et praescripta.

Gregorius IX.

Quum tanto sint graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligata, nemo sanae mentis intelligit⁸⁸), naturali iuri, cuius transgressio periculum salutis inducit, quacumque consuetudine, quae dicecanda est verius in hac parte corruptela, posse aliquatenus derogari. Licet etiam longaevae⁸⁹) consuetudinis non sit vilis auctoritas, non tamen est usque adeo valitura, ut vel iuri positivo debeat praedictum generare, nisi fuerit rationalis et legitime sit praescripta.

Cap. X. 55) Karofen.: Comp. III. Ms. — Karofensis: Reg. (Charroux?) — 56) abb. Maudren.: Comp. III. — 57) et super eiusd.: C. R. 2. — et eiusd. ecclesiae: C. R. 1. — et de eiusdem: C. L., Comp. III. Aug. — 58) in nostr. pr.: desid. in C. R. L. H. — 59) adinvicem: Cont., Böhm. — 60) verb.: elect. — confirmari: desid. in C. R. L. H. — 61) asseruit: C. R. H. L. — 62) abest a Comp. III., Reg. — 63) Morinensi: ib., Böhm. — 64) quod dicitur: C. R. 1. — obt. huius stat.: Comp. III. Aug. — 65) obtentio statuto: C. R. 1. — obt. huius stat.: Comp. III. Aug. — 66) et longe: C. R. 2. — 68) W.: C. H., Comp. III. — Willelmi: Reg. — 69) debent: C. R. 2., Comp. III. — 70) factam: C. R. 1. — 71) ipsam: Comp. III., Reg. — 72) possit: Reg. — 73) privilegii: C. H. — 74) monasterium: C. R. 1. — 75) coenobii: C. R. 1. H. — 76) quod: Comp. III. Aug. — 76) abest

a Comp. III., Reg., Böhm. — 77) abiudicare: C. R. 2. — 77) abest a Böhm. — 78) abest a C. R. 1., Comp. III. Aug.

Cap. IX. 79) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 80) Papiensis: Coniectura Contii. — 81) ois: C. H.

Cap. X. 82) Restitutum ex Comp. V. c. 1. de adult. V. 8. — 83) Mai. et Burgenibus: C. R. 1. — Mai. et Burgen. de Ruppella: C. H. — Mat.... Rebella: C. L. — Maiori burgenibus de Ruppella: Comp. V. Ms. — 84) terra: C. R. H. L., — quod in terra v. s. sunt: Comp. V. — 84) una signi- dem haec est: Comp. V. — 85) arbitrio: C. H., Comp. V. — 86) alia quoque consuetudo est non impariter improbanda, quod: Comp. V. — 86) coniugum: Comp. V. Ms. — 87) committit: C. R. H.

Cap. XI. 88) ignorat: C. R. 1. — 89) verba const. 2. C. quae sit longa cons. VIII. 33.

TITULUS V.
DE POSTULATIONE PRAELATORUM.

CAP. I.¹⁾

Impostulabilis est qui violat interdictum. H. d. quoad titulum; habet enim multa alia dicta, quae non faciunt ad tit.

Innocentius III. Decano et Capitulo Senonensi.

Ad haec²⁾ in B. Petro (Et infra): "Sane, quum ecclesia Senonensis semper fuerit ecclesiae Romanae devota, non immerito ipsius ecclesiae passioni compatimur et doloribus condolemus, quum eo sit viduata pastore, qui, etsi nobilis esset genere, nobilior tamen fuit, sicut credimus, sanctitate. (Et infra:) Dolemus insuper, quod dolori nimio, quem de tanti patris obitu conceperat ecclesia Senonensis, dolor alius supervenit, quum ea vix surgente ab officio funeris tam funesti, vix digne celebratis exsequiis tanti patris, rex ipse iniuste commotus possessiones ipsius tam ad mensam archiepiscopi, quam canonicorum etiam pertinentes, non ut decuit vel debuit, sed ut voluit et valuit, occupavit, et personas etiam, quae de mandato nostro suspenderant organa sua, compulsi exulare." (Et infra:) Quumque "propter persecutionem instantem et diffidentiam animorum, quam in talibus et zelus movet interdum, et usus excusat," de facili non possetis in unum locum et propositum venire, sed ad nos fuisset ab aliquibus appellatum, tandem "non sine difficultate" convenientes in unum, Altissiodorensis³⁾ episcopum in archiepiscopum "unanimitè" postulastis, postulationem vestram per magistrum R.⁴⁾ praecentorem vestrum, "virum ita utroque iure peritum, honestum, providum et discretum, qui apud nos super assumpti promotione negotii fideliter institit, et de contingentibus nihil omisit," et per abbatem S. Petri, "et per vestras etiam literas" exponentes et pelentes "humiliter", ut faciendae translationi "favorem apostolicum et" "pium praerberemus assensum, "considerata praesertim persecutione, quae communiter instat ecclesiae Gallicanae, ac necessitate, quae incumbit specialiter ecclesiae Senonensis". Verum quoniam, antequam idem magister ad sedem apostolicam accessisset, "audieramus a multis, immo etiam" nobis quasi pro certo constabat, quod⁵⁾ idem episcopus interdicti sententiam non servasset, quod etiam idem⁶⁾ magister non negavit, in "nostra et" fratrum nostrorum praesentia⁷⁾ requisitus a nobis, in ipsius episcopi excusationem allegans, quod sententiam latam⁸⁾ servare nullatenus⁹⁾ tenebatur, quae ad eius notitiam nec per literas nostras, nec per "dilectum filium P. S. Mariae in Via lata diaconum" cardinalem tunc apostolicae sedis legatum, qui eandem sententiam promulgarat¹⁰⁾, nec per deputati ad hoc¹¹⁾ executoris mandatum vel literas pervenisset, "et quod in Altissiodorensi dioecesi rex ipse terram propriam non haberet, et quod eadem Altissiodorensis dioecesis ex alia causa fuerat interdicta." (Et infra:) Quod¹²⁾ nec sufficit, immo nec proficit ad excusationem praedicti "Altissiodorensis" episcopi, "et aliorum similium, quod mandatum nostrum et cardinalis eiusdem, vel executoris etiam ad se per speciales literas ad ipsos directas vel speciale mandatum non pervenisse proponunt"; quum cardinalis idem sententiam interdicti, praesentibus multis "archiepiscopis et episcopis", solenniter ac publice promulgaverit¹³⁾, et eadem interdicti sententia in regno Francorum iam a¹⁴⁾ multis publice¹⁵⁾ coeperit¹⁶⁾ observari; nec sit necessarium, quum constitutio solenniter editur aut publice promulgatur, ipsius notitiam singulorum auribus per speciale mandatum vel literas inculcare; sed id solum sufficit, ut ad eius observantiam teneatur¹⁷⁾, qui¹⁸⁾ noverit eam solenniter editam aut¹⁹⁾ publice promulgatam; quum et contra quosdam, qui Sardicense concilium non servabant, tanquam illud non habuerint aut perceperint²⁰⁾, canonica tradat auctoritas, quod eis non facile facultas credendi tribuitur, quum idem penes illos in suis regionibus actum fuerit et receptum. Nec valet, quod in Altissiodorensi dioecesi dictus rex terram propriam dicitur non habere, quum nos terram totam regis ipsius subiecti mandaverimus interdicto, et cardinalis, nostrum²¹⁾ interpretatus mandatum, in terram illam sententiam promulgaverit, quae regi tunc temporis adhaerebat. "Quodsi episcopatus eius

ex alia causa fuerat interdictus, interdicti sententiam et tenebatur fortius, et poterat facilius observare." Sed inde liquido constat, saepe dictum episcopum sufficienter excusari non posse, quod suam metropolitanam²²⁾ ecclesiam generalis interdicti sententiam et recepisse noverat et servare. "Ideoque unus eorum existit, qui deliberantes super eadem sententia de communi consilio decreverunt, sed erraverunt, ut ipsam sententiam non servarent, quum, si verbum Apostoli Petri de Clemente²³⁾ dicentis diligentius attendissent, commotionem super hoc non debuerint expectare, sed obsecundare prudenter et humiliter obedire." Nos igitur, qui secundum Apostolum prompti sumus inobedientiam omnem ulcisci, eiusdem episcopi²⁴⁾ Altissiodorensis inobedientiam attendentes, ne²⁵⁾ nil obedientia prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesset, quum iuxta canonicas sanctiones²⁶⁾ quaedam sint culpa, in quibus culpa est relaxare vindictam, "habito cum fratribus super hoc diligentè tractatu, quantumcunque nobis tanquam obedientiae filiis deferre vellemus," postulationem "tamen" huiusmodi non propter postulantem ecclesiam, sed propter postulatam personam repulimus²⁷⁾ ut indignam. Licet autem ex eo, quod hominem, qui vestro non conveniebat proposito, postulastis, quum vos interdicti sententiam servaretis, et²⁸⁾ ipse "tamen" eam²⁹⁾ contemneret observare, permessa vobis facile³⁰⁾ abusi fueritis potestate, ac ideo vos ea non immerito privare possemus, "quum iuxta divinae legis edictum non liceat vestem induere de lana linoque contextam: ne tamen vestrae videamur devotionis ingrati," de solita tamen³¹⁾ "apostolicae sedis" benignitate concedimus, ut vobis "et eidem ecclesiae" per³²⁾ postulationem idoneam seu electionem canonicam de persona congrua³³⁾ consulatis.

CAP. II.³³⁾

Qui postulationem cassatam vitio personae innovat, est eligendi et postulandi potestate privatus.

Idem Hostiensi Episcopo apostolicae sedis Legato.

Gratum gerimus "et acceptum, et fraternitatem tuam plurimum commendamus, quod ad promotionem venerabilis fratris nostri S. quondam Cameracensis episcopi, nunc autem archiepiscopi Senonensis, et prudenter et efficaciter attendisti." Acceptimus "etiam" ex literis tuis, quod canonicis Senonensibus, quorum³⁴⁾ postulatio, "quam fecerunt", nostra fuit³⁵⁾ auctoritate cassata, licet cassationis literas suppressissent in fraudem, ut³⁶⁾ "concorditer et" canonice ad electionem procederent, mandavisti, "addiciens etiam, quod, nisi forsitan in talem personam concorditer vota tua transferrent, pro qua merito tuum obtinere deberent consensum, de provisione ipsius ecclesiae postmodum faceres quod crederes expedire." Quumque plures eorum postulationem cassatam a nobis innovare denuo niterentur, quidam vero episcopum³⁷⁾ Cameracensem in archiepiscopum postularent³⁸⁾, tu intelligens, eos, qui cassationem nostram quodammodo revocare volebant, eligendi privilegium amississe, quia concessa sibi ex apostolicae sedis benignitate abuterentur temere potestate, ac ideo ad alios³⁹⁾, licet pauciores numero, quantum tamen ad hoc⁴⁰⁾ pertinet, consilio saniores, eligendi vel postulandi devolutam esse licentiam, praedictum Cameracensem ad eorum instantiam in pastorem auctoritate fretos apostolica providisti, "et deputasti ad regimen ecclesiae Senonensis." Nos igitur, "tanto id magis gratum et ratum habentes, quanto in eius promotione de mandato nostro et beneplacito potius processisti," a sollicitudine Cameracensis ecclesiae ipsum reddidimus⁴¹⁾ absolutum, "ut liberius gerat curam metropolis Senonensis," quod a te de mandato nostro⁴²⁾ factum est auctoritate apostolica confirmantes.

CAP. III.⁴²⁾

Postulatio, per quam privata vel minor utilitas communi vel maiori praefertur, vel quae fit a minori quam a tertiae partis collegii, admitti non debet.

Idem Clericis Ravennatis ecclesiae.

Bonae memoriae Guil. archiepiscopo vestro viam universae carnis ingresso, "eius nobis obitum per vestras literas intimastis. Nos

TIT. V. Cap. I. 1) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — Non est in Reg.; anno tamen 1200. missam fuisse sequitur ex Reg. Brequ. III. 20. et Gest. Innoc. LVI. — 2) hoc: C. H., Cont. — 3) Altissiodor.: id. per tot. — 4) W.: id. — 5) quoniam: Comp. III. — 6) abest a C. H. — 7) inter praesentiam: C. R. 1. — 8) illam: Comp. III. — 9) add.: episcopus: C. R. 2. — 10) promulgavit: C. L. — 11) haec: Comp. III. Aug. — 12) abest a Comp. III. — 13) promulgavit: Coat., Comp. III., Böhm. — 14) abest a Cont. — 15) abest a C. R. — 16) coeperat: C. R. 1. — 17) teneantur... noverint: id. — 18) quod: Comp. III. Aug. — 19) ut: C. L. — 20) receperint: Comp. III. — cf. Dist. XVI. c. ult. — 21) abest a Comp. III. Aug. — 22) suae metropolitae: C. R. 1. — 23) cf. Dist. XCIII. c. 1. — 24) abest a C. R. L., Comp. III. — 25) quia: C. H. — 26) cf. Dist.

XXVIII. c. 10. — 27) repellimus: C. R. — 28) abest a Comp. III. — 29) abest a C. L. — 30) non est in C. R. L., Comp. III. — 31) abest a Comp. III. — 32) vel per post. — vel per el.: Comp. III., Böhm. — 33) abest a C. H. L. — idonea: C. R. 1.

Cap. II. 33) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — cf. not. 4. ad cap. prox. antec. — 34) ut quum: Comp. III. — 35) fuerit: C. R. 2. — 36) fuerit: Comp. III. — 37) abest a Comp. III. Ms. — 38) praedictum: Comp. III. — 39) postulant: C. R., Comp. III. Aug. — 38) alias: Böhm. — 39) haec: Comp. III. Aug. — 40) reddimus: C. R. H. L., Comp. III. — 41) de mand. n.: omis. sunt in Comp. III. — 42) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 3. — Assignandum esse anno 1202. probat Reg. Brequ. V. 6.

autem vobis dedimus in mandatis, ut personam idoneam, quae in nostra devotione persisteret, vobis eligeretis canonicè in pastorem. Quumque vos postmodum, receptis literis, super electione substituendi pontificis tractaretis, vota vestra fuerunt in diversa divisa. Nam quidam vestrum⁴³ dilectum filium nostrum S. tituli sanctae Praxedis presbyterum cardinalem, quidam vero venerabilem fratrem nostrum⁴⁴ Imolensem⁴⁵ episcopum postulaverunt. Quumque partes postulationes suas per nuncios suos nobis praesentassent, proponebatur ab iis, qui cardinalem postulaverant memoratum, quod plures, quam duae partes vestrum, concernerent in eundem. Verum pars altera proponebat, quod digniores personae postularant episcopum Imolensem, et quod in postulatione ipsius et forma canonica et tenor compromissionis fuerat observatus, quum tanquam suffraganeus Ravennatis ecclesiae postulatus de ipsius gremio existisset. Fuerat enim compromissum, ut de corpore Ravennatis ecclesiae vel archiepiscopatu personam eligerent congruentem; quod pars altera frivolum assererat, quum, et si talis conditio fuisset adiecta, poterat tamen de Romanae ecclesiae collegio propter ipsius privilegium praefata postulari persona, quum membra capituli a membris corporis censeri non debeant aliena. Nos igitur, auditis, quae de facto hinc inde proposita et de iure insuper fuerant allegata, deliberavimus cum fratribus nostris, et plenius etiam pro utralibet partium curavimus allegare. Consideravimus⁴⁶ vero, quod eiusdem cardinalis praesentia utilior sit non solum Romanae, sed etiam ecclesiae generali, tam apud apostolicam sedem, quam apud ecclesiam Ravennatensem, et quod maioris meriti sit in huiusmodi necessitatis articulo praerire in sanctae terrae subsidium exercitui Iesu Christi, quam suscipere pondus pastoralis officii. Unde non immerito praeferebant speciali utilitati communem et minori maiorem, praedictum cardinalem postulationi vestrae non duximus concedendum. Attendentes autem ex altera parte, quod praedictus episcopus Imolensis⁴⁶, a minori quam tertia parte fuerit postulatus, et quod apostolica sedes postulationes huiusmodi non consueverit in tanta divisione ac⁴⁷ contradictione recipere, quum etiam quando aliquis ab aliis unanimiter postularatur, ad admittendam postulationem eorum non tam ex iustitia, quam ex gratia moveatur, postulationem ipsius non duximus admittendam. Monemus igitur discretionem vestram et exhortamur attentius, per apostolica scripta Mandantes, quatenus infra mensem post susceptionem praesentium cum his, qui vocem in electione habere noscuntur, per electionem, postulationem seu nominationem canonicam in personam idoneam, quae in ecclesiae Romanae devotione persistat, concorditer convenire curetis, et electionem, postulationem seu nominationem vestram per idoneos nuncios sedi apostolicae praesentetis. Veniant autem etc.

CAP. IV. 48)

Archiepiscopus in archiepiscopum postularatur. Et ex quo postulatio praesentata est Papae, non possunt postulantibus ab ea recedere; sed debet superioris iudicium expectari. H. d. quoad titulum.

Idem Praeposito et Capitulo Strigoniensi⁴⁸.

Bonae memoriae Guil.⁵⁰ archiepiscopo vestro viam universae carnis ingresso, quum in venerabilem fratrem nostrum Colocensem archiepiscopum postulandum a nobis contulissetis unanimiter vota vestra, et regium super hoc obtinissetis assensum, suffraganei Strigoniensis ecclesiae, Quinqueecclesiensis episcopus⁵¹ videlicet et quidam alii, postulationi vestrae se opponere curaverunt, asserentes, quod eis contemptis, qui ius habebant⁵² eligendi vobiscum, postulatio eadem fuerat attentata; licet vestri nuncii proponerent ex adverso, quod super praeficiendo vobis pontifice de gratia multotiens suffraganeorum fuerat requisitus assensus, sed ipsi⁵³ vobis consilium et auxilium denegaverunt. Nunciis igitur in nostra praesentia constitutis, et proponentibus adversariis quaedam alia contra postulationem vestrae processum, quae in prioribus literis meminimus nos plenius expressisse, quia nobis de propositis non constabat, ita duximus providendum, ut, si suffraganei⁵⁴ persistentibus in contradictione sua, vos postulationi vestrae velletis⁵⁵ instare, usque ad septuagesimam tunc primo venturam per procuratores idoneos, ad omnia sufficienter instructos, ad sedem apostolicam veniretis, ut statuereamus utraque parte praesente quod iustitia suaderet; si autem illi⁵⁶ a contra-

dictione sua⁵⁷ cessarent, et vos instaretis proposito vestro⁵⁸, ad praesentiam nostram mitteretis personas idoneas infra terminum supra dictum, quae⁵⁹ super his, quae opportuna forent, nos redderent certiores. Quodsi contradicentibus episcopis memoratis vos contingeret de iure vestro diffidere, ne laborem et dolorem subiretis incassum, aliam⁶⁰ personam idoneam provideretis vobis canonicè in pastorem. Ceterum, quum inclitae recordationis H. rex Hungariae viam fuisset universae carnis ingressus, quidam vestrum, a postulatione vestra⁶¹, quam nobis praesentaveratis communiter, temere recedentes, aliis persistentibus in eadem, et ad sedem apostolicam appellantis, praedictum Quinqueecclesiensem⁶² episcopum in archiepiscopum postulaverunt. Quorum votis nullus suffraganeorum assensit, excepto duntaxat episcopo Nitriensi. Et licet carissimus in Christo filius noster A. Hungariae rex illustris, tunc dux et regni Hungariae, L. nepotis sui regis nomine, cuius tutelam et regni curam ipsi frater eius commiserat, gubernator, precum suarum primitias ad nos pro praedicti Colocensis postulatione transmisit, postmodum tamen pro Quinqueecclesiensi episcopo ad Strigoniensem metropolim transferendo nobis per literas suas humiliter supplicavit. Nos igitur⁶³, postulationem ipsam⁶⁴, quam invenimus post appellationes interpositas in multa discordia, non solum suffraganeorum, verum etiam canonicorum Strigoniensis ecclesiae, ac⁶⁵ contra formam mandati nostri regulari ordine praetermissa temere celebratam, illam exigente iustitia non duximus admittendam; sed vobis dedimus in mandatis, ut ad providendum vobis pastorem idoneum per electionem canonicam vel postulationem concordem, requisito suffraganeorum assensu, si esset de antiqua et approbata consuetudine requirendus, infra mensem post susceptionem literarum nostrarum procedere curaretis⁶⁶; alioquin ex tunc, ne gregi dominico deesset diutius cura pastoralis, nos ipsi provideremus ecclesiae viduatae, secundum officii nostri debitum ex plenitudine apostolicae potentatis. Verum antequam ad vos literae nostrae pervenissent⁶⁷, innitentes mandato priori, suffraganeos, qui erant in regno praesentes, praeter praedictum Quinqueecclesiensem⁶⁸ ad concordiam revocastis ita, quod Watiensis, Wesprimiensis et Lanciensis episcopi pro translatione Colocensis archiepiscopi, salvo iure suo in posterum, cui propter afflictionem et necessitatem Strigoniensis ecclesiae supersedeant, ad praesens nos humiliter rogaverunt, praedicto Nitriensi scribente, quod, si non placeret nobis electionem factam de Quinqueecclesiensi admittere, pro postulatione alterius sine praedictio iuris sui nos suppliciter exorabat. Post haec autem mandato nostro recepto⁶⁹, hi, qui in archiepiscopum Colocensem convenerant, ab eius postulatione, sicut fuit propositum coram nobis, recedere noluerunt, sed innovaverunt⁷⁰ eandem, reversis ad eos quibusdam canonicorum⁷¹; qui in partem alteram declinarant, cum praedicti regis et suffraganeorum literis dilecti filii A. magistrum scholarum, M. thesaurarium, A. archidiaconum et F. et N. canonicos Strigonienses ad sedem apostolicam destinaverunt, super postulatione sua dispensationis gratiam petentibus. Ceteri vero, qui Quinqueecclesiensem episcopum postularunt, sicut ex eorum parte fuit propositum coram nobis, convenientes in unum, ceteros canonicos ad capitulum convocarunt, ad postulationem concordem vel electionem canonicam iuxta mandatum apostolicum infra praefixum terminum sibi procedere cupientes. Sed, illis nolentibus convenire, intelligentes, penes se tantum remansisse facultatem liberam eligendi, quia reliqui ius suum prosequi negligebant, praedictum Quinqueecclesiensem episcopum, licet ne id fieret fuisset ab aliis appellatum, denovo postularunt. Quum ergo utriusque partis nuncii ad sedem apostolicam pervenissent, hi, qui pro Quinqueecclesiensi episcopo venerant, proponebant, partem suam iuxta mandatum apostolicum processisse, nec obstare discordiam vel contradictionem eorum, qui iuxta formam mandati nostri procedere contententes, illo recepto nec elegerant quinquam canonicè, nec concorditer postularant. Unde concursus debebat eorum postulatio reputari, quum ceteri, tanquam iussionis apostolicae contemptores, eligendi et postulandi se iure privassent, dum nec postulare nec eligere voluerunt, immo nec etiam ad capitulum convenire. Ad haec autem ex adverso poterat responderi, quod illi, qui Colocensem archiepiscopum postularant, formam secuti fuerant per nostras literas sibi datam, quoniam innitentes postulationi priori, iuxta tenorem priorum lit-

Cap. III. 43) add.: T.: C. H. — 44) Emolien.: C. H. — 45) Consideramus: C. R. 2. — 46) Celonensis: Cont., Böhm. — 47) aut: C. R. 1. h. t. c. 4. — 48) Strigoniensis: C. R. 2. H., Comp. III., Reg. — 50) W.: Comp. III. Aug. — J.: ead. Ms. — venerabili: Reg. — 51) abest a C. L. — Quinqueecclesiensis videlicet, Watiensis, Wesprimiensis (Wosprimiensis: Ms. — Wesprimiensis: Reg.) et Nitriensis (Sutrens: Ms.) episcopi postulationi etc.: Comp. III., Reg. — 52) habeant: Reg. — 53) episcopi: Comp. III., Böhm. — 54) his suffrag.: C. R. 1. — 55) volentes: Comp. III. — 56) ipsi: C. R. 2. — 57) abest a C. H. L., Comp. III., Reg. — 58) abest a

C. H. L., Comp. III. Ms., Reg. — 59) qui: Comp. III. Aug. — 60) aliquam: C. R. 2. — 61) abest a C. R. L., Comp. III., Reg. — 62) Quinqueecclesiensis: C. H. per totum. — 63) ergo: Reg. — 64) super postulatione ipsa, cum fratribus nostris habito diligenti tractatu, quoniam invenimus eam: Comp. III., Reg., Böhm. — 65) abest a Comp. III., Reg. — 66) procederetis vel procedere curaretis: C. H. — 67) pervenirent: C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 68) add.: episcopum: C. R. 1. H., Comp. III. — 69) suscepto: C. R. L., Comp. III., Reg. — 70) innovantes: Comp. III., Reg. — 71) canonicis: Cont., Böhm.

rarum nostrarum concordem fecerant, quae fuerat prius discordans suffraganeas ad concordiam revocarunt. Nec obstabat⁷²⁾ eorum discordia, qui alium postularunt⁷³⁾, quum prius in postulatione archiepiscopi supradicti convenisset pariter universi, et consensum vestrum annotatum literis, et subscriptionibus propriis roboratum, petiisset a nobis per communes nuncios confirmari, nosque vestram recepissemus postulationem diiudicandam, si suffraganei forsitan in contradictione persistenterent, vel, si consentirent, aut etiam⁷⁴⁾ cederent⁷⁵⁾, approbandam. Si enim, postquam postulatione subscriptionibus postulantium roboratur, et praesentatur Romano Pontifici approbanda, possent ab ea recedere postulantes, nobis frequenter illuderent, et iudicium nostrum ex eorum pendere arbitrio videretur. Poterat quoque addi, quod pars altera mandatum apostolicum non servarat, utpote quae nec postulationem concordem, nec electionem canonicam celebrarat, quam in maiori contradictione quam prius, non solum canonicorum, sed suffraganeorum etiam, ipso rege adversae parti favente, praedictum Quinqueecclesiensem episcopum postulasset. Auditis igitur his et aliis, quae fuerunt hinc inde proposita, et habito super hanc fratrum nostris diligenti tractatu, Intelleximus itaque⁷⁶⁾ quod, etsi neutra esset postulatio approbanda, iuxta tenorem tamen posterioris rescripti ad nos de cetero Strigoniensis ecclesiae provisio pertineret. Quia vero non plenam de personis illius⁷⁶⁾ regni notitiam habebamus, ideoque non poteramus salva conscientia "nostra" eidem ecclesiae⁷⁷⁾ in alia persona, quae de regno Hungariae originem duceret, congrue providere, nec vellemus ei praeficere alienum, quamvis "regularius et" honestius videretur, si suffraganeus ad metropolim suam accederet⁷⁸⁾, quam archiepiscopus "a metropoli" ad metropolim transferretur, partem tamen elegimus potiore, et eundem archiepiscopum, in quem omnes, quorum consensus in electione vel postulatione pastoris requiritur, licet diversis temporibus convenerant, a vinculo, quo tenebatur Colocensi ecclesiae, absolventes, ad metropolim Strigoniensem⁷⁹⁾ transferimus, et ei licentiam tribuimus transeundi, pallium ei ad nomen et usum eiusdem ecclesiae transmissuri. *Monemus igitur etc. Dat. Romae II. Non Oct.* [1205.]

CAP. V.⁸⁰⁾

Postulatio, contra quam agitur de contempto, potest sine praedictio alicuius reiici; potest tamen de speciali gratia admitti. Hoc dicit.

Idem Capitulo Strigoniensi.⁸¹⁾

Postulationem, quam celebrastis⁸²⁾ de venerabili fratre nostro J. Colocensi archiepiscopo ad Strigoniensem metropolim transferendo, venerabiles fratres nostris eiusdem metropolis suffraganei, videlicet C. Quinqueecclesiensis, B. Watiensis; R. Vesprimiensis et I. Nitriensis episcopi penitus contradicunt, per suas nobis literas intimantes, quod V. bonae memoriae archiepiscopo vestro viam universae carnis ingresso, eis inconsultis vos, habito ad invicem consilio diligenti, quosdam de concanonice vestris ad carissimi in Christo filii nostri Ungarorum regis illustris praesentiam destinastis, et quem vobis praefici volebatis nominatenus expressistis. Post dilationem vero non longam, quum ad festum B. Stephani regis iudei episcopi solenniter convenissent, ut super electione Strigoniensis ecclesiae unanimi deliberatione tractarent, vos, ab eisdem episcopis requisiti, quem illi sedi velletis praefici ac praeponi, taliter respondiistis, quod nullum auderetis eligere, nisi qui plenam regis gratiam obtineret, et protinus praedictum Colocensem archiepiscopum nominare curastis, adicientes, quod in electione archiepiscopi suffraganei nihil iuris haberent, quibus ipsi suffraganei responderunt, quod a prima Christianitatis institutione in regno Hungariae usque ad ista tempora nullus ad sedem Strigoniensem fuerat electus, nisi suffraganeis una cum canonicis eligentibus iuxta consuetudinem canonicam et consuetudinem approbatam. Dixerunt etiam, quod prius inquiri deberet, utrum de gremio illius ecclesiae posset utilis et idoneus reperiri, asserentes, quod in ea multi sunt viri honesti, discreti et literati, qui possent illi ecclesiae decentius praesidere. Illud insuper per eundem nobis literas intinarunt, quod, quum praedictus Colocensis archiepiscopus usque ad haec tempora Colocensem ecclesiam Strigoniensi metropoli asseruerit esse parem, eique tam verbo quam opere varias et intolerabiles iniurias irrogavit, non modicum formidabant, ne, si ad memoratam

metropolim transferretur, propriae confessionis et assertionis non immemor, quasi rubore perfusus, ne sibi ipsi contrarius videretur, negotia Strigoniensis ecclesiae minus efficaciter assumeret promovenda, et ipsos episcopos, qui eius verbis et actibus iuxta debitum suum dure quandoque restiterant, opprimere non cessaret, quum tamen, iuxta canonicas sanctiones, iudex aliquibus non debeat dari suspectus. Porro dilecti filii,.... abbas de Bucco et magister Petrus pro rege praedicto, nec non et praepositus Posenensis et thesaurarius ecclesiae vestrae pro vobis in contrarium allegantes asseruere constanter, ea, quae ab ipsis episcopis proposita fuerant, penitus esse falsa, firmiter proponendo, quod per eundem praepositum et alios ante communem tractatum vocati fuerunt solenniter, et venerunt, oratione de gratia multoties fuit requisitus assensus; sed, quum super ecclesiae vestrae provisione consilium et auxilium vobis congruum denegarent, vos, ipsi ecclesiae desolatae providere volentes, vocatis praedictis episcopis, convenistis in unum, et vota vestra in praedictum Colocensem archiepiscopum, ut ipsum postularetis a nobis, unanimiter eis praesentibus contulistis, suppliciter exorantes, ut nos suis literis pro postulatione vestra rogarent, quod ipsi facere penitus recusarunt. Praenominatis autem nuhiis asserentibus, quod translationem ipsius archiepiscopi urgens necessitas et evidens utilitas exigebant, in ipsa disceptatione fuit propositum coram nobis, quod memoratus archiepiscopus Colocensis, in grave Strigoniensis ecclesiae praedictum, vobis reclamantibus et confirmationes sedis apostolicae ostendentibus, filium praedicti regis coronavit in regem, quum non ad Colocensem ecclesiam, sed ad metropolim vestram coronatio regis Hungariae pertinere noscatur; unde tanquam alieni iuris invasor et apostolici statuti contemptor debet graviter castigari, poteratque verisimili coniectura praesumi, quod, quum ipse querelam contra se ipsum et contra factum proprium non esset moturus, ius ecclesiae vestrae super hoc praetermitteret indefensum, per quod ei grave posset praedictum generari, quatenus e contrario fuerit replicatum, quod absque contradictione cuiuslibet et praedictio alicuius praescripta coronatio ab universitate fuerat celebrata. Licet ergo per postulationem huiusmodi nullum ius sit alicui acquisitum, ideoque sine praedictio alicuius postulationem⁸³⁾ potuissemus repellere memoratam; ut tamen vobis, "quantum cum Deo possumus," de speciali gratia consulamus, ita duximus providendum, quod, "si praedicti pontifices in contradictione persistenterent, et vos ad postulationem institeritis obtinendam, quia nobis non constitit de praemissis, usque ad septuagesimam proximo venturam" per procuratores idoneos, ad omnia sufficienter instructos, nostro vos conspectui⁸⁴⁾ praesentetis, quatenus utraque parte praesente quod iustum fuerit decernamus. *Si autem illi etc. Dat. Romae ap. S. Petr. X. Kal. Dec.* [1204.]

CAP. VI.⁸⁵⁾

Episcopus non est eligendus ad aliam dignitatem, sed postulandus.

Honorius III. Capitulo Calaritano.⁸⁶⁾

Etsi unanimiter vota vestra concurrerint ad Sutrinum⁸⁷⁾ episcopum in ecclesiae vestrae archiepiscopum eligendum, quum suae alligatae ecclesiae liberum non habeat⁸⁸⁾ sine nostra permissione⁸⁹⁾ volatum, electionem de ipso factam, tanquam contra canones minus licite attentatam, de fratrum nostrorum consilio duximus irritandam, quum eligi nullo iure poterit, sed potius postulari. *Volentes tamen etc.*

TITULUS VI.

DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

CAP. I.¹⁾

Ecclesias collegiatae non debet provideri de praelato per collationem seu provisionem, sed per electionem canonice fiendam per ipsum collegium. H. d. Abbas.

Lucius Papa.²⁾

Nullus in ecclesia, ubi duo vel tres "fratres" fuerint in congregatione, nisi eorum electione canonica³⁾ presbyter eligatur, "et eisdem convocatis, et parochianis, atque in unum consentientibus."

Cap. IV. 72) nocbat: C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 73) postularant: Reg. — 74) abest a Comp. III., Reg. — 75) crederent: Reg. — concederent: Comp. III. Aug. — 75) abest a Comp. III. et Reg. — 76) ipsius: Reg. — 77) abest a C. H. — 78) ascenderet: C. R. I. — 79) Strig. ecclesiae: ib. — 80) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 159. — Comp. III. h. t. c. 4. — 81) Strigoniensis: Comp. III. Aug., Reg. — 82) celebratis: Comp. III. Aug. — 83) abest a C. H. — 84) aspectus: ib.

Cap. VI. 85) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 86) Gallitano: C. R. I. — Calaritano: C. H. — Carlatano: Comp. V. Ms. — 87) Sutrinum: Böhm. — Suellensem: Comp. V. — 88) add.: ad aliam: C. R. I. — 89) voluntate: C. H.

TIT. VI. Cap. I. 1) Restitutum ex Lips. XXXI. 10., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Fius: C. R., Lips., Comp. I. Ms. — 3) abest a Coll. edit.

Si vero aliter quis ecclesiam adeptus fuerit, eo, quod per cupiditatem illam acquisierit, atque contra canonicae regulae disciplinam egerit, expellatur.

CAP. II.

Electus ad clamorem populi, non debet per superiorem confirmari.

Ex concilio Sardicensi.⁴⁾

Osius episcopus dixit: Si quis⁵⁾ ita temerarius exatiterit, ut "fortasse" talem⁶⁾ excusationem afferens⁷⁾, asseveret, quod⁸⁾ literas populi acceperit⁹⁾, quum manifestum sit potuisse¹⁰⁾ plures eorum¹¹⁾, qui sinceram fidem non habent¹²⁾, praemio et mercede corrumpi, ut clamarent in ecclesia, et ipsum petere viderentur "episcopum", omnino fraudes has damnandas esse arbitror ita, ut nec¹³⁾ laicam in fine communionem, nisi de hoc poenituerit¹⁴⁾, talis accipiat. Si vero omnibus placet, statuente. Synodus respondit: Placet.

CAP. III.¹⁵⁾

Electio canonica confirmandu est; debet tamen superior ante confirmationem inquirere de conversatione et vita electi, ubi fuit conversatus.

Gregorius III.¹⁶⁾

Postquam "is, qui ad episcopatum Surrentinae civitatis electus fuerat, aptus nobis visus non est, Amandum presbyterum oratorii S. Severini, quod in castro Lucullano situm est, elegerunt. Ea propter experientiae tuae praecipimus, ut eundem presbyterum excusatione postposita sub omni ad nos studeat festinatione transmittere, quatenus" Confirmationem¹⁷⁾ petentium desideria, "cum Christi auxilio," si nihil est, quod electum¹⁸⁾ impediatur, impleatur. Cuius vita vel actus, quia melius possunt "illic", ubi "diu" est conversatus, cognosci¹⁹⁾, inquirantur ibidem. "Et si nulla etc."

CAP. IV.²⁰⁾

Electo in archiepiscopum sedes apostolica pallium non tradet, nisi prius praestet fidelitatis et obedientiae iuramentum.

Paschalis Panormitano²¹⁾ Archiepiscopo.

Significasti, "frater carissime", reges²²⁾ et regni maiores admiratione permotos, quod pallium tibi ab apocrisariis nostris tali conditione oblatum fuerit, si sacramentum, quod a nobis scriptum detulerant, exhiberes²³⁾. "In pallio, frater, conceditur plenitudo pontificalis officii, quia iuxta sedis apostolicae et totius Europae consuetudinem ante acceptum pallium metropolitanis minime licet aut consecrare episcopos, aut synodum celebrare." Mirentur in hac causa "et" Dominum nostrum²⁴⁾ Iesum Christum, qui, quum²⁵⁾ ovium suarum curam "Simoni" Petro committeret, conditionem posuit, dicens: "Si²⁶⁾ diligis me, pasce oves meas." Si conscientiarum factor et cognitor secretorum²⁷⁾ conditione hac usus est, nec²⁸⁾ semel tantum, sed et secundo, et usque ad contristationem²⁹⁾: qua nos sollicitudine, "qua provisione" oportet tantam ecclesiae praelationem, "tantam Christi ovium curam" imponere fratribus, quorum conscientias non videmus? "illis maxime, quos nullo usu novimus, quorum dilectionem penitus ignoramus?" Aiunt omne³⁰⁾ iusiurandum "in evangelio" a Domino³¹⁾ "Deo" esse prohibitum, nec ab "ipsis" Apostolis post Dominum, nec in conciliis³²⁾ inveniri posse statutum. Quid est ergo, quod "idem" Dominus subsequenter³³⁾ ait: "Quod³⁴⁾ amplius est, a malo est?" Hoc enim amplius ut³⁵⁾ exigamus, malum nos illo permittente compellit. Nonne malum est ab ecclesiae unitate et³⁶⁾

a sedis apostolicae obedientiae resilire, et³⁶⁾ "nonne malum est" contra "sacrorum" canonum statuta prorumpere? Quod³⁷⁾ "quam" multi etiam post sacramentum praestitum³⁸⁾ praesumpserunt³⁹⁾? "Nonne praedecessor tuus praeter Romani Pontificis conscientiam damnavit episcopum? Quibus hoc canonibus, quibus hoc concilio legitur esse permissum? Quid super episcoporum translationibus loquitur, quae apud vos non auctoritate apostolica, sed nutu regio praesumuntur? Propter haec mala et alia vitanda huiusmodi iuramentum exigitur. Cur autem Dominus iuramentum prohibuit, Apostolus Iacobus⁴⁰⁾ manifeste adiiciens docet, ut non sub iudicio incidatis, nec quisquam, sicut S. Augustinus⁴¹⁾ exponit, assiduitate iurandi ad pernicii consuetudinem dilabatur. Quapropter iuratio quis non atatur, nisi necessitate, quum videt pigros homines esse ad credendam quod eis utile est credere, nisi iuratio firmetur." Hoc nimirum malo ac⁴²⁾ necessitate compellimur iuramentum pro fide, pro⁴³⁾ obedientia, pro unitate requirere. "Porro pro diffidentia auditorum Apostolum Paulum iurasse, ipsius epistolae testantur." Aiunt⁴⁴⁾ in conciliis statutum non inveniri, quasi⁴⁵⁾ Romanae ecclesiae legem concilia ulla praefixerint, quum omnia concilia per Romanae ecclesiae auctoritatem⁴⁶⁾ et facta sint, et robor acceperint, et in eorum statutis Romani Pontificis⁴⁷⁾ pateat excipiatur auctoritas. "Nonne in Chalcedonensis concilii actione decima sexta statutum est, ante omnia quidem primatus honorem praecipuum secundum canones antiquae Romae reverendissimo archiepiscopo conservari? Itaque quod censuravit rex et magnas a supradicta sacramenti conditione te quiescere, videtur nobis iudicium evangelicum? Videtur primatus nostri honor praecipuus? Numquid animo eecidit illa sententia Domini: non est discipulus super magistrum?⁴⁸⁾ Numquid Hungarico principi dictum est; et tu conversus confirma fratres tuos? Numquid haec nos commodi nostri praefectione requirimus, et non unitatis catholicae statuimus firmamentum? Possunt apostolicam sedem contemnere, adcersum nos calcaneum elevare, datum a Deo privilegium coartare vel auferre non possunt, quo Petro dictum est:⁴⁹⁾ "Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni coelorum." Quibus tamen quatuor conciliorum decretis dandi pallii modus praescriptus est, et professionis vel obedientiae ordo sancitus est." Quum igitur a sede apostolica vestrae insignia dignitatis exigit⁵⁰⁾, quae a beati Petri tantum corpore assumuntur, iustum est, ut vos quoque sedi⁵¹⁾ apostolicae subiectionis debitae⁵²⁾ signa solvatis, quae vos cum beato Petro (tanquam membra⁵³⁾ de membro habere⁵⁴⁾, et catholici capituli unitatem servare declarent⁵⁵⁾. "In quibus etc."

CAP. V.⁵⁶⁾

Si schismaticus ad unionem ecclesiae reversus, eligitur in episcopum, electio non tenet, sed ex dispensatione potest confirmari.

Alexander III. Petro⁵⁷⁾ Presbytero cardinali apostolicae sedis Legato.

Quia⁵⁸⁾ diligentia tua "per dilectum filium nostrum S. a nobis sollicit" requisivit⁵⁹⁾, an electionem⁶⁰⁾ electi, qui "super" abiurato⁶¹⁾ scismate ad unitatem ecclesiae "et devotionem nostram" rediit, debeas⁶²⁾ confirmare: "id tibi" diximus respondendum, quod, si a schismatico nullum ordinem susceperit⁶³⁾, et eius electio "unanimitate et concorditer" secundum formam⁶⁴⁾ canonum⁶⁵⁾ fuerit celebrata⁶⁶⁾, eum⁶⁷⁾, dummodo alia non impediatur, dispensative permittimus confirmari, mandantes, ut eum facias a catholicis episcopis suffraganeis Aquilegensis ecclesiae in⁶⁸⁾ episcopum

Cap. II. 4) conc. Sard. hab. A. 347. c. 2. — Restitutum ex Dionysio ed. a Iustello. — Burch. l. 19. lvo Decr. V. 73. — Comp. I. h. t. c. 2. — 5) etiam si talis aliquis: Burch., l. v., Comp. I., Dion. — 6) abest a Dion. — 7) asserens: Comp. I. Aug. — 8) quia: l. v. — 9) accepit: Cont., Comp. I. Aug. — 10) potius pot.: l. v. — 11) eos: Dion. — 12) habeant: C. H. — 13) ne: l. v. — 14) verba. nisi — poen.: addita sunt a Raymundo, Decretal. collector.

Cap. III. 15) Restitutum ex Greg. I. Reg. X. 19. (A. 601). — Comp. I. h. t. c. 14. — 16) Integra inser. ex Reg. desumpta haec est: *Anthemio subdiacono Campaniae.* — 17) abest a Comp. III. et Reg. — 18) eum: Reg. — 19) agnosci: C. R. H. L., Comp. I. Ms., — agnosci, curae tuae sit ... diligenter inquirere: Reg.

Cap. IV. 20) Restitutum ex orig. ap. Mans. XX. 984., vocato in consilium variorum lectionum catalogo „ex Pontif. Rom. in vita Paschalis II.“ edito ab Ant. Aug., Ant. coll. p. 717. — Lips. XXXI. 19., Cass. XL. 9., Comp. I. h. t. c. 21. — 21) Palarm.: Comp. I. Aug. — Palmono: Cass. — Poloniorum: Lips. — Poloniensis: Ang. l. c. — Paschalis sero. sero. Dei N. Poloniorum archiep.: orig. cik. — Böhm.: Paschalis l. — 22) regem: Comp. I., Cass., Lips., orig. — 23) iurares: ib. — 24) abest a Comp. I., Lips., orig. — 25) Quum enim Dominus Iesus Christus ut (abest a Cass.) Dominus ov.: Comp. I., Lips., orig., et omisso voc.: Christus: Böhm. — 26) si: abest a Comp., Lips., orig., — cf. Ioan. XXI. 15, 17. — 27) abest a C. R., Coll. citt. et orig. — 28) non: Cass. — 29) trisationem: Comp. I. — 30) omnes: Cass. — 31) Christo: orig. — 32) add.: post: Comp. I. Aug. — 33) subsecutus: Comp. I., Cass., Lips., orig. — 34) Ioan.

V. 37. — 35) nisi: Cass. — 36) abest a Comp. I., Cass., Lips., orig. — 36*) omnes. est a Böhm. — 37) abest a Cass., orig., et Lips., in qua ita leg.: *Quam multi haec non etc.* — 38) abest a Coll. citt. et orig. — add.: hoc: Cass. — 39) praesumpserunt: Comp. I. — 40) fac. V. 12. — 41) cf. c. 5. C. XXII. qu. 1. — 42) hac: Comp. I., orig. — et: Cass. — 43) et pro ob. et: Cass. — 44) add.: reges tui: Comp. I. Aug. — 45) quia ... nulla praef.: Cass. — seq. voc.: legem: omis. est in Comp. I. Aug. — 46) per eius auct.: ead. — 47) Romana patenter: Coll. citt., orig. — 48) Matth. X. 24. — 49) Matth. XVI. 18. — 50) habeatis: Lips. — 51) sedis: Comp. I. Aug. — 52) debita: Cass., et omis. voc.: signa: Lips. — 53) membrum: C. R. — 54) haurere: orig. — 55) declarant: Comp. I. Aug. — 56) Restitutum ex App. XL. 2., Lips. XXXI. 1., Cass. XL. 1., Comp. I. h. t. c. 14. — 57) Pa. etc.: C. R. 2. — P. etc.: C. R. 4. — *Al. III. I. presb. card. ap. sed. leg.:* Comp. I. Aug. — *Id. presb. card. ap. sed. leg.:* Cass. — *Id. I. bas. XII. App. card. ap. sed. leg.:* — *Al. III. I. I. bas. XII. app. presb. card. ap. sed. leg.:* Lips. — 58) quod: Coll. citt. — 59) inquisivit: Cass. — 60) electio ... debeat confirmari: Cass., Lips., App. — 61) iuramento: Cass. — 62) debeat: Comp. I. Ms. — 63) suscipit: App., Lips. — 64) normam: C. R. 2., Comp. I., Cass., Lips. — *ordinem: App.* — 65) canonicam: C. R. 1. — 66) facta: Coll. citt. — 67) eum: C. R. L. H. — in Comp. I., Cass., Lips. haec ita se habent: *dummodo et. (abest a Comp. I.) alia non (abest a Cass.) impediatur, confirmationem tuam ratam habemus:* in App. *dummodo alia ratio non impediatur, conf. etc.* — 68) in ep.: desid. in Cass. — in: abest a Lips.

ordinari, salva⁶⁹) "tamen" debita iustitia et reverentia eiusdem ecclesiae, quom⁷⁰) ad catholicam redierit unitatem⁷¹).

CAP. VI.

Electus in Romanum Pontificem a duabus partibus cardinalium, nulla exceptione obstante est Papa; electus autem a minori numero gerens se pro Papa, incidit una cum sibi adhaerentibus in poenis hic contentis.

Idem in concilio Lateranensi.⁷²)

Licet de vitanda⁷³) discordia in electione Romani⁷⁴) Pontificis manifesta satis a praedecessoribus nostris constituta manaverint, quia tamen saepe post illa⁷⁵) per improbae ambitionis audaciam gravem passa est ecclesia scissuram: nos etiam ad malum⁷⁶) hoc evitandum de consilio fratrum nostrorum et sacri approbatione concilii aliquid decreverimus⁷⁷) adiungendum. §. 1. Statuimus ergo, ut, si forte, inimico homine supereminante zizaniam, inter cardinales de substituendo summo Pontifice⁷⁸) non poterit esse plena concordia, et duabus partibus concordantibus pars⁷⁹) tertia concordare noluerit, aut sibi alium praesumpserit nominare⁸⁰), ille absque⁸¹) ulla exceptione ab universali ecclesia Romanus Pontifex habeatur⁸²), qui a duabus partibus concordantibus⁸³) electus fuerit et receptus. §. 2. Si quis autem de tertiae partis nominatione confusus, quia⁸⁴) de ratione esse non potest, sibi nomen episcopi usurpaverit, tam ipse, quam ii⁸⁵), qui cum receperint, excommunicationi subiacent, et totius sacri ordinis privatione muletentur ita, ut viatici etiam eis, nisi tantum in ultimis, communico denegetur, et si non⁸⁶) resipuerint, cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbit, accipiant portionem. §. 3. Praeterea si a paucioribus quam a duabus partibus aliquis electus fuerit ad apostolatus officium⁸⁸), nisi maior concordia intercesserit, nullatenus assumatur, et praedictae poenae subiacent, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum canonis constitutionibus⁸⁹) et aliis ecclesiis⁹⁰) praedictum generetur, in quibus debet maioris et sanioris partis sententia praevalere, quia quod in eis dubium⁹¹) venerit superioris poterit iudicio diffiniri. In⁹²) Romana vero ecclesia speciale aliquid⁹³) constituitur, quia non poterit⁹⁴) ad superiorem recursus haberi⁹⁵).

CAP. VII.

Electio ad episcopatum fieri debet de digno scientia, moribus et aetate, et quod habeat trigesimum annum completum, et sit de legitimo matrimonio natus. Hoc die. usque ad §. Quom vero. — §. 1. Beneficia electi, in episcopatum vacant per confirmationem, ademptionem possessionis, et consecrationem secretum, vel postquam praefixum tempus ad petendam consecrationem lapsum fuerit. Hoc die. usque ad §. Inferiora. Abbas Siculus. — §. 2. In dignitatibus et officiis citra episcopatum ac curatis beneficiis debet assumendus vigesimum quintum annum attigisse, et alias esse idoneus scientia et moribus; et si non est in ordine requisitus, debet se facere promotorem in proximis temporibus; alias monitus non parens prioritur beneficio, non obstante appellatione, nisi ex causa legitima excusetur. Hoc die. usque ad §. Clerici. Abb. Siculus. — §. 3. Eligentes indignum contra formam huius c. privati sunt pro primo vice potestate eligendi, et idem in collatore, et defectum capituli supplet episcopus, et a converso. Et si capitulum negligit, fit decolutio ad metropolitanum. Hoc die. usque ad finem.

Idem in eodem.⁹⁶)

Quom in cunctis⁹⁷) sacris ordinibus et⁹⁸) ecclesiasticis ministeriis sint⁹⁹) "et" aetatis maturitas, "et" gravitas morum, et literarum scientia inquirenda¹⁰⁰), multo fortius in episcopo¹) haec²) oportet inquiri, quae ad curam aliorum positus in se ipso debet ostendere, qualiter alios³) in domo Dei⁴) oporteat conversari⁵). Ea propter,

ne quod de⁵) quibusdam pro⁶) necessitate temporis factum est trahatur a posteris in exemplum, praesenti decreto statuimus, ut nullus in episcopum eligatur, nisi qui iam⁷) trigesimum annum aetatis⁸) exegerit⁹), et de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam vita et scientia commendabilis demonstraretur. §. 1. Quom vero¹⁰) electus fuerit, et confirmationem electionis acceperit, et ecclesiasticorum bonorum administrationem habuerit¹¹), decurso tempore de consecrandis episcopis a canonibus diffinito, is, ad quem spectant beneficia, quae habebat, de illis disponendi liberam habeat facultatem. §. 2. Inferiora¹²) etiam ministeria, ut puta¹³) decanatum¹⁴), archidiaconatum, et alia, quae curam animarum habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialis¹⁵) ecclesiae regimen, nisi qui iam vigesimum quintum annum aetatis¹⁶) attigerit, et¹⁷) scientia et moribus commendandus existat. Quom autem assumptus fuerit, si archidiaconus in diaconum, et decanus et reliqui admoniti non fuerint praefixo a canonibus tempore in presbyteros ordinati, et ab illo¹⁸) removeantur officio, et aliis¹⁹) conferatur²⁰), qui et vestint et possint illud convenienter implere. Nec prosit eis²¹) appellationis refugium²²), si forte in constitutionis istius transgressionem²³) per appellationem voluerint se tueri. Hoc sane²⁴) non solum de promovendis, sed²⁵) etiam de his, qui iam promoti sunt, si canones non obstant²⁶), praecipimus observari²⁷). §. 3. Clerici sane, si contra formam istam quemquam elegerint, et²⁸) eligendi tunc potestate privatos, et ab ecclesiasticis beneficiis triennio noverint se "esse" suspensos. Dignum est enim, ut quos Dei timor a malo non revocat ecclesiasticae²⁹) saltem coercet severitas disciplinae. Episcopus autem si³⁰) contra haec³¹) fecerit³²) aut consenserit fieri, in conferendis praedictis³³) officiis³⁴) et beneficiis³⁵) potestatem "suam" amittat³⁶), et per capitulum, aut³⁷) per metropolitanum, si capitulum concordare nequiverit, ordinetur³⁸).

CAP. VIII.³⁹)

Compromittentes super electione tenentur recipere electum a compromissario, si est idoneus.

Idem Ravennati:⁴⁰) Archiepiscopo:

Causam, quae inter moniales sanctae Margaretae "super discordia et disensione electionis, quam fecerunt, agitari dignoscitur, experientiae tuae iam pridem commissimus terminandam. Verum quoniam ipsa causa in tantum protrahitur, et nondum, sicut accepimus, processisti, et periculosum et damnosum est monasterio, quod causa ipsa in tantum protrahitur, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus infra XL. dies, vel duos menses ad plus, secundum tenorem aliarum nostrarum litterarum in eadem causa procedas, ita videlicet, quod" si sorores "ipsas" in episcopum electionem contulerint, promittentes, quod illam, quam "episcopus" eis provideret⁴¹), recipent, ipsam, quam "episcopus" illis providerit, facias ab eis, "appellatione remota", si tamen existat⁴²) idonea, in suam recipi abbatissam. "Si autem etc."

CAP. IX.⁴³)

Electus ante confirmationem beneficia conferre vel aliter administrare non potest.

Idem Wigorensi:⁴⁴) Episcopo.

Nosti⁴⁵), "sicut vir prudens et sapiens", quomodo⁴⁶) "dilectus filius noster G." Linconensis⁴⁷) electus concedendi⁴⁸) honores vel prae-

Cap. V. 69) salva etc.: desid. in Cass. — 70) tunc (abest a Lips.) quom catholica fuerit: Comp. I., Lips. — 71) Quae adiecta sunt a Böhm.: quom nec can. etc., pleno iure nostro reiectimus. Etenim licet in Lips. Cass., et Comp. I. existant, ab hoc tamen capite aliena esse liquet. Adiecta esse videntur ex Coll. Lips., in qua eorum initium hoc est: Item etc. Cap. VI. 72) c. 1. Conc. Lat. III. hab. A. 1179. — Cass. I. 1., Comp. I. h. t. c. 15. — 73) vitanda: conc. ap. Mans., Cass. — 74) summi R.: P. — 75) Com. I. Aug., Böhm. — summi Pont.: conc. ap. Mans., Cass. — 75) ista C. I. — 76) piaculum: Lips. — mal. hoc debitandum: Cass. — 77) decernimus: C. L. — 78) inibat. Pontifice: Mans. — pro seq.: poterit: leg.: possit: C. H. — potuerit: Mans., Lips. — 79) abest a Lips., Cass. — 80) ordinare: Mans. — 81) verba: abijce — eccl.: omnia sunt in conc. ap. Mans. — absque dubio et sine ull.: Comp. I. Aug., Böhm. — 82) Rom. Pont. ab universa Rom. eccl. habeatur episc.: Comp. I. — 83) abest a C. R. L. H., Cont., Coll. citt. et conc. — 84) quia esse non pot.: Cass. — quia rem non potest: conc. cit. — 85) quom qui: C. H. L., Coll. et conc. citt. — quom hi, qui: Cont., Böhm. — 86) nisi: Coll. et conc. citt. — 87) destitit: Cons. — 88) sedem vel offic.: Comp. I. Aug., Böhm. — 89) instituitionibus: Cass., Comp. I. Aug. — 90) ecclesiasticis: Comp. I. Aug. — 91) in dub.: Cass., conc., Lips., Comp. I., Böhm. — 92) quom in Rom. ... constituitur: Lips. — 93) aliud specialiter: Comp. I. Aug. — 94) potest: Mans. — 95) fieri vel haberi: Cass., Comp. I. Cap. VII. 96) c. 2. eiusd. conc. in Lips., c. 3. ap. Mans. — Cass. I. 2., Comp. I. h. t. c. 16. — 97) non est ap. Mans. — 98) et in: Comp. I. Aug., Böhm. — 99) ait: C. H., Coll. citt., conc. — 100) quaerenda: Cass., Lips., Comp. I. Ms. — 1) in ipso ep.: Lips. — 2) hoc: Comp. I. Aug. — 3) eos: Cass. — 4) Domini: C. R. 1., Coll. citt., conc. — 5) versari: Lips. — 5) a: Mans. — 6) ex: ib., Lips. — 7) abest a Lips. — 8) aet. suas: Cass. — 9) egerit: Comp. I. Aug., Mans. — atigerit: Comp. I. Ms., Lips. — per-

egerit: C. R. 1., Cass. — 10) autem: Coll. citt., conc. — 11) habuerat: Comp. I., Lips., conc. — 12) Cass. III. 2. — 13) utpote: conc. — 14) decanatus, archidiaconatus: Lips., conc. — 15) parochialium ecclesiarum: Cass., Lips., conc. — 16) abest a Lips. — 17) et qui: Comp. I. Aug., Lips., conc. — et qui in se. et in mor. collaudandus: Cass. — 18) isto: Cont., Böhm. — 19) alii ... velit ... possit: Lips., conc. — 20) conferantur: C. L., Comp. I. Aug. — 21) ei: Lips. — illis: conc. — 22) remedium: Comp. I. Aug. — diffugium: C. L., conc. — 23) transgressionem: Cass. — 24) Hoc autem, sane: Cass. III. 3. — Hoc autem: Lips. — 25) sed de his, qui: Cass. — sed et de his etiam: Lips. — sed et de illis: Comp. I. — 26) obstant: Cass. — 27) observandum: Lips., conc. — 28) abest a Lips. — 29) add.: eos: C. R. 1. — 30) si aut: Lips. — 31) hoc: C. R. 1., Comp. I., Cass., Lips. — 32) ep. autem si cui fecerit aut fieri consenserit contra hoc: conc. — 33) praefatis: C. H. — 34) abest a conc. — 35) et benef.: non leg. in C. R. L., Comp. I., Cass., Lips., conc. — 36) amittit: Lips. — 37) add.: etiam: Comp. I. Aug., Cass., Lips. — 38) ordinetur: ib. Cap. VIII. 39) Restitutum ex Lips. XXXI. 6., App. XL. 5., Cass. XL. 4., Comp. I. h. t. c. 17. — 40) Ravenna arch.: Cass. — Ravennae arch.: Cass. — G. Ravennati arch.: Lips. — 41) providit: Lips. — 42) existit: App. Cap. IX. 43) Restitutum ex Lips. XXXI. 7., App. XL. 1., Cass. XI. 5., Comp. I. h. t. c. 18. — 44) Grigor. episc.: Comp. I. Ms. — W. episc. Cass. — Wig. ep.: Lips. — Wigorn.: C. R. — Wigori.: Comp. I. Aug. — leg.: Wigorniensis cum Böhm. (Worcester) — Exoniensis ep.: App. — Lincolnicus: Lips. — 46) quod: Cass. — 47) Lincon.: Comp. I. Ms. — 45) Nostic: ead. ex ed. Aug. — Lincoll. C. R. 2. — Lincoln.: App., Lips., Cass. — 48) committendi hon. vel praebendum: App.

bendas, aut alias⁴⁹) disponendi de⁵⁰) rebus ecclesiae, quum sua non⁵¹) sit electio confirmata, non⁵²) habeat facultatem. "Inde est, quod fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, ut praedicto electo ex parte nostra non differas arctius inhibere, ne archidiaconatum de Norantine, vel praebendam, quam W. eiusdem loci archidiaconus tenuit, alicui conferre praesumat. Et si eundem archidiaconatum vel praebendam cuiquam, quod non arbitramur, concessit," Mandamus⁵³) igitur, quatenus ei auctoritate nostra praecipias⁵⁴), ut concessionem "suam quam citius, omni contradictione et appellatione cessante," si quam fecit⁵⁵) de praedictis, studeat revocare. "Quodsi distulerit etc."

CAP. X.⁵⁶)

Electio facta post appellationem, et prima non cassata, et contra privilegia ecclesiae, cassanda est.

Idem⁵⁷)

Consideravimus, quod electio Ioannis Frontini⁵⁸) post appellationem ad nos interpositam⁵⁹) et contra tenorem privilegiorum ecclesiae vestrae fuerit celebrata. Perpendimus etiam, quod electio B. post illam qualemcunque electionem non⁶⁰) cassatam, nec non et post appellationem, per⁶¹) quam ad suum statum omnia debent reduci, facta fuit, "et illata violentia, quanquam rex penitus inficitur, violentiam aliquam in hoc de assensu vel conscientia sua nunquam perpetrata fuisse." Quapropter "nos" utriusque electionem "de omnino fratrum nostrorum consilio" omnino cassamus⁶²), et vobis in aliam personam idoneam et honestam⁶³) conveniendi liberam tribuimus facultatem; ita "tamen," quod utrique praedictorum fama sua non minus "propter hoc" integre⁶⁴) conservetur, et quod in aliis ecclesiis possint, si Deus⁶⁵) dederit, "ad dignitatem" promoveri. Vobis autem liceat praeter⁶⁶) istam ecclesiae vestrae ordinationem in eorum alterum⁶⁷), "si voluntas fuerit, iterum" convenire, "et cum vobis in abbatem atque magistrum canonice providere."

CAP. XI.⁶⁸)

Metropolitanus confirmatus, licet nondum receperit pallium, potest suum suffraganeum consecrari facere.

Idem.

Suffraganeis alicuius metropolitani, ad mandatum ipsius⁶⁹), post confirmationem electionis suae, etiamsi pallium non receperit, licitum est electum, qui ad eius iurisdictionem pertinet⁷⁰), consecrari, "et metropolitano etc."

CAP. XII.⁷¹)

Is, cuius electio fuit cassata, non vitio personae, sed electionis modo, iterum eligi potest; secus, si vitio personae.

Clemens III.⁷²)

Super eo vero, quod quaerere⁷³) voluisti, si alicuius electione⁷⁴) cassata idem⁷⁵) ad alterius ecclesiae regimen electus fuerit, an eius⁷⁶) electio debeat confirmari, hoc tuam volumus discretionem tenere, quod, si prior electio non⁷⁷) vitio personae, sed modo electionis cassatur, promotionem⁷⁸) eius⁷⁸) in eadem etiam⁷⁹) ec-

clesia⁸⁰), nisi forte simoniaca pravitatis aliquid intercessisse constiterit, non debeat impedire.

CAP. XIII.⁸¹)

Non professus potest postulari in abbatem, si ex aliquo bona causa fiat talis postulatio. Hoc dic. secundum lecturam, quae est magis singularis.

Coelestinus III.⁸²)

Quum monasterium de Pellicia, in tuo situ episcopatu, ad eam dissolutionem deveniret, sicut tuarum literarum insinuatio patefecit, quod fratres eiusdem domus observantiam⁸³) religionis et ordinem abiecerunt⁸⁴), "et, bonis eius dilapidatis atque consumptis, ad eligendum sibi abbatem de ipsius ecclesiae gremio non potuerunt haecenus convenire, ad tuae tamen admonitionis et exhortationis instantiam in unum convenientes," in quendam, qui cum fratribus suis⁸⁵) in eremo est laudabiliter conversatus, boni testimonii virum unanimiter consenserunt, "et" eum in abbatem totis desideriis postulantes, "eius subici disciplinam et habitum postulabant." Tu vero postulationi eorum⁸⁶) "de prudentum et discretorum virorum consilio" praebuisti assensum, et "humiliter" postulasti⁸⁷) eandem ordinationem a sede apostolica confirmari. Nos autem "petitionis tuae favorem nostrum et assensum liberaliter impertientes ordinationem" ipsam, sicut facta est canonice, confirmamus⁸⁸) "et praesentis scripti patrocinio communitus. Super eo vero etc. [cf. c. 1. de confessis II. 18.]"

CAP. XIV.⁸⁹)

Electio debet esse in libertate eligentium, nec valet contraria consuetudo.

Idem.

Quum terra, quae funiculus hereditatis Domini censebatur (Et infra:) Sicut "autem" ex quarundam literarum tenore "et plurimum relatione" accepimus⁹⁰), quidam⁹¹) "olim" in electionibus⁹²) pravae consuetudinis morbus irrepsit, ut "ridelicet," quum alicuius praclati electio debet celebrari⁹³), conventus, ad quem pertinere dignoscitur, duas personas nominet latenter auribus patriarchae vel principis exprimentas, ut sic "illarum vel" alterius eligendas, vel totius electionis penitus irritandae idem patriarcha vel⁹⁴) princeps plenariam habeat⁹⁵) facultatem⁹⁶). Quia igitur hoc⁹⁷) redundat⁹⁸) in gravamen⁹⁹) et perniciem ecclesiasticae libertatis, praescriptam consuetudinis pravitatem sancimus penitus abolendam, statuentes, ut forma¹⁰⁰) electionis canonicae¹⁰⁰) in omnibus conventualibus ecclesiis observetur, videlicet, ut, quum debet¹) ecclesiae consuli pastoris regimine destitutae, electores in unum²) locum, in quo fuerit electio³) celebranda, conveniant, et invocata Spiritus sancti gratia personam "solemniter" nominent⁴), "in qua omnes, vel maior pars sanioris consilii potuerint convenire, et ea tunc ullius contradictione, dummodo persona idonea fuerit, et electio sine simoniaca pravitata celebrata, ad illius regimen ecclesiae admittatur." Quod si in persona fuerit vel in⁵) electionis modo peccatum, tamdiu "electores" in⁶) electione diligentiam inquisitionis apponant, donec "secundum praescriptam formam" vacanti ecclesiae de persona idonea⁷) valeant providere⁸). Quo facto non prohibemus, quin regis⁹) seu patriarchae, qui pro tempore fuerit, requiratur assensus; sed propter¹⁰) hoc ipsam electionem nolimus impediri.

Cap. IX. 49) et alia: ead. — aut alia: Lips. — 50) in: Cass. — 51) nondum: App. — 52) nullam: ead. — 53) mand. . . quat. . . non extant in Coll. citt. — 54) abest a Lips. — 55) fecerit: C. R. 2. H. — verb. si . . . praedict. : non sunt in Coll. citt.

Cap. X. 56) Restitutum ex Lips. XXXI. 16., Comp. I. h. t. c. 22. — 57) Integra inser. servata est in Lips.: Alex. III. in Registro, Capitulo ecclesiae montis Aragonis. — 58) Ioannis facta est: Lips. — 59) factum: ead., Comp. I. — utraque omittit seq. et. — verb. ad nos interpos. : desid. in C. R. L. — 60) nondum: C. R. 1. — 61) ad cuius statum debent reduci, facta fuerit: Lips. — 62) cassamus: Comp. I., Lips. — 63) et hon.: desid. in C. R. — 64) abest a Lips. pariter ac seq. : ecclesius. — 65) Dominus: C. R. 1. — add. gratiam: Cont., Böhm. — 66) post istum: Lips. — 67) alteratum: ead., Comp. I.

Cap. XI. 68) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 69) add. metropolitanus: Comp. II. Ms. A. — 70) pertinet: C. R. 1. L., Comp. II.

Cap. XII. 71) Lips. XXXI. 3., Comp. II. h. t. c. 3. — 72) Alexandro tribuitur in Comp. II. Ms. B., recte; missa est, teste Lips., ab Alex.: L. Torcellano ep. Prior cap. particula est in c. 3. de his, quae vi, l. 40. — 73) add. a nobis: C. R. 1. — 74) electio cassata fuerit et: Comp. I., Lips. — 75) et idem postmodum ad regimen eiusdem eccl. concorditer nominatus, eius secunda electio deb. conf.: Lips. — 76) eiusdem: C. R. H., Comp. II. — 77) in vit.: Comp. II. Ms. A. — 78) cassatio ipsa non impedit, quin ipse idem postmodum, si fuerit idoneus, eligatur, nisi forte. . . constiterit, quod promotionem eius in eadem eccl. debeat impedire: Lips.

— 78) add. feri: Cont., Böhm. — 79) abest a Comp. II. — 80) add. vel in alia: Comp. II. Ms. A.

Cap. XIII. 81) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 5. — 82) Amelino Canonensis episc.: Böhm. ex Gonzalezii coniectura. — 83) observantiam: Comp. II. Ms. A. — 84) abiecerint: ibid. — 85) abest ab ead. — 86) eorundem: ib. — 87) supplicasti: Comp. II. — 88) et confirm.: Comp. II. Ms. A. — ipsam confirm.: C. H. omisit. verb. sic. f. est.

Cap. XIV. 89) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 6. — 90) accepimus: Comp. II. — 91) quod quid.: C. R. 1. L., Comp. II. Aug. — 92) add. futuri: Comp. II. Aug. — 93) confirmari: Comp. II. — 94) et: ead. — 95) habuerit: Comp. II. Aug. — 96) potestatem: C. R. 1. — 97) In Comp. II. eorum, quae seq., loco leg. Quia hoc igitur diabolice noscitur versutiae aut fraudis (add. instinctu: Aug.) inventum in perniciem totius ecclesiasticae libertatis, praescriptam consuetudinis pravitatem penitus abolendam praesentium auctoritate sancimus, statuentes, ut, quum de summi creatoris clementia in manus fidelium terra illa devenerit, (ut: Aug.) forma etc. — 98) haec redundat: C. R. 1. — 99) in gravem perniciem: C. R. L., Cont. — 100) formae. . . observentur: C. R. 1. — 100) canonice: ed. Rom. operum vitio. — 1) debet: Comp. II. Aug. — 2) abest a Comp. II. — 3) add. canonice: Comp. II. Ms. A. — 4) canonice nom.: Comp. II. Aug. — 5) abest a Comp. II. Aug. — 6) in el.: des. in Comp. II. Ms. A. — 7) congrua: C. R. H. L., Comp. II. — 8) valeat provideri: ead. — 9) regis vel principis: C. R. 2. — 10) propt. ipsum praedictam el. formam: Comp. II.

CAP. XV.¹¹⁾

Per confirmationem electionis non transfertur potestas exercendi ea, quae sunt ordinis. Illa enim transferuntur per consecrationem. Abbas.

Idem. 12)

Transmissam dudum, sicut insinuare curasti, ad nostram audentiam quaestionem, tua nunc devotio replicavit¹²⁾. Quaesivisti, quid faciendum sit tibi super eo, quod clerici tuae dioecesis, quum pro suis excessibus suspensionis, vel interdicti vel excommunicationis¹³⁾ sententia perculluntur, parvipendentes eam, dimittunt ecclesias, et transferunt¹⁴⁾ se ad mercioniam laicorum; nonnulli quoque ipsorum habitu clericali postposito vestes induunt laicales, et sicut laici mercatores se turpibus quaestibus implicantes¹⁵⁾, consimilium sibi laicorum manus associant, et correctionem ecclesiasticam per contemptum eludunt, dicentes, quod potestatem non habes eos¹⁶⁾, nisi tibi specialiter apostolica sedes indulserit¹⁷⁾, corrigendi? Respondemus igitur, quod¹⁸⁾, si quando laeales repereris, si communiti noluerint a tam turpibus actibus revocari, et de contemptu satisfaciendo plenarie ad clericale schema redire, tu eos auctoritate nostra suffultus excommunicationi appellatione cessante subicias, faciasque eos arctius ab omnibus evitari, donec reatum suum congrua satisfactione diluerint, praesertim si qui eorum in sacris ordinibus constituti sunt. Hoc etiam sine speciali mandato exsequi posses, quum ex quo electionis tuae confirmationem accepisti, de talibus et consimilibus, praeter ea, quae¹⁹⁾ maioris inquisitionis discussionem exigunt²⁰⁾, et ministerium memoracionis desiderant, quod iustum est et ecclesiasticae convenit utilitati statuendi habere liberam²¹⁾ facultatem.

CAP. XVI.²²⁾

Qui electioni de se factae renunciat appellare nequit ad impediendam electionem alterius. Et electio, quae est a suspensis celebrata, non tenet.

Innocentius III, de Cella sancti Petri et Mutinensis²³⁾ Abbatibus.

Quum inter dilectum filium R. seniore, et R.²⁴⁾ iuniorem super abbatia Scaphusensi²⁵⁾ quaestio verteretur, eis in nostra praesentia constitutis dilectos filios G. SS. Cosmae et Damiani, et G. S. Mariae in Aquiro diaconos cardinales dedimus auditores, in quorum praesentia pro R. seniore fuerunt proposita quae sequuntur. Quod quum H., quondam abbas ipsius coenobii onus regiminis sacro capitulo suo spontanea resignasset, et ab obedientia sua monachos absolvisset, ipsi praedictum R. seniore, etiam dicto H. consentiente, sibi quae obediencia cum aliis, in abbatem unanimiter elegerunt. Postea vero electus dioecesanus episcopo praesentatus, manus ab eo benedictionis accepit, ecclesiam ipsam per biennium et amplius sicut abbas proprius administrans. Verum quoniam nuntiales S. Agnetis eiusdem cillae, quae peccandi materiam iunioribus monachis ministrabant, arctiori custodiae mancipavit, exinde occasione inventa iunioribus monachi contra ipsum concitarunt, tanquam praedicti H. resignatio minus canonice extitisset. Quod audis episcopus antedictus ad locum accessit, causam dissensionis requirens, et praedictum H. palerne redarguens, tanquam odii fontem in ecclesia seminasset, accepit ab eo, quod per ipsum talia non fiebant. Et quum quidam de monachis ipso episcopo praesente se dicerent ab obedientia praefati H. nullatenus absolutos, idem H. quod eos absolverat est professus. Et ut omnem a se suspicionis materiam amoveret, cum iureiurando vehementer asseruit coram episcopo antedicto, quod neque illam nec allam habere vellet ulterius abbatiam. Monachi vero post recessum episcopi ad artes solitas nihilominus recurrentes, coram dicto episcopo et capitulo Constantiacis adversus eundem R. controversiam agitarunt, tanquam minus canonice dictus H. dimiserit abbatiam. Quum dictus R. paratus esset de iustitia sua in continentem probare, monachi defectum causae suae videntes, in nullo gravatis sedem apostolicam appellarunt, et per literas infra terminum appellationis per subreptionem obtentas, contra ipsum R. per nuncios appellentem iniqua sententia promulgata, eius fuit odersarius restitutus. Ipse vero R. appellationem interpositam per nuntium prosequens, et terminum constituto commissionis literas ad certos indices impetravit, ut quod occasione prioris commissionis contra eum iudicatum fuerat ad statum debitum revocato, et ei restituerent abbatiam, et

a monachis sibi facerent debitam reverentiam exhiberi. Sed monachis obstinatis et sibi obedire nolentibus, ambae partes ad sedem apostolicam accesserunt, quibus a bonae memoriae Coelestino Papa praedecessore nostro nos ipsi, dum in minori eramus officio constituti, et dilectus filius noster Ioannes tt. S. Stephani presbyter cardinalis, dati fuimus auditores. Et quum utrimque coram nobis esset diutius allegatum, et eidem praedecessori nostro per nos esset processus negotii declaratus, ipse bonae²⁶⁾ memoriae Coelestinus praedecessor noster praedictum R. seniore, sententiam cum instantia postulanti, ad componendum coegit invitum; et sic abbatiae renunciavit, de manu eius custodiam et etiam prioratum recepit, ab eo, dum viveret, sine quaestione qualibet²⁷⁾ possidendos. Cui²⁸⁾ ordinationi licet consentiret invitus, domum tamen reversus, adversariis compositionem ipsam nolentibus²⁹⁾ observare, non potuit quae sibi concessa sunt³⁰⁾ obtinere, quin potius in eum, quod deterius est, manus iniecerunt postea violentas. Sed aditus ab illius loci hominibus et monachorum manus eadens, ad appellationis subsidium convolvit. Interim vero dilectus filius noster P. S. Mariae in Via luca diaconus cardinalis apostolicae sedis legatus, ad partes illas accedens, pro iam dictis et aliis multis excessibus et suspensis et interdictis electionem factam fuisse, denunciavit eam penitus non tenere, super restitutione vero ipsius R. senioris et aliorum, quae utrimque ducerent proponenda, statuerent, appellatione remota, quod ordo posceret rationis. Ceterum iudices delegati literis his receptis, partes ad suam praesentiam citaverunt, et quum monachi per suggestionem falsi probare vellet literas impetratas, iudicibus nolentibus ipsarum probationem recipere, sedem apostolicam appellarunt. Delegati vero, quia remota erat in literis appellatio, in causa nihilominus procedentes, quum per depositiones testium eis de veritate negotii constitisset, pro praedicto R. seniore sententiam protulerunt, adiudicantes ei ecclesiam memoratam. Petebat itaque quod factum erat ex delegatione apostolicae sedis per nos obtinere debitam firmitatem, ut repressa contumacia monachorum pacifica ipsius abbatiae possessione gauderet. Ceterum contra eundem R. seniore fuit ex parte altera taliter allegatum, quod, quum dictus H. quondam abbas minus legitime resignasset, et monachi de electione tractarent, senior R. fraude adhibita procuravit, quod, quum vespere cantarent, et die sequenti esset electio celebranda, homines burgi ad ecclesiam accedentes ipsum R. fere omnibus monachis reclamantibus ibidem per violentiam intruserunt. Monachi vero postea cognoscentes renunciationem praefati H. minime tenuisse, pariterque pensantes, quod sub eius conversatione laudabili monasterium proficere posset, ipsum tanquam abbatem proprium requirebant. Unde factum est, quod post multas altercationes et commissiones factas tandem de utriusque partis assensu commissio est obtenta, quod, si de inforuni resignatione H. et inutili substitutione R. senioris constaret iudicibus delegatis, R. remoto, saepe dicto H. restituerent abbatiam, et ita fuit effectus mancipatum. Post haec ipso R. nihilominus murmurante, ambo pariter ad praedecessoris nostri praesentiam accesserunt, qui, sicut iam praemisimus, nos et praefatum presbyterum cardinalem eis tribuit auditores, et tandem causa diutius actitata per eundem praedecessorem nostrum de utriusque partis assensu fuit compositio taliter celebrata, quod H. abbatiam, R. vero prioratum et custodiam obtineret, propter quod ipsi H. obedientiam promisit. Sic ergo eis reversis ad propria, praefatam compositionem idem R. coram dioecesanio episcopo approbavit. Sed ab ipso abbate postea requisitus tertio, si custodiam et prioratum vellet habere, post trinam citationem veniens dixit, quod non per

Cap. XV. 11) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 7. — 12) Coelestinus: Comp. II. Ms. A. — Clemens III. Hebenii Ep.: Comp. II. Aug., Böhm., 12) replicavit, quid scilicet: Comp. II. — 13) vel exc.: non leg. in Comp. II. — 14) conserunt: ead. — 15) implicant: ead. — 16) in eos: C. R. 2. — 17) fuerit a sed. ap. indultum: Comp. II. — 18) Nos autem volentes in hoc tibi certum dare responsum, tuae devotioni respondemus etc.: ead. — 19) et quae: Comp. II. Aug. — 20) exigant: ead. — 21) abest a Comp. II. Ca. p. XVI. 22) Restitutum ex Reg. Bal. II. 30. — Comp. III. h. t. c. 1.

— 23) Metren.: C. R. 1. — Mitren.: C. R. 2. — Mutinens. abb. et praeposito Verden.: Cont. — Nutrien. abb. et praepos. Verellen.: Comp. III. Aug. — Mitren. abb. et praepos. Verden.: Comp. III. Ms., Reg. — 23) abest a Böhm. — 24) Fusmen.: C. R. 1. — Fuscanensi: C. L. — Scaphusen.: Comp. III. — Scaphusen.: Reg. (Schaffhausen) — 25) bon... noster: adiecta aut a Raym. — 26) Huic autem: Comp. III., Reg. — 27) in nullo volentibus: ib. — 28) fuerant: Reg.

um, sed per Romanum Pontificem volebat habere praemissa, unde nullam obedientiam ei voluit exhibere. Recedens igitur absque abbatibus licentia, quum extra monasterium moram faceret longiore, ab ipso H. de fratrum consilio fuit excommunicationis vinculo innodatus; et quum per longum tempus non rediret ad monasterium, abbas dicta officia, consulentibus fratribus, aliis assignavit, qui, quamdiu abbas vixit, ea pacifice tenuerunt. Abbate vero defuncto, fratres convenerunt in unum, nonnullis abbatibus et aliis viris religiosus praesentibus, qui ad defuncti convenerant sepulturam, et R. iuniorem, seniore absente, in abbatem unanimiter elegerunt, quem praesentatum sibi dioecesanus episcopus confirmavit et benedixit. Consequenter vero senior R. ad praesentiam nostram accedens, literas ad remotos per diaetas quatuor iudices et suspectos monachis per mendacium impetravit, ad quos pars monachorum aut aliquam citationem accedens, copia commissionis obienta, literas per falsi suggestionem proposuit impetratas pro eo, quod dicebatur in eis, compositionem sibi non fuisse servatam, monasterium interdictum, et se appellasse prius, quam R. iunior electus fuerit in abbatem, quae falsa penitus asserebat. Tamen etiam, se excommunicationem ab hoc abbate defuncto, et alia quaedam, quibus expressis literas ipsus nullatenus impetrasset. Quumque omnia, quae praemisimus, sufficienter probare vellent, et iudices eorum probationes recipere, tanquam demandatum eis non fuerit, recusarent, ipsi monachi ante ingressum iudicii appellarunt, sicut ex depositi iuramentis testium est probatum. Delegati vero nihilominus procedentes, et recipientes testes partis adversae, seniores R. in altitudinem sententialiter decreverunt, quorum factum, tanquam iniquum, irritari a nobis monachi suppliciter postulabant. Quum autem quae praemissa sunt et alia quaedam praefati cardinales nobis et fratribus nostris prudenter et fideliter retulissent. Nos attendentes, quod ex consensu compositionis receptae, quam praedecessor noster etiam confirmaverat, ius, si²⁹ quod sibi competierat³⁰, R. senior amisisset, ac per hoc, ne monachi ad electionem procederent, de iure minime appellare potuisset³¹, quum, nisi quorum interest, audiri non soleant appellantes, de consilio fratrum nostrorum appellacionem illam dicimus³² legitimam non fuisse. Unde per eam electio non potuit impediri. Quia vero constitit nobis, monachos ante litem exordium rationabiliter appellasse pro eo, quod super falsi suggestionem probationem volebant admittere delegati, et per consequentiam eo ipso, quod bene appellatum fuerat, iurisdictionem iudicum expraesit, quicquid ab eis est perperam attentatum, vel de recipiendis ante litem contestantur testibus, vel de sententia proferenda denunciamus sententialiter non tenere. Sane quavis dilecti filii P. praepositi et capitulum Constantiensis de interdicto³³, quod cardinalis posuerat, in³⁴ suis literis inseruerunt³⁵, quia tamen per id, quod R. iuniori dioecesanus episcopus munus benedictionis impendit, ei videtur³⁶ quod praemisimus obviare, unde vel scriptura facto, vel factum scripturae praedicat, nec probatum fuit³⁷, licet obiectum, quod ab interdictis electio³⁸ fuerit celebrata, ipsam non potuimus irritare, praesertim quum contra personam electi nihil fuerit intentatum. Ideoque causam ipsam sub ea forma vobis duximus de consensu partium committendam, ut, si constiterit, quod electio fuerit facta a suspensis, ea omnino cassata ipsi monasterio, post satisfactionem condignam³⁹, suspensionis et⁴⁰ interdicti sententia relaxata, de persona idonea consulatur. Alioquin etc. Dat. Later. VII. Id. Apr. [1199.]

CAP. XVII. 41)

Si electus non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem administrat, eius electio cassari debet.

Idem Capitulo Pennensi⁴².

Qualiter post obitum bonae memoriae Pennensis episcopi ecclesia vestra vacante, receptis prius super electione facienda literis nostris, primicerium vestrum vobis elegeritis in pastorem, vos tanquam auctores electionis ipsius plenius cognovistis. Verum quoniam electus a vobis ante confirmationem obientam administrationi episcopatus se irreverenter immiscuit, recipiendo⁴³ tam a clericis quam a laicis iuramenta, non attendens, quod secundum

Apostolum nemo debet⁴⁴ sibi honorem assumere, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron, praecipit⁴⁵ quia nec donum scientiae pontifici⁴⁶ conveniens fuerat, assecutus, quum iuxta verbum dominicum: „Qui fecerit et duceri magis vocetur in regno coelorum“, postquam nobis praesentatis eundem electum, sufficienti examinatione praemissa, communicato fratrum consilio, electionem de ipso factam duximus irritandam, quicquid ex ea et⁴⁷ ob eam factum⁴⁸ est denunciantes penitus non tenere. Ne autem gregi etc. Dat. Lat. XI. Kal. Oct. [1199.]

CAP. XVIII. 49)

Si vocantur ad electionem non vocandi, valet electio facta eis non expectatis. H. die. secundum lecturam communem.

Idem Capitulo Capuano.⁵⁰

Quum inter universas metropoles Capuana sit apostolicae sedi vicinior, ad provisionem ipsius specialius adspiramus, talem ipsi personam praefigi cupientes, quae sicut alios metropolitanos loci vicinitate, sic et devotionis affectu praecellat, per quam et ipsa metropolis tam in spiritualibus quam in temporalibus optatum suscipiat incrementum. Intelleximus autem per dilectos filios I. et F.⁵¹ canonicos vestros, et per⁵² literas, quas ad sedem apostolicam detulerunt, quod ad decanum et alios canonicos vestros Panormi manentes, quum ex eorum parte fuisset vobis⁵³ per literas intimatum, ut ecclesiae Capuanae damna pensantes sic tractaretis super electione substituendi pastorem⁵⁴, quod nullum deberetis in eorum absentia comminare, quendam socium vestrum cum literis destinatis, duodecim dierum terminum assignantes, infra⁵⁵ quem post receptionem literarum vestrarum iter arripere redeundi, quamvis ecclesiastica consuetudo non exigat, ut ad electionem pastoris canonici tam remoti vocentur, et illi praecipue, qui longe antequam vos metropolitani vestri obitum praesentialiter cognoverunt⁵⁶, quorum aliqui post eius decessum ad⁵⁷ Capuanam ecclesiam sunt reversi. Quia vero mora longior est in electionibus⁵⁸ valde suspecta, immo saepe damnosa, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatenus invocata Spiritus sancti gratia personam idoneam per electionem canonicam concorditer assumatis ad regimen Capuanae ecclesiae, consequenter ad audientiam nostram nuncios idoneos transmissuri, per quos a nobis vice regia postuletis assensum, et apostolicae confirmationis gratiam requiratis⁵⁹, attentius etc.

CAP. XIX. 60)

Non debet inspicere, an post appellacionem, sed an contra fuerit electio celebrata. Et penes vocantes, quibus competit vocandi potestas, romanet ius eligendi, si occurrat venire contentant. Et ad officium confirmatoris spectat examinare electum, etiam nemine opponente. Et nisi electus doceatur, legitimae aetatis et literaturae, habetur pro non legitime electo.

Idem Archi.⁶⁰ et Capitulo Capuano.

Quum nobis olim de obitu bonae memoriae archiepiscopi Capuani per vestras literas quam nuncios constitisset, volentes, prout officii nostri sollicitudo deposcit, in pastorem provideri celerius ecclesiae viduatae, vobis dedimus in mandatis, ut electionem canonicam de persona idonea faceretis, per quam in spiritualibus et temporalibus Capuana ecclesia posset congrue gubernari. Vos autem mandatum nostrum suscipientes humiliter et deo, statulo die in metropolitana ecclesia convenistis, et, quum ad tractandum de faciendae electione in capitulo sederetis, et tu, fili archidiacone, hymnum ad invocandam Spiritus sancti gratiam incepisses, dilectus filius M. archidiaconus Theatinus, canonicus Capuanus, silentium indicens, sic ait: „Dominus Papa ut faceremus canonicam electionem praecipit, et ego ne fiat, nisi canonica, interdicto, et ad ipsum vocem appellacionis emitto.“ Quumque a quibusdam vestrum quaesitum fuisset ab archidiacono memorato, quid intelligeret per canonicam electionem, respondit, ut secundum decreta canonica nullus in episcopum de aliena eligeretur ecclesia, dum in propria posset idoneus inveniri. Et sic aliquantulo facto tumultu, quum tu, fili archidiacone, hymnum iterum incepisses, ipse archidiaconus Theatinus cum quibusdam complicitibus suis chorum exiit, et

Cap. XVI. 29) abest a Comp. III. Aug. — 30) habuerunt: C. H. — 31) potuisse: Comp. III. Aug., Reg. — 32) diximus: Böhm. — 33) de interdicto praemissis a cardinali, quod posuerat, illud: Comp. III. — de interdicto praemissis a cardinali, qui pos. ill.: Reg. — 34) abest a Reg. — 35) inae fuerit: Comp. III. Aug. — 36) videretur: C. R. 1. — 37) fuerit: ib. — 38) legitima el.: C. H. — 39) congruam: C. R. 1. — 40) abest a Comp. III. Aug.

Cap. XVII. 41) Restitutum ex Reg. Bal. II. 185. — Comp. III. h. t. e. 2. — 42) Pictaviensis: C. R. 1. H. — Pennensi: C. L. — 43) et tam... iur. recepit: Comp. III., Reg. — 44) debet: Reg. — cf. Hebr. V. 4. —

45) praec. quia: add. a Raym. — 46) pontificis fuerat: Comp. III. Aug., omnia v.: comp. — 47) vel: Comp. III., Reg. — 48) secutum: Reg.

Cap. XVIII. 49) Restitutum ex Reg. Bal. II. 190. (A. 1199.) — Comp. III. h. t. c. 3. — 50) Paduano: C. R. 1., Comp. III. Ms. — 51) L. et F.: Comp. III. — L. et F.: Reg. — 52) abest a C. R. L. et Comp. III., Reg. — 53) abest a C. L. et Comp. III. — 54) pastoris: Comp. III., Reg. — 55) intra: Cont., Böhm. — 56) cognoverint: Comp. III. Aug. — 57) apud: C. H. — 58) electione: C. R. 1. — 59) reparatis: ib.

Cap. XIX. 60) Restitutum ex Reg. Bal. II. 277. — Comp. III. h. t. c. 4. — 60) Archidiacono: Comp. III., Reg. — Archiepiscopo: Cont., Böhm. — Paduano al. Capuano: C. R. 2.

coepit in quodam angulo ecclesiae commorari, et vos hymnum in choro solemniter completatis. Sed quum post invocatum Spiritum sancti gratiam foret de electione tractandum, unum presbyterum, et unum diaconum, et alium acolythum vicem gerentem subdiaconi, qui etiam est cancellarius ecclesiae Capuanae, ut tota singulorum serialim perquirerent, elegistis. Qui unioersorum perquirentes diligentius voluntates, vos omnes, qui ad eligendum in capitulo remansistis, invenerunt in electione concordem, dilectum filium R. subdiaconum et capellanum nostrum, filium dilecti filii nobilis viri P. comitis Colanensis, unanimiter nominantes. Demum vero praedictum archidiaconum, et qui cum eo exierant, per quosdam de vestris admonere curastis, ut ad electionem accederent faciendam. Sed quum ipsi venire penitus recusassent, et diceret idem archidiaconus, quod non ei feceratis tantum honoris et gratiae, quod vobiscum vellet in electione faciendam persistere; vos publicata electione vestra cantastis „Te Deum laudamus,“ et pulsari fecistis cum solennitate campanas, ut quod per vos factum fuerat innotesceret civitati. Ad quarum sonitum quum unioersus populus ad ecclesiam advenisset, et audissent, qualiter a vobis electio fuerat celebrata, factum vestrum communitate approbarunt; et quidam eorum, ut archidiaconum et alios, qui ab electione discordabant, ad concordiam revocarent, multipliciter institerunt. Verum ipse archidiaconus, ut proponitur, se tunc ipsi electioni minime consentire, sed in nostra praesentia suum assensum ipsi velle praestare respondit, quod etiam, sicut dicitur, saepe ac saepius in multorum praesentia replicavit. Tu vero, fili archidiacone, cum multis de canonicis Capuani decretum electionis afferens, eligentium subscriptionibus roboratum, ad nostram praesentiam accessisti, et, quum apud nos fuissetis aliquamdiu commorati, tres canonici Capuani pro parte adversa post aliquot dies nostro se conspectui praesentiarunt. Vobis igitur et ipsis in nostra et fratrum nostrorum praesentia constitutis, utrique partium praecipimus dicere veritatem, et quantum quidem erat in narratione facti usque ad exitum archidiaconi praedicti de choro, neutra partium discordabat. Dicebant tamen clerici antedicti, quod multi, qui exierant cum archidiacono, minis et terroribus fuerant inducti electioni a vobis postmodum factae consentire. Quumque tam a vobis quam clericis illis quaesiverimus diligenter, quot erant clerici Capuani, qui electioni debuerant interesse, inventi non fuissetis in responsione discordes, sed tam vos quam ipsi certum super hoc numerum designastis. Et quum quaereremus sollicite, quot exierant cum archidiacono Theatino, quum appellationem opposuit, interpositae appellationi faventes, licet in hoc a vobis praefati tres clerici discordarent, quod scilicet XII. vel XIII. ad plus de canonicis ab electione facta propuenerent dissentire, et vos eos esse V. aut VI. solummodo diceretis, secundum tamen expressum a vobis et ipsis canonicorum numerum tres partes et amplius erant in electione concordem, si etiam praedictorum clericorum assertio vera esset, quod scilicet XIII. canonici dissentirent. Quamquam autem, ut praediximus, diligenter inquisivimus publice veritatem, ne tamen aliqua videremur omittere, de quibus fides nobis erat plenior exhibenda, per quosdam de fratribus nostris singulatum vos et ipsos clericos examinari praecipimus, ut quisque vestrum coram ipsis plenius et securius exponeret veritatem; qui non aliud, quam ante propositum fuerat, invenerunt. Interrogati vero clerici antedicti, qui quosdam canonicorum dixerant minis et terroribus ad consentiendum inductos, si viderunt aliquibus quamlibet coactionem inferri, taliter responderunt, quod post factam electionem audiverunt quosdam de canonicis aliis comminantes et dicentes: „De civitate trecenti vocentur armati, et tunc apparebit, quis electioni nostras noluerit consentire.“ Sed licet hoc dictum fuerit, non viderunt tamen propter hoc cum armis aliquem venientem, vel ipsis coactionem aliquam intulisse. Quum autem ex utriusque partis assertionibus constaret, interpositam fuisse appellationem canonicam, quando ne fieret electio, nisi canonica, „secundum mandati nostri tenorem, ad nostram fuit audientiam appellatum,“ videri poterat, quod post eam medio tempore nihil deiecit⁶¹ innovari, unde talis electio iudicanda erat irrita et inanis, utpote post appellationem canonicam⁶² interpositam attentata. Sed contra⁶³, quum appellatum fuisset, non ut nulla electio fieret, sed ut fieret canonica, si factum electionis canonice fuerit⁶⁴ subsequutum, non utique contra formam appellationis huiusmodi, sed magis secun-

dum eam videbatur esse processum, et ideo, licet post appellationem, non tamen contra⁶⁵ eandem fuit electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda. Nam quum duae partes et amplius electioni consenserint et consentiant, licet cautum reperitur in canone, ut tunc alter de altera eligatur ecclesiae, quum nullus in propria fuerit repertus idoneus, quia tamen hoc in favorem introductum est clericorum, et cuique licet renunciare iuri, quod pro se noscitur introductum, vos, qui duae partes eratis et amplius, quum quod duae partes capituli faciunt totum facere videatur, in hac parte iuri, quod pro vobis facere videbatur, renunciare potuistis, et electionem de persona alterius ecclesiae celebrare, praesertim quum illud decretum locum videatur habere, quando clericis renitentibus et inotis per alicuius violentiam potestatis extraneus ingeritur ex adverso, propter quod sequitur in decreto, ut sit facultas clericis renitendi, si se viderint praegravari, et quos ingeri sibi viderint ex adverso, non timeant refutare. Praeterea quum sedes apostolica caput omnium ecclesiarum existat, et Romanus Pontifex iudex sit ordinarius singulorum, quando de ipsa quis assumitur in praelatum alterius, ei posse obici non videtur, propter capituli privilegium; quod obtinet plenitudinem potestatis, quod de alia ecclesia eligatur, quum a capite membra reputari non debeant aliena. Item quum post appellationem emissam, non ut non fieret electio, quia talis appellatio nulla foret, sed ut fieret canonica, archidiaconus Theatinus cum suis fautoribus chorum exiisset, et vos illos, ut interessent electioni faciendae vobiscum, curassetis sollicite revocare, quoniam ad electionem faciendam accedere voluerunt, alienos se fecisse videntur, propter quod electioni a vobis iuxta formam mandati apostolici⁶⁶ concorditer celebratae de iure non posse contradicere videbantur, praesertim quum idem archidiaconus postea requisitus responderit, quod in praesentia nostra vellet suum ei praehere consensum. Et ideo quum secundum statuta concilii Lateranensis appellatione remota semper id debeat praevallere, quod a pluribus et sanioribus fuerit ordinatum, nisi forte a paucioribus et inferioribus aliquid rationabile obiectum fuerit et ostensum, a vobis celebrata electio, tanquam a maiori et saniori parte, non obstante contradictione vel appellatione paucorum, debebat et poterat rationabiliter confirmari, quum id, quod obiectum existit et ostensum, rationibus praemissis appareat rationabile non fuisse. His igitur et aliis⁶⁷ allegatis, quamquam contra personam illius, quem elegistis, nihil unquam dictum fuerit vel obiectum, quia tamen iuxta⁶⁸ verbum Apostoli, dicentis⁶⁹: „Nemini cito manum imponas,“ debemus attendere diligenter ad ea, quae circa personam⁷⁰ inquirenda fuerant, duximus ex officio nostro, sicut decuit, procedendum. Et quidem, quum tria sint in persona electi praecipue inquirenda, videlicet aetas legitima, morum honestas, et literatura sufficiens, licet de honestate morum, tanquam ei, qui nobiscum est aliquamdiu laudabiliter conversatus, possimus ipsi laudabile testimonium perhibere. Illius quoque literaturae, licet non eminentis, tamen convenienter electus existit⁷¹, ut pro defectu scientiae, sicut plenius intelleximus ab his, qui cum melius cognoverunt, ab electione non deberet⁷² excludi. De legitima tamen aetate scire plene non potuimus veritatem, de qua nec vos, ut accepimus, aliquid cogitastis, quia, quum⁷³ a multis, cuius aetatis existeret, curaverimus⁷⁴ indagare, a nemine unquam audivimus, quod annum aetatis tricesimum⁷⁵ attigisset. Quum autem secundum praedicti statuta concilii nullus debeat in episcopum eligi, qui tricesimum aetatis non egerit annum, licet senectus venerabilis sit non diuturna, nec annorum numero computata, sed anni hominis sint sensus eius, et aetas senectutis vita immaculata, quia tamen post illa tria, quae Salomon huserit difficilia, quartum quasi reputet impossibile, viam videlicet iri in adolescentia sua, tanquam investigari non possit. Nos ecclesiae pariter et personae providere volentes, et tam rationes quam canones observare, habito super hoc cum fratribus nostris diligentibus tractatis, quae propositum vestrum providum intelleximus, et ideo propter urgentem necessitatem et evidentem utilitatem ecclesiae Capuanae, quam in hac parte potius approbamus, volumus ipsam firmiter perdurare, praefatum subdiaconum nostrum de communi fratrum nostrorum consensu vobis in procuratorem concedimus, liberam administrationem ei tam in temporalibus quam in spiritualibus committentes. Quapropter etc. Dat. Laterani. [1199.]

Cap. XIX. 61) debuerit: Comp. III. Ms., Reg. — 62) legitime vel canonicam: C. H. — 63) e contra: Comp. III. Aug., Reg. — 64) fuit: ib. — fuerat: C. R. 1. — 65) contra fuit eadem: C. R., Comp. III., Reg. — 66) ap. sedis: C. R. 1. — verba: iuxta... apost.: non leg. in Comp. III., Reg. — 67) et al.: abant ab iisd. — 68) abest ab iisd. et C. L. —

69) 1 Tim. V. 22. — 70) pers. illius inq. fuerint: C. R. 1. — 71) existoret: C. H. — existat: omisso verb.: electus: Comp. III., Reg. — 72) eum non debere: C. R. 1. — verb.: non: abest a Comp. III. Ms. — 73) quomvis: C. R. 1. — verb.: quum: abest a Comp. III., Reg. — 74) curavimus: Comp. III. Aug. — 75) triginta: Ed. Rom. oper. mend.

CAP. XX. 75)

Illegitimus potest postulari, non autem eligi, et electores, nisi probaverint, illum ignoranter elegerint, incidunt in poenas Lateranensis concilii.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Innotuit nobis olim tam per tuas literas, quam quorundam suffraganeorum tuorum et dilectorum filiorum prioris et conventus Wigorniensis ecclesiae, quod, Vigoriensi⁷⁵⁾ ecclesia destituta pastore, "dicitur" prior et conventus eiusdem⁷⁷⁾ "dilectum filium" magistrum M.⁷⁶⁾ archidiaconum Eboracensem in episcopum⁷⁹⁾ "unanimiter" elegerunt, cuius, "quam eius tibi fuisset electio praesentata," confirmationem usque in adventum ipsius, qui absens eligebatur et inscius⁸⁰⁾, distulisti; qui tandem, "quod fuerat factum audio, ad praesentiam tuam devotus accessit, et praeter opinionem omnium, qui nihil ob stare credebant, quin statim concors et canonica deberet electio confirmari," spontanea tibi et secreta confessione monstravit, quod conscientia eius aliquantisper ex natalibus esset laesa, "et, quod ad tantae dignitatis apicem praeter indulgentiam sedis apostolicae nollet aliquatenus promoveri, proposuit, etiam si promotorem benignum et facilem inveniret. Tu autem, sicut vir providus et discretus, intellecta conscientia eius, noluisti protinus ad confirmationem procedere, sed nobis rei seriem per tuas insinuas literas, et per eas ipsius magistri merita et conscientiam commendasti; capitulum autem eiusdem ecclesiae, quare per te fuisset electionis confirmatio protelata, se ignorare, per literas tuas nobis transmissas exposuit;" cuius electionem capitulum⁸⁰⁾ petiit per sedem apostolicam confirmari, praesentato nobis electionis decreto subscriptionibus eligentium roborato. Quidam autem⁸¹⁾ suffraganeorum tuorum, "quod per tuas literas videbaris obscure aliquantulum inmisisse, per suas literas in aliquibus asseruerunt⁸²⁾, eum fuisse filium cuiusdam militis, et ab eo ex quadam ingenua et non coniugata susceptum. Interim vero" idem quoque⁸³⁾ magister "ex inaspetato ad praesentiam nostram accessit, et quod nobis de natiuitate ipsius per literas aliquorum suffraganeorum tuorum fuerat intimatum exposuit, et" adiecit, quod nunquam pater eius habuerat uxorem, sed matris⁸⁴⁾ eius virginitatis florem praeripuit⁸⁵⁾ quasi furtim⁸⁶⁾, "et ipsa infra quadriennium a natiuitate ipsius matrimonium non contraxit. Nos ergo cum fratribus nostris habito super hoc diligenti tractatu, relectis canonibus, quosdam invenimus, qui non legitime genitos promoveri velant ad officium pastorale, causam forte trahentes ex lege divina, per quam spuris et maneres usque in decimam generationem in ecclesiam Dei prohibentur intrare. Invenimus etiam alios, qui undecunque genitos non prohibent ad sacros ordines promoveri, dummodo sibi merita suffragentur, asserentes, quod culpa parentum non est filii imputanda. Et ad hoc probandum inducunt, quod Dominus noster Iesus Christus non tantum ex alienigenis, sed etiam ex adulteris voluit commixtionibus nasci, qui est sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Hi etiam scripturae divinae videntur inniti, qua dicitur; „Filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii,“ per quam antiquum videtur proverbium removeri, quod inter filios Israel dici solebat: „Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt.“ Quidam vero ad concordiam discordantiam revocantes, repugnantiam canonum praedictorum soprore quodammodo videbantur, dicentes, quod illegitime geniti si religiose fuerint aut in coenobiis, aut in canonicis conversati, a sacris ministeriis minime revocentur, et inter illegitime genitos quidam asserunt eos solos a sacris officiis prohibendos, qui paternam incontinentiam imitantur. Et hi quoque videntur auctoritate divinae legis inniti, qua dicitur: „Ego sum Deus zelotes visitans peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam generationem in iis, qui oderunt me gratis,“ quasi dicat, in his, qui circa me paternum odium imitantur. Verum canon concilii Lateranensis⁸⁷⁾ a bonae memoriae Alexandro Papa praedecessore nostro editus in synodo generali, primis concordans canonicis non solum tales vetat in episcopos promoveri, verum etiam eligentibus talem personam poenam infligit, inamo ipso facto eandem poenam asserit incurrisse, ut secundum hoc canon latae sententiae videatur, cuius tenor talis est: „Ne videlicet, quod de quibusdam pro necessitatibus temporis factum est, in exemplum trahatur a posteris, nullus in episcopum eligatur, nisi qui de legitimo matrimonio sit natus,“

circa finem subiungens: „Clerici sane si contra formam istam quemquam elegerint, et eligendi tunc potestate priuati; et ab ecclesiasticis beneficiis triennio se noverint esse suspensos.“ Sane praedictus canon, qui non per eum, qui canones non nosset antiquos, sed per illum, qui plene noverat canonicas sanctiones, in concilio multorum iurisperitorum est editus et ipsius approbatione concilii roboratus, natis de non legitimo matrimonio omnem videtur in episcopos promovendi aditum praeculisse, quum id etiam ad consequentiam trahi prohibeat, quod pro necessitate inuvis prioribus temporibus esse factum, licet nihil amplius quam necessitas dispensantem ad dispensationem inducat. Praeterea electionem talium inuvis nullam esse, dum in poenam statui electorum, ut tunc eligendi potestate se noverint priuati, quod nihil esset, si tunc non occurreret electio facienda; quod fieri non posset, priori electione seu etiam nominatione durante. Ex quo patet, electionem eiusmodi per ipsum canonem irritatam. Quamvis autem canon⁸⁸⁾ Lateranensis concilii, ab Alexandro⁸⁹⁾ praedecessore nostro editus, non legitime genitos adeo persequatur, quod electionem talium inuvis nullam esse, nobis tamen per eum adempta non fuit⁹⁰⁾ dispensandi facultas, quum ea non fuerit prohibentis intentio, qui successoribus suis nullum potuit in hac parte praedictum generare, pari post eum, immo eadem potestate functuris⁹¹⁾, quum non habeat imperium par in parem, "sed ea tantum fuerit mens ipsius, ut, quia ex eo, quod aliquando ex dispensatione pro necessitate temporis factum fuerat, quidam gratiam in licentiam extendentes, et inde sumentes exemplum, se licite credebant eligere tales, et indifferenter huiusmodi eligebant, quum talia fieri prohiberet. Unde gravem electoribus poenam inflixit. Deliberavimus tamen cum fratribus nostris, utrum in tali casu et cum tali persona deberemus misericorditer dispensare, vel iuris potius serrare rigorem. Invenimus enim, a bonae memoriae Urbano Papa praedecessore nostro in casu multo difficiliore cum Cenomanensi dispensatum electo, qui fuerat filius sacerdotis, et Legionensi episcopo, qui post consecrationem suam humiliter fuerat et sponte confessus, quod fuisset ex matre non legitima procreatus, quam pater, vivente uxore propria, cognovisset. Sed idem Urbanus prohibuit, ne id quasi pro regula in posterum ad consequentiam traheretur⁹²⁾. Videbatur enim, quod, quum cum illegitime natis fuisset aliquandiu dispensatum, et ex certa causa forsitan in posterum dispensandum, in hac causa celerius deberet dispensatio indulgeri, illi personae videlicet, quae minus imperfectionis, plus perfectionis habebat. Multa enim in hoc casu dispensationem inducere videbantur, literarum scientia, morum honestas, vitae virtus, et fama personae, multipliciter a quibusdam etiam ex fratribus nostris⁹³⁾, qui eum in scholis cognoverant, approbatae. Faciebant etiam⁹⁴⁾ ad id non modicum concors capituli Vigoriensis electio, petitio populi, assensus principis, votum tuum, suffraganeorum suffragia, et humilis devotio contentus, qui sponte ac humiliter suum maluit constiteri reatum⁹⁵⁾; quam laesa⁹⁶⁾ conscientia thronum conscendere⁹⁷⁾ pastoralem. Habito ergo super hoc "cum fratribus nostris" diligenti tractatu, intelligentes, Vigoriense capitulum eundem magistrum non humiliter postulasse, sed improvide potius elegerint, quum ad obtinendum dispensationis beneficium⁹⁸⁾ procedendum fuisset, non per electionem inhihibitam, sed per postulationem permissam⁹⁹⁾, electionem ipsam praedicti canonis auctoritate cassatam denunciamus¹⁰⁰⁾ irritam et inanem, parentes non modicum Vigoriensi capitulo, quod eis nec poenam infligimus expressam in canone supra dicto, nec¹⁾ probare cogimus ignorantium, quam allegant. Et²⁾ quamvis post cassationem huiusmodi "a" nobis "a nullis" fuerit "humiliter" supplicatum, ut "propter causas praedictas" dignaremur eum eo misericorditer dispensare, "quum ad dispensandum in talibus nullus se casus habilior posset afferre, quia tamen praedicto capitulo liberam facultatem eligendi vel postulandi volumus reservare," supplicationem huiusmodi, quae nomine capitulo non fiebat, quum non ad postulandam dispensationem, sed ad petendam confirmationem ipsius "capituli" fuerint nuncii destinati, ad praesens non duximus admittendam³⁾, decerentes irritum et inane quicquid⁴⁾ super ordinatione ipsius episcopatus ante susceptionem literarum nostrarum fuerit attentatum. Volumus igitur et wandamus, quatenus per Cantuariensem provinciam ex parte nostra facias districtius inhiberi, ne, quod de nullis in eadem provincia, quod sine pudore non dicimus, inor-

Cap. XX. 75) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 5. — Ralu. ap. Bal. I. 556. — 76) Wigorniensis: C. R. — eadem eccl.: Coll. citt. — 77) ei: abest ab iisd. — eiusdem ecclesiae: C. R. 2. — eiusdem loci: Cont., Böhm. — 78) R.: C. R. 1. — 79) pastorem animarum suarum un. eleg., et quum: Coll. citt. — 80) insciens: C. R. 1. — 80*) et eum petiit: Coll. citt. — 81) tandem: Comp. III. — 82) expresserunt asserentes: ead., Rain. — 83) abest ab iisd. — 84) matri: ib. — 85) praeripuerat: Comp. III. M., Rain. — surrip.: ed. Aug. — 86) furtum: C. H. — 87) cf. supr. c. 7. —

88) etsi canon iste non leg. (illeg.: Rain.) gen. fortius postquam, nobis: Coll. citt. — 89) add.: Papa: C. R. 1. — 90) fuerit: Coll. citt. — 91) functionem: Comp. III. Aug. — 92) cf. c. 13. Dist. LVI. — 93) meis: Comp. III. Aug. — 94) add.: haec: Cont., Böhm. — 95) defectum: Comp. III. — 96) cum laesa: C. R. 1. — 97) ascendere: id., Coll. citt. — 98) add.: humiliter: C. R. 1. — 99) praecissam: Comp. III. — 100) denunciavimus: C. R. 2., Comp. III. — 1) non: C. R. 1. — 2) abest a Comp. III. Aug. — 3) admittendum: ead. — 4) si quid: Coll. citt.

dinato noscitur esse factum, de cetero contra formam praescriptam nullatenus attentetur." Quod si⁵⁾ Vigoriense capitulum eundem magistrum propter praerogativam meritorum ipsius duxerit postulandum, postulationem *"ipsius"* apud sedem⁶⁾ apostolicam praesentare procuraret.

CAP. XXI⁷⁾

Non possunt electores in praedictum electi compromittere; sed, si consenserit electioni suae vel consentire velit, non obstante laudo in contrarium lato, est confirmandus, si alius canonicum sibi non obstat, licet non sit de gremio illius ecclesiae, quancunque ob causam a maiori parte fuerit appellatum. Et in hoc ultimo est iste textus multum notabilis.

Idem Genuensi⁸⁾ Archiepiscopo, et Placentino et Bopiensi Episcopis.

Quum inter *"dilectos filios"* canonicos Saonenses⁹⁾ super electione pontificia quaestio verteretur, *"eligentium votis in diversa divisus"*, ad sedem apostolicam *"dilecti filii"* S.¹⁰⁾ subdiacono Saonensis et I. procurator capituli accesserunt, quibus venerabilem fratrem nostrum Albanensem episcopum et dilectum filium nostrum A. tit. S. Martini presbyterum cardinalem auditores. Proposuit¹¹⁾ autem procurator praedictus, quod singuli¹²⁾ requisiti communi assensu¹³⁾ in Hastensem praepositum, excepto praedicto subdiacono, convenerunt¹⁴⁾, quo in sua duritia permanente, aliorum consensus redactus fuit in scriptum publicum consequenter. Ceterum pro parte altera fuit propositum ex adverso, quod, quum septem essent canonici Saonenses, in capitulum¹⁵⁾ se receperunt, de futura electione pontificia tractaturi, *"ubi diversi ad diversis nominati fuere."* Sed archidiacono, archipresbytero et¹⁶⁾ praeposito dictum Hastensem praepositum nominantibus, fuit a praefato¹⁷⁾ S. *"fortiter"* obviatum, asserente, ipsum morbo epileptico laborare, pro quo alia vice tanquam inhabilis fuerat recusatus; nec ad aliam ecclesiam debere fieri transitum, donec reperiretur idoneus in ecclesia Saonensi. (Et infra:.) *"Sed praepositus Saonensis spreitis appellationibus interpositis praepositum Hastensem elegit, obiectis adversa parte, quod huiusmodi electio propter appellationes interpositas et alia etiam obstacula non teneret. (Et infra:.) Sed et civitatem idem praepositus et ceteri omnes egressi, exceptis presbytero et subdiacono sarpedictis, secum sigillum ignorantibus eis detulerunt, et ad Mediolanensem archiepiscopum accedentes petierunt electionem, quam fecerant, confirmari, licet a solo praeposito, et post appellationem facta fuisset. Sed quoniam indebitus electionis processus archiepiscopo antea innotuerat, petitioni eorum non annuens, quandam de fratribus suis ad investigandum electionis processum Saonam direxit. Sed quum testes producerentur coram eo, et postularetur, ut nuncium ipsum pariter procurarent, pars adversa iam dictum archiepiscopum, altera vero sedem apostolicam invocavit. Sed quum ad mandatum nuncii partes Mediolanum ivissent apostolos petitorum, ab archiepiscopo, ut ad pacem redirent, fuerunt monitae diligenter, cuius arbitrio praepositus se velle stare constanter asseruit, si hoc et ipsum pars faceret adversa, quod deliberato consilio praefatus subdiaconus reprovinit."* Post haec *"reversi ad propria, et deinceps ab archiepiscopo evocati,"* archipresbyter¹⁸⁾ pro parte altera de rato, ut dicebat, literis praemunitus, ipse vero S.¹⁹⁾ pro parte sua in Mediolanensem archiepiscopum compromittere curaverunt, qui magistrum G. Modicensem²⁰⁾ canonicum eis dedit in episcopum, et etiam²¹⁾ confirmavit, *"quom in Saonensi ecclesia, praesente clero et populo civitatis, adhibitis solemnitatibus consuetis, electum publice nunciaverunt, cui archiepiscopus, praeposito sedem apostolicam provocante, consecrationis munus distulit impertiri. (Et infra:.) Postquam igitur coram praefatis auditoribus fuit super his et similibus disputatum, qui nobis ea sufficienter ac fideiiter reulerant, quoniam de ipsis nobis non potuit fieri plena fides, causam ipsam vestro duximus examini committendam,"* Discretioni vestrae

"per apostolica scripta" mandamus, quatenus, quum constet, electionem de praeposito memorato a maiori et saniori parte capituli celebratam fuisse, publicatam etiam et subscriptam, si dictus praepositus eidem electioni consenserit, ut per mutuum consensum eligentium et electi quasi coniugale vinculum spiritualiter sit contractum, nisi sufficienter sit ostensum, eundem *"praepositum"* morbo epileptico laborare; super quo contra ipsum dicitur²²⁾ appellatum, vos, non obstante appellationis obiecto²³⁾, si qua *"forsan"* ex aliis causis superius memoratis proponitur interposita, quum *"ex his, quae coram nobis allegata fuerunt,"* eas *"appellationes certa ratione"* frivolas reputemus, electionem *"nostra freti auctoritate, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo,"* confirmetis²⁴⁾ ipsius, non obstante, quod post talem electionem a praefato archiepiscopo proponitur esse factum, etiam si a partibus in eam fuerit compromissum, quum electores a tali electione sic resilire nequiverint. Quod si electores illius non compromiserint²⁴⁾ in archiepiscopum memoratum, etiam si dictus praepositus nondum electioni de se²⁵⁾ factae consenserit, eo tamen consentire volente, dummodo a morbo²⁶⁾ sit immunis²⁷⁾ obiecto, vos electionem ipsius nihilominus confirmetis.

CAP. XXII²⁸⁾

Electus a maiori et saniori parte capituli, si est et erat idoneus tempore electionis, confirmabitur; si autem erat indignus in ordinibus, scientia vel aetate, et fuit scienter electus, electus a minori parte, si est dignus, confirmabitur.

Idem Praenestino Episcopo, apostolicae sedis Legato.²⁹⁾

Dudum³⁰⁾ ad audientiam nostram quaestione perlata³¹⁾, quod, vacante praepositura Colocensis³²⁾ ecclesiae, in duo se vota eligentium divisissent³³⁾, causam iudicibus³⁴⁾ duximus committendam, *"quod auditis, quae proponerentur hinc inde, si de partium procederet voluntate, definitivam sententiam promulgaret; atioquin causam sufficienter instructam ad nostram remitterent audientiam, statuentes partibus terminum competentem, quo per se, vel idoneis responsales ad sedem apostolicam accederent sententiam recepturae."* Ipsi vero, *"mandatum apostolicum fideliter exsequi cupientes,"* partes ad suam praesentiam convocarunt, receperunt testes *"hinc inde productos,"* examinaerunt eligentium conscientias, audiverunt allegationes utriusque. Et quoniam praepositus sancti Georgii eorum sententiae se *"tandem"* asseruit nolle stare, processum³⁵⁾ ad sedem apostolicam destinavit, *"partibus festum beati Michaelis tunc proximo venturum veniendi ad sedem apostolicam terminum praefigentes, quem praepositus SS. Apostolorum, allegans, quod terminus tam proximus dispendium ecclesiae generaverat, ad festum S. Servatii brevioravit."* Quumque nuncii praepositi sanctorum Apostolorum statuto termino ad praesentiam nostram accessissent, praepositus sancti Georgii nec venit, nec pro se³⁶⁾ misit idoneum responsalem. *"Sed venerabilis frater noster Coloniensis archiepiscopus eius absentiam excusavit, asserens eum captum, arrepto itinere ad sedem apostolicam veniendi, a nobili viro W. Iuliacensi comite detineri. Nos autem ne aliquid disponere in eius praedictum videremur, per dilectum filium praepositum S. Gereonis et B. concanonicum suum mandavimus ad festum Resurrectionis dominicae sub peremptorio partem utramque citari. Qui, sicut ex literis ipsorum accepimus, SS. Apostolorum praepositum vica voce, praepositum vero S. Georgii per literas et nuncios pariter citaverunt; qui citatione recepta se scripsit ad sedem apostolicam accessurum. Verum, quum nec ad terminum, nec ultra terminum, etiam per VIII. hebdomades expectatus venerit, vel miserit idoneum responsalem, eum reputavimus contumacem, eundem in expensis legitimis parti condemnantes ad hoc. Fuis attestacionibus et"* Gestis igitur iudicum diligenter inspectis, invenimus, quod pro praeposito sanctorum Apostolorum auctoritas, pro praeposito vero sancti Georgii numerus eligentium faciebat,

Cap. XX. 5) sed si: ead. — 6) apostolicae sedi: C. R. 1., Rain. Cap. XXI. 7) Restitutio ex Comp. III. h. t. c. 6. — 8) Jan.: C. H. — Janens.: C. L., Comp. III. Ms. — Janens.: Comp. III. Aug. — 9) Senonens.: C. R. — 10) G.: Comp. III. Aug. — 11) In quorum praesentia subdiaconus propositus memoratus: Comp. III. — 12) quod singuli: e. adverso: desid. in Comp. III. — 13) consensu: C. R. — pro seq.: Histens.: leg.: Astensi per totum. — 14) convenerunt: C. L. — 15) capitulo: C. R. L., Comp. III. — 16) abest a Comp. III. Aug. — 17) a praefato: fort. obv., asserentes: Comp. III. Ms. — 18) add.: praedictus: C. R. 1. — 19) ipse vero et (S.: Ms.) pro parte sua Mediolanum accessit, et iterum ab eo in archiepiscopum compromissio, ipse habito fratrum nostrorum (abest a Ms.) consilio magistrum B. Mediocen. (G. Modicea.: Ms.) canonicum: Comp. III. — 20) Medion.: C. H. — 21) abest a Cont., Böhm., — 22) dicit: Comp. III. Aug. — 23) appellatione obiecta: C. R. 1. — 23*) confirmetis: Böhm. operarum vitio. — 24) compromiserunt: C. R. 1. — 25) de se: non leg. in C. R. L., Comp. III. — 26) add.: epitenico: C. R. 1. — 27) add.: sibi: ib. Cap. XXII. 28) Restitutio ex Reg. Brequ. VI. 36. — Co. p. III. h.

t. c. 7. — 29) Praenest. ep.: simpliciter Comp. III. Aug. — Praen. ep. A. S. L., de Capembach (leg.: Cappenberg*) et de Seelde (Scheidt) abbatibus in Colon. et Monaster. dioecesis constitutus: Reg. — Capituli initium vid. in c. 19. de sent. et re iud. II. 27. — 30) Dudum ergo maiore Coloniensis eccl. praepositura vacante quum ad tractandum de substitutione praepositi canonici convenissent, in duas partes eorum fuere vota divisa, quibusdam SS. Apostolorum praepositum, aliis autem praepositum S. Georgii ad praeposituram eligentibus memoratam, missisque propter hoc nunciis ad apost. sed., de ipsorum assensu ad dil. fil. A. de Lacu. I. de Claustro et I. de Valle S. Petri in Heisterbach abbatibus sub eo forma commissio est oblata, quod etc.: Reg. — 31) prolata: Comp. III. Aug. — 32) Coloniens.: C. R. L. H., Comp. III., recte. — 33) divisiss etiam: Comp. III. Aug. — 34) dil. f. n. de Lacu. I. de Claustro, et G. de Valle S. Petri in Heisterbach (Heisterbach: Ms.) abbatibus dux. etc.: Comp. III. — 35) depositiones testium hinc inde receptas et allegationes partis alterius sub sigillis suis ad sed. ap.: Comp. III., Reg. — 36) pro se: non leg. in C. H., Comp. III., Reg.

quam primus a quatuordecim, tum personis, tum canonicis, qui alio dignitate³⁷⁾, aetate et tempore praecedebant; secundus vero a viginti quatuor fuisse electus. *Obiciatur autem praeposito S. Georgii minor scientia, defectus aetatis, et quod in minoribus eius ordinibus constitutus. Unde quum praepositurae illi esset archidiaconatus annexus, nondum erat ei dignitas conferenda, ratione cuius cogebatur infra praefixum a canonibus spatium in diaconum promoveri. Proponebatur autem pro altero, quod vir erat aetate, scientia et moribus commendandus. Unde meliori ducti zelo propter hoc electores ipsius in eum se confessi fuerant convenisse; non solum xvi, sed quidam alterius etiam electores eum prudentiorem esse praesertim in spiritualibus asserebant, quamvis alium magis utilem maxime circa temporalia propter potentiam fuerint protestati.* Quum autem allegationes pro eodem praeposito sancti Georgii coram iudicibus ipsis praepositae³⁸⁾ nobis non fuerint praesentatae, propter quod non potuimus scire per nos, quid obiecerit³⁹⁾, vel quid responderit ad obiecta, sicque causa remissa non fuit⁴⁰⁾ sufficienter instructa, *tunc* ad diffinitivam sententiam non duximus procedendum, sed decisionem causae ipsius iudicibus⁴¹⁾ commisimus sub hac forma, ut, vel si notorium esset, vel per ea⁴²⁾, quae iam dicta erant, constaret, quod praepositus S. Georgii electionis tempore pateretur vel in ordinibus, vel in⁴³⁾ scientia, vel in aetate defectum, qui eum iuxta canonum⁴⁴⁾ sanctiones impediret ad huiusmodi officium promoveri, ei, *sublato appellationis obstaculo*, non obstante ipsius absentia corporali, silentium imponentes, praeposito sanctorum Apostolorum praepositurae adiudicarent eandem, *et eum in possessionem corporalem mittentes pacifica facerent possessione gaudere.* Alioquin, quum in eum non solum plures, sed duae paene partes convenerint⁴⁵⁾, et impedimenta cessantibus appareat⁴⁶⁾, quod eum bono zelo elegerint⁴⁷⁾, praepositi sanctorum Apostolorum electione *appellatione remota* cassata, electionem confirmarent ipsius⁴⁸⁾, et ei facerent *praeposituram assignari praedictam, et de cetero* tanquam praeposito responderi, *contradictores etc. Dat. Lat. V. Id. Apr.* [1203.]

CAP. XXIII.⁴⁹⁾

Recipients postulatum ad ecclesiam tanquam institutum vel administratorem ante admissionem postulationis a superiore factam, privati sunt potestate eligendi, et ad alios, licet pauciores, devolvitur potestas eligendi; et si omnes privati sunt, devolvitur ad Papam in ecclesiis cathedralibus. Hoc die, secundum principalem intellectum, qui magis congruit literae.

Idem Canonice Maguntinensibus.

Bonae memoriae *C.* Maguntinensi archiepiscopo⁵⁰⁾, *episcopo Sabiniensi*, viam universae carnis ingresso, *quum vota vestra se in varia dicitur*, et⁵¹⁾ quibusdam petentibus Wormaciensem⁵²⁾ episcopum, quibusdam vero *venerabilem fratrem nostrum nunc* archiepiscopum vestrum, tunc praeposito sancti Petri Maguntinensis, sibi eligentibus in pastorem, *dilectus filius magister P. scholasticus Maguntinus cum quibusdam aliis pro illis, qui Warmatiensem episcopum postularunt, procurator ad apostolicam sedem accessit; pro aliis vero dilecti filii E. et R. clerici Maguntini venerunt, quorum alter institutus fuit procurator. Partibus igitur in nostra praesentia constitutis, et eis in consistorio nostro diligenter et sufficienter auditis, de fratrum nostrorum consilio venerabili fratri nostro Praenestino episcopo, a sede apostolica legato⁵³⁾, dedimus in mandatis, ut, si eundem episcopum quoad temporalia vel spiritualia recepisse⁵⁴⁾ constaret ecclesiam Maguntinensem, vel ministrasse in temporalibus aut spiritualibus in eadem, *prout obiectum fuerat ex adverso*, postulationem factam de ipso, *sublato cuiuslibet appellationis obstaculo*, nunciaret irritam, *de gratia nostra concedens eidem, ut Warmatiensem sibi ecclesiam retineret. Nam de iure communi, quia praeter auctoritatem nostram transire praesumpsit, utraque erat spolians, ut et ea careret, quam concupiscit avare, et ea, quam superbe despexit. Quod si parere contemneret, utraque ipsam ecclesia denunciaret auctoritate nostra praeiudicium.* Deinde inquireret de ipsius electione archiepiscopi *diligentius* veritatem, et, si ei de vi, quam ipse et sui metuebant, constaret, eo non obstante, quod post appellationem ad nos interpositam fuerat in ipsius electione processum, quum alii, qui*

appellationi ad nos interpositae, ne⁵⁴⁾ sine ipso ac sociis eius haberent in electione processum, non duxerint⁵⁵⁾ deferendum, uti contra ipsum hac exceptione non possent, quia⁵⁶⁾ frustra legis auxilium invocat qui committit in legem, unde nec ab eis posse obici videbatur, quod idem esset a paucioribus secundum quum assertionem electus, quum ipsi, appellationem ad hos legitime interpositam contemnerent, et praeter licentiam nostram recipientes episcopum memoratum, reddiderint⁵⁷⁾ se indignos, electionem archiepiscopi, *dummodo nihil obstaret de canonicis institutis, sublato appellationis obstaculo* confirmaret. *Quod si nec receptio praefata ecclesiam quoad spiritualia vel temporalia, nec in spiritualibus vel temporalibus ministrasse constaret episcopum memoratum, idem legatus audiret quae super postulatione ipsius et electione archiepiscopi proponerentur hinc inde, testes utringue reciperet, et eorum depositioibus publicatis usque ad calculum sententiae definitivae procedens, gesta omnia sub sigillo suo ad nostram praesentiam destinaret, statuens partibus terminum competentem, quo apostolico se conspectui praesentarent sententiam recepturi.* Licet autem essent notoria, quae contra dictum Wormaciensem episcopum et eius fautores fuerant obiecta, praedictus tamen⁵⁸⁾ legatus ad maiorem cautelam multos *et magnos* testes recepit, ex ipsius archiepiscopi parte productos, *qui super praedictis deposuere iurati.* Unde ipse iuxta mandati nostri tenorem procedens, postulationem factam de Wormaciensi cassavit, et electionem archiepiscopi⁵⁹⁾ memorati, quamvis a paucissimis⁶⁰⁾ celebratam, curavit auctoritate apostolica confirmare, ipsumque ordinavit in presbyterum, et tandem in archiepiscopum⁶¹⁾ consecravit. *Ipsae autem humiliter ad nostram praesentiam accedens, suppliciter postulavit, ut pallium sibi, videlicet insigne pontificalis officii, de consueta sedis apostolicae benevolentia conferremus. Verum quidam simplex nuncius ab adversariis eius ad sedem apostolicam destinatus ex eorum parte apertas nobis cum sigillo pendente literas praesentavit, per quas eundem significabant canonicis, quod praedictus legatus corruptus pecunia iniquam sententiam protulisset. Addebant etiam, quod Maguntini cives pariter irararent, quod eum nunquam haberent episcopum, et quod uiceris clerici, paucis exceptis, suo favebant electo. Quum autem super his coepissemus deliberare cum fratribus nostris, electioni eiusdem archiepiscopi duo videbantur obstare, videlicet quod a paucissimis, et post interpositam a se ipso appellationem videbatur electus. Nam quum postulatio Wormaciensis episcopi fuerit praecedentis appellationis ratione cassata, archiepiscopi electio debebat etiam ex eadem causa cassari. Sed e contra, sicut superius est expressum, qui in appellationem deliquerant, appellationem contra eundem archiepiscopum non poterant allegare. Poterat quoque dici, quod, etsi post appellationem, non tamen contra formam appellationis fuisset electus archiepiscopus saepe dictus, quum appellaverit in hac forma, ne canonice Maguntiae residentes sine ipso ac sociis suis haberent in electione processum. Nec nocet, quod posset ex altera parte replicari; quia nec ipse et socii sui debuerant procedere sine ipsis, quia ipsi appellationem apud nos interpositam contemnendo reddiderant se indignos, et abusi fuerant iure suo. Unde, quum in Lateranensi concilio de his, qui quasdam personas inhibitas eligunt, sit statutum, ut eligendi tunc potestate privati, et ab ecclesiasticis beneficiis triennio nocerent si suspensos, illis pro longe maiori delicto tanquam indignis ab electionis potestate cadentibus, penes eundem ac socios suos tantum ius remanserit eligendi. Quare, si multo pauciores in ipsum quam contemnerent concessum, intelligendum est tamen, quod omnes, qui tunc eligere poterant, elegerunt eundem.* Contra legati vero processum hoc facere videbatur, quod non citatis⁶²⁾ Wormaciensi episcopo et eius fautoribus processisset. Porro *iuxta canonicas sanctiones* excessus notorius examinatione non indiget, et pro his, quae a iudice sunt acta, praesumitur, quod omnia rite fuerint celebrata; quamvis et, quod citati non fuerint, non posset⁶³⁾ de facili comprobari, quia negantis factum per⁶⁴⁾ rerum naturam nulla est directa⁶⁵⁾ probatio, quum, etsi quilibet de se posset asserere, quod ad eum citatio minime pervenisset, singuli tamen vestrum essent in suo testimonio singulares. Ad ipsum quoque legatum, si voluissent, secure potuissent procuratorem idoneum destinare, sicut *et* nuncium

Cap. XXII. 37) tam aetate, quam dignitate ac ordine: Reg. — 38) propositus: C. R. I. L., Comp. III., Reg. — 39) quod obiecerint vel quod responderint: C. R. L., Comp. III. Aug. — quid obi. etc.: Comp. III. Ms. — 40) fuerit: Comp. III., Reg. — 41) dil. fil. S. Gereonis et S. Severini praepositi et decano Braensi sub ea forma potius committendam: Comp. III. — dil. fil. S. Gereonis et S. Severini praepositi Colonienis. et decano Brunensi duximus committendam, per apost. scripta mandantes eisdem, quatenus: Reg. — 42) per iam acta: ib. — 43) vel sc. vel act.: Reg. — 44) canonicis: C. R. I., Reg. — 45) convenirent: Comp. III. Aug. — 46) apparet: ead. — praesumi deberet: Reg. — 47) elegerunt: Comp. III. Aug. — 48) illius: Reg.

Cap. XXIII. 49) Restitutum ex Reg. Breque. V. 14. — Comp. III. h.

t. c. 8. — 50) episcopo: C. R. I. — 51) abest a Comp. III. et Reg. — 52) Warmaciens. Comp. III. Aug. — Warmaciensem. C. L., Cont., Comp. III. Ms., Reg. — 53) sedis ap. legato: Comp. III., Reg. — 54) accepisse: Böhm. — 55) nec: C. R. I. — verb.: ne — processum: addita videntur a Raym. — 56) duxerant: C. R. 2., Comp. III., Reg. — 57) quoniam: C. R. L., Comp. III., Reg. — 58) reddiderunt: Comp. III. Aug. — 59) abest ab ead. — 60) episcopi: C. H. — 61) paucioribus: C. R. I. — verb.: quamvis — celebratum: non exstant in Comp. III., Reg. — 62) episcopum: C. H. L., Comp. III. — 63) citato: C. R. I. — quod dicebatur (dicebat): Aug. in loco suspecto et... processisse: Comp. III., Reg. — 64) posset... comprobare: Comp. III. — 65) secundum: ead., Reg. — 66) nulla est probatio: C. R. H. L., Comp. III. — nulla esse probatio perhibetur: Reg.

destinarent⁶⁵), "quemadmodum ex ipsorum ad nos directis literis comprobatur, qui secure ad eundem legatum accessit, et ad propria remeavit, quum et ipse legatus paratus fuerit securitatem omnimodam providere. Nec obest, quod idem nuntius dicitur appellatus, quam appellationi renunciaserit; et in commissione nostra, quam pars reportavit utraque, obstaculum fuisse appellationis amotum. Sed nec apparebat etiam, qui contra factum legati quicumque posset obicere ac probare, quum non procurator sufficiens, sed simplex ad nos contra praedictum archiepiscopum fuisse nuntius destinatus. Praeterea si appareret etiam, non esset aliquatenus audiendus, quum adversarii eius per praesumptionem, contemptum et blasphemiam audientiam nostram se reddiderint indignos. Praesumptio enim fuit, quod virum, pastorali praeditum dignitate, alteri ecclesiae spirituali coniugio copulatum, praeter auctoritatem nostram contra formam canonicam non solum eligere, sed recipere praesumpserunt. Contemptus accessit ex eo, quod postquam procurator eorum nostras literas reportavit, in quibus mandabatur expresse, quod si Wormaciensis episcopus Maguntinam ecclesiam quoad spiritualia vel temporalia recepisset, vel in spiritualibus vel temporalibus ministrasset in ea, ipsius postulatio cassaretur, et eisdem non veniret in dubium, sed potius manifeste constaret, quod Wormaciensis temporalia saltem receperat, et ministrabat in eis, ipsi postmodum tanquam electo suo, sicut ex literis ipsorum apparet, in quibus eum electum suum nominant et ei se asservunt unanimi consensu favere, temere paruerunt, et consenserunt in ipsum, spirituale cum eo adulterium perpetrantes, quum et per nuntium ad nos ultimo destinatum electionem ipsius in publico consistorio postulaverunt confirmari. Blasphemia vero in eo fuerat subsecuta, quod, ponentes in coelo os suum, legatum nostrum, qui fungebatur in illis partibus vice nostra, et qui prius etiam, quam assumeretur ad officium pastorale, multas religionis extiterat, utpote qui in Cisterciensi ordine fuerat primo abbas, quantum in eis exstitit infamantes, cum corruptum fuisse pecunia sunt mentiti." Nos igitur, etsi propter auctoritatem iudicariam praesumamus pro his, quae acta sunt a legato, illi tamen plus⁶⁷ innititur rationi, quod adversarii archiepiscopi ex tribus causis praedictis se usque adeo reddiderint indignos, quod contra eum non debebant audiri. Unde quod de ipso factum fuerat non poterat impediri per eos, quin etiam si electores eiusdem partis⁶⁸ pariter deliquissent, ut se⁶⁹ reddidissent indignos, ad nos devoluta fuisset hac vice ordinatio ecclesiae Maguntinensis, quare⁷⁰ dictum archiepiscopum sine iuris iniuria potuissimus eidem ecclesiae praeficere in pastorem, "praesertim quum per legatum apostolicae sedis fuisset in Maguntinum episcopum consecratus." Super his ergo⁷¹ "cum fratribus nostris" habito diligenti tractatu, "de ipsorum consilio" cassationem postulationis factae de Wormaciensi episcopo ratam habemus, electionem memorati⁷² archiepiscopi confirmantes. "Dat. Lateran. X. Kal. April." [1202.]

CAP. XXIV.⁷³

Sufficit electo ad obtinendum docere, eligentem fuisse in quasi possessione tempore electionis, licet non probet, quod proprietas iuris eligendi ad illum pertineret.

Idem Clericis sanctae Agathae.

Querelam, quam⁷⁴ "dilectus filius" G.⁷⁵ tituli sancti Vitalis "nunc" presbyter⁷⁶), "tunc sanctae M. in Aquiro diaconus" cardinalis per oeconomum ecclesiae vestrae, cuius idem cardinalis est gubernator, contra P.⁷⁷ "nunc" presbyterum, "tunc vero diaconum" ecclesiae sancti⁷⁸ Salvatoris, "quae dicitur de Cornubis, coram bonae memoriae C. Papa praedecessore nostro" super ecclesia ipsa⁷⁹ proposuit, C.⁷⁹ papa praedecessor noster nobis, in minori officio constitutus, audiendam "et examinandam" commisit. Petebat igitur "idem" oeconomus praefatum⁸⁰ P. ab ecclesia sancti⁸¹

Salvatoris, quam in praedictum vestrae ecclesiae ad iniuriam cardinalis praedicti occupare praesumpserat, removeri, quum ipsa ecclesia "sancti Salvatoris" pertineat ad ecclesiam sanctae Agathae pleno iure⁸², petens "etiam" pensionem sexdecim denariorum Papiensium, debitam ecclesiae sanctae Agathae, pro eadem⁸³ ecclesia "Salvatoris" de Thermis⁸⁴ sibi restitui de novo subtractam. Praedictus vero P. "clericus" respondebat, quod ipse nullam iniuriam irrogaverat cardinali, nec in praedictum ecclesiae vestrae⁸⁵ receperat dictam ecclesiam, quum haec ad illam nullo iure pertineat, nec aliquam sibi debeat⁸⁶ reddere pensionem; sed ipse per electionem populi, ad⁸⁷ quem de antiqua consuetudine pertinet electio⁸⁸, a cardinali sanctae Susannae, cui eadem ecclesia "Salvatoris", tanquam capella suo titulo, in spiritualibus est subiecta, canonice fuerat institutus. "Quumque ad suam assertionem probandam utraque pars multoties testes produxisset, nos illos recepimus et examinavimus diligenter, quorum depositionibus publicatis disputationem audivimus super illis. Sed antequam huiusmodi controversia finem accipere potuisset, praefatus praedecessor noster debitum carnis exsolvit. Demum autem utraque pars a nobis cum instantia postulavit, ut causam ipsam decidere dignaremur." Nos igitur, rationibus⁸⁹ utriusque partis "diligenter" auditis, "et plenius intellectis, habito fratrum nostrorum consilio," dictum⁹⁰ P. ab impetitione oeconomi vestri, super electione ac institutione de se facta in ecclesia sancti⁹¹ Salvatoris absolvimus, et super his praefato oeconomus silentium diximus imponendum, quum "per testes idoneos" nobis constiterit "evidenter," quod populus in quasi possessione praesentandi clericum "ad illam ecclesiam" existebat, quando ipsum presbyterum⁹² ad illam⁹³ elegit, et ecclesia eadem spectat⁹⁴ ad titulum sanctae Susannae in spiritualibus pleno iure, salva quaestione super iure patronatus inter ecclesiam vestram, et populum saepe dictae⁹⁵ ecclesiae sancti Salvatoris. Quia vero "per testes omni exceptione maiores" fuit⁹⁶ liquide comprobatum, quod pensio sexdecim denariorum Papiensium monetae⁹⁷ fuerit⁹⁸ clericis ecclesiae vestrae pro ecclesia sancti⁹⁹ Salvatoris de Thermis¹⁰⁰ annuatim per multa tempora percoluta, sed de novo subtracta, nos in eundem statum percipiendi "pensionem" huiusmodi de ecclesia sancti¹ Salvatoris de Thermis² ecclesiam vestram decernimus³ reducendam⁴, et ad solutionem pensionis subtractae condemnamus⁵ presbyterum antedictum, salva quaestione proprietatis inter ecclesias memoratas. "Dat. II. Non. Iun." [1205.]

CAP. XXV.⁶

Eligentes scienter indignum privati sunt potestate eligendi in electione, quae primo occurrit facienda.

Idem.⁷

Quum Wintoniensis⁷ ecclesia pastore vacaret⁸, archidiaconus⁹ cum suis fautoribus Salubriensem¹⁰ decanum, prior vero¹¹) et complices eius praecentorem Lincolniensem¹² in episcopum elegerunt. "Quumque propter hoc partes ad nostram praesentiam accessissent, quoniam super seris rei gestae non modicum discordabant, testes utraque recipi fecimus, et attestaciones iussimus publicari, quibus perpeticiter intellectis, postquam ab utraque parte sufficienter exstitit allegatum, super ferenda sententia cum fratribus nostris deliberavimus diligenter. Invenimus autem, electionem utramque fuisse contra formam canonicam attentatam, et ut de contumationibus, appellationibus et excommunicationibus laceamus, primam per inordinatam praesumptionem, secundam vero per violentam impressionem comperimus esse factam; ideoque, via regia procedentes, utramque durimus exigente iustitia sententialiter irritandas. Post aliquot vero dies pars illa, quae praecentorem Lincolniensem elegerat, ad praesentiam nostram accedens, quoddam sub sigillo capituli protulit instrumentum, in quo continebatur expressum, quod Wintoniensis conventus vices suas priori et qui-

Cap. XXIII. 66) destinant: C. R., Comp. III., Reg. — 67) add.: etiam: C. L. — 68) abest a C. R. 1., Comp. III., Reg. — 69) ita se: C. H. — 70) quis: Comp. III., Aug. — 71) vero: Cont., Böhm. — 72) abest a C. H. L. R. — et electionem archiep. memorati auct. apost. diximus confirmandum: Comp. III., Reg.

Cap. XXIV. 73) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 86. — Comp. III. h. t. c. 9. — 74) abest a Comp. III. — 75) Gaufridus: C. H. — 76) presbyter: Böhm. — 77) Petrus: C. L. — 78) super eccl. S. Salo.: Comp. III., Böhm. — super eccl. Salo.: Reg. — 79) tunc: C. H. — super eccl. ips.: non exstant in Comp. III., Reg. — 80) Coelestinus: C. L. — in Comp. III. et Reg.: proposuit, ipse nobis. — 81) ut praefatus... removeretur: Comp. III., Reg. — 82) abest a Reg. — 83) plebano: Comp. III., Aug. — 84) abest a Comp. III. et Reg. — 85) in Thermis: C. R. 2. — de Thermis: C. R. 1. — de thermis: Comp. III., Ms. — et terminis: Reg. — 86) eccles. S. Agathae acceptat ecclesiam sancti (abest a Reg.) Salvatoris: Comp. III., Reg. — 87) debebat: Comp. III. — 88) quae de ant. cons. pertinet ad eundem, a card. S. Sus., cui eadem eccl. sancti (abest a Reg.) Salo. etc.: Comp. III., Ms., Reg. — quae de ant. cons. ei pertinet, ad eundem A. card. S. Sus. praesentatus, cui eadem eccl. S. Salvatoris: Comp. III., Aug. —

88) abest a C. H. R. L. — 89) Nos igitur attestacionibus et allegacionibus (et all. desid. in Comp. III., Aug.) ac instrumentis: Comp. III., Reg. — 90) praedictum presbyterum: Comp. III., Reg. — 91) abest a Reg. — 92) praedictum clericum: Comp. III., Reg. — 93) add.: ecclesiam: C. R. 1. — ad ipsam: C. H. — 94) spectabat: C. R. 1. — 95) supra dictae: C. H. — pop. S. Salvatoris: Comp. III. — pop. Salvatoris: Reg. — 96) coram nobis fuit: C. R. 1. — 97) abest a C. R. 2. — 98) fuit: C. R., Comp. III., Reg. — 99) abest a Reg. — 100) ac Thermis: Comp. III., Aug. — et terminis, ead. Ms. — et terminis: Reg. — 1) abest a Reg. — 2) et Thermis: Comp. III., Aug. — et terminis: ead. Ms. — et terminis: Reg. — 3) decernimus: C. H., Comp. III., Reg. — 4) redigendam: C. L. — 5) condemnativum: Comp. III., Reg.

Cap. XXV. 6) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 104. — Comp. III. h. t. c. 10. — 7) integra inser. Reg.: Conventui Wintoniensis, et abbatibus, prioribus et universo clero Winton. dioecis. — 7) Wintoniensis: Böhm. — Wintoniensis: Cont. — 8) careret: C. H. — 9) archidiaconi: Reg. — 10) Cellien.: C. L. — Saletrien. vel Salecinen.: C. H. — Salesbriens.: Comp. III., Aug. — Salesbriens.: ead. Ms., Reg. — 11) autem: Comp. III., Reg. — 12) Lincolnia.: Comp. III., Aug. — Lincolniensem: ead. Ms., Reg.

busdam fratribus super electione pontificis in nostra praesentia celebranda commiserat, eisque plenam et liberam eligendi sibi pontificem contulerat potestatem, unde suppliciter postulabat a nobis licentiam eligendi. Nos autem alteri parti exhiberi fecimus instrumentum, quod quum fuisset ab omnibus comprobatum, quaesivimus, utrum isti cum illis eligere vellent, an potius sine illis. Qui habito consilio responderunt, quod salvo exceptionibus, quas contra illos habebant, ipsi cum eis electionem volebant unanimem celebrare. Licet igitur omnes in communi de facienda electione tractaverint, quia tamen nequiverunt esse concordēs, infecto negotio ad nos habuere recursum. Et hi quidem, qui¹²) praerogam elegerant, "firmiter" asserbant, quod illi, qui¹⁴) decanum elegerant, eligendi erant potestate privati pro illa maxime causa, quod hominem non legitime natum scienter eligere praesumpserunt, unde secundum Lateranense¹⁵) concilium et eligendi hac vice perdidit potestatem, et per triennium ecclesiasticis beneficiis carere debebant, "suppliciter" postulantes, ut super hoc interloqui dignaremur. Illi vero taliter respondebant, quod, licet is, quem elegerant, fuisset minus legitime natus, per gratiam tamen apostolicae sedis legitimari promeruit, et hoc asserbant se legitime probaturos. Nos igitur attendentes, quod isti post primam electionem admirerant illos ad celebrandam secundam, et quod decretum memorati concilii decrevit¹⁶), huiusmodi praesumptores una vice duntaxat eligendi potestate privatos, quoniam electio, quam coram nobis celebrare volebant, non iam secunda, sed tertia concurreret, ad eligendum illos censuimus admittendos, "ita ut procurator etc. Dat. XI. Kal. Iul. Ao. VIII." [1205.]

CAP. XXVI¹⁷)

Eligens scienter indignum in episcopum, est ob hoc suspensus a beneficiis ecclesiae per triennium, nec potest interim ad dignitatem illius eligi vel assumi.

Idem Abbati Cisterciensi¹⁸), R. et P. Monachis Fontis¹⁹) frigidii.²⁰)

Per inquisitionem, quam de mandato nostro fecistis super statu episcopatus et episcopi Tholosani, perspicaciter intelleximus, quod Mascaron²¹) cancellarius iuratus asseruit, se scivisse pro certo, R. ²²) olim Tholosanum episcopum et apicis ipsius ante suam electionem habuisse colloquium eum quibusdam canonicis nominatim expressis, eoque sollicitas precibus, ut ipsum eligerent in episcopum, seque vidisse pariter et audivisse, quando praedictus episcopus, "existens in domo S. Petri de Coquinis," recognovit²³) in quorundam canonicorum praesentia, se canonicis illis, qui adversari²⁴) fuerant suae primae electioni, iurasse²⁵) "in domo Atonis de Montibus", credens pro certo, quod iuramentum illud illicitum fuit²⁶), et praestitum, ut idem R. ²⁶) eligeretur ex pacto, et quod ipsemet²⁷) post "primam" electionem ipsius cassatam domum episcopalem eius nomine detinebat, recipiens quosdam redditus et proventus, quos de ipsius conscientia et consensu in eiusdem negotiis expendebat. Quum igitur talem scienter²⁸) in episcopum eligendo, sicut ipse suo iuramento firmavit, ecclesiasticis beneficiis reddiderit se indignum, grave gerimus et molestatum, quod "dilecto filio" Tholosano praeposito in episcopum Convennarum²⁹) electo idem Mascaron in praepositum dicitur³⁰) substitutus³¹). Quocirca "discretionis vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, eundem³²) "Mascaronem" ab officio praepositurae penitus amoveatis, faciatis virum idoneum ad officium illud assumi. "Contra-dictores etc. Dat. II. Non. Iul. Ao. VIII." [1205.]

CAP. XXVII³²)

Si non professus eligitur ad regimen ecclesiae regularis, cassatur electio, consuetudine in contrarium non obstante.

Idem Priori sancti Frigidiani³⁴), G. et G.³⁵) Canonicis Lucanensibus.

Quum causam, quae inter Bonum presbyterum et Brunum canonicum "ecclesiae" sancti Petri Lucanensis³⁶) vertitur super eo,

quod dictus presbyter Bonus a maiori parte canonicorum eiusdem ecclesiae, praedicto B.³⁷) et quodam alio contradicentibus, in priorem, sicut dicitur, est electus, olim vobis duximus³⁸) committendam, "vos, sicut ex literis vestris accepimus, partes citare curastis, ut iuxta mandatum nostrum causam ipsam fines possitis canonico terminare. Quumque in vestra essent praesentia constitutae, dictus presbyter Bonus cum instantia postulabat, ut electionem de se factam auctoritate curae apostolica confirmare. Sed praefatus Brunus e contrario respondebat, illum non esse dignum regimine prioratus, crimen ei obiciens simoniae, quodque ipsius electio non erat canonice celebrata. Et, quia professus non erat, ipsum asserbat merito repellendum. Verum quum de simonia nihil fuisset probatum, nec aliquid contra modum electionis ostensum, movit vos vehementer ipsius ecclesiae privilegium, in quo continebatur expressum, ut nullus ibi qualibet subreptionis astutia praeposatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanctorum secundum Dei timorem et B. Augustini regulam, providerint eligendum. Quamvis autem³⁹) multi priores continue unus post alium in ipsa ecclesia per multa et longa tempora fuerint non professi, quia⁴⁰) tamen praefatus presbyter B.⁴¹) non est professus observantiam regularem, dubitatis⁴²), et merito, nobis procedere inconsultis "contra privilegium sedis apostolicae concessum ecclesiae memoratae." Quia igitur⁴³) non⁴⁴) debemus attendere solummodo, quid factum sit, sed potius, quid sit⁴⁵) faciendum, consultationi vestrae taliter respondemus, quod, quum secundum legem divinam⁴⁶) non sit in bove arandum et asino, nec quisquam debeat vestem induere de lana linoque contextam, "sublato cuiuscumque appellationis obstaculo" irritetis electionem praedictam, et compellatis praefatum⁴⁷) presbyterum, aliosque clericos non professos, ut vel beati Augustini regulam in eadem ecclesia⁴⁸) constitutam profiteantur et servent⁴⁹), aut ipsam ecclesiam omnino dimittant. "Contra-dictores etc. Dat. Ferentini VIII. Id. Iul." [1203.]

CAP. XXVIII⁵⁰)

Nominatio vel appellatio eius, cuius non interest, electionem non impedit. Sed si vocandus contemnitur, eo prosequente contemptum, cassatur electio etiam confirmata; et potest prosequi, nisi consenserit electi; quod potest etiam ex post facto. H. d. usque ad §. Super eo. — §. 1. Episcopus, dum celebratur missa consecrationis suae, vel archiepiscopus ante receptum pallium, ordines conferre non debet. H. d. usque ad vers. Quod autem. — §. 2. Iste vers. non summat, sed propter diversitatem lectionum, tum quia non facit ad titulum. Abb.

Idem I. tit. sancti Stephani in Celio monte Presbytero cardinali, apostolicae sedis Legato.⁵¹)

Quod, sicut ex literis tuis "nostro nuper apostolatus praesentatis accepimus, post multos labores maris et terrae, ac diversitatem gentium ad intantum tibi legationis officium exsequendum prospere per Dei gratiam pervenisti, et Hibernicanam ecclesiam studuisti pro posse in melius reformare, sicut ipsa operis exhibitio manifestat, gratum gerimus admodum et acceptum, et tuae sollicitudinis studium plurimum in Domino commendamus. Verum ecclesiae Armachanae negotium, quod tibi videbatur arduum et difficile, sine nostro voluisti consilio terminare, sed nobis eiusdem duxisti negotii tuis literis intimandam, ut ex nostro postmodum rescripto cognosceres, qualiter tibi foret in ipso negotio procedendum. Sicut enim in tuis perspeximus literis contineri, bonae memoriae Armachano archiepiscopo viam universae carnis ingresso, a iustitiaro regio vocatus fuit archidiaconus Armachanus, ut pro substituendo pontifice, ne regni pax posset aliquatenus impediri, suffraganeos Armachanae ecclesiae convocaret, et omnes illos, qui ad faciendam conventionem debuerant convenire; ac sic per eum, ut dicebatur, omnes vocati fuerunt; sed pauci apud villam de Ponte, ad quos pertinebat electio, convenerunt, duo videlicet suffraganei Armachanae ecclesiae, abbas de Mellifonte, qui privilegium demonstrabat, se primam in electione vocem habere, ac praedictus archidiaconus Armachanus. Qui deliberato consilio in tres personas, ut dicitur, convenerunt; in Midansem videlicet episcopum, qui unus erat ex suffraganeis, in archidiaconum Midiae, et

Cap. XXV. 13) qui praec. el.: non exst. in Reg. — 14) qui dec. el.: non exst. in Reg., Comp. III. — 15) statutum Later. concilii: Reg., cf. supr. c. 7. — 16) decretum: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — Cap. XXVI. 17) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 116. — Comp. III. h. t. c. 11. — 18) Casternien.: Comp. III. Aug. — Cistren.: ead. Ms. — 19) Montis: Comp. III., Cont., 20) add.: ap. sed. legatis: Comp. III., Reg. — 21) Mascaro cellerarius: Reg. — 22) Raymundus: Comp. III., Reg., Böhm. — 23) recognoverit: C. H. — 24) adversarii: ib. — 25) iuramentum praestitum: Comp. III., Reg. — 26) fuerit praestitum: C. R. 1. — fuerit et praest.: C. R. 2. H. L. — illicite fuerit factum: Comp. III. Aug. — illicitum fuerit factum: ead. Ms. — illicitum fuit et factum: Reg. — 26) cf. not. 22. — 27) ipsemet scil. Mascaron: C. R. — ipse M.: Comp. III., Reg. — 28) abest a C. H. — 29) communiter: Comp. III. — Convennarum: C. L., Reg. — 30) asseritur: Reg. — 31) constitutus: Comp. III. — 32) abest a C. H.

Cap. XXVII. 33) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 112. — Comp. III. c. 12. h. t. — 34) Frigidiani: Comp. III. Ms. — Frigidiani: C. H. L., Comp. III. — 35) B. et F.: C. H. — E. et C.: C. L. — G. et G.: Comp. III. — Innoc. III. Priori S. Frigidiani: C. et C. can. Lucan.: Reg. — 36) Lucan.: C. L. — 37) Br.: Böhm. — Bru.: Comp. III. Aug. — Bruno: ead. Ms., Reg. — 38) duxerimus: Reg. — 39) Unde quamvis multi: Comp. III., Reg. — 40) quod: Comp. III. Aug. — 41) Bon.: Böhm. — Bonus: Comp. III., Reg. — 42) dubitatis: Reg. — 43) vero: Comp. III., Reg. — 44) non solum, quod modo factum sit: Comp. III. Aug. — 45) abest a C. H. — 46) cf. Deut. XXII. 10. seq. — 47) praedictum: C. R. 1. — 48) in eadem eccl.: Comp. III. Aug. — 49) observent: C. R. 1.

Cap. XXVIII. 50) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 83. — Comp. III. h. t. c. 13. — 51) Omissa est inscr. in Comp. III. Ms.

magistrum Manfredum, regium capellanum. Unus vero de duobus episcopis, qui ad talem nominationem convenerat requisitus, firmiter assererat, quod interfuit illi electioni, sed tacuit, nec praebuit in ipsa electione consensum; aliis e contrario asserentibus, quod ipsum consensisse crederent, quia interfuit et nullatenus contradixit. Postmodum autem, plurimis diebus elapsis, praefatus archidiaconus Armachanus apud Armachanum episcopos suffraganeos convocavit, et omnes convenientes in ipsam metropolim, exceptis Midensi episcopo et abbate Mellifontis, qui nulla ratione per Hibernienses illuc poterant convenire, abbatem canonicorum regularium de Benger in archiepiscopum elegerunt, et ipsum, sicut consuetudinis esse dicebant, sequenti die dominica in episcopum consecraverunt; qui post inunctionem suam, antequam missarum solennia finirentur, quendam in acolythum ordinavit, et administrare praesumpsit. Quumque ipsum super hoc graviter redargueret, dicebat ipse, ac constabant alii de partibus ipsius, quod talis consuetudo erat hactenus in Hibernia observata. Contentio vero maxima ad electionem huiusmodi erat inter Hibernienses et Anglicos, quoniam Anglici firmiter assererent, se nolle penitus Hiberniensem aliquem eorum esse archiepiscopum, nullatenus paterentur, ac sic nulla plurima in tua praesentia proponentes quidam Anglici et Hibernici assererent, quod, si Anglicus praeficeretur Armachanae ecclesiae, non provideretur utiliter ipsi ecclesiae ac totius terrae quieti. Postmodum autem, quum dicto electo administratio per te interdicta fuisset, et concessa archidiacono memorato, ei unius suffraganeorum obiecit, quod quendam tabulam argenteam distraxerat ab ecclesia Armachana, qui tibi tandem confessus extitit tabulam ipsam ab Armachanis clericis et laicis recepisse, ac vendidisse pro XXV. marchis eandem, sed firmiter promittebat, quod quicquid de ipso contingeret, ipsius ecclesiae super hoc indemnitate praecaveret. Significasti praeterea nobis, quod facta prima electione apud villam de Ponte, ne quid fieret in praedictum illius electionis et dignitatis regis, qui assensum suum in electionibus asserit requirendum, ad nostram fuit audientiam appellatum. Nos igitur, literarum tuarum tenore diligenter inspecto, sex in eis perspicimus contineri, quorum tria contra praedictum electum, et alia tria contra eius electionem facere videbantur. Primum, nominatio facta de tribus, quam in literis tuis aliquoties electionem appellas, contra quam, si electio vera fuit, antequam cassaretur, non debuerat aliquid aliquatenus attentari. Secundum, appellatio interposita, quae si legitima fuit, sequentem electionem penitus impedivit. Tertium, quia Midensis episcopus et abbas Mellifontis, qui interesse debebant, ad electionem minime convenerunt. Unde si contempti fuerunt vel alter vel ambo, plus eorum contemptus, quam multorum contradictio praedictam electionem debuit impedire. Quartum, quia praefatus abbas sic electus ante confirmationem obtiniam administrare praesumpsit. Quintum, quia in die consecrationis suae ordines celebravit, quum nondum pallium obtineret. Sextum, dilapidatio, quia tabulam argenteam alienare minime formidavit. Verum quum 53) ex prima electione 54), quae facta est 54) de tribus, dicenda videtur potius nominatio, "non nisi quatuor de omnibus, ad quos electio pertinebat, videlicet duo suffraganei ecclesiae Armachanae, et praedictus abbas Mellifontis, et archidiaconus Armachanus convenirent, et ex illa tali nominatione" nihil iuris acquiritum fuerit nominatis, licite procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam, praesertim in ecclesia Armachana, quum iuxta 55) constitutiones canonicas, si fieri potest, in cathedrali ecclesia electio debeat celebrari. Nec talis appellatio interposita electionem illam potuit impedire, quum in ea nihil attentatum fuerit in praedictum regiae dignitatis 56), quia non simplex 57) nominatio, sed solennis electio debet principi praesentari, ut postulationi 58) praestet assensum, etsi secus aliquando 59) per usurpationem aliqui faciant abusive. Si autem praefati Miridiensis 60) episcopus et abbas Mellifontis 61), qui interesse debebant 62), non contempti fuerunt 63), sed ad electionem vocati, si tamen sine periculo potuerint convocari 64), sive nequiverint sive noluerint ad electionem celebrandam accedere, ipsorum 65) absentia non potuit electionem

impedire, "quoniam, si ad locum illum inter Hibernienses secure non poterant proficisci, nec ceteri ad alium locum inter Anglicos tute poterant convenire, propter quod tibi super hoc credimus veritatem diligentius inquirendam, et, si eos vocatos fuisse constiterit, si vocati absque periculo potuerunt, et illos noluissent, vel non potuisse ad electionem celebrandam venire, propter eorum absentiam, si canonicum aliud non obtulit, electio ipsa non debet aliquatenus irritari." Quodsi eos vocatos non fuisse constiterit, sed contemptos, infirmenda erit penitus electio taliter celebrata, nisi postea propter bonum pacis "diligenter admoniti" curaverint consentire 66). "Ceterum, quum, antequam tu ad partes Hibernicas pervenisses, illa fuerit electio celebrata, et electus ipse statim coeperit ministrare, tu satis id potes sub dissimulatione transire, quum id, sicut nostri, de metropolitanis Angliae, Franciae, Alemanniae et aliarum partium remotarum, qui concorditer sunt electi, Romana ecclesia patitur, ecclesiarum utilitate pensata, quia, si tanto tempore, quousque posset electus confirmationem cum pallio a sede apostolica obtinere, regalia non reciperet, ecclesiam, quae interim administratore caret, non modicum incurreret detrimentum." §. 1. Super eo autem, quod in die consecrationis suae, antequam missarum solennia finirentur, acolythum ordinauit, pro tali excessu eum corripis et castiges, "nisi forte hoc esse de antiqua consuetudine cognoveris ecclesiae Armachanae. De qua si tibi constiterit, quod nunc factum est propter simplicitatem et ruditatem gentis illius poteris misericorditer sustinere. Districta tamen ex parte nostra prohibeas, ne de cetero aliquid simile attentetur," quum solus Romanus Pontifex, qui, "sicut nostri," ante hymnum angelicum consecratur, et postmodum 67) ipse missarum solennis incipit et perficit consecratur, in die consecrationis suae valeat ordines celebrare. Ceteri vero, qui inter epistolam et evangelium consecrantur, quia consecrati 68) concelebrant 69) principaliter celebrant, ne dividatur mysterium 70) unitatis, non debeat tunc ordines celebrare. Praeterea quum non liceat archiepiscopo sine pallio convocare concilium, conficere chrisma, dedicare basilicas, ordinare clericos, et episcopos consecrare, multum profecto praesumit, quum id non tanquam simplex episcopus, sed tanquam archiepiscopus facere videatur. §. 2. Quod autem tabulam argenteam dicitur 71) vendidisse, dummodo ecclesiam Armachanam, "sicut promisit," reddat indemnem, aequanimiter poteris praeterire, quum id de cleri et 72) populi processerit voluntate. "Sanè secundum etc. Datum..." [1202.]

CAP. XXIX. 73)

Electio per minorem partem capituli facta non tenet, nec per subsequentem consensum ratificari potest. Hoc dicit secundum communem intellectum.

Idem Toletano 74) Episcopo, et Sagonensi 75) et de Ardenna 76) abbatibus.

Auditus et intellectus meritis causae de duabus electionibus celebratis in ecclesia Baiocensi, 76) unam 77) de G. 78) archidiacono, et alteram de R. 79) subdiacono invenimus utramque 80) contra formam canonicam attentatam. Quum enim 81), inquisitis voluntatibus singulorum, decanus cum paucioribus in ipsum 82) R. 83), et cantor cum pluribus in dictum 84) G. archidiaconum convenissent, solo cantore postmodum 85) quendam alium, videlicet magistrum R. de Aldegii 86) nominante, ad nostram fuit audientiam appellatum, ne decanus, qui primam in electione vocem habebat, ad electionem procederet sine consensu totius 87) capituli, vel maioris et sanioris 88) partis ipsius, "ut discordiae tanua, quae iam videbatur aperta, per appellationis obstaculum clauderetur." Ipse vero decanus, non habito consensu maioris partis capituli, sed longe minoris, subito in electionem 89) prorupit, appellans, ne quis contra ipsam "electionem" aliquid attentaret, quamvis asserebat 90), quod electioni factae "statim" plures alii consenserunt 91); quum tamen ex postfacto nequiverit convalescere quod ab initio non valebat, quoniam electio, quae fuerat 92) irrita ipso iure, per subsequentem

Cap. XXVIII. 52) abest a C. H. — 53) ad primam el.: Comp. III. Reg. — 54) abest a C. R. L., Comp. III. Reg. — 55) cf. Dist. XXIII. c. 1. — 56) maiestatis: C. R. 1. — 57) simpliciter nom., sed solennius el.: Comp. III. Aug. — 58) postulationem: C. R. 2. L., Comp. III. Ms. — postulato: C. H., Comp. III. Aug. — 59) alioquin: Reg. — 60) Misensis: C. R. 1. — Midinensis: C. H. — Mindinensis: C. L. — Miridinensis: Cont., Böhm. — Midensis: Comp. III., Reg. (Meath) — 61) mali fontis: C. R. 1. — 62) qui int. deb.: non exst. in Comp. III., Reg. — 63) fuerant: Böhm. — fuerant: Comp. III. Aug. — 64) vocari: C. R. 2. — 65) eorum: C. H. — 66) assentire: ib. — 67) postea: ib. — 68) consecratori: C. R. 1., Comp. III., Reg. — 69) celebrant: C. R. 1. — 70) dividantur mysteria: C. R. — 71) asserit: Reg. — 72) vel: Comp. III. Aug. — Cap. XXIX. 73) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 35. — Comp. III. h. t. c. 14. — 74) Doloen.: C. L. — Dolenn.: C. H. — Doln.: Comp. III.

Aug. — Dolensi ep. et Savigneo (Savigno: Comp. III. Ms.) et de Ardenna (Ardenn.: Comp. III. cit.) abbatibus: Reg., Comp. III. Ms. — 75) Sagonensis: C. H. L., Comp. III. Aug. — 76) Arden.: C. L. — 76) Baiocensis: C. R. 1. — 77) una... altera: Reg. — 78) F.: C. R. — Gu.: Cont. — R.: Comp. III. — Roberto: Reg. — 79) R. R.: Cont. — Roberto: C. R. 2. — magistro R.: Comp. III. — magistro Roberto: Reg. — 80) add.: esse: C. H. — 81) abest a Comp. III. Aug. — igitur: C. R. 1. — 82) abest a Comp. III. et Reg. — 83) Rob.: Comp. III. — Robertum: Reg. — 84) abest a C. H. — F.: C. R. 1. — W.: Comp. III., Reg., omnia voc.: dictum. — 85) postm... videl.: non exstant in Comp. III., Reg. — 86) Ardeg.: C. R. 1. — Aldegii: C. R. 2. — Aldegii: C. H. L. — Ablegii: Comp. III., Reg. — 87) abest a C. R. 1. — 88) et san.: abant ab eod. — 89) electione: Comp. III. Aug. — 90) assereret: Comp. III. Aug., Reg. — 91) consenserunt: C. R. 1. — 92) fuit: C. H.

tem⁹³) consensum, maxime⁹⁴) appellatione pendente, non poterat⁹⁵) esse rata. Eis ergo⁹⁶) ad propria recedentibus, cautor et alii, qui remanserant in capitulo, post illam⁹⁷) electionem nouum cassatam, et appellationem ad nos interpositam, a nominatione dicti⁹⁸) archidiaconi recedentes, de novo praefatum⁹⁹) subdiaconum "absque Romani Pontificis vel etiam metropolitani proprii conscientia, quum subdiaconus esset, non solum" eligere praesumpserunt, "verum etiam pulsatis campanis cum processione solenni, cantando hymnum, in ecclesiam deportare." Nos igitur "his et aliis, quae coram nobis fuere proposita, diligenter auditis, de communi fratrum nostrorum consilio" electionem utramque duximus irritandam. "Per apostolica etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. X. Kal. Maii Ao. VIII." [1205.]

CAP. XXX.¹⁰⁰)

Potestas data compromissariis ad eligendum praelatum, re non integra revocari non potest, et de iure res esse integra, postquam compromissarii coeperunt habere tractatum.

Idem Grandissylvae¹) et Bellaeperticae Abbatibus.

In causis, "quae ad apostolicam sedem (Et infra:) Nimirum quum in ecclesia Tholosana vacante duo per dissensionem capituli sui, videlicet venerabilis frater noster episcopus Convennarum, et dilectus filius R. archidiaconus Agennensis²) nominati fuissent, et R. canonicus S. Licerii, archidiaconus, et R. canonicus S. Stephani Tholosani pro parte dicti episcopi, pro parte vero altera dilectus filius magister P. de Rama et G. socius eius ad nostram praesentiam accesserunt, quibus venerabilem fratrem nostrum Albanensem episcopum et dilectum filium H. tit. S. Martini presbyterum cardinalem deputavimus auditores. Coram quibus proposuerunt nuncii praedicti, quod, "Quum capitulum Tholosanensis³) ecclesiae ad tractandum de electione episcopi convenissent, duos, scilicet R. de Ponte, et M. cellerarium," elegerunt, ut quinque de eodem capitulo eligerent electores, qui praestito iuramento de substituendi pontificis electione tractarent, et a singulis de capitulo statutum est et concessum⁴), ut ille⁵), quem illi "quinque" concordaret, vel tres ex illis eligerent, ab eis⁶), si persona esset idonea, pro episcopo⁷) sine contradictione aliqua⁸) haberetur. "Et etiam statutum fuit expresse, quod, si quinque electores in unam personam convenire non possent, tribus ex eis concordantibus, reliqui duo illorum sequi tenerentur assensum, et electionem eorum ratam habere." Postmodum vero, quum a praedictis duobus quinque electores electi fuissent, et ad tractandum de electione⁹) accessissent in partem, et non possent omnes in unam pariter concordare personam, tres ex eis conveniunt in "praedictum" episcopum Convennarum, "qui erat archidiaconus ecclesiae Tholosanae, et antequam praenunciarent nominationem ipsius, eam sub protectione apostolica posuerunt," et deinde¹⁰) electionem, quam de postulando "eodem" episcopo fecerant, capitulo publicarunt; ac reliqui duo subsequenter tertia die cum paucis de capitulo, reliquis absentibus, elegerunt "praedictum" archidiaconum Agennensem.¹¹) "Adiecerunt insuper praedicti R. et alii nuncii memorati, quod a dilecto filio tit. S. Priscae presbytero cardinali apostolicae sedis legato fuit ex parte illa specialis nuncius destinatus. Et quoniam episcopus ipse postulandus erat a nobis, et legatus nullam concedendi vel transferendi eum potestatem habebat, quum huiusmodi dispensatio sedi duntaxat apostolicae reservetur, ne quid contra fieret, nostram audientiam appellavit." Nuncii vero praedicti archidiaconi "coram praedictis auditoribus" e contrario responderunt, quod, quum praedicti quinque electores, "in quos totum capitulum eligendi transtulerat potestatem," seorsum de electione tractantes, inter se dissiderent¹²) ita, quod contentiosae voces eorum a fratribus, qui remanserant in capitulo, auditae fuissent¹³), capitulum, ipsos propter huiusmodi contentiones suspectos habentes, ad eos duos de canonicis destinavit, per quos inhibuerunt eis ex parte nostra "et praedicti legati," ne ulterius in facto procederent. Et ita potestatem eligendi, quam eis commiserant, revocarunt, mandantes eis; ut redirent ad capitulum, et pariter cum aliis fratribus de electione tractarent, et huiusmodi¹⁴) revo-

cationi duo ex ipsis electoribus adhibentes consensum, reliquis tribus non contradicentibus, "cum nunciis capituli" ad ipsum capitulum sunt reversi. Sed alii tres, usque ad fores capituli subsecuti, ab eis postmodum discesserunt. Capitulum vero, "illorum absentiam admirantes," quum tota die illa ipsorum praesentiam expectassent¹⁴), subsequenti die campanam pulsari fecerunt, sicut¹⁵) moris est, ad capitulum congregandum, et¹⁶) praedictis tribus cum paucis complicitibus suis sese contumaciter absentantibus, prior, "sacrista et maior cellarius ecclesiae sancti Stephani, quia speciale super hoc praepositi absentis mandatum habebant," cum maiori et saniori parte capituli, "convocatis abbatibus, prioribus ac monachis et aliis viris religiosis," elegit in episcopum¹⁷) archidiaconum supradictum. "Exhibuerunt etiam eisdem archidiaconi nuncii literas praedicti legati, quas nobis super hoc destinavit. (Et infra:) Quum autem praedicti auditores praemissa nobis et fratribus nostris fideliter retulissent, nos memoratum legatum pia intentionem in hoc facto habuisse pro certo credentes, ex ipso laevo tenore literarum suarum intelleximus, eum circumventum fuisse, et per subreptionem, tacta veritate, perpendimus elicitum et extortum quicquid ab eo fuit obtentum, quum in ipsis literis non expresserit formam postulationis." Quia vero postulatio¹⁸) de episcopo Convennarum, quae praecesserat, "et" facta erat¹⁹) per eos, in quos totum capitulum eligendi transtulerat potestatem, propter quod unanimiter de consensu totius capituli intelligitur esse facta²⁰), quam "potestatem," quum res non esset integra, quia in tractatu iam processerant electores, "et tres, duobus dissidentibus, conveniunt in unam personam," capitulum minime potuit revocare, "praesertim ex illa causa, quia illi quinque erant discordes, quum in translatione potestatis illius manifeste fuisset expressum, quod, si illos quinque contingeret dissidere, electionem trium ratam haberent et firmam. Praeterea liquet, eundem legatum fuisse deceptum, quoniam in commissione sua, praetermissa de electione episcopi, qui erat a nobis solummodo postulandus, inquisitionem de sola electione archidiaconi sub forma superius expressa commisit, super quibus nequaquam taliter processissent, si omnia ex ordine, prout fuit in veritate processum, sibi enarrata fuissent. Unde, communicato fratrum nostrorum consilio" electionem ipsius archidiaconi "non ex vitio vel culpa personae ipsius, sed quia processum eius minus canonicum esse cognovimus, et ipsum legatum multipliciter circumventum," decernimus²¹) "penitus" irritandam. Quocirca "discretionem vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si²²) personam ipsius episcopi utilem et necessariam invenieritis ad regimen ecclesiae Tholosanae, et idoneam tam scientia literarum, quam suae conversationis exemplo ad haereticorum perfidiam de Tholosana diocesi extirpandam, quae ibi per negligentiam praesulum²³) miserabiliter et damnabiliter haecenus pullulavit, "et si vobis ita constiterit," transeundi ad ecclesiam Tholosanam, propter urgentem necessitatem, et eorundem²⁴) utilitatem "auctoritate nostra, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo," ei licentiam tribuitis; "alioquin, ipsius postulatione repulsa, capitulo eiusdem ecclesiae auctoritate apostolica iniungatis, ut personam ad hoc idoneam eligant in pastorem."

CAP. XXXI.²⁵)

De consuetudine potest canonice electio ad solum capitulum pertinere. Hoc dicit, et solet quotidie allegari.

Idem Episcopo Florentino.

Quum²⁶) ecclesia Vulterana²⁷) debito²⁸) canonicorum obsequio longo fuisset tempore destituta, "venerabilis frater noster" Vulteranus episcopus, volens ministrorum defectum in eadem ecclesia restaurare, canonicos quosdam elegit, et instituit in eadem, quos "residentes" canonici recipere noluerunt, asserentes, quod talis electio fuerat²⁹) in eorum praesentiam attentata. "Quumque super hoc suam ad nos ipse episcopus querimoniam destinasset, causam ipsam tibi commisimus sine canonico terminandam. Partibus autem in tua praesentia constitutis, idem episcopus a te per suum petit responsalem, ut dilectos filios, magistrum Mitidum,

Cap. XXIX. 93) sequentem: C. R. 2. — 94) abest a Comp. III. Reg. — 95) potuerat: C. H. — 96) igitur: Reg. — 97) abest a C. R. 1. — 98) W.: Comp. III. Reg. — 99) magistrum R.: ib.

Cap. XXX. 100) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 15. — 1) Plenior (licet ne ea quidem integra) huius cap. inscriptio haec exstat in Comp. III.: Id. episcopo et Grandissylvae et Bellaeperticae abbatibus. Eandem recepit Böhmerus. — 2) Agennensis: Comp. III. Ms. — Agennensis: Comp. III. Aug.: leg.: Agennensis (Agen*) — 3) Tolosanum: C. H. — Tholosanae: C. L. — Tolosanens: Böhmer. — 4) consensum: Comp. III. Aug. — 5) illum: Comp. III. — 6) ab eis: non exstant ap. Aug. — 7) pro ep.: desid. in C. H. — 8) quilibet: C. H. L., — 9) de el.: desid. ib. — 10) demum: Comp. III. — 11) Agen.: C. R. 1. — Agenens: Cont., Böhmer. — Agennens.: Comp. III. — 12) dissiderent: C. H. — discordarent: Comp. III.

Ms. — 13) fuerunt: Comp. III. — 14) hinc: C. H. — 14*) expectasset: Cont., Böhmer. — 15) et sicut: Comp. III. Aug. — 16) abest ab ead. — 17) supradictum R. in ep. elegerunt: Comp. III. — 18) Quia ver. post.: non exstant in Comp. ead. — 19) fuerat: C. H. — 20) factum: Comp. III. — 21) decernimus: C. R. 1., Comp. III. — 22) omni gratia et timore postposito circa personam episcopi Convennarum prescruari studeatis indagacione sollicita veritatem, si sit utilis et necessaria ad regimen eccl. Tolosanae et idonea: Comp. III. — 23) praesulis: Comp. III. — 24) evidentem: C. H.

Cap. XXXI. 25) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 171. — Comp. III. h. t. c. 16. — 26) verb.: Quum et seq. fuisset: desid. in Reg. — 27) Vulterana: C. H. — 28) a deb.: C. R. 2. — 29) erat: C. H.

Ildebrandum, Placitum, Tholomacum et Sofredum ab iniuria, quam ei super electione canonicorum Vulteranae ecclesiae inferunt, prohiberes, et ut ipsum iure electionis uti libere patientur, nec ipsi eligenti, vel volenti eligere contradicant, asserens idem episcopus, quod ius eligendi canonicos ad ipsum multipliciter pertinebat. Iure siquidem communi hoc sibi competere proponebat, quia, secundum quod sacrorum canonum statuta declarant, in sua ecclesia dispositionem, provisionem et iurisdictionem episcopus plenam habet; nam, etsi subditorum quisquam in suo officio et honore praecedat, episcopus tamen provisor est et ordinator in cunctis. Proposuit etiam, quod ex approbata consuetudine canonicorum electio ad ipsum in eadem ecclesia pertinet, sicut ad praelatos ceteros regionis, qui vel per se vel cum sociis consueverunt electionem facere clericorum. Sed, etsi dubium esset, cuiusmodi consuetudo in talibus sercicaretur ibidem, ad sedem esset apostolicam recurrendum, quum in aliis ecclesiis, quae sunt metropolitano subiectae, in huiusmodi dubiis ad consuetudinem metropolis recurratur. Unde, quum apud Romanam ecclesiam solus summus Pontifex eligat cardinales, canonicorum electionem in sua ecclesia idem episcopus ad se solum proposuit pertinere. Allegabat insuper, quod etsi nullo iure talis ad ipsum pertinisset electio, propter canonorum tamen negligentiam eligendi auctoritas ad ipsum fuerat devoluta. Sacris siquidem constitutionibus est permixtum, ut episcopus quilibet pastoralis diligentia suorum suppleat negligentiam clericorum. In Lateranensi quoque concilio noscitur esse statutum, ut, quum donatio dignitatis vel beneficii ad capitulum pertinet, si infra sex mensium spatium conferre distulerit, hoc episcopus exsequatur. Pro parte vero capituli fuit ex adverso responsum, quod de iure communi non ad episcopum, sed ad ipsum capitulum canonicorum electio pertinebat, ad quod probandum quosdam canones allegabant. Verum, quum circa hoc diversa canonum edita sint statuta, videbatur potius ad diversorum locorum consuetudines huiusmodi diversitas referenda, quum canonicorum electio alicubi ad solum spectet episcopum, alibi ad capitulum tantum, et alicubi pariter ad utroque. Sed, nec consuetudo sedis apostolicae, quam pro se praedictus episcopus introduxit, obesse posse canonicis videbatur, quia, licet summus Pontifex solus eligat cardinales, in sua tamen ecclesia cathedrali, Lateranensi videlicet, vel principis Apostolorum basilica, capitulum sibi oeconomicis eligere consuevit, quumvis et in ipsis, sicut et in aliis ecclesiis, Romanus Pontifex interdum canonicos eligat ex plenitudine potestatis. Ad hoc autem, quod episcopus consequenter obiecit, quia videlicet propter capituli negligentiam eligendi ius ad ipsum fuerat devolutum, pars capituli respondebat, quod, propter neglectum huiusmodi episcopus eligendi ius sibi non potuit vendicare, nisi canonica monitione praemissa, quum in tali casu tempus minime sit determinatum a canone, quod vicem communitonis suppleat, vel interpellare fingatur, praesertim, quum electos a canonicis et episcopo praesentatos ipse pro suae voluntatis arbitrio noluit confirmare. Quum itaque ordinarii iuris sit, ut admonitio debeat praere vindictam, et praetextu negligentiae, monitione omissa episcopus poenam inflixerit, pars eadem proponebat, merito improbandum quod ab ipso temere noscitur attentatum. Adiecit et pars capituli, quod Lateranensis statutum concilii sibi locum non vendicat in illis ecclesiis, in quibus nequaquam ecclesiastica beneficia sunt distincta, sed in quibus certus est canonicorum numerus et distinctae praebendae. Praeterea, si, iuxta tenorem concilii, deprehenderentur praedicti canonici negligentes, episcopus tamen, qui diuturniori tempore fuit negligens, ex hoc ius minime acquisivit, qui propter hoc esset merito puniendus, quum nemo ex eodem facto poenam debeat et praemium promereri; quum tamen in hoc casu eligendi potestas ad superiorem exstitit merito devoluta, sicut ex concilii tenore conicitur manifeste, unde in alienam messem non debuit mittere falcem suam. Quum autem haec et alia coram te fuissent proposita, et tu tamen deliberare velles super sententia proferenda, quia nimis diversa concilia re-

peristi, et fere quilibet, cuius in hac parte volebas uti consilio, suspectus alterutri parti ex causis aliquibus habebatur, causam instruatam ad nostram praesentiam remisisti, sub tuo sigillo attestaciones et allegaciones partis utriusque transmittens. Nos vero utriusque partis attestacionibus et rationibus diligenter inspectis, de consilio fratrum nostrorum fraternitati tuae praesentium auctoritate mandamus, quatenus super primo articulo petitionis episcopi, in quo postulavit a te, ut "praenominatos" canonicos ab iniuria, quam³⁰⁾ ei super electione canonicorum Vulteranensis ecclesiae inferunt, prohiberes, ab impetitione ipsius "episcopi saepe" dictos canonicos "appellatione postposita" absolvere non postponas; quia, "sicut iuris regula dicit," non videtur iniuriarum³¹⁾ facere qui utitur iure suo, quum per testes longe melius sit probatum, quod canonici supradicti³²⁾ hoc iure usi fuerint³³⁾, antequam³⁴⁾ episcopus memoratus. In secundo quoque "praescriptae petitionis" articulo, quo idem³⁵⁾ petebat episcopus, ut dicti canonici³⁶⁾ ipsum iure electionis uti libere paterentur, absolvere studeas canonicos saepedictos³⁶⁾, maxime si sit notorium, quod in Thuscia generalis consuetudo servetur, ut in cathedralibus ecclesiis solum capitulum, irrequisito episcopo, eligendi canonicos habeat³⁷⁾ facultatem³⁸⁾. "Nec vero etc. Dat. Lat. XVI. Kal. Nov. Ao. IX." [1206]

CAP. XXXII.³⁹⁾

Compromittentes tuncur recipere electum a compromissariis, si sit dignus, nisi contra formam compromissi cum appareat electum.

Idem Abbati sancti Victoris, et Decano Parisiensi, et Magistro R. Decortomensi⁴⁰⁾, Canonico Morinensi.

Quum⁴¹⁾ dilectus filius, archidiaconus Morinensis nobis intimasset (Et infra:) Ecclesia Morinensi episcopi solatio destituta, canonici eiusdem "ecclesiae" de pastoris substitutione tractantes, in tres canonicos⁴²⁾ Morinenses potestatem eligendi episcopum unanimiter contulerunt, "iuramento interposito" promittentes, ut⁴³⁾ illum reciperent in pastorem, quem de gremio ipsius ecclesiae ducerent "in episcopum" eligendum; qui, "postmodum" examinatis voluntatibus singulorum, "Ioannem" archidiaconum eiusdem⁴⁴⁾ ecclesiae, "virum literatum, providum et discretum," in episcopum elegerunt⁴⁵⁾. Metropolitanus quoque⁴⁶⁾ tam electionem et electi personam "diligenter" examinans, quam etiam super ipsius aetate, de cuius defectu fuerat⁴⁷⁾ ab aliquibus dubitatum, inquirens sollicitè veritatem, per sententiam declarando electum ipsum minime sustinere in aetate defectum, electionem factam de ipso "utpote canonice celebratam" solenniter confirmavit. "Qui postea, regalibus receptis a rege ad petitionem eiusdem capituli a venerabili fratre nostro Atrebatensi episcopo de mandato metropolitani praedicti fuit in presbyterum ordinatus, et aliquandiu nullo contradicente liberam et pacificam tam in spiritalibus quam in temporalibus administrationem obtinuit in ecclesia Morinensi. Unde procuratores ipsi a nobis humiliter petierunt, ut his, qui post haec omnia invidiae stimulis agitati, contra factum proprium temere veniendo, adversus electum ipsum materiam discordiae suscitare praesumunt, silentium imponentes, et memoratam electionem tam concorditer celebratam et confirmatam solenniter approbantes, eidem faceremus electo munus consecrationis impendi, nullorum super hoc non solum abbatum et capitulorum civitatis et dioecesis Morinensis, sed etiam aliorum presbyterorum nobis literis praesentatis, qui super praemissis omnibus testimonium perhibentes, electum ipsum de literatura, discretione ac honestate redderunt apud nos multipliciter commendatum, quum immo et electorum ipsorum super hoc nobis literas obtulerunt, quibus erat illarum literarum de verbo ad verbum, sicut iidem asserunt electores, tenor insertus, quae de potestate ipsis tradita iuxta praemissam formam confectae in capitulo fuerant, et sigillo capituli sigillatae." Verum "supradictus" B., qui contra electum venerat memoratum, proposuit ex adverso, quod, quum⁴⁸⁾ supradictis tribus⁴⁹⁾ sub haec

Cap. XXXI. 30) quae ei... inferunt: Comp. III. — 31) add.: officii: C. R. 1. — 32) saepedicti: Reg. — 33) fuerunt: C. H. — 34) quam: Comp. III. Aug. — 35) memoratus: Reg. — 36) add.: episcopum: Cont., Bihm. — 36) supradictos: C. H. — memoratos: Reg. — 37) habeant: C. R. — 38) potestatem: C. R. 1.

Cap. XXXII. 39) Restitutio ex Reg. Bal. XI. 43. — Comp. III. h. t. c. 17. — 40) G. de Gorganensi: C. H. — Decorgen: C. R. 2. — Decorgen: C. R. 1. — de Couron: Comp. III. Aug. — de Couron: ead. Ms., Reg.; recte. Missa enim est ep. ad Robertum de Couron, cuius vitam conscripsit La Porte du Theil inter Notices et extraits T. VI. 130. — 41) Quum dil. fil. archidiaconus Morin., et infra. Ipsi procuratores in nostra praesentia proponere curaverunt, quod, quum eccl. etc.: C. H. — Quum dilecti filii, archidiaconus Morinensis, et infra. Ecclesia etc.: C. L. — Quum dil. fil. arch. Morien. etiam magister H. Atrebatensis, canonicus Morien. ad ep.

sed, accessissent, procuratores ipsi in nostra praes. proponere curaverunt, et infra: C. R. 1. — Quum dilecti filii Henricus (H.: Comp. III.) archidiaconus Morinensis (Morimensis: Comp. III. Ms. per totum) magister H. Atrebatensis (Atrebatensis: Comp. III.) canonicus Morinensis electi procuratores et Bernardus (B.: Comp. III.) Morinensis canonicus ad sedem ap. accessissent, procuratores ipsi proponere in nostra praesentia curaverunt, quod ecclesia: Reg., Comp. III. — 42) in dil. fil. Adam presbyterum, Goscelinum diaconum, Theobaldum subdiaconum canonicos: Reg. — eodem modo, nominibus tamen per initiales tantum literas significatis: Comp. III. — 43) quod: C. H., Reg. — 44) decus: C. R. 1. — 45) eleg.; et eadem electione a capitulo communiter approbata a metropolitano suo puriter petierunt, ut electionem confirmaret eandem, qui tam el. etc.: Comp. III., Reg. — 46) add.: eiusdem: C. L. — 47) exstitit: C. H. — 48) abest a Comp. III. Aug. — 49) in supradictos tres: Comp. III., Reg.

forma ⁵⁰ iuramento praestito fuerat eligendi concessa potestas⁵⁰), ut capitulum eum⁵¹) recipere teneretur, quem illi tres ab omnibus, vel maiori⁵²) et saniori parte de gremio ipsius ecclesiae nominatum eligentem in pastorem, electores ipsi⁵³) terminos potestatis sibi traditae non servantes, praedictum archidiaconum eligere praesumpserunt, quem pauci de capitulo nominarant⁵⁴). Unde canonici Morinenses postmodum admirantes, qualiter archidiaconus electus fuerat⁵⁴) memoratus, quum plures essent in eadem⁵⁵) ecclesia digniores, *super electionis processu invicem colloquendo* coeperunt fere⁵⁶) omnes publice profiteri, quod nullatenus archidiaconum nominarant *supra dictum*, et repntantes, se in hac parte delusos⁵⁷), quod super hoc factum fuerat, *per eundem B., sui suas testimoniales litteras assignarunt*,⁵⁸) nostro curaverunt apostolatu reerare⁵⁸). *Qui coram nobis sollicite postulavit, ut eadem electione cassata faceremus ipsi ecclesiae de persona idonea canonice provideri, quum vere omnes canonici Morinenses sint parati, sicut asseruit, praestito iuramento firmare, quod praefatum archidiaconum nunquam in episcopum nominarant, et legitime possit ostendi, quod iuxta praemissam formam supradictis tribus collata fuerit auctoritas eligendi, ut videlicet de gremio ecclesiae illum eligerent, in quem omnes, vel maior et sanior pars capituli consentirent, asserens idem B., se nihilominus probaturum, quod saepe dictus electus patitur in aetate defectum.* Nos vero attendentes⁵⁹), quia res pernicioosa esset exemplo, si per surreptionis astutiam quis ascenderet ad apicem dignitatis, *de consilio fratrum nostrorum* ita duximus providendum, ut, praestito a contradictoribus iuramento, quod ipsi iualitiose contra praefatum⁶⁰) electum non moveant quaestionem huiusmodi, praedicti tres electores iuramenti vinculo adstringantur dicere veritatem, quot⁶⁰) ex canonici examinationis tempore in praefatum archidiaconum convenerunt. Et si tres simul aut duo saltem ex ipsis iurati dixerint⁶¹), maiorem canonicorum partem in ipsam archidiaconum convenisse, vos contradictoribus silentium imponatis, quum contra hoc eorum esset probatio insufficientis, eo, quod singuli essent in suis testimoniis singulares. Si vero per eorum depositionem constiterit, saepedictum archidiaconum exstitisse a paucioribus nominatum, tunc *denuo sollicite audiat, quicquid utraque pars proposuerit, ad probandum formam, secundum quam eligendi potestas praefatis tribus electoribus asseruit fuisse concessa, et,* si fuerit sufficienter ostensum, quod illum de gremio ecclesiae secundum formam sibi traditam⁶²) debeant eligere, in quem omnes, vel maior et⁶²) sanior pars capituli conveniret⁶³), vos electionem ipsius archidiaconi omnino cassatis, *et faciat ecclesiae Morinensi per electionem canonicam de persona idonea in pontificem provideri.* Alioquin, quod de ipso⁶⁴) factum est ratum habentes, contradictores ab eius impetitione per censuram ecclesiasticam *appellatione postposita* compeascatis, praefatum B.⁶⁴) praebenda Morinensis ecclesiae spoliante, qui se ad hanc poenam, si forsan in probatione deficeret⁶⁵), obligavit; non obstante, quod super aetatis defectu⁶⁵) obiectum est contra illum, quum idem canonicus huic obiectioni non multum institerit, et, super hoc a metropolitano fuerit iudicatum, cuius sententia in rem transit iudicatum, quum infra⁶⁶) decennium non fuerit legitima provocacione suspensa. *Quod si non omnes etc. Dat. Lat. IV. Non. April. Ao. XI.* [1208.]

CAP. XXXIII. 67)

Si ex septem compromissariis tres eligunt quartum, et illi consentit, et est idoneus, confirmabitur electio.

Idem Episcopo Basicensi.

Quum in iure peritus existas, *et copiam habeas peritorum, non possumus non mirari, quod super quibusdam iuris articulis nos consulere voluisti, qui nihil aut modicum dubitationis continere noscuntur.* Primus *siquidem* tuae consultationis articulus continebat, quod cuiusdam ecclesiae decano defuncto, eiusdem loci

capitulum sub hac forma in septem ex ipsis canonicis compromissit, ut illum, quem ex se vel aliis⁶⁸) de gremio ipsius ecclesiae omnes pariter, vel maior eorum pars nominaret⁶⁹), idem capitulum reciperet in decanum. Unde⁷⁰), quum unus ex illis septem a tribus ipsorum, et alius, qui non erat de numero eorumdem, a tribus aliis in decanum fuerint nominati, requisiti⁷¹), uter⁷²) eorum assumi debeat *a capitulo* in decanum⁷³)? Super quo *tibi* taliter respondemus⁷⁴), quod is, qui de numero septem a tribus eorum dignoscitur nominatus, iuxta compromissit tenorem debet in decanum assumi, dummodo electioni de se factae consentiat, et aliquod⁷⁵) canonicum non obsistat. *Praeterea etc. [cf. c. 31. de off. iud. del. I. 29.] Dat. Lat. X. Kal. Dec. Pont. nostr. Ao. XI.* [1208.]

CAP. XXXIV. 76)

Electio imperatoris spectat ad principes Germanos, tres praelatos, et quatuor laicos, et electio facta per eorum maiorem partem, ceteris non contemptis, tenet. Et ad Papam pertinet electum examinare, approbare, et inaugurare, consecrare, et coronare, si est dignus; vel reicere, si est indignus, ut qui sacrilegus, excommunicatus, tyrannus, fatuus, et haereticus, paganus, perflorus, vel ecclesiae persecutor. Et electoribus nolentibus eligere, Papa supplet. Et data paritate vocum eligentium, nec accedente maiori concordia, Papa potest gratificari cui vult. H. d. notanter iste textus.

Idem Duci Caringiae.⁷⁷)

Venerabilem *fratrem nostrum Salzburgensem archiepiscopum, et dilectum filium abbatem de Salem et nobilem virum marchionem orientalem, quorundam principum nuncios ad sedem apostolicam destinatos benigno recepimus, et eis benevolam duximus audientiam indulgentiam. Litteras quoque, quas per eos quidam nobiles principes destinarunt, diligenter perlegi fecimus, et quae continebantur in eis, notavimus universa.* Inter cetera vero quidam⁷⁸) principes hac praecipue obiectione sunt usi, diceptes, quod *venerabilis frater noster Praenestinus episcopus* apostolicae sedis legatus aut electoris gessit aut cognitoris personam; si electoris, in messem alienam miserat falcem suam, et electioni se ingerens principum derogaverat dignitati; si cognitoris, absente altera partium⁷⁹), videtur perperam processisse, quum citata non fuerit, et ideo non debuit⁸⁰) contumax iudicari.⁸¹) *Verum nos, qui secundum apostolicae servitutis officium sumus singulis in iustitia debitores, sicut iustitiam nostram ab aliis nolimus usurpari, sic ius principum nobis nolimus vindicare.* Verum⁸²) illis principibus ius⁸³) et potestatem eligendi regem, in imperatorem postmodum promovendum⁸⁴), recognoscimus⁸⁵), ut debemus, ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur⁸⁶) pertinere; praesertim, quum ad eos ius et potestas huiusmodi ab apostolica sede pervenerit, quae Romanum imperium in personam⁸⁷) magnifici Caroli a Graecis transtulit in Germanos. Sed et⁸⁸) principes recognoscere debent, et utique recognoscunt, sicut iidem⁸⁹) in nostra recognovere praesentia, quod ius et auctoritas examinandi personam electam in regem et promovendam ad⁹⁰) imperium ad nos spectat, qui eum⁹¹) inungimus, consecramus⁹²) et coronamus. Est enim regulariter et generaliter observatum, ut ad eum examinatio personae pertineat, ad quem impositio manus spectat. Numquid enim, si principes non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quemcunque, vel excommunicatum in regem, tyrannum, vel fatuum, haereticum eligerent⁹³), aut paganum, nos inungere, consecrare ac⁹⁴) coronare hominem huiusmodi deberemus⁹⁵)? Absit omnino. Obiectioni ergo principum respondentes, asserimus, quod legatus noster *episcopus Praenestinus carissimus*⁹⁶) in Christo filium nostrum approbando regem *Ottonem*, et reprobando *Philippum* ducem *Sueviae*, nec electoris gessit personam, *iuxta quod nobis per litteras suas quidam principum opponebant*, utpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit, *et sic electioni nequaquam ingressit se;* nec cognitoris *personam exhibuit*, quum neutrius electionem quoad factum eligentium confirmandam duxerit⁹⁷), aut etiam infirmandam. *Et sic ius sibi principum nullatenus usurpavit, aut venit contra illud* Exercuit autem denun-

Cap. XXXII. 50) facultas: C. H. — 51) illum: C. R. 1. — 52) a mai.: Reg. — mai. vel: C. R. 1. — 53) abest a C. H. — 54) nominarunt: C. R. 2. L. — 54*) fuerit: Böh. — 55) abest a Comp. III. Aug. — 56) paene: C. H. — 57) illusos: Comp. III. — 58) praesentare: C. R. 1. — 59) abest a C. R. H. L. — Nos igitur (vero: Comp. III.) his et aliis, quae fuerunt hinc inde proposita coram nobis, diligenter auditis, qui (quod: Comp. III. Aug.) res etc.: Comp. III. Reg. — 60) praedictum: C. R. 1. — 60*) quod: Böh. — 61) dixerunt: C. L. — 62) datum: Comp. III. Reg. — 62*) aut: Böh. — 63) convenirent: Comp. III. Reg. — 64) ipsa: Comp. III. — 64*) P.: Böh. — 65) defecerit: Comp. III. Aug. — 65*) defectum: Böh. — 66) intra decennium: Cont. Böh. — 67) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 176. — Comp. III. h. t. c. 18. — 68) ex al.: C. R. 1. H. Comp. III. Reg. — 69) eligerent: Comp. III. Aug. — ducere nominandum: Reg. — 70) Verum: Comp. III. Aug. — 71) a nobis tua frat. requisivit: Comp. III. Reg. — 72) quis:

C. H. — 73) in dec.: omiss. in C. R. 1. — 74) duximus respondendum: C. H. — 75) aliud: C. R. 1. — aliud: Reg.

Cap. XXXIV. 76) Restitutum ex Reg. de neg. imp. ap. Baluz. T. I. p. 115. ep. 62. — Comp. III. h. t. c. 19. — 77) Laringiae: Comp. III. Aug. — Zaringiae: ead. Ms. — Nobili viro duci Zaringiae: Reg. — 78) quae dicti principes per eandem nobis litteras intinuerunt: Comp. III. Reg. — 79) parte: C. H. — 80) debuerat: C. R. — debuerit: C. H. Comp. III. Reg. — 81) reputari: C. H. — 82) Unde: Comp. III. Reg. — 83) et ius: C. H. — 84) add.: esse: id. — 85) cognoscimus: Comp. III. Aug. — 86) cognoscitur: C. R. — 87) persona: Reg. — 88) abest a C. L. — 89) sicut... praes.: desid. in Reg. — 90) in: ib. — 91) eam: Comp. III. Reg. — 92) et const.: C. R. 2. — 93) eligerint: C. R. 1., Comp. III. — 94) aut: Comp. III. Aug. — 95) debemus: ead. — 96) verb.: cariss. ... Sueviae desid. in Reg. — 97) duxit: Comp. III. Aug.

ciatoris officium, quia personam ducis eiusdem⁹⁸) indignam, et personam regis denunciavit idoneam quoad imperium obtinendum, non tam propter studia eligentium, quam propter merita electorum⁹⁹); quavis plures ex illis, qui eligendi regem in imperatore promovendum de iure ac de¹⁰⁰) consuetudine obtinent potestatem, consensisse perhibeantur in ipsam regem "Ottonem", et ex eo, quod fautores "Philippi" ducis¹), absentibus aliis et contemptis, ipsam eligere praesumpserunt, pateat²), eos perperam processisse, quum "explorati sit iuris, quod" electioni³) plus contemptus unius, quam contradictio multorum obsistat. "Unde, quia privilegium uenerunt amittere, qui permixta sibi abusi sunt potestate, videri non immerito potest, quod iniuria huiusmodi non obstante ceteri uti poterint iure suo. Et quoniam dux praedictus nec ubi debuit, nec a quo debuit coronam et unctionem accepit, memoratus vero rex et ubi debuit, videlicet Aquisgrani, et a quo debuit, scilicet a venerabili fratre nostro Coloniensi archiepiscopo recepti utrumque;" Nos utique⁴) non⁵) ducem, sed reliquum reputamus, et nominamus regem iustitia exigente. "In reprobatione vero praefati Philippi ducis Sueviae propter manifesta impedimenta personae non accusatione, sed condemnatione potius fuit opus, quia non accusatione, sed condemnatione indigent manifesta." Quod autem, quum in electione vota principum dividuntur, post admonitionem et expectationem alteri partium favere possimus⁶), maxime postquam a nobis unctio, consecratio et coronatio postulatur, "sicut utraque pars a nobis multoties postulavit, ex" iure patet pariter et exemplo. Numquid⁷) enim, si principes admoniti et expectati vel non potuerunt⁸), vel noluerunt⁹) in unum propositum¹⁰) convenire, sedes apostolica advocato et defensore carebit, eorumque culpa ipsi redundabit in poenam? Sciunt¹¹) autem principes "et tua nobilitas non ignorat", quod¹²), quum Lotharius et Conradus in discordia fuissent electi, Romanus Pontifex Lotharium coronavit, et imperium obtinuit coronatus, eodem Corrado tunc demum ad eius gratiam redeunte. Eos igitur¹³) duximus commendandos¹⁴), ut, "sicut nos a iuris iniuriam cessamus iniuria, sic ipsi contra ius nostrum se nequaquam iniuriosos ostendant, sed" a praefato duce, iusto quidem a nobis iudicio reprobato, recedant, et praefato regi "Otoni" non abusuali adhaerere, nisi tunc demum contra¹⁵) personam vel factum legitimum quid ab eis obiectum fuerit et ostensum. (Et infra:¹⁶) Sunt enim notoria impedimenta ducis "Sueviae", scilicet excommunicatio publica, periculum manifestum, et persecutio divulgata, quam progenitores eius et ipse praesumpserunt in apostolicam sedem¹⁸) et alias ecclesias exercere. Fuit quoque¹⁷) a "bonae memoriae Coelestino Papa" praedecessore nostro "propter invasionem et devastationem patrimonii beati Petri, communionem saepe praemissa, publice ac solenniter" excommunicatio vinculo innodatus, "quum in Tuscia moraretur," quod "ipse" postmodum recognovit, dum per nuncium suum "ab ipso praedecessore nostro" absolutionis beneficium postulavit, "et postmodum a tunc Sutrinus episcopo, quem cum abbate sancti Anastasii pro liberatione venerabilis fratris nostri Salernitani archiepiscopi nos in Theutoniam miseramus, contra formam mandati nostri de facto solvummodo, quia de iure non potuit, post suam electionem apud Wormatiam occulte se fecit absolvi." Unde patet, quod¹⁷) fuit¹⁸) excommunicatus electus. "Et videtur non immerito, quod adhuc sit ex eadem causa excommunicationis sententia innodatus, quum praedictus episcopus cum sua auctoritate non posset absolvere, auctoritate vero nostrae delegationis nec posset plus, nec aliter liceret hoc ipsi, quam ei fuerat ab apostolica sede concessum. Ex eo etiam excommunicationis sententiae subiacere creditur manifeste, quod, quum perfidus Marcualdus, Dei et ecclesiae inimicus, cum universis fautoribus tam Theonicis quam Latinis, excommunicationis vulgatae vinculis suae iniquitatis meritis sit adstrictus, sicut iam vobis per literas nostras directas per P. iudicem Placentinum ipsius Philippi nuncium intimasse meminimus, quas ad ipsius Philippi audientiam credimus pervenisse, ipse

nihilominus, quavis id non tantum ex relatione ipsius iudicis, sed etiam per publicam famam ad notitiam eius devenerit, eidem excommunicato non solum communicat, sed eum in malitia sua fovet, et per nuncios et literas suas exaudivit furorem ipsius, ut carissimum in Christo filium nostrum Fridericum, Siciliae regem illustrem, nepotem suum, quem iam hereditate paterna privavit, adhuc prius possessione materna." Idem etiam contra proprium iuramentum, super quo nec consilium a sede apostolica requisivit, ambitionis vitio regnum sibi usurpare praesumpsit¹⁹), "non alium causa necessitatis in regem eligere, quod utcumque tolerabilius videretur," quum super illo iuramento prius Romana ecclesia²⁰) consuli debuisset, "sicut et eam quidam consulere prudenter, apud quam ex institutione divina plenitudo residet potestatis." Nec valet ad plenam excusationem ipsius, si iuramentum illud dicatur²¹) illicitum, quum nihilominus super eo nos prius consulere debuisset, quam contra ipsum propria temeritate venire, praesertim²²) illo exemplo, quod quum Gabaonitae²³) a filii Israel per fraudem surripuerint²⁴) iuramentum, ipsi tamen cognita fraude contra illud venire temere²⁵) noluerunt. Utrum vero dictum iuramentum sit²⁶) licitum vel²⁷) illicitum, et ideo servandum²⁸) an²⁹) non servandum extiterit, nemo sanae mentis ignorat ad nostrum iudicium pertinere. "Quod autem Philippus de genere persecutorum existat, principes non credimus dubitare, quum Henricus, qui prius imperium de genere hoc accepit, bonae memoriae Paschalem Papam praedecessorem nostrum cum episcopis, cardinalibus et multis nobilibus Romanorum praesumpserit, captivare. Fridericus autem pater ipsius Philippi contra felicis recordationis Alexandrum Papam praedecessorem nostrum longo tempore schisma fecit. Henricus frater ipsius Philippi, qualiter se habuerit circa interfectores sanctae memoriae Alberti Leodiensis episcopi, quem ipse prius coegerat extulare, ac Conradus, qui praedictum Ostiensem episcopum ceperat, satis notis. Qui etiam qualiter venerabilem fratrem nostrum Auximanum episcopum alapis caedi fecerit, et pilos de barba eius avelli, et tractari eum in pluribus inhoneste, qualiter quoque quosdam familiares ecclesiae Romanae naso fecerit mutilari, qualiter praedictum Salernitanum archiepiscopum captivavit, et quosdam viros ecclesiasticos flammis torreri fecerit, quosdam vero viros in mare submergi, ad tuam et aliorum principum credimus audientiam pervenisse." Insuper, si praedictus³⁰) dux, "quod absit," imperium obtineret, libertas principum in electione periret, et imperium obtinendi de cetero ceteris fiducia tolleretur. Nam si, prout olim frater³¹) dicti³²) ducis patri eorum, scilicet ipse frater suo succederet, videretur imperium non ex electione, sed ex successione deberi, et³³) in praedictum principum rediret, si non nisi de domo ducis praedicti videretur aliquis ad imperium assumendus. "Quum ergo nos flecti a nostro proposito nulla penitus occasione possimus, sed in eo potius firmissime persistamus, et tu nobis saepe per literas tuas duxeris suggerendum, ut eidem duci nullatenus faveremus," nobilitatem³⁴) ergo³⁵) tuam monentes³⁶) per apostolica scripta³⁷) mandamus, quatenus, "sicut de gratia nostra confidis, et nos de tua devotione speramus, de cetero" a praefato duce "Philippo" recedas omnino, non obstante iuramento, si quod ei ratione regni fecisti, quum, eo quantum ad obtinendum imperium reprobato, iuramentum huiusmodi non debeat observari. "Praedicto vero regi Otoni etc. Dat. Laterani."

CAP. XXXV.³⁸)

Absentes ad electionem de provincia sunt vocandi, et confirmatur electio maioris et sanioris partis.

Idem.

Coram dilecto filio "nostro" tituli sanctae Pudenticianae³⁹) probytero cardinali (Et infra:) Si vero utriusque partis fuerit casata electio, vos, fratribus omnibus, qui fuerint⁴⁰) in provincia, convocatis, quod⁴¹) maiori et saniori parti eorum super praedictis

Cap. XXXIV. 98) add.: denunciavit: Comp. III. Ms., Reg. — quin pers. ducis eiusdem denunciavit non idoneam quoad: Comp. III. Aug. — 99) electi: C. R. 2. — 400) abbat a C. R. H., Comp. III., Reg. — 1) abbat a Comp. III. et Reg. — 2) add.: quoque: C. H. — ergo: C. R. 1. — 3) in electionibus: C. R. 1. — 4) igitur: C. R. — 5) non Philippum (Ph.: Comp. III.) sed Ottonem (O.: Comp. III.) reput.: Comp. III., Reg. — 6) possimus: C. R. 2. — 7) Nunquam: Comp. III. Aug. — 8) potuerint: C. R. 2., Comp. III. — poterint: Reg. — 9) noluerint: C. R. 2., Comp. III., Reg. — 10) in un. prop.: non exst. in C. R. H., Comp. III., Reg. — 11) Sicut autem principes et tua nobilitas non ignorat, quod: Comp. III., Reg. — 12) quia: C. R. 1. — 13) Nos ergo per nuncios principum memoratos eos: Comp. III., Reg. — 14) admonendos: C. R. 1. — 15) quum contra: C. H. — 15^a) verba: et infra a Böhnero ommissa sunt, iure quidem, quum nihil omisum sit. — 16) abbat a C. R. L. — 17) enim: Comp. III., Reg. — 17^a) add.: ipse: Böh. — 18) fuerit: Comp. III. Ms., Reg. Böh. — 19) praesumpserit: C. R. 1. — 20) sedes apostolica: Comp. III., Reg. — 21) dici-

tur: C. R. 1. — 22) praesenti: Comp. III. Aug. — 23) Gabaonitae: C. H. — Gabonitae: C. L. — Gabannitae: Böh. — cf. Ios. IX. — 24) surripuerunt: C. H. — 25) sua temeritate: C. R. 1., Comp. III., Reg. — 26) abest a C. H. — fuerit: Reg. — 27) an: C. H. L., Comp. III., Reg. — 28) serv. an: desid. in C. L. — 29) aut: Comp. III. Aug. — 30) supraelectus: Comp. III. Ms., Reg. — 31) Fridericus Conradus et (vel: Comp. III.) Henricus postmodum Friderico, sic nunc vel Fridericus Philippo vel Philippus Henricus succederet: Comp. III., Reg. — 32) abest a C. H. — supraelecti: C. R. 2. — 33) Praeterea quum multi principum ex imperio aequae sint nobiles et potentes, in eorum praedictum redundaret: Comp. III., Reg. — 34) nobilitati: tuae: C. R. 1. — nobil. tuam monemus et exhortamur: Reg. — 35) abest a Comp. III. et Reg. — 36) abest a C. R. 1. — admonentes (monentes: Ms.) et exhortantes: Comp. III. — 37) per apostolica mandata, quatenus: C. H. — Cap. XXXV. 38) Comp. IV. h. t. c. 1. — 39) Prudentianae: C. H. L., Comp. IV. — 40) sunt: C. H. — 41) quae: Cont., Böh.

videritis complacere, per censuram ecclesiasticam faciatis firmiter observari.

CAP. XXXVI.⁴²⁾

Cassatus electio partis maioris facta, contempta minori parte, etiam si est unus solus; non tamen ius eligendi devolvitur ad minorem. H. d. secundum intellectum communem.

Idem *Parmensi*⁴³⁾ *Episcopo et eius Coniudicibus.*

Bonae memoriae S.⁴⁴⁾ Cremonensi episcopo in extremis agente, quum de convalescentia ipsius desperaretur, Cremonense capitulum H.⁴⁵⁾ canonicum⁴⁶⁾ suum, Regii disciplinis scholasticis insistentem, ad certum terminum in⁴⁷⁾ vigilia⁴⁸⁾ Pentecostes pro futuri electione pontificis citari fecerunt. *Verum secunda feria post Pentecosten, dicto episcopo viam universae carnis ingresso, capitulum, antequam corpus illius esset sepulturae traditum, absente canonico memorato, in quatuor de ipso capitulo et tres de clero civitatis potestatem eligendi pontificem contulerunt, expresso, ut minor pars illorum VII. sequeretur in electione maiorem. Habito itaque post mortem, sed ante sepulturam tamen ipsius episcopi, de futuri pastoris electione tractatu, quum vota illorum scinderentur, in partes, quatuor in archipresbyterum, duobus in archidiaconum, uno in alium consentientibus, tandem, illo sepulto, minoris partis arbitrio ad iudicium accedente maioris, eundem archipresbyterum concorditer elegerunt. Cui electioni archidiaconus cum capitulo et clero civilis nullo contradicente consensit. Verum adveniens postmodum Hu., et asserens, se fuisse contemptum, ac propter hoc electionem huiusmodi nullius fuisse momenti, quasi ius eligendi devolutum fuisset ad ipsum pro se, prout potuit archidiaconum memoratum elegit.* Constituto⁴⁹⁾ autem dicto⁵⁰⁾ H. pro sua⁵¹⁾ electione, et dilecto filio nostro I.⁵²⁾ pro electione archipresbyteri coram nobis, electionem ab ipso H. post electionem archipresbyteri non cassatam, licet de viro multae literaturae, honestae vitae et⁵³⁾ clarae famae, non tamen sine multa temeritate praesumptam, quum de priori nostrum deberet⁵⁴⁾ expectare⁵⁵⁾ iudicium, antequam procederet ad secundam, duximus irritandam, in poenam interdicens eidem contradictionis vocem, in primo consensu capitulo permanente⁵⁶⁾. Electionem autem⁵⁷⁾ archipresbyteri, quamvis laudabile⁵⁸⁾ testimonium perhibetur de ipso, iustitia exigente cassavimus, tum⁵⁹⁾ quia, corpore dicti⁶⁰⁾ episcopi nondum tradito sepulturae, habuerunt de ipsa⁶¹⁾ electione tractatum contra canonicas sanctiones, tum quia inventus est H. fuisse contemptus, licet unus solus existerit, quum plus in talibus consueverit contemptus unius obesse, quam multorum contradictio in praesenti. Nec praedicta debet dici citatio valuisse, quia, quum episcopi mortem praevenerint⁶²⁾, temeraria nimis existit, et ideo⁶³⁾ non potuit arcere⁶⁴⁾ citatum. *Adhaec videntes etc.*

CAP. XXXVII.⁶⁵⁾

Non monachus in praelatum regularem eligi non potest.

Idem.⁶⁶⁾

Quum ad nostram *nuper*⁶⁷⁾ notitiam⁶⁸⁾ pervenisset⁶⁹⁾, quod H.⁶⁹⁾, qui se pro abbate Lexoviensi⁷⁰⁾ gerebat, non fuit⁷¹⁾ ante monachus quam electus, nos attendentes, quod contra regulares traditiones illud fuerat⁷²⁾ attentatum, quum nullam⁷³⁾ spem vel promissionem habens, ut abbas fiat, debeat monachari, electionem de ipso factam *de consensu fratrum nostrorum* curavimus irritare. *Quocirca etc. Dat. Lat. III. Id. Ian.* [1199.]

Cap. XXXVI. 42) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 2. — 43) *Pariensi*: C. R. 1. L. — 44) abest a C. H. — 45) *Hu.*: Comp. IV. Aug. per totum. — 46) *concanonicum*: C. R. 1. Comp. IV. Aug., Ms. A. — 47) abest a C. H. R. L., Comp. IV. — 48) *vigiliam*: C. L., Comp. IV. Aug., Ms. A. — *scilicet vigiliam*: C. H., Comp. IV. Ms. B. — 49) *Constitutis*: Comp. IV. Ms. A. — 50) abest a Comp. IV. — 51) abest a C. R. — *H. pro sua et dil. fil. R. pro elect.*: C. L. — *H. pro sua et dil. fil. n.* (abest a Ms.) *F. et N. pro elect.*: Comp. IV. — 52) abest a C. R. — 53) abest a C. H. — 54) *debebat*: Comp. IV. Aug. — *debeat*: Ms. A. — *debeuit*: Ms. B. — 55) *spe*: C. R. 1. — 56) *perdurante*: Comp. IV. — 57) *quoque*: C. R. 1. Comp. IV. — 58) *laudabiliter*: Comp. IV. Ms. A. — 59) *cum*: Comp. IV. Ms. A. B. — 60) *defuncti*: Comp. IV. — 61) abest a C. H. — 62) *praevenerit*: C. H. L., Comp. IV. — 63) abest a C. R. H. L., Comp. IV. — 64) *arcere*: C. R. 2.

Cap. XXXVII. 65) Restitutum ex Reg. Bal. I. 523. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 66) *Bisuntino archiepiscopo et suffraganeis eius*: Reg. — 67) *audientiam*: C. H. — 68) *devenisset*: Comp. IV. — 69) *Hu.*: ead., Reg. — 70) *Ligon.*: C. R. 2. — *Longonen.*: C. L. — *Lexonien.*: C. R. 1. H. — *Luzon.*: Comp. IV. Ms. A. — *Luxovin.*: Comp. IV. Aug., Ms. B. — *Luxovien.*: Reg. (*Luxeu*) — 71) *fuerit*: Comp. IV., Reg. — 72) *istud fuerit*: ib., C. H. R. L. — 73) *nullus*: Reg.

CAP. XXXVIII.⁷⁴⁾

In abbate eligi non potest, nisi instructus in regula monachali.

Idem *Magistro*⁷⁵⁾ *C. Presbytero cardinali, sedis apostolicae Legato.*

Officii tui *exsequeris laudabilem actionem, quum super illis, de quibus dubitas, per nos postulas edoceri.* Sane nobis tuis literis⁷⁶⁾ intimasti, quod, quum monasterium quoddam *possessionibus convenienter ditatum, sed*⁷⁷⁾ positum in medio nationis *pravas pariter et*⁷⁸⁾ perversae, pastore careret⁷⁹⁾, monachi de electione abbatis tractantes, *necessarium duxerint personam eligere aliquam, cuius potentia valeret a persecutoribus liberari;* quum⁷⁸⁾ non possent sui ordinis idoneam invenire personam, in quendam virum nobilem oculos direxerunt, per quem poterant⁷⁹⁾ melius defensari⁸⁰⁾, et *consilio quorundam turis peritorum* patrem adierunt ipsius, humiliter postulantes, quod filium suum induceret, ut habitum susciperet monachalem, nullam patri de ipsius promotione fiduciam tribuentes. Et pater ad hoc induxit filium providum et⁸¹⁾ discretum, *litteratum et XXV. annorum aetatis,* qui effectus *est*⁸²⁾ monachus, *nulla spe, ut asserit, de sublimatione tributa; sed die, in quo monachus est effectus, fuit*⁸³⁾ in abbate electus: cuius electio exstitit⁸²⁾ per *dilectum filium nostrum G. de Lab. subdiaconum nostrum* rectorem Messanensem⁸³⁾ apostolicae sedis legatum, qui omnibus⁸⁴⁾ praedictis interfuit⁸⁵⁾, confirmata⁸⁶⁾. Quum autem idem sit paratus purgare se, quod nulla fuit ad hoc ambitione inductus, *per litteras nostras*⁸⁷⁾ postulas⁸⁷⁾ edoceri, utrum dictus legatus electionem⁸⁸⁾ confirmare, vel dispensare potuit⁸⁹⁾, vel⁹⁰⁾ quod factum est atare possit, et⁹¹⁾ utrum, electione *rite*⁹²⁾ cassata, iterum valeat⁹²⁾ eligi in abbatem? Nos autem consultationi tuae taliter respondemus, quod, quum⁹³⁾ ex his, quae in continenti subsequuta sunt, ostendatur, quod talis taliter⁹⁴⁾ non possit⁹⁵⁾ eligi in abbatem, maxime pro eo⁹⁶⁾, quod ante, quam esset discipulus, voluit⁹⁷⁾ esse magister, electionem illam irritam esse decrevimus⁹⁸⁾ et inanem. Verum, postquam fuerit in regula competenter instructus, si urgens necessitas et⁹⁹⁾ evidens utilitas ipsius monasterii postulaverit¹⁰⁰⁾, purgatione recepta poterit in abbatem assumi, ne monasterium opprimatur incuribus malignorum. *Secundo etc. [cf. c. 11. de testam. III. 26.]*

CAP. XXXIX.¹⁾

Electio alias canonica confirmatur, licet quidam eligentiam essent minori excommunicatione ligati.

Idem.²⁾

Illam quotidianam instantiam, *solicitudo videlicet ecclesiarum omnium, quae ministerium cingit apostolicae servitutis, potissimum nos inducit, ut ad illarum consolationem intendamus sollicite, ac benigne iusta desideria earundem effectu celeri prosequendo, quas pastorum sunt solatio destitutae, ne pro pastoris carentia in spiritualibus et temporalibus sustineant detrimentum, et grex dominicus luporum morsibus relinquatur, si non sit qui noctis vigiliis custodiat super eum.* Sane quum venerabilis frater noster, *Albertus archiepiscopus voster, tunc electus, ad nostram praesentiam accessisset, nos ecclesiae Magdeburgensi, quae non solum in prosperis, verum etiam in adversis sacrosanctae Romanae ecclesiae, matri suae, devota semper existit, tanquam filiae specialis sollicitudine volentes paterna consulere, iam*³⁾ pridem diligenter auditis et intellectis, quae dilecti filii ... S. Sebastiani, ... S. Mariae, et ... de Mildense praepositi, et C. et C. maioris ecclesiae, et magister Gernandus S. Nicolai, et Litulfus S. Petri canonici Magdeburgenses, tam verbis quam scriptis proposuerant sollicite

Cap. XXXVIII. 74) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 4. — Ipsa epistola est in Reg. Bal. XI. 262. — 75) *in registro*: C. R. 2. — *magistro Ca.*: Cont. — *Id. in registro C.* (abest ab ed. Aug.) *tit. S. Laurentii in Lucina presb. etc.*: Comp. IV. — *Cynthia tit. S. Laur. etc.*: Reg. — 76) *per tuas lit.*: C. H. — 77) *vacaret*: C. R. 1. — 78) *Quumque*: Comp. IV. — 79) *poterant*: C. H. — 80) *dispensari*: Comp. IV. Ms. B. — 81) abest a Comp. IV. — 82) *fuit*, ead. — 83) *Messanens.*: C. H. — *Messanum*: C. R. 2. L. — *Messanae*: Comp. IV. Aug., Ms. A. — *ecclesiae Messanae*: Ms. B. — 84) *in omni*: C. R. 1. H. L. Comp. IV. — 85) *interfuerat*: Comp. IV. Ms. A. — 86) *confirmatum*: C. L. — 87) *postulasti*: C. H. — *postulans*: C. L. — 88) *add.*: huius: C. R. 1. — *huiusmodi*: Comp. IV. — 89) *potuerit*: C. H. — 90) *ut*: Comp. IV. — *verb.*: *vel quod* — *et*: *desid.* in C. H. — 91) *vel*: C. R. 1. — 92) *possit*: ib. — 93) *licet*: Comp. IV. — 94) abest a Comp. IV. Ms. A. — 95) *potuit*: C. R. 1. — 96) *quum ex eo*: Comp. IV. — 97) *voluerit*: Comp. IV. Ms. A. — 98) *decrevimus*: C. R. 2. H. L., Comp. IV. Aug. — 99) *vel*: C. R. 1. — 100) *add.*: id: C. R. 2.

Cap. XXXIX. 1) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 261. — Comp. IV. h. t. c. 5. — 2) *Capitulo et universo clero Magdeburgensibus*: Reg. — 3) *quia iam*: Reg. — v.: *quia propterea delendum esse censuimus, quod infra repetitur.*

eoram nobis." Quia pro certo didicimus, electionem canonicam exstitisse, ipsam auctoritate apostolica duximus confirmandam, suppletas de plenitudine potestatis, si quis in ea ex eo fuisset defectus, quod⁴⁾ quidam interfuerunt⁵⁾ electioni eiusdem, qui ex sola participatione in simplicis excommunicationis laqueum inciderrant,⁶⁾ sicut etc. Dat. Romae ap. S. Petrum VI. Id. Febr. Ao. IX. [1207.]

CAP. XL. 7)

Si postulatio cum electione concurrat, et numerus postulantium est duplo maior, et postulatus est idoneus, postulatio admittitur reiecta electione. Si vero indignus, et hoc maior pars postulantium ignoraverit, postulatio et electio reprobantur. Si vero sciebant, et electus est idoneus, confirmatur electio, et idem, si numerus postulantium non est duplo maior. Hoc dicit intelligendo secundum quod continet ius commune.

Idem Magistro⁸⁾ Maximo Notario nostro⁹⁾.

Scriptum est in Apocalypsi Ioannis¹⁰⁾, quod in medio "sedis" et in circuitu sedis erant quatuor animalia, "plena oculis ante et retro; primum animal simile leoni, secundum animal simile vitulo, tertium animal habens faciem quasi hominis, et quartum animal simile aquilae volanti; et quatuor animalia singula eorum alas senas habebant. Sedes ista Romana ecclesia intelligitur, quae usitato vocabulo sedes apostolica nuncupatur, utique sedes agni, sedes videntis in saecula saeculorum; in medio cuius quasi filiae in gremio resident et in circuitu adstant quasi famulae in obsequio quatuor patriarchales ecclesiae, Alexandrina, Antiochena, Hierosolymitana et Constantinopolitana, quae per illa quatuor animalia designantur. Marcus enim Alexandrinam fundavit et rexit ecclesiam, qui secundum visionem Ezechielis accipitur per leonem, eo, quod evangelium inceperit a rugitu, dicendo: "Vox clamantis in deserto," et quia, quemadmodum leo catulum suum post diem tertium suo asservit excitare rugitu, sic Deus Pater filium suum, qui leo de tribu Iuda esse describitur, de cuius resurrectione principaliter tractat Marcus, divinitatis suae potentia post triduum a mortuis suscitavit. Unde in die resurrectionis dominicae ipsius evangelium antonomastice in ecclesia recitatur. Lucas autem fuit natione Antiochenus; qui propterea in vituli figura describitur, in quo sacerdotalis hostia designatur, quoniam a sacerdote inchoans evangelium, de immolatione tractavit praecipue summi sacerdotis et veri, qui est hostia salutaris, vitulus videlicet saginatus, quem pater iussit occidi pro filio prodigo redeunte. Unde bene per ipsum Antiochena ecclesia designatur, in qua primum Apostolorum princeps in summi sacerdotii cathedram a fidelibus exstitit sublimatus. Matthaeus quidem fuit natione Iudaeus, et evangelium primum descripsit etiam hebraice in Iudaea, et ob hoc per hominis speciem designatur, quod ab incarnatione Christi suum inchoans evangelium, principaliter humanam eius nativitatem ostendit, quam ipse Christus de Iudaeis et in Iudaea pro nobis assumens, Hierosolymitanam ecclesiam metropolim Iudaeorum sua humana praesentia consecravit, de qua dictum fuerat per Prophetam: "Homo factus est in ea, et ipse fundavit eam altissimus." Ioannes vero Asianam fundavit ecclesiam, et Apocalypsim septem ecclesiis, quae sunt in Asia, ipse descripsit, quibus et ceteris Graecorum ecclesiis Constantinopolitana tandem praeferrere meruit et praeponi per aquilam merito designata, quia sicut aquila volatu omnes aves excellit, et oculus eius intuitum solis radius non offendit, sic Ioannes tribus aliis animalibus in terra relictis, supra coelos coelorum ascendens, veram lucem oculis inerberatis adspexit, et a divina verbi nativitate suum evangelium inchoavit; qui, licet inter universos Evangelistas fuerit ultimus tempore, praecipuus tamen exstitit dignitate, quoniam, in coena supra pectus Christi recumbens, fluentia doctrinae de ipso sacri domini pectoris fonte potavit. Sic Constantinopolitana ecclesia, licet posterior tempore, postmodum propter honorificentiam piissimi Constantini praelata est altis dignitate; hincque facti sunt primi novissimi, et novissimi primi, ut merito ipsi dicatur: "Nullae filiae congregaverunt dicitias, sed tu sola supergressa es universas." Ad cuius ecclesiae regimen talis est pontifex assumendus, qui ad similitudinem illorum quatuor animalium ante et retro plenus sit oculis, ut pleno lumine veteris et novi testamenti mysteria contempletur, per experientiam videns praeterita, et futura praevidens per cautelam. Debet etiam habere sex alas, scilicet sex legum notitiam, naturalis, Mosaicae, et propheticae, evangelicae, apostolicae et canonicae, quibus perfecto libramine inter coelum volans et terram, de terris ad coelestia et de temporalibus transvolet ad aeterna.

Sane ad hanc ecclesiam, scilicet Constantinopolitanam¹¹⁾, duo "quaedam" animalia sunt vocata, utinam plena oculis, et alas habentia senas¹²⁾, videlicet "venerabilis frater noster" Eradiensis¹³⁾ archiepiscopus, et "dilectus filius" plebanus sancti Pauli de Venetiis, sicut per procuratores tam postulantium archiepiscopum, quam eligentium plebanum fuit propositum coram nobis. "Proposuerunt siquidem procuratores electorum plebani, quod, quum ecclesia Constantinopolitana vacante canonici Ph. decanum suum sibi elegerint in pastorem, et nos cassaverimus electionem eandem, quia quibusdam exclusis, qui adesse debuerant, exstitit celebrata, ne diu gregi fidelium deesset cura pastoris, tam canonici quam quidam alii, qui se in electione Constantinopolitani patriarchae ius habere dicebant, ut de electione tractarent, adinvicem conveniunt. Quumque septem personae pro septem praepositis se offerrent, et quidam alii pro ceteris praelatis se tractatus electionis ingererent, post multam concertationem tam illas septem personas quam duas alias ad universitatis instantiam, quae tamen duas tantum voces haberent, salvo in omnibus iure suo tam in praesenti quam in futuro, pro bono concordiae receperunt. Sed factum est, quod humani generis inimico, qui unitatem ecclesiae scindere nititur, superseminata zizania messi dominicae, in duas partes sunt vota divisa, novem de canonicis et novem alii praenominatis personis postulantes archiepiscopum memoratum, et quindecim canonicis et praeposito sanctorum Apostolorum plebanum eligentibus supradictum; cuius electioni cantor, qui pro utilitate abens erat ecclesiae, et ante tractatum electionis per literas suas consensum expresserat de plebano, si alii complaceret, et octo alii canonici, qui electionis tempore non fuere praesentes, suum praestiterunt consensum; et sic in plebanum praedictum vota viginti quatuor canonicorum et unius praepositi conveniunt. Dicebant ergo postulantium numerum esse minorem, quum decem et octo tantum archiepiscopum postularent; de quibus quosdam eorum, quos cum praefata protestatione sui iuris admiserant, excludere nitentur, duos videlicet de Blakerna et Buccaleone praepositos; quia, quum per exemptionis privilegium a sede apostolica impetratum se subtraxerint oneri, tacite renunciassent videbantur honori, ut ad electionem non pertinerent illius, cui electo nullatenus subiacerent. Alii quatuor non erant praepositi, sed aliarum ecclesiarum clerici, qui se tractatus electionis suorum praepositorum nomine ingerebant, quia eorum domini adeo erant absentes, quod ad tractatum electionis vocari commode nec poterant, nec debebant; quoniam, si absentes possent per procuratores adesse, vix iura devolverent absentium ad praesentes, quum raro contingeret, quod per se vel per alios interesse non possent. Septimus autem, qui praesens exstitit, iam electus et confirmatus in archiepiscopum Verricensensem et translatus ad suam ecclesiam, possessionem eiusdem adeptus fuerat corporalem. Et licet universitas clericorum quatuor prius pro se postularet admitti, quia tamen pars canonicorum tot nolebat admittere, ne numerus adorum nimis cresceret, ita tandem pro bono pacis exstitit ordinatum, ut duo tantum admitterentur ex illis cum protestatione praedicta, et ideo eligentes assererant illos duas tantum voces et non ceterorum habere, maxime quum triginta praepositorum fuerint ad septem reductae, quae tamen nondum fuerunt auctoritate sui iudicis approbatae. Conventuales autem ecclesias ultra quinque vel sex tunc temporis esse negabant, et, si plures fuissent, tempore tamen electionis praedictae praelatos earum dicebant non fuisse praesentes. De malo demique zelo intendebant arguere postulantes eo, quod, ut proponebant, illiteratum et impudicum ex certa scientia postularant; cuius incontinentiam dicebant per filium in monachatu genitum paterna libidine testem posse probari. Eundem etiam archiepiscopum de ambitione notabant eo, quod in vigilia Nativitatis dominicae se suae subtraxit ecclesiae, ut esset in urbe regia, ubi tunc erat postulatio celebranda, et passus est cum hymno "Te deum laudamus" se in sede locari, in qua profestis diebus residere consueverat patriarcha. Qui etiam auctoritate propria bona patriarchatus post mortem patriarchae distribuens, eiusdem sigillo violenter arrepto de scrinio camerarii, literas quasdam, quibus illud impressit, misit Ravennam, et quandam pecuniam summam ibi depositam auctoritate literarum illarum sibi fecit offerri, eandemque distribuit pro suae voluntatis arbitrio in ecclesia Constantinopolitanae praedictae et gravamen, quod totum et alia in capitulo fuere proposita, quum quidam de ipso postulando tractarent. Unde petebant, ut, quum pars postulantium archiepiscopum esset numero minor, inferior zelo, et a suo iure cecide-

Cap. XXXIX. 4) in ea fuisset def., eo quod: C. H. — 5) interfuerunt: C. L. — interfuerunt: Comp. IV. Ms. A. — 6) inciderunt: ead. Cap. XL. 7) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 156. — Comp. IV. h. t. c. 6. — 8) Mag.: abest a Comp. IV. Ms. A. — 9) desid. in Comp. IV. —

10) Apoc. IV. — 11) scil. Constant.: non leg. in Reg. — 12) abest a Reg. — 13) Grandien.: C. R. 1. — Erachien.: Comp. IV. Ms. B. — Erachien.: Ms. A. — Heraclien.: Comp. IV. Aug., Reg.

rit postulando scienter indignum, electionem confirmare factam de dicto plebano canonice dignaremur; maximo quum ipsi nisi fuerint iure communi personam eligibilem eligenda, quod ordinarii iuris existit, et alii iuris communis contempto beneficio ad extraordinarium auxilium transvolant. Ad haec procuratores partis alterius responderunt, quod universi praelati conventuum ecclesiarum apud Constantinopolim existentium per nostram constitutionem in electione Constantinopolitani patriarchae ius habent. Unde universitas praelatorum, de qua in eadem constitutione cavetur expresse, restringi non debet ad septem, quum ratione suae dignitatis in hoc bene fuerit ecclesiae memoratae provisum; tum ut senior haberetur super electione tractatus, quum integrum sit iudicium plurimorum sententia confirmatum; tum etiam, ut per numerum praelatorum illis posset occurrere, qui Dei sanctuarium iure volebant hereditario possidere. Addebant etiam, quod praefatae constitutionis beneficium duo exempli praepositi per exemptionis privilegium nullatenus amiserunt, quum ea, quae in favorem alicuius introducta sunt, in eius laesionem non debeant redundare, et per privilegia Pontificum Romanorum addi, non subtrahi consueverit illis, quibus specialiter indulgentur, propter praedictam maxime rationem, ut illis obsisterent prudenter, qui Domini sanctuarium moliantur in ius hereditarium usurpare. Unde iidem excludi non poterant nec debebant, ea etiam ratione, quod septem nomine septem praepositorum et duo vice ac nomine viginti trium praelatorum pro ipsa universitate fuerint a canonicis ad tractatum electionis admissi; et sic, quum in postulatum vota septem praepositorum et decem et octo praelatorum praesentium, et aliorum sex absentium, quorum procuratores erant in civitate praesentes, consensu mediante illorum duorum concurrerint, pro parte sua ultra duplo maiorem numerum allegabant; quum in plebanum quindecim tantum canonicis et unus praepositus a principio consensissent, nec aliquid ei iuris acceperit in hoc casu per subsequentem consensum novem canonicorum, qui electionis tempore non fuere praesentes, nec vocari potuerint commode nec deberent; praesertim quum octo ex illis tanto tempore fuissent absentes, quod secundum constitutionem patriarchae ac capituli Constantinopolitanorum pro canonicis nullatenus haberentur. Auctoritatem etiam introducebant pro se, quum regulariter maioris auctoritatis praelatus quam simplex canonicus habeatur. Bonum vero zelum ea ratione probant, quod Venetum pro vitando scandalo longa conversatione notum, laudabili administratione probatum, carum clericis, et acceptum laicis postularant; in quem assensus principis, suffraganeorum vota plebisque desiderium concurrerant; nec debebant aliquid sinisterum de illo praesumere, quem et excellentia dignitatis et communis reddebat fama praeclearum. Nec etiam erant adversarii audiendi, qui promotionis eius tempore tacerunt, nisi forte aliquid novum proponerent, vel quod postmodum didicissent, maxime quum obiectam notam incontinentiae, si qua forsitan praecessisset in ipso, quod tamen insciabatur omnino, subsequens longae conversationis delevisset honestas. Proposuerunt etiam, quod nisi pars altera se ab iniuriis temperaret, intendebant quaedam proponere tam in personas pligentium quam electi. Ad excusationem vero eiusdem archiepiscopi super objectione ambitus proponebant, quod idem ex honestate et probabilis causa Constantinopolim venerat, et habebat necesse frequenter accedere, tum propter negotia patriarchalis ecclesiae, tum etiam propter executionem ultimae voluntatis patriarchae defuncti suae discretionis commissae; qui licet interfuerit vespere et matutinis in patriarchali ecclesia ob solennitatem diei, in locis tamen decani residit, nec aliquid de patriarchalibus usurpavit. Ipsum etiam literatum, etsi non eminenter, competenter tamen esse dicebant, sufficientem intelligentiam et eloquentiam de scripturis et in scripturis habentem; nihilominus allegantes, quod, etsi quaedam conventuales ecclesiae tunc vacarent, aut forsitan pro pauperum non haberent numerum clericorum, ipsum capitulum, aut etiam unus, qui vicem capituli retineret, ad electionem pro praelato deberet admitti, quum in talibus saepe capitulum vicem convenerit supplere praelati, et nomen ac ius universitatis multoties devaluat ad unum et retineatur in uno. De malo nihilominus zelo arguebantur electores plebani eo, quod hominem elegerant, quem electionis tempore credebant in minoribus ordinibus constitu-

tum, asserentes, quod in vigilia natiuitatis dominicae altera pars apud Constantinopolim consenserat in plebanum, qui se paulo ante apud Venetias fecerat in subdiaconum promovendi. Ex quo inferrebat, quod, si hoc actum fuerit ex conducto, non poterat ambitione carere. Si vero praedictatum non extulit, quum propter locorum distantiam hoc ad eligentes tam brevi tempore nequiverit pervenisse, sequitur, quod secundum conscientias suas ineligibilem elegerant; vel si error ad excusationem accusatione non vacuam allegetur, in confessionem negligentia veniet, quae super iis non multum distat a culpa. Addebant etiam, quod magis erat extraordinarium consentire in hominem, non solum extra totum patriarchatum, verum etiam extra totum imperium constitutum, quam in vicinum et familiarem, suffraganeum eiusdem ecclesiae, de cuius pastoris electione tractatur. Personam quoque plebani de vehementi ambitione notabant, dicentes, quod ipse per literas suas quosdam Constantinopolitanos canonicos expresse rogaverat, ut eum in suum eligerent patriarcham; quod pars altera negabat. Unde petebant postulatores archiepiscopi saepedicti, ut, quum esset altera pars zelo, auctoritate ac numero minor, cassato quod factum fuerat de plebano, postulationem ipsorum admittere dignarentur. Verum quia de his, quae per assertionem¹⁴) partium in iudicium deducta¹⁵) fuerant, nobis non potuit fieri plena fides, quamvis super his, quae de numero dicta sunt postulantium, per quoddam instrumentum publicum, nec non per¹⁶) confessionem procuratoris adversae partis in iudicio "quidem" factam, sed postea revocatam, pars altera assereret¹⁷) suam¹⁸) intentionem esse fundatam, causam discretionis tuae duximus committendam, per apostolica scripta¹⁹) mandantes, quatenus super his et aliis inquiras diligentissime veritatem, de meritis²⁰) electi et postulati apud Venetias, ubi nati fuerunt²¹) et diutius conversati, de studiis autem eligentium et postulantium, et omnibus generaliter, quae causam possunt²²) instruere, apud Constantinopolim, ubi huiusmodi postulatio et electio celebrata²³) fuerunt²⁴), et, si partes consenserint, procedas hoc modo, ut, si constiterit de²⁵) mutuo convenisse consensu, quod ad electionem patriarchae septem²⁶) admitterentur praepositi, sive per se ipsos sive per alios, et duo alii ex parte universitatis pro ceteris conventuali ecclesiarum praelatis, totque tunc temporis conventuales ecclesiae habuisse praelatos, quod cum septem praepositis et novem canonicis, quos quidem canonicos constat in postulatione praefati²⁷) archiepiscopi convenisse, duplo maiorem facerent numerum quam sexdecim electores plebani, tu vice nostra postulationem admittas, (nisi probatum fuerit, postulato aliquid obviare de canonicis instituta, quod promotionem²⁸) ipsius²⁹) debeat impedire,) ac plebani electione cassata ipsum archiepiscopum absolvas a³⁰) vinculo, quo Eradiensi³¹) ecclesiae tenetur³²), concedendo ipsum Constantinopolitanae ecclesiae in pastorem. Quod si ad faciendum duplo maiorem numerum simul omnes praedicti minime sufficienter³³), sive dignus sive indignus fuerit³⁴) postulatus, tu, postulatione repulsa, electionem plebani auctoritate nostra confirmes, dummodo nihil obsistat eidem, quod ipsum tanto praesulatu reddat indignum. Si vero numerus postulantium inventus fuerit duplo maior, quemadmodum praedictum³⁵) est, et persona postulata reperta fuerit indigna, tu³⁶) tam postulationem, quam electionem non differas reprobare, nisi forsitan omnes³⁷) aut maior pars postulantium praesumptione damnabili postulaverint³⁷) scienter³⁸) indignum, ut hac vice merito debeant³⁹) eligendi seu postulandi potestate privari. Et⁴⁰) hoc quoque casu electionem confirmes, si eam⁴¹) de persona idonea constiterit celebratam. Porro etc. Dat. Signiae XV. Kal. Sept. Pont. nostr. An. XV. [1212.]

CAP. XLI.⁴²)

Si illi, ad quos spectat electio, negligunt eligere praelatum cathedralis vel regularis ecclesiae infra tres menses, proximus superior ecclesiam ordinabit; quod si infra tres alios menses non fecerit, canonice punietur.

Idem in concilio generali.

Ne pro defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax invadat, aut in facultatibus suis ecclesia viduata grave dispendium patiat, volentes in hoc etiam⁴³) occurrere periculis⁴⁴) animarum, et eccle-

Cap. XL. 14) assertiones: Reg. — 15) ducta: C. H. — ded. fuerunt: Reg. — 16) abest a Conc. Comp. IV., Reg. — 17) asserit: Comp. IV. Aug. — assereret: Ms. A. — 18) abest a C. H. — 19) apostolicum scriptum: C. R. 1. — 20) add. eorum: C. R. 2. — 21) fuerant: Comp. IV. Ms. A., C. L. — 22) possint: C. H., Comp. IV. Ms. A. B. — 23) facta: C. H. — 24) fuerint: Comp. IV. Aug. — 25) abest a Comp. IV. Ms. A. — 26) VIII.: ead., C. R. 2. — 27) praedicti: Comp. IV. Aug. — 28) et promot.: Comp. IV. Ms. B. — ex quo promotio ipsius debeat impediri: Ms. A. — 29) eius: C. H. — 30) abest a Comp. IV. — 31) Arrachen.: Comp. IV. Ms. B. —

Heraclien.: ed. Aug., Reg. — 32) tenebatur: Comp. IV. Ms. A. — 33) suffecerint: Comp. IV. Aug., Ms. A. — suffecerunt: Reg. — 34) sit: Comp. IV., Reg. — 35) dictum: C. R. 2. — 36) ut: Böhm. — 36) omnia: Comp. IV. Aug. — 37) postulant: Comp. IV. Ms. B. — 38) abest a Comp. IV. — 39) debent: Ed. Rom. operarum mend. — 40) Ex: ead. — 41) abest a Comp. IV. et Reg.

Cap. XLI. 42) conc. Lat. IV. hab. A. 1215. c. 23. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 43) et: Comp. IV. — abest a conc. Ms. — 44) in alius per.: C. R. 1.

siarum indemnitate providere, statuimus, ut ultra tres menses cathedralis vel regularis ecclesia praelato non vacet. Infra⁴⁵⁾ quos, iusto impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum⁴⁶⁾, qui proximo⁴⁷⁾ praeesse dignoscitur, devolvatur. In vero, ad quem fuerit⁴⁸⁾ devoluta potestas, Deum⁴⁹⁾ prae oculis habens, non differat ultra tres menses cum consilio capituli sui et aliorum virorum prudentiam viduatam ecclesiam de persona idonea ipsius quidem ecclesiae, vel alterius, si digna⁵⁰⁾ non reperitur in illa⁵¹⁾, canonicè ordinare, si canonicam voluerit⁵²⁾ effugere ultionem.

CAP. XLIII.⁵³⁾

Per aliquam de tribus formis hic contentis, scilicet scrutiniū, compromissi et inspirationis, procedi debet ad electionem in ecclesiis cathedralibus; aliter electio celebrata non valet, et contra facientes privandi sunt ea vice potestate eligendi. H. d. usque ad §. Illud. — §. 1. Interdicit procuratorem in electionis negotio constitutum, nisi concurrant hic contenta usque ad §. Electiones. Abbas Siculus. — §. 2. Praecipit electiones solenniter publicari, et clandestinas reprobari. H. d. usque ad finem. Abbas Siculus.

Idem in eodem.

Quia propter diversas electionum formas, quas quidam invenire conantur, et multa impedimenta proveniunt, et magna pericula imminere ecclesiis viduatis, statuimus, ut, quum electio fuerit celebranda, praesentibus omnibus⁵⁴⁾, qui debent, et volunt et possunt commode interesse, assumantur tres de collegio fide digni, qui secreta⁵⁵⁾ et sigillatim vota⁵⁶⁾ cunctorum diligenter exquirant⁵⁷⁾, et in scriptis redacta mox publicent⁵⁸⁾ in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto, ut in collatione habita⁵⁹⁾ eligatur, in quem omnes, vel maior et⁶⁰⁾ sanior pars capituli consentit⁶¹⁾. Vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium ecclesiae viduatae provideant de pastore. Aliter⁶²⁾ electio facta non valet, nisi forte communiter⁶³⁾ esset ab omnibus, quasi pro inspirationem⁶⁴⁾ absque vitio celebrata. Qui vero contra praescriptas⁶⁵⁾ formas eligere attentaverint, eligendi ea vice potestate priventur. §. 1. Illud autem⁶⁶⁾ penitus interdiciamus, ne quis in electionis negotio procuratorem constituat, nisi sit abiens in eo⁶⁷⁾ loco, de quo debeat advocari⁶⁸⁾, iustoque impedimento detentus venire non possit, super quo, si opus fuerit, fidem faciat iuramento, et tunc, si voluerit, uni committat de ipso⁶⁹⁾ collegio vicem suam. §. 2. Electiones quoque clandestinas reprobamus, statuentes⁷⁰⁾, ut, quam cito electio fuerit celebrata, solenniter publicetur.

CAP. XLIII.⁷¹⁾

Consentientis electioni de se factae per abusum potestatis saecularis, efficitur ineligibilis ad dignitatem, et electio est nulla. Eligentes autem a beneficiis per triennium suspendantur, et tunc sunt privati potestate eligendi.

Idem in eodem.

Quisquis electioni de se factae per saecularis potestatis abusum consentire praesumpserit contra canonicam libertatem, et electionis commode careat, et ineligibilis fiat, nec⁷²⁾ absque dispensatione ad aliquam⁷³⁾ valeat⁷⁴⁾ eligi dignitatem⁷⁵⁾. Qui⁷⁶⁾ electionem huiusmodi, quam ipso iure⁷⁷⁾ irritam esse censemus, praesumpserint⁷⁸⁾ celebrare, ab officiis et beneficiis penitus⁷⁹⁾ suspendantur per triennium⁸⁰⁾, eligendi tunc potestate privati.

Cap. XLI. 45) intra: Cont., Comp. IV. Aug., Böhm. — 46) ipsium: C. R. 1. — 47) proximo: C. H. — 48) fuerit: ib. — 49) Dominum: conc. ap. Mans. — 50) dignus: Comp. IV. Aug. — 51) ea: C. R. 1. — 52) voluerint: ib.

Cap. XLII. 53) c. 24. ib. — Comp. IV. h. t. c. 9. — 54) abest a conc. ap. Mans. — 55) secreto: C. R. H. L., Comp. IV., conc. — 56) singularem voces: conc. ap. Mans. — vota et corda: Cont. — 57) inquirant: C. H. — exquirant: Comp. IV. Ms. A. — 58) add.: ea: C. H. — 59) adhibita: conc. — 60) vel: conc., Comp. IV. Aug. — 61) consenserit: Comp. IV. Ms. A. — 62) Vel el. fact.: Comp. IV. Aug. — 63) unanimiter: C. R. 1. — 64) Dei insp.: Comp. IV. Ms. A. — insp. divinam: conc. — 65) scriptas: Comp. IV. Ms. B. — praedictas: C. H., Comp. IV. Ms. A., conc. — 66) abest a conc. — 67) abest a Comp. IV. Aug., Ms. B. — 68) vocari: C. H. — 69) abest ab eod. — 70) statuimus: Comp. IV. Ms. A.

Cap. XLIII. 71) ib. c. 25. — Comp. IV. h. t. c. 10. — 72) ut absque... non: Comp. IV. Ms. A. — ut absque... nequeat: Ms. B. — 73) aliam: C. R. 1. — 74) possit: conc., Comp. IV. Ms. A. — 75) potestatem: Comp. IV. Aug. — 76) Quin immo qui: ead., Böhm. — 77) ipsi. iur.: deid. in

CAP. XLIV.⁸¹⁾

Si praelatus per negligentiam confirmavit indignum electum ad regimen animarum, perdit potestatem confirmandi primum successorem, et a perceptione proprii beneficii suspenditur, et promotus deicitur. Si vero per malitiam hoc fecit, gravius punitur. Electi vero immediate subiecti Papae, per se aut per personas instructas debent adire Papam, et petere confirmationem. Et si sint electi in concordia, et valde remoti, videlicet ultra Italiam constituti, interim administrant, ita tamen, quod nil alienent; benedicuntur autem et consecrantur, prout consueverunt.

Idem in eodem.

Nihil est, quod ecclesiae⁸²⁾ Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur⁸³⁾ praelati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo adhibere necessariam medelam, irrefragabili constitutione sancimus, quatenus, quum quisquam ad regimen animarum fuerit electus⁸⁴⁾, is, ad quem pertinet ipsius confirmatio, diligenter examinet et electionis processum, et personam electi⁸⁵⁾, ut, quum omnia rite concurrerint, munus ei confirmationis impendat, quia, si secus fuerit incaute praesumptum, non solum deiciendus est indigne promotus, verum etiam indigne promovens puniendus. Ipsum⁸⁶⁾ quoque decernimus⁸⁷⁾ hac⁸⁸⁾ animadversione puniri, ut, quum de ipsius constiterit negligentia, maxime si hominem insufficientis scientiae, vel inhonestae vitae, vel⁸⁹⁾ aetatis illegitimae approbaverit, non solum confirmandi primum successorem illius careat potestate, verum etiam, ne aliquo casu poenam effugiat, a perceptione proprii beneficii suspendatur, quousque, si aequum fuerit, indulgentiam valeat promereri. Si vero convictus fuerit in hoc per malitiam excessisse, graviori subiaceat ultioni. §. 1. Episcopi quoque tales ad sacros ordines et ecclesiasticas dignitates promovere procurent, qui commissum sibi officium digne valeant adimplere, si et⁹⁰⁾ ipsi canonicam cupiunt effugere⁹¹⁾ ultionem. §. 2. Ceterum qui ad Romanum pertinent immediate Pontificem, ad percipiendam⁹²⁾ sui confirmationem officii eius se conspiciant, si commode fieri potest, personaliter repraesentent, aut personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super⁹³⁾ electionibus et electis possit haberi, ut sic demum per ipsius circumspectionem consilii⁹⁴⁾ sui plenitudinem officii assequantur, quum eis nihil obstiterit de canonicis institutis; ita, quod interim valde remoti, videlicet ultra Italiam constituti, si electi fuerint in concordia, dispensative propter necessitates ecclesiarum et utilitates in spiritualibus et temporalibus administrent; sic tamen, ut de rebus ecclesiasticis nihil penitus alienent. Munus vero benedictionis seu consecrationis recipiant⁹⁵⁾, sicut hactenus recipere consueverunt.

CAP. XLV.⁹⁶⁾

Expensae necessariae, quas facit capitulum pro electione praelati, de bonis praelaturae debent fieri vel reddi.

Honorius III. Capitulo Constantinopolitano.⁹⁷⁾

Ut praeteritae contentioni decisa materia futuris litigiis occasio ampuetur, praesentium auctoritate⁹⁸⁾ statuimus, ut expensae necessariae, quas capitulum Constantinopolitanum⁹⁹⁾ vel eius nunciatus vacante sede pro electionis negotio fecerint, de bonis patriarchatus fiant totaliter vel¹⁰⁰⁾ reddantur, dummodo ipsi bona decedentis patriarchae non occupent vel usurent.

CAP. XLVI.¹⁾

Electio post collationem ex intervallo celebrata non valet. H. d. secundum opinionem magis communem.

Idem Electo Lugdunensi.²⁾

Quum post petitam instanter et demum obtentam venerabilis fratris nostri quondam Lugdunensis³⁾ archiepiscopi cessionem vota canonicorum Lugdunensium in te, tunc ipsorum praepositum, concorditer convenissent, quia tandem examinato, sicut decuit, processu electionis tuae, invenimus eam post publicationem consensuum et collationis tractatum aliquamdiu fuisse protractam, assen-

Comp. IV. Aug., Ms. B. — 78) praesumpserit... suspendatur: C. R. 1., Comp. IV. Ms. A. — 79) abest a Comp. IV. Aug., Ms. B. — 80) per triennium: deid. in Comp. IV. Aug.

Cap. XLIV. 81) ib. c. 26. — Comp. IV. h. t. c. 10. — 82) ecclesiam: C. H. — 83) assumuntur: Comp. IV. Ms. A. — 84) assumptus: conc. — 85) electum: C. H. — 86) ipsumque: C. H., Comp. IV. — 87) decrevimus: Comp. IV. Aug. — 88) add.: etiam: C. H. — 89) aut: Comp. IV., Reg. — vel etiam: C. R. 1. H. — 90) abest a Comp. IV. Aug. — sicut: Ms. B. — 91) fugere: C. R. 2. — 92) recipiendam: Comp. IV. Ms. A. — 93) de: C. H. — sup. electionis processu: conc. — 94) abest a Comp. IV. Aug. — concilii: Ms. A. — 95) recipient: C. H.

Cap. XLV. 96) Restitutum ex Comp. V. de constit. c. 4. (L. 1.) — 97) cap. const.: deid. in Comp. V. Ms. — 98) praesentibus authenticis: Comp. V. Cir. — 99) metropolitanum: Comp. V. Ms. — Constantinopolis: C. L. — 100) et: C. R. 1.

Cap. XLVI. 1) Comp. V. de elect. c. 1. — 2) Lingon.: Comp. V. Ms. — Lugdun.: C. R. 1. — Lugdunensi: C. L. — leg.: Lundensii probabili Ciproli conjectura. — 3) Lugdon.: Comp. V. Ms. per totum.

sumque tuum prius, quam electus fueris,⁴⁾ requisitum, electionem eandem ex ipsius duntaxat inordinato processu iustitia cassavimus exigente.

CAP. XLVII⁵⁾

Monachus unius monasterii alterius factus abbas, in electione abbatis prioris monasterii vocem non habet, etiamsi tale ius ab abbate et monachis prioris monasterii sibi fuit reservatum.

Idem Eboracensi Priori, et Magistro Guidoni de Canopo.⁶⁾

Constitutis in praesentia nostra procuratoribus "dilectorum filiorum" sancti Taurini⁷⁾ Eboracensis et sancti Leofredi⁸⁾ de Cruce abbatum, "et monasterii Fiscanensis, dilectum fratrem nostrum B. SS. Ioannis et Pauli presbyterum cardinalem dedimus auditorem, coram quo proposuerunt procuratores praedictorum abbatum, quod vacante praefato monasterio, quod immediate ad Romanam ecclesiam pertinet, monachi eiusdem loci contemptis praefatis abbatibus, qui commode poterant et debebant de iure vocari, ad electionem abbatis temere procedentes, H. quondam abbatem S. Iudoci ad eiusdem regimen minus idoneum eligere praesumpserunt, quare pelebant electionem huiusmodi penitus irritari." Quum autem procuratores ipsorum⁹⁾ abbatum iussi essent exprimere, quo iure ipsi abbates deberent electioni abbatis Fiscanensis¹⁰⁾ monasterii interesse, responderunt, quod olim, quum assumerentur¹¹⁾ in suorum monasteriorum abbates, fuit specialiter indultum eis¹²⁾ ab abbate et conventu monasterii Fiscanensis, ut haberent vocem in capitulo eorumdem. Nos autem rationem huiusmodi¹³⁾ frivolam reputantes, "de consilio fratrum nostrorum" super¹⁴⁾ hoc perpetuum silentium imponimus¹⁵⁾ abbatibus supradictis.

CAP. XLVIII¹⁶⁾

Electio debet fieri verbo, et de illo, in quem consenserit maior pars capituli, et non respectu aliarum partium.

Idem Rothomagensi Capitulo.

Ecclesia vestra destituta pastore, et votis vestris, quum de futura praelati¹⁷⁾ haberetis successione tractatum, in diversa divisio, quidam in Thomam, quidam in cancellarium, et quidam singulares¹⁸⁾ in singulares personas eiusdem ecclesiae consensistis. Verum¹⁹⁾ quum super his in nostra et nostrorum fratrum praesentia multa fuissent hinc inde proposita, invenimus, quod illi, qui sua in Thomam desideria dirigebant²⁰⁾, licet maiorem partem facerent partium comparatione minorum, non tamen ad maiorem partem capituli pervenerunt. Consideravimus nihilominus, quod post publicationem consensuum et collationis tractatum ad electionem nullus habitus est processus, quamvis deportationis solennitas etiam post appellationem legitimam fuerit subsequuta, quam²¹⁾ pro electione nec²²⁾ deceret, nec etiam²³⁾ expediret haberi. Unde "de fratrum nostrorum consilio" quod factum est de T.²⁴⁾ praedicto²⁵⁾ cassavimus, petitione consentientium "etiam" in cancellarium non admissa.

CAP. XLIX.

Non professus in abbatem eligi non potest.

Gregorius IX.

Quum in magistro assumi non debeat qui formam discipuli non assumpsit, nec sit praeficiendus qui abesse non novit, intellecto per te, quod in quibusdam regularibus domibus, iure tibi dioecetano subiectis, sunt quidam in abbates non professi ordinem regularem²⁶⁾ assumpti, mandamus, quatenus, quum tales abbates esse non debeant, qui per professionem monachi et regulares canonici non fuerint²⁷⁾, ad amotionem eorum, quos tales inveneris, sublato appellationis impedimento, procedas.

Cap. XLVI. 4) fuisses: Comp. V. Cir.

Cap. XLVII. 5) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 5. — 6) De Canap. C. R. 1. — de Tanapul.: C. R. 2. — Abolien. priori S. Barbarae Lexovien. dioec. et mag. V. de Capellis cancell. Rothomag.: Comp. V. Ma. — P. Bolcen. (Ebroicensi: Cod. Ma. Cir.) S. Barbarae Lexoviensis dioec. et magistro V. de Capella, canc. Roth.: Cir. — 7) Carmien. Ebroic.: C. L. — Tauric.: Ebroic.: Comp. V. Cir. — Taurini Ebroic.: Comp. V. Ma. — 8) Lefridi: C. R. 2. — Lofridi: C. H. — Lofridi: C. R. 1. — 9) abest a C. H. — 10) Fusc.: C. H., Cont. per tot. — supradicti: Comp. V. — 11) recipiuntur: C. R. 1. — 12) abest a Comp. V. — 13) huius: C. R. — 14) sup. hoc: desid. in Comp. V. — 15) imposuimus: C. R. 1. H. L., Comp. V.

Cap. XLVIII. 16) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 6. — 17) add.: vestri: C. H. — 18) singulariter: Comp. V. Cir. — 19) Unde: ead. — 20) direxerunt: ead. — 21) quod: ead. — 22) non: ead. — 23) abest a

CAP. L.

Electio facta a non maiori parte capituli et omisa collatione non valet.

Idem Cumanensi²⁸⁾ Capitulo.

Cumana ecclesia pastoris solatio destituta, et congregatis die ad celebrandam electionem praefixa, qui praesentes erant de Cumanianonicis, ac tribus abbatibus, qui vocem in electione habere nescuntur, capellani et clerici civitatis²⁹⁾, electioni se debere interesse dicentes, sub huiusmodi protestatione admissi fuerunt, quod vox eorum, qui non deberent interesse de iure vel consuetudine, non valeret. Tandem praemisso iuxta formam concilii³⁰⁾ generalis scrutinio, VII. de canonicis, unus abbatum, XI. capellani et novem clerici in eiusdem ecclesiae archipresbyterum convenerunt, novem canonicis³¹⁾, uno de abbatibus, uno capellano et XI. clericis in ipsius ecclesiae archidiaconum dirigentibus vota sua. (Et infra:) Quum decem et octo fuerint canonici, tres abbates, XX. clerici et XIV. capellani, neutram electionem comperimus³²⁾ ad maiorem partem totius capituli pervenisse. Nec probatum fuerat, quod clerici admitti debuerint³³⁾, nec quod capellani admissi fuerint de consuetudine vel de iure. Nam etiam capellani duabus³⁴⁾ electionibus episcoporum interfuerint, et scrutatores dederint³⁵⁾ voluntatum³⁵⁾, non tamen inquisita vota sua fuisse, vel eos aliquos elegisse probatur. Sed et si inquisita fuissent vota, vel ipsi aliquos elegissent, per hoc tamen non constitit, id eis de iure competere, vel ex³⁶⁾ consuetudine iam praescripta. Unde nos electiones ipsas praesumptas etiam contra formam concilii generalis, quum collatio in communi omisa fuerit, quae post publicationem scrutinii fieri debuisset, de fratrum nostrorum consilio sententia³⁷⁾ duximus irritandas, electores hac vice eligendi potestate privantes.

CAP. LI.

Per compositionem factam cum praelato et capitulo non potest ius eligendi competere laico, etiam patrono in ecclesia collegiata.

Idem Abbati Cluniacensi.³⁸⁾

Sacrosancta Romana³⁹⁾ ecclesia (Et infra:) Sane⁴⁰⁾ proposuisti in nostra praesentia, quod super ordinatione prioris monasterii sancti Pancratii, ad Cluniacensem ecclesiam pertinentis, cum comite de Varenna⁴¹⁾ patrono ipsius quidam praedecessor tuus de⁴²⁾ consensu capituli sui compositionem quandam inivit⁴³⁾ iuri contrariam et ecclesiae ipsi damnosam, videlicet, ut in optione sit ipsius comitis, assumere ad prioratum dicti monasterii, Cluniacensi et de Caritate prioribus duntaxat exceptis, unum de duobus melioribus totius Cluniacensis ordinis, quos abbas duxerit nominandos. (Et infra:) Attendentes itaque, quod ius eligendi in collegiata ecclesia non cadit in laicum, et ideo id esset⁴⁴⁾ perniciosum exemplo, et redundaret⁴⁵⁾ in dispendium ecclesiasticae libertatis, volumus, ut dictum prioratum libere possis, non obstante compositione ipsa, sicut alios prioratus tibi subditos ordinare, denunciando⁴⁶⁾ ordinationem factam patrono, ut suum⁴⁷⁾, si voluerit, honestum imperiatur assensum.

CAP. LII.

Si per Papam mandatur habentibus eligere, quod eligant cum consilio aliquorum, alioquin consilium provideant, eligentes debent consilium requirere in tractatu electionis, et congruo tempore expectare responsum; alius electio non tenet.

Idem Decano et Capitulo⁴⁸⁾ S. Ioannis et sancti Stephani Bisuntinensis.

Quum in veteri lege (Et infra:) Porro iam dudum vobis dedimus in mandatis, ut infra⁴⁹⁾ quadraginta dies post susceptionem litterarum nostrarum cum consilio sancti Benigni et Morismundi abbatum et fratris G. de ordine Praedicatorum eligeretis⁵⁰⁾ personam idoneam canonicam in pastorem; alioquin dicti consilarii vobis de ar-

Comp. V. — 24) Thoma: C. R. 2., Comp. V. — 25) abest a Comp. V.

Cap. XLIX. 26) ordinis regulam: C. R. 1. — 27) fuerunt: C. R. Cap. L. 28) Cumanis: C. H. — 29) eiusdem civ.: C. R. 2. — 30) cf. supr. c. 42. — 31) de can.: C. R. 1. H. L. — 32) reperimus: C. R. 1. — 33) debuerunt: C. H. — 34) abest a Cont. — add.: vicibus: C. H. — 35) dederunt: C. H. — existerint: C. R. 1. — 35') voluntatem: Böhm. — 36) abest a C. H. — 37) abest a C. R. 1.

Cap. LI. 38) Clunic.: C. H. — 39) abest a C. H. — 40) In nostra sane prop. praes.: ib. — 41) Valernia: Cont. — Wurema: C. L. — Varnia: C. R. 2. — 42) cum: C. H. — de assensu: C. R. 1. — 43) fecit: C. R. 1. — 44) esse: C. R. H. — 45) redundare: C. R. 1. H. — 46) denunciacione (leg.: denuncianda) ordinatione facta: C. R. H. — 47) abest a C. L.

Cap. LII. 48) decanis et capitulis: C. R. 1. H. — 49) intra: Cont., Böhm. — 50) vobis el.: C. H. — elegeritis: Ed. Rom. oper. mend.

chiepiscopo providerent. Verum die ad eligendum praefixa sex ex vobis potestatem eligendi deditis, usque ad consumptionem cuiusdam candela, quae ibidem accensa exstitit, duraturam. Tandem⁵¹⁾ quum electores huiusmodi convenissent in praedictum abbatem sancti Benigni, et super hoc sociorum eius consilium requisissent, proponente uno ex illis, quod deliberato consilio responderent, et differentibus eis festinanter dare responsum, praefati electores, quum candela ipsa⁵²⁾ deficeret⁵³⁾, non expectato ipsorum⁵⁴⁾ consilio, dictum abbatem in Bisuntinensem archiepiscopum elegerunt. (*Et infra:*) Relato ergo ad apostolicam sedem negotio, archiepiscopo Viennensi⁵⁵⁾ et abbati de Firmitate iniunximus, ut, si constaret ab eisdem electoribus de electione tractatum fuisse habitum, et in tractatu electionis praedictorum consilium requisitum⁵⁶⁾, electionem ipsius abbatis, si persona esset idonea, confirmarent. Quod si in tractatu electionis non fuisset⁵⁷⁾ illorum consilium requisitum, licet postea requisitum fuerit non competenti tempore, nec etiam expectatum responsum ipsorum⁵⁸⁾, aut non esset idoneus idem abbas, quod de ipso factum erat tanquam invalidum irritarent. (*Et infra:*) Quum autem compertum non fuerit competenti tempore requisitum consilium de persona praedicti abbatis, et quando exstitit requisitum, non fuit expectatum responsum nisi modico tempore, nec debeat⁵⁹⁾ alius imputari, quod in tantum illi sibi tempus arctarent, electionem abbatis ipsius, non personae, sed electionis vitio duximus irritandam.

CAP. LIII.

Si maior pars capituli scienter eligat indignum, valet electio de digno a minori parte, etiam ex eodem scrutinio facta. Hoc dicit secundum veriorum intellectum et intrinsecum.

Idem Episcopo Sylvanectensi.⁶⁰⁾

Congregato Nivernensi⁶¹⁾ capitulo ad electionem futuri pastoris, XIII. in decanum, et XVIII. computato procuratore cuiusdam absentis, in cantorem ipsius ecclesiae convenerunt, qui, quum plures in eum, et pauciores in alium sua desideria direxissent, a parte sua electus exstitit in pastorem ecclesiae Nivernensis. Postmodum, credente parte decani, quod alii plurimum deliquissent eligendo personam scientiae literalis expertem, propter quod illis secundum statuta Lateranensis⁶²⁾ concilii ipso iure eligendi potestate⁶³⁾ privata potestas eligendi ad eos exstitit devoluta, decanum ipsum, qui in eum sua vota direxerant⁶⁴⁾, in suum⁶⁵⁾ episcopum elegerunt, ad sedem apostolicam appellantes. (*Et infra:*) Reliquis petentibus, ut irritare decani electionem attentatam a paucioribus, et post aliam non cassatam, ac confirmare reliquam veluti canonice celebratam a pluribus de persona idonea dignemur. Nos igitur mandamus, quatenus, si dictus cantor defectum in literatura non patitur⁶⁶⁾, et alias est idoneus ad regimen pastorale, ipsius electionem procure auctoritate nostra, infirmata reliqua, confirmare. Alioquin, ipsius cantoris electione irrita nunciata, praenominatum decanum, si nihil ei de canonicis obstiterit⁶⁷⁾ statutis⁶⁸⁾, eadem auctoritate praeficias ecclesiae memoratae.

CAP. LIV.

Habens plures dignitates vel plura beneficia curata, sine dispensatione Papae intelligibilis est. Hoc dicit, quoad titulum.

Idem Sylvanectensi⁶⁹⁾ Episcopo, et Ioanni de Monte mirabili Archidiacono et Succentori Parisiensi.⁷⁰⁾

Dudum ecclesia Rothomagensis pastoris solatio destituta, contra electionem, quae in eadem ecclesia fuerat celebrata, A.⁷¹⁾ archidiaconus et quidam alii eiusdem ecclesiae canonici ad sedem apostolicam accesserunt. Dicto vero archidiacono pro se ac parte sua, et G. archidiacono procuratore illorum, qui electionem celebraverant⁷²⁾, in nostra praesentia constitutis, inter alia, quae contra electum obiecta fuerant, archidiaconus proposuit memoratus, quod idem electus post generale concilium archidiaconatum Ambianensem adeptus, ipsum cum pluribus parochialibus ecclesiis, quas ante⁷³⁾ idem concilium obtinuerat, retinere praesumpsit, eoque dimisso retinuit ecclesias memoratas. §. 1. Unde, quum in eodem

concilio sit statutum, ut, quicumque receperit aliquid⁷⁴⁾ beneficium, curam animarum habens annexam, si prius tale beneficium obtinebat, eo sit ipso iure privatus, et si forte illud retinere contenderit, etiam alio spoliatur, praedictus electus contra huiusmodi veniens statuta, transgressionis notam, nec non cupiditatis vitium, quod in aliis reprobare debuerat, ex pluralitate beneficiorum incurrit. Et retinendo beneficia, quae non spectabant ad ipsum, quum post receptionem alterius priora⁷⁴⁾ beneficia vacaverint ipso iure, rem contractavit per consequens alienam, et sic furtum commisit quodammodo vel rapinam. In suae quoque salutis et multarum animarum dispendium⁷⁵⁾ praedictas parochiales ecclesias retinebat, quum earum cura, qua iam privatus fuerat ipso iure, ad eum nullatenus pertinere, et sic per ipsum eadem animae damnabiliter sunt deceptae. §. 2. Verum procurator eorum, qui elegerant ipsum⁷⁶⁾, etsi pluralitatem beneficiorum huiusmodi coram nobis proferretur⁷⁷⁾ in iure, per concessionem tamen⁷⁸⁾ Rothomagensis archiepiscopi nobis exhibitam eundem electum nisus est multipliciter excusare. Nos igitur dictam excusationem, utpote frivolam, nullatenus admittentes, vobis dedimus in mandatis, ut, si constaret, quod idem post receptum archidiaconatum praedictum, curam animarum habentem, praefatas parochiales ecclesias electionis tempore retineret, nec ostenderet secum per sedem apostolicam super hoc dispensatum, electionem illius⁷⁹⁾ auctoritate apostolica cassaretis. (*Et infra:*) Partibus ergo propter hoc in vestra praesentia constitutis, praestito quoque iuramento de veritate dicenda, et factis positionibus et responsionibus hinc⁸⁰⁾ inde, tandem eodem decano praetextu quorundam gravaminum ad nostram audientiam appellante, vos electionem huiusmodi irritantes, eidem ecclesiae de Cenomanensi episcopo providistis. (*Et infra:*) §. 3. Licet autem positiones et responsiones super pluribus articulis factae fuerint coram vobis, quia tamen contestationem litis non invenimus esse factam, quum non per positiones et responsiones ad eas factas⁸¹⁾, sed per petitionem in iure propositam et responsionem factam contestatio litis fiat, eundem processum de fratrum nostrorum consilio irritum duximus nunciandum. §. 4. Tandem archidiaconus electionem ex praemissa causa petiit irritari, electo respondente praedicto, quod non erat eius electio irritanda. Lite vero coram nobis legitime contestata, praestitoque de veritate dicenda a partibus iuramento, idem electus, etsi confiteretur, se dicta beneficia electionis tempore tenuisse, tamen excusare se super hoc nihilominus nitentur⁸²⁾, quia videlicet dictum archidiaconatum non credebatur curam animarum habere. Sed quum in iure confessus fuerit quod archidiaconus Ambianensis⁸²⁾ de consuetudine suspendit, excommunicat et absolvit presbyteros et priores, et parochiales ecclesias interdicat, nec non archidiaconus visitat, et⁸³⁾ inquit quae viderit inquirenda, et procuraciones ratione visitationis recipit⁸⁴⁾, evidenter apparet, quod curam habeat animarum annexam. Quam si etiam non haberet, negare non potest, quin personatus existat, quum idem de personatibus, quod et⁸⁵⁾ de beneficiis curam animarum habentibus, iudicium sit habendum. §. 5. Insuper indulgentiam, quam super hoc asserit se habere, invalidam reputavimus, quum in ea falsitatem suggesserit, et suppresserit veritatem, qua tacita vel expressa ipsam nullatenus habuisset. Suggestit enim, quod praedictas parochiales ecclesias, antequam fuisset in archidiaconum assumptus, canonice fuerat⁸⁶⁾ assecutus, quum nullus potuerit plures parochiales ecclesias obtinere, nisi una penderet ex altera, vel unam intitulatam, et alteram⁸⁷⁾ commendatam haberet. Unde, quum idem utramque illarum intitulatam haberet⁸⁸⁾, ipsas nequivit canonice habuisse. Item suggerens, quod redditus personatus⁸⁹⁾ sui erant tenues et exiles, suppressit, quod alios redditus in pluribus ecclesiis noscitur obtinere. Suppressit etiam, quod plures parochiales ecclesias cum pluribus aliis beneficiis in diversis ecclesiis obtineret, quum intentionis nostrae non fuerit, secum in tot beneficiis, praesertim habentibus curam animarum, dispensare, nec intentionis nostrae fuerit⁹⁰⁾, aliquid⁹¹⁾ de novo concedere, sed ut per indulgentiam posset habita licite retinere. (*Et infra:*) §. 6. Tandem quum non restaret, nisi preferenda sententia, idem tam iuri, si quod ei competere videbatur, quam liti cessit spontanea voluntate; cuius cessationem duximus admittendam.

Cap. LII. 51) *Demum*: C. R. 1. — 52) *illa*: C. H. — abest a C. R. 1. — 53) *extingueretur*: C. R. 2. — 54) *corum*: C. R. — 55) *Vicomen*: C. H. — 56) *inquitur*: C. R. 1. — 57) *esset*: ih. — seq. *illorum*: abest a C. R. 1. H. — 58) *coram*: C. R. 1. — 59) *debebat*: C. H. — Cap. LIII. 60) *Sylvanecten*: C. H. — 61) *Nivernensis*: C. L. — abest a C. H. — 62) *generatis*: C. H. — cf. supr. c. 44. — 63) *el. pot.*: des. in C. R. — 64) *eduxerant*: C. L. — 65) *abest* a C. H. — 66) *patitur*: C. R. 1. — 67) *obierit*: C. R. 2. — *obstaret*: C. L. — 68) *statutis*: C. R. — Cap. LIV. 69) *ecclesias Sylvanect*: C. H. — 70) *Parisiensi*: Cont.,

Böhm. — 71) *abest* a Cont. et Böhm. — 72) *celebraverunt*: C. L. — 73) *idem ante*: C. R. 2. — 74) *abest* a C. R. — cf. c. 28. de praeb. III. 5. — 74) *proprius*: Böhm. — 75) *dispendia*: C. L. — 76) *abest* a C. R. 1. H. — 77) *confiteretur*: C. L. — *confiteretur*: C. R. H. — 78) *abest* a C. R. 1. — 79) *ipsius*: C. R. H. — 80) *add.*: cf. C. R. — 81) *abest* a C. R. H. L. — 82) *videbatur*: C. R. — 82) *Ambien*: Böhm. — 83) *abest* a C. L. — 84) *recepit*: Ed. Rom. oper. mend. — 85) *abest* a C. H. L. — 86) *fuerit*: C. H. — 87) *aliam*: C. R. L. — 88) *habuit*: C. H. — *habuerit*: C. L. — 89) *archidiaconatus*: C. H. — 90) *fuit*: C. H. L. — 91) *abest* a C. H.

CAP. LV.

Irrita est electio, quam collatio non praecessit, vel quae facta non est a maiore parte capituli, vel quae non fuit communis.

Idem.

In Genesi legitur (*Et infra*.) Quum in concilio⁹²) caveatur, ut in collatione habita eligatur, in quem omnes, vel maior et sanior pars capituli consentit⁹³), et in G.⁹⁴) maior pars totius capituli non cognoverit, quanquam maiorem partem habuit⁹⁵) partium comparatione minorum, nec plene⁹⁶) numeri ad numerum, quia, utrum G. et H., de quibus adversarii referunt quaestionem, in electione vocem habuerint⁹⁶), tractatum non exstitit nec discussum, nec zeli ad zelum, nec meriti ad meritum collatio facta fuerit⁹⁷), nec etiam electio communiter celebrata, quoniam, licet in eundem G. singulariter singuli consensissent, non tamen debuit subsequi singularis electio, sed communis, ne vel idem repeti videretur, vel ex hoc sequeretur absurditas, ut tot essent electiones, quot essent numero eligentes⁹⁸), nec ex singularibus vel⁹⁹) particularibus consensibus appareret¹⁰⁰) universalis electio vel communis, licet quilibet singulari veritatem exprimat suae partis, quemadmodum ex singularibus propositionibus, licet veris, universalis propositio non apparet, nisi per signum universale forsitan exprimat, nec praemissi duo canonici poterant sic excludi, quum primus existeret in canonicatus possessione¹) vel quasi, habendo stallum in choro, locum in capitulo, legendo et cantando ut canonicus, et ad tractatus ac electiones dignitatum et personatum, quae occurrunt pro tempore faciendae, tanquam canonicus sit vocatus, quanquam hac vice fuerit cum protestatione admissus, secundus vero esset in tali loco, de quo fuerat ad electionem vocandus, quum de toto regno Franciae vocentur absentes de consuetudine ecclesiae Gallicanae: nos, his plenius intellectis, de consilio fratrum nostrorum praemissam electionem, utpote contra formam concilii attentatam, decernimus²) irritam et inanem.

CAP. LVI.

Non valet electio pontificis per laicos et canonicos facta, etiamsi hoc habeat consuetudo. Hoc die et quotidie solet allegari.

Idem Capitulo Massano.³)

Massana ecclesia pastore vacante (*Et infra*.) Edicto perpetuo prohibemus⁴), ne per laicos cum canonicis pontificis electio praesumatur. Quae si forte praesumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem, non obstante contraria consuetudine, quae dici debet potius corruptela.

CAP. LVII.

Non sufficit ad confirmationem electionis, quod sit facta a maiori parte capituli, nisi etiam illa pars sit sanior.

Idem Capitulo Cathalanensi.⁵)

Ecclesia vestra destituta pastore, convenientes in unum, absente G.⁶), qui tunc noluit interesse, ad celebrandam electionem terminum statuistis. Veniente vero termino, et dicto G., quum abens existeret, non vocato, praemisso iuxta formam concilii⁷) generalis scrutinio, XIV. magistrum G.⁸) presbyterum cardinalem, canonicum⁹) vestrum, et XVII. R. Remensem canonicum elegerunt, praefato G. postmodum electioni eiusdem R. suum praebente consensum. Tandem procuratoribus utriusque partis in nostra praesentia constitutis, allegabatur pro electione dicti R., quod, quum in IV. excederet aliam, computato G. praedicto, maiorem capituli partem habebat, et per¹⁰) hoc debebat pars sua sanior reputari, quum, ubi maior numerus est, zelus melior praesumatur. Pars vero altera electionem eandem multipliciter impugnabat, proponens, praenominatum¹¹) R. in aetate pati defectum, nec esse¹²) sufficientis scientiae ad ecclesiam supradictam, quum aetatis maturae et eminentis scientiae praefatus cardinalis exsistat, et, quum electores cardinalis alios meritis et auctoritate praecellerent, habito praesertim respectu ad personam electam, meliorem zelum eos habuisse constabat. Dicebatur praeterea, quod consensus dicti¹³) G., quem pars eiusdem R. confitebatur fuisse contemptum, asse-

rente parte reliqua, capitulum potius contemptum ab ipso¹⁴) fuisse, quum non fuerit consensus¹⁵) praestitus in scrutinio, sed post electionem accesserit, adicepe nil valebat. (*Et infra*.) Denique statutum generalis concilii¹⁵), quod electionem decernit¹⁶) invalidam, quum contra eiusdem concilii formam in electione peccatur, non debet ad contemptum et ad alia, quae non sunt de forma, referri. Unde quod ibi dicitur, quod aliter electio celebrata non valeat, ea respicit tantum, quae attentantur contra formam concilii memorati, non autem alia, quae ponuntur ibidem, sicut est istud¹⁷), quod praesentibus omnibus, qui debent, volunt¹⁸) et possunt commode interesse, haberi debeat in electione processus, ne cetera, quae super hoc alibi statuta noscuntur, uno verbo videantur everti. Neque enim credendum est, Romanum Pontificem, qui iura tuetur, quod alias excogitatum est multis vigiliis et inventum, uno verbo subvertere voluisse. Nos ergo¹⁹), quae hinc inde fuere proposita, plenius intellectis, quum ex Lateranensi concilio in ordinationibus ecclesiarum maior et sanior pars capituli exigatur, et statutum generalis concilii contineat inter cetera, ut is eligatur, in quem omnes, vel maior et sanior pars consentit²⁰), electionem dicti R. non personae, sed potius²¹) electionis vitio, quum maior et sanior pars²²) non consenserit in eundem, de fratrum nostrorum consilio duximus sententialiter irritandam.

CAP. LVIII.

Publicato scrutinio non possunt electores variare, sed compelli debent ad collationem et electionem.

Idem.

Publicato scrutinio variare nequeunt electores, quum sit facienda collatio, et electio celebranda. Ad quod per superiorem, si oportuerit, compellantur.

CAP. LIX.

Cassata electione propter simoniam, etiam sine culpa electi, non dispensat episcopus ea vice cum cassato: secus si electus libere resignavit. H. d. secundum intellectum glossae 2. in fin.

Idem.

Si alicuius electionem propter simoniam, eo ignorante ac ratum non habente commissam, contigerit reprobari, cum eo super praelatione²³), ad quam taliter fuerat electus, illa vice non potest episcopus dispensare, quamvis circa eum, qui ignoranter recipit²⁴) simplex beneficium per simoniacam pravitatem, post liberam resignationem episcopi dispensatio²⁵) toleretur.²⁶)

CAP. LX.

Electoibus impeditis currit tempus, si possunt impedimentum tollere.

Idem.

His²⁷), quibus interdicitur, ut absque superioris licentia eligere non praesumant, tempus statutum a canone currit, ex quo in mora fuerint licentiam huiusmodi postulandi.

TITULUS VII.

DE TRANSLATIONE EPISCOPI.¹)CAP. I.²)

Patriarcha, qui confirmatum in archiepiscopum transfert ad sedem episcopalem, ab episcoporum confirmatione suspenditur. Ioan. Andr.

Innocentius III. Antiocheno Patriarchae.

Quum ex illo generali privilegio, quod beato Petro et per eum ecclesiae Romanae Dominus noster indulsit, canonica postmodum manaverint instituta, continentia maiores ecclesiae causas "esse" ad sedem apostolicam perferendas³), ac per hoc translationes episcoporum, "sicut depositiones eorum," et sedium mutationes ad summum⁴) apostolicae sedis antistitem de iure pertineant, nec super his quicumque⁴) praeter eius assensum debeat immutari⁵): miramur "non modicum et movemur," quod "tu, praedecessoris tui

Cap. LV. 92) add.: generali: C. R. 1. — cf. supr. c. 42. — 93) totius cap. consenserit: C. H. — 94) Guil.: Cont., Böhm. per tot. — 95) habuerit: C. H. — 96) plane: Böhm. — 96) habuerit: C. H. — 97) fuit: C. R. 1. — 98) electores: C. H. — 99) add.: ex: C. R. 1. — 100) apparet: C. H. — 1) possessionem: C. R. 1. L. — 2) decrevimus: C. R. 1. — Cap. LVI. 3) Massano: C. R. 1. — 4) inhibemus: ib. — Cap. LVII. 5) Cathol.: C. R. 1. — Catalon.: C. L. — Calatan.: C. H. — 6) Guil.: Cont., Böhm. per tot. — 7) cf. supr. c. 42. — 8) B.: C. R. L. — 9) canonicum: C. R. 2. H. L. — 10) propter: C. H. — 11) praedictum: C. R. 1. — 12) esset: C. H. — 13) praedicti: C. H. — 14) ab ips.: desid. in C. R. 1. — 15) abest a C. H. L. — 15*) generali concilio:

Böhm. — 16) decrevit: C. R. H. — 17) id: C. R. 2. — illud: Böhm. — 18) et vol.: C. R. — 19) igitur: C. R. H. — 20) capituli consenserit: C. R. 1. — 21) add.: ipsius: C. H. — 22) add.: capituli: C. R. 1. — Cap. LIX. 23) electione: C. R. 1. — 24) recepit: ib. — 25) deponatio: C. H. — 26) tolleretur: C. R. H. — Cap. LX. 27) Eis: C. R. — TIT. VII. 1) episcoporum: C. L. — add.: vel electi: C. R. — Cap. I. 2) Restitutum ex Reg. Bal. I. 50. — Comp. III. h. t. c. 1. — 3) referendas: C. H. — 3*) summae: Böhm. — 4) aliquid: Reg. — aliqua: debeant: Comp. III. Aug. — abest a Comp. III. Ms. — 5) attentari: Reg.

exempla secutus, qui motu propriae voluntatis Mamistanum in Tarsensem dicitur transtulisse, L. 6) "quondam" Apamensem 7) electum in Tripolitanam ecclesiam transtulisti, "nec tibi sufficit dictam praedecessoris tui praesumptionem solummodo imitari, imo etiam in iniuriam nostram ipsius transgressus excessum" et, 8) novo quodam mutationis genere parvificasti maiorem, et magnum quodammodo minorasti, episcopare archiepiscopum, immo potius dearchiepiscopare praesumens, "quum dictus praedecessor tuus dictum archiepiscopum de Tharsensi ecclesia in ecclesiam transtulerit similis dignitatis". Licet enim dictus L. nondum fuisset in archiepiscopum consecratus, confirmationis tamen munus receperat, et archiepiscopalia, quantum ei licuit 9), ministrarat, sicut nobis ipsius relatione innotuit, qui se Valiensem 10) episcopum "quum in nostra esset praesentia constitutus," asseruit confirmasse. Ne igitur perpetrandi similia cetera audacia tribuatur 11), "si tantus excessus relictus fuerit impunitus," te ab episcoporum confirmatione duximus suspendendum, "quosque super hoc aliud statuamus, sciturus etc. Dat. Lateran. XVI. Kal. Apr." [1198.]

CAP. II. 12)

Electos in episcopos et confirmatos transferre potest solus Papa.

Idem Decano et Capitulo Andegavensi.

Inter corporalia et spiritualia eam cognovimus esse 13) differentiam, quod corporalia facilius destruuntur quam 14) construuntur 15), spiritualia vero facilius construuntur quam destruuntur. Unde iuxta canonicae sanctiones 16) episcopus solus honorem dare potest, solus *"autem"* auferre non potest. Episcopi quoque a metropolitanis suis munus consecrationis 17) accipiunt 18), qui tamen non possunt nisi per Romanum Pontificem 19) condemnari. Quum ergo fortius sit spirituale vinculum quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter episcopum et ecclesiam, suo tantum 20) iudicio reservaverit dissolvendum, qui dissolutionem etiam 21) carnalis coniugii, quod est inter virum et feminam 22), suo tantum iudicio reservavit, praecipiens, ut 23) quos Deus coniunxit homo non separet. Non enim humana, sed potius 24) divina potestate coniugium spirituale dissolvitur, quum per translationem, *"vel"* depositionem, aut *"etiam"* cessionem auctoritate Romani Pontificis, quem constat esse vicarium Iesu Christi, episcopus ab ecclesia removetur: et ideo tria haec, quae praemisimus, non tam constitutione canonica, quam institutione divina soli sunt Romano Pontifici reservata. Sicut enim 25) episcopus consecratus sine licentia Romani Pontificis suam non debet ecclesiam derelinquere, sic et electus *"et"* confirmatus *"praeter eius assensum suam deserere nequit ecclesiam, cui est matrimonialiter alligatus,"* quum non debeat in dubium revocari, quin post electionem et confirmationem canonicam inter personas eligentium et electi coniugium sit spirituale contractum, cui profecto episcopalis dignitas nihil addit, quum quis episcopali praeditus dignitate nullius tamen ecclesiae possit esse episcopus, quemadmodum de illo contingit, qui oneri pontificali renunciat, non honori. Unde, quum non sit maius vinculum episcopi ad ecclesiam, quam electi, maxime quum fuerit confirmatus, immo idem penitus, et non aliquid, idem iuris obtinet in utroque. Sicut ergo 26) episcoporum translatio, *"vel etiam"* depositio et cessio, sic et electorum 27) post confirmationem spiritualis ratione coniugii soli est Romano Pontifici reservata. Licet usque ad tempora ista quod cautum fuerat de episcopis expressum non fuerat de electis, propter expressam tamen similitudinem, vel identitatem 28) potius, nemini poterat videri dubium subtiliter intuenti, quum de similibus idem iudicium sit habendum. §. 1. Sed neque illud, quod in canone legitur de electo,

ut 29), si ultra sex 30) menses per suam negligentiam retinuerit ecclesiam viduatam, nec ibi, nec alibi donum consecrationis accipiat, immo metropolitani sui cedat iudicio, aliter intelligentibus poterat suffragari, quum non intelligatur ecclesia viduata, quasi sponsus non habeat, sed quia, *"quum"* sponsus eius nondum sit 31) consecratus, adhuc quoad quaedam quasi viri maneat solatio destituta, sicut iuxta communem modum loquendi illa dicitur ecclesia viduata, quae, licet episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere. Nec quod de cessione subsequitur, et statutum fuit ad poenam, trahi debet ad gratiam, ut; sicut metropolitani iudicio electus deicitur, ita etiam ad aliam ecclesiam possit transferri, praesertim quum nec sine auctoritate Romani Pontificis fiat cessio vel delectio memorata, qui, ut haec 32) possent, ex illo canone metropolitanis induluit. Unde, si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, et de translatione poterat expressisse, et quod non est sanctorum Patrum decreto sancitum superatitiosum non est ad inventionibus praevigilandum, praesertim quum 33) nonnunquam 34) intelligatur prohibitum quod non invenitur concessum 35). §. 2. Sane quoniam 36) Turonensis archiepiscopus electus 37) Abricensis 38), per metropolitanum suum *"postea"* confirmatum, in ecclesiam vestram praeter auctoritatem sedis apostolicae transferre praesumpsit et in 39) episcopum consecrare, quem *"etiam venerabilis frater noster"* Rothomagensis archiepiscopus citra mandatum nostrum 40) absolvit, et ei licentiam tribuit transeundi: praedictos 41) archiepiscopos, *"qui saltem apostolicam sedem super hoc, quod novum emergerat, praesertim quum iuxta canonicae sanctiones maiores ecclesiasticae causae ad sedem apostolicam sint referendae, consulere debuerunt,"* a consecratione *"pariter"* et confirmatione pontificum, episcopum vero 42) ab executione pontificalis officii 43), Bituricensis archiepiscopus iuxta mandati nostri tenorem suspendit. Et quamvis iidem archiepiscopi *"Turonensis et Rothomagensis"* tanquam maiores plus excesserint in praemissis, praefatus vero episcopus minus, utpote illorum tanquam maiorum errorem secutus, nos tamen, intellecta *"per literas et per nuncios"* eorum 44) *"archiepiscoporum"* confessione spontanea et supplicatione devota, veniam errori dedimus, quia non ex malignitate, sed ex simplicitate peccaverunt 45). Et quoniam praefatus episcopus, qui 46) *"et"* minus peccaverat, *"et, sicut ex praemissis apparet,"* severius fuerat castigatus, *"ad apostolicam sedem, licet spontanea voluntate, non tamen sine multis laboribus et expensis accessit,"* reatum suum recognoscens humiliter et devote, ac misericordiam postulans 47), et iudicium non requirens: nos *"super facto eius cum fratribus nostris communem tractatum habentes et subtiliter"* intuentes 48), quod, licet sibi 49) munus consecrationis impensum 50), nec prioris ecclesiae ipsum pontificem 51) fecerit, nec secundae, quum ad primam non fuerit consecratus, et ad secundam priori 52) vinculo perdurante non potuerit canonicè consecrari, adhuc coniugaliter alteri alligatus, *"illud tamen provide attendentes, quod eturgens necessitas, et evidens utilitas ecclesiae vestrae, quoniam non poteratis in aliam personam idoneam convenire, dispensationis gratiam requirebant,"* ei 53) *"de plenitudine potestatis"* tam a vinculo prioris ecclesiae, quam a poena suspensionis penitus absoluto, de benignitate 54) sedis apostolicae duximus concedendum, ut, priori consensu haecenus perdurante, *"sicut per litteras personarum ecclesiae vestrae nobis est intimatum,"* Andegavensem ecclesiam *"tanquam proprius pontifex ad gloriam et laudem nominis Dei, ad honorem et exaltationem ipsius et ad salutem et utilitatem suam, et tam cleri quam populi sibi commissi,"* studeat gubernare, *"ut praeveniens divina gratia et sequente plene prodesse velit et valeat, quam praesesse etc. Dat. Lat. XII. Kal. Febr." [1199.]*

Cap. I. 6) Laurentium: C. L. — La: Comp. III, Reg. — 7) Apamensem: C. H. — Apamien: C. R. 2. — Apamian: C. R. 1. — Apamien: C. L. — Apamien: Comp. III, Reg. — 8) abest a Comp. III, et Reg. — 9) licuerat: ib. — pro seq. ministrarat in Cod. H. leg. ministravit. — 10) Senalinen: Comp. III, Aug. — Vulinen: C. R. 1. — Vallinen: C. R. 2. — Valinens: C. H. — Valinonen: C. L. — Valenien: Reg. — 11) praebetur: C. R. 1. H. Reg. — Cap. II. 12) Restitutum ex Reg. Bal. I. 534. — Comp. III. h. t. c. 2. — 13) abest a Cont. — existere: Comp. III, Reg., Böhm. — 14) add. etiam: C. R. 1. — 15) constituuntur: C. H. — construuntur: C. L. — 16) canonicae sanctionem: C. L. — cf. c. ult. C. XV. qu. 7. — 17) confirmationis: C. H. — C. L. add. adlocutio sibi aliis episcopis tribus. — 18) recipiunt: Reg. — 19) nisi per R. P. sententiam damnari: Comp. III, Reg. — 20) abest a Comp. III, Aug. — 21) abest a Comp. III, et Reg. — 22) uxorem: C. R. 1. — 23) cf. Matth. XIX. 5. — 24) etiam: Comp. III, Aug. — 25) autem: Comp. III, Reg., Böhm. — 26) enim: Comp. III, Aug. — 27) sic et electorum cessio: Comp. III, Reg. — 28) eademnitatem: Comp. III, Aug. — 29) abest ab ead. — 30) quinque: Reg., quod glossa etiam probat. — Sermo est de can. 1. conc. Ravenn. qui Pelagii nomine insignitus exstat apud Grat. Dist. C. c. 1. — 31) est: C. H. — 32) hoc: ib. — abest a Reg. — 33) tamen: C. L. — 34) nunquam: Comp. III. — 35) expresse concessum: C. R. 1. — expressum: C. R. 2. H. L., Comp. III, Reg. — 36) quem: C. L. — Sane nos, qui sacra docente scriptura monemur, ne nostrum alii

demus honorem, quoniam apostolatus nostro multis referentibus innotuerat, quod ven. fr. n. Turon etc.: Comp. III, Reg. — 37) magistrum W. (add. de Chimeleio: Reg.), qui electus fuerat in episcopum Abricensis (Abricensis: Reg.) et per metropolitanum suum postea confirmatus, qui aliquandiu tam in spiritualibus quam in temporalibus ministraverat in ead. ostra (ecclesiam vestram: Reg.) etc.: Comp. III, Reg. — 38) Andien: C. R. 1. — Ambricen: C. L. — 39) abest a C. H. R. L., Comp. III, Reg. — 40) praeter apostolicae sedis mandatum: Comp. III, Reg. — 41) dictos: C. R. H. — venerabili fratri nostro Bituricensi archiep., de quo plenam fiduciam obtinemus, dedimus in mandatis, ut inquisita super hoc plenus veritate, si rem gestam tulit inveniendae, tam memoratum Turonens, quam Rothomagensis archiepiscopos: Comp. III, Reg. — 42) memoratum vero W.: ib. — 43) nostra fretus auctoritate suspenderet, qui mandati nostri diligens exsecutor, super quo devotionem eius digni gratiarum prosequimur actione, quum per confessionem spontaneam eidem Bituric. archiepiscopo de veritate negotii constitisset, dictos archiepiscopos et episcopum iuxta tenorem mandati nostri suspendit: ib. — 44) eorundem: ib. — 45) peccaverant: Comp. III, Aug. — 46) abest ab ead. — 47) recognoscens humiliter et devote misericordiam postulans: Comp. III, Reg. — 48) indugantes: ib. — 49) ei: C. H. — 50) add. sit: C. L. — 51) episcopum: C. R. 1. — 52) prioris: Reg. — 53) eo: Comp. III. — 54) add. sibi: ead.

CAP. III.⁵⁵⁾

Episcopus, qui propria auctoritate de sua ecclesia se transfert ad aliam, carebit utraque.

Idem⁵⁶⁾ *Episcopo et Petro Scholastico Maguntinensi.*

Quanto personam "venerabilis fratris nostri" Hildesemensis⁵⁷⁾ "quondam" episcopi "sinceriori diligebamus affectu, tanto securius sperabamus, quod nihil adversus matrem suam Romanam ecclesiam in praecedendum sui ordinis et ecclesiasticae disciplinae dispendium attentaret." Ipse vero⁵⁸⁾, "sicut certa multorum assertione comperimus, et suarum didicimus nihilominus testimonio literarum, quibus ad nos directis Herbipolensem se pontificem nominabat," relicta Hildesemensi ecclesia, "cui fuerat spirituali gratia coniugio copulatus, ad Herbipolensem ecclesiam⁵⁹⁾ "sine auctoritate Romani Pontificis" auctoritate propria se transtulit⁶⁰⁾, non attendens, quod Veritas in evangelio protestatur: „Quos⁶¹⁾ Deus coniunxit homo non sepat." Potestatem "enim"⁶²⁾ transferendi pontifices ita sibi retinuit Dominus et magister, quod soli beato Petro vicario suo, et per ipsum successoribus suis, "et nobis ipsis, qui locum eius licet indigni tenemus in terris", speciali privilegio tribuit⁶³⁾ et concessit, sicut testatur antiquitas, cui decreta Patrum sanxerunt reverentiam exhibendam, et evidenter asserunt sacrorum⁶⁴⁾ canonum sanctiones. Non enim homo, sed Verus sepat, quos Romanus Pontifex, qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris, ecclesiarum necessitate vel utilitate pensata, non humana, sed divina potius auctoritate dissolvit. (Et infra:) Ne autem⁶⁵⁾ facti perversitas transeat praesumptio in exemplum, quod quidem, si verum est, non potest non esse notorium, "auctoritate omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum, et nostra, de communi fratrum nostrorum consilio, in virtute sancti Spiritus districte" sibi⁶⁶⁾ praecipimus, ut, "visis literis nostris, omni contradictione et appellatione cessantibus" administrationem "ipsius" Herbipolensis ecclesiae "tam in spiritualibus quam temporalibus" penitus derelinquat⁶⁷⁾. "Si vero, quod non credimus, hanc suspensionem nostram non curaverit humiliter observare, et inhibita sibi usurpare praesumpserit, excommunicationis vinculo ipsum decernimus innodatum. Omnibus etiam tam clericis quam laicis Herbipolensis dioecesis sub anathematis interminatione praecipimus, ut, non obstante iuramento fidelitatis, omnem ipsi obedientiam subtrahant, quam ipse sibi contra sacros canones usurpavit, non attendens, quod dicit Apostolus: „Nemo sibi assumat honorem, sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron." Ceterum quoniam Herbipolensis ecclesiae⁶⁷⁾ canonici vota sua in ipsum prorsus illicite contulerunt, volentes, sicut dignum est, ut in eo puniantur, in quo peccaverunt, eligendi eos hac vice suspendimus potestate, "et si contra sedis apostolicae interdictum ad cuiusdam nominationem processerint, quod ab eis factum fuerit irritum decernimus et inane." Quia vero "iam dictam" Hildesemensem ecclesiam, cui fuerat alligatus, unde secundum Apostolum solutionem quaerere non debebat, nimis improbe dereliquit, ne ad ipsam redeat ulterius, "in virtute sancti Spiritus ei" districtius prohibemus⁶⁸⁾, quom secundum traditiones canonicas qui ad maiorem se plebem transtulerit⁶⁹⁾ a cathedra repelli⁷⁰⁾ debeat⁷¹⁾ aliena, et carere propria, ut nec illis praesideat, quos per superbiam sprexit, nec illis, quos per avaritiam concupivit. Nos quoque etc. *Dat. Spoliti, XII. Kal. Sept.* [1498.]

CAP. IV.⁷¹⁾

Solus Papa transfert episcopos; et indulgentia, per eum super tali translatione concessa, ad literam servanda est.

Idem *Branbur.*⁷²⁾ *Episcopo et Scholastico Maguntinensi.*

Licet in tantum "apostolicae sedis attendatur auctoritas, ut nihil praeter eius auctoritatem in cunctis ecclesiarum negotiis rationa-

biliter disponatur, utpote quae canones, quibus forma ecclesiasticae constitutionis exprimitur, vel edidit, vel ab aliis editis approbavit, suum receptione ac approbatione faciens, quod ad inventionem vel editionem videbatur forsitan alienum; quaedam tamen sibi quodammodo specialiter et singulariter reservavit, ut praeter specialem auctoritatem ipsius nec iure agi debeant, nec attentari valeant cum effectu. In his autem specialiter translationes episcoporum non tam constituto canonica, quam divina eius tantum potestati commisit, ut" Sicut legitimi⁷³⁾ matrimonii vinculum, quod est inter virum et uxorem, homo dissolvere nequit, Domino dicente in evangelio⁷⁴⁾: „Quos Deus coniunxit, homo non sepat," sic⁷⁵⁾ et spirituale foedus coniugii, quod est inter episcopum et "eius" ecclesiam, quod in electione initiatum⁷⁵⁾, ratum in confirmatione, et in consecratione intelligitur consummatum, sine illius auctoritate solvi non potest, qui successor est Petri et vicarius Iesu Christi. Hoc autem⁷⁶⁾ C. quondam Hildesemensis episcopus non attendens, "licentia nostra nec postulata nec habita, contra canonicas sanctiones et in iniuriam apostolicae sedis, cuius super hoc fuerat et requirendus et obtinendus assensus," ad Herbipolensem ecclesiam "ab Hildesemensi non auctoritate nostra, sed" propria temeritate transivit, "et administrationi eius se ingerens Herbipolensem se fecit episcopum nominari." Nec illa "felicis recordationis Coelestini Papae" praedecessoris nostri indulgentia, "quam impetrasse refertur, in hoc" praesumptionem excusat ipsius, sed ambitionem accusat, "utpote quae ipsum reddidit de ambitione notabilem, non auctoritatem contulit ad aliam episcopalem ecclesiam transeundi," quum id ea sit expressum, quod, si ad maiorem vocaretur forsitan dignitatem, eam sibi liceret assumere, dum tamen nihil ei de statutis canonicis obviaret. Unde, licet forsitan aliquibus videatur, ut indulgentiae occasione ipsius⁷⁷⁾ ad dignitatem possit transire maiorem, ad parem tamen ipsi transire non licuit, quum in maiori dignitate propter maiorem utilitatem facilius soleat dispensari. Praeterea⁷⁸⁾ quum postulatione, sicut et electio, examinari soleat diligenter, et tenor illius⁷⁹⁾ indulgentiae non solum⁸⁰⁾ videatur postulationis examinationem, sed personae etiam reservare⁸¹⁾, subiungens: „dummodo nihil appareat, quod tibi" de canonicis obviet institutis⁸²⁾, antequam per eum postulatione examinata fuisset, cui fuerat facienda, nulla ratione debuerat transisse⁸²⁾. "Licet autem etc. *Dat. Lat. VII. Kal. Febr.*" [1200.]

TITULUS VIII.

DE AUCTORITATE ET USU PALLII.

CAP. I.¹⁾

Intra quamlibet ecclesiam provinciae suae archiepiscopus pallio uti potest: sed extra, non potest.

Clemens III.²⁾

Quum³⁾ super aliqua re (Et infra: [cf. c. 8. de reb. eccl. al. III. 13.]) Quaesivisti "etiam," quomodo intelligatur, quod in forma traditionis pallii contiuetur, videlicet: „tradimus tibi pallium, ut eo infra⁴⁾ ecclesiam tuam utaris." Quod ita intelligitur, "intra ecclesiam tuam", videlicet⁵⁾ infra⁶⁾ quamlibet ecclesiam provinciae tibi⁷⁾ commissae. Si vero te sacris indutum⁸⁾ vestibus ecclesiam processionaliter⁹⁾ vel alio modo exire contigerit¹⁰⁾, tunc¹⁰⁾ pallio minime uti debes. "Dat. Lat. Ao. III." [1493.]

CAP. II.¹¹⁾

Archiepiscopus alteri archiepiscopo pallium suum commodare non potest.

Coelestinus III.¹²⁾

Ad hoc¹³⁾, quia quaesitum est a nobis ex parte tua, utrum liceat tibi pallium tuum metropolitano alii commodare¹⁴⁾, "si contigerit,

Cap. III. 55) Restitutum ex Reg. Bal. I. 335. — Comp. III. h. t. c. 3. — 56) archiepisc. et P. etc.: C. H. — archidiacono etc.: C. R. 2. — Bambergensi episcopo et Petro (P.: Comp. III.) Scholast. Magunt.: Comp. III., Reg. — Hamb. ep. et Petr. scholari Mag.: Cont., Böhm. — 57) Hlden.: C. R. 1. — Hildehen.: C. H. — Hildeseim.: Comp. III. Ms. — 58) abest a C. H., et a Comp. III. et Reg., in quibus ita leg.: Sane, sicut certa etc. — ipse relicta. — 59) abest a C. H. R., Comp. III., Reg. — 60) transiit: Comp. III., Reg. — 61) quod: Comp. III. Aug. — cf. Matth. XIX. 5. — 62) ed got.: Cont., Böhm. — 63) praebuit: C. H. R. L., Comp. III., Reg. — 64) sanctorum: C. H. — 65) Nolentes autem tantam praesumptionis audaciam relinquere impunitam, quum secundum Apostolum omnem inobedientiam prompti sinus ulcisci, ne etc. Comp. III., Reg. — 66) tibi: ib. — 67) relinquit.: Böhm. — 67) abest a C. H. R. L., Comp. III., Reg. — 68) inhibemus: C. R. L., Comp. III., Reg. — 68) transtulit: Böhm. — 69) pelli: C. R. H., Comp. III., Reg. — 70) debet: Comp. III.

Cap. IV. 71) Restitutum ex Reg. Bal. II. 278. — Comp. III. h. t. c. 4. — 72) Brabur.: C. L. — Burga.: C. R. 1. — Branburginen.: C. R. 2. — desid. inscr. in C. H. — Bened. Burgen. ep. et scholast. Maguiran.: Comp. III. Aug. — Bramburgen. ep. et schol. Magunt.: Comp. III. Ms.

Bambergensi episc. et magistro Praepositino (praeposito: Cont., cuius verbi loco legendum esse: Petro, inscr. cap. proxime antec. docet) scholastico Maguntin.: Cont., Reg. — 73) legitimum: Comp. III., Reg. — 74) Matth. XIX. 5. — 74) si: Böhm. — 75) initiatur: Comp. III. Aug. — 76) Haec autem S.: ead. — 77) illius: Reg. — 78) Propterea: Comp. III. Aug. — 79) eiusdem: Reg. — 80) abest a C. H. — 81) reservari: C. R. 1. — reservasse: C. R. 2. H. L., Comp. III., Reg. — 82) transire: Comp. III., Reg.

TIT. VIII. Cap. I. 1) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1., Coll. Luc. ap. Bal. III. 374. (cuius tamen lectio editoris Mansii culpa in hoc capite sensu fere destituta est.) — 2) Coelestinus III. Ravennati archiepiscopo III. (i. e. tertio Registri libro): Luc. — 3) Ut: Luc. cf. c. 8. de reb. eccl. al. III. 13. — 4) intra: Cont., Böhm. — in ecclesia tua: Luc. — 5) abest a Comp. II. — 6) intra: Cont., Böhm. — 4) prov. tuas: Comp. II., Luc. — 8) abest a Luc. — 9) processionali: C. H. — 10) contigeret: Comp. II. Ms. A. — 10) add.: tuo: Cont., Böhm.

Cap. II. 11) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 12) Clemens III.: C. R. 1. — 13) Haec: C. L., Comp. II. Aug. — 14) accommodare: Comp. II. Ms. A.

typum sine pallio suo ad ecclesiam tibi commissam in aliqua praecipua solemnitate venire, et in eadem ecclesia missarum solennia celebrare, licet exinde nos non recolamus expressum canonem invenisse, super hoc tamen Inquisitioni tuae aliter respondemus, quod non videtur esse conveniens, ut pallium tuum alicui commodetur¹⁵⁾, quum pallium personam non transeat, sed quisque cum eo debeat, sicut tua novit¹⁶⁾ discretio, sepeliri.

CAP. III.¹⁷⁾

Per pallium confertur plenitudo pontificalis officii et nomen archiepiscopale.

Innocentius III.¹⁸⁾ C. Presbytero cardinali, apostolicas sedis Legato.

Nisi specialis dilectio illa (Et infra: [*cf. c. 8. de off. leg. l. 30.*]) Sane, si postulatio venerabilis fratris Troiani¹⁹⁾ episcopi regni Siciliae cancellarii ad Panormitanam ecclesiam fuisset per nos etiam approbata, non tamen deberet se archiepiscopum appellare prius, quam a nobis pallium suscepisset, in quo pontificalis officii plenitudo non archiepiscopalis nominis appellatione confertur. Tu ergo, sicut vir providus et discretus quod factum est sic studeas palliare, ut id²⁰⁾ in confusionem tuam, et²¹⁾ sedis apostolicae opprobrium non redundet, quoniam²¹⁾, si oporteat, ut vel nos vel tu ex hoc negotio confundamur²²⁾, eligemus²³⁾ potius te confundi, quam laedamus sedis apostolicae dignitatem.

CAP. IV.²⁴⁾

Romanus Pontifex semper et ubique utitur pallio; alii in ecclesiis suis et certis diebus tantum.

Idem.²⁵⁾

Ad honorem Dei omnipotentis et B. Mariae Virginis et beatorum Apostolorum Petri et Pauli et domini Papae Innocentii et Romanae ecclesiae, nec non ecclesiae tibi commissae, tradimus tibi pallium de corpore B. Petri sumptum, insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii, quo ad missarum solennia infra ecclesiam tibi subiectas utaris in Nativitate Domini, festivitate protomartyris Stephani, Circumcisione Domini, Epiphania, Hyppapanti, dominica in ramis palmarum, Coena Domini, sabbato sancto, Pascha, feria secunda post Pascha, Ascensione Domini, Pentecoste, tribus festivitatibus S. Mariae, Natali B. Ioannis Baptistae, solennitatibus omnium Apostolorum, Commemoratione omnium sanctorum, dedicationibus ecclesiarum, ordinationibus clericorum, ecclesiae tuae principalibus festivitatibus et anniversario consecrationis tuae. Sane solus Romanus Pontifex in missarum solenniis pallio semper utitur et ubique, quoniam²⁶⁾ assumptus est in plenitudinem ecclesiasticae²⁷⁾ potestatis, quae²⁸⁾ pro pallium significatur²⁹⁾; alii autem eo nec semper, nec ubique, sed in ecclesia sua, in qua iurisdictionem ecclesiasticam acceperunt, certis debent uti diebus, quoniam vocati sunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

CAP. V.³⁰⁾

Archiepiscopus extra suam provinciam pallio uti non potest, etiam si hoc habeat consuetudo.

Idem Compostellano Archiepiscopo.³¹⁾

Ex tuarum tenore literarum accepimus, quod, quam fuerit in concessione pallii tibi dictum, ut ipso infra³¹⁾ ecclesiam tuam utaris³²⁾, et tibi tam de mandato regio, quam etiam pro ecclesiae tuae negotiis procurandis frequenter extra tuam provinciam commoranti verendum sit absque pallio ministrare, quum consuetudo sit, sicut asseris, in Hispania generalis, quod archiepiscopi extra suas provincias pallio indifferenter utantur, ut extra tuam provinciam uti pallio valeas, indulgeri tibi a sede apostolica postu-

lasti. Licet autem usus huiusmodi sit abusus, et talis consuetudo dicenda sit potius corruptela, et si graviter offensa dignoscatur, qui utuntur palliis extra suas provincias absque licentia sedis apostolicae speciali, nos tamen³³⁾ de speciali gratia indulgemus tibi, ut, si quando necessitate aliqua praepeditus ad ecclesiam tibi subiectam accedere forte nequiveris pro consecrandis suffraganeis tuis³⁴⁾ vel clericis ordinandis, et ad ecclesiam alienam propter hoc te contigerit declinare, dummodo is, ad quem ecclesia pertinet, id permittat, utendi pallio in iam³⁵⁾ dictis casibus liberam habeas facultatem. Dat. Later. IV. Non. Apr. An. XII. [1209.]

CAP. VI.³⁶⁾

In qualibet ecclesia suae provinciae permittis diebus archiepiscopus missam celebrans, ubi potest pallio.

Idem.

Quum sis in partibus remotissimis, gratum gerimus et acceptum, quod in actibus tuis, quotiescunque dubitationis scrupulus emergit etc. (Et infra:) Noveris igitur, quod, ubi exposcit necessitas, et plura in una ecclesia altaria, et plures episcopos simul poteris consecrare, et ubique fueris in missarum celebrationibus³⁷⁾ constitutus, diebus solennibus usum pallii, per quod plenitudo pontificii³⁸⁾ designatur, poteris liberius exercere.

CAP. VII.³⁹⁾

Sine pallio et sandaliis potest archiepiscopus celebrare.

Honorius III. Archiepiscopo Tri.⁴⁰⁾

Quia nos⁴¹⁾ (Et infra: [*cf. c. ult. de apost. f. 9.*]) Inquisitioni tuae taliter⁴²⁾ respondemus, quod tam in tua quam in aliena dioecesi potes sine⁴³⁾ pallio et⁴⁴⁾ sandaliis celebrare, qui utique⁴⁵⁾ in tua dioecesi non debes semper celebrare cum pallio, sed diebus illis duntaxat, qui in ecclesiae tuae privilegiis sunt expressi. Sicque soluta est quarta⁴⁶⁾ quaestio, qua quaesivisti⁴⁷⁾, an tibi sit licitum pro defunctis cum pallio celebrare. Dat. Reate III. Id. Aug. [1225.]

TITULUS IX.

DE RENUNCIATIONE.

CAP. I.¹⁾

Non datur licentia cedendi episcopo, qui propter senectutem vult cedere, si necessarius vel utilis sit ecclesiae suae.

Alexander III. Londonensi²⁾ Episcopo.

Literas tuas, nuper accepimus, devotionis plenae et dolore non vacuas, quandoquidem et tuum nobis insinuaverunt affectuosissimam caritatem, et tui archiepiscopalis officii, quod fideliter gessisse, et adhuc te gerere gaudeamus, contrariam exigebant ecclesiae utilitatibus cessionem. Nosti enim, sicut vir providus et prudens, quod tanta est diei malitia, et contra ecclesiam Dei tam gravis, tam diuturna persecutionis instantia, ut nequaquam ei cedat ad commodum, si tuam sedem contigerit subire defectum. Quod si tuam aut senectutem aut insufficientiam forte considerans, te tanquam emeritum³⁾ postulas relaxari: scito, nos credere et pro certo tenere, quod tutius sit hoc tempore, si commissa tibi ecclesia sub umbra tui nominis gubernetur, quam si alteri novae incognitaque personae gubernanda in tanto discrimine committatur⁴⁾, maxime quia in te rigor devotionis et fidei etiam corpore senescente non deficit, sed vergente⁴⁾ deorsum conditione corpore fervor spiritus in sublimiora⁵⁾ conscendit. Ne igitur huius doloris aculeus rividem circa te nostri pectoris vulneret caritatem, Monemus⁶⁾ te igitur, ut super hoc diebus istis nulla te facias in-

parte volentes frui tuae gratiam facere specialem, auct. tibi praesentium etc.: Comp. III. Reg. — 34) suis: C. L. — 35) abest a C. H.

Cap. VI. 36) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. un. — 37) celebratione: Comp. IV. Ms. A. B. — 38) pontificis: C. H. — 39) Comp. IV.

Cap. VII. 39) Restitutum ex Reg. Honor. X. 16. ap. Raynald. p. 317. — Comp. V. h. t. c. un. — 40) V.: C. L. — Turonen.: C. R. 2. — Toletano.: C. R. 1. — Lugdon.: Comp. V. Ms. — Lugdunensi: Cir. — Lundeni: Reg. — 41) Tua nos: Comp. V., Reg. — 42) quoque tertiae: Reg. — 43) absque: C. H. R., Comp. V., Reg. — 44) et in: C. H. — 45) quum etiam... debeat: Comp. V., Reg. — 46) quinta: Comp. V. Ms. — 47) qua quies: non leg. in C. H.

TIT. IX. Cap. I. 1) Restitutum ex Lips. XXXI. 5. Cass. XL. 3. Comp. I. h. t. c. 2. — 2) Bathon.: Cont. — Leodon.: C. R. 1. — Ludon.: C. R. 2. — Lundon.: Comp. I. — Lundo: Cass. — Lund. (i. e. Lundensis) archiepiscopo: Lips. — 3) immeritum: Böhm. — 4) committeretur: Comp. I. Cass. — 5) urgente: Comp. I. Aug. — 6) superior: C. R. 1. — 6) rogandum te potius duximus et monendum: Coll. citt.

Cap. II. 15) accomodes: ead. — 16) non ignorat: C. R. L.

Cap. III. 17) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — Anno 1200. assignand. esse probatur §. XXIX. Gest. Innoc. ap. Brequ. — 18) C. tit. S. Laurentii in Lucina presb. card. ap. sed. leg.: Comp. III. — 19) Treienen.: C. H. — Troianen.: Comp. III. Aug. — 20) hoc: C. R. 1. — 20^a) et ad: Böhm. — 21) Nam si: C. R. 1. — quoniam... si oporteat, ut vel nos in hac facto confusionis opprobrium incurramus: Comp. III. — 22) confundatur: Comp. III. — Böhm. — 23) eligimus: C. R. 1. H.

Cap. IV. 24) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 10. — Comp. III. h. t. c. 2. — 25) Formae, qua pallium tradi debet archiepiscopis Helesbubliensi et Trivuliano: Reg. — Assign. an. 1204. — 26) quando: Comp. III. Aug. — 27) abest a C. H. — 28) quod: Comp. III. Aug. — 29) figuratur: C. R. 1. H. I., Comp. III. Reg. — signatur: C. R. 2.

Cap. V. 30) Restitutum ex Reg. Bal. XII. 18. — Comp. III. h. t. c. 3. — 31) Compostell.: Comp. III. Aug. — 31^a) infra: Cont. Böhm. — 32) uteris: Comp. III., Reg., Böhm. — uteris: Cont. — 33) nos tamen in hac

portantitate molestum, quia incedens omnino probatur, prius solvere militiae cingulum, quam cedat victori⁷⁾ adversitas procliorum. *"Iusta igitur etc."*

CAP. II.⁸⁾

Qui abiurat beneficium, licite potest illud, si denuo eligatur, obtinere.

Idem Abbati Dolensi⁹⁾ et Priori de Artigia.¹⁰⁾

Quum inter P. Gaufridi¹¹⁾ et quosdam alios canonicos sancti I.¹²⁾ super spirituali beneficio, scilicet stallo in choro et loco in capitulo, *"in praesentia nostra"* quaesito fuisset diutius agitata, *"quia tamen altera pars sufficienter instructa non venerat, negotium non potuit terminari,"* Ideoque *"causam ipsam vestro examini committentes"* vobis¹³⁾ *"per apostolica scripta"* mandamus, quatenus *"partes ante vestram praesentiam convocetis, et rei veritate plenius inquisita,"* si praefatum P. *"Gau."* inveneritis de consensu maioris *"et sanioris"* partis capituli fuisse de praedicto¹⁴⁾ beneficio auctoritate apostolica investitum, eum faciatis *"appellatione remota"* beneficium ipsum pacifice possidere. Non enim videtur nobis impedimentum afferre iuramentum, quod de eodem non petendo ulterius proponitur praestitisse, si consensus maioris et sanioris partis canonicorum ecclesiae interessit.

CAP. III.¹⁵⁾

Qui renunciavit beneficio suo, illud repetere non potest.

Idem Episcopo Verulano.¹⁶⁾

Ex transmissa relatione abbatis sancti Nicolai de Ceparano¹⁷⁾ nostris est auribus intimatum, quod P. Rubens clericus¹⁸⁾, dum *"olim"* infirmitate laboraret, apud monasterium sancti Salvatoris *"de Telesia"* sibi petiti habitum monasticum¹⁹⁾ indulgeri, qui, recuperata postmodum sanitate, ad monasterium illud gratia complendi *"suum"* votum accessit, et ibidem moram aliquantulum²⁰⁾ faciens, ea, quae praedictae ecclesiae sancti N.²⁰⁾ contulerat, sibi fecit restitui. Nunc autem, mutato animo, *"per te, et per amicos tuos"* laborat, ut restituatur in ecclesia supradicta²¹⁾. Verum quoniam iam dicta ecclesia ab eo soluta dignoscitur, ex quo *"illi"* ea, quae sibi contulerat, ad *"voluntatem et"* petitionem suam resignavit eidem, *"fraternitatem tuam nonnemus et"* mandamus, quatenus, si res ita se habet, praedictum abbatem et socios eius ad receptionem *"praefati"* P. nulla ratione compellas invitos, nec a populo²²⁾ Ceparano compelli permittas. Hortari tamen eos *"et monere"* poteris, *"si tanti tibi fuerit,"* ut illum non tanquam unum de ecclesia, sed, quasi de novo *"deberet intrare,"* recipiant in socium et in fratrem²³⁾.

CAP. IV.²⁴⁾

Beneficiatus sine licentia praelati sui beneficio renunciare non potest.

Idem Episcopo Tornacensi.²⁵⁾

Admonet *"nos cura suscepti regiminis et auctoritas pontificalis inducit, ut pro statu ecclesiarum simul solliciti, et earum profectibus et incrementis integro studio intendamus, quapropter fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus auctoritate nostra et tua status et ordines, ut ecclesiasticas personas tui episcopatus de his, quae sibi de bonis ecclesiarum proveniunt, aut ratione ipsarum accesserint, nullum audeant condere testamentum, sed bona ipsa ecclesiis ipsis, prout iustum est et canonicum cedant. Si autem aliquae de personis ipsis intestatas decesserint, bona, quae ipsis pro ecclesiis aut ratione ipsarum accesserint, nihilominus ecclesiis eisdem cedere decernas. Sane*

Cap. I. 7) victoribus: ead.

Cap. II. 8) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 3.—9) Dolon.: C. R. 1.—Dolonensi: Comp. I. Aug.—Dolonensi: Comp. I. Ms.—10) Artigia.: C. R. 1.—11) Gaufridi: C. R. L., Comp. I.—12) Luoviani: Comp. I. Aug.—Juliani: Aug. in not. ex codd. Bare. et Tarrac.—13) abest a C. R. H. L.—discr. vestr.: Comp. I.—14) spirituali: Comp. III.

Cap. III. 15) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 4.—16) abest a C. R. 1.—Verulan.: C. R. 2.—Verulan.: C. H.—Verulano: C. L.—VI.: Comp. I. Ms.—17) Ceparano: Comp. I. Aug. per tot.—18) abest a Comp. I.—19) monachalem: C. R. 1.—20) aliquantulum: C. R. 2., Comp. I. Aug.—20) Nicolai: Böhm.—21) eadem: Comp. I.—22) abest a C. R. H. L., Comp. I.—23) in... frat.: non leg. in Comp. I.

Cap. IV. 24) Restitutum ex Lips. XVI. 6. et Comp. I. c. 4. de testam. III. 22.—25) Carnotensi: Lips., Comp. I.—26) tenere: C. R. 2.

Cap. V. 27) Restitutum ex App. XLIX. 9., Comp. II. h. t. c. 3.—27) Inscript. in ipsa App. quoque desideratur. Alia hui. c. pars (cf. c. 7. de transact. I. 36.) Lucii III. nomine App. XLIX. 7. est insignita. Cap. initium in ead. Comp. hoc est: *"Quoniam ex plenitudine etc. Super eo, quod quaesivisti."* 28) eo: C. H.—29) qui: C. R. 1., App., Comp. II. Ms. A.—30) testes sint et probationes admittendae: Comp. II.—testes et prob. sint potius admitt.: sic tuae exp. diximus respondendum: App.—31) beneficio.... acquisito renunciare elegerit: App., Comp. II.—

de bonis illis, quae iure patrimonii aut aliunde favore personae acquisita sunt, testandi liberam habeant facultatem. Nihilominus etiam ex parte nostra et tua" Universis personis tui episcopatus sub districtione prohibeas, ne ecclesiae tuae dioecesis ad ordinationem tuam pertinentes absque assensu tuo intrare audeant aut detinere²⁶⁾, aut te dimittere inconsulto. Quodsi quis contra prohibitionem tuam venire praesumpserit, in eum *"auctoritate nostra et tua fretus"* canonicam exerceas ultionem.

CAP. V.²⁷⁾

Contra petentem beneficium admittitur spontanea abiurationis exceptio, etiam causa renunciationis non adiecta; contra quam actor replicare poterit, quod non sponte renunciavit, et qui melius probaverit obtinebit.

Clemens III.²⁷⁾

Super hoc²⁸⁾, quod sciscitans, utrum ecclesiastica beneficia repositibus obiecta spontaneae abiurationis exceptio sine causae cognitione sit admittenda, et an actoris, quod²⁹⁾ sponte non renunciavit, an rei de spontanea renunciatione debeant probationes admitti³⁰⁾, sic tuae experientiae respondemus, quod nulla ratio hoc verisimile reddit, ut quisquam beneficium³¹⁾ multis forte expensis et laboribus acquisitum, *"et"* quo³¹⁾ sustentari debet, facile³²⁾ sine magna causa *"temere"* sua sponte resignet, ideoque supervacuum³²⁾ esse non credimus, causam *"renunciationis vel"* resignationis diligenter inquiri, quam³³⁾ si forte probabilem, id est, non vi, nec metu³³⁾, nec oppressione, nec interventu pecuniae, nec promissione extortam³⁴⁾ iudex *"ordinarius seu delegatus"* invenerit, *"et"* maxime³⁵⁾ si non intervenerit³⁶⁾ iuramentum, quod vix fieri de voluntate propria creditur, quod fere semper a malo est, nisi replicatio canonica fuerit opposita³⁷⁾, admittere non postponat³⁷⁾. Porro licet negantia factum per rerum naturam nulla sit probatio³⁸⁾, eius tamen, qui spontaneam renunciationem negat, quum implicite et quodammodo replicando inficietur super assertionem suam, habito³⁸⁾ ad dignitatem et opinionem respectu probationes credimus admittendas.

CAP. VI.³⁹⁾

Qui sponte renunciavit electioni de se factae, super ipsa ulterius audiri non debet.

Idem⁴⁰⁾.

In praesentia nostra *"constitutus dilectus filius R. quondam abbas Torneae proposuit coram nobis, quod quum olim ad eius monasterium accessisset, quod ipse in C. marcharum redditum ampliaverat, et ingressus capitulum monachorum inquisitionem coepisset facere contra eum, ipse gravari se timens ad sedem apostolicam appellavit; tu vero, appellationis non deferens, eum ab administratione officio suspendisti, et in eius absentia, inquisitione post facta, ipsum usque ad monasterium de Ramessia licet invitum turpiter post te tractum super crucem fecisti iurare, quod te usque Londoniam sequeretur. Ipse igitur Londoniam veniens appellationem, quam prius interposuerat, solenniter innocavit, et ad venerabilem fratrem nostrum Wintoniensem episcopum et confidens eius commissionis obtinuit literas destinari, quas deferens cuidam tradidit mercatori. Tu vero ipsum in Angliam redeuntem capti fecisti Londoniis et in Eliensi monasterio carceri mancipari. Propter quod mercator, qui literas deferere, venire in Angliam non praesumpserit, tandem vero a carcere liberatus ad sedem apostolicam appellavit. Tu vero eius appellationi non deferens, sicut prius, in ipsam depositionis sententiam protulisti, et depositum in carcer-*

31) a quo: Böhm.—32) abest a Comp. II.—sine magna causa renunciare sponte: App.—32) supervacuum: ead.—33) quatenus: ead.—33) non metu: C. R. 2.—non met., non oppr. (impulsione: Ms. A.), non int. pec., non prom.: App. Comp. II.—34) extorta: C. R. 1.—35) et maxime, si iuramentum, quod vix fieri de voluntate spontanea (propria: Ms. A. B.) creditur, quia iuramentum semper fere a malo est, intercesserit (omitt. Comp. II.) admittere, nisi etc.: Comp. II.—36) intervenerit: C. L.—37) opposita: C. R. 1., Comp. II. Aug.—37) proponat: App.—38) nulla inveniri posse probatio dicitur: ead.—38) habita nihilominus ad dignitatem opinionem et relationem: Comp. II. Aug.—opinionem et relationem: Ms. A.—et opinionem relationem: Ms. B.—extrema capitis verba in App. ita se habent: *super actione sua probatione credimus preferendas, habita nihilominus, ut decet, ad personarum dignitatem et opinionem relationem.*

Cap. VI. 39) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 57.—Comp. II. h. t. c. 4.—40) Coelestinus III.: Comp. II. Aug. et Ms. A.—Clemens III. Cant. archiepiscopo: Comp. II. Ms. B., cuius quidem glossa de capitis auctore haec habet: *Haec quidam solent habere intitulatum nomine Innoc. III. Hoc tamen constat, quod in Compil. III. non est. Alii eum nomine Clementis III. intitulatum. Cuiuscunque fuerit, a lege sumpta est ff. de test. ob carmen §. ult. (Lib. XXII. tit. 5. fr. 21. §. 3. extr.)—Innoc. III. Cantuariensi archiep.: Reg.*

rem fecisti retrudi. Ceterum, quum fuisset a vinculis absolutus, ad praesentiam nostram venit, et ad venerabilem fratrem nostrum Dunelmensem episcopum, et dilectum filium magistrum Io. de Londoniis literas impetravit, ut super propositis diligenter inquirerent veritatem, et causam ipsam, si partes vellent, concorditer sine debito terminarent; alioquin causam sufficienter instructam ad nos remittere non differrent. Proponebat igitur idem abbas, quod praedicta omnia sufficienter fuerant coram eisdem iudicibus comprobata. Verum dilectus filius magister Honorius, archidiaconus Richemundiae, nuncius tuus, proposuit ex aduerso, quod, quum olim legationis officio fungeris, ad monasterium de Tornea, ut ei visitationis impenderes gratiam, accessisti, quumque de vita ipsius R. diligentius inquisisses, de dilapidatione, incontinentia et turpi eius conversatione per testimonia tibi constitit monachorum. Unde communicato prudentium virorum consilio eum ab administrationis officio suspendisti, quum iuxta canonicas sanctiones de dilapidatione suspectus debeat ab administratione suspendi. Nec appellaverat tunc temporis idem abbas, nec etiam, si appellasset, tibi eum innoterat appellasse, quum, sicut asserunt testes eius, egressus capitulum in secreto collocutorio duxerit appellandum. Verum, quum postmodum apud Londonias appellasset, non solum appellationem interpositam receperit, sed ministranti etiam ad prosecutionem ipsius sufficienter expensis. Deinde quum enormitates ipsius bonae memoriae Coelestino praedecessori nostro per tuas literas intimasses, ipse tuam fraternitatem monuit, ut eum ab officio deponeres abbatiae, ac carceri mancipatum tandem detineres, donec ad te mandatum eius denuo perveniret. Ipse igitur depositionis sententiam expavescoens, in praesentia multorum episcoporum et aliorum religiosorum virorum renunciavit spontanea abbatiae, sed post paululum poenitens se renunciasse penitus denegavit. Tu igitur, quum metropolitani existeres eius, et legationis officio fungeris, et ad hoc esset specialiter delegatus, mandati apostolici formam sequens, propter criminum evidentiam super abbatia ei perpetuum imponere silentium curavisti. Tandem vero, quum praedicti Dunelmensi et conidici eius sub forma praedicta sententiae tuae foret cognitio delegata, coram eis quod idem abbas renunciaverit abbatiae, quod incontinentiae vitio laborabat, quod rursus quaedam monasterii praeter consensum monachorum alienaverat, quod tu eius appellationi detuleras et expensas ministraveras appellanti, quod auctoritate literarum praedicti praedecessoris nostri propter criminum evidentiam et spontaneam cessionem processeras ad depositionem ipsius, et de speciali mandato eiusdem praedecessoris nostri eum in monasterio Glocestrensi, ubi prius monachus fuerat, carceri mancipaveras, per testes legitimos comprobasti. Deinde autem, quum iudices ipsi gesta omnia redegerint in scriptis et terminum partibus assignassent, idem R. in manibus tuis et liti cessit, et renunciavit spontaneus abbatiae, tuque renunciationem eius ad nullam quorundam religiosorum virorum instantiam receperit. Ceterum, licet saepedictus R. se renunciasse abbatiae ab initio denegasset, tandem tamen id in nostra praesentia confessus est, adiciens, quod, quia renunciaverat spoliatus, eius renunctio non tenebat. Praeterea, quum tu ei congrue promiseris providere, nec voveris adimplere promissum, nec ipse ratum habere quod fecerat tenebatur. Insuper metu fuerat ad renunciationem inductus, quum tu ei fueris comminatus, quod, si ad nos cum indicum relatione veniret, obtineres a nobis, quod eum in caveam poneremus. Contra hoc autem dictus archidiaconus replicavit, quod eidem R. prodesse non poterat nec debebat, quod renunciaverat spoliatus, utpote quem non adversarius, sed iudex potius spoliaverat. Metus autem, quem allegaverat pars adversa, eum non poterat excusare, quum cadere non debuerit in constantem. Quis etenim constans praesumeret, quod nos ad volutum tuum aliquem retruderemus in carcerem, et tyrannidem exerceremus in eos, qui causas suas apud sedem apostolicam prosequuntur? Non ergo dictus R. debuit qualibet occasione praesumere, quod nos huiusmodi vellemus saevitiam exercere. Quod autem praesumptio eius frivola fuerit, apparuit ex postfacto.

Licet igitur iudex non semper ad unam speciem probationis applicet mentem suam, sed ex confessionibus, depositionibus, allegationibus⁴¹⁾ et aliis⁴²⁾, quae in eius praesentia proponuntur, formet⁴³⁾ animi sui motum, et tanta sit iudicialis auctoritas, ut semper pro ipso⁴⁴⁾ praesumi debeat, donec contra ipsum⁴⁵⁾ aliquid legitime comprobetur, quare⁴⁶⁾, si tu "contra praedictum R." coram Dunelmensi episcopo⁴⁷⁾ et eius conidicibus⁴⁸⁾ nihil penitus probavisses, standum tamen sententiae fuerat, nisi adversarius⁴⁹⁾ eam ostenderet irritandam, quia tamen praeter ista constitit de ipsius renunciatione spontanea per quasdam⁵⁰⁾ episcoporum literas et confessionem ipsius, nos "de consilio fratrum nostrorum" ei super eadem abbatia silentium duximus imponendum. "Volumus autem, ut eidem divinae pietatis intuitu de redditibus monasterii de Tornea in aliquo loco religioso congrue facias provideri. Nulli ergo etc. Dat. Later. II. Non. Iun." [1202.]

CAP. VII.⁵¹⁾

Qui renunciavit literis beneficalibus, non ideo institutioni iam factae renunciare videtur.

Coelestinus III.⁵¹⁾

Sane dilecto filio nostro I.⁵²⁾ "tituli S. Prudentianae" praebitero cardinali, tunc apostolicae sedis legato, nos⁵³⁾ "viva voce" meminimus "ac literis" iniunxisse, ut "dilectum filium nostrum" H.⁵⁴⁾ subdiaconum, "qui ecclesiae nostrae a primo pueritiae flore servavit, contradictione et appellatione cessantibus" canonicum in Pictaviensi ecclesia instituire procuraret, qui mandatis nostris obtemperans⁵⁵⁾ ibidem instituit in canonicum subdiaconum memoratum. "Vos autem nec nobis nec ipsi cardinali reverentiam exhibentes, quod in literis suis de iam dicto Hug. idem cardinalis vobis iniunxit, adimplere non curavistis, nec etiam ipsius suspensionem in aliquo observare. Sed" Postmodum idem H. quorundam vestrum ductus consilio literas tuas vobis reddens, vestrae misericordiae se subiecit. Quia⁵⁶⁾ vero unde misericordiam debuit impetrare, inde cogitur⁵⁷⁾ dispendium sustinere, mandamus, quatenus, hoc non obstantem "quod cum literis suis vestrae misericordiae se subiecit, infra XX. dies post susceptionem praesentium, dilatione, contradictione et appellatione remotis, iuxta ecclesiae consuetudinem" ipsum⁵⁸⁾ in fratrem et canonicum⁵⁹⁾ "integre ac plenarie" admittatis, "et eidem in choro stallum et in capitulo locum assignantes, ipsum curetis de cetero fraterna caritate tractare. Alioquin etc."

CAP. VIII.⁶⁰⁾

Renunciatio beneficii facta in manibus laici non tenet; renuncians tamen est beneficio spoliandus.

Innocentius III. Nidrosiensi⁶¹⁾ Archiepiscopo.

Quod in dubiis (Et infra: [cf. c. 30. de sent. ex. v. 39.]) Hi⁶²⁾ praeterea⁶³⁾, qui beneficium ecclesiasticum sibi collatum sponte in manu laicam⁶⁴⁾ resignant, illud denuo a laico susceperunt⁶⁵⁾, eodem sunt beneficio spoliandi, licet resignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem. "Attare vero etc. [cf. c. 3. de cons. eccl. III. 30.] Dat. ap. civ. Castellanae VI. Id. Oct." [1198.]

CAP. IX.⁶⁶⁾

Papa concecit licentiam cedendi episcopo, qui sine mortis periculo in ecclesiae sua morari non potest.

Idem Eboracensi Archiepiscopo.

Ad supplicationem "instantem venerabilis fratris nostri" Ragusiensis⁶⁷⁾ archiepiscopi, eum a cura "et sollicitudine," qua tenebatur ecclesiae Ragusiensi, duximus absolvendum; eo "videlicet," quod ibi non poterat secure morari, et, si accessum haberet ad illam, mortis sibi periculum imminere. (Et⁶⁸⁾ infra:) Ne vero idem "archiepiscopus" in vituperium ministerii nostri defectum in rebus temporalibus patiat, "fraternitatem tuam monemus at-

Cap. VI. 41) et all.: C. H. — 42) in cl.: Reg. — 43) firmet: Comp. II. — 44) eu: Reg. — 45) ipsam: ib. — 46) sub praetextu quasi tu etc. ib. — 47) praedicti: Comp. II. — abest a C. R. L. et Reg. — 48) conidice: Comp. II., Reg. — 49) dictus R.: ib. — 50) quorundam: Reg. — Cap. VII. 51) Restitit ex Comp. II. h. t. — 51*) Clemens III.: C. R. I. — P. C. al. mandatis: Comp. II. — 52) Io.: C. R. I. — Jordano: Comp. II. — 53) abest a Comp. II. — 54) Hug. Lem.: ead. — 55) obtemp.: ut deuit, in hac parte usque adeo in negotio ipso pervenit, quod eundem Hug. auctoritate nostra et sua in canonico ecclesiae eiusdem instituit, sub poena officii et beneficii vobis iniungens, ut ipsum plenarie in canonicum vestrum admitteretis et fratrem: ead. — 56) qui quum se crederet apud vos misericordiam impetrare, vobis satisfaciens in hac parte, inde damnum cogitur sustinere, unde gratiam et praemium debuit reportare. Nolentes

igitur quod de saepedicto Hug. tam a praedec. nostris quam a nobis inchoatum est aliquatenus relinquere imperfectum, universis vestrae per ap. scr. in virtute obedientiae districtae precipiendo mandamus: ead. — 57) cognoscitur: C. H. — 58) eundem H.: Comp. II. — 59) in can.: C. R. I.

Cap. VIII. 60) Restitutum ex Reg. Bal. I. 281. — Comp. III. h. t. c. 1. — 61) Mordosiensi: C. L. — Nidrosien.: C. R. I. — Nidrosien.: C. R. I. — 62) Si: Comp. III. Aug. — 63) abest a C. R. I. — 64) manu laici: C. H. — manu laica: C. R. I. — 65) susceperunt eo: C. R. I. — Cap. IX. 66) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 59. — Comp. III. h. t. c. 2. — 67) Ragusiensis: Comp. III. per tot. — Ragusi: Reg. per tot. — 68) delenda sunt, quum nihil desideretur.

teute, ac per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus beneficium⁶⁹), quod de liberalitate regia ac concessione tua in episcopatu Carleoli⁷⁰) et ecclesia de Malebron⁷¹) est illi collatum, ad sustentationem conserves ipsius. Cui concessimus, ut in ipso⁷²) episcopatu absque usu pallii officium episcopale valeat exercere, tibi tanquam metropolitano reverentiam et obedientiam impensurus.

CAP. X.⁷³)

Debilis, ignarus, male conscius, irregularis, quem mala plebs odit, dans scandalum cedere possit.

Idem Episcopo Calaritano.⁷⁴)

Nisi, quum pridem *in officio pastoralis ad dicitum servitium accessisti, praeparasse te ad tentationem animum crederemus, ac praevideisse prudenter, nequaquam in humana fragilitate consistere, variis angustiarum languores, quos te in ipso sciebas officii perpessurum, posse absque magno Dei adiutorio sustinere: formidaremus utique, ne parvulus tuos postmodum ad petram allidere neglexisses, eosque tantum in te permiseris invalescere, ut ipsorum; suggerentium tibi suscepti ministerii cessionem, instantiae vix iam valeas repugnare. Verum quoniam, sicut credimus, quum te scires contra spirituales nequitias pugnaturum, armaturam Dei, qua posses stare contra insidias tentatoris, ab Apostolo monitus induisti, et inexpertus non ignorasti sollicitudinis pastoralis angustias, quas forsitan expertus abhorres, nescimus cur tam instanter susceptum velis regimen inutiliter derelinquere, quod suscipiendum utiliter non deberes usquequaque vitare.* Si enim in huiusmodi cessione frugem tibi melioris⁷⁵) vitae promittis, scire te debes non esse sanctificato⁷⁶) in utero sanctiorem, et ideo non oportet⁷⁷) te praedicationis iam susceptae deserere ministerium, quum ille, cuius ante feri baiulus recusabat, tandem praedicandum⁷⁸) receperit⁷⁹) verbum Dei. §. 1. Quod si forsitan humilitatis causa de culmine quaeris pontificali descendere, *ac contra superni nutus arbitrium datum tibi per illud niteris deserere praesulatum,* eo ipso humilitatis videris erigere⁸⁰) male verticem, quod te nimis in resignandi proposito exhibes pertinacem, quia tunc in te veram humilitatem custodies, quum et per eam locum sublimem fugies⁸¹), et per obedientiam non dimittes. Intueri te itaque, venerabilis frater noster in Christo, volumus, quod haec sunt illa, per⁸²) quae cedendi episcopus officio pastoralis licentiam potest postulare: conscientia criminis⁸³), debilitas corporis, defectus scientiae, malitia plebis, grave scandalum⁸⁴), irregularitasque personae. Sed in his omnibus est *adhibenda discretio et* observanda cautela. §. 2. Propter conscientiam enim criminis cedendi *pastorali officio* potest licentia postulari⁸⁵), et forsitan non cuiuslibet, sed duntaxat illius, propter quod ipsius officii executio post peractam *etiam* poenitentiam impeditur; *quum enim quacunque hora peccator consensus fuerit omnium iniquitatum suarum non recordari se Dominus fateatur, et neminem esse sine peccato sacra scriptura testatur, apparet, quod non per cuiuslibet criminis conscientiam quemquam cedere oporteat officio pastoralis,* quum si omnes, quos arguit⁸⁶) conscientia cuiuslibet culpae, cederent, pauci vel nulli *forisitan* in illo⁸⁷) ministerio remanerent. *In multis enim offendimus omnes, et si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est, quia misericorditer illum excusat, qui miserabiliter se accusat.* §. 3. Alia vero causa est debilitas corporis⁸⁸), *propter quam aliquis potest petere ab onere sollicitudinis pastoralis absolvi,* quae *videlicet* vel ex infirmitate, vel ex senectute procedit; nec tamen omnis, sed illa solummodo, per quam impotens redditur ad exequendum officium pastorale. Nam si pro qualibet corporali debilitate susceptae servitutis officium posset⁸⁹) deserere, frustra se fateatur Apostolus in suis infirmitatibus gloriari⁹⁰), *et senectute gravatus quispiam a cura se non debet omnino pastorali regimini*

excusare, quum interdum non plus hortetur senilis debilitas aliquem⁹¹) cedere, quam⁹²) moralis maturitas, quae in senibus esse solet, ipsum in suo suadet⁹³) officio permanere. Pro talibus enim de se dicit Apostolus⁹⁴): „Quum infirmor, tunc fortior sum⁹⁵), quia nonnuquam corporis infirmitas fortitudinem cordis augmentat. §. 4. Pro defectu quoque scientiae plerumque potest quis *pastoralis officii* petere cessionem, quia, quum ipsa circa spiritualiam administrationem sit potissimum necessaria, et circa curam temporalium opportuna, praesul, qui commissam sibi debet ecclesiam regere in utriusque, salubriter⁹⁶) ei renunciat⁹⁷), si scientiam, in qua ipsam regat, ignorat, *quoniam, quum subiectos docere habeat, quid facere debeant, quid cavere, nec bene docebit eos, quod nescierit ipse fugere, nec illud, quod ignoraverit, exercere.* „Tu enim⁹⁸), inquit Dominus, „scientiam repulisti, et ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.“ Quoniam, etsi desideranda sit eminens scientia in pastore, in eo tamen sit competens toleranda, quia secundum Apostolum⁹⁹), scientia inflat, caritas autem aedificat, et ideo imperfectum scientiae potest supplere perfectio caritatis. §. 5. Propter malitiam autem¹⁰⁰) plebis cogitur interdum praesulatus ab ipsius regimine declinare, *et* quando plebs adeo durae cervicis existit, *et in rebellione sua ita pertinax invenitur,* ut proficere nequeat apud ipsam, sed propter eius duritiam, quo magis *proficere* satagit, eo magis iusto iudicio deficere permittatur¹), dicente Domino per Prophetam: „Lingua tuam adhaerere faciam palato tuo²), quia domus³) exasperans est,“ et Apostoli leguntur dixisse Iudaeis⁴): „Ecce convertimur ad gentes, quia verbi Dei⁵) vos indignos fecistis.“ Non tamen pro qualibet culpa pastor debet gregem deserere *suam,* ne *forte* mercenario comparetur, qui videt lupum venientem, et dimittit oves⁶), et fugit, sed de⁷) superioris licentia tunc demum potest non tam⁸) timide fugere, quam provide declinare, quum oves convertuntur in lupos, et qui debuerant humiliter obedire iam irrevocabiliiter contradicunt; quum, etsi tales sint graviter pro crimine puniendi, sunt tamen pro tempore utiliter tolerandi, quia sanguinem elicit⁹) qui nimis emungit. §. 6. Pro gravi quoque scandalo evitando, quum aliter sedari non potest, licet episcopo petere cessionem, ne plus temporalem honorem quam aeternam videatur affectare salutem, memor illius, quod dicit Apostolus: „Si esca scandalizaverit¹⁰) fratrem meum¹¹), non manducabo carnem¹²) in aeternum,“ *no fratrem meum scandalizem.* Sed inter scandalum et scandalum est subtiliter distinguendum, sicut¹³) Dominus ipse distinxit¹⁴), cui quum dixisset Apostoli: „Scis, quia pharisaei audito hoc verbo scandalizantur¹⁵) respondit: „Sinite illos¹⁶), caeci¹⁷) sunt, et¹⁸) duces caecorum.“ Alibi vero dixit¹⁹): „Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris.¹⁹) Nam etsi necesse sit, ut scandala veniant, vae tamen illi, per quem scandalum venit.“ Personae vero irregularitas, ut, si forte sit bigamus vel viduae²⁰) maritus, est causa, propter quam petere potest licentiam aliquis resignandi *pontificii dignitatem,* attestante²¹) Apostolo²²), qui dicit²³): „Oportet episcopum esse unius uxoris virum.“ Non tamen propter quamlibet irregularitatem personae debet ei, qui regulariter ministravit²⁴), cedendi licentia indulgeri, utpote²⁵) si de legitimo matrimonio non sit natus, quia, licet irregularitatem huiusmodi non potuerit²⁶) subterfugere²⁶), si tamen et culpa lateat et causa, cum eo, qui laudabiliter suum implevit²⁷) officium, iniuncta sibi poenitentia competentis, potest non minus utiliter, quam misericorditer dispensari. „Ego sum,“ inquit, „Deus²⁸) zelotes, vindicans²⁹) peccata patrum³⁰) in filios usque in tertiam et quartam generationem³¹) in his, qui oderunt me,“ id est, in illis³²), qui contra me patrum odium imitantur. Unde patet, quod illis, qui paterna vitia non sequuntur, propriae possunt in talibus suffragari virtutes; illo discretionis adhibito moderate, ut inter nothos et man-

Cap. IX. 69) quatenus de munificentia et liberalitate carissimi in Christo filii nostri I. regis Anglorum illustris ac concessione tua (ahest ab Ang.) in episcopatu Carleoli et ecclesia de Malebron (Malebor.: Aug.) est illi collatum, ad sustentationem conserves ipsius. Nos enim ei (etenim: Aug. — Nos ei: Ms.) de sedis ap. benignitate concessimus: Comp. III. Reg. — 70) Carleoli: C. R. — 71) Maleboro: C. R. 1. — Maleborum: C. L. — Malebor.: C. R. 2. — Maleboro: Cont. — 72) ahest a Comp. II. Aug. Cap. X. 73) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 1. — Comp. III. h. t. c. 4. — 74) Arolenen.: C. R. 1. — archiep. Alerutenen.: C. H. — archiep. Kalintan.: C. L. — arch. Kalarmitano: Comp. III. Ms. — arch. Calaritano: Comp. III. Aug. — episcopo Calaritano: Reg. — 75) sanctioris: Reg. — 76) sanctificationum: C. R. 2. — 77) oportere: Reg. — 78) praedicando: Comp. III. — 79) suscepit: C. R. 1. — cf. Hier. II. — 80) eligere: C. R. 2. — eligere: Cont. — er. cervicem: Comp. III. Ms. — 81) fugiens: C. R. 2. — 82) propter: Reg. — 83) criminum: Comp. III. — 84) gr. scand.: ahest a Comp. III. et Reg. — 85) episcopus licentiam postulare: C. R. 1. — 86) redarguit: Reg. — 87) ipso: ib. — 88) corporalis: C. R. 2. H. L. — 89) potest: Reg. — 90) cf. 2 Cor. XII. 5. — 91) eum: Reg., Comp. III. — 92) quem: Comp. III. Aug. — 93) suadeat: C. R. 1.,

Reg. — 94) cf. 2 Cor. XII. 10. — 95) fort. et potens: C. R. 1. — potens: Vulg. — 96) salubriter: Comp. III. — 97) eius regimini abrenunciat: ead., Reg. — 98) Ose. IV. 6. — 99) 1 Cor. VIII. 1. — 100) quoque: Comp. III. Reg. — 1) permittitur: Comp. III. — 2) faucibus suis: C. H. — cf. Ezech. III. 26. — 3) dominus: Reg., Böhm. — 4) Act. XIII. 46. — 5) verb. Dei: desid. in Comp. III. — verbis: C. R. 2. — 6) et dim. ov.: desid. in Comp. III. Aug. — Ioan. X. 12. — 7) et de: C. H. — 8) ahest ab eod. — 9) cf. Prov. XXX. 33. — 10) si scandalizaverit: C. H. — scandalizavit: Comp. III. Aug. — cf. 1 Cor. VIII. 13. — 11) unum: Comp. III. — 12) carnes: C. R. 1. H. — 13) sic: Cont. — 14) distinguit: Comp. III. Aug. — cf. Matth. XV. 14. — 15) ahest a C. R., Comp. III. Reg. — 16) quia c.: C. R. 1. — 17) ahest a Comp. III. — 18) Matth. XVIII. 6. — 19) ahest a Comp. III. et Reg. — 20) viduae: C. R. H. L. — viduaeque: Comp. III. Reg. — 21) testante: C. R. 1. — 22) add.: Paulo: C. L. — 23) dixit: C. R. H. L. — cf. 1 Tim. III. 2. — 24) ministraverit: Reg. — 25) ut puta: Reg. — 26) poterit: Comp. III. Aug. — debuerit: C. R. 1., Reg. — 26) subterfugere: Böhm. — 27) implevit: C. R. 1. — 28) Dominus: Reg. — cf. Exod. XX. 5. — 29) vindicans: C. R., Comp. III. — 30) patris: Reg. — 31) progeniem: ib. — 32) his: C. R. 2.

zeros, naturales et spurios distinguatur. *Quum autem plerumque vitia se virtutes esse menti minus providae mentiantur, subtiliter advertere te oportet, utrum resignandi propositum, quod tam ferventer gestare videris in pectore, dignum sit Dei odio vel amore. Si enim propter causam aliquam praemissarum cedere postularis, tam super causa, quam super eius effectibus pariter doleamus. Sed ne sub improvidae pietatis amictu ad resignandum detestabilis impietas te impellat, considerare te volumus, et alias esse causas, propter quas male quis petit et peius appetit officium huiusmodi resignare. Si enim ex pusillanimitate, fortassis ut laborem deponat, vel persecutionem effugiat, aut ex vanitate, quod abuit, ut plenius vacet otio, seu liberius indulgeat voluptatibus, curam vult aliquis deserere pastoralis, ab ea non meretur absolvi, quamvis propter huiusmodi vanitatem, tanquam qui mortaliter peccat, ea reddat se indignum, sed satagere debet, ut vanitate deposita satisfaciatur de peccato. Aliam vero cedendi causam omnino credimus detestandam. Si quis videlicet a pontificali velit discedere dignitate, ut gloriam capiet humanam, tanquam eligat abiectus esse in domo Domini magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum, vel ut mundanum non amittat honorem, quem per hyperisismum acquisivit, vix quod eius simulatio revolari iam incipit, vix quod fervor ipsius ex qualibet causa tepescit, nec vult videri, quod malus fuerit, aut quod fiat, et ideo sub religionis praetextu suam vult contegere providentem, ut quasi deservens Martham amplectetur Mariam, et Liae fastidiam lippitudinem Rachelis pulchritudinem concupiscat: quid autem, si propterea velit cedere, quod tempore prosperitatis, arridente fortuna, vixus est laudabiliter ministrare, quoniam omnia tibi prospere succedebant, sed adversitatis tempore imminente veretur, ne, si quolibet casu sinistra contingant, ipsius negligentiae imputetur? Plane si propter hoc velit cedere, nuntias se potest improvidi comparare, qui, quum mari sub tranquillitate iacente sine multo labore navis exerceret gubernaculum, ipsam tempestate surgente deserit, et devenerit patitur in profundum. Illam quoque cedendi causam penitus detestamur, si forte cedere velit episcopus, ut vel alter tibi succedat, vel obtentu pretii vel affectu carnali, vel ut, quum peior tibi successerit, ipsaq; velut optimus extollatur. Illud autem quasi nefas respicimus et damnamus, quod episcopus propter occupationes mundanas et sollicitudines saecularis non valeat sine crimine pontificali officium exercere, quum multos sanctos ecclesiae veneretur, qui spiritualia simul et temporalia ministrarunt. Veruntamen laeena debet esse sub capite, et dextra in amplexu. Sed et illud te volumus advertere diligenter, ne forte per hoc tuae dispositionis propositum effici velis ex illis, de quibus dicitur per Prophetam: „Filiis Effrem intendentes arcum et mittentes sagittas, condersi sunt in die belli,“ quum potius pro domo Israel murum debeas te opponere ascendentibus ex adverso, quia iuxta sententiam veritatis non qui Isaac perit, sed qui perseveraverit salvus erit; cavens attentius, ne maculam in gloria tua ponas, non solum apud homines, sed etiam apud Deum, quoniam sub hoc pallio te non poteris occultare, nedum apud Deum, qui vanae rinatur et curda, sed nec etiam apud homines, qui ex verisimilibus conjecturis talia suspiciantur. Illudque prudenter attendas, quod iuxta sententiam sapientis spiritus disciplinae effugiet factum, et auferet se a cogitationibus, quae sine intellectui consistunt. Si vero pro tuenda ecclesiae libertate difficultatis onus incurrere pertinescis, non ideo deserere debes praesulatus honorem, considerans diligenter, ne forte iusto iudicio teneris ab illo, qui malorum est inventior, ut probeatur, utrum satisfacere velis in eo, in quo forsitan deliquisti, Qui vero contemnit aut negligit satisfacere pro delicto, thesaurizat sibi iram in die irae, quum reuelabit Deus abscondita tenebrarum. Ecce quidem adnoctamus tibi speculum, ut te ipsum contempleris in ipso, tuamque conscientiam perscrutatus agnoscas, ex qua causa cedendi licentiam postules importune. Nos enim, novit altissimus, ignoramus, quare in cedendi proposito perseveres, quoniam nec infirmitas corporis, nec longuevitatis temporis, nec defectus scientiae, nec malitia plebis, nec irregularitas personae te reddit ineptum, nec conscientiam saevi criminis te fateris habere.“ §. 7. Verum si propter alias causas cessionem affectes, non est in hoc³³⁾ tibi³⁴⁾ postulanti favendum, quum huiusmodi postulatio videatur non esse discreta, quoniam, ut id tanquam notissimum³⁵⁾ omittamus, quod otiositas et voluptas arma sunt hostis antiqui³⁶⁾ ad miseris animas*

captivandas, propter laboris angustias, aut persecutionis incursum non debes deserere sponsam tuam, cui defigendo³⁷⁾ manum apud extraneum de fide media copulasti, sciens quod³⁸⁾, „beati sunt illi, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,“ quoniam, quum probati³⁹⁾ fuerint, accipient coronam vitae, quam promissit Deus diligentibus se. §. 8. Sed dices, „quod“ „spiritus⁴⁰⁾, ubi vult, spirat, et nescis, unde veniat, aut quo vadat,“ et ideo non est, qui possit vias illius spiritus⁴¹⁾ perscrutari; qui⁴²⁾ vero spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, quoniam ubi Spiritus Dei, ibi libertas. Quare si cedendi tibi licentia data ab homine non fuerit, nihilominus tamen cedes, quia data est tibi libertas⁴³⁾ cedendi a Deo. Certe desipis⁴⁴⁾, si sic sapis. Nam quomodo spiritu Dei agitur⁴⁵⁾ qui contra spiritum Dei agit? Si enim vera sunt quae praemisimus, immo quia indubitanter sunt vera, procul dubio contra spiritum Dei agit, qui aliquid „horum“ contra veritatem attentat, quoniam ipse est spiritus veritatis. §. 9. Porro si dicas, quod forsitan alia est causa lateus, propter quam cedendi voluntas tibi coelitus⁴⁶⁾ inspiratur, et nos siquidem respondemus: tu quomodo scis, quod talis inspiratio sit coelestis? Nonne recolis, quod ille gloriosus pontifex dixerit⁴⁷⁾, quum coepisset viribus corporis repente⁴⁸⁾ destitui: „Domine,“ „inquit,“ „ad huc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua!“ Illius exemplum secutus⁴⁹⁾, qui dixit⁵⁰⁾: „Cupio dissolvi, et esse cum Christo, manere autem in carne necessarium est propter vos.“ „Quia igitur diversas tibi causas super hac causa distinximus, et propter quam curam cedere desideres ignoramus, te ipsum tibi diximus committendum, ut, de propriae mentis tribunali te iudicans, videas, si sic possis resignandi desiderio satisfacere, ut gregis tibi commissi curam sine culpa valeas declinare. Si enim cedendo proficere appetis tibi soli, profectui tuo sine dubio tantum subtrahis, quantum quod impendere poteris aliis non impendis, quia tunc maiora animae tuae lucra conquireres, quum sine tua salute salutem plurimum procurares. Potioris enim est meriti secum Deo quumquam plurimum lucrifacere, quam salutem propriam quaerere sine illis, quorum salus ad eius curam noscitur pertinere.“ §. 10. Quippe si quantumcumque⁵¹⁾ virtutum flore refulgeas, et in te non habeas caritatem, nihil te⁵²⁾ comprobaris⁵³⁾ habere, „sub quo virtutis praetextu deponere quavis onus sollicitudinis pastoralis, quod vix potest absque iactura deseri caritatis?“ „Nulla siquidem⁵⁴⁾ maior poterit esse caritas, quam ut animum suam⁵⁵⁾ ponat quis pro amicis suis.“ Quum autem propter hanc te deceat animam tuam pro subditis tuis⁵⁶⁾ ponere, nulla occasione, dummodo proficere illis⁵⁷⁾ possis, etsi non omnibus, tamen multis, ab eorum regimine te convenit excusare; quoniam, si laboris causam praefendis, exemplum te Apostoli sublevarit, qui suadet⁵⁷⁾ tibi laborem huiusmodi non refugere, dum se asserit pro communi salute plus ceteris laborasse, quia, licet non semper sequatur laborem effectus, nihilominus tamen ipse labor est meritorius apud Deum, iuxta quod legitur: „Reddet Deus mercedem laborum⁵⁸⁾ sanctorum suorum.“ „Sed esto, quod multum hactenus laboraveris, et bonum certamen certaveris, cum eodem Apostolo possis dicere, tamen ut corona tibi iustitiae de reliquo reponatur, cursum te decet perfecti operis consummare. Quantumlibet enim in angustiarum laboribus, qui comitantur officium pastorale, nocet tibi laboriosus numerus, et tanquam fatigatus cervus umbram quietis affectes, quantumlibet inter vias squaliores angustians patriae dilectione traharis, et velut emeritus mercenarius operis tui finem anxius praetoleris, expedit tibi tamen virtutem in infirmitate perficere, et pugnam tuam perseverantia coronare, sciensque, quod apud extraneum defixeris manum tuam, quum animas tibi commissi gregis in tuam animam susceperis, non sic debet portum tibi quietis appetere, ut navigantes hactenus tecum filios sine remigis adiutorio patiaris in hoc mari magno et spatio cum timore naufragii fluctuare.“ §. 11. Nec putes, quod ideo⁵⁹⁾ Martha malam partem elegerit, quae circa plurima satagebat, quia Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea; quoniam, licet illa sit magis segura, ista tamen est magis fructifera, et licet illa sit magis suavis, haec⁶⁰⁾ tamen magis „est“ utilis, quum in focuuditate sobolis lippitudo Liae⁶¹⁾ Rachelis pulchritudini sit praelata; quamvis simul in unum et contemplativum esse valeas et activus legislatoris exemplo, qui nunc ascendebat in montem, ut ibi gloriam Domini cum maiori cerneret libertate, nunc vero descendebat in castra, ut cum utilitate maiori⁶²⁾ necessitatibus populi

Cap. X. 33) in hoc: desid. ib. — 34) abest a C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 35) notissimum: C. H. — 36) iniqui: C. R. 2. — 37) defig. extr.: non exstant in Comp. III., Reg. — 38) Matth. V. 10. — 39) persecuti: C. R. 2. — 40) Ioan. III. 8. — 41) abest a C. R. 1. — 42) 2 Cor. III. 17. — 43) licentia: C. H. — 44) te desipis: C. R. 1. — 45) aguntur ... agunt: Comp. III. Aug. — 46) divinitus: C. R. 1. — 47) dixit: Cont., Böhm. — 48) abest a C. H. — 49) sequens: C. R. 1. — 50) dixerit: C. L. — dixerat: Comp. III., Reg. — cf. Phil. I. 22. seq. — 51) quantumcumque virt.

dote: Reg. — quantumcumque: C. R. 2., Comp. III. — 52) abest a C. R., Comp. III., Reg. — 53) comproberis: Comp. III., Reg. — 54) quidem: Reg. — Pro seq.: poterit: in C. R. 2. H. leg.: potest. — cf. Ioan. XV. 13. — 55) abest a Comp. III. — 56) abest a C. R. 1. H. — 57) ipsis: Comp. III., Reg. — 57) 1 Cor. XV. 10. — 58) abest a C. H. — cf. Sap. X. 17. — 59) Luc. X. — 60) ista: Comp. III., Reg. — 61) Exod. XXIV. — 62) abest a C. R., Comp. III.

provideret. Quapropter facillius indulgetur, ut ascendat monachus ad praesulatum, quam praesul ad monachatum descendat. §. 12. Momenus itaque⁶³), ut *"illam vocem Davidicae imprecationis abhorrens, tibi que formidans eam per effectum operis adaptari, quae dies impii paucos fieri, ut episcopatum eius accipiat alter, imprecatur,"* laborem pastoralis regiminis non recuses, *"iactansque tuum in Domino cogitatum, nihil contra voluntatem altissimi status de te ipso, qui, quum te suo viderit esse populo necessarium, forte grave ferret, quam ipsum a te contingeret esse neglectum,"* ne⁶⁴) fortassis ad pedes suos cum Maria sperneret⁶⁵) te recipere⁶⁶), qui sibi apud te divertenti sprevisse⁶⁷) cum Martha sollicita⁶⁸) ministrare. *"Illud quoque te debet furtius in ministrandi proposito stabilire, quia, quum hactenus in ecclesia tibi commissa laudabiliter ministraris, si, quod absit, alius te cedente minus utilis commemoraretur ad ipsam, profecto non parum in ipsa quiete, quam appetis, turbaretur, quum, ubi bene tuum exerceres ministerium, non absque dolore cereris inutilis ministri defectum, foretque, ut tantum in contemplationis aere tibi deperisse cognosceres, quantum ecclesiae, cui praesides, non sine tua confusione per te subtrahendum esse videres."* Quia vero *"tam per te, quam per nuncios et literas tuas apud nos iam nimis"* in postulando cedendi licentiam instituti, *"ecce tibi te"* duximus relinquendum, ut distinctis *"tibi"* causis, propter quas cedere⁷⁰) oporteat, *"vel non cedere"* si propter aliquam causam utilem et honestam in huiusmodi proposito perseveres, de licentia nostra cedas, *"quod tamen grave nobis plurimum esse noveris et molestum."* Alioquin cedendi licentiam auctoritate apostolica tibi scias esse penitus interdictam, quoniam, etsi⁷¹) pennas habeas, quibus satagas in solitudinem advolare⁷²), ita tamen adstrictae sunt nexibus praeceptorum, ut liberum non habeas absque nostra permissione volatum. *"Quodsi denique tua voluntas etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. Kal. Mart. Pont. nostr. Ao. IX."* [1206.]

CAP. XI.⁷³)

Episcopus, qui propter crimen renunciavit episcopatu, et ad religionem transiit, ad episcopatum reassumi non potest; secus, si renunciavit propter persecutionem, infirmitatem, defectum scientiae, simoniam ipso ignorante commissam, vel aliam similem causam.

Idem Episcopo⁷⁴) Faventino in Archiepiscopum Ravennatensem electo.

Post translationem tuam ad ecclesiam Ravennatensem⁷⁵) quum *"dilecti filii"* praepositi et⁷⁶) canonici, *"abbates et primicerii"* Faventini, *"totusque civitatis clerus, sicut per literas eorumdem accepimus,"* in *"dilectum filium"* L.⁷⁷) *"presbyterum"* eorum canonice⁷⁸) liberam eligendi auctoritatem⁷⁹) unanimiter contulissent, ipse *"sancti Spiritus gratia invocata dilectum filium"* L.⁸⁰) sancti Fridiani⁸¹) Lucanensis canonice, olim episcopum Sarnatensem⁸²), in Faventinum episcopum postulandum elegit, *"per cuius sollicitudinem circumspectam, qui primo canonicus, et postea praepositus in Faventina ecclesia fuit laudabiliter conversatus, multipliciter sperantur eidem ecclesiae commoda provenitura."* Porro a *"dilecto filio"* sancti Fridiani priore super hoc requisito et obtento consensu, praepositi et alii *"supra dicti"* postulationem eandem approbati a nobis humiliter petierunt. Verum postulationi huiusmodi videbatur concilii Constantinopolitani capitulum *"prima facie"* obviare, in quo statutum est⁸³), ut quicumque de pontificali dignitate ad monachorum vitam et poenitentiae locum descenderit⁸⁴), nequaquam ulterius ad pontificatum resurgat. Unde contra dictum concilium, quum sit unum ex quatuor principalibus, quae sicut quatuor evangelia ecclesia catholica veneratur, nullatenus videbatur eorum⁸⁵) postulationi admittenda. §. 1. Ceterum speciales⁸⁶) quidam casus inveniuntur, in quibus, praedicto concilio non obstante, is, qui vitam monachalem elegit, rursus licite potest ad episcopatum assumi. Si enim quisquam persecutionis⁸⁷) rabie saeviente, vel praepediente invalidudine⁸⁸) corporis, quum proficere nequeat

in regimine pastoralis, de superioris auctoritate ad monasticam vitam descendat, persecutionis vel aegritudinis impedimento⁸⁹) cessante ad episcopalem poterit resurgere dignitatem. §. 2. Item si quis propter literarum defectum, ne tanquam caecus caeco ducatum praebet, locum regiminis auctoritate apostolica deserendo ad otium se contulerit⁹⁰) monachale, ac per exercitium lectionis scientiae repererit⁹¹) margaritam, proculdubio poterit denuo vocatus a Domino cathedram reascendere pastorem. §. 3. Rursus, si quis per cupiditatem⁹²) parentum, eo tamen penitus ignorante, fuerit episcopatum adeptus, et hoc comperto episcopatum ipsum⁹³) de licentia superioris dimittens, observantiam elegerit regularem, etsi ad episcopatum eundem redire postmodum nequeat iuxta canonicas sanctiones, ad alium tamen poterit licite reassumi. §. 4. Quumquam autem in his et consimilibus casibus is, qui episcopatum dimisso monasticam vitam elegit⁹⁴), resurgere valeat ad officium pastorale, nihil tamen in his⁹⁵) contra praescriptum intelligitur concilium attentari, quod in eo loquitur casu, quum propter aliquid crimen episcopatum quis deserens ad vitam monasticam poenitentiae causa decendit. Unde quidam in eo casu loqui dixerunt capitulum supra dictum, quum⁹⁶) quis pro crimine, de quo convictus fuerat⁹⁷) vel confessus, ab episcopali dignitate depositus, in monasterio exstitit⁹⁸) ad poenitentiam agendam⁹⁹) inclusus, vel quum aliquis propter grave crimen, pro quo episcopatum retinens poenitentiam digne¹⁰⁰) agere non valebat, cedendi obtenta licentia vitam monachalem elegit. Aliis asserentibus, sic¹) intelligendum esse capitulum antedictum²), ut per se resurgere nequeat, id est, repetere quasi debitum quod tali modo dimisit, quamquam eligi possit, praesertim, si locum tantum, et non ordinem resignavit. §. 5. Quum ergo³) nobis *"plene"* constare nequiverit, ob quam causam praedictus I.⁴) episcopatu olim cesserit, *"quum in nostris literis, super hoc transmissis, eidem hoc solummodo exprimitur, quod nos, literis super sua resignatione receptis, eius propositum in Domino commendantes, quod temporali honori salutem animas praeponebat, eundem absolvimus ab onere sollicitudinis pastoralis: quantum per quendam S. Fridiani canonicum nobis nuper rime sit suggestum, quod idcirco dictus Ioachim cedendi licentiam postulabat, quod ad notitiam eius pervenerat, quod quidam parentes ipsius, ut eligeretur in episcopum, quaedam dederant, licet pauca, fraternitati tuae praesentium auctoritate"* mandamus, quatenus, *"inquisita super eis diligentissime veritate,"* si tibi constiterit, quod propter aliquam ex⁵) praemissis causis seu consimilibus idem I. episcopatu cesserit memorato, tu auctoritate nostra, *"sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo,"* dummodo necessitas vel⁶) utilitas id exposcat, licentiam ei tribuas ascendendi⁷) ad regimen ecclesiae Faventinensis⁸), maxime si veritate submittitur⁹), quod *"tam praefati praepositi et canonici Faventini, quam prior et capitulum sancti Fridiani nobis suis literis expresserunt, quod ridelicet"* dictus I. loco tantummodo cesserit memorato¹⁰), et non ordini, vel etiam dignitati. Tunc enim esset¹¹) vehementissime praesumendum, quod non propter crimen aliquod¹²) ab ipso¹³) commissum, sed¹⁴) causa poenitentiae *"peragendae"* ad vitam migraverit regularem, praesertim quum apostolica aedes post sessionem multo minus quam antea¹⁵) permisisset eidem tali crimine irretito in pontificali ordine ministrare; alioquin, quum durum nimis exstiterit¹⁶), contra tam soleam concilium huiusmodi postulationem admittere, praeposito et canonicis memoratis iniungas, ut aliam personam sibi idoneam eligant in pastorem. *"Dat. Lat. IV. Id. Febr. Pont. nostr. Ao. XI."* [1208.]

CAP. XII

Qui petit cedendi licentiam, ex quo illum obtinuit, cedere compellitur.

Idem in concilio generali.¹⁷)

Quidam cedendi licentiam cum instantia postulantes, ea obtenta cedere praetermittunt. Sed quum in postulatione *"cessionis"* huiusmodi aut ecclesiarum commoda, quibus praesunt, aut salutem

Cap. IX. 63) Momenus ergo fraternitatem tuam et exhortationem attentius, per apostolica scripta mandantes, quatenus etc. Comp. III., Reg. — 64) ac: Comp. III., Reg. — 65) spernet: C. H. — 66) accipere: Cont., Böhm. — 67) speravisses: Comp. III., Aug. — statutus: Ms. — 68) sollicite: C. R. 1. — 69) abest a Reg. — 70) add. t. e. C. L. — 71) si: Cont., Böhm. — 72) apolare: Comp. III., Reg., Cont., Böhm. — 73) Restitutio ex Reg. Hal. XI. 249. — Comp. III. h. t. c. 5. — 74) episc. in arch. Rav. et.: C. H. R. L. — H. ep. in arch. el.: Comp. III. Ms. — H. ep. in arch. Rav. et.: Comp. III. Aug. — Hubaldo episcopo in archiep. Ravenna, electo: Reg. — 75) Ravennatensem: Reg. — 76) abest a Comp. III. — 77) Io.: C. R. per totum. — 78) presb. canonice: Comp. III., Reg. — 79) facultatem: C. R. 2. — 80) Ioachim: Reg. — 81) Fridigiani: C. H. — 82) Saxon.: C. R. 1. — Saxon.: C. R. 2. — Barentanen.: C. H. — Saxonaten.: C. L. — Saxonaten.: Comp. III. Ms. — Saxon.: Aug. — Sartin.: Cont., Böhm. — Sersenaten.: Reg. — 83) esse dignoscutur: Comp. III., Reg. — et. c. 45. C. VII. qu. L. — 84) ascen-

debat: Comp. III. Aug. — descendret: C. R. 2. — 85) eadem: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 86) spirituales: C. R. 1. — 87) persecutoris: Comp. III., Aug. — 88) valetudine: C. H. — 89) otio: C. R. 1. — 90) interit: C. R. 1. — 91) reperit: C. L. — receperit: Reg. — 92) cupiditate: Cont., Böhm., Comp. III., Reg. — 93) abest a C. H. — 94) elegerit: C. R. 1. — 95) eligit: C. R. 2. L., Reg. — 96) his casibus: C. R. 1., Comp. III. — huiusmodi cas.: Reg. — 96) dum: C. H. — 97) fuerit: Reg. — 98) exstitit: C. R. 2. — existat: C. L. — 99) peragendum: C. R. 1. — 100) dignam: ib. — 1) sic et: C. R. 2. — 2) dictum: C. H. — praescriptum: Comp. III., Reg. — 3) igitur: C. H. — 4) Ioachim: Reg. — 5) de: C. H. — 6) et: Reg. — 7) ascendendi: C. R., Comp. III., Reg. — 8) Faventinae: C. R. 2. L., Reg. — 9) submittitur: C. L. — 10) abest a C. R., Comp. III., Reg. — 11) est: C. H. — 12) abest a C. R., Comp. III., Reg. — 13) eo: Reg. — 14) abest a C. H., Comp. III., Reg. — 15) ante: Comp. III., Reg. — 16) existeret: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — Cap. XII. 17) c. 28. conc. Lat. IV. hab. A. 1215. — Comp. IV. h. t. e. ua.

videantur¹⁸) propriam attendisse, quorum neutrum suasionibus aliquorum, quaerentium quae sua sunt, seu etiam levitate qualibet nolimus¹⁹) impediri²⁰), eos ad cedendum decernimus²¹) compellendos.²²)

CAP. XIII.²³)

Non renunciat iuri suo, qui gratias adversarii se submittit.

Honorius III. maioris ecclesiae Decano, et Magistro R.²⁴) Cantori sancti Dionysii Leodiensis²⁵).

Veniens ad sedem apostolicam L.²⁶) "pauper" subdiaconus "in nostra" proposuit "praesentia constitutus," quod, quum bonae memoriae I. Papa praedecessor noster "dilecto filio" abbati de Emenco²⁷) "Treverensis dioecesis," et maioris ecclesiae ac sancti Pauli²⁸) cantonibus Treverensibus suis dederit literas in mandatis, ut "eidem I.," si nihil canonicum obviaret, praebendam in ecclesia sancti Florentini²⁹) in Confluentia, quam Iacobus decanus ipsius ecclesiae "in eius manibus per suas literas" resignavit, sublato appellationis obstaculo assignarent eidem³⁰), "eodem Iohanne literas ipsas praedicto decano et aliis ostendente, idem decanus de resignationis forte positens occultavit literas supradictas; demum eidem Iohanni praefatis literis restituit, eas nominatim indicibus, ut exsequerentur mandatum apostolicum praesentavit." Quumque "idem" iudices apostolici vellent adimplere mandatum, quidam se opposuerunt canonice ecclesiae memoratae, dicentes, subdiaconum antedictum³¹) renunciatae iuri³²) suo, quod sibi³³) ex ipsis literis competeat. Dicto igitur³⁴) subdiacono hoc negante, iam dicti canonici ad hoc probandum testes aliquos produxerunt. Per quos quum videretur probatum, ipsum³⁵) se gratiae capituli commississe, duo iudices³⁶) praedictorum, "cantores videlicet Treverenses," sententialiter decreverunt, eundem³⁷) "Iohannem" non posse uti "de cetero" literis supradictis³⁸), pro eo, quod idem "I. sic" adversarii se gratiae commississet³⁹), per quod visus est renunciatae⁴⁰) iuri, sibi ex ipsis⁴¹) literis competenti. A qua sententia idem "I." appellans, "licet etiam antea, quam appellasset," in⁴²) vigiliam Epiphaniae "proxime praeteritam" terminum suae appellationis praefixit. Ad quem⁴³) quum "idem I." venisset⁴⁴), "et nobis, prout superius est expressum, facti seriem enarraret, dilectum filium" Petrum de Colle medio, capellanum nostrum, super hoc sibi concessimus auditorem. Sed quum eius adversarius non accesserit⁴⁵), per duos menses et amplius expectatus, nec ullus compareret⁴⁶) pro eo sufficiens responsalis, tandem quidam literas habens ad contradicendum⁴⁷) impetrandum coram eodem comparuit⁴⁸) "auditor" qui quum "de iure" ad tractandum⁴⁹) causam minus sufficiens crederetur, "auditori praedicto, nobis haec omnia referenti, dedimus in mandatis, ut super hoc aliquos de fratribus consuleret, et in causa procederet iuxta consilium eorundem:" idem⁵⁰) auditor "habito consilio dilecti fratris nostri T. sanctae Sabinae presbyteri cardinalis ac etiam aliorum," sententiam praedictorum iudicum sententialiter iustitia exigente cassavit. Nos igitur ratam et firmam habemus⁵¹) capellani sententiam memorati⁵²), "vobis per apostolica scripta etc."

CAP. XIV.⁵³)

Si praelatus ab obedientia subditos absolvit, non propter hoc praelaturae renunciat.

Idem Archiepiscopo Treverensi.

Lectae coram nobis fraternitatis tuae literae continebant, quod abbas sancti Petri⁵⁴) Tullensis, "quem de conversationis et vitae ho-

nestate commendas," tibi humiliter est confessus, quod, quum⁵⁵) adeo⁵⁶) gravi agitudine laboraret, quod de vita desperaretur⁵⁷) ipsius, ad cuiusdam "tamen" aemuli sui consilium, de quo ipse, quum non crederet eum⁵⁸) aemulum, confidebat, "in quorundam monachorum suorum praesentia, excommunicationis sententia, si quam in eorum aliquem protulerat, revocata," monachos⁵⁹) suos ab obedientia, in qua sibi tenebantur, absolvit, vocato⁶⁰) dioecessano episcopo, ut abbatiam in eius manibus resignaret; quod tamen usus consilio saaviori non fecit, et⁶¹) eidem abbati postmodum restitute sanitati, universi et singuli de conventu⁶²) obedientiam et reverentiam requisiti ab eo⁶³) in capitulum promiserunt⁶⁴). "Idem tamen super eo, quod sic fecerat, dubitans, a te, quid super hoc saluti suae consuleres, postularit, propter quod tu, quum habitu super hoc iuris peritorum consilio diversi diversa sentires, nostrum consilium, an idem abbas ex hoc resignaverit, requisisti." Nos autem⁶⁵) ex tali facto "duntaxat" eundem abbatem suo resignasse regimini non videmus.

CAP. XV.⁶⁶)

Abbas exemptus sine licentia Papae renuciare non potest.

Gregorius IX.⁶⁷) Agathensi et Uticensi⁶⁸); Episcopis.

Dilecti filii conventus monasterii sancti G.⁶⁹) "de Desertis" immediate ad Romanam, pertinentis ecclesiam, "suis nobis literis" intimaverunt, quod abbas eorum, sentiens⁷⁰) se insufficientem oneri regiminis abbatiae, cessit in manibus eorundem; ipsi⁷¹) quoque "dilectum filium" G. monachum sancti Victoris "Massiliensis" elegerunt canonice in abbatem, "supplices, ut eorum parentes laboribus et expensis, electionem ipsorum faceremus in illis partibus confirmari." Quum igitur dictus abbas eodere sine licentia nostra nequiverit, nos tam⁷²) electionem quam cessionem praedictas decernentes irritas et inanes, "discretionem vestram per apostolica scripta" mandamus, quatenus abbatem ipsum loco suo restitui faciatis, quo integre⁷³) restituito vice nostra recipiatis cessionem ipsius.

TITULUS X.

DE SUPPLENDA NEGLIGENTIA
PRAELATORUM.

CAP. I.)

Si dioecesanus requisitus benedicere nolit Cisterciensem abbatem, ipse monachos suos benedicere poterit.

Alexander III. Cisterciensibus.⁷⁴)

Statuimus⁷⁵) praeterea, ut⁷⁶), si episcopus⁷⁷) tertio cum humilitate ac devotione, sicut convenit, requisitus, substitutos abbates vestros⁷⁸) benedicere forte renuerit, eidem abbatibus liceat proprios monachos⁷⁹) benedicere, et alia, quae ad officium huiusmodi⁸⁰) pertinent, exercere, donec ipsi⁸¹) episcopi suam duritiam recogitent⁸²), et abbates "benedicendos" benedicere non recusent. "Sane etc. Dat. Beneventi IV. Non. Jul. Ind. II." [1169.]

Cap. XII. 18) videbantur: C. R. 2. — 19) volumus: Comp. IV. Ms. A., conc. — 20) impedire: Cont., Böhm. — 21) decrevimus: C. R. 1. — 22) compescendo: Comp. IV. Ms. A.

Cap. XIII. 23) Restitutio ex Comp. V. h. t. c. 1. — 24) mag. T. canonicus: C. R. 1. — mag. T. canonicus: C. L. — mag. N. cantori: C. H. — 25) Leodiensis: C. H. — Leodiensis: C. L. — Maioris ecl. S. Iohannis decano et mag. C. (T.: Comp. V. Ms. — R.: Böhm.) san. (canonico: Comp. V. Ms. — cantori: Böhm.) S. Dionysii Leodiensis (Leodiensis: Ms.): Comp. V., Böhm. — 26) Iohannes: Comp. V. — 27) Emendo: C. R. 1. — Emendo: C. R. 2. — Emendo: Comp. V. Ms. — Emerode: Comp. V. Cir. — 28) Paulini: emend. Cironii. — 29) Florentini: Comp. V. Cir. — 30) abest a C. L. — 31) ipsum: C. H. — memoratum: Comp. V. — 32) ipsi: Comp. V. — 33) ergo: C. H. — 34) Iohannem: Comp. V. — 35) iudicium: C. R. H. L., Comp. V. — 36) ipsum eund. : C. L. — 37) ipsorum commode literarum: Comp. V. — 38) commisit propter: ead. — 39) renunciare iuri suo: C. L. — 40) abest a C. H. — 41) abest a C. R. L., Comp. V. — 42) quam: Comp. V. Cir. — 43) veniret: Comp. V. — 44) veniret: ead. — 45) appareret: C. R. 2., Comp. V. — 46) et ad: C. R. 1. — 47) apparuit: C. H. — 48) tractandam: C. R. 1. L., Comp. V. — 49) superdictus: Comp. V. Cir. — 50) habentes: ead. — 51) abest ab ead. — 52) Cap. XIV. 62) Restitutio ex Comp. V. h. t. c. 3. — 53) Apri: Comp.

V. (Saint Eusebe). — 54) dum: Comp. V. Cir. — 55) tam: C. R. 1. — 56) desperetur: ib. — 57) abest a Comp. V. — 58) eos: ib. — 59) add.: ipso: C. H. — 60) et hoc: Comp. V. Ms. — licet: Cir. — 61) capitulo vel conventu: C. R. 1. — 62) eodem: Comp. V. — 63) promississent: ead. — 64) tamen: ead.

Cap. XV. 65) Restitutio ex Comp. V. h. t. c. 2. — 66) Gregorius IV.: C. L. — est tamen Honorii, missa: Agathensi et Nicensi (Niten.: Comp. Ms. leg.: Nicensi [Nizza] episcopis. — 67) Nicens.: C. R. 1. — Uticensi: C. L. — 68) IV. (i. e. Wilhelmi): C. R. L., Comp. V. — 69) sententi: C. L. — 70) ipsum: Comp. V. Ms. — ipseque: C. R. 1., Comp. V. Cir. — 71) tam cess. quam el.: Comp. V. — 72) quo... ipsius: non existant in Comp. V.

TIT. X. Cap. I. 1) Restitutio ex orig. ap. Manriqu. Annal. Cisterc. II. 478. — Comp. II. h. t. c. 2. — 2) Cist.: abest a C. L. — Alexander III. P. C. Quia nos: Comp. II. — Alex. ep. sero. Dei dil. fil. Alexander Cisterciensi abbati et unio. eiusd. ord. combatibus etc.: orig. — 3) Sancimus: orig. — 4) quod: Comp. II. Ms. A. — 5) episcopi... requisiti... renuerunt: orig. — 6) abest ab orig. et Comp. II. — 7) novitios: orig. — ead. propr. mon. benedic. non recusent: Comp. II. Ms. B. — 8) illud: Comp. II., orig. — 9) ipsius: C. L. — 10) recolligant: Comp. II. Ms. A.

CAP. II.¹¹⁾

Regulares in suos usus convertere non possunt ecclesias, in quibus ini obliuunt patronatus, et, si infra tempus Lateranensis concilii, quando vacant, non prouenerint rectores ad eas, superior ordinabit easdem.

Clemens III.¹²⁾

Sicut nobis tua fraternitas intimavit, monachi quidam et canonicus¹³⁾ regulares, ecclesias, quae ad praesentationem eorum pertinent, in tuo episcopatu habentes, propriis usibus deputare nituntur, nec *"ibi"* volunt ad eas, quum vacaverint, vocare¹⁴⁾ personas *"idoneas"*; quin potius, occasione concessionis quorundam episcoporum, vicarios in eis pro sua instituit¹⁵⁾ et destituunt voluntate, admissos¹⁶⁾ ita pensionibus¹⁷⁾ onerantes, quod nec ecclesiae¹⁸⁾ competenter possunt¹⁹⁾ in²⁰⁾ paupertate nimia deservire, nec episcopo in episcopalibus respondere, neque hospitalitatem, sicut convenit, transcurantibus impertiri. Nolentes autem, ut status ecclesiae²¹⁾ debitus et antiquus per insolentiam²²⁾ alicuius subvertatur, mandamus, quatenus, nisi a iurisdictione tua exemptae sint ecclesiae supradictae, praedictae²³⁾ excessus studeas rationabiliter emendare, et, nisi praedictae²⁴⁾ personae infra tempus in Lateranensi²⁵⁾ concilio²⁶⁾ constitutum ad vacantes ecclesias tibi personas idoneas praesentaverint, ex tunc tibi liceat appellatione remota in eisdem ordinare rectores, qui eis *"et"* praeesse noverint et professe, ita tamen²⁷⁾, quod ex hoc nullum patronis praedicti in posterum generetur. *Dat. Lat. VI. Kal. Mart. Pont. nostr. Ao. II.* [1199.]

CAP. III.²⁸⁾

Supplet superior inferioris negligentiam in beneficiis conferendis, si tempus Lateranensis concilii lapsum sit, et collatio per inferiorem postea facta non valet.

Innocentius III.²⁹⁾

Licet dilecti filii magister³⁰⁾ H. archidiaconus de H. et R. procurator R.³¹⁾ de sancto Cadimundo³²⁾ super archidiaconatu Richemundiae³³⁾ diutius litigaverint³⁴⁾ coram nobis, *"tamen postmodum nostris est auribus intiquatum, quod neutri eorum de iure competere, utpote qui neutri fuerat concessus infra tempus in Lateranensi concilio definitum."* Ne igitur ius nostrum negligere videamur, qui alios in sua iustitia confovemus, *"discretionem vestrae per apostolica scripta"* mandamus, quatenus *"convocatis eisdem, ut proponant, si quid contra duxerint proponendum, inquiratis diligentius veritatem, et"* si vobis constiterit, archidiaconatum Richemundiae³⁵⁾ vacasse per annum, tempore *"tamen"* senestri, quo vel ad archiepiscopum, vel ad capitulum donatio pertinebat, non³⁶⁾ a vacatione, sed a notitia computato, quum pro eo, quod Eboracensis archiepiscopus³⁷⁾ alium superiorem non habet, extunc fuerat³⁸⁾ ad nos donatio devoluta, utrique super eo *"sublati appellationis obstaculo"* silentium imponatis, *"archidiaconatum ad nostram spectare donationem publice denunciantes, etc."*

CAP. IV.³⁹⁾

Si is, ad quem spectat beneficii collatio, lapsa tempore Lateranensis concilii consecrat; non valet collatio: nisi de misericordia toleretur.

Idem Magistro⁴⁰⁾ P. de Castro novo, et R. monacho Fontis⁴¹⁾ frigidii, apostolicae sedis Legato⁴²⁾.

Litteras vestras discretionis accepimus "quibus responsum apostolicum imploratis super his, quae ambigua vobis existunt, videlicet," quod, quum⁴³⁾ in quibusdam ecclesiis, legationi vestrae

*subiectis, quaedam beneficia et dignitates tanto tempore vacaverint, quod tam praelati quam capitula secundum tenorem Lateranensis concilii essent iure instituendi privati, postquam adventus vester "illis" innotuit, in beneficiis illis personas minus idoneas instituere praesumpserunt. Unde, quum receperitis consilium a viris peritis, ut tales institutiones ab his, quorum non intererat, et qui propria culpa iure instituendi se praeceperant, factas, auctoritate apostolica cassaretis, in hoc nostrum prius decreveritis consilium habere. Proponistis praeterea etc. Nos igitur inquisitioni vestrae breviter respondentes" Discretionem vestrae⁴⁴⁾ "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si beneficia vel⁴⁵⁾ dignitates "ipsas" noveritis personis idoneis assignatas, eas⁴⁶⁾ de patientia permittatis ab ipsis pacifice possideri; alioquin personas "ipsas" amoventes prorsus ab ipsis⁴⁷⁾, eas⁴⁸⁾ de personis idoneis auctoritate nostra suffulti, "nullius contradictionis vel appellationis obstaculo" non differatis quantocius⁴⁹⁾ ordinare, *contradictores etc.* *Dat. Rom. ap. S. Petr. VIII. Id. Dec. Ao. VII.* [1204.]*

CAP. V.⁵⁰⁾

Is, ad quem primo loco spectabat collatio beneficii, lapsa tempore Lateranensis concilii conferre non poterit.

Idem Episcopo Sano.⁵¹⁾

Dilecto filio "nostro" P. tituli sancti Marcellini⁵²⁾ presbytero cardinali S. et R. procuratoribus⁵³⁾ P. et G. apud eisdem apostolicam constitutus auditore concessio, "idem thesaurarius proposuit curam eo, quod, quum in Salamantina ecclesia, in qua cantoris electio ad episcopum et capitulum communiter pertinet, cantoria vacante, dictum capitulum saepius episcopum monuisset, ut ad celebrandam cantoris electionem cum eo pariter conceniret, eodem episcopo infra semestre tempus id facere negligente, capitulum uti cupiens iure suo, in ecclesiae memoratae capitulo, sicut est moris, supradictum Paschasium eiusdem loci canonicum in cantorem elegit, ne quid in eiusdem electionis praedictum fieret appellando, quam supradictus thesaurarius auctoritate apostolica petiit confirmari, ac electionem, quam venerabilis frater noster Compustellanus archiepiscopus post appellationem huiusmodi de G. clerico nullis criminibus irretito ac tunc temporis vinculo excommunicationis adstricto fecerat, tanquam minus canonice celebrata cassari. Dicitur vero Dominicus proposuit ex adverso, quod, enaso VI. mensium spatio, infra quod ad episcopum et capitulum cantoris electio pertinebat; decanus et quidam canonici Salamantini, episcopo, archidiacono et nonnullis canonicis, qui praesentes in civitate aderant, inconsultis, non consueta hora, vel in capitulo iuxta morem, sed in ecclesia potius, quibusdam laicis advocatis stulte et inordinate nimis eligere praesumpserunt. Et quum iam dicti archiepiscopi, qui eos propter hoc evocaverat, adire praesentiam nolissent, ipse intelligens eligendi auctoritatem ad se iuxta Lateranensis concilii statutum devolutam, supradictum G. in cantorem elegit, et eundem fecit de cantoria corporaliter investiri. Postmodum autem decanus et sui complices nobis, de his mentione non habita, suggerendo, quod episcopus, qui monitus saepius infra sex menses eligere noluerat in ecclesiae detrimentum, cantores, qui ab eodem decano cum maiore parte capituli instituti fuerat, spoliato, alium instituerat in cantorem, ad decanum, archidiaconum et archipresbyterum Abulenses nostras litteras impetrarunt. Quarum auctoritate, quum supradictus G. ab eisdem fuisset iudicialiter evocatus, eisdem inhibuit, ne per dictas litteras procederent contra eum, quum

Cap. II. 11) Restitutum ex Reg. Innoc. III. ap. Bal. II. 5. — Comp. II. h. t. c. 2. — 12) Clem. III. P. C. Quum in dandis: Comp. II. Aug. Ms. B. — Coelest. III. Ms. B. — Innocentius R. Episcopo S. Andreae: Reg. In Gloss., quae in Comp. II. Ms. B. exstat, haec de cap. inscriptione leg.: *"Hoc capitulum errore scriptorum Innoc. III. in plerisque locis fuit adscriptum; sed istud et reg. cap. Tria (c. 2. de temp. ord. in Comp. II.) fuerat decisa ab illo cap. Clementis III., quum in dandis."* — Verum enim vero Innocentium cap. auctorem esse, et Reg. docet, et Rainerii opus, cui (VIII. 2.) sub eadem inscriptione insertum est. — 13) clericis: Comp. II. Ms. B. — 14) praesentare: Reg. — 15) instituerunt: Ms. A. — innotuit et destituunt: Ms. B. — 16) et adm.: Comp. II. Aug. — 17) in pens.: C. R. 1. — certis pens.: C. L. — 18) in eccl.: Comp. II. Aug. — 19) vir possunt: ead. — possint: Comp. Ms. B. — 20) pro: C. R. — 19) vir possunt: 21) ecclesiarum: Reg. — 22) violentiam: Comp. II. Aug. Ms. B. — insolentiam: Ms. A. Reg. — 23) praemissis: Reg. — 24) praefatus: ib. — 25) intra temp. Lat. concilii: Cont., Böhm. — 26) cf. c. 11. de conc. praeb. III. 8. — 27) abest a Reg.

Cap. III. 28) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 1. — 29) Decretales ad decidendum litem de archidiaconatu Richemundiae ortam ab Innoc. III. emissae sunt: c. 30. de test. II. 20., c. 6. de institut. III. 7., c. 7. de conc. praeb. non vac. III. 8. — ex quarum priori ad explodendum Gonzalez et Böhmieri errores (adhuc quidem in consilium Comp. II. libro Ms.) capitis huius inscriptionem ut resitimus: *Elteni et Cicestrensi episcopis et archidiacon. de Northampton.* — 30) magistri: Comp. IV. Aug. Ms. A. — 31) proc. R.: omis. in Comp. IV. Aug. — R. proc. dilecti filii G. (R. i. e. Rogerii: Comp. III. Ms. B., recte, cf. cit. c. 7. de conc. praeb. non

vac.) de sancto etc.: Comp. IV. Ms. A. B. — 32) Edemundo: C. R. 1. — Amundo: C. R. 2. — Admundo: C. H. — Edmundo: C. L., Comp. IV. Ms. A. — Edmundo: Comp. IV. Ms. B. — Cadimundo: Comp. IV. Aug. — 33) de Ric.: Comp. IV. Aug. — 24) litigant: Comp. IV. — 35) illum: ead. — 36) hoc non: C. R. 2. — 37) quod ecclesia Eb.: Comp. IV. Ms. A. B. — 38) fuerit: Comp. IV. Aug. Ms. B.

Cap. IV. 39) Restitutum, quantum oportuit, ex Reg. Bregu. VII. 165. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 40) mag. P. de Castro et R. monachis Fontis frigidii. et S. L.: Comp. IV. Aug. — mag. P. de Castro et R. monach. Fontis frigidii. ap. se. le.: Comp. IV. Ms. B. — mag. P. de Castro novo et Rostulpho mon. Font. frigidii. ap. sed. legatis: Reg. — 41) notitia: C. H. — 42) legatis: C. H. L. — 43) abest a Comp. IV. Aug. — 44) vobis: Reg. — desid. in Comp. IV. — 45) et: Cont., Böhm. — 46) ea: Comp. IV. Aug. Ms. A. — 47) illis: Reg. — 48) abest ab eod. — eadem: Comp. IV. Aug. Ms. B. — ea: Ms. A. — 49) quanto citius: Comp. IV. Aug. — quam cit.: Ms. B. — quanto citius poteritis: C. R. 1.

Cap. V. 50) Restitutum ex Reg. Bal. XIII. 157. — Comp. IV. c. 2. de praeb. III. 2. — 51) Zamotheni: C. L. — Zamorensis: C. R. — Senon.: Comp. IV. Ms. A. — Senon.: Ms. B. — Episcopo et cantori Zamorensis et abbati de Morerola Zamorensis dioc.: Comp. IV. Aug. — ep. et cant. Zamorensis et abb. de Mor. Zamorensis dioc.: Reg. — 52) Marchi: C. R. 1. — Marcelli: C. R. 2., Comp. IV. — Dil. fil. nostro Petro tit. S. Marcelli presb. card. bonae mem. A. Thesaurario Salamantino Paschasii, et Dominico Garzine clericorum procuratoribus apud sed. etc.: Reg. — 53) add.: dilectorum filiorum: Cont., Böhm. ex Comp. IV.

in eis de sua electione facta per archiepiscopum nulla mentio habetur, et cum propter hoc, tum etiam, quia prima citatione ad loca remota peremptoria citatus extiterat, tum etiam, quia iudices quosdam ex electoribus dicti Paschani consanguinitatis linea contingebant, ad sedem apostolicam appellavit. Sed iudices nihilominus ad Salamantinam ecclesiam accedentes, saepedictum P. in cantoriae possessionem causa rei servandae contra iustitiam induxerunt. Quum igitur super his et aliis coram eodem cardinali procuratores ipsi aliquandiu litigassent, et ipse nobis fideliter retulisset, quae proposita fuerant curam eo, Quia nobis constitit a Salamantino⁵⁴) decano et eius sequacibus, post elapsam sex mensium spatium, infra⁵⁵) quod episcopus⁵⁶) et capitulum, prout communiter spectabat ad eos, procedere ad electionem cantoris neglexerant, electionem supradicti P. minus canonice celebratam, eandem decernimus⁵⁷) irritam et inanem, et appellationem a⁵⁸) decano et suis fautoribus interpositam factam archiepiscopi, ad quem iam erat eligendi auctoritas devoluta⁵⁹), nequivisse aliquatenus impedire. Quia vero contra personam ipsius G. quaedam obiecta fuerunt, de quibus nobis non potuit fieri plena fides, discretioni vestrae per apostolica scripta Mandamus, quatenus, nisi iam dicto G. aliquod canonicum obviet, electionem de ipso factam sublato⁶⁰) appellationis obstaculo confirmetis⁶¹), facientes ipsam eiusdem cantoriae pacifica possessione gaudere; contradictores etc. Dat. Lat. V. Kal. Nov. Ao. XIII. [1210.]

TITULUS XI.

DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM ET QUALITATE ORDINANDORUM.

CAP. I.¹⁾

Diebus dominicis vel sabbato Pentecostes sacri ordines ab alio, quam a Papu, conferri non debent.

Alexander III.²⁾ Batoniensi Episcopo.

Subdiaconos³⁾ autem nulli⁴⁾, nisi Romano Pontifici, liceat⁵⁾ in diebus dominicis ordinare, quamvis consecrandi Deo dicatas virgines, et minores ordines his⁶⁾ diebus habeant⁷⁾ licentiam celebrandi. Sabbato quidem⁸⁾ Pentecostes non liceat⁹⁾ alicui sacros ordines celebrare, quum in sequenti septimana recepta Spiritus sancti gratia celebrentur.

CAP. II.¹⁰⁾

Non valet consuetudo, quod extra statuta tempora sacri ordines conferantur.

Idem Episcopo Herfordensi¹¹⁾.

Sane super eo, quod moris esse dixisti in¹²⁾ ecclesiis¹³⁾ quibusdam Scotiae et Valliae¹⁴⁾, in dedicationibus ecclesiarum vel altarium extra ieiunia quatuor temporum clericos ad sacros ordines promovere, "prudenciae tuae" significamus, quod consuetudo illa, utpote institutioni¹⁵⁾ ecclesiasticae inimica, "et detestabilis" est "et" permissus improbanda, et nisi multitudo et antiqua consuetudo terrae esset "in causa," taliter ordinati non deberent permitti¹⁶⁾ in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud nos sic ordinati deponerentur, et ordinantes¹⁷⁾ privarentur auctoritate ordinandi. "De eo autem etc. [cf. cap. seq.]"

CAP. III.¹⁸⁾

Minores ordines conferri possunt diebus festis, sacri vero conferri debent in quatuor temporibus, vel sabbato sancto, vel sabbato de passione.

Idem eidem¹⁹⁾

De eo²⁰⁾ autem, quod quaesivisti, an liceat extra ieiunia quatuor temporum aliquos in ostiarios, lectores, exorcistas, vel²¹⁾ acolythos, aut etiam subdiaconos promovere²²⁾, "prudenciae tuae" taliter respondemus, quod licitum est episcopis²³⁾, dominicis²⁴⁾ et aliis festivia diebus unum aut duos ad²⁵⁾ minores ordines promovere; sed ad subdiaconatum, nisi in quatuor temporibus, aut "in" sabbato sancto, vel²⁶⁾ in²⁷⁾ sabbato ante dominicam de passione²⁸⁾, nulli episcoporum, praeterquam Romano Pontifici²⁹⁾, licet³⁰⁾ aliquos ordinare.

CAP. IV.³¹⁾

Criminosus occultus moneri potest, ne promoveatur ad ordines, sed prohiberi non debet.

Idem.³²⁾

Ex tenore tuarum literarum accepimus, quod N. clericus adeo deliquit, quod, si peccatum³³⁾ eius esset publicum, degradaretur ab ordine, quem suscepit, et amplius non posset ad superiores ordines promoveri. Verum quoniam peccatum ipsius³⁴⁾ fore occultum³⁵⁾ "et priatum" dixisti, "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus poenitentiam ei condignam imponas, et "ei" suadeas, ut parte³⁶⁾ poenitentiae peracta ordine suscepto utatur, quo³⁷⁾ contentus existens ad superiores "ordines" amplius non ascendat³⁸⁾. Verumtamen, quia peccatum³⁹⁾ occultum est, si promoveri voluerit⁴⁰⁾, eum⁴¹⁾ non "potes, nec" debes aliqua ratione prohibere.

CAP. V.⁴²⁾

Religiosus contra prohibitionem praelati sui ordinari non debet.

Lucius III.⁴³⁾ Archiepiscopo Turonensi.

Ad aures nostras "te significante" pervenit, quod religiosi quidam "zelum Dei habentes" ad superiores desiderant ordines promoveri, "putantes, maius praemium cumulandum, quo in maiore gradu possit sublimius officium fuerint executi;" sed praelati eorum desiderii contradicunt. Ideoque tua duxit fraternitas requirendum, an in inferioribus ordinibus constituti iuxta beneplacitum suorum praelatorum, quibus promotio displicet, a superioribus debeant abstinere, an valeant praelatis suis renitentibus promoveri. Tuae igitur quaestioni⁴⁴⁾ taliter respondemus, quod honestius et tutius est subiectis⁴⁵⁾ debitam praepositis obedientiam impendendo⁴⁶⁾ in inferiori ministerio deservire, quam cum⁴⁷⁾ praeceptorum scandalo graduum appetere dignitatem. Nec est in hac parte subiectorum desiderium confovendum, quoniam esse potest, quod⁴⁸⁾ praelati eorum commissa secreta noverint, ex quibus constat eis, quod salva conscientia nequeunt sublimari, quia non in sublimitate graduum, sed in amplitudine⁴⁹⁾ caritatis acquiritur regnum Dei.

CAP. VI.⁵⁰⁾

Metropolitani ab omnibus suffraganeis consecratur; suffraganeus vero a tribus, metropolitano iubente.

Idem.

Si archiepiscopus "diem" obierit, et alter⁵¹⁾ fuerit ordinandus "archiepiscopus electus," omnes episcopi eiusdem provinciae ad sedem

Cap. IV. 54) Salamantino: Böhm. — supradicto: Comp. IV., Reg. — 55) intra: Comp. IV., Cont., Böhm. — intr. quod tempus: Comp. IV. Ms. A. — 56) episcopo et capitulo memoratis: Reg., manifesto errore. — 57) decrevimus: C. R. 1., Comp. IV. Aug., Ms. B., Reg. — 58) ab eodem: Comp. IV., Reg. — 59) evoluta: C. L. — 60) sublata appellatione: C. R. 1., Comp. IV. Aug. — 61) confirmes: C. L.

TIT. XI. Cap. I. 1) App. XXVI. 23., Lips. XVIII. 1., Cass. XXIX. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Innoc. III.: C. H. — Londonensi: Cont. — Parthenensi: Cass. — Bathoni.: App., Comp. I. — desid. in Comp. Ms. — H. Eron. episcopo: Lips., quae quidem inscr., si genuina est, ex decr. In literis (c. 9. de off. iud. del. l. 29.) ad Bartholomaeum Exoniensem missa caput desumptum, et post c. 5. de act. ord. l. 14. olim collocatum fuisse, videtur innuere. — 3) subdiaconum: C. R. 1. — 4) nullis: App. — 5) licet: ib. — 6) his dieb.: desid. ib. — 7) habent: Cass. — habeat: Lips. — 8) autem: C. R. 1. — 9) licet: App., Lips., C. L., Cont., Böhm.

Cap. II. 10) Restitutum ex App. XXVI. 24., Lips. XVIII. 2., Cass. XXIX. 2. — Comp. I. h. t. c. 2. — 11) Herforden.: C. R., Herfordensi: Böhm. add. App.: P. C. Intelleximus supra de potestate iudicum (VII. 13.) cf. Comp. I. c. 11. de off. iud. del. l. 21. — 12) abest a Coll. citt. — C. H. — 13) episcopis: App., Lips. — 14) Galliae: Lips., Cass., Comp. I. Ms. — Gualgne: Comp. I. Aug. — Gualtiae: App. — 15) constitutioni: C. R. 1., Lips. — 16) pro merito: App. — 17) ordinato reo: Cass., (pro: ordinatores.)

Cap. III. 18) App. XXVI. 25., Lips. XVIII. 2., Cass. XXIX. 3., Comp.

I. h. t. c. 3. — 19) Idem: Lips. — Idem Alex. III.: Böhm. — Idem Herforden.: Comp. I. Aug. — Herforden. episcopo: Cass., Comp. I. Ms. — Idem in eodem: C. R. 2. — Idem eidem episcopo in eadem epistola: App. — 20) hoc: App. — seq.: autem: abest a C. R. — 21) et: Comp. I. Ms. — abest ab Aug. — 22) promoveri: C. H. R. L. — acolythos promoveri, aut etiam (in: Lips.) subdiacon. facere: Coll. citt. — 23) abest a Cass. — 24) add.: diebus: App. — 25) in: Comp. I. Aug. — 26) et: App., Cass., Comp. I. — aut: Lips. — 27) abest a C. H. — 28) pass. Domini, nulli eorum: Cass. — 29) abest a Comp. I. Aug. — 30) liceat: Cass.

Cap. IV. 31) Restitutum ex App. L. 3., Cass. XXIV. 6., Comp. I. h. t. c. 5. — 32) Bituricensi archiep.: Cass. — Albanensi ep.: Comp. I. Ms. — W. Albanensi ep.: Aug. — Idem in eodem libro secundo, W. Albanensi ep., vicario nostro: App. — 33) delictum: Coll. citt. — 34) illud: C. R. 1. — ipsum: C. R. 2. H. L., Coll. citt. — 35) add.: est: App. — 36) per te: ead. — parte poenitentiae: Cass. — 37) et eo: Coll. citt. — 38) accedat: App. — 39) add.: eius: Cass. — 40) desiderat: App. — 41) ei: Coll. citt.

Cap. V. 42) Restitutum ex App. XXVI. 22., Lips. XIV. 5., Cass. XXIV. 5., Comp. I. h. t. c. 4. — 43) Innoc. III.: C. R. 2. — archidiacon. Turon.: Cont. — 44) fraternitati: C. R. 1. — seq.: taliter: abest a Coll. citt. — 45) subiectos: App. — 46) imponendo: Lips. — 47) in scandalum graduum app. dignitatem: App. — 48) ut: ib. — 49) ampl. meritum: ib. — Cap. VI. 50) Restitutum ex ep. (Pseudo-) Anicij, (e qua desumptum est) ap. Blondellum. — Burch. I. 28., Lips. XXXI. 12., Comp. I. c. 9. de elect. I. 4. — 51) alius: Comp. I. Aug.

metropolitanam⁵³) convenient⁵³), ut ab omnibus ipse ordinetur. "Oportet autem, ut ipse, qui illis omnibus praeesse debet, ab omnibus illis eligatur et ordinetur." Reliqui vero comprouinciales episcopi, si necesse fuerit, cetera consentientibus, a tribus iussu archiepiscopi poterunt ordinari⁵⁴); sed melius est, si ipse cum omnibus eum, qui dignus est, elegerit, et cuncti pariter pontificem⁵⁵) consecraverint.

CAP. VII.

Dicit idem, quod in praecedenti.

Ex concilio Arelatensi.⁵⁶)

Ne episcopi⁵⁷) sine metropolitani permisso⁵⁸), nec "episcopus metropolitanus sine tribus vel duobus⁵⁹) episcopis comprouincialibus praesumat episcopum ordinare, ita, ut alii episcopi⁶⁰) comprouinciales admoneantur epistolis, ut se suo responso significant consensisse. Quod si inter partes aliqua⁶⁰) "nata" dubitatio fuerit, maiori numero metropolitanius "in electione" consentiat.

CAP. VIII.⁶¹)

Ordinatus extra tempora suspenditur, donec dispensetur cum eo, et ordinans puniatur.

Urbanus III.⁶²) Archiepiscopo Pisano.

Quum quidam "episcopi Sardi, sicut nobis est ex tua parte propositum, quibusdam pecuniam, sicut iuramento tenebatur adstricti, non soluerint, et quidam episcopus ipsius terrae in die dedicationis ecclesiae ordines, quum dies ille ad hoc institutus non fuerit, celebraverit, quidam etiam iuraverint aliquando, quod fratri vel sorori, patri vel matri loqui non debeant, aut quodlibet eis subsidium ministrare, a nobis, quid de huiusmodi faciendum sit, tua fraternitas requisivit. Nos itaque denegare nolentes quod a nobis caritate suggerere postulare videris, discretionis tuae praesentibus literis respondemus, quod in episcopos illos, qui suum transgressi sunt iuramentum, est tantum gravius vindicandum, quanto maiori praeminent dignitate, et eorum exemplo facilius alii poterunt ad similia provocari." Episcopum "autem, qui die, quo non debuit, ordines celebravit, canonica disciplina corrigere, et ordinatos a susceptis ordinibus tamdiu reddere debes expertes, donec apud nos "vel successores nostros" restitutionis gratiam consequantur. "Illi vero etc."

CAP. IX.⁶³)

Graeci a Latinis ordinari non debent, nec econtra, si in ritu ordinandi sunt diversi.

Coelestinus III. Hydronensi⁶⁴) Archiepiscopo.

Quum secundum regulas ecclesiasticas "et sanctorum instituta Pontificum sacri sunt ordines in certis temporibus conferendi, quidam Graeci episcopi ritus sui et consuetudinis observantiam in Latinis clericis exercentes, eos ad sacros ordines passim provehunt, qui non sunt praeterquam in IV. temporibus conferendi. Sane sicut latoris praesentium Io. relatione cognovimus, quod, quum ipse a quodam domino, cui servierat, et ut in capella sua divina officia celebraret, cuidam Graeco episcopo foret praesentatus, idem episcopus Cathamarsensis eum in sacerdotem promovit, quem postmodum dioecesanus episcopus ab executione officii vel suscepti ordinis credidit suspendendum, quae utique consuetudo consuetudini ecclesiasticae inimica et detestabilis est et penitus improbanda, et, nisi multitudo et antiqua consuetudo esset in causa, sic ordinati non deberent permitti in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud nos sic ordinati deponerentur, et ordinantes auctoritate ordinandi de censura canonum privarentur." Quia⁶⁵) vero, sicut dicitur, in partibus Calabriae "ut" Latini a Graecis, et Graeci a Latinis secundum alterutrum institutionis observantiam ordinantur, "et an sit antiquius observatum, fraternitati tuae, quae discernere melius

ista poterit, eiusdem Iohannis iudicium duximus committendum, per apostolica scripta mandantes et potestatem tibi auctoritate praesentium indulgentes, ut, cognita diligentius veritate et observantia consuetudinis, si qua super his a Latinis clericis recepta est, et haecenus approbata, vel si tibi apparuerit aliter discernere de ipso Iohanne, quod cum salute animae suae poteris, cessante appellationis diffugio, statuere non moreris, studiosius attendens, utrum reordinandus sit, an sine periculo animae suae in sic recepto ordine debeat celebrare, addito, si quid noveris in supplemento ordinis adiungendum." Nolumus "autem" de cetero commixtiones⁶⁶) et consuetudines rituum in ordinibus observari, "nec sumi etc."

CAP. X.⁶⁷)

Si monachus unius ordinis in secundo ordine, ad quem transit, recipit sacerdotium, ad primum ordinem rediens, in eo libere ministrabit.

Innocentius III. Abbati et Conventui Cariloci.⁶⁸)

Ex parte vestra⁶⁹) nostro fuit apostolatui reseratum, quod quidam monachus vester, se ad nigros monachos transferens, et habitum eorum⁷⁰) "nigrum ibidem" assumens, ad sacerdotii ordinem in ipso habitu est promotus. Unde, quia "is hoc articulo" dubitatis⁷¹), utrum in assumpto taliter⁷²) ordine ministrare debeat, "nos huiusmodi dubitatis scrupulum enodantes, per apostolica vobis scripta" mandamus, quatenus, nisi "ei" canonicum aliud obviet⁷³), ipsum monachum officium sacerdotii libere exsequi permittatis. "Dat. Romae ap. S. Petrum." [1198.]

CAP. XI.⁷⁴)

Si Graecus episcopus Latino subiectus ordinatur sine Latini licentia a Graeco, interdicitur sibi executio: si vero de licentia, tunc toleratur.

Idem C. Presbytero Cardinali, apostolicas sedis Legato⁷⁵).

Quod translationem pontificis (Et infra: ["cf. c. 4. de off. leg. l. 30."]) "Super eo vero, quod nos consulere voluisti, quod multi Graecorum clerici consistentes, in dioecibus Latinorum ab episcopis Graecis non in quatuor temporibus, interdum omnes ordines simul, nonnunquam partem recipiunt, qui postmodum prohibentur a Latinis episcopis celebrare." Consultationi tuae taliter respondeamus⁷⁶), quod, quum clericus Graecus, episcopo Latino subiectus, a Graeco pontifice ordinatur, nisi de mandato vel⁷⁷) licentia sui episcopi fiat, interdicens est ei ordinis executio sic suscepti, tanquam ab alieno pontifice sine mandato vel licentia sui episcopi⁷⁸) ordinato. Si vero de mandato vel licentia sui praesulis a Graeco pontifice secundum morem Graecorum fuerit ordinatus, licet culpandus sit episcopus Latinus, qui clericos suos a Graeco facit antistite ordinari, quamdiu tamen talis mos ab ecclesia toleratur, impediri non debet ab executione ordinum taliter susceptorum. "Nos tamen etc."

CAP. XII.⁷⁹)

Ordinatus a Papa sine licentia Papae ad superiores ordines non promovatur.

Idem Mutinensi⁸⁰) Episcopo.

Quum in distribuendis "ordinibus constitutiones canonicae tempora certa distinguant, quae praecipue circa sacros ordines approbata quoque consuetudo docuit observanda, mirari cogimur et moveri, quia, sicut a multis accepimus et in fama vulgatur, infamis Baponiensis episcopus Albertum Imolensem electum in diaconum et presbyterum simul ordinare praesumpsit. Quia vero dimittere nolumus incorrecta quae contra constitutiones canonicae attentantur, praesertim ubi celebrius canonica iura docentur, ne praesumptoribus transeant in exemplum, quum haec non solum praesumptionis et fatuitatis nota non careant, sed nec ambitionis et pravitatis: discretionis vestrae per apostolica scripta praecipiendo

Cap. VI. 52) metropoles: Blond. — 53) veniant: Lips., Comp. I. — 54) poterunt episcopis ordinari: C. R. 1. — consecrari possunt: Lips. — consecrari possunt (possint): Aug. episcopis: Comp. I., Blond. 55) episcopum: C. R. 1. — 56) Restitutum ex c. 5. conc. Arel. II. hab. A. 452. — Burch. I. 27. Lips. XXXI. 15. Comp. I. c. 4. de elect. I. 4. — 57) Nullus episc.: Burch., Lips. — Nec ep.: Comp. I. — 58) Ut episcopus sine metropolitano vel epistola metropolitani vel tribus comprouincialibus non liceat ordinari: Coll. Hisp. — 59) vel duob.: omitt. Coll. cit. — 60) abest a Burch. et Coll. Hisp. — 60) utrobique nata fuerit dub.: Coll. Hisp. — 61) Restitutum ex Comp. I. c. II. de iureiur. II. 17. — 62) add.: in Registro: Comp. I. — 63) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 64) Rothomagensi: C. R. 2. — Iduntino: Comp. II. Ms. — Hydronin.: Aug. — 65) Verum quia nos plenam de Graecorum observantiam notitiam habere non possumus, nec est nobis certum, utrum consuetudo sic se habeat,

quod in part. . . . ordinentur: Comp. II. — 66) commixtiones rituum et consuetudines ordinum observari: ad. — Cap. X. 67) Restitutum ex Reg. Bal. I. 232. — Comp. III. h. t. c. 2. — 68) Cariloci: Comp. III. Aug. — leg.: Cariloci (Charlis). — 69) tua: Comp. III. Ms. — 70) abest a Comp. III. et Reg. — 71) dubitatis: C. R. 2., Reg. — 72) tali: C. R. — 73) videritis obviare: Comp. III., Reg. — 74) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — assign. Ao. 1200. sec. §. XXIX. Gest. Innoc. ap. Brequ. — cf. c. 3. de usu pall. l. 8. — 75) C. tit. S. Laurentii in Lucina presb. card. ap. sed. leg.: Comp. III., Böhm. — 76) duximus respondendum: Comp. III. — 77) et: C. R. 1. — 78) praesulis: lb. — 79) Restitutum ex Reg. Brequ. III. 32. — Comp. III. h. t. c. 4. — 80) Mutinensi: C. H. — Mutinensi ep. et magistro Uberto (Huberto) Ms.: Comp. III., Böhm. — Mutin. ep. et magistro Uberto canonico Modociensi: Reg.

mandamus, quatenus super his inquiratis diligentissime veritatem, executiones ordinatoris et ordinati, si quas forte duxerint allegandas, nihilominus audientes, ut per relationem vestram instructi plenius et securius in ipso negotio procedamus. Meminimus enim, id a nobis fuisse suppliciter postulatum, et clementer indulgentum, ut, quia praefatus A. ecclesiae Romanae subdiaconus erat, mandarem ipsum per Bononiensem episcopum promoveri. Dat. Lateran. [1200.]

CAP. XIII. 83)

Duo sacri ordines non possunt conferri eidem uno die, vel duobus, continuo ieiunio.

Idem 84) eidem et Magistro H. Subdiacono nostro.

Litteras vestras recepimus "responsivas" super inordinata ordinatione "A." Imoleusis electi, quem "G." Bononiensis episcopus praecedenti sabbato in diaconum, et sequenti die dominico continuato ieiunio in presbyterum ordinavit. In quo quantum uterque deliquerit, evidenter intelligit qui prudenter attendit. Si enim utrumque ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione unum ordinem uno die, et alium altero ieiunio continuato conferri, quum propter continuationem ieiunii fictione canonica, sive mane diei dominicae trahatur ad sabbatum, sive vespera sabbati ad diem dominicam referatur, profecto mane cum vespera seu vespera cum mane ad eundem diem pertinere dicitur. Nam si, quantum ad hunc necessitatis articulum pertinet, mane ad unum diem, et vespera referatur ad alium, cur esset continuatio ieiunii necessaria, quum et sabbato ante coenam, et dominica ante prandium intelligantur esse ieiunii? Ne autem si factum huiusmodi sub silentio transiremus, id alii licitum reputantes similia facere attentarent, et sic facti perversitas a posteris traheretur in exemplum. Praefatum itaque Bononiensem episcopum, ut puniatur in quo deliquit, a collatione ordinum, diaconii scilicet et presbyterii, alterum vero ab executione officii sacerdotalis tamdiu volumus manere suspensos, donec de illis aliter disponamus. Ut igitur etc.

CAP. XIV. 89)

Ordinans puerum tredecim annorum in diaconum, suspenditur a collatione ordinum: et ordinatus ab ipsius executione usque ad aetatem legitimam.

Honorius III. Episcopo et Archidiacono Legionensi.

Vel non est compos sui episcopus Conventrensis, vel nimis videtur a se scientiam repulisse, aut probatur ex malignitate peccasse, qui, ut alia, quae de ipso dicuntur, enormia taceamus, M. puerum latorem praesentium adhuc XIII. annorum contra sacrorum canonum instituta inordinate in diaconum dicitur ordinasse, in ludibrium ordinis clericalis, quod utique, si nobis plene constaret, quantumcumque simul praeiores ad veniam, quam ad debitam etiam ultionem, taliter hoc castigarem in ipso, quod ex poena culpa notoria redderetur, et revelata eius ignominia efficeret alios in similibus cautiores. Nolentes autem hoc relinquere indiscussum, Discretioni vestrae mandamus, quatenus, inquisita super his et cognita veritate, si rem invenieritis ita esse, praedictum episcopum a collatione ordinum sublati appellationis obstaculo suspendentes, ipsum, ut eidem M., quem ab executione officii diaconi usque ad aetatem legitimam in iniuriam suspendimus ordinantis, provideat in ecclesiastico beneficio competenti, per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compellatis.

CAP. XV. 5)

Episcopus conferens eidem una die plures sacros ordines, etiam si mandato metropolitani hoc fecerit, ab ordinandi potestate suspenditur.

Idem Leton. et Cala. Abb. 7)

Dilectus filius G. Humiliensis canonici nostro dudum apostolati reseravit, quod Humiliensis ecclesiae suo viduata pastore, ca-

nonie 10) sui, de substituendi pastoris electione tractantes, ipsum unanimiter elegerunt. Qui quum esset citra sacros ordines constitutus, venerabilis frater noster archiepiscopus Cassalensis metropolitani eorum episcopo Trecensi mandavit, ut eum uno et eodem die ad tres sacros ordines promoveret, quod ille non ausu proprio, sed ipsius archiepiscopi mandato perfecit; demum idem archiepiscopus requisitus consecrationis ei munus huiusmodi ordinationis occasione praetensa, impendere recusavit. Unde fuit nobis humiliter supplicatum, ut super hoc circa praefatum W. dignaremur de benignitate sedis apostolicae dispensare, maxime quum ad ordines ita suscipiendos non ex voluntate propriae diceretur festinantia properasse, sed tam te magna necessitate quam de utili providentia paene omnium tibi praesentium se permiserit taliter ordinari, pro eo, quod ecclesiae Ymilicensi multiplex periculum imminerebat, si eiusdem W. citra presbyteratus officium ordinatio differretur. Licet autem contra normam ecclesiasticam in facto ipso enormiter fuisset excessum, de misericordia tamen, quae superallat iudicio, venerabili fratri nostro Armachano archiepiscopo, et episcopo Mideni, et dilecto filio archidiacono Armachano dedisse recolimus in mandatis, ut inquisitu super praemis diligentius veritate, si rem invenirent taliter se habere, ac eundem W. alias idoneum et utilem ecclesiae Ymilicensi, dispensative ipsi tribuerent licentiam consecrandi, et quaequid in hoc per eundem invenirent archiepiscopum attentatum, per suas nobis litteras intimarent, ut per eorum relationem certiores effecti providere in eo, sicut esset expediens, curarem. Ipsi vero vocatis quos norant evocandos, et investigata plenius veritate, depositiones testium productorum utrimque ad nostram praesentiam transmiserunt. Quibus inspectis intelleximus evidenter, quod celebrata de praedicto W. electione, quum die sequenti fuisset idem W. a supra dicto Roffensi episcopo ad ordinem subdiaconatus promotus, idem episcopus archidiacono et canonicis Ymilicensibus seorsim vocatis, dicens, quod propter turbationem terrae ac multos malevolos, qui eidem W. invidias praeparabant, nolebat ipsum citra ordinem presbyteratus relinquere, iuramento firmavit, id supra dictum archiepiscopum tam metu mortis ipsius W., quam propter imminens periculum Ymilicensis ecclesiae praecipuisse, et quod officialis eiusdem archiepiscopi ex parte ipsius episcopo memorato inhibuit, ne iam dictum W., iam in subdiaconum ordinatum, tunc ad ultiores ordines promoveret. Cui eodem episcopo respondente, quod plus archiepiscopo, qui hoc ei ore suo mandaverat, quam illi crederet in hac parte, extensa super altare manu per sacrosancta iuravit, quod id mandaverat archiepiscopus saepedictus, et sic in diaconum et presbyterum W. saepedictum promovit. Probatum in super sufficienter invenimus, quod dictus archiepiscopus Joanni decano de Hely iniunxit, ut praefato episcopo inliberet, ne dictum W. eo die, quo ad tres ordines promotus existit, nisi ad subdiaconatus ordinem promoveret, eidem W. nihilominus inhibendo, ne se promoveri ulterius pateretur. Verum quum idem decanus ad Ymilicensem ecclesiam accessisset, tam saepedicto episcopo, qui iam subdiaconus ordinatus, vocatis his, qui erant in diaconos promovendi, et silentio cunctis indicto, ex parte Dei archiepiscopi Cassalensis inhibuit, ne iam dictum W. ad ultiores ordines promoveret, quam praefato W., ne se promoveri ulterius sustineret. Constitit quoque nobis ex literis iudicum praedictorum, quod saepedatus episcopus interrogatus in iure respondit, quod archiepiscopus non mandarat eidem, ut W. eodem die ad tres ordines promoveret, sed ex verbis archiepiscopo eum credidit illud velle. Hoc idem etiam dictus episcopus per suas nobis litteras intimavit. Praeterea ex ipsorum iudicum literis intelleximus, quod idem episcopus ultro iuravit in iure, quod universa, quae continebantur in eiusdem W. attestationibus, vera erant. Ex literis quoque tam supra dicti archiepiscopi, quam capituli ecclesiae Ymilicensis, quod, quum tam super electione ac ordinatione saepedicti W., quam etiam super quibusdam eius excessibus in concilio apud Kolmoeloco celebrato coram praefato archiepiscopo inter dictum W. et canoni-

Cap. XII. 81) humiliter: C. R. 1. — simpliciter: C. L. — multipliciter suppliciter: C. H. — 82) Albertus: Reg.
 Cap. XIII. 83) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 5., adhib. in consil. Rainerio ap. Bal. L. 593. — 84) Id. Mutin. ep. et mag. H. (W.: Ms.) theologo subdiacono nostro Modociensi (Mediocensi: Ms.) canonico: Comp. III. et eodem fere modo Böh. — Jo. de Mutin. ep. et mag. Ub. theol. subd. nostr. Modociensi can.: Rainer. — 85) sequi dominica: Comp. III., Rain. — 86) eodemque: C. R. 1. — 87) confertur: Comp. III., Rain. — 88) confertur: C. R. L. — 89) dicitur: C. R. 1. — dicitur: C. H. — 90) eundem: Comp. III. Aug. — 91) referretur: Rain. — 92) intelligamus: id. — 93) ieiunia: Comp. III. Aug. — ieiunii: Comp. III. Ms., Rain. — 94) abest a Coll. citt. — 95) ordinis: Comp. III. — abest a Rain. — 96) ordinis: C. H. — 97) abest a C. H. R. L., Coll. citt. — 98) ipsis: Rain.
 Cap. XIV. 89) Restitutum ex Comp. V. c. 2. de aet. et qual. I. 8. — 100) Conventen.: C. L. — Ovein.: Comp. V. Ms. — Ovet.: C. R. 1. — Oveten.: (Oviedo): C. R. 2., Comp. V. Cir. — 1) quod: Comp. V. — 2) san-

ctorum: Cir. — 3) diaconatus: C. R. H. L., Comp. V. — 4) in ecclesia de ben.: Comp. V. Cir. — 5) censuras ecclesiasticas: ead.
 Cap. XV. 6) Restitutum ex Reg. Innocentii III. ap. Bal. XIII. 196. Comp. IV. h. t. c. 1. — 1) Immo Innocentius III. — Leon. et Sabien. abb.: C. R. 1. — Leon. et Sabrien. abb.: C. R. 2. — Salubrien. et Leonen. abb.: C. H. — Leonen. et Salubruzen. abb.: C. L. — Leonen. et Sal. abb.: Cont. — Leonen. et Saburien. abb.: Comp. IV. Aug. — Leonen. et Salubien. abb.: Ms. A. — Leonen. et Salebat. abb.: Ms. B. — Lavoniensi et Findbarensi episcopis et abbati de Magio Limricensis diocesis: Reg. — 8) Molyen.: C. R. 1. per tot. — Milicensis: C. R. 2. — Ymeten.: C. H. — Imolen.: Comp. IV. per tot. — Ymilicensis: C. L., Reg. — 9) Emilicen.: C. H. — Ymilicen.: C. R. 2. — cf. not. 8. — 10) concanonici: Comp. IV. Aug., Reg. — 11) infra: Comp. IV. Aug. — extra: Ms. A. — 12) institutus: C. R. 1. — 13) Cassan.: C. R. 1. — Cassalen.: Comp. IV. Aug. — Cassalen.: Comp. IV. Ms. A. B. — Cassatens.: Böh. — Casselens.: Reg., C. R. 2. — 14) Trecenen.: C. R. 1. — Roffensi: Reg. — 15) abest a C. L. — uno die: Comp. IV. Ms. A. — 16) quum ille... perfecisset: Reg.

coꝝ quaestio suborta fuisset, et demum ab utraque parte ad nostram audientiam appellatum, idem W., non exspectato termino, quem appellationi suae duxerat praefigendum, supradictas a nobis literas veritate tacita impetrauit. Quum ergo¹⁷⁾ ex praemissis nobis constiterit, supradictum¹⁸⁾ episcopum in pluribus deliquisse, tum, quia sine mandato archiepiscopi, ut¹⁹⁾ ipse confessus existit, ad huiusmodi ordinationem inordinate processit, tum, quia, "et" si de mandato archiepiscopi constaret, quum illi huiusmodi dispensatio a canone minime sit permessa, "quam ad solum Romanum Pontificem non est dubium pertinere," ipsi obtemperare non debuit²⁰⁾ in hac parte; tum etiam, quia reatum²¹⁾ periurii²²⁾ saepius variavit, iurando prius, quod archiepiscopus id praeceperat, et postea, quod illud non mandaverat in iudicio confitendo, ipsum "de fratrum nostrorum consilio" tamdiu ab ordinandi suspendimus potestate, donec nostram meruerit gratiam²³⁾ obtinere. "Saepe dictum quoque etc. Dat. Lat. Non. Ian. Pont. nostr. Ao. XIII." [1211.]

CAP. XVI.²⁴⁾

Ordinatus ad sacros extra tempora statuta, ordinem recipit, et post poenitentiam cum eo dispensat episcopus.

Gregorius IX. Archiepiscopo Baranensi.²⁵⁾

Consultationi tuae taliter respondemus, quod eos, qui extra tempora statuta sacros ordines receperunt²⁶⁾, characterem non est dubium recepisse, quos pro transgressione huiusmodi, primo eis poenitentia imposita competenti, sustinere poteris in susceptis ordinibus ministrare, "attentius provisurus etc. Dat. Reate II. Id. Nov. Pont. nostr. Ao. V." [1231.]

CAP. XVII.²⁷⁾

Ocultus criminosis, praeter homicidam, post poenitentiam in susceptis ministrat, et ad superiores ascendit; ante poenitentiam movetur, ut etiam in susceptis non ministret.

Idem.

Quaesitum est de sacerdotibus vel aliis clericis, qui per reatum adulterii, periurii, homicidii vel falsi testimonii bonum conscientiae rectae perdidierunt (*Et infra:*) Respondemus, quod, si proposita crimina ordine iudiciario comprobata, vel alias notoria non fuerint, non debent hi, praeter reos homicidii, post poenitentiam²⁸⁾ in iam susceptis vel suscipiendis ordinibus impediri; qui, si non poenituerint, movendi sunt et sub interminatione divini iudicii obtestandi, ut in testimonium suae damnationis in susceptis etiam ordinibus non ministrent.

TITULUS XII.

DE SCRUTINIO IN ORDINE FACIENDO.

CAP. UN.¹⁾

Episcopus interrogatus in scrutinio episcopi ordinandi, potest respondere illum dignum, si non novit illum indignum.

Innocentius III.²⁾

Ex parte tua fuit propositum (*Et infra:*) "Quaesisti praeterea per sedem apostolicam doceri, ut, quum episcopi ad consecrationes episcoporum ab archiepiscopo vel etiam alio erocentur, et ipsi metropolitano electum offerant consecrandum, dicentes: „Reverende pater, postulat sancta mater ecclesia hunc electum in episcopum consecrari," et interrogante archiepiscopo, si sciunt, illum esse dignum, respondeant, quod illum sciunt et credunt pariter esse dignum, et te in responsione huiusmodi, ne offenderes hominem,

Deum existimes offendisse, quandoque praeter, quandoque contra conscientiam respondendo, quum electi conversatio aut minus tibi cognita aut penitus sit ignota, qualiter in huiusmodi interrogationibus, salvo conscientia, valeas respondere. Ad quod³⁾ Fraternalitati tuae taliter respondemus⁴⁾, quod, quum "nos" aliquem in diaconum vel presbyterum promovemus, prior diaconorum, qui nobis assistit, dicit⁵⁾: „Postulat sancta mater ecclesia "catholica" hunc diaconum vel subdiaconum ad unum presbyteratus vel diaconatus assumi," et nobis interrogantibus, si eum cognoverit⁶⁾ esse dignum, idem respondet, quod, quantum humana fragilitas nosse sinit, et scit; et testificatur, illum ad huiusmodi onus officii esse dignum. Unde in tali responsione aliquem peccare non credimus, dummodo⁷⁾ contra conscientiam non loquatur, quia non simpliciter illum⁸⁾ asserit esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nosse sinit, quum illum, quem indignum esse non novit, dignum debeat aestimare. Huiusmodi ergo responsione secure uti poteris, nisi forte de indignitate tibi constiterit consecrandi. Si autem illum indignum esse cognoscis⁹⁾, metropolitano, priusquam ad huiusmodi scrutinium veniat, secreto¹⁰⁾ studeas nunciare vel intimare¹¹⁾, quamvis, "ut diximus," nos interrogationem¹²⁾ huiusmodi non in consecratione pontificis, sed in ordinatione diaconi vel presbyteri faciamus. "Postulasti etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. Id. Mart. Ao. IX." [1206.]

TITULUS XIII.

DE ORDINATIS AB EPISCOPO, QUI RENUNCIAVIT EPISCOPATU¹³⁾.

CAP. I.²⁾

Episcopus, qui renunciavit loco tantum, invitatus conferre potest ordines, sicut prius. Si vero et dignitati, cum ordinato per eum ad minores vel ignoranter ad sacros dispensat episcopus suus; cum ordinato vero scienter ad sacros, non dispensat.

Alexander III. Toletano³⁾ Archiepiscopo.

Requisivit a nobis tua fraternitas⁴⁾, utrum clerici, qui post renunciationem factam a praedecessore tuo ordines receperunt⁵⁾, in ipsis⁶⁾ debeant remanere, "aut ad maiores de iure canonum promoveri? Nos igitur, quia nobis non plenarie de veritate constat, non possumus tibi super hoc breviter respondere." Respondemus igitur distinguendo⁷⁾, utrum renunciaverit⁸⁾ loco tantum, an⁹⁾ loco simul et dignitati. Nam in primo casu ordines, sicut antea, "nisi a summo Pontifice vel eius legato prohibitus fuerit," rogatus ab episcopo aliquo¹⁰⁾ poterit de ratione conferre. In secundo vero casu¹¹⁾ distinguendum putamus, utrum sacros¹²⁾ contulerit, an¹³⁾ minores. Si enim a tali ordines usque ad subdiaconatum aliquis¹⁴⁾ acceperit¹⁵⁾, quia et¹⁶⁾ huiusmodi ordines a non episcopis quandoque¹⁷⁾ conferuntur, et in illis deservire poterit, et ad maiores, si idoneus fuerit, promoveri¹⁸⁾. Sane si ab eodem sacros ordines "facta renunciatione" scienter quis receperit¹⁹⁾, quia indignum se fecit²⁰⁾, executionem officii non habebit. Ubi autem²¹⁾ non scienter, poterit²²⁾, nisi crassa et supina fuerit ignorantia, discretus²³⁾ pontifex dispensare.

CAP. II.

Breve est.

Gregorius IX.

Cum clericis, qui ab excommunicato episcopo ignoranter²⁴⁾ ordines receperunt, per suos poterit episcopos dispensari.

Cap. XV. 17) igitur: C. R. H. L., Comp. IV. — seq.: nobis: abest a Ms. A. — 18) Ruffensis: Reg. — 19) sicut: Comp. IV., Reg. — 20) debet: Cont. — debuerit: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 21) reatu: ib. — cum reatu: Reg., Böhm. — 22) add.: incurrens: Comp. IV. Ms. A. — 23) abest ab Aug.

Cap. XVI. 24) Affertur ex Reg. Gregor. IX. V. 154. a Raynaldo I. 381. — 25) Baranensis: C. R. 2. — Baransi: Raynald. — 26) suscepunt: C. R. 1.

Cap. XVII. 27) Epist. Clem. III. eiusdem fere verbis concepta, legitur in Coll. II. de aet. et qual. I. 8. Diversam vero eam esse ab ea, quae Gregorii nomine hoc loco profertur, errasse itaque Gonzalezium, quum Clementem huius auctorem esse contenderet, utriusque argumento perspecto facile intelligitur. — 28) add.: peractam: C. H.

TIT. XII. Cap. un. 1) Restitutum ex Reg. Braqu. IX. 33. — Comp. III. h. t. c. un. — 2) Episcopo Auriensi: Reg. — 3) diximus respondendum: ib. — 4) abest a C. H. — 5) cognovit: Comp. III., Reg. — 6) dum hoc modo: Comp. III. Aug. — 7) eum: C. H. — 8) cognoverit: C. R. 1. — cognoscas: Reg. — 9) abest a Comp. III., Reg. — 10) vel int.: omitt. a C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 11) interrogantibus: Comp. III. Aug.

TIT. XIII. 1) De ord. ab ep., qui resignavit, vel excommunicato:

C. R. 1. — De ord. ab ep., qui renunc. ep., vel excommunicato: C. R. 2. — De ord. ab ep., qui resignavit ep., vel excommunicato: C. L.

Cap. I. 2) Restitutum ex App. XXVI. 18., Lips. XI. 18., Cass. XXI. 26., Comp. I. h. t. c. un. — 3) Tolosano: App., Lips., Cass. — In App. ad marg. adscript. est: Item Andrensi Ep. P. C. Consultit (c. 15. de iur. patr. III. 38.), quod omnino non quadrat et editorum culpa videtur factum esse. — Col. (i. e. Colonienis) C. R. 2., quam inscr., argumentis historicis nixus, pleno, ut videtur, iure approbat Gonzalezium. — 4) serenitus: C. R. 1. — 5) acceperunt: Comp. I. Ms. — suscepunt: Comp. I. Aug., App. — suscepunt: Cass., Lips. — 6) his: Lips. — 7) Nam distinguatur, utrum (add.: renunciatus: App.) renunciat (renunciat), App., Comp. I. Ms.) loco simul et dignitati; nam ubi loco tantum renunciat, ordines etc.: Coll. citt. — 8) renunciavit: C. H. L., Cont. — 9) aut: C. R. 2. — 10) alio: App. — 11) abest a C. H. R. L. — Quum autem loco pontificali (episcopali): Cass. — add.: simul: App., Lips., Cass.) cedat et ordini, ibi distinguendum (add.: esse: App.) putamus: Coll. citt. — 12) add.: ordines: Lips., Cass. — 13) vel: C. H. — 14) quis: C. R. H. L., Coll. citt. — 15) receperit: App. — 16) abest a C. H. — 17) quondocumque: Böhm. — 18) ordinari: App. — 19) suscepit: ead. — 20) fecerit: C. R. 1. — 21) abest a Lips., Cass., Comp. I. — 22) ibi poterit: Lips., Cass. — 23) discretus: Cass. — Cap. II. 24) abest a C. R. 1.

TITULUS XIV.

DE AETATE ET QUALITATE ET ORDINE
PRAEFICIENDORUM.CAP. I.¹⁾*Non summatur.**Ex concilio Pictaviensi.²⁾*

Ut abbates ^{et} decani³⁾ et praepositi, qui presbyteri non sunt, presbyteri fiant, *"aut praelationes amittant;"* qui archidiaconatus tenent, diaconi *"fiant,"* qui vero⁴⁾ archipresbyteratus, presbyteri⁵⁾, aut amittant⁶⁾ honorem⁷⁾. Quod si aliqua iusta causa prohibente presbyteri aut diaconi esse non potuerint⁸⁾, praelationes amittant.

CAP. II.⁹⁾

Ecclesia dispensative minori concessa non per laicos, sed per clericos regi debet, donec ille perveniat ad aetatem.

Alexander III. Cantuariensi¹⁰⁾ Archiepiscopo.

Ex ratione *"commissae tibi dignitatis et consideratione legationis ad universas ecclesias tuae legationis aciem sollicitudinis tuae debes extendere, et quae enormiter seu contra iustitiam facta fuerint pastoralis cura corrigere et emendare, quatenus de commissis ovibus coram patrefamilias plenam reddere valeas rationem, et tibi pro labore et sollicitudine tua merces copiosa cumuletur in caelis."* Accipimus *"aulem,"* quod Conventrensis¹¹⁾ episcopus, *"non attendens, quid sacrorum canonum statuta decernant, nec modestiam pontificalem conservans,"* pueris, qui sunt infra¹²⁾ decennium constituti, in archidiaconatu *"dilecti filii nostri"* R. archidiaconi Cistrensis¹³⁾ ecclesias plures concessit, quae non per clericos, sed per laicos *"dispensantur et"* disponuntur. Unde¹⁴⁾ quoniam *"hoc ecclesiasticae utilitati est iniuicium et rationi contrarium, et ideo" non debet hoc¹⁵⁾ aliquatenus¹⁶⁾ tolerari, "fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo"* mandamus, quatenus, *"si ita res se habet,"* praedictum episcopum super his *"viva increpatione"* corripias¹⁷⁾ *"et castiges"*, et clericis idoneis¹⁸⁾ administrationes et custodiam praescriptarum¹⁹⁾ ecclesiarum, donec praedicti pueri ad congruam veniant²⁰⁾ aetatem, *"omni occasione et appellatione cessantibus"* laicis amotis committas, eidem episcopo *"arctius"* prohibens²¹⁾, ne de cetero ecclesias, nisi personis, quae aetatem et scientiam habeant, regendas concedat. Quod²²⁾ si secus egerit, ei debitam poenam²³⁾ infligens²⁴⁾, institutionem et concessionem ipsius omnino viribus carere decernas.

CAP. III.²⁵⁾*Regimen ecclesiae minori XIV. annis committi non debet.**Idem Cantuariensi Archiepiscopo et eius Suffraganeis.*

Indecorum est *"admodum et absurdum,"* ut hi debeant ecclesias regere, qui non noverunt²⁶⁾ gubernare se ipsos²⁷⁾, quum ad ecclesiarum regimen tales personae sint admittendae, quae discretionem praecipient, et morum vulgante honestate. *"Nolentes itaque²⁸⁾ sustinere, ut "ad preces vel ad instantiam aliquorum, sicut frequenter solet in vestris partibus fieri,"* parvulis ecclesiae²⁹⁾ regimen committatur, *"fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo"* mandamus, quatenus nemini infra³⁰⁾ annum XIV. constituto personatum cuiuslibet³¹⁾ ecclesiae *"aliquorum gratia*

vel obtentu" concedere praesumatia, scituri pro certo, quod³²⁾, si *"praeprocepto nostro in hac parte"* contraire praesumpseritis, quod inde feceritis *"auctoritate Dei penitus"* irritabimus, et inobedientiam vestram graviter puniemus.

CAP. IV.³³⁾

Ad regimen ecclesiarum non debet institui indignus scientia, moribus, vel aetate, et qui habet duas ecclesias, alteram dimittere cogitur, nisi causam subit.

Idem.³⁴⁾

Eam te decet *"in ordinandis ecclesiis tuae dioecesis curam habere, ne ullus in eis contra decreta, quae in Lateranensi concilio edidimus, vel etiam contra antiquas sacrorum canonum sanctiones clericus ordinetur, sed tales in ipsis satagas ponere, qui commissi tibi gregis curam commode gerere possint, et exemplo boni operis ad virtutes incitent. Inde est, quod praesentibus tibi literis"* Arctius inhiemus, ne personas, quae in ecclesiis tui episcopatus ad eam animarum fuerint ordinandae, in ipsis instituas, nec³⁵⁾ aliqua occasione, vel³⁶⁾ etiam literarum nostrarum obtentu institui patiaris, quae scientia, moribus et aetate concilii non congruant institutis. Sed etiam habentes plures ecclesias, quae ex una non pendeant, tibi liceat appellatione postposita cogere ad unam ipsarum, quam maluerint, dimittendam, nisi ita³⁷⁾ fuerint tenues in substantia, quod proprios³⁸⁾ sacerdotes non possint³⁹⁾ convenienter alere⁴⁰⁾. *"Illas autem etc. [cf. c. 22. de iure patron. III. 38.]"*

CAP. V.⁴¹⁾

Is, qui nondum est in sacris, si alius est idoneus, ad regimen parochialis ecclesiae dispensative potest assumi.

Idem.⁴²⁾

Praeterea licet ad regimen⁴³⁾ parochialis ecclesiae non debeat⁴⁴⁾ aliquis, nisi subdiaconus⁴⁵⁾ ad minus, admitti⁴⁶⁾, dispensative tamen in minoribus ordinibus constituti consueverunt assumi⁴⁷⁾, dum tamen⁴⁸⁾ tales sint, quod⁴⁹⁾ infra breve tempus possint⁵⁰⁾ in presbyteros ordinari⁵¹⁾.

CAP. VI.⁵²⁾

Propter necessitatem et utilitatem ecclesiae compelluntur clerici ipsius recipere ordines, suis beneficiis non annexis.

Idem.⁵³⁾

Quaeris a nobis, quid agendum sit de clericis tuae⁵⁴⁾ iurisdictioni commissis, qui, quum beneficiis ecclesiasticis multis⁵⁵⁾ abundant, a te communiti nolunt ad maiores ordines promoveri, se⁵⁶⁾ tale quid secreto commississe dicentes⁵⁷⁾, quod eos salva conscientia ordinari non sinit. Quum⁵⁸⁾ igitur super hoc casu videantur sacri canones discordare, quum quidam dicant, eos minime compellendos, alii vero contrarium asseverant⁵⁹⁾, omnis contrarietatis vinculum praesenti pagina enodamus, statuentes, ut, si praedicti clerici perceptione maiorum ordinum propter occulta sua peccata se indignos esse fatentur, inferiores in *"eadem"* ecclesia, quorum sit vita probabilis, *"secundum institutionem canonicam"* praefertur eisdem. Et nisi forte illi, qui ordinari pro iam dicta causa recusant, in aliis ecclesiae servitiis valde utiles fuerint, auferantur eis beneficia et alii canonice conferantur. Quod si pro sola voluntate⁶⁰⁾ renuerint ordinari, et suaserit utilitas ecclesiae, aut necessitas *"prorsus exegerit,"* ipsos⁶¹⁾, dummodo idonei sint⁶²⁾, ad ma-

TIT. XIV. Cap. I. 4) c. 7. conc. Pictav. A. 1078. — Lips. LII. 2. Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Comp. I. et Böhm. add.: P. C. Decrevit (quod canonum concil. Pict., in Lips. relatorum, initium est.) — 3) diaconi: conc. ap. Mans. — 4) abest a conc. et Coll. citt. — 5) add.: fiant: C. R. 2., conc. — 6) dimittant: C. R. — 7) honores: conc., Coll. citt. — 8) poterint: C. H. Cap. II. 9) Restitutum ex App. XXV. 1., Lips. XIX. 1., Cass. XXX. 1., Comp. I. h. t. c. 3. — 10) Lucensi Ep.: Lips. — 11) cum vetren.: Cass. — Contreven.: Lips. — Convetren.: C. R. (Coventry) — 12) intra: Cont., Böhm. — infra X. annos: Cass. — 13) Castron.: Lips. — Cistrien.: C. R. 2. — Castron.: (Chester) Comp. I. Aug. — 14) Verum: Comp. I. Aug. — 15) abest a Coll. citt. — 16) eatenus: App. — 17) corrigis: ead. — 18) cler. seu ministris idoneis custodiam: ead. — 19) praescriptum: Böhm. 20) perveniant: Coll. citt. — 21) et... prohibens: ead. — 22) Qui: Comp. I. — 23) poenitentiam: App. — 24) infligis: Coll. citt. Cap. III. 25) Restitutum ex App. XXV. 2., Lips. XIX. 2., Cass. XXX. 2., Comp. I. h. t. c. 4. — 26) noverint: C. H., Cass. — 27) semetipsos regere: App. — gub. se ips.: omitt. a Lips. et Cass. — 28) igitur: C. R. 1. — 29) abest a C. R. H. et App., Lips., Comp. I. — ecclesiarum: Cass. — 30) intra: Cont., Böhm. — 31) alicuius: App. — 32) abest a C. H.

Cap. IV. 33) Restitutum ex Lips. XIX. 4., Cass. XXX. 4., Comp. I. h. t. c. 5. — 34) Inscriptionem nec Lips., nec Cass., nec Comp. I. suppeditant. Tornacensi Ep. scriptam et ex c. 7. de reacr. I. 3. restituendam esse sibi persuaserunt Gonzalezius et Bömerus, qui error notatus est n. 83. ad c. 7.

cit. — 35) ne: C. L. — vel: Lips., Cass., Comp. I. — 36) sive lit.: Lips., Cass. — 37) ipsae: Lips. — 38) proprium sacerdotem: Lips. — 39) possunt: C. R. — poterint: Cass. — 40) habere: C. H. R. L., Coll. citt.

Cap. V. 41) Restitutum ex App. XXV. 5., Lips. XIX. 6., Cass. XXX. 5., Comp. I. h. t. c. 6. — 42) Eroniensi Ep.: Lips., Cass., Comp. I. — Leroviensi: App. — add.: P. C. In literis: Lips., Comp. I., quo indicatur c. 9. de off. iud. del. I. 29. — 43) presbyteratum: Lips., Cass., Comp. I. — personatum: App. — 44) debebat: Cass. — 45) omitt. ab App. — 46) recipi: Lips., Comp. I. — admitti vel recipi: App. — 47) admitti: C. R. 1., Coll. citt. — 48) dummodo tales: App. — 49) qui: C. H. — 50) subdiaconatum, diaconatum et presbyteratum possint recipere: Lips., Comp. I. — subdiaconatum et presbyteratum p. r.: Cass. — subdiaconatum et diaconatum: App. — 51) subscr. vid. in adnot. ad c. 9. de off. iud. del. I. 29.

Cap. VI. 52) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 53) Bern. ep.: Comp. II., Ms. B. — Brigeni: Aug. — Brixien: Ms. C. — In gloss. Ms. B. add.: Haec decretulis nomine Alex. III. solet intitulari, unde minor, quare magister Bernardus Compost. a domino Innocentio III. quaesierit, an eam edidisset. — 54) add.: dioecesis: Comp. II. Ms. A. — 55) multum: C. H. R. L. — 56) sed: Böhm. — 57) confidentes... quod eo... ordinandi non sunt: Comp. II. Ms. A. — 58) Licet igitur super hoc (tali: Aug.) casu: Comp. II. — 59) asseverant: Comp. II. Ms. B., Aug., Böhm. — 60) add.: sua vol. renuant: Comp. II. Ms. A. — 61) abest a C. H. — 62) fuerint: Comp. II. Ms. A.

iores ordines recipiendos⁶²) per amissionem locorum, *vel ordinum, quos habent,* et beneficiorum subtractionem, appellatione cessante⁶⁴), compellas⁶⁵).

CAP. VII.⁶⁶)

Eventus mortalitatis infirmi non impedit promovendi eius medicum periculum, sollicitum et traditiones artis observantem.

Clemens III. R. Colonien⁶⁷) Canonico.

Ad aures nostras te significante pervenit, quod, quum⁶⁸) in arte physica eruditus sis⁶⁹), pluribus iuxta ipsius⁷⁰) artis traditionem⁷¹) exhibuisti cum diligentia medicinam, licet pluries in contrarium successerit⁷²), et quibus putabas adhibere medelam, medicinis perceptis mortis periculum incurrerunt. Verum quia, *sicut asseris,* ad sacros ordines desideras promovendi, *et* super eo⁷³) nos consulere voluisti. Tibi breviter respondemus⁷⁴), quod, si super praemissis conscientia tua⁷⁵) te remordeat⁷⁶), ad maiores ordines de nostro consilio non ascendas.

CAP. VIII.⁷⁷)

Qui steterit per annum in suspensione, priusquam beneficio, quod prius habebat, et quod interim acquisivit.

Coelestinus III.⁷⁸)

Quum bonae memoriae Clemens Papa praedecessor noster I. Buccarum⁷⁹), *Melearum, Maium Raafacum* et quosdam alios Baranenses⁸⁰) clericos vocavisset, ut ad praesentiam ipsius accederent, H.⁸¹) archidiacono suo, quem graviter laeherant, responderi⁸²), quia venire iuxta mandatum apostolicum contempserunt, in eos fecit *per Vigiliensem episcopum* sententiam suspensiois promulgari⁸³), in qua, *sicut dicitur,* triennio permanentes, quidam ex ipsis suspensi⁸⁴) aliud beneficium ecclesiasticum sunt adepti. Et quia, utrum beneficia sic recepta⁸⁵) possint rationabiliter retinere, nos consulere voluisti, *significatione tibi praesentium* respondemus, quod non licet⁸⁶) eis *nec* illa⁸⁷), quae habuerunt⁸⁸) beneficia, vel quae postmodum sunt adepti aliquatenus retinere. Unde *venerabili fratri nostro* Baranensi⁸⁹) archiepiscopo⁹⁰) dedimus in mandatis, ut eos pro tanta pertinacia⁹¹) et contemptu apostolico⁹²) beneficiis, quae habent, non differat spoliare, *ea tandiu etc.*

CAP. IX.⁹³)

Subdiaconus in episcopum eligi potest.

Innocentius III.⁹⁴)

A multis multotiens, an subdiaconus in episcopum eligi valeat, haesitatur⁹⁵). Siquidem Urbanus⁹⁶) Papa primus decrevit, ut nullus in episcopum, nisi in sacris ordinibus *et* religiose vivens inventus fuerit, eligatur. „Sacros,“ inquit, „ordines diaconatum dicimus et presbyteratum; hos siquidem⁹⁷) solos primitiva ecclesia legitur⁹⁸) habuisse. Subdiaconos vero, quia etiam⁹⁹) ipsi ministrant altarium, opportunitate exlgente concedimus in episcopos¹⁰⁰) eligi; si tamen praeclara¹) scientiae ac religionis existant; quod ipsum non sine Romani Pontificis vel metropolitani licentia fieri permittimus.“ In quibus verbis innuitur, quod Urbanus ad statum primitivae ecclesiae se referens, in quo subdiaconatus ordo sacer minime dicebatur, instituit, ut de subdiacono; nisi utilitatis causa, et tunc²) etiam, nisi de permissione metropolitani vel Romani Pontificis, non posset³) electio celebrari. §. 1. Verum

quum hodie subdiaconatus inter sacros ordines computetur, sicut Urbanus Papa II. sub his verbis expressit⁴): „Erubescant impii et intelligant, iudicio Spiritus sancti eos, qui in sacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, si caste non vixerint, excludendos ab omni eorumdem graduum dignitate,“ et iterum⁵): „Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo aut probatae castitatis⁶) existat⁷), et qui usque ad subdiaconatum unicam et virginem habuerit⁸) uxorem;“ et ad similitudinem diaconi et presbyteri subdiaconus debet⁹) continentiam observare, sicut est¹⁰) in sexta synodo constitutum, ut, si quis eorum, qui ad clerum accedunt, nuptiali iure mulieri voluerit copulari, hoc ante subdiaconatum ordinem faciat; et beatus Gregorius statuisse legitur¹¹), ut nullum facere subdiaconum praesumant episcopi, nisi qui se caste victurum promiserit: §. 2. Nos volentes super hoc articulo disceptationis materiam amputare, statuisimus, ut subdiaconus in episcopum valeat libere eligi sicut diaconus vel sacerdos.

CAP. X.¹²)

Irregularis et in minoribus potest dispensative in abbatem institui.

Idem tit.¹³) S. Crucis Presbytero cardinali.

Tuam in Domino diligentiam commendamus¹⁴), quam super monasterio sancti Quirici¹⁵) reformando¹⁶) dignosceris adhibere¹⁷). *Devotioni tuae praesentium auctoritate* Mandamus, quatenus, si non potes eidem monasterio de persona idonea melius providere, tu monachum¹⁸) illum, quem *in* literis tuis de honestate ac industria commendasti, per quem status eiusdem loci creditur reformandus, nullum prorsus habens respectum ad petitionem illicitam, quam quidam laici faciebant, sed ex tuae duntaxat provisionis officio, instituas in abbatem, ita videlicet, quod ad sacros ordines non ascendat¹⁹), quum, instante necessitatis articulo possit in abbatem assumi etiam in minoribus ordinibus constitutum. Et laici memorati non sint conanguinitate vel affinitate coniuncti monacho memorato, ut ex ipsorum petitione debeat contra eum aliqua sinistra suspicio suboriri.

CAP. XI.²⁰)

Abbas, si est presbyter, et est benedictus, conferre potest ordinem clericalem.

Idem Rothomagensi Archiepiscopo.

Quum contingat interdum, quod laici ad monasteria convolantes a suis abbatibus tonsurentur, *apostolicae sedis oraculum* requisisti, an clericatus ordo in tonsura huiusmodi conferatur? Super quo tibi²¹) respondemus, quod, quum in VII. synodo sit statutum²²), ut lectores per manus impositionem licentia sit unicuique abbati in proprio²³) monasterio solummodo faciendi, dummodo ipsis²⁴) ab episcopo, secundum morem praeficiendorum²⁵) abbatum, manus impositio facta noscatur, et constat, eum existere sacerdotem, per primam tonsuram, iuxta formam ecclesiae datam, a talibus *abbatibus* clericalis ordo confertur. *Praeterea etc.* [cf. c. 24. de reser. l. 3.] *Dat. Later. Kal. Sept. An. XIII.* [1210.]

CAP. XII.²⁶)

Si canonicus regularis factus monachus, iusta de causa ad canoniam reversus, ibi postea praeficiatur, licite tenere poterit praelaturam.

Idem c. 27)

Intelleximus, quod, quum *ante, quam esses assumptus ad regimen*

Cap. VI. 43) suscipiendos: Comp. II. Aug. — 64) remota: C. R. 1. — 65) cogere valebis: Comp. II.

Cap. VII. 66) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 377., Comp. II. h. t. c. 2. — 67) Col.: abest a Comp. II. Ms. A. — Coelestinus III.: Luc. simpliciter. — 68) abest a C. R. 2. H. L. — 69) abest a C. R. H. L. — existas: Luc., Comp. II. — 70) illius: C. H. — 71) traditiones medicinus cum dil. tribuisti: Luc., Comp. II. — 72) tibi successerunt, et quib. putaveras adh. cautelam: Luc. — 73) hoc: Luc., Comp. II. Ms. A. — 74) duzinus respondendum: Luc. — 75) abest a C. H. L. — 76) remordeat: C. R. H. L. — te videtur... remordere: Luc., Comp. II.

Cap. VIII. 77) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 385., Comp. II. h. t. c. 3. — 78) Clemens III.: C. H. — Idem Lucensi capitulo: Luc. — 79) Buccarum: C. R. 1. — Butarum: C. R. 2. — Buccaren: Cont. in Comp. Luc. haec nomina expressa sunt per siglas: L. M. M. — in Comp. II. Ms. A. ita leg.: I. episcopo Bucar. mandasset, quod N. de focari et quosd. al. Bucaren. — 80) Bairen: C. R. 1. — Barenens.: C. R. 2. H. L. — Baren.: Luc. — 81) Berardo: Luc. — ut Bernardo (Berardo): Ms. A. — B.: Ms. B.) archidiacono suo, quem graviter laeherant, satisfecerunt et (sat. et. desid. in Ms. A.) ad ipsius praesentium accederent responderunt: Comp. II. — 82) omnes: Comp. II. Ms. A. — 83) promulgare: Böhm. — 84) suspensio: Comp. II. Aug., Ms. A. — 85) sic rec.: omitt. a Comp. II. — sic adeptus: C. R. 1. — ben. adeptus: Luc. — 86) licet illos: Luc. — 87) ea: Comp. II. Ms. A. — 88) habuerant... nec ea, quae: Luc., Comp. II. — 89) Bucaren.: Comp. II. Ms. A. — Buc.: Luc. — Barrin.: C. R. 1. — Baren.: C. R. 2., Comp. II. Aug. — Baren.: C. R. 2., Comp. II. Ms. B. — 90) episcopo: Luc., Comp. II. — 91) contumacia: C. R. 1. — 92) sed. apod.: Comp. II. Ms. A.

Cap. IX. 93) Reg. Bal. X. 104. — Comp. III. h. t. c. 6. — 94) Insuperio desid. in Reg. et Comp. III. — Sed quia decr., quae in Comp. III. antecedit, ad Mutinensem directa est, post Contium et Pithogus Böhm. hanc quoque illi censuit inscribendam esse. Data est autem occasione electionis episcopi Meldensis, ut colligitur ex Reg. X. 163. — 95) dubitatur: C. R. 1. — 96) cf. c. 4. Dist. LX. — 97) quidem: C. L. — 98) eligitur: C. R. 2. — 99) et: C. H., Comp. III., Reg. — 100) in ep. et.: desid. in Comp. III., Reg. — 1) spectulatae: ib. — 2) et de permissione: C. R. 1. — et tunc etiam de perm.: C. R. 2. H. L., Cont., Comp. III., Reg. — 3) possit: C. H. — 4) cf. c. 11. Dist. XXXII. — 5) c. 12. ib. — 6) vitus: C. H. — 7) existit: Böhm. — omitt. a Comp. III. et Reg. — 8) habuerat: C. L. — habuit: Comp. III. — 9) debeat: Comp. III. Ms., Reg. — subdiaconi debeant: C. H. — diaconus debeat: C. L. — 10) sic. et... constitutum est: Cont., Böhm. — cf. c. 7. Dist. XXXII. — 11) legatur: Comp. III., Reg. — cf. c. 1. Dist. XXXI.

Cap. X. 12) Reg. Bal. XI. 273. — Comp. III. h. t. c. 7. — 13) L. tit. S. Crucis etc.: Comp. III. — Leoni tit. S. Crucis etc.: Reg. — 14) commendantes: C. R. 1. H. L., Comp. III. Ms., Reg. — 15) Quirini: Böhm. — 16) abest a C. R. H. — 17) habuisse: C. R. 1. — 18) tu mon.: omitt. C. H. — 19) ascendet: Comp. III. Aug.

Cap. XI. 20) Restitutum ex Reg. Bal. XIII. 127. — Comp. IV. h. t. c. 1. 21) taliter: C. H. — frat. tuae taliter: Comp. IV., Reg. — 22) cf. c. 1. Dist. LXX. — 23) suo: C. H. — 24) ipsi: Reg. — 25) perficiendorum: Reg.

Cap. XII. 26) Restitutum ex Reg. Bal. XIII. 4. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 27) R. Abbati S. Martin. Laudanensis Praemonstratensis ordinis: Reg.

abbatiae, in monasterio tuo fueris laudabiliter conversatus, ad monasterium sancti Innocentii talis ordinis accessisti, ubi, quum aliquamdiu in ipso ordine permansisses, demum ad cor reversus de metropolitanis et aliorum religiosorum consilio ad primam domum redire curasti, in qua tandem regularis observantiae disciplina taliter Deo et hominibus placuisti, quod per tuorum exigentiam meritorum fratres tui praefecerunt te unanimitur in abbatem. Ne igitur occasione morae, quam in praescripto monasterio contraxisti, quasi conscientia tua te remordeat, et in susceptae administrationis cura tepescas, attendentes, quod cautum est in canone, ne quis canonicus regularis, nisi forte (quod absit) publice lapsus sit, efficiatur monachus, et si factus fuerit, ad canonicatum ordinem revertatur, ultimus in choro manendo, cucullam ad memoriam delaturus: discretioni tuae mandamus, quatenus circa curam tibi commissam sollicitudinem exercere studeas indefessam, et taliter sequentia bona continuare prioribus, quod dignum a Deo possis meritum expectare. Dat. Lat. VII. Kal. Mart. Pont. nostr. Ao. XIII. [1210.]

CAP. XIII. 50)

Ordinatus ad sacros sine titulo, ab ordinatore iuste petit beneficium.

Idem.

Accepimus te nostris auribus intimante, quod quidam clericus, qui ad sacros ordines sine titulo sunt promoti, te ad ecclesiam Bracharensem super beneficiis obtinendis instant, quibus etiam de cunctis redditibus ecclesiae tuae tunc commode ministrare non posses, praesertim quum mandemus eidem in necessariis provideri, qui nec meritis, neque scientia etiam in parochialibus ecclesiastica beneficia promerentur, ne dum in ecclesia Bracharensi, quorum vita et scientia nobis est penitus ignota. De quibus si certitudinem haberemus, nec in maioribus eis, nec in minoribus praecipuerimus ecclesiis provideri. Et licet idoneis in tuis capellis et in aliis parochialibus ecclesiis extra civitatem velis iuxta mandatum apostolicum providere, quum omnibus in maiori providere non possis, ipsi tamen provisionem in eisdem ecclesiis recipere dedignantur. Iudices quoque et monitores seu executores, ad quos literas nostras deportant, exceptiones tuas legitimas, quas in eorum praesentia proponis, non admittunt, unde postulabas a nobis, ut tibi provideremus benignius in hac parte. §. 1. Licet igitur in ordinationibus clericorum illam tu ac praedecessores tui diligentiam debueritis adhibere, ut minus idonei non ordinarentur a vobis, ac ideo post promotionem eorum exceptionem huiusmodi non poterint praetendere contra illos, nisi forte, postquam promoti fuerint, reddiderint se indignos, nos ex superabundanti tamen, quando scribere pro talibus nos oportet, facinus in literis nostris apponi, si ordinatus, pro quo scribimus, idoneus habeatur et ecclesiastico beneficio non indignus, ei ab ordinatore vel successore ipsius competens beneficium tribuatur, quum, et si tecum de iure vellemus, te possemus merito ad provisionem eorum compellere, quos a te vel praedecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret, eo praesertim, quod ad obtinendum ecclesiasticum beneficium eos debet idoneos reputare, quos ad ordines suscepti. Unde graviter sustinere non debeat, sed nobis potius devote inclinare teneris, si illos examinari per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, antequam ad provisionem eorum te compellere velimus. §. 2. Mandamus igitur fraternitati tuae per apostolica scripta, quatenus eis,

pro quibus te contigerit recipere nostra mandata in forma communi, in maiori ecclesia vel aliis ecclesiis parochialibus dioecesis Bracharensis providere non tardes, quum te pro minus idoneis compelli volumus; exceptiones autem, si quas contra tales impetratores litterarum nostrarum in delegatorum praesentia proposueris, praecipimus audiendas.

CAP. XIV.

Minus idoneus in sacerdotem promovetur vel ad regimen animarum assumi non debet.

Idem in concilio generali.

Quum sit ars artium regimen animarum, districte praecipimus, ut episcopi promovendos in sacerdotem diligenter instruant et informant, vel per se ipsos, vel per alios idoneos viros divinis officiis et ecclesiasticis sacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare, quoniam, si de cetero rudes et ignaros ordinare praesumpserint, quod quidem facile poterit deprehendi, et ordinatores et ordiutos ultioni gravi decernimus subiacere. Sanctius enim est, maxime in ordinatione sacerdotum, paucos bonos, quam multos malos habere ministros, quia, si caecus caecum ducit, ambo in foveam dilabuntur.

CAP. XV. 64)

Defectus scientiae deicit iam promotum.

Honorius III. Capitulo Bremaensi.

Quamvis multa proposita fuerint contra venerabilem fratrem nostrum episcopum Calinensem, etsi nihil probatum esset de illis, quia tamen confessus est coram nobis, se nunquam de grammatica didicisse, nec etiam legisse Donatum, et per evidentiam facti usque adeo de illiteratura et insufficientia sua constat, quod contra Deum esset et canonicas sanctiones, tantum in episcopo tolerare defectum, de communi fratrum nostrorum consilio ipsum a pontificali officii executione et ab administratione Calinensis ecclesiae penitus duximus amovendum, irritantes etc.

TITULUS XV. DE SACRA UNCTIONE.

CAP. I.)

Ecclesia Graecorum in ordinationibus et consecrationibus servare debet unctiones, quas servat ecclesia Romana; episcopus autem, quum consecratur, inungitur chrismate in capite et manibus; quod, si fuerit praetermissum, per tres episcopos est supplendum. §. 5. Tractatus de unctione regum, et de differentiis in unctione inter reges et pontifices. Pan. §. 6. Tractatus de Christianorum omnium unctione. §. 7. Tractatus de unctione chrismatis post baptismum, quae dicitur confirmatio. §. 8. Tractatus de consecratione altaris. Abbas.

Innocentius III. 2)

Quum venisset ad apostolicam sedem venerabilis frater noster Bracarensis episcopus, qui in consecratione sua sacramentum non acceperat unctionem, quoniam apud vos non consueverunt pontifices, quum consecrantur, inungi, nos quod illi defuerat mandavimus in ipso suppleri, facientes caput eius et manus per venerabilem fratrem nostrum Joannem Albanensem episcopum, assistentibus ei duobus episcopis, secundum morem ecclesiasticum sacro chrismate deliniri. Hoc enim catholica ecclesia tenet, non

Cap. XII. 28) S. Victoris: C. R. 1. — S. Vincentii: C. R. 2. H., Comp. IV., Reg. — add.: Lundun.: Comp. IV. Aug. — Laudim.: Ms. A. — Laudunensis: C. H., Comp. IV. Ms. B., Reg. — 29) nigri: C. R. 1., Comp. IV. Aug.; Reg. — 30) abest a C. H. — 31) habitu: Comp. IV., Reg. — 32) in: Reg. — 33) observantia disciplinae: Comp. IV. Aug. — 34) pro... exigentia: Reg. — 35) pastorem: ib. — 36) quia igitur in suscepto regimine laudabiliter diceris proficisse (processisse): abest a C. H. — 37) praedicto: Reg. — 38) abest a C. H. L. — ipsa: Comp. IV. — quasi de ipsa teneram conscientiam retinendo in susceptae adm. executione tepescas: Reg. — 39) tepescat: Comp. IV. Aug. — 40) attendens: C. R. H. L. — 41) cf. c. 2. C. XIX. qu. 3. — 42) abest a Reg. — 43) fuerit: ib. — 44) canonicum: ib. — 45) in: ib. — 46) discret. tuam monemus attentius et hortemur, per apostolica tibi ser. mandantes: ib. — 47) gregis tibi commissi: ib. — 48) gerere: ib. — 49) exinde: Comp. IV.

Cap. XIII. 50) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 3. — 51) titulis: Comp. IV. — 52) ordinibus: Comp. IV. Aug., Ms. A. — 53) debuitis: Comp. IV. Ms. A. B. — 54) abest a Comp. IV. — 55) possitis: ead. — 56) vobis: ib. — 57) et: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 58) conferatur: Comp. IV. — 59) etiam: C. H. — 60) illorum: C. R. 1. H. L., Comp. IV. — 61) vel a: Comp. IV. Aug. — 62) et praes.: C. H. — et eo praes.: Comp. IV. Aug. — 63) quo: C. L. — 64) recepti: C. H. — 65) per al.: omitt. Comp. IV. Ms. A. — 66) in form. com.: desid. in C. R. 1. — 67) in al.: Comp. IV. Ms. A. — 68) abest a C. R. H. L. — vel aliis dioecesib.: Cont. —

69) abest a Comp. IV. — 70) proponis: Comp. IV. Aug. — proponas: Ms. A. B.

Cap. XIV. 71) c. 27. conc. Lat. IV. hab. A. 1215. — Comp. IV. h. t. c. 4. — 72) regnum: Comp. IV. Ms. A. — 73) abest ab eod. — 74) eos super: C. H. — 75) ecclesiasticisque: Cont., Böhm — 76) comprehendit: conc. Ms. — 77) decrevimus: conc., Comp. IV. Ms. A. — 78) satius: conc. ap. Mans., Comp. IV. Ms. B. — 79) satius: Comp. IV. Aug., conc. Ms. — 79) ordine: conc. Ms., Comp. IV. Ms. A. — 80) sacerdotis: conc. Ms., Comp. IV. — 81) ducat: Comp. IV. Ms. A. — duxerit: C. R. 2., conc. — 82) add.: pariter: C. R. 2. — 83) cadunt: Comp. IV. Aug., Ms. B.

Cap. XV. 84) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 85) Brevosen.: C. R. 2. — abest a C. R. 1. — desid. inacr. in Comp. V. Ms. — Mediolanensi archiep.: Cir. — cf. tamen Raynald. Ansal., qui canonicorum Bremensium collegio scriptum esse protulit ex Reg. Hon. V. 124. — 86) Calieni.: C. R. 2. — Caliven.: C. H. — Cullien.: Comp. V. Cir. — 87) constat: C. H. — 88) episcopum: C. R. L. — 89) Caliven.: C. R. 2. — Caliven.: C. H. — Cullien.: Comp. V. Cir.

TIT. XV. Cap. I. 1) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 3. — Comp. III. h. t. c. un. — 2) Patriarchae Constantinopol.: Cont. — Archiep. Trinovitano, Bulgarorum et Blacorum primati: Reg. — 3) Braven.: C. R. 1. — Bravarien.: C. H. — Brumerben.: C. L. — Brutubens.: C. R. 2. — Granduciberen.: Comp. III. Ms. — Branduciberen.: Comp. III. Aug. — Branduciberen.: Reg. — 3) clara nobis insinuatione monstravit, quod etc. Nos ergo: Comp. III., Reg. — 4) sacram: C. H. R. L., Comp. III., Reg. — 5) receperat: Reg. — 6) supplere: C. L.

solum ex praecepto divino, verum etiam Apostolorum exemplo. In Exodo quippe legitur praecepisse Dominus Moysi, ut Aaron et filius eius ungeret, quatenus sacerdotio fungerentur. Et Anacletus Papa, natione Graecus, qui a B. Petro fuit in presbyterum ordinatus, et postea in apostolatus officio Clementi successit, tradit in ordinatione sua, unguendos episcopos more Apostolorum et Moysi, quia omnis sanctificatio in Spiritu sancto consistit, cuius invisibilis virtus sancto chrismati est permixta. Unde §. 1. Scire te volumus, duas esse species unctionis: exteriorem, quae materialis est et visibilis, et interiorem, quae spiritualis est et invisibilis. Exteriori visibiliter inungitur corpus; interiori invisibiliter inungitur cor. De prima Iacobus Apostolus ait⁹⁾: „Infirmum quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum.“ De secunda Ioannes¹⁰⁾ Apostolus ait: „Vos unctionem, quam accepistis ab eo, maneat¹¹⁾ in vobis, et non necesse habetis¹²⁾, ut aliquis doceat vos¹³⁾, sed sicut unctio eius docet vos de omnibus¹⁴⁾.“ Unctio visibilis et exterior signum est interioris et invisibilis unctionis¹⁵⁾. Unctio vero invisibilis et interior non solum¹⁶⁾ est signum, sed etiam sacramentum, quia, si digne sumitur¹⁷⁾, vel agit¹⁸⁾ vel auget absque dubio quod designat. §. 2. Ad exhibendum¹⁹⁾ autem²⁰⁾ exteriorem et visibilem unctionem benedicitur oleum, quod dicitur catechumenorum vel infirmorum, et conficitur chrisma, quod ex oleo fit et balsamo myrica ratione. Per oleum enim nitor conscientiae designatur, iuxta quod legitur²¹⁾: „Prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus;“ per balsamum „autem“ odor famae²²⁾ exprimitur, propter quod dicitur²³⁾: „Sicut balsamum aromatizans, odorem dedi.“ §. 3. Hoc ergo²⁴⁾ chrisma ungi debet episcopus, non tam in corpore, quam in corde, ut et interior „habeat“ nitorem conscientiae, quantum ad²⁵⁾ Deum²⁶⁾, et exterius habeat odorem famae, quoad proximum. De nitore conscientiae dicit Apostolus²⁷⁾: „Gloria nostra²⁸⁾ haec²⁹⁾ est, testimonium conscientiae nostrae,“ nam „omnis³⁰⁾ gloria filiae regis ab intus.“ De odore famae idem Apostolus ait³¹⁾: „Christi bonus odor sumus in omni loco, et aliis sumus odor vitae in vitam, aliis odor mortis in mortem.“ Debet enim episcopus bonum habere testimonium, et ab iis³²⁾, qui sunt intus, et ab iis³³⁾, qui sunt foris, ut cortina cortina trahat, et qui audit dicat: veni. §. 4. Hoc unguento caput et manus episcopi consecrantur³⁴⁾. Per caput enim mens intelligitur, iuxta illud³⁵⁾: „Unge caput tuum, et faciem tuam lava.“ Per manus opera intelliguntur³⁶⁾, iuxta³⁷⁾ illud: „Manus meae distillaverunt myrrham.“³⁸⁾ Manus igitur ungitur³⁹⁾ oleo pietatis, ut episcopus operetur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Caput autem ungitur⁴⁰⁾ balsamo caritatis, ut episcopus diligat Deum ex toto corde, et ex tota mente, et ex tota anima⁴¹⁾, et proximum suum sicut se ipsum. Caput inungitur⁴²⁾ propter auctoritatem et dignitatem, et⁴³⁾ manus propter ministerium et officium. Caput inungitur⁴⁴⁾, ut ostendatur illius repraesentare personam, de quo⁴⁵⁾ dicitur per Prophetam: „Sicut unguentum in capite eius quod descendit in barbam, barbam Aaron.“⁴⁶⁾ Caput enim viri Christus, caput Christi Deus⁴⁷⁾, qui de se dicit⁴⁸⁾: „Spiritus Domini super me eo⁴⁹⁾, quod unxit⁵⁰⁾ me, evangelizare pauperibus misit me.“ Manus episcopi⁵¹⁾ inunguntur⁵²⁾, ut ostendatur accipere potestatem benedicendi et consecrandi. Unde, quum eas consecrator inungit⁵³⁾, „Consecrare,“ inquit, „et sanctificare digneris, Domine, manus istas, per istam „sanctam“ unctionem et per⁵⁴⁾ nostram benedictionem, ut quaecunque⁵⁵⁾ consecraverint consecrentur, et quaecunque⁵⁶⁾ benedixerint benedicantur in nomine Domini.“ §. 5. Unde⁵⁷⁾ in veteri testamento non solum un-

gebatur⁵⁷⁾ sacerdos, sed etiam⁵⁸⁾ rex et Propheta, sicut in libro Regum⁵⁹⁾ Dominus praecepit Heliae: „Vade et revertere in domum⁶⁰⁾ tuam per desertum in Damascus, quoniam perveneris illic, unges Hazael⁶¹⁾ regem⁶²⁾ super Syriam, et⁶³⁾ Iehu⁶⁴⁾ filium Namsi unges regem⁶⁵⁾ super Israel. Eliae autem filium Saphat⁶⁶⁾, qui est de Abel-Meula⁶⁷⁾, unges Prophetam pro te.“ Sed ubi Iesus Nazareus, quem unxit Deus⁶⁸⁾ Spiritu sancto, sicut⁶⁹⁾ in Actibus Apostolorum legitur, unctus est oleo pietatis⁷⁰⁾ prae consortibus suis, qui secundum Apostolum est caput ecclesiae, quae est corpus ipsius, principis unctio a capite „scilicet“ ad⁷¹⁾ brachium est translata, ut princeps⁷²⁾ extunc non ungitur in capite, sed in brachio, sive „in“ humero, vel in armo, in quibus principatus congrue designatur, iuxta illud, quod⁷³⁾ legitur: „Factus est principatus super humerum eius, etc.“ Ad quod etiam significandum⁷⁴⁾ Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locum in capite ante eos, qui fuerunt invitati. In capite vero pontificis sacramentalis est delibutio⁷⁵⁾ conservata, quia personam⁷⁶⁾ capitis in⁷⁷⁾ pontificali officio repraesentat. Refert⁷⁸⁾ autem⁷⁹⁾ inter pontificis et principis unctionem, quia caput pontificis chrismate consecratur, brachium vero principis oleo delinitur, ut ostendatur, quanta sit differentia inter auctoritatem pontificis et principis potestatem⁸⁰⁾. §. 6. Quia vero Christus fecit nos in sanguine suo Deo nostro regnum et sacerdotem, propter quod Petrus⁸¹⁾ Apostolus ait: „Vos estis genus electum, regale sacerdotium.“ idcirco in novo testamento non solum reges et sacerdotes unguuntur, sed etiam⁸²⁾ omnes Christiani bis ante baptismum, scilicet oleo benedicto, primum⁸³⁾ in pectore, deinde⁸⁴⁾ inter scapulas, et bis post baptismum, scilicet chrismate sancto⁸⁵⁾, primum in vertice, demum⁸⁶⁾ in fronte. In pectore namque baptizandus inungitur, ut per sancti Spiritus donum abiciat errorem et ignorantiam, et suscipiat fidem rectam, quia⁸⁷⁾ iustus ex fide vivit. Inter scapulas „autem baptizandus inungitur,“ ut per Spiritus sancti gratiam excutiat negligentiam et torporem, et bonam operationem exerceat, quia fides⁸⁸⁾ sine operibus mortua est, ut per fidei sacramentum sit munditia cogitationum in pectore, et⁸⁹⁾ per operis exercitium sit fortitudo laborum. In scapulis, quatenus fides per dilectionem secundum Apostolum⁹⁰⁾ operetur. In vertice vero baptizatus inungitur, ut sit paratus omni petenti⁹¹⁾ de fide reddere rationem, quia per caput intelligitur mens, iuxta quod legitur⁹²⁾: „Oculi sapientiae in capite eius,“ cuius⁹³⁾ superior pars est ratio, et inferior est sensualitas. Unde bene per verticem, quae⁹⁴⁾ est superior pars capitis, intelligitur ratio, quae est superior pars mentis. In fronte ungitur⁹⁵⁾ baptizatus, ut libere confiteatur quod credit⁹⁶⁾, quia⁹⁷⁾ „corde creditur ad iustitiam, ore vero⁹⁸⁾ fit confessio ad salutem,“ memor eius, quod Dominus ait⁹⁹⁾: „Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego ei coram Patre meo.“ Ante baptismum ergo¹⁰⁰⁾ ungitur¹⁰¹⁾ oleo benedicto, et post baptismum chrismate sancto¹⁰²⁾, quia chrisma soli competit Christiano. Christus enim a chrismate dicitur, vel potius a Christo dicitur chrisma, non secundum nominis formam, sed secundum fidei rationem. A Christo vero¹⁰³⁾ Christiani dicuntur, tanquam uncti dicerentur ab uncto, ut omnes concurrant¹⁰⁴⁾ in odorem illius unguenti, cuius nomen oleum est effusum. §. 7. Per frontis chrisimationem manus impositio designatur, quae alio nomine dicitur confirmatio, quia per eam Spiritus sanctus ad augmentum datur et robor. Unde quum ceteras unctiones simplex sacerdos vel¹⁰⁵⁾ presbyter valeat exhibere, hanc non nisi summus sacerdos, id est episcopus, debet conferre, quia de solis Apostolis legitur, quorum vicarii sunt episcopi, quod¹⁰⁶⁾ per manus impositionem Spiritum sanctum¹⁰⁷⁾ dabant, quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat¹⁰⁸⁾: „Quum audissent,“

Cap. I. 7) ungitur: C. R. H., Reg. — 8) ungitur: Comp. III., Reg. — 9) Iac. V. 14. — 10) Iacobus: Comp. III. — cf. I Ioan. II. 27. — 11) manet: C. R. 1. — 12) habetis: ib. — 13) add.: de omnibus: Cont. — 14) his omni: ib. — add.: ita faciat: Cont. — 15) uniois: C. H. — 16) solvunt: Comp. III., Reg. — 17) assumitur: C. R. 1. — sumatur: Reg. — 18) add.: salutem: C. R. 2. — 19) exhibendam: C. R. 1. H., Reg. — 20) igitur: Reg. — 21) Matth. XXI. 4. — 22) bonae famae: Cont., Böhm. — 23) Eccles. XXIV. 20. — 24) igitur: C. R. 2., Comp. III., Reg. — 25) quoad: Reg. — 26) ad oleum: Comp. III. Aug. — 27) 2 Cor. I. 12. — 28) mea: Comp. III. — 29) hoc: C. L. — 30) Psal. XLIV. 14. — 31) 2 Cor. II. 15. 16. — 32) his: C. L., Reg. — 33) his: Reg. — cf. I Tim. III. 7. — 34) consecratur: Cont., Böhm. — 35) Matth. VI. 17. — 36) designatur: C. H. L., Comp. III., Reg. — 37) secundum: Reg. — cf. Cant. V. 5. — 38) abest a Comp. III. Aug. — 39) ungitur episcopi: C. L. — inunguntur: Cont., Böhm. — unguentur: C. H., Comp. III., Reg. — 40) inungitur: Reg. — 41) et ex tot. an. et ex tot. mente sua: Cont., Böhm. — add.: ex totis viribus suis: C. L. — 42) ungitur: C. R. — 43) abest a Comp. III. Aug. et Reg. — 44) cap. enim ungitur: Cont., Böhm. — 45) qua: Comp. III. Aug. — Psal. CXXXII. 2. — 46) add.: est: Reg. — cf. I Cor. XI. 3. — 47) Luc. IV. 48. — 48) propter: Reg. — 49) ungit: Comp. III. Aug. — 50) episcopo: C. R. H. L., Comp. III. Aug., Reg. — 51) ungitur: C. R. 1. — inungitur: C. H., Böhm. — unguentur: C. R. 2. L., Comp. III., Reg. — 52) ungit: C. H. — 53) abest a C. H., Comp. III., Reg. — 54) quaecunque ... consecraverint: Comp. III. Aug. — 55) quoscunque: Comp. III. — 56) Verum: Reg. — 57) ungebantur sacerdotes: C. R. 1. — 58) abest a

C. H. — et: Reg. — 59) 3 Reg. XIX. 16. — 60) viam: Reg. — 61) Anabel: C. L., Cont. — Arael: Comp. III. — 62) in reg.: Cont., Böhm. — 63) abest a C. H. — 64) Geu fil. Nausi (Nausi): Aug.: Comp. III. — Nausi: C. L., Cont. — 65) in reg.: Cont., Böhm. — 66) Sathar: C. L. — Saphar: Comp. III. Aug. — 67) Abel: C. H. L., Cont., Comp. III. — Abelmula: Reg. — 68) Dominus: C. R. 1. — 69) habetur: Cont., Böhm., Reg. — cf. Act. X. — 70) abest a C. L. R. H., Comp. III., Reg. — 71) in: Reg. — 72) principes: ... unguentur: C. R. 1. L. — 73) iuxta quod: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — cf. Isa. IX. 6. — 74) designandum: C. R. 1., Comp. III. Ms., Reg. — cf. I Reg. IX. — 75) delibutio: C. R. 1., Cont., Comp. III. — delibutio: C. R. 2., Reg. — 76) partem: C. R. 1. — 77) abest a C. L. — 78) Differt: Reg. — 79) ergo: Comp. III. Aug. — 80) auctoritatem: Comp. III. — 81) abest a Cont. — cf. I Petr. II. 9. — 82) abest a C. H. R. L., Comp. III. — 83) primo scilicet: C. R. 1. — 84) demum: C. R. 2. — 85) sacro: C. R. L., Comp. III., Reg. — 86) deinde: C. R. 2., Reg. — 87) cf. Hebr. X. 38. — 88) Iac. II. 26. — 89) abest a C. R., Comp. III. Ms., Reg. — ut: Comp. III. Aug. et omnia part.: per: C. L. — 90) Gal. V. 6. — 91) possent: Reg. — 92) Eccles. II. 14. — 93) eius: C. H. — 94) qui: Reg. — 95) inungitur: C. H. — 96) creditur: C. R. 1. — 97) Rom. X. 10. — 98) autem: C. H. L., Comp. III., Reg. — 99) cf. Matth. X. 32. — 100) vero: Reg. — add.: quod: Comp. III. Aug. — 1) inungitur: Reg. — 2) sacro: C. R. L., Comp. III., Reg. — 3) enim: Reg. — 4) currant: ... unguentorum: ib. — 5) id est: Comp. III., Reg. — 6) qui: Comp. III. Aug. — 7) abest a C. H. — 8) Act. VIII. 14 seq.

inquit, „Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia receperat Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Ioannem; qui quum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu; tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum.“ Cuius adventus per unctionis ministerium⁹) designatur, quia columba¹⁰), in qua Spiritus sanctus super Christum in baptismo descendit, ad vesperum in cataclysmo¹¹) revertens, ramum retulit virentis olivae, cuius utique sacramentum David Propheta¹²) praenostens, exhilarandam faciem in oleo praedicavit. §. 8. Ungitur¹³) praeterea secundum ecclesiasticum morem, quum consecratur altare, quum dedicatur templum, „et“ quum benedicitur calix, non solum ex mandato legis divinae, verum etiam exemplo beati Silvestri, qui, quum consecratur altare, illud¹⁴) chrismate perungebat. Praecepit enim Dominus Moysi, ut faceret oleum unctionis, de quo ungeret testimonii tabernaculum¹⁵), et arcam testamenti, mensamque cum vasis¹⁶), „de quibus etiam unctionibus, si forsitan dubitaveris, quum a te fuerimus requisiti, fraternitatem tuam plenius instruemus.“ Verum „tamen“ unctionis sacramentum aliud quidem efficit et figurat tam¹⁷) in novo quam in veteri testamento, unde non iudaizat ecclesia, quum unctionis celebrat sacramentum, sicut antiqui¹⁸) mentiuntur, qui neque scripturas, neque Dei novere virtutem¹⁹). §. 9. Monemus igitur, „fraternitatem tuam et exhortamur attentius, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus ad mandatum dilecti filii nostri tit. sanctae Crucis presbyteri cardinalis apostolicae sedis legati tu quoque sacram suscipias unctionem, ne quid tibi desit ad plenitudinem sacramenti, ut, quum sacro fueris chrismate delibutus, archiepiscopus et episcopus tuos similiter ungas, et per eos facias manus sacerdotum inungi oleo benedicto,“ ut²⁰) illum²¹) „de cetero“ in ordinandis presbyteris et consecrandis episcopis morem serves²²) et facias observari, quem apostolica sedes observat, „quae disponens Domino cunctorum fidelium mater est et magistra. Mittimus autem tibi per cardinalem praedictum pontificalia ornata, caligas et sandalia, amictum et albam, cingulum et succinctorium, orarium et manipulum, tunicam et dalmaticam, chirothecas et annulum, planetam et mitram. Pallium vero per dilectum filium Io. capellanum nostrum antea miseramus. Et“ Licet Romanus Pontifex non utatur baculo pastoralis, non propter historiam²³), tum „etiam“ propter mysticam rationem, „quod idem cardinalis, sicut a nobis accepit, poterit edocere,“ tu tamen ad similitudinem aliorum pontificum poteris eo uti. „Dat. Anagninae VI. Kal. Mart. Pont. nostr. Ao. VII.“ [1204.]

TITULUS XVI.)

DE SACRAMENTIS NON ITERANDIS.

CAP. I.)

In ordinato in subdiaconum sine manuum impositione, et confirmato non chrismatis, sed olei unctione, non fiet iteratio, sed supplebitur praetermissum.

Innocentius III.)

Pastoralis (Et infra: [“cf. c. 28. de off. iud. del. I. 29.”]) Praeterea nos consilere voluisti, an permitti debeat ministrare qui⁴) sine impositione manuum fuerit ad ordinem⁵) subdiaconatus⁶) assumptus, et si confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non chrismate, sed oleo delinitus. Ad quod⁷) „fraternitati tuae“ breviter duximus respondendum, quod in talibus non est aliquid iterandum, sed caute supplendum quod incaute fuerat praetermissum. „Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Ian.“ [1204.]

Cap. I. 9) mysterium: Comp. III., Reg. — 10) Matth. IV. — 11) Gen. VIII. — 12) Psal. CVIII 24. — 13) Unguntur: Reg. — 14) et ill.: C. H. — 15) ostium tabernaculi: ib. — 16) cf. Exod. XXX. 26. — 17) abest a C. R. H. — 18) aliqui: C. H. L., Comp. III., Reg. — 19) virtutem: Reg. — 20) abest a Comp. III., Reg. — 21) abest a C. H. — 22) serves et faciens: Comp. III., Reg. — 23) historiam: Reg.

TIT. XVI. 1) De sac. iter. vel non: C. L. R. H. — Cap. I. 2) Restitutum ex Reg. Breg. VII. 169. — Comp. III. h. t. c. un. — 3) Heliceni Ep.: Cont., Comp. III., Reg. — 4) si quis: ib. — 5) ordines: C. R. 1. — 6) diaconatus: Comp. III., Reg. — 7) quae: ib.

Cap. II. 8) Ex Reg. Hon. II. 1079. offert Raynald. p. 258. — Comp. V. h. t. c. un. — 9) Ludon.: C. L. — Lugd.: C. H. — London.: C. R. — capitulo Bremensi: Comp. V. — 10) Waldemari: Comp. V. — 11) et a: C. R. 1. — 12) abest a C. H. — 13) tuae: C. R. L. — 14) taliter: C. R. 1. H., Comp. V.

Cap. III. 15) Idem: C. R. 2. — 16) Ludon.: C. R. 1. — Lugd.: C. H. — London.: C. L. — abest a C. R. 2. — 17) infunditur: C. R. 1.

TIT. XVII. 1) ord. vel non: desid. in C. R. 2. — Cap. I. 2) c. 8. conc. Pict. bab. A. 1078. — Lips. LI. 2., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) add.

CAP. II.)

Prohibet sepultos a schismaticis exhumari, vestimenta, cum quibus celebrant, iterum benedici, et altaria, in quibus celebraverunt, iterum consecrari.

Honorius III. Archiepiscopo Londonensi⁹) et eius Suffraganeis.

A nobis humiliter quaesivisti, quid fieri debeat de mortuorum corporibus, qui tempore schismatici et reprobi Waldemarii¹⁰) a¹¹) schismaticis sunt sepulti, et de indumentis sacerdotalibus, cum quibus, nec non de¹²) altaribus, in quibus degradati presbyteri celebraverunt. Nos autem inquisitioni vestrae¹³) revulserunt¹⁴) respondemus, quod non credimus, ob hoc duntaxat sepultos huiusmodi exhumandos, aut debere indumenta talia iterum benedici, vel reconsecrari altaria supradicta.

CAP. III.

Si in ordinatione presbyteri vel diaconi manus impositio fuerit praetermissa, statutis temporibus supplebitur.

Gregorius IX. Archiepiscopo Londonensi.¹⁵)

Presbyter et diaconus quum ordinantur, manus impositionem tactu corporali ritu ab Apostolis introducto recipiunt. Quod si ommissa fuerit, non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad huiusmodi ordines conferendos caute supplendum quod per errorem exstitit praetermissum. Suspendio autem manuum debet fieri, quum oratio super caput effunditur¹⁷) ordinandi.

TITULUS XVII.

DE FILIIS PRESBYTERORUM ORDINANDIS VEL NON. 1)

CAP. I.)

Illegitimus non ordinatur, nisi ut religiosus fiat, nec tunc praeficitur, id est, ad praelaturam non habitatur.

Ex concilio Pictaviensi.³)

Ut filii presbyterorum et ceteri ex fornicatione nati ad sacros ordines⁴) non promoveantur⁵), nisi aut monachi fiant, vel⁶) in congregatione canonica regulariter viventes. Praelationem⁷) vero nullatenus babeant. Sed neque servi, nisi a dominis suis libertate⁸) donentur.

CAP. II.)

Illegitimus filius sacerdotis, qui, hoc tacito, per rescriptum apostolicum paternam ecclesiam impetrauit, remouetur ab illa.

Alexander III. Lincolnensi Electo.¹⁰)

Ad praesentiam nostram accedens R. presbyter, tacito¹¹), quod esset filius sacerdotis, „per fraudem literas“ impetrauit a nobis, ut in ecclesia „de Bilesbi,“ in qua pater eius ministravit¹²), existeret capellanus. Ideoque¹³) „discretionem tuam per apostolica scripta praecipiendo“ mandamus, quatenus „infra XL. dies post harum susceptionem literarum rei veritatem inquiras diligenter, et“ si tibi constiterit, quod memoratus R. sit in sacerdotio genitus, et quod¹⁴) pater „eius“ in eadem ecclesia¹⁵) ministravit¹⁶), non obstantibus praedictis¹⁷) literis nostris¹⁸), ipsum „omni occasione et appellatione cessantibus“ amoveas ab eadem¹⁹).

CAP. III.)

Non potest filius sacerdotis ecclesiae paternae praesse. H. d. cum sequ.

Idem.²¹)

Praesentium „etiam“ auctoritate „tibi“ iubemus, ut filios sacerdo-

P. C. Decretis: Comp. I. — cf. not. 2. ad c. 1. de aet. et qual. I. 14. — 4) gradus: C. R. 2. H. L., Coll. citt., conc. — 5) provehantur: Lips., conc. — 6) ant: C. H., Coll. citt., conc. — 7) praelationes: C. R. 2., conc. — 8) libertati: C. R. L., Lips. — liberentur: Comp. I. Ms.

Cap. II. 9) Restitutum ex App. XIX. 3., Cass. XXX. 3., Comp. I. h. t. c. 2. — 10) Omit. inser. App. et Cass. — add. P. C. Ex insinuatione, quod ad cap. initium, ut ap. Aug. est, videtur esse referendum: Ex insinuatione prioris et fratrum de (S. I.) Marcellinae nobis innovuit, quod R. presbyter tacito veritate etc. — 11) tacito veritate: App., Cass. et Comp. I. Ms. — 12) ministraverat: C. R. 1., App., Cass. — 13) quin vero fraudis sive dolus nulli debet praestare patrocinium, disc. etc.: Coll. citt. — 14) abest a C. H. — 15) omitt. a Comp. I. — 16) ministraverit: C. H., Coll. citt. — 17) abest ab App. et Comp. I. Aug. — 18) desid. in C. H., Comp. I. Ms. — 19) erande: Coll. citt.

Cap. III. 20) Restitutum ex App. XIX. 4., Cass. XXX. 4., Comp. I. h. t. c. 3. — 21) Parisiensis ep.: C. H. — Wigorniensis ep.: App., Cass. — Add.: P. C. Inter cetera: Comp. I. — cf. c. 4. de cler. con. in Comp. I. (II. 3.)

tum in ecclesiis paternis ministrare, vel eas qualibet²²⁾ occasione obtinere nullatenus patiaris²³⁾, sed ipsos²⁴⁾ ab ecclesiis, in quibus patres eorum ministrasse²⁵⁾ noscuntur, cessante omni appellatio- nis obstaculo²⁶⁾ studeas penitus amovere.

CAP. IV.²⁶⁾

Idem dicit.

Idem Vigorensi Episcopo.²⁷⁾

Conquerente nobis M.²⁸⁾ clerico "auribus nostris innotuit, quod, quam R. presbyter ecclesiam B. Mariae de Vicum tanquam persona diutius habuisset, et post mortem eius idem Milo a Richardo Paciford domino fundi fuisset praesentatus, R. filius eius presbyteri in sacerdotio genitus institutionem ipsius clerici nisus est impedire, et ad habendam ecclesiam eandem modis omnibus, quibus potest, adspirat. Quoniam igitur indignum est et canonicae obviat sanctioni, ut filii debeant patribus succedere in ecclesiis, nos ad enormitatem istam eradicandam solliciti volentes et diligenter intendere," Fraternitati tuae mandamus, quatenus, si publicum est et notorium, patrem "praedicti" R. clerici²⁹⁾ habuisse in praedicta³⁰⁾ ecclesia personatum³¹⁾, filium eius³²⁾ ibidem ministrare aut eiusdem ecclesiae³³⁾ personatum³⁴⁾ habere nullatenus patiaris, et, si³⁵⁾ "forte aliqua causa" iam institutus est ibi, eum, "sublato appellacionis remedio, auctoritate nostra" inde³⁶⁾ non differas amovere, "et memoratum M. etc."

CAP. V.³⁷⁾

Episcopus, qui scienter contulit filio sacerdotis paternam ecclesiam, exinde eum removere non potest.

Idem Londonensi Episcopo.³⁸⁾

Veniens ad praesentiam nostram N.³⁹⁾ clericus⁴⁰⁾ "lator praesentium supplicii" nobis "insinuatione" proposuit, quod, quum illum⁴¹⁾ ad capellam⁴²⁾ "ecclesiae" sancti I.⁴³⁾ "de Novoburgo," quam ei concessisti "et assignasti, attitulasses, et ad eandem" in presbyterum ordinasses, ipsum ea⁴⁴⁾ postea spoliasti eo, quod pater eius in praedicta⁴⁵⁾ ecclesia ministravit. Ideoque⁴⁶⁾ fraternitati tuae "per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, si tibi innotuerit⁴⁷⁾, quando eam sibi dedisti⁴⁸⁾, quod pater⁴⁹⁾ eius presbyter in dicta ecclesia ministrasset, ipsam ei "dilatione et appellacione cessante" restituas⁵⁰⁾ et in pace⁵¹⁾ dimittas, amoto alio, si quem instituisti forsitan⁵²⁾ in eadem⁵³⁾. Verum⁵⁴⁾ si hoc ignoras fecisti, ex quo ad ecclesiam⁵⁵⁾ ipsam eum in presbyterum ordinasti, eam sibi restituas⁵⁶⁾, "et" donec in alia ecclesia⁵⁷⁾ sibi⁵⁸⁾ provideas, unde honeste valeat sustentari, "eidem nullum super praedicta ecclesia gravamen inferas vel molestiam."

Cap. III. 22) aliqua: App. — 23) permittas: ib. — 24) et ipsos: ib. — sed eos: Cass. — 25) ministrare: C. R. 2., App.

Cap. IV. 26) Restitutum ex App. XIX. 1., Cass. XXX. 1., Comp. I. h. t. c. 4. — 27) abest a C. R. — Vigornien.: C. R. 2. L. — Wigornien.: App., Comp. I. — 28) Milone: Coll. citt. — 29) abest a Coll. citt. — 30) praescripta: C. R. L., Comp. I., App. — 31) presbyteratum: Comp. I. Aug. — 32) eiusdem: Comp. I., Cass. — 33) abest a C. R. H. L. — 34) presbyteratum: Comp. I. Aug. — 35) sed si: Coll. citt. — 36) abest ab infid.

Cap. V. 37) Restitutum ex App. XIX. 5., Cass. XXX. 5., Comp. I. h. t. c. 6. — 38) Ludon.: C. R. 2. — Ludon.: Comp. I. Aug. — London.: Comp. I. Ms. — Londonien.: App., Cass. — 39) abest a Comp. I. — G.: Cass. — W.: App. — 40) presbyter: Coll. citt. — 41) ipsum: ead. — eum: C. H. — 42) capellaniam: Cass. — 43) Laurentii: C. R. 1., Coll. citt. — 44) a (abest a Ms.) praedicta ecclesia: Comp. I., Cass. — praescripta ead.: App. — 45) praescripta: Cass., App., Cont., Böhm. — 46) Quia vero ad nostrum spectat officium viris ecclesiasticis paternam provisionem consulere: Coll. citt. — 47) innotuit: Cass. — 48) eum instituisti: App. — sibi assignasti: Comp. I., Cass. — 49) praescripta ead.: App. — 50) rest. et: omitt. App. — 51) add.: eum: C. L. — 52) abest a Coll. citt. — 53) in ead.: non leg. in App. — 54) Verum si te ignorante, quod pater eius (quos: Comp. I.) in eadem (add.: ecclesia: Cass.) ministrasset (ministraverat: App.), ipsum sibi (ei: App.) assignasti: Coll. citt. — 55) abest ab App. — 56) add.: et in pace dimittas: C. H. — 57) abest a Cass. — 58) et: App., Comp. I. — eadem: Cass.

Cap. VI. 59) Restitutum ex App. XIX. 6., Cass. XXX. 6., Comp. I. h. t. c. 7. — 60) Idem B.: App. — R. Ecom. ep.: Comp. I. — B. (I. e. Bartholomaeo) Ecom. ep.: Cass. — 61) Sabel: Cont. — Salabem.: C. R. 1. — Salabera: Comp. I. — Salabam: Cass. — Salesby: App. — 62) in curam: Cass. — tu causam: App. — 63) erat: Cass., App. — 64) ind. est autem: App. — 65) subdiaconatu: Cass. — subdiaconatum: App. —

CAP. VI.⁵⁹⁾

Gratiam continet et hoc dicit: Ex quo filius sacerdotis est ordinatus, non debet carere beneficio. Ioan. Andr.

Idem Oromensi Episcopo.⁶⁰⁾

Proposuit nobis R. lator praesentium, quod, quum ad ecclesiam de Saleb.⁶¹⁾ a domino fundi fuerit praesentatus, tu⁶²⁾ curam animarum noluisti sibi committere, "vel huic rei assensum tuum praestare" pro eo, quod esset⁶³⁾ filius sacerdotis. "Super quo utique discretionem tuam, sicut dignum est, in Domino commendamus, et providentiam tuam gratam gerimus admodum et acceptam." Ceterum, quia "necessitatibus eius et laboribus, quos ad nos veniendo sustinuit, interna mentis affectione compatimur, et" indignum est⁶⁴⁾, ut ipse, postquam est in subdiaconum⁶⁵⁾, "ut asserit," ordinatus⁶⁶⁾, omnino⁶⁷⁾ debeat ecclesiastici beneficii provisione⁶⁸⁾ carere, discretionem tuam per apostolica scripta monemus atque mandamus, quatenus aliquem honestum presbyterum cum assensu eiusdem clerici⁶⁹⁾ "infra XL. dies post harum susceptionem literarum, contradictione et appellacione cessantibus" invenire studeas, qui ecclesiae serviat⁷⁰⁾ supradictae, ita⁷¹⁾, quod praefatus R. medietatem omnium beneficiorum⁷²⁾ praedictae⁷³⁾ ecclesiae, eidem⁷⁴⁾ in suo ordine serviendo, "deino intuitu, quoad vixerit, nostra et tua auctoritate" pacifice debeat obtinere. Non enim solus⁷⁵⁾ presbyter missarum solennia vel⁷⁶⁾ alia divina⁷⁷⁾ officia potest sine ministri suffragio celebrare.

CAP. VII.⁷⁸⁾

Filius praeesse potest ecclesiae, cui pater praefuit mediata.

Idem Archiepiscopo Cantuariensi.⁷⁹⁾

Ex transmissa "nobis" conquestione⁸⁰⁾ G.⁸¹⁾ clericus percepimus⁸²⁾, quod ad "dilecti filii nostri" abbatis de Castris⁸³⁾ praesentationem⁸⁴⁾ in quodam beneficio ecclesiae de N. eum in praesenti recipere distulisti eo, quod "quidam E., qui dicebatur" pater eius, in praefata ecclesia ministravit⁸⁵⁾, quo⁸⁶⁾ defuncto⁸⁷⁾ media intercessit persona, cui praedictum beneficium est collatum. Ideoque⁸⁸⁾ "fraternitati tuae" mandamus "atque praecipimus," quatenus, si est ita, praenominatum G.⁸⁹⁾ ad praefatum beneficium admittere non postponas⁹⁰⁾, "omni occasione et appellacione cessantibus," non⁹¹⁾ ideo minus observato apostolico rescripti decreto, quod "hic" successionem in ecclesia Dei hereditariam detestatur⁹²⁾, "ut canonicam approbet possessionem."

CAP. VIII.⁹³⁾

Filius praesse potest ecclesiae, in qua pater sine titulo ministravit.

Idem Vigorensi⁹⁴⁾ Episcopo.

Constitutus in praesentia nostra G. clericus "lator praesentium" supplicii⁹⁵⁾ nobis⁹⁶⁾ insinuatione monstravit, quod, quum capellam de Storton.⁹⁷⁾ canonice fuisset adeptus, et eam pluribus annis pacifice possidisset⁹⁸⁾, R. miles ipsum ex⁹⁹⁾ sine iudicio "et instituit"

66) constitutus: C. R. 1. — 67) omni: App. — 68) susceptione: ib. — 69) presbyteri: ib. — 70) qui eidem eccl. inserviat: Coll. citt. — 71) add.: quidem: App. — 72) bonorum: Cass. — 73) praescriptae: App., Cass. — 74) abest ab App. — 75) unus sol.: C. L. — 76) et: C. R. 1. — 77) abest ab App.

Cap. VII. 78) Restitutum ex App. XIX. 8., Cass. XXX. 8., Comp. I. h. t. c. 8. — 79) Cantuar. archiep. et Wigorn. ep.: App. — Venerabilibus fratribus R. Cant. archiep., totius Angliae primate et ap. sed. leg. et R. Wigorn. ep.: Cass., Comp. I. — 80) conquestione: Cass. — 81) F.: C. R. 1. — G.: Cass. — W.: App., Comp. I. — 82) accepimus: App. — 83) Cant.: C. R. 1. — Cast.: C. R. 2. L. — Custan.: Comp. I. Ms. — Castini: Comp. I. Aug. — Castro: Cass. — Custin: App. — 84) praes. in quoddam beneficium eccl. de W. (Cass. — Wigorn.: Comp. I. Aug. — Wton: Comp. I. Ms. — Winton: App.) ab eo (desid. in App.) sibi canonice concessum, eum (abest ab App.) in praes. etc. Coll. citt. — 85) ministraverat: Cass. — 86) Praeterea ex parte ipsius (eius: App.) nobis est insinuatione (insinuatione: App.) quod memorato E. (G.: App.) defuncto: Coll. citt. — 87) add.: in ecclesia: C. R. 1. — 88) Inde est: Coll. citt. — 89) Gu.: Cont. — Guil.: Böhm. — 90) si praedicta constiterint, praenominatum W. (S.: Cass. — Walterin.: Comp. I. Aug.) in possessionem ei collati beneficii inducere (mittere: App.) non differas (differas: App.): Coll. citt. — 91) Nec ideo minus observare rescripta apostolica deest, quia haec: App. — 92) destruit: Cass. — destruit: Comp. I. — destruitur: App.

Cap. VIII. 93) Restitutum ex App. XIX. 9., Cass. XXX. 9., Comp. I. h. t. c. 10. — 94) W.: C. R. 1. — Wigornien.: C. R. 2. L. — Wigorn. ep. et priori de: Comp. I. — W. et priori de hermes W. id.: Cass. — Wigorn. ep. et priori de Lincoraden: App. — 95) simplici: C. H. — 96) abest a C. L. — 97) Stritona: C. R. 2. — Storton.: C. R. 1. — Stortona: C. L., Comp. I. Ms. — Stortona: Comp. I. Aug. — Strona: Cass. — Striton: App. — 98) tenuisset: App. — 99) ips. a capella privata: Cass. — ips. ecclesia praescripta: Comp. I., App.

spoliavit¹⁰⁰). Quamque memoratus clericus exinde¹) apud te, "frater coepiscopo," deposuisset querelam, obiectum fuit²) ei, quod pater suus³) in capella⁴) ministravit⁵) eadem, "et praefatam capellam nondum potuit rehabere. Quia vero ad nostrum spectat officium, insolentiam laicorum contra viros ecclesiasticos debita severitate compescere." Fraternitati tuae⁶) "per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, "rei veritate diligenter inquisita et cognita," si tibi⁷) constiterit, quod idem clericus a capella⁸) fuerit praedicta per potentiam laicalem eiecius, et quod pater eius praefatae capellae persona seu perpetuus vicarius non fuerit, licet in eadem nomine eiusdem⁹) G. quandoque ministraverit¹⁰), ipsam sibi cum redditibus "inde" perceptis, "amoto alio, si quis eam detinet, dilatione, occasione et appellatione cessantibus," restituere non omittas¹¹), "litteris nostris etc."

CAP. IX.¹²)

Si is, cui concessum est a Papa, ut possit dispensare cum filiis sacerdotum circa ecclesiarum paternas immediate tenendas cur aliquo dispensat, ille per litteras iustitiae postea contra eum impetratas removeri non poterit.

Idem Eboracensi Archiepiscopo.¹³)

Ex tua nobis parte est propositum, quod, quum olim ad tuam consulationem super filiis sacerdotum tales a nobis litteras recepissas¹⁴), ut eos posses¹⁵) in ecclesiis, quas patres eorum nullo mediante possederant, sustinere, quos probatae¹⁶) vitae et sanae conversationis cognosceres, vel quos longo tempore illas¹⁷) tenuisse constaret: quidam ad¹⁸) iudices litteras impetraverunt, ut, si constaret, eos esse filios sacerdotum vel clericorum, qui in proximo¹⁹) ante eos ecclesias²⁰) tenuerunt²¹), super his imponatur²²) eis, appellatione cessante, silentium, et ecclesias istas²³) ipsis²⁴) assignent, quamvis in eis se ostendere nequeant per episcopos²⁵) institutos. Super quo tibi taliter²⁶) respondemus, quod, si per priores litteras "nostras" cum aliquibus clericis dispensasti²⁶), dispensationem tuam posteriorum litterarum "nostrarum" intuitu nolumus irritari, "sed eam servari praecipimus illibatam". Alios vero clericos laicae donationis intuitu in ecclesiis, "parochiali iuri subiectis," sine auctoritate pontificis²⁷) sui institui, aut institutos "in eis" remanere, auctoritate apostolica prohibemus.

CAP. X.²⁸)

Si manifestum est, quod filius in ecclesia immediate successit patri, sine aliqua testium receptione ab illa removebitur.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo et eius Suffraganeis.

Quoniam est sacris canonibus prohibitum²⁹), "ne quis hereditario iure ecclesiastica beneficia possidere praesumat, nec hi, qui in sacerdotio sunt genti, nisi probate vixerint in claustris monachorum vel canonicorum regularium, ad sacros ordines debeant promoveri, vobis" Praecipimus, quatenus, si manifestum et publicum fuerit, patres³⁰) in ecclesiis³¹) personatus gessisse, filios ab eisdem "ecclesiis," si etiam eas³²) adepti sunt, "appellatione cessante" penitus excludatis, nec ad earum gubernationem ulterius assumantur. Nolumus enim, ut "propterea" causa in iudicium deducatur³³), vel testes etiam³⁴) admittantur, si³⁵) hoc manifestum existat³⁶).

CAP. XI.³⁷)

Filius etiam legitimus removetur ab ecclesia, in qua immediate successit patri vicario vel rectori.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Ad extirpandas successiones "a sanctis ecclesiis studio totius sollicitudinis debemus intendere; te etiam ad hoc decet vigilem curam

exhibere, ne circa ministerium suscepti regimini videamur minus diligentes existere, si id vitium in ecclesiis vel in negotiis ecclesiasticis et viris permittimus pullulare. Hinc est, quod" Fraternitati tuae "per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, si qui filii presbyterorum³⁷) provinciae tuae teneant ecclesias, in quibus patres eorum tanquam personae vel vicarii nulla persona media ministrarunt³⁸), eos, sive geniti sint³⁹) in sacerdotio, sive non, ab eisdem⁴⁰) ecclesiis, "contradictione et appellatione cessantibus," non differas amovere. "Si vero etc."

CAP. XII.⁴¹)

Filius episcopi legitime natus, promovetur potest ad ordines, et in paterna ecclesia beneficiari.

Clemens III. Cassel.⁴²) Archiepiscopo.

Ad haec ex parte tua nostris auribus est relatum⁴³) (Et infra: Quod a nobis fraternitas tua requisivit, an a pontificibus generati valeant ad sacros⁴⁴) ordines promoveri, si⁴⁵) scientia fuerint et morum honestate probabiles: sciat fraternitas⁴⁶) tua, quod, si⁴⁷) ex legitimo sint⁴⁸) matrimonio procreati, nec aliud⁴⁹) canonicum obviat⁵⁰), licite possunt ad sacros⁵¹) ordines ascendere, et in eisdem ecclesiis, in quibus praesent vel "etiam" praefuerunt⁵²) genitores eorum, beneficium obtinere.

CAP. XIII.⁵³)

Non potest filius esse vicarius illius ecclesiae, in qua pater proximus fuit rector.

Idem.

Michael presbyter de sancto Germano transmissa nobis conquisitione monstravit, quod, quum ecclesiam sancti I.⁵⁴) de Corona⁵⁵) tuae dioecesis canonicè sit adeptus, M.⁵⁶) filius Antonii, qui proximo ante ipsius⁵⁷) ecclesiae habuit personatum, ad se vicariam ipsius assertit pertinere. "Quia igitur in ecclesia successiones in praelaturis et dignitatibus ecclesiasticis statutis damnantur," Fraternitati tuae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, "veritate diligenter inquisita" si constiterit tibi, ipsum M.⁵⁷) fuisse filium Antonii, qui eiusdem ecclesiae, "sicut praemisimus," habuit proximo personatum, "omni contradictione et appellatione cessantibus," ei super eadem vicaria⁵⁸) perpetuum silentium imponere non postponas.

CAP. XIV.⁵⁹)

Illegitime genitus, etiam de uxore, sine dispensatione ad ordines vel beneficia promoveri non potest.

Idem.

Litteras "dilectionis vestras accepimus, votum lateris praesentium et eius originem continentes." Intelleximus "siquidem," quod H.⁶⁰) in sacerdotio genitus, de uxore legitima natus et conceptus, "voto laudabili" affectavit a pueritia ministrare⁶¹) Domino in officio clericali. Verum licet⁶²) a filiis paterna incontinentia modis omnibus propellenda noscatur⁶³), "et propter cautelam presbyterorum filii a sacris ordinibus iuxta sanctionem canonicam removeantur, non expedit, ut super huiusmodi ita supplicantium precibus annuamus, quod videamus altis impetrandi similia spem aliquam facilius impertiri." Sed ut suae postulationis affectu, quum ad sedem apostolicam humiliter accesserit, ex toto defraudari se non doleat, praesentem scripto vobis significamus, quod, "si tamen aliter⁶⁴) dignus inventus fuerit, permittimus ipsum ordinari in clericum, et ad⁶⁵) ecclesiasticum beneficium, unde commode sustentari valeat, promovèri.

Cap. VIII. 100) spoliaverit: Comp. I. Aug. — 1) ex. episcopo depos.: App. — 2) fuerit: Comp. I. Aug. — 3) eius: App. — 4) in praedicta cap.: Comp. I. Ms. — praefata ecclesia: Comp. I. Aug., Cass. — eadem eccles.: App. — 5) proximo ministravit: C. H. — ministraverit: Comp. I. Aug. — 6) discretioni vestrae: Coll. citt. — 7) abest a C. H. R. — vobis: Coll. citt. — 8) a praescripta eccl. per manum laicalem fuerit eiecius: App. — 9) eius: Cass., Comp. I. — ipsius: App. — 10) ministravit: App., Comp. I. Ms. — 11) institutus: Cass. — restitutus: Comp. I., App. — 12) Restitutum ex App. XIX. 10., Cass. XXX. 10., Comp. I. h. t. c. 11. — 13) omitt. inscr. App. — 14) suscepisset: ib. — 15) possit: App., Comp. I. — 16) bona: App. — 17) eas: App., Cass. — abest a Comp. I. — 18) autem: Cass. — 19) proximam: C. R. I. L. — omnia part.: in: C. L., Cass., Comp. I. — 20) tenuerint: C. H. — 21) imponunt: C. R. H., Coll. citt. — 22) illas: C. R. H. L., Cass., Comp. I. — 23) eis: App. — 24) episcopum: ib. — 25) abest ab ead. — Si autem per etc.: Cass. Comp. reliquis omissis. — 26) dispensas: Cass. — 27) pontificum: Comp. I. Aug. — seq.: sui: abest a C. H. et Coll. citt.

Cap. X. 28) Restitutum ex Cass. XXX. 11., Comp. I. h. t. c. 12. — Decret., a verb.: manifestum eisd. fere verbis concepta, Saresii (i. e. Saresberiani) et Eton. opp. inscripta exstat in App. XIX. 7. — 29) ihibitum: C. H. — 30) add.: eorum: C. R. 2., Comp. I. Aug. — 31) ecclesiis: Cass., Comp. I. — 32) si eas iam: ib. — 33) ducatur: C. H. — 34) abest a Cass., Comp. I. — 35) quum: ib. — 36) existit: Comp. I.

Cap. XI. 37) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 374., App. L. 60., Comp. II. h. t. c. 1. — 37) filiorum clericorum: App. — 38) ministraverant: App. — ministraverint: C. L. — ministrabant tanqu. pers. vel vic., nulla pers. med. ministrante: Comp. II. Ms. A. — intermedia ministrant: Luc. — 39) fuerint: Luc., App. — 40) ab eccl. ipsis: App., Comp. I. Aug., Ms. B., Luc.

Cap. XII. 41) Luc. ap. Bal. III. 379., Comp. II. h. t. c. 2. — 42) omitt. inscr. Comp. II. Ms. A. — Cassel.: C. L. — Cassel.: C. R. 2. — Cassian.: Comp. II. Aug. — Cassien.: Ms. B. — Cassinensis: Luc. — leg.: Cassellensis, qui archiepiscopus in Hibernia situs est. — 43) intimatum: Comp. II. Aug. — 44) gradus ecclesiasticos: Luc. — 45) et sc.: C. H. — 46) discretio: Luc. — 47) dummodo: ead. — 48) sunt: Comp. II. Aug., Cont., Böhm. — 49) aliquid: Comp. II. Ms. A. — 50) obviat: C. R. 2. — 51) in sacris ordinib. ordinari: Comp. II., Luc. — 52) praefuerint: Comp. II. Ms. A. B., Luc.

Cap. XIII. 53) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — 53) Jo.: C. R. — 54) Ron.: C. R. L. — Torr.: C. R. 2. — Toruaco: C. H. — Toron.: C. L. — Romano: Comp. II. Ms. A. — 55) a: C. H. — N.: C. R., Comp. II. per tot. — 56) ipsum: Comp. II. Aug., Ms. B. — 57) abest a Comp. II. Ms. A. — 58) eandem vicariam: Comp. II. Aug.

Cap. XIV. 59) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 5. — 60) abest a Comp. II. — 61) servare et ministrare: Comp. II. Aug. — 62) quia in: ead. — quia a: Ms. A. B. — 63) dignoscitur: Comp. II. — 64) si alius: Comp. II. — si tamen alius: Cont., Böhm. — 65) in: Comp. II. Aug., Ms. B.

CAP. XV.⁶⁶⁾*Illegitimus in ecclesia paterni praebeudari non debet.*Innocentius III.⁶⁶⁾

Quum decorem domus Dei⁶⁷⁾ *et locum tabernaculi gloriae suae diligere vos oporteat, accurata vobis est sollicitudine praecavendum, ne in commissis vobis ecclesiis illa temere praesumantur, quae vel in eis lampadem religionis extinguere, vel munditiam videantur ministrorum Domini maculare. Ad nostram siquidem noveritis audientiam pervenisse, quod quidam in vestris diocesis constituti publice cum mulieribus contrahentes, ecclesiasticas non verentur suscipere dignitates, et nonnullarum ecclesiarum canonici, quorum lumbos iuxta verbum evangelicae veritatis deceret esse praecinctos, ac in eorum manibus lucernas bonae operationis ardere, usque adeo luxuriae sordibus putruerunt, quod nec etiam ignominiam suam velint turpitudinemque velare, quin immo filios ex infami generatione susceptos ad ministerium altaris, quo se reddunt indignos, indigni secum trahunt, ac si non satis in opprobrium ordinis clericalis eorum incontinentia foret cognita, nisi naturam in publicum deductorum loquentiumque testimonium contra ipsos, esset ostensione sedula comprobata. Quumque in ecclesiis, in quibus huiusmodi clerici locum habent, multa enormiter attententur, dum in eisdem fermentata patrum et filiorum, nepotum etiam et affinium parentela inordinale ministrat, quia videlicet, amore praedominante carnali, reverentia spiritualis tepuit inter ipsos, undenequam unus quodlibet facere propter alium praetermittit per insolentiam eorundem, interdum ludi etc. [cf. c. 12. de vita et hon. cler. III. 1.] Filiis "quoque" canonicorum⁶⁸⁾ praebendas in eisdem ecclesiis conferri non sinatis, quarum sunt canonici patres eorum, quum indecorum sit, ut in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret, in quo unigenitus Dei⁶⁹⁾ filius aeterno patri pro salute humani generis victimatur. Praelibatam vero etc. [cf. c. 12. de vita et hon. cler. III. 1.] Dat. Rom. ap. S. Petr. VI. Id. Ian. Ao. IX. [1207.]

CAP. XVI.

Si illegitimus, maximo filius spurius, instituitur in ecclesia, in qua institutus est pater, institutio non valet, et instituens a suis beneficiis suspendatur.

Idem in concilio generali.⁶⁹⁾

Ad abolendam pessimam, quae in pluribus⁷⁰⁾ inolevit ecclesiis, corruptelam, firmiter inhibemus, ne canonicorum filii, maxime spurii, canonici fiant in saecularibus ecclesiis, in quibus instituti sunt patres eorum⁷¹⁾, et si fuerit contra praesumptum, decerimus⁷²⁾ non valere. Qui vero tales, ut dictum est, canonicare praesumpserint, a suis beneficiis suspendantur.

CAP. XVII.⁷³⁾

Aliam quam Papa non dispensat, ut filius in ecclesia paterna immediate succedat.

Honorius III.⁷⁴⁾

Dilectus filius G. praepositus "ecclesiae" sanctae Mariae⁷⁵⁾ "in Brugia" transmissa nobis petitione monstravit, quod, quum Virgilius⁷⁶⁾ presbyter "Tornacensis diocesis" quandam ecclesiam⁷⁷⁾, curam animarum habentem, quam nullo medio habuit pater eius, "tam contra Lateranensis quam generalis concilii statuta" obtineat "in scandalum plurimorum, idem" ipsum nonnisi "diligenter," ut resignaret eandem; sed idem asserens, quod "bonae memoriae" H.⁷⁸⁾ Remensis archiepiscopus, tunc apostolicae sedis legatus, dispensavit⁷⁹⁾ cum eo, id efficere contradicit, "quamquam cum eo non fuerit per Romanum Pontificem dispensatum." Quocirca "discretionis vestrae de utriusque partis procuratorum assensu" mandamus, quatenus, "partibus convocatis, et auditis hinc inde propositis," non obstantem dispensatione aliqua, quae a sede apostolica non ma-

Cap. XV. 66) Restitutum ex Reg. Breu. IX. 235. — Comp. III. c. 4. de vit. et hon. cler. III. 1. — 66*) Gnesnensi archiep. et suffragan. eius: Reg. — 67) Dominis: Comp. III. — 68) presbyterorum vel can.: C. R. 1. — 68*) abest a C. R. L., Comp. III., Reg.

Cap. XVI. 69) c. 31. conc. Lat. IV. hab. A. 1215. — Comp. IV. h. t. c. un. — 70) plerisque: C. R. 2. H. L., Comp. IV., conc. — 71) abest a Comp. IV. et conc. — 72) decrevimus: C. R. 1., Comp. IV. Ms. A. B.

Cap. XVII. 73) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. un. — 74) Decano Furnensis, Morinensis diocesis, et magistro Gliberto Morin., et L. sancti Donatoris in Brugia, Tornacen. diocesis: Comp. V. Cir. — Decano Furon. Morin. et Lamberto S. Donatiani: Comp. V. Ms. — 75) M.: Cont., Böhm. — 76) W.: C. R. 1. — Virgilius: Cont., Böhm. — 77) praesidentium eiusdem ecclesiae: Comp. V. — 78) V.: C. R. 1. — W.: C. R. 2. L., Comp. V. — 79) dispensavit: C. L. — 80) emanaverit: C. L., Comp. V. Cir. — manant: Comp. V. Ms.

Cap. XVIII. 81) abest a C. R. L. — 82) eas: C. R. L. — 83) eorum: C. R. 1. — 84) prohibemus: C. R. 2.,

naverit⁸⁰⁾, quod canonicum fuerit appellatione postposita statutis.

CAP. XVIII.

Illegitimus absque dispensatione Papae ad dignitatem, vel personatum, vel beneficium curatum promoveri non potest.

Gregorius IX. Turonensi Archiepiscopo.

Nimis in tua provincia ecclesiae deformatur honestas ex eo, quod filii sacerdotum et alii non legitime nati ad dignitates et personatus, et alia beneficia curam animarum habentia sine dispensatione sedis apostolicae promoventur. Quocirca mandamus, quatenus praedictis personis a personatibus, et⁸¹⁾ dignitatibus, et huiusmodi beneficiis prorsus amotis, ea⁸²⁾ personis idoneis conferri facias per illos, ad quos collationem ipsorum⁸³⁾ de iure noveris pertinere. Et ne id de cetera praecavatur, districtius inhibemus⁸⁴⁾.

TITULUS XVIII.

DE SERVIS NON ORDINANDIS ET EORUM MANUMISSIONE¹⁾.CAP. I.²⁾

Servus ante plenam manumissionem ordinari non debet.

Ex concilio Toletano³⁾.

Instruendi "sunt praeterea laici, ut sciant, quod nullatenus alio loco manumittere proprios possunt servos, quos dominicis castris adgregari decreverunt, nisi in sacrosancta ecclesia ordine supra notato. Quomodo enim clerici extra ecclesiam libertatem consequi possunt, qui a lege mundana extranei sunt, et quibus interdicitur, ne ad saeculare iudicium procedant, quomodo saeculari iudicio a iugo servitutis absolvantur? Sed" Forte⁴⁾ dicit aliquis: clericus fieri non permittitur, nisi ante clericatum⁵⁾ ingenuitatis dignitate potiat. Revera verum dicit. Et ideo quod infirmari vel vituperari potest praecaveri debet.

CAP. II.

Servus sine licentia domini ordinatus deponitur, et domino restituitur.

Ex eodem.⁶⁾

De servorum ordinatione, "qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscrete promoventur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordare debere, et" Statutum est, ut nullus episcopus deinceps ad sacros ordines eos⁷⁾ promoveret⁸⁾ praesumat, nisi prius a dominis "propriis" libertatem fuerint⁹⁾ consecuti. Et si quilibet servus fugiens dominum suum¹⁰⁾, "vel latitans, aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis, aut" qualibet calliditate vel¹¹⁾ fraude ad gradus pervenerit ecclesiasticos, decretum est, ut deponatur, et eius dominus eum recipiat. "Si vero etc."

CAP. III.

Servus ab ecclesia manumissus ordinari potest, et quod acquirit post suum obitum erit ecclesiae manumittentis; quum si accusat, vel contra eam testificatur, libertate et ordine prioret.

Ex eodem.¹²⁾

De familia¹³⁾ ecclesiae constituere presbyteros et diaconos per parochias liceat, "quos tamen vitae rectitudo et probitas eorum commendat," ita tamen¹⁴⁾, ut antea manumissi statum recipient¹⁵⁾ libertatis, "et denuo ad ecclesiasticos honores succedant. Irreligiosum est enim, obligatos existere servitute, qui sacri ordinis suscipiant dignitatem." §. 1. Quicquid autem talibus "aut per libertatem concessum, aut successione" existerit debitum, aut "a" quolibet "quoquo" modo collatum, eis "quippiam inde" in personas extraneas transmittere non licebit, sed omnia ad ius ecclesiae, a

TIT. XVIII. 1) De serv. ordinandis vel non et eorum man.: C. R. 1. — De serv. non ord. et eor. manumissionibus: C. H.

Cap. I. 2) Restitutum ex Reg. I. 403, Burch. II. 28, Iv. Decr. VI. 129., Lips. XXI. 8., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) Inscriptionem falsam esse docet quod altera capitis parte sequitur: sic scriptum est in pacto Francorum (cf. Leg. Rip. 58.) Desumptum est ex aliquo Francorum capitulari. — inser. omitt. Lips. — 4) fortasse dicit: Reg., Burch., Iv., Lips., Comp. I. Ms. — fortasse dicit: Comp. I. Aug. — 5) ante susceptum clericatus officium: Coll. c. 11.

Cap. II. 6) Restitutum ex Cap. Reg. Franc. f. 82. — Reg. I. 386., Burch. II. 31., Iv. Decr. VI. 122., App. L. 56., Lips. XXI. 9., Comp. I. h. t. c. 2. — cf. Dist. LIV. c. 6. — 7) abest a Lips. — aliquos: Comp. I. Aug. — 8) ordinare: C. R. 1. — 9) sint: Iv. — 10) abest ab Iv. — 11) aut: Cont., Böhm.

Cap. III. 12) Restitutum ex c. 74. conc. Tol. IV. hab. A. 638. ec. Coll. Hisp. — Comp. I. h. t. c. 4. — 13) famulus: Comp. I., conc. — 14) ea tamen ratione: conc. — 15) accipiant: Comp. I. — libertatem status sui percipiant: conc.

qua¹⁶⁾ manumissi sunt, post eorum obitum debeant¹⁷⁾ pertinere. §. 2. Quibus¹⁸⁾, sicut "et" ceteris ecclesiae libertis, accusandi vel testificandi adversus ecclesiam aditus praeccludatur¹⁹⁾, ad²⁰⁾ quod si²¹⁾ aspiraverint non solum libertatis beneficio careant, sed etiam "et" honoris gradu, quem non dignitate naturae, sed necessitate temporis²²⁾ meruerunt²³⁾.

CAP. IV.²⁴⁾

Dominus in servo, quem manumittit, potest spirituales operas retinere.

Ex concilio apud Aliehi.²⁵⁾

Nullus "clericus ad gradum presbyterii promoveatur, nisi ut scriptum in canonibus habetur." Si "enim propter Dei dilectionem" quis de servis suis quemquam "elegerit, et docuerit literas, et" donaverit²⁶⁾ libertati²⁶⁾, et "per intercessionem erga episcopum" ipsum in presbyterum²⁷⁾ fecerit ordinari, "et secundum Apostolos victum et vestitum ei donaverit," ille autem postea²⁸⁾ in superbiam elatus, domino²⁹⁾ suo canonicas horas "observare et" psallere "renuerit, et eis iuste obedire, dicens, se liberum esse," moluerit, "et quasi libere cuius vult homo fiat: hoc sancta synodus anathematizat, et illum a sancta communione arceri iudicat, donec respiscat, et domino suo obediat. Sin autem obstinato animo et hoc contempserit," accusatus³⁰⁾ apud episcopum, qui ordinaverit³¹⁾ eum, degradetur, "et fiat servus etc."

CAP. V.³²⁾

Spurii vel servi ordinari non debent.

Alexander III. Archiepiscopo Turonensi.

Consuluit "nos tua fraternitas, utrum tibi liceat spurios et servos ad ordines promovere; super quo utique" Consultationi³³⁾ tuae respondemus, quod neque spurios, neque servos ordinare debes, et, si memor es³⁴⁾, in consecratione tibi dictum fuit³⁵⁾: „Vide, ne quemlibet servilis conditionis ad ordines promovere praesumas.“

CAP. VI.³⁶⁾

Manumissus ab ecclesia, ut fiat clericus, et ipsi ecclesiae perpetuo serviat in divinis, ad aliam ecclesiam se transferre non potest; secus si pure fuerit manumissus. Val sic: secus si fuerit manumissus, ut serviat.
Io. Andr.

Innocentius III. Variensi³⁷⁾ Episcopo.

Eo libentius "tuis inquisitionibus respondemus, quo devotius sedem apostolicam veneraris." (Et infra: Adieci³⁸⁾ aliam quaestionem, an illorum filii, qui ecclesiae servili conditione tenentur, traditi a parentibus militiae clericali cum suorum consuetudine domino rum, ut "Deo" in eadem³⁹⁾, "cuius sunt," ecclesia debeant deservire, assuetos propterea libertatem, post tempus, ea⁴⁰⁾ relicta, possint ad aliam se transferre? In⁴¹⁾ quo "capitulo" credimus distinguendum, utrum eo tenore fuerint manumissi et obligati⁴²⁾ ordini clericali, quod manumittenti⁴³⁾ ecclesiae, dum vixerint, debent⁴⁴⁾ impendere famulatum in obsequiis divinorum, et tunc transferendi se ad aliam est eis licentia deneganda; vel manumissi ex-

stiterint absolute, sicque libertatem habeant ad aliam transeundi. "Datum Viterbii V. Id. Iun. Ao. X." [1207.]

CAP. VII.⁴⁵⁾

Ius, quod est de servo facto diacono, etiam de subdiacono debet intelligi.

Idem.⁴⁶⁾

Miramur non modicum "de tua prudentia, quod, quum ad nos tua consultatio destinata, si canones et leges studeas intueri, nihil fere dubitationis continere putetur, super hoc, quod certum est, apostolatum nostrum consulere curasti," quum⁴⁷⁾ certum⁴⁸⁾ sit in constitutionibus antiquorum, quando⁴⁹⁾ servi in gradus ecclesiasticos ordinati debeant in⁵⁰⁾ servitum vel non debeant revocari. "Unde, quia te credimus non ignorare decreta, nil aliud fraternitatem tuam in hoc articulo facere volumus, nisi quod in eorum sanctionibus invenitur." De subdiaconali "tamen" ordine, quia de eo non fit mentio in Patrum⁵¹⁾ statutis expresse, videtur nobis, quod et is⁵²⁾ cum diaconali gradu privilegio gaudet⁵³⁾ eodem. Nam⁵⁴⁾ licet sacer ordo⁵⁵⁾ non reputaretur⁵⁶⁾ in ecclesia primitiva, tamen a⁵⁷⁾ constitutione Gregorii atque Urbani secundum moderna tempora sacer⁵⁸⁾ gradus esse minime dubitatur. "Datum Laterani in eodem anno."

CAP. VIII.

Natus ex patre servo et libera matre liber est, et licite promoveatur.

Gregorius IX. Archiepiscopo Neapolitano.

Dilectus filius G. diaconus proposuit, quod I.⁵⁹⁾ miles ea occasione, quod patrem ipsius hominem suum⁶⁰⁾ esse proponit⁶¹⁾, licet mater sua, cuius debet imitari conditionem, libera esse noscatur, ne promoveatur in presbyterum, impedire praesumit. Quocirca mandamus, quatenus, si tibi constiterit de praemissis, eundem militem ab huiusmodi impedimento cessare⁶²⁾ compescas.

TITULUS XIX.

DE OBLIGATIS AD RATIOCINIA ORDINANDIS,
VEL NON.CAP. UNIC.¹⁾

Obligatus ratiociniis, deposito onere et reddita ratione, ordinari potest; prius vero non.

Ex concilio Carthaginensi.

Magnus episcopus Augustensis²⁾ dixit: *Quid dilectioni vestrae ridetur,* procuratores, "et" actores, "et" exsecutores³⁾ seu curatores pupillorum si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: Si post deposita onera⁴⁾ et reddita⁵⁾ ratiocinia actus vitae ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent "et" cum laude Dei⁶⁾, si postulati fuerint, honore⁷⁾ munerari. Si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum "ab aliquo sine consideratione" fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Universi dixerunt: Recte "quoque" statuit sanctitas vestra⁸⁾, ideoque ita⁹⁾ est nostra sententia.

Cap. III. 16) ad quam: Comp. I. — 17) abest a Comp. I. — 18) Ita quoque: Comp. I., conc. — 19) intercluditur: ib. — 20) abest a Comp. I., conc. — 21) add.: ipsi: C. R. 1. — 22) necessitatis tempore: ib. — 23) promeruerunt: Comp. I. Aug. — promeruerunt: Comp. I. Ms., conc., Cont., Bñm.

Cap. IV. 24) Restitutum ex ipso conc. (A. 916.) — Burch. II. 234., Ivo Decr. VI. 302., Lips. XXI. 10., Comp. I. h. t. c. 3. — 25) Alch.: C. R. 2. — Alth.: C. L. — Altheum: Lips., Comp. I. — leg.: Altheim, cuius concilii canones nuper editi sunt ab Ill. Freybergo Sammlung Hist. Schriften etc. Stuttg. 1835. Tom. V. p. 223. — 25*) condonaverit: Burch., IV., conc. — 26) libertatem: Lips., Comp. I. — libertate: Böhm., conc. — libertati: Burch., IV. — 27) episc. presbyterum fecerit: Lips., Comp. I. — ep. presb. effecerit: Burch., IV., conc. — 28) abest a C. H. et Comp. I. Aug. — 29) missam dominis suis (abest a Comp. I. Aug.) et canonicas horas: Coll. citt., conc. — 30) accusatur: Coll. citt. — accusatur: conc. — 31) ordinavit eum et degr.: conc.

Cap. V. 32) Restitutum ex App. XXVI. 19., Comp. I. h. t. c. 5. — 33) Super quo tibi talit. resp.: App. — 34) esse: ad — 35) est: App., Comp. I.

Cap. VI. 36) Restitutum, quantum opus fuit (omissa enim sunt quae de decimis a Crucenignatis praestandis et ab initio et post verb.: transferre leguntur) ex Reg. Bal. X. 73. — Comp. III. h. t. c. un. — 37) abest inser. a C. R. 2. — Vaid'n.: C. R. 1. — Watten.: Comp. III. Ms. — Vaciem.: C. R. 1. — Comp. III. Aug. — Waciensi: Reg. — 38) Adieciens: Reg. — 39) eorum: C. R. 1. — ea: Comp. III., Reg. — 40) eadem: Comp. III., Reg. — 41) In alio vero: Reg. — 42) oblatis: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 43) manumittendi: Böhm. — 44) debent: Comp. III., Reg.

Cap. VII. 45) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 391. — Notabile de hoc cap. veteris interpretis (Tancredi, si verum est), testimonium publici iuris fecit Ant. Augustinus in Ant. comp. ed. Par. p. 430.: In fine operis quidam affectionis ardor scholasticus me cogit, ut quosdam decretales, quos sub nomine dom. Innocentii III. habent scholastici, tanquam non suos respiciat, neque enim in registris eius continentur, neque ab eo editae comprobantur, sicut ore ad us ab eo accepti. Quarum una est de servo in subdiaconum ordinato, qui privilegio asseritur eodem gaudere cum clerico. Secundu etc. Prima praedictarum, quae incipit: Miramur etc. — Servatum est in sola Lucensi, ex qua nunc tandem, quantum licuit, restitutum est. — 46) Innoc. III.: Luc. — 47) Ceterum sancitum est: Luc. — 48) cautum: C. H. — 49) quomodo: C. L., Luc. — 50) et in sero. non deb. rev.: Luc. — 51) primis: C. H. — 52) et in his: C. R. 1. — in his: Luc. — 53) gaudet: Luc. — 54) Namque: C. H. — 55) abest a C. H. L. R., Luc. — 56) reputetur: C. L. — 57) abest a C. R. 1. — 58) inter suos esse gradus: Luc.

Cap. VIII. 59) Io.: C. R. 2. — Iouannes: C. L. — 60) seruum: Böhm. — 61) proposuit: C. R. 2. — 62) abest a C. R. H. L.

TIT. XIX. Cap. I. 1) c. 8. conc. Carth. I. hab. A. 348. — Burch. II. 36., Iv. Decr. VI. 137., Diat. LIV. 3. (quo loco var. lect. tum ex Burch. et Iv. tum ex Coll. Hisp collectas recensimus.) — 2) leg.: Astungensis: cf. cit. c. 3. — 3) leg.: tutores etiam: cf. ib. — 4) omnia: Comp. I. Aug. — 5) abest a C. H. — 6) cleri: Comp. I. Ms. — clerici: Aug. — 7) honeste: C. R. 1. — 8) tua: Comp. I. Aug. — 9) vera sententia: C. R. 1. — ista est vestra sent.: Cont. — leg.: ideo quae tua est, nostra est quoque sententia, cf. cit. c. 3.

TITULUS XX.
DE CORPORE VITIATIS ORDINANDIS
VEL NON.

CAP. I.¹⁾

Presbyter, qui in duello digiti partem amisit, ex dispensationis sui episcopi potest in suo ordine ministrare.

Alexander III.²⁾

De presbytero *autem* Campaniae, qui duellam sponte obtulit³⁾, et oblatum suscepit, et in eo partem digiti amisit, *sicut olim, ita et nunc prudentiae tuae* respondemus, quod, quum ipse, *sicut etiam nos videmus*, non perdidit⁴⁾ tantum de⁵⁾ digito, quin *ipse* sine scandalo possit sollemniter⁶⁾ celebrare, satis potes post perceptam poenitentiam cum eo⁷⁾ misericorditer agere, et permittere⁸⁾ ipsum in suo ordine ministrare, licet eius⁹⁾ excessus gravis admodum⁹⁾ extitisset. *Presbyter autem etc. [cf. c. 7. de hom. V. 12.]*

CAP. II.¹⁰⁾

Habens in oculo maculam, quae non inducit magnam deformitatem, etiam ad episcopatum poterit promoveri.

Idem Cisterciensi¹¹⁾ Electo.

Quum de tua *et aliorum* electione, *quae sunt in quibusdam ecclesiis Anglicanis electi, in praesentia nostra et fratrum nostrorum* quaestio mota fuisset, *et singulis vestris quaedam obicerentur*: tibi, quod in oculo maculam habes¹²⁾, et filius canonici fueris, est obiectum. Unde¹³⁾ Cantuariensi archiepiscopo *apostolicae sedis legato* dedimus in mandatis, ut pro eo, quod canonici filius diceris¹⁴⁾, in promotione tua ex multa dispensatione procedat¹⁵⁾. De macula vero, *quam in oculo habere diceris, hoc* archiepiscopo praedicto mandavimus¹⁶⁾, ut cum¹⁷⁾ consilio suffraganeorum suorum, *et praesertim venerabilium fratrum nostrorum Wigorniensis et Exonensis episcoporum*, quod¹⁸⁾ exinde sibi¹⁹⁾ visum²⁰⁾ fuerit exsequatur²¹⁾. *Tu itaque eundem archiepiscopum, frater, requirere super his studeas humiliter et devote*: in²²⁾ quo tibi ex maxima dispensatione *in hac parte sollicito* curavimus providere, *utpote etc.*

CAP. III.²³⁾

Sectus in cunabulis, licite promovetur.

Clemens III. Variensi²⁴⁾ Episcopo.

Ex parte Bartholomaei monachi *et diaconi* petitorium fuit nostro apostolatus²⁵⁾ praesentatum, quod, quum ipse in cunabulis sectus fuerit, postmodum sub regula et abbate devote Deo militans in diaconatus ordinem est promotus, *unde suppliciter petit facultatem sibi a sede apostolica indulgeri, ut sit ei licitum in presbyterium ordinari*. Sane²⁶⁾ quum secundum statuta Nicaeni concilii *illi* ad clericatus²⁷⁾ ordinem prohibeantur²⁸⁾ accedere, et si etiam in clero fuerint; cessare debeant²⁹⁾, qui se ipsos sani absciderint³⁰⁾, vel affectaverint³¹⁾, ut ab aliis abscindantur, non credimus ei *aliquod* impedimentum asserre, quo minus possit provehi, qui in cunabulis sectus fuit³²⁾; quia non videtur hoc³³⁾ eo tempore affectasse, quo iudicium animi non habebat, praesertim quum in³⁴⁾ cunabulis Apostolorum³⁵⁾ sit manifeste sancitum, quod eunuchus, si per insidias hominum factus, vel ita natus sit, aut etiam³⁶⁾ in persecutione sint ei amputata virilia, et³⁷⁾ dignus est³⁸⁾, possit in episcopum promoveri³⁹⁾. *Cognoscenti itaque etc.*

CAP. IV.⁴⁰⁾

Sacerdos, qui sine causa virilia sibi fecit abscindi, credens inde mereri, de dispensatione episcopi sumum officium, praeter altaris ministerium, poterit exercere.

Idem Ravennati Archiepiscopo.

Significavit nobis R.⁴¹⁾ archipresbyter sancti Stephani *de Longasco*, quod B.⁴²⁾ presbyter, credens se obsequium praestare Deo, fecit sibi virilia amputari. *Sed quum idem archipresbyter sit se nequitiae gravatus, nec relinquere valeat presbyterum memoratum, nobis humiliter supplicavit, ut ei concedere debeamus, ea, quae praeter missam ad sacerdotem pertinent, ministrare*. Quocirca mandamus, quatenus *inquiras diligenter veritatem, et, si iam*⁴³⁾ dictum presbyterum alias Deo⁴⁴⁾ dignum inveneris, ei sacerdotale officium absque *omni* altaris ministerio, auctoritate nostra fretus et tua, prout videris expedire, concedas.

CAP. V.⁴⁵⁾

Sacerdos, qui ex iusta causa fecit sibi virilia abscindi, potest, ut prius, sacerdotale officium exercere.

Innocentius III.⁴⁶⁾

Ex parte *dilecti filii* M.⁴⁷⁾ presbyteri fuit *in audientia nostra* propositum, quod, quum sibi sentiret leprae periculum immitti, de consilio medici virilia fecit sibi abscindi, ut posset a tam gravi⁴⁸⁾ infirmitatis vitio liberari, *et ut provideremus ei super executione sui officii, a nobis humiliter postulavit*. Quoniam igitur canones sanctorum Patrum hunc⁴⁹⁾ a sacri altaris ministratio⁵⁰⁾ non prohibent, *fraternitati tuae per apostolica scripta* mandamus, quatenus, si⁵¹⁾ est ita⁵²⁾, et memoratus M. est alias idoneus, ut sui ministerii officium exsequatur, *nullius contradictione vel appellatione obstante, auctoritate fretus apostolica* liberam ei tribuas facultatem. *Datum Laterani IV. Id. Febr.* [1198.]

CAP. VI.⁵³⁾

Mutilatus manu, si promotus fuerit in abbatem, ab abbacia deponitur.

Idem Militeni⁵⁴⁾ Episcopo.

Exposuisti nobis *in nostra praesentia constitutus*, quod *I. quondam* praedecessor tuus H.⁵⁵⁾ in abbatem promovit, nesciens, quod ipse esset manu altera mutilatus. *Quia vero abbas ipse noscitur sinistra carere, quid super hoc agendum sit, nostra voluisti responsione doceri*. Nos igitur fraternitati tuae taliter respondemus quod, quum pro tam enormi defectu ad sacros non possit ordinem promoveri, et *ipse* in promotione sua id tacuerit fraudulenter, ab abbacia officio est non immerito amovendus. *Dat. Romae ap. S. Petr. V. Kal. Jul.* [1198.]

CAP. VII.⁵⁶⁾

Carens ungula pollicis, dummodo sit fortis in pollice, licite ad sacerdotium promovetur.

Honorius III. Episcopo Engolismensi.⁵⁷⁾

Thomas Monachus *sancti Amantii de Brizia* proposuit *coram nobis*, quod, quum in annis puerilibus esset constitutus, quaedam barra ferrea super dextrae suae pollicem fortuito casu cadens, unguam avulsit⁵⁸⁾ ab eo. *Quum autem desideret, sicut asserit, in sacerdotali officio Domino famulari, nobis humiliter supplicavit, ut per te, qui eius dioecesanus existis, promoveri eum in sacerdotem mahdaremus*. Quocirca *fraternitati tuae* mandamus, quatenus⁵⁹⁾, si ad frangendum⁶⁰⁾ eucharistiam sit in pollice ipso⁶¹⁾ potens, et aliud canonicum non obsistat, propter deformitatem huiusmodi non dimittas, quin eum ad ordinem promoveas sacerdotis.

TIT. XX. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XXVI. 6. Lips. XI. 6. Cass. XXI. 10. Comp. I. h. t. c. 1. et c. 2. de cler. pugn. V. 12. — 2) Inscr. omitt. Cass. — P. C. Licet praeter: Coll. rell. — cf. c. 3. de spons. duor. IV. 4. — 3) obtulerit... suscepit: Lips. — 4) perdidit: Lips., Cass. — 5) ex: App. — 6) solenniter: Coll. citt. — 7) ipso: App. — 8) permittit: eum: Cass. — 8) abest a Cass. — 9) ultra modum: C. R. 1. — lic. exc. gravis sit: App.

Cap. II. 10) Restitutum ex App. XI. 3. Lips. XXXI. 9. Cass. XI. 7. Comp. I. h. t. c. 3. — 11) Cisterciensi: C. H. L. — Cisterciensi: Lips., Cass., Comp. I. — Cisterciensi: App. (Chichester). — 12) habebus: Comp. I. Aug. — 13) Attendentes itaque: Coll. citt. — 14) diceris fuisse: App. — 15) procedere non postponit (postponas: Cass.). Coll. citt. — 16) mandamus: Lips., Cass., Comp. I. — 17) abest a Cass. et Comp. I. — ut in quo suffraganeorum... examini visum fuerit, sic exsequatur: App. — 18) qui exinde sibi quod visum fuerit exsequatur (exsequentes: Ms.): Comp. I. — 19) abest a Cont., Böhm. — 20) praevisionem: C. R. 1. — iustum visum: C. R. 2. — 21) exsequantur: Cass. — 22) quia tibi: App. — quia nos tibi: Lips., Cass., Comp. I.

Cap. III. 23) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. un. — 24) abest inscr. a Comp. II. Ms. A. — Beren.: C. H. — Variensi: Comp. II. Aug., Böhm. — Sagiensi: Theinerus ex libr. Ms. Par.: Recherches p. 46. — Vacicasi: conjectura Gonzalezii (cf. inscr. c. 6. de serv. non ord. L. 18.). — 25) conspectui: Comp. II. Ms. A. — 26) Nos vero attendentes, quod: Comp. II.

— 27) diaconatus: Comp. II. Aug. — cf. Dist. LV. c. 7. — 28) prohibentur: C. H. — 29) abest: Comp. II. — 30) absciderunt: ib. — 31) affectaverunt: ead. Ms. A. — 32) fuerit: Comp. II. — 33) abest a Comp. II. Ms. B. — 34) abest a Comp. II. Aug. et Ms. B. — 35) cf. Dist. LV. c. 4. 8. — 36) abest a Comp. II. Ms. A. — 37) et si: C. R. 1. — 38) sit: Comp. II. Aug. — 39) ut ep. fieri possit: ead. Ms. A. — fiat episcopus: Ms. B. — Cap. IV. 40) Restitutum ex Comp. II. c. 1. de cler. agr. III. 5. — 41) Robertus: Comp. II. Ms. A. — 42) R.: Comp. II. — 43) ante: C. R. 1. — 44) abest a Comp. II.

Cap. V. 45) Restitutum ex Reg. Bal. I. 19. — Comp. III. h. t. c. 46) Parisiensi: Comp. III. Aug., Böhm. — Parisiensi: Comp. III. Ms., Reg. — 47) Michaelis: Reg. per tot. — 48) gravis: Comp. III., Reg. — 49) huiusmodi: Comp. III., Reg. — 50) administratione: Comp. III., Reg., Cont., Böhm. — 51) si ita se rei veritas habet: Comp. III., Reg. — 52) ita, quum alias idoneus sit: C. R. 1.

Cap. VI. 53) Restitutum ex Reg. Bal. I. 307. — Comp. III. h. t. c. 2. — 54) Milite: C. R. 1. — Milicen: C. R. 2. — Militen: Böhm. — 55) P.: Comp. III. — Ph.: Reg.

Cap. VII. 56) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 57) ep. Eag.: desid. in C. R. — Egoleten: C. L. — Innoc. III. ep. Angolien: C. H. — 58) avulsit: C. H. — evulsit: C. R. 1. — Comp. V. — 59) quod: Comp. V. — 60) frangendam: C. H. — 61) ipse: Böhm. — illo: Comp. V. Cir.

TITULUS XXI.

DE BIGAMIS NON¹⁾ ORDINANDIS.

CAP. I.

Breve est.

Ex Concilio Aurelianensi.²⁾

Ut bigami, "vel" poenitentes, vel³⁾ repudiatarum mariti, ad sacerdotium⁴⁾ non ascendant⁵⁾.

CAP. II.⁶⁾

Cum bigamo, qui ordinatus est ad sacros, non dispensatur, et ordinator privabitur potestate ordinandi, nisi cum eo fuerit dispensatum.

Lucius III. Spal.⁷⁾ Archiepiscopo.

Super eo, quod "a nobis" tua fraternitas "quid faciendum sit" de bigamis requisivit, "inquisitioni tuae taliter" respondemus, quod ordinatores eorum potestate et officio ordinandi, et ordinati, si ad sacros ordines fuerint⁸⁾ promoti, "ordinibus" eis ideo sunt privandi⁹⁾, quia in bigamis contra Apostolum¹⁰⁾ dispensare non licet, ut debeant ad sacros ordines promoveri, vel in eis¹¹⁾, si promoti fuerint, "possint aliquatenus" remanere. In ordinatore autem potest dispensatio adhiberi, ut ordinandi potestate et officio non priveretur¹²⁾. "De simoniace etc. [cf. c. 22. de sim. V. 2.]"

CAP. III.¹³⁾

Bigamus, uxore vivente, vel mortua, non ordinatur.

Coelestinus III.¹⁴⁾

De bigamis "autem" presbyteris et viduarum maritis idem¹⁵⁾ sancitur¹⁶⁾ omnino, ut nec viventibus uxoribus, nec defunctis, ad divinarum debeant celebrationem admitti, maxime quum a doctrina¹⁷⁾ sit Apostoli¹⁸⁾ et institutionibus¹⁹⁾ ecclesiae alienum.

CAP. IV.²⁰⁾

Qui mortua uxore promotus ad sacros, cum secunda de facto contraxit, et cognovit, bigamiae poenam incurrit, licet non sit bigamus.

Innocentius III. Ratispa.²¹⁾ Episcopo.

Nuper²²⁾ a nobis (Et infra: ["cf. c. 29. de sent. exc. V. 39."]) Tertius "et ultimus inquisitionis" articulus videbatur habere non modicum quaestionis, quoniam, quum in matrimonii contrahendis non iuris effectus²³⁾, sed animi destinatio attendatur, unde illum comitatur infamia, qui duas simul habet uxores, quod partim ad factum convenit retorqueri, sicut "et quod" in canone legitur²⁴⁾ de presbytero, qui non legalibus nuptiis detinetur, eadem censura tales videntur inter bigamos reputandi, licet obviet²⁵⁾ ex adverso, quod opinioni sit veritas praeferranda, et quod iuxta praemissa qui nullam uxorem habuit²⁶⁾ foret bigamus reputandus, quod contingeret, si quis de facto contraheret cum diversis, quibus de iure non posset matrimonialiter copulari. Nos autem in hac quaestione tibi respondemus, quod, quum huiusmodi clericis, qui, quantum in ipsis fuit, secundas²⁷⁾ mulieres sibi matrimonialiter²⁸⁾ coniunxerant, tanquam cum bigamis²⁹⁾ non liceat³⁰⁾ dispensari³¹⁾, licet in veritate bigami non existant, non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsequuto. "Dat. Lat. XVII. Kal. Jun." [1199.]

CAP. V.³¹⁾

Qui contraxit cum virgine, licet prius ab alio fuerit desponsata, bigamus non censetur.

Idem Metensi³²⁾ Episcopo.

Debitum pastoralis officii (Et infra: ["cf. c. 4. de bapt. III. 42."]) "Secundus autem tuae dubitationis articulus continebat, an is, qui

mulierem ab alio viro traductam, sed non cognitam, sibi matrimonialiter copulavit, valeat ad sacerdotium promoveri? Licet autem is, qui relictam ab alio duxit in coniugem, sive cognita fuerit ab illo, sive incognita manserit, videatur duxisse viduam in uxorem, utpote cuius vir erat mortuus, quando duxit eandem, sicut et ille bigamus esse videtur, qui cum duabus legitime contraxit uxori- bus, sive neutram, sive alteram tantum cognoverit, quia vir existit duarum uxorum: nos tamen Fraternitati tuae "ita" duximus respondendum, quod, quum duo sint in coniugio, videlicet consensus animorum et commixtio corporum, quorum alterum significat caritatem, quae consistit in spiritu³³⁾ inter Deum et iustam animam, ad quod pertinet illud, quod dicit Apostolus³⁴⁾: „Qui adhaeret Deo, unus spiritus est cum eo;“ reliquum vero designat conformitatem, quae consistit in carne inter Christum et "sanctam" ecclesiam, ad quod pertinet illud, quod Evangelista testatur³⁵⁾: „Verbum caro factum est, et habitavit in nobis,“ profecto coniugium illud, quod non est commixtione corporum³⁶⁾ consummatum, non pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum et ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum, iuxta quod Paulus exponens illud, quod dixerat Protoplastus³⁷⁾: „Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea, et propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una,“ statim subiungit³⁸⁾: „Hoc autem dico magnum sacramentum in Christo et ecclesia.“ Quum ergo propter sacramenti defectum inhibita sit, ne bigamus aut maritus viduae praesumat ad sacros ordines promoveri, quoniam nec illa est unica unice, nec iste unus unius: profecto, ubi deficit inter huiusmodi³⁹⁾ coniuges commixtio corporum, non deest huiusmodi⁴⁰⁾ signaculum sacramenti. Unde is, qui mulierem ab alio viro⁴¹⁾ ductam⁴²⁾, sed minime cognitam, duxit⁴³⁾ uxorem⁴⁴⁾, quia nec illa, nec ipse carnem suam divisit in plures, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoveri. "Dat. Faventini V. Kal. Sept. Ao. IX." [1206.]

CAP. VI.⁴⁵⁾

Qui plures habuit concubinas, ex eo bigamus non est.

Idem Lugd.⁴⁶⁾ Archiepiscopo, apostolicae sedis Legato.

Quia circa minima "et maxima frequenter humanus deficit intellectus, prudentis est, quaerere, ubi scrupulus dubitationis occurrat." Sane postulasti⁴⁷⁾ per sedem apostolicam edoceri, si presbyteri "successive" plures concubinas habentes, bigami censentur, ut cum eis tanquam irregularibus quoad executionem sui officii nequeas dispensare? (Et infra:) Ad quod "sic" duximus respondendum, quod, quum⁴⁸⁾ "sacerdotes praedicti, sive uno, sive dicentis temporibus plures habuerint concubinas," irregularitatem non incurrerint bigamiae, cum eis tanquam simplici fornicatione notatis quoad executionem sacerdotalis officii poteris dispensare, "si vivere curaverint continenter. De presbyterorum etc. Dat. Signiae V. Non. Oct. Pont. nostr. Ao. XVI." [1213.]

CAP. VII

Subdiaconus, qui cum vidua contraxit, et eam cognovit, bigamiae poenam incurrit, licet bigamus non sit.

Idem.⁴⁹⁾

A nobis fuit (Et infra:) Ille autem, qui in subdiaconatus ordine⁵⁰⁾ constitutus de facto tantum, quia de iure non potuit, duxit viduam in uxorem, profecto bigamus non existit. Sed nec viduae potest in veritate dici maritus, quum inter ipsum et illam⁵¹⁾ non fuerit vinculum maritale contractum. Cum eo tamen contra doctrinam Apostoli, tanquam cum marito viduae, dispensare non licet, non propter sacramenti defectum, sed propter⁵²⁾ affectum intentionis cum opere subsequuto.

TIT. XXI. 1) non ord.: omitt. C. R. 1.
 Cap. I. 2) summa c. 3. conc. Arel. IV. (cf. c. 2. D. LV.) — Burch. II. 32. Ivo Decr. VI. 134. Comp. I. h. t. c. 2. — 3) et: C. H. — 4) clericatum: ib. — 5) promoveantur: Coll. cit.
 Cap. II. 6) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 3. — 7) Spalat.: C. R. 1. — Spalaten.: C. R. 2. — Spalten.: C. L. — Spalens.: Cont. — Spoleto- no: Comp. I. — Spalatr.: Böhm. — leg. vid.: Spalatrensi (Spalatro), archiep. Slavon. — 8) sunt: C. H. — 9) debent privari: Comp. I. — 10) i Tim. III. 2. — 11) eisdem: Comp. I. — 12) priventur: C. R. 1. — Cap. III. 13) Luc. ap. Bal. III. 390. Comp. II. h. t. c. 2. — 14) Clemens III. P. C. Quod de his: Comp. II. Böhm. — Coelestinus III. Brugna ep.: Luc. (vid. leg.: Brugnatensi, qui Sardin. ep. est, Brugnato) — Cap.: Quod de his vid. in c. 26. de sent. excomm. V. 39. — 15) id: Luc. — 16) sententia: Comp. II. — 17) doctrinae: Luc. Comp. I. — 18) apostolicae et ecclesiasticae: Luc. — 19) institutione: C. R. 2. — constitutionibus: C. H.
 Cap. IV. 20) Restitutum ex Reg. Bal. II. 66. — Comp. III. h. t. c. 1. — 21) Watisen.: Comp. III. Ms. — Witalamen.: Aug. — Wratislavensi: Reg. — 22) Super: C. R. 1. — 23) affectus: Comp. III., Reg. — 23*) cf. c.

16. Dist. XXVIII. — 24) obtinet: Comp. III. Aug. — 25) habuerit: C. R. 1. — 26) abest a C. H. — 27) abest a Comp. III. — 28) bigamo: ead. — 29) licet: ead., Reg. — 30) dispensare: C. R.
 Cap. V. 31) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 159. — Comp. III. h. t. c. 2. — 32) Muceni: C. R. 2. — venerab. fratri Metensi ep.: Reg. — 33) add. a sancto: C. R. 1. — 34) 1 Cor. VI. 17. — 35) Ioan. I. 14. — 36) corporis: Comp. III. — 37) Gen. II. 23. — 38) subiunxit: C. R. 1. H. — cf. Eph. V. 32. — 39) istiusmodi: C. H. — 40) istiusmodi: C. R. 1. — Comp. III., Reg. — 41) abest a Comp. III. Aug. — 42) traductam: Reg. — 43) duxerit: Comp. III. Ms., Reg. — 44) in ux.: C. R. 1. — in coniugem: Comp. III., Reg.
 Cap. VI. 45) Restitutum (quantum oportuit) ex Reg. Bal. XVI. 118. — Comp. IV. h. t. c. un. — 46) London. ep.: C. R. 1. — London. archidiac.: C. R. 2. — Londonien.: C. L. — archid. Londonen.: Comp. IV. Aug. — archid. Lund.: Comp. IV. Ms. B. — archiepiscopo Lundensi: Comp. IV. Ms. A., Reg., Böhm. — 47) postulatus: Comp. IV. Aug. — 48) abest a C. H.
 Cap. VII. 49) An vere Innocentii sit, non constat, quum neque in tertia, neque in quarta Comp. invenitur. — Eadem fere verba sunt in c. 4. h. t. — 50) ordinem: C. R. 1. — 51) ipsam: ib. — 52) abest a C. H.

**TITULUS XXII.
DE CLERICIS PEREGRINIS.**

CAP. I.¹⁾

Ultramarini et valde remoti ordinationem suam probare debent per quinque episcoporum sigilla.

Alexander III. *Cenomanensi Episcopo.*

Tua nos duxit fraternitas consulendos, quid sit agendum de clericis, qui in remotis regionibus ordinati²⁾ literas³⁾ eorum ostendunt, a quibus sibi proponunt manus impositas, et utrum episcoporum⁴⁾ sigilla sint, quae repraesentant⁵⁾, incertum existit⁶⁾. Tuae igitur consultationi "significatione praesentium" respondemus⁷⁾, tutius⁸⁾ esse, ut in his statuta Patrum veterum observentur, quam novum aliquid⁹⁾ statuatur. Statutum autem¹⁰⁾ est de transmarinis, ut ad minus quinque episcoporum super ordinatione sua testimonio muniantur¹¹⁾, quod in aliis, si¹²⁾ similiter sunt¹³⁾ incogniti, credimus observandum, ita tamen, ut¹⁴⁾ in suspensione aliquanto¹⁴⁾ tempore habeantur, in quo "videntes" plenius de actibus instruantur¹⁵⁾ ipsorum. Sed et¹⁶⁾ de inferioribus ordinibus inquiri oportet¹⁷⁾, quia posset contingere, ut aliquibus praetermissis saltem fecissent. His autem peractis, si digni inventi fuerint, circa eos poterit dispensari. "Super eo vero etc. [cf. c. 15. de off. deleg. l. 29.]"

CAP. II.¹⁸⁾

Clericus peregrinus, qui iurat se ordinatum, nisi aliter probet, in illo ordine non suscipietur, nec ad superiores promovebitur.

Innocentius III. *Constantinopolitano Patriarchae.*¹⁹⁾

Inter quatuor (Et infra [cf. c. 8. de maior. et obed. l. 33.]) Consultulit²⁰⁾ nos iterum²¹⁾ tua fraternitas, utrum clericos ad te sine suorum ordinatorum literis venientes, et offerentes "praestare corporatiter" iuramentum, quod sint in quovis ecclesiasticorum ordinum constituti, debeas ad superiores ordines promovere. "Nos igitur" Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, nisi de ipsorum ordinatione canonica per idonea tibi constiterit argumenta, eos nec in illis suscipere, nec ad maiores debeas ordines promovere, praesertim antequam conversatio eorum fuerit approbata. "Edoceri quoque etc. Dat. Ferentini IV. Non. Aug. Ao. IX." [1206.]

CAP. III.²²⁾

Peregrinus, de cuius ordinatione non constat, non permittitur celebrare in publico, sed in occulto sic.

Idem *Patriarchae Hierosolymitanae.*²³⁾

Tuae fraternitatis "discretio postulavit per sedem apostolicam edoceri," Utrum clericos "illos," qui ad partes Hierosolymitanas sine commendatitiis literis veniunt, permittere debeas celebrare divina, "quum plerique illorum, de quorum canonica ordinatione non constat, statim ut veniunt, praesumunt, non expetita licentia, celebrare? Nos autem tuam in Domino sollicitudinem commendantes super primo articulo" Respondemus, quod, nisi legitime tibi constiterit, sive per literas sive per testes, de illorum²⁴⁾ ordinatione canonica, qui penitus sunt²⁵⁾ ignoti, non debes ipsos permittere in²⁶⁾ tuis plebibus celebrare; sed si forsitan eorum aliqui secreto ex devotione celebrare²⁷⁾ voluerint, poteris sustinere. "Super secundo etc. [cf. c. 3. de apostatis v. 9.] Dat. Romae ap. S. Petrum II. Kal. Febr. Ao. IX." [1207.]

TIT. XXII. Cap. I. 1) Restitutio ex App. XXVI. 20., Lips. XI. 19., Cass. XXI. 28., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) add.: sunt: C. L. — 3) literas eorum, a quibus sibi prop. man. impos., incertum est, utrum episcoporum sigilla sunt, quae repraesentant: Lips. — literas suas ostendunt, a quibus sibi proponunt manus esse impos., et incertum esse, utrum episcoporum sigilla fuerint, quae repraesentantur: Cass. — literas eor. proponunt, a quibus sibi manus sit imposita, quum incertum sit, utrum eorum sint sigilla, quae praesentant: App. — 4) eorum: C. H., Comp. I. Aug. — 5) proponunt: Comp. I. Ms. — 6) est: Comp. I. — 7) taliter resp.: C. R. — indulgentis: Coll. citt. — 8) tutum: App. — 9) quid: ib. — 10) enim: ib. — 11) cf. c. 1. Dist. XCVIII. — 12) qui: C. R., Coll. citt. — 13) sint: C. H. 14) quod: C. H. — 14*) aliquo: App., Comp. I. Aug. — 15) instituantur: App., Cass. — 16) abest ab App. et Comp. I. Aug. — 17) oportuit: Coll. citt.

Cap. II. 18) Restitutio ex Reg. Brequ. IX. 140. — Comp. III. h. t. c. 1. — 19) archiepiscopo: C. R. 2. — 20) verba: Consul. . . fratern.: non leg. in C. R. H. l., neu. ap. Cont. — 21) insuper: Comp. III., Reg.

Cap. III. 22) Restitutio ex Reg. Brequ. IX. 254. — Comp. III. h. t. c. 2. — 23) add.: apost. sed. leg.: Reg. — 24) eorum: C. R. 1. — 25) sint: C. H. — 26) abest a C. R. 1. H., Comp. III., Reg. — 27) abest a C. R. 1.

Cap. IV. 28) Restitutio ex Comp. V. h. t. c. un. — 29) abest a Comp. V. — 30) cons. et consensu tuo: Comp. V., Böhm. — 31) alius: C. H. — 32) omitt. C. L. — 33) auctor. ap. tibi indulgentis, ut: Comp. V.

CAP. IV.²⁸⁾

Inferiores praelati sine dioecesanorum consensu, in ecclesiis suis peregrinos non possunt instituere.

Honorius III. *Regino Episcopo.*

Te nobis proponente didicimus, quod quidam praelati ecclesiarum²⁹⁾ tuae iurisdictionis in ecclesiis sibi commissis sine conscientia tua³⁰⁾ "et consensu" clericos de alienis³¹⁾ episcopatibus instituere non verentur. Attendentes igitur, id eis nulla ratione licere, quum sit honestati contrarium et a³²⁾ sanctorum Patrum institutionibus alienum, "ad exemplar felicitis recordationis Alexandri Papae praedecessoris nostri" inquisitioni tuae taliter respondemus³³⁾, quod, "si qui clericus de alienis episcopatibus in ecclesiis tuae iurisdictionis sine conscientia et assensu tuo sunt vel fuerint in posterum instituti," tibi licet³⁴⁾ eos exinde³⁵⁾ "ex auctoritate nostra appellatione postposita" remove, nisi aliquos "ex his" ex dispensatione in eisdem ecclesiis duxeris dimittendos³⁶⁾.

**TITULUS XXIII.
DE OFFICIO ARCHIDIACONI.**

CAP. I.¹⁾

Ponit quae spectant ad officium archidiaconi.

*Ex libro Romani ordinis.*²⁾

Ut archidiaconus post episcopum sciat se vicarium esse eius³⁾ in omnibus, et omnem curam in clero, tam in urbe positurum, quam eorum, qui per parochias habitare noscuntur, ad se pertinere; sive de eorum conversatione, sive "de" honore⁴⁾ et restauratione ecclesiarum, sive doctrina⁵⁾ ecclesiasticorum⁶⁾, vel⁷⁾ ceterarum rerum studio, et delinquentium rationem coram Deo redditurus est. Et⁸⁾ ut de tertio in tertium annum, si episcopus non potest, parochiam universam circumeat, et cuncta, quae emendatione indigent⁹⁾, ad vicem sui episcopi corrigat et emendet¹⁰⁾.

CAP. II.¹¹⁾

Non summatur, sed ponit quaedam, quae spectant ad officium archidiaconi.

*Ex concilio Toletano.*¹²⁾

Officium vero archidiaconi est, evangelium quando voluerit legere, vel alicui de diaconis praecipere, et quando episcopus missam canit, ad iussione illius induant se Levitae vestimenta sacris, qualiter cum pontifice ad missam procedant¹³⁾; "omnem querrimoniam seu causam vel iustitiam presbyterorum, vel diaconorum, vel subdiaconorum ipse debet deliberare, ordinare et fucere. Ideo vero strenuus, providus, cautus, vicem sui episcopi agens, episcopii totius curam habeat, et" §. 1. Omne ecclesiasticum officium providendo¹⁴⁾, lectiones aut¹⁵⁾ responsoria in matrice ecclesia dare debet, et auscultare, in tantum¹⁶⁾, ut nullus evangelium, aut epistolam, "aut" responsoria¹⁷⁾, vel quamlibet in ecclesia lectionem legat vel cantet¹⁸⁾, donec "ante ipsum legat vel cantet, et" auscultetur ab ipso¹⁹⁾. §. 2. Acolythos quoque ipse ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum²⁰⁾ deferat²¹⁾ quivise minorum in ecclesia aliqua officia²²⁾ agere debeat²³⁾.

CAP. III.²⁴⁾

Custodia vasorum ecclesiae spectat ad archidiaconum.

Gregorius IX.²⁵⁾ *Archidiacono Salonitano.*

Fra, quae "nobis" contra "vos tu et episcopus tuus direxistis scripta, doluimus agnoscentes eo, quod inter vos nihil caritas recognoscit.

— 34) licent: ead. — 35) abest ab ead. — 36) admittendos: C. R. 1. — restitendos: Comp. V.

TIT. XXIII. Cap. I. 1) Lips. XXXIII. 1., Comp. I. h. t. c. 2. — 2) consil.: C. R. 1. — In Romanis Ordinibus, certe qui a Mabillonio Musei Italici tomo II. editi sunt, non exstat. — 3) abest a C. L. — 4) onere: C. L. — 5) de doct.: C. L. — 6) ecclesiasticorum: Lips. — add.: viorum: Comp. I. Aug. — 7) sive: C. H. — 8) abest a C. H. — seq.: ut: omitt. Comp. I. Ms. — 9) indigerint: C. R. 1. — 10) et emend.: non exstant in Lips. et Comp. I.

Cap. II. 11) Lips. XXXIII. 2., Comp. I. h. t. c. 3. — 12) Non exstat in Toletanis, quae edita sunt. — Similia Isidori nomine insignita leguntur in c. 1. Dist. XXV. — 13) procedunt: Böhm. — 14) provident: Comp. I. Ms. — 15) ac: Lips. — autem et: Comp. I. Ms. — 16) et in tant.: C. R. 1. — et interim: Comp. I. — et iterum: Lips. — 17) responsorium: C. R. H. L., Lips., Comp. I. — 18) verba: vel cant., don. ante ips. leg. liberrati culpa omnia sunt in Lips. — 19) ab ips.: non exstant in Lips. et Comp. I. — 20) add.: debet: C. R. 1. — 21) ferre: Lips. — 22) officium: C. H. — 23) debet: C. R. 1.

Cap. III. 24) Restitutio ex Greg. I. Reg. I. 20. — Comp. I. h. t. c. 1. — 25) Gregorius IX. II.: C. R. L. — Sulerit.: C. R. 1. — Suleritan.: C. H. — Greg. Honorato archiepisc. Salom.: Comp. I. Aug. — Hon. archidiacon. Salom.: Comp. I. Ms. — Honorato diacono Salonitano: Reg.

Verumtamen te in officio ordinis tui administrare praecipimus, et, si illic potest superante gratia causa vestri scandali desiniri, nullum credimus vestrae animae acquisivisse. Sin vero ita inter vos discordia partes suas armavit, ut in tumore scandali voluntas vestra debeat remanere, tu ad nostram audientiam indifferenter occurras, et episcopus tuus pro se dirigat quam elegerit personam istructam, ut omnia subtili ratione perpensa constituere quae visa fuerint partibus debeamus. Scire vero²⁶⁾ te volumus, quod²⁷⁾ a te districte quaesituri sumus, quia²⁸⁾ vel propriae ecclesiae, vel ea²⁹⁾, quae de diversis ecclesiis cimilia³⁰⁾ sunt collecta, non³¹⁾ sub omni sollicitudine et fide servantur. Quod si quid ex eis vel negligentia, vel cuiusquam fraude deperit³²⁾, tu "in" hoc reatu adstringeris, qui per archidiaconatus ordinem custodiae eiusdem ecclesiae arctius deputaris.³³⁾

CAP. IV.³⁴⁾

Archidiaconus sine mandato episcopi non committit curam animarum, id est, non habet institutionem auctorizabilem.

Alexander III. Eliensi Archidiacono.

Quum satis sit absurdum "et a sanctorum Patrum institutionibus alienum, ut archidiaconus auctoritate propria debeat cuiuslibet curam ecclesiarum committere, aere nimis ferimus, quod tu sine mandato episcopi tui personis animarum curam committis." Quoniam igitur obtentu alicuius consuetudinis non debes contra sanctorum Patrum constitutiones³⁵⁾ venire³⁶⁾, et quod ad tuum non spectat officium vindicare, "ideo" mandamus, ut nemini "de cetero" sine licentia et mandato episcopi³⁷⁾ "tui" curam praesumas committere animarum.

Cap. V.³⁸⁾

Archidiaconus de iure communi non potest excommunicare. Ant. de But.

Idem Vigoriensi³⁹⁾ Episcopo.

Archidiaconis non videtur de ecclesiastica institutione licere, nisi auctoritas episcoporum "et consensus" accesserit, in aliquos⁴⁰⁾ sententiam⁴¹⁾ promulgare.

CAP. VI.⁴²⁾

Archidiaconus semel in anno, nisi necessitas exigit plus, visitat suam provinciam, id est parochiam. Hoc dicit.

Idem Episcopo Conventrensi⁴³⁾ et Abbati Cestrensi.⁴⁴⁾

Mandamus, quatenus⁴⁵⁾ prohibeatis "R." Cestrensi⁴⁶⁾ archidiacono, ne "clericus sine laicos, qui pro suis excessibus puniendi sunt, poena pecuniaria multare, sive in examinatione ignis vel aquae a quolibet viro vel muliere extorquere praesumat, aut pro annua et indebita exactione pecuniae personas suspendere, vel ecclesias interdicare, neque" ad ecclesias sui archidiaconatus visitandas nisi semel in anno accedat, nisi forte⁴⁷⁾ talis causa emerierit, propter quam ipsum oporteat praefatas⁴⁸⁾ ecclesias saepius visitare. "Et tunc etc."

Cap. VII.⁴⁹⁾

Dicit primo, quod sit officium archidiaconi, et in quo per illud relevetur episcopus. Et secundo dicit, decanos rurales per episcopum et archidiaconum eligendos et amovendos, si illorum vices communiter gerant.

Innocentius III.

Ad haec⁵⁰⁾ nos dicimus (Et infra:) §. 1. Sane consuluit nos tuae fraternitatis devotio, quid ad officium archidiaconi⁵¹⁾ debeat pertinere, et in quibus per ipsum cura episcopalis sollicitudinis

debeat relevari. Et nos, prout possumus, respondemus, quod⁵²⁾ archidiaconus secundum statuta B.⁵³⁾ Isidori imperat subdiaconibus et Levitis; parochiarum sollicitudo et earum ordinatio ad ipsum pertinet, et audire debet iurgia singulorum. §. 2. Archipresbyteri autem⁵⁴⁾, qui a pluribus⁵⁵⁾ decani⁵⁶⁾ nuncupantur, eius iurisdictioni se noverint subiacere. §. 3. Secundum vero Romani ordinis constitutionem⁵⁷⁾ maior post episcopum et ipsius episcopi vicarius reperitur, omnem sollicitudinem et curam tam in clericis quam in ecclesiis eorum, prout melius secundum Deum poterit, impendendo, quum super hiis sit redditurus rationem in districti examinis iudicio. §. 4. Item in epistola B. Clementis⁵⁸⁾ Papae praedecessoris nostri oculus episcopi archidiaconus appellatur, ut loco episcopi per episcopatum prospiciens, quae corrigenda viderit corrigat et emendet, nisi adeo fuerint ardua negotia, quod absque maioris sui⁵⁹⁾ praesentia nequeant terminari. §. 5. In quadam vero nostra constitutione⁶⁰⁾ iam alia vice nos meminimus expressisse, quod institutio corporalis tam super beneficiis quam etiam⁶¹⁾ dignitatibus ad ipsum debeat⁶²⁾ pertinere, examinatio etiam⁶³⁾ clericorum, si fuerint ad sacros ordines promovendi; et hoc idem in collationibus beneficiorum credimus observandum, ut qui beneficiis ecclesiasticis praeficiendi fuerint a suo prius examinator archidiacono, et per ipsum postmodum episcopo⁶⁴⁾ praesententur. §. 6. Subsequenter postea quaesivisti⁶⁵⁾, utrum decani rurales, qui pro tempore statuuntur, ad mandatum tuum solum, vel archidiaconi, vel etiam utriusque institui debeant vel destitui, si fuerint amovendi. Ad hoc⁶⁶⁾ breviter respondemus, quod, quum "iuxta imperialis sanctionis⁶⁷⁾ auctoritatem" ab omnibus quod omnes tangit approbari debeat⁶⁸⁾, et⁶⁹⁾ quum commune eorum decanus officium exerceat, communiter est eligendus, vel etiam amovendus.

Cap. VIII.⁷⁰⁾

Archidiaconus non dat commendatitias ad ordines.

Idem.⁷¹⁾

Significasti (Et infra:) Interdicas archidiacono tuo, ne sine conscientia tua et auctoritate literas suas promovendi concedat, et eis etiam districte prohibeas, ne ad ordines⁷²⁾ "taliter" audeant convolare. Qui si⁷³⁾ contra prohibitionem tuam venire praesumpserint, executionem⁷⁴⁾ eis ordinum susceptorum totaliter⁷⁵⁾ interdicas. "Dat. Lat. XV. Kal. Oct." [1199.]

Cap. IX.⁷⁶⁾

Archidiaconus examinat et praesentat ordinandos, et ponit praelatos in sede.

Idem.⁷⁷⁾

Ut nostrum (Et infra: [cf. c. un. ut eccl. ben. III. 12.]) "Quia vero maiorum excessus maiori debent severitate puniri, quum iuxta divinae legis oraculum sacerdos, si unctus est, peccaverit, faciet delinquere populum, quod inhoneste super retentione proventuum praesumpsi de communi fratrum nostrorum consilio irritavimus, et in poenam praesumptionis huiusmodi, ut in eo puniaris, in quo peccaveras, vel collatione dignitatis vel ecclesiastici beneficii, quod ad tuam donationem in tua primo vacabit ecclesia, censuimus suspendendum. Ceterum quia divina docente scriptura didicimus, quod melior est sapiens viro forti, et qui dominatur animo expugnatore urbium, quantumcunque voluerimus aut vellemus, si salva possemus iustitia (contra quam non iudicamus nos posse, quum visus in sede iustitiae constituti), praefatam cancellariam praedicto subdiacono nostro conferri, saepedictum tamen H. de Lamp. non invenimus ita culpabilem, ut eum exigente iustitia ipsa cancellaria privare possimus, quum, etsi parentes

Cap. III. 26) abest a C. H. — 27) eo quod: C. R. 1. — 28) quae: C. H. — 29) abest a Reg. — 30) cimilia: C. R. L., Comp. I. Ms. — cimilia: Reg., Böhm. — 31) sub omni nunc: Reg. — 32) deperierit, in hoc reat. constringerit: lb. — 33) implicaris: Reg.

Cap. IV. 34) Restitutum ex App. XXIV. 2., Lips. XII. 2., Cass. XXII. 2., Comp. I. h. t. c. 4. et p. 3. de instit. III. 6. — 35) institutiones: Cass., Comp. I. — 36) abest a C. H. et Comp. I. L. 1. — sanct. patr. const. transgredi: C. R. 2., App. Lips., Cass., Comp. I. L. III. — 37) domini Papae vel ep.: C. R. 1.

Cap. V. 38) Restitutum ex App. XXXVI. 4., Comp. I. h. t. c. 5. — 39) Vigora: C. R. — Vigorien.: C. L. — Wigor.: Comp. I. — add.: P. C. Causam, quae vertitur: Comp. I. — cf. App. XXXVI. 3., Comp. II. c. 9. de iudic. II. 1. — 40) alios: App. — 41) excommunicationis septentian: C. H. L.

Cap. VI. 42) Restitutum ex App. II. 11., Lips. IV. 4., Cass. XVI. 4., Comp. I. c. 4. de poen. V. 32. — 43) Coretren.: C. R. L. — Contronensi: App. — leg.: Conventrensi (Coventry): Lips., Cass., Comp. I. — 44) Cister.: C. R. 2. — Cestrenen.: C. H. — Custrensi: Lips. — Cistrensi: Cass., Comp. I. — Custrensi: App. (Chester.) — 45) ut ex nostro et vestra parte prohibeatur R. archidiacono Cestrensi (Castrenses: Lips. — Cistrensi: Cass.) clericos etc.: Coll. citt. — 46) Gist.: C. R. 1. — Cistern.: C. R. 2. — Cistren.: C. L. — 47) forsam: C. H. — 48) abest ab App.

Cap. VII. 49) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 1. — 50) Ad haec nos Deus: C. R. 1. — Ad haec (hoc: Aug., Ms. A.) nos Dominus: C. R. 2., Comp. IV. — 51) archidiaconatus: C. R. 1. — 52) abest a C. H. L., Comp. IV. — 53) sancti: Comp. IV. Ms. A. — cf. c. 1. Dist. XXV. — 54) abest a C. H. L., Comp. IV. Aug., Ms. B. — vero: Ms. A. — 55) plebibus: C. R. 1., Comp. IV. — 56) et decani: Comp. IV. Ms. B. — 57) constitutum: Comp. IV. Aug., Ms. B. — institutum: Ms. A. — cf. supr. h. t. c. 1. — 58) cf. c. 6. Dist. XCIII. — 59) abest a Comp. I. Aug. — 60) cf. infr. h. t. c. 9. — 61) abest a Comp. IV. Ms. A. — 62) debeant: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 63) autem: C. R. 1. — 64) add.: suo: Comp. IV. Ms. A. — 65) requisivisti: C. H. — 66) haec: Comp. IV. Ms. A. — 67) cf. c. ult. C. de auct. praest. V. 59. — 68) debet: Comp. IV. — 69) abest a C. R. 2., Comp. IV. Aug., Ms. B. — seq.: quum: omitt. C. R. 1. H. I.

Cap. VIII. 70) Restitutum, quantum oportuit (omissis quae de decoro a clericis observando inserta leguntur) ex Reg. Bal. II. 183. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 71) Tarvisino Ep.: Reg. — 72) ordinem: Comp. IV. Aug. — ordinationem: Ms. B. — 73) Quod si: Comp. IV., Reg. — 74) executione: Comp. IV. Aug. — 75) taliter: C. R. 1. H., Comp. IV., Reg.

Cap. IX. 76) Restitutum ex Reg. Bal. I. 368. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 77) Mediolanensi Archiep.: Reg.

eius simplicitate deliquerint, nihil tamen pro ea dantes aut etiam promittentes, ipse tamen investituram cancellariae sicut verus canonicus, et cui ratione canonicatus non poterat opponi de iure defectus, sine pactione quolibet et conventionem recepit. Nec etiam fuit sufficienter probatum, quod cancellarius ex officio suo exerceat⁷⁸) spiritualia memorata, quum ea potius de iure communi ad archidiaconi spectent officium, repraesentare⁷⁹) videlicet ordinandos episcopo⁸⁰), et illos examinare, ponere abbates et abbatissas in sede. Quas quum probatum sit etc. Dat. Perusii IX. Kal. Oct. [1198.]

Cap. X.⁸¹)

Archidiaconi in monasteriis iurisdictionem non habent, nisi quantum tribuit eis generalis vel specialis consuetudo.

Honorius III. Abbat. Ariminensi⁸²) Trecentis diocesis, et Archidiacono et Decano S. Stephani Trecentis.

Dilecto filio (*Et infra*): Ad petitionem archidiaconi Senonensis con- querentis, quod abbas et conventus monasterii sancti Petri *Viti* Senonensis procuracionem annuam et quaedam alia⁸³) ratione sui archidiaconatus ad ipsum spectantia exhiberi⁸⁴) sibi⁸⁵) contra iustitiam denegabant, abbati sancti Crispini et collegis⁸⁶) eius dedimus in mandatis, ut audirent causam *huiusmodi* et sine debito terminarent. Coram quibus petiit praedictus⁸⁷) archidiaconus, ut, quum *idem* monasterium infra⁸⁸) metas sui archidiaconatus sit situm, *praefati* abbas et monachi sibi⁸⁹) obedirent in his⁹⁰), quae pertinent ad iurisdictionem, correctionem, *reconciliationem* et⁹¹) visitationem, ad ius, ut dicebat, archidiaconale spectantes, videlicet, ut coram se⁹²) conquerentibus responderent, *ac starent iuri, et iustas eius sententias observarent;* citati etiam⁹³) veni- rent ad eius praesentiam, et eius mandata honesta et sancta⁹⁴) se- cundum Deum, de correctione excessuum, et alia, quae archi- diaconi solent et possunt rationabiliter iniungere, audituri et salva sua⁹⁵) regula et abbatis sui debita obedientia⁹⁶) servaturi⁹⁷). Petiit insuper, ne de cetero facerent aliquos de Senonensi baillivia⁹⁸) eo praetermissis coram officiali Senonensis archiepiscopi conveniri, asserens, illos prius debere conveniri sub ipso, quam coram officiali praedicto, specialibus ipsius archiepiscopi et hominum, ac familiae suae causis duntaxat exceptis. *Lilo ergo super praemissis coram praefatis iudicibus legitime contestata, et auditis ab eisdem hinc inde praepositis, iidem iudices de utriusque partis assensu causam ipsam ad examen apostolicum remiserunt. Ipsis ergo abbate et archidiacono in nostra praesentia constitutis, nos attendentes, eorum consuetudines esse super archidiaconi iurisdic- tione diversas, quum in hoc casu nesciremus consuetudinem, qua in abbatibus Senonensibus ordinis praefati monasterii utitur archi- diaconus Senonensis, finalem habere nequivimus in huiusmodi quae- sitione processum. Volentes autem, ut eidem quaestioni finis debitus imponatur, causam ipsam vobis de ipsius abbatis et procura- toris alterius partis assensu duximus committendam.* Ideoque discretioni vestrae mandamus, quatenus per maiores⁹⁹) ecclesiae Senonensis canonicos, qui habere debent de huiusmodi consuetu- dine notitiam plenioram, super his sollicito veritatem inquiratis, et, nisi vobis *infra tres menses post primae citationis edictum* constiterit *per eosdem*, praefatum¹⁰⁰) archidiaconum vel praede- cessores¹) ipsius de pacifica sic obtenta consuetudine iurisdic- tionem aliquam in ipso monasterio, vel in huiusmodi abbatibus hactenus habuisse, praefatum monasterium ab eius impetitione²) penitus absolvatis, perpetuum super hoc ipsi³) archidiacono silentium in- ponentes. Si vero *vobis* constiterit per *canonicos* eosdem, *ipsum archidiaconum vel eius praedecessores de sic obtenta con- suetudine hactenus habuisse iurisdictionem aliquam in ipso mona-*

sterio, vel in aliis huiusmodi abbatibus, eandem iurisdictionem⁴) duntaxat adjudicantes eidem, in monasterio supradicto⁵), quam ipsum vel praedecessores suos in monasterio ipso vel in eisdem⁶) abbatibus habuisse constiterit, super aliis perpetuum ei silentium imponatis⁷), *in praedictis omnibus sublato appellationis obsta- culo processuri.*

TITULUS XXIV.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.¹)Cap. I.²)

Archipresbyter civitatis subest archidiacono, et principaliter praest presbyteris et presbyteralibus officiis.

Ex concilio Toletano³).

Ut archipresbyter⁴) sciat se subesse⁵) archidiacono, et eius praecep- tis⁶) sicut sui⁷) episcopi obedire⁸), et, quod⁹) specialiter ad eius¹⁰) pertinet ministerium, super omnes presbyteros in ordine presbyte- rali¹¹) positos curam agere animarum¹²), et assidue in ecclesia stare, et in¹³) episcopi sui absentia ad vicem eius missarum solen- nia celebret, et collectam¹⁴) dicat, aut cui ipse iniunxerit¹⁵).

Cap. II.¹⁶)

Ad idem.

Leo Papa.¹⁷)

Ministerium archipresbyteri in eo constituitur, ut diligenti cura provideat ministerium¹⁸) sacerdotum cardinalium, qui solenne¹⁹) debent²⁰) agere officium in communicatione corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi *ita, ut vicissim eos sibi nec succurrere faciat, quatenus* a sacrosancto die dominico incipiendo²¹), per omnes horas canonicas²²) indeclinabiliter perseverent, ut opus Dei digne et sancte²³) perficiatur ab eo, cui committitur, *verens sententiam illius sapientissimi, ubi dicitur²⁴): „Maledictus homo, qui negligenter facit opera Dei.“* §. 1. Provideat etiam archipre- byter vitam sacerdotum cardinalium²⁵), praecipit sui obtemp- rando episcopi, ne aliquando²⁶) cedant, aut scurrilitate torpeant, *sed reminiscantur, quod labia²⁷) sacerdotum custodiant scientiam, et legem requirunt ex ore eius, qui angelus Domini exercituum est.* §. 2. Si episcopus defuerit, exceptis his, quae prohibita sunt, archipresbyter provideat cuncta, quae in sacer- dotum²⁸) ministerio perici debeant, *id est* fontes benedicere, in- firmum oleo perungere, poenitentem infirmum²⁹), consulto episcopo, reconciliare, poenitentiam cunctis³⁰) aliis sacerdotibus, *quae ad purgationem animarum pertinet,*³¹) iniungere. §. 3. In praecipuis festivitibus aut ipse celebrationem missae solenniter impleat³²), aut ad *oris* sui iussionem, cui committitur, peragat³³) vene- ranter.

Cap. III.³⁴)

Declarat, quod sit officium archipresbyteri civitatis. Anton. de But.

Idem.

Officium archipresbyteri de urbe constat, quando ibi³⁵) praesul defuerit, vice eius officium inchoare, benedictiones presbyterales in ecclesia dare, missam, quando voluerit, cantare, vel cui de sacerdotibus iusserit. Quando vero episcopus missam canit³⁶), debet praecipere sacerdotibus, ut induant se vestibus³⁷) sacris³⁸), et³⁹) qualiter ad missam procedant. Debet enim praecipere custodi ecclesiae, ut in sacrario eucharistia Christi propter infirmos non deat. Debet infirmis providere, et providendo praecipere sa-

Cap. IX. 78) faciat: Comp. IV., Reg. — 79) praesentare: C. R. 2. — 80) episcopis: Comp. IV.

Cap. X. 81) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 82) Arremanen.: Comp. V. Ms. — Arremanen. (Raner): Cir. — 83) abest a C. H. — 84) exhibere: C. H. L., Comp. V. — 85) abest a C. R. 1. — 36) collegio: Comp. V. — 87) dictus: C. R. H. L., Comp. V. — 88) infra: Comp. V. Cir. — 89) ei: Comp. V. — 90) et in his: C. R. 1. — 91) omitt. C. H. L. — 92) ipso: Comp. V. — 93) abest a Comp. V. Cir. — 94) facta: Comp. V. — 95) abest a C. H. — 96) debitam obedientiam: C. L. — 97) observari: C. R. 1. — 98) provincia: ib. — 99) maioris: C. H. L., Comp. V. Ms. — 100) per praef.: C. R. 1. — 1) praedecessorem: ib. — 2) petitione: Comp. V. — 3) illi: C. H. — 4) ea duntaxat: . . . quae: Comp. V. — 5) praedicto: Cont., Böhm. — 6) eiusdem: C. R. 1. — 7) im- ponentes: C. R. 2. H.

TIT. XXIV. 1) Omitt. rubr. C. H. — Cap. I. 2) Lips. XXXIII. 8., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) Immo ex ep., quam dicunt Isidori, ad Ludifre- dum, de qua vid. adnot. ad c. 1. Dist. XXV. — 4) archipresbyteri sciant: Lips. — 5) subdi et subesse: Cont. — 6) praec. om.: Lips., et add.: vel praecipionibus: Comp. I. — 7) abest a C. R. 1. — 8) add.: de- bet: Comp. I. — debent: Lips. — 9) omitt. C. R. 1. — 10) eorum: Lips. —

11) abest a C. H. L. R., Lips., Comp. I., et ipsa epist. — 12) omitt. C. R. 2. H. L., Coll. citt., epist. — 13) quando episc. sui absent. esse contigerit (contingit: Lips.) ipse ad vicem (adnoicem: Lips. — vice: epist.) eius: Lips., Comp. I., ipsa epist. — 14) collectas: epist. — 15) iniunxit: Lips.

Cap. II. 16) Restitutum ex Lips. XXXIII. 7., Comp. I. h. t. c. 2. — 17) Leo III.: Lips. — 18) mysterium: Comp. I. — 19) solennissimum: Lips. — per solenniss.: Comp. I. — 20) debeat: C. L. — 21) incipientes: Lips. — 22) abest a C. R. 1. — 23) et sane: omitt. Lips. — 24) ler. XLVIII. 10. — 25) abest a Lips. — 26) aliquo modo: C. H. — 27) Malach. II. 7. — 28) a sacerdotib. in minist. perfecti debent: Lips. — 29) infirmos: Comp. I. Aug. — 30) iunctis sacerdotib.: Lips. — 31) Ita restit. ex Lips. — in Comp. I. leg.: pertinent, quod haud sane quadrat. Videtur locus ita emendari posse: reconciliare poenitentes, iunctis sacerdotib. quae ad purg. an. pertinent iniungere. — 32) adimpleat: Lips., Comp. I. — 33) peragat: Comp. I. Aug.

Cap. III. 34) Lips. XXXIII. 8., Comp. I. h. t. c. 3. — 35) sibi: Cont. — 36) cantat: Comp. I. Aug. — 37) vestimentis: Cont., Böhm. — 38) sacerdotibus: C. H. — 39) abest a Comp. I. Aug. — aequaliter: Comp. I. Ms.

cerdotibus, ne forte sine confessione, vel confirmatione⁴⁰) corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi⁴¹) moriantur; confessiones "vero" peccatorum eorum, qui a foris⁴²) veniunt, recipere cum omnibus sacerdotibus, et exinde per provisionem⁴³) pontificis magnam debet illis⁴⁴) adhibere⁴⁵) curam. Ad Christianos quoque faciendos, et baptizandos infantes, et ad succurrendum, omnia a sacerdotibus per iussionem illius fiant.

CAP. IV.⁴⁶)

Archipresbyter ruralis presbyterorum et laicorum plebanie suae curam gerit: contra decretum tamen episcopi nihil ordinare potest.

Idem ex synodo Ravennae habita.⁴⁷)

Ut⁴⁸) singulae plebes archipresbyterum habeant; propter assiduum erga populum Dei curam, "singulis⁴⁹) plebibus archipresbyteros praeesse volumus," qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerant, verum etiam "eorum" presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam iugi⁵⁰) circumspectione custodiant⁵¹), et qua unusquisque industria divinum opus exerceat⁵²), episcopo suo renunciet⁵³). §. 1. Nec contendat⁵⁴) episcopus, non egere plebem archipresbytero, quasi ipse eam gubernare valeat, quia, etsi⁵⁵) valde idoneus sit, decet tamen, ut sua onera partiat, et sicut ipse matri ecclesiae⁵⁶) praeesse⁵⁷), ita archipresbyteri praesint⁵⁸) plebibus, ut in nullo titubet ecclesiastica sollicitudo. Cuncta tamen referant⁵⁹) ad episcopum, nec⁶⁰) aliquid contra eius decretum ordinare praesumant.

TITULUS XXV.

DE OFFICIO PRIMICERII.

CAP. UN.¹)

Ponit ea, quae spectant ad officium primicerii. Anton. de Butr.

Idem ex libro Romani ordinis.²)

Ut primicerius sciat, se esse sub archidiacono, sicut et archipresbyter³), et ad eius curam specialiter pertinere, ut praesit in docendo diaconis, vel reliquis gradibus ecclesiasticis in ordine positus, ut ipse⁴) disciplinae et custodiae insistat, sicut pro animabus eorum coram Deo rationem est redditurus, et ut ipse diaconibus⁵) donet lectiones⁶), quae ad nocturna officia clericorum pertinent, et⁷) de singulis studium habeat, ut in quacunque re capacem sensum habuerit⁸), absque ulla vacet⁹) negligentia, "ab eo" aut a quo ipse iusserit, instruantur¹⁰).

TITULUS XXVI.

DE OFFICIO SACRISTAE.

CAP. UN.¹)

Ex concilio Toletano.²)

Ut sciat se sacrista subiectum³) archidiacono, et ad eius curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, vestimentorum ecclesiasticorum⁴) seu totius thesauri ecclesiastici, nec non quae ad luminaria⁵) pertinent, sive in⁶) cera, sive in oleo, "sive ad distributionem sacri chrismatis."

TITULUS XXVII.

DE OFFICIO CUSTODIS.

CAP. I.¹)

Ponit, quae spectant ad officium custodis. H. d.

Ex libro Romani ordinis.²)

Custos ecclesiae, cui ea, quae ecclesiae competunt³), custodienda committuntur, oportet, ut sui archidiaconi iussioni in cunctis⁴) obediat, in canonicis⁵) horis signa tintinabulorum pulsanda, ipso archidiacono iubente, ab eo pulsentur, pallia⁶) vel linteamina altaris⁷), seu cuncta utensilia ecclesiae indesinerenter custodiat, lampades et⁸) laternas in accendendo, seu "in" extinguendo pervigil existat, ne⁹) aut supra modum lucendo oleum deperat¹⁰), aut minus lucendo obscurior sit¹¹) ecclesia; sed omnia cum discretione agantur, quae noscitur omnium virtutum esse mater. §. 1. Si vero is, "cui ecclesia custodienda traditur," minus idoneus ad hoc peragendum extiterit, ab archidiacono coerceatur¹²), ut se emendet. Si autem indomitus permanserit, archidiaconus episcopum¹³) denunciando¹⁴) provideat, ut indecente¹⁴) eiectione aptus domui Dei constituatur minister, ut omnia in laudem¹⁵) "et nomen" Dei¹⁶) fiant, "qualiter placari possit Deus in ecclesia ab observantibus sibi."

CAP. II.¹⁷)

Ad idem.

Ex concilio Toletano.¹⁸)

Custos "vero" sollicitus debet esse de omni ornamento ecclesiae, et luminariis sive incenso, nec non panem et vinum omni tempore praeparatum ad missam habere debet, et¹⁹) per singulas horas canonicas signum ex consensu archidiaconi sonare, et²⁰) omnes oblationes²⁰) seu eleemosynas, seu decimas, cum eiusdem tamen²¹) consensu absente episcopo, inter fratres dividat. §. 1. In his tribus ecclesiae columnis, ut sancta sanxit synodus, consistere debet alma mater ecclesia, ut ad hoc opus tales ordinentur, quales "plus" meliores et sanctiores esse viderint²²), ut nulla negligentia in sancta²³) Dei ecclesia "esse" videatur. Hi tres, archidiaconus, archipresbyter, custos, simul iuncti uno animo provide²⁴) peragant et perfecte, et non sit invidia neque zelus²⁵) inter illos.

TITULUS XXVIII.

DE OFFICIO VICARII.

CAP. I.¹)

Vicarius, si beneficium curatum postea sit adeptus, vicaria privabitur. Alexander III. Episcopo Norvicensi²) et G. Archidiacono. Ad audientiam nostram pervenit, quod G.³) presbyter monachos de Ramesia⁴) et Thomam clericum suum" petendo vicariam "suam" ecclesiae de Burnel⁵), a qua viginti annis⁶) retrocessit, in diversis postea ecclesiis personatum⁶) adeptus, "multipliciter curare ac" fatigare praesumit. Quia igitur non est canonicum, ut qui curam animarum in diversis habet ecclesiis vicarius in alienis existat⁷), "discretionem vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, "rei veritate plenius inquisita", si ita est⁸),

Cap. III. 40) communicatione: C. R. 1. — communione: Lips. — 41) nostr. Ies. Chr.: omitt. C. R. H. L. — 42) qui ad fores: C. R. 2. — 43) propter prov.: C. R. 1. — propter iussionem: C. R. 2. — per iussionem: Lips., Comp. I. — 44) eis: C. R. 1. — 45) exhibere: Lips. — Cap. IV. 46) Restitutum ex Lips. XXXIII. 9., Comp. I. h. t. c. 4. — 47) Item ex conc. hub. Ravennae tempore Joannis P. XII. et Lamberti imperatoris: Lips. — Item ex synod. Ravennae habita a Joanne P. XII. et Lamberto Imp.: Comp. I. — Est tamen desumptum ex Constitut. a Lamberto Imp. post conc. Ravenn. (A. 898. tempore Joannis P. IX.) promulgatis. — 48) Et: Lips. — verb. Ut — habeant videntur summae loco esse. — 49) sing. — vol.: tanquam a Raym. recepta eodem quo rell. expressa character. ded. Böhm. — 50) vulgi: C. H. — 51) custodiunt: Cont. — 52) exercent: C. R. 2. — 53) denunciet: C. R. 1. — renunciet: Lips., Comp. I. — 54) obtendat: Coll. citt. — 55) si: C. H. — 56) abest a Lips., Comp. I. — 57) omitt. C. H. — 58) praesint: C. R. 2. — 59) referantur: C. L., Lips. — 60) ne: C. R. 1.

TIT. XXV. Cap. un. 1) Lips. XXXIII. 10., Comp. I. h. t. c. un. — 2) ex conc. Rom. ord.: Comp. I. — Non exstat in editis. — 3) archipresbyterum: Comp. I., omitt. seq. — et 4) ipsi: C. R. 1., Lips. — 5) sub archidiacono: Lips. — 6) donet lectiones ad nocturna officia: C. R. L., Lips., omitt. seq. clericorum. — don. lect., quae ad noct. off. dicuntur: Comp. I. Aug. (lectio Comp. I. Ms. est omnino depravata.) — 7) ut . . . habeant: Lips. — 8) habuerint: ead., Comp. I. — 9) vacent: C. L., Lips. — 10) instruendi: Lips., et add.: sunt: Comp. I.

TIT. XXVI. Cap. un. 1) Lips. XXXIII. 11., Comp. I. h. t. c. un. — 2) Non exstat inter edita. — 3) add.: esse: Lips. — 4) ecclesiae: Comp. I. —

5) lumina: C. H. — 6) abest a C. R. 1. — 7) sive oleo: Cont. — sive in ol.: omitt. C. R., Comp. I. — add.: sive in incenso: C. H.

TIT. XXVII. Cap. I. 1) Restitutum ex Lips. XXXIII. 12., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) concilio: Comp. I. — Non legitur in editis. — 3) pertinent: C. R. 1. — competant: Lips. — 4) ecclesiis: C. R. 1. — 5) canonicis: Comp. I. Aug. — 6) add.: vero: ead. — 7) altaria: Comp. I. — 8) vel: Lips. — 9) ut ne: C. R. H. L., Lips., Comp. I. — 10) percat: C. R. 1. — 11) fiat: C. H. — 12) arceatur: ib. — 13) omni ep.: C. L. — 14) nunciando: C. H. R. L., Comp. I. — enunciando: Lips. — 14*) inepto inde: ib. — 15) laude: C. R. 1. — 16) Domini: C. L., Lips., Comp. I. — Cap. II. 17) Restitutum ex Lips. XXXIII. 13., Comp. I. h. t. c. 2. — 18) Non invenitur inter edita. — 19) Debet etiam: Lips., Comp. I. — 20) ut: Lips., Comp. I. — 20*) add.: vel decimas: Comp. I. Aug. — 21) abest a Lips., Comp. I. — 22) videant: Lips. — 23) abest a C. H. — 24) providi: Lips., Comp. I. — 25) add.: malus: C. R. 1. L.

TIT. XXVIII. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XXX. 5., Cass. XXXI. 5., Comp. I. h. t. c. 2. — 2) Noven.: C. R. 2., — Norwicens.: Comp. I. Ms. — Gualtero archid.: C. H. — Gual. archid.: C. L. — Althe. . . W. archiep.: Cass. — Norwicensi episcopo: App. — 3) W.: C. L. — H.: App. — V.: Comp. I. Ms. — Aug.: Cass. — Aug. 1., Cont. — 1 g.: Comp. I. Aug. — 4) de Remensis: Cass. — Matia: C. R. 2. — Ramesia: C. H. — Ramescia: Comp. I. Aug. — Ramesia: Cont., Böhm. — 5) But.: C. R. 2. — Bur.: C. R. 1. L. — Borvellis: C. H. — Burdelle: Cass. — Burci: Comp. I. Ms. — Burnelia: Comp. I. Aug. — Buruvelle: App. — 6) XXIX.: App. — 6*) personatus: C. H. — 7) fiat: Coll. citt. — 8) si ita esse noveritis (noveris: App.): Coll. citt.

praedictum presbyterum a petitione supradictae⁹⁾ vicariae desistere "appellatione et occasione remotis districtius" compellatis, non obstantibus literis etc."

CAP. II.¹⁰⁾

Plures vicarius quis habere non potest.

Idem Eliensi Episcopo.¹¹⁾

Provideas "autem" attentius, ne in episcopatu tuo patiaris aliquem¹²⁾ plures vicarias habere, quia, quum vicarii teneantur personis et ecclesiis¹³⁾ deservire, alienum est ab ordine iuris¹⁴⁾, ut vicariam quis habeat praeter unam.

CAP. III.¹⁵⁾

Perpetuus vicarius per episcopum institutus per rectorem removeri, vel portione sua fraudari non potest.

Idem Vintoniensi¹⁶⁾ Episcopo.¹⁷⁾

Ad haec¹⁸⁾ si persona alicuius ecclesiae vicario, quem in eadem ecclesia iustituit¹⁹⁾, de assensu et auctoritate dioeceseani episcopi certam²⁰⁾ assignaverit²¹⁾ portionem, is, qui persona illa defuncta in personatum illius substituitur²²⁾ "ecclesiae," non potest eundem²³⁾ "vicarium" ab ecclesia remove, vel assignatam sibi minuire portionem, nisi aliquid committat²⁴⁾, propter quod per iudicem in vicaria sit²⁵⁾ vel beneficio condemnandus.

CAP. IV.²⁶⁾

Vicarius non potest substituere vicarium.

Idem Norwicensi Episcopo.²⁷⁾

Clericos "autem vel" in presbyteratu, vel in aliis inferioribus²⁸⁾ ordinibus constitutos, in vicariis ecclesiarum²⁹⁾, quas adepti sunt, alios³⁰⁾ sibi³¹⁾ substituere non permittas, quum id satis sit absonum et absurdum, "et omni rationi contrarium."

CAP. V.³²⁾

Vicarius Papae in urbe iurisdictionem habet, non extra urbem.

Innocentius III. Abbati S. Eugenii et Plebano S. Petri.³³⁾

Sua³⁴⁾ nobis "venerabilis frater noster Wulleranus episcopus fecit insinuatione monstrari, quod, quum clerici plebis de Petiole iurassent sibi praepositum ad laicorum eligere voluntatem, et electione taliter celebrata sibi praesentassent electum, ipse non solum electionem ipsius renuit confirmare, verum etiam tam consules et alios laicos, qui ad hoc impulerant clericos supradictos, quam ipsos clericos, pro his et aliis, in quibus eidem inobedientes existerant, excommunicationis vinculo innodavit, et ad venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Pisanum, et Lucanum episcopum destinari obtinuit scripta nostra, ut sententiam, sicut fuerat rationabiliter promulgata, facerent appellatione remota usque ad satisfactionem congruam firmiter observari. Pars autem adversa venerabilis fratris nostri P. Portuensis episcopi vicarii nostri, ad eundem Lucanum episcopum et dilectum filium P. tit. basilicae XII. Apostolorum presbyterum cardinalem literas impetravit, qui occasione illarum dictos laicos et clericos absoluerunt, contra memoratum Wulleranum episcopum sententiam promulgantes, a qua idem episcopus, licet ipsam multiplici ratione crediderit esse nullam, ex abundantia tamen nostram audientiam appellavit."

vicarii literas aestimantes per surreptionem obtentas, quoniam iurisdictione vicarii, quem Romanus Pontifex in Urbe reliquit³⁵⁾, non extenditur extra illam³⁷⁾, nisi ei specialiter sit concessum, praesertim quum ipse moratur in sua provincia speciali, videlicet inter Capuanam provinciam et Pisanam, "discretionem vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, quicquid occasione literarum illarum actum est, in irritum revocetis, "praefatam excommunicationis sententiam etc. Dat. Ferentini, V. Id. Aug. Ao. IX." [1206.]

CAP. VI.³⁸⁾

Compelluntur vicarii ordinarii ecclesiis deservire per subtractionem proventuum et vicariarum.

Honorius III. Vigorensi³⁹⁾ Episcopo.

Ex parte tua fuit propositum coram nobis, "quod quidam in ecclesiis, in quibus perpetuos obtinent vicarias, debitam residentiam facere, ac in presbyteros promovendi contemnunt. Nolentes igitur abusus huiusmodi, sicuti nec debemus, aequanimiter sustinere, fraternitati tuae" mandamus, quatenus perpetuos vicarios, ut⁴⁰⁾ in ecclesiis, in quibus vicarias obtinent, resideant, "ut teneantur," et se in presbyteros, ut eorum⁴¹⁾ cura exigit, faciant promoveri, per subtractionem proventuum vel⁴²⁾ ipsarum vicariarum "appellatione remota" compellat.

TITULUS XXIX.

DE OFFICIO ET POTESTATE IUDICIS DELEGATI.

CAP. I.¹⁾

Delegatus Papae potestatem habet non solum in partes, sed etiam in alios, qui suam iurisdictionem impediunt.

Alexander III. Londonensi Episcopo.²⁾

Quia quaesitum est "a nobis ex parte tua", quid faciendum sit de potestatis, quae³⁾, quum praecipuum alicui iustitiam exhiberi "de his, quos diligunt, aut tueri volunt," minis aut⁴⁾ terroribus "suis" compellunt, et sic⁵⁾ mandatum nostrum eluditur⁶⁾, sic⁷⁾ tibi respondemus, quod, sicut⁸⁾ agentes et consentientes pari poena scripturae testimonio⁹⁾ puniuntur, sic¹⁰⁾ tam eos, qui trahuntur in causam¹¹⁾, quam principales eorum fautores, si eos¹²⁾ manifeste cognoveris iustitiam impedire, districtione¹³⁾ ecclesiastica poteris coercere.

CAP. II.¹⁴⁾

Quum diversae literae sub eadem data et forma contraria impetrantur, et praesentantur a diversis ad eosdem iudices, supersedetur utrique, donec consulatur Papa.

Idem Bononiensi¹⁵⁾ Episcopo.

Sane si a nobis super¹⁶⁾ aliqua causa literae¹⁷⁾ "prius" impetrantur¹⁸⁾, et aliae postea, non facta mentione priorum literarum, literae opponuntur¹⁹⁾, si iudicibus innoverit²⁰⁾, donec Romanum²¹⁾ Pontificem consulant, et suam exinde cognoscant plenius voluntatem²²⁾, executioni²³⁾ "literarum penitus" supersedent²⁴⁾ utrarumque, ne pro varietate literarum causarum fines valeant impediri. "Item quum etc. [cf. c. 9. de sent. et re iud. II. 27.]"

Cap. I. 9) praedictae: App.
Cap. II. 10) Restitutum ex App. XXXIX. 6., Comp. I. h. t. c. 3. — 11) Add.: P. C. Conveniens: Comp. I. Aug., Böhm. — P. C. Veniens: Comp. I. Ms., recte; cf. App. XXXIX. 5. — 12) quemlibet: App. — 13) in personis propriis ecclesiis: C. H. — eccl. et personis propriis: App. — 14) vicarii: Comp. I. Aug.
Cap. III. 15) Restitutum ex App. XXXIX. 2., Comp. I. h. t. c. 4. — 16) Vigor: C. R. 2. — 17) add.: P. C. Quomodo simus: Comp. I. Böhm. — cf. c. 6. de off. et pot. iud. del. I. 29. — 18) Ad haec: omitt. App. — 19) constituit: App. — 20) abest ab App. — 21) assignavit: C. L., App. — 22) successit: App. — 23) abest ab ead. — 24) committeret: ead. — 25) esset: ead.
Cap. IV. 26) App. XXXIX. 3., Comp. I. h. t. c. 5. — 27) add.: P. C. Significavit: Comp. I., Böhm. — Leg. vid.: significasti; cf. c. 7. de off. iud. del. I. 29. — 28) minoribus: App. — 29) abest ab ead. — 30) abest a Comp. I. Aug. — 31) omitt. App., Comp. I.
Cap. V. 32) Restitutum ex Reg. Breju. IX. 145. — Comp. III. h. t. c. un. — 33) Abb. sanctae E.: C. R. I. — Abbati sancti Eugenii et Plebano S. Petri in Piride et B. canonico plebis de Martuherisen. (de Mortut. Sen.: Ms.) et Floren. dioecese. Comp. III. — Abb. S. Eugen. et plebano S. Petri in Piside, et Bonifacio canonico plebis de Murcholfo, Senensis et Florentinae dioeceseon: Reg. — 34) Tua: C. R. H. L., Comp. III. Aug. — 35) ergo: C. H. — 36) relinquat: Comp. III., Reg. — 37) urbem: Comp. III.

Cap. VI. 38) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. un. — Indic. a Raynaldo ex Reg. VI. 290. (A. 1221.) — 39) Wigorn.: Comp. V. — 40) abest a C. H. — et: Comp. V. — 41) eorum: C. H. L. — 42) omitt. C. H., Comp. V.
TIT. XXIX. Cap. I. 1) Restitutum ex App. VII. 2., Lips. XXXV. 2., Cass. XLII. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 2) inser. omitt. Cass. et Comp. I. — London.: C. R. 1. — Lundo: C. R. 2. — Bathoniensi: App. — B. (i. e. Bartholomaeo) Kroniensi: Lips., quod placet. — Praecedat in Coll. citt. cap. ad London. ep. directum, quod Raymundo ansam ad errandum dedit. — 3) quas: Cass. — 4) et: App. — ac: Cont., Böhm. — 5) omitt. App. — 6) illuditur: C. R. I. — elidunt: App., Cass. — 7) id: Coll. citt. — 8) sic: Cass. — cf. Rom. I. 32. — 9) testimonii: C. L. — 10) Si tamen: Cass. — 11) causa: Comp. I. Aug. — 12) si eos: omitt. Cass. — 13) censura: Coll. citt.
Cap. II. 14) Restitutum ex App. VII. 3., XLI. 7., Lips. XXXV. 3., Cass. XLII. 3., Comp. I. h. t. c. 3. — 15) Eboracensi Ep.: Comp. I. — cf. c. 4. de resc. I. 3. — 16) super... caus.: omitt. App. VII. — 17) aliquae lit.: C. R. I. — 18) impetrantur: C. R. 2. H. L., Coll. citt. — 19) impetrantur: App. VII. — obtinentur: App. XLI., Lips., Cass. — 20) innoverit: App. VII. — innoverit: App. XLI. — innoverit: Comp. I. — 21) Rom. Pontifici: Cass. — 22) veritatem: Comp. I. Aug. — 23) executione: App., Cass. — 24) debent supersedere: Coll. citt.

CAP. III.²⁵⁾

Delegatus Papae impeditus subdelegare potest causam, quae sine ipso commode terminari potest.

Idem Episcopo Londonensi.²⁶⁾

Si pro debilitate tua²⁷⁾ vel pro²⁷⁾ qualibet alia gravi causa vel necessitate tractandis causis, quae tibi a sede apostolica committuntur, interesse²⁸⁾ non poteris, liberum tibi sit personis²⁹⁾ discretis et idoneis vices tuas committere, ita tamen³⁰⁾, quod, si res tanti est, te consulere debeant, nisi forte causae ita graves sint, quod sine praesentia tua non possint³¹⁾ commode³²⁾ terminari.

CAP. IV.³³⁾

Si causa committitur infra certum diem decidenda, nisi partes prorogent, per lapsum diei expirat iurisdicção. — §. 1. Ubi certa poena per sua statuta non est, delegatus imponit arbitrarium. Hoc dicit.

Idem V. Carnotensi Electo.³⁴⁾

De causis, quae infra³⁵⁾ certum terminum decidendae committuntur, hoc³⁶⁾ tuam volumus cognitionem tenere, quod, nisi dies ab Apostolico³⁷⁾ praefixus de communi consensu partium³⁸⁾ prorogetur, eo transacto, mandatum expirat. §. 1. Illis³⁹⁾ etiam⁴⁰⁾, qui pro causis tibi commissis ad citationem tuam⁴¹⁾ venire, aut tuo super his parere iudicio neglexerint, si tale fuerit negotium, quod certa exiude poena in⁴²⁾ canonibus exprimitur, eandem⁴³⁾ infligas; alioquin ipsos pro delicti qualitate⁴⁴⁾ et causae secundum tuum arbitrium punire procures⁴⁵⁾.

CAP. V.⁴⁶⁾

Per simplicem commissionem causae potest delegatus citare, contumacem punire, et reliqua facere, quae spectant ad causam.

Idem Archiepiscopo Senonensi.⁴⁷⁾

Praeterea super hoc, quod nos⁴⁸⁾ consulere voluisti, utrum liceat iudici delegato non ordinario sine literis commissoriis cogere⁴⁹⁾ contumacem, ut veniat, aut dammare⁵⁰⁾ si non veniat⁵¹⁾? hoc tibi auctoritate praesentium innotescat, quod, postquam⁵²⁾ ei causa, licet simpliciter, delegatur⁵³⁾, satis potest⁵⁴⁾ nostra auctoritate partes compellere, et⁵⁵⁾ etiam⁵⁶⁾ contumaces severitate ecclesiastica coercere, etiamsi literae commissionis id non contineant, aut partes mandatum nostrum⁵⁷⁾ non habeant, ut accelant; quia ex eo, quod causa sibi⁵⁸⁾ committitur, super⁵⁹⁾ his⁶⁰⁾ omnibus, quae ad causam ipsam spectare⁶⁰⁾ noscuntur, plenariam recipit potestatem.

CAP. VI.⁶¹⁾

Si causa pluribus etiam simpliciter est commissa, quilibet subdelegare potest. H. d. et quotidie allegatur.

Idem Vintoniensi⁶²⁾ Episcopo.

Quamvis simus multiplicata negotiorum impliciti, et gravibus diversisque sollicitudinibus occupati, nos tamen cogit praeter debitum commune tuae fraternitatis caritas et dilectio, qua personam tuam diligimus, tuis consultationibus respondere, ne videamur indiscussa relinquere quae nobis enodanda tua voluit discretio praesentare. Innotescat itaque sollicitudini tuae, quod iudex a nobis delegatus causam sibi commissam potest alius, uni vel pluribus, delegare, aut totam audiendam et terminandam, aut etiam, ut audiant allegationes et rationes et attestaciones recipiant, et sententiam sibi servant, vel ut horum aliquid tantummodo faciant iuxta

voluntatem et beneplacitum delegantis; quanquam non possit eandem causam alii appellatione postposita delegare, etsi sibi sit appellatione remota commissa. Si vero duobus causa committitur; etiam si non apponatur, ut unus sine altero procedat in ea, nihilominus unus ex ipsis, sive suo coniudici sive alii, vices suas potest committere in hac parte. Ceterum etc. [cf. c. 3. de rescr. l. 3.]

CAP. VII.⁶³⁾

Delegatus Papae exsequitur sententiam suam, quam exsequi non potest aut non vult is, cui eam commiserat exsequendam.

Idem Norvicensi⁶⁴⁾ Episcopo.

Significasti nobis per literas tuas, quod interdum a iudice delegato frustra super aliqua causa fertur sententia, quum ordinarius iudex eam ad mandatum illius nolit executioni mandare, aut aliis resistentibus effectui mancipare non possit. Super hoc autem Consultationi tuae taliter respondemus, quod, si iudex ordinarius ad mandatum iudicis delegati a nobis aut⁶⁵⁾ non vult, aut non potest aliis resistentibus sententiam ab eo latam⁶⁶⁾ effectui mancipare; delegatus iudex eam auctoritate nostra sibi commissam⁶⁷⁾ potest executioni mandare, et, si qui⁶⁸⁾ sibi restiterint, eos sententia ecclesiastica coercere. Si quando etc. [cf. d. sequ.]

CAP. VIII.⁶⁹⁾

Si ordinarius scit, eum non canonicè institutum, quem delegatus Papae mandat in possessionem induci, non resistet violenter, sed precibus instabil, ut differat, donec Paps consulatur.

Idem.⁷⁰⁾

Si quando⁷¹⁾ vero clericus coram iudice delegato praelatos⁷²⁾ ecclesiarum super ecclesiis⁷³⁾, quas tenent, in causam traxerint, et coram eodem iudice transactione⁷⁴⁾ vel alio modo ecclesias obtulerint, in quibus certum sit, eos institutionem canonicam nullatenus habuisse, nec possessionem etiam corporalem, ordinarius iudex non debet iudicis delegati mandato resistere violenter, sed apud⁷⁵⁾ ipsum instare debet, ut differat eos⁷⁶⁾ in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.

CAP. IX.⁷⁷⁾

Post diffinitionem executioni mandatum expirat delegati iurisdicção.

Idem Brixiensi⁷⁸⁾ Episcopo.

In literis, quas tua nobis destinavit fraternitas, quaestiones quasdam inseruisti, super quibus solutionem tibi a nobis postulasti exhiberi, quarum siquidem una est, scilicet usque ad quod tempus iudex delegatus partes suas possit interponere, ut stetur rei iudicatae vel transactioni? Super quo utique Consultationi⁷⁹⁾ tuae taliter respondemus, quod ex quo iudex delegatus per se, vel per alium, si potuit, sententiam executioni mandavit vel mandari praecipit⁸⁰⁾, eius auctoritas et iurisdicção cessat, quia semel est officio suo functus⁸¹⁾.

CAP. X.⁸²⁾

Reo absente non per contumaciam, delegatus datus etiam ad diem, non restituet actorem, licet possessionem ei deiectionem probare volentem.

Idem Abbati sancti Albini.⁸³⁾

Consultationibus singulorum ex ministerio susceptae servitutis cogimur respondere, ut, si quid dubietatis vel quaestionis in mente alicuius emergerit, ab ecclesia Romana solvatur, quae inter alias

Cap. III. 25) Restitutum ex App. VII. 4., Lips. XXXV. 4., Cass. XLII. 4., Comp. I. h. t. c. 4. — 26) Lindo: Cass. — London: Lips., Comp. I. — 27) vel qual. ut nec.: C. H. — vel pro alia qual. gravi nec.: C. R. I. — vel pro (omitt. Cass.) aliqua gravi nec.: Coll. c. i. — 28) adesse: App. — 29) ullis pers.: ead. — 30) abest a Coll. c. i. — ita quidem, si: Cass. — 31) possunt: Lips. — 32) omnino: App.

Cap. IV. 33) Restitutum ex App. VII. 6., Lips. XXXV. 5., Cass. XLII. 5., Comp. I. h. t. c. 5. — 34) W. cardinali et: C. R. I. L. — W. Cara et: C. R. 2. — W. Cant. et.: Cass. — W. card. et.: Comp. I. Ms. — Willelmo Can. et.: Comp. I. Aug. — W. (i. e. Willelmo) Carnotensi et.: App., Lips., recte. — 35) in: Comp. I. Aug. — intra: App., Cont., Böhm. — 36) ab apost. sede: Cont., Böhm. — 37) hanc: Cass. — 38) abest ab App. — 39) illi: ead. — 40) autem: C. H., Lips. — 41) abest a Cass. — 42) a: Lips. — 43) eam: Coll. c. i. — 44) quantitate et qualitate causae: C. R. I. — 45) punire: Coll. c. i.

Cap. V. 46) Restitutum ex App. VII. 7., Lips. XXXV. 6., Cass. XLII. 6., Comp. I. h. t. c. 6. — 47) Rononensi: Cass. — Xenonensi: Lips. — Add.: P. C. Sicut (Sancta: Cass.) Romano: Lips., Cass. — Sicut Romano et infr.: Comp. I. — cf. supra c. 1. de rescr. l. 3. — 48) abest a Lips. — 49) exigere: Comp. I. — eog. contumaces, ut veniant: Cass. — 50) condemnare: C. R. I. — 51) venerit: App., Lips., Comp. I., Cont., Böhm. — veniant: Cass. — 52) quancumque: App. — 53) delegatur: App., Comp. I. — 54) satis potes nostra: Cass., omias. seq.: partes. — 55) abest a C. L. — seq.: etiam: omitt. App., Cass. — 56) aut etiam: C. R. 2. — 57) abest a

C. H. L., Coll. c. i. — 58) alicui: Lips., Cass. — 59) omitt. Cass. — 60) perlinere: App.

Cap. VI. 61) Restitutum ex App. VII. 8., Lips. XXXV. 7., Cass. XLII. 7., Comp. I. h. t. c. 7. — 62) Victon: C. R. 2. — Vigorn: C. R. I. — Cap. VII. 63) Restitutum ex App. VII. 11., Lips. XXXV. 11., Cass. XLII. 12., Comp. I. h. t. c. 8. — 64) Vigorn: C. R. I. — Noviom.: C. R. 2. — 65) abest a Coll. c. i., Cont. et Böhm. — 66) add.: sro: Cont., Böhm. — 67) causam aut. sibi commissam: C. R. L., Coll. c. i. — 68) si quis sibi restiterit, cum eccl. censura: App.

Cap. VIII. 69) App. VII. 12., Lips. XXXV. 12., Cass. XLII. 13., Comp. I. h. t. c. 9. — 70) Id. eidem in eadem: App. — 71) Si qui: Cass. — 72) praelatis: ead. — 73) add.: suis: C. H. — 74) vel trans.: C. R. I. — 75) ad hoc instare debet, ut differat: Cass. — 76) abest ab ead. — illos: App., Lips., Comp. I.

Cap. IX. 77) Restitutum ex App. VII. 16., Lips. XXXV. 16., Cass. XLII. 17., Comp. I. h. t. c. 14. — 78) Desid. inser. in Lips. — Brigensi: C. R. — Lironiensi archiep.: App. — Lironiensi: Cass. — Utraque non recte. Leg. est: B. Exoniensi Ep.: quam inscriptionem reliqua huius ep. fragmenti (cf. e. gr. c. 5. de aet. et qual. l. 14. c. 6. de rest. spol. l. 13. et Coll. ibi alleg.), constanter prae se ferunt. — 79) paternitati: App. — praelatine: Lips., Cass. — 80) pro se petierit mandari: App. — 81) Dat. Venetiis III. Non. Mai.: Theinerus, ex libro Ms. Paris. (Recherches p. 27.).

Cap. X. 82) Restitutum ex App. VII. 17., Lips. XXXV. 17., Cass. XLII. 18., Comp. I. h. t. c. 15. — 83) Albani: C. H. L., App., Comp. I., minus recte.

disponente Domino meruit obtinere principatum." Quaesitum est "a nobis siquidem," utrum⁸⁴), si aliquis ecclesia vel possessione qualibet⁸⁵) se asseverans⁸⁶) absque iudicio et causa rationabili spoliatus, et⁸⁷) a nobis ad iudices⁸⁸) literas obtinuerit⁸⁹), ut infra⁹⁰) certum tempus restituitur sibi possessio, si constiterit iudici, eum esse taliter spoliatum⁹¹), possessio debeat⁹²) ei restitui, quum is, qui tenet⁹³) ecclesiam vel possessionem⁹⁴), quam ipse requirit, antequam de literis aliqua mentio fieret, studiorum⁹⁵) vel peregrinationis, vel alia huiusmodi causa se absentaverit, nec⁹⁶) infra⁹⁷) tempus praefixum iudici possit suam praesentiam exhibere? Super quo "utique inquisitioni tuae taliter" respondemus, quod⁹⁸) nec⁹⁹) potest, nec debet restitutionem habere, quamvis paratus sit coram iudice delegato testibus idoneis possessionem et deiectionem suam probare, nisi is, qui possidet, se¹⁰⁰) per contumaciam¹) absentasset. Si autem etc. De cetero etc. [cf. c. 19. de iure patr. III. 38.]

CAP. XI.²)

Delegatus Papae in causa sibi commissa iurisdictionem habet super ordinarium et quemcumque maiorem.

Idem Carnotensi³) Episcopo.

Sane quia nos⁴) "inprimis consulere voluisti, qualiter a nobis iudex delegatus episcopum, qui ei non subest, ad aliquid faciendum vel dandum compellere debeat, quum causam, quas inter episcopum et clericum vel laicum vertitur, de mandato nostro suscipit terminandam, id" tuae quaestioni duximus respondendum⁵), quod iudex⁶) a nobis delegatus vices nostras gerit, unde in causa illa superior est, et maior illis, quorum causam suscepit⁷) terminandam. Ideoque⁸), si episcopus vel alia persona, quae⁹) non sit de iurisdictione illius, in causa¹⁰), quam ei¹¹) delegamus, rebellis aut¹²) contumax fuerit, secundum¹³) qualitatem "vel quantitatem" facti poterit vel¹⁴) interdicti vel suspensionis sententia a iudice delegato compelli ita, quod¹⁵) iudex, secundum negotii qualitatem temperate procedens, episcopo vel ingressum ecclesiae¹⁶), vel sacerdotale officium interdicat, aut etiam terram¹⁷) illius, quae ad iurisdictionem suam¹⁸) pertinet specialiter, interdicto supponat. "De testibus etc. [cf. c. 5. de test. cog. in Comp. I. II. 14.]"

CAP. XII.¹⁹)

Si primus impetravit primam dignitatem in ecclesia vacanturam, secundus impetravit certam dignitatem ipsius ecclesiae, quum vacaret, et illa postmodum vacat, debetur primo, et non secundo. H. d. et est notabilis decisio.

Idem Eboracensi²⁰) Archiepiscopo et Episcopo Conventrensi.²¹)

Ex parte N.²²) "capellani" nobis innotuit, quod, quum ad te, frater Conventrensis²³), nostras²⁴) literas impetraverit²⁵), ut ei archidiaconatum, quem in ecclesia tua²⁶) primo vacare contingeret²⁷), assignares, R. adversarius²⁸) eius alias²⁹) ad te, frater Eboracensis, literas³⁰), "sicut dicitur," impetravit, nulla de prioribus habita mentione, ut, si avunculus suus³¹) archidiaconatum, quem habebat in ecclesia eadem³²), vellet omnino dimittere, ipsum ei faceres assignari. Quoniam igitur, si memores fuissimus, nos pro praedicto N.³³) literas "nostras, sicut praediximus," direxisse, pro³⁴)

adversario "eius" nullatenus stripsissemus; "nolentes literas nostras, quas pro eodem N. misimus, occasione hae effectui carere, fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendum" mandamus, quatenus³⁵) praefato N. archidiaconatum ipsius ecclesiae, si vacat, non obstantibus posterioribus literis assignetis.

CAP. XIII.³⁶)

Ubi contraria voluntas Papae non apparet, delegatus iuris formam servare debet, et rationabiles exceptiones admittere. Ioan. Andr.

Idem Eboracensi Archiepiscopo.

Ex parte tua "quaesitum est a nobis, utrum, quum causam aliquam sub certa forma committimus, iudices delegati ita formam sibi commissam debeant sequi, quod rationabiles exceptiones non admittant? Super quo" Quaestioni³⁷) tuae taliter respondemus, quod, "et" si quando³⁸) iudici delegato³⁹) expediat formam sibi statutam⁴⁰) servare, debet tamen rationabiles exceptiones admittere, et in causa iuxta⁴¹) iuris aequitatem procedere, nisi exprimat in literis nostris, quod nullae debeant exceptiones admitti. Quod nec nos, nec antecessores nostros credimus unquam⁴²) expressisse.

CAP. XIV.⁴³)

Delegatio facta dignitati, non expresso nomine proprio, transit ad antecessorem.

Idem Abbati et Conventui maioris monasterii.

Quoniam abbas Leicestriae⁴⁴), qui "prius" suscepto mandato nostro partibus diem ad agendum praefixit, "praehabito consilio prudentum," abbatem Vincetriae⁴⁵) de novo substitutum⁴⁶) iudici⁴⁷) praemortuo, illi mandato nostro porrecto, quia sub expressis nominibus locorum et non personarum commissio "literarum a nobis" emanavit, sibi socium in causae cognitione⁴⁸) adiunxit, "ideo" nos sententiam illorum, sicut est iusta⁴⁹), ratam⁵⁰) et firmam habemus.

CAP. XV.⁵¹)

Si quaestionem de iure praesentandi Papa delegat appellatione remota, et sub ea forma, ut delegatus ad praesentationem eius, ad quem viderit pertinere, ordinet ecclesiam, per hoc non habet instituire, sed pronunciare, et is, ad quem pertinet, instituit; et si iuri suo detrahitur, licite appellat.

Idem⁵²).

Super eo vero⁵³), quod subiungere voluisti, si, de praesentatione presbyteri inter aliquos quaestione suborta, causam contigerit⁵⁴) delegari alicui sub hac forma⁵⁴), ut, si constiterit ius, de quo agitur, ad partem⁵⁵) alterutram pertinere, ad praesentationem eiusdem⁵⁶) de persona idonea ordinet ecclesiam appellatione remota, an liceat delegato iudici, inscio dioeceseo⁵⁷) episcopo, vel⁵⁸) archidiacono vel archipresbytero reclamante, praesentatum sibi clericum in possessionem ecclesiae mittere, "praesertim si ignotus fuerit praesentatus, aut minus idoneus," et an, si⁵⁹) archipresbyter, vel⁶⁰) archidiaconus; vel episcopus, ad quem institutio pertinet, appellaverit⁶¹), eorum⁶²) sit appellationibus deferendum, hoc tuam volumus discretionem tenere, quod, licet quaestionem, quae de praesentatione vertitur, appellatione remota committamus⁶³) alicui terminandam, non tamen est nostrae intentionis dioeceseo⁶⁴)

Cap. X. 84) ut si quis: App. — 85) sua: Cass. — aliqua: App. — 86) asseverat: Cass. — 87) abest a Cass., Cont. — 88) iudicem: Lips., Cass., Comp. I. — 89) obtinet: ead. — 90) intra: Cont., Böhm. — 91) esse spoli., qualiter: Comp. I. Aug. — 92) debet: App., Lips., Cass. — 93) tenent: Comp. I. Aug. — 94) vel postquam ipse: App. — 95) studio per: Lips., Cass. — seq. vel: omitt. App., Cont., Böhm. — 96) num.: App. — ne: Lips. — 97) intra: Cont., Böhm. — 98) quia: Cass. — 99) non: C. H. — 100) Se — absent: omitt. App. — 1) contumaciter: C. R. I.

Cap. XI. 2) Restitutum ex App. VII. 20., Lips. XXXV. 20., Cass. XLII. 21., Comp. I. h. t. c. 16. — 3) Coventrensi: C. L. — Cantuariensi: Cass. — 4) abest a C. R. L. — 5) damus responsum: App. — 6) iud. a nobis vices nostr. quaerit: Cass. mendose. — 7) suscipit: C. R. L., App., Comp. I. — suscepit: Cont., Böhm. — 8) Ideo: App., Lips., Cass. — 9) quando sit: Cass. — 10) add. illa: ead. — 11) illi: App., Lips., Cass. — 12) ac: C. L., Cass., Comp. I. — et: Lips. — 13) vel: Cass. — 14) abest ab ead. — 15) ita tamen, quod: C. H. — itaque: Cass., Comp. I. — 16) ecclesiatarum: Coll. citt. — 17) villam, quae: Lips. — 18) eius: C. H.

Cap. XII. 19) Restitutum ex App. VII. 21., Lips. XXXV. 21., Cass. XLII. 22., Comp. I. h. t. c. 17. — 20) Ebor.: omitt. C. R. I. — 21) Conventrensi: Lips. — 22) Nicolai: C. R. 2. — Eni: Lips. per totum. — 23) add.: episcopo: Cont., Böhm. — 24) abest ab App. — 25) impetravit: Comp. I. — impetrasset: App., Lips., Cass. — 26) abest a Cass. et Comp. I. — 27) contigerit: App., Lips., Comp. I. — 28) ad e. ei.: omitt. C. R. I. H. — 29) abest a Lips., Cass., Comp. I. — 30) abest a C. L. — 31) tuus: Lips. — eius: App., Cass. — 32) in iam dicta: App. — in ea: Lips., Cass., Comp. I. — 33) nos praefato: App., Comp. I. — nos pro praef.: Lips., Cass. — 34) abest a Cass. — 35) frat. vestrae (tuae): App., Comp. I. etc. mandamus, quatenus praescriptum communem (communem): App., Comp. I. — idoneis: Cass. episcopum (Coventrensem: Comp. I.) ut praefato N. (Eni: Lips.) archidiaconatum ecclesiae suae, si vacat (vacet:

App.), iuxta promissum suum assignet, non obstantibus literis, quae ab adversario eius postmodum fuerint tactis veritate impetratae: Coll. citt.

Cap. XIII. 36) Restitutum ex App. XLII. 1., Lips. XXXV. 22., Cass. XLII. 23., Comp. I. h. t. c. 18. — 37) sup. quo itaque prudentiae tuae tal. resp.: App. — super quo taliter resp.: Coll. rell. — 38) aliquando: Comp. I. — quandoque: App., Lips., Cass. — 39) abest a Coll. citt. — 40) constitutum: Cass. — form. institutum: App. — 41) secundum: App. — 42) abest a C. H. L. — quod nec nos, nec aliquem praedecessorum nostrorum credimus expressisse: App.

Cap. XIV. 43) Restitutum ex Lips. XXXV. 23., Cass. XLII. 24., Comp. I. h. t. c. 19. — Integra decretalis, ex qua desumptum videri posset, exstat in App. XLVI. 4. (Abbati et conventui maioris eccl. monasterii et H. eorum clerico.) — 44) Leicestriae: Cass. — 45) Leicestriae: Comp. I. — Ler.: Cass. — Lillesiae: Lips. — Lilleshall.: App., quod monaster. regul. S. Augustini situm fuit in comit. Salopiae (siv. Shrewsbury.) — 46) constitutum: Lips. — 47) et iud.: Lips., Cass. — 48) cognitionem: C. R. 1., Lips. Comp. I. — 49) sicut rationabiliter lata est: Coll. citt. — 50) iteratum: Cass.

Cap. XV. 51) Restitutum ex App. XLVII. 3., Lips. XI. 20., Cass. XXI. 25., Comp. I. h. t. c. 20. — 52) Inscr. omitt. Cass. — Idem P. C. Tua nos: Comp. I. — Cenomanensi ep., P. C. Tua nos duxit: App., Böhm. — Idem eidem in eadem: Lips., cf. sup. c. 1. de cler. per. I. 22. — 53) omitt. App. — autem: Cass. — 54) contingit: C. R. 1. — 54*) in hanc formam: Lips. — 55) partium: App., Lips. — 56) eius: Comp. I. — seq. de: omitt. Lips. — ad praes. eiusdem app. rem. personam idoneam ordinem in eccl.: Cass. — 57) dioecesis: Cont. — 58) abest a Cont. et Coll. citt. — 59) aut si: Coll. citt., Böhm. — 60) aut: App., Comp. I., C. H. — archipr. archidiaconi: Lips. — 61) appellaverint: C. R. I. — 62) utrum cor.: App., Lips., Comp. I. — 63) commiserimus: C. R. 1. — committimus: Comp. I. — 64) abest a Cass. — dioecesis: Cont.

episcopo, archidiacono⁶⁵) vel archipresbytero, praeiudicium generare. Ideoque praesentandus est illi, qui instituendus fuerit. Et tepelbit eorum⁶⁶) appellatio, si videntes iuri suo detrahi⁶⁶) duxerint appellandum, quia non illis⁶⁷), sed partibus, inter quas causa commissa est, appellacionis remedium est sublatum⁶⁸). "Ecclesis autem etc. [cf. c. 9. de cens. III. 39.]"

CAP. XVI.⁶⁹)

Si causa simpliciter est delegata duobus, sententia unus non tenet.

Idem⁷⁰).

Causam matrimonii, quae inter I.⁷¹) mulierem, et Blanchacium⁷²) agitari dignoscitur, "venerabilibus fratribus nostris" Furolienensi et⁷³) Vapicenensi⁷⁴) episcopis nos⁷⁵) meminimus commississe, quibus "utique in unum convenientibus et" eam⁷⁶) "mulierem, sicut accepimus," viro restitui mandantibus, vir mulierem⁷⁷) cruciatibus et flagellis adeo affectus, quod invita et coacta inter se et⁷⁸) virum suum⁷⁹) confessa est parentelam. Sicque factum est, quod ad iudicium genus⁸⁰) eorum dimisit eandem, "quae quinque filios ex eo dicitur genuisse, et XIV. annis secum sine aliqua quaestione permansisse. Unde quoniam matrimonium in ecclesia Dei adeo magnum sacramentum comprobatur, quod sine rationabili et evidenti causa dissolvi non debet, praeterquam quum non ab homine, sed a Deo sit institutum", Discretioni vestrae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus "huius rei veritatem diligenter et subtiliter inquiratis, et," si inveneritis, quod praefatus B. dictam I.⁸¹) ad iudicium solummodo alterius⁸²) praedictorum "episcoporum" a se separasset⁸³), quia, quum causa duobus committitur, sententia unus non tenet, ipsam, ut eandem⁸⁴) mulierem sicut uxorem suam "appellatione remota" benigne recipiat et maritali affectione⁸⁵) pertractet, monitione praemissa cogatis⁸⁶). "Quod si facere forte contempseris, eum et superinductam appellatione cessante excommunicationis vinculo adstringatis." Si qui tamen apparuerint, qui, postquam ab eo recepta fuerit, matrimonium ipsorum⁸⁷) velint et legitime possint impetere, "partibus ante vos convocatis" causam audiat, et "eam appellatione remota" sine canonico terminetis, "illa maturitate etc."

CAP. XVII.⁸⁸)

Delegatus, qui est dominus impetrantis, recusari potest.

Idem Oxonensi et Vintonjensi Episcopis et Abbati Herfordensi.⁸⁹)

Causam, quae inter "nobiles viros" F. et R.⁹⁰) "de Ardenna, quondam filium Agathae", de nativitate Agathae⁹¹) vertitur, vobis, fratres episcopi, et "venerabili fratri nostro" Londonensi episcopo "sub certa forma" commisimus terminandam. Verum quoniam idem F. "de Ardenna" praefatum Londonensem episcopum "omnino" habebat suspectum, pro eo, quod dominus est praedicti R.⁹²), ipsum amovendum, et te, fili abbas, loco ipsius⁹³) duximus subrogandum. "Per apostolica itaque scripta, vobis mandamus atque praecipimus, quatenus de nativitate praedictae A. rei veritatem subtiliter inquiratis, et si etc. [cf. c. 4. qui filii IV. 17.]"

CAP. XVIII.⁹⁴)

A subdelegato delegati Papae, qui subdelegavit non in totum, non ad Papam, sed ad ipsum delegatum appellari debet.

Idem.⁹⁵)

Quum te consulente "postulas edoceri, utrum ad te pertineat, sen-

tentiam in causis, quas iudices in tua provincia delegati a nobis protulerunt, confirmare, licet de causis ipsis nil in tua praesentia sit tractatum, consultationi tuae praesentibus literis respondemus, quod sententiam ipsam non teneris, nisi volueris, confirmare; sed id tibi ex officii debito noveris imminere, ut, si ad mandatum illorum iudicum sententia non possit executioni mandari, eis praestes auxilium et favorem, et ipsam, si noveris eam rationabiliter latam, poteris confirmare. Item" Si⁹⁶) super causa⁹⁷), quae tibi ex nostra delegatione committitur, a personis ecclesiasticis, una⁹⁸) vel pluribus, quibus⁹⁹), ut "interim" pareas laboribus partium¹⁰⁰) et expensis, cognitionem ipsius causae et testium examinationem sententia tibi reservata¹) committis²), appellatio³) fuerit interposita, huiusmodi appellationis intuitu causam ipsam indiffinitam relinquere non teneris.

CAP. XIX.⁴)

Morte delegantis non expirat iurisdiclio delegati, coram quo lis erat contestata.

Lucius III. Cantuariensi Archiepiscopo et eius Suffraganeis.

Relatum est⁵) "ex parte vestra, quod licet in commissionibus a sanctae recordationis Alexandro P. III. praedecessore nostro factis fuerit appellationis remedium remotum, altera tamen partium, sive lis fuerit contestata sive non, expirasse mandatum morte mandatoris allegat, ideoque negotiis omnibus postpositis in suspensio mandatum apostolicum expectatis." Nos itaque consultationi vestrae⁶) "praesentium auctoritate" respondemus, quod, si lis fuerit ante praedecessoris nostri obitum contestata, mandatum morte⁷) mandatoris nullatenus expiravit. Si vero ante litem contestationem decessit⁸), non est "in eo casu" a⁹) iudicibus¹⁰), quos¹¹) delegaverat¹²), ex delegatione huiusmodi procedendum. "Poterit ergo etc."

CAP. XX.¹³)

Si delegatus citavit ante mortem delegantis, perpetua est eius iurisdiclio. Et appellationi renunciat qui coram iudice, a quo appellavit, litem prosequitur.

Urbanus III.¹⁴)

Gratum gerimus "et acceptum, quod in negotiis vestrae discretioni commissis debitam curam impenditis, et in his, quae dubitationem faciunt, pro gravitate vestri officii censuram sedis apostolicae postulat. Sane consuluit nos devotio vestra¹⁵), an ante obitum delegantis, proposito citationis¹⁶) edicto, lite vero post mortem "delegantis" contestata, nihilominus debeat in causa procedere "iudex" delegatus; et utrum is intelligatur appellationi renuncians, qui ea¹⁷) interposita ad producendos testes inducias postulavit¹⁸), et demum¹⁹) productioni et allegationi renuncians, attestacionis petitii solemniter publicari, "sicut hoc totum circa decessum bonae memoriae praedecessoris nostri Lucii Papae²⁰), qui vos iudices delegaverat, sub examine vestro asseritis contigisse." Nos autem²¹) inquisitioni tuae²²) taliter respondemus, quod, quum²³) in casu priori citatione facta negotium sit quasi coeptum²⁴), et maxime, si delegatus non sit certus de obitu delegantis, potest et debet in causa procedi²⁵), tenebitque quod iustitia fuerit praevia²⁶) "iudiciali tramite" diffinitum. In secundo vero²⁷) casu videretur²⁸) ab appellatione recessum, si²⁹) secundum ea, quae praemissa³⁰) sunt, eum, qui appellaverit³¹), constiterit processisse³²).

Cap. XV. 65) vel archid. vel: omitt. Cass. — vel archid.: App. — vel archipresb. vel archidiacon.: Cont., Böhm. — 66) abest ab App. — eorum appellationem: Cont. — 66*) distrahi: Lips. — 67) nonnullis: Cass. — illi: C. R. 2. L. — 68) interclusum: Comp. I. — Cap. XVI. 69) Restitutum ex App. L. 26., Comp. I. h. t. c. 21. — 70) Arelatensi ep.: Böhm. — Arelatensi archiep. et S. Mariae in Via lata diacono cardinali, in duodecimo libro registri: App. — 71) G.: C. H. per totum. — Benengardam: Comp. I. Aug. — Megardam: Comp. I. Ms. — Ermengardam: App. — 72) Blancarium: C. H. — Blancatium: C. L. — Bla.: Comp. I. Ms. — Blatum: App. — Blasiu: Comp. I. Aug. — 73) Forodviten.: Comp. I. Ms. — Formolen.: Comp. I. Aug. — leg.: Forvoldens.: cum C. H. L., App., Comp. I., Böhm. (Freius*). — 74) Napicen.: C. H. — Vapicen.: C. L. — Vapicen.: Comp. I. — leg.: Vapicens.: cum App., Böhm. (Gasp*). — 75) abest ab App. — 76) iam: Cont. — eandem: C. R. 1., Comp. I. — eandemque: App. — 77) add.: sicut accepimus: Comp. I. Aug. — 78) abest a Cont. — 79) omitt. App., Comp. I. — 80) unius eorum ipsam dicit.: Comp. I. — unius illorum mulierem ipsam dimisit: App. — 81) praedictam mulierem.: App., Comp. I. — 82) unius: App. — 83) separaverit: Comp. I. Aug. — 84) abest ab App. — 85) usque: ead. — 86) instantem (constanter): App. — commonentis et districte compellatis: App., Comp. I. — 87) eorum: App. — Cap. XVII. 88) Restitutum ex Comp. I. c. 4. qui filii IV. 18. — 89) Exon. et Vigorn. epp. et abb. Effro: C. R. 1. — Raton. et Exon. epp. et abb. Herforten.: C. R. 2. — Exonensi: C. H. — Exoniensi: C. L. — Exon., Winton. (Witdn. Ms.), episcopis et abbatibus Forden. (quod Cisterc. monasterium est in ipsa Exoniensi dioecesi situm): Comp. I. — 90) H.: C.

L. per totum. — 91) ipsius: Comp. I., Böhm. — 92) F.: Cont. — 93) illius: C. L. — Cap. XVIII. 94) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 374., et Comp. II. c. 1. de off. iud. ord. I. 14. et c. 1. h. t. — 95) Id. Cantuariensi ep.: Böhm. — Al. III.: Comp. II. h. t. — Lucius III. Cant. arch.: ead. tit. 14. — Alex. III. Cantuar. archiepiscopo: Luc. — 96) abest a Comp. I. Aug. — 97) causis... committuntur per.: Luc. — 98) uni: C. R. 1. H. L., Luc., Comp. I., — alit. una uni: Comp. II. Ms. — 99) abest a Luc. — 100) litigantium: ead. — 1) servatq.: ead. — 2) committat: Comp. I., Cont., Böhm. — 3) si app.: C. L. — Cap. XIX. 4) Restitutum ex App. VII. 22., Comp. V. h. t. c. 22. — 5) abest a C. L. — 6) consult. tuae: C. R. 1. — consultationibus vestris: App. — 7) in morte: C. R. L., App., Comp. I. Ms. — 8) decesserit: C. R. 1., Comp. I. — 9) abest a C. R. 1., App., Comp. I. — 10) add.: huiusmodi: C. H. — 11) quibus: C. R. 1. — 12) delegaverit: C. R. 2., Comp. I. — Cap. XX. 13) Restitutum ex App. XLVIII. 3., Cass. XLII. 11., Comp. I. h. t. c. 23. — 14) Abest inscr. a Cass. — de Wellebec et Olveston (Obveston: Ms.) ubatibus: Comp. I., Böhm. — de Wellebec (legendum videtur: Bellebeco, Heaubece*) et de Sulvestun: App. — 15) tua: C. R. L. — 16) ei rationis: Cass. — 17) qua: ead. — 18) postulasset: ead. — 19) deinde: App. — 20) cf. c. 25. de test. II. 20. — 21) abest a Cass. — 22) vestrae: App., Comp. I., Böhm. — 23) abest a Cass. — 24) sit inceptum: ead. — 25) procedere: C. R. 2., Cass. — 26) prima: Cass. — 27) abest ab App. — 28) utrum: Comp. I. Aug. — videtur: Böhm. — 29) omitt. Cass. — 30) proposita: ead. — 31) appellaverat: App., Cass. — 32) Dat. Ferrone V. Kal. Jul.: Ant. Aug. ex vet. Tarracon.

CAP. XXI.³³⁾

Si causa committitur tribus delegatis cum clausula: „quod si non omnes etc.,“ priusquam appareat de impotentia tertii, duo procedere non possunt, et, si procedunt, nihil agunt. Hoc dicit, usque ad §. Adiciamus. — §. 1. Clausula: „si non omnes poteritis,“ sub impotentia includit voluntatem quoad purificandam iurisdictionem coniudicum. Idem in duobus datis cum clausula: „quod si ambo.“ H. d. usque ad §. Sexta. — §. 2. Si reus coram delegato obiicit excommunicationem auctori, quam non probat infra tempus debitum, auditur actor. Si vero probat, delegatus absolvet actorem, si excommunicatus est propter causam sibi commissam. Si propter aliam, ad excommunicatorem suum illum remittet. Qui si non pulsus eum absolvet, delegatus Papae eum absolvet, nisi sit de casibus Papae reservatis. Hoc dicit. — §. 3. Absolutus a delegato super causa, pro qua fuerat excommunicatus, coram excommunicatore parebit, seu respondebit super illa causa, nisi sit alteri delegatus, et, si excommunicator malitiose distulerit, delegatus, qui absolvit, cognoscet. Hoc dicit.

Coelestinus III.³⁴⁾

Prudentiam tuam: (Et infra: [cf. c. un. de mut. pet. II. 4.]) Quinto "insuper" loco supplicas informari, utrum³⁵⁾, quum tribus "vel pluribus" causa committitur ita, quod si omnes interesse nequiverint, duo eam³⁶⁾ nihilominus exsequantur, si reus a duobus tantum fuerit convocatus³⁷⁾, venire necessario teneatur; et vi citatus "fuerit a duobus tantum seu" a³⁸⁾ pluribus, "et" coram duobus³⁹⁾ comparuerit⁴⁰⁾, tertio "aut ulteriori" nec veniente per se, vel⁴¹⁾ per literas, ut solet fieri, excusante⁴²⁾, an duo praesentes in causa⁴³⁾ possint procedere, et eam "definire et" sententiae calculo⁴⁴⁾ terminare? In hoc⁴⁵⁾ casu taliter respondemus, quod, quum aliquis delegatorum iudicum per certum nuncium vel excusatorem⁴⁶⁾ literarie-destinatum non ostenderit⁴⁷⁾, se interesse non posse, vel⁴⁸⁾ alias de eodem canonice constare non poterit⁴⁹⁾, residui procedere ad causae cognitionem non debent. Quodsi⁵⁰⁾ processerint, nihil reputabuntur⁵¹⁾ egisse; illa quippe fuit antiqua sedis apostolicae provisio, ut huiusmodi causarum⁵²⁾ recognitiones⁵³⁾ "et decisiones" duobus quam uni, tribus quam duobus libentius⁵⁴⁾ delegaret, quum, sicut "sacri" canones attestantur, integrum sit iudicium, quod plurimorum sententiam confirmatur. Mandati siquidem excedere fines probaretur⁵⁵⁾, si quis citra⁵⁶⁾ formam rescripti accepti praesumeret iudicare. §. 1. Adiciamus⁵⁷⁾ etiam, quod, ubi fuerit in commissione appositum, ut, si omnes⁵⁸⁾ interesse nequiverint, duo eam⁵⁹⁾ nihilominus exsequantur, "et" si aliquis ex ipsis, quum possit, noluerit interesse, duo nihilominus in causa procedant, licet ille tertius gravissime sit arguendus⁶⁰⁾ pro eo, quod mandatum apostolicum exsequi subterfugiat aut contemnat^{60a)}. Idem quoque per omnia dicimus observandum in causa⁶¹⁾, quae committitur duobus, eo appposito, ut^{61a)}, si ambo interesse nequiverint, alter nihilominus exsequatur⁶²⁾. §. 2. Sexta nobis proposita ex parte tua quaestio continebat, quod, quum aliquibus iudicibus causa committitur, et⁶³⁾ quandoque contingit⁶⁴⁾, quod reus actori obiicit, quod stare non potest in⁶⁵⁾ iudicio, utpote vinculo excommunicationis adstrictus, si reus non velit statim eum probare excommunicationem, sive⁶⁶⁾ non possit, an actor nihilominus audiri debeat, donec super eo; quod obiicitur, rei veritas fuerit⁶⁷⁾ patefacta "et enodata"? Hanc dubitationem⁶⁸⁾ taliter removemus⁶⁹⁾, quod, si ille, qui tale "quid" obiicit, statim vel infra⁷⁰⁾ terminum competentem non probaverit legitime quod intendit, actor permitti debet⁷¹⁾, ut sine offendiculo quolibet audiat. Ceterum, si vel ex confessione actoris, vel alio quolibet⁷²⁾ modo legitime⁷³⁾ constiterit esse actorem vinculo excommunicationis adstrictum, a iudicibus⁷⁴⁾ delegatis "legitime" secundum formam ecclesiae valet absolvi, ita "tamen," ut, si propter aliam⁷⁵⁾ iustam causam et

evidentem ab ordinario iudice vel⁷⁶⁾ delegato excommunicatus fuerit, ad excommunicatorem debet⁷⁷⁾ absolvens remitti⁷⁸⁾. Qui⁷⁹⁾ si malitiam adhibuerit, delegati iudices id ritu ecclesiastico libere exsequantur⁸⁰⁾, dummodo⁸¹⁾ non sit tale genus excommunicationis illius "criminiis," cuius "dumtaxat" absolutio sedi apostolicae reservetur⁸²⁾; explorati quidem⁸³⁾ iuris existit, ut delegatis⁸⁴⁾ iudicibus, quibus principale committitur⁸⁵⁾, et accessorium committatur⁸⁶⁾. §. 3. Si vero ab his⁸⁷⁾ fuerit, praestito "scilicet" iuramento, quod stabit mandato ecclesiae, absolutus, rursus interrogas "edoceri," an coram eisdem⁸⁸⁾ delegatis "iudicibus," vel "coram" ordinario, a quo excommunicatus existit⁸⁹⁾, teneatur super eadem causa, pro qua excommunicatus fuerat⁹⁰⁾, respondere, et quorum debeat iudicio⁹¹⁾ vel mandato stare? In quo "quidem" casu taliter respondemus, quod coram ipsis⁹²⁾ excommunicatoribus super illa causa, pro qua fuerat⁹³⁾ excommunicatus, stare debet⁹⁴⁾, et eorum servare mandatum, nisi specialiter fuerit illud negotium⁹⁵⁾ aliis⁹⁶⁾ iudicibus a sede apostolica delegatum. Quod si⁹⁷⁾ excommunicatores malitiose distulerint, tunc delegati⁹⁸⁾ eandem iurisdictionem, quam in principali, et in accessorio exercent. "Dat. Lat. XV. Kal. Jul. Pont. nostr. Ao. III." [1193.]

CAP. XXII.⁹⁹⁾

Si causa simpliciter delegatur tribus, duo sine subdelegatione tertii procedere non possunt. Quod si fecerint, ab eis poterit appellari. Idem, si sunt dati cum clausula: „quod si non omnes.“ Non enim valet processus duorum tertio inconsulto. Hoc dicit comprehendendo utrumque intellectum.

Innocentius III. Rheginensi Archiepiscopo et Episcopo Cephadulensi¹⁰⁰⁾.

Quum causa, quae vertitur inter "venerabiles fratres nostros" Montis regalis et Rossanensis¹⁾ archiepiscopos super quibusdam decimis, "venerabilibus fratribus nostris" Panormitano et Capuano archiepiscopis, et tibi, frater²⁾ Rheginensis, commissa fuisset a nobis sine debito³⁾ terminanda, praedictus archiepiscopus Montis regalis, sicut "ex literis eius" accepimus, ad primam "praedictarum" Panormitani et Capuani archiepiscoporum citationem accessit. In quorum praesentia "constitutus" excipiendi proposuit, quod pro duabus causis eorum non deberet stare iudicio, tum "videlicet," quia ipsa⁴⁾ causa tribus fuerat⁵⁾ iudicibus⁶⁾ delegata, et idem⁷⁾ ab illis duobus tantum, "te," frater⁸⁾ Rheginensis, "praesente" inconsulto "et in scio," nec vices tuas "eis" super hoc committente, ad iudicium fuerat evocatus, tum "etiam," quia ante ipsorum citationem et notitiam literarum⁹⁾, pro eadem causa¹⁰⁾ nuncium suum¹¹⁾ ad apostolicam sedem transmiserat, in quo decretalem "felicitis memoriae" Alexandri Papae¹²⁾ "III." praedecessoris nostri sibi affirmabat¹³⁾ apertius suffragari. At "vero" iidem archiepiscopi exceptiones¹⁴⁾ ipsius nolentes admittere, contra eum, ut responderet, interlocutoriam sententiam protulerunt, propter quod "idem archiepiscopus, sentiens se gravari," ad¹⁵⁾ sedem apostolicam appellavit. "Nos igitur praedictorum inquisitionem et decisionem canonicam vestrae discretionis examini committentes," Fraternalitati vestrae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, "vocatis ad praesentiam vestram, qui fuerint evocandi, et inquisita super praemissis diligentius veritate," si vobis constiterit, praedictos archiepiscopos exceptiones praedictas nullatenus admisisse, non obstante eo, quod per ipsos factum est, decimas ipsas, quibus praedictus Montis regalis archiepiscopus se, postquam nuncius suus propter hoc ad sedem apostolicam accesserat¹⁶⁾, asserit spoliatum, praecipue quum eadem tam sibi, quam ecclesiae suae a sede

Cap. XXI. 33) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 372., Comp. II. h. t. c. 3. — 34) Alexander III.: Comp. II. Ms. A. — ep. Rothomagensi et decano: Luc. — 35) ut: Luc., Comp. II. Ms. A. — 36) abest a Coll. cit. — 37) evocatus: C. H. — citatus: Comp. II. Ms. A. — 38) abest a Luc., Comp. II. Ms. A. B. — 39) add: iudicibus: Comp. II. Ms. A. — 40) apparuerit: Coll. cit. — 41) nec: C. R., Comp. II. Aug., Ms. A. — nec venire nec se per: Luc. — 42) se exc.: C. R. 1. — 43) causam: Luc. — 44) sine canonico: ead. — 45) Nostra autem: (omitt. Luc. Comp. II. Ms. in hoc casu talis existit (existit): Luc., Comp. II. Ms. A. B.) responsio: Coll. cit. — 46) procuratorem: Comp. II. Ms. A. — excusationem... destinatum: Luc. — 47) ostendit: ead., Comp. II. Ms. A. — quibus non ostendit: Comp. II. Ms. — 48) licet: L. h. — 49) potuit: Comp. II. Ms. A. — nequiverit: Luc. — 50) Qui si: C. R. 1. — Et qui sic: Luc. — 51) reputantur: C. H. — 52) causae: Comp. II. Aug., Ms. B. — omitt: Luc. — 53) cognitiones: C. H. R. L., Coll. cit. — 54) libentibus: Ed. Rom. operar. mend. — 55) comprobatur: Comp. II. Ms. A. — 56) contra: C. R. 2., Comp. II. — circa: Böhm. — 57) adiciamus: C. H., Comp. II. Ms. A. B. — 58) non omni: C. H. — 59) abest a Luc., Comp. II. Ms. A. B. — 60) add: et puniendus: Comp. II. Ms. A., Luc. — 60a) subterfugit aut contempsit. Idem per omnia dicens, quum (ubi): Comp. II.) causa committitur: Luc., Comp. II. — 61) de causa: C. H. R. L. — 61a) quod si omnes int. non possint: Luc. — 62) in causa procedat: C. R. 1. — 63) abest a Comp. II. Ms. A. — etiam: Aug. — 64) contingat: C. H. — 65) abest a Luc. — 66) si: ead. — 67) fuerit enodata: ead. — 68) Et haec dub.: Comp. II. Ms. A. — Hanc igitur dub.: Comp. II. Aug. — 69) amovemus: Luc.,

Comp. I. — 70) ut infra: Comp. H. Aug. — intra: Cont., Böhm. — 71) debet: Comp. II. Aug. — 72) abest a C. H. — 73) legitimo: Luc., Comp. II. Ms. B. — 74) add: quidem: Comp. II. Ms. A. — 75) aliquam: C. L. — 76) vel a: Comp. II. Aug. — 77) debent: ead. — 78) mitti: Luc., Comp. II. — 79) quod: C. L. — 80) prosequantur: Luc. — 81) prosequantur: Comp. II. — 82) dum tamen: C. R. 1. — 83) reservatur: Luc., Comp. II. — 84) siquidem: Cont., Böhm. — 84) del. quidem: Comp. II. Ms. A. — 85) abest a Luc., Comp. II. Aug. — 86) committitur: Luc. — 87) ab illis (aliis): Ms. B. iudicibus: Comp. II. — Verb.: Si absolutus, iure, ut videtur, omitt. Luc. — 88) illis: Luc., Comp. II. — 89) est: ead. — 90) fuerit (fuit): Luc. excommunicationis vinculo innodatus: ead. — 91) iud. vel: omitt. Luc. — 92) non exstat in C. H. — 93) fuit: Luc., Comp. II. Ms. A. — fuerit: Comp. II. Aug., Ms. B. — 94) debent: Coll. cit. — 95) omitt. Cont., Böhm. — 96) alii: Luc. — seq.: iudicibus: omitt. C. R. H. L., Luc., Comp. I. — 97) Qui exc.: si: Luc. — 98) add: iudices: C. L. Cap. XXII. 99) Restitutum ex Reg. Bal. I. 392. — Comp. III. h. t. c. 1. — 100) Cephalid.: C. R. 2. — leg.: Cephalidensis: cum Comp. III., Reg. (Cephalid.). — 1) Rossan.: Reg., Böhm. — 2) fratri: Cont., Böhm. — 3) canonico: Reg. — 4) illa: C. H. — 5) fuerit: C. L. — 6) omitt. C. R. L., Comp. III., Reg. — 7) omitt. Comp. III., Reg. — 8) fratre: Cont., Böhm. — 9) et not. lit.: omitt. Comp. III., Reg. — add: impetratum: C. H. — 10) add: contra eum: C. H. — 11) abest a Comp. III. Aug. — 12) omitt. C. H. — of. c. 31. de app. II. 28. — 13) affirmavit: C. H. — 14) huius etc.: id. — 15) abest a Reg. — 16) accesserit: C. H. — postquam nuncii sui propter hoc ad sedem ap. accesserunt: Comp. III., Reg.

apostolica "fuisse" asserat¹⁷⁾ confirmatas, sive per laicalem potentiam, sive "etiam" per eosdem iudices factum sit, cum fructibus inde perceptis "subtato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo" restitui faciat, audientes postmodum, quantum de iure poteritis, quicquid¹⁸⁾ fuerit quaestionis, "et appellatione remota sine debito decedentes. Dat. Lat. Kal. Nov." [1198.]

CAP. XXIII.¹⁹⁾

Si duo sunt delegati cum clausula: "quod si ambo etc.", uno recusato alter solus procedere potest, nec tenet processus, si cum recusato procedat.

Idem Contentus de Conchis.²⁰⁾

Quia super abbacia monasterii vestri inter vos et S. quondam abbatem vestrum²¹⁾ fuisset quaestio "diutius" agitata, "partibus tandem ad nostram praesentiam accedentibus dilectum filium nostrum H. sancti Eustachii diaconum cardinalem dedimus auditorem, in cuius praesentia pro ipso S. taliter fuit allegatum, quod, quum dilectus filius noster F. tit. S. Pudencianae presbyter cardinalis, tunc apostolicae sedis legatus, intrasset Normanniam, et super statu ipsius abbacie cum abbate ac fratribus inquisitionem haberet diligentem, nihil reprehensione dignum invenit ibidem; sicut ex literis bonae memoriae C. Papae praedecessoris nostri eidenter apparet, quibus ipsius cardinalis confessio est inserta. Eo vero postmodum ab ipso monasterio recedente, literae ipsius ad dilectos filios Troarnensem abbatem et priorem S. Barbarae fraudulenter obtentae fuerunt super inquisitione abbatis et totius monasterii facienda, nulla data inquisitoribus potestate in abbatem aliquid statuendi, quemadmodum ex testimonio eiusdem cardinalis colligitur eidenter. Praedictis ergo inquisitoribus accedentibus ad monasterium memoratum, et volentibus fines mandati excedere in facienda inquisitione iuris ordine non servato, idem abbas, antequam inquisitio sortiretur effectum, sedem apostolicam appellavit, et quomvis iter arripisset ad Romanam ecclesiam veniendi, dicti tamen inquisitores, nec appellationi rationabiliter interpositae, neque ipsius absentiae vel excusationibus aliquibus deferentes, destitutiōnis in eum sententiam contra iuris ordinem promulgarunt, licet non pronuntiandi potestas eis esset concessa, sicut ex multorum praelatorum literis liquido declaratur. Memorato igitur abbate ad dicti praedecessoris nostri praesentiam accedente, postquam de inordinata destitutiōne sua eum reddidit certiore, omnibus irritatis quae contra iuris ordinem a dictis inquisitoribus fuerant ordinatae, eundem abbatem sententia sua restituit, executione sola venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis L. et H. archidiaconis Ebroicensibus demandata. Die vero a solo episcopo partibus assignata, et ad terminum utraque partium veniente, quum expectaret abbas restitutionem fieri sibi secundum apostolici mandati tenorem, eam non potuit obtinere; quin potius precibus, minis et terroribus eum episcopus inducere laboravit, ut in ipsum, non super restitutione facienda, quod erat principale negotium, compromitteret, sed super executione tantummodo differenda. Et quoniam pars adversa cum armis illuc accesserat et multitudine armorum, factum est, quod in dictum episcopum, sicut praemisum est, compromisit, fide in manu ipsius praestita, et restitutionis literis depositis apud eum, non tradendis parti adversae, sed diligenter servandis, et restituendis sibi tempore opportuno. Ipse vero episcopus contra id, quod promiserat, venire non metuens, adversariis abbatis literas restituit memoratas, siquae compromisso ex parte ipsius episcopi et adversariorum pariter violato, monachi bonae memoriae Melioris tit. SS. Iohannis et Pauli presbyteri cardinalis, tunc apostolicae sedis legati, praesentiam adeuntes, ad I. quondam Rothomagensem decanum super gravamine compromissi commissionis literas impetrarunt, ad cuius primam citationem monachus a dicto abbate transmissus captus fuit ab adversariis, et vinculis ferreis mancipatus; ad secundam vero citationem idem abbas accedens, per impressionem coactus fuit compromittere in decanum, non super abbacia, de qua sub eo nulla quaestio vertebatur, sed pro quibusdam bladi redbitus minuendis. Parte autem altera super compromisso servando fidem, sicut convenerat, non servante, dictum S. iterum oportuit ad sedem apostolicam laborare, ubi a nobis tam super principali quam incidenti etiam quaestione²²⁾ demum super ea²³⁾ ad Lesionensem²⁴⁾ episcopum et abbatem de Becco²⁵⁾ nostrae fuerant²⁵⁾ literae destinatae²⁶⁾, "ut super his, quae nobis fuerant intimata, studente elicere veritatem, et statuerent quod secundum Deum vide-

rent rationabiliter statuendum, iuris ordine per omnia observato, ita quod alter sine altero adesse nolente vel etiam non valente mandatum apostolicum adimpleret, mentio facta in literis ipsis de fide violentor, sicut idem S. asserbat, extorta, et non super monasterio abiurando, sed restitutione, ut dictum est, tantummodo differenda; ne, his omissis, tacita veritate commissio videretur obtenta. Partibus vero coram delegatis iudicibus constitutis, pars illius, quem dixit intrusum, praefatum episcopum duabus de causis sibi dixit esse suspectum; tum quia super ecclesia quondam causam habebat cum monasterio memorato; tum etiam, quia ipsum a Romana curia redeuntem ad pacis osculum non admisit, unde neque coram illorum altero iuri stare voluit, quamvis nihil diceret in abbatem, sed appellans frustratorie se contumaciter absentavit. Verum dicti executores appellationi, quae nulla fuerat, minime deferentes, habito multorum prudentium virorum consilio, sententiam a dicto praedecessore nostro prolatam executioni mandarunt, restituentes praedicto S. abbatiam, et praefato intruso perpetuum silentium imponentes. Quumque ad eorum ex parte apostolica inquisitionem dioecesanus episcopus saepius requisitus ipsum S. in corporalem possessionem inducere recusaret, id exsequendum quibusdam diaconibus mandaverunt, qui nedum quod admissi fuerunt, verum per monachos et fautores eorum afflicti verberibus, carcerali sunt custodiae mancipati. Quapropter in intrusum, monachos et fautores eorum a delegatis fuit secundum apostolici mandati tenorem excommunicationis sententia promulgata. Sed ob hoc intrusus et monachi non dimiserunt divina officia celebrare; quae etiam ipso intruso defuncto alium excommunicatum eligere praesumpserunt, sicut ex delegatorum literis perpenditur eidenter. Quumque nec sic possent ad frugem melioris vitae reduci, saepedictus S. monachos ipsos (qui cuidam praedecessorum suorum amputare linguam et oculos erueri praesumpserunt, in alium sedentem ad mensam cum gladiis et fustibus impetum facientes, alium solum in ecclesia dimittentes missam celebrare paratum) animadversione condigna puniri, et possessionem abbacie plenarie sibi restitui, sicut a dicto praedecessore nostro statutum fuerat et a delegatis postea iudicibus ordinatum, intruso, qui post latam in eum sententiam excommunicationis assumptus fuerat, per silentium perpetuum condemnato. Ceterum pro vobis ita fuit propositum ex adverso, quod, quum praefatus I. cardinalis in partibus illis legationis officio fungeretur, et causam ipsam super dilapidatione ipsius S. et incontinentia pariter praefatis abbati Troarnensi et priori sanctae Barbarae commiserit terminandam, ipsi cognita veritate, et ordine iuris per omnia observato, in eum depositionis sententiam protulerunt, quae a dicto praedecessore nostro fuit postea confirmata. Ipse autem S. eidem praedecessori nostro, quod abbacia ipsa iniuste spoliatas fuerit, intimavit; praefato cardinali etiam asserente, non fuisse intentionis suae, quod ad depositionem abbatis procederent iudices delegati, quamvis et hoc esset eis commissum, sicut in eorundem literis reperitur. Unde saepedictus praedecessor noster eum non restituit altera parte absente, sed restituendum mandavit episcopo et archidiacono memoratis, quia tacitum eis fuerat, quod praefatus cardinalis dictis abbati et priori deponendi etiam concesserit facultatem. Convenientibus igitur partibus ad diem et locum sibi a delegatis sedis apostolicae assignatum, dictus S. in manu episcopi, quod eius super causa ipsa staret arbitrio, fide data firmavit, qui partes ipsas, ut ad ea, quae pacis sunt, intenderent, monuit diligenter; inter quas talis compositio interessit, ut dictus S. in perpetuum cederet abbaciae. Quam cessionem ratam delegati iudices habuerunt, et idem S. (sicut in delegatorum literis continetur) iuramento firmavit, se illam firmiter servaturum. Et quum super restitutione sua duplices literas eiusdem prorsus continentiae impetrasset, facta compositione, quam saepedictus praedecessor noster postea confirmavit, alteras resignavit, alteras retinuit fraudulenter. Processu vero temporis compositione ab eo aliquamdiu observata, per iam dictum Meliorem cardinalem quondam Rothomagensem decanum eandem fecit causam committi, fuitque in eius praesentia et venerabilis fratris nostri Rothomagensis archiepiscopi prima compositio innovata, ubi praefatus S. abbatiam denuo abiuravit, et quod compositionem ipsam deinceps observaret, corporaliter praestitit iuramentum, sicut in ipsius Rothomagensis archiepiscopi literis continetur, et multis posset testibus approbari. Fuerunt autem ista coram Rothomagensi facta ea praecipue ratione, quoniam prioratus, quem ipse S. debuit obtinere, in Rothomagensi erat dioecesi constitutus, quem quum per biennium

Cap. XXII. 17) asserit: Comp. III., Aug., Cont., Böhm. — 18) si quid: Reg.

Cap. XXIII. 19) Restitutio ex Reg. Bal. II. 38. — Comp. III. h. t. c. 2. — 20) Conches: C. R. 2. — 21) abest a Comp. III. et Reg. — 22) causa ipsa: Comp. III. — ubi a nobis tam super principali quam incidenti etiam quaestione ad ven. fr. nostr. Lexovienem ep. et dil. fil. abb. Vallis

Richerii literas impetravit: Reg. — 23) Exonen.: C. H. — Lexovien.: C. R. 2. — Lexon.: C. R. 1. — Lexonensem: C. L. — Lexonon.: Comp. III. Aug. — Lexonen.: Comp. III. Ms. — Lexonien.: Böhm. — leg.: Lexoviensem (Lisieux). — 24) de Bec: omitt. Comp. III. — Vallis Richerii: Reg. — 25) fuerunt: C. H. L., Comp. III. — 26) deportatae: Comp. III. —

detinens, inhoneste vivendo fere omnia consumpsisset, ad alia bona monasterii se violenter extendit. Et tandem ad praesentiam nostram accedens, et quaedam de praemissis exprimens, alia vero reticens, ad praefatos Lexoviensem episcopum et abbatem Vallis Richerii nostras literas reportavit, ut diligenter inquirerent de omnibus veritate, et statuerent quod iustitia postularet. Ipsi vero partibus ad se citatis, quamvis episcopus pro memoratis causis, et quoniam R. abbati respondit, quod, si posset, sibi noceret, esset alteri parti suspectus, et ab eo fuerit recusatus, velletque coram coniudice, qui suspectus non erat, vel coram arbitris electis a partibus id probare, dicto abbate Vallis Richerii admittere hoc nolente, ante ingressum causae fuit ab illis duobus postmodum appellatum, ipsi nihilominus eundem S. restituendum sententia littere decreverunt, adversario eius super abbacia perpetuum silentium imponentes. Quum igitur quae praemissa sunt et alia quaedam praedictus cardinalis nobis et fratribus nostris prudenter et fideliter retulisset, quia constitit nobis per literas iudicum praedictorum episcopi et archidiaconi Ebroicensis, quibus super restitutione ipsius S. a dicto praedecessore nostro fuerat causa commissa, de utriusque partis assensu compositionem sub eo tenore factam fuisse, quod prioratus S. Stephani cum omnibus pertinentiis suis et alia quaedam sibi concessa fuerunt, dum viveret, possidenda, et ipse a lite spontanea voluntate recessit, et instrumenta sua fracto sigillo, quo usus fuerat, in manibus eorundem iudicum resignavit, et quod abbacia abintra veritatem memoratam, ex literis iam dicti Rothomagensis archiepiscopi perpendimus evidenter: nolentes per nos, qui punimus peritiam, viam peritiam aperiri, quum et ipse recipiendo compositionem huiusmodi renunciarit abbaciae, communicato fratrum nostrorum consilio ab impetitione ipsius S. vos et monasterium vestrum absolvimus, perpetuum ei super quaestione ipsa silentium imponentes; non obstante quod factum est ab ultimis delegatis, quum ex his appareat evidenter, ipsos, (ut de aliis taceamus) si eis de praemissis constitit, minus legitime processisse, restituentes illum, qui non habebat ius aliquod repetendi. Et Quamvis solus abbas, antequam appellaretur ab eo, iuxta formam litterarum nostrarum procedere potuisset, quia tamen pro eo, quod cum ipso episcopo interlocutus est, appellationem prius ab eodem episcopo interpositam non tenuisse, de iure sine ipso, quum posset et nollet negotio interesse, per consequentiam confessus est, se non posse mandatum apostolicum adimplere, nec suae intentionis existitit, ut sine coniudice suo aliquid diffiniret, et cum eo, qui iam iudex esse desiderat, aliquid super praedicto negotio rite disponere non valebat, voluntate ac potestate sibi mutuo adversantibus, quum noluerit quod potuerit, et quod voluerit adimplere nequiverit, quod a duobus factum fuerat effectum non potuit de iure obtinere. Nulli ergo etc. Dat. Lat. Id. Apr. [1199.]

CAP. XXIV.³⁵⁾

Si iurisdiclio delegati exspirat in termino peremptorio, quem partibus assignavit, post congruam horam peremptorii iudex non expectabit contumacem. Si non exspirat, potest expectare in diem alteram, et iterum citare, si vult.

Idem Archiepiscopo Toletano.³⁶⁾

Consuluit nos tua fraternitas, utrum, quum ad recipiendos testes, depositiones publicandas eorum, vel sententiam proferendam peremptorie citas partes, et earum altera se absentat contumaciter die data, an circa ultimam saltem partem diei tibi sit in negotio procedendum, vel in diem expectandum potius subsequentem; et, si expectaveris, utrum contumax iterum sit citandus, quum non fuerit die partibus assignata processum? Nos autem credimus, distinguendum, utrum iurisdiclio duret post terminum peremptorium, an exspirat in illo. Si durat, in diem alteram aequitate suadente poteris expectare, nec erit pars contumax

peremptorio elapso citanda, nisi gratiam fecerit ei benignitas iudicantis. Si autem exspirat, nisi partes, "maxime" quum id noverint, se tibi praesentaverint ea hora, qua congrue possis procedere ad exsequendum id, propter quod eis legitime terminum peremptorium assignasti, ex tunc exequi poteris quod intendis, ne frustra iudicialis instantia evanescat. Ne vero iudicium ecclesiasticum exerceatur in tenebris, quia iuxta testimonium Veritatis qui male agit odit lucem, licet etiam secundum consuetudinem et constitutiones legitimas more Romano dies a medietate noctis incipiat, et in medio noctis desinat subsequentis, unde quod in diebus dimidiatis noctibus agitur perinde sanxit habendum legalis auctoritas, ac si qualibet parte lucis agatur, nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua possis ante noctis tenebras perficere, quod incumbit. Porro discretus iudex in assignatione peremptorii non debet iurisdictionem suam, nisi necessitas exigat, adeo coarctare.

CAP. XXV.³⁴⁾

Ex nova causa removetur delegatus, etiam post litem contestatam, et alius subrogatur.

Idem Abbati de Bordellia³⁵⁾ et Priori sancti Sepulcri.

Instituente "dilcto filio" R. rectore "ecclesiae" sancti Saldati, ad audientiam nostram pervenit, quod, quum "olim" causam, quae super iure parochiali inter ipsum et T. rectorem capellae sancti Joannis de Glovernia Vigornensis diocesis vertebatur, "venerabili fratri nostro" Vigornensi episcopo et coniudicibus suis a nobis obtinuerit delegari, postmodum, licet fuerit in eadem quaestione processum, tractu temporis ante, "quam ad" diffinitivae sententiae calculum veniret, idem episcopus dictum R. in "assum" familiarem admittit, sine quo alii coniudices, secundum quod in nostris literis mandabatur, in causa procedere non valebant, et alter ipsorum coniudicum officialis est episcopi supradicti, propter quod adversae parti poterat suspectus haberi. Unde, quum "ex causa huiusmodi" tam episcopus quam officialis praedictus, utpote quos idem R. in iudices postularat, et ipse familiaris eorum postmodum est effectus, ab adversa parte postmerito recusari, decisionem ipsius causae vestrae petiit discretioni committi. Quocirca "discretioni vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si est ita, nisi postquam familiaris eius est effectus, litigare consenserit coram illo, in causa "ipsa," secundum priorum continentiam litterarum, ratione praevia, "remoto appellationis obstaculo" procedatis; alioquin partes ad priorum iudicum revertantur examen. Quodsi non omnes etc. Dat. VI. Kal. Febr. [1206.]

CAP. XXVI.⁷⁴⁾

Delegatus Papae sententiam suam exsequi potest usque ad integrum annum. H. d. et est casus singularis.

Idem Priori sancti Fridiani.⁷⁵⁾

Quaerenti quid per censuram ecclesiasticam (Et infra: ["cf. c. 20. de verb. sign. f. 40."]) Si vero delegatus a nobis excommunicet illum, qui rei iudicatae parere contemnit, licet aliquibus videatur, quod suo sit functus officio, ut ulterius non habeat delegata sibi iurisdictione processum, alii autem dicant, quod iurisdiclio eius duret, donec sententia pareatur, ut interim absolvere possit parere volentem: nos tamen per aequitatem incedentes praesentium auctoritate statuimus, ut delegatus a nobis non solum usque ad quadrimestre tempus, quod ad solvendum debitum a lege reo conceditur, sed usque ad integrum annum iurisdictionem sibi commissam ad exsequendum sententiam valeat exercere, sicut observatur in illo, qui ante litem contestationem contumax invenitur.

Cap. XXIII. 27) ex: ead., Reg. — 28) prius... interpos.: omitt. ab eisd. — 29) ipso: C. H. — 30) dum: Comp. III., Reg. — 31) vellet: Reg. oper. mend. — 32) praemissa: Comp. III., Reg. — 33) voluit: Reg. — 34) est: C. H., Comp. III. Ms. — fuerit: C. R. 2. — fuit: C. R. 1. l., Comp. III. Aug., Reg.

Cap. XXIV. 35) Comp. III. h. t. c. 3. — 36) Ep. Tolet.: Comp. III. Ms. — Torlecano: Comp. III. Aug. — vid. leg.: Torcellano. — 37) tuae frat. prudentia: Comp. III. — 38) peremptorio: Comp. III. — 39) citatus: Cont. — cit. suat: Böhm. — cites: C. L. — citasses: Comp. III. Aug. — 40) eorum: Comp. III. — 41) abest a Comp. III. Aug. — 42) aut: C. R. 2. — 43) duret: C. R. 1. H. — si dur.: omitt. Comp. III. Ms. — 44) et: C. L. — 45) Nec eccl. vero iud.: Comp. III. Aug. — 46) Ioan. III. 20. — 47) enim: Cont., Böhm. — 48) sanctiones sive const.: C. R. 1. — 49) cf. c. 8. D. de fer. II. 12. — 50) medietate noctis: C. R. 2. L. — media nocte: Comp. III. Aug. — 51) proinde: C. H. — 52) termini per.: C. R. 1. — 53) nisi alio nec. (nec adeo: Ms.) exigat: Comp. III.

Cap. XXV. 54) Restitutum ex Reg. Bregu. VIII. 199. — Comp. III. h. t. c. 4. — 55) Prudelia: C. H. — Bordell.: Comp. III. Ms. — Bordellia:

Comp. III. Aug. — Abb. de Bardesleria (vid. leg.: Bordesleia) et priori S. Sepulcri, et decano Paroich Vigorn. diocesis: Reg. — 56) Saldati: C. R. 1. H. — Abati: Comp. III. Aug. — Altali: Comp. III. Ms., Reg. — 57) nostri apostolatus: Comp. III., Reg. — 58) causa: Comp. III. — 59) Tho.: C. L. — Thomam: Comp. III., Reg. — 60) Vigorn.: C. R. L. — Vigorn.: Comp. III., Reg. — 61) eius: Comp. III., Reg. — 62) obtinuit: Comp. III. — 63) ipsum: Comp. III. — praefatum: Reg. — 64) amicam: C. R. 1. — 65) iudices: C. R. 1. L. — duo iud.: C. H. — secundi duo iud.: Comp. III. — reliqui duo iud.: Reg. — 66) iudicum: C. R. 1. H. — abest a Comp. III. et Reg. — 67) supradictus: C. R. 1. — 68) abest a Comp. III. Aug. — 69) postulavit: C. H. — 70) poterit: C. H. — 71) abest a C. H. — 72) procedere non tardatis: Comp. III., Reg. — 73) reducatia: Reg.

Cap. XXVI. 74) Comp. III. h. t. c. 5. — 75) Frigid.: C. R. 1. — Frigidiani: C. H. — Fridiani de Luca: C. R. 2., recte, cf. c. 20. de V. S. V. 40. — 76) quid... eccl.: omitt. C. H. — 77) quibusdam: C. R. 1. — 78) ultriorum: Comp. III. — 79) abest a C. H. — 80) add.: eius: id. — 81) sententiam: Böhm. — 82) exsequendum: C. H. — 83) litem contestatam: C. R.

CAP. XXVII.⁸⁴⁾

Delegatus Papae potest principium, medium et finem causas coniunctim et diuim subdelegare. H. d. usque ad §. Verum. — §. 1. *A subdelegato cum iurisdictione appellari potest; secus si sine iurisdictione, nisi modum excedat.* Tunc enim potest recusari, nisi datus sit de partium consensu. Abbas. — §. 2. *A subdelegato non in totum appellatur ad subdelegantem, non autem ad primum delegantem; secus si in totum.* H. d. usque ad §. Quem vero. — §. 3. *Auditor datus sine partium consensu, recusari potest ut suspectus, non tamen sine causa, Abbas.* — §. 4. *Si unus ex duobus delegatis principis cum clausula: „appellatione remota“ subdelegat alteri acceptanti, non potest acceptans subdelegare, nec appellationis remota procedere, quod tamen ante acceptationem poterat. Et si ab isto fuerit appellatum, appellabitur ad Papam; etiamsi fuerit subdelegatus non in totum.* Hoc dicit secundum veriorum intellectum. — §. 5. *Si delegatus Papae subdelegat non in totum, pars a subdelegato non poterit appellare, ex eo, quod datus sit sine suo consensu; potest tamen recusari in ostendendo causam iustam coram delegato, et tunc delegatus diffinit; a quo, etiamsi voluerit recusationem admittere, appellatur ad Papam.* H. d.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Super quaestione articulis, de quibus nos consulere voluisti⁸⁵⁾, „fraternitati tuae“ taliter respondemus, quod per constitutionem nostram consultationi⁸⁶⁾ „bonae memoriae“ Alexandri Papae „III. praedecessoris nostri“ nullatenus derogatur, sed illa per istam exponitur, immo in ista verius quae in illa fuerant praetermissa suppleantur. Ipse namque respondit, quod, si super causa, quae alicui ex apostolica delegatione committitur, a persona ecclesiastica una⁸⁷⁾ vel pluribus, quibus delegatus, ut parcat laboribus partium⁸⁸⁾ et expensis, causae cognitionem ipsius et testium examinationes⁸⁹⁾ sententia sibi reservata committit, appellatio fuerit interposita, huiusmodi⁹⁰⁾ appellationis intuitu causam⁹¹⁾ indefinitam relinquere non tenetur. Nos autem statimus, quod, licet is, cui causa committitur remota appellatione, non possit eam aliis⁹²⁾ sine provocatione⁹³⁾ obstaculo delegare, si tamen delegatus a nobis vel⁹⁴⁾ iudex quicumque non tam cognitorem, quam executorem ad aliquem certum articulum quempiam deputaverit, ab eo, nisi modum excedat, non liceat appellari⁹⁵⁾, dummodo de partium deputator vel recipiatur assensu. Quod si delegatus a nobis vel litis exordium, vel causae finem, nedum totum negotium⁹⁶⁾ ei duxerit committendum, ab ipso tanquam a iudice licite provocetur, quum et lis ante iudicem debeat contestari, et causa per iudicem diffiniri⁹⁷⁾. Intentionis igitur nostrae fuit, sicut ex fenore constitutionis praemissae potest liquido⁹⁸⁾ deprehendi, quod „et“, ut iudicialis auctoritas liberius valeat exerceri, delegatus a nobis licite possit et⁹⁹⁾ principium, et finem, et medium causae sibi commissae, non solum coniunctim, sed etiam diuim alii delegare, non obstante, quod dicitur¹⁰⁰⁾, quod¹⁾ iudex debet²⁾ cognoscere per se ipsum in principio, „et“ in medio, et in fine, quum ante, quam ferat sententiam, universa, quae acta sunt in iudicio, investigare debeat diligenter. §. 1. Verum quum totam causam committit³⁾ alicui, vel principium aut finem ipsius, ab eo tanquam a iudice potest licite provocari. Quum autem alicui medium⁴⁾ tantum committit, ab ipso⁵⁾ tanquam ab auditore provocari non potest, nisi mandati fines excedat, vel merito sit suspectus. Unde ne valeat recusari, provide⁶⁾ statimus, ut de partium detur vel recipiatur assensu. §. 2. Porro quum delegatus a nobis iurisdictionem suam in alium transfert totam, si fuerit appellandum, non ad eum, sed ad nos appellari debebit⁷⁾. Quum autem sibi aliquid de iurisdictione reservat, si causa sit⁸⁾ ei appellatione remota commissam, non ad nos, sed ad eum poterit de iure appellari. Unde si forsam appellaretur⁹⁾ ab eo, cui medium causae committitur¹⁰⁾, sive cognitor aut¹¹⁾ executor dicatur, vel, quod melius est, auditor, pro eo, quod vel mandati fines excedat, vel merito sit suspectus, nihilominus tamen delegatus a nobis iuxta consultationem praemissam causam poterit diffinire, ut parcat¹²⁾ laboribus partium et expensis. §. 3. „Eum¹³⁾ vero“, Quem¹⁴⁾ delegatus a nobis deputaverit auditorem, neutra partium poterit recusare, nisi coram eo iustam recusationis causam ostendat¹⁵⁾. §. 4. Si vero¹⁶⁾ duo sunt a principe delegati, et unus committit¹⁷⁾ vices suas alteri,

ille non¹⁸⁾ potest, nec¹⁹⁾ debet appellatione remota procedere, nec causam alii delegare, quamvis in commissione facta duobus continetur expressim²⁰⁾, ut appellatione remota alter possit procedere sine reliquo, si non possunt²¹⁾ ambo pariter interesse, quia, quod potest ex sola iurisdictione sibi a principe delegata, non potest cum²²⁾ iurisdictione sibi a condelegato commissam²³⁾. Unde si ab eo fuerit appellatum, licet aliquibus²⁴⁾ visum fuerit, quod ad condelegatum „etiam“ valeat appellari, nobis tamen²⁵⁾ videtur, quod ad primum duntaxat appellandum est delegantem, propter rationem superius assignatam. §. 5. Eius ergo²⁶⁾ appellatio, de quo²⁷⁾ tua fraternitas nobis scripsit, si nostrae constitutionis²⁸⁾ occasione ad nostram audientiam appellavit²⁹⁾, pro eo, quod delegatus a nobis, reservata³⁰⁾ sibi diffinitiva sententia, audientiam causae commisit quibusdam, qui de partium³¹⁾ assensu nec dati sunt nec recepti, nisi contra eos iustam recusationis causam ostenderit, vel paratus fuerit ostendere coram iudice delegato, non debuit impedire, quo minus procederent auditores. Qui etiam si tanquam suspecti fuissent merito recusati, delegatus tamen a nobis nihilominus poterit, sublato appellationis diffugio³²⁾, causam „ipsam“ iudicialiter expedire. Quod si iustam recusationis causam noluit³³⁾ admittere delegatus, sed coram suspectis eum litigare³⁴⁾ coegit, a tali gravamine licite potuit³⁵⁾ ad nostram audientiam appellare³⁶⁾, quodque³⁷⁾ post appellationem huiusmodi est³⁸⁾ praesumptum iudicari debet irritum et inane. „Dat. Lat. VI. Kal. Apr.“ [1204.]

CAP. XXVIII.⁸⁹⁾

Delegatus Papae, nisi multoties se exoneret, subdelegatum compellit ad suscipiendam subdelegationem; in coactione tamen deferet suae dignitati et personae. H. d. usque ad §. Item quum totum. — §. 1. *Delegatus Papae, sicut potest committere totam causam, ita potest citationem, et punire contententem acceptare.* Hoc dicit Abbas. — §. 2. *Si Papa scienter commisit appellationem interpositam a suo delegato duto cum clausula: „appellatione remota“, iurisdictione primi delegati est interim suspensa quoad executionem.* Hoc dicit secundum verum intellectum. — §. 3. *Ordinarius ad mandatum delegati exsequitur sententiam, etiamsi sciat eam iniustam.* Abbas. — §. 4. *Delegatus, qui impeditur die statuta procedere, partem hoc procurantem puniet, et quantum ad diem illam causam committit appellatione remota, in diem procurantis, nisi partes negotium prorogent.* Abbas Sicul.

Idem Episcopo Helienensi.⁴⁰⁾

Pastoralis officii „diligentia et sollicitudo, quam geris circa executionem mandatorum nostrorum, et zelus tuae rectitudinis nos invitavit, ut, quamvis simus multiplicibus negotiorum occupationibus praepediti, eis tamen ad horam subtrahamus nos ipsos, in quibus intendamus consultationibus responsuri. Consuluit etenim nos tuae fraternitatis discretio, utrum, si delegatus a principe causam sibi commissam alii delegare voluerit, nolentem delegationem suscipere ad ipsam suscipiendam valeat coarctare.“ Consultationi tuae⁴¹⁾ „de fratrum nostrorum consilio taliter“ duximus respondendum⁴²⁾, quod, quum delegato a principe iurisdictione dandi iudicem sit a lege concessa, dummodo ipse⁴³⁾ exonerare se ipsum multoties non quaerat, potest compellere remitentem⁴⁴⁾, eo, quod iurisdictione illa nullius videretur⁴⁵⁾ esse momenti, si coercionem aliquam non haberet. Delegatus „praedictus“ tamen debet sollicite providere, ut, si personis superioribus, exigente necessitate, negotium duxerit delegandum, in coactionibus⁴⁶⁾ inferendis dignitati deferat et personae. §. 1. Item⁴⁷⁾ „Subsequenter etiam quaesivisti, utrum cui voluerit delegatus, quum viderit expedire, possit iniungere, ut ad suam praesentiam cilet partes, et eis, si obedire contempserint, poenam infligere pro contemptu. Ad quod tuae fraternitati breviter respondemus, quod,“ quum totum negotium alii⁴⁸⁾ possit committere delegatus⁴⁹⁾, sicut superius est expressum, citationis officium potest cuilibet discretionem praevia demandare, ac punire merito contemptorem. „Ex parte tua etc. [cf. c. 11. de off. iud. ord. l. 31.]“ (Et infra:.) §. 2. Praeterea postulasti⁵⁰⁾ „per sedem apostolicam edoceri“, si, quum a sententia lata auctoritate literarum nostrarum, in quibus appellatio est inhibita, fuerit appellatum, et literae post appellationem ad iudices

Cap. XXVII. 84) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 29. — Comp. III. h. t. c. 6. — 85) voluisti: C. H. — 86) cf. supr. c. 18. — 87) uni: C. R. 1., Comp. III. — 88) abest a Comp. III. Aug. — 89) examinationem: C. R. 1., Comp. III., Reg. — 90) abest a Reg. — 91) add.: ipsam: C. L. — 92) alicui causam: C. R. 1. — 93) appellationis: ib. — 94) ut: Comp. III. — aut: Reg. — 95) appellare: C. H. — 96) non exstat in Reg. — 97) add.: debeat: C. L. — 98) liquide: Cont., Böhm. — 99) etiam: C. H. — 100) add.: in lege: C. R. 1. — 1) quia: Reg. — 2) debeat: C. L. — 3) committit: C. R. 2. — 4) media: C. R. 1., Comp. III., Reg. — 5) eo: C. H. — 6) provide: C. H. — 7) debet: C. R. 1., Comp. III. — 8) est: C. R. 1. — 9) appellatur: C. R. H., Comp. III., Reg. — appellatur: Böhm. — 10) media iuxtaque committitur: C. R. 1. L. — media iuxtaque committit: C. R. 2. H., Comp. III., Reg. — 11) sive: C. H. — 12) parcat: Comp. III. — 13) abest a C. R. L. — 14) quem vero: ib. — 15) ostenderit: C. R. 2. — 16) ergo: Reg. — 17) committit: C. R. 1. — 18) nec: C. R. 1. L., Comp. III., Reg. —

19) nec deb.: omitt. C. R. H., Comp. III., Reg. — 20) expresse: C. H. — expresse: Comp. III., Reg., Cont., Böhm. — 21) possunt: C. H., Reg. — 22) ex: C. R. 1. — 23) concessa: Reg. — 24) quibusdam: C. H. — 25) autem: C. L. 2. — 26) igitur: Reg. — 27) qua: C. R. 1. — 28) consultationis: Comp. III., Reg. — 29) appellaverit: C. H. — 30) servata: C. L. — 31) ipsius: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 32) obstaculo: C. R. 2. — 33) noluerit: C. R. H. — 34) audire: C. R. H. L. — 35) audiri: Comp. III., Reg. — 36) poterit: C. H. — 37) puterit: C. R. 2. — 38) appellari: C. H. — 39) quicquid: C. R. 1. — 40) fuerit: C. R. 2.

Cap. XXVIII. 39) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 169. — Comp. III. h. t. c. 1. — 40) Helien. C. R. 1. — Elycen.: C. R. 2. — 41) Ad quod tibi: Comp. III., Reg. — 42) respondemus: C. R. 2. — 43) idem: Reg. — 44) reuocentem: Comp. III., Reg. — 45) videtur: C. H. — 46) coarctationibus: Comp. III. Aug. — 47) abest a Comp. III. et Reg. — 48) alicui: C. H. — 49) abest a Comp. III. et Reg. — 50) postulas: C. H.

alios emanaverint, an⁵¹) ad mandatum posteriorum iudicium executio sententiae, a prioribus delegata⁵²), debeat retardari, ut priores iudices ipsam neque per se, neque per alios exsequantur? Nos autem inquisitioni tuae taliter respondemus⁵³), quod, quum "nos" appellationis causam ex certa scientia iudicibus aliis committimus cognoscendam, appellationem videmur recipere, ac iurisdictionem priorum iudicum⁵⁴) revocare, ut interim executio sententiae suspendatur, donec appellationis merita plenius sint⁵⁵) discussa. "Praeterea etc. [cf. c. 14. de rescr. l. 3.] (Et infra:) §. 3. Quia vero saepe contingit, quod executio sententiae ordinario demandatur, quaevisisti, an⁵⁶), si "ordinarius" ipsam iniustam esse cognoverit, debeat eam executioni mandare, an sit ei potius⁵⁷) subsistendum? Attendentes itaque, quod non cognitio, sed executio tantum demandatur⁵⁸) eidem, "inquisitioni tuae taliter" respondemus⁵⁹), quod, quum ordinarius teneatur obsequi delegato⁶⁰), etsi sciat⁶¹) sententiam illam iniustam, exsequi nihilominus tenetur eandem, nisi apud eum efficere possit, ut ab hoc onere ipsum absolvat. "Edoceri etc. [cf. c. 11. de off. iud. ord. l. 31.] (Et infra:) §. 4. Quum autem saepe contingat, ad diem, quem iudex delegatus a nobis partibus assignavit, earum altera procurante, ut negotium prorogetur, iudicem ipsum a rege vel archiepiscopo evocari nos, perversorum volentes malignitatibus obviare, decernimus⁶²), ut, si delegato constiterit, hoc fuisse alicuius partis malitia procuratum, ipsam puniat animadversione condigna, et, ne aliquod lucrum ex huiusmodi fraude reportet, personae neutri parti suspectae, quantum ad diem illum, committat ipsum⁶³) negotium audiendum⁶⁴), quae in ipso appellatione remota procedat, nisi forte partes consenserint negotium prorogari. "Praeterea etc. [cf. c. 1. de sacr. non it. l. 16.] Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Ian." [1204.]

CAP. XXIX.⁶⁵)

Subdelegatus a delegato Papae iurisdictionem non habente potest coercere impediendum. Hoc dicit comprehendendo utrumque intellectum.

Idem Abbati sancti Hilarii et Magistro G. Canonico Terovisino.⁶⁶)

Ex literis "venerabilis fratris nostri" patriarchae Grandensis⁶⁷) "acceptimus, quod, quum dilecti filii Gradensis primicerius et plebanus S. Sophiae de Venetiis, quibus causa, quae inter clericos sanctae Iustinae ac Albertum presbyterum super eo, quod idem presbyter clericum se ipsius ecclesiae assererat, agitari dignoscitur, a nobis fuerat delegata, mandassent eidem, ut memoratos clericos, qui per archipresbyterum Paduanum, ad quem fuerat super eodem negotio quoddam a nobis rescriptum obtentum, in quo, sicut asseritur, de prioribus literis mentio non fiebat, denunciati fuerant excommunicationis sententiae subiaceri, nisi dictum presbyterum in socium reciperent et in fratrem, idem patriarcha denunciaret anathematis vinculo non ligatos: ipse nolens eidem iudicibus in hac parte parere, qui nostra fungebantur auctoritate, maxime quum venerabilis frater noster Castellanus episcopus ipsis super hoc parendum non duxerit requisitus, clericis sanctae Mariae formosae mandatum supradictorum iudicium per suas literas nunciavit, quas dilectus filius archidiaconus Castellanus, plebanus eiusdem ecclesiae, legi publice coram populo non permisit. Quumque super hoc paucis diebus elapsis apud S. Nicolai monasterium ab eodem patriarcha benigne fuisset idem archidiaconus requisitus, in iram subito concitatus eundem patriarcham gravibus verborum iniuriis multis praesentibus lacessivit. Qui considerans, archidiaconum ipsum per tantum iniuriarum excessum non se tantummodo, sed etiam Gradensem ecclesiam, immo nos ipsos graviter offendisse, tam ipsum archidiaconum, quam praedictam ecclesiam ecclesiastico supponit interdicto, ea praecipue ratione, quoniam ex antiqua consuetudine, sicut dicitur, est obtentum, ut literae, quae per patriarchatum Gradensem a patriarchis Gradensibus diriguntur, indifferenter ab omnibus admittantur. Verum ad instantiam clericorum et parochianorum ecclesiae supradictae quoad ipsam ecclesiam patriarcha interdicti sententiam relaxavit, sub excommunicationis poena clericis eidem iniungens, ne archidiacono participare praesumerent in divinis. Quum autem patriarcha tam dictus

cum praefato episcopo ad monasterium S. Crucis pro celebrandis eiusdem exsequiis accessisset, et archidiaconus se vellet divinis officiis immiscere, patriarcha pro vitando scandalo recessit in partem; propter quod archidiaconus ipsum cepit gravibus verborum iniuriis aggravare. Idem quoque archidiaconus licet a diebus per unius diei spatium cessasset, postmodum tamen celebrare publice non erubuit interdictus. Ad haec de saepe dicto episcopo patriarcha gravem deposuit quaestionem, quod, quum sibi et Gradensi ecclesiae obedientiam teneatur et reverentiam exhibere, quoniam ei mandaverit, ut praefatum archidiaconum pro interdicto, et clericos S. Mariae pro excommunicationis haberet, et faceret excommunicationis et interdicti sententias ab ipso prolatas per Castellanensem diocesim inciviliter observari, idem episcopus in iniuriam patriarchae permittens archidiaconum in ecclesia Castellansensi libere ministrare, clericis suae diocesis sub fidelitatis poena praecipiendo mandavit, ut per ecclesias suas archidiaconum et clericos supradictos nec interdicti nec excommunicationis sententiae subiucere publice nunciarent. Unde idem patriarcha nobis humiliter supplicavit, ut tantam iniuriam et excessum, nec nos in ipsum, sed potius contra sedem apostolicam tam ab episcopo quam archidiacono attentatum castigare taliter curarem, ut reseretur in aliis materia similia committendi. Dicitur vero episcopus per suas nobis literas intimavit, quod quum patriarcha denunciasset clericos S. Iustinae anathematis vinculo non teneri, quos idem episcopus prius excommunicatos denunciaverat, de mandato archipresbyteri Paduani, a nobis, sicut asseritur, iudicis delegati, occasione huiusmodi inter patriarcham et archidiaconum contentione suborta, patriarcha ex commotione quadam archidiaconum interdictis, quo ad appellationis beneficium involante, patriarcha in saepedictam ecclesiam interdicti sententiam promulgavit, nec satisfactionem oblatam ab archidiacono super hoc recipere voluit, nisi archidiaconus, ut ipsius pareret mandatis, interposito iuramento firmaret. Adiecit etiam idem episcopus, quod ipse timens, ne prorumperet ad aliquid patriarcha, quod ad ipsius episcopi vel ecclesiae seu clericorum suorum praedictum cederet vel gravamen, ad sedem apostolicam appellavit, nobis sollicite supplicando, ut patriarcham a sui et ecclesiae suae ac clericorum et ecclesiarum suae diocesis molestatione indebita compescere curarem. Quum igitur super praemissis et aliis inter utriusque partis procuratores fuisset coram dilecto filio tit. SS. Cosmae et Damiani diacono cardinali, quem auditorem dederamus eidem, aliquandiu litigatum, et ipse nobis quae audierat fideliter retulisset, quia nobis constare non potuit, an per literas, quae ad Paduanum archipresbyterum impetratae dicuntur, quum nobis ostensae non fuerint, revocatae fuerint literae ad praedictos primicerium et plebanum obtentae, causam ipsam vestro examini duximus committendam, per apostolica scripta Mandamus⁶⁸), quatenus, "inquisita super praemissis plenius veritate," nisi vobis constiterit, quod literae, quae secundo loco ad "praedictum" archipresbyterum Paduanum⁶⁹) impetratae dicuntur, de prioribus literis ad "saepedictos" primicerium Gradensem⁷⁰) et plebanum sanctae Sophiae obtentis expressam fecerint mentionem, ut per secundas primae appareant "literae" revocatae, quum primos iudices auctoritate literarum nostrarum iurisdictionem non sit dubium habuisse, quam potuerunt postmodum patriarchae quoad executionem "suae" sententiae demandare, ex qua coercionem etiam idem patriarcha receperat⁷¹), quum huiusmodi demandata iurisdictione delusoria videretur, si subdelegatus huiusmodi coercionem aliquam non haberet, interdicti sententiam ab eodem patriarcha in Castellanensem⁷²) archidiaconum promulgatam, pro eo, quod "ipso" eiusdem⁷³) patriarchae executionem impediens, eius literas, quibus⁷⁴) mandatum praedictorum iudicum nunciabat, legi in publicum⁷⁵) non permisit, tamdiu faciatis "sublato appellationis obstaculo" inciviliter observari, donec eidem patriarchae, de iniuriis irrogatis sufficienter fuerit satisfactum. Si vero constiterit primas literas per secundas legitime revocatas, quum appareat, primos iudices iurisdictionem nullam penitus⁷⁶) habuisse⁷⁷), et ita constet per consequentiam, patriarcham ipsum non recepisse iurisdictionem vel coercionem aliquam ab eisdem, praedictam interdicti sententiam "ab eodem patriarcha prolata" denunciatis irritam et

Cap. XXVIII. 51) omitt. C. R. l. H. L., Comp. III., Reg. — 52) demandata: Reg. — 53) sic duximus respondendum: Comp. III., Reg. — 54) add.: ipsorum: C. R. l. — 55) fuerint: C. R. 2. — 56) sedem duxisti apost. consulendam: Comp. III., Reg. — 57) penitus: C. H. — 58) duxisti mandatur: Reg. — 59) duximus respondendum: Comp. III., Reg. — 60) abest a Comp. III., Reg. — 61) sciunt: Reg. — iudicem: Comp. III., Reg. — 62) decrevimus: C. R. l. — 63) illud: C. L. — 64) abest a C. R. H.

Cap. XXIX. 65) Restitutum ex Reg. Bal. X. 178. — Comp. III. h. t. c. 8. — 66) Trivisin.: C. R. 2. — Trevisien.: C. L. — Abbati S. Hilarii,

plebano S. Pauli Castell. dioec. et magistro Terovisino (Tercacinen.: Ang.): Comp. III. — Abbati S. Hilarii, plebano S. Pauli Castellansensis dioecesis et magistro Gallo Terovisino: Reg. — 67) Gradens.: Comp. III., Reg. — 68) mandantes: ib. — 69) abest ab iisd. — 70) omitt. ib., pariter ac seq.: S. Sophiae. — 71) recepit: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 72) Castellans.: Cont. — supradictum: Comp. III., Reg. — 73) praedicti: Comp. III., Reg. — 74) quibus... mand.: omitt. Comp. III., Reg. — 75) publice: Reg. — 76) nullatenus: C. R. l. — 77) add.: ut pote penitus revocata: C. H.

inanem. * Nilominus etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. XI. Kal. Ian. Ao. X. [1208.]

CAP. XXX. 78)

Iurisdictio delegati re integra morte mandantis expirat.

Idem Episcopo Pictaviensi.

Licet undique * confluentium negotiorum multiplicitas copiosa nostrum animum ad varias curas impellere non desistat, fraternitas tamen tua, quam sincera complectimur in Domino caritate, sollicitudinem ad tempus deponere compulsi, quam in exsequendis aliis ex debito pastoralis officii gerebamus, atque tuam dubitationem apostolice certificare responso. Quum igitur * a nobis duxeris⁷⁸⁾ requirendum, si causam * aliquam tribus iudicibus delegamus, apponi in literis nostris illam clausulam facientes: „quod si non omnes his⁸⁰⁾ exsequendis poteritis interesse, duo vestrum⁸¹⁾ nihilominus eam⁸²⁾ exsequantur,“ et unus, postquam commiserit cuidam ex aliis vices suas, de medio sit sublatus, tertius⁸³⁾ ut suspectus merito recusetur, an collega superstes suo nomine ad defuncti possit negotium definire: inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, si iurisdictione a suo sibi collega delegata eo vivente uti non coeperit⁸⁴⁾, quia mandatum huiusmodi re integra morte mandatoris⁸⁵⁾ expiravit, non habet solus officium iudicandi; si vero ante mortem illius⁸⁶⁾ iurisdictione uti coeperit taliter⁸⁷⁾ mandata, vices suas et illius poterit adimplere.

CAP. XXXI. 80)

Non creditur quis delegatus, nisi delegationem probet.

Idem Episcopo Baiocensi. 80)

Quum in iure peritus⁸⁰⁾ (Et infra: [“cf. c. 33. de elect. I. 6.”]) Praeterea quaesivisti, quum tibi ab aliquo sub hac forma mandatur: „auctoritate, qua fungor, iniungo, ut talem denuncias excommunicationis sententiae subiaceres,“ ac tibi super mandato apostolice haesitanti ab aliquo non sit facta fides⁸¹⁾, an mandatum huiusmodi exsequi tenearis? Super quo tibi huiusmodi damus responsum, quod, nisi de mandato sedis apostolicae certus existeris, exsequi non cogeris quod mandatur⁸²⁾. * Contingit etc. Dat. Lat. X. Kal. Sept. Pont. nostr. Ao. XI. [1208.]

CAP. XXXII. 83)

Per procuratorem non habentem mandatum de re ad rem iurisdictione prorogari non potest.

Idem Parisiensi et Trecentensi Episcopis et Abbati sanctae Genovefae. 83)

Quum olim * dilectus filius⁸³⁾ abbas et conventus Vergiliacensis⁸⁵⁾ sua nobis conquestione⁸⁶⁾ monstrassent, quod * nobilis vir Petrus comes Altissiodorensis quoddam stagnum, molendinum⁸⁷⁾ et domum in terra eorum construere nitentur in ipsorum⁸⁸⁾ praedictum et gravamen, * venerabili fratri nostro⁸⁹⁾ episcopo et * dilecto filio⁹⁰⁾ thesaurario Nivernensi⁹¹⁾ commissimus causam ipsam¹⁰⁰⁾. Per quorum literas¹⁾ accepimus, quod lite super petitionibus ecclesiae contestata, receptis²⁾ utrinque testibus, et attestationibus publicatis, quum super dictis testium inter partes fuisset postmodum disputatum, tandem pars comitis proposuit * coram eis, quod de damnis in nemoribus et rebus aliis datis, super quibus testes deponere videbantur, cognoscere non debebant, quum in rescripto nostro nulla de damnis mentio haberetur, * adiciens, quod res illae, super quibus quaestio agebatur, de feudo erant nobilis viri ducis Burgundiae, sicut idem dux in patentibus literis fatebatur, et ideo super illis ad dominum feudi potius quam ad dictos fuerat iudices recurrendum. Ad quod fuit ex adverso responsum, quod, si non expresse, tacite tamen de damnis datis in nostris literis mentio habebatur, quum nomen gravaminis esset literis ipsis insertum. Propter quod de ipsis cognoscere poterant saltem tanquam de accessorii seu appendicis negotii principalis. Item, quum super omnibus articulis, de quibus testes deposuerant, lis fuisset solenniter contestata, de ipsis cognoscere ac pronunciare iudices tenebantur. Sed et super exceptione feudi sero nimis, utpote post te-

stium publicationem obiecta, audiendum non esse comitem asserbat. Ad haec pars comitis replicavit, quod, etsi super damnis a procuratore suo lis fuerit contestata, ei tamen ex hoc non poterat praedictum generari, quum ad hoc procurator datus non fuerit, sed ad illam duntaxat causam, quae fuerat in literis commissionis expressa, super castro videlicet, stagno et molendino; ad hoc parte altera respondente, quod procuratoris factum comes alterius impugnare non poterat, quod usque post publicationem tertium minime duxerat revocandum. Iudices autem, * super hinc inde propositis habito consilio discretorum³⁾ interlocuti sunt⁴⁾, quod super damnis datis a comite ad eos cognitio pertinebat. Quo auditio comes ad appellationis beneficium convolvit. Unde ipsam⁴⁾ iudices evocatum⁴⁾, et nec per se, nec per responsalem idoneum comparentem, excommunicationis vinculo adstrinxerunt⁵⁾; eo tamen in contumacia perdurante, causam eandem cum attestationibus fideliter consignatis ad nostram praesentiam remiserunt. Porro procuratoribus utriusque partis propter hoc apud sedem apostolicam constitutis, procurator monasterii proposuit coram nobis, quod, quum villa de Votenedo Virziliacensi et S. Germani Antissiodorensis monasteriis sit communis, ita quod terragium, spanagium, albergariam, censum, tertias, laudas, vendas et retentionem habeant in eadem, praedictus comes, qui nihil aliud quam duos denarios annuatim a quolibet rustico custodiae seu salramenti nomine percipere consuevit, nunc in ipsa iurisdictionem sibi contra iustitiam usurpando, ab unoquoque villano V. solidos extorquet, in quodam loco eiusdem villae post inhibitionem tam sibi quam Hospitalariis factam, qui locum ipsum in censiva monasterii obtinebant, ab eis per commutationem recepto, castrum, stagnum et molendinum aedificando in ipsorum praedictum et gravamen. In nemoribus, lapidibus et rebus aliis gravibus damnis datis. Propter quod aedificia supradicta, utpote post inhibitionem et nuntiationem exstructa, idem procurator petit demoliri, et compelli comitem supradictum a Virziliacensi monasterio super hoc molestatione cessare, super damnis datis eidem compensationem congruam exhibendo. Procurator vero comitis allegavit, quod, quum in praedicto loco de Votenedo suae iurisdictioni subiecto perpetrarentur saepissime homicidia et rapinae, ipse volens tot et tantis obviare periculis, quandam domum in solo, quod ab Hospitalariis per commutationem acceperat, ubi domum fortem olim existisse dixerat, ad transeuntium securitatem construxit, quodam stagno et molendino ad opus custodum ipsius domus aedificatis ibidem. Verum abbas et conventus praedicti falso hoc dicentes se super hoc praegravari, literas ad praedictos iudices impetrarunt, et, quum ipsis in praesentia iudicum obtulerit dictus comes, quod, si qua damna probarent se ob illa aedificia pertulisse, non solum in simplum, sed duplum ipsis damna eadem rebarciet, ipsi tam hoc verbum quam etiam alias pacis species penitus respuerunt. Quum autem per iudices fuerit in eadem causa usque ad testium publicationem processum, quoniam attestationibus publicatis apparuit, eos super multis deposuisse articulis, super quibus lis contestata non fuerat, pars comitis allegavit, quod iudices super illis cognoscere non valebant. Unde, iudicibus se de damnis datis cognoscere ac pronunciare posse interloquentibus, ad nostram fuit audientiam provocatum. Nos autem auditis iis et aliis, quae procuratores proponere curaverunt, et attestationibus utriusque partis diligenter inspectis, intelleximus pro monasterio esse probatum, in supradicta villa terragium, spanagium, albergariam, censum, tertias, laudas, vendas ac retentiones ad praedicta monasteria pertinere, ac stagnum et calcernia supradicta partim in proprietate Virziliacensis coenobii, et partim in ipsius et S. Germani censiva fuisse constructa. Item, quod Hospitalariis, qui pro praedicto loco annuum censum monasterii exsoluebant, ne locum ipsum, censivam videlicet monasteriorum, transferrent in comitem, et comiti, ne censivam ipsam reciperet, prohibitio facta fuit. Pro parte vero comitis videbatur esse probatum, quod iustitia nemoris super fortalitia est ipsius, et quod absque cuiusquam iniuria dictus comes ad albergagium hominum ipsius villae potest concedere nemus ipsum, quodque comes ipse iustitiam habet in villa, et pro salpamento de qualibet domo villae duos denarios recipere consuevit. Item, quod in prunis Hospitalariorum est fortalitia ipsa fundata, et quod quicumque

Cap. XXX. 78) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 271. (A. 1208.) — Comp. III. h. t. c. 9. — 79) duxeris: C. H. — 80) iis eaz. poteritis: Reg. — 81) abest a C. H. — 82) ea: ib. — 83) illi: Comp. III. Ma. — 84) illi: Reg. — 85) illi: C. R. 1. — 86) incepit: Comp. III. — coepit: Reg. — 87) mandatur: Comp. III. Ma. — 88) ipsius: C. H. — 89) abest a C. R. 1.

Cap. XXXI. 80) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 176. — Comp. III. h. t. c. 10. — 89) Livocensi: C. L. — Honon.: C. H. — Aric.: C. R. 1. — 90) add. exiatas: C. L. — 91) fit fides: C. R. L., Comp. III., Reg. — 92) quae mandantur: C. H.

Cap. XXXII. 83) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 263. — Comp. III. h.

t. c. 11. — 94) add.: Parisiensis: Reg. — 95) Virgilian.: C. R. 1. — Virgilian.: C. R. 2. — Virgilian.: C. H. L. — Urelliac.: Comp. III. Ma. — Wiresiliac.: Aug. — leg. Virziliacensis: cum Rex. (Tetzlay) — 96) quaestione: C. R. 1. H. — 97) et mol.: C. R. 2. — 98) eorum: C. H. — 99) Mimen.: C. H. — 100) illam: ib. — 1) In quorum praesentia partibus constitutis, sicut per literas eorumdem accepimus, lite, Comp. III., Reg. — 2) et rec.: C. R. 2. — 3) fuerunt: C. H. — 4) Unde licet ... adstrinxerunt: Reg. — 4) revocarunt: Comp. III. Aug. — 5) constrinxerunt: Cont., Böhm.

aliquid habet ad censum, illud saluo censu potest concedere cui vult. Rursus, quod in eadem villa olim fuerat donus fortis clausa palatiis et fossatis. Quia vero super damnis datis, antequam lis fuerit contestata, nequaquam ad dictos iudices cognitio pertinebat, quum in rescripto nulla de illis⁶⁾ mentio haberetur, nec ad ipsos potuerit⁷⁾ iurisdictioni prorogari, quum procurator ad illa solummodo intelligatur constitutus, quae in commissionis literis inveniuntur expressa, et, postquam comes publicatis attestacionibus intellexit⁸⁾, super his⁹⁾ fuisse depositum, protinus contradixit, nos eosdem iudices "protinus" pronuntiavimus¹⁰⁾ minus iuste interlocutos fuisse, ac saepedictum comitem, qui ob hoc ad appellationis beneficium convolvavit, excommunicationis sententia non fuisse ligatum. "Ceterum etc. Dat. Later. Ao. XI." [1208.]

CAP. XXXIII.¹¹⁾

Qui acta causae relationis iudicum delegatorum sigilla violando aperuit, non auditur postmodum contra illa.

Idem Senonensi Archiepiscopo.¹²⁾

Quum olim "ad nostram audientiam pervenisset, quod dilecti filii" magister¹³⁾ S. et B.¹⁴⁾ archidiaconum et praeposituram adinvicem commutassent¹⁵⁾ (Et infra: [cf. c. 7. de rer. perm. III. 19.]) Quia ergo super facto ipsius B. nobis non poterat de veritate constare, causam super hoc venerabilibus fratribus nostris Lingonensibus Cabilonensi episcopo sub certa forma duximus committendam. Ipsi ergo in mandati nostri executione procedere cupientes, partibus ad suam praesentiam convocatis, receperunt testes utrinque productos, audierunt confessiones partium et depositiones testium publicarunt. Quumque propter quendam articulum, qui eis dubitabilis videbatur, causam ad nos remittere proposuissent instructam, gesta omnia redigentes in scriptis sub sigillis propriis incluserunt, et assignarunt partibus nobis fideliter praesentanda. Verum supra dictus B. delegatis nostris non deferens, immo verius¹⁶⁾ deleganti¹⁷⁾, sigilla violavit illorum, et scripta, quae nobis fuerant praesentanda, non erubuit aperire. Qui¹⁸⁾ postmodum in nostra praesentia constitutus, adversario¹⁹⁾ suo praesente, in excusationem suam²⁰⁾ proposuit "coram nobis," quod iudices perperam processerant contra ipsum²¹⁾, quum²²⁾ acta in scriptis minus fideliter²³⁾ redegerant. Unde timens, ne literas portaret²⁴⁾ Uriae, illorum scripta aperuit, et quod suspicatus fuerat adinventit. Sane, si, quod²⁵⁾ expediret, melius notavisset, vel non recepisset scripta suspecta, vel recepta nobis fideliter praesentasset, et ostendisset causam suspicionis propositae eorum nobis, praeterea quum non conquereatur²⁶⁾ de iudice, quem ei proprio motu concessimus, sed de illo potius, quem ipse²⁷⁾ duxerat eligendum, et iudices suas nobis²⁸⁾ per eum literas destinassent, de ipso pariter conquerentes, verbis ipsius²⁹⁾ fidem non duximus adhibendam; sed ut in eo³⁰⁾ saltem puniretur³¹⁾, in quo peccaverat, contra acta iudicum, quae temere violavit³²⁾, ipsum, sicut nec³³⁾ debuimus, nolimus exaudire, ne videretur dolus suus³⁴⁾ ei patrocinium attulisse. "Quum etc. Dat. Lat. Id. Ian. Ao. V." [1202.]

CAP. XXXIV.³⁵⁾

Delegatus non tenetur admittere collegam sibi adiunctum per literas subreptitias, nec ipsius subdelegatum. Hoc dicit secundum unum intellectum. Vel sic: Delegatus subdelegatum collegae impediti non tenetur admittere, si in rescripto est clausula: „quod si ambo, etc.“ Hoc dicit secundum alium intellectum.

Idem Abbati et Capellano sanctae Mariae Bononiensis.³⁶⁾

Coram dilecto filio "nostro" M. "sancti Theodori" diacono cardinali, quem tibi et "dilecto filio" H.³⁷⁾ nuncio, et clerico sanctae Agathae adversario tuo, qui cum instrumentis eiusdem³⁸⁾ ecclesiae, sed absque literis de ratihabitione, ad apostolicam sedem accesserat, sed de rato caveat sub³⁹⁾ fideiussoria cautione, concessimus audire, "in cuius praesentia constitutus" proponere curavisti, quod, quum "olim" quidam in parochia sanctae Mariae, "post appellationem interpositam ad apostolicam sedem," in honorem⁴⁰⁾ bea-

tae Agathae "domum et" ecclesiam construxisset, "bonae memoriae" Alexander Papa⁴¹⁾ praedecessor noster causam super hoc "T." abhati sancti Stephani, et "T." priori sancti Victoris commisit "sine debito" terminandam⁴²⁾; qui "auditis quae fuerunt hinc inde proposita, et rationibus partium diligenter inspectis," pro ecclesia S. Mariae diffinitivam sententiam protulerunt, "quae per felicis recordationis Lucium, Gregorium et Clementem praedecessores nostros fuit postmodum confirmata." Verum capellanus sanctae Agathae sententiae parere contempsit⁴³⁾, "et parochianos sanctae Mariae ad ecclesiastica sacramenta recepit, et suspensus divina praesumpsit officia celebrare." Quumque super eadem causa coram "venerabili fratre nostro H." Ferrariensi⁴⁴⁾ episcopo "fere" per annum disceptatum fuisset "a partibus, productis testibus coram eo," pars ecclesiae sanctae Agathae, horum veritate suppressa, "dilectum filium" magistrum I.⁴⁵⁾ Bononiensem canonicum obtulit eidem episcopo in causae decisione adiungi. Qui quum⁴⁶⁾ causae interesse non posset, praedictus episcopus, cui per sequentes literas "impetratus tertio" mandabatur, ut, si ambo interesse non possent mandatis apostolicis⁴⁷⁾ exsequendis, ea ipse nihilominus adimpleret, "attestationibus publicatis et rationibus plenius intellectis" sententiam praedictam confirmavit, "capellano S. Agathae sub poena excommunicationis iniungens, ut nullum parochianorum turrum infra certos terminos commorantium ad officia divina vel ecclesiastica reciperet sacramenta. Ad hoc dictus Hugolinus ex adverso respondit, quod olim archipresbyter de Pastino a praedicto Alexandro praedecessore nostro indulgentiam impetravit, ut in vico Castellionis, in quo superexcreverat populi multitudo, ecclesiam de novo fundaret. Unde tunc Bononiensis episcopus de mandato eiusdem praedecessoris nostri et locum signavit, et primarium lapidem benedixit, et in fundamento secundum consuetudinem collocavit, et sic capellam in eodem loco constructam cum tunc parochia, quam usque hodie habet ecclesia de Pastino, per XX. annos iuste possedit, quam felicis recordationis Coelestinus Papa praedecessor noster eis suis literis confirmavit, et nos sub nostra protectione recepimus, constitutam nobis ab eodem archipresbytero consuevali. Unde olim quidam canonicus regularis ab archipresbytero de Pastino, ut divina in eadem celebraret officia deputatus, praeter auctoritatem archipresbyteri et capituli de Pastino eorum praedicto abbate S. Stephani et priore S. Victoris ab illis citatus apparuit, sed coram eis iudicium non subiecit. Immo ab ipsis tanquam de ratione suspectis, quia praedictam sibi voluerant parochiam vindicare, ad nostram duxit audientiam appellandum. Idem autem iudices non dubitantes mandati fines excedere, tam super mox quam veteri sententiam protulerunt, quum secundum tenorem literarum directarum ad eos non potuissent nisi de veteri iudicare. Postmodum vero memoratus canonicus contra voluntatem, immo prohibitionem archipresbyteri sui coram Ferrariensi episcopo comparens, sub eo aliquantulum litigavit; sed tandem comperito, quod universi familiares eius ei essent aduersi, praedictum magistrum ei fecit adiungi. Nuncius⁴⁸⁾ vero ecclesiae⁴⁹⁾ sanctae Agathae inter alia proposuit, quod, quum dictus magister⁵⁰⁾ I. vices suas alii delegasset, episcopus admittere noluit subdelegatum⁵¹⁾; sed post appellationem ad nos interpositam solus⁵²⁾ in causae cognitione processit. Unde contra primam sententiam allegabat, quod de commissione ad primos iudices impetrata ad archipresbyteri notitiam nil pervenit, quod iudices post appellationem legitime interpositam processerunt, et quia fines mandati fuerunt in processu transgressi. Contra secundam vero similiter proponebant, quod canonicus regularis, qui coram Ferrariensi episcopo litigavit, non solum non fuerat procurator datus ad eam, sed etiam contra prohibitionem archipresbyteri liti se praesumpserat immiscere; quod Ferrariensis episcopus solus processerat, quum non ei soli causa fuerat delegata, et collega eius, etsi causae nequiverit interesse, alii tamen commiserit vices suas, et post appellationem etiam ad nos interpositam idem Ferrariensis pro ecclesia S. Mariae sententiam promulgavit. Ad haec autem pars altera replicabat, quod praedicta stare non poterant, quum credi non debeat, quod a iudicibus illis pars appellaverit aduersa,

Cap. XVIII. 6) nul. ipsius: C. I. — de ipsius: C. R. I., Comp. III., Reg. — 7) potuit: C. H. — potuerat: C. R. 2. — 8) intellexerit: C. R. 2. — 9) illis: Comp. III. — damnis illis: Reg. — 10) pronuntiavimus: C. L. — Cap. XXXIII. 11) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 141. — Comp. III. c. 1. de rer. perm. III. 15. — 12) inser. omitt. C. H. — 13) magistri: Reg. — 14) G.: C. R. 2. — 15) permittissent: Comp. III., Reg. — 16) potius: C. H. — 17) delegatorum: C. L. — 18) Ceterum in nostra: Comp. III., et add. demum: Reg. — 19) add. et confessus: C. H. — 20) proprium: Comp. III., Reg. — 21) eum: C. R. 1. — 22) add. et: C. R. 2. H. L. — 23) legitime: C. R. 1. — 24) reportari: C. R. 2. H. — 25) quid: Comp. III., Reg. — 26) quereatur: Reg. — 27) ille: C. R. 1. H. — 28) nobis pariter lit.: Reg. — 29) illius: C. R. 1. — 30) hoc: Cont., Böhm. — 31) pu-

niatur: C. H. — 32) violavit: C. L. — 33) non: Reg. — 34) eius: C. H.

Cap. XXXIV. 35) Restitutum ex Comp. III. c. 1. de paroch. III. 22. — 36) Alberto capellano S. Mariae de Porta Ravennate Bonon. — Comp. III. — 37) Hug.: Comp. III. Böhm. — 38) abest a C. H. — 39) omitt. Comp. III. — 40) haurire: C. H. — 41) abest a C. L. — 42) omitt. C. R. H. L. — 43) contempsit: Comp. III. — 44) Ferrar.: Comp. III. Aug. — 45) H.: C. R. 1. — I.: C. H. — Lanfrancum: Comp. III. — 46) Sed quum idem magister: ib. — 47) mandatum apostolicum: C. I. — 48) quum vices: Comp. III., reliquis omisiss. — 49) abest a C. R. 1. — 50) abest a C. R. 1. H. L. — 51) delegatum: C. R. L., Comp. III. — 52) abest a C. H.

ad quos nec sciverat, nec audierat commissionis literas emanasse. Praeterea quum in literis commissionis appellationis fuisset obstaculum partibus interclusum, appellationi postmodum interpositae non fuerat deferendum. Insuper, quum, sicut adversarius fuit in iure confessus, et si pars eius, qui, ut prosequeretur appellationem, literas impetraret, non tamen illis fuerat usa, pro eodem haberi debebat, ac si non fuerit prosecuta. Unde sententia iam transierat in rei iudicatae auctoritatem, etiamsi contra ius litigantis prolata fuisset. Quum autem nec literae commissionis ad iudices primos obtentae praesententur in iure, nec aliter legitime demonstraretur formam mandati iudices excessisse, pro sententia potius est praesumendum. Quod dicitur ex aduerso, quod canonicus ille non fuerit procurator, non nocet, quum ipse item coram Ferrariensi episcopo contestando factus fuerit dominus litis, qui generalis ab ipsius fundatione ecclesiae procurator fuerat, et sic agebat et contrahabat, ac si vere capellas dominus exstulisset, praesertim quum in causam non tam ecclesiae nomine, quam proprio traheretur, utpote qui parochianos adiudicatos ecclesiae S. Mariae ad divina receptabat officia, et exhibebat eis ecclesiastica sacramenta. Praeterea, quum ad archiepiscopum nolitiam pervenisset, causam ipsam fuisse Ferrariensi episcopo delegatam, si per canonicum illum volebat subire iudicium, ad causam agendam deberat alium destinare. Quod quum non fecerit, eius est negligentiae imputandum, immo malitiae potius, qui sic commissionem nostram non fuerit enervare. Sed econtra fuit responsum, quod Ferrariensis episcopus solus procedere potuit, quum primum coram eo lis fuerat contestata et testes ad causam producti, et in ultimae commissionis literis fuisset insertum, quod, si ambo interesse non possent⁵³ exsequendi mandatis apostolicis, praedictus episcopus ea nihilominus exsequi procuraret. Quod non intelligitur, ut, si per se, vel per alios interesse non possent, quia id raro vel nunquam contingeret, sed si non possent personaliter interesse. Appellationi ergo interpositae ob causas praedictas, quum causae sufficientes non erant, aliquatenus non erat deferendum. Idem igitur cardinalis, "auditis his et aliis, quae fuerant hinc inde proposita," latam ab eodem Ferrariensi episcopo sententiam "de mandato apostolico" confirmavit, et adversae parti super hoc perpetuum silentium duxit imponendum. Nos ergo⁵⁴ quod ab eo factum est auctoritate apostolica confirmamus, "et praesentis scripti patrocinio communimus."

CAP. XXXV.⁵⁷)

Locus, ad quem reus secure accedere non potest, et canonicus in causa canonice delegatus, recusari poterit.

Idem Praeposito S. Dominici Subdiacono nostro.⁵⁸)

Quum R. canonicus lanuensis causam "pecuniariam", quae inter ipsum ex una parte⁵⁹, ac P. civem lanuensem "ex altera" vertitur, tibi obtinuerit delegari, et idem civis⁶⁰, propter multas et graves inimicitias civitatis suae in tua nequeat praesentia comparere, "sicut ex ipsius et dilectorum filiorum consulum lanuensis insinuatione nobis innotuit: discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus supra dicto R. huiusmodi optionem relinquas⁶¹, ut exceptis canonicis lanuensibus, quos quum sint eius⁶² socii, merito habet pars adversa suspectos, in civitate vel dioecesi lanuensi, in qua sunt multi, "sicut pro certo tenemus," viri providi, iudicem eligat, coram quo quaestio terminetur, cui auctoritate nostra districtae praecipias, ut eandem causam iuxta rescripti a te⁶³ obtenti tenorem appellatione remota sine debito terminare procuret.

CAP. XXXVI.⁶⁴)

Si mandatur iudici delegato, ut illum absolbat, qui dicit se iniuste excommunicatum, ante probationem illum absolvoere debet. Si autem dicat excommunicationem nullam, probationem nullitatis ante pronuntiationem admittet.

Idem Rothomagensi Archiepiscopo.

Quum contingat interdum, quod laici (Et infra: [cf. c. 24. de reser. I. 3.] Insuper requisiti⁶⁵) sumus, quum quis conqueritur in se a

suo episcopo post appellationem ad nos legitime interpositam, vel alias iniuste excommunicationis sententiam promulgatam, et nos iudicibus damus "nostris literis" in mandatis, ut, si est ita, "vel" iuxta formam ecclesiae absolutionis beneficium illi⁶⁶) impendant, vel eandem sententiam denuncient esse nullam, ac episcopus paratus sit probare, se in illum, antequam vocem appellationis emitteret, vel alias⁶⁷) iuste huiusmodi sententiam protulisse⁶⁸), an probationibus non admissis liceat iudicibus excommunicatum absolvere, vel⁶⁹) denunciare sententiam esse nullam? Ad quod "tibi" taliter respondemus, quod "super iam dicto casu non consuevimus, si bene meminimus, sub praescripta forma iudicibus scribere, sed sub ista, ut videlicet, si excommunicationis sententiam post appellationem ad nos legitime interpositam invenerint esse latam, ipsam denunciante penitus nullam esse, audiant, si quid fuerit quaestionis; alioquin recepta iuxta formam ecclesiae cautione impendant absolutionis beneficium conquirenti, et iniuncto sibi quod de iure fuerit iniungendum, audiant causam, et eandem sine debito terminare procurent. Sed si forsitan appareat, nos in iam dicto casu sub praenotata quandoque forma scripsisse, in altero utique casuum praedictorum," quum quis "videlicet" conqueritur, ac post appellationem ad nos legitime interpositam excommunicatione fuisse innodatum⁷⁰), semper utriusque⁷¹) partis probationes sunt admittendae, antequam ad⁷²) decernendum⁷³) super hoc aliquid procedatur, per quas denique apparebit, an absolutione indigeat conquerens, vel denunciandus sit potius⁷⁴) non ligatus. In eo⁷⁵) vero casu, quum "videlicet" excommunicatum quis se asserit⁷⁶) iniuste, vix vel nunquam⁷⁷) est eius, antequam absolutus fuerit, probatio admittenda, nisi tunc tantum, quum asserit in excommunicationis sententia intolerabilem errorem fuisse patenter expressum, ad quod probandum admittitur antequam absolutionis gratiam consequatur⁷⁸). Verum⁷⁹) si proponat, se simpliciter excommunicatum iniuste, ac episcopus ad probandum, quod iuste ipsum⁸⁰) excommunicavit⁸¹), suas postulet⁸²) probationes admitti, non est ante absolutionem ipsius aliquatenus audiendus, quum, etsi pro certo constaret, rationabiliter⁸³) in illum excommunicationis sententiam promulgatam⁸⁴), nihilominus esset ei⁸⁵) absolutio "secundum formam ecclesiae" impenderda humiliter postulanti. Et ideo in hoc casu illum credimus iuxta formam ecclesiae protinus absolvendum, ut sic⁸⁶) demum, probationibus utriusque partis admissis, utrum iuste vel⁸⁷) iniuste ligatus fuerit, decernatur. "Dat. Lat. Kal. Sept. Ao. XIII. [1210.]

CAP. XXXVII.⁸⁸)

Si subdelegatus delegati Papae iurisdictione uti coeperit, a delegato moveri non potest; et si fecerit contra mandatum, siue excesserit formam rescripti, processus est nullus.

Honorius III. Messanensi et Reginensi⁸⁹) Archiepiscopis.

Venerabili⁹⁰) fratri nostro archiepiscopo Cusentino⁹¹) "nostris" dedimus "literis" in mandatis, ut "venerabilem fratrem nostrum" Cephaludensem episcopum restitui faceret ad episcopatum, et ad alia⁹²), quibus fuerat "indebite" spoliatus; quo restituito plenarie, et corporalem ac pacificam possessionem adeptus, si "videret, quod idem" episcopus merito esset, prout nobis suggestum fuerat, de dilapidatione suspectus, virum providum et honestum provideret coadiutorem eidem adiungere⁹³), sine cuius consilio nihil eorum⁹⁴) faceret, quae ad administrationem pertinent temporalem, quoad usque⁹⁵) veritate comperta duceremus aliter providendum, interim omne alienationis genus eorum⁹⁶) utriusque auctoritate nostra districtius interdicens⁹⁷). Porro idem archiepiscopus corporis infirmitate gravatus, commisit⁹⁸) in huiusmodi negotio vices suas primo abbati sancti Spiritus de Panormo, ac demum thesaurario Cusentino. Quorum processus nobis exhibitos de fratrum nostrorum consilio cassavimus iustitia exigente, quia⁹⁹) videlicet abbas contra mandati nostri tenorem ad inquirendum, utrum de dilapidatione suspectus esset episcopus, eo non restituito processit, et archiepiscopus ipse, quum iam suo functus esset officio dicto abbati committendo in integrum vices suas¹⁰⁰), huiusmodi¹) negotium dicto thesaurario non potuit demandare.

Cap. XXXIV. 53) Item Ferrar.: Comp. III. — 54) abest a C. R. H., Comp. III. — 55) possit: C. H., Comp. III. — 56) igitur: C. R. I.
 Cap. XXXV. 57) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 2. — 58) subd. n.: omitt. C. H. — 59) ex una p.: omitt. C. R. H. L. — 60) P. civ.: Comp. IV. Ms. A. — 61) optione relicta: Comp. IV. — 62) abest a C. L. — 63) ad te: C. R. L., Comp. IV. Aug., Ms. B. — rescripti obtenti: Ms. A.
 Cap. XXXVI. 64) Restitutum ex Reg. Bal. XII. 127. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 65) requisiti: Reg. — req. sumus, quod quum: Comp. IV. Aug. — 66) illis: Reg. — 67) aliter: Comp. IV. Ms. A. — 68) protulisset: Böhm. — 69) et: C. H. — 70) notatum: C. R. L. — notatum: Comp. IV. Ms. A., Reg. — 71) utriuslibet: C. L., Comp. III., Reg. — 72) abest a C. H. — 73) discernendum: C. R. 2. — 74) penitus: C. H. — 75) reliquo: Comp. IV., Reg. — 76) asseverat: Reg. — 77) vix unquam: Comp. IV., Reg. — 78) consequuntur: Böhm. — 79) Unde: Comp. IV. — 80) enim: C. H. — 81) excommunicaverit: C. H., Comp. IV. Aug., Ms. B. — 82) po-

stulat: C. R. 2. — 83) tolerabiliter: Comp. IV. Ms. A. B. — 84) promulgatum: Comp. IV. Aug. — 85) abest a C. L. — 86) tunc: C. H. — 87) an: Reg. — vel ini.: omitt. C. L.
 Cap. XXXVII. 88) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 89) Messan. et Regin. (Regin.: Ms. arch.: Comp. V. — Omitt. inser. C. H. — Regin.: C. R. 2. — 90) Rogatus olim a vobis et fratribus nostris carissimis (curiosissimis: Ms.) filius noster Fredericus Romanorum imperator et semper Augustus, et rex Siciliae, ut restitueret ven. fr. nostrum Cephaludensem episcopum, quem spoliaverat ecclesia et aliis bonis suis, se id libere facturum viva voce promisit, unde per scripta nostrum ven. fr. etc.: Comp. V. — 91) Sensenn.: C. H. — 92) et alia: C. R. H. L., Comp. V. — 93) omitt. ab eisdem. — 94) horum: C. R. 1. — 95) quousque: C. R. 1. L., Comp. V. — 96) omitt. Comp. V. Cir. — 97) interdicitur: ib. — 98) add.: etiam: C. R. 1. — 99) quod: Comp. V. Cir. — 100) add.: iuste: C. H. — 1) in hui.: C. L.

CAP. XXXVIII.

Si delegatus pronuntiaverit, se iurisdictionem non habere, ipsam etiam de consensu partium non reassumit.

Gregorius IX. S. 2) *Praeceptor et Magistro N. canonico Ambianensibus.* 3)

Significantibus M. muliere et F. nato eius nos noveritis accepisse, quod, eum nobiliss mulier I. 2) vidua, mentiens se pauperem, contra eos super terris et rebus aliis ad iudices nostras 4) literas impetrasset, iidem coram eis excipiendo proponere curaverunt 5), quod, quum dictae literae suggesto mendacio impetratae fuissent, quum praedicta Iuliana 6), quae nobilis est et dives, pauperem se dixisset in eis, coram ipsis, nisi requisito prius domino, sub cuius iurisdictione ipsi consistunt, et coram quo parati erant eidem 7) exhibere iustitiae complementum, non debebant de iure 8) per tales literas conveniri, unde dicti iudices interloquendo pronunciarunt, se per eandem literas procedere non debere. (Et infra 9) Demum fuit a partibus in quosdam tanquam in arbitros taliter compromissum, quod, si infra 9) terminum in compromisso expressum causam non deciderent, partes ad eorum iudicium redirent examen. Verum arbitris causam infra 10) terminum negligentibus terminare 11), dicti iudices iurisdictionem per formam compromissi huiusmodi resumpserunt, a quibus iidem se sentientes gravari, quod super his, super quibus ab eis 12) fuerant absoluti, litigare compellebant eosdem, ad nostram audientiam appellarunt. Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, revocetis in irritum 13), etc.

CAP. XXXIX.

Arbitri electi ad causam recusationis, assignant partibus terminum ad probandam causam suspicionis, et iudex recusatus compellit arbitros ad causam finiendam.

Idem.

Suspicionis causa contra iudicem assignata, non ipse, qui forsitan provocatus obesset, sed arbitri potius, coram quibus probatio est facienda, et ad quos omnia, quae ad hunc articulum faciunt, pertinere noscuntur, possunt ad hoc terminum assignare. Ab ipso quoque iudice, cui sicut iurisdictione, sic et cetera, sine quibus explicari causa 14) non potest, intelliguntur esse commissa, iidem ut convenient, si discordes fuerint, in unam sententiam, vel tertium concorditer advocent, cum quo duo vel alter eorum id faciat, sunt cogendi, ne huiusmodi occasione principale negotium plus debito prorogetur.

CAP. XL.

Delegata iurisdictione ad personas, non expressis in rescripto, etiam de ipsarum consensu prorogari non potest.

Idem Abbati sanctae Genovefae.

P. et G. 15) per literas apostolicas conquerentibus coram te de episcopo Londonensi 16), quod concessum ab eis mutuum promisso loco et termino non persolvit, pendente iudicio I. laicus, qui in quantitate quadam eidem mercatoribus tenebatur, in 17) se tuam iurisdictionem, sicut asserit, voluit prorogare, ut, si infra 18) terminum constitutum praedictam non solveret quantitatem 19), excommunicationis 20) et interdicti sententias in personam et terram eius 21) promulgares. Quas huiusmodi occasione a te latas decernimus 22) non valere, quum, etsi alias iurisdictioni praeesse dicaris, quia 23) in dictum I. nullam iurisdictionem habebas, iurisdictionis 24) prorogatio nulla noscitur 25) existisse, quum huiusmodi delegata iurisdictione ad alias personas nequeat prorogari.

CAP. XLI.

Maiores XX. annis potest a quocunque dari delegatus; idem in maiori XVIII., dummodo interveniat consensus partium. Minor vero XVIII. non potest dari, nisi a principe.

Idem.

Quum vigesimum annum peregeris, dari potuisti in aetate huius-

Cap. XXXVIII. 2) S. abest a C. R. H. L. — can.: C. R. 2. — 2) II.: C. R. — B.: C. L. — 3) canonice Abbanen.: C. H. — canonice Ambianis: C. L. — 3) Iuliana: Cont., Böhm. — 4) abest a C. R. H. L. — 5) curaverint: C. H. — 6) Iul.: Cont., Böhm. — leg. vid.: Iuliana. — 7) abest a C. R. 1. — 8) de iur.: desid. ib. — 9) intra: Coat., Böhm. — 10) intra: ib. — 11) diffinire: C. H. — 12) ab eis: omitt. C. H. — et ab eis: C. L. — 13) add.: et inane: C. L.

Cap. XXXIX. 14) omitt. C. R. H. L.

Cap. XL. 15) P. et G.: C. L. — Petro et G.: C. R. 1. — 16) Laudinien.: C. H. — Laudun.: C. R. L., quod placet (Laon.) — 17) se in: Cont., Böhm. — 18) intra: Cont., Böhm. — 19) pecuniae quant.: C. L. — 20) excomm. in personam et interd. in terram sent.: C. R. L. — 21) suam: C. H. — 22) decernimus: C. R. 1. — 23) qui tamen: C. R. 1. — 24) add.: iniuri: ib. — 25) dignoscitur: C. H.

modi delegatus. Ceterum constituto infra 26) aetatem eandem, nisi partes scienter consentirent in eum, qui annum XVIII. transscudisset, facta delegatio ab alio, quam a principe, non teneret.

CAP. XLII.

Potestas plurium delegatorum vel arbitratorum simpliciter datorum expirat per mortem unius.

Idem.

Uno delegatorum vel arbitratorum, sicut proponis, rebus humanis exempto, eorum officium expiravit, nisi aliud in delegatione aut 27) compromisso fuisset expressum.

CAP. XLIII.

Delegatus Papae subdelegare potest, licet datus sit ex officio, vel de partium consensu, vel cum clausula praelectionis, videlicet: „quod si non omnes, tu cum alio exsequaris, etc.“ Hoc dicit usque ad §. 1. autem. — §. 1. Is, cui committitur negotium, ut personaliter exsequatur, potest, si partes consentiunt, alteri subdelegare. Fallit in casibus hic expressis. Hoc dicit usque ad §. Ceterum. — §. 2. Is, cui committitur nudum ministerium exsequendum, non potest vices suas alteri committere; fallit in legato sedis apostolicae. Et est textus notabilis, et multum allegatur. Abb. Siculus.

Idem.

Quoniam apostolica sedes intendit providere negotiis, et 28) non personis, quibus eadem committuntur, si iudex tertius, licet ex officio nostro, vel de assensu partium pro communi 29) a nobis datus eidem, alii delegaverit vices suas, quum delegato a principe id concedatur a iure, delegatio valebit ipsius. Idem quoque dicendum est, quum mandatur episcopo, ut cum altero suorum coniudicum mandatum apostolicum exsequatur, et tunc sine subdelegato ab ipso episcopo reliqui duo procedere non valebunt. §. 1. Is autem, cui iniungitur, ut personaliter negotium exequatur, potest, dummodo partes consentiant, hoc alii delegare, praeterquam si inquisitionem fieri, vel ecclesiis de praelatis vel 30) aliis ministris provideri mandarem 31), quum in his omnibus 32) casibus industriam et fidem personae, cui talia committimus, eligere videamur. §. 2. Ceterum, salva legatorum sedis apostolicae auctoritate, nulli, cui commissum fuerit praedicare crucem, excommunicare vel absolvere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel iniungere poenitentias 33), liceat haec 34) de cetero aliis demandare, quia non sibi iurisdictione, sed certum ministerium potius committitur in hac parte.

TITULUS XXX.

DE OFFICIO LEGATI.

CAP. I. 1)

Legatus Papae etiam per simplicem querelam adiri potest.

Alexander III. universis Suffraganeis 2) Cantuariensis ecclesiae. 3)

Quum non ignoretis, "venerabilem fratrem nostrum" Cantuariensem archiepiscopum vobis non solum metropolitico 4), sed etiam legationis iure praesesse, "mirabile satis est, quod quidam vestrum, sicut audivimus, asseverare praesumunt, quod idem archiepiscopus nullam causam de episcopatibus vestris sive metropolitico sive legationis iure debeat audire, nisi per appellationem ad ipsum deferatur." Sane licet "forte" idem archiepiscopus 5) metropolitico 6) iure audire non debeat causas 7) de episcopatibus vestris, nisi per appellationem deferantur 8) ad eum, legationis tamen obtentu universas 9) "causas de ipsis episcopatibus," quae per appellationem vel querimoniam 10) "aliquorum" perveniunt 11) ad suam audientiam, audire potest et debet, sicut qui in provincia sua 12) vices nostras gerere comprobatur 13). "Mandamus itaque etc."

Cap. XLI. 26) intra: Cont., Böhm.

Cap. XLII. 27) ex: C. L. — vel: C. H.

Cap. XLIII. 28) abest a C. R. H. L. — 29) add.: utilitate: Böhm. — 30) aut.: C. R. H. L. — 31) mandamus: C. L. — mandamus: C. H. — 32) abest a C. H. L. — 33) poenitentiam: C. R. 1. — vel... poen.: omitt. C. H. — 34) hoc: C. R. H. L.

TIT. XXX. Cap. I. 1) Restitutio ex App. XLIV. 3., Lips. XXXII. 1., Cass. XLI. 1., Comp. I. h. t. c. un. — 2) unio. episcopis: Cass. — 3) abest a C. H. — 4) metropolitico: Lips., Comp. I. — 5) id. arch.: omitt. Coll. citt. — 6) metropolitico: Cass. — 7) causam: Coll. citt. — 8) deferatur: ead. — 9) add.: causas: C. H. — 10) per quer.: Lips. — per aliquam quer.: App., omnia. seq.: aliquorum. — 11) perveniunt: Comp. I. Aug. — pervenerint: Cass. — 12) tua: App. — 13) probatur: ead.

CAP. II.¹⁴⁾

De causa specialiter delegata a Papa legatus se intrittere non potest.

Coelestinus III.¹⁵⁾

Studuisti a nobis¹⁶⁾ quaerere, utrum de causa, quam alicui delegamus, alius, qui sit generalis in provincia¹⁷⁾ legatus, "vel" ante cognitionem, vel postea cognoscere valeat, vel¹⁸⁾ commissionis nostrae processum, quem iudici delegato transmittimus, taliter¹⁹⁾ impedire. "Hanc itaque dubitationem de animo tuo amputare volentes" Respondemus, quod, quum mandatum speciale derogat²⁰⁾ generali, legatus commissionem alii "vel aliis" factam specialiter impedire non "debet nec" potest, unde²¹⁾, et²²⁾ si secundum formam "expressam" mandati nostri sententia iam²³⁾ fuerit promulgata, non poterit²⁴⁾ ipse legatus, nisi super hoc mandatum speciale²⁵⁾ receperit, eam quomodolibet irritare. Ipsam tamen, si rationabiliter lata fuerit, confirmare valebit²⁶⁾ et executioni mandare.²⁷⁾

CAP. III.²⁸⁾

Legatus etiam de latere ex generali legatione non potest transferre episcopos, vel unam ecclesiam cathedrali alteri subdicere, et alteri concedere ius primatiae, vel duos episcopatus unire, vel unum dividere; excommunicatos tamen praepter manuum iniunctionem in clericos absolovere potest. Hoc dicit cum c. seq.

Innocentius III. tit. 29) sancti Laurentii in Lucina³⁰⁾ Presbytero cardinali, sedis apostolicae Legato.³¹⁾

Nisi specialis illa dilectio, quam ad personam tuam habuimus et habemus, iustum, "immo iustissimum" motum animi nostri temperaret, poena docente cognosceres³²⁾, quantum "in personam tuam" excesseris, "quantum in Romanam ecclesiam deliqueris, matrem tuam, quae quum te nutriverit et exaltaverit, tu eam prout sprevisse videris," qui³³⁾ spretis canonicis sanctionibus et consuetudine generali, motu proprio praesumpstisti, "quod nec factum fuit, nec auditum, venerabilem fratrem nostrum" Troianum³⁴⁾ episcopum "regni Siciliae cancellarium praeter speciale mandatum nostrum" de Troiana ecclesia ad Panormitanam de facto, "quia de iure non potuisti," transferre. "Sane etc. [cf. c. 3. de usu et auct. pall. I. 8.]"

CAP. IV.³⁵⁾

Summatum fuit supra in cap. praecedenti.

Idem eidem.

Quod translationem "pontificis de Troiano episcopatu ad Panormitanam metropolim a te factam volumus ratam habere, zelus utique non amaritudinis, sed rectitudinis nos induxit, quia," Licet in regno Siciliae generalis sit tibi commissio legatio, ad ea tamen sine speciali mandato nostro non debuisti manus extendere, quae in signum privilegii singularis sunt tantum summo Pontifici reservata. "Tamen" Et si quaedam ex his, quae de speciali concessione saepe fuere legatis³⁶⁾ indulta, ut illorum videlicet absolutio, qui propter sacrilegas manuum iniunctiones in clericos, incidunt³⁷⁾ in canonem promulgatae sententiae, videantur ex ipso legationis officio iam licere legatis, an existimas, quia vices nostras tanquam legato tibi commissimus exsequendas, quod³⁸⁾ Panormitanam ecclesiam posses subdicere Messanensi, ut illam praeficeres isti³⁹⁾, concessio tibi privilegii primatiae? An⁴⁰⁾ putas, ex eadem causa tibi licere, duos episcopatus unire, vel unum dividere sine licentia speciali? "Non ergo etc. Super eo vero etc. [cf. c. 11. de temp. ord. I. 11.]"

CAP. V.⁴¹⁾

Ex quo legatus retulit causam Papae, illius desinit esse iudex.

Idem Bononiensi⁴²⁾ Episcopo et M. Capellano, Subdiacono nostro.

Licet Tranenses⁴³⁾ canonici ab initio dissensissent, tandem "ta-

men omnes" unanimiter consenserunt, "dilectum filium" G. fratrem Cassinensis abbatis in archiepiscopum eligentes, cuius electionem "venerabilis frater noster" Portuensis episcopus, tunc "apostolicae sedis" legatus, examinari praecipit, "et examinationem redactam in scriptis fecit sigillis dilectorum filiorum archidiaconi et magistri Petrarchae muniri, cum suo quoque sigillo ad sedem apostolicam transmittendam. Litteras quoque suas nobis pro dicto fratre Cassinensis abbatis deprecatorias destinabit, quas cum decreto electionis omnium canonicorum subscriptionibus roborato, nec non et literis suffraganeorum et populi, tres de canonicis Tranensis ecclesiae, ab universo capitulo destinati, nobis humiliter praesentaverunt, petentes electionem canonicam de persona idonea celebratam auctoritate apostolica confirmari. Nos autem ad maiorem cautelam a praedictis canonicis iuramentum recepinus, non a nobis exactum, sed ab ipsis oblatum, et factum electionis, sicut est et moris et iuris, examinavimus diligenter. Interim vero" Nuncius praefatus⁴⁴⁾ "Cassinensis" abbatis "suas" nobis literas praesentavit⁴⁵⁾, gravem contra iam dictum querimoniam continentes, quod, postquam electionem examinaverat, et eam ad nostrae deliberationis examen transtulerat, nunciis iam directis, "iterum" electionem eandem malitiose nimis examinare praesumpsit. "Unde petebat per viros idoneos suspitione carentes de ipso facto diligenter inquiri. Quumque praefatus supervenisset episcopus, et ea, quae gesta sunt, intellexissemus ab ipso," De "communione" consilio fratrum nostrorum examinationem secundam, tanquam a non suo iudice factam, postquam negotium ad nostrum fuerat translatum examen, censuimus irritam et inanem. "Quia tamen etc. Dat. Lat. VIII. Kal. Jul." [1202.]

CAP. VI.⁴⁶⁾

Legatus de latere confert beneficium vacans, licet illud spectet ad praesentationem alicuius clerici. Hoc dicit et est casus notabilis.

Idem sancti P.⁴⁷⁾ et sancti Leonis Abbatibus, et R. archidiacono Tullenstibus.

Dilectus filius R. Metensis canonicus "nobis humiliter" intimavit⁴⁸⁾, quod, quum "venerabilis frater noster" Praenestinus⁴⁹⁾ episcopus, apostolicae sedis legatus, ecclesiam sancti Trudonis "ad resignationem proprii pastoris in manibus eius factam liberaliter" contulisset eidem, "dilectus filius B." Metensis archidiaconus, ad quem illius ecclesiae praesentatio pertinebat, asserens, quod eodem inconsulto conferri non potuit a legato, "donationi eius minus rationabiliter se opponens," canonicum ipsum super eadem ecclesia "indebitum" molestare praesumit⁵⁰⁾. Quum igitur plus iuris habeamus in concessione praelatus, quam in praesentatione patronus, nec praedudicetur praelato⁵¹⁾, si quando per apostolicae sedis legatum eo inconsulto ecclesia concedatur, "discretionem nostram" mandamus, quatenus dictum archidiaconum, ut ab eius super hoc "indebita" molestatione desistat, "monitione praemissa per censuram ecclesiasticam" appellatione remota cogatis. "Nullis literis etc. Dat. Anagninae X. Kal. Mart. Ao. VI." [1203.]

CAP. VII.⁵²⁾

Legatus in pluribus locis potest in quolibet dictorum locorum iurisdictionem suam exercere ita, quod facta unius loci potest in alio explicare. Hoc dicit Panorm.

Idem illustri Regi Francorum.⁵³⁾

Novit ille, qui nihil ignorat, "quod regiae sublimitati" (Et infra:) Ex⁵⁴⁾ parte tua querimoniam accepimus⁵⁵⁾, "videlicet" quod, quum tibi legatus⁵⁶⁾ esset certa ratione suspectus, "post appellationem ad nos interpositam" extra fines regni Francorum in terram tuam interdicti sententiam promulgavit. "Qui etiam in animam tuam promiserunt et obtulerunt iurare, quod tu eorum legatis et

tonto) ep. et Marsicano subdiacono et cap. nostro: Reg. — 43) Troiani: C. R. 1. — Travenses: C. R. 2. — Tracenses: Comp. III. Ms. — 44) praedicti: Reg. — 45) representavit: Böhm.

Cap. VI. 46) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 241. — Comp. III. h. t. c. 4. — 47) Sancti apu. et S. Leon. abb. et H. archid. etc.: C. H. — sancti Apri et S. Leonis abb. et mag. J. archid. Full.: C. R. 1. — sancti Apri et S. Leonis abb. et magistro R. (St. Ms.) archidiacono Tullen.: Comp. III., quocum C. L. fere concordat. — abbatibus S. Apri et S. Leonis, magistro R. archidiacono Tullenstibus: Reg. — 48) add.: nobis: C. R. 2. — 49) Penestrinus: C. L. — 50) praesumpsit: Comp. III., Reg. — 51) add.: vel patrono: C. H.

Cap. VII. 52) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 5. — 53) add.: Philippo: Böhm. — 54) Integer textus ex Comp. III. desumptus hic est: Nusper autem primo dil. fil. M. (Mich.: Ms.) et Walt. (Wallen.: Ms.) milites, et postmodum dil. fil. mag. F. decanum Autellanensem cum literis tuis benigne recepimus, et curavimus multipliciter honorare, sicut per ipsos poterit tuae serenitati plenius patere. Ipsi autem in nostra et fratrum nostrorum praesentia constituti contra eundem card. Ex parte tua querimoniam intenderunt. — 55) intenderunt: Böhm. — 56) abest a Comp. III.

Cap. II. 14) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. un. — 15) Magistro Colymbio: Comp. II. Ms. — 16) a nob.: omitt. C. R. H. L. — 17) provinciae: Comp. II. Ms. A. — 18) et: C. H., Comp. II. — 19) valent tuliter: Comp. II. Aug. — 20) deroget: Comp. II., Cont., Böhm. — 21) Ubi etiam si: Comp. II. Aug. — 22) omitt. Comp. II. Ms. A. — 23) abest a C. R. H. L., Comp. II. — 24) poterit: C. L. — 25) specialiter: Böhm. — 26) valeat: Comp. II. Aug. — valet: Ms. A. — 27) demandare: Cont., Böhm.

Cap. III. 28) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — cf. not. ad c. 3. de usu pall. I. 8. — 29) I. tit.: C. R. 1. — C. tit.: Comp. III., Böhm. — 30) Luto: C. H. — 31) sed. aj. leg.: omitt. id. — 32) agnosceres: C. R. 1. — 33) Tu autem: Comp. III., Böhm. — 34) Trounum, et infr.: Trouna: C. H.

Cap. IV. 35) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — cf. not. ad c. 11. de temp. ord. I. 11. — 36) add.: olim: C. H. — 37) inciderunt: Comp. III. — 38) quia: Comp. III. Aug. — 39) illi: C. H. — 40) et an.: C. H. — aut: Böhm.

Cap. V. 41) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 69. — Comp. III. h. t. c. 3. — 42) Becovinensi: C. R. 1. — Batoniensi: C. R. 2. — Batoniensi C. et M. capell. etc.: C. H. — Botoniensi ep. et M. cap. etc.: C. L. — Burontin. (Berontin.: Ms.) ep. et Marsican. cap. etc.: Comp. III. — Bituntino (Bi-

delegatis nostris super hoc negotio stabis iuri, et quod propter huiusmodi negotium nec per nos, nec per alium fueris ex parte nostra citatus, ut iuri pereres, praedictam potens sententiam recepta huiusmodi cautione relaxari. Ceterum ad ea, quae contra cardinalem obiecerant, et eis respondimus, et tuae magnificentiae respondemus, quod etsi fines regni Francorum exierat, nondum tamen fuerat terminos⁵⁷) saae legationis egressus, quum non solum in regno Francorum, sed in Viennensi, Lugdunensi et Bisuntinensi⁵⁸) provinciis iniunctam sibi a nobis legationis sollicitudinem suscepisset.

CAP. VIII.

Præsente legato de latere minor legatus executionem officii sui dimittere debet.

Gregorius IX. Patriarchae Hierosolymitano.

Volentes (Et infra:) Fraternitati tuae legationis officium in provincia tua⁵⁹) duximus committendum, ita tamen, quod, si⁶⁰) legatum ad partes illas de latere nostro contigerit destinari, executionem ipsius officii, quamdiu legatus ipse ibi fuerit⁶¹), pro sedis apostolicae reverentia omnino dimittas.

CAP. IX.

Legatus, non de latere sed ratione personae, extra provinciam sibi decretum absolvere nequit excommunicatos pro iniectioe manuum in clericos, nec etiam in provincia, si tales excommunicati aliunde veniant. Legatus vero ratione dignitatis nullos tales absolvit. H. d. secundum communem intellectum.

Idem.

Excommunicatis pro iniectioe manuum violenta ecclesiae Romanae legati, qui de ipsius latere non mittuntur, extra provinciam sibi commissam, vel ibidem, si huiusmodi manuum iniectores illuc contingat aliunde accedere, et qui ecclesiarum suarum praetextu legationis sibi vendicant dignitatem, etiam subditis, quamvis in provincia sua existentes⁶²), beneficium absolutionis impertiri non possunt, nisi de speciali gratia illis et⁶³) istis amplius a sede apostolica concedatur.

CAP. X.

Durant legati statuta etiam legatione finita, finitur tamen sui delegati iurisdictione, si citatio non praecessit.

Idem.

Nemini dubium esse volumus, quin legatorum sedis apostolicae statuta edita in provincia sibi commissam durent tanquam perpetua, licet eandem postmodum sint egressi; secus autem, si causas duxerint aliquibus delegandas, quum iurisdictione istorum exspiret, si ante illorum discessum⁶⁴) horum citatio non praecessit.

TITULUS XXXI.

DE OFFICIO IUDICIS ORDINARIJ.

CAP. I.

Episcopi in suis dioecesibus possunt crimina inquirere et punire, et, quum opus fuerit, invocare bruchium saeculare.

Ex synodo Ioannis Papae.³)

Perniciosa³) inolevit consuetudo, ut iudex publicus vel minister peccata populi, quae ab episcopis sunt inquirenda, quibus animarum sollicitudo commissa est, quasi inquirenda vendant, et ea oc-

casione licenter scelesti vita augmentetur, et, si in proprietate ecclesiae vel clerici feminas inveniant adulteras, infamant, comprehendunt, dilanant, donec domini earum vel parentes eas redimant, pro quo consanguinei earum in modicam deveniunt paupertatem, et eo ordine liberius post venditionem fornicari non metuunt, dicentes nihil pertinere ad episcopum, quae a publico examinata dignoscitur et redempta, quod omnino irregulariter inolevisse manifestum est. Habeant igitur episcopi singularum urbium in suis dioecesibus⁴) liberam potestatem adulteria⁵) et scelera inquirere, ulcisci et iudicare, secundum quod canones censent⁶), absque impedimento alicuius. Et quum opus fuerit, ad comprimendos rebelles et contemptores⁷) publicum convocent auxilium⁸), non ad praediciandum, sed potius ad ea, quae Deo sunt placita et salutis animarum convenienti, prosequendum⁹).

CAP. II.⁸)

Ordinarius, qui scit, non ut iudex vel homo, sed ut Deus, subditum esse criminis reum, indeterminate poterit, sed non nominatum, eum arguere vel punire.

Eugenius Papa.⁹)

Si sacerdos sciat pro¹⁰) certo, aliquem esse reum alicuius criminis, vel si¹¹) confessus fuerit, et emendare noluerit, nisi iudicario ordine quis probare possit, non debet eum arguere¹²) nominatim, sed indeterminate, sicut dixit Christus¹³): „Unus vestrum me traditurus est.“ Sed¹⁴) si ille, cui damnus illatum est, petierit¹⁵) iustitiam, potest excommunicare auctorem¹⁶) damni, licet etiam ei confessus sit¹⁷). Sed tamen non nominatim¹⁸) potest eum remove a communione, licet sciat eum esse reum, quia non ut iudex scit, sed ut Deus. Sed debet eum admonere, ne se ingerat, quia nec Christus Iudam a communione¹⁹) removit.

CAP. III.²⁰)

Si ordinarius subiectus episcopo profert in sibi subiectum instam censuram ecclesiasticam, episcopus illam servare debet, et illam sine satisfactione et conscientia proferentis relaxare non debet.

Alexander III. Florentino.²¹) Episcopo.

Quum ab ecclesiarum praelatis ecclesiastica sententia in malefactores aliquos promulgatur, rata debet et firma consistere, et²²) usque ad condignam²³) satisfactionem inviolabiliter observari. Quapropter discretioni vestrae²⁴) per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus, si quando dilectus filius noster Lan., plebanus²⁵) sancti P.²⁶) de Lucar., in clericos vel laicos²⁷) parochianos suos interdicti²⁸) vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit, ipsam facias²⁹) inviolabiliter observari, et³⁰) eam sine congrua satisfactione et absque eiusdem³¹) plebani conscientia non³²) relaxes³²).

CAP. IV.³³)

Si ordinatio vacantis ecclesiae etiam patronatae ex iusta causa differtur, est ibi per episcopum oeconomus ponendus.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo et eius Suffraganeis.³⁴)

Quum vos³⁵) plerumque³⁶) oporteat ordinationem³⁷) ecclesiarum differre pro eo, quod quandoque personae vobis³⁸) minus idoneae praesentantur³⁹), aut interdum⁴⁰) inter vos⁴⁰) et praesentatores⁴¹) personarum⁴²) alia de causa radix dissensionis⁴²) emergerit⁴³), providendum nobis est, ne occasione huius dissensionis et scandalis interim fructus illarum depereant, aut eis in spiritualibus gravia proventiant detrimenta. Inde est, quod⁴⁴) fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus, si quando⁴⁴) in illis vacantibus ecclesiis, in quibus ecclesiastica persona

Cap. VII. 57) terminum: C. H. — 58) Bisuntin.: Comp. III. Aug. — Besuntin.: C. L.
 Cap. VIII. 59) add.: tibi: C. H. — 60) ut si: C. R. 1. — 61) fuerit: C. L.
 Cap. IX. 62) existentibus: C. H. — 63) vel: ib.
 Cap. X. 64) decessum: C. H.
 TIT. XXXI. 1) De officio ordinarii: C. H. — De officio praelati et iud. ord.: C. L. — Cap. I. 2) Restitutum ex Syn. Rom. hab. sub Ioanne IX. Ao, 898. c. 42. — Comp. I. h. t. c. 1. et c. 4. de adult. V. 13. — 3) Perniciosam: Böhm. — 4) in sua dioecesi: Comp. I., conc. — 5) adulterina scelera: Comp. I. L. I. — 5¹) censuerunt: conc. — 6) abest a Comp. I. Aug. — populam conv.: Comp. I. L. V. — publ. placitum conv.: conc. — 7) prosequendo: C. R. 2. — prosequenda: C. R. 1. — ut custodiendum: Comp. I. L. I.
 Cap. II. 8) App. L. 55. Lips. XXXII. c. 8., Cass. XLI. G., Comp. I. b. t. c. 6. — 9) Aug. PP.: Comp. II. Ms. — Eugenius III. co. re. (i. e. concilio Remensi) Lips. — Alexander III. Norwicensi episcopo: App., quod non placet, quum ex concilio aliquo desumptum esse, ipsa verba doceant. Inter editos Rem. canones non exstat. — 10) pro cert.: omitt. Cass. — 11) abest ab ead. — 12) redarguere: App., Cass. — 13) diz. Chr.: omitt. Lips., Cass., Comp. I. — cf. Marc. XIV. 18. — 14) Si vero: App. — 15) pe-

lut: C. H. — 16) actorem: C. R. 1. — 17) fuerit: id., Cass. — 18) nominatum: Cass. — 19) add.: fidelium: C. H.
 Cap. III. 20) Restitutum ex App. XXXI. 7., Lips. XXXII. 3., Cass. XLI. 3., Comp. I. h. t. c. 3. — 21) Pro: Comp. I. Ms. — Inscr. omitt. App., Lips., Cass. — Duobus vel pluribus scriptum fuisse, ex Coll. eitt. lectione, quam suppeditabimus, suspicari licet. — 22) ut... observetur: App. — 23) dignum: Coll. eitt., Böhm. — 24) vestrae: Lips., Cass., Comp. I. — 25) iam pleb.: Cass. — Lam. pleb.: Lips. — 26) Pancracii: C. R. 1. H. L. — Pancratii: App. — Pancratii de lucrum: Cass. — Pancratii de Lucarum: Lips. — Pancr. de Lucer: Comp. I. Ms. — 27) in laic.: App. — 28) interdum interdicti: App. — 29) praecipis: App. — faciatis: Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 30) nec: App. — ut: Lips., Cass. — 31) eius: C. H. — 32) aliqua ratione: App. — nullatenus: Lips., Cass., Comp. I. — 32¹) relaxatis: Lips., Cass., Comp. I.
 Cap. IV. 33) Restitutum ex App. XV. 21., Lips. XXXII. 5., Cass. XLI. 5., Comp. I. h. t. c. 4. — 34) et ei suffr.: desid. in App. — 35) vos: App., Cass. — 36) plurimum: Lips. — 37) ordinationes clericorum: App. — 38) abest a C. R. 1., App., Lips. — 39) praesententur: Cass. — 40) nos: App., Cass. — 41) praesentationes: Cass. — 42) dissensio: Comp. I. — 43) emergit: C. R. H. L., Lips., Cass. — 44) quando illud: Lips.

praesentationem⁴⁵) non habet, vel quia personae minus idoneae vobis praesentantur, vel alia⁴⁶) de causa, de⁴⁷) iure personas non potueritis⁴⁸) in eis⁴⁹) instituere⁵⁰), "contradictione et" appellatione remota⁵¹) ponatis oeconomicos, qui debeant⁵²) "ecclesiarum" fructus⁵³) percipere, et eos⁵⁴) aut in ecclesiarum⁵⁵) utilitatem expendere, aut futuris personis fideliter reservare⁵⁶).

CAP. V.⁵⁷)

Si constat ordinario, quod absolutus a Papa suppressit veram causam, quare fuerit excommunicatus, debet illum remittere ad Papam. Si vero sibi non constat, est tamen sibi urgens suspicio contra eum, debet cogere eum se purgare.

Idem Cantuariensis⁵⁸) Archiepiscopo.

Ex parte tua nobis est constanti assertione propositum, quod interdum quidam pro certis causis excommunicati sedem apostolicam visitant, et reticentes causas, pro quibus sunt vinculo excommunicationis adstricti, de absoluteione sua literas deferunt, continentibus eos ad sedem apostolicam accessisse, et auditis confessionibus suis absoluteionis beneficium meruisse. Unde⁵⁹) Quia non consulere voluisti, utrum illorum⁶⁰) absoluteio⁶⁰) teneat, qui⁶⁰) occultatis excessibus, pro quibus excommunicati fuerant⁶¹), absoluteionis⁶²) beneficium⁶³) per sedem apostolicam⁶⁴) meruerunt, suae⁶⁵) excommunicationis causam aliam praefidentes, "tae consultationi" taliter⁶⁶) respondemus, quod, si ita tibi⁶⁷) constiterit, debes eos ecclesiastica censura compellere⁶⁸), cum literis tui rei veritatem continentibus ad sedem apostolicam redire. Si vero id tibi non constiterit, et eos suspectos habueris, quod confessi non fuerint veritatem, ipsos compellere debes exinde⁶⁹) coram te, quod⁷⁰) veritatem confessi fuerint⁷¹), purgationem praestare.

CAP. VI.⁷²)

Si ex desidia vel malitia delegati Papae quis perseverat in peccato, ordinarius loci potest supplere, non obstante, quod causa fuerit delegata commissi. Hoc dicit et est casus notabilis et singularis.

Coelestinus III.⁷³)

Significavit nobis tua fraternitas, quod quidam de parochianis tuis, quum pro illicita consanguinitatis et⁷⁴) affinitatis copula excommunicatione notantur, ad iudices remotiores ab apostolica sede literas impetrant⁷⁵) "commissionis." Per quas, quum ab excommunicatione fuerint absolutei, quia dicti delegati ad locum, ubi testes "consanguinitatis vel affinitatis" produci valeant, non accedunt⁷⁶), nec⁷⁷) aliquos pro eorum receptione transmittunt, in praenominata nefariae coniunctionis copula remanent, et causa debitum non sortitur⁷⁸) effectum. "Unde postulasti a nobis, quid sit tibi in tali articulo faciendum." Quum⁷⁹) itaque pro malitia vel desidia iudicis delegati non debeat quis ad remanendum in copula coniunctionis iniquae suffragium invenire, tale damus tuae fraternitati "in hac consultatione" responsum, quod⁸⁰), quotiens ea, quae praediximus, in tua dioecesi evenire contigerit⁸¹), licite potes taliter absoluteos in prius excommunicationis sententiam revocare, ipsosque tam diu eadem sententia tenere ligatos, donec causa in receptione testium et in⁸²) aliis legitimis incipiat habere progressum, "vel aliud exinde susceptas ab apostolica sede mandatum. Ceterum etc. [cf. c. 6. de test. cog. II. 21.]"

CAP. VII.⁸³)

Ordinarius supplet negligentiam abbatis, non revocantis monachum vagabundum.

Innocentius III. Ausitano⁸⁴) Archiepiscopo.

Quanto devotio religiosorum "virorum studiosius mandatis divinis

inharet, et creatori suo placere per opera sanctae conversationis intendit, tanto humani generis inimicus ad seductionem eorum suae fraudis malignitate laborat, et variis modis eis praestat materiam excedens, et animus eorum inextricabili laqueo mittitur irretire." Ad audientiam "siquidem" nostram noveris pervenisse, quod monachi, canonici⁸⁵) et alii regulares tuae provinciae⁸⁶), tuum deberent potius in claustro iuxta regularia constituta⁸⁷) divinis obsequiis vigilare, de obedientiis et redditibus, quorum curam gesserunt, pecunia congregata, claustrum abhorrentes, per curias principum et potentum discurrere⁸⁸) non verentur, "et muneribus suis illorum sibi favorem et gratiam acquirunt, ac de eorum familiaritate confisi in conventu suo graves dissensiones commoveant, et ceterorum humilitatem in spiritu arrogantiae contemnentis mandatis praelatorum suorum inobedientes et contumaces existunt, et contra illorum prohibitionem saecularium negotiorum sollicitudinibus se immergunt. Quoniam igitur propter hoc ordo religionis non modicum enervatur: fraternitati tuae per apostolica scripta" Mandamus, quatenus, quoscunque tales inveneris, nisi ad commonitionem tuam resipuerint, ut proprium⁸⁹) "suum" in manibus praelatorum suorum sine difficultate resignent, convertendum in utilitatem domus secundum abbatis consilium, et regularem vitam observent, si⁹⁰) praelati eorum post tuam⁹¹) commonitionem⁹²) id exsequi negligenter omiserint, per suspensionem officii et beneficii appellatione remota compellas. "Dat. Lat. XIV. Kal. Apr." [1198.]

CAP. VIII.⁹³)

Ab uno episcopo excommunicatus ab aliis est vitandus. Et archiepiscopo per querelam aditus, non absolvet, nisi primo mittat.

Idem Rothomagensis⁹⁴) Archiepiscopo et eius Suffraganeis.

Ad reprimendam malitiam perversorum poenae certae sunt in canonibus constitutae, quas, sicut latas a vobis interdum⁹⁵) in subditos vultis inviolabiliter⁹⁶) observari, ita latas ab aliis debetis inviolabiliter⁹⁷) observare. Ideoque⁹⁸) "per apostolica scripta" mandamus, quatenus sententias, quas "venerabilis frater noster" Lexoniensis⁹⁹) episcopus duxerit in subditos suos canonicè promulgandas, et vos ipsi servetis, et "eas" a vestris subditis faciatis¹⁰⁰) inviolabiliter observari. §. 1. Tu vero, frater archiepiscopo¹), quum excommunicationis sententia per appellationis non suspendatur obiectum, si quis excommunicatus ab episcopo²) de iniuria tibi fuerit excommunicatione conquestus, ad ipsum, ei quocumque episcopo deferens, absolvendum secundum ecclesiae formam remittas. Qui³) si "forte" noluerit ipsum⁴) absolvere, tu recepta cautione iuratoria absoluteionis munus ei poteris exhibere, ita tamen, quod, nisi legitime tibi⁵) constiterit, eum contra iustitiam excommunicatum fuisse, ex debito sibi iuramenti⁶) praecipias, ut super eo, de⁷) quo fuerit⁸) excommunicatione notatus⁹), eidem episcopo satisfaciatur competenter. Quod si facere "forte" contempserit, eum in excommunicationis sententiam¹⁰) appellatione remota reducere non omittas. "Dat. etc. Kal. Iun." [1198.]

CAP. IX.¹¹)

De causis subditorum archiepiscoporum et episcoporum suorum patriarcha non cognoscit, nisi per appellationem legitimam, aut vigore consuetudinis seu privilegii.

Idem Turonensis¹²) Archiepiscopo.

Duo simul, "consultationem scilicet et querimoniam, unica tuae fraternitatis petitio continebat, per quam a venerabili fratre nostro Hierosolymitano patriarcha conquerebaris, clericos tuos tecum iniuste gravari, qui eos, spreto tuo iudicio, coram quo parati

Cap. IV. 45) representationem: ead. — 46) aliter: Cass. — 47) vel de iure: eod. — 48) poteris: App., Cass. — poteritis: C. R. H. L., Comp. I. — nos pot.: omitt. Lips. — 49) ecclesiis: Lips., Cass., Comp. I. — ecclesiis ipsis: App. — 50) constituere: Lips. — 51) cessante: C. R. 1. H. L., Coll. citt. — 52) idoneos oec.: C. L. — 53) debent... redditus: App. — 54) fruct. earum: C. R. 1. — 55) eas: Böhm. — 56) personarum: Comp. I. — ipsarum: Cass. — ecclesiarum ipsarum: Lips. — 57) observare: App. — conservare: C. R. 2.

Cap. V. 57) Restitutum ex App. XXXI. 1., Lips. XXXII. 10., Cass. XLI. 8., Comp. I. h. t. c. 7. — 58) Exoniensis: App. — 59) illa: Coll. citt. — 60) excommunicatio: Cass. — 60*) si: Coll. citt. — 61) fuerunt: C. L., App. — 62) et abs.: Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 63) privilegium: App. — 64) per sed. ap.: omitt. Coll. citt. — a sede ap.: C. H. — 65) si ve: App., Comp. I. — 66) add.: tibi: C. R. 1. — 67) abest ab App. — 68) cogere: Coll. citt. — 69) deinde: C. H. — abest a Cass. — 70) quod si: Cont. — quod rei: Comp. I. — 71) sint: Cass.

Cap. VI. 72) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 73) Alexander III.: C. R. 1. — Clemens III.: Comp. II. Ms. B. (non exstat (excisus enim est dimidia folii pars) in Ms. A.) — 74) vel: Comp. II. — 75) impetrarunt: Comp. II. Aug. — 76) accedant: Comp. II. Ms. B. — 77) aut: Comp. II. — 78) sortiantur: Comp. II. Aug. — 79) Quum itaque dolus suus alicui patrocinari non debeat, nec etiam quis (abest ab Aug.) pro nullitia vel desidia iudicis delegati debeat (add.: qui: Aug.) Comp. II. — 80) si

quod praediximus: Comp. II. Ms. B. — 81) contingat: Comp. II. Aug. — continget: Ms. B. — 82) abest a C. H.

Cap. VII. 83) Restitutum ex Reg. Bal. I. 80. — Comp. III. h. t. c. 1. — 84) leg.: Auxitano: cum C. R. 1. L. (Auch*) — 85) can. regulares et alii: Comp. III. Aug. — 86) in tua prov. constituti: Comp. III., Reg. — 87) instituta: C. H. — regularem constitutionem: C. R. 1. — 88) recurrere: C. R. 2. — 89) add.: etiam: C. R. 1. — 90) et si: ib. — 91) abest ab eod. — 92) admonitionem: C. R. 2.

Cap. VIII. 93) Restitutum ex Reg. Bal. I. 228. — Comp. III. h. t. c. 2. — 94) Rotonen.: C. H. — seq.: et ei. suffr.: omitt. Comp. III. — 95) add.: sententias: C. L. — 96) inviolabiles: C. R. 2. L., Comp. III., Reg. — 97) inviolabiles: Comp. III. Aug. — 98) Inde est, quod universis. vestrae: Comp. III., Reg. — 99) Exon.: C. R. 1. — Lexoniensis: C. H. — Lexonen.: Cont., Comp. III. Aug. — leg. cum Böhm.: Lexoniensem (Lisieux*) — 100) faciatis: Böhm. — violari nullatenus permittatis: Reg. — 1) abest a Comp. III. — 2) ipso: C. R. 1. H. L., Comp. III., Reg. — 3) Quod: Comp. III. Aug. — 4) illum: C. R. 1. H. L., Comp. III., Reg. — eum: C. R. 2. — 5) abest a C. L. — 6) iuramento: C. L., Comp. III. Aug., Böhm. — 7) abest a C. H. — 8) fuerat: ib. — 9) notatus: C. L. — 10) sententia: ib.

Cap. IX. 11) Restitutum ex Reg. Bal. I. 515. — Comp. III. h. t. c. 3. — 12) Tyrensi: Comp. III. Ms. — leg.: Tyrensi: cum C. R. 1. H., Comp. III. Aug., Reg.

sunt de se querimoniam deponentibus iustitiam exhibere, licet ad eam per appellationem causa minime deferatur, coram se respondere compellit, et utrum ad id possint de iure compelli, per nostras postulabas literas edoceri. Volentes igitur tibi super gravaminibus providere praedictis. Consultationi tuae taliter respondemus, quod quum sit in canonibus diffinitum, primates vel patriarchas nihil iuris prae ceteris habere, nisi quantum sacri canones concedunt, vel prisca illis consuetudo contulit ab antiquo, ita, ut secundum Nicaenas regulas sua privilegia serventur ecclesiis, praeterquam si apostolica sedes aliquam ecclesiam vel rectorem ipsius quolibet speciali privilegio decreverit honorare, de fratrum nostrorum consilio respondemus, quod, quum clerici tui coram te voluerint stare iuri, compelli non debent iudicium eiusdem patriarchae subire, nisi causa forsitan per appellationem ad eius audientiam perferatur, aut, quod non credimus, ei aliquid super hoc a sede apostolica sit indultum. Dat. Lat. Non. Ian. [1199.]

CAP. X. 24)

Archiepiscopus impeditus potest consecrationem sui suffraganei alteri committere, et consecrandus tenetur ab illo commistario munus consecrationis recipere.

Idem Turonensi Archiepiscopo.

Quod sedem apostolicam consulis super his, quae tibi dubia existunt, gratum gerimus et acceptum, et tua exinde fraternitas merito videtur commendanda, quum lex divinae constitutionis eandem sedem totius posuerit orbis terrarum magistratam, ut quicquid dubitatur ab aliquo, ab ea tandem eiusdem ratio requiratur. Nos siquidem consulimus, utrum, si forte aliqua infirmitate vel alia iusta causa detentus aliquem suffraganeorum tuorum consecrare non posses, alicui coepiscoporum tuorum vices tuas committere licitum tibi esset, et utrum electus, qui pro consecratione instaret, ab eo, cui vices tuas taliter commisisses, deberet licite consecrari? In quo Consultationi tuae taliter respondemus, quod in tali articulo constituto et tuas vices, ut dictum est, tibi committere licet, et consecrandus munus debet ab eo consecrationis accipere, cui eas duxeris committendas, dummodo catholicus habeatur, et impedimentum ei subtrahere gratiae apostolicae sedis non obsistat. Dat. Lat. XVI. Kal. Ian. [1199.]

CAP. XL 36)

Archiepiscopus causam ad se per appellationem delatam subditis suffraganei committere potest, non tamen ad ipsum suscipiendam compellere potest. H. d. usque ad §. Praeterea. — §. 1. Mortuo delegato Papae, qui excommunicavit reum, vel actorem in possessionem induxit, si eius successor in delegatione succedit, absolvens et restituere possessionem poterit, alius solum Papa restituit et absolvet, praeterquam in mortis articulo; ne tamen curral annullis praescriptio, reus coram ordinario, vel publicis personis de stando iuri cautionem praestabit. Hoc dicit.

Idem Episcopo Helicensi.

Pastoralis officii (Et infra: [cf. c. 28. de off. iud. del. I. 29.]) Ex parte tua fuit insuper quaesitum, utrum, si aliqua causa fuerit ad archiepiscopum per appellationem delata, possit eandem iure ordinariae potestatis suffraganei sui subdito delegare, vel animadvertere in eundem, si causam renuerit suscipere delegatam? Ad quod utique respondemus, quod archiepiscopus ipsum ad suscipiendam delegationem huiusmodi compellere nequit invitum, quum in eum, exceptis quibusdam articulis, nullam habeat potestatem, licet episcopus suus eidem sit metropolitana lege subiectus. Praeterea etc. [cf. c. 28. de off. iud. del. I. 29.] §. 1. Edoceri Praeterea postulasti, an alicui liceat sine speciali mandato apostolicae sedis, delegato, qui reum propter contumaciam manifestam excommunicationis vinculo innodavit, vel petiorem causa rei servandae in possessionem petitorum in-

duxit, rebus humanis exempto, eidem volenti iuri parere absolutionis beneficium impertiri, et possessionem restituere infra annum, sufficienti recepta primitus cautione? Ad quod utique dicimus, quod, quum delegatus, quantum ad illud sit maior ordinario, sine mandato summi Pontificis excommunicatus ab huiusmodi delegato non potest per alium, praeterquam in mortis articulo, absolutionis gratiam obtinere, nisi forsitan delegatus talis extiterit, cui alius succedat in onere et honore. Nec per alium; quam per summum Pontificem recuperare poterit possessionem amissam. Verumtamen, ne alius post annum verus efficiatur possessor, coram ordinario, vel si eius copiam habere nequiverit, coram publicis et honestis personis, ut quasi praescriptionem interrumpat anualem, offerre ac praestare, quod iuri parebit, poterit cautionem, ut sic post annum recuperare possessionem per sedem apostolicam mereatur. Quaesivisti etc. [cf. c. 53. de app. II. 28.] Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Ian. [1204.]

CAP. XII 47)

Papa per rescriptum, quo mandat ordinario, ut subditos suos corrigat, non facit ex hoc ipsum delegatum, ideo ab eo poterit appellari ad proximum superiorem, sicut, si Papa nullum mandatum fecisset. Hoc dicit.

Idem Archiepiscopo Senonensi.

Licet in corrigendis excessibus iuxta canonicas sanctiones appellatio sit diffugium interclusum, et ideo venerabilis frater noster Parisiensis episcopus a nobis receperit in mandatis, ut tam circa monachos et alios viros religiosos, quam etiam clericos saeculares suae iurisdictioni subiectos, qui multa et gravia crimina committere proponunt, quae credunt non solum in animarum dispendium, sed etiam in scandalum plurimorum, inquirat et corrigat appellatione remota quae viderit corrigenda, statuens ad reformationem eorum quod regulare fuerit et honestum; quia tamen intentionis nostrae nec fuit, nec esse debuit, iurisdictioni tuae per mandatum huiusmodi derogare: praesentium auctoritate duximus declarandum, quod, si forsitan inquisitionibus ab eodem episcopo, non tanquam delegato, sed tanquam ordinario faciendis, aliquis casus emergerit, in quo licitum sit ad sedem metropolitanam appellare, praedicti occasione mandati auctoritati tuae, quo minus ad te tanquam ad metropolitanam appellari valeat, nolumus aliquatenus derogare. Tu tamen etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Ian. Ao. X. [1208.]

CAP. XIII 59)

Praelati subditos corrigunt et reformant, appellatione remota, vel consuetudine non obstante. Si tamen capitulum consuevit corrigere excessus canonicorum, si infra terminum ab episcopo praefigendum non facit, ipse episcopus hoc faciet. Hoc dicit usque ad §. Ceterum. — §. 1. Si canonici sine manifesta et rationabili causa, maxime in contemptum episcopi, cessant a divinis, episcopus cessationem non serubuit, et metropolitanus vice Papae cognoscet. Hoc dicit. — §. 2. Praelatus in impositione poenae cavere debet a quaestu pecuniae, et ab omni alio gravamine. H. d. usque ad finem.

Idem in concilio generali.

Irrefragabili constitutione sancimus, ut ecclesiarum praelati ad corrigendum subditorum excessus, maxime clericorum, et reformandos mores prudenter ac diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. Ut autem correctionis et reformationis officium libere valeant exercere, decernimus, ut executionem ipsorum nulla consuetudo vel appellatio valeat impedire, nisi formam in talibus excesserint observandam. Excessus tamen canonicorum cathedralis ecclesiae, qui consueverunt corrigi per capitulum, per ipsum in illis ecclesiis, qui talem iurisdictionem episcopi corrigantur infra terminum competentem ab eo praefigendum, alioquin ex tunc episcopus Deum habens prae oculis, omni contradictione cessante ipsos, ut animarum cura

Cap. IX. 13) et consult. t. (consultationibus tuis: Reg.) quod canones sentiunt respondere: Comp. III, Reg. — 14) abest a Comp. III, et Reg. — 15) canone: C. H. — cf. c. 8. C. IX. qu. 3. — 16) abest a Comp. III. — 17) privilegii: Reg. — 18) et: C. R. L., Comp. III, Reg. — 19) abest a C. H. — eis: C. R. L. — 20) antiquam: Böh. — 21) abest a C. L. — 22) proferatur: C. H. — 23) super hoc: omitt. Comp. III, Reg.

Cap. X. 24) Restitutum ex Reg. Bal. II. 77. — Comp. III. h. t. c. 4. — 25) Cyrenensi: C. L. — 26) sede apostolica: ib. — 27) consulere voluisti: C. R. L. — decrevisti providere consulendos: Comp. III, Reg. — 28) aliqua: C. H. — 29) de causa: Comp. III. — 30) utrum al.: C. L. — 31) tale datum cons. tuae responsum: Comp. III, Reg. — 32) add.: legi C. R. L. — 33) abest ab eod. — 34) recipere: C. R. L., Reg. — 35) abest a Comp. III, Reg.

Cap. XI. 36) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 169. — Comp. III. h. t. c. 5. — 37) requisitum: C. R. H. L., Comp. III, Reg. — 38) an possit: C. R. L. — 39) add.: breviter: C. H. — 40) eum: C. H. — 41) metropolitana: C. R. L., Comp. III, Reg. — 42) add.: ordinario: C. L. — 43) abest

a C. R. 2. — rei: C. R. 1. — 44) intra: Cont., Böh. — 45) nequiverint: C. R. 1. — 46) parebit: C. L.

Cap. XII. 47) Restitutum ex Reg. Bal. X. 171. — Comp. III. h. t. c. 6. — 48) iuxta can. sanct.: omitt. C. R. H. E. — 49) Parisien.: Comp. III. Aug. — 50) recepti: C. L., Comp. III. Aug. — 51) abest a Comp. III. et Reg. — 52) gravamina: Comp. III. Ms. — 53) abest a C. R. H. L. — Comp. III., Reg. — 54) proponuntur: ib. — 55) statuentes: C. L. — 56) non: C. H. — 57) abest a C. R. 1. — 58) derogari: Comp. III. Ms., Reg.

Cap. XIII. 59) Restitutum ex conc. Lat. IV. (A. 1215.) c. 7. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 60) Lateran.: Comp. IV. — 61) corrigendos: C. R. 2., conc. ap. Mans. — 62) et ad: C. R. 2., Mans. — 63) reformandum: Comp. IV. Ms. A., conc. Ms. — 64) exquiratur: Comp. IV. Ms. A. — 65) decrevimus: Comp. IV. Ms. A. B. — 66) ipsius: Comp. IV., conc. Ms. — 67) vel app.: omitt. Comp. IV. — 68) ipsi: conc. Ms. — 69) quae: C. H. L., Comp. IV., conc. — 70) et: C. R. L., Comp. IV., conc. — 71) episcopo: C. R. 1. H. L., Comp. IV. Ms. A. — 72) praefigantur: Comp. IV. Ms. A. — 73) prout: ib. — prout... exegerit: conc.

requirit, per censuram ecclesiasticam corrigere non postponat. *Sed et alius eorum excessus corrigere non omittat, prout animarum causa requirit, debito tamen in omnibus ordine obseruato.*
§. 1. Ceterum si canonici absque manifesta et rationabili causa, maxime in contemptum episcopi, cessauerint a diuinis, episcopus, si voluerit, nihilominus celebret in ecclesia cathedrali⁷⁴), et metropolitani ad querelam ipsius, tanquam super hoc delegatus a nobis, taliter eos per censuram ecclesiasticam cognita veritate castiget, quod metu poenae talia de cetero non praesumant. **§. 2.** Prohibeant itaque diligenter ecclesiarum praelati, ut hoc salutare⁷⁵) statutum ad quaestum pecuniae vel gravamen aliud⁷⁶) non conuertant, sed istud⁷⁷) studiose ac fideliter exaequantur, si canonicam velint⁷⁸) effugere ultionem, quoniam super his sedes apostolica auctore Domino atteritissime vigilabit.

CAP. XIV.⁷⁹)

Quum in civitate vel dioecesi sunt populi diversarum linguarum, episcopus debet providere eis per viros idoneos, qui secundum varietatem linguarum officii eis celebrent, et sacramenta ministrent. Et si urgens est necessitas, constituet sibi vicarium pontificem illius linguae; non tamen propter hoc eandem dioecesim debet habere duos episcopos.

Idem in eodem.

Quoniam in plerisque partibus infra⁸⁰) eandem civitatem atque dioecesim permixti sunt populi diversarum linguarum, habentes sub una fide varios ritus et mores, districte praecipimus, ut pontifices huiusmodi civitatum⁸¹) sive dioecesium provideant⁸²) viros idoneos, qui secundum diversitates⁸³) rituum et linguarum divina⁸⁴) illis officia celebrent et ecclesiastica sacramenta ministrent⁸⁵), instruendo eos verbo pariter et exemplo. Prohibemus autem omnino, ne una eademque civitas sive dioecesis diversos pontifices habeat, tanquam unum corpus diversa capita, quasi monstrum. Sed si⁸⁶) propter praedictas⁸⁷) causas urgens necessitas postulaverit, pontifex loci catholicum praesulem nationibus⁸⁸) illis conformem provida deliberatione constituat sibi vicarium in praedictis, qui ei per omnia sit obediens et subiectus. Unde, si quis⁸⁹) aliter se ingesserit⁹⁰), excommunicationis se noverit mucrone percussus, et, si nec sic resipuerit, ab omni ministerio⁹¹) ecclesiastico deponendum⁹²), adhibito, si necesse fuerit, brachio saeculari ad tantam insolentiam repellendam⁹³).

CAP. XV.

Episcopi, qui per se non possunt, tenentur assumere idoneos, qui suppleant suo loco quoad praedicationes, visitationes et confessionum auditiones; et ut possint episcopi reperire tales, praecipit in ecclesiis cathedralibus et collegiatis tales institui.

Idem in eodem.⁹⁴)

Inter cetera, quae ad salutem spectant populi Christiani, pabulum verbi Dei permixtissime sibi noscitur esse⁹⁵) necessarium, quia, sicut corpus materiali, sic anima⁹⁶) spirituali cibo nutritur, eo, quod⁹⁷) non in solo pane vivit homo, sed in⁹⁸) omni verbo, quod procedit de⁹⁹) ore Dei. Unde, quum saepe contingat, quod episcopi propter¹⁰⁰) suas¹) occupationes multiplices, vel inavetudines corporales, aut hostiles incursus, seu occasiones alias²), ne dicamus defectum scientiae, quod in eis reprobandum est omnino, nec de cetero tolerandum, per se ipsos non sufficienti ministrare populo³) verbum Dei, maxime per amplas dioeceses et diffusas⁴): generali constitutione sancimus⁵), ut episcopi viros idoneos ad sanctae praedicationis officium salubriter exsequendum assumant, potentes in opere et sermone, qui plebes sibi commissas vice ipsorum, quum per se iidem⁶) nequiverint, sollicito visitantes, eas⁷) verbo aedificent⁸) et exemplo, quibus ipsi, quum indigerint, congrue⁹) necessaria subministrant¹⁰), ne pro necessarium defectu compellantur desistere ab incepto. Unde praecipimus, tam in cathedralibus

quam in aliis conventualibus ecclesiis viros idoneos ordinari, quos episcopi¹¹) possint coadiutores et¹²) cooperatores habere, non solum in praedicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus et¹³) poenitentis iniungendis, ac ceteris, quae ad salutem pertinent animarum. Si quis autem¹⁴) hoc¹⁵) adimplere neglexerit, districtae subiaceat ultioni.

CAP. XVI.¹⁶)

Episcopus in ecclesiis dioecesis suae debet esse contentus iuribus episcopalibus, et quae sint iura episcopalia declarat.

Honorius III. Episcopo Assisinate.¹⁷)

Conquerente oeconomio monasterii sancti Benedicti montis Subassii¹⁸) nobis innotuit, quod tu iuribus episcopalibus non contentus, quae in ecclesiis seu capellis eiusdem monasterii debes¹⁹) habere, a quibusdam earum procuracionem exigis, quas ad dandam procuracionem minime sufficere proponebat, petens, *ut iure tuo contentus existens a molestatione dictarum ecclesiarum super ceteris desisteres, postulans etiam ad omnem litem materiam in posterum amputandam,* ut specificares, quae tibi ratione iuris episcopalis competere in eisdem, quorum²⁰) quibusdam *in iuribus episcopalibus* specificatis *hinc inde* lia fuit *super praemissis* legitime contestata. Nos autem, inspectis probationibus *utrinque receptis,* et quae ab utraque parte fuerit proposita *plenius* intellectis, decrevimus²¹), ut in ecclesiis seu capellis²²) tuae dioecesis, ad monasterium ipsum spectantibus, habeas canonicam obedientiam, subiectionem et²³) reverentiam, institutionem et destitutionem, correctionem et reformationem, ac²⁴) censuram ecclesiasticam²⁵), iurisdictionem quoque causarum omnium ad forum ecclesiasticum de iure spectantium, poenitentias et sacramentorum omnium, quae ab episcopo sunt recipienda, collationem, synodum et²⁶) synodatici seu cathedralici nomine duos solidos *Luceusis monetae,* quartam decimationum et mortuariorum, visitationem quoque annuam, ita, quod, quum ad eas visitandas accesseris, non amplius procuracionis nomine requiras ab eis, nisi quantum, pensatis facultatibus earundem, moderate poterunt²⁷) exhibere, ne²⁸) plus ceteris capellis²⁹) eiusdem dioecesis in procuracionibus³⁰) *nullatenus* onerentur, *et ecclesiam S. Pauli de Assisia a procuracionis onere penitus relevamus.* Tu autem his iuribus in praefatis ecclesiis contentus existens, non³¹) amplius ab eis exigas praeter moderatum auxilium, quod iuxta formam Lateranensis concilii, si manifesta et³²) rationalis causa extiterit, cum caritate postulandum, sicut ab aliis ecclesiis eiusdem dioecesis pro necessitate³³) temporis sustinemus.

CAP. XVII.³⁴)

Episcopus visitans monasterium non introducat saeculares, sed duos aut tres canonicos suos cum aliquibus religiosis.

Idem Abbati et Conventui sancti Remigii.³⁵)

Ut iuxta³⁶) *illius supremi post Christum pastoris edictum pastor forma factus gregis ex animo dignoscitur, non dominandi libidine, sed amore recte regendi debet illum salubriter visitare, sic excessus delinquentium quantum potest corrigens, ne revalet, sic increpans, ne confundat: quia, quum iuxta sapientis edictum secreto sit arguendus amicus, amicitiae legem violare videtur, si contra palam arguat exprobrando.* Attendentes igitur, quod inecceps est, ut *venerabili fratri nostro* Remensi archiepiscopo in³⁷) monasterio vestro visitationis officium exercente saeculares intersint³⁸), per quos possit in claustrum dissolutionis materia provenire, *quum nequaquam bene in claustralibus inducantur: auctoritate praesentium* firmiter inhibemus, ut nullos de cetero saeculares in capitulum, nisi duos vel tres de canonicis ecclesiae suae in decenti habitu, *ritus* alios, quos³⁹) expedire viderit, religiosis adiunctis, secum visitationis tempore introducat.

Cap. XIII. 74) eadem: conc. Ms. — 75) salubre: C. R. 1. — 76) aliquod: conc. Ms. — 77) illud: C. R. 1. H. L., Comp. IV. Aug., Ms. A., conc. — 78) voluerint: C. R. 1., Comp. IV. Aug., Ms. A., conc.
 Cap. XIV. 79) c. 9. conc. eiusd. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 80) intra: Comp. IV., conc., Cont., Böhm. — 81) huius civitatis: Comp. IV. Aug. — 82) eisdem pro: ead. — 83) diversitatem: C. H. — 84) abest a Comp. IV. Ms. A. — 85) illis min.: ead. — 86) add.: forte: C. R. 1. — 87) praescriptas: C. R. 2. H. L., Comp. IV. — 88) omitt. C. H. — 89) aliquis: C. R. 1. — 90) gesserit: conc. Ms. — 91) beneficio: Comp. IV. Ms. A. — 92) deponatur: conc. — 93) compescendum: Comp. IV. Ms. A., conc.
 Cap. XV. 94) c. 10. conc. eiusd. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 95) abest a C. H. L., Comp. IV., conc. Ms. — 96) et an.: C. R. 1. — 97) Matth. IV. 5. — 98) de: conc. Ms. — 99) ex: C. R. 2. L., Comp. IV. Aug. — verb.: quod — Dei: omitt. Comp. IV. Ms. B. — 100) vel pr.: C. R. 2. — 1) abest a C. R. H. L., Comp. IV., conc. — 2) aliquas: C. R. 1. — 3) omitt. Comp. IV. Aug. — 4) effusus: Böhm. — 5) sanxit: Comp. IV. Ms. A. — 6) id: C. R. 2. — eadem: Comp. IV. Aug. — idem: Comp. IV. Ms., conc. — 7) eos: ead. — 8) add.: pariter: C. R. 1. — 9) abest a Comp. IV. Aug., Ms. B.

— congruentiam subm.: Ms. A. — 10) subministrant: C. L. — ministrent: conc. — 11) ipsi: Comp. IV. Ms. A. — ep. poterunt: C. R. 2. — 12) vel: Comp. IV. Ms. A. — 13) abest a C. R. 2., Comp. IV. Ms. A. — 14) omitt. Comp. IV. Aug. — 15) abest a C. H. — 16) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 17) Assinat.: C. R. 1. — Assinati: C. L. — Assisinate: C. R. 2., — Assinat.: Comp. V. Ms. — Assisiani: Comp. V. Cir. — 18) Subassii: C. L. — leg. cum Comp. V.: Subassii (Subiacco). — 19) debebas: Comp. V. — 20) abest ab ead. — 21) decernimus: ead. — 22) sup. ad dictum mon. in dioec. Assisiani (Assisinate): Ms. spectantibus: ead. — 23) subi. et: omitt. Comp. V. Ms. — et: abest a Comp. V. Cir. — 24) omitt. Cir. — 25) ecclesias: id. — 26) seu: C. R. 1. — 27) poterunt: Comp. V. — 28) nec: C. R. H., Comp. V. Cir. — 29) add.: seu ecclesias: C. H. — 30) procuracione: Comp. V. — 31) nil: C. R. 1. — 32) abest a Böhm. — 33) necessitatibus: C. R. 1.
 Cap. XVII. 34) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 35) add.: Rem. (i. e. Remensis): C. H. L., Comp. V. — 36) Ex iusta: C. R. 1. — 37) in eos vel monasterium vestrum: Comp. V. — 38) int. personae, per quas: C. R. 1. — 39) quot: C. R. 1. L., Comp. V.

CAP. XVIII.⁴⁰⁾

Les dioceses et les iurisdictionis sunt diversae, unde res iudicata in una non obstat agenti in alia.

Idem Episcopo Baticensi⁴¹⁾ et Archidiacono Rothomagensi.

Dilectus filius abbas monasterii Rothomagensis⁴²⁾ *Venetensis diocesis coram* nobis⁴³⁾ exposuit, quod tertia pars emendarum, quas homines quinque parochiarum, *quae sui conventus sunt usibus deputatae*, pro auis excessibus solvere compelluntur, ad suum spectat monasterium ab antiquo, *et quod inter ipsos homines orta ecclesiastica quaestione citatio ad eundem, sed examinatio et decisio quaestioni ad venerabilem fratrem nostrum Venetensem episcopum et ipsum abbatem pertinent in communi.* Quumque *felicis memoriae* Innocentius Papa praedecessor noster, *conquerente ipso abbate, quod praefatus episcopus super hoc inquietabat eundem*, vobis *de assensu partium* dederit in mandatis, ut, *vocatis partibus et auditis hinc inde propositis, causam remitteretis ad eum⁴⁴⁾ sufficienter⁴⁵⁾ instructam, dictus episcopus processum vestrum⁴⁶⁾ diutius impedivit occasione cuiusdam sententiae, quae super quibusdam ecclesiis quoad legem dioecesanam⁴⁷⁾ promulgata existit⁴⁸⁾ pro eodem. Unde praefatus abbas nobis humiliter supplicavit, ut quum citatio, causarum examinatio et⁴⁹⁾ decisio, ac emendae ad legem iurisdictionis pertinere noscantur⁵⁰⁾, non sineremus sententiae memoratae praetextu negotii processum⁵¹⁾ ulterius impediri. Quum igitur⁵²⁾ praedicta de lege iurisdictionis existant, *discretionis vestrae* mandamus, quatenus huiusmodi sententia non obstante procedatis in negotio iuxta traditam vobis formam.*

CAP. XIX.

Per rescriptum, quo Papa mandat ordinario, ut corrigat clericos suae diocesis, non datur ei iurisdiclio super exemptos.

Gregorius IX. Episcopo Suanensi.

Grave gerimus, quod, quum in ecclesiam sanctae Mariae de Orbitello⁵³⁾, et quasdam alias⁵⁴⁾ in tua dioecesi existentes, ad monasterium sancti Anastasii de Urbe spectantes, nullam iurisdictionem habeas ordinariam aut etiam delegatam, occasione literarum nostrarum, quas super correctione clericorum tibi transmisimus, in eas interdicti, ac in clericos earundem suspensionis sententias promulgasti, quamquam abbas eiusdem monasterii eos corrigere sit paratus. (*Et infra*) Mandamus, quatenus, si est ita, prudenter corrigens⁵⁵⁾ per te ipsum quae minus provide attentasti, praedictas sententias sine difficultate relaxas⁵⁶⁾.

CAP. XX.

Ordinarius, cui competit absolvere ab excommunicatione, potest alii absolutionem demandare.

Idem.

His⁵⁷⁾, quibus ex officio in certis casibus competit illos absolvere, qui pro violenta manuum iniectioe in canoem sententiae promulgatae, licet⁵⁸⁾ aliis huiusmodi absolutionem committere, quum viderint expedire.

TITULUS XXXII.

DE OFFICIO IUDICIS.

CAP. I.¹⁾

Ad officium iudicis etiam delegati spectat providere advocatum parti, quae non potest habere; et poterit dare domesticum.

Honorius III. Archiepiscopo²⁾ sancti Leonardi et Abbati Salernitano.

Ex literis vestris accepimus, quod, quum causam, quae inter "di-

lectos filios" abbatem et conventum³⁾ Fossae novae ex parte una, et abbatem et conventum monasterii Cavensis⁴⁾ "Salernitanae diocesis" ex altera super quibusdam possessionibus monasterii sancti Petri de Almaghia⁵⁾ vertebatur⁶⁾, "quas bonae memoriae frater Silvester monachus Fossae novae, quum idem S. Petri monasterium visitasset, eidem abbati et conventui Cavensi remittit in eiusdem monasterii S. Petri praedictum et gravamen, vobis duximus committendam," quia "partibus in vestra praesentia constitutis" par praedicti⁷⁾ monasterii "S. Petri" proposuit, quod "aliquem de civitate Salernitana" habere non poterat advocatum, vestrum super hoc implorandum officium, tu, frater archiepiscopo, eidem⁸⁾ de magistro R. "Capuda, Aquensi thesaurario," clerico tuo, ad exhibendum in causa ipsa patrocinium providisti. Verum frater Stephanus⁹⁾ "prior S. Mariae de Dompno" Cavensis monachus "pro monasterio suo" proposuit, in¹⁰⁾ praedictum eiusdem monasterii factum esse eo, quod dictus¹¹⁾ R. clericus¹²⁾ "et" domesticus tuus erat. "Nos igitur decisionem negotii nolentes frivolis exceptionibus impediri, causam ipsam ad vos duximus remittendam; per apostolica vobis scripta" Mandamus¹³⁾, quatenus, hoc non obstante, in negotio ipso, "sublato appellationis obstaculo, sine mora suspendio" ratione praevia procedatis "iuxta priorum continentiam literarum etc."

CAP. II.

Quum imploratur officium nobile, fit litis contestatio; secus in mercenario.

Gregorius IX.

Iudicis officium, ubicunque pro actione proponitur, veluti quum restitutio in integrum principaliter postulatur, litis contestationem exposcit; alias ante et post ingressum causae potest ad hoc sine litis contestatione haberi recursus.

TITULUS XXXIII.

DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

CAP. I.¹⁾

Prius ordinatus, ceteris paribus, prior et maior habendus est.

Gregorius²⁾ Augustino Anglorum Episcopo,

Quum certum *sit, pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia aeterni regni praemia reservari, nobis tamen eis necesse est bonorum beneficia tribuere, ut in spiritualis operis studio ex remuneratione valeant multiplicius insudare. Et quia nova Anglorum ecclesia ad omnipotentis Dei gratiam eodem Domino largiente et te laborante perducta est, usum tibi pallii in ea ad sola missarum solennia agenda concedimus ita, ut per loca singula duodecim episcopos ordines, qui tuae ditioni subiaceant, quatenus Londoniensis civitatis episcopus semper in posterum a synodo propria debeat consecrari, atque honoris pallium ab hac sancta et apostolica, cui auctore Deo inservio, sede percipiat. Ad Eboracam vero civitatem te volumus episcopum mittere, quem ipse iudicaveris ordinandum, ita, ut si eadem civitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipse quoque duodecim episcopos ordinet, ut metropolitani honore perfruatur, quia ei quoque, si vita comes fuerit, pallium tribuere Domino favente disponimus; quem tamen tuae fraternitatis volumus dispositioni subiacere. Post obitum vero tuum ita episcopis, quos ordinarerit, praesit, ut Londoniensis episcopi nullo modo ditioni subiaceat." Sit vero inter Londoniae et Eboracae civitatis episcopus in posterum honoris ista distinctio³⁾, ut ipse prior et maior habeatur, qui prius communitatis consilio⁴⁾ et concordia fuerit actione ordinatus. Tua vero etc. Dat. die X. Kal. Jul., imperante domino nostro Mauricio Tiberio piissimo Augusto Ao. XIX. post consulatum eiusdem domini Ao. XVIII., Ind. IV." [603.]*

Cap. VIII. 40) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 4. — 41) Briocensi: C. R. 1. — Episc. Brioceni. et abb. de Sagenio (Savigeno): Ms., leg.: Savigeno, et archidiacon. Recom.: Comp. V. — 42) Rothomensis: C. L., Comp. V. — 43) abest a C. R. H. — 44) ipsum: Comp. V. Cir. — 45) abest a C. R. 1. — 46) nostrum: Comp. V. Cir. — 47) diocesis: ead. — 48) existit: C. R. — 49) abest a C. L. — 50) nascuntur: ib. — 51) add.: huiusmodi: C. R. 1. — 52) ergo: C. R. H. L., Comp. V.

Cap. XIX. 53) Orbicello: Cont. — 54) add.: ecclesias: C. R. H. L. 55) corriges: C. L. — 56) relaxans: C. H. — 57) eis: C. R. H. L. — 58) licet: C. R. — TIT. XXXII. Cap. I. 1) Restitutum ex Comp. V. c. 1. de postul. I. 21. — 2) Archiep. et S. Leonis abb. Salern.: C. R. 1. — archiep. et S. Leonardi (Leonardi): L. — abb. Sal.: C. R. 2. H. L. — archiepiscopo, S. Leon-

ardi et S. Benedicti abbati Salernitan.: Comp. V. — verb.: abb. Sal.: omittit Comp. V. Ms. — 3) add.: monasterii: C. L. — 4) Cavensis: C. R. 2. per tot. — 5) Almasia: C. R. H., Comp. V. Ms. — Delamasia: C. L. — 6) abest a Comp. V. — 7) dicti: C. R. H. L., Comp. V. — 8) ei: C. R. 1. L. — 9) S.: Comp. V., Cont., Böhmer. — 10) hoc in: C. R. 1. — quod id... factum fuerat: Comp. V. — 11) add.: magister: C. H. — 12) clericus et don.: C. H. L. — 13) mandantes, quatenus exceptione huiusmodi non obstante: Comp. V.

TIT. XXXIII. Cap. I. 1) Restitutum ex Reg. Greg. XI. 65. — App. XLIV. 1., Lips. LVI. 1., Cass. LV. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Greg. IX.: C. H. — 3) discretio: Cass. — 4) cum unitatis cons.: C. L., Comp. I. — qui prius fuerit (omitt. App.) ordinatus. Communi autem consilio et concordia actione quaecunque: App., Lips., Cass., Reg.

CAP. II.

Veniens contra decretum vel constitutionem episcopi, debet excommunicari.

Idem.⁵⁾

Si quis venerit contra decretum episcopi, ab ecclesia abiciatur. In libro Regum legitur⁶⁾: „Qui non obedierit principi, morte moriatur.“ Et⁷⁾ in concilio Agathensi⁸⁾, quod anathematizetur⁹⁾.

CAP. III.¹⁰⁾

Clericus administratione carens non tenetur ad iuramentum obedientiae, vel ad faciendam scripturam super ea.

Leo Papa¹¹⁾

Legebatur „quoque“ in literis tuis, „quas iidem diaconi detulerunt,“ quod frater Atticus¹²⁾ „Thessalonicam venisset, quodque consensum suum etiam scripturae professione signasset, ut de illo non aliud a nobis posset intelligi, quam proprii arbitrii et spontaneae devotionis fuisse, quod venerat, quodque“ chartulam de obedientiae sponione conscripserat¹³⁾, in qua¹⁴⁾ signum prodebat iniuriae. Non enim necessarium fuerat¹⁵⁾, ut oligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso iam voluntarii adventus officio comprobabat¹⁶⁾. „Unde deplorationibus etc.“

CAP. IV.¹⁷⁾

Ab omnibus de dioecesi obediendum est episcopo.

Clemens Papa III.¹⁸⁾

Omnes principes terrae et ceteros¹⁹⁾ homines episcopis obedire, et capita sua submittere, eorumque adiutores existere, beatus Petrus²⁰⁾ praecipiebat, „ut omnes etc.“

CAP. V.²¹⁾

Non obediens canonicis institutis incurrit inobedientiae notam, id est infamiam.

Innocentius III. Capitulo Herbipolensi.²²⁾

Illud Dominus in beato Petro (Et infra: [cf. c. 5. de cler. ex. r. 27.]) Munitiones autem et oppida Herbipolensis ecclesiae in utilitatem illius se asseruit tenuisse, ne, si ad alienas manus forsitan devenissent, non esset qui ea postmodum liberasset. Sed quum spiritualia sint temporalibus digniora, et obedientia melior sit quam victima²³⁾, et auscultare magis quam adipem arietum offerre, non debuerat²⁴⁾ Hildesemensis²⁵⁾ episcopus pro temporali commodo „Herbipolensis ecclesiae“ obedientiae notam incurrere, et apostolicis iussionibus contraire.

CAP. VI.²⁶⁾

Imperium non praestet sacerdotio, sed subest, et ei obedire tenetur. Vel sic: Episcopus non debet subesse principibus, sed praesesse. H. d. et est multum allegabile.

Idem illustrissimo Constantinopolitano²⁷⁾ Imperatori.

Solidae benignitatis affectu „recepimus literas, quas per dilectum filium archidiaconum Durachiti, zirum providum et fidelem, imperialis nobis excellentia destinavit, per quas intelleximus, quod literas, quas per dilectum filium I. capellanum nostrum, tunc apostolicae sedis legatum, tibi transmisimus, imperio tuo praesentatae fuerant et perfectae.“ §. 1. Mirata est imperialis sublimitas, „sicut per easdem nobis literas intimasti,“ quod te nisi²⁸⁾ fuimus in nostris²⁹⁾ literis „aliquantum“ increpare, „licet non increpandi animo, sed affectu potius communendi quod scripsimus meminimus nos scripsisse.“ Huic autem tuae admirationi non causam, sed occasionem praebuit, „sicut ex eisdem coniecimus literis,“ quod

legisti, beatum Petrum Apostolorum principem sic scripsisse³⁰⁾: „Subditi estote omni humanae creaturae propter Deum, sive regi, tanquam praecellenti, sive ducibus, tanquam ab eo³¹⁾ missis, ad vindictam malefactorum³²⁾, laudem vero bonorum.“ „Volens enim, de quo nos rationabilius admiramur, imperatoria celsitudo per haec et alia, quas induxit, imperium sacerdotio dignitate ad potestate praeferre, ex auctoritate praemissa triplex trahere voluit argumentum, primum ex eo, quod legitur: „subditi estote;“ secundum ex eo, quod sequitur: „regi tanquam praecellenti;“ tertium ex eo, quod est adiectum subsequenter: „ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum;“ per primum subesse sacerdotium, per secundum imperium praeminere, per tertium imperatorem tam in sacerdotes quam in laicos iurisdictionem, immo etiam gladii potestatem accepisse praesumens. Quum enim et boni quidam sint sacerdotes, et quidam eorum malefactores existant, is, qui secundum Apostolum gladium portat ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, in malefactores presbyteros excessus praesumptos potest ultro gladio vindicare, quum inter presbyteros et alios Apostolus non distinguat.“ §. 2. Verum³³⁾ si „et“ personam loquentis, et eorum, ad quos loquebatur, ac vim locutionis diligentius attendisses, scribentis non expressisses taliter intellectum. Scribebat enim Apostolus subditis suis, et eos ad humilitatis meritum provocabat. Nam si³⁴⁾ per hoc, quod dixit: „subditi estote,“ sacerdotibus³⁵⁾ voluit imponere iugum subiectionis, et eis praelationis auctoritatem asserere³⁶⁾, quibus eos subiectos esse monebat, sequeretur³⁷⁾ ex hoc, quod etiam servus quilibet in sacerdotes imperium accepisset, quum dicatur: „omni humanae creaturae.“ Quod autem sequitur³⁸⁾, „regi³⁹⁾ tanquam praecellenti,“ non negamus, quin praecellat imperator in temporalibus illos⁴⁰⁾ duntaxat, qui ab eo suscipiunt⁴¹⁾ temporalia. Sed Pontifex in spiritualibus antecellit⁴²⁾, quae tanto sunt temporalibus digniora, quanto⁴³⁾ anima praefertur⁴⁴⁾ corpori, licet non⁴⁵⁾ simpliciter dictum fuerit: „subditi estote,“ sed additum fuerit⁴⁶⁾: „propter Deum,“ nec pure sit subscriptum⁴⁷⁾: „regi praecellenti,“ sed interpositum forsitan fuit⁴⁸⁾ non sine causa, „tanquam.“ Quod autem sequitur: „ad vindictam malefactorum⁴⁹⁾, laudem vero bonorum,“ intelligendum non est, quod rex vel imperator super „omnes et“ bonos et malos gladii acceperit potestatem, sed in eos⁵⁰⁾ solummodo, qui utentes gladio eius sunt iurisdictioni commissi, „iuxta quod Veritas ait: „Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt.“ Non enim potest aut debet quisquam servum alterius iudicare, quum servus domino suo secundum Apostolum stet aut cadat. Ad id etiam induxisti, quod, licet Moyses et Aaron secundum carnem fratres existierint, Moyses tamen princeps populi, et Aaron sacerdotii potestate praerant, et Iesus successor ipsius imperium in sacerdotes accepit. David quoque rex Abiathar pontifici praeminabat. Ceterum licet Moyses dux populi fuerit, fuit etiam et sacerdos, qui Aaron in sacerdotem unxit, et cui Propheta sacerdotium recognoscens: Moyses⁵¹⁾ inquit „et Aaron in sacerdotibus eius.“ Quod vero de Iesu, id est Iosue, ad commendandam praelationem eius scripsisti, magis secundum spiritum, quam literam debet intelligi, quia secundum Apostolum litera occidit, spiritus autem vivificat, pro eo, quod ipse veri Iesu figuram expressit, qui populum suum in terram promissionis induxit. David etiam quamvis diadema regium obtineret, Abiathar sacerdoti non tam ex dignitate regia, quam auctoritate prophetica imperabat. Verum quicquid olim fuerit in veteri testamento, nunc aliud est in novo, ex quo Christus factus est sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, qui se non ut rex, sed ut sacerdos in ara crucis hostiam obtulit Deo Patri, per quam genus redemit humanum, circa illum praecipue, qui successor est Apostoli Petri et vicarius Iesu Christi.“ §. 3. Potuisses⁵²⁾ autem praerogativam sacerdotii ex eo potius intelligere, quod dictum est: non a quolibet, sed a Deo; non regi, sed sacerdoti; non⁵³⁾ de regia stirpe, sed de sacerdotali prosapia descendenti, de sacerdotibus videlicet, qui erant in Anathot⁵⁴⁾:

Cap. II. 5) Prior cap. pars (Si quis ubi.) Gregorio tribuitur in Comp. I. h. t. c. 3. (cum Burch. XV. 14., IV. Decr. XVI. 15.) altera concilio Toletano: ead. c. 4. (cum Burch. XV. 23., IV. Decr. XVI. 24.) — 6) Simile aliquid leg. Deut. XVII. 12. — 7) Et... anath.: omitt. C. H. — 8) in conc. autem Agath. ut: Comp. I. cum Burch. et IV. — In Agathensi non invenitur. — 9) add.: praecipitur: C. R. 2.

Cap. III. 10) Restitutum ex Reg. ap. Ballerin. ep. XIV. (A. 446.) — Comp. I. h. t. c. 2. — 11) Anastasio ep. Thessalonicensi ep.: Reg. — Alexander P.: C. R. 1. — 12) Henricus: C. R. 1. — 13) scripserat: Comp. I. — 14) in cuius tamen (omitt. Comp. I.) chartulae mentione: Comp. I., Reg. — 15) fuit: C. H. — 16) comprobatur: C. L. — probatur: Comp. I. — probatur: Reg.

Cap. IV. 17) Restitutum ex Pseudo-Clementis ep. I. — Burch. I. 124., IV. Decr. V. 224., Comp. I. h. t. c. 5. — 18) numerum omittunt C. H. I. — 19) et cunctos hom. ait: Burch., IV., Comp. I., orig. — 20) beato Petr.: omitt. Burch., IV., orig.

Cap. V. 21) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — Assign. an. 1199., cf. c. 3. de transl. 1. 7. — 22) canonicis Herbipolensibus: C. H. — 23) vi-

ctimae: C. R. 2. H. L., Comp. III. — 24) deluit: C. R. 1. — 25) Hylde-mex.: C. R. 2. — idem: Comp. III.

Cap. VI. 26) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2., vocata in consilium Comp. Rainier. ap. Bal. I. 549. — Indic. in Gest. Innoc. ap. Bregu. LXIII., integr. ed. ib. ap. Baluz. — Assign. an. 1200. — 27) illustri Constantino: C. L. — Alexio Constantinopolitano Imp.: Rain. — 28) vasi: C. R. 1., Rain., Comp. I. — nisi sumus: C. H. — 29) in n. l.: omitt. Rain., Comp. III. — 30) I Petr. II. 13. — 31) a Deo: Rain. — 32) malorum: C. R. 1. — 33) et: Comp. III. — 34) Si enim: ead. — Nam si per id.: Rain. — 35) sacerdotio: Comp. III., Rain. — 36) auferre: Comp. III. Aug. — proferre: Ms. — conferre: Rain. — 37) sequitur: Rain. — 38) sequatur: Comp. III. Aug. — 39) sive regi: C. L. — 40) illis: Comp. III., Rain. — 41) recipiunt: C. R. 1. L. H., Comp. III., Rain. — 42) antecellit: Comp. III. Aug. — 43) quantum: C. R. 2. — 44) est praeferranda: Rain. — 45) nec: ib. — 46) abest ab ead. — 47) scriptum: Comp. III., Rain. — 48) omitt. C. H. L. — sit: Comp. III., Rain. — 49) malorum: C. H. — 50) eis: C. R. 2. — eos tantummodo: C. R. 1. — 51) Potuissesque: C. R. 2. — 52) nec: C. R. 1. L., Comp. III., Rain. — 53) cf. Hier. I. 10.

„Ecce constitui te supet gentes et regna, ut evellas et dissipes, aedifices et plantes.“ *Dictum est etiam in divina lege: „Dñs non detrahes, et principem populi tui non maledices“ quae sacerdotes regibus anteponebat istos Deos et illos principes appellavit.* §. 4. Praeterea nosse debueras, quod fecit Deus duo magna luminaria in firmamento coeli; luminare maius, ut praecesset diei, et luminare minus, ut praecesset nocti; utrumque magnum, sed alterum maius, *quia nomine coeli designatur ecclesia, iuxta quod Veritas ait: „Simile est regnum coelorum homini patri familias, qui summo mane conduxit operarios in vineam suam.“ Per diem vero spiritalis accipitur, et per noctem carnalis secundum propheticum testimonium: „dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam.“ Ad firmamentum igitur coeli, hoc est universalis⁵⁴) ecclesiae, fecit Deus duo magna luminaria, id est, duas⁵⁵) „magnas“ instituit dignitates, quae sunt pontificalis auctoritas, et regalis potestas. Sed illa, quae praecedit diebus, id est spiritalibus, maior est; quae vero „noctibus, id est“ carnalibus, minor, ut, quanta est inter solem et lunam, tanta inter pontifices et reges differentia cognoscatur. Haec⁵⁶) autem si prudenter attenderet imperatoria celsitudo, non faceret aut permetteret Constantinopolitanum patriarcham, magnum quidem et honorabile membrum ecclesiae, iuxta scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere, quum alii reges et principes archiepiscopis et episcopis suis, sicut debent, reverenter assurgant, et eis iuxta se venerabilem⁵⁷) sedem assignent. *Nam et pissimus Constantinus quantum honoris exhiberet sacerdotibus, tua, sicut credimus, prudentia non ignorat.* §. 5. Nos autem etsi non increpando scripserimus⁵⁸), potuissimus tamen rationabiliter⁵⁹) increpare, *quum B. Paulus Apostolus episcopum instruens ad Timotheum scripsisse legatur⁶⁰): „Praedica verbum, instat opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.“ Non enim os nostrum debet esse ligatum, sed patere debet ad omnes, ne secundum propheticum verbum simus canes muti, non valentes latrare. Unde correctio nostra tibi non debuit esse molestata, sed magis accepta, quia pater filium, quem diligit, corripit, et Deus quos amat arguit et castigat. Debitum igitur pastoralis officii exsequimur, quum obsecramus, arguimus, increpamus, et non solum alios, sed imperatores et reges opportune et importune ad ea studemus adducere, quae divinae sunt placita voluntati.* §. 6. Nobis autem⁶¹) in B. Petro sunt oves Christi commissae, dicente Domino⁶²): „Pasc oves meas,“ non distinguens inter has oves et alias, ut alienum a suo demonstraret ovili, qui Petrum et successores ipsius⁶³) magistros non recognosceret et pastores; ut illud tanquam notissimum⁶⁴) omitamus⁶⁵), quod Dominus dixit⁶⁶) ad Petrum, et in⁶⁷) Petro dixit ad successores ipsius⁶⁸): „Quodcumque ligaveris super terram⁶⁹), erit ligatum et in coelis etc.“ nihil excipiens, qui dixit: „quodcumque.“ *Verum his diutius insistere nolumus, ne vel contendere videamur, vel in huiusmodi delectari, quum, si gloriari expediat, non in honore, sed in onere, non in magnitudine, sed in sollicitudine sit potius gloriantium, quum et Apostolus in infirmitatibus gloriatur. Novimus esse scriptum⁷⁰): „Omnis qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur;“ et iterum: „Quanto maior es, humilia te in omnibus;“ et alibi: „Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.“ Propter quod exaltationem nostram in humilitate ponimus, et humilitatem nostram exaltationem maximam reputamus. Unde etiam servos non solum Dei, sed etiam servorum Dei nos esse scribimus et fateamur, et tam sapientibus quam insipientibus secundum Apostolum sumus debitores.* §. 7. Utrum autem imperatoriam excellentiam ad bonum et utile per literas nostras⁷¹) duxerimus⁷²) invitandam⁷³), utrum tibi iusta⁷⁴) suggesterimus⁷⁵) et honesta, tua sollicitudo⁷⁶) discernat, quum non⁷⁷) nisi ad utilitatem⁷⁸) ecclesiae et terrae Hierosolymitanae subsidium nos te meminimus⁷⁹) invitasse. *Inspiret igitur etc.**

CAP. VII.⁸⁰)

Ordinatus per Papam non per hoc eximitur & iurisdictione sui episcopi.

Idem episcopo Florentino.

Per tuas nobis literas intimasti, quod, quum aliqui ecclesiae Ro-

mae subdiaconi praelationem in tua dioecesi assequuntur, pro quibus tibi tenentur obedientiam exhibere, si quando exigente iustitia te contigerit exercere in ipsos ecclesiasticam disciplinam, illi subdiaconatus privilegium allegantes, ea se asserunt non teneri, ac si per huiusmodi subdiaconatus officium ab obedientia, qua tibi tenentur, ratione obtenti beneficii sint exempti. Super quo Postulasti per sedis apostolicae oraculum edoceri, utrum quis per⁸¹) ordinem subdiaconatus⁸²), a Romano Pontifice susceptum, a debita tibi reverentia subtrahatur? Ad quod „tibi“ breviter respondemus, quod, etsi decens sit, ut illis „specialiter“, quantum convenit, a te inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas apostolica colatione ipsius⁸³) ordinis honoravit⁸⁴), per eam tamen ab obedientia, quam alias tibi debent, minime absolvuntur. *Dat. Romae ap. S. Petrum VII. Id. Apr. Ao. IX.* [1206.]

CAP. VIII.⁸⁵)

Quando de obedientia vel subiectione agitur, nihil attentari debet in praedictum rei, vel possessoris non citati.

Idem Constantinopolitano Patriarchae.

Inter quatuor „animalia, quae in medio sedis et circuitu eius describuntur, facies aquilae ab Ezechiele desuper ipsorum quatuor memoratur, quia inter quatuor patriarchales ecclesias, Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quae per animalia supradicta signantur, quas apostolica sedes in medio habens quasi filias amplectitur speciales, cui eadem sunt in circuitu quasi famulae obsequentes, ipsa Constantinopolitana post apostolicam sedem excellentia praeceminet dignitatis, ad cuius exaltationem tanto libentius adspiramus, quanto ipsam tanquam honorabilis membrum sacrosanctae Romanae ecclesiae arctius amplectamur, ipsius auxilio temporibus istis eandem amplius noscimus indigere, ac tuas, qui eidem Domino disponente praecessit dignosceris, petitiones libentius promovere disponimus, quibus non repugnat honestas, nec alius praedictum generatur, quum a nobis iniuriarum actio non debeat exoriri, a quibus iura tanquam a fonte ad ceteros derivantur. Licet igitur, in quantum cum Deo possumus, tuo velimus honori deferre, ac tuas preces effectui mancipare, petitionem tamen illam nequiuimus exaudire, qua postulasti a nobis, ut donationes ecclesiarum et beneficiorum, a dilecto filio P. tit. S. Marcelli presbytero cardinali apostolicae sedis legato factas te praesente ac penitus inconsulto, quum nimiam multitudinem ecclesiarum contulerit, easque iure perpetuo absque tuo consensu et capituli maioris ecclesiae tradiderit possidendas, dignemur auctoritate apostolica irritare etc. Quamvis ergo tuam propter praemissa petitionem iuxta tuum desiderium nequiuimus exaudire, tuo tamen, quantumcum nostra possumus honestate, volentes honori deferre, fraternitati tuae duximus concedendum, ut ii, qui ecclesias illas seu beneficia possident, obedientiam tibi debitam exhibeant et devotam, nisi forte aliqua illarum ecclesiarum ante captivum regiae civitatis a iurisdictione patriarchae legitime fuisset exempta. Subsequentem vero⁸⁶) Petitionem⁸⁷) contra ecclesias, quas tibi subiecti postulabas⁸⁷), quae prius, quam Constantinopolis civitas caperetur, Constantinopolitano⁸⁷) patriarchae minime respondebant, duplici ratione non duximus admittendam. Iuris namque⁸⁸) ratio postulat⁸⁹), ut in eorum⁹⁰) praedictum, quibus eadem ecclesiae sunt subiectae, nihil ordinemus⁹¹) de ipsis, quum nec citati sint⁹²), nec convicti, nec per contumaciam se absentent. *Id etiam modo fieri providentia dissuadet, ne Pisani ac Veneti alique quamplures, apud Constantinopolim huiusmodi habentes ecclesias, contra imperium provocarent hoc tempore, qui sunt alliciendi potius blandimentis, donec illud soliditate immobili roboratur. Quod si ius tuum contra illos prosequendum duxeris tempore opportuno, faciemus auctore Domino super ipsis iustitiam tibi plenitudinem exhiberi.* Super obedientia vero, quam ut tibi impendi faceremus ab archiepiscopo et episcopis regni Cypri similiter postulasti, fere idem, *quod in praecedenti petitione, tibi“ duximus respondendum, quum et ipsi ante tuam promotionem fuerint⁹³) exempti, quando videlicet Constantinopolitana ecclesia erat inobediens et rebellis, et in eorum absentia circa⁹⁴) statum⁹⁵) ipsorum⁹⁶) non debuimus aliquid immutare. Iustitiam tamen non*

Cap. VI. 54) universae: C. R. 1. — 55) Deus: Comp. III. Aug. — 56) hoc: C. R. L. Comp. III. Rain. — 57) honorabilem: Rain. — 58) scripsimus: C. R. 2. — 59) rationabiliter: Rain. — 60) 2 Tim. IV. 2. — 61) enim: C. H. L., Comp. III. Rain. — 62) Ioan. XXI. 17. — 63) suos: C. R. 1. — suos succ. ipsius: C. H. — illius: C. R. 2., Comp. III. Aug. — 64) novissimum: C. H. L. — 65) non committimus: C. L. — 66) inquit: Rain. — 67) add.: beato: C. H. — 68) Matth. XVI. 19. — 69) terram etc.: Rain. — terr. V. 5. — 70) abest a C. H. — 71) Luc. XIV. 11, Eccl. III. 20., 1 Petr. V. 5. — 72) abest a C. H. — 73) duximus: C. R. — 74) invitandam: Comp. III. Aug. — 74) iuxta: C. H. — 75) suggestimus: Cont., Böhm. — 76) celsitudo: Comp. III., Rain. — 77) abest a C. H. — 78) utilitatem: Rain. — 79) meminimus: C. R. H. — Cap. VII. 80) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 43. — Comp. III. h. t. c. 3. — 81) propter: Reg. — 82) subdiac. (subdiaconalis: Reg.) officii a

Rom. Pont. perceptum hi tales a debita tibi reverentia (obedientia: Reg.) subtrahantur: Comp. III. Reg. — 83) illius: C. R. 1. — 84) decoravit: C. R. 2. — honoravit: C. H. — Cap. VIII. 85) Restitutum (quantum opus fuit) ex Reg. Brequ. IX. 40. — Comp. III. h. t. c. 4. — 86) subsequente vero petitione: Comp. III. Aug. — 87) quas ecclesiae tibi subiecti: C. L. — qua ecclesiae (add.: illas: Comp. III., Reg.) tibi subiecti postulabas: C. R., Comp. III., Reg. — 87) Constanti.: Cont. — Constantino: Böhm. cum C. R. — 88) enim: C. H. — 89) dictat et postulat: C. L. — postulari: Comp. III., Reg. — 90) illorum: Reg. — 91) ordinarem: Comp. III., Reg. — seq.: de ips.: omitt. C. H. — 92) sunt: Böhm. — 93) extiterint: C. R. 1. H. L., Comp. III., Reg. — 94) contra: Cont. — 95) statutum: Ed. Rom. oper. mend. — de statu: C. H. — 96) eorum: Cont., Böhm.

negabimus⁹¹) tibi, quum eam duxeris postulandam. "Ex parte tua etc. Dat. Ferentini IV. Non. Aug. Ao. IX." [1206.]

CAP. IX.⁹⁸)

Abbatibus et sacerdotibus, qui sunt dioecesei episcopi, ad eius synodum venire et sibi obedire compelli possunt per censuram ecclesiasticam.

Idem.⁹⁹)

Quod super his: (Et infra: [cf. c. 5. de cons. et aff. IV. 14.]) "Similiter etiam Abbates et sacerdotes dioeceseana tibi lege subditos¹⁰⁰), qui ad tuam synodum venire contemnunt¹) "vocati", dummodo in ipsa synodo non ducas aliquid²) statuendum, quod "forte" canonicis obviet institutis, per censuras ecclesiasticas ad synodum ipsam³) venire compellas, et debitam tibi⁴) obedientiam et reverentiam exhibere⁵). "Capellanus etc. Dat. Lat. II. Kal. Ian." [1199.]

CAP. X.⁶)

Canonici regulares inobedientes priori suo per ipsum excommunicari possunt, et, si fuerint incorrigibiles, de fratrum consortio expelli debent.

Idem sancti Stephani et sancti Proculi abbatibus Bononiensibus.

Quum in ecclesiis sancti Victoris et S. Iohannis de Monte (Et infra:) Nos igitur ad reformationem earundem ecclesiarum, "quae peccatis exigentibus et in temporalibus deminutae, et in spiritualibus sunt multipliciter collapsae," diligenti sollicitudine intendentes, universis canonicis dedimus "firmiter" in mandatis⁷), ut priori suo in his, quae ad eum⁸) pertinent, obedirent. Quumque omnes, quatuor duntaxat exceptis, se obedire⁹) velle "suis monitis et praeceptis" concorditer¹⁰) respondissent, praedicti quatuor se contra priorem in superbiis erigentes, licet de obedientia¹¹) suo priori praestanda praestitissent corporaliter iuramentum, tamen exhibiti iuramenti "et districtae praeceptionis" immemores, suo priori per omnia restiterunt¹²), et, quum pro contumacia sua nequivissent ad debitam obedientiam revocari, dictus prior in eos "dictante iustitia" excommunicationis sententiam promulgavit. Quum¹³) igitur praefati canonici ad apostolicam sedem accessissent, per scripturas authenticas ex¹⁴) multorum testimonio praelatorum effecti de ipsorum contumacia certiores, recepto secundum formam ecclesiae ab eisdem¹⁵) corporaliter iuramento, ipsis¹⁶) fecimus absolutionis beneficium impendi, praecipientes eis¹⁷) sub debito iuramento¹⁸), ut ad suum¹⁹) claustrum, de quo exierant, redeuntes, priori suo secundum Deum devote ac humiliter obedirent. Ideoque²⁰) "volentes, quod iidem canonici tam effrenata deinceps libertate vagentur, "discretioni vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus "nostra freti auctoritate" praefatos canonicos, ut ad prioris sui obedientiam revertantur, "sublato cuiusvis appellationis diffugio" per censuras ecclesiasticas compellatis, et, ne de sua possint contumacia vel malitia²¹) gloriari, cogatis eos, si videritis expedire, ut iuramentum, quod de parendo mandatis²²) prioris pro²³) absolutionis beneficio impetrando²⁴) superbe negaverant, humiliter praestare procurent²⁵); alioquin eos de fratrum "ipsorum" consortio penitus excludatis.

CAP. XI.²⁶)

Presbyteri et clerici capellarum subditarum titulo cardinalatus debent cardinali obedientiam et reliqua, de quibus hic. Et vacante titulo succedat capitulum illius ecclesiae, nisi pro bono pacis aliquid sit exemptum.

Honorius III. G. Presbytero cardinali, et Capitulo sancti Laurentii in Damaso²⁷).

His, quae pro²⁸) ecclesia S. Laurentii in Damaso ex parte una²⁹), et capellis³⁰) sibi subiectis ex altera super scrutinio, "manuali obedientia, correctione, interdicto et excommunicatione" aliisque ar-

ticularis fuere "coram nobis" proposita³¹), diligenter³²) auditis, sententiando decrevimus³³), ut earundem capellarum presbyteri et clerici cardinali, qui nunc est³⁴) in ipsa³⁵) ecclesia, et qui fuerint³⁶) per tempora³⁷), manuales obedientiam et³⁸) reverentiam et honorificentiam omnem exhibeant, et ad ecclesiam ipsam pro scrutinio, baptismo et capitulo celebrandis conveniant temporibus consuetis, correctionem ipsius cardinalis recipientes humiliter, et excommunicationis, interdicti³⁹) vel suspensionis sententias, quas tulerit in eos et⁴⁰) ecclesias eorumdem, inviolabiliter observantes. Quando autem ecclesia ipsa cardinali vacabit, capellani et clerici memorati "mihilominus" eidem ecclesiae reverenter exhibeant omnia supradicta, "eo duntaxat" excepto, quod de correctione⁴¹), excommunicatione et suspensione ipsorum pro bono pacis nostrae providentiae reservamus.

CAP. XII.⁴²)

Licet abbatissa subdita excommunicare non possit, ipsi tamen sibi obedire tenentur.

Idem Abbati S. Michaelis Abradensis, dioecesis.⁴³)

Dilecta in Christo filia⁴⁴) abbatissa de Bubrigen.⁴⁵) transmissa nobis petitione monstravit, quod, quum ipsa plerumque canonicas suas et clericos suae iurisdictioni subiectos propter inobedientias⁴⁶) et culpas eorum officio⁴⁷) beneficioque suspendat⁴⁸), "et" iidem confisi ex eo, quod eadem abbatissa excommunicare eos⁴⁹) non potest, suspensionem huiusmodi non observant⁵⁰), propter quod ipsorum⁵¹) excessus remanent⁵²) incorrecti. Quocirca "discretioni tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus dictas canonicas et clericos, ut abbatissae praefatae obedientiam et reverentiam debitam⁵³) impendentes, eius salubria monita et mandata observent, "monitione praemissa" ecclesiastica censura⁵⁴) "appellatione remota" compellas. "Dat. Allatii II. Mens. Iun. Pont. nostr. Ao. VI." [1222.]

CAP. XIII.

Si metropolitanus a suffraganeo iuramentum exigit ultra formam statutam a canone, in eo, quod est ultra, suffraganeus non tenetur.

Gregorius IX. Patriarchae Grandensi.

Dilecti filii archidiaconus et capitulum Castellanus suam ad nos querimoniam detulerunt, quod, quum a⁵⁵) Castellano episcopo exigeres iuramentum praeter formam canonicam, quam ceteri suffraganei metropolitanis suis consuevere praestare, iidem⁵⁶) conspicientes ex hoc ecclesiae suae praerudicium generari, ad sedem apostolicam appellarunt. (Et infra:) Quum igitur non deceat alii te fecisse quod ab alio fieri tibi nolles, mandamus, quatenus contentus forma canonica, quam nos a coepiscopis nostris nobis immediate subiectis recipimus⁵⁷), nil amplius a Castellano episcopo obtentu alicuius consuetudinis exigas praetextu praestiti iuramenti, sciens, nos eundem episcopum ab huiusmodi iuramento quoad alios articulos absolvisse, vel denunciassse potius non teneri.

CAP. XIV.

Vacante episcopatu capitulum confirmat et infirmat electiones.

Idem Priori fratrum Praedicatorum⁵⁸) et archidiacono Rheginensi.

Quum olim causa (Et infra:) Quocirca mandamus, quatenus licet conventus monasterii sancti Salvatoris Messanensis sint ipso iure hac vice eligendi potestate privati, de gratia tamen eligendi seu postulandi detis ipsis auctoritate nostra liberam facultatem⁵⁹), mandantes eisdem⁶⁰), ut quum ecclesia Messanensis vacet ad praesens, electionem suam confirmandam, prout de iure fuerit, vel etiam infirmandam praesentent capitulo Messanensi.

Cap. VIII. 91) negamus: C. L. — denegabimus: C. R. 1.
Cap. IX. 98) Restitutum ex Reg. Bal. II. 201. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 99) Rosanensis archiep.: Reg. — 100) subiectos: C. R. L., Comp. IV. Reg. — 1) tenentur: Comp. IV. Ms. B. — contendunt: Aug. — 2) abest a C. H. — 3) omitt. C. R. 1. — 4) non exstat in C. H. — 5) impertiri: C. R. 1.

Cap. X. 6) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 2. — 7) praeceptis: Comp. IV. — 8) Deum: C. R. 1. H., Comp. IV. — 9) parare: Comp. IV. — add.: ei: Ms. B. — 10) pariter et conc.: Comp. IV. Ms. A. — 11) inobedientia: id. — 12) restiterint: Comp. IV. Aug. — 13) quumque: Comp. IV. Ms. A. — 14) et: C. R. 1. — 15) eis: C. L., Comp. IV. — 16) eis: Comp. IV. Ms. A. — 17) eisdem: C. H. — 18) iuris: Comp. IV. Ms. A. — 19) iuramento: C. L. — 20) abest a Comp. IV. Ms. A. — 21) Nolentes scitur: Comp. IV. — 22) vel mal.: omitt. ead. — 23) mandato: C. L. — 24) quod pro: Comp. IV. Aug. — 25) impendendo: Comp. IV. — 26) praesentent: ead.

Cap. XI. 26) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 27) Damasco: C. R. H. per tot. — dilecto fratri Widoni presb. card. et capitulo ecclesiae S. Laurentii in Damaso: Comp. V. — 28) in: C. H. — 29) un: Comp. V. Cir. — 30) capellanus: Comp. V. — 31) fuer.: prop.: omitt. C. H. —

32) abest a C. R. — 33) decrevimus: C. L., Comp. V. Ms. — 34) abest a C. L. — sent: C. H. — 35) omitt. C. H. — 36) fuerit: Comp. V. Cir. — 37) pro tempore: C. R. H., Comp. V. — 38) omitt. C. L. — 39) et int.: C. R. L. Comp. V. Cir. — 40) et in: C. H. — 41) correctione: Comp. V. — correct. et exc.: Cont., Böhm.

Cap. XII. 42) Restitutum ex orig. ap. Kettner. Antiqu. Quedlinb. p. 230. — 43) Habelstat. dioec.: Comp. V. Ms. Halberstad. d.: Cir. — abbatissa de Lapide S. Michaelis (Michaelstein) Halberstad. dioec.: orig. — 44) in Chr.: omitt. C. H. — 45) Quadelinburgen.: C. L. — Quadelinburgen.: C. R. 2. — Quidentilburgen.: Comp. V. Ms. — Quedelburgen.: Cir. — Quedelinburgen.: orig. — 46) inobedientias: Böhm. — inobedientiam: C. H. — inobedientiam et culpam: orig. — 47) ab off.: Comp. V. Cir. — 48) suspendit: C. L. — 49) ipso: possit: orig. — 50) observare: ib. — 51) eorum: C. H. — 52) remansere: orig. — 53) abest ab eod. — 54) per ecclesiasticam censuram: orig. cum C. L., Comp. V. Ms. — per ecclesiasticas censuras: Comp. V. Cir.

Cap. XIII. 55) de Cast.: C. R. — 56) et iid.: C. L. — 57) recipimus: ib.

Cap. XIV. 58) praed. et arch. Rheg.: omitt. C. R. 1. — 59) potestatem: C. R. 1. — 60) eidem: C. H.

CAP. XV.

Qui maior est ordine, licet in ecclesia posterius receptus, in loco et portione praefertur. H. d. secundum veram lecturam.

Idem Archiepiscopo Colocensi⁶¹⁾ sanctae Mariae maioris de Urbe.

Statuimus, ut presbyteri primum locum, diaconi secundum, subdiaconi tertium, et sic de reliquis obtineant ordinatim⁶²⁾, etiamsi posterius admittantur. Et qui maior est ordine, etiamsi postea sit receptus, in portione percipienda esse volumus potiore, ac minores facere servitia consueta.

CAP. XVI.

Si ecclesia sita in aliquo archidiaconatu erigitur in cathedralem, a iurisdictione archidiaconatus eximitur.

Idem Archiepiscopo Colocensi⁶³⁾.

Quum inferior superiorem⁶⁴⁾ solvere nequeat vel ligare, sed superior⁶⁵⁾ inferiorem liget regulariter et absolvat, et satis ab omnium videatur, ut filius potestatem habeat in parentem, miramur, quod, quum tu⁶⁶⁾ monasterium de Cheur⁶⁷⁾ constitutum in Firmiensi archidiaconatu tuae dioecesis ecclesiam⁶⁸⁾ erexeris cathedralem, archidiaconus Firmiensi⁶⁹⁾ in tantam prorupit temeritatis audaciam, ut in episcopum ibi consecratum et ecclesiam suam iurisdictionem exercere⁷⁰⁾ praesumat. (Et infra:) Mandamus, quatenus praefato archidiacono, a cuius iurisdictione dictum episcopum denunciamus⁷¹⁾ exemptum, id districte studeas inhibere; proviso, ut, si ex hoc archidiaconi⁷²⁾ Firmiensi iura laeduntur, in dioecesi tua, ubi expedire videris, absque alieni iuris praedudicio recompensationem illi facias congruentem.

CAP. XVII.

Compositionem super iure primatiae unus solus, cuius interest, poterit impedire.

Idem Lemovicensi⁷³⁾ Archidiacono et Priori sanctae Radegundis⁷⁴⁾ Pictaviensis.

Humilis doctrina magistri (Et infra:) Mandamus, quatenus praetorum Burdegalensis provinciae in ea praesentium, et cathedralium capitulorum eiusdem, nec non Bituricensis⁷⁵⁾ capituli super provisione, quam inter Bituricensem et Burdegalensem archiepiscopos in causa primatiae duximus faciendam, requiratis assensum, quo habito providentiam nostram solenniter publicetis. Si qui vero consensum praestare noluerint, vos super sedentes publicationi praedictae, districte praecipias eisdem, ut personaliter, si praelati fuerint, vel si alii, per procuratores idoneos, nostro se conspectui repraesentent, prosecuturi coram nobis ius, si quod habere contendunt, et satisfactori parti alteri, si succubuerint, in expensis.

TITULUS XXXIV.

DE TREUGA ET PACE.

CAP. I.

Statuit tempora treugarum et poenas violentantium.

Alexander III. in concilio Lateranensi.¹⁾

Treugas²⁾ a quarta feria post occasum solis usque ad secundam feriam³⁾ in ortu⁴⁾ solis, et ab Adventu Domini usque ad octavas⁵⁾ Epiphaniae, et a Septuagesima usque ad octavas⁶⁾ Paschae ab omnibus inviolabiliter observari praecipimus. §. 1. Si

quis autem treugas⁷⁾ frangere praesumpserit⁸⁾, post tertiam admonitionem⁹⁾ si non satisfecerit, sans episcopus sententiam excommunicationis dictet¹⁰⁾ in eum, et scriptam vicinis episcopis annunciet¹¹⁾, quorum¹²⁾ nullus excommunicatum in communione¹³⁾ recipiat¹⁴⁾, immo scriptam¹⁵⁾ sententiam quisque confirmet. Si quis autem haec¹⁶⁾ violare praesumpserit, ordinis sui periculo subiacet¹⁷⁾. §. 2. Et quoniam funiculus triplex difficile¹⁸⁾ rumpitur, praecipimus¹⁹⁾, ut episcopi ad solum²⁰⁾ Deum et ad salutem populi habentes respectum, omni trepidatione²¹⁾ seposita ad pacem firmiter tenendam mutuum²²⁾ sibi consilium et auxilium praebeant²³⁾, neque hoc alicuius amore vel odio praetermittant. Quod²⁴⁾ si quis in hoc²⁵⁾ Dei²⁶⁾ opere trepidus²⁷⁾ inventus fuerit, damnium propriae²⁷⁾ dignitatis incurrat.

CAP. II.

Personae hic enumeratae plena securitate gaudent tempore guerrae.

Idem.²⁸⁾

Innovamus autem, ut²⁹⁾ presbyteri³⁰⁾, clerici, monachi, conversi, peregrini, mercatores³¹⁾, rustici, euntes et³²⁾ redeuntes, et in agricultura existentes, et animalia, quibus³³⁾ arant et quas semina portant ad agrum, congrua³⁴⁾ securitate laentur. Nec quisquam etc. [cf. c. 10. de cens. III. 39.]

TITULUS XXXV.

DE PACTIS.

CAP. I.

Pacta quantumcumque nuda servanda sunt.

Ex concilio Africano.¹⁾

Antigonus episcopus Maginensis dixit: Gravem iniuriam patior, et credo, dolere sanctitatem vestram contumeliam meam et commutare communem iniuriam. Optantius quum se repraesentaret, pactum necum habuit et divisimus plebes; manus nostras tenentur et pittacia. Contra hoc pactum circuit plobes milu attributas, et susurrat populis, ut illum patrem, me vitricum nominent. Gratus episcopus dixit: Factum hoc dolendum est, ut in se illicitant populorum imperitorum animos contra disciplinam, contra evangelicam traditionem, contra placita paris. Nam si sibi posse contingere arbitrentur, nunquam profecto aliquis in fratrem deliquisset. Unde Aut inita pacta suam²⁾ obtineant firmitatem, aut conventus, si se non cohibuerit, ecclesiasticam sentiat disciplinam. Dixerunt universi: Pax servetur, pacta custodiantur.

CAP. II.³⁾

Conventio inovalida per consensum superioris validatur.

Gregorius.⁴⁾

Quoties in conventionibus quibusdam noster expectatur assensus, ne in dubium veniant quae geruntur, rati habitio⁵⁾ eas debet pro securitate partium solidare. Proinde etc.⁶⁾

CAP. III.⁶⁾

Iudex debet studiose agere, ut promissa adimpleantur.

Idem.⁷⁾

Qualiter in Sardinia minores vel pauperes ab eis, qui illic maiores sunt, opprimantur, reverendissimi fratris nostri Dominici Carthaginensis episcopi atque eminentissimi filii nostri Innocentii praec-

Cap. XV. 61) archiepiscopo S. Mariae maior. C. R. 1. — 62) ordinatum: C. L.

Cap. XVI. 63) Colon. C. R. 1. — 64) potiore: C. H. L. — 65) potior: iid. — 66) abest a C. R. 1. — 67) Chuer: C. R. L. — leg.: Chever. — 68) in eccl.: Böhm. — 69) Pirinen.: C. L. — Firmis: C. R. 1. — Firmes.: C. R. 2. — 70) dictum episcopum exercere: C. L. — 71) denunciavimus: C. L. — 72) archidiaconatus: C. R. 1. H. L.

Cap. XVII. 73) Lemonicensi: C. L. — 74) Redag.: C. R. 1. — Radegundis: C. H. — Radegundae: C. L. — 75) et Bit.: Cont., Böhm.

TIT. XXXIV. Cap. I. 1) Restitutum ex ipso conc. Lat. III. c. 21. (Lips. 22.) (hab. A. 1179.) — Cass. V. un., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Treug. autem: Lips., Cass. — 3) abest a Cass. — 4) in ortum: conc. — post ortum: Lips., Cass. — 5) octavam: Comp. I. — seq.: Epiph. — octav.: omitt. Böhm. — 6) octavum: Comp. I. — 7) treugam: conc., Cass. — 8) attentaverit: Cass. — tentaverit: Lips., Comp. I., conc. — 9) communicationem: Comp. I. Aug., conc. — monitionem: Comp. I. Ms. — 10) dicat: Lips. — seq.: in eum: omitt. Comp. I., Lips., conc. — 11) nunciet: C. R. 1. — enunciet: Cass. — repraesentet: Comp. I. — 12) Episcopum autem nullum: Cass. — Episcoporum autem nullus: Lips., Comp. I. — 13) communicationem: Lips., conc. — 14) suscipiat: Lips., Cass., Comp. I., conc. — 15) scriptum susceptum: conc. — scripto susceptam: Lips. — 16) hoc:

Coll. citt., conc., Cont., Böhm. — 17) subiacet: Comp. I. — 18) non facile: conc. — cf. Eccl. IV. 12. — 19) cf. Dist. XC. 11. — 20) solum Dei et salutis pop.: conc. — ad solum Domini et salutem populi: Cass. — 21) trepiditate: Lips., Cass., Comp. I., conc. — 22) mutuum ei auxilium sibi: C. L. — 23) praesent: conc. — 24) abest a Lips. — 25) abest a conc. — 26) tepidus: Lips., Cass., Comp. I. Aug., conc. — 27) dignitatis suae: conc. — 28) Cap. II. 28) c. 22. eiusd. conc. (Lips. 26.) — Cass. XII. 4. Comp. I. h. t. c. 2. — 29) quod: C. R. 1. — 30) presb. et monachi vel conv.: Cass. — 31) merc. et scholares ad studium proficiscentes, et in ipso studio permanentes, vel ad propria remeantes: Cass. — 32) vel red. vel: Cont., Böhm. — 33) quibus ar. et: omitt. conc. — 34) continua: Cass.

TIT. XXXV. Cap. I. 1) Restitutum ex conc. Carth. I. (hab. A. 348.) sec. Coll. Hisp. — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) sui: Coll. Hisp.

Cap. II. 3) Restitutum ex Greg. I. Reg. IX. 57. — Comp. I. h. t. c. 2. — 4) Greg. VIII.: C. L. — Praeaectae illustri: Reg. — 5) rati eas pro sec. part. debet habitio (ambitio Ms.): Comp. I. — ratio ea pro sec. part. deb. habita: Reg.

Cap. III. 6) Restitutum ex eod. Reg. X. 38. — Comp. I. h. t. c. 3. — 7) Io. P. E. Ioanni (Ioannis Ms.) a partib. Sar.: Comp. I. — Iuruario ep. Caralitano: Reg., Cont., Böhm.

fecti epistolae testantur, a quibus, ut quae nobis scripta sunt noveritis, ipsarum vobis epistolarum exemplaria praevideamus transmittenda. Et ideo quia ea, quae petenda sunt, offeruntur, studiose agendum est, ut ea, quae promittuntur, opere compleantur.

CAP. IV.⁸⁾

Non valet pactum, per quod beneficium ecclesiasticum debet pecunia resignari.

Alexander III.⁹⁾ Eronensi et Wigornensi episcopis.

Quum pridem¹⁰⁾ S.¹¹⁾ clericus procurator prioris et monachorum de Acra¹²⁾, et P.¹³⁾ clericus pro causa, quae inter eos¹⁴⁾ "monachos" et praedictum P. ac fratrem eius, "pro" cuius "parte" vicem se gerere dicebat, super ecclesia¹⁵⁾ "de S." et capella de L. vertebatur, ad nostram praesentiam "pariter" accessissent, "ita" inter se, non tamen nobis mediantibus, convenerunt¹⁶⁾, quod¹⁷⁾ eidem P.¹⁸⁾ pro expensis, quas fecerat, tres marchae argenti solverentur, et¹⁹⁾ eidem P. liti cederet, et a monachorum "penitus" infestatione cessaret. Quumque compositionem istam²⁰⁾ "ad nostram pertulissent audientiam, eamque" auctoritate apostolica petere²¹⁾ confirmari, nos eam non²²⁾ duximus admittendam pro eo, quod videbatur pravam illicitae pactionis speciem continere. "Monuimus autem praedictum P., ut ipse tam pro se, quam pro fratre suo monachos in pace dimitteret, et eidem liti omnino abrenunciaret." Ille²³⁾ igitur nostris monitis acquiescens²⁴⁾, et eidem liti pro se ac "pro" fratre suo "penitus" renunciavit²⁵⁾, authentica²⁶⁾ instrumenta, quae super hoc²⁷⁾ habebat, in²⁸⁾ nostris manibus resignavit, quae nos²⁹⁾ priori et monachis "praedictis scilicet" destinantes³⁰⁾, mandavimus³¹⁾, ut, "ex quo praedictus P. nostris super hoc monitis acquievit, ipsi quoque benignis nostris precibus intenderent, et" eidem P. et fratri eius³²⁾ in aliquo studerent beneficio³³⁾ providere, de quo maius lucrum valeant³⁴⁾ apostolica intercessione percipere, quam eis³⁵⁾ deberet ex illa pactione illicita provenire. Ceterum quia "saepe dicti" prior et fratres "sicut accepimus," acquiescere³⁶⁾ noluerunt, "nos eorumdem clericorum laboribus paterna pietate compatientes vobis per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus "priorem et monachos" moneatis eosdem³⁷⁾, ut praefato P. et fratri eius "decens et" competens beneficium conferant et assignent; alioquin³⁸⁾, si vobis constiterit, "saepe" dictos clericos, "prout ipsi asseverant," a praenominata ecclesia "de Sintonia" et capella "de Lintona iniuste et" abaque ordine iudiciali violenter³⁹⁾ "fuisse" eiectos, ipsas eisdem⁴⁰⁾ ressitui faciatis, non obstantibus literis nostrae confirmationis, quas praedicti prior et monachi a nobis impetrasse noscuntur.

CAP. V.⁴¹⁾

Idem Archiepiscopo Eboracensi.⁴²⁾

Accepimus⁴³⁾, quod quaedam ecclesiae clericis sint⁴⁴⁾ tali tenore concessae, quod post eorum obitum alii nominatim succedant⁴⁵⁾. Verum⁴⁶⁾ quoniam hoc iniquum est et⁴⁷⁾ sacris canonibus inimicum, et ideo non debet aliquatenus tolerari, "fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus huiusmodi successiones tam detestabiles et iniquas "contradictione et" appellatione cessante⁴⁸⁾ prohibeas⁴⁹⁾, et omnino⁵⁰⁾ frivolas et inanes⁵¹⁾ esse decernas⁵²⁾.

CAP. VI.⁵³⁾

Qui per pactum augendae pensionis consecutus est ecclesiam, debet ea privari, et alius canonice puniri.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo et⁵⁴⁾ eius Suffraganeis.

Quum clerici vestrae iurisdictionis, sicut accepimus, decedentibus ecclesiarum personis paciscantur ex⁵⁵⁾ ipsis ecclesiis maiores solito⁵⁶⁾ solvere pensiones, ut facilius possint easdem ecclesias adipisci, nos "quidem" ad tam detestabile vitium extirpandum "attentam volumus curam et sollicitudinem adhibere. Inde est, quod" fraternitati vestrae "per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus "clericis vestris," ne id attentare praesumant, "publiques" districtius prohibentes⁵⁷⁾, si "quidem" contra prohibitionem vestram⁵⁸⁾ venire praesumpserint, appellatione cessante⁵⁹⁾ eos taliter adeptis ecclesiis "quantocius" spoliatis, alias⁶⁰⁾ pro tantae praesumptionis excessu severitate ecclesiastica punientes⁶¹⁾ eosdem. "Adhaec etc. [cf. c. 11. de cens. III. 39.]"

CAP. VII.

Si ecclesia rem suam locando vel in feudum concedendo apponit pactum in praevium iuris parochialis alterius ecclesiae, non tenet, et quicquid hac occasione perceperit reddere cogitur illi ecclesiae.

Innocentius III. in concilio generali.⁶²⁾

Prerique, sicut accepimus, regulares clerici et saeculares interdum, quum vel domos locant, vel feuda concedunt, in praevium parochialium ecclesiarum pactum adiciunt, ut conductores et feudatarii decimas eis solvant, et apud eosdem⁶³⁾ eligant sepulturam. Quum autem id de avaritiae⁶⁴⁾ radice procedat, pactum huiusmodi penitus reprobamus, statuentes, ut quicquid⁶⁵⁾ fuerit occasione huiusmodi pacti perceptum ecclesiae parochiali reddatur.

CAP. VIII.

Non valet pactio in spiritualibus, vel quae peccatum inducit, vel turpis, seu de re turpi, vel impossibilis de iure vel de facto.

Gregorius IX.

Pactiones factae a vobis, ut audivimus, pro quibusdam spiritualibus obtinendis, quum in huiusmodi omnis pactione omniaque conventio debeat omnino cessare, nullius penitus sunt momenti. Quod etiam de aliis est dicendum, quae observatae vergunt in animae detrimentum. Nam etiam⁶⁶⁾ iuxta legitimas sanctiones pactum turpe, vel rei turpis aut impossibilis de iure vel de facto⁶⁷⁾, nullam obligationem inducit.

TITULUS XXXVI.

DE TRANSACTIONIBUS.

CAP. I.¹⁾

Instrumenta et alia iura partium contraria transactione tolluntur.

Gregorius I.²⁾ A. Subdiacono et Dom. Abbati.

Sicut grave "et plenum vituperationis est, inter personas omnipotenti Deo militantes de vascularibus negotiis ortam diu controvertentiam permanere, ita laudabile et studio est religioso conveniens,

Cap. IV. 8) Restitutum ex App. XXVIII. 2., Lips. V. 1., Cass. XVII. 1., Comp. I. h. t. c. 4. — 9) num. omitt. Cont. — Eron. ep. et Wigorn. episcopo: Cass. — 10) iam pridem: App. — 11) Simos: Coll. citt. — 12) Acra: C. H. — Acra: C. L. — 13) Petrus: Lips., Cass., Comp. I. — 14) omitt. Cass., Comp. I. Aug. — eisdem: App., Comp. I. Ms. — 15) eccl. de Ha. et cap. de l.: App. — eccl. de Wet., capella de Fel.: Cass. — 16) convenerunt: Cass. — 17) praedictus procurator prioris et monachorum tres marchas arg. persolveret: (Lips.: persolverent): Lips., Cass., Comp. I. — quatuor marchas arg. ei persolveret: App. — 18) Petro: Lips., Cass. — 19) et ut: Cass. — 20) abest a C. R. 1. — ipsam: Coll. citt. — 21) supplicarent: App., Lips., Comp. I. — suspicarentur: Cass. — 22) minime: App. — 23) Ille ergo: App., omitt. cum Lips. seq.: nostris. — 24) acquievit: Coll. citt. — 25) abrenunciavit: Comp. I. Aug. — abrenunciavit: App., Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 26) add.: etiam: Comp. I. Aug. — 27) super eadem ecclesia: Comp. I. Aug. — et add.: et capella: App., Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 28) abest a Cass. — 29) et nos eum: App. — et nos ea: Lips., Cass., Comp. I. — 30) destinamus: App. — destinavimus: Lips., Cass., Comp. I. — 31) monentes atque (illogue et): Comp. I. mandantes: Coll. citt. — 32) suo: C. H. — 33) aliquod studerent beneficium: Coll. citt. — 34) valeret: App., Cass. — 35) quam in eis debuerant: Cass. — quam eis debuerint: Lips. — 36) nec monitis nec mandatis nostris acqu. voluerunt (App.: volant): Coll. citt. — et mon. et mand. . . . nol.: Böh. — 37) abest ab iisd. — 38) Quod (Qui: Comp. I.) si forte facere noluerint, vos, quum exinde fueritis requisiti: Coll. citt. — 39) et laicali violentia: Coll. citt. — 40) eidem: Cass. — 41) Restitutum ex App. XXVIII. 2., Lips. V. 3., Cass. XVII. 3., Comp. I. h. t. c. 5. — 42) Dunelmensi: App., translata in h. c. inscriptione cap. seq. (c. 3. de transact.) — 43) Acc. autem: Lips., quo partem

alicuius epistolae esse indicatur. Et poterit quidem de cap. Inter ceteras (cf. c. 4. de resc. I. 3.) cogitari, quo de praebendis rite concedendis actum fuisse, c. 10. de iure patr. III. 38. aperte demonstrat. — 44) sunt: Coll. citt., Cont., Böh. — 45) succederent: C. R. 1. — 46) unde: App., Cass. — seq.: hoc: omitt. Lips. — 47) a: Böh. — 48) remissa: Cass. — remota: App., Lips. — 49) fieri prohib.: C. H. — prohibemus et . . . decernendas: Lips. — 50) denuo: Cass. — 51) vanas: C. R. 2. L., Coll. citt. — 52) discernas: Cont., Böh.

Cap. VI. 53) Restitutum ex App. XXVIII. 3., Lips. VI. 2., Cass. XXVIII. 3., Comp. I. h. t. c. 6. — 54) et ei. suffr.: omitt. Comp. I. Aug. — 55) abest ab App. — pro ipsis: Comp. I. — deced. personis ecclesiis ipsis paciscantur, ipsis ecclesiis maiores solitis solvere: Lips. — 56) solitis: Lips., Cass., Comp. I. — 57) sub districta poena prohibeatis, et (omitt. Cass.) si: Coll. citt. — 58) nostram: Cass. — 59) remissa: App. — postposita: Cass. — app. cess.: omitt. Lips. — 60) et aliter: App., Cass. — et alius: C. R. 1. L., Lips., Comp. I. — 61) puniatis: C. R. 1. L., et omitt. seq.: eisdem: Coll. citt.

Cap. VII. 62) c. 56. conc. Lat. IV. hab. A. 1215. — Comp. IV. h. t. c. un. — 63) eos: C. R. L. — 64) add.: et cupiditatis: Comp. IV. Ms. A. — 65) si quid: ib.

Cap. VIII. 66) nam et: C. R. H. L. — 67) vel facto: C. R. — 1) Restitutum ex Greg. I. Reg. IX. 28. — 2) Greg. VII.: C. L. — Greg. And.: C. H. — Dom.: C. R. 1. — Dno.: C. R. 2. — Domi.: Cont. — Dominic.: Böh. — Greg. Subedoni abbati: Comp. I. Aug. — Greg. A. sub. et communi abbati: Comp. I. Ms. — Greg. Antonio subdiacono et Domelio abbati et presbytero a paribus: Reg.

terrenis gratam Deo pacem praefere compendius, et ex rebus transitoris mensura semper caritatis lucra mercari. Et ideo, quia de possessionibus Faiano, Nasoniano et Libiniano, positus in provincia Sicilia territorio Panormitano, de quibus iur praepositos monasterii sanctorum Maximi et Agathae, quod Lucuscunum dicitur, et e diverso administratores xenodochii in hac urbe Roma constituti, quod Valerii nuncupatur, longa se traxit contentio, nunc vero inter te Antonium subdiaconum nostrum memorati xenodochii praepositum, et e diverso dilectissimum filium nostrum Donnetium abbatem atque presbyterum praedicti monasterii pactis intervenientibus salubris processit Deo auctore decisio, necesse est, ut omnis discordias possit occasio praeveneri, et quas gesta sunt interveniente auctoritate firmari. Proinde Post³⁾ salubrem decisionem de controversia vestra factam decrevimus⁴⁾, ut omnia instrumenta, vel quicquid aliud est, quod partibus, quod absit, ad invicem contra se venire cupientibus⁵⁾ quoquo modo, vel⁶⁾ ex temporis praescriptione seu aliter opem de lege aut quocunque privilegio ferre⁶⁾ poterat, sit, sicut et vos poscitis, vacuum et omni virtute cassatum, et sola pactorum inter vos nunc habitorum pagina validum perpetuumque robur obtineat. Cui si quid forte incuria vel imperitia minus firmitatis insertum est, vires plenissimae notionis⁷⁾ ex hac nostra auctoritate suscipiat, nec superesse etc. Mens Ianuar. Ind. II. [599.]

CAP. II.⁸⁾

Tenet compositio super decimis facta cum assensu superioris.

Alexander III.

Statuimus, ut, si super decimis inter vos et aliquam personam ecclesiasticam de⁹⁾ assensu episcopi vel archiepiscopi¹⁰⁾ sui compositio facta fuerit, rata perpetuis temporibus et inconeussa persistat.

CAP. III.¹¹⁾

Si capitulum consensit transactioni, quam fecit praelatus nomine ecclesiae, ulterius dissentire non potest.

Idem Dulmensi Episcopo.¹²⁾

Contingit¹³⁾ interdum, quod, licet¹⁴⁾ abbas vel prior alicuius conventualis ecclesiae cum ecclesiastica vel saeculari¹⁵⁾ persona super his, de quibus inter eos controversia vertitur, coram delegato vel ordinario iudice transigat, literis capituli sui de ratiabilitate monstratis, ipsum capitulum tamen eandem transactionem nititur revocare. Unde quia nos super hoc consulere voluisti, tibi¹⁶⁾ respondemus, quod¹⁷⁾, si abbas vel prior a capitulo suo de ratiabilitate literas habuerit¹⁸⁾, transactionem, quam fecit, si²⁰⁾ fuerit aliquot annis servata, capitulum, ac si non²¹⁾ consenserit²²⁾ in eam, non poterit²³⁾ revocare.

CAP. IV.²⁴⁾

Super ecclesiastico beneficio transigi non potest etiam cum iuramenti interpositione.

Idem Abbati de Strat.²⁵⁾ et Priori sancti Eusebii.

Constitutus in nostra praesentia G.²⁶⁾ clericus sua nobis assertione monstravit, quod, quam inter ipsum, et A.²⁷⁾ clericum super ca-

pella de Stratis²⁸⁾ controversia emerisset, tandem per transactionem sopita fuit, et, licet transactionis ipsa hinc inde fide praestita firmata²⁹⁾ fuisset, eam tamen³⁰⁾ praefatus A.³¹⁾ servare recusavit³²⁾. Quia igitur³³⁾ huiusmodi transactiones speciem nonnunquam continent³⁴⁾ simoniae, et non solum a malo, sed etiam a spectu mali secundum Apostolum nos convenit abstinere, devotioni vestrae per apostolica scripta praecipiendo³⁵⁾ mandamus, quatenus, quum propter hoc fueritis requisiti, partes ante vestram praesentiam convocetis, et, revocata transactione in irritum, causam diligentius³⁶⁾ audiat etc.³⁷⁾

CAP. V.³⁸⁾

Per transactionem factam sine auctoritate episcopi potest praelatus, sed non ecclesia constitui censuatis.

Idem Carnotensi³⁷⁾ Episcopo.

De cetero noveris³⁸⁾, quod, quum aliquis ad extraordinarium iudicem literis impetratis cum adversario suo componit³⁹⁾, postmodum in ecclesia, de qua agitur, ius aliquod habiturus, si compositio non est iuri contraria, non est a loci⁴⁰⁾ episcopo⁴¹⁾ aliquatenus⁴²⁾ reprobanda; sed census⁴³⁾ absque episcopali⁴⁴⁾ auctoritate cui⁴⁵⁾ praestat ecclesiae sub hoc praetextu solutus, vitam eius, qui solverit, non excedit.⁴⁶⁾

CAP. VI.⁴⁶⁾

Si beneficium, quod per transactionem habetur, impetratur ut vacans, ab eo, qui fuit transactionis mediator, non valet impetratio. H. d. quoad titulum.

Idem Eboracensi Archiepiscopo et Wigorensi⁴⁷⁾ Episcopo.

Ex literis vestris⁴⁸⁾ accepimus, quod, quum olim inter R.⁴⁹⁾ et A. clericos super ecclesia de Vult.⁵⁰⁾ et capella de Torhec⁵¹⁾ ad eandem ecclesiam pertinente⁵²⁾ coram te, frater episcopo, qui iudex fueras⁵³⁾ delegatus, auctoritate G.⁵⁴⁾, qui tunc eidem A. patrocinabatur in causa, et testis inscriptus⁵⁵⁾ fuerat, transactio iam pridem facta fuisset, postmodum⁵⁶⁾ idem G. veniens ad praesentiam nostram, et se mentiens clericum, quum nondum⁵⁷⁾ esset in clericum tonsuratus, ad Dunelmensem episcopum et decanum Eboracensem, si bene meminimus, super eadem ecclesia⁵⁷⁾ et capella⁵⁸⁾ tacito⁵⁹⁾ de transactione ipsa⁶⁰⁾ literas nostras impetravit. Quum⁵⁹⁾ autem idem G. et responsales praedicti R. in nostra de mansu praesentia fuissent constituti, nos ex literis vestris veritatem super his cognoscentes, et attendentes etiam, quomodo praefatus G. non inficiaretur⁶⁰⁾, se transactioni interfuisse, et nondum fuisse tonsuratum, quum literas istas⁶¹⁾ obtinuit, ei super praedicta⁶²⁾ ecclesia et capella auctoritate apostolica⁶³⁾ silentium duximus imponendum.⁶³⁾

CAP. VII.⁶⁴⁾

Super ecclesiastico beneficio non potest transigi, sed amabiliter componi. H. d. et quotidie allegatur.

Idem.⁶⁵⁾

Super eo⁶⁶⁾, quod quaesivisti, utrum de ecclesiastico beneficio in litigium deducto⁶⁶⁾ possit fieri transactio, tale damus, sicut iam pridem, si bene meminimus, alii non absimile quaerenti dedimus⁶⁷⁾

Cap. I. 3) Proinde per huius praeepti seriem hoc decernendum esse perspeximus: Reg. — 4) decernimus: C. R. I. L., Comp. I. — 5) aut: Cont., Böhm. — 6) ministrare: Reg. — 7) rationis: Comp. I. Aug. — mutationes: Reg.

Cap. II. 8) Restitutum ex App. XXVIII. 3., Lips. V. 2., Cass. XVII. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 9) abest a Coll. citt. — 10) archidiaconi: Cass., Comp. I.

Cap. III. 11) Restitutum ex App. XXVIII. 5., Lips. V. 4., Cass. XVII. 4., Comp. I. h. t. c. 3. — 12) London.: Comp. I. Ms. — Dilumensi: Cass. — leg.: Dunelmensi (Durham) cum App. — 13) Contigit: Comp. I. — 14) abest a Comp. I. Aug. — 15) saecularis: Cass. — 16) taliter: C. R. R. L. — consult. tuae resp.: Lips. — cons. tuae taliter resp.: App., Cass., Comp. I. — 17) abest a Lips., Cass., Comp. I. — 18) de cap.: App. — 19) habuerit: Cass. — 20) praesertim si: App. — 21) non: omitt. Cass., Böhm., minus recte, quum subintelligi debeat: postea (ac si postea non consenserit.) Quocum ipsa glossa et App., Lips., Comp. I. et libror. manuscr. a Böhmero collatorum lectio convenit. — 22) cons., eam poterit: Comp. I. Aug. — 23) add.: aliquatenus: App.

Cap. IV. 24) Restitutum ex App. XXVIII. 6., Lips. V. 6., Cass. XXVII. 6., Comp. I. h. t. c. 4. — 25) abb. de Stran.: C. R. I. — abb. de Strata: C. R. 2. — abb. de Stanter: C. H. — abb. de Castro foro et prior de Cesebi: Cass. — abb. de Strafor et prior de Besel: Lips. — abb. de Stradeforde et prior de Eschi: Comp. I. Aug. — abb. de Strad. et prior de Lesbi: Comp. I. Ms. — abb. de Staforde et prior de Helesby: App., quod placet. 26) — H.: Cass. — S.: Lips. — 27) Alarum: Cass. — Alarum: App., Lips., Comp. I. — 28) Strata: C. R. — Stancoss: App. — Stanteras: Cass. — Straford: Lips. — Stradeford: Comp. I. — 29) formata: Cass. — confirmata: Comp. I. — 30) omitt. Comp. I. Aug. — 31) Alarum: Cass. — Alanus: Lips., Comp. I. — 32) contradicit: App., Lips., Comp. I. — contradicit: Cass. — 33) ergo: App. — 34) obtinent: ead.

— 35) et fine debito terminetis: C. H. — et fine canonico terminetis: App., Lips., Cass., Comp. I.

Cap. V. 36) Restitutum ex Ap. XXVIII. 10., Lips. VI. 3., Cass. XVIII. 3., Comp. I. h. t. c. 6. — 37) Carnon.: Cass. — add.: P. C. Nos in eminenti: Coll. citt. — cf. c. 36. de app. et c. 3. de iud. Comp. I., inscriptum: Cantuariensi archiep. — 38) noveritis quod quum aliiq. ab eccl. ordinariis: Cass. — 39) forte componit: App. — amabiliter: C. L. — 40) add.: illius: Cass. — 41) add.: haec: App. — 42) sensus: Cont. — 43) episcopi: Böhm. — 44) et eccl., cui praestat, sub hoc: App., Cass. — et cui praestat eccl. super hoc sub hoc: Comp. I. Aug. — et cui pr. eccl. super hoc: Comp. I. Ms. — et ecclesiae sub hoc, cui praestat: Lips. — qui praestat: Böhm. — 45) excedat: C. L., Lips.

Cap. VI. 46) Restitutum ex Lips. XIX. 7., Cass. XXX. 6., Comp. I. h. t. c. 6. — 47) Wigorn.: C. R. 2. — Wigorn.: Cont., Böhm. — Wigorn.: C. L. — Venerabilibus fratribus R. Eboracensi archiep. A. S. L., et R. Wigorn. ep.: Lips., Comp. I. — 48) veatrae fraternitatis: Lips., Cass., Comp. I. — 49) N.: C. L. — 50) Minist.: C. R. 1. — Mist.: C. R. 2. — Ministri: C. H. — Ministri: C. L. — Ministri: Comp. I. — Remester: Cass. — Test.: Lips. — 51) Tortalis: Comp. I. Ms. — Costorde: Cass. — Storch: Lips. — 52) eras: Lips. — 53) W.: Cass. — 54) W.: descriptus: ead. — 55) postea: C. R. 1. — post transactionem: Coll. citt. — 56) nedum: C. L. — 57) causa ecclesiae: Cass. — 58) tacita veritate: Coll. citt. — 59) Quum idem W.: Cass. — 60) inficiabatur: Coll. citt. — 61) suas: C. H. — nostras: C. L. — ipsas: Cass., Comp. I. — abest a Lips. — 62) dicta: C. R. 2. L. — praescripta: Coll. citt. — 63) imponimus et memoratum R. ab eius impetitione duximus abolendum: ead.

Cap. VII. 64) Restitutum ex App. XLIX. 7., Comp. II. h. t. c. 1. — 65) Wigorn. ep.: C. R. 1. — Lucina III.: App. — 65) Quomiam ex plenitudine potestatis etc. Super hoc etc.: App. — 66) tractato: Comp. II. Ms. A.

responsum, quod⁶⁷) *secundum formam a canonibus in aliis transactionibus adscriptam* transigi super re sacra et litigiosa⁶⁸) non potest. Etenim res sacrae, ut possideantur aliquo dato, vel relicto⁶⁹) sive⁷⁰) promisso, speciem credimus habere simoniae. Alias *autem*, si⁷¹) gratis et amicablem inter se litigantes componant⁷²), sacris canonibus nequaquam dicimus obviare.

CAP. VIII.⁷³)

Transactio facta de rebus ecclesiae per praelatum sine superioris consensu non obligat successorem.

Idem Abbati de Straphor. et Priori de Phe.⁷⁴)

Veniens ad apostolicae sedis clementiam magister G.⁷⁵) de Favill.⁷⁶) sua nobis insinuatione monstravit, quod⁷⁷) monachi maioris monasterii terras in parochia sanctae M.⁷⁸) de Marchia⁷⁹) excolunt⁸⁰), et ab eadem ecclesia coloni eorum omnia ecclesiastica tam necessaria quam voluntaria suscipiunt⁸¹) sacramenta, et tamen eidem ecclesiae *suas a canonibus constitutas* decimas solvere contradicunt. *Sed de frugibus tertiam partem solvunt ei, et duas sibi retinere praesumunt, de reliquis autem minutis decimis, utpote nutrimentis animalium et fructibus hortorum, nil penitus praestare non erubescunt.* Arbitrantur autem, *ad hoc* se posse⁸²) tueri cuiusdam transactionis praetextu⁸³) inter praefatos monachos, et quendam sacerdotem memorati G.⁸⁴) praedecessorem⁸⁵) factae⁸⁶), *ita videlicet*, ut⁸⁷) de duabus carruatis⁸⁸) terrae, quas in dominio suo monachi tenent, tertiam tantum⁸⁹) decimarum partem *frugum* exsolvant⁹⁰), *reliquas sibi retinendo. Quo fit, ut, inde occasione sumentes malignandi, praedia ex agricolarum defectu ad eos devoluta monachi in suum magis astute quam provide dominium convertant, et quatuor vel forte plures carrucatas duabus aggregant, non aliter decimas praestantes de illis, quam de duabus praestitissent, quum secundum compositionis tenorem integras de illis decimationes solvere tenerentur. Quoniam igitur nos convenit ecclesiis providere, ne sua cuilibet videantur iura deperire, fraternitati vestrae per apostolica scripta* Mandamus, quatenus, *quum exinde fueritis requisiti, utraque parte ante praesentiam vestram convocata, rei veritatem diligentius inquiratis, et, nisi privilegium clementiae apostolicae sedis sibi super hoc indultum coram vobis praefati monachi palam produxerint, vel* nisi praefati monachi⁹¹) transactionem praescriptam⁹²) auctoritate apostolica confirmatam esse docuerint, quum alias⁹³) inter personas *ita* facta potius quam inter ecclesias videatur⁹⁴), nec⁹⁵) pacta inter alios adta⁹⁶) aliis obesse patiamur, *omni dilatione et appellatione remota* ipsos⁹⁷) et agricolas *eorum* decimationes *antiquas* ex quibuslibet rebus provenientes⁹⁸) ex integro, *absque omni diminutione ecclesiae S. Mariae de Marturen.*⁹⁹) iugi praestatione singulis annis praestare. et *etiam* illarum¹⁰⁰), quas illicite detinuerant¹), iustam aestimationem²) restituere eidem ecclesiae³) *cum omni distinctione* compellatis. *Quodsi discreti etc.*

CAP. IX.⁴)

Sicut super iure praesentandi, ita super annexo non potest transigi, ut recedat a lite interveniente aliqua temporalitate.

Lucius III. Ormenst⁵) Episcopo.

Praeterea, quando inter laicos et viros religiosos de praesentatione alicuius ecclesiae questione suborta transigitur *inter eos* ita,

quod praesentationem laicus obtineat, religiosi vero novam⁶) vel maiorem percipiant⁷) in ecclesia⁸), in qua prius nullam vel minorem habere consueverant⁹) portionem, an¹⁰) huiusmodi transactio teneat¹¹), quaesivisti, Quum igitur ipsa pactio simoniaca merito videatur, respondemus¹²), quod de iure non tenet¹³), nec ex ea religiosi¹⁴) ullum debent¹⁵) commodum obtinere¹⁶).

CAP. X.¹⁷)

Super spirituali subiectione non licet transigi.

Coelestinus III.¹⁸)

Praeterea quarto loco quaestio talis accessit, quod¹⁹) quaedam cella eximi voluit a subiectione, qua matri domui²⁰) tenebatur. *Quumque causa debito Marte percurreret*, fratres illius cellae, se²¹) illi domui quondam fuisse subiectos, referabant quaestionem olim de hac subiectione fuisse motam, et transactione²²) sopitam, *videlicet* eatenus, ut quendam²⁴) annum²⁵) censum ecclesiae matri reddendo²⁶) *fratres memoratae cellulae penitus* essent a subiectione principalis domus exempti. *Ceterum ex adverso prior maioris domus duo pariter allegabat, unum scilicet quod, ex quo confessi fuerant, se dudum illi domui fuisse subiectos, et non ante transactionem illam exemptos, constabat, illos fuisse rebelles eo ipso, quod ante transactionem et exceptionem se contendebant ab eiusdem iurisdictione fuisse substractos, nec transactio subsequens eos poterat a tanto crimine inobedientiae relaxare. Alterum quoque* Prior consequenter²⁷) pro maiori ecclesia proponebat, quod de spirituali subiectione *contra votum professionis* transigere non liceret²⁸). Respondeamus igitur²⁹), quod ex praedicta fratrum *de cella* confessione contra³⁰) eos sententia procedere debeat, praesertim quum illa transactio, licet nobis de illo, quod cella determinate³¹) reddere tenebatur, *clare* constare nequiverit, iniquitatem simoniacam³²) continuasse putetur.

CAP. XI.³³)

Iudex potest et debet se interponere pro transactione inter partes faciendam, praeterquam in casibus, in quibus iura hoc non admittunt, ut super matrimonio. H. d.

Honorius III. I.³⁴) tituli sanctae Praxedis Presbytero cardinali.

Ex parte tua *fuit propositum coram nobis, quod nonnulli Graeci furtive sacros ordines a non suis episcopis receperunt, quidam etiam excommunicati celebrant in ecclesiis interdictis, et Graecis ritibus pertinaciter inhaerentes in nullo volunt obedire praelatis Latinis. Praeterea quidam Graeci et Latini episcopi consecrationes faciunt in episcopatibus alienis, et decimas percipiunt in eisdem in episcoporum eorumdem locorum praesudicium et gravamen, licet episcopi Graecorum nec percipere decimas, nec consecrationes huiusmodi consueverint celebrare. Ad hoc laici Graeci uxores suas secundum motum propriae voluntatis dimittere et alias superducere non verentur, ac operari dominicis et festivis diebus quemadmodum in profanis. Porro quidam barones et milites tam Latini quam Graeci abbatias et ecclesias alias cum hominibus et bonis aliis earundem contra iustitiam detinentes, decimas non exsolvunt, et alios solvere recusantes in suo errore defendunt, et, si pro his aut aliis excessibus feratur excommunicationis sententia in eosdem,*

Cap. VII. 67) quoniam: Comp. II., App. — 68) sacra litigiosa: C. R. 2. H. L., Comp. II. Ms., App. — sacra religiosa: Comp. II. Aug. — pro seq.: non lex: minime: App., Comp. II. — 69) recepto: Comp. II. Ms. A. — 70) vel: Comp. II., App. — scu: Cont., Böhm. — 71) abest a Comp. II. App. — 72) componere: ead.

Cap. VIII. 73) Restitutum ex App. XLVIII. 1., Comp. II. h. t. c. 3. — 74) Pleb.: C. R. 1. — Fobi: C. R. 2. — Sebi: C. L. — abb. de Strapho et priori de Phoebi: Cont., Böhm. — abb. de Stand. et priori de Ezebi: Comp. II. Ms. A. — abb. de Stunfort et abb. de Esibili (Ezebi: Ms. B.): Aug., Ms. B. — Wigorniensis ep.: App., cuius quidem lectio non ad plures, sed ad unum tantum ep. scriptam fuisse innuit. — Ipsa, qua nunc munition est inser., dummodo genuina sit, emendari poterit ex inser. c. 4. h. t. — 75) F.: C. R. 1., App. — W.: C. R. 2. L., Comp. II. Aug., Ms. B. — 76) Flavil.: C. R. 1. — Flavilla: C. H. — Flavilla: C. L. — Flavilla: Comp. II. Ms. A. — Flavilla: Comp. II. Aug., Ms. B. — Flavilla: App. — 77) quod quum: App. — 78) Mariae: C. R. 1. L., Comp. II., App. — 79) March.: C. R. 2. — Marcho: C. R. 1. — Marchon.: C. L. — Matr.: Comp. II. Ms. A. — Martinon.: Comp. II. Aug., Ms. B. — Mertun.: App. — 80) excolunt: Comp. II., et omnia seq.: et: App. — 81) susceperint: App. — 82) abest a Comp. II. Ms. A., App. — 83) pactio: Comp. II., App. — 84) W.: Comp. II. Aug., Ms. B. — G.: Ms. A. — V.: App. — Guil.: Cont., Böhm. — 85) praedecessoris: Comp. II. Ms. A. — 86) facta: Comp. II. — factam: App. — 87) quod: Comp. II. — 88) carruatis: Comp. II. Ms. B. — leg.: carrucatis: quom Comp. II. Aug., Ms. B., Cont., Böhm. — 89) duntaxat: Comp. II., App. — 90) extolunt: C. L. — exsolvere debeant: Coll. citt. — 91) praef. mon.: omitt. Comp. II., App. — 92) praedictam: C. R. 1. — sibi scriptam: App. — 93) obloquii: Comp. II. Aug. — 94) videntur: C. R. 1. — 95) ne: App., Cont., Böhm. — nec peracta: Comp. II. Ms. A. — 96) facta: App. — 97) praefatos monachos: Coll. citt. — 98) dependentes: Comp. II. Aug., Ms. A. — 99) Marturen.: Comp. II. Ms. B. — Martren.: Ms. A. — Marturen.: Aug. — Mertun.: App. — 100) eorum, quae: Comp.

II. Aug. — eorum, quas: Ms. A. — eas, quas: Ms. B. — illorum, quae: App. — 1) detinuerint: Comp. II. — detinuerunt: App. — 2) certam aet.: App. — iuxta examinationem: Comp. II. Ms. A. — 3) eid. eccl.: omitt. Coll. citt.

Cap. XI. 4) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — 5) Quinnessi: C. L. — Orin.: C. R. H. — Orin.: Comp. II. Aug. — Mort.: Ms. A. — Morin.: Ms. B. — add.: P. C. Tria nos: Comp. II., cf. c. 11. de iurei. II. 24. (Luc. III. Norwicensis ep.) ex quo desumptum videtur. — 6) nonum: Comp. II. Aug. — 7) praecipiant: C. R. 2. — 8) in eccl.: omitt. Comp. II. — 9) solebant: Comp. II. Ms. A. — 10) si: Comp. II. Ms. A. — utrum: Ms. B. — 11) transactiones teneant: Comp. II. Ms. A. — 12) resp., quod: omitt. Comp. II. — 13) tenetur: Comp. II. Ms. A. — 14) illi vel: ib. — 15) debeant: Comp. II. Ms. B. — 16) reportare: C. R. 1. — invenire: Comp. II.

Cap. X. 17) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 5. — 18) add.: P. C. Bonae memoriae: Comp. II.; — cf. c. 3. de confir. ut vel inut. II. 30., cuius prior pars inser. corrupta munition (Priori et capit. Dehm. Lib. III. R. (i. e. Registri) exstat in Luc. ap. Bal. III. 377. — 19) abest a C. R., Comp. II. Ms. A. — 20) ecclesiae: Comp. II. Ms. A. — 21) de ea: ib. — 22) in iur.: omitt. Comp. II. — 23) transactionem: Böhm. — 24) quidam determinatum annualim eccl.: Comp. II. Aug. — quosdam determinatam cautionem ann. eccl.: Ms. A. — quosdam determinato censu ann. eccl.: Ms. B. — 25) annuatim: C. H. L. — 26) redderunt: Comp. II. Ms. A. — 27) abest a Comp. II. Ms. B. — 28) licebit: Comp. II. Ms. A. — libebit: Aug., Ms. B. — 29) Nostra vero in his tale reddit (reddidit: Ms. A.) sollicitudo responsum: Comp. II. — 30) facta contra eos: Comp. II. Ms. A. — 31) praedictae domui reddere: Comp. II. Aug. — 32) omitt. C. H. R. L., Comp. II.

Cap. XI. 33) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. an. — 34) R.: C. R. 2. — Io.: C. R. 1. — Iouant: Comp. V. Cir. — abest a Comp. V. Ms.

cam in animarum suarum periculum et aliorum scandalum vilipendunt. Unde a nobis desideras edoceri, quid tibi agendum sit in omnibus supradictis, et qualiter puniendus sit Neoportensis archidiaconus, qui quibusdam eundem cum mercibus in Alexandriam contra statutum concilii generalis licentiam de facto tribuere non expavit. Nos ergo discretioni tuae breviter respondemus, ut, quum iura canonica et civilia edita sint super omnibus fere articulis praenotatis, procedas in his, quum necesse fuerit, secundum canonicas et legitimas sanctiones. Poteris etiam ad componendum interponere partes tuas, et interdum aliquid severitati detrahere, prout, statu imperii et excedentium multitudinem provida deliberatione pensatis, videris expedire: exceptis nimirum casibus, qui compositionis sive dispensationis remedium non admittunt, utpote coniugii sacramentum, quod, quum non solum apud Latinos et Graecos, sed etiam apud fideles et infideles existat, a severitate canonica circa illud recedere non licebit. In his vero, super quibus ius non invenitur expressum, procedas, aequitate servata, semper in humaniorem partem "maxime propter statum imperii adhuc debilem" declinando, secundum quod personas et causas, loca³⁵) et tempora videris postulare.

TITULUS XXXVII. DE POSTULANDO.

CAP. I.

Clericus in sacris vel minoribus beneficiis in saeculari foro postulare non debet, nisi pro se, vel sua ecclesia, vel miserabilibus personis.

Ex concilio Lateranensi.¹⁾

Clerici in subdiaconatu, et supra, "et" in ordinibus²⁾ quoque minoribus, si stipendiis ecclesiasticis sustententur³⁾, coram saeculari⁴⁾ iudice advocati in negotiis saecularibus fieri non praesumant, nisi propriam causam vel ecclesiae suae fuerint prosecuti, aut pro miserabilibus forte personis, quae proprias causas administrare non possunt. "Sed⁵⁾ nec procuraciones etc."

CAP. II.⁶⁾

Canonici regulares postulare non possunt, sicut monachi, nisi pro utilitate ecclesiae, vel sui monasterii, et praeepto abutis.

Innocentius III. Compostellano Archiepiscopo.

Ex parte tua "coram" nobis⁷⁾ fuit propositum, quod quidam canonici regulares, "ut se forte peritos in iure valeant demonstrare, ac extra claustrum materiam habeant evagandi," non solum in ecclesiasticis, verum etiam in forensibus causis praesumpunt advocati officium exercere. Quumque obiicitur eis⁸⁾, quod "iuxta canonicas sanctiones" non debent esse forensis vel ecclesiasticis negotiis susceptores vel executores "etiam", nisi forte id monasterii exposcat⁹⁾ utilitas, abbate nihilominus imperante, "ipsi" ad suam proponunt insolentiam¹⁰⁾ excusandam, quod capitulum illud¹¹⁾, per quod praedicta prohiberi videntur, de monachis, non de canonicis regularibus loquitur manifeste. Unde "nos consulere voluisti, utrum tales sint ad patrocinium admittendi. Ad quod" consultationi¹²⁾ tuae taliter¹³⁾ respondemus, quod idem iudicium de canonicis regularibus, quod et¹⁴⁾ de monachis, quantum ad supradicta credimus observandum, licet de monachis in canone specialiter sit expressum. "Dat. Rom. ap. S. Petr. Id. Mart. Ao. IX." [1206.]

CAP. III.

Se-summat.

Gregorius IX.¹⁵⁾

Quum sacerdotis sit officium¹⁶⁾ nulli nocere, omnibus autem velle prodesse, non nisi pro se ipso, vel ecclesia sua, vel, si necessitas

immineat, pro personis coniunctis aut miserabilibus sibi licitum est postulare. (Et infra:) Clericus autem, qui contra ecclesiam, a qua beneficium obtinet, pro extraneis advocatus vel procurator esse praesumit, tanquam ingratus potest, maxime si clericus sit eisdem ecclesiae, beneficio huiusmodi spoliari.

TITULUS XXXVIII.

DE PROCURATORIBUS.

CAP. I.¹⁾

Non auditur quis tanquam alterius procurator, nisi habeat mandatum legitime factum.

Gregorius Maximo²⁾ Salonensi Episcopo.

Alia quidem scripta ad fraternitatem tuam antea feceramus, sed tempore, quo homines tuos, quos ad nos misisti, relaxare voluimus. Scripsisse te quibusdam nostris comperimus, quod praedictos viros tunc ad causam non miseris³⁾; et ideo "ea", quae cum ipsis⁴⁾ facta sunt, subsistere⁵⁾ non debere; sed et Thomas "ecclesiae tuae defensor" sibi hoc⁶⁾ "verbo" a te dictum perhibuit, ex qua re "iam" nec praesentium portitoribus iudicavimus⁷⁾ esse credendum, ne de ipsis "quoque post haec" similiter diceretur. Quia ergo hoc cautiores⁸⁾ nos esse "debere" praemonuit, "si causam vultis dicere," instructam "de cetero" personam cum⁹⁾ mandato legitime facti, "tuis" et presbyterorum seu diaconorum testimonio¹⁰⁾ subscriptionibus roborato, gestisque iure indicto¹¹⁾ transmitti, ut quicquid cum ea actum fuerit iure subsistat¹²⁾. "Nam nos non solum etc."

CAP. II.

Non valet sententia, etiam expensarum condemnatoria, lata contra absentem, ex probabilis causa legitime per nuucium excusatum. H. d. quantum ad verum intellectum.

Alexander III.¹³⁾

Querelam A. clerici accepimus, "quod, quum venerabilis frater noster Wigorniensis episcopus causam, quae vertitur inter ipsum et Salesberiensem episcopum super ecclesia de Bribec.¹⁴⁾ de mandato nostro suscepisset sine debito terminandam, tandem, quia idem clericus termino constituto suam ei exhibere praesentiam non potuit pro eo, quod erat infirmitate gravatus, sicut per quandam presbyterum et diaconum, quos ad praesentiam ipsius episcopi miserat, paratus erat probare, eundem A. in restitutione expensarum, quas R. Lexoviensis archidiaconus pro ipsa causa ad diem ipsum tunc veniendo fecerat, condemnari." Mandamus "itaque discretioni vestrae atque praecipimus," quatenus, "si praefatus episcopus eundem A. iuxta mandatum nostrum a praescripta sententia non absolverit, vos, rei veritate diligenter inquisita," si vobis constiterit, quod Vigorensis¹⁵⁾ episcopus praefatum A. in restitutione¹⁶⁾ expensarum pro nulla¹⁷⁾ alia rationabili causa condemnaverit, nisi pro eo tantum, quod in¹⁸⁾ termino constituto ad eius praesentiam non accessit infirmitate detentus¹⁹⁾, quum non possit quis cogi, nisi velit, in gravibus causis procuratorem constituisse, et²⁰⁾ "quum" ipse ad probandum²¹⁾ infirmitatem suam presbyterum et²²⁾ diaconum destinaverit²³⁾, "auctoritate nostra sublato appellationis remedio" eum²⁴⁾ absolvere ab eadem sententia minime differatis.

CAP. III.²⁵⁾

Sententia lata cum procuratore revocato et de hoc certificato non praedicat domino. H. d. secundum communem intellectum.

Clemens III.

Ex insinuatione "dilecti filii I." archidiaconi Sagiensis²⁶⁾ accepimus, quod, quum inter ipsum et magistrum G.²⁷⁾ "de Sang." super

Cap. XI. 35) et loc.: C. H. TIT. XXXVII. Cap. I. 1) c. 12. conc. Lat. III. hab. A. 4179. — Cass. VII. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) et ord.: C. H. — 3) sustentantur: Comp. I., conc. — 4) saec.: omitt. Cass., Comp. I., conc. — 5) Quae in ipso conc. sequuntur Böhmerus tanquam integram canonis partem edidit; nos vero initialibus tantum verbis indicatis reiecit.

Cap. II. 6) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 30. — Comp. III. c. 3. ne cler. vel mon. III. 28. — 7) abest a C. H. L. — 8) obiicitur eisdem: Comp. III., Reg. — 9) poscat: C. L. — 10) insolentiam: Comp. III., Reg. — 11) cf. c. 35. C. XVI. qu. 1. — 12) discretioni: Comp. III., Reg. — 13) abest a C. R. H. L. — 14) abest a Comp. III., Böhm.

Cap. III. 15) Greg. III.: C. H. — 16) abest a C. R. TIT. XXXVIII. Cap. I. 1) Restitutum ex Greg. I. Reg. XIII. 11. (A. 603. Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Massimo: Comp. I. Ms. — Solanitano: C. H. — Salonitano: C. L., Comp. I., Reg. — 3) praed. vir. tunc in causa non immiseris (miseris, Ms.): Comp. I. — Veteranum presbyterum atque Uptatum defensorem tunc minime in causa transmiseris: Reg. — 4) cum

eis acta: Reg. — 5) substinere: Comp. I. Ms. — 6) abest a Reg. — 7) iudicamus: C. R. 2. — 8) haec res nos cautos: Comp. I. — Quia ergo haec res nos fecit valde ambigere, et cautos etc.: Reg. — 9) abest a C. H. — 10) in testimonium: Reg. — 11) indito transmittite: Comp. I., Reg. — 12) possit cum ea iure subsistere: Comp. I. Aug. — possit iure sustineri: Comp. I. Ms. — possit iure subsistere: Reg.

Cap. II. 13) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 14) Budei: Comp. II. Ms. A. — Bet.: Ms. B. — 15) Wigorn.: C. R. 1. — Wigornien.: C. R. 2. — praedictus: Comp. II. — 16) restitutionem: Comp. II. — add.: ipsarum Aug. — 17) abest a Comp. II. Ms. B. — 18) abest a C. R. H. L., Comp. II. — 19) gravatus: Comp. II. Ms. A. — 20) ipsum si: id. — 21) probandum: Comp. II. Ms. A. — 22) aut: C. H. — 23) destinavit: Comp. II. Ms. A. B. — 24) ipsum: Comp. II. Ms. B.

Cap. III. 25) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — 26) Sagi.: C. L. — Sagi.: C. R. — de Syranensi: Comp. II. Ms. A. — Sang.: Aug. — Sagenen.: Ms. B. — 27) W.: Comp. II. Aug.

quadam praebenda Lexonensis²⁸) ecclesiae, "quae de Pomeria dicitur," controversia mota fuisset, "eodem magistro propter hoc ad sedem apostolicam accedenti G. de Tortona, procuratorem ipsius archidiaconi se gerens ad illam causam constitutum, cum quibusdam literis de ratihabitione, prout decebat, se opposuit. Quum autem aliquantulum in causae cognitione processum fuisset," Licet "praedicto G." ab eodem archidiacono procuratori suo²⁹), duobus clericis praesentibus "et assistentibus," expresse fuisset inhibendum³⁰), ne causae cognitionem susciperet, "et ne ad iudicium suscipiendum in iure suis literis uteretur," ipse nihilominus in "ipsa" causa procedens, sententiam, "sicut dicitur," contrariam reportavit. Ceterum, quia alter de praedictis clericis dicitur obiisse, "nos tamen attendentes, quod idem G. contra ipsius archidiaconi prohibitionem in suscipiendo iudicio ipsius causae procedere non debuerit, discretioni vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si, "sicut ratio dicitur," per ipsius archidiaconi et superstitis "illius" clerici iuramentum constiterit de praemissis³¹), eundem archidiaconum expresse prohibuisse, ne dictus procurator illius controversiae diffinitionem susciperet, et ne in iure ad suscipiendum iudicium suis literis de ratihabitione aliquatenus uteretur," sententia contra eum lata nequaquam obstante, praedictae³²) praebendae possessionem cum fructibus inde perceptis, "a quocunque detineatur, archidiacono, sublato contradictionis et appellationis obstaculo," si eius restitutioni aliud, canonicum non obstant³³), auctoritate nostra restitui faciatis eidem³⁴). Restitutione vero facta, si archidiaconus ipse suam canonicam institutionem probare poterit, ipsam ratam "et iniolabilem" permanere³⁵), "sicut iustum fuerit," appellatione postposita decernatis³⁶).

CAP. IV.³⁷)

Rescriptum super consecutione iudicis impetratum a procuratore revocato, et de hoc certificato, non valet, nec processus vel sententia lata per ipsum, si revocatio pervenit ad adversarium. H. d. secundum glossam.

Innocentius III.³⁸) Cabilonensi et Catalanensi Episcopo.

In nostra praesentia "constitutus venerabilis frater noster" Tullensis episcopus "aerimabiliter" est conquestus, quod, quum "olim" ad "procurandam" causam, quae inter ipsum et "bonae memoriae" decanum Tullensem super dilapidatione, excommunicatione et³⁹) periurio, ac quibusdam aliis criminibus⁴¹) vertebatur, T. et G. presbyteros procuratores instituens, ipsos ad sedem apostolicam duxerit destinandos, quum de ipsorum fide postmodum titubasset⁴²), mandatum, quod eis dederat, infra⁴³) modicum temporis spatium revocavit, sed ipsi, licet mandati literas revocatorias recepissent, nihilominus in negotio processerunt, et pro procuratoribus se gerentes, cum adversario "suo, Iaffrido scilicet, archidiacono Tullensi, sunt" ingressi iudicium⁴⁵), cum eo⁴⁴) "denuum" ad "dilectum filium G." Parisiensem archidiaconum et⁴⁵) collegas suos in eiusdem⁴⁶) praedictum nostras litteras impetrarunt⁴⁷). "Quorum citatio licet eidem episcopo minime fuerit praesentata, quum tamen ad eius notitiam devenisset, quod eidem erat causa commissa, quae inter ipsos et dictos decanum et archidiaconum vertebatur, ad eorum praesentiam properavit." Quumque praedictus⁴⁸) episcopus "per nullam instantiam nostri rescripti copiam habuisset, et eiusdem tenorem cum viris prudentibus inspiceret diligenter, admirans plurimum, quod supradicti presbyteri tanquam procuratores huiusmodi literas impetrarant," ad probandum, quod falsi procuratores fuerunt⁴⁹), ab ipsis iudicibus inducias postulas- set⁵⁰), ipsi exceptionem oppositam⁵¹) inutilem et supervacuum reputantes, ad probationem ipsius dilationem concedere noluerunt, propter quod "idem episcopus" ad appellationis beneficium convolvit, "et ab ipsorum iudicium praesentia recessit appellans." Sed iidem⁵²) "appellationi minime deferentes, in negotio ipso procedere, ac" nihilominus⁵³) lite non contestata et iuris ordine praetermisso te-

stes contra eum⁵⁴) "episcopum" recipere praesumpserunt, "et" ipsum a Tullensi ecclesia per sententiam removendo, "praeter formam mandati nostri Tullensi capitulo concesserunt eligendi sibi pontificem liberam facultatem. Quum autem dicti episcopus et P. archidiaconus propter hoc ad nostram nuper praesentiam accessissent, et super ipsorum processu iudicum coram nobis aliquandiu litigassent, idem episcopus XIII. testes, quosdam abbates et monachos nigri et albi ordinis, et quosdam clericos saeculares induxit, quibus diligenter examinatis, ex ipsorum depositionibus apparuit evidenter, quod quum supradictus episcopus ad probandam exceptionem praescriptam petisset inducias, ipsas praetaxali iudices negaverunt eidem, et quod, licet idem episcopus propter hoc ad sedem apostolicam provocasset, ipsi tamen in negotio post appellationem ad nos interpositam processerunt." Nos vero, licet vix fidem adhibere potuerimus, quod "saepe" dicti⁵⁵) iudices, utpote viri literati, providi et honesti, taliter, "ut dictum est," processissent, maxime⁵⁶) quum in sua relatione, quam ad nostram praesentiam transmissere, de huiusmodi exceptione "proposita" nullam fecerint mentionem, quia tamen episcopus per viros religiosos, providos⁵⁷) et honestos, de quibus non est verisimile, quod suae salutis obliiti ac iuramenti religione contempti falsum testimonium tulerint, nobis fecit super iis, quae sunt proposita, plenam fidem, attendentes etiam⁵⁸), quod falsi procuratoris exceptio non solum ante sententiam, verum etiam⁵⁹) postea⁶⁰) potest obtici⁶¹) "iuxta canonicas et legitimas sanctiones," utpote qua probata⁶²) iudicium nullum⁶³) et nullius momenti controversiae reputantur, "de consilio fratrum nostrorum" processum supradictorum iudicum⁶⁴) sententialiter duximus irritandum, "in eum statum negotium reducentes etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. Kal. Febr. Ao. IX." [1206.]

CAP. V.⁶⁵)

Si agitur de adulterio coram iudice saeculari ad poenam legalem, non intervenit procurator; secus si coram ecclesiastico ad separationem.

Idem Brixienti Episcopo.

Tuae fraternitatis (Et infra: [cf. c. 10. de eo, qui cogn. IV. 13.]) Consultationi tuae⁶⁶) taliter⁶⁷) respondemus, quod, si vir accuset uxorem de crimine adulterii coram iudice saeculari ad poenam legitimam infligendam, quia tunc inscriptionis vinculum debet arripere⁶⁸), seque ad poenam talionis⁶⁹) adstringere, non per procuratorem, sed per "se" ipsum praesentem oportet praesentia- liter accusare. Si vero vir accusare velit uxorem de adulterio coram ecclesiastico iudice, ut ab eius cohabitatione discedat, quia tunc, etsi forsitan oporteat eum⁷⁰) inscribere, ut designet in scriptis nomen⁷¹), locum et tempus, et omnia⁷²), quae comprehenduntur in lege civili, ad talionem tamen non debet se aliquatenus obligare, ne forte, quum "etiam" in probatione defecerit, intentionis suae consequatur⁷³) effectum, sustineri potest, si necessitas id⁷⁴) postulaverit, ut per procuratorem accuset, quoniam huiusmodi accusatio, etsi de crimine fiat, non est tamen criminalis, sed quasi mixta inter civilem et criminalem, quanquam⁷⁵) in praesentia principalium personarum securus procedatur. "Postulasti etc. [cf. c. 25. de spons. IV. 1.] Dat. Rom. etc." [1206.]

CAP. VI.⁷⁶)

Qui de mandato domini causam procuravit, ab eo repetit expensas propter hoc factas.

Idem.⁷⁷)

Quum pro causa, quae inter "dilectos filios" G.⁷⁸) et F. Gabilonensis⁷⁹) ecclesiae archidiaconos vertebatur, "procuratores utriusque partis ad nostram praesentiam accessissent, nos eis dilectum filium nostrum G. S. Adriani diaconum cardinalem concessimus auditorium, coram quo ipsius F. archidiaconi procurator proposuit, quod, quum olim pro variis gravaminibus, quae adversarii eius Cabilonensi ecclesiae inferebant, ad sedem apostolicam accessisset, ad

Cap. III. 28) Leon.: C. R. 1. — Iuzen.: Comp. II. Ms. A. — 29) pro- suo: omitt. Comp. II. — 30) prohibitum: C. H. — 31) de praem.: omitt. Comp. II. — 32) iam dictae: ead. — 33) obstat: Comp. II. Ms. B. — obstitit: Aug., Ms. A. — 34) abest a C. R. 1. — 35) omitt. C. H. — 36) discernatis: ib.

Cap. IV. 37) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 259. — Comp. III. h. t. c. 1. — 38) inscr. omitt. Comp. III. — Cappell. et Catal.: C. R. 2. — Cabilon. et Cassan.: C. R. 1. — Cabilon. et Catalan.: C. L. — Cabilon. episc. et episc. Catal.: C. H. — Cabilonensi et Catalanensi episcopis et priori Clu- rovillensi: Reg. — 39) abest a C. R. L., Comp. III., Reg. — 40) omitt. C. H. R. L., Comp. III., Reg. — 41) F. et G.: C. R. 1. — W. et C.: C. R. 2. W. et T.: C. H. L. — W. et I.: Reg. — 42) dubitaret: C. R. 2. — 43) iux- tra: Cont., Böhm. — 43) in iud.: C. L. — 44) eodem: Comp. III., Reg. — 45) magistrum R. de Coxon (Viren.: Ms.) et R. S. Victoria poenitentiarium: Comp. III. — mag. R. de Corzon (leg.: Courçon) canonicum No- viomensem et R. S. Victoria poen.: Reg. — 46) eius: C. R. 2. L. — 47) im- petrautes: Comp. III., Reg. — 48) dictus: Reg. — 49) fuerant: Comp. III., Reg., Cont., Böhm. — 50) postulavit, qui: Comp. III., Reg. — 51) add.:

vel oppositionem: C. L. — 52) Ipsi vero: Comp. III., Reg. — 53) abest ab iud.: — 54) ipsum: C. R. 1., Comp. III., Reg. — 55) praedicti: C. H. — 56) et max.: Comp. III. Aug. — 57) pariter: Comp. III., Reg. — 58) abest a C. H. R. L., Comp. III., Reg. — 59) et: Comp. III. Aug. — 60) post sententiam: Comp. III., Reg. — 61) opponi: C. H. — 62) prola- ta: Comp. III. — 63) abest a Comp. III. Aug. — 64) suprad. iud.: omitt. C. H. Cap. V. 65) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 189. — Comp. III. h. t. c. 2. — 66) Consuluit insuper (etenim: Comp. III.) nos (omitt. Aug.) tua fraternitas, utrum vir per procuratorem valeat super adulterio coniugem accusare, quum videatur illud tam leges quam canones inhibere. Ad quod fraternitati tuae etc.: Comp. III., Reg. — 67) abest a C. H. — 68) accipere: C. L. — 69) add.: debet: C. R. 1. — 70) ipsum: C. R. 1. H. L., Comp. III., Reg. — 71) crimen: Reg. — 72) alia: ib. — 73) consequeretur: ib. — 74) abest a C. H. — 75) quamvis: Reg.

Cap. VI. 76) Restitutum ex Reg. Bal. I. 319. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 77) archiepiscopo, decano et procuratori Lugdunensibus: Reg. — 78) Ful- conem et Gualterum: Reg. — 79) Gubania: Comp. IV. Ms. A. — Gub- lon.: Aug. — Glabon.: Ms. B.

dilectos filios abbatem S. Martini, cantorem Eduensem, archidiaconum Flaviniacensem literas impetravit, ut dictum G. archidiaconum canonica districtione compellerent, ut ab Cabilonensis ecclesiae et hominum eiusdem obedientiae eius, quae Potestas Boiaci dicitur, molestiam cessaret, et de iniuriis illatis ipsam eidem ecclesiae satisfactionem cogerent debitam exhibere. Quumque iudices secundum mandatum apostolicum vellent in causa procedere, pars adversa, ut iudicium declinaret, sedem apostolicam appellavit. Adiecit etiam, quod a bonae memoriae Coelestino Papa praedecessore nostro confirmationis literas impetravit super quibusdam institutionibus eiusdem ecclesiae de communi assensu capituli constitutis, ex quarum inobservantia ecclesia ipsa debito servitio fraudabatur. Licet autem idem praedecessor noster venerabili fratri nostro Eduensi episcopo ad eiusdem archidiaconi postulationem mandasset, ut eas faceret observari, ipse tamen semel solummodo Cabilonensi capitulo pro his servandis suas literas destinavit, nec super hoc ultra processit. Petebat itaque procurator ipse pro archidiacono memorato priorem causam committi, confirmari constitutiones praedictas, et ea sibi restitui, quae ad utilitatem eiusdem ecclesiae coactus fuerat expendisse. Ceterum procurator partis alterius ex adverso respondit, quod, quum dictus F. archidiaconus etc. [cf. c. 27. de sent. ex. V. 39.] Ipsa vero ad apostolicam sedem accedens, confessus est, quod in clericum manus iniiecit violentas; suppressimem autem, quod imunitatem violasset ecclesiae, super absolutione sua literas impetravit; sed nihilominus in excommunicatione remansit, quum alteram causarum, pro quibus excommunicatus fuerat, tenuisset. Unde ipsum nec in iure stare posse dicebat, nec procuratorem constituere; praesertim quum is, cui causas suae procuratorem commiserat, ob excessum similem eadem innotatus sententia teneretur. Ea etiam carere viribus allegabat, quae in excommunicatione positus a sede apostolica impetravit. Licet autem per hoc dictus G. archidiaconus ei non teneretur, nisi obtento prius absolutionis beneficio, respondere, nihilominus tamen se dictorum iudicum conspectui praesentaret, et per literas venerabilis fratris episcopi et dilecti filii decani ipsius ecclesiae ostenderat, quod nec ipse adversus eandem ecclesiam, nec ecclesia adversus eum haberet aliquam quaestionem, et literas, quas adversarius eius obtinuerat ab apostolica sede, impetratae non fuerant de capituli voluntate. Accedens igitur die altera, quae ipsis fuerat assignata, quum super eo quaereretur a partibus, utrum renitente capitulo dictus F. archidiaconus esset pro Cabilonensi ecclesia contra eundem G. archidiaconum admittendus, ipse G. propter suspicionem iudicum ad sedem apostolicam appellavit. Ad ea vero, quae super servandis consuetudinibus ecclesiae proposita fuerant, sic respondit, quod, quum memoratus episcopus dictis decano et capitulo mandavisset memoratas consuetudines observari, responderunt, se ipsas libentius servaturos, nisi paupertas ecclesiae impedit, adiciens, ut statum Cabilonensis ecclesiae per suas literas sedi apostolicae nunciarent. Ex his igitur concludebat, nec expensas, quas dictus F. archidiaconus fecerat, ipsi debere restitui, quum potius, ut ab excommunicationis vinculo solveretur, ad sedem apostolicam accessisset, nec eum esse super confirmandis ecclesiae consuetudinibus audiendum, cuius non poterat literas procuratorem ostendere, immo ipse procurator esset a capitulo institutus. Propter quod eum instantia postulabat ordinationem ecclesiae dictis episcopo et decano committi ita, quod quicquid de maiori et saniori parte capituli tam super instituendis canonicis quam super aliis ad ordinationem eiusdem ecclesiae pertinentibus constituerent, non obstante contradictione paucorum, inviolabiliter servaretur, nec obstantibus literis super servandis praedictis consuetudinibus ac dictum Eduensem episcopum destinatis. Petebat etiam dictum F. archidiaconum excommunicatum denunciari, quum nec satisfecisset passo iniuriam, et de violatione immunitatis ecclesiae non fecisset aliquam mentionem. Ex parte vero praedicti F. archidiaconi taliter fuit ad obiecta responsum, quod licet super violenta manuum iniiectione accusatus fuisset, ei fuit ecclesiae solummodo introitus interdictus; sed postmodum ad apostolicam sedem accedens sine contradictione qualibet fuerat absolutus. Nos igitur causam ipsam vestro examini committentes Discretionem vestram per apostolica scripta mandamus, quatenus, si vobis etc. [cf. c. 27. de sent. ex. V. 39.] Prae-

dictas vero constitutiones, si eas de assensu capituli maioris vel sanioris partis sine pravitate qualibet inveneritis esse factas, et possibilitas ecclesiae patitur, faciatis inviolabiliter observari. In aliis ordinationem ecclesiae praedictis episcopo et decano auctoritate apostolica committatis ita, ut quae cum maiori parte capituli tam super canonicis instituendis quam super aliis canonicis duxerint statuenda, non obstante contradictione vel appellatione paucorum, obtineat firmitatem. expensas vero ante dicto archidiacono restitui faciatis, si legitime probare poterit, se de mandato capituli suscepisse praedicta negotia promovenda, et propter hoc ad sedem apostolicam accessisse. Nullus literis etc. Datum etc. [1199.]

CAP. VII.⁸⁰⁾

Universitas etiam scholarium potest ad agendum et defendendum procuratorem constituere.

Idem Scholaribus Parisiensibus.

Quia in⁸¹⁾ causis, quae contra vos et pro vobis moventur, interdum vestra universitas ad agendum et respondendum commode⁸²⁾ interesse non potest, postulatis a nobis, ut procuratorem instituere super hoc vobis⁸³⁾ de nostra permissione⁸⁴⁾ liceret. Licet igitur de iure communi hoc facere valeatis, instituendi⁸⁵⁾ tamen procuratorem super his auctoritate praesentium vobis concedimus facultatem.

CAP. VIII.⁸⁶⁾

Si citatus ad totam causam constituit procuratorem, quem postea revocat, potest nihilominus contra eum procedi, in quantum status causae patitur, sine alia citatione. H. d. quoad intellectum.

Honorius III. Episcopo Egitanensi⁸⁷⁾.

Auditis et intellectis quae super⁸⁸⁾ fratris Iohannis Colobriensis et Bartholomaei Egitanensis canonicorum, nec non et decani Civitatis suorumque conidicum delegatorum nostrorum processibus⁸⁹⁾ in causa, quae inter te et venerabilem fratrem nostrum Colobriensem episcopum super limitatione dioecesium ac rebus aliis vertitur, a procuratoribus partium fuere proposita coram nobis, processus ipsos⁹⁰⁾, et quaecumque secuta sunt ex eis vel ob eas, noveris nos de consensu fratrum nostrorum irrita iudicasse, non obstantibus literis, quas de revocatione mandati procuratori suo praedictus Colubriensis⁹¹⁾ episcopus destinavit, quum, antequam ad illum literas huiusmodi pervenirent, fuisset super eisdem processibus hinc inde conclusum. Ceterum memoratum Colubriensem episcopum, qui procuraverat totum negotium ad examen sedis apostolicae advocari⁹²⁾, et postmodum mandatum factum procuratori non sine nostro contemptu et tuo dispendio revocavit, condemnandum tibi duximus in expensis, quas fecisti a tempore, quo ad procuratorem ipsius⁹³⁾ revocatoriae literae pervenerunt, et facies etiam⁹⁴⁾ usque ad diem, quo per se idem⁹⁵⁾ episcopus vel per⁹⁶⁾ procuratorem idoneum se nostro conspectui praesentabit, in principali negotio et contingentibus ipsum legitime processurus. Ne igitur etc.

CAP. IX.⁹⁷⁾

Procurator episcopi causas episcopatus agit et defendit, licet non fuerit citatus sub nomine syndici vel actoris.

Idem M. et R. Canonicis Mutinensibus.⁹⁸⁾

Petitio vestra nobis exhibita continebat, quod, quum venerabilis frater noster Mutinensis episcopus in Livoniam profecturus vos vicarios suos et procuratores constitueret⁹⁹⁾ generales, vobis volentibus agere contra detentores bonorum episcopi Mutinensis vel contra illum¹⁰⁰⁾ agentibus respondere, frequenter opponitur, quod hoc¹⁾ facere non potestis, pro eo, quod in²⁾ instrumento vicariae sive procuratoris huiusmodi non exprimitur, quod episcopus ipse constituerit vos syndicos vel³⁾ actores. Quare humiliter postulatis, ut, quum per exceptiones huiusmodi frequenter impediatur utilitas episcopi supra dicti, super hoc providere salubriter dignemur. Nos igitur ex tenore ipsius⁴⁾ instrumenti liquido⁵⁾ cognoscentes, quod intentio fuerit⁶⁾ ipsius episcopi dare vobis agendi et⁷⁾ respondendi pro ipso episcopo liberam potestatem, exceptionem huiusmodi penitus reprobamus.

Cap. VII. 80) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 2. — 81) abest a Comp. IV. Aug., Ms. B. — 82) quotidie: Comp. IV. — 83) abest a Comp. IV. Aug. — 84) libera perna: ead. — 85) quia tamen hoc petitus a nobis devotioni vestrae specialiter indulgeri, instituendi proc.: Comp. IV., Böhm.

Cap. VIII. 86) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 87) omitt. inscr. Comp. V. Ms. — Egitanen.: C. H. — Egitanien.: C. L. — Agitanen.: C. R. 2. — Aegitanen.: Cont. — leg.: Egitanien. (Idanha a Velha). — 88) omitt. Cir. — 89) praecessibus: C. H. — 90) ipsorum: Comp. V. — 91) Colibriens.: C. L. per tot. — Colobrien.: Cir. per tot. — vid. leg.: Co-

lubriens. (Coimbra). — 92) provocari: Comp. V. Ms. — 93) Colobriensis: Comp. V. Cir. — Colubrien.: Ms. — 94) abest a Comp. V. — 95) Colobriensis: Comp. V. Cir. — Colubrien.: Ms. — 96) omitt. Cir.

Cap. IX. 97) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 98) magistro R. canonico Mutin.: C. R. 1. — 99) constituit: Cont., Böhm. — 100) illud: C. L. — illis: Comp. V. Ms. — 1) abest a C. R. H. L. — id: Comp. V. — 2) sive: C. R. 1. — 3) et: C. H., Comp. V. Cir. — 4) abest a C. H. — add.: episcopi: Comp. V. Ms. — 5) abest a Comp. V. Cir. — 6) fuit: Comp. V., Cont., Böhm. — 7) vel: C. R. 2.

CAP. X.

Providere debet iudex, maxime in causa matrimoniali, quod constituens procuratorem gaudeat plena libertate.

Gregorius IX. *nobili viro Ubaldo⁸⁾ Civi Pisano.*

Accedens ad apostolicam sedem (*Et infra:*) Mandamus, quatenus D.⁹⁾ nobilem mulierem, quae sub tua potestate tenetur, plenae¹⁰⁾ restitutas libertati, faciens ipsam ad castrum de Massa Lucanae¹¹⁾ dioecesis secure perducere, ut existens ibi libera¹²⁾ procuratorem libere ordinare valeat, qui suam coram nobis iustitiam prosequatur. Tu ergo super sponsalibus, quae inter natam tuam et filium eiusdem nobilis contracta proponuntur, procuratorem idoneum ad praesentiam nostram mittas, qui ad agendum et respondendum plenam habeat potestatem.

CAP. XI.

Si procuratori generali denegatur iudicium ad consulendum dominum, ex causa probabili absentem, poterit procurator appellare.

Idem *Cantuariensi Archiepiscopo.*

Dilectus filius magister L. rector ecclesiae de Anna¹³⁾ transmissa nobis petitione monstravit, quod, quum R. presbyter contra ipsum, causa studii Bononiae commorantem, super eadem ecclesia ad iudices nostras literas impetrasset, earum auctoritate a iudicibus ipsis eodem rectore citato, procurator ipsius generalis ad omnia eius tractanda negotia, pro eo, quod competentem terminum, infra¹⁴⁾ quem rectorem ipsum consulere, utrum deberet contendere vel cedere quaestioni, sibi concedere denegabant, pro eodem nostram audientiam appellavit. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, revocato in irritum, etc.

CAP. XII.

Si reus recedit a iudicio, dimisso procuratore solummodo ad agendum, contumax est, et condemnatur in expensis.

Idem *Episcopo Lixonensi.*¹⁵⁾

Constitutis in praesentia nostra H. priore Sagiensi¹⁶⁾ et T. laico dilectum filium O. subdiaconum nostrum super causa, quae inter ipsos super quadam summa pecuniae vertitur¹⁷⁾, concessimus audientiam (*Et infra:*) Quia prior super ipsa pecunia, in qua dictus T. eum sibi suae uxoris nomine teneri dicebat, recepto libello illicitiatus recessit, quandam procuratorem dimittens solummodo ad agendum, quem, quum auditor ipse per mandatum procuratorum sibi datum ad defendendum priorem sufficientem non viderit¹⁸⁾, eum¹⁹⁾ ex hoc reputans contumacem, ipsum praefato T. in unam marcham sterlingorum condemnavit taxatione praehabita in expensis. (*Et infra:*) Nos autem finem litibus imponere cupientes, et quod ab auditore praefato factum esse dignoscitur approbantes, mandamus, quatenus partibus convocatis, etc.

CAP. XIII.

Tenet iudicium agitatum cum procuratore revocato, si revocationem iudex et adversarius ignoraverunt. H. d. secundum communem intellectum et verum.

Idem.

Mandato procuratoris post litem contestatam a domino revocato, si hoc ignorante iudice vel adversario factum fuerit²⁰⁾, iudicium, quod idem quasi procurator postmodum expertus est, ratum esse debet.

CAP. XIV.

Filius familias potest esse procurator in iudicio, etiam ad futuras lites; et procurator datus cum pluribus simul in solidum praefertur, si praecipuus negotium; secus, si diverso tempore fuit datus. Item procurator appellare debet a sententia, nisi ex causa excusetur; quo casu debet domino nunciare de sententia; appellationem tamen prosequi non tenetur.

Idem.

Non iniuste iudex processit, qui filium familias in procuratorem

admisit, quamvis ad futuras controversias constitutum, qui, licet simul cum aliis datus fuerit, prius tamen procuratoris²¹⁾ officium occupavit. Quod fieri nequivisset in procuratoribus diversis temporibus constitutis, quoniam dato posteriori prioris esset procuratio revocata. Potuit quoque is et debuit a sententia in eo, quod lata existit contra ipsum, nostram audientiam appellare, vel, si iusta causa excusabat eundem, saltem domino contestari²²⁾, ut ad appellationis beneficium convolare, licet appellationem prosequi non teneretur invitus.

CAP. XV.

Procurator universitatis, cuius maiores et iurati sunt excommunicati, non repellitur ab impetrando; nisi illi in procuratorio sint expressi, vel eorum auctoritate factum sit, vel ad id sceleret sint admissi. H. d. et est decisio notabilis et subtilis.

Idem.

Consulti sumus, an constitutus ad impetrandum a communitate aliqua procurator ab impetrando deberet²³⁾ excludi pro eo, quod maiores²⁴⁾ et iurati, per quos eadem communitas regebatur, tempore, quo iniunctum fuit²⁵⁾ procuratoris officium, erant excommunicationis sententia innodati. Taliter respondemus, quod, nisi essent illi in literis procuratoris expressi, vel alias eorum auctoritate procuratoris²⁶⁾ institutio facta fuisset, aut sciens, eos esse tales, ipsa communitas una cum eis constituisset eundem, non est procurator huiusmodi repellendus.

TITULUS XXXIX.

DE SYNDICO¹⁾.CAP. I.²⁾

Religiosi debent habere syndicum, qui causas monasterii agat, et defendat, etiam, si oportuerit, constituto illi salario.

Gregorius Papa³⁾ *Subdiacono Defensori Siciliae.*

Sicut studii nostri esse debet⁴⁾ a litigiis forensibus⁵⁾ monachos submovere, "ut divinis ministeriis pie ac solertiter invigilent;" ita necesse est nostra provisione⁶⁾, quemadmodum negotia eorum disponi debeant, ordinare, "ne distenta mens per varias causarum curas defluat, et ad celebrandum opus consuetum enervata torpescat." Praesentium itaque lator abbas Ioannes plurima se monasterii sui asserit habere negotia." Pro⁷⁾ qua re tibi praecipimus, quatenus cum Fausto, "qui Romani viri magnifici ex praetore cancellarius fuerat," loqui debeas⁸⁾, cui, si voluerit, constituto⁹⁾ salario, monasterii "ipsius" generaliter debeas negotia commpendare. Expedi enim pro¹⁰⁾ parvo incommodo a strepitu causarum servos Dei esse¹¹⁾ quietos.

TITULUS XL.

DE HIS, QUAE VI METUSVE CAUSA FIUNT.

CAP. I.¹⁾

Si quis timore mortis, postea ratum non habens, religionem profectur, exire, et matrimonium contrahere potest; secus si a principio vel ex post facto libere consensisset.

Alexander III.²⁾ *Oacensi Episcopo, et Priori sanctae Mariae Caesar-Augustanae.*

Perlaturum est³⁾ ad audientiam nostram, quod, quum quidam "vir nobilis et potens Atorelia nomine" M.⁴⁾ uxorem suam suspectam haberet, milites sui, eius praeepto eam ad quandam silvam ducentes, evaginato gladio occidere voluerunt; sed tandem pietate ducti sub tali conditione pepercerunt eidem, quod in monasterio de Co-

Cap. X. 8) Ybaldo: C. R. 1. — 9) B.: C. R. 2. — 10) plenarie: C. R. 1. — 11) de Massan. Lucan.: C. R. 1. — 12) libere: ib.

Cap. XI. 13) Anna: C. R. H. L. — 14) intra: Cont., Böhm.

Cap. XII. 15) Lixonien.: C. L. — leg.: Lixonien., cum Böhm. (Lisieux¹⁾). — 16) Segien.: Böhm. — 17) vertebatur: C. L. — 18) videret: C. R. 1. — 19) adil.: esse: C. R. 1.

Cap. XIII. 20) fuit: C. L.

Cap. XIV. 21) procuratoris: C. H. — 22) protestari: C. L.

Cap. XV. 23) debeat: C. H. — 24) maior: C. R. 2. H. L. — 25) fuerit: C. R. 1. — 26) procuratoris: ib.

TIT. XXXIX. 1) de synd. et actore: C. H. — Cap. un. 2) Restitutum ex Greg. I. Reg. I. 69. — Comp. I. h. l. c. un. — 3) Petro: C. H. — Petro subdiacono Siciliae: Comp. I. Reg. — 4) concedet: Comp. I. Reg. — 5) foralibus: ib. — 6) nostram provisionem: Reg. — 7) Pro qua re experientiam tuam per praesentis scripti paginam admonemus: ib. — 8) debeat. Cuius si pronam ad hunc rem compereris voluntatem, et: ib. —

quem si hoc velle perspexeris: Comp. I. — 9) adil.: ei: C. H. — 10) abest a C. R., Comp. I., Reg. — 11) existere: Comp. I., Reg.

TIT. XL. Cap. I. 1) Restitutum ex App. L. 43., Comp. I. h. t. c. 2. — 2) inser. omitt. App. — Exon. episc. et priori S. Mariae Unesary.: Cont. — 3) Relatum est auribus nostris, quod, quum vir nobilis Atorelia: App. — 4) mulierem de Oreia, quondam uxorem suam suspectam haberet: fratri et militibus suis praecipit, ut eam longe ad privata loca deducerent, et gladio occiderent. (qui quum ipsam (ipsi: Aug.) ad quandam silvam duxissent, et evaginato gladio eam (omitt. App., Comp. I. Ms.) occidere vellent: eadem (eandem: Comp. I. Ms.) ad pedes cognati cecidit, et, ut sibi vitam servaret, lacrimosa supplicatione rogavit. Cognatus vero misericordia et pietate ductus (motus: App.), ei sub tali conditione pepercit, quod in monasterio de Colobres (Colobres: Comp. I. Ms. — Tolabres: App. — leg. cum Ang. in not.: Talabris) habitum monasticum deberet suscipere: App., Comp. I.

louis³⁾ habitum suscipere monachalem. "Quo audito maritus eius, quia reservata erat ad vitam, grave plurimum tulit, sed tamen postmodum acquievit. Sicque factum est, quod duos episcopos Casarugustanum et Turasonensem⁵⁾, ut eam benedicerent et illi velum imponerent, ad monasterium ipsam adduxit." Episcopi vero "rem ignorantes," missi⁷⁾ a viro, ut ei velum imponerent, "et," quia iuvenis erat⁸⁾, et filium parvulum habebat, mutationem⁹⁾ vitae suae suspectam habentes, seorsum conveniunt eandem¹⁰⁾, quae "utique ipsis" rem "per ordinem" patefaciens, quod mortis timore "et non bono animo" monasterium intrabat¹¹⁾, proposuit, et quod inde¹²⁾, quando cumque posset, exiret, "nihilominus adiecit. Sed¹³⁾ tunc episcopis de morte ipsius timentibus, et, quod ab ea audierant propterea nolentibus," alter episcoporum¹⁴⁾ "Turasonensis scilicet," ut viri "illius" tyrannidi satisfacere videretur, mulieri velum imponere simulavit, tandem "autem" viro de medio sublato¹⁵⁾, praedicta mulier de monasterio exiens, alium maritum accepit, quos Calaguritanensis¹⁶⁾ episcopus ad instantiam sororum vinculo excommunicationis adstrinxit, "et totam terram eius interdixit, ignorans penitus, quomodo res processisset, quam antequam sententiam venerabilis frater noster Tarraconensis archiepiscopus postmodum confirmavit. Nos igitur de prudentia et honestate vestra confidentes, causam ipsam experientiae vestrae duximus committendam, et sine debito terminandam." Ideoque "discretionem vestram per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus praedictam mulierem et virum, recepto sacramento¹⁷⁾, quod vestro¹⁸⁾ debeant stare mandato, ab excommunicationis¹⁹⁾ vinculo absolvatia; deinde tam mulierem, quam priorissam et moniales praescriptas²⁰⁾ monasterii ante vestram²¹⁾ praesentiam convocantes, "causam diligentissime audiat, et sine canonico terminetis. Quod" si legitime probatum fuerit, non timore mortis praedictam mulierem²²⁾ religionem intrasse, aut quod fecit postmodum²³⁾ ratum habuisse, ipsam ad monasterium redire, et habitum depositum reassumere²⁴⁾ censura ecclesiastica compellatis²⁵⁾.

CAP. II.²⁶⁾

Qui per metum amissionis patrimonii suo beneficio renunciat, illud repetere potest.

Idem Episcopo Vigorniensis.²⁷⁾

Abbas sancti Cadmundi²⁸⁾, a quo R.²⁹⁾ praesentium lator patrimonium suum tenere dignoscitur, milites "suos" et burgeneses ad domum eius³⁰⁾, sicut accepimus, destinavit, qui eum a domo et universa possessione "sua" expellerent, nisi ecclesiam suam penitus abiararet. Quod quum idem R. tali modo coactus fecisset, abbas alii concessit supradictam³¹⁾ ecclesiam. Unde, quia quae metu et vi fiunt³²⁾ de iure³³⁾ debent in irritum revocari, "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus praedicto R., "si ita constiterit," cum integritate restituas universa³⁴⁾.

CAP. III.³⁵⁾

Qui terrore laicorum electioni de se factas renunciat, si renunciatio iuramento vel fide firmata non sit, regimini, ad quod electus erat, praefici poterit.

Clemens III.³⁶⁾

Ad aures nostras te significante pervenit, quod electus quidam in plebanum cuiusdam ecclesiae, "quae ad tuam dispositionem pertinet," ad terrorem laicorum renunciavit electioni, quae de ipso³⁷⁾ fuerat a clericis, uno excepto, unanimiter celebrata; "is autem, qui dissensit, ante electionem ad sedem apostolicam appellationis vocem emisit. Ideoque consulere voluisti, si renunciatio facta ad terro-

rem laicorum impediatur, quo minus ad regimen praedictae ecclesiae is, qui fuerit prius electus, possit assumi, et si eius appellatio teneat, qui, quum se non electurum iurasset, et ne alii eligerent, appellavit." Tuae igitur³⁸⁾ discretioni "litteris" praesentibus innoteat, quod renunciatio facta³⁹⁾ ad terrorem laicorum, nisi forte iuramento vel fide interposita sit⁴⁰⁾ confirmata, non impedit, quo minus is, qui renunciavit⁴¹⁾ ecclesiae, ad cuius regimen prius erat⁴²⁾ electus, praeficiatur eidem⁴³⁾. "Pro contradictione autem vel appellatione eius, qui se non electurum publice confessus est iurasse, non est electio ab illis celebrata canonice irritanda. Super eo etc. [cf. c. 12. de elect. l. 6.]"

CAP. IV.⁴⁴⁾

Qui per metum, qui cadere potuit in constantem virum, beneficio suo renunciare iuravit, et renunciavit, illud repetere poterit.

Innocentius III. Decano et Subdiacono⁴⁵⁾ Linconensibus.

Ad audientiam nostram "dilecto filio" magistro G.⁴⁶⁾ de Chevell.⁴⁷⁾ significante pervenit, quod, quam ecclesiam de Chevell.⁴⁸⁾ "auctoritate sedis apostolicae" canonice fuisset adeptus, et aliquamdiu pacifice possedisset, gravissimo tantum metu regis, quod eam resignaret iurare⁴⁹⁾ coactus, eam in eorum, ad quos pertinebat, manibus resignavit. Quia vero quae vi metusae causa sunt carere debent robore firmitatis⁵⁰⁾, "discretionem vestram per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si eundem "magistrum" ad resignationem "faciendam" constiterit vobis per talem metum⁵¹⁾ fuisse coactum, qui potuerit et debuerit cadere in virum constantem, non obstante iuramento praedicto⁵²⁾, quo⁵³⁾ non ad repetendum, sed ad resignandum solummodo tenebatur, praefatam ecclesiam ei "per censuram ecclesiasticam sublato cuiuslibet appellationis obstaculo" restitui faciatis. "Nullis litteris etc. Dat. Lat. Non. Febr." [1200.]

CAP. V.⁵⁴⁾

Excommunicatus non est qui absque coactus excommunicato communicat; secus si coactus fuit conditionalis.

Idem Vidronensis⁵⁵⁾ Archiepiscopo⁵⁶⁾.

Sacris est⁵⁷⁾ canonibus (Et infra:) Distinguiamus autem, utrum is, qui communicat excommunicatis invitus, sit per coactionem adstrictus⁵⁸⁾ aut per⁵⁹⁾ metum inductus. In primo "siquidem" casu talem non credimus excommunicatione teneri, quum magis pati, quam agere, convincatur. In secundo "vero" licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam prorsus excludit, quum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, "talem" excommunicationis labe credimus inquinari. "Licet autem etc. [cf. c. 38. de sent. ex. c. V. 39.]"

CAP. VI.⁶⁰⁾

Metu passo non subvenitur, si non fuit talis, qui cadere potuit in constantem virum.

Idem Marsiliensis⁶¹⁾ et Agathensis Episcopis.

Quum dilectus filius⁶²⁾ "abbas de Floreia nuper ad nostram praesentiam accessisset, nobis exposuit diligenter, et hoc ipsum abbas in Insularum et aliorum quorundam litterae continebant, quod in insulis Aearum fratres Cistercienses quondam fuerant commorati; sed eis in captivitatem paganorum deductis, quoniam locus mari erat vicinus, illuc se quidam regulares canonici transfulerant, qui, licet iam per annos triginta canonicorum regularium habitum portassent, opera tamen contraria regularibus faciebant; sed ad se Domino inspirante reversi, monasticum ordinem ibidem plantari volebant secundum Cisterciensium instituta. Quod etiam diocesi-

Cap. I. 5) Coluben: C. R. 1. — 6) ita emendatum huius ep. (Tarraconensis) nomen est (Tascoria: Comp. I. Ms. — Trisconensis: Aug. — Tyrasonensis: App.) — 7) missi... imp.: addita a Raym. — 8) mulierum erat et solum hab.: C. H. — 9) permutationem: ib. — 10) eam: App., Comp. I. — 11) intraret, et quandoque: App. — 12) ut inde: C. R. 1. — et inde: C. L. — 13) abest ab App. et Comp. I. — 14) eorum: ead. — 15) viro et fratre de medio sublatis praedicta mulier de monasterio exiit et eisdem nobili P. nomine de Camberis (Caberis: Comp. I. Ms. — Cambaris: App.) nupit. Sorores autem quum reclamarant et episcopo Calaguritano conquestae fuissent, et episcopus non posset eam videre, neque super his convenire, ad instantiam sororum eam et virum, quem accepit, excommunicavit: ead. — 16) Calaguritanus: C. L. — Calaguritanus: C. R. 1. — Calaguritanus: C. H. — 17) iuramento: App., Comp. I. — 18) nostro: App. — 19) ab excommunicatione: ead. — 20) praedicti: C. H. — 21) ad praesentiam: App. — 22) praesent. M.: Comp. I. — 23) postea: Comp. I., App. — 24) reassumere: App., Comp. I., C. R. H. L. — 25) Dat. Benevent.: Ant. Aug. ex duob. Tarracon.

Cap. II. 28) Restitutum ex App. XXXII. 7., Comp. I. h. t. c. 2. — 27) Wigor.: Comp. I. — Wigorniensis: App. — 28) Cadmundi: C. R. 1. — Cadmundi: C. R. 2. — Cadmundi: App., Comp. I. — 29) Ro.: C. L. — 30) praedicti R. misit: App. — praedicti R., sicut acc., misit: Comp. I. — 31) praedictam: App. — praescriptam: Comp. I. — 32) factus

fuerunt: App. — 33) de ratione iuris et ordine: App., Comp. I. — 34) omnia: ead.

Cap. III. 35) Restitutum ex Lips. XXXI. 3., Comp. II. h. t. c. un. — 36) Alexander III. L. Toicellano ep.: Lips. — cf. c. 12. de el. l. 6. — 37) de ips.: omitt. Lips., Comp. II. — 38) itaque: Lips. — 39) facta in manu laicorum ad ipsorum terrorem: Lips., Comp. II. — 40) abest a Lips. — fuerit: Comp. II. Ms. A. — 41) refutavit: Lips. — 42) fuerat et, praefecerat: ead. — 43) abest a Lips., Comp. II.

Cap. IV. 44) Restitutum ex Reg. Bal. II. 282. — Comp. III. h. t. c. 1. — 45) decano et subdecano: C. R., Comp. III. — episcopo, decano et subdecano Lincolnien.: Reg. — 46) H.: Comp. III. — Helia: Reg. — 47) Teneill.: C. R. 2. — Chevell.: Comp. III. Ms. — Chevel.: Aug., Böhm. — Chevele: Reg. — Chevelle: Cont. — 48) Thevill.: C. R. 2. — Chevellis: C. L. — cf. not. 47. — 49) add.: est: C. H. — 50) roboris firmitate: C. R. 1. — 51) eo metu: Reg. — 52) abest a C. H. — 53) quod: Comp. III. Aug.

Cap. V. 54) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — 35) Vidronen.: C. R. 2. — Vidronen.: C. R. 1. — leg. Nidronen. (Drontheim) cum C. H., Comp. III. — 56) archidiacono: C. H. — 57) abest a Comp. III. Aug. — 58) intractus: C. R. L., Comp. III. — 59) an per: C. R. 1., Comp. III. — Cap. VI. 60) Restitutum ex Reg. Bal. II. 91. — Comp. III. h. t. c. 3. — 61) Massil.: Böhm. — Massilien.: Comp. III. Ms., Reg. — abest a Comp. III. Aug. — 62) dilecti filii: C. H.

sanus episcopus affectabat. Unde nos ad abbatis ipsius instantiam venerabili fratri nostro Arelatensi archiepiscopo dedimus in mandatis, ut, si dioecesani episcopi et eorundem fratrum in id ipsum desideria convenirent, Cistercienses monachos institueret in insula memorata, facturus de canonicis quod crederet expedire secundum canonicam honestatem. His igitur literis impetratis, idem abbas de Floreia reversus ad propria, prius, quam eas ad dictum archiepiscopum detulisset, cum venerabili fratri nostro Tolonensi episcopo ad locum memoratum accessit, et omnium fratrum ibidem manentium in tantum obtinuerunt assensum pariter et favorem, quod abbas insularum claves domus et se ipsum in manibus alterius abbatis tradidit, professione facta cum quibusdam ex canonicis de Cisterciensi ordine in posterum observando. Quod et quidam canonicorum in manibus eiusdem abbatis de Floreia sacramento praestito firmaverunt, osculo dato eidem, quod usque in finem in eodem ordine permanerent; aliis promittentibus per iuratoriā cautionem, quod per se vel alios contra factum istud de cetero non venirent; iurantibus reliquis quod super provisione sua starent arbitrio episcopi memorati, et nobilis viri G. de Fossa Sacristae, qui aberat, assensu probato per testes. Quod postmodum rediens est confessus. Consequenter vero idem episcopus et abbas de Floreia dicto archiepiscopo Arelatensi per suas literas intimarunt, quod dioecesanus episcopus et canonici memorati translationem Cisterciensium fratrum illuc fieri unanimiter appetebant, quod acceptans archiepiscopus memoratus, factum eorum auctoritate, qua fungebatur, apostolica confirmavit, vices suas eis in hac parte committens, ut quae bene inceperant de instituendo ibi ordine Cisterciensi, vice ipsius perducerent ad effectum. Cuius mandatis parentes humiliter et devote, quae ipsis iniuncta fuerant curaverunt ducere ad effectum, dantes generali Cisterciensi capitulo in mandatis, ut in praedicto loco suum ordinem instituere procurarent. Petebatur itaque pro iam dicto abbate de Floreia translationem factam ratam a nobis haberi, et auctoritate sedis apostolicae confirmari, transgressores etiam et contradictores omnes, qui contra vota et iuramenta praestita nitentur quod ab eis factum fuerat impedire, canonica poena percipi. Ceterum F. Sacrista, P. Wardi, et P. Guil. coram venerabili fratre nostro P. Portuensi episcopo, quem ipsis et parti alteri dedimus audiforem, processum negotii aliter proponebant. Quum enim praedicto Arelatensi archiepiscopo causa fuerit a nobis sub forma, quam praemisimus, delegata, praefatus abbas accedens ad locum cum episcopo Tolonensi prius, quam literas nostras archiepiscopo praesentasset, qui iuxta tenorem ipsarum de singulis debebat inquirere diligenter, motu proprio cum socia multitudinis insulam occupavit, constanter affirmans, quod eis volentibus vel nolentibus locus idem puro ac simpliciter a nobis sibi fuerat assignatus. Quumque se in his gravari sentirent, abbate ipsorum eis omne auxilium denegante, qui contra quosdam de canonicis odium dicebatur et ingratitude concepit, (unde in ipsorum dispendium super munitione armatas ponere non expavit, amota inde scala, ne facultas esset canonicis ascendendi) sedem apostolicam appellarunt. Sed dicti abbates nihilo minus ab incepta violentia desistentes, quum quosdam ex ipsis non possent corrumpere pecunia sponione, quod super his starent mandatis episcopi Tolonensis, per violentiam cogere voluerunt. Quum autem nec quidecim dierum possent inducias obtinere, quas quidam ex ipsis ad deliberandum plenarie postularent, iurare compulsi fuerunt mandato dicti episcopi et G. de Fossa laici, qui eis arduae rursus praecipitum fuerat comminatus, se super praemisissis quaestionibus parituros. Alii promiserunt in manu abbatis, probatione sibi annua reservata, quod regulam Cisterciensem observarent. Aliqui vero nec iuraverunt, nec praestitionem aliquam facere voluerunt. Horum ergo tacita veritate, nequissimi episcopus et abbas de Floreia dicto archiepiscopo suggererunt, quod dioecesanus episcopus et omnes loci canonici super institutione Cisterciensium unanimiter concordabant, et ita fuit eius confirmatio impetrata. Sed quum paucis diebus elapsis praefati canonici archiepiscopo cuncta, quae gesta fuerant, intimassent, ipse quod in praedictum eorum factum fuerat, ipsis compatiens, revocavit, restituit eos ad omnia, quae habuerant tempore illo, quo literas fuerant impetratae; licet postmodum possessionem eorum praetermisso iu-

ris ordine sequestravit, contradictores omnes excommunicationis gladio percussit. Et quum, canonicis ad restitutionem instantibus, confessiones et attestaciones utriusque partis audisset, ad nos duxit ipsum negotium remittendum. Partibus itaque apud sedem apostolicam constitutis, canonici spoliati saepedicti abbatem de Floreia multipliciter arguebant. Primo, quod literas a nobis per veritatis suppressionem et expressionem falsitatis studuerat impetrare. Suppressum enim fuerat in illis, quod ecclesia de insulis Aearum ad Romanam ecclesiam solummodo pertineret; sicut ipsius privilegia, quorum ad nos transcripta praefatus archiepiscopus destinavit, indicant evidenter. Falsitatis vero suggestio inde perpenditur, quod omnes canonici translationem ordinis cum dioecesano episcopo pariter affectabant, quod aliter esse ipsorum contradictio liquido arguebat. Sed neque saepe dictus Tolonensis episcopus dioecesanus erat ipsorum, qui nullo mediante ad Romanam ecclesiam pertinebant; unde ipsius consensus in hac parte pro nullo erat penitus reputandus. Secundo, quod per vim et dolum eos seduxit pariter et coegit, ut quidam eorum votum emitterent, alii iuramenta praestarent. Nos ergo rationibus et allegationibus partium per iam dictum episcopum Portuensem, qui eas in scriptis nobis exhibuit, plenius intellectis, Quia constitit nobis de voto emisso, et de⁶³) praestito iuramento a canonicis insularum, quod regulam Cisterciensium observarent, vel quod translationem⁶⁴) ipsius ecclesiae ad ordinem illorum nullatenus impederent, quum utrumque servatum non vergat in dispendium salutis aeternae, nolentes viam periculis aperire⁶⁵), non obstante violentia, quae proponebatur illata, quum neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret⁶⁶), et ideo non debuerat cadere in⁶⁷) constantes, nec obstante⁶⁸) dolo, quo se proponebant fuisse seductos, quum talis dolus non tam ad circumventionem⁶⁹) praedictorum Cisterciensium, quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri, super restitutione petita silentium eis de consilio fratrum nostrorum⁷⁰) duximus sententialiter⁷⁰) imponendum. Verum quoniam etc. Dat. Lat. IV. Id. Iun. [1199.]

CAP. VII.

Probata violentia per testes res amissae probantur per iuramentum. Et super valore rerum amissarum taxatione iudicii praemissa, et secuto petentis iuramento fit condemnatio.

Gregorius IX.

Super eo, quod adversarius vester se conqueratur a vobis per violentiam spoliatum, arbitramini, contra vos fuisse iniuste processum, quum non nisi proprio iuramento probaverit singula, quae amisit. Verum, postquam de violentia per testes, et de amissis rebus per ipsius constitit⁷¹) sacramentum, potui iudex, taxatione ab ipso facta, pro personarum ac negotii qualitate vos in aestimatione rerum amissarum iuramento adversarii declarata⁷²) rationabiliter condemnare.

TITULUS XLI.

DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE.

CAP. I.¹)

Si in contractu venditionis vel locationis ecclesia fuit enormiter laesa, potest adversus talem contractum petere restitutionem in integrum; emptor tamen sius conductor non debet fraudari in pretio suo, vel in sumptibus per eum factis.

Alexander III. Alphanensis²) Episcopo.

Requisivit a nobis tua fraternitas, quid agendum sit de possessionibus laicis sub modico censu concessis? Noveris³) itaque, quod, si ecclesia⁴) laesa est, et manifeste⁵) apparet⁶) detrimentum ipsius, quum episcopo⁷) eiusdem ecclesiae⁸) conditionem facere deteriorum non liceat⁹), et ecclesia iure minoris¹⁰) debeat semper illaesa servari¹¹), quae in damnum eius¹²) data constiterit¹³) ad ipsius¹⁴) convenit ius proprietatemque¹⁵) redire. Provideandum est tamen, ne, si forte coloni¹⁶) possessiones illas expensis ac labore suo reddiderint¹⁷) meliores, sumptibus, quos bona fide¹⁸) fecerunt¹⁹), debeant²⁰) defraudari.

Cap. VI. 63) abest a C. H., Comp. III., Reg. — 64) ordinationem huiusmodi nullatenus impediunt: Comp. III., Reg. — 65) aperiri: ib. — 66) contineri: Reg. — 67) add.: viros: C. H. — 68) obtinente: Reg. — 69) circ. abbas: Comp. III., Reg. — 70) abest a C. H. —
Cap. VII. 71) constitit: Cont., Böhm. — 72) declarato: C. H. —
TIT. XLI. Cap. I. 1) Restitutio ex Comp. I. h. t. c. 1. — Idem exp. (De possessionibus autem laic. etc. noverit tua frat.) existat in App. XXX. 1. et Comp. I. c. 8. de reb. eocl. al. III. 11. Inscriptionem omiserunt editores; in manu scripto vero App. libr. miss. esse dicitur: Eron. Ep. P. C. Ad ostentiam, quo quidem c. 9. de reb. eocl. al. III. 13. videtur indicari. — 2) omitt. C. R. 1. — Alban.: C. L. — Alban.: Comp. I. Ms. — 3) noverit itaque frat. tua: Comp. I. L. I. — noverit tua frat.: App.

Comp. I. L. III. — 4) add.: tua: Comp. I. L. III. — 5) manifestum: App. — 6) apparet: App., Comp. I. L. III. — 7) abest ab App. — 8) eius: App., Cont., Böhm. — ipsius: Comp. I. — 9) licuit: Comp. I. App. L. I. — licuit: App., Comp. I. Ms. L. I., Comp. I. L. III. — 10) minorum: App. Comp. I. L. III. — 11) conservari: App., Comp. I. Ms. L. III. — 12) ipsius: App., Comp. I. — sequ.: data: omitt. App. — 13) constiterint: Comp. I. App. — 14) ad proprietatem convenit redire ipsius: Comp. I. L. I. — 15) et propr.: Cont., Böhm. — 16) colonas: App., Comp. I. L. III. — 17) fecerint: Comp. I. L. I. — reddiderit: ead. L. III., sec. Aug. — reddidit: ead. Ms. — fecerit: App. — 18) homo animo: App., Comp. I. — 19) fecit: Comp. I. L. III. — fecerit: App. — 20) debeat: Comp. I. L. III., App.

CAP. II. 21)

Restituitur ecclesia laesa propter negligentiam procuratoris, qui iura ecclesiae non produxit.

Innocentius III. sancti Georgii²²⁾ et sancti Sergii²³⁾ Abbatibus.

Quum venissent ad apostolicam sedem "dilecti filii" electus et monachi Rothonenses²⁴⁾ pro se ac pro monasterio²⁵⁾ suo, ac²⁶⁾ "dilectus filius" magister A. pro "venerabili fratre nostro" episcopo Venetensi²⁶⁾, eis "dilectum filium nostrum G." sancti Georgii "ad Velum aureum"²⁷⁾ diaconum cardinale dedimus auditorem. Coram quo idem magister pro episcopi parte proposuit, quod quum monasterium Rothonense esset²⁸⁾ situm in dioecesi Venetensi²⁹⁾ et ecclesiae Venetensi subiectum, praedictus episcopus possessione subiectionis usus est hactenus inconcusse. Sed quum occasione cuiusdam electionis, quae ibidem facta fuerat, partes de communi assensu ad "venerabilem fratrem nostrum" Natensem³⁰⁾ episcopum et eius collegas³¹⁾, "dilectos filios de Mallen. et de Granot."³¹⁾ abbates super his et multis aliis commissionis literas impetrassent, duorum, "assignatis induciis ad instantiam monachorum, tandem" ad monasterium accesserunt, quorum adventum intrusus praesensiens, renunciavit huiusmodi electioni, et se a monasterio abstulit. Sed iudices auctoritate apostolica monachis iniunxerunt, ut syndicum vel procuratorem eligerent, qui in causis monasterii et consule ageret, et utiliter responderet, districtius inhibentes eisdem, ne aliquem eligerent in abbatem, donec plenius cognosceret de iure, quod episcopus se habere in abbatia³²⁾ electione³³⁾ dicebat. Monachi vero, etsi procuratorem ad mandatam iudicium elegissent, abbatem tamen "in monasterio interdicto excommunicati nihilominus" contra inhibitionem eorum³⁴⁾ eligere praesumpserunt, cuius electionem episcopus petiit infirmari, et se ad possessionem restitui, quae eum monachi spoliarent. Deinde³⁵⁾ "vero" iudices, "auditis quaecunque partes proponere voluerunt et plenius intellectis, post dilaciones multiplices tam ad testes quam ad instrumenta partibus producenda concessas, receptis testibus et attestationibus publicatis, pro eodem episcopo super praemissis articulis" diffinitivam sententiam protulerunt, electionem "apostolica freti auctoritate" cassantes eandem³⁶⁾, quam³⁷⁾ sententiam dictus³⁸⁾ magister "a nobis cum instantia" petiit confirmari. Ad hoc³⁹⁾ fuit "inter alia ex adverso" responsum, quod "dictus episcopus et abbas de Malegio³⁹⁾", absente abbate de Granot, qui in iudicium fuerat ab ipsis electus, quum nec absentiae suae causas, vel quod alii in causa sine eo procederent, mandavisset, licet per procuratorem ex parte monachorum fuisset propositum, quod monasterium ipsum ad Romanam ecclesiam nullo medio pertineret, "et esset sedi apostolicae censuale," dicti tamen iudices⁴⁰⁾ contra eos procedere nimis animose coeperunt⁴¹⁾. (*Et infra:*) Nos igitur "auditis per cardinalem eundem, quae fuerant hinc inde proposita coram eo, et" inspectis privilegiis praedecessorum nostrorum Leonis⁴²⁾, Gregorii et Clementis, quae monasterium illud ad ius et⁴³⁾ proprietatem indicant sedis apostolicae pertinere, intelligentes, quod monasterii procurator, etsi eadem privilegia coram praedictis iudicibus exhibere omiserit⁴⁴⁾ negligenter, ius tamen non tam suum, quam nostrum fuerit⁴⁵⁾ protestatus, videlicet, quod monasterium ipsum ad Romanam ecclesiam nullo medio pertineret, ne⁴⁶⁾ ipsius negligentia in damnum tam nostrum⁴⁷⁾, quam monasterii⁴⁸⁾ redundaret, ad audientiam restituumus monachos Rothonenses. (*Et infra:*) Electionem autem a monachis, sicut dicitur, concorditer factam, pendente controversia, ex qua pendet, nec confirmandam duximus, nec etiam infirmendam.

Cap. II. 21) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — 22) Gregorii: Cont., Böhm. — 23) Sargii: C. H. — 24) Radon.: C. R. 2. — Roton.: C. L., Comp. III. Ms. — 25) ac mon.: C. H. L., Comp. III. — 26) abest a Comp. III. Aug. — et magistro: C. L. — 26*) Veteren.: Comp. III. Aug. — Veteren.: Ms. — 27) leg.: ad Velabrum. — 28) sit.: C. H. L., Comp. III. — 29) Vent.: Comp. III. Ms. — 30) Mucen.: C. R. — Veneten.: C. H. — Necten.: C. L. — Naecten.: Comp. III. Aug. — Nannecten.: Ms. — vid. leg.: Nannectenem. — 30*) ei. coll.: omitt. Comp. III. — 31) ita Aug. — Mallenö et Güet.: Comp. III. Ms. (sermo est de abbatibus Mallensi et de Granot, quorum sunt monasterio Ord. S. Ben. in dioecesi Nannetensi sita). — 32) abest a Comp. III. Aug. — 33) electionem: C. R. 1. — 34) isporum: C. R. 2. — 35) Demum: C. R. 2., Comp. III. — 36) praedictam: Comp. III. — 37) propter quod idem magister eandem sententiam. — 38) idem: C. R. 1. — 39) haec: Comp. III. Aug. — 39*) cf. supr. n. 31. — 40) dicti tam. iud.: omitt. Comp. III. — 41) add. vel praesumpserunt: C. R. 2. — 42) add.: Pupae: ib. — 43) et ad: Comp. III. Ms. — 44) omisit: Comp. III. Aug. — 45) fuit: C. H. — 46) nec: C. R. 1. — 47) nostri: Comp. III. Aug. — 48) ipsius mon.: C. L.

Cap. III. 49) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — 50) Elyen.: C. H. — Hélyen.: C. L. — 51) Refer.: C. R. 2. — Rofon.: C. R. 1. — leg.: Rofon.: cum Comp. III. (sive Roffensi, Rochester) — 52) attestatoniibus, instrumentis et allegationibus in causa: Comp. III. — 53) abest a C. H. — 54) Vigorn.: C. R. — Wigornienus: Comp. III. per tot. — 55) Ve-

CAP. III. 49)

Ecclesia laesa in probatione necessaria commissa potest petere restitutionem in integrum, non obstante termino iuris probationis exclusivo. Et restitutionem petere potest, non solum contra privatam, sed etiam contra ecclesiam. H. d.

Idem Heliensi⁵⁰⁾ et Florensi⁵¹⁾ Episcopis.

Auditis et intellectis causae meritis⁵²⁾ in quaestione, quae vertitur⁵³⁾ inter "venerabilem fratrem nostrum" Vigoriensem⁵⁴⁾ episcopum et "dilectum filium" abbatem de Evescam⁵⁵⁾ super ecclesiis in valle de Evescam "constitutis," quas episcopus asseruit⁵⁶⁾ ad se dioecesana lege spectare, abbas autem eas esse ab eius⁵⁷⁾ iurisdictione prorsus exemptas, cognovimus evidentem, ecclesias illas per privilegia⁵⁸⁾ Romanorum Pontificum non esse ab episcopali iurisdictione substractas, nisi forte vallis de Evescam⁵⁹⁾ sit ille locus, qui fuit a duobus regibus, Roe⁶⁰⁾ videlicet et Offa libertati⁶¹⁾ donatus, et quem bonae memoriae Coelestinus⁶²⁾ Papa libertati⁶³⁾ donavit, sicut in ipsius privilegii continetur. Verum tanto tempore probatur per testes ab abbatibus de Evescam pleno iure possessionis, ut videatur⁶⁴⁾ in eis ius episcopale legitime praescripsisse, nisi forte per tantum⁶⁵⁾ temporis spatium⁶⁶⁾ Vigoriensis ecclesia interim vacavisset, ut tempore vacationis subdacto praescriptio minime sit completa. (*Et infra:*) Licet autem utrinque sit in causa conclusum, quia tamen utraque pars necessariam, ut asserit, probationem omisit, nos attendentes, quod utraque ecclesia fungatur⁶⁷⁾ iure minoris, aequitate pensata utramque restituimus contra reliquam ad probandam rationem omissam, ne alterutra pars⁶⁸⁾ propter huiusmodi negligentiam gravi iactura laedatur.

CAP. IV. 69)

Restitutio ex iusta causa etiam maiori est concedenda, dummodo iusta causa petendi probetur; si autem non probatur plene vel semiplene, conceditur restitutio in causa favorabili. H. d.

Idem Priori sanctae Mariae ad Carceres, et L. Canonico sanctae Mariae de Mandria⁷⁰⁾.

Ex literis "dilecti filii" abbatis de Calven⁷¹⁾ didicimus, quod, quum "dilecti filii" Ramisane et Grimol⁷²⁾ archiepiscopi⁷³⁾ inter I. virum et L⁷⁴⁾ mulierem ex delegatione nostra⁷⁵⁾ sententiam divortii protulissent, et appellatione interposita⁷⁶⁾ cognitionem sententiae ipsi abbati et archiepiscopo Padavano "sublata cuiusvis appellationis obstaculo" duxerimus committendam, "archiepiscopiter ipse, qui non poterat his exsequendis interesse, commisit suo coniudici vires suas. Quumque abbas partibus peremptorium terminum assignasset," quia pars mulieris ad preceptorium terminum non accesserat⁷⁷⁾, abbas ipse⁷⁸⁾, cui⁷⁹⁾ alter coniudex commiserat vires suas, allegationibus "viri" diligenter inspectis⁸⁰⁾ latam a iudicibus praedictis confirmavit sententiam. Sed post octo dies pater puellae accedens ad ipsum, intellecto, quod sententiam protulisset, firmavit proprio iuramento, quod quidem ad eum⁸¹⁾ et filiam eius accedens fraudulenter sub ipsius abbatis nomine falsas eis⁸²⁾ literas praesentavit, quibus mandabatur eidem, ut, quia iudex ad diem, quam assignaverat, venire non poterat, post octo dies a termino constituto ipsius se consecuti praesentaret; et postmodum appellavit ad sedem apostolicam, et etiam supplicavit. Licet autem de fraude taliter perpetrata per huiusmodi iuramentum non constet⁸³⁾ ad plenum, in favorem tamen matrimonii de benignitate canonica contra fraudem propositam supplicationem mulieris admisimus, et ad audientiam restituimus eam pro matrimonio postulanti. Ideoque "discretionis vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus de causa prioris appellationis ordine iudicario cognoscentes, confirmetis vel infirmetis, sicut iustum fuerit, "appellatione remota" sententiam a primis iudicibus promulgatam⁸⁴⁾, "facientes quod decreveritis etc."

schan: C. R. 2. — Evestan.: C. L. — Eveham: Comp. III. Aug. — Evesham: C. H. per tot. — leg.: Evesham cum Comp. III., quam quidem lect. et ipse Aug. in rel. exhibit. — 56) asserit: C. H. — 57) esse altera iur.: Comp. III. Aug. — 58) add. illa: Cont., Böhm. — 59) cf. not. 55. — 60) Konrado: Aug. — leg.: Kearedo cum Comp. III. Ms. — 61) libertate: Böhm. — 62) G.: Comp. III. Aug. — C.: Ms. — add.: praedecessor noster: C. H. — 63) libertate: Böhm. — 64) videantur: C. R. 2., Comp. III. — 65) tanti: C. R. 1. — 66) abest a C. H. L., Comp. III. — 67) fungitur: C. R. H. L., Comp. III. — 68) abest a C. L., Comp. III.

Cap. IV. 69) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 3. — 70) de Vest.: C. R. 1. — de Mantua: C. R. 2. — de Mancis: C. H. L. — 71) S. Mariae de Cavell.: C. R. 1. — de Culn.: C. R. 2. — de Calan.: Comp. III. Ms. — de Calven.: Aug. — Calvens.: Cont., Böhm. — vid. leg.: abb. Cavallensis. — 72) Remen. et Granoln.: C. R. 1. — Rucusan. et Eranol.: C. R. 2. — Saroien. et de Grimolan.: C. H. — Ramissan.: C. L. — Ramusan.: Comp. III. Aug. — Ramissanas.: Cont. — 73) archiepiscopi: Cont. — 74) et I.: C. H. — 75) nostram: Comp. III. Aug. — 76) et propter hoc fuisset ad nostram audientiam appellatum, ac nos sententiam cognitionem ipsi et dil. fil. nostro archidiacono Padavano: Comp. III. — 77) accessit: C. R. H. L., Comp. III. — 78) ille: C. R. 2. — 79) cui: : addita a Raymondio. — 80) dictis: C. R. 1. — 81) ipsum: ib. — 82) et: C. R. 1. H., Comp. III. — 83) constat: C. L. — 84) latam: Comp. III.

CAP. V. 85)

Etiam contra sententiam Papae restituitur ecclesia. Hoc primo. Et causa restitutionis in integrum debet praesentibus partibus tractari. Hoc secundo. Hæc duo dicit quoad titulum.

Idem Episcopo et Capitulo Oscensi⁸⁶⁾.

Tum⁸⁷⁾ ex literis "bonae memoriae" Coelestini Papae praedecessoris nostri, tum ex iis, quae ipsius temporibus "in praesentia Tarraconensis archiepiscopi et venerabilis fratris nostri Ilerdensis episcopi apostolicae sedis legati" gesta fuerunt, gravem Ilerdensis ecclesiae intelleximus quaestionem per sententiam "felix recordationis" Eugenii Papae "praedecessoris nostri" super ecclesiis quibusdam⁸⁸⁾ prolatam, se laesam enormiter et olim et nunc etiam⁸⁹⁾ conquerentis. Unde quum idem Coelestinus "praedecessor noster" tempore "piae recordationis" Anastasii Papae "praedecessoris nostri" proximi successoris eiusdem Eugenii in minori adhuc officio constitutus in partibus Hispaniae⁹⁰⁾ legationis officio fungeretur, et⁹¹⁾ ex delegatione ipsius cognoscere coepit⁹²⁾ de controversia memorata, cui etiam Alexander successor ipsius Anastasii⁹³⁾, officio legationis denuo⁹⁴⁾ in partibus eisdem fungenti, causam commisit eandem, "quam etiam sine debito terminasset, nisi ab eo fuisset ex parte Oscensis ecclesiae provocatum; quae quidem omnia in suis literis ipse et viva voce coram nobis et fratribus nostris est saepius protestatus;" idem quoque Coelestinus⁹⁵⁾, ad apicem summi Pontificatus promotus, "dilecto filio nostro" G.⁹⁶⁾ sancti Angeli diacono cardinali tunc apostolicae sedis legato dictam controversiam sub eo fenore commisit⁹⁷⁾, ut, inspectis "diligenter" Ilerdensis ecclesiae privilegiis, auditis etiam partium rationibus "et allegationibus," memorata sententia non obstante, "vel quibuscunque rescriptis, tam occasione illius sententiae, quam alio modo in praedictum iuris Ilerdensis ecclesiae quondam a sede apostolica vel a quocunque impetratis, omni contradictione et appellatione cessantibus, iam super principalis quam super incidenti quaestione remotis," diffinitivam proferret sententiam, eamque "sine difficultate qualibet executioni mandando" faceret "per censuram ecclesiasticam firmiter" observari. Verum quoniam per ipsum legatum, aut per alios⁹⁸⁾, quibus sub eodem tenore causa eadem commissa existit, licet testes producti ex parte Ilerdensis episcopi recepti⁹⁹⁾ fuerint¹⁰⁰⁾, mandatum tamen apostolicum "in hac parte" non extitit adimpletum, "dilectus filius" magister A. canonicus Ilerdensis "ad praesentiam nostram accedens, praemissam querelam nomine Ilerdensis replicavit, obtinere deprecens" postulavit¹⁾ per officium nostrum "iam" dictam sententiam in melius reformari, et contra eam restitui ecclesiam Ilerdensem. Nos igitur cum fratribus nostris et aliis "viris prudentibus et in utroque iure peritis, canonico videlicet et civili, super ipsa supplicatione" deliberavimus diligenter, nonnullis "firmiter" asserentibus, quod, quum praedictus C.¹⁾ praedecessor noster contra iam dictam²⁾ sententiam visus fuerit Ilerdensi ecclesiae restitutionis beneficium indulissee, quum ea non obstante duxerit negotium committendum, et nos supplicationem eiusdem³⁾ ecclesiae admittere debeamus⁴⁾, praesertim quia⁵⁾ "in hoc canonica et civilia iura pariter concordarent. Nam et per statuta canonica" sententia⁶⁾ Romanae sedis⁷⁾ non negatur posse in melius commutari, quum aut⁸⁾ surreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione aetatum et temporum⁹⁾ seu gravium necessitatum dispensative¹⁰⁾ quicquam¹¹⁾ ordinare¹²⁾ decrevit, et secundum iura civilia principes etiam contra res bis iudicatas in auditorio suo examinari restitutionem in integrum permittunt." Per¹³⁾ proximis¹⁴⁾ quoque ex data sententiae in registro "iam" dicti Eugenii Papae "praedecessoris nostri" repertae¹⁵⁾, quod "sententia illa" primo mense sui pontificatus fuerit promulgata, quando non plene de meritis ipsius causae "fuisse" videbatur instructus, illa nitens praecipue ratione, quod privilegium Urbani secundi ex parte vestra¹⁶⁾ productum subiectum¹⁷⁾ fuerat¹⁷⁾ falsitati, cuius tenorem nos in registro ipsius "subtiliter intuendo integrum" invenimus "et penitus" incorruptum. "Ceterum licet iura Ilerdensis ecclesiae illaesa servare velimus, quia tamen et ecclesiam vestram in sua volumus iustitia confovere." Tandem deliberatio nostra in hoc rese-

dit¹⁸⁾ ut, an data sit restitutio, an danda contra praemissam sententiam, partibus praesentibus decernatur, quarum assertione merita causarum panduntur¹⁹⁾, "iuxta legitimas sanctiones, ut, quum nihil de contingentibus omiserimus, neutra partium habeat quod nobis merito valeat imputare." Quocirca "discretionem vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus usque ad festum B. Lucae²⁰⁾ "proximo venturum" vel in propriis personis, vel per "sufficientem et" idoneum responsalem nostrum vos conspectui praesentis, quod "ante" dicta sententia retractari non debeat, si poteritis, ostensuri; vel, si forte²¹⁾ exigente iustitia fuerit retractanda, vel²²⁾ per vos, vel per responsalem idoneum²³⁾ appareatis²⁴⁾ sufficienter instructi, ut in principali negotio canonice procedatur, pro certo acituri, quod, quum "finem litibus imponere cupimus, et in quaestione praemissa" propter multam locorum distantiam non possit ad nos sine magnis laboribus et expensis saepius²⁵⁾ haberi recursus, si ad praemissum terminum, quem vobis peremptorium assignamus, iniuncta vobis²⁶⁾ contempseritis adimplere, nos nihilominus in ipso²⁶⁾ negotio, quantum de iure poterimus, procedemus. "Miramur autem etc."

CAP. VI. 26)

Petilio restitutionis in integrum contra sententiam suspendit regulariter executionem sententiae in euentu iustitiae causae restitutionis; fallit, si contra petentem restitutionem est praesumptio malitiae, quod causa differendi executionem hoc petat; quo casu executio fit praestita cautione de restituendo, si petens restitutionem obtinebit in causa. H. d. secundum mentem iuncta gloss. pen. et in hoc ultimo est iste textus valde singularis respectu utriusque iuris.

Idem.²⁷⁾

Suscitata super diversis articulis inter "venerabilem fratrem nostrum" Burgensem²⁸⁾ episcopum et Oviense²⁹⁾ monasterium quaestione, "quum venerabilis frater noster Segobiensis episcopus et dilectus filius T. Palentinus electus, quibus auctoritate nostra dicta fuit causa commissa, eam sufficienter instructam ad nostram praesentiam remisissent, nos eidem episcopo et L. monacho monasterii procuratori, qui propter hoc ad sedem apostolicam venerant, audientiam concessimus liberam et benignam. Qui quum coepissent principaliter litigare super statu monasterii memorati, quod ad se de iure communi spectare dictus episcopus proponebat, utpote in sua dioecesi constitutum, cuius iuris usum Burgensem ecclesiam longis retroactis temporibus habuisse firmabat, et ex parte monasterii diceretur illud per principes saeculares et Romanos Pontifices ab antiquo libertate donatum, et ipsum longissimo tempore usum fuisse plenaria libertate, nos auditis utrinque propositis, de voluntate partium demum ex providentia inter eas duximus componendum, prout in aliis nostris literis super hoc confectis plenius continetur. Postmodum vero partibus super subiectione ac libertate membrorum eiusdem loci, monasteriorum videlicet, capellarum, cellarum et prioratum, persequentibus quaestionem, quatuor sibi dictus episcopus in praefatis locis ad se de iure communi spectantibus, ut dicebat, cuius iuris usum habuerat ab antiquo, specialiter vendicabat, eorundem locorum clericis asserendo teneri ad episcoporum, archidiaconorum et archipresbyterorum Burgensium accedere synodos, excommunicationis vel interdicti seroare sententias promulgatas ab eis, procuraciones annuas exhibere, ac singulos aureos solvere Burgensi episcopo noviter substituto; ad intentionem propriam roborandam super primis tribus articulis ius commune, secundum quod dictos clericos, sicut et alios suae dioecesis, ad praedicta teneri dicebat, ac iuris ipsius usum liberum ab antiquo, et super quarto antiquam et approbatam consuetudinem allegando. De quibus omnibus per depositiones testium fidem factam esse dicebat. Verum pars altera proposuit ex adverso, supradicti monasterii membra, sicut et ipsum coenobium, ab antiquo fuisse saecularium principum et Romanorum Pontificum Urbani II., Paschalis II., Eugenii III. et Alexandri III. privilegiis libertate donata, et longis retroactis temporibus huiusmodi fuisse libertate gavisa; sicut per ipsa privilegia exhibita coram nobis, ac instrumentum Victoris quondam Burgensis episcopi, et suorum depositiones te-

Cap. V. 85) Restitutio ex Comp. III. h. t. c. 4. — Epistola eiusdem litis occasione ad Oscensem ep. scripta exstatat. Bregu. VI. 75. — 86) Osemen. C. R. 2. — Osemen. Comp. III. Aug. — 87) cum C. R. 1. — 88) eccl. de Harbastro, de Helta, de Gestan. et de Alear. (Ahoar. Ms.) cum pertinentiis earum. Comp. III. Böhm. — 89) abest a Comp. III. Aug. — 90) Hispaniarum. Comp. III. Ms. — 91) abest a C. R. H. L., Comp. III. — 92) incepit. C. H. — 93) omitt. Comp. III. Ms. — 94) abest a C. H. — 95) abest a Comp. III. — 96) omitt. Comp. III. Aug. — 97) condidit. ead. — 98) per Tyrason., Oamen. (Exovien. Ms.) et Calaguritan. episcopos. Comp. III. — 99) suscepti. ead. — 100) fuerant. Cont. Böhm. — 1) omitt. Comp. III. — 2) Coelestinus. C. H. L. — iam dictus C. Comp. III. Aug. — 2) contra dictam. ead. — c. praedictam. Ms. — 3) abest a C. H. — 4) debeamus. C. H. — 5) quum. Comp. III. — 6) sententiam. C. H. — 7) Rom. Pontificis. C. R. 1. — 8) autem. Comp. III. Aug. — 9) aut

temp. C. H. — 10) dispensatione. C. H. — 11) quiddam. Comp. III. — 12) ordant. Comp. III. Aug. Böhm. — ipsa haec verba desumpta sunt ex c. 6. C. XXXV. qu. 9. — 13) Propeximis. C. H. — Pesp. etiam. Comp. III. — 14) reperta. C. H. — 15) a parte vestra. C. H. L. — ex parte altera. C. R. 1. — ab altera parte. Comp. III. — 16) suggestum. C. R. 2. L. — 17) fuerit. C. L., Comp. III. — 18) recedit. Comp. Id. Aug. — 19) panduntur. ead. — 20) beatus Luciae. Comp. III. — 21) forsitan ead. C. L. — 22) abest a Comp. III. — 23) eundem. ead. C. R. H. — 24) compareatis. C. R. 2. — 25) abest a Comp. III. Ms. — 26) abest a C. R. 1. H., Comp. III. — 26) non exstat in C. H. — Cap. VI. 26) Restitutio ex Reg. Bal. XIII. 59. — Comp. IV. h. t. c. un. — 27) Zamorensi et Legionensi episcopis. Reg. — 28) Brig. — Comp. IV. Ms. A. — 29) Omen. C. R. H. L. — Or. — Comp. IV. Ms. A. — leg. — Oviense. (Oua) cum Comp. IV. Aug., et Reg.

atque manifeste constare dicebat. Nos igitur auditis et intellectis quae utraque pars proposuit coram nobis, super quatuor articulis³⁰ praenotatis³¹ monasterium Oviense³² de consilio fratrum nostrorum iustitia condemnandum exigente. Sententia vero lata procurator monasterii³³ ad probandam³⁴ praescriptionem factam³⁵ tam super quatuor articulis praenotatis, quam etiam super quibusdam decimis per³⁶ transactionem acquisitis a monasterio, ecclesiae et colonis ipsius ex parte petitis, quarum controversiam volebamus sententiae calculo terminare, et in qua fuerat coram iudicibus supra dictis conclusum, restitutionem in integrum nomine monasterii postulavit, et quum super hoc coram nobis fuisset aliquandiu litigatum, nos, deliberatione praehabita, restitutionem in integrum ad praescriptionem probandam tam super quatuor articulis praenotatis, quam etiam super controversia decimarum eidem procuratori nomine monasterii duximus indulgendam, tibi, frater Zamorensis, et dilectis filiis magistris Mauricio archidiacono Toletano et Michaeli canonico Segobitensi dantes nostris literis in mandatis, ut recipiatis testes, quos pars monasterii ad probandam praescriptionem legitimam super quatuor articulis saepedictis, et super capitulo decimarum, vel etiam episcopus ad interruptionem probandam duxerit producendos; et si de partium voluntate processerit, causam ipsam appellatione remota sine debito terminetis; alioquin remittatis eandem ad nos sufficienter instructam, praefigentes partibus terminum competentem, quo nostro se conspectui repraesentarent, sententiam dante Domino recepturae. Ne vero per³⁷ excogitatum malitiam, sicut ex quibusdam praesumptionibus pluribus videbatur, effectum³⁸ sententiae in damnum episcopi contingeret impediri, neve monasterium per executionem sententiae propter diversas³⁹ suspiciones incurreret detrimentum, nos, aequitate pensata, iure⁴⁰ duximus⁴¹ providendum, ut aucto omnia supradicta sententia a nobis prolata per vos executioni mandetur. (Et infra: 42) Voluimus nihilominus et mandamus, ut ab ipso⁴³ episcopo recipiatis idoneam cautionem, quod, si monasterium in causa ipsa per sententiam praevaleverit, universa, quae medio tempore sententiae ipsius occasione perceperit, monasterio restituat memorato. Dat. Lat. VIII. Kal. Maii Pont. nostr. Ao. XIII. [1210.]

CAP. VII. 44)

Post peremptorium non auditur ecclesia de iure communi; auditur tamen per beneficium restitutionis in integrum.

Honorius III. Archiepiscopo et Capitulo Bracharensi⁴⁵).

Coram felicis memoriae I. 45*) Papa praedecessore nostro lite inter venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Toletanum et te, frater archiepiscopo, super primatia solenniter contestata, fuit peremptorium terminus assignatus (Et infra: Verum, elapso termino constituto, post expectationem non modicam comparuerunt⁴⁶ procuratores vestri; sed, quia, ut dicebant, non attulerant depositiones testium et alia munimenta, dilationem cum instantia postularunt. Postquam vero contra eos⁴⁷ interlocuti fuimus super dilatione petita, tandem indulgeri ecclesiae Bracharensi dilationem propter instructionem causae per auxilium restitutionis in integrum postularunt, exhibentes super hoc ex parte vestra⁴⁸ speciale mandatum. Nos autem de fratrum nostrorum consilio usque ad octavas⁴⁹ Pentecostes⁵⁰ proxime futuras per restitutionis beneficium id vobis duximus indulgendum.

CAP. VIII.

Restituitur minor in eo, quod contraxit vel omisit, si probat exinde se laesum, et sic infra tempora restitutionis petendae.

Gregorius IX.

Constitutus in nostra praesentia magister Guill. 51) pro se ac fratre suo I. 52) canonico Parrosinensi⁵³ exhibita nobis petitione monstra-

vit, quod eis⁵⁴ in minori constituta aetate, ac eorum matre, cuius successores existant, rebus humanis exempta, quondam Guill. 55) pater ipsorum quasdam possessiones utriusque communes quibusdam vendidit pro quadam pecuniae quantitate, ac, ut huiusmodi⁵⁶ venditio robur firmitatis haberet, emancipavit eosdem, et fecit eos contractui consentire. Quare supplicavit, ut vel venditionem eandem mandarem nunciari nullam, vel, quum adhuc existant infra⁵⁷ tempus ad obtinendum beneficium in integrum restitutionis indultum, et infra⁵⁸ annum et⁵⁹ diem a tempore⁶⁰ contractus ipsis tanquam proximioribus competere super alia⁶¹ portione iam offerendi emptoribus pretium iuxta municipii Parrosinensis⁶² consuetudinem approbatam, quod hactenus omiserunt, dignemur eis super utroque, quum in hoc non modicum laesi noscantur, et emptoribus portione eiusdem vel eorum successoribus pretium sint offerre parati, per idem beneficium subvenire. Quocirca mandamus, quatenus, si praemissa inveneritis veritate subnix, vel venditionem praedictam quoad partem ex successione materna ipsos contingentem nullam nunciare curetis, si in ea debita iuris sollemnitas est omissa, vel si forsitan intervenerit⁶³, et eos laesos esse constiterit, tam super ea, quam super residua portione, dum tamen quod offerunt duxerint faciendum, auctoritate nostra in integrum restituere studeatis.

CAP. IX.

Restitutio in integrum postulanda est ab ordinario administrationem habente, vel a delegato ab eo, sive haec causa sit specialiter delegata, sive incidat in causam generaliter sibi commissa. Ab ordinario vero administrationem non habente vel a delegato peti non debet, nisi veniat incidenter in causam. Arbitrarius autem de causa restitutionis non cognoscit, nec potest assumi in maioribus causis.

Idem.

Causa restitutionis in integrum coram iudicibus ordinariis administrationem habentibus vel delegatis ab eis tractari poterit et finire, sive hoc ipsis delegatis⁶⁴ specialiter demandatum fuerit, sive in⁶⁵ commisso eis negotio contingat incidere huiusmodi quaestionem. Delegati vero ab ordinariis, qui administrationem non habent, sed tantummodo facultatem iudicandi, seu arbitri de hac causa cognoscere nequeunt, nisi coram eis mota fuerit incidenter. In matrimoniali quoque, liberali vel criminali causa, quum maiores iudices exigant, arbitrarius nequit assumi.

CAP. X.

Restitutio denegata ecclesiae ulterius sibi non conceditur, nisi ex nova causa; restituitur tamen ad appellandum a sententia denegationis.

Idem.

Beneficio restitutionis in integrum ecclesiae tuae in alio iudicio denegato, restituito, praeterquam ad appellationem omissam, videtur eidem ecclesiae posse negari⁶⁶, nisi novis defensionibus ad huiusmodi sit beneficium admittenda.

TITULUS XLII.

DE ALIENATIONE IUDICII MUTANDI CAUSA FACTA.

CAP. I. 1)

Is, in quem facta est alienatio rei causa mutandi iudicii, convenitur per rescriptum impetratum contra alienantem.

Alexander III. 2)

Ex quorundam³ certa relatione audivimus⁴, quod, quum aliqui viri ecclesiastici de provincia vestra pro proseguenda sua iustitia literas commissionis⁵ a nobis impetrant⁶, adversarii eorum, ut mandatum nostrum eludant, antequam literae nostrae ad

Cap. VI. 30) capitulis: Reg. — 31) praemissis: Comp. III. Reg. — 32) Ome.: Comp. IV. Ms. A. — cf. not. 28. — 33) praefatus: Comp. IV. Reg. — 34) probandum: ib. Cont. Böhm. — 35) abest a C. R. H. L., Comp. IV. Reg. — 36) post: Reg. — 37) propter: C. H. — 38) officium: Comp. IV. Aug. Ms. B. — 39) ipsas: Comp. IV. Reg. — 40) omitt. Comp. IV. Reg. — 41) duximus: Comp. IV. Aug. — id dux.: Ms. A. — inducimus: Ms. B. — ita dux.: Reg. — 42) verb.: et infra: omitt. Comp. IV. Böhm. — Quae sequuntur desumpta sunt ex ep. Zamorensi ep. et magistris Mauricio archidiacono Toletano et Michaeli canonico Segobitensi scripta, quae, si hanc extremam part. exceperis, iidem fere verbis concepta est. — 43) abest a Reg. — 44) Restitutio ex Comp. V. h. t. c. 1. — 45) Bracar. Böhm. (per tot.) — archiepiscopo Bracharensi: Comp. V. — 46) Innocentio Papa: C. L. — 47) comparuerunt dilecti filii (omitt. Cir.) magister scholarum et magister D. canonici Bracharen. vestras (nostras) Ms. nobis literas praesentantes (impetrantes: Ms.), quibus eos esse procuratores vestros in causa praedicta ita, quod in solidum uterque (utrumque:

Ms.), apparebat. Sed: Comp. V. — 47) contr. eos: omitt. C. H. L. — in ter eos: C. R. — 48) nostra: Comp. V. — 49) octavam: C. L. — 50) pentecosten: Comp. V. Ms. — 51) Guill.: Cont., Böhm. — 52) Jo.: C. R. 1. — 53) Parrosin.: C. R. 1. — Parrosin.: C. R. 2. — Ferraven.: C. H. — Parrosin.: C. L. — 54) quum eis: C. R. 2. — 55) G.: Cont., Böhm. — 56) eius: C. H. — 57) intra: Cont., Böhm. — 58) intra: iid. — 59) vel: C. L. — 60) a temp.: omitt. C. H. — 61) illa: Cont. — 62) Parrosin.: C. R. 1. — Parrosin.: G. R. 2. — Ferraven.: C. H. — 63) intervenit: C. L. — 64) ab eis: C. R. 1. — 65) abest a C. R. H. L. — 66) denegari: Cont., Böhm. — 1) Tit. XLII. Cap. I. 1) Restitutio ex App. XXXIX. 3., Lips. VI. 6., Cass. XVIII. 6., Comp. I. h. t. c. un., et c. 14. de app. II. 19. — 2) Dulmen. episcopo: Cass., Comp. I., Böhm. — Rothomagensi archiep. et abbat. Geonar.: App. — Cantuariensi ep. et suffraganeis eius: Lips. — 3) abest a Comp. I. L. II. — 4) cognovimus: C. L. — 5) commissorias: App. — 6) impetrarent: Cass. — impetrant: App., Lips., Comp. I. —

iudices⁷⁾ perveniant, vel etiam postea⁸⁾, priusquam illi⁹⁾ citentur ab eis⁹⁾, in vocem appellationis prorumpunt, aut commutationem facientes aliquos in possessionem eorum, de quibus controversiae vertuntur, malitiose inducunt. Nos¹⁰⁾ igitur contra praedictam¹¹⁾ calliditatem et versutiam pastorali sollicitudine¹²⁾ providere volentes¹²⁾, discretioni vestrae per apostolica scripta praecipiendo¹³⁾ mandamus, quatenus, si adversarii eorum¹³⁾, inter quos et ipsum super ecclesia controversia est diutius agitata, pro evacuando nostro mandato taliter¹⁴⁾ appellaverint, aut de possessione¹⁵⁾, de qua controversia vertitur, commutationem¹⁶⁾ fecerint¹⁷⁾, vel¹⁸⁾ se malitiose duxerint absentandos¹⁹⁾, eos, qui in possessione²⁰⁾ praedictae ecclesiae se²¹⁾ ingresserint²²⁾, appellatione cessante cogatis sub vestro examine²³⁾ iuris aequitati parere.

CAP. II.

Clericus causa mutandi iudicium, non debet recipere cessionem a laico.
Gregorius IX. Abbatibus²⁴⁾ S. Nicolai et decano Furnensibus²⁵⁾ Morinensibus²⁶⁾ dioecesis.

Ex parte scabinorum Hipretis²⁷⁾ fuit propositum, quod inter laicos eiusdem loci quaestionibus emergentibus, dirimendis per iudicium saeculare, quidam clericus sibi dono vel pretio ab aliquibus laicorum ipsorum cedi faciunt actiones, ut adversarios ad ecclesiasticum forum trahant, et praedam ex huiusmodi commercio assequantur. (Et infra:) Quum igitur cessiones et emptiones litium legitime prohibeant sanctiones ita, quod iactura causae afficiant illos, qui sibi potentiorum patrocinium taliter advocare praesumunt, et ex eo sint etiam odiosae, quod ex fonte cupiditatis videntur procedere, mandamus, quatenus clericos memoratos a praesumptione huiusmodi per censuram ecclesiasticam compescatis.

TITULUS XLIII.

DE ARBITRIS.

CAP. I.

Arbitri sunt in dispari numero assumendi, et, eis discordantibus, statur sententiae maioris partis.

Ex concilio Africano.¹⁾

Sane (Et infra: [cf. c. 3. de for. comp. II. 2.]) Si²⁾ autem ex communi placito episcoporum, inter quos causa versatur, arbitros elegerint, aut unus eligatur aut tres, ut, si³⁾ tres elegerint, aut omnium sequantur sententiam, aut duorum.

CAP. II.⁴⁾

Nullum est arbitrium seu arbitramentum continens peccatum per partes non remissibile.

Alexander III. Eboracensi Archiepiscopo.⁵⁾

Non sine multa necessitate et discrimine corporis sui⁶⁾ A. presbyter "praesentium lator ad sedem apostolicam fatigatus multiplici⁷⁾ nobis⁸⁾ querela⁹⁾ proposuit⁷⁾, quod, quum in ecclesia sancti Alphridi⁹⁾ de N. per manum R. archidiaconi et canonici¹⁰⁾ de Suelia⁹⁾ personae illius¹⁰⁾ ecclesiae capellanus institutus fuisset, eodem R. mortuo, M. nepos eius, qui sibi in ecclesia iam dicta¹¹⁾ successit, eundem presbyterum "ad maiorem securitatem" capel-

lanum ibidem¹²⁾ iterum¹³⁾ ordinavit, quorum temporibus XXX. annis et ultra capellaniam eiusdem ecclesiae pacifice se asserit tenuisse. Tandem vero idem M. ab eadem ecclesia volens ipsum presbyterum removere, in eum coepit indebitas exactiones exercere, et quidam eius homo circa domum suam egressus violentas manus in eum iniecit, et ipse idem M. nisus est eum circumvenire, ut pro quinque marchis argenti, quas etiam idem M. ei promittebat se annuatim nomine pensionis soluturum, praescriptae capellaniae cedere non differret. Praefato vero presbytero volente eius exequi voluntatem, praedictus M. tantum dicitur fecisse, quod post multas iniurias et gravamina sibi illata, occupatis omnibus aliis rebus, ab officio et beneficio est spoliatus. Quum autem¹⁴⁾ idem presbyter "per te adhuc" extra provinciam tuam¹⁵⁾ exsulans¹⁵⁾ de suo beneficio non posset iustitiam obtinere, tandem quia, sicut asserit, multis necessitatibus arctabatur, nec suam ulterius inopiam potuit sustinere, per dolum et fraudem ipsius M. ab eo¹⁶⁾ est sacramentum extortum, ut arbitrium clericorum duorum¹⁷⁾ exinde susciperet et servaret, qui¹⁸⁾ iam dicto M. faventes eidem presbytero praeceperunt, ut quinque marchas¹⁹⁾ ab eodem²⁰⁾ tantum susciperet, et toti cederet quaestioni. Quoniam igitur non decet²¹⁾ aliquatenus sustinere²²⁾, ut quod perperam arbitrati sunt, debeat incorrectum relinquere, fraternitati tuae per apostolica scripta²³⁾ mandamus, quatenus praefatos clericos moneas studiose et inducas, ut, si se cognoverint praefatos clericos²³⁾ in hac parte tam nequiter arbitratos fuisse²⁴⁾, iam dictum presbyterum ab observantia²⁵⁾ iuramenti auctoritate nostra prorsus absolvas, vel, si²⁶⁾ arbitrium ipsum noveris aequitate subnixum, ad observantiam ipsius utramque partem appellatione remota²⁷⁾ compellas.

CAP. III.²⁸⁾

Arbiter assumptus in patrimoniali causa clerici non potest ad iudicare rem ecclesiae possidendam, etiam ad vitam clerici. Hoc dicit, et est casus notabilis.

Idem Exoniensi Episcopo.²⁹⁾

Pervenit ad nos, quod, quum W. clericus de Calesin³⁰⁾ in minori esset aetate constitutus, G. de Cal.³¹⁾ sororem eiusdem³²⁾ G. duxisset³³⁾ in uxorem, et idem G.³³⁾ fidei interpositione firmavit, quod V. solidos sterlingorum³⁶⁾ annuatim daret³⁷⁾ eidem. Unde³⁸⁾, quum postea super eisdem V. solidis inter ipsos³⁹⁾ controversia mota fuisset, in quatuor compromissere⁴⁰⁾ personas⁴¹⁾, quae utique inter se taliter arbitratas fuerunt⁴²⁾, quod idem⁴³⁾ G. decimas proprias, et rusticorum suorum, quas in parochia⁴⁴⁾ de Cal.⁴⁵⁾ praefatus G.⁴⁶⁾ habere dignoscitur, pro V. praetaxatis solidis perciperet⁴⁷⁾ annuatim⁴⁸⁾. Unde quoniam huiusmodi arbitrium ecclesiae iam dicti loci⁴⁹⁾ posset in posterum perniciosum existere, nec memoratus W. aut personae illae, in quibus compromissum fuerat, id ullatenus in ecclesiae damnum facere debuissent, fraternitati tuae per apostolica scripta⁵⁰⁾ mandamus, quatenus rei veritatem diligenter inquiras, et si ita esse inveneris⁴⁹⁾, praenominatum⁵⁰⁾ G. diligenter commoneas⁵¹⁾, et ecclesiastica districtione compellas, ut ecclesiae, cuius est parochianus, praelibatas decimas omni occasione et appellatione remota⁵²⁾ liberis omnino⁵³⁾ dimittat, nec sibi⁵³⁾ occasione huiusmodi aliquid ulterius vendicare praesumat. Clericum vero supra dictum⁵⁴⁾ moneas, ut cum eodem G.⁵⁴⁾ amicabiliter pacificeque⁵⁴⁾ studeat convenire.

Cap. I. 7) iudicem: App., Cont., Böhm. — 8) literis (add.: nostris: App.) a iudicibus receptis: App., Lips., Cass., Comp. I. — l. a. i. perceptis: Comp. I. Ms. L. II. — 9) a iudicibus: Comp. I. L. I. — ab ipsis: Cass. — 10) Quoniam (add.: igitur: App., Lips.) huiusmodi calliditates et versutiae suis non debent (debeant: Cass.) in aliquo (in al.: omitt. Comp. I. Ms. L. II.) fraudatoribus (auctoribus: App., Lips.) suffragari, et nos: Coll. citt., Böhm. — 11) praedictas calliditates et versutias: App., Lips., Comp. I. L. II. — 12) volumus... mandantes: Coll. citt. — 13) abest ab App. — eius: Lips., Cass., Comp. I. — 14) supra dicto modo: App., Lips., Comp. I. — ev. mandato vestro app.: Cass. — 15) de possess. quilibet: App., Cass., Comp. I. — de positionem quamlibet et comm.: Lips. — 16) conceptionem: App. — 17) fecerunt: C. L. — 18) aut: Cass. — 19) absentaverint: Coll. citt. — 20) in praedictam possessionem: Cass., Comp. I. Aug. L. I. Böhm. — in praedictam, omitt. v.: poss.: Comp. I. Ms. A. ib. — 21) add.: malitiose: C. R. 1. — 22) ingresserint: C. R. 2., Cont., Böhm. — ingressi fuerint: Comp. I. L. II. — 23) sub examine vestri iuris: Lips.

Cap. II. 24) abbatibus: C. R. 2. — 25) fratrum: C. R. 1. — Pharesen.: C. R. 2., Cont. — Puffren.: C. L. — 26) Morinensibus: C. R. 2. — Morien.: C. L. — 27) Cyprici: C. R. — Ypreli: C. H. — Yperti: C. L. (leg.: Ypreli, Ypern²⁷⁾).

TIT. XLIII. Cap. I. 1) c. 121. conc. Afric. ap. Dionys. — Burch. I. 68. Iv. Decr. V. 176., Lips. XLIII. 4., Comp. I. c. 4. de foro comp. II. 2. — Iulium cap. refertur in c. 15. C. XVI. qu. 3. — 2) Si autem ex coin. plac. vicinis iudices elegerint: Burch., Iv., Lips., Comp. I., conc. — 3) aut si: Burch. — et si: C. H., Iv.

Cap. II. 4) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 5) Electo arch. : C. R. 2. — 6) abest a Comp. II. Ms. A. — coram nobis: C. R. 1. — 7) ex-

posuit: C. R. 2. — 8) Affri: C. R. 1. — Alfredi: C. R. 2. — Afridi: G. L. — Alaidi: Comp. II. Aug. — Aldifridi: Ms. A. — Anisfridi: Ms. B. — 9) Salls: C. R. 1. — Suelle: C. R. 2. L., Comp. II. — 10) ipsius: C. H. L., Comp. II. — 11) omitt. C. H. — 12) abest a Comp. II. — 13) omitt. C. H. — 14) iam: Comp. II. Ms. A. — 15) exsulantem: Comp. II. Ms. A. B. — 16) eodem: C. R. 1. — 17) abest a Comp. II. Ms. B. — tuorum: Aug. — 18) Iidem vero clerici voluntatem eius assecuti, et iam: Comp. II., Böhm. — 19) add.: argenti: C. R. 1. — 20) pro eod.: Cont. — 21) abest a C. R. H. L. — 22) sustineret: C. H. — 23) praef. cler.: omitt. Comp. II. — 24) abest a C. R. L. — 25) observatione: Comp. II. Ms. A. — 26) aut si arbitrium ipsum in (abest a Ms. A. B.) iustitiam noveris et veritate obnixum (obnoxium: Aug.), utramque partem (utrasque partes: Ms. B.): Comp. II. — 27) cessante: Cont., Böhm.

Cap. III. 28) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 29) Ex ep.: omitt. C. H. L. — 30) Caelestia: Comp. II. Ms. A. — de Cal.: omitt. Ms. B. — 31) G. de Calesin: Ms. A. — 32) W.: Comp. II. Aug., Ms. B. — Wili: Ms. A. — 33) duxit: Comp. II. — 34) abest a C. H. L. — 35) et W.: Comp. II. Ms. A. — id. G.: omitt. Aug., Ms. B. — 36) stellinum: Comp. II. Ms. A. — 37) ei donaret: Comp. II. Aug., Ms. B. — 38) Verum: Comp. II. Ms. A. — 39) ipsum (add.: clericum: Aug.) et iam dictum G.: Comp. II. — 40) promiserunt: Comp. II. Ms. B. — 41) personis: Comp. II. Aug. — 42) fuerint: C. L. — sunt: Comp. II. — 43) praefatus: ead. — 44) add.: vel in provincia: Comp. II. Ms. A. — 45) Cales.: ib. — Call.: Ms. B. — 46) praef. G.: omitt. Comp. II. — 47) reciperet: Comp. II. Ms. A. — 48) singulis annis: Comp. II. — 49) considerit: Comp. II. Ms. A. — 50) praefatum: C. H. — 51) moneas: C. L. — admones: Comp. II. Aug. — 52) prorsus: Comp. II. — 53) sub hui. occ.: C. L. — occ. hui.: omitt. Comp. II. — 54) abest a C. H.

CAP. IV. 55)

In mulierem singularem tanquam in arbitratricem compromitti non potest, secus si mulier alius iurisdictionem de iure communi vel consuetudine. Nam tunc etiam super rebus temporalibus ecclesiae potest in eum valide compromitti. H. d. clare.

Innocentius III. Cancellario⁵⁶) et Magistro Loth.⁵⁷) Canonico Parisiensi.⁵⁸)

Dilecti filii abbas et conventus de Scarduna⁵⁹) Cisterciensis ordinis sua nobis querela monstrarunt, quod, quum inter eos ex una parte, ac "dilectos filios" Hospitalarios "de Ceresiers Senonensis dioecesis" ex altera⁶⁰) super usuario cuiusdam nemoris "in Oscha, quod dicitur Fagetum, et territorio vallis Morini" quaestio vertetur, in "carissimam in Christo filiam" A. reginam Francorum "illustrem" fuit compromissum utrinque, quae, "auditis hinc inde propositis, et" causae meritis "plenius" intellectis⁶¹), "de plurimorum episcoporum et aliorum virorum prudentium consilio" arbitrium duxit per definitivam sententiam promulgandam, "et redactum in scripto proprio et episcoporum, qui interfuerunt, fecit firmari sigillis; contra cuius sententiam Hospitalarii temere venire non timent." Quamvis autem secundum regulam iuris civilis feminae a "huiusmodi" publicis officiis sint remotae, et alibi dicitur, quod, licet summae opinionis "et optime constitutae" existant⁶²), si arbitrium in se susceperint, vel si patronae inter⁶³) libertos suos interposuerint audientiam, ab omni sint⁶⁴) iudiciali examine⁶⁵) separandae, ut ex⁶⁶) earum prolatione⁶⁷) nulla poena adversus "iustos" earum contemptores, nullaque pacti exceptio habeatur; quia tamen iuxta consuetudinem approbatam, quae pro lege servatur, in partibus Gallicanis "huiusmodi" feminae praecedentes in subditos⁶⁸) suos ordinariam iurisdictionem habere noscuntur, "discretioni vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus "praefatos" Hospitalarios, ut arbitrium ipsum⁶⁹), praesertim quum episcoporum fuerit praesentia et consilio roboratum, sicut "sine praesentia" provide latum est, et ab utraque parte sponte receptum, observent⁷⁰), "monere ac inducere procuratis, eos ad hoc, si necesse fuerit," per poenam in compromisso⁷¹) statutam appellatione postposita compellatis⁷²). "Testes autem etc. Dat. Lat. II. Non. Nov. Pont. nostr. Ao. V." [1202.]

CAP. V. 73)

Ecclesia exempta non potest in praedictum exemptionis compromittere. H. d. et clare.

Idem Abbati et Conventui de Pigravia⁷⁴).

Quum tempore "bonae memoriae" C.⁷⁵) Papae praedecessoris nostri "tu, fili abbas, ad Romanam curiam accessisses, privilegium et alia scripta meruisti a sede apostolica obtinere, et, sicut a te accepimus, quum recessus fuisses ad propria, privilegium dictum et alia scripta in praesentia fratrum tuorum et quorundam canonicorum Mersburgensium, qui in defensionem quorundam monachorum illuc venerant, fecisti fideliter recitari. Quod intelligens venerabilis frater noster Mersburgensis episcopus, nunciavit et scriptis imperatori, te contra honorem imperii ad Romanam ecclesiam accessisse, et privilegium in eius praedictum impetrasse. Unde motus imperator curiam tibi indixit, et privilegium sibi praesentari praecipit, quod receptum noluit tibi postmodum resignare. Et dum in his et aliis te per episcopum gravari sentires, appellatione interposita sedem apostolicam visitasti, a qua per nuncios commissionis literis impetratis, partes iudices citaverunt, in causa ipsa iuxta formam mandati apostolici processuri. Verum dum haec agerentur, venerabilis frater noster Magdeburgensis archiepiscopus ad petitionem episcopi memorati de mandato imperiali te, ab officio beneficioque suspensum, a monasterii administratione removit, et curam eius duobus militibus assignavit. Unde timens abbatiae periculum provenire, quum et tibi periculum immineret, Super controversiis, quae inter te et Mersburgensem⁷⁶) episcopum, et quosdam tuos⁷⁶) monachos vertebantur⁷⁷), te⁷⁸) promissisti arbitrium Magdeburgensis⁷⁹) archiepiscopi "fide in manibus eius hinc inde praestita" servaturum, "sicque factum est, ut ipse archiepiscopus, adiunctis sibi tam clericis quam laicis, inter quos erat et dapifer imperialis, sub certa forma arbitrium promulgaverit. Post haec iterum Romam veniens quae facta fuerant eidem praedecessori nostro diligenter exponere procurasti, cui et adversario tuo custodi

Mersburgensi procuratori dicti episcopi nos ipsi, quum essemus in minori officio constituti, et dilecti filii I. tit. S. Stephani in Coelio Monte, et I. tit. S. Priscae presbyteri cardinales deputati fuimus auditores, et tandem, auditis quae partes duxerant proponenda, sub certa forma de consensu partium causa commissa fuit iudicibus delegatis, videlicet, ut de omnibus diligenter inquirerent, excepto, quod indagacionem libertatis eiusdem monasterii cum duobus capellis apostolicae sedis examini per omnia reserarent. Quum itaque iudices delegati partes ad suam praesentiam auctoritate apostolica convocassent, memoratus episcopus delegatos ipsos suspectos sibi proposuit, et causas suspicionis multiplices assignavit. Consequenter etiam eorum volens iudicium declinare, sedem apostolicam appellavit, sed reversus postmodum coram eisdem sacramentum calumniae praestitit, testes produxit, petitis dilationibus et obtentis. Ipsi ergo iudices procedentes in causa, auditis utriusque partis rationibus et plenius intellectis, gesta omnia sigillorum suorum munimine roborata ad sedem apostolicam destinarunt, terminum partibus imponentes, quo recepturae sententiam apostolice se consecutui personaliter praesentarent. Ad quem tu personaliter accedens, episcopus pro se misit dilectos filios H. Mersburgensem canonicum et B. S. Nicolai Mersburgensis scholasticum responsales; qui gesta, quae delegati transierant, nec publicari debere dicebant, nec fidem eis penitus adhibendam, quum et a suspectis iudicibus, et post appellationem legitime interpositam recepta fuerint et descripta; parte tua contrarium postulante, praesertim quia, ut firmiter asserbat, nuncii memorati personam standi iudicio non habebant, quum excommunicati essent, et episcopo fuisset sub poena suspensionis iniunctum, ut ad causam agendam in propria persona veniret; quod quum non fecerit, poenam suspensionis incurrit, quem praedicti nuncii propter aegritudinem et senectutem personaliter ad Romanam ecclesiam non posse accedere proponebant, alia, quae ipsis obiecta fuerant, denegantes. Qui pro ipso episcopo factum taliter proponebant, quod quum ab eo, tanquam a tuo praelato, abbatiam et sacerdotium percepisses, sicut fueras in iure confessus, propter pravam conversationem tuam super multis enormitatibus coepisti a monachis conveniri, inter quos episcopus pacem et concordiam saepius reformavit, monens te, ut ad frugem melioris vitae transires. Quum autem fratres per ea, quae fugiter faciebas, de tua emendatione nullatenus iam sperarent, contra te proposuerunt in synodo de dilapidatione, quod res monasterii pauperum viribus deputatas voluptuose consumeres, et pro defectu necessariorum religio ibi penitus deperiret, te etiam de sacrilegio, simonia, aliisque multis criminibus impetebant, interdum coram episcopo, quandoque in praesentia cardinalis, quem episcopus tandem sustinuit, quod monachis denegare iustitiam dicebatur. Citatus exinde ab episcopo, nuncium misisti super omni gravamine, quod tibi posuit inferri per sententiam archiepiscopi, provocantem. Quum autem neque per te neque per nuncium ad archiepiscopum accessisses, ipse archiepiscopus appellationi tam generaliter factae in praedictum ecclesiae iudicavit nullatenus deferendum. Episcopus itaque, habito prudentium consilio, citatum denno te ab officio beneficioque suspendit. Interim superveniens dilectus filius noster I. tit. sancti Stephani in Coelio monte presbyter cardinalis, tunc apostolicae sedis legatus, ad dictam abbatiam accessit, ut componeret inter te et monachos memoratos. Sed te in villis proximis latitante, et magistro Ulrico allegante, dictus cardinalis latam in te suspensionis sententiam confirmavit. Sic ergo latenter Romam veniens, commissionis literas veritate tacita, et sub specie renovationis privilegium, quod nunquam ante habueras, impetrasti. Quumque iudices delegati episcopo suspecti essent et monachis, a quibus nec unius diei poterant inducias obtinere, appellatione interposita ab episcopo nunciis, statim, quum privilegium subreptum legere, partes nuncios suos ad sedem apostolicam transmiserunt, de quorum assensu causa tandem fuit aliis iudicibus sub certa forma commissa, sicut in commissionis literis continetur. Sed quum non omnes possent examinationi causae propter nimiam distantiam interesse, dilectus filius abbas de Goizoch⁷⁹), una cum venerabilibus fratribus nostris dicto archiepiscopo, Babenbergensi et Mienensi episcopis, et quam plurimis ecclesiarum praelatis, inter episcopum, te et monachos pacem et concordiam reformavit. Iterum autem ad Romanam ecclesiam latenter accedens, et proponens multa contra

Cap. IV. 55) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 98. — Comp. III. h. t. c. 1. — 56) episcopo Catt.: C. R. 1. — 57) Lothe: C. L. — Lothario: Comp. III., Reg. — 58) Parmensi: C. R. 2. — canonico Parisiensibus: C. H. — 59) sancto domo: C. H. — Scardin.: C. L. — Escud.: Comp. III. Aug. — Stard.: Comp. III. Ms. — Escardis: Reg. (gallice: Eschaulis: Brequ.) — 60) ex alt.: omitt. Comp. III., Reg. — 61) inspectis: C. H. — 62) existant, si: omitt. Comp. III., Reg. — 63) in: C. H. — 64) sunt: Cont., Böhm. — 65) agmine: Reg. — 66) abeat a C. L. — 67) electione: Comp. III., Reg. — 68) subiectos: C. H. L., Comp. III., Reg. — 69) iudicium: Comp. III. Aug. — 70) observetur: C. L. — 71) compromissione: Comp. III., Reg. — 72) compellentes: ib.

Cap. V. 73) Restitutum ex ipso huius epistolae autographo, quod in Bibl. ampl. Civ. Lips. asservatur. — Reg. Bal. I. 317. — Comp. III. h. t. c. 2. — 74) Pigrat: C. R. 1. — Pigravia: Comp. III. Aug. — Pigravia: ead. Ms. — leg.: Pigravia (Pegau) cum C. L., Reg., autogr. — 75) Ce.: C. R. 1. — Clementis: C. L. — G.: Comp. III. Aug. — Cel.: Reg. — 76) abeat a Comp. III., Reg., autogr. — Magdeburgens.: C. R. 1. — Mersburgens.: C. L., Cont. — 76) omitt. Reg., autogr. — 77) vertebatur: C. H. L., Comp. III. — 78) a te: Comp. III. Aug. — 79) omitt. Reg. et autogr. — 79) ita Reg. et autogr.; legendum videtur Goiseck.

monachos et episcopum, ad duos iudicum illorum, quos superius episcopo diximus esse suspectos, et a quibus nuper ipse episcopus per nuncios appellaverat, commissorias literas impetrasti. Qui quum iustas exceptiones episcopi non admitterent, quas in continenti probare volebat, sedem apostolicam appellavit. Sed ipsi in causa nihilominus procedentibus, invito accessit ad eos, timens, ne sua iustitia deperiret. Quum autem post alia, quae iudices ipsi proprio motu fecerant, terminum publicandis attestacionibus praefixissent, venientibus partibus unus tantum comparuit de iudicibus cum alterius nuncio, qui nec habebat ad alios literas, nec cavere volebat, quod dominus suos vices suas praesenti iudici commisisset. Sicque factum est, quod solus Numburgensis praepositus, licet tribus sigillis appositis, gesta descriperit, quae fuerant ad sedem apostolicam destinata; unde dicebant fidem eius nullatenus adhibendam; et quia ipsum instrumentum relationis ipsorum iudicum fuit in superficie vitiosum, et datum ab eo, quem plurimis dicunt excommunicationis vinculis innodatum. Verum praemissa fere omnia pro episcopi parte proposita, tu veritate destitit firmiter asserbas. Quia vero memoratus episcopus eo, quod iuramentum praestitit de columna, et a delegatis inducias postulavit, et testes coram eis produxit, appellacioni renunciare videtur, et eorum examini consensisse, nos habito fratrum consilio in praemissa incidenti quaestione interlocuti fuimus, quod deberent quae coram praedictis iudicibus gesta fuerant publicari, ut secundum tenorem ipsorum nostra tandem sententia formaretur. Tibi igitur et procuratoribus episcopi supradicti venerabilem fratrem nostrum O. Hostiensem episcopum et dilectum filium P. tit. S. Caeciliae presbyterum cardinalem dedimus auditores; qui quum ea, quae fuerant hinc inde proposita et ostensa, nobis et fratribus nostris fideliter retulissent, Quia tam per confessiones, quam per attestaciones legitime constat, quod fide hinc inde data compromissum est in archiepiscopum memoratum⁸¹) et quorundam etiam aliorum, nos de consilio fratrum nostrorum⁸²) arbitrium ab ipso⁸²) prolatum⁸²) decernimus⁸⁴) observandum, illis duntaxat capitulis exceptis, quae contra libertatem ipsius monasterii et duarum capellarum eiusdem⁸⁵) in arbitrio sunt expressa, quum, etsi sponte volueris, de iure tamen nequiveris sine licentia Romani Pontificis renunciare privilegiis vel indulgentiis libertatis, quae monasterium illud indicant ad ius et proprietatem Romanae ecclesiae pertinere, praesertim quum etc. Dat. Romae ap. S. Petr. III. Id. Iul. [1198.]

CAP. VI.⁸⁶)

Arbiter non habet potestatem iudicandi ultra comprehensa in compromisso; ideo coram eo non fit reconventio.

Idem Episcopo S. Andreae et Abbati de Bechat.⁸⁷)

Quum dilectus⁸⁸) filius abbas et canonici de Kambuskinel dilectos filios abbatem et monachos de Dunfermelin dioecesis sancti Andreae coram venerabili fratre nostro. Dublinensi episcopo et dilectis filiis. de Cupro et de Soona abbatibus eiusdem dioecesis super quibusdam decimis ad ecclesiam suam de Egles spectantibus, et damnis et iniuriis irrogatis auctoritate literarum nostrarum traxissent in causam, et ipsi eosdem abbatem et canonicos ex delegatione nostra coram dilectis filiis. priore sanctae crucis et decano de Tinsingham praedictae dioecesis, ac te, filii officialis, super capella de Dunipast et decimis ad eandem spectantibus convenissent, utraque pars in vos post allegaciones et alteraciones multiplices compromissit, ut vos in negotiis ipsis secundum iuris ordinem procedentes, controversias ipsas tam super possessione quam proprietate appellatione postposita iudicio vel concordia finiretis; praestito corporaliter iuramento firmantes, quod quicquid super his duo vestrum tecum, frater episcopo, si non possetis omnes pariter concordare, ducerent statuendum, ratum haberent et firmiter observarent, nec processum arbitrii dolo vel malitia impedirent. Vos igitur auditis hinc inde propositis, receptis testibus, et publicatis depositionibus eorumdem, quia super quatuor articulis dubitastis, causam instructam ad nostram praesentiam transmissistis, super

quatuor illis dubitabilibus apostolicas sedis oraculum implorantes. Ex eo siquidem coram vobis prima quaestio est exorta, quod, quum canonici monachos super praedictis decimis convenissent, monachi super quibusdam aliis decimis convenire volebant eosdem, licet de eis in vos non fuerit compromissum. Asserebat enim pars monachorum, quod secundum legitimas sanctiones is, qui coram aliquo convenitur, coram eodem conveniri valet eundem. Unde Utrum coram arbitris reconventioni sit locus, postulasti⁸⁹) per sedem apostolicam explicari. Secunda vero etc. [cf. c. 9. de fide instr. II. 23.] Nos igitur discretioni vestras super primo articulo taliter respondemus, quod, licet in iudicio convenientem reconvenire valeat⁹⁰) is, qui coram iudice convenitur, coram arbitris tamen⁹¹) reconvenire⁹²) non potest, quum arbitri⁹³) iudicare non valeant nisi de his tantum, super quibus in eos exstiterit⁹⁴) compromissum. Ad secundam etc. [cf. c. 9. de fide instr. II. 23.] Dat. Lat. XIII. Kal. Apr. Ao. X. [1207.]

CAP. VII.⁹⁵)

Qui per arbitrium tenetur eligere cum aliquorum consilio, tenetur illorum consilium in tractatu electionis equirere, sed sequi non adstringitur.

Idem Rectori et Fratribus hospitalis S. Bartholomaei Lucani.⁹⁶)

Quum olim super eligendis⁹⁷) in hospitali vestro rectore et fratribus inter vos et dilectum filium priorem ecclesiae sancti Bartholomaei Lucani coram priore S. Fridiani et priore S. Martini Lucanensis a sede apostolica iudicibus delegatis quaestio verteretur, et utraque pars in eos⁹⁸) compromittens ipsorum arbitrium se promiserit servaturum⁹⁹), ac ipsi iudices certum duxerint arbitrium proferendum, super proloato ab ipsis¹⁰⁰) arbitrio utrinque dubitatio est exorta, quam petistis¹) per sedem apostolicam declarari. Nos igitur publico instrumento arbitrium continentem diligenter inspecto cognovimus, quod secundum formam arbitrii prior sancti Bartholomaei Lucani²) tenetur habere consilium cum familia hospitalis eiusdem, et tractare cum ea de³) inveniendi rectore⁴); sed sive concordet sive discordet familia cum ipso priore, idem prior eligere debet in utroque casu rectorem. Propter quod dicimus, quod, nisi prior super inveniendi rectore tractaverit cum familia hospitalis, et ipsius⁵) consilium requisierit, non habet potestatem eligendi⁶) rectorem, et, si alio modo eum⁷) elegerit, eius electio haberi debet irrita et inanis. Verum⁸), habito cum familia super hoc⁹) consilio et tractatu¹⁰) de inveniendi rectore, ipse prior libere potest rectorem eligere, duntaxat idoneum, sive concordet sive discordet familia cum ipso super inventione rectoris. Ne vero etc. Dat. S. rae IV. Non. Aug. Pontif. nostr. Ao. XI. [1208.]

CAP. VIII.¹¹)

De rebus spiritualibus in laicum compromitti non potest.

Idem in concilio generali.

Contingit interdum, quod, quum actori (Et infra: [cf. c. 9. de dol. et cont. II. 14.]) Ad hoc¹²) generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet, ut laicus in talibus arbitretur.

CAP. IX.¹³)

Auctoritate iudicis etiam delegati potest de causa spirituali in clericum et laicum compromitti, et, si arbitrium est a partibus receptum, debet a partibus executioni mandari, licet per generalem procuratorem factum fuerit compromissum. Si autem non fuit arbitrium approbatum, et poena fuit apposta, agitur ad poenam, alius ad interesse. H. d. generaliter inhaerendo literae.

Idem Pisano Archiepiscopo.

Per tuas nobis¹⁴) literas intimasti, quod, quum super executione arbitrii, quod inter Hospitalarios sancti Ioannis et plebanos¹⁴) de

Cap. V. 80) quia: Comp. III. Aug. — 81) in arbitrium episcopi (archiep.: Reg., autogr.) memorati: Comp. III. Reg. — 82) eo: C. H. — 83) ipsum arbitrium decernimus: Comp. III., Reg., autogr. — 84) decernimus: C. R. — 85) abest a C. H.

Cap. VI. 86) Restitutum ex Reg. Bal. X. 31. — Comp. III. h. t. c. 3. — 87) Herach: C. H. — Beco: C. L. — priori S. Andreae, abbati de Bechat, T. priori, archid. et magistro H. officiali S. Andreae: Comp. III. Aug. — episcopo S. Andreae, abb. de Bechat, T. priori et R. archid. et magistro L. officiali S. Andreae: Comp. III. Ms. — episcopo et H. abbati de Aberbroth (leg.: Aberbroth), Th. priori, Radulpho archid. et magistro Laurentio officiali S. Andreae: Reg. — 88) dilecti filii: Reg. — 89) postulatis: Comp. III. Aug. — postulatis: C. H. Comp. III. Ms., Reg. — 90) valentis: Cont., Böhm. — 91) abest a C. H. — 92) reconveniri: Böhm. — 93) arbiter valeat: in eum: C. R. 1. — 94) exstilit: C. H.

Cap. VII. 95) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 147. — Comp. III. h. t. c. 4. — 96) in Illice Lucani: Comp. III. Aug. — in Silice Lucani: Comp. III. Ms. — Barth. in Silice Lucanensi: Reg. — 97) eligendo: Cont., Böhm. — 98) in eodem iudicio: Comp. III. — in eodem iudice: Reg. — 99) servaturum: C. R. 1., Comp. III. — 100) ab ips.: omitt. Comp. III., Reg. — 1) petistis: Comp. III., Reg., Böhm. — 2) in Lucan.: Comp. III. Aug. — 3) eadem: C. R. 1. L. — 4) rectorem: C. L. — 5) eiusdem et ipsius: C. H. — 6) add.: primo: C. R. 1. — 7) abest a C. H. — rectorem: Comp. III., Reg. — 8) Unde: Comp. III. Aug. — 9) sup. hoc: omitt. Comp. III., Reg. — 10) tractato: C. H.

Cap. VIII. 11) c. 40. conc. Lat. IV. hab. A. 1215. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 12) haec: Comp. IV. Aug., conc.

Cap. IX. 13) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 2. — 14) plebanos: Comp. IV. Ms. A. B.

Piscia super hospitali sancti Allucii¹⁵⁾ latum erat, a nobis literas accepisses¹⁶⁾, "partibus in tua praesentia constitutis, Hospitalarii a te executionem arbitrii postulabant, asserentes, illud debere observari pro eo, quod procurator plebani sponte in arbitros iuramento interposito compromisit, quoniam dicebat, potestatem compromittendi et transigendi super eodem negotio recepisse." Plebanus¹⁷⁾ proposuit "ex adverso," quod¹⁸⁾ ad causam tractandam "praedicto" procuratori dedit¹⁹⁾ generale mandatum; non tamen ei mandavit, ut sine speciali²⁰⁾ mandato "suo" compromittere posset vel²¹⁾ transigere super eo; et praeterea procurator iam dictus²²⁾ de assensu canonicorum suorum²³⁾ non fuerat institutus. Et ideo dicebat "id" arbitrium non valere, praesertim quum procurator fines mandati excesserit, ²⁴⁾ et arbitrium fuerit per unum clericum et duos laicos promulgatum, licet ipsi de assensu "venerabilis fratris nostri" Genuensis²⁵⁾ archiepiscopi, cui causa commissa fuerat, arbitrium protulissent. "Unde, quum super his dubitas fuisset exorta, per apostolicae sedis oraculum edoceri petisti, qualiter super negotio ipso tibi sit procedendum." Super quo fraternitati tuae taliter respondemus, quod²⁶⁾, si ex parte plebani arbitrium receptum fuerit, indistincte ratum haberi debet, ac per hoc iuxta tenorem mandati apostolici executioni mandari. Si vero receptum non fuerit, refert, utrum fuerit²⁷⁾ vel non "fuerit" de observando ipsum²⁸⁾ poena statuta. Et quidem²⁹⁾ si poena fuerit³⁰⁾ apposta "in compromissione," agi potest ad poenam. At si³¹⁾ nulla "poena" statuta fuerit, sed simpliciter, quod staretur³²⁾ sententiae, fuerit³³⁾ compromissum, procurator ad interesse poterit conveniri, quia iuramento suo se ipsum personaliter, non ecclesiam poterat obligare. Quod autem³⁴⁾ a duobus laicis et uno clerico dicitur esse prolatum³⁵⁾, nequaquam obviare videtur, quum auctoritate dicti archiepiscopi³⁶⁾ factum sit, cui causa, de qua dicitur compromissa, fuerat delegata.

CAP. X.³⁷⁾

Si per duos electos ad eandem praelaturam in discordia compromittitur in ordinarium, morte alterius compromittentium expirat compromissum; ordinarius tamen ex potestate ordinaria procedit super iure superstitis, antequam fiat transitus ad aliam electionem. H. d.

Honorius III. Archiepiscopo Coloniensi.³⁸⁾

Ex parte tua nostris est auribus intimatum³⁹⁾, quod, vacante praepositura sancti Cunberti⁴⁰⁾ in Colonia, canonici eiusdem ecclesiae "electioni die praefixa de praeficiendo sibi praeposito discordantes" vota sua dividerunt in duos, videlicet H.⁴¹⁾ de Iuliaco⁴²⁾, et C.⁴³⁾ de Lombardia. Quumque⁴⁴⁾ postmodum tractaretur⁴⁵⁾ super electione huiusmodi, et partes essent in tua praesentia constitutae⁴⁶⁾, in te demum⁴⁷⁾ super hoc⁴⁸⁾ fide praestita compromittere curaverunt, qui causae meritis diligenter inspectis "et cognitis" ad proferendam⁴⁹⁾ diffinitivam sententiam diem ipsi consentientibus praefixisti. Interim vero praefato H. ab una parte electo sublato de medio, supradictis canonicis inhibere curasti, ne tua pendente sententia procederet⁵⁰⁾ "ab ipsis" ad electionem aliam faciendam, quorum quidam nihilominus B.⁵¹⁾ "de Abech." Coloniensem canonicum elegerunt. Die igitur⁵²⁾, quo sententia proferri debuit, in tua praesentia partibus constitutis⁵³⁾, "et praefato C., ut diffinitivam proferres sententiam, postulante," dictus B.⁵⁴⁾ "e contrario" allegavit, quod procedere ulterius non deberes⁵⁵⁾. Quapropter⁵⁶⁾ tibi, edoceri a nobis humiliter postulanti, breviter respondemus, quod, licet arbitrium sit finitum per mortem ipsius H., prius⁵⁷⁾ tamen de primae electionis meritis debuisti cognoscere, quam processus fieret ad secundam⁵⁸⁾. Nam si "forte" dictus⁵⁹⁾ C., "qui est"

superstes, in electione ius habet, "de qua compromissio facta fuit in te, electionem" secundam⁶⁰⁾ constat penitus non valere.

CAP. XI.⁶¹⁾

Arbiter post rem iudicatam super discordiis novis assumptus, non potest per suum arbitrium sententiam immutare, etiamsi de componendo inter partes mandatum acceperit a Papa.

Idem Electo⁶²⁾ et Abbati sancti Zenonis et C.⁶³⁾ Canonico Veronensi.

Exposita nobis "dilecti filii O." Feltrensis⁶⁴⁾ et Belvensis⁶⁵⁾ electi petito continebat, quod, quum causa, quae inter "quondam bonae memoriae" antecessorem suum ex parte una, et cives Tervisinos⁶⁶⁾ ex altera super⁶⁷⁾ districtu et "iurisdictione ac" rebus aliis vertebatur, per sententiam "venerabilis fratris nostri" Hostiensis episcopi tunc apostolicae sedis legati fuerit⁶⁸⁾ terminata, "et ipsius antecessor electi adiudicata sibi per legatum eundem diu pacifice possedisset, ipse nihilominus, capitulum suorum assensu in praedictum ecclesiarum suarum" tandem super quibusdam discordiis, quae hinc inde videbantur exortae, in "nobilem rirum" ducem Venetorum tanquam in arbitrum cum parte altera compromisit, "qui veniens contra eandem sententiam auctoritate apostolica confirmatam, super rebus iudicatis ab eodem legato adversus praedictas ecclesias aequitate postposita iniquum arbitrium promulgavit." Licet autem eidem duci literas nostras⁶⁹⁾ miserimus⁷⁰⁾, ut ad componendum inter partes laborare deberet, quum tamen intentionis nostrae⁷¹⁾ non fuerit immutare sententiam ipsam, vel⁷²⁾ sopitas per eam querimonias suscitare, "discretionis vestrae" mandamus, quatenus, praefatis literis non obstantibus, quicquid per praenominati⁷³⁾ ducis arbitrium contra ipsius legati sententiam inveneritis esse factum, in irritum revocetis, ei districtius inhibentes, ne ulterius in compromisso procedat, eundem ad restitutionem obsidum "et cuiusdam castris" occasione illius⁷⁴⁾ compromissi⁷⁵⁾ sibi datorum, ut ipsius arbitrium servaretur, per censuram ecclesiasticam⁷⁶⁾ "appellatione postposita" compellentes⁷⁷⁾.

CAP. XII.

Non valet compromissum factum in duos sive plures, hoc adiecto, ut in casu discordiae eligatur tertius per eosdem vel alios. H. d.

Gregorius IX. Decano et Magistro P. Canonico⁷⁸⁾ S. Petri Atrabatensis diocesis.

Innotuit nobis Guilielmo laico conquerente, quod, quum O.⁷⁹⁾ laicus ipsum super quadam summa pecuniae coram iudicibus auctoritate apostolica convenisset, tandem fuit a partibus in duos arbitros compromissum, sic tamen, quod, si illi duo adinvicem discordarent, tertium adderent iudices nominati, retenta penes se compellendi partes ad observandum arbitrium per dictos⁸⁰⁾ arbitros promulgandum nihilominus potestate. Quumque tertius arbiter a iudicibus praedictis electus cum altero duorum ipsum⁸¹⁾ parti alteri condemnasset, idem, ex eo⁸²⁾ sentiens se a saepedictis iudicibus gravari, quod ipsum ad observantiam⁸³⁾ huiusmodi arbitrii compellebant, nostram appellavit audientiam; sed ipsi appellatione contenta excommunicationis tulerunt sententiam in eundem. Ideoque mandamus, quatenus, si eat ita, quum legali sit provisione⁸⁴⁾ statutum, ut compromissum de incerta persona in arbitrium⁸⁵⁾ assumenda non teneat, dictam excommunicationis sententiam denunciatis⁸⁶⁾ penitus nullam esse.

Cap. IX. 15) Alveri: ead. Ms. A. — 16) recepisses: Comp. IV. — 17) add.: item: Aug. — 18) quod quum: C. R. 2. — 19) dederat: ib. — 20) spirituali: Comp. IV. Ms. A. — 21) add.: etiam: C. H. — 22) datus de consensu: C. L. — 23) abest a Comp. IV. — 24) excessit: ead. Ms. A. — 25) Gemen: ead. — Genenen: Ms. B. — Januen: C. H. R. L. Aug. — 26) quod in primis est, utrum arbitrium ipsum ex parte plebani receptum fuerit (add.: vel non fuerit: Ms. A. — vel non: Ms. B.) distinguendum. Si enim receptum etc.: Comp. IV. — 27) fuit: C. L. — 28) ipso: Böhm. — 29) Equidem: C. H. — 30) fuit: Comp. IV. Ms. A., Cont., Böhm. — 31) Et si: C. H. — 32) staret: C. R. 1. — stare: Comp. IV., omisso antec.: quod. — 33) fuisset: C. R. 1. — fuit: Comp. IV., Cont., Böhm. — 34) vero: Comp. IV. — 35) latum: C. R. L., Comp. IV. — 36) episcopi: Comp. IV. — seq.: factum sit: omitt. Ms. A.

Cap. X. 37) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 38) Collet.: C. H. — 39) ielatum: Comp. V. — 40) Cunb.: C. R. 1. — Cunberti: C. R. 2. H. — Cubertini: C. L. — Cuberti: Comp. V. Ms. — Lntberti: Cir. — 41) Herin.: Böhm. — Hermannum: Comp. V. — 42) Viliaco: C. R. 1. — Villaco: C. R. 2. — Villuca: C. L. — in Comp. V. locus ita se habet: Herm. de Iuliaco (Viliaco) decanus et socii sui, alii vero Corradum de Bobardia Colon. canonicos nominaverunt. — 43) Conr.: Böhm. — 44) Quum: C. H. — 45) tractaturae, omnia seq. et: Comp. V. — 46) abest a C. R. 1. — 47) deinde: C. R. 2. — 48) sup. hoc: omitt. Comp. V. — 49) ferendum C. R. — ferendum: C. L., Comp. V. — 50) procederet:

C. L. — 51) Brunum: Comp. V. Cir., Böhm. — Brunonem: Ms. — 52) ergo: Comp. V. Cir. — 53) convocatis: C. L. — 54) Bruno: Comp. V. Ms. — Bruno: Cir., Böhm. — 55) deberet: C. R. 1. — 56) Quapropter quid a te super hoc esset (sit: Ms.) agendum, edoceri (add.: a nobis: Cir.) humiliter postulasti. Ad quod tibi etc.: Comp. V. — 57) primo: ead. Ms. — 58) sententiam: Cir. — 59) praedictus: Comp. V. — 60) factam secundo: Cir.

Cap. XI. 61) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 62) el. abb.: Comp. V. Ms. — 63) Constantio: C. R. 1. — Constantino: Comp. V. — 64) Felcen.: Cont. — Terilon.: C. R. 1. — Fel. Trens.: C. H. — 65) Belica.: Cont. — Belin.: Böhm. — Belven.: C. R. 1. — Belunen.: C. R. 2. L. — lega. Hellunen. (Helluno) cum C. H., Comp. V. — 66) Tavisinos: Comp. V. Cir. — 67) abest ab ead. — 68) fuisset: Comp. V. Ms. — 69) abest a C. H. — 70) transmiserimus: C. R. 1. — 71) vestrae: Comp. V. Cir. — 72) aut: C. H. — 73) nominati: C. R. 1. — per praenominatum (nom.: Ms.) duceat: Comp. V. — 74) ipsius: C. H., Comp. V. — 75) commisit: C. L. — 76) censuras ecclesiasticas: Comp. V. Cir. — 77) compellit: Comp. V.

Cap. XII. 78) canonicis: C. H. L. — 79) S.: C. L. — 80) praedictos: C. H. — 81) add.: P.: ib. — 82) ex hoc sententiis a dictis: ib. — 83) ab observatione: C. L. — observationem: C. R. H. — 84) cf. c. 17. §. 5. Dig. de rec. et qui arb. IV. 8. — 85) arbitrum: C. R. L. — 86) denunciatis: C. H.

CAP. XIII.

Valeat compromissum factum in unum, vel in plures, ut ipsi per se causam definiant, vel per alios, quos ipsi elegerint. H. d. secundum intellectum, quem sensit gloss. hic, et Innocentius in capite praecedenti, qui placet mihi. Panorm.

Idem Abbatissae et Conventui Iotrensi⁸⁷⁾.

Quam a nobis petitur (*Et infra:*) Ex parte vestra fuit propositum, quod, olim inter vos et Senonensem archiepiscopum quaestione suborta, super eo, quod idem⁸⁸⁾ archiepiscopus, asserens monasterium vestrum metropolitico iure sibi subesse, procurationes et res alias exigebat a vobis, tandem in R. sancti Angeli diaconum cardinalem, tunc apostolicae sedis legatum, a partibus concorditer compromisso, et promisso sub certa poena, quod arbitrio⁸⁹⁾ seu ordinationi eiusdem, vel duorum mediatorum, quos idem super hoc

deputaret, praecise parerent, magister P. capellanus noster, et L. archidiaconus Senonensis mediatores ab eodem⁹⁰⁾ super hoc deputati legato, ordinando et diffiniendo causam⁹¹⁾ huiusmodi⁹²⁾ terminerunt. Nos igitur quod per praedictos⁹³⁾ mediatores super hoc actum est auctoritate apostolica confirmamus.

CAP. XIV.

Compromissum ante sententiam latam finitur morte alterius compromittentium; unde non transit in heredes compromittentium, nisi de eis sit cautum in compromisso. Hoc dicit comprehendendo mentem capituli.

Idem.

Compromissum non extenditur in compromittentis heredes, si⁹⁴⁾ de ipsis non caveatur ibidem.

Cap. XIII. 87) *Ireten.*: C. H. — 88) abest a C. H. — 89) add.: *suo*: C. H. — 93) *dictos*: C. R. 1. C. R. 2. — 90) *ab eod.*: omitt. C. H. — 91) *causas*: C. L. — 92) abest a C. H. — 94) *quum*: C. L.

FINIS LIBRI PRIML

LIBER SECUNDUS.

TITULUS I.

DE IUDICIIS.

CAP. I.¹⁾

Contumax in non comparendo vel non respondendo excommunicari potest; beneficio autem privari non debet. H. d. Abbas Siculus.

Ex concilio Africano.²⁾

De Quodvultdeo³⁾ Centuriensi episcopo⁴⁾, quem⁵⁾, quum adversarius ipsius⁶⁾ eum petiisset ad concilium⁷⁾ "nostrum" introduci, interrogatus, an⁸⁾ cum eo vellet "apud episcopos" experiri, primo⁹⁾ id promiserat, et altera die respondit, hoc sibi non placere, atque discessit. Placuit "omnibus episcopis", ut nullus eidem "Quodvultdeo" communicet, donec¹⁰⁾ satisfactione praemissa fuerit absolutus. Nam adini sibi episcopatum antè causae eius exitum nulli potest iure videri.

CAP. II.¹¹⁾

Laici ecclesiastica negotia tractare non debent, sed praelatorum iudicio disponuntur. Hoc dicit Abbas Sic.

Ex synodo Eugenii Papae.¹²⁾

Decernimus¹³⁾ "etiam", ut laici ecclesiastica tractare¹⁴⁾ negotia non praesumant. Sed¹⁵⁾ episcopi, abbates¹⁶⁾, archiepiscopi¹⁷⁾ et alii ecclesiarum praelati de negotiis ecclesiasticis, maxime¹⁸⁾ de illis, quae spiritualia esse noscuntur, "aliquorum" laicorum iudicio non disponent, nec propter eorum prohibitionem ecclesiasticam dimittant iustitiam exercere.

CAP. III.¹⁹⁾

Causa iuris patronatus spectat ad iudicium ecclesiae. H. de specificis et ad literam.

Alexander III. illustri Regi Angliae.²⁰⁾

Quanto "te" divina gratia "summaque providentia maioris gratiae privilegio decoravit, tanto viros religiosos maiori debes caritate diligere, et in iustitiis suis manutenere propensius et fervere." Causa vero iuris patronatus ita coniuncta²¹⁾ est et connexa spiri-

tualibus causis, quod non nisi ecclesiastico iudicio valeat definiri, "et apud ecclesiasticum iudicem solummodo terminari."

CAP. IV.²²⁾

Clericum convictum vel confessum de crimine coram iudice saeculari ex eo non punit episcopus; sed coram se convictum vel confessum punit poena debita, nisi cum illo dispenset, quod potest in adulterio et minoribus; depositum vero non statim tradit curiae saeculari. H. de usque ad fin. Abbas Siculus. — §. 1. Summatum est iste §. supra in princ. c., tamen quia habet materiam separatam et notabilem, ideo dic aliter: *In adulterio et minoribus potest cum clericis peracta poenitentia episcopus dispensare; depositum autem pro suis excessibus non tradit indifferenter curiae saeculari.* H. d. Abbas Siculus.

Idem Salernitano²³⁾ Archiepiscopo.

At²⁴⁾ si clerici²⁵⁾ coram saeculari iudice convicti fuerint vel confessi de crimine, non sunt propter hoc a suo episcopo²⁶⁾ aliquatenus²⁷⁾ condemnandi. Sicut enim sententia a non suo iudice lata non tenet, ita nec²⁸⁾ facta confessio coram ipso. Si vero coram episcopo de criminibus²⁹⁾ in iure confessi sunt, seu legitima probatione³⁰⁾ convicti, dummodo sint talia crimina³¹⁾, propter quae suspendi debeant vel deponi, non immerito suspendendi³²⁾ sunt a suis ordinibus, vel³³⁾ ab altaris ministerio³⁴⁾ perpetuo removendi. §. 2. De adulteriis vero³⁵⁾ et aliis³⁶⁾ criminibus, quae sunt minora, potest episcopus cum "suis" clericis post peractam poenitentiam dispensare, "ut in ordinibus suis deserant;" sed non debet quemlibet depositum pro suis excessibus³⁷⁾, quum³⁸⁾ suo sit functus officio, nec³⁹⁾ duplici⁴⁰⁾ ipsum⁴¹⁾ contritione contere, iudici tradere saeculari. "Porro si clericus etc. [cf. c. 1. de cleric. pugn. in duell. V. 14.]"

CAP. V.⁴²⁾

Vasallus coram domino feudi conveniendus est, etiamsi dominus feudi sit ecclesiastica persona, dummodo ibi actor possit suam iustitiam consequi; alius loci ordinarius poterit adiri. Et secundum hoc est casus notabilis. Abbas Siculus.

Idem.⁴³⁾

Ceterum quia "quandogue, sicut accepimus," in eos⁴⁴⁾, quos ab ecclesia tua constat possessiones tenere⁴⁵⁾ in feudum, occasione ipsarum⁴⁶⁾ excommunicationis seu interdicti sententia promulgatur, nos id districtius inbibemus⁴⁷⁾, quamdiu parati fuerint super his in tua praesentia iustitiam exhibere. "Quod si fuerit a quoquam temerario ausu praesumptum, etc."

TIT. I. Cap. I. 1) Restitutum ex conc. Afr. ap. Dionys. c. 87. — Burch. I. 181. Ivo Decr. V. 297. Comp. I. h. t. c. 1. — 2) inser. omitt. C. H. — ex conc. Magotensi: Comp. I. Aug. — 3) De Quodvultdeo etiam Cent.: conc. — 4) omitt. conc. — 5) quoniam (quem: Comp. I. Aug.) advers. ipsius (illius: Iv.), quum se pet.: Burch., Iv., Comp. I., conc. — 6) suus: C. R. 1. — 7) consilium: C. L. — 8) utrum: Burch., Iv., conc. — 9) primo prom. et alia: ib. — 10) donec causa ipsius qualem potuerit terminum sumat. Nam adini ei (omitt. Comp. I.) episcopatum, antequam causae eius (omitt. Comp. I.) exitus appareret, nulli Christiano iure videri potuisset (potuerit: Burch. — potuit: Iv.): Coll. c. 11, conc.

Cap. II. 11) Restitutum ex c. 5. conc. Rom. hab. A. 1148. — Comp. I. h. t. c. 2. — 12) add.: ap. Rem.: Comp. I. Aug., Böhm. — 13) Decevi-mus: conc. — 14) terminare: Comp. I., conc. — 15) Et: C. R. H. L., Comp. I., conc. — 16) et abb.: C. L. — 17) archidiaconi: Comp. I., conc. — 18) vel: Comp. I. — vel de aliis: conc.

Cap. III. 19) Restitutum ex App. XLVII. 4., Comp. I. h. t. c. 5. — 20) Anglorum: App., Comp. I., Cont., Böhm. — 21) Causa vero patronorum ecclesiarum ita iuncta est et connexa ecclesiasticis causis: Comp. I. — Causae patronatus eccl. ita iunctae sunt et connexae ecclesiasticis causis, quod . . . valent: App.

Cap. IV. 22) Restitutum ex App. XXVI. 4., Lips. XI. 4., Cass. XXI. 4., Comp. I. h. t. c. 6. — 23) Salernitano: C. R. 1. — Salern. episcopo: C. H. — add.: P. C. Licet praeter sol., cf. c. 3. de sponsa duor. IV. 4. — 24) Et:

Cass., Cont. — 25) omitt. Lips. — 26) ab episc. diocessano: ead. — 27) aliqui sententia: Coll. c. 11. — 28) ita etiam: Cass., Comp. I. — ita et: Lips., Cont., Böhm. — 29) crimine: App., Lips. — criminibus minime: Cass. — 30) confessione: App. — 31) omitt. Cass. — 32) deponendi: App. — 33) et: App., Lips., Cass. — aut: Comp. I. Aug. — in Comp. I. Ma. locus ita se habet: non immerito sunt a suis ord. removerdi. — 34) officio: Cass. — 35) abest a Coll. c. 11. — 36) vel al.: C. H. — 37) cuius: C. R. 1. — 38) quia . . . est: C. R. 1., Coll. c. 11. — 39) ne: C. H. — non: App. — 40) debet: C. R. 1., Coll. c. 11. — 41) eum: App. — omitt. Lips., Cass., Comp. I.

Cap. V. 42) Restitutum ex Lips. XIX. 5., Cass. XXX. 4., Comp. I. h. t. c. 1. — add.: P. C. Eum te: Comp. I., cf. c. 4. de aet. et qual. I. 14. — 43) Idem T. episcopo: C. H. — 44) in eos, qui a te terras vel possessiones alius tenent in feudum, licet super feudis illis coram te stare iustitiae sint parati, sine iudicio et (add.: omni: Lips.) causa rationabili excommunicationis, seu interdicti sententia feratur (sententiam ferant: Lips.), volentes in posterum super hoc tibi et eadem hominibus providere, praesenti scripto districtius prohibemus, ne de cetero id permittas (praesumatur: Lips. — praesumas: Cass.), donec fuerint super feudis illis in tua praesentia respondere parati et (omitt. Lips.) in eis sine multibus et frustratoriae dilationis obstaculo (dil. causam absumt: Lips. — frustratione, dilationis obstaculo cessante: Cass.) voluerint (voluerint: Lips. — noluerint: Cass.) iustitiam exhibere: Coll. c. 11. — 45) habere: C. H. — 46) add.: possessionum: C. R. 1. — 47) prohibemus: C. R. L.

CAP. VI.⁴⁸⁾

Nomen actionis in libello exprimere pars non cogitur; debet tamen factum ita clare proponere, ut ex eo ius agendi colligatur. Hoc dicit quoad intellectum. Abbas.

Idem Exoniensis⁴⁹⁾ Episcopo et Capitulo Londonensi⁵⁰⁾.

Dilecti filii "nostri" prior et clerici⁵¹⁾ de Guisburnen.⁵²⁾ contra⁵³⁾ Eboracensem archiepiscopum apostolice sedis legatum gravem "admodum et difficilem nobis" querimoniam transierunt. (Et infra: ["cf. c. 1. de app. II. 28."] Provideatis⁵⁴⁾ attentius, ne ita⁵⁵⁾ subtiliter, sicut a multis fieri solet, cuiusmodi⁵⁶⁾ actio intentetur⁵⁷⁾, inquiratis, sed simpliciter et pure factum ipsum et rei veritatem secundum formam canonum⁵⁸⁾ et sanctorum Patrum instituta⁵⁹⁾ investigare curetis⁶⁰⁾.

CAP. VII.⁶¹⁾

Excommunicatus in iudicio, nisi tanquam reus, stare non potest.

Idem Paduano Episcopo.

Intelleximus "ex literis tuis, quod, quam filia cuiusdam nobilis viri parochiani tui cum quodam viro matrimonium contraxisset, comperto postea, quod idem vir pro nece bonae memoriae Vicentini episcopi vinculo tenebatur excommunicationis adstrictus, in tua proposuit praesentia quaestionem. Unde" Quia postulasti⁶²⁾ a nobis, utrum⁶³⁾ excommunicatus in iudicio stare possit, respondemus, quod conveniri potest, et debet per alium in iudicio respondere, ne videatur de sua malitia commodum reportare, "si ex ea fuerit ab eorum impetitione securus."

CAP. VIII.⁶⁴⁾

Clericus de omni crimine debet coram ecclesiastico iudice conveniri, nec valet consuetudo contraria.

Lucius III. Strigoniensis⁶⁵⁾ Archiepiscopo.

Clerici "vero, maxime in criminatibus, in nullo casu possunt ab alio, quam ab ecclesiastico iudice condemnari, etiam si consuetudo regia habeat, ut fures a iudicibus saecularibus iudicentur." Quum imperator⁶⁶⁾ dicit, quod "etiam" leges⁶⁷⁾ non dedignantur⁶⁸⁾ sacros canones imitari; in quibus generaliter traditur, ut de omni crimine clericus debeat coram ecclesiastico iudice conveniri, non debet⁶⁹⁾ in hac parte canonibus ex aliqua consuetudine praedicti iudicium generari.

CAP. IX.⁷⁰⁾

Iudex ex officio providere debet, ut debitae solennitates serventur in iudiciis, quibus omnis iudicium redditur frustratorium. H. d. Abbas Siculus.

Clemens III.⁷¹⁾

Causam, quae vertitur inter fratres Dulmensis⁷²⁾ monasterii et monachos sancti Albani "super ecclesia de Cantinz.⁷³⁾ audiatis et appellatione remota terminatis. Provideas⁷⁴⁾ "illud" inter cetera "specialiter, ut fratres Dulmensis⁷⁴⁾ monasterii cum auctoritate⁷⁵⁾ et assensu episcopi sui⁷⁷⁾ ingrediantur negotium⁷⁶⁾, ne, si fratres sancti Albani obtineant, episcopus idem⁷⁵⁾, abbatem monasterii se proponens, litem sopitam valeat suscitare.

CAP. X.⁸⁰⁾

Clericus depositus incorrigibilis excommunicandus est et successore anathematizandus. Et si sic non resipuerit, per iudicem saecularem comprimentus est. H. d. Abbas Siculus.

Coelestinus III.⁸¹⁾

Quum non ab homine (Et infra:) A nobis "itaque" fuit ex parte tua quaesitum, utrum liceat regi vel alicui saeculari personae iudicare clericos cuiuscunque⁸²⁾ ordinis, sive⁸³⁾ in furto, sive in homicidio, vel⁸⁴⁾ periurio, seu quibuscunque⁸⁵⁾ fuerint criminibus deprehensi⁸⁶⁾. Consultationi⁸⁷⁾ tuae taliter respondemus⁸⁸⁾, quod, si clericus in quocunque⁸⁹⁾ ordine constitutus in furto⁹⁰⁾, vel homicidio, vel periurio, seu alio "mortali" crimine fuerit deprehensus legitime atque convictus, ab ecclesiastico iudice deponendus est. Qui, si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet, deinde contumacia crescente anathematis mucrone feriri⁹¹⁾. Postmodum vero, si in profundum malorum veniens contempserit⁹²⁾, quum ecclesia non habeat ultra⁹³⁾ quid faciat, ne⁹⁴⁾ possit esse ultra perditio plurimorum, per saecularem comprimentus est postestatem, quod ei deputetur exsilium⁹⁵⁾, vel alia⁹⁶⁾ legitima poena inferatur.

CAP. XI.⁹⁷⁾

Per rescriptum impetratum contra violentum convenitur qui scienter succedit in vitium. H. d. secundum communem modum, qui mihi placet. Panorm.

Idem.⁹⁸⁾

Quia V.⁹⁹⁾, qui violenter dicebatur ecclesiam P. clerici¹⁰⁰⁾ occupasse¹⁾, defunctus est, ut accepimus²⁾, et R. cam postmodum³⁾ ingressus, praecipimus, ut secundum formam priorum⁴⁾ litterarum inter ipsos⁵⁾ R. et P. sub eisdem iudiciis⁶⁾ mediante ratione⁷⁾, sicut inter eundem P. et praefatum V., si viveret, negotium terminetur.⁸⁾

CAP. XII.⁹⁾

Solus Papa cognoscit de dubiis privilegiorum apostolice sedis, et non inferior.

Innocentius III. S. Sergii¹⁰⁾ et S. Georgii¹¹⁾ Abbatibus¹²⁾.

Quum venissent (Et infra:) Quum "enim" super privilegiis sedis apostolice causa vertatur¹³⁾, nolumus¹⁴⁾ de ipsis per alios iudicari.

CAP. XIII.¹⁵⁾

Iudex ecclesiasticus potest per viam denunciationis evangelicae seu iudicialis procedere contra quemlibet peccatorem, etiam laicum, maxime ratione periculi vel pacis fractas.

Idem Praelatis per Franciam constitutis.¹⁶⁾

Novit ille, qui nihil ignorat, "qui scrutator est cordium ac conscientiarum, quod clarissimum in Christo filium nostrum Philippum regem Francorum illustrem de corde puro et conscientia bona et fide non ficta diligimus, et ad honorem ac profectum et incrementum ipsius efficaciter aspiramus, exaltationem regni Francorum sublimationem sedis apostolice reputantes, quum hoc regnum benedictum a Deo semper in ipsius devotione permanserit, et

Cap. VI. 48) Restitutum ex App. X. t., Lips. XI.VH. 1., Cass. LI. 1., Comp. I. c. 1. de appell. II. 20. — 49) *Ironien.*: Cass. — *Idem ex concilio*: C. H. — 50) *Ludun.*: C. L. — *London.*: Comp. I. Aug. — *Lincon.*: Comp. I. Ms. — *Linco.*: Cass. — *Lincol.*: Lips. — *Lincolniens.*: App. — 51) *canonici*: Coll. c. 11. — 52) *Gesebur.*: C. R. 1. L. — *Giseb.*: Cass. — *Gisebr.*: C. R. 2. — *Giseburum.*: C. H. — *Gisebur.*: App. — *Gisebur.*: Lips., Comp. I. Ms. — 53) *contra*... leg.: omitt. Coll. c. 11. — 54) *tum*: C. H. — 55) *eiusmodi*: Cass. — 56) *intendatur*: C. L., Coll. c. 11. — 57) *canoniam*: C. R. 1. — 58) *abest a Comp. I.* — *statuta*: App. — 59) *investigatis*: Coll. c. 11.

Cap. VII. 61) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 9. — 62) *postulatis humiliter*: C. R. 1. — 63) *utrum praefatus vir vinculo excommunicationis innotuit stare possit iudicij, vel ad praesentiam tuam vocari, donec in praefata sententia detinetur, fratrem t. duimus respondendum, videri nobis, quod possit et debeat conveniri et per alium in praefato iudicio respondere, ne etc.*: Comp. I.

Cap. VIII. 64) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 8. — 65) *Frigon.*: Comp. I. Ms. — *Strigoni.*: C. L. — *add.*: P. C. *Ad apostolicae sedis*: Comp. I., cf. c. 20. de dec. III. 30. — 66) cf. Nov. LXXXIII. 1. — 67) *leg. eorum*: Comp. I. Aug. — 68) *dedignantur*: Comp. I. Ms. — 69) *ne debeant*: Comp. I.

Cap. IX. 70) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 71) *abbati de Everham*: Comp. II. Aug., Ms. B. — 72) *Dunelm.*: C. L. — *Dunelm.*: Comp. II. Ms. A. — *Dulmon.*: Aug. — *leg.*: *Dunelmensis (Durham)* — 73) *ita Aug.* — *N.*: Comp. II. Ms. B. — *Canuar.*: Ms. A. — 74) *provisuri*: Comp. II., Böhm. — 75) *Dinosens*: Comp. II. Ms. A. — 76) *ecclesiae*: Comp. II. — 77) *aut. specul.*: Comp. II. Ms. A. — 78) *omitt.*: Comp. II. — 79) *causam aggrebantur*: Comp. II. Aug., Ms. B. — *caus. ingred.*: Ms. A. — 79) *Dumo.*: Comp. II. Ms. A. — *cf. h. t.*

Cap. X. 80) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — 81) *Clemens III.*:

Comp. II. Ms. A. — Reliquae hui. cap. partes, c. 15. de iur. II. 24., c. 14. de sent. exc. V. 39. Clementis III. nomine insignitae sunt in Comp. II. Ms. A. B. Inscriptio c. 6. de iur. ab Augustino praefixa: *Coelestin. III. Brunnduensis. ep.* pariter reiicienda est, atque illa, quam Bülmerus contra libr. Ms. fidem recepit (*Strigon. archiepiscopo*). Ad *Lipsellensem* archiepiscopum scriptam fuisse epistolam, ex ipsius c. 14. de sent. exc. tenore coniecit Ianus a Costa in comm. Missam esse *Nitrosiensis* anaspicari licet ex inser., quae cit. c. 14. de sent. exc. in Luc. (Bal. III. 373.) est praefixa: *Idem (i. e. Coelestinus III.) Nitrosiensis ep.* — 82) *verb.*: *cuiuscunque*... seu: omitt. Comp. II. Ms. B. — 83) *quum*: Comp. II. Ms. A. — 84) *sen.*: ib., C. L. — 85) *in quib.*: ib. — 86) *comprehensi*: Comp. II. Ms. A. — 87) *In prima ergo (igitur: Ms. A.) consultatione tal. resp.*: Comp. II. — 88) *respondeo*: Cont., Böhm. — 89) *add.*: *sit*: Comp. II. Ms. A. — 90) *furto, hom., vel peri., vel al.*: ib. — 91) *percuti*: Comp. II. Aug. — 92) *contempit*: Comp. II. Ms. B. — 93) *abest ab end.* — 94) *et ne*: Böhm. — 95) *quod dep. exilio*: Comp. II. Ms. B. — 96) *add.*: *ei*: C. H.

Cap. XI. 97) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — 98) *Winton. episc. et abb. S. Albani (Albini: Ms. B.): Comp. II. Aug., Ms. B., Böhm. — Taron. etc.*: Ms. A. — 99) *W.*: C. L., Comp. II. Aug., Ms. A. — 100) *P. cler.*: omitt. Comp. II. — 1) *ingressus esse*: ib. — 2) *ut acc.*: omitt. C. R. 1. — 3) *abest a Comp. II.* — 4) *tuarum*: Comp. II. Ms. B. — *omitt.*: Aug., Ms. A. — 5) *ipsium*: Comp. II. — 6) *sub. eius. iud.*: omitt. end. — 7) *substitit seu rat.*: C. R. 1. — 8) *causa terminetur, sicut inter eundem P. et praefatum V. (Wilm.: Ms. A. — P.: Ms. B.), si viceet, iudicaretur*: Comp. II.

Cap. XII. 9) Comp. III. h. t. c. 2. — 10) *Sergen.*: C. R. 1. — 11) *Gregori.*: C. R. 2. — 12) *add.*: *et cantori Andegavensi*: Comp. III. Aug., Böhm. — 13) *vertitur*: C. R. 1. H. L., Comp. III. — 14) *notimus*: Böhm.

Cap. XIII. 15) Restitutum ex Reg. Breun. VII. 42. — Comp. III. h. t. c. 3. — 16) *archiepiscopis et episcopis per Franciam constitutis*: Comp. III., Reg.

ab eius devotione nullo, sicut credimus, tempore sit discessurum; quia, licet interdum hinc inde fiant immissiones per angelos malos, nos tamen, qui satanae non ignoramus astutias, circumventiones ipsius studebimus evitare, credentes, quod idem rex illius seduci fallacis non se permittet. Non ergo putet aliquis, quod iurisdictionem aut potestatem¹⁷⁾ illustris regis Francorum perturbare aut minuere intendamus, quum ipse iurisdictionem et potestatem nostram nec velit¹⁸⁾ nec debeat etiam impedire, quumque iurisdictionem propriam non sufficiamus explere, cur alienam usurpare vellemus? Sed quum Dominus dicat in evangelio¹⁹⁾: „si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe²⁰⁾ eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris²¹⁾ fratrem tuum; si te autem non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiae; si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus, et rex Angliae, sicut asserit, sit paratus sufficienter ostendere, quod rex Francorum²²⁾ peccat in ipsum²³⁾, et ipse circa eum²⁴⁾ in correctione²⁵⁾ processit secundum regulam evangelicam, et tandem, quia nullo modo profecit, dixit²⁶⁾ ecclesiae: quomodo nos, qui sumus ad regimen universalia ecclesiae superna dispositione vocati, mandatum²⁷⁾ divinum possumus non²⁸⁾ exaudire, ut non²⁹⁾ procedamus secundum formam ipsius, nisi forsitan ipse coram nobis vel legato³⁰⁾ nostro sufficientem in contrarium rationem ostendat? Non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipsum spectat iudicium, nisi forte iuri communi per speciale privilegium vel contrariam³¹⁾ consuetudinem aliquid sit detractum³²⁾, sed decernere³³⁾ de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet³⁴⁾ exercere possumus³⁵⁾ et debemus. Non igitur iniuriosum sibi debet regia dignitas³⁶⁾ reputare, si super hoc apostolico iudicio se committat, quum Valentianus³⁷⁾ inclitus imperator suffraganeis Mediolanensis ecclesiae dixisse legatur: „Talem in pontificali sede constituere procuretis³⁸⁾, cui et nos, qui gubernamus imperium, sincere nostra capita submittamus, et eius monita, quum³⁹⁾ tanquam homines deliquerimus, suscipiamus necessario velut medicamentum curantis. Nec sic illud humillimum⁴⁰⁾ omittamus, quod Theodosius statuit imperator⁴¹⁾, et Carolus innovavit, de cuius genere rex ipse noscitur descendisse: „Quicumque videlicet litem habens, sive petitor fuerit⁴²⁾ sive reus⁴³⁾, sive⁴⁴⁾ in⁴⁵⁾ initio litis vel decursis temporum curriculum, sive⁴⁶⁾ quum negotium peroratur, sive quum iam coeperit promi⁴⁷⁾ sententia, si iudicium elegerit sacrosanctae sedis antistitis, illico sine aliqua dubitatione, etiam si pars alia⁴⁸⁾ refragetur⁴⁹⁾, ad episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur⁵⁰⁾. Quum enim⁵¹⁾ non humanae constitutioni, sed divinae legi⁵²⁾ potius inquitur, quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo⁵³⁾: nullus⁵⁴⁾, qui sit sanae mentis, ignorat, quin ad officium nostrum spectet de quocunque mortali peccato carripere quemlibet Christianum, et si correctionem⁵⁴⁾ contempserit, ipsum per districtiorem ecclesiasticam coercere. Quod enim debeamus corripere ac possimus, ex utraque patet pagina testamenti, quum clamet Dominus per Prophetam: „Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, et annuncia populo meo scelera eorum, et subiungat ibidem: „Nisi annunciaris impio impietatem suam, ipse in iniquitate, quam operatus est, morietur; sanguinem autem eius de manu tua requiram. Apostolus quoque nos monet corripere inquietos, et alibi dicit idem: „Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. Quod autem possimus et debeamus etiam coercere, patet ex eo, quod inquit Dominus ad Prophetam, qui fuit de sacerdotibus Anathot: „Ecce constitui te super gentes et regna, ut evellas et destruas, et dissipas, et aedifices, et plantes. Constat vero, quod excellendum, destruendum et dissipandum est omne mortale peccatum. Praeterea quum Dominus claves regni caelorum B. Petro tradidit, dixit ei: „Quicumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis, et quicumque solveris super terram, erit solutum et in caelis. Verum

nullus dubitat, quin omnis mortaliter peccans apud Deum sit ligatus. Ut ergo Petrus divinum iudicium imitetur, ligare debet in terris quos ligatos esse constat in caelis. Sed forsitan dicitur, quod aliter cum regibus, et⁵⁵⁾ aliter cum aliis est agendum. Ceterum scriptum novimus in lege divina⁵⁶⁾: „Ita magnum iudicabis, ut parvum, nec erit apud te acceptio personarum, quum B. Iacobus intervenire testatur, „si dixeris ei, qui indulus est veste praecleara, tu sede hic bene; pauperi autem, qui sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum. Licet autem⁵⁷⁾ hoc modo procedere valeamus⁵⁸⁾ super quolibet criminali⁵⁹⁾ peccato, ut peccatorem revocemus a vitio ad virtutem, ab errore ad veritatem⁶⁰⁾, praecipue tamen, quum⁶¹⁾ contra pacem peccatur⁶²⁾, quae est vinculum caritatis, de qua Christus specialiter praecepit Apostolis: „In quacumque domum intraveritis, primum dicit: Pax huic domui, et si fuerit ibi filius pacis, requiescet super illum pax vestra. Quicumque autem non receperit vos, nec audierint sermones vestros, exeuntes foras excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis. Quid enim est a talibus exire foras Apostolos, nisi communionem eis apostolicam denegare? Quid est excutere pulverem de pedibus suis, nisi districtiorem ecclesiasticam exercere? Hic est etenim pulvis ille, qui Moyse cinerem de camino spargente fuit ad plagam ulcers super omnem terram Aegypti. Quam gravis autem districtiorem sententia in ultimo sint examine ferendi qui non recipiunt pacis nuncios, nec audiunt sermones eorum, per se ipsa veritas consequenter ostendit, non simpliciter, sed cum quadam affirmatione proponens: „Amen dico vobis, tolerabilius erit terrae Sodomorum et Gomorheorum in die iudicii quam illi civitati; in civitate ipsis intelligens, a quibus non excepti ipsos reges. Porro quum secundum legitimam sanctionem quod quisque iuris in alterum statuit alius eo uti valeat contra illum, et sapiens protestetur: „Patere legem, quam ipse tuleris, et rex ipse Francorum contra clarae memoriae R. quondam Anglorum regem, qui, ut salva ipsius regis pace loquamur, quia non ad confusionem eius, sed ad excusationem nostram hoc dicimus, non eo erat deterioris conditionis, in bello fuit officio et beneficio nostro usus, quomodo quod pro se adversus illum admittit contra se pro alio non admittet? Numquid apud nos debet esse pondus et pondus, mensura et mensura, quorum utrumque est abominabile apud Deum? Postremo quum inter reges ipsos reformata⁶³⁾ fuerint⁶⁴⁾ pacis foedera, et utrinque praestito proprio⁶⁵⁾ iuramento firmata, quae tamen usque ad tempus praetaxata⁶⁶⁾ servata⁶⁷⁾ non fuerint⁶⁸⁾, numquid non poterimus de iuramenti religione cognoscere, quod ad iudicium ecclesiae non est dubium pertinere, ut rupta pacis foedera reformentur? Ne ergo⁶⁹⁾ tantum discordiam videamus sub dissimulatione fovere, dissimulare religionum locorum excidium, et stragem negligere populi Christiani, dilecto filio abbati Casemarii praedicto legato⁷⁰⁾ dedimus in praeceptis⁷¹⁾, ut, nisi rex ipse vel solidam pacem cum praedicto rege reformet, vel treugas ineat competentes, vel saltem humiliter patiat, ut idem abbas et venerabilis frater noster archiepiscopus Bituricensis de plano cognoscat, utrum iusta sit querimonia, quam contra eum proponit coram ecclesia rex Anglorum, vel⁷²⁾ eius exceptio⁷³⁾ sit legitima, quam contra eum per suas nobis⁷⁴⁾ literas duxit exprimentendam, iuxta formam sibi datam a nobis procedere non omittat. Ideoque universitatibus vestris per apostolica scripta etc. Dat. Lat. Ao. VII. [1204.]

CAP. XIV.⁷⁵⁾

Principalis persona per se, non per advocatum debet factum proponere in iudicio, nisi sit indiscreta.

Idem Episcopo Heliensti.

Pastoralis (Et infra [cf. c. 28. de off. iud. del. I. 29.]) Statuimus praeterea, ut principales personae non per advocatos, sed per se ipsas⁷⁶⁾ factum proponant, nisi forte sint⁷⁷⁾ adeo indiscretas,

Cap. XIII. 17) pot. ipsius min. aut (vel: Reg.) pert. velimus: ib. — 18) non debeat aut velit coercere: Comp. III. — impedire non debeat aut eliam coercere: Reg. — 19) Matth. XVIII. 15. — 20) corripere: C. H. — 21) ex: ib. — 22) Franciae: C. R. I. — 23) illum: C. R. I. — eum: Comp. III. Reg. — 24) ipsum: C. H. — illum: Reg. — 25) correctione: Comp. III. Reg. — 26) dicit: C. R. I. H. L. — Comp. III. Aug. — dicit: Comp. III. Ms. Reg. — 27) et mand.: Comp. III. — 28) omitt. Comp. III. Reg. — 29) omitt. Comp. III. Aug. — 30) delegato: C. R. I., Comp. III. Reg. — 31) eorum: Reg. — 32) distractum: C. L. — 33) discernere: C. R. I. — 34) in quolibet: Comp. III. Aug. — 35) add. Christianum: C. H. — 36) subditus: Reg. — 37) cf. c. 3. D. LXIII. — 38) proccrate: C. H. R. L., Comp. III. Reg. — 39) dum: Comp. III. Reg. — 40) abest a C. R. — nec illud omittamus: C. H. — nec illud etiam om.: C. L. — ut (add.: nec: Ms.) illud humiliter om.: Comp. III. Reg. — 41) abest a Comp. III. Aug. — cf. c. 35. 37. C. XI. qu. 1. — 42) fuit: Reg. — 43) sive reus: omitt. C. R. H., Comp. III. Reg. — 44) abest a C. L., Comp. III. Ms. — vel: Comp. III. Aug., Reg. — 45) abest a Comp. III. Aug. — 46) omitt. C. H. — 47) perini: C. L. — preni: Comp. III. Aug. — 48) aliqua: C. R. I.,

Comp. III. — 49) refragaverit: Comp. III. Reg. — 50) negotium dir.: C. R. 2. — 51) abest a Comp. III. Reg. — 52) a Deo, non ex homine: C. R. 2. — 53) Nullus enim: Comp. III. Reg. — 54) correctionem: C. H., Comp. III. Aug. — 55) abest a C. L. — 56) Deut. I. 17. — 57) Et licet: Comp. III. Reg. — 58) valemus: Böh. — 59) criminali: C. R. I. — 60) ut peccatorem: C. H. R. L. — 61) quum hoc: C. R. I. — 62) peccatur: Comp. III. Aug. — 63) firmata: C. R. 2. L. — formata: C. R. I. H., Comp. III., Reg. — 64) fuerint: Comp. III. Ms. — 65) abest a C. R. L., Comp. III. Reg. — 66) terminum praefectum: C. R. L. — 67) abest a Comp. III. Ms. — 68) fuerint: ib. — fuerint: C. R., Comp. III. Reg. — 69) Sic ne igitur: C. H. — Ne igitur: C. R. L., Comp. III. Reg. — 70) praed. leg.: omitt. Comp. III., Reg. — 71) mandatis: C. R. I. — 72) vel exceptio: leg.: Comp. III. Ms. — 73) exemptio: Reg. — 74) abest a C. R. H. L.

Cap. XIV. 75) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 169. — Comp. III. c. 3. de exc. II. 16. — 76) ipsos: Comp. III., Reg. — 77) fuerint: C. R. H. L., Comp. III., Reg.

ut eorum defectus de iudicis licentia per alios⁷⁸⁾ suppletur. *Quum autem etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Ian. [1204.]*

CAP. XV.⁷⁹⁾

Si actio et intentio sunt ineptae, vel sola intentio, debet reus absolvi ab instantia iudicii; iterum tamen actor audiatur, si apte egerit. H. d. quoad intellectum.

Idem nobili viro Matthaeo de Riparia.⁸⁰⁾

Examinate causa, quae vertitur inter te et milites Campaniae⁸¹⁾ super ecclesia S. Angeli de Casa parata, actis et confessionibus et attestationibus inspectis, instrumentis et allegationibus indagatis, perpendimus evidenter, arbitrium, quod contra te vicedominus Sabiniensis dicebatur super eodem negotio promulgasse, contra formam iuris et compromissi fuisse dictatum. Unde, non obstante confirmatione felicis memoriae C. Papae praedecessoris nostri, qui confirmaverat illud, sicut provide latum fuerat, et ab utraque parte receptum, decernimus ipsum irritum et inane. Actionem autem, quam super iure patronatus eiusdem ecclesiae contra praefatos milites intentabas⁸²⁾, incongruentem cognovimus et ineptam, quia, quum testes induxeris ad probandum, quod, quando praefatus A.⁸³⁾ vicedominus ecclesiam eandem tanquam sequestratam⁸⁴⁾ accepit⁸⁵⁾, tu ius patronatus⁸⁶⁾ ipsius ecclesiae possidebas, profecto nec rei vindicationem intentare⁸⁷⁾, nec ipsius restitutionem poteras postulare. Unde intentionem tuam in hac parte pronunciamus non tenere, absolventes eosdem milites ab eadem, ita tamen, quod si congruentem et aptam intentare⁸⁸⁾ volueris actionem, respondere tibi nihilominus teneantur.

CAP. XVI.⁸⁹⁾

Praeceptores templi pro domibus suis agere et defendere possunt; nec obstat eis religio, vel quod ignota sit eorum origo.

Idem Magistro et Fratribus militiae templi in Italia constitutis.

Quum deputati sitis obsequio Iesu Christi, qui, quum iustus sit, iustitiam diligit et aequitatem conspicit vultus eius, indemnitatibus vestris paterna tenemur sollicitudine praecavere, ne pro eo, quod operibus pietatis intenditis, laesionem in vestra iustitia subeat. Accipimus plane, quod quidam tam saeculares quam ecclesiastici iudices in Italia illos, quos habetis in domibus vestris praecceptores, in causis ad prosequendam suam iustitiam non admittunt⁹⁰⁾, tanquam licitum non sit eis super litigiosis negotiis curam agere⁹¹⁾, qui pacificis decreverunt studiis inhaerere, illud allegantes in repulsionem⁹²⁾ ipsorum, quod eorum ipsis generatio non est nota, qui undecunque locorum venerint, gratia divina vocati, dummodo⁹³⁾ laudabiliter exsequantur⁹⁴⁾ officium sui ordinis, ex superabundanti requiritur suae notio nationis. Ne⁹⁵⁾ quisigitur in prosecutione causarum praecceptores eosdem ab agendo vel⁹⁶⁾ respondendo sub occasione huiusmodi repellat, auctoritate apostolica⁹⁶⁾ inhibemus. *Nulli ergo etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. IV. Id. April. Ao. IX. [1206.]*

CAP. XVII.⁹⁷⁾

Praelati debent laicos de clericis, appellatione frustratoria non obstante, iustitiam facere; ad saeculare tamen forum clericis a laicis trahi non debent, etiam data ipsorum praelatorum negligentia.

Idem Vercellensi Episcopo et Abbati de Toletto.⁹⁸⁾

Qualiter et quando (Et infra: [cf. c. 17. de accus. et den. V. 1.]) Praecipiat⁹⁹⁾ ex parte nostra praelatis, ut laicis de clericis¹⁰⁰⁾ conquerentibus plenam faciant iustitiam exhiberi¹⁾, non obstanti-

bus appellationibus frustratoriis, quas in eorum gravamen¹⁾ clerici frequenter opponunt, ne pro defectu iustitiae clerici trahantur a laicis ad iudicium saeculare, quod omnino²⁾ fieri prohibemus, et vos, ne fiat, omnimodis satagatis etc. *Dat. IV. Kal. Febr. [1206.]*

CAP. XVIII.³⁾

Iudex habens ut privatus paene consimilem causam, quam habet ut iudex, a iudicando removetur. H. d.

Idem.⁴⁾

Causam, quae inter dilectum filium abbatem et conventum Vindonensem⁵⁾ ex parte una, et archidiaconum Carnotensem ex altera super quibusdam procuracionibus vertitur, vobis, fili T. et G. et archidiacono Parisiensi meminimus commisisse. Dicitur vero abbas et conventus nolentes parti alteri respondere, nisi nos primo consulerent secundum privilegia Romani Pontificis, indulla monasterio eorumdem, dilectum filium W. eiusdem monasterii monachum propter hoc ad sedem apostolicam transmiserunt, nihilominus supplicantes, quatenus te, fili decane, loco Parisiensis archidiaconi supra dicti subrogare ad decisionem ipsius negotii dignemur. Quia⁶⁾ vero, quum eundem archidiaconum similis paene⁷⁾ causa contingat, nimis⁸⁾ favorabilis parti alteri⁹⁾ videretur, nos¹⁰⁾ te, fili decane, loco ipsius archidiaconi subrogantes, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, non obstantibus prioribus literis¹¹⁾, in causa¹²⁾ ipsa ratione praevia procedatis.

CAP. XIX.¹³⁾

Si iudices de principali et exceptionibus praenudicialibus simul cognoscunt, vel super principali lite non contestata testes recipiant, licite ab eis appellatur.

Honorius III. Archidiacono¹⁴⁾ Remensi et Decano Brimensi Coloniensis diocesis:

Exhibita nobis dilecti filii R. Virdunensis¹⁵⁾ electi petitio declaravit, quod, quum super facto electionis suae¹⁶⁾ et H. archidiaconi ac quorundam canonicorum Virdunensium¹⁷⁾ et adversariorum suorum procuratores ad nostram olim audientiam¹⁸⁾ accessissent, nos, audita petitione partis adversae, et quae proposita fuerunt ab ipsa, venerabili fratri nostro Parisiensi episcopo et coniudicibus suis sub certa forma literas nostras direximus¹⁹⁾, inter alia continentes, ut, vocatis qui forent²⁰⁾ evocandi, super propositis²¹⁾ et aliis negotium²²⁾ contingentibus inquirerent veritatem, et testes, quos nominari contingeret iuxta consuetam formam, ad testimonium compellendo, et praefigendo partibus terminum competentem, quo per se vel per procuratores idoneos nostro se conspectui praesentarent, iustam sententiam recepturas. Partibus ergo citatis, non fuit processum in aliquo prima die, quumque decem de parte adversa secundo termino comparuissent, et fuissent, si electo se opponerent, avida requisiti, septem eorum respondere nolentibus, ad agendum tres se residui obtulerunt. Quum autem idem electus quibusdam²³⁾ ex his, qui contra eum agebant, conspiracy, et quibusdam²⁴⁾ excommunicationem in modum exceptionis obiceret²⁵⁾, se id offerens²⁶⁾ probaturum, praefati iudices interlocuti fuerunt, quod de his et principali negotio simul inquirerent, nolentes²⁷⁾, quasi non iudices, sed inquisitores existerent, super dictis²⁸⁾ exceptionibus ipsius electi probationes²⁹⁾ admittere, sed pervertendo iuris ordinem de praemissis exceptionibus et principali³⁰⁾ negotio pariter per se inquirere intendentes, et procedentes etiam³¹⁾ ad receptionem testium, lite nondum super eodem negotio contestata, quare praefatus³²⁾ electus nostram audientiam appellavit, humiliter supplicans, ut,

Cap. XIV. 78) per al.: omitt. C. H.
Cap. XV. 79) Restitutum ex Comp. III. c. 3. de conf. ut. II. 20. — 80) Fica: C. R. 1. — Rivario: C. R. 2. H. — Ravaria: C. L. — Romana: Comp. III. — 81) Campanicos: C. R. H. L., Comp. III. — 82) intendebis: Comp. III. — 83) abest a C. R. H., Comp. III. — 84) sequester: Comp. III. — 85) accepisset: C. R. 1. — accepit: Comp. III. Ms. — 86) ipsam ecclesiam: Comp. III. — 87) intendere: C. H., Comp. III. — 88) intendere: ib.
Cap. XVI. 89) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 50. — Comp. III. c. 1. ne cler. vel mon. III. 38. — 90) admittant: C. H. L., Comp. III. Aug. — 91) gerere: Comp. III. Reg., Cont., Böhm. — 92) repulsionem: Cont., Böhm. — 93) dum: Comp. III. Reg., Cont., Böhm. — 94) exsequantur: C. R. L., Comp. III. Reg. — 95) Eupropter, dilecti filii in Christo, vestris postulationibus annuentes, ne etc.: Comp. III. Reg., Böhm. — 96) et: C. H., Comp. III. Reg. — 96) praesentiam: C. R. L., Comp. III., Reg.
Cap. XVII. 97) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 200. — Comp. III. c. 4. de accus. et den. V. 1. — 98) Aletto: C. H. — Tinco: Comp. III. Ms. — Ciliotto: Comp. III. Aug. — Tiletto: C. R. L. — Vercell. episc., abbat de Tiletto et presbytero Alberto Mantuano: Reg. — 99) praecipientes: Comp. III. Reg., cf. c. 17. de acc. V. 1. — 100) de cler.: omitt. Comp. III. Reg. — 1) exhibere: Reg. — 1') gravamine: Cont., Böhm. — 2) modis omnibus: C. R. 1.

Cap. XVIII. 3) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 1. — 4) add.: pontificatus sui anno IX.: Comp. IV., Böhm. — 5) Vinton.: C. L. — Vinton.: Comp. IV. Ms. A. — 6) quia, quum cum sim.: Comp. IV. — 7) fere: C. R. 1. — 8) minus: Comp. IV., Aug., Ms. B. — 9) abest a C. L. — 10) quocirca discretioni etc. rell. omittis: Comp. IV. — 11) lit. ante adventum monachi impetratis: ead. — 12) in caus.: omitt. C. R. H. L.

Cap. XIX. 13) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 14) archiepiscopo: Cont., Böhm. — abbat S. Martini, archidiacono Remensi et decano Buniensi (Bononiensi): Ms. — leg.: Bonnensi Colon. dioc.: Comp. V. — 15) Virdunensis: C. L. — 16) sui (suae): Ms. — 17) ipsius: Comp. V. — 17) Virdinen.: C. R. 2. — Virdinen.: C. L. — 18) praesentiam: C. R. H. L., Comp. V. — 19) direxerimus: Comp. V. Cir. — 20) evocandi essent: Comp. V. — 21) add.: suis: C. R. 1. — 22) rerum negotia (negotium): Ms.: Comp. V. — 23) et. praedictis tribus conspiracy: Comp. V. — 24) et duobus: Comp. V. Cir. (et quib. exc.: omitt. Ms.) — 25) obicerit: Comp. V. Cir. — obicerit: C. R. H. L., Comp. V. Ms. — 26) assereus: C. L. — 27) volentes: C. H. — 28) praedictis: C. R. 1. — 29) probationem: Comp. V. — 30) principaliter: Comp. V. Ms. — seq.: negotium: omitt. C. R. H. L., Comp. V., Cont. — 31) abest a C. R. 1. — 32) praenudatus: C. R. H. L., Comp. V.

quum literae ad ipsos indices obtentae non inquisitionem, sed commissionem sapiant, prout apparet ex continentia eorundem, quod ab eis factum est post appellationem ipsius revocare in irritum, et causam alii committere dignemur. Quia vero non in modum inquisitionis, sed commissionis negotium existit delegatum, "discretioni vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, "convenientes ad locum idoneum et partibus competentem," si ex dictis gravaminibus vel aliquo³³⁾ ipsorum appellatum constiterit, revocato in irritum quicquid post appellationem huiusmodi inveneritis attentatum, in causa ipsa iuxta priorum continentiam³⁴⁾ literarum, appellatione remota, "ratione praevia sine morae dispendio" procedatis.

CAP. XX.³⁵⁾

Lapsu triennii non obstante potest delegatus in causa sibi commissa procedere.

Idem Magistro Tancredo Canonico Bononiensi.

Venerabilis frater noster archiepiscopus Ravennas³⁶⁾ proposuit coram nobis, quod, quum decisio causae, quae inter ipsum "ex parte una," et communitatem Cerviae³⁷⁾ "ex altera" super iurisdictione civitatis Cerviae³⁸⁾ et quibusdam aliis articulis vertitur, sit per subterfugia et cavillationes eorum per triennium prorogata, "et tandem post litem contestationem et commissiones varias tibi dedimus in mandatis, ut eum ad nos remittas sufficienter instructam," dicti Cervienses auserentes, instantiam iudicii per decursum triennii periisse, respondere³⁹⁾ sub tuo examine recusaverunt. "Nolentes igitur, ut eiusdem causae decisio ulterius prorogetur, praesentium tibi auctoritate" Mandamus, quatenus, exceptione huiusmodi non obstante, in negotio isto⁴⁰⁾, "appellatione remota, ratione praevia" procedas iuxta traditam tibi formam⁴¹⁾.

CAP. XXI.⁴¹⁾

Actor obtinens in possessorio coram iudice rei, non tenetur coram eo iudice super proprietate respondere, si est prorsus alterius fori. H. d. et est casus notabilis.

Idem Episcopo et Magistris⁴²⁾ T.⁴³⁾ et B. Praten.⁴⁴⁾ Bononiae commorantibus.

Significaverunt nobis olim abbas et conventus sanctae Mariae de Florentia, quod Florentina⁴⁵⁾ potestas pro eis contra communitatem castrum de Signa super possessione vel quasi⁴⁶⁾ iuris ibidem eligendi "sibi" rectorem, quod ad se pertinere dicebant⁴⁷⁾, diffinitivam sententiam promulgavit. Sed postmodum, "eadem communitate nolente recipere nobilem virum B. Vinci-Werra, quem tamen in rectorem elegerant castrum praedicti, praefata potestas non solum non curavit sententiam suam executioni mandare, ac communitatem ipsam compellere ad recipiendum dictum nobilem pro rectore saepius requisita; sed nec permisit communitatem eandem ad hoc a fidelibus eorum monasterii coartari; quin potius" abbatem et conventum praefatos ipsa potestas⁴⁸⁾ "indigne" coegit communitati praedictae super proprietate vel quasi memorati iuris in saeculari iudicio respondere. Unde vobis "per literas nostras" iniunximus, ut, si ita esset, "per censuras ecclesiasticas" cogereis communitatem eandem⁴⁹⁾ electum ab eisdem monachis in rectorem admittere; audituri postea quae partes super proprietate vel quasi dicti⁵⁰⁾ iuris ducere proponenda, "et causam, sicut iustum existisset, decideri, non obstante statuto quolibet contrario ecclesiasticae libertati, seu quod abbas et conventus praedicti compulsi sunt super hoc litem contestari in iudicio saeculari. Nuper autem, referentibus abbate et conventu; didicimus, quod, quum de literis a nobis super hoc obtentis ad ipsius communitatis notitiam perve-

nisset, syndicus eius, exhibito coram iudice potestatis calumniae iuramento, citari fecit abbatem, quod coram illo subiret simile iusiurandum, ut per hoc renunciare intelligeretur idem abbas apostolicis literis ipso facto, aut pro convicto, si hoc facere recusaret, haberetur. Quumque praefatam communitatem ad praesentiam vestram saepius et peremptorie citassetis, syndico eius se velle dilatorias exceptiones proponere protestanti, terminum, in quo id faceret, vel super principali responderet negotio, statuitis." Verum⁵¹⁾ pars altera inter alia excipiendo proposuit, se tunc coram vobis respondere de iure non teneri⁵²⁾, quum tempus propter vindemias existeret feriatum, respondente syndico monasterii, hoc malitiose proponi, ut videlicet causa protracta tempus regimini electi inutiliter elabatur. "Quod apparebat ex eo, quia per nunciam potestatis id abbati fuit prohibitum, ne communitatem eandem extra Florentinum districtum in iudicio conveniret, quare praenominati abbas et conventus humiliter petierunt, ut obtinere huiusmodi malitias dignemur. Quocirca discretioni vestrae" Mandamus, quatenus "tam eundem syndicum, quam eiusdem monasterii monachos, quorum testimonio uti voluit, si excommunicationem contra eos ad impediendum causae processum opponi contingat, absolventes sublato appellationis obstaculo ad cautelem, ne tali praetextu valeant ab agendo vel testificante repelli," hoc non obstante⁵³⁾, in negotio, "iuxta recepti formam mandati," ratione praevia procedatis, "causae finem debitum absque morae dispendio imponendo, etc.

TITULUS II.

DE FORO COMPETENTI.

CAP. I.

Clericus coram suo episcopo conveniri debet.

Ex concilio Chalcedonensi.¹⁾

Si quis clericus adversus clericum negotium habeat²⁾, non deserat episcopum proprium³⁾, "et ad saecularia percurrat iudicia," sed prius apud ipsum⁴⁾ actio⁵⁾ ventiletur, vel "certe" consilio eiusdem "episcopi" apud alios, quos utraque pars voluerit⁶⁾, iudicium obtinebunt.⁷⁾ "Si quis autem praeter haec fecerit, canonicis correctionibus subiacebit."

CAP. II.

Iudex saecularis, si clericum per se distringit vel condemnat, excommunicari debet.

Ex concilio Parisiensi.⁸⁾

Nullus iudicum neque presbyterum, neque diaconum aut clericum ullum, aut minores⁹⁾ ecclesiae sine permisso¹⁰⁾ pontificis¹¹⁾ per se distringere¹²⁾ aut condemnare praesumat. Quod si¹³⁾ fecerit, ab ecclesia Dei¹⁴⁾, cui iniuriam irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, quousque reatum suum cognoscens¹⁵⁾ emendet.

CAP. III.

Ratione rei, de qua agitur, sortitur quis forum ibi, ubi res est. Sic communiter summatur.

Ex concilio Africano.¹⁶⁾

Sane si episcopi, inter¹⁷⁾ quos causa versatur¹⁸⁾, sint¹⁹⁾ diversarum provinciarum, ille primas²⁰⁾ det iudices, in cuius²¹⁾ provincia est locus, de quo contenditur. "Si autem etc. [cf. c. 1. de arb. I. 43.]

Cap. XIX. 33) ex al. : C. R. 1. — 34) formam: C. L.

Cap. XX. 35) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 3. — 36) Ravennaten- sis: Comp. V. Cir. — 37) Cervinen.: C. H. — Cervini: Comp. V. Ms. — Cervinens.: C. R. 1., Cir. — 38) Cervinae: Comp. V. Ms. — 39) et idem. — recedentes consuevit tergiversationibus processum impediunt dictus causae: Comp. V. — 40) ipso: C. H. L., Comp. V. — 41) Dat. XI. Kal. Febr. (A. 1224): Cir. in adnot.

Cap. XXI. 41) Restitutum ex Corp. V. h. t. c. 5. — 42) magistro: C. L. — 43) G.: C. H. — 44) Praten.: C. R. 1. — Episc. et mag. Tancredo Bon. et Bondi (Bondie: Ms.) Praten. (Parthen.: Ms.) Bon. commoranti canonicis: Comp. V. — Magistro Tancredo Bononiensi, et Bondi Praten- si canonico, Bononiae etiam commoranti: Cir. in adn. ex Hieronymo Ruheo l. VII. — 45) Florentinorum: Comp. V. — 46) quaestione: Cont., Comp. V. Cir. per tot. — 47) dicebat: C. L. — 48) ips. pot.: omitt. Comp. V. — 49) eandem, electum a monachis in rect.: ead. — 50) praedicti: Cont., Böhm. — 51) In Comp. V. totus hic locus ita se habet: stat., ad quem idem veniens fuerit protestatus, paratum se proponere alio tempore literas nostras per suggestionem falsi et veri suppressionem obtentus, sed tunc ad hoc se non teneri de iure, quum tempus propter vindemias existeret feriatum, et G. monachus, syndicus monasterii pro violenta, ut dicebat, manuum iniectione in presbyterum excommunicationis laqueo te-

neretur, eodem G. proponente, hoc malitiose partem adversam proponere, ut, causa prolata, (probata: Ms.) tempus labatur regimini nobilis memorati. — 52) Verum — teneri: omitt. Böhm. — 53) praenominis exceptionibus non obstantibus: Comp. V.

TIT. II. Cap. I. 1) Restitutum ex c. 9. conc. Chalced. hab. A. 451. — Burch. II. 183., IV. Decr. VI. 223., Lips. XLIII. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) habet: Coll. citt., conc. — 3) sum: Iv. — 4) ap. episcopum: Coll. citt. — add.: proprium: Burch., Iv., Lips., Comp. I. Aug. — 5) accusatio: Comp. I. Aug. — 6) utraque partes voluerint: Coll. citt. — 7) continebit: Comp. I. Aug. — continuebit: Burch., Iv., Lips., Comp. I. Ms.

Cap. II. 8) c. 6. conc. Par. hab. A. 615. — Lips. XLIII. 3., Comp. I. h. t. c. 2., cf. c. 2. C. XI. qu. 1. — inser. omitt. Comp. I. Ms. — 9) iuniores: Lips., Comp. I., conc. — 10) permissione: C. R. 2. — scientia: Lips., Comp. I., conc. — 11) episcopi: C. R. 1., Lips. — 12) distingat: Lips., Comp. I., conc. — 13) qui si: Comp. I. Aug. — et si: C. R. 1. — 14) abest a Lips., Comp. I., conc. — 15) cognoscat et: Comp. I. Ms. — cognoscat et: Lips., Comp. I. Aug., conc.

Cap. III. 16) c. 121. conc. Afr. ap. Dionys. — Burch. I. 68., IV. Decr. V. 176., Lips. XLIII. 4., Comp. I. h. t. c. 4. — 17) intra: Burch. — 18) vertitur: C. R. 1. — 19) sunt: C. R. H. L., Coll. citt. — omitt. conc. — 20) primus dividit: Iv. — 21) vicinus proo: Burch.

CAP. IV.²²⁾

Episcopus ut suspectus recusatus, de cuius suspitione constat, potest dare delegatum partibus non suspectum, cuius sententiam poterit per se executioni mandare.

Gregorius Bonifacio Defensori Corsicae.

Si quis contra clericum²³⁾ causam habuerit, episcopum ipsius²⁴⁾ adeat, qui²⁵⁾ si ut suspectus fuerit recusatus, executor^{vel} ab eo²⁶⁾ deputetur²⁷⁾, aut, si^{et} hoc actor refugerit, ab eodem episcopo²⁸⁾ est deputandus, qui partes sibi mutuo consensu iudices compellat eligere, a quibus quicquid fuerit definitum ipsius²⁹⁾ sollicitudine servata lege modis omnibus compleatur, *ut non sit unde se possint litigiis fatigare. Dat. mens. Aug. Ind. IV.* [601.]

CAP. V.³⁰⁾

Super re ecclesiae vel clerici potest laicus coram ecclesiastico iudice conveniri; sed si probabiliter negat, rem esse ecclesiae vel clerici, ad iurisdictionem ecclesiasticam declinandam, convenitur coram suo iudice.

Alexander III.³¹⁾

Si *vero presbyter, vel* clericus *alius aliquem* laicum de rebus suis vel ecclesiae impetierit, et laicus res ipsas non *esse* ecclesiae *vel presbyteri* aut clerici, *qui eum exinde impetit*, sed suas proprias asseverat, *laicus ipse* debet de rigore iuris *super hoc* ad forensem iudicem³²⁾ trahi, quum actor *semper* forum rei sequi³³⁾ debeat, licet in plerisque³⁴⁾ partibus aliter de consuetudine habeatur³⁵⁾.

CAP. VI.³⁶⁾

Si questio feudalis est inter clericum et laicum, cognoscat dominus feudis; sed eo negligente cognoscat delegatus Papae, etiam ante negligentiam datum. H. d. secundum lecturam gloss.

Idem.³⁷⁾

Ex transmissa nobis insinuatione B. C. et W.³⁸⁾ militum ecclesiae tuae³⁹⁾ intelleximus, quod, quum R. de Cassaville⁴⁰⁾ eos super quadam possessione coram⁴¹⁾ *venerabili fratre nostro* Trecenti episcopo traxisset in causam, nobilis vir de Campis⁴²⁾ eorum dominus, *a quo possessiones tenebant* debito fidelitatis *eis* inhibuit⁴³⁾, ne de saeculari feudo in ecclesiastico responderent. *Itaque praefatus episcopus in eos* *in contumaces excommunicationis sententiam promulgavit etc.* *Et infra:* *Mandamus, quatenus praefatos milites ab excommunicatione contradictione et appellatione cessante absolvas etc. (Et infra:)* *Deinde* Per dominum feudi⁴³⁾ causam iubeas⁴⁴⁾ terminari, et, si ipse, *aliquid* malitiose distulerit, tu ei *sublato appellationis obstaculo* debitum finem imponas.

CAP. VII.⁴⁵⁾

Per dominum feudi saecularem sive ecclesiasticum questio feudalis terminari debet, etiam si vassalli sint clerici, et, si plures praetendantur dominus, non potest unus cognoscere, maxime ullo absente, an feudum ad eum pertineat. H. d. secundum lecturam magis notabilem.

Idem.

Verum quoniam de quibusdam feudis adversus *eundem* praepositum questio mota fuit⁴⁶⁾, statuimus, ut⁴⁷⁾, ex quo episcopus fuerit in *eadem* ecclesia consecratus, *qui plenam auctoritatem habeat et potestatem*, de feudis ipsis sub suo iudicio cognoscatur⁴⁸⁾, si⁴⁹⁾ ad ecclesiasticam cognitionem pertineant; alioquin *ipsa questio* imperiali⁵⁰⁾ beneplacito⁵¹⁾, sicut iustum fuerit, relinquatur.

CAP. VIII.⁵²⁾

Malefactores ecclesiarum in utroque foro conveniri possunt.

Lucius III.

Quum sit generale, ut actor forum rei sequatur, *conveniendi est, ut apud iudices saeculares raptores prius conveniantur. Sed si iu-*

stilitiam exhibere contempserint, aut iudices ex quacunque causa fuerint negligentes, quia iudicandi sunt sacrilegi ab ecclesia, de crimine illo censuram poteris in eos ecclesiasticam exercere. Verum quoniam saeculares iudices in exhibenda iustitia personis ecclesiasticis saepe in iudicio sunt remissi, *iam per consuetudinem* in favorem⁵³⁾ ecclesiae est introductum, ut malefactores suos, qui⁵⁴⁾ sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum rectores possint sub quo maluerint iudice⁵⁵⁾ convenire.

CAP. IX.⁵⁶⁾

Causae clericorum secundum iura, non secundum consuetudines laicorum terminantur. Vel sic: In loco temporalis iurisdictionis ecclesiae causae clericorum sunt secundum ius canonicum terminandae. Hoc dicit secundum gl. et utrumque summarium recipit determinationem.

Coelestinus III.⁵⁷⁾

Quod clericis⁵⁸⁾ *(Et infra:)* *Nullus episcoporum vel clericorum ad iudicia saecularia est trahendus. Habent enim illi suos iudices, nec quicquam est eis publicis commune cum legibus. Bonifacius vero Papa et Gelasius, et alii plures antecessorum nostrorum antiquioribus conciliis consonantes, sicut bene patet viris iuris utriusque peritis, id ipsum in sacris constitutionibus ediderunt. Haec igitur ratione inducti, per apostolica scripta* Mandamus, quatenus, si quas causas pecuniarias⁵⁹⁾ clerici Parisius commorantes habuerint contra aliquos, vel aliqui contra eos⁶⁰⁾, ipsas⁶¹⁾ *appellatione remota* iure canonico decidatis, *nec permittatis iuri scripto consuetudinem praevalere.*

GAP. X.⁶²⁾

Laicus laicum super re civili coram iudice ecclesiastico convenire non potest, nisi in defectu iustitiae saecularis, vel nisi consuetudo id exposcat.

Innocentius III. Vercellensi Episcopo.

Licet ex suscepto *servitutis officio* sinus omnibus in iustitia debitorum, sic tamen in iure suo nos quibusdam convenit providere, ne aliis iniuriam facere videamur, et, quod absit, inde sumatur materia scandali, unde provida debet consideratione sedari. *Ex insinuatione sane dilectorum filiorum consulum et communis Vercellensium nos noveris accepisse, quod, quum de singulis questionibus, quae motae fuerunt contra eos coram consulis iustitiae, iuxta consuetudinem approbatam velint cuilibet conquerenti iustitiae plenitudinem exhibere, quidam, ut eorum iurisdictionem evadant et fatigent eos laboribus et expensis, super rebus, quae iudicium ecclesiasticum non contingunt, literas apostolicas impetrant, et sic praeter iurisdictionem consulum, quam evadunt, eos cogunt multipliciter laborare. Volentes igitur sic eorum utilitati consulere, ne patiamur aliorum iustitiam deperire, fraternitati tuae per apostolica scripta* Mandamus, quatenus, si quando a laicis Vercellensibus⁶³⁾ *tales* literas super rebus, praecipue quae forum saeculare contingunt⁶⁴⁾, a sede apostolica contigerit impetrari, *earum* sublato appellationis⁶⁵⁾ obstaculo, decernis auctoritate nostra⁶⁶⁾ irritas⁶⁷⁾ et inanes, dummodo *dicti* consules et commune de se conquerentibus in iudicio saeculari exhibente iustitiae complementum. Licet⁶⁸⁾ tamen ipsis, qui⁶⁹⁾ sub eisdem consulis taliter duxerint contendendum, si se in aliquo senserint praegravari⁷⁰⁾, ad tuam, sicut hactenus servatum est, vel ad nostram, si maluerint, audientiam appellare, hoc praesertim tempore, quo vacante imperio ad iudicem saecularem recurrere nequeunt, qui a⁷¹⁾ superioribus in sua iustitia opprimuntur. Si vero consules iustitiae tanquam merito suspecti fuerint recusati, coram arbitris communiter electis de causa suspicionis agatur, quae si probata fuerit esse iusta, ad te vel ad nos pro iustitia recurratur, sicut superius est expressum. *Dat. Ferentini II. Kal. Iun. Ao. IX.* [1206.]

Cap. IV. 22) Restitutum ex Greg. I. Reg. XI. 77. — Comp. I. h. t. c. 5. — 23) clericorum aliquem: Comp. I. — 24) suum: C. R. 1. — 25) qui si forte suspectus fuerit: Comp. I., Reg. — 26) ipso: ib. — C. R. H. L. — 27) abest a Reg. — 28) a te: Comp. I. — a tua experientia: Reg. — 29) episcopi: Comp. I. — ita vel tua vel episcopi: Reg.

Cap. V. 30) Restitutum ex App. VIII. 7., Lips. XLV. 5., Cass. XLIX. 2., Comp. I. h. t. c. 6. — 31) Bononiensis ep.: App. — Genuensis: Lips., Cass. — Inscr. omitt. Comp. I. — add.: P. C. Ideo inter alios: Comp. I. — Nos inter alios: Lips., Cass. — cf. c. 6. de purg. can. V. 34. — 32) forense iudicium: Coll. citt. — 33) sequatur: App. — 34) pluribus: C. R. 1., App., Lips., Cass. — seq.: partibus: omitt. Cass. — 35) fiat: Coll. citt.

Cap. VI. 36) Restitutum ex App. XLVI. 5., Comp. II. h. t. c. 2. — 37) Sevoniensi archiep.: App. — 38) B. et G. et V.: C. R. 1. — B. G. et W.: C. L. — G. H. et W.: Comp. II. Aug. — G. et B. V. et Uni. mil. int.: App. — 39) abest a Comp. II. — 40) Pabul.: C. R. 1. — Casaville: C. L., Comp. II. Aug., Ms. B. — Casale: Ms. A. — Canvill.: App. — 41) ante . . . Trecc. (Crein.: Ms. A.) episcoporum: Comp. II., App. — 42) Ca-

pis: Comp. II. Aug. — Caris: Ms. A. — comes de Capra: App. — 43) in-

ibant: C. R. 1. — 44) fundi: App. — 45) iubeamus: Comp. II. Ms. A.

Cap. VII. 45) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 46) questionem moverunt: Comp. II. — 47) si: Comp. II. Ms. A. — 48) iud. cogn.: omitt. C. H. — cognoscantur: Comp. II. — 49) quum: Comp. II. Ms. B. — 50) ab imperiali . . . terminetur: Comp. II. — 51) beneficio: C. R. 1.

Cap. VIII. 52) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — 53) ecclesiae est favore: Comp. II. Aug., Ms. B. — 54) qui . . . cens.: omitt. Comp. II. — 55) iudicio: ib.

Cap. IX. 56) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 5. — 57) episc. Paris.: Böhm. — 58) de clericis: C. R. 1. — 59) saeculares: Comp. II. — 60) ipsos: C. R. 1. — 61) abest a C. H. et Comp. II. — illas: C. R. 7.

Cap. X. 62) Restitutum ex Reg. Bequ. IX. 72. — Comp. III. h. t. c. 1. — 63) a laic. Verc.: omitt. Reg. — Verc.: omitt. Comp. III. — 64) requirunt: Comp. III., Reg. — 65) cuiusl. app.: Comp. III. — 66) nostras: Böhm. — 67) inutiles: Comp. III., Reg. — 68) Licet: Reg. — 69) qui cum eis tal. dux. contendendum (contender: Comp. III. Aug.) Comp. III., Reg. — 70) aggravari: C. R. 1. — 71) a suis: C. L.

CAP. XI.⁷²⁾

Vidua laicum coram iudice ecclesiastico convenire non potest, nisi super causa ecclesiastica, vel in defectum iudicis saecularis.

Idem Archidiacono⁷³⁾ et Thesaurario Turonensibus.

Ex tenore literarum "nobilis viri G." comitis Britanniae nostris est auribus intimatum, quod, quum causam, quae inter mulierem nobilem F. et "nobilem virum" L.⁷⁴⁾ de Meduano super hereditate sua noscitur agitari, vobis "et bonae memoriae G. magistro scholarum B. Martini" commiserimus⁷⁵⁾ "sine debito" terminandam, ipse comes eidem mulieri, quum tam ipsa quam praedictus L. essent de foro ipsius⁷⁶⁾, mandavit, ut causam "ipsam" deferrent⁷⁷⁾ ad ipsum, promittens eidem, quod "in curia sua" faceret ei iustitiae plenitudinem⁷⁸⁾ exhiberi, "nobis nihilominus intimare procurans, quod in curia sua debeat huiusmodi negotium terminari. At vos et mulier supradicta ei nequaquam obtemperare volentes satagitis in causa procedere, et sibi suam minus rationabiliter iurisdictionem auferre, unde nobis humiliter supplicavit, ut causam ipsam ad eum, ad quem specialiter pertinet, mittere dignaremur." Nos igitur attendentes, quod sic sumus viduis in iustitia debitores, quod aliis iniustitiam⁷⁹⁾ facere non debemus, "discretioni vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, nisi sit talis causa, quae ad ecclesiasticum iudicem pertinere noscatur, ei supersedere curetis, dummodo per iudicem saecularem suam possit iustitiam obtinere; alioquin, non obstante ipsius contradictione, causam ipsam ratione praevia terminetis.

CAP. XII.⁸⁰⁾

Clericus non potest constituere sibi iudicem laicum, etiamsi proprium iuramentum et adversarii consensus accedat.

Idem Pisano Archiepiscopo.

Si diligenti (Et infra: [cf. c. 17. de praescr. II. 26.]) "Super eo autem admiramur plurimum, et movemur, quod, quum te reputemus virum providum et discretum, et iuxta debitum pontificalis officii sanctorum Patrum statuta ignota tibi esse non debeant, et iurisperitorum copiam habere noscaris," Asseruisti, te usque ad haec tempora tenuisse, "et habere pro certo," quod licitum sit "cuiuslibet" clerico renunciare saltem in temporalibus causis⁸¹⁾ iuri suo, et sibi laicum iudicem constituere, praesertim ubi adversarii voluntas accedit⁸²⁾, ac "per hoc tacite testansur rationabiliter redargutum pro eo, quod huiusmodi pacto" tenere⁸³⁾ iuramentum super hoc⁸⁴⁾ interpositum respondiisti, immemor constitutionis "illius," qua caveatur, pacto privatorum⁸⁵⁾ iuri publico minime derogari. Quam ergo hoc ius in Milevitanensi et⁸⁶⁾ Carthaginensi conciliis⁸⁷⁾ sit specialiter promulgatum, ne clerici clericos relicto suo pontifice ad iudicia publica pertrahant, alioquin causam perdant, et a communione habeantur extranei, et⁸⁸⁾ tam episcopi⁸⁹⁾ quam diaconi, seu quilibet clerici in criminali seu in⁹⁰⁾ civili negotio, si derelicto ecclesiastico⁹¹⁾ iudicio publicis iudiciis se⁹²⁾ purgare⁹³⁾ voluerint⁹⁴⁾, etiamsi pro eis sit lata sententia, locum suum amittant, et hoc in criminali actione, in civili vero perdant quod eviderint⁹⁵⁾, si locum suum maluerint obtinere: manifeste patet, quod non solum invitati, sed etiam voluntarii⁹⁶⁾ pacisci non possunt, ut saecularia iudicia subeant, quum non sit beneficium hoc personale, cui renunciari valeat, sed potius toti collegio ecclesiastico publice "et generaliter" sit indultum, cui privatorum pactio derogare⁹⁷⁾ non potest. Nec iuramentum licite servari potuit, quod contra canonica statuta illicitis pactionibus informatur. "Super alio etc. [cf. c. 17. de praescr. II. 26.] Dat. Rom. ap. S. Petr. II. Non. Maii Ao. IX." [1206.]

CAP. XIII.⁹⁸⁾

Clerici super excessibus coram suo episcopo conveniri debent, non coram his, quibus serviunt, nisi consuetudo vel privilegium aliud inducat.

Idem Belvacensi⁹⁹⁾ Episcopo.

Quum contingat interdum (Et infra: [cf. c. 28. de iureiur. II. 24.]) Insuper postulasti, an, quum aliqui clerici deputati¹⁰⁰⁾ servitio capituli Belvacensis aut aliorum clericorum tuae dioecesis super excessibus¹⁾ impetuntur, sint²⁾ cogendi coram te, vel potius coram illis, quibus serviunt, querelantibus respondere, quum illi sibi iurisdictionem huiusmodi vindicare contendant, licet illos excommunicare non valeant, vel alias³⁾ etiam coercere. Super quo "fratriliter tuae" taliter respondemus, quod ad te, utpote ordinarium "iudicem," de talibus debent⁴⁾ conquerentes habere recursum, maxime si super his "criminiibus" impetuntur, quae in tua noscuntur dioecesi commississe; nisi forte hi, quibus delinquentes ipsi deserviunt, ex indulgentia vel consuetudine speciali iurisdictionem huiusmodi valeant sibi vindicare.

CAP. XIV.⁵⁾

Episcopus delicti condemnat clericum de delicto; sed non privat beneficio alibi existente; sed episcopus beneficii priuabit quasi exsequendo condemnationem iudicis delicti. H. d. secundum unum intellectum. Secundum alium intellectum h. d.: Episcopus delicti condemnat clericum de delicto, privando beneficio alibi sito; sed executio realis fit ab episcopo beneficii.

Idem.⁶⁾

Postulasti per sedem apostolicam edoceri, utrum sacerdos habens ecclesiam in una⁷⁾ dioecesi, et residens in eadem, domicilium vero patrimonii ratione in alia, ibi⁸⁾ delinquens, ab eo⁸⁾, in cuius dioecesi habet⁹⁾ patrimonium, pro delicto ibidem commissio debeat iudicari, praesertim¹⁰⁾ in causis, quae officii sui¹¹⁾ seu beneficii privationem exposcunt? Ad quod breviter respondemus, quod per episcopum¹²⁾, in cuius dioecesi deliquit¹³⁾, sententia promulgari poterit in eundem. Sed ab eo¹⁴⁾, in cuius dioecesi beneficium¹⁵⁾ obtinet, erit quoad illud¹⁶⁾ "huiusmodi" executio "sententiae" facienda. "Quaesivisti etc. [cf. c. 24. de homic. I. 12.] Dat. Lat. III. Kal. Maii Pont. nostr. Ao. XVI." [1213.]

CAP. XV.¹⁷⁾

Miserabilis persona potest laicum interdictio unde vi coram iudice ecclesiastico convenire, etiamsi res substracta dicatur feudalis.

Honorius III. Archiepiscopo, Decano et Archidiacono¹⁸⁾ Turonensibus.

Ex parte "carissimae in Christo filiae" B.¹⁹⁾ quondam Angliae reginae "illustris" fuit propositum "coram nobis," quod, quum nobilem virum G.²⁰⁾ "de Guerschia" detentorem castri Segrey²¹⁾, ratione totalitatis pertinentis ad ipsam, quo per eum vel eius complices contra iustitiam fuerat spoliata, auctoritate bonae memoriae Ioannis²²⁾ Papae praedecessoris nostri coram vobis "super hoc" traxisset in causam, dictus nobilis excipiendo proposuit, quod litterae apostolicae non valebant, pro eo, quod castrum Gaurgiae²³⁾, ubi est eius domicilium principale²⁴⁾, consistit in dioecesi Rodonensi²⁵⁾, quae ultra duas dioceses a Turonis est remota, "unde hie trahi non poterat secundum statutum concilii generalis." Veram replicatum fuit ex parte reginae, quod idem nobilis Turonis satis poterat "secundum statutum concilii generalis" conveniri, quum non solum in Rodonensi²⁶⁾ dioecesi, sed etiam in Andegavensi dioecesi existat²⁷⁾, eo, quod et²⁸⁾ castra et redditus plures habet in ipsa, et castrum, de quo quaestio vertitur, in eadem est²⁹⁾ dioc-

Cap. XI. 72) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — 73) archiepisc.: C. R. 2 L. — archiepiscopo et B. cellerario Turon.: Comp. III. — 74) Io.: C. R. 1. L., per tot. — 75) commiserimus: C. H. — 76) suo: ib. — 77) deferret: C. L., Comp. III. — 78) complementum: C. R. 1. — 79) iniuriam: Comp. III.

Cap. XII. 80) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 63. — Comp. III. h. t. c. 4. — 81) abest a C. R. L., Comp. III., Reg. — 82) accessit: Comp. III., Reg. — 83) tenere, temere: Comp. III. Ms., Böhm. — 84) sup. hoc: omitt. Comp. III., Reg. — 85) privato: Comp. III. Aug. — cf. fr. 45. §. 1. D. de reg. iur. l. 17. — 86) cf. c. 42. (conc. Tol. III.) c. 43. (conc. Carth. III.) C. XI. qu. 1. — 87) concilio: Comp. III. — 88) abest a C. L. — 89) tam presb.: C. R. 1. — 90) omitt. C. L., Comp. III., Reg. — 91) ecclesiae: C. R. 1. — 92) omitt. Reg. — 93) purgari: Comp. III. Aug., Reg. — 94) voluerit: C. H. — 95) quae eviderunt: Comp. III. Aug. — 96) voluntarie: C. H. — 97) pacto derogari: Comp. III. Aug., Reg.

Cap. XIII. 98) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 1. — 99) Beboacensis: Comp. IV. Aug. — 100) add.: sint: C. R. 1. — 1) si sup. etc.: ib. — super criminiibus: Comp. IV. — 2) sunt: C. R. 1., Comp. IV. — 3) alius: Comp. IV. Ms. A. — seq.: etiam: omitt. Comp. IV. — 4) debeant: C. R. 1.

Cap. XIV. 5) Restitutum ex Reg. Bal. XVI. 26. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 6) Vicep. ep.: Comp. IV. Aug. — Sevicens.: Ms. A. B. — Slesvicensis:

Reg. — 7) abest a Comp. IV. Ms. A. — 8) ibique: C. L., Reg. — 8*) ab episcopo: Reg. — 9) habent: Böhm. — 10) praes. etiam: C. R. 1. — 11) abest a C. L., Comp. IV., Reg. — 12) ipsum: Comp. IV. Aug. — 13) delinquit: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 14) episcopo: Comp. IV., Reg. — 15) ecclesiam: Comp. IV. Aug., Ms. B., Reg. — in cuius ecclesiarum obtinet dioecesi: Comp. IV. Ms. A. — 16) quoad ipsam ecclesiam: Comp. IV. Aug., Ms. A., Reg. — omitt. Comp. IV. Ms. B.

Cap. XV. 17) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 18) et arch.: omitt. C. L. — 19) F.: Comp. V. Ms. — omitt. Cir. — 20) H. de Westia (Wercia) Ms.: Comp. V., male; leg. enim est. Guerschia (Guerche) ut demonstrat Cir. ad c. 1. de off. iud. del. in Comp. V. adn. c. — 21) Segren.: C. R. 1. — Sergej: Cont. — Segrei: Comp. V. — leg.: Segreio (Segrè). — 22) S.: Comp. V. Ms. — Inu.: Cir. — Innocentii: C. L. — 23) Gurg.: C. R. 1. — Guerschia: C. L. — Warriae: Comp. V. Ms. — Warriae: Cir. — leg.: Guerschiae cum C. L. — cf. n. 20. — 24) abest a C. R. 1. — 25) rectori: Comp. V. Ms. — Rodonensi: C. H. L. per tot. — leg.: Redonensi (Rennes) cum Comp. V. Cir. et Böhm. — 26) Redonensis (Rodonen.): C. H. L. sed etiam dioec. Andegavensis: C. H. L., Comp. V. — 27) existit: Comp. V. Ms. — 28) abest a Comp. V. — 29) consistat: ib.

cesi, quae a Turonis nequaquam ultra XII. leucas³⁰) distat. Idem quoque³¹) adiecit, quod, quum dicta regina ius suum coram domino feudi prosequi debuisset, literae apostolicae³²) non valebant, quum non faciebant³³) mentionem, quod dominus feudi fuerit³⁴) requisitus, et ipse in exhibenda "sibi" iustitia extiterit³⁵) negligens vel remissus, subiiciens³⁶), quod eadem literae falsitate expressa fuerant impetratae, eo, quod suggestum fuerat, castrum illud ad eandem reginam ratione dotallitii pertinere, quum nec ab initio, nec durante³⁷) matrimonio a viro sibi fuerat³⁸) in donationem propter nuptias assignatum. Ad hoc³⁹) autem fuit ex parte ipsius⁴⁰) reginae responsum, quod vidua spoliata irrequisito feudi domino spoliatores seu detentores rei⁴¹) coram ecclesiastico iudice poterat convenire, cuius⁴²) interest viduas defendere⁴³). "Nec obest, quod sibi castrum illud a viro assignatum non fuerit, quum clarae memoriae I. rex Angliae, heres et successor viri sui, castrum praefatum in concubium pro aliis rebus dotallitii eidem concessit, et ipsa illud diu pro dote pacifice possedisset. Ad haec autem fuit ex parte ipsius nobilis replicatum, quod praedictus rex heres non fuerat regis Richardi, nec dominus Andegari, sed eiusdem castri raptor potius et inuasor; ita ius, quod ipse nequaquam habuit, transferre non potuit in reginam. Ad hoc pars eiusdem reginae respondit, quod contra rescriptum exceptio huiusmodi non valebat, nec heres debet locum in possessorio, quod eadem contra dictum nobilem intentabat. Unde eos aures huiusmodi exceptionibus friolis adhibentes, in principali negotio procedere haecenus distulisti in eiusdem reginae gravamen non modicum et iacturam. Nos vero volentes, ut finis litibus imponatur, discretionem vestram" Mandamus, quatenus, si vobis constiterit, dictum⁴⁴) nobilem terram et mansionem habere in Andegavensi dioecesi, in qua interdum consuevit⁴⁵) commorari, et ipsam dioecesim ultra duas a Turonis non distare diastas, et in eadem litigiosam rem esse, non obstantibus exceptionibus aliis, quae in petitorio potius, quam in possessorio, quod⁴⁶) regina contra eundem nobilem intentabat, locum habere videntur, in ipso negotio iuxta priorum continentiam literam, "sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo," ratione praevia procedatis, "praeceptum apostolicum taliter impleturi, etc."

CAP. XVI.⁴⁷)

Laici usurpantes iura ecclesiastica velut sacrilegi per iudicem ecclesiasticum compelluntur.

Gregorius IX. Fratri Palmerio⁴⁸) Canonico S. Trinitatis.

Conquestus est nobis⁴⁹) "venerabilis frater noster" Bononiensis episcopus, quod potestas et commune Bononienses temporalem iurisdictionem, quae in "S. Ioannis in Persiceto, Unciolae, Mazimatici, Padii, Duliohi, Castri Episcopi et" quibusdam "aliis" castris et villis ecclesiae Bononiensis⁵⁰) competit pleno iure, et in cuius quasi possessione fuisse ac esse dignoscitur, per violentiam usurpare praesumunt⁵¹), "quendam, qui apud dictum castrum S. Ioannis homicidium perpetravit, per eos puniendum a rectore castri eiusdem sibi exhiberi fecerunt, et adhuc tenent in vinculis, ipsum reddere denegantes, unde per litteras nostras ipsi mandavimus, ut ab ipsius episcopi molestia desistentes, et eidem episcopo restituentes sine difficultate qualibet homicidium, libere ipsum permitterent in dictis locis uti iurisdictione praefata, comparituri coram nobis usque ad festum omnium sanctorum proximo praeteritum ad faciendum et recipiendum quod iuris ordo dictaret, si in dictis castris et villis proponerent iurisdictionem aliquam se habere. Qui hoc, sicut dicitur, contemnerent, nec restituerunt sibi malefactorum praefatum moniti diligenter, nec permiserunt episcopum libere uti hac iurisdictione in locis eisdem, neque ad nos responsalem idoneum destinarunt, sed peccatum peccato potius cumulantes, postquam utriusque partis nuncii ad sedem apostolicam accesserunt, dicti potestas et commune quosdam ex parte sua miserunt ad investigandum et puniendum quoddam maleficium patratum in terra Duliohi ad iurisdictionem ipsius ecclesiae pertinente, super quo inquisitione facta fuerat per dicti episcopi nuncios, et a malefactoribus pignorum cautiones et aliae securitates acceptae, quare nuncii eiusdem episcopi humiliter petierunt a nobis, ut super his debere-

mus indemnitati Bononiensis ecclesiae praecavere." Quum autem vale sit iniquum "et ingens sacrilegium," ea⁵⁰), quae collata sunt pro remedio peccatorum venerabilibus ecclesiis, vel relicta, aut eis iustis modis aliis acquisita, "a fidelibus et viris catholicis, a quibus servari ea convenit," aliis usibus applicari, propter⁵¹) quod merito invasores ipsarum rerum tanquam sacrilegi, "nisi eas restituant, per ecclesiarum rectores, quum ecclesiasticum sit crimen sacrilegii" sunt anathemati usque ad satisfactionem congruam supponendi. "Ecclesiarum quoque favore noscitur introductum, ut malefactores suos venerabilium locorum rectores possint sub quo maluerunt iudice convenire. Sed fori exceptione pro nuncios vestros opposita instanter petebatur ab ipsis, ut, quum regulariter actor forum rei sequi debeat, relinqueremus questionem huiusmodi iudicio saeculari. Super iis ergo deliberatione cum fratribus nostris habita diligenti, paterna dulcedine ipsos monemus, deposcimus et rogamus, obsecrantes per salutem animarum suarum et per Dominum obstantes, quum in hoc longe magis sit vinci quam vincere gloriosum, non renuant salutarem recipere medicinam, sed nobis haec gratuita liberalitate sub spe mercedis aeternae donantes Deo et ecclesiae super praemissis debitam satisfactionem impendant. Civitatis enim suorum ecclesiae Romanae devotae sollicita desideramus affectione salutem, alligare curantes quod contractum est et reducere quod abiectum, et cupientes eosdem per patientiam nostram ad poenitentiam revocare. Nolentes itaque afflictionem eiusdem ecclesiae ad dictorum potestatis et communis periculum, quod versatur in ipsa, dissimulare, ne contra officii nostri debitum veniamus, scientes quod obedire Deo magis quam hominibus nos oportet, discretionem tuam per apostolica scripta" Mandamus, quatenus si tibi constiterit⁵²) de praemissis, "tu diligenti" monitione praemissa, per censuram ecclesiasticam⁵³) cessare ipsos ab huiusmodi, et satisfacere de praeteritis⁵⁴) damnis et iniuriis, appellatione remota compellas. "Tesies etc. Dat. Lat. VI. Kal. Febr. Pontif. nostr. Ao. IV." [1230.]

CAP. XVII.

Privilegiatus ut non tenentur respondere nisi in certo loco. Si in alio loco respondere vel solvere promittit, ibi poterit conveniri, et etiam ubi habet domicilium. Secundum Ioan. Andr.

Idem Episcopo Dulmensi.⁵⁵)

Dilecti filii I. et A. cives Romani sua nobis petitione monstrarunt, quod, quum abbatii S. Genovefae Parisiensis super quadam pecuniae summa contra R. praedecessorem tuum literas impetrasset, tu proponi fecisti, quod omnibus Anglicis est a sede apostolica indultum, ut super causis pecuniariis citra mare conveniri non possint, propter quod idem⁵⁶) abbas in negotio non processit. Verum, quia⁵⁷), etsi⁵⁸) fuisset privilegium tale concessum, non tamen prodesset illis, qui se certo loco respondere vel solvere adversariis⁵⁹) promiserunt⁶⁰), quum ibi et ubi domicilium habent valeant conveniri: mandamus, quatenus eisdem de pecunia ipsa cum iustis et moderatis expensis, et congrua satisfactione damnorum, usuris omnino cessantibus, satisfacias, ut teneris. Alioquin eidem abbati nostris damus literis in mandatis, ut in commisso sibi negotio, proposita ex parte tua indulgentia non obstante, iuxta prioris mandati nostri tenorem sine dispendio morae procedat.

CAP. XVIII.

Quaquam laici possunt iurisdictionem non sui iudicis prorogare, clerici tamen non possunt, nisi episcopi dioecesanum consensus accedat, et iudex, cuius iurisdictionem prorogare volunt, sit ecclesiasticus.

Idem Abbati Trecenti.⁶¹)

Significasti nobis, quod P.⁶²) clericus ad petitionem C. mercatoris se tuae iurisdictioni subiecit, si in termino nunc elapso de pecunia mutuata non satisfecisset eidem (Et infra.) Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, licet privatorum consensus eum, qui iurisdictioni praeesse dignoscitur, suum possit iudicem constituere, clerici tamen in iudicem non suum, nisi forte sit persona ecclesiastica, et episcopi dioecesani voluntas accedat, consentire non possunt.

Cap. XV. 30) leucis: Cir. — 31) vero: Comp. V. — 32) praefatae: ib. — 33) faciunt: C. R. L., Comp. V. — 34) fuerat: C. R. 1. — 35) non exst.: C. R. 1. — 36) subiungens: Comp. V. — 37) vel dur.: C. R. 1. — 38) fuerit: C. H. L., Comp. V. — 39) haec: Comp. V. Cir. — 40) abest a C. H. — 41) add.: suae: ib. — 42) cui: . . . def.: omitt. ib. — 43) defendere: Böhm. — 44) ut dictum est: C. H. — 45) consueverat: C. R. 1. — consueverit: C. R. 2. H. L., Comp. V. — 46) quod . . . int.: omitt. Comp. V.

Cap. XVI. 47) Restitutum ex Greg. IX. Reg. A. IV. III. 102.), unde ed. Manauis in Baluz. Misc. novo ord. digest. Luc. 1762. III. 397. — 48) Paliterno: C. H. — Greg. IX. Petro can. etc. C. L. — Greg. dil. fr. Palmerio cano-

nico S. Trinitatis de Campanolis ord. S. Augustini Reg. dioeces.: Reg. — 49) abest a C. L. — 49) Bononiensi: Reg. — 50) usurpantes et turbantes: ib. — 50) ut ea: Böhm. — 51) pr. quod: omitt. Reg. — 52) constiterit, ipsos invadere aut turbare super praemissis turba ipsius ecclesiae aut hactenus invasisse vel turbasse: Reg. — 53) censuras eccl.: ib. — 45) praedicti: C. R. 1.

Cap. XVII. 55) Dulmensi: C. L. — Dulmensi: C. H. — leg.: Dulmensi (Durham) cum C. R. 2. — 56) abest a C. L. — 57) omitt. C. H. — 58) si: C. L. — 59) abest a C. H. — 60) promississent: C. R. 1.

Cap. XVIII. 61) Circensi: C. L. — 62) quod quum H.: C. R. 2. — quod H.: C. R. 1. L.

CAP. XIX.

Legitime citatus tenetur coram iudice citante causam prosequi, non obstante, quod post citationem mutaverit forum.

Idem.⁶³⁾

Proposuisti nobis⁶⁴⁾, quod quidam subditus tuus ad petitionem cuiusdam⁶⁵⁾ adversarii sui a te legitime citatus ad causam, quia postmodum iurisdictionis alterius esse coepit, tuum intendit iudicium declinare. Porro tuae prudentiae dubium esse non credimus, quod is in praedicta causa ius revocandi forum non habet, quasi ab altero⁶⁶⁾ iam praeventus.

CAP. XX.

Quisque clericus potest in curia Romana conveniri, licet alia specificum forum ibi non sortiatur; habet tamen ex causis ius revocandi domum.

Idem.

Licet ratione delicti, seu contractus, aut domicilii, sive rei, de qua contra possessorem causa movetur, quibus forum regulariter quis sortitur, episcopus vester apud sedem apostolicam conventus non fuerit, quia tamen omnium ecclesiarum mater est eadem⁶⁷⁾ et magistra, rite compelli potuit, ut ibi suis⁶⁸⁾ adversariis⁶⁹⁾ responderet, nisi pro alia iusta et necessaria causa venisset, quam si tunc allegasset, ius revocandi domum salvum fuisset eidem.

TITULUS III.

DE LIBELLI OBLATIONE.

CAP. I.¹⁾

Actor tenetur in scriptis libellum porrigere. Vel sic: Iudex non debet admittere actorem ad litigandum, nisi prius libellum in scriptis offerat. H. d. per alia verba.

Ex concilio apud²⁾ sanctum Medardum³⁾.

Ignarus⁴⁾ episcopus dixit: Habetis libellum reclamationis vel postulationis, "sicut ecclesiastica se habet traditio?" Illi "autem" responderunt, se prae manibus nullum habere libellum.⁵⁾ Ignarus episcopus dixit: "Legum ecclesiasticarum auctoritas talis est, ut in causis gestorum semper scripturam requirat, adeo, ut qui ad sacrum fontem accedit suum dare nomen praecipitur; qui ad summum sacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem a suis ordinatoribus literas accipere iubetur. Qui etiam ab ecclesiastica societate quolibet excessu discinditur libellari scripturae aut recipitur aut deicitur. Sed qui accusatur, vel excommunicatur, seu reconciliatur, per scripturam accusari vel reconciliari iubetur. Et sic in ceteris huiusmodi in tantum scriptura deposcitur, ut sicut B. Gregorius in commonitorio ad Ioannem defensorem ex Romanis legibus sumens scribit, sententia, quae sine scriptura profertur, nec nomen sententiae habere mereatur. Quapropter, fratres et filii, oportet vos secundum ecclesiasticam auctoritatem reclamationem vestram libelli serie declarare⁶⁾, eamque vestris manibus roboratam synodo "sacrae" porrigere, ut tunc⁷⁾ vobis⁸⁾ "convenienter et" canonicè valeat responderi. Et tunc ipsi⁹⁾ fratres libellum conscribentes "eique sua nomina subscribentes" porrexerunt "Hincmaro episcopo etc."

Cap. XIX. 63) *Trecensi ep.*: C. L. — 64) abest a C. H. — 65) omitt. C. R. H. L. — 66) alio: ib. — illo: Cont.

Cap. XX. 61) abest a C. R. 1. — mater est Romana eccl.: C. R. 2. L. — 68) omitt. C. R. 2. H. L. — 69) adversario: C. R. 1.

TIT. III. Cap. I. 1) Restitutum ex ipso conc. Snessionensi II. hab. A. 853. — Burch. II. 197., IV. Decr. VI. 269., Comp. I. h. t. c. un. — 2) ep. Mediolanum: C. H. — 3) add: habito: Cont., Böhm. — 4) Hignarus: Comp. I. Aug. — Hignarus: Ms. — leg.: Hincmarus. — 5) omitt. C. H. — 6) allegare: Coll. citt., conc. — 7) omitt. Burch., IV., conc. — 8) abest a C. H. — 9) isti: ib.

Cap. II. 10) Restitutum ex Comp. III. c. 7. de app. II. 19. — 11) Magistro G. archidiacono et Will'o (V.: Ms.) Normanno (Normanno: Ms.) et G. de Crethes (Crethes: Ms.) canonicis Snessionensibus, Comp. III. — 12) reseratum: C. R. 1. — reseratum vel declaratum: C. H. — 13) W.: Comp. III. Aug. — 14) ita Aug. — Attechi: Ms. — 15) quibusdam vineis, terris arabilibus et pratis: Comp. III. — 16) delegatis quaeestio verteter, ipsi: ib. — 17) illi: Cont., Böhm. — 18) eis: Comp. III. — 19) nolent: C. R. 1. — 20) appellarunt: ib. — 21) si verum est quod asseritur: Comp. III. — 22) deb., quicquid: C. L. — 23) ad nos legitime interpositam: Comp. III. — 24) abest a C. L. — attentatum, auditus causam et app. rem. sine debito terminetis: Comp. III.

Cap. III. 25) Greg. IX. archiep. Curonien.: C. R. 1. — archiep. civit. novae et M. canon. Tugien.: C. R. 2. — archiep. civitatis novae et A. can. Clugiensi: C. L. — archiep. civ. nov. et M. can. Clugiensi: C. H.

CAP. II.¹⁰⁾

Quum agitur reali, non sufficit rem generaliter peti, sed debet ita specificari, ut evitetur obscuritas et equivocatio.

Innocentius III.¹¹⁾

Significantibus T. et R. fratribus nostris fuit apostolatui declaratum¹²⁾, quod, quum inter ipsos ex una parte, et V.¹³⁾ "Turpem de Athochi¹⁴⁾ et sorores eius dioecesis Snessionensis" ex altera super quadam terra¹⁵⁾ coram "dilecto filio abbate et priore sancti Bartholomaei Noviomensis" iudicibus "a sede apostolica" delegatis tracti¹⁶⁾ fuissent in causam, oblato eis libello, ipsi¹⁷⁾ "T. et R.", quum plures terras haberent, ut terra illa, super qua quaeestio vertebatur, ostenderetur eidem¹⁸⁾; a iudicibus postularunt. Quod quum ipsi facere denegarent¹⁹⁾, "nec utrum hoc deberet eis concedi, cellent per sententiam definire, sicut fratres a manifesto gravamine" ad nostram audientiam provocarunt.²⁰⁾ Quocirca "discretionem vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si est ita²¹⁾, "eos," revocato in statum debitum²²⁾, si quid post appellationem huiusmodi²³⁾ noveritis attentatum, etc.²⁴⁾

CAP. III.

Non tenetur reus respondere libello in actione personali, si non exprimitur causa petendi.

Gregorius IX. Archipresbytero Civitatis novae et M. Canonico Culmensi.²⁵⁾

Dilecti filii fratres ecclesiae sanctae Mariae de Hispida sua nobis²⁶⁾ petitione monstrarunt, quod, quum prior et conventus sanctae Mariae ad Carceres²⁷⁾ ipsos super quadam pecunia summa coram priore sanctae Trinitatis Veronensis auctoritate apostolica convenissent, ex parte ipsorum fuit excipiendum propositum, quod, quum dicti²⁸⁾ prior et conventus nolent exprimeri in prorecto libello conventionali, quare sibi dicta pecunia deberetur, super hoc minime respondere tenebantur, et²⁹⁾ quia dictus iudex exceptionem huiusmodi admittere denegabat³⁰⁾, nostram³¹⁾ audientiam appellaverunt. Ideoque³²⁾ mandamus, quatenus, si est ita, revocato in irritum, etc.³³⁾

TITULUS IV.

DE MUTUIS PETITIONIBUS.

CAP. I.¹⁾

Iudex etiam delegatus compellit actorem ad respondendum reo in causa reconventionis, et utramque causam ordine successivo simul audiet et una sententia terminabit. H. d.

Alexander III. Vulterrano²⁾ Episcopo et Abbati de Spongia³⁾.

Ex literis "vestris accepimus, quod dilecti filii nostri abbas et fratres Maturensis⁴⁾ monasterii super quaeestionibus, quas plebanus et clerici Maturenses adversus eos proponunt, vestrum parati sunt subire examen, si illi in continentis deberent de suis quaeestionibus respondere. Unde, quoniam rationis ordo exigit⁵⁾, ut plebanus et clerici Maturenses abbati et fratribus Maturensis monasterii de iis, quae adversus eos proponunt, "non" debeant in vestra praesentia respondere, quum sibi ex ipsis⁶⁾ coram vobis⁷⁾ a sede apostolica delegatis iustitiam postulant⁸⁾ exhiberi, "discretionem vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, actione plebani et clericorum proposita, et responsione facta, monitione

— in Borussia missam esse ep., inscriptione deceptus, affirmat Böhmerus. Ex ipsa tamen, quam retulimus, libr. manuscriptorum lectione vera inser. commode ita poterit restitui: archipresb. civitatis novae (Citta nuova) et M. can. Clugiensi (Chioggiu). — 26) abest a C. H. L. — 27) add. Böhm.: dioecesis Paduanae. — 28) dictus: C. H. L. — 29) abest a C. L. — 30) add.: contra iustitiam: C. R. 1. — 31) et nostram: C. H. — 32) Ideo: ib. — 33) irritum, quicquid post appellationem huius inveneritis attentatum: ib.

TIT. IV. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XI. 1., Lips. XXXVI., 1. Cass. XLIII. 1., Comp. I. h. t. c. 2. — 2) Vindero: C. R. 2. — Vercellensi: C. H. — Vulterrano ep.: App. — Volentino ep.: Cass. — Vlt. archie. et abb. de Spongia: Comp. I. Ms. — Vulterrano archipresbytero et abb. de Spongia: Aug. — archipresbytero Vulterrano et abb. de Spongia: Lips. — Vulterrano archipresb., episc. et abb. etc.: Cont. — 3) Spung.: C. R. 1. — Spognia: Böhm. recte; est enim S. Salvatoris de Spognia monast. (congreg. Vallis umbrosae) in dioecesi Vulterrana situm. — 4) Marturensis: Lips. — Marturiensis: App. — leg. tamen est: Maturensis; (mon. S. Mariae de Matura Ord. S. Ben. in Florentina dioec. situm.) — 5) quoniam indignum (add.: est: Lips., Cass.) et penitus absurdum videtur, ut memorati (add.: praedictus: Cass.) plebanus et clerici abbati et fratribus de his: Coll. citt. — 6) ex ipsis: omitt. Cass. — et ipsi: C. H. — eandem: App. — 7) coram . . . deleg.: omitt. Coll. citt. — 8) postulent: C. H. L. — postulant: C. R. 1.

praemissa⁹⁾ compellat eosdem, memoratis abbati et fratribus in continentibus¹⁰⁾ coram vobis super suis quaestionibus respondere, et¹¹⁾ vos vicissim postmodum rationes et allegationes partium¹²⁾ diligentius audientes concordia vel iudicio utriusque negotium terminetis.

CAP. II.¹³⁾

Modus procedendi datus per rescriptum in causa conventionis intelligitur repetitus in causa reconventionis.

Coelestinus III.¹⁴⁾ Rothomagensi Decano.

Prudentiam tuam debita laudum prosequimur actione pro eo, quod more prudentis viri in articulis iuris, super quibus aliquando dubitas, sedem ducis apostolicam consulendam, ad quam utique omnes difficiles quaestiones et causas antiqui Patres statuerunt decere referri. Sane consulisti nos, utrum, quum causa appellatione remota¹⁵⁾ committitur, et reus coram¹⁶⁾ eodem iudice actorem reconvenit¹⁷⁾ vel eidem, quod quidem ex constitutione tam canonici quam forensis iuris licite fieri potest, et actor super reconventionem appellationis¹⁸⁾ obstaculum interponit¹⁹⁾, an²⁰⁾ sit huiusmodi appellationi deferendum? Nos vero ita sentimus, quod, quum in hoc casu actoris et rei eadem sit conditio²¹⁾ vel causa, et uno eodemque iure circa appellationis remedium debeat²²⁾ uterque censeretur, unde nec appellationi taliter interpositae deferendum esse iudicamus. Etenim ipso Christo, qui est veritas, attestante didicimus, quod omnia, quaecunque voluerint aliquid ut faciant eis homines, eadem et ipsi facere debeant. Nec iuris peritus ab hac sententia discrepat, quia praeter authenticam²³⁾, quae incipit: Et consequenter, in quo id de faciendi reconventionem expresse habetur, et alibi statuitur, ut eodem iure quis utatur, quod duxerit in alium statuendum. Ideoque Sicut desiderat actor²⁴⁾, ut sibi iuxta mandatorum rescriptum iustitia fiat appellatione remota, eodem modo se reconvenienti debeat²⁵⁾ in sua iustitia respondere. Secundo requiris etc. [cf. c. 41. de app. II. 28.] Dat. Lat. XV. Kal. Iul. Pont. nostr. Ao. III. [1193.]

TITULUS V.

DE LITIS CONTESTATIONE.

CAP. UN.

Non per positiones et responsiones, sed per petitionem in iure propositam et responsionem secutam fit litis contestatio, qua omnia nullus est processus.

Gregorius IX. Abbati S. Iohannis in Vineis.

Olim inter episcopum Noviensis¹⁾ ex parte una, et capitulum ecclesiae sancti Quintini ex altera super quibusdam²⁾ iniuriis, et³⁾ excommunicationum sententiam et quibusdam aliis articulis orta⁴⁾ materia quaestionis (Et infra:) Iudices facti quibusdam positionibus et responsionibus ad eandem, auditis etiam quae partes voluerunt proponere coram eis, causam eandem ad examen apostolicum remiserunt. Procuratoribus igitur partium propter hoc in nostra⁵⁾ praesentia constitutis, quamvis positiones et responsiones hinc inde super pluribus articulis factae fuerint coram iudicibus memoratis, quia tamen litis contestationem non invenimus esse factam, quum non per positiones et responsiones ad eas, sed per petitionem in iure propositam et responsionem secutam litis contestatio fiat, processum ipsorum⁶⁾ de fratrum nostrorum consilio irritam duximus nunciandum.

TITULUS VI.

UT LITE NON CONTESTATA NON PROCEDATUR AD TESTIUM RECEPTIONEM VEL AD SENTENTIAM DIFFINITIVAM.¹⁾CAP. I.²⁾

Si agatur de adulterio ad separationem tori, et ante litis contestationem reus est contumax, potest excommunicari; sed testes recipi non possunt, nec causa diffiniri.

Innocentius III. Abbati sancti Proculi et L. Canonico.³⁾

Ad hoc Deus⁴⁾ in apostolica sede constituit totius ecclesiae magistratum, ut, quia secundum scripturam sanctam fecit Deus hominem rectum, sed ipse se in finibus miscuit quaestionibus, ad eam nodi quaestionum difficiles referantur, suo recto iudicio dissolvendi. Ad apostolatus quippe nostri notitiam litterarum vestrarum insinuatione pervenit, quod, Quum causa, quae inter R.⁵⁾ et B. uxorem eius vertitur, auctoritate apostolica⁶⁾ vobis commissa fuisset, tandem procurator eiusdem R. libello uxoris, quo virum ad separationem tori, et ut⁷⁾ dotem reciperet, de adulterio accusabat, noluit respondere, donec advocatus eius veniret inducias postulando. Qui quum⁸⁾ huiusmodi inducias saepe petendo vobis illudere videretur, vos testes mulieris habito consilio recepit⁹⁾; tandem⁹⁾ procurator ad praesentiam vestram accedens, dixit, se respondere paratum; sed¹⁰⁾ die statuto, quum crederetur responsurus¹¹⁾ libello, de quo praemisimus, restitutionem uxoris ex parte viri primo¹²⁾ fieri postulavit, ne secus fieret appellando. Verum quia dicebat mulier, se virum habere suspectum, tum quia in domo eius coacta fuerat se adulteratam cum pluribus confiteri, tum quia meretricem publice retinebat, et idem procurator nec de mulieris impunitate cavere, nec vestro se curasset¹³⁾ postmodum conspectui praesentare, vos testes mulieris iterum recipere studistis¹⁴⁾, et attestacionibus publicatis diligenter audistis quae fuerunt ipsius nomine allegata. Quia vero, quum de ferenda sententia cum viris prudentibus tractastis, diversorum invenistis diversa consilia, quibusdam dicentibus appellationi simpliciter deferendum, aliis autem appellationi deferendum non esse; nonnullis etiam asserentibus, appellationem nullatenus tenuisse, quum mulier non sit viro restituenda suspecto, nisi, de impunitate sufficienti praestita cautione: vos in tanta varietate nos consulere voluistis, qualiter esset in hoc negotio procedendum? Nos igitur Consultationi vestrae de consilio fratrum nostrorum taliter respondemus, quod, licet ordo iudiciarius in aliis controversiis sit¹⁵⁾ servandus, et¹⁶⁾ in matrimonialibus causis non usquequaque servetur¹⁶⁾, quia tamen in praesenti negotio non est actum de foedere matrimonii, sed de crimine adulterii, per quod ad separationem coniugii¹⁷⁾, non ad coniunctionem intenditur¹⁸⁾, quia¹⁹⁾ lite non contestata testes fuerunt²⁰⁾ recepti, et attestaciones etiam publicatae, sive deferendum sive non deferendum²¹⁾ appellationi fuisset, non est ad diffinitivam sententiam procedendum. Potuit tamen praefatus R. propter suam²²⁾ contumaciam, vel²³⁾ etiam procuratoris, si sciens non purgavit²⁴⁾ eandem, excommunicationis sententia²⁵⁾ innodari.²⁶⁾ Dat. Perusii XV. Kal. Oct. [1298.]

CAP. II.²⁷⁾

In causa restitutionis contra contumacem lite non contestata sententia proferri non potest. Hoc dicit comprehendendo omnem modum summandi.

Idem Hierosolymitano²⁸⁾ Patriarchae et Archiepiscopo Cassensi.²⁹⁾

Accedens ad praesentiam nostram venerabilis frater noster Paphensis episcopus venerabilium fratrum nostrorum Aconensis, Ti-

Cap. I. 9) eos momentis et (omitt. App., Lips., Cass.) auctoritate nostra et vestra (omitt. App.) districtius compellatis: Coll. cit. — 10) un cont.: omitt. ead. — 11) et: Böhm. — 12) utriusque partis diligenter et (add. cum: App.) concordia vel iustitia terminetis: Coll. cit. — 13) Clemens III.: Comp. II. Ms. A. — Coel. III. episcopo Rothomag. et decano: Luc. (quod non quadrat). — 14) cessante: Luc. — 15) sub: C. R. H. L., Luc., Comp. II. — 16) auctorem reconvenit: Comp. II. Ms. A. — 17) appellationem: Comp. II. — appellationis re. (i. e. remedium): Luc. reconventionem appellat: C. R. 1. — 18) interposuit: Comp. II. Ms. A. — 20) omitt. Luc. — utrum sit: C. R. 1. — seq.: huiusmodi: omitt. Comp. II. Ms. A. — 21) conditio: C. L. — una sit causa et eadem, eodem iure: Luc. — 22) debeat (debet. Luc.) uti uterque: Luc., Comp. II. — 23) cf. const. 14. C. de sent. et interl. VII. 45. — 24) omitt. Luc., Comp. II. — 25) ita debet et eadem ratione: ead. — 26) debet: Cont., Böhm. — TIT. V. Cap. un. 1) Nonionen.: C. H. — leg.: Nonionensem. — 2) abest a C. H. — 3) omitt. C. L. — 4) add.: fuit: Cont., Böhm. — 5) vestra: C. L. — 6) illorum: C. R. 1. — TIT. VI. 1) add.: proferendum: C. L. — Cap. I. 2) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — Integra exstat in Reg. Bal. I. 362. Quoniam vero

(usque ad verb.: Consultationi) a Comp. III. auctore ita mutata est et in compendium redacta, ut ex Reg. restitutum omnino non possit, numerum tantum indicare satis esse duximus. Eadem causa impedit, quominus diversas Reg. lectiones (quae plurimae sunt) in adnotationibus recensere. — 3) I. canonico: C. H. — Laurentio canon.: C. L. — Lanfranco can.: Comp. III., Reg. — 4) haec: Cont., Böhm. — haec vos: C. H. — 5) Ca: Reg. — 6) a tunc ap. sed. leg.: Comp. III. Ms. — a ven. fr. tunc ap. sed. leg.: Aug. — a dil. fil. n. G. S. Mariae in porticu diac. card. tunc ap. sed. leg.: Reg. — 7) aut dotem: Comp. III. Aug. — 8) Sed quum idem procurator: Comp. III. — 9) quo facto: ib. — 10) qui: ib. — 11) respondere: C. R. 1. — 12) abest a C. H. — 13) curavit: ib. — 14) receptis: Comp. III. — 15) omitt. Reg. — 16) abest a Comp. III. et Reg. — 16) servatur: Comp. III. Aug. — 17) coniugium: ib. — 18) attenditur: C. H. — intendatur: Comp. III. Ms. — 19) quum: Comp. III., Reg. — 20) fuerint: ib. — 21) abest a C. R. 2. — 22) omitt. Comp. III., Reg. — 23) vel . . . eandem: addita a Raymundo. — 24) purgaverit: Cont., Böhm. — 25) vinculo: Reg. — 26) ligari: C. R. 1. — Cap. II. 27) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — 28) Id. I. Hier. etc.: C. L. — 29) Casaria: Comp. III. Aug. — Casaria: Ms.

beriadensis et Berytensis episcoporum nobis literas praesentavit, sententiam continentes, quam super causa, quae inter venerabilem fratrem nostrum Tyrensem archiepiscopum ex una parte, et plebanum sancti Marci ex altera vertebatur, idem episcopi promulgaverunt. Asserebant tamen episcopi memorati per suas literas, quod, quum causam ipsam de mandato nostro susceperint terminandam, partes ad suam praesentiam convocarunt. Sed plebanus nec eorum literas, in quibus mandati nostri tenor erat expressus, recipere voluit, nec eorum se conspectui praesentavit, et secundo citatus, licet nec literas eorum recipere voluisset, coram eis apparuit, prioris absentiae suae causas allegans, et inspecto tenore litterarum nostrarum, petitis etiam induciis et receptis, licentiatu abscessit, se statuto die ad eos redire promittens. Quum in iudicio delegatorum praesentia archiepiscopus Tirenensis restitutionis beneficium postularet, plebanus sancti Marci de Venetiis, contra quem agebat, nihil ad obiecta respondit, sed ad nostram audientiam appellavit. Et licet saepe per ipsos fuisset admonitus, ut iuri pareret, quia eius appellatio non tenebat, quum in litteris nostris appellationis esset obstaculum partibus interclusum, et per ipsorum nuncios ad iudicium fuerit revocatus; noluit tamen respondere amplius, vel coram eis comparere. Ipsi vero iudices accedentes ad civitatem Tyrensem, quum plebanus ipse in sua contumacia perduraret, testes receperunt ab adversa parte productos, et depositionibus legitimum redactis in scriptis mandaverunt eidem plebano, ut ad eos accederet in personas vel in dicta testium obiecturus. Quod quum facere noluisse, in ipsum excommunicationis sententiam protulerunt, possessionem iuris parochialis adiudicantes archiepiscopo memorato, et eum, quantum in eis erat, restituentes in integrum, auctoritate sedis apostolicae districtius vetuerunt, ne quis possessionem Tirenensis ecclesiae restitutam praesumeret perturbare, vel institutioni apostolicae contraire, et ne plebanus S. Marci vel quilibet alius parochiale ius exerceret in Tyro. Quum igitur nobis ex inspectione sententiae constitisset, quod lis coram eisdem iudicibus non fuerit contestata, et ex transcripto litterarum, quas eidem praedecessores nostri concesserant Venetiis, manifeste pateret, literas ipsas per veri suppressionem obtentas, quum non veniret in dubium, sed potius manifestum esset, duos praedictorum iudicum, Achoniensem videlicet et Beritensem episcopos, eidem archiepiscopo tanquam suffraganeos suo metropolitano subesse, ac ex his plebanum ipsum legitime appellasse constaret; in quem, etiamsi minus legitime appellasset, iudices ipsi licet propter contumaciam excommunicationis forte potuerunt proferre sententiam, non tamen debuerunt super principali negotio diffinitivam sententiam lixe non contestata proferre, praedictas ab ipsis iudicibus latis de consilio fratrum nostrorum cassavimus sententiam, immo cassas denunciavimus et ipanes, et per eas nullum praedictum ecclesiae S. Marci vel eius fautoribus volumus irrogari. Unde Tirenensi archiepiscopo dedimus in mandatis, ut ipsi ecclesiae S. Marci instrumenta restituant, et etiam universa, quae huiusmodi occasione sententiae per se, vel per alios occupavit, nec impediatur, quo minus sicut ante latam sententiam Venetum ecclesia parochialis iuris et aliarum dignitatum suarum possessione lactetur.

CAP. III. 52)

Si lite non contestata reus est contumax, si fieri potest, mittitur actor in possessionem causa custodiat; alius reus excommunicabitur.

Idem Episcopo Brixiniensi.

Tuae fraternitatis devotio (Et infra: [cf. c. 10. de eo, qui cogn. IV. 13.]) Consultasti praeterea, utrum si aliquis citatus legitimis peremptoriis comparere noluerit, iudex lite non contestata contra ipsum debeat sententiam promulgare, ut idem effectus tadio appellaturus saltem se iudicis conspectui repraesentet. Ad quod Consultationi tuae taliter duximus respondendum, quod, si reus, lite non contestata se absentat contumaciter, talisque sit causa, quod actor possit in petitarum rerum possessionem induci, est in eandem causa custodiat inducendus. Quod

si causa talis fuerit, quod idem in possessionem nequeat intro-mitti, ut iuri pareat, qui contumaciter se absentavit, per censuram ecclesiasticam est contumax compellendus. Praeterea etc. [cf. c. 20. de praeb. III. 5.] Dat. Rom. etc. [1206.]

CAP. IV. 62)

Receptio testium facta contra non contumacem lite non contestata, in causa matrimoniali est nulla.

Idem de Decima et Helemosio Abbatibus Aurelianensis et Carnotensis.

Accedens ad sedem apostolicam dilectus filius nobilis vir G. vicecomes Henrici humiliter nobis conquestione monstravit, quod quum nobilem mulierem Eustachiam duxisset legitime in uxorem, et duas filias suscepisset ex ipsa, tandem ipsa nobilis suadente humani generis inimico divertit ab ipso. Quumque a venerabili fratre nostro Pictaviensi episcopo diocesano suo non posset super hoc iustitiam obtinere, nos ad petitionem nunciorum ipsius et multiter eiusdem causam, quae inter ipsos super eorum matrimonio vertebatur, dilectis filiis abbati S. Leodegarii, decano S. Petri et priori S. Hilarii de Cella Pictaviensibus duximus commendandam, qui, sicut nobis suis literis intimaverunt, quum eis liquido constitisset, praefatam E. a viro suo, de quo dux suscepit filias, auctoritate propria divertere, habito prudentium virorum consilio decreverunt, eandem E. ad virum suum debere reverti, reservata sibi accusandi matrimonium post recessionem suam, si vellet, plenaria potestate. Quod quum facere noluisse, excommunicationis eam vinculo adstrinxerunt, supponentes terram eius et familiam ecclesiastico interdico. Verum quum sententiam ipsam praecipissemus postmodum, sicut rationabiliter lata erat, usque ad satisfactionem congruam iniolabiliter observari, tandem eadem E. ad suggestionem venerabilis fratris nostri Andegavensis episcopi et dilectorum viderum de Granateria et de Bellofonte abbatum causam ipsam venerabili fratri nostro episcopo et dilecto filio G. archidiacono Corisopitensibus et magistro P. de Buter canonico Andegavensi sub hac forma obtinuit delegari, ut, si eis constaret, quod eadem mulier, sicut nobis scripserant iudicibus et abbatibus, loco sibi praefixo nequiecit ad praedictos iudices accedere propter guerras, et quod in conspectu Pictaviensis et Andegavensis episcopatum securum adversae parti conductum dare voluerit, et praestare sufficientissimam cautionem, quod eos servaret indemnes, in irritum revocato quicquid in eius praedictum post appellationem ad nos legitime interpositam invenirent temere attentatum, non obstante commissione praedicta partes ante suam convocarent praesentiam, et rationibus hinc inde plenus auditis et cognitis causam appellatione remota sine debito terminarent, facientes quod decernerent per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Ipsi vero, sicut in eorum literis perspeximus contineri, quum partibus apud Voentum, et postmodum apud Lucion terminum assignasset, idem vicecomes, se per literas et procuratorem excusans, asseruit, quod ad loca illa, quum inimici eius ibidem haberent dominium, propter mortis periculum accedere non audebat, cui adversa pars et barones, qui ibidem aderant, responderunt, quod ipsi eidem vicecomiti literas de conductu cum literis vicecomitis Tuarci, Senescalli Pictaviae, per nuncium destinaverant, quibus procurator vicecomitis replicavit, quod propter literas ad suspectum sibi locum non audebat accedere, sed tutum locum assignari sibi et restitutionem uxoris fieri postulabat, quod si facere nollent iudices, dominum suum gravari dicebat, propter quod ad appellationis remedium conlocavit, neg voluit postmodum, licet fuerit requisitus, coram ipsis iudicibus respondere, ipsos asserens manifeste suspectos, et innovavit appellationem emissam. Iudices autem credentes appellationem non esse legitimam, et per testes postmodum cognoscentes, quod sententia fuerat post appellationem in dictam mulierem prolata, eam denunciaverunt penitus non tenere. Tandem vero, apud Pozangias peremptorio partibus assignato Turonensis Decanus, aculeus eiusdem vicecomitis, se obtulit pro ipso venturum, si securus eidem concederetur conductus, per literas nihilo minus contra iudices causas suspiciones allegans, videlicet, episcopum ipsum esse

Cap. II. 30) Quumque postmodum utraque partium in eorum fuisset praesentia constituta et archiep. restitutionis ben.: Comp. III. — 31) Marci: C. L. — verb.: S. Marci... agebat: omitt. Comp. III. — 32) agebatur: C. H. — 33) add.: duritia: ib. — 34) altera: Comp. III. — 35) vel dicta: C. H. L. — 36) Quod quum ipse etc.: C. R. 1. — Sed quum ipse ad eorum praesentiam noluisse accedere, in plebanum et complices eius: Comp. III. — 37) Tyren.: C. H. — Tiren.: Comp. III. — 38) esset: Cont. Böhm. — fuerit: Comp. III. — 39) quum ex: Comp. III. Ms. — 40) apparet: C. R. 1. L. — 41) dictos Acon. et Beriten. episc. (archiep. Ms.) eidem: Comp. III. — 42) Acon.: C. R. L. — Aconen. videlicet et Beriten.: C. H. — 43) suffraganeos: Comp. III. Aug. — 44) etsi: C. H. — 45) omitt. Cont. Böhm. — 46) per: Comp. III. Aug. — 47) poterunt: C. H. L. — 48) omitt. C. H. — 49) debuerunt: Comp. III. — 50) promulgare: ib. — 51) Tiren.: Comp. III. Aug. — Tyren.: Ms.

Cap. III. 52) Restitutum ex Reg. Broqu. VIII. 198. — Comp. III. b. t. c. 3. — 53) Beriten.: C. R. 1. — Parisien.: C. R. 2. — Brixin.: C. H. — 54) fraternitatis: Comp. III. Reg. — 55) abest a C. L. — 56) responde: C. R. 1. 57) absentet: C. R. H. L. — quod si contumaciter reus se curaverit absentare: Comp. III. Reg. — 58) possessione induci, est in eadem: Reg. — 59) existat: Comp. III. Reg. — 60) introduci: C. R. 1. — 61) abest a Comp. III., Reg. — Cap. IV. 62) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 227. — Comp. III. h. t. c. 4. — 63) Id. Deven. et Relin. abbatibus: C. R. 2. — Idem de Curin. Ddi et Helemosius abbatibus Aurelian. (Auren.: C. L.) et Carnoten. diocesan.: C. R. 2. H. L., Comp. III. — de Curia Dei et de Eleemosina abbatibus, Aurelian. et Carnoten. diocesan. et cantori Aurelian.: Reg. — 64) W. — Comp. III., Reg. — Gu.: Cont. — Guil.: Böhm.

consanguineum nobilis viri G. de Toarcio, comitis Britanniae, qui causae ipsius mulieris se nimium immiscebat, et ipsius comitis subditum potestati, archidiacono vero clericum ipsius comitis commensalem, et magistrum P. . . . de Buter. oriundum de terra mulieris ipsius. Iudices autem, postmodum alio peremptorio partibus assignato, super consanguinitate testes receperunt mulieris eiusdem, et alio termino apud Malleoniam partibus assignato, attestaciones publicari fecerunt, vicecomite se per suas literas excusante. Ad ultimum vero, quum terminus ad recipiendam sententiam fuisset partibus assignatus, nunciis mulieris, et . . . archidiacono Turonensi, fratre ipsius vicecomitis, in ipsorum praesentia constitutis, nunciis ipsius mulieris sententiam postulantes, et ipso archidiacono pro fratre suo terminum requirente, de prudentum consilio terminum partibus assignarunt, quo deberet secundum iuris ordinem in causa procedi; sed nunciis mulieris, contumaciter recedentes, altera die nostram audientiam appellarunt, dicentes, dominiae suae graecam inferri eo, quod iudices non interfuerant apud Malleoniam, ubi terminum assignarant ad sententiam perferendam, et quia locum extra provinciam assignabant, quum ipsi essent de provincia Turonensi. Iudicibus autem appellationi deferentibus, nunciis mulieris ad apostolicam sedem accedens proposuit, quod, quum super causa ipsa iudices praelibati eundem vicecomitem ad praesentiam suam pluries peremptorio ad loca competentia et intervalis legitimis citavissent, nec idem vicecomes, muliere comparente praefata, venire voluerit vel sufficientem mittere responsalem, ipsi testes mulieris receperunt, vicecomitem ipsum iterato per peremptoria edicta citantes, ut coram ipsis diciturus contra testes vel dicta testium compareret. Sed, quum ipse non venerit, nec sufficientem nuncium destinavit, attestacionibus publicatis ab ipsis, et partibus citatis ad sententiam audiendam, mulier eadem, dicto vicecomite se contumaciter absentante, sibi dari sententiam postulavit, ad quam procedere, licet requisiti saepius, noluerunt, propter quod pars mulieris, sibi sentiens imminere gravamen, ad nostram audientiam appellavit. Nos vero, credentes, quod eadem mulier pro matrimonio laboraret, eidem ad petitionem nunciis durimus iniungendum, ut, in eadem causa secundum attestaciones receptas legitime procedentes, ipsam, oblato cuiuslibet contradiccionis et appellationis obstaculo, sine debito terminarent, dilectis filiis . . . de Granateria . . . de Insula Calveti, et . . . de Alba corona abbatibus dantes nihilominus in mandatis, ut, si praefati iudices in executione mandati nostri negligentes existerent vel remissi, ipsi secundum attestaciones receptas ab ipsis in eodem negotio ad diffinitivam sententiam sublato appellationis obstaculo procedere non tardarent. Ceterum dictus vicecomes Benaiici in nostra praesentia constitutus gravem coram nobis exposuit quaestionem contra dictos iudices, quod, quum "dictus" Corisopitensis episcopus "nobilem virum Guidonem de Toarcio" comitem Britanniae proxima linea consanguinitatis attingat, et archidiaconus eius sit clericus commensalis, qui eidem vicecomiti esset adversarius principalis, utpote⁶⁵ qui uxorem suam et terram publice detinere praesumit, et magister P. "de Buter," de terra uxoris suae oriundus, existat nimis favens⁶⁶ eidem, et omnes sub districtu "et potestate ipsius G." existant⁶⁷ comitis memorati⁶⁸, nec⁶⁹ nisi per districtum ipsius ei pateat⁷⁰ accessus ad eos, et⁷¹ ipsi, quibus⁷² causa inter ipsum et uxorem suam commissa fuerat, nunquam ei voluerunt⁷³, nisi in terra inimicorum suorum, locum et terminum assignare, quo⁷⁴ sine mortis periculo accedere non audebat, et, licet literas non habuerit⁷⁵ de conductu, si tamen missae ei⁷⁶ fuissent, non debebat se credere suis capitalibus inimicis. "Insuper, quum eis certam formam duxerimus praefigendam, ipsi post appellationem legitime ad nos interpositam, relinquentes formam, quam praefixeramus eidem, de appellatione tantummodo praetermisso iuris ordine inquirentes, quum non fuisset ostensum, ipsam esse legitimam, nec temere aliquid attentatum, nec de aliis iniunctis sibi capitulis inquisivissent, sententiam in ipsam mulierem rite latam minus iuste irritam nunciarunt, et lite non contestata, testes super principali recipere praesumentes et recusantes legitimas exceptiones illius, allegaciones eius pro maiori parte, et maxime quae faciebant ad causam, in suis literis tacuerunt, pro adversa parte multa, quae coram eis allegata non fuerant, opponentes. Praeterea adversa pars, quae per falsi suggestionem ipsius causam obtinuerat delegari, fraudulenter inten-

dens per testes reprobos ipsius vicecomitis iustitiam enervare sub frivola appellationis praetextu, furtim ad eosdem, et praedictos de Granateria, de Insula Calveti et . . . de Alba corona abbatibus super ferenda sententia literas impetravit, ipso vicecomite super prosequenda appellatione sua existente in itinere ad sedem apostolicam veniendi. Unde, quum fraus adversariorum suorum eis patrocinari non debeat, quumque constet iudices ipsos in causa post appellationem ad nos legitime interpositam praeter formam mandati nostri tanquam manifeste suspectos temere processisse, idem vicecomes petebat instanter, ut, revocato in irritum quicquid post appellationem ad nos legitime interpositum per ipsos iudices vel alios in eius praedictum fuerat attentatum, revocatis etiam literis, quae ipso veniente ad nos fuerant per mendacium impetratae, uxorem suam reverti ad ipsum per excommunicationis sententiam et interdictum terrae compellere dignaremur, detentores ipsius et terrae eadem districtione cogentes ipsam et terram restituere cum fructibus perceptis ex ipsa, et faceremus sententias singulis diebus dominicis et festivis per Turonensem et Burdegalensem provincias publicari, et firmiter observari usque ad satisfactionem condignam. Quum igitur in matrimonialibus causis non tam ad distinguendum, quam ad coniungendum debeat existere priorior, ne forte quod Deus coniunxit homo separare praesumat, discretioni vestrae per apostolica scripta Mandamus, quatenus, quum, "sicut idem asserit vicecomes," propinquiores sitis terrae nobilis iam dictae⁷⁷, quam suae, et causa ipsa per vos commodius valeat terminari, quum ad vos securus⁷⁸ pateat accessus, utrinque⁷⁹ partibus convocatis⁸⁰ "et inquisita super praemissis diligentius veritate" si vobis constiterit, quod ante litem legitime contestatam, vel post appellationem ex praemissis causis⁸¹ interpositam, testes super consanguinitate contra matrimonium absque⁸² culpa contumaciae recepti fuissent, vos attestaciones huiusmodi decernatis irritas et inanes, "appellatione cessante" compellentes "censura ecclesiastica" dictam⁸³ nobilem, ut revertatur ad virum suum⁸⁴, quem inconsultedimisit, "mandatum apostolicum sublato cuiuslibet contradiccionis et appellationis obstaculo implenturi" ita, quod, postquam ipse⁸⁵ vir plenariam restitutionem habuerit tam uxoris quam terrae, causam super matrimonio audiat, eamque sine canonico terminetia. "Contradictores etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. XIII. Kal. Mart." [1205.]

CAP. V. 80)

Lite non contestata non recipiuntur testes regulariter super principali. Fallit in casibus hic annotatis, scilicet quum timetur de morte vel absentia diuturna testium. Tunc enim servata sollemnitate hic posita possunt etiam lite non contestata testes examinari. H. d. usque ad §. Porro. — Quum agitur de matrimonio carnali vel spirituali, possunt contra contumacem etiam lite non contestata testes recipi, et sententia diffinitiva ferri. Si vero reus est absens, sed non contumaciter, tunc in carnali non proceditur, sed expectatur absens. In spirituali vero, si agitur de contracto, stabitur iuribus antiquis; si de contrahendo, expectatur absens per sex menses. Sed de hoc ultimo, quando agitur de contrahendo, die hodie ut in capit. Quam sit, et capit. Cupientes, de elect. in VI., ubi aliter est provisum. H. d. — §. 5. Ad perpetuam rei memoriam, vel quum agitur per viam inquisitionis, possunt testes sine litem contestatione recipi, et etiam publicari. H. d. usque ad §. In aliis vero. — §. 6. Si reus lite non contestata est contumax, et agitur reali, mittitur actor in possessionem rei petita causa custodiae; quam tamen recuperat reus veniens infra annum, si offerat cautionem de stando iuri, et restituit expensas; post annum vero his non servatis non auditur, nisi super proprietate. Sed si convenitur reali qui nomine alieno possidet, nominabit dominum in iudicio, et statuetur ei terminus, infra quem faciet dominum comparere. Qui si infra terminum non venerit, iudex illum citabit, quo adhuc non veniente iudex mittet actorem in possessionem veram. Si vero reus contumax convenitur actione personali, mittetur actor in possessionem bonorum ipsius rei pro modo debiti declarati, et primo mobilium, secundo immobilium, si mobilia non existant; vel excommunicabitur reus. H. d. usque ad finem.

Idem.

Quoniam frequenter in dubium revocatur a multis, an, lite non contestata testes recipi valeant, auctoritate praesentium durimus declarandum, regulariter verum esse, quod lite non contestata non est ad receptionem testium procedendum, nisi forte de morte testium timeatur vel absentia diuturna. In quibus casibus, quum civiliter est⁸⁷ agendum, ne veritas occultetur, et probationis⁸⁸ copia fortunatis casibus subtrahatur, senes⁸⁹, et valedudinarii, et alii testes, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, etiam lite

Cap. IV. 65) ut qui: Reg. — 66) esset favens: C. R. 2. — 67) existit: C. H. L. — 68) com. mem.: omitt. Comp. III. Reg. — 69) nec etiam: C. R. 2. — 70) patuit: C. R. L. — patuit: C. R., Comp. III., Reg. — 71) omitt. Comp. III., Reg. — 72) quibus . . . fuerat: omitt. Reg. — 73) voluerunt: Cont., Böhm. — 74) ubi: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 75) habuit: Cont., Böhm. — 76) omitt. Comp. III. — 77) tam dictae: Cont. — iam dicti: Comp. III. Aug. — 78) securus: Comp. III. Aug. — 79) utrumque: Comp. III. Ms. — utriusque: Reg. —

80) partes (partem: Comp. III. Ms.) ad vestram praesentiam convocatis: Comp. III., Reg. — 81) rationabiliter interp.: ib. — 82) absque . . . contumaciae: omitt. Reg. — 83) praedictam: Comp. III., Reg. — 84) omitt. Reg. — 85) idem: C. R. 1.

Cap. V. 86) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 266. (A. 1208.) — Comp. III. h. t. c. 5. — 87) sit: C. R. 1. — 88) probationum: ib. — 89) senes: Comp. III. Aug.

non contestata sunt procul dubio admittendi, sive pars conventa⁹⁰) sit contumax, sive sit abgens absque malitia, ut conveniri non possit. Sed si actor non convenit adversarium infra⁹¹) annum, ex quo conveniri poterit, vel saltem receptionem huiusmodi testium non denunciaverit illi, attestaciones sic receptae non valeant, ne forte hoc procurerit in fraudem, ut processu temporis exceptiones legitimae ad repellendum⁹²) testes, vel aliae locum habere non possint. §. 1. Porro speciales causae possunt occurrere, in quibus casualiter est⁹³) aliud observandum, ut⁹⁴), verbi gratia, si super alicuius electione vel copula maritali quaestio moveatur⁹⁵). Tunc etenim, ne propter longam moram in spiritualibus et⁹⁶) temporalibus patiat ecclesia laesionem, vel viro sive mulieri fornicationis occasio praebatur, maxime quum propinquitatis gradus opponitur lege divina prohibitus, in huiusmodi casibus, si "civilitate" contumax apparuerit is, in quem fuit⁹⁷) actio⁹⁸) dirigenda, sive quia peremptoria citazione recepta venire contemnit, sive quia malitiose se ipsum occultat, sive quia⁹⁹) impedit, ne possit ad eum citatio pervenire, testes lite¹⁰⁰) non contestata sunt merito admittendi, et nihilominus, si de causa liqueat, ad¹) diffinitivam sententiam procedendum. §. 2. Si vero aliter absens fuerit, et agatur de spirituali coniugio inter praelatum et ecclesiam iam contracto, electione maxime confirmata, illud in hoc articulo volumus observari, quod super expectatione talium personarum in sacris est canonibus diffinitum. §. 3. Quod si forsitan agatur de spirituali coniugio contrahendo, is, qui est in praelatum electus, per spatium sex mensium expectetur, nisi pensatis negotii circumstantiis per²) superioris providentiam³) magis vel minus fuerit expectandus⁴). §. 4. Si autem de carnali coniugio sit agendum, tam diu alteruter coniugum expectetur, donec de ipsius obitu verisimiliter⁵) praesumatur, quia, quum sine culpa sit absens, ut, si captivitate, vel aegritudine, aut alio iusto impedimento forsitan teneatur, aut etiam "e.r." propria, sed non malitiosa voluntate, in remotis partibus moram faciat, ut de facili vel⁶) in brevi citari non possit, ei quidem praedjudicari non debet, quum habeat forsitan exceptiones legitimae ad intentionem contrariam elidendam, eo nequaquam obstante, quod de lapsu carnis posset opponi, quoniam in coniugio multi casus occurrunt, in quibus coniuges sine culpa, sed non sine causa continere coguntur⁷). §. 5. (Sunt et alii⁸) casus similiter⁹) speciales, "quos alibi nos meminimus distinxisse," in quibus absque liti contestatione legitime possunt testes produci, ut quando excessum inquisitio vel testium publicatio imminet faciendi. §. 6. In aliis vero casibus prudenter est attendendum, utrum contumax actione¹⁰) reali, an¹¹) personali conveniatur. Si reali, mittendus est "utique" actor in rei petita possessionem, ut taedium affectus reus veniat responsurus. Qui¹²) si venerit infra¹³) annum, iudicio sisti praestita cautione, ac exhibita satisfactione congrua expensarum, possessionem reciperet. Quodsi cautionem offerre neglexerit infra¹⁴) annum, actor post annum¹⁵) versus constituetur¹⁶) possessor, super proprietate duntaxat adversae parti defensione legitima¹⁷) reservata. §. 7. Quodsi¹⁸) super rebus immobilibus quisquam conveniatur, qui eas possidet nomine alieno, debet statim in iudicio dominum nominare, certo diebus spatio a iudice statuendo¹⁹), eoque ad eius notitiam perducendo, ut²⁰) vel ipse veniens, vel idoneum dirigens responsalem actoris intentionem excipiat²¹). Si vero post tempus indultum quod dispositum

est noluerit adimplere, tanquam lite, quae ingeritur, ex eo die, quo possessor ad iudicium vocatus est, ad interrumpendam praescriptionem longi temporis contestata, dominum possessionis iudex tribus²²) edictis legitimis evocabit, et tunc ipso in eadem voluntate manente negotium summam examinans, in possessionem ipsarum rerum actorem mittere non tardabit, omni allegatione absenti super principali quaestione reservata²³). §. 8. Si autem super²⁴) personali actione conveniatur, vel mittendus est actor in possessionem mobilium²⁵) "honorum" ipsius²⁶), vel immobilium, si forte mobilia non habeat, pro modo debiti declarati, vel in contumacem est ecclesiastica sententia proferenda, ita videlicet, quod alterutra poena, quae magis timeri debeat, iudex a principio sit contentus; ad alteram nihilominus processurus, si hoc meruerit protervitas contumaciae, qui veniens infra annum vel post annum etiam audietur iuxta distinctionem in alio casu superius annotatam.

TITULUS VII.

DE IURAMENTO CALUMNIAE.

Clericus in causa ecclesiae suae iuramentum calumniae potest alteri committere, et per se iurare non cogitur, nec debet sine superioris licentia.

CAP. I.)

Honorius II.)

Inhaerentes³) vestigiis praedecessorum nostrorum, dicentium, graviores quaestiones per summum Pontificem terminari⁴), "nostro frater consilio diligenter inquisito, huius causae speciem irrefragabiliter Deo opitulante decidimus." Legibus itaque⁵) comperimus esse captum, „ut nullus clericus iurare praesumat. Alibi vero reperitur scriptum⁶), ut omnes principales personae in primo liti exordio subeant calumniae⁷) iuramentum⁸), propter quod plerisque⁹) venit in dubium, utrum clericus¹⁰) iusurandum praestare debeat, aut alii¹¹) "personae liceat" hoc officium delegare. Quia¹²) vero illud¹³) constitutionis edictum, ubi¹⁴) clerici iurare prohibentur, a Marco¹⁵) Augusto "Constantino praefecto praetorio" de Constantinopolitana clericis¹⁶) promulgatum fuisse¹⁷) videtur, idcirco ad alios non creditur pertinere. Ut ergo dubietas ista "omnibus penitus" auferatur, secundum etiam decisionem filii nostri H.¹⁸) quondam¹⁹) imperatoris, "ut²⁰) accepimus, Arimino factam tertio Nonas Apriles, sicut ibi continetur," cuius sunt verba haec²¹): „Eius²²) itaque interpretationem corroboramus, et divi Marci²³) constitutionem ita interpretari debere²⁴) decernimus²⁵), ut ad omnium²⁶) ecclesiarum clericos²⁷) generaliter pertinere iudicetur²⁸). Nam quum imperator²⁹) Iustinianus "iure" decreverit³⁰), ut canones Patrum vim legum habere oporteat, et in nonnullis Patrum canonibus reperitur, ut clerici omnino iurare non audeant, dignum est, ut totus clericalis ordo a iuramento³¹) calumniae praestando sit immunis³²)". Praeterea statuti principis³³) tenor "patres nos" talis esse dignoscitur: „Nos³⁴) itaque, "utriusque" divinae et humanae legis intentione servata³⁵), decernimus³⁶) et imperiali auctoritate irrefragabiliter³⁶) diffinimus, ut non³⁷) episcopus, non presbyter, non cuiuscumque ordinis clericus, non abbas, non³⁸) aliquis monachus, vel sanctimonialis, in quacunque³⁹)

Cap. V. 90) inventa: Comp. III. — 91) intra: Cont., Böhm. — 92) repellendus test. vel. al. exceptiones: C. R. 1. — 93) esset: C. R. H. L., Comp. III. Ms., Reg. — 94) omitt. Comp. III. Aug. — 95) movetur: ead. — 96) vel: Comp. III., Reg. — 97) fuerit: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 98) accusatio: Comp. III. — 99) quod: C. H., Comp. III., Reg. — 100) verb.: lite non cont., et quae seq.: et nihilominus... procedendum: omitt. Comp. III., Reg. — 1) est ad: C. R. 1. — 2) abest a C. R. — 3) prudentiam: Comp. III. Aug. — 4) expectandum: ib. — 5) verisimile: C. R. 1. — 6) vel etiam: ib. — 7) cogitur: Comp. III. Aug. — 8) Sunt al.: ead. — 9) omitt. C. R. 1. — 10) accusatione: Comp. III. Aug. — 11) vel: Comp. III., Reg. — 12) Quod: Comp. III. Aug. — 13) intra: Cont., Böhm. — 14) intra: ib. — 15) postmodum: C. H. — 16) constituitur: C. R. 1., Comp. III. Aug. — constitueretur: C. R. 2. — efficiatur: C. H. — 17) legitime: C. H., Reg. — 18) Quodsi etc. ad verbum fere desumpta sunt ex c. 2. C. ubi in rem III. 19. — 19) sciendo: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 20) omitt. Comp. III. Aug. — 21) recipiat: C. R. 1. — 22) abest a C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 23) servatus: ib. — 24) abest a Reg. — 25) omitt. C. H. — 26) abest a C. R. 1.

TIT. VII. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XXIII. 1., Lips. XXXVII. 2., Cass. XLIV. 1., Comp. I. h. t. c. 2. — Lex Henrici Imp. II. (data Ao. 1047., III., sive ut ap. Aug. est, IV. Non. Apr. Arimini) quae verboteenus fore a Honorio refertur, exstat in Leg. Langob. II. 47. 11. et in Comp. I. h. t. c. 1., et denno edita T. IV. Mon. hist. Germ. ab III. Pertzio edd. (Hanov. 1837.) p. 41. — cf. III. Savignii Gesch. des R. II. 224. Fd. II. — 2) Honorius III.: C. R. — Honorius II. ep. urbis Romae omnibus episcopis occidentalibus (orientalibus: App.): Coll. citt. — 3) Adhaerentes: Comp. I. Aug. — 4) add.: debere: App. — 5) ita: Cass., omiss. seq.: comperimus esse. — Quoniam in leg. cautum est: Lang. — In leg. cautum est: Pertz. — 6) recipiunt: Comp. I. Aug. — 7) de calumnia: App. — 8) iusurandum: Coll. citt., Lang. — seqq.: propter quod: omitt. ib. et ap. Pertz. — 9) nonnullis legis

peritis venit: Lang., Pertz. — nonnullis legis (legum: Cass.) sed (omitt. App., Lips., Cass.) et (omitt. Comp. I. Ms.) alia quam plurima (omitt. App.) sapientibus venit: Coll. citt. — 10) clerici... debeant: Lang., Pertz. — 11) ut alicui: C. R. 1. — an al.: App. — 12) Quia enim: App., Lips., Cass., Comp. I. Ms., Pertz. — (qui vero: Comp. I. Aug., Böhm. — 13) id: C. H. — illius: Lang. — 14) ut cl. iur. prohibentur: Lips., Cass., Lang. — 15) ita Coll. citt., Lang. — leg.: Marciano: cf. c. 25. §. 1. C. de epp. et cler. I. 3. — a Theodosio Augusto Tauri praefecto praetorio: Pertz. — 16) add.: constitutum: App., Lips., Cass. — 17) fuisse: App., Cass. — 18) Henrici: C. R. 1., Cass., Comp. I. — 19) add.: dilecti: Lips. — 20) Haec in Coll. citt. admodum variant; leg. enim in App.; anno sui imperii, ut accepimus, factum tertio. Nos eius, inquam, interper. — ut accepimus, Arimini (omitt. Cass.) factam (add.: anno: Cass.) III. Non. Apr., sicut ibi cont., cuius etiam (cf. Cass.) haec v. sunt. Nos itaque eius: Lips., Cass. — ut accepimus, Arimino factum III. Non. Apr., vel, sicut ibi continetur, die, cuius (add.: et: Ms.) haec verba sunt. Nos itaque eius etc.: Comp. I. — 21) add.: et infra: Cont., Böhm. — 22) Nos itaque eius etc.: Comp. I. — 23) cf. adn. 15. — Theodosii: Pertz. — 24) omitt. C. H. et Pertz. — 25) credimus: Lips. — decreverimus: Cass., Pertz. — 26) ut ad augumentum: Lips. — 27) praelatos vel cler.: C. H. — 28) videntur: Comp. I. Aug. — 29) divus: Lips., Cass., Comp. I., Lang., Pertz. — 30) decrevit: Lips., Cass., Comp. I. — 31) iureiurando: Lang., Pertz. — seq.: calumniae: add. Raym. — 32) immunis esse procul dubio censetur: Coll. citt., Lang., Pertz. — 33) principalis: App. — principum: Cass. — principis praedicti: C. R. 1. — 34) Quapropter nos utriusque videlicet: Lang., Pertz. — 35) decreverimus: Lips., Cass., Comp. I. — 35) omitt. Pertz. — 36) irrefragabiliter: App., Comp. I. Aug. — 37) nec... nec... nec: Cass., Lang. — 38) non mon., non sanct.: App. — 39) in quacunque causa vel contr.: App. — in quacunque causa seu (vel: Aug.) contr.: Lips., Comp. I.

causa sive controversia, seu ⁴⁰⁾ criminali sive civili ⁴¹⁾, iusurandum compellatur qualibet ratione subire, sed aliis idoneis ⁴²⁾ defensoribus ⁴³⁾, si expedire ecclesiae suae ⁴⁴⁾ noverit ⁴⁵⁾, huiusmodi ⁴⁶⁾ officium liceat ⁴⁷⁾ delegare; "verum cum hac ⁴⁸⁾ moderatione, ut episcopus ⁴⁹⁾, inconsulto Romano Pontifice, vel quique ⁵⁰⁾ clericus inconsulto praelato suo minime iurare audeat ⁵⁰⁾. Omnibus autem episcopis, "ac tunc generaliter sacerdotibus," et ⁵¹⁾ universo clero ⁵²⁾ haec ⁵³⁾ ita custodiri debere mandamus, ut, si quis in illam ⁵⁴⁾ constitutionem commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari, "non sumentes exemplum, seu formam a nobis, quod in causa nostrorum fratrum et coepiscoporum Aretinae et Senensis ecclesiae nuper fecimus, quando eorum voluntati et postulationi annuimus."

CAP. II. 55)

In spiritualibus causis de calumnia non iuratur.

Idem Ordinatori ⁵⁶⁾ Romanae ecclesiae Subdiacono et Magistro Omnibono.

Litteras "benignitatis vestrae benigne recepinus, in quibus, utrum in causa, quae inter venerabilem fratrem nostrum G. Bononiensem episcopum, et dilectum filium nostrum Aldricum Paduanum abbatem sub vestro examine agitur, iuramentum calumniae praestari conveniat, requisistis." Sane Romana ecclesia in his casibus ⁵⁷⁾, in quibus de ecclesiis, decimis ⁵⁸⁾ et rebus spiritualibus tantum agitur, iuramentum calumniae nec dare ⁵⁹⁾, nec recipere consuevit eo ⁶⁰⁾, quod tales causae non ex legum restrictione ⁶¹⁾, sed ex ⁶²⁾ canonum aequitate finem debitum sortiuntur, canones autem iuramentum calumniae in huiusmodi causis ⁶³⁾ nulli prorsus indicunt. Unde, contentione de iuramento calumniae ⁶⁴⁾ praestando dimissa ⁶⁵⁾, ad ulteriora ⁶⁶⁾ discretio vestra ⁶⁶⁾ procedat.

CAP. III. 67)

Principalis persona non indistincte releatur ab onere iurandi de calumnia, licet comparet per oeconomum; sed sibi vel oeconomo esse defendendum, inspecta qualitate causae et personarum. H. d.

Eugenius Papa ⁶⁸⁾.

In pertractandis causis sacramentum ⁶⁹⁾ calumniae ⁷⁰⁾ non passim praecipimus exhiberi, sed "quum fieri solimus, et" causae et principalium personarum qualitate "diligenter" inspecta, quandoque per ipsas ⁷⁰⁾ principales personas, quandoque per oeconomos "sibi indultos," qui causam omnino non nesciant ⁷¹⁾, in animam ⁷²⁾ iurantiam ⁷³⁾ illud ⁷⁴⁾ praecipimus ⁷⁵⁾ praestari. "Ut igitur causa etc." ⁷⁶⁾.

CAP. IV. 77)

Universitas tenetur iurare de calumnia, nisi relevet se constituendo oeconomum.

Idem Magalonensi ⁷⁸⁾ et R. Neumausensi ⁷⁹⁾ Episcopis.

Imperatorum "saecularium leges et sanctorum Patrum ecclesiasti-

cae constitutiones viros religiosos in omnipotentis Dei servitio protegent et defendunt, et nullam eis molestiam vel perturbationem, quae sacro ordini contradicat, irrogari permittunt." Accepimus "autem," quod ⁷⁹⁾ ab abbate et fratribus Clarevallensibus ⁸⁰⁾, sicut ab aliis, exigitur ⁸¹⁾ calumniae iuramentum, "quod quidem inter fratres eiusdem ordinis inusitatum est, et" ad quod ⁸²⁾ faciendum "nos" eos cogere non "possumus nec" debemus. §. 1. Sed ne aliena iura videantur huiusmodi ⁸³⁾ occasione illicite detineri ⁸⁴⁾, et ipsi a causa sua decident, si ex parte ⁸⁵⁾ ipsorum praedictum ⁸⁶⁾ iuramentum, quum res postulaverit ⁸⁷⁾, non fuerit praestitum, eidem ⁸⁸⁾ praecipimus, ut in suo monasterio, "sicut imperiales leges consentiunt," oeconomum statuunt, qui pro eis petere et excipere, atque iuramentum de calumnia ⁸⁹⁾, quum necesse fuerit, valeat exhibere. "Ideoque ⁹⁰⁾ per praesentia scripta fraternitati vestrae mandamus, quatenus eosdem fratres, qui in ista causa sunt, sicut ratio exigit, plenius instruat, ut de cetero sua iura per hoc non possint amittere, et aliis, quantum iustitia permittit, in talibus causis debeant satisfacere." §. 2. Tu vero, frater Neumausensis ⁹¹⁾ episcopo, oeconomum ⁹²⁾ idoneum statuas, qui in tali officio conveniens ipsi monasterio videatur.

CAP. V. 93)

Clerici etiam in eorum causis iurant de calumnia, contraria consuetudine non obstante.

Lucius III. Heliensi Episcopo et Archidiacono Norvicensi. 94)

Ceterum, quia novis morbis nova convenit antidota praeparari, "volumus et" mandamus, quatenus ⁹⁵⁾ in ⁹⁶⁾ causa "fideiussionis", quae inter R. ⁹⁷⁾ clericum de sancto Albano, et I. ⁹⁸⁾ et F. ⁹⁹⁾ canonicos ¹⁰⁰⁾ Londonenses vertitur, ad veritatem elicendam appellatione cessante praestari facialis ab utraque parte calumniae iuramentum, consuetudine ¹⁰¹⁾, quae legi contraria est, non obstante. "Dat. 3) Rom. ap. S. Petr. V. Id. Dec."

CAP. VI. 4)

Procurator vel syndicus universitatis ecclesiasticae vel saecularis de calumnia iurare potest. H. d.

Innocentius III. Episcopo Placentino.

Quum causam, quae inter "venerabilem fratrem nostrum" Ravennatensem archiepiscopum et ⁵⁾ commune Faventinum super villa Luci ac quibusdam aliis vertitur, delegatis iudicibus duxerimus ⁶⁾ committendam, et iidem in negotio minime processissent, nos partibus dedimus in mandatis, ut pro ipsa causa nostro se conspectui praesentarent. Quorum procuratoribus cum instrumentis dato in nostra praesentia constitutis, "quum aliquandiu super liti contestatione, receptione quorundam testium et multis exceptionibus fuisset in nostra praesentia disputatum, nos tandem" petitionem ipsius archiepiscopi per procuratorem eius fecimus exhiberi, et ad eam partem alteram ⁷⁾ respondere, ac, interrogationibus et

Cap. I. 40) abest a C. H. L. — 41) sive civ.: omitt. Lips. — 42) sed advocatis propriis idoneis hoc off. debeant delegare: Lang. — sed suis idoneis advocatis hoc officium licet delegare: Pertz. — 43) advocatis defensoribus: C. R. 1. — 44) ecclesiis suis: ib. — 45) noverint: C. L., Coll. c. 1. — 46) huius: Cass. — 47) omitt. Comp. I. Ms. — 48) omitt. Lips. — cum hac mod. imperata: Comp. I. Ms. — 49) episcopi: Comp. I. Aug. — 49) quisquis: C. R. H. L. — quilibet: App. — quis: Cass. — quois: Comp. I. — 50) audeant: Lips. — 51) ac: App. — aut: Lips., Cass., Comp. I. — 52) omitt. Lips. — 53) abest a C. H. L., Coll. c. 1. — 54) hanc: App. — si quis in illa commiserit: C. R. H. L., Lips., Cass., Comp. I. —

Cap. II. 55) Restitutum ex App. XXIII. 2., Lips. XXXVII. 2., Cass. XLIV. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 56) Eugenius III. Arditiio (Cardinali): App. — Arditiio: Cass. Rom. eccl. subdiacono et magistro Omnibono: Coll. c. 1. — 57) in his omnibus casibus: C. L. — in his causis: Lips., Cass., Comp. I. — in quibus causis: App. — 58) de ecclesiasticis dec.: C. R. 1. — de dec. ecclesiae: Lips., Cass., Comp. I. — de dec. ecclesiarum: App. — 59) nunc dare vel: Comp. I. Aug. — non dare vel: Cass., Comp. I. Ms. — nec dare vel: Lips. — 60) Et quidem huiusmodi: App. — eo, quod huiusmodi: Lips., Cass., Comp. I. — 61) distinctione: C. H. — 62) omitt. App. — 63) in hui. c.: omitt. Coll. c. 1. — 64) abest a Lips., Cass., Comp. I. — 65) omitta: Cont. — 66) interioria: Cass. — anterioria: C. R. H. L., Lips., Comp. I. — 66) tua: App. —

Cap. III. 67) Restitutum ex App. XXIII. 3., Lips. XXXVII. 3., Cass. XLIV. 3., Comp. I. h. t. c. 3. — 68) Alex.: Lips. — Aug. Pape: C. H. — Augut. Servus Dei: Comp. I. Aug. — Eug. servus Dei: Comp. I. Ms. — Idem (i. e. Eugenius): App. — Eugenius P.: Cass. — Eugenius III. dil. fil. G. presbytero cardinali et I. Aretino episc.: Theinerus ex cod. Paris., Recherches p. 28. — 69) iuramentum: App. — 70) de calumnia: Coll. c. 1. — 70) abest a Coll. c. 1. — 71) nesciant: App. — 72) anima: Coll. c. 1. — 73) principalium personarum: App. — 74) omitt. Coll. c. 1. — 75) iuramentum: App. — mandatum: C. H. L., Lips., Cass., Comp. I. — 76) Dat. Segnae H. K. Aug.: Theiner. I. —

Cap. IV. 77) Restitutum ex App. XXIII. 4., Lips. XXXVII. 4., Cass. XLIV. 4., Comp. I. h. t. c. 4. — 78) Magdeburgen. et Vian.: C. R. 1. — Magal. Nomasen.: C. R. 2. — Magulot. et Neumau. epp.: C. L. — R. Megal. Ennasen. epp.: Comp. I. Aug. — R. Magal. et A. Nevasen. epp.: Comp. I. Ms. — R. Magalens. et A. Menausi epp.: Cass. — R. Marabeni et Anemensi epp.: App. — R. Magal. et A. Neumausensi epp.: Lips. —

Arelatensi archiep., Magalonensi et Avenionensi (quae quidem lectio non videtur probanda esse, cf. e. extr.) epp.: Theinerus ex cod. Paris., Recherches p. 46. — 79) Norman.: C. H. — 79) quod quidem casu idem de terra vestra occasione decidenturum litium, quae aliquando solent emergere, ab abb. etc.: Coll. c. 1. — 80) omitt. Comp. I. Aug. — Frachae vallis: Lips. — Frankivallis: Cass. — Francinae vallis: App. — leg. Frachae vallis: cum Comp. I. Ms. — 81) exigebant, de calumnia: App., Comp. I. — de cal. iuramentum, sicut ab al. hom. exhibetur (exigebatur: Cass.): Lips., Cass. — 82) ad id: Coll. c. 1. — 83) alieni hac occasione: App. — 84) detineri: Lips. — 85) a parte: C. R. 1. — 86) dictum: C. H. — 87) expostulaverit: Comp. I. Aug. — postulavit: Ms. — si res ita postulavit: App. — 88) eis: Coll. c. 1. — 89) calumniae: C. H. — 90) Ideoque etc.: usque ad extr. omitt. App. — 91) Venansensi: Cass. — Neumausen.: C. R. 1. — Neumausen.: C. R. 2. — Neumausen.: C. H. — Neumausen.: Comp. I. Ms. — leg.: Neumausen.: cum Comp. I. Aug. et Lips. — 92) personam idoneam, quae in tali officio conveniens videatur, ipsi monasterio oeconomum status: Lips., Cass., Comp. I.

Cap. V. 93) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 6. — Integra exst. in App. XXXIII. 5., Lips. XXXVII. 5., Cass. XLIV. 5., Comp. I. c. 4. de fideiuss. III. 18. et infra eod. tit. c. 2. (III. 22.) — 94) Verneven.: C. R. 1. — Efensi (omitt. Aug.) eod. tit. c. 2. — 94) Verneven.: C. R. 1. — Efensi (omitt. Aug.) eod. tit. c. 2. — 95) Helensium, P. C. Pervenit: Comp. I. (cf. cit. c. 4. de fid.) dil. fr. suo archiep. Wigorniensis: Cass. — G. Helensium ep. et S. archiep. Norvicensis: Lips. — 96) ut: Coll. c. 1. — 96) in causa... vertitur: omitt. App. — Lips., Cass. — 97) E.: Comp. I. Ms. — 98) Jo.: C. R. 1. L. — He.: Comp. I. Ms. — Heliam: Aug. — cf. cit. c. 4. — 99) Phy.: Comp. I. Aug. — Phi. (i. e. Philippum): Ms. — 100) clericos: Comp. I. Aug. — 1) London.: C. R. 1. — London.: C. R. 2., Comp. I. Aug. — 2) consuetudine... obstante: add. a Raym. ex c. 3. de fidei. III. 22. — 3) subscr. delim. ex Cass. I. c.

Cap. VI. 4) Comp. III. h. t. c. un. — Integra exst. infra c. 37. de testibus II. 20. restituta ex Reg. Brequi. IX. 109. et Comp. III. c. 10. de test. II. 12. ad quod cap., ne requirere variantes lectiones oporteret, lectores duximus alegandos esse. — 5) omitt. Comp. III. Aug. — 6) duximus: ead. C. R. I. — 7) add.: etc.: Comp. III. Aug., Böhm., quod omnino superfluum est.

responsionibus reductis in scriptis et lite coram nobis⁹) plenissime⁹) contestata, fecimus calumniae iuramentum ab ipsis procuratoribus¹⁰) utrinque praestari. *Quia vero etc.* [cf. c. 37. de test. II. 20.] *Dat. Ferentinii X. Kal. Jul. Ao. IX.* [1206.]

CAP. VII.

Episcopus iurat de calumnia, si per se ipsum elegit litigare, propositis tantum, non tactis evangelis. Si vero per syndicum litigat, per illum poterit iurare. H. d. — §. 1. Actor refutando iuramentum calumniae sine causa, cadere debet ab instituta actione; reus autem debet haberi pro confesso. Hoc dicit.

Gregorius IX. *Episcopo Belvacensi.* 11)

Quum in causa pecuniaria, quam inter te et R. 12) motam esse proponis, non per te, sed per 13) syndicum vel actorem elegeris litigare, per illum quidem praestandum erit calumniae iuramentum. Quod si per te ipsum, propositis tantum, sed non tactis evangelis, sicut in dicendo testimonio, a te videtur huiusmodi iuramentum exhibendum. (*Et infra:*) §. 1. Poena vero recusantis hoc iuramentum, quum praestandum fuerit, est, ut actor ab instituta cadat actione 14), reus autem haberi debeat pro confesso.

TITULUS VIII.

DE DILATIONIBUS.

CAP. I.)

Summa sic, ne videatur convenire rubricae de appellationibus: *Citatio vocatoria cum peremptorio non debet esse nimis brevis, maxime ubi de rebus ecclesiasticis agitur; nisi necessitas aliud suggerat.*

Alexander III. *Cantuariensi* 2) et *Vigoriensi Episcopis.*

Dilecti filii *nostris*, abbas et monachi 3) de H. 4) nobis insinuare curarunt 5), quod, quum 6) causam, quae vertitur inter ipsos et moniales 7) de Leden. 8), super ecclesia de Alten. 9), decano 10) et archidiacono Lincolnensibus 11) commiserimus 12) terminandam, ipsi 13) timentes, se a *praedictis* iudicibus aggravari 14), eo, quod ad primam citationem terminum 15) sibi 16) nimis brevem et peremptorium statuerunt, ad nostram audientiam duxerunt appellandum 17); *sed ipsi nihilominus praedictam ecclesiam praefatis monialibus adiudicaverunt.* Quia vero 18) non spectat ad iuris ordinem, diem peremptorium, *et* maxime, quum de rebus ecclesiasticis agitur, nisi forte necessitate urgente 19), taliter 20) maturare, *et nec etiam in eos, qui se contumaciter absentiant, sententiam taliter promulgare, nisi ut pars adversa in possessionem mittatur, ut sic taedio affecti iudicio stare cogantur, fraternitati vestrae per apostolicam scripta praecipiendo* mandamus, quatenus 21), si eisdem ita, revocato in irritum, si quid inveneritis post appellationem huiusmodi attentatum, in causa iuxta 22) priorum 23) tenorem literarum procedatis.

CAP. II. 21)

Induciae deliberatoriae denegantur reo, si per literas citatorias plene potuit instrui, et deliberare super eo, de quo quaeritur.

Coelestinus III. 25)

Praeterea *in tuo petitio* adiecisti, quod, quum causae tibi a sede apostolica delegantur 26), in literis 27) citatoriis rescriptum apostolicum inseris, ut, eo viso, deliberare valeat qui ab altero convenitur; *quumque non ad primam et secundam canonicam cita-*

tionem, sed ad tertiam peremptoriam tantummodo veniat, actore ad omnes citationes veniente, et ipse actor intentionem suam in iure proponat, reus vexationi eius intendens, tunc primo deliberatorias requirit inducias, quum actor eisdem authenticum offerat, ut conferat cum rescripto, quod in prima citatione recepit, assensens etiam, quod tam longo citationum spatio, si voluerit, plenae deliberationis tempus potuit habere. §. 1. Quia igitur 28), quid agendum sit in hoc casu, *apostolico responso* desideras edoceri, taliter tibi 29) respondemus, quod, *praedicto modo* reo ad iudicium legitime 30) convocato 31), si ex rescripto sibi transmissio plene potuit instrui super eo, de quo 32) in iudicio convenitur, induciae deliberatoriae *sibi* non sunt ulterius indulgendae, sed procedendum potius est ad examinationem causae, et finem ei debitum imponendum 33). *Dat. Lal. Ao. III.* [1193.]

CAP. III. 34)

Ex declaratione verbi generalis vel ambigui positi in libello novae induciae deliberatoriae dandae non sunt, si per expressa potuit reus deliberare super ambiguitate illa vel generalitate. H. d.

Honorius III. *Ferentino* 35) *Episcopo.*

Litterae tuae ac petitio *dilecti filii* presbyteri 36) sanctarum 37) Priscae et Aquilae de Urbe 38) nobis exhibitae continebant, *quod, quum causam, quae inter ipsum archipresbyterum ex una parte, et nobiles viros Andream Alarimum et G. ac fratres et filios eorum ex altera super quibusdam possessionibus et rebus aliis vertitur, tibi duximus committendam.* Idem presbyter contra 39) nobiles viros A. et G. libellum ecclesiae suae nomine obtulit, contententem, quod pensio de 40) *dictis* possessionibus soluta non fuerat ipsi ecclesiae, elapsis iam tribus annis et ultra. Nobilibus vero ipsi petentibus, ut explicaret 41) ipsis spatium, quod per hanc adiectionem: *et ultra, significari* 42) volebat, et ipso presbytero exprimente, quod septem annis fuerat in dictae pensionis solutione cessatum, *et* iidem *nobiles* dicentes, libellum esse 43) huiusmodi expressione mutatum, longioris ad deliberandum petierunt inducias. Quas quia denegasti eisdem, ad 44) nostram audientiam appellaverunt. Nos igitur appellationem huiusmodi frivolam reputantes, *fraternitati tuae* mandamus, quatenus 45), ea nequaquam obstante, in negotio ipso ratione praevia procedas iuxta priorum continentiam literarum.

CAP. IV.

Si citatus in causa ardua de longinquo vocatur pro publico utilitate, etiam ad locum iudicii, ita, quod infra terminum citationis deliberare, et alia sibi necessaria ad comparandum explicare non potuit, in termino respondere non cogitur, si reperitur in loco iudicii, sed habebit novae inducias. H. d. notabiliter.

Gregorius IX. *Abbati Aquae vitae Turonensis dioecesis et Archidiacono Turonensi.*

Exposuit nobis Bituricensis archiepiscopus (*Et infra:*) Burdegleni archiepiscopo dedimus in mandatis 46), ut super iure primatiae, quam in eo et in 47) provincia sua dictus Bituricensis archiepiscopus 48) se habere proponit 49), ad initium proxime praeteritae Quadragesimae, quod ei terminum peremptorium assignavimus, per se aut per 50) procuratorem idoneum se conspectui nostro praesentaret. Quumque postmodum personaliter vocatus pro ecclesiae Romanae subsidio ad nostram audientiam 51) accessisset, dictus Bituricensis archiepiscopus apud sedem apostolicam constitutus postulavit instanter, ut in eodem negotio procedere deberemus. Idem vero Burdegalensis archiepiscopus ad propria rediens consti-

Cap. VI. 8) vobis: C. H. — 9) legitime: C. R. 1. — 10) ab ips. proc.: omitt. Comp. III., Reg.

Cap. VII. 11) Belvacensis: C. L. — 12) M.: C. R. H. L. — 13) omitt. Böhm. — 14) ab instantia iudicii cadat: C. R. 1.

TIT. VIII. Cap. I. 1) Restitutum ex Lips. XL. 4., Cass. XLVI. 3., Comp. I. c. 3. de dol. II. 10. — Similia argumenti epistola, et iidem fere verbis scripta, quam tamen cavendum est ne quis eandem cum hac esse putet, exstat in App. III. 5. — 2) Carn.: C. R. 1. — Canten: C. R. 2. — Cant. et Wigor. epp.: Comp. I. M. — Cantuariensi et Wigoriensi: Cass. — Cant. archiep. et W. ep. Comp. I. Aug. — Cantuar. archiep. et Wig. ep.: Lips. — 3) et conventus monasterii de H.: C. R. 1. — 4) de N.: C. L. — sancti H.: Comp. I. Aug. — mon. H.: M. — omitt. Lips., Cass. — 5) sua insinuatione monstravit: C. R. 1. — nobis monstraverunt: Coll. citt. — 6) omitt. Lips. — 7) monachos: Cass. — 8) Leden.: C. L. — Leden.: C. H., Comp. I. — Fliscn.: Cass. — Molesce: Lips. — 9) Leden.: C. R. — Alt.: Lips., Cass., Comp. I. M. — Altin.: Aug. — 10) decano Lincolnensi (Lingon): Cass. — Lincolen.: Lips., et arch.: Coll. citt. — 11) Lundon.: C. R. 1. — Lincol.: C. R. 2. — 12) commisit: Lips. — 13) gravari: Lips., Cass. — 14) diem peremptorium sibi statuerunt, ad audientiam nostram appellaverunt: Coll. citt. — 15) omitt. C. H. — 16) duxerunt app.: C. L. — appellaverunt: C. R. 1. — 17) Nos igitur attendentes, quia: Böhm. ex Cont. — 18) ingruente: C. R. H. L., Cass., Comp. I. — 20) ita: Coll. citt. — 21) In Coll. citt. haec cap. extrema part. ita se habet: quatenus partes convocatis, et, si consiterit, quod ita sententia lata fuit, eo, quod praedictae partes venire aut iudicio stare no-

luerint, adversam partem faciat in ipsius ecclesiae possessionem induci. Postea si statim, vel infra (intra: Aug.) annum idem abbas vel (et: Cass., Comp. I. M.) fratres vobis praestiterint cautionem, quod vestro super hoc stabunt iudicio, possessionem ei (eis: Cass.) restituis. — 22) in causa etc.: C. R. — in causa... procedatis: omitt. C. H. — 23) priorum etc.: C. L.

Cap. II. 24) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 376., Comp. II. h. t. c. un. — 25) add.: P. C. Plerumque: Comp. II., cf. c. 4. de don. inter vir. et ux. IV. 20. — Abbati Viziliacensi in III. libr. Reg.: Luc. — 26) destinatum: C. R. 1. — 27) et in lit.: C. R. L. — 28) Quia igitur quid agendum sit in utroque apostolico responso desideras edoceri, in primo taliter respondemus, quod si mulier etc. (cf. cit. c. 4. de don.) In secundo vero casu dicitur, quod praedicto etc.: Luc. — 29) omitt. C. H. L., Luc., Comp. II. Aug., Ms. B. (excisum est integr. ful. ex Ms. A.) — 30) omitt. Luc., Comp. II. — 31) vocato: Comp. II. — 32) quod conveniebatur: Luc., Comp. II. — 33) imponet: Comp. II. Ms. B.

Cap. III. 34) Restitutum ex Comp. V. c. un. — 35) Ferrariensi: C. R. 1. — Florentino: C. L. — Ferentinis: Comp. V. — 36) archipresbyteri: C. R. H. L., Comp. V. — cf. tamen Cont. et Cir. ad h. l. — 37) sanctarum: C. R. 2., Comp. V. — 38) denovo: Comp. V. Cir. — denovo: Ms. — 39) contra: G.: add. a Rayn. — 40) pro: Comp. V. Cir. — 41) exemplificaret eis: C. H. — 42) significaret: ib. — 43) ecclesiae: Comp. V. — 44) omitt. C. R. H., Comp. V. — 45) abest a C. H.

Cap. IV. 46) in praecipitis: C. L. — 47) omitt. C. R. L. — 48) abest a C. R. H. — 49) proposuit: Cont., Böhm. — 50) omitt. C. H. — 51) praesentiam: C. R. H. L.

tuit pro se procuratorem in ipso negotio, qui, salvo exceptionibus sibi competentibus in respondendo et defendendo ac aliis⁵²), omnia faceret, quae in propria erat persona facturus. Petente ergo archiepiscopo supradicto, ut praefatus procurator responderet eidem, ille excipiendo proposuit, se ad hoc non teneri, quum pro alia maiori causa, pro publica scilicet utilitate, dictus Burdegalsis vocatus, pro absente reputari deherat et revocandi domum privilegium habuisset. Nondum etiam super hoc deliberaverat cum suffraganeis suis et aliis, quorum consilium tam ardua causa requirit, nec⁵³) tempus habuerat, in quo ad utrumque negotium valuerit, sicut expediret, esse paratus. Sed pars altera contra⁵⁴) respondit, quod, quum super quaestione praedicta prius fuerit⁵⁵) evocatus, nostrae intentionis non fuerat primum mandatum per posterius revocare. Temporibus quoque spatium habuerat⁵⁶) tam prolixum, ut⁵⁷) potuisset, si voluisset, super causa deliberare praedicta, sicut⁵⁸) fecerat cum quibusdam, et commode utriusque⁵⁹) negotio inuenire. (*Et infra:*) Nos igitur de consilio fratrum nostrorum usque ad proximum⁶⁰) venturum⁶¹) festum Nativitatis dominicae dilationem adhuc sibi duximus indulgendam.

TITULUS IX.

DE FERIIS.

CAP. I.

Diebus dominicis mercuri, litigari, indicari, vel iurari non debet, sed de vespera in vesperam debent celebrari.

Ex concilio apud Compendium. 1)

Omnes dies dominicos a vespera in vesperam²) cum omni veneratione³) decernimus observari⁴), et ab omni⁵) illicito opere abstinere, ut in eis mercatum⁶) minime fiat⁷), neque placitum, neque⁸) aliqua ad mortem vel ad⁹) poenam iudicetur, nec sacramenta^{9a}), nisi pro pace vel alia necessitate, praestentur.

CAP. II.¹⁰)

Festorum principium et finis feri debet secundum ipsorum magnitudinem et consuetudinem regionis. Hoc primo. In principis festis et intra Pascha et Pentecosten non fit solennis genuum flexio. Si tamen tunc clerici vel episcopi ordinantur, secundum ordinationis modum genua flectuntur. Hoc secundo. Romana ecclesiarum speciale festum de Trinitate non facit; servatur tamen de hoc cuiusque ecclesiae consuetudo.

Hoc tertio.

Alexander III.¹¹)

Quoniam in parte (*Et infra:*) "Vestram volumus prudentiam certa cognitione tenere, quoniam," Licet scriptum sit, de vespera¹²) in vesperam celebrabitur sabbata vestra, festorum tamen principium et finis iuxta eorum qualitatem et iuxta¹³) diversarum regionum consuetudinem debet attendi¹³); et, sicut magnitudo dierum exigit "celebrari, sic" prius incipere, et tardius terminari¹⁴) "vera ratione videntur." (*Et infra:*) §. 1. Diebus autem dominicis et aliis praecipuis festivitatibus, sive inter Pascha et Pentecosten¹⁴), genuum flexio nequaquam debet fieri, nisi aliquis ex devotione id¹⁵) velit facere in¹⁶) secreto. §. 2. In consecrationibus autem episcoporum et clericorum ordinationibus consecrans et consecratus¹⁷) tantum genua flectere possunt, secundum quod consecrationis modus requirit. §. 3. Praeter ea festivitas sanctae Trinitatis secundum consuetudines diversarum regionum a quibusdam consuevit in octavis Pentecostes, ab aliis in dominica prima ante Adventum Do-

mini celebrari. Ecclesia siquidem Romana in usu non habet, quod¹⁸) in aliquo tempore huiusmodi celebret¹⁹) specialiter festivitatem, quum singulis diebus, Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto²⁰) et cetera similia²⁰) dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis. "Quare tibi, frater archiepiscopo etc.

CAP. III.²¹)

Propter necessitatem alimentorum licet diebus feriatis in honorem Dei operi servili intendere, maxime circa rem tempore perituram. H. d.

Idem Triburiensi²²) Archiepiscopo.

Licet tam veteris quam novi testamenti pagina septimum diem ad humanam quietem specialiter deputaverit²³), et tam eum quam alios dies maiestati altissimae²⁴) deputatos, nec non natalitia sanctorum martyrum ecclesia decreverit²⁵) observanda²⁶), et in his ab omni²⁷) opere servili cessandum, "nos tamen, quibus ab omnium provisorie ecclesiae regimen est commissum, super his, quae necessitas extigit, Christi fidelibus tenemur commode providere, ut, si quando eos non servili operi vel actioni peccati, sed necessaria viciui et restitui quaerendo forte intendere contigerit, volumus, ut eis apostolicae sedis providentia misericordia consueta subveniat. Inde siquidem regionem vestram, quum non multis frugibus abundet, et mare, in quo populus maiorem consuevit habere sustentationem, sterilis solitio effectum fuisse multorum relationibus cognoscentes, auctoritate B. Petri et nostra²⁸) indulgemus, ut liceat parochianis vestris diebus dominicis et aliis festis, praeterquam in maioribus anni solennitatibus²⁹), si alicia²⁹) terrae se inclinaverint³⁰), eorum captioni³¹) ingruente necessitate intendere, ita "tamen," quod post factam capturam ecclesiis circumpositis et Christi³²) pauperibus congruam faciant portionem. "Si autem illi, etc."

CAP. IV.³³)

Tres septimanae, quibus canon prohibet fieri nuptias ante festum Iohannis Baptistae, non continentur festo, sed intelligitur de septimana Ascensionis cum duobus sequentibus.

Clemens III. alias Coelestinus.³⁴)

Capellanus tuus, frater episcopo, coram nobis ex parte tua proposuit, quod, quum statuta³⁵) canonica declarent nuptias tribus³⁶) septimanis³⁷) ante festum Nativitatis³⁸) B.³⁹) Iohannis Baptistae minime celebrari debere, quidam hebdomadas illas absque interpellatione³⁹) continuandas intelligunt. Alii vero inter festum et ipsas volentes facere intervallum, illud dicunt ob reverentiam festivitatis Pentecostes fuisse statutum, quae in septimanis istis⁴⁰) solet intervenire quandoque, et sic a tribus diebus rogationum ante Ascensionem Domini inchoantes⁴⁰), usque ad octavum diem post Pentecosten⁴¹), illis hebdomadis computatis, illo tantum spatio temporis celebrari nuptias non permittunt, earum celebrationem absque nullatenus inhibentes. Quia ergo⁴²) consulti fuimus, utra⁴³) istarum opinionum potior videretur, nobis et fratribus nostris apparuit, quod, licet⁴⁴) ea⁴⁵) sit Romanae ecclesiae consuetudo "a longis retro temporibus observata," ut quocumque tempore matrimonium contrahatur consensu interveniente legitimo de praesenti, quia⁴⁶) tamen a septuagesima usque ad septem dies⁴⁷) post Pentecosten celebrari nuptiae non sinuntur⁴⁸), et postea etiam⁴⁹) tribus⁵⁰) septimanis vel pluribus ante festivitatem sancti Iohannis sine differentia celebrantur⁵¹), posterior sententia meliori et subtiliori nititur⁵²) ratione, et, sive secundum canones a septua-

Cap. IV. 52) alia: C. H. — 53) nec ipse: ib. — 54) contra: C. L. — 55) fuerat: Cont., Böhm. — 56) habuit: C. H. — 57) quo: C. R. 1. — 58) sic: C. R. H. L. — 59) utriusque: Böhm. — 60) primum: C. R. — primo: C. L. — 61) futurum: C. H.

TIT. IX. Cap. I. 1) c. 37. conc. Mogunt. A. 813. (cf. Cap. Reg. Fr. V. 88.) — Reg. I. 374. Burch. II. 81. 85. Ivo Decr. IV. 16. Comp. I. h. t. c. 1. — 2) a vesp. in vesp.: omitt. Reg., Burch. c. 85. conc. — 3) add.: et observatione: Iv. — 4) observare decernimus: Reg., Burch. — decernimus observari: conc. — observare decern.: Comp. I. Aug. — observatione decernari decern.: Ms. — 5) omitt. Reg., Burch., Iv. — a servili op.: conc. — 6) mercatus: Reg., Burch., Iv., conc. — 7) sit: Burch., Iv., conc. — 8) ubi: Reg., Burch., Iv., Comp. I. Aug., conc. — 9) omitt. Iv. — 9a) nec sacramenta inrentur: Coll. cit. — omitt. conc. — add.: nisi pro pace faciendia: Burch. c. 81., Iv., Comp. I. — nisi ad pacem: Burch. c. 85.

Cap. II. 10) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 11) Tertonensis ep.: Comp. II. — Archiepiscopo cuidam hanc epistolam scriptam fuisse, ipsius eius extrema verba docent. Quum itaque Tertonensis sive Tertonensis sedes non metropolitano sed episcopali tantum iure praedita sit, rejiciendam hanc inscript. esse facile intelligitur. Ad Gallicum quendam archiep. Alexandrum rescriptis, censet Gonzalezius, ad Upsalensem Ian. a Costa, vana, ut videtur, coniectura uterque nisus. — inacr. omitt. C. R. H. L. — 12) a vesp.: C. H. — de vesp. ad vesp.: C. R. 2. L., Comp. II. — 13) considerari: Comp. II. — 14) Pentecostes: C. H. — 15) omitt. Comp. II. Ms. B. — 16) abest a Comp. II. — 17) consecrandus: Comp. II. Aug. — 18) ut: C. R. H. L., Comp. II. — 19) celebraret: C. R. 1. — 20) consimilia: C. R. L., Comp. II.

Cap. III. 21) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — 22) Triburiensi archiep. et ei. suffr.: Comp. II., omnino vitiose. — Upsalensis arch. script. fuisse (quum ne ulla quidem literarum similitas sit) temere coniecit Ianus a Costa. Nos quidem scriptum olim fuisse suspicamur: Nidr. (i. e. Nidrosiensi), ad quem archiepiscopatum (Drontheim) quae de haelecom captura in ips. ep. legitur non incommode videntur referri posse. — 23) deputavit: Comp. II. — 24) altissimi: ib. — 25) decernit: ib. — 26) observandos: Comp. II. Ms. B. — 27) add.: ut: C. H. — 28) festivitatis: Comp. II. Ms. B. — 29) allecia: Comp. II. Aug. — 30) inactagruent: C. R. 1. — 31) capt. congruenter int.: Comp. II. Aug. — capt. ingruenti int.: Ms. B. — 32) add.: fidelibus: Comp. II. Ms. B.

Cap. IV. 33) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — 34) et. Coel.: omitt. Böhm. — 35) instituta: Comp. II. Ms. A. — cf. c. 10. C. XXXIII. qu. 4. — 36) in tr.: Comp. II. Ms. B. — tibi tr.: Ms. A. — 37) hebdomadis: C. R. H. L., Comp. II. Ms. A. — hebdomadibus: Comp. II. Aug. Ms. B. — 38) abest a C. R. L. — 39) sancti: C. L., Comp. II. — 39a) int. et ipsi festo cont.: Comp. II. Ms. A. — 40) ipsius: C. R. H. L., Comp. II. Aug. Ms. B. — illis: Ms. A. — 40a) omitt. Comp. II. Ms. A. — 41) Pentecostes: C. H. L. — et per diem Pent. et illis: Comp. II. Ms. A. — 42) igitur: C. R. H. L., Comp. II. — 43) quae: C. R. 1. — quae illarum: C. R. 2. — ultra quae int. op. potior vel prior: Comp. II. Ms. A. — 44) quum: Comp. II. — 45) talis: C. R. 1. — 46) abest a Comp. II. — 47) septimum diem: Cont., Böhm., Comp. II. Ms. A. — 48) sinantur: Comp. II. Aug. Ms. A. — 49) omitt. C. R. — 50) in trib.: C. R. 2., Comp. II. Ms. A. — 51) celebrantur: Comp. II. — 52) innititur: C. L. — fovetur: Comp. II. Aug., Ms. B. — servetur: Ms. A.

gesima usque post⁵³) octavas Paschae, sive iuxta consuetudinem ecclesiae Romanae⁵⁴) usque⁵⁴) post septem dies⁵⁵) festi⁵⁶) Pentecostae⁵⁷), quod⁵⁸) caret octavis⁵⁹), nuptiae suspendantur⁶⁰), in dominica, quae sequitur, et deinceps possunt⁶¹) licite celebrari.

CAP. V.

In feriis introductis in honorem Dei et sanctorum, nisi ob necessitatem vel pietatem, iudicium exerceri non potest, etiam de consensu partium; feriis tamen introductis favore hominum partes renunciare possunt.

Gregorius IX.

Conquestus est nobis (*Et infra*) Quamvis non prorogari, sed expediti deceat quaestiones, debet tamen iudicialis strepitus diebus⁶²) conquiescere feriatis, qui ob reverentiam Dei noscuntur esse statuti, scilicet Natalis⁶³) Domini, sancti Stephani, Iohannis⁶⁴) Evangelistae, Innocentium, sancti Silvestri, Circumcisionis, Epiphaniae⁶⁵), VII.⁶⁶) diebus dominicae Passionis, Resurrectionis cum VII. sequentibus⁶⁷), Ascensionis, Pentecostae⁶⁸) cum duobus, qui sequuntur⁶⁹); Nativitatis Iohannis Baptistae, festivitatum omnium Virginis⁷⁰) gloriosae, XII. Apostolorum, et praecipue Petri et Pauli, beati Laurentii, dedicationis beati Michaelis, solennitatis omnium sanctorum, ac diebus dominicis, ceterisque solennitatibus, quas singuli episcopi in suis dioecesibus cum clero et populo duxerint sollemniter venerandas⁷¹), quibus utique sollemnibus feriis, nisi necessitas urgeat vel pietas suadeat, usque adeo convenit ab huiusmodi abstinere, ut, consentientibus etiam partibus, nec processus habitus teneat⁷²), nec sententia⁷³), quam contingit⁷⁴) diebus huiusmodi promulgari, licet diebus feriatis, qui gratia vindictiarum vel messium ob necessitates hominum indulgentur, procedi valeat, si de partium processerit voluntate.

TITULUS X.

DE ORDINE COGNITIONUM.

CAP. I.)

Contra mulierem vindicantem aliquem in maritum admittitur exceptio consanguinitatis, quae prius discutienda est, quam super matrimonio pronuncietur, et sufficit super ipso principali pronunciare. H. d.

Clemens III. Alatrino³) Episcopo.

Intelleximus, quod, quum quaedam mulier peteret quandam in virum, testes ad suae intentionis assertionem adduxit, per quos pars viri futurum sibi praeiudicium metuens, exceptionem consanguinitatis obiecit, ex qua intendit petitionem mulieris "prorsus" elidi. "Quia vero nos consulere voluisti, an prius sit de impedimento consanguinitatis agendum, quam super causa matrimonii sententia proferatur." Inquisitioni tuae taliter³) duximus respondendum, quod, quum exceptione probata quaestio principalis perimatur, ante est cognoscendum de ipsa, quam ad diffinitionis articulum procedatur. Quo facto viram ab impetitione mulieris, prout exposcit⁴) ratio iuris, absolvas.

CAP. II. 5)

Si reus contra actorem spoliatorem spoliationem opponit, aut excipiendo, et tunc prius auditur, et ea probata responderi non cogitur, sed per hoc non restituitur; aut agendo, et tunc simul utraque quaestio terminatur, et ea probata restituatur.

Innocentius III. Episcopo Narmarinensi.⁶)

Quum dilectus filius abbas de Ferentino⁷) "ad nostram praesentiam accessisset, conquerens" de nobilibus viris⁸) "O. et A. fratres ipsius et filii R." dominia de Artone⁹), "partibus in nostra praesentia constitutis, dilectum filium nostrum I. tit. S. Mariae trans

Tiberim et G. tit. S. Pudentianae presbyteros cardinales deputavimus auditores, in quorum praesentia suam abbas¹⁰) deposuerit¹⁰) quaestionem, quod "praefatis nobilibus, nulla requisitione praemissa," manu armata et cum exercitu ad castrum¹¹) monasterii "Ferentilli et Gab." venientes, in praedis animalium, "segetum combustionibus, captivibus hominum, homicidiis perpetratis" et "dammis" aliis "usque ad D. libras Lucenses praeter stragem hominum et iniurias irrogatas," damnificare dictum coenobium praesumpserunt¹²), de quibus "et aliis pariter, quae vellet proponere contra ipsos," iustitiam sibi fieri postulabat. Ei citra¹³) litis contestationem sub forma exceptionis fuit ex adverso responsum, quod, "quum abbas ipse nobilibus viris O. et R. promiserat praestito iuramento, quod eos contra omnes homines, exceptis Romano Pontifice, imperatore ac legatis ipsorum ad retinendum quod tunc habebant in castris, villis et bonis aliis, et recuperandum sine fraude ac malo ingenio, si eorum aliquid amitterent, adiuvaret," per ipsius dolum et violentiam castrum Sirati¹⁴) amiserat, quod et progenitores eorum tenuerant, et ipsi possederant in quiete, "Super quo ab ipsis saepe admonitus illud eis restituere denegavit. Quin potius cillas tres, Quadragesima scilicet, Casale et Carpium, quas pro se et parte sua dictus abbas sub securitate receperat, foedere violato in animalibus, spoliis et suppellectilibus aliis ipse cum suis fuerit depraedatus, coniugatis tractatis turpiter, mulieribus etiam acriter verberatis; etiam sacerdotem ligatis a tergo manibus ante se ducti fecit afflictum verberibus et vestibus penitus spoliatum. Homines quoque villarum recludi fecit in carcerem, ubi unum ex ipsis contigit expirare. Castro etiam, in quo dicti nobiles habitabant, ignem abbas de nocte fecit apponi, per quem in praemissis damnis et aliis multis usque centum marcas se spoliatos dicebant," sibi¹⁵) petentes prius restitui, quam petitionibus ipsis responderent, praesertim quum testes haberent praesentes, per quos intentionem suam in continentem probare volebant, "et quod restitutio ante causae ingressum deberet fieri spoliatis utriusque iuris auctoritatibus ostendere conabantur." Verum ex parte abbas fuit¹⁶) taliter replicatum, quod "libello suo secundum regulam iuris, quia dicitur¹⁶)", ut qui prior appellat prior agat, debebat primitus responderi," ab¹⁷) eo restitutio peti non poterat, qui¹⁸) non fuerat spoliator, praesertim quum dictum castrum¹⁹) ad ius et proprietatem sui monasterii pertineret, quod etiam pars adversa nullatenus denegabat. Unde et²⁰) verus dominus, ad quem ab alia re sua possessa revertitur etiam²¹) post tempora longiora, retentionis debebat²²) commodum obtinere, et iudicium restitutorium contra spoliatorem tantum competere dignoscitur²³). "Pro damnis quoque illatis restitutio postulari non poterat, sed ad ea debebat actio competens intentari; alioquin, quum et pars abbatis damna gravissima sibi quereretur illata, prius restituenda fuerant, si pro huiusmodi esset restitutio faciendi secundum tenorem regulae memoratae. Capitula quoque de restitutione faciendi locum habere in criminalibus asserbant, et quando quis ab adversario spoliatur, et super re ipsa, qua spoliatus fuerat, convenitur. Ceterum ex parte abbatis regulam introductam adversa pars in mutuis petitionibus locum habere dicebat, quum causae vicissim tractatae una postea sententia terminantur. Quumque vero pars aliqua post restitutionem vel alio modo aliquid sibi debere proponit, et altera in modum exceptionis se asserit spoliatam, nec ante restitutionem suam ullatenus responsuram, de identidem assererat antea cognoscendum." Nos autem²⁴) distinguendum esse credimus, utrum spoliationis quaestio ab eisdem²⁵) nobilibus sit obiecta in modum actionis ad restitutionem petendam, an in forma exceptionis ad intentionem adversarii repellendam; quum, ea in modum actionis proposita, intelligantur mutuae petitiones sese tanquam diversae²⁶) minime contingentes, ac per hoc iuxta regulam iuris "praemissam," qua²⁷) dicitur: "qui prior appellat prior agat," quae²⁸) prius esset proposita prius²⁹) foret tractanda,

Cap. IV. 53) ad: C. L. — 54) omitt. C. H. L. — 54*) ideoque, Comp. II. Ms. A. — 55) septimum diem: Comp. II. Cont. Böhm. — 56) abest a C. R. 1. — 57) Pentecostae: C. L. — 58) quae: C. R. 1. — Comp. II. Ms. A. — qui: C. H. L. — Comp. II. Aug., Ms. B. — 59) octavas: C. H. — 60) suspenduntur: C. R. 2. — 61) indistincte valeant celebrari: Comp. II. Aug., Ms. B. — deinde districte vul. cel.: Ms. A.

Cap. V. 62) omitt. Böhm. — 63) natale: C. R. 1. — 64) sancti Jo.: C. R. 1. per tot. — 65) Epiphaniarum: C. H. L. — et Epiphaniarum: C. R. 1. — 66) et VII.: C. L. — 67) add.: diebus: C. H. L. — 68) et Pent.: C. R. 1. — 69) subsequuntur: C. R. 1. H. L. — add.: diebus: C. R. 1. — 70) Virg. Mariae: C. R. 1. — 71) celebrandas: ib. — 72) valeat: C. H. — 73) sententiam: C. R. 1. — 74) contigerit: ib.

TIT. X. Cap. 1. 1) Restitutum ex Comp. I. h. t. e. un. — 2) Alatrino: Comp. I. — 3) abest a C. H. L., Comp. I. — 4) postit: Comp. I. Aug. — 5) Restitutum ex Reg. Bal. I. 377. — Comp. III. h. t. e. un. — 6) Narin.: C. R. 2. — Nariven.: C. L. — Marinensi: Comp. III. — Narr.: C. R. 1. — Narniensi: Reg. — 7) Ferentillo: C. R. 2. H. L., Reg. — 8) abest a C. R. 1. — 9) Arone: C. R. 1. — Aron.: Comp. III. Ms. —

Arone: C. R. 2. — Arone: C. L. — Aron.: Comp. III. Aug. — Arton.: Reg. — 10) deposuit: Comp. III. — proposuit: Reg. — 11) castra: Comp. III., Reg. — 12) praesumpserint: Böhm. — 13) eis citra: C. H. — eis circa: C. L. — Sed citra: Comp. III. Ms. — Cui citra: Comp. III., Aug., Reg. — 14) Bivati: C. R. 1. — Syracti: C. R. 2. — Siratum: C. H. — Siracti: C. L. — Sirati: Comp. III. Ms. — Samiti: Aug. — Sacrati: Reg. — 15) et ubi: Comp. III., Böhm. — 16) fuerit: C. H. — 16*) cf. fr. 19. D. de iud. — 17) nec ab eo... pot.: Comp. III., Reg. — 18) quia: Böhm. — 19) castra Sirati: Comp. III. Aug. — castrum Sirati: Ms. — castrum Sacrati: Reg. — 20) ut: C. R. 1. L., Comp. III., Reg. — abest a C. R. 2. L. — 21) et etiam: C. L. — 22) debent: C. H. — 23) dignoscatur: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 24) Quum autem ea, quae praemisimus, et alia quaedam praedicti cardines nobis et fratribus nostris fideliter retulissent, nos distinguendum esse credentes: Comp. III., Reg. — 25) eisdem: C. L. — 26) diversae petitiones se (sese): Comp. III., minime contingentes: Comp. III., Reg. — 27) qua... agat: omitt. ib. — 28) et quae: C. R. 1. — 29) prior: C. H.

quamquam in idem iudicium ambae deductae vicissimque tractatae simul essent eadem³⁰) sententia terminandae. Sed quoniam quaestio illa fuit ab eisdem nobilibus tantum in modum exceptionis obiecta, "de communi fratrum nostrorum consilio" interloquendo pronuntiavimus, ut probationes eorum super ipsa exceptione primitus audirentur³¹), et ea probata legitime abbati non cogentur respondere super petitionibus memoratis, donec restituerentur ab ipso, quum spoliatori spoliatis ante restitutionem non cogatur ultatenus respondere. §. 1. Verum³²) spoliatio in modum exceptionis tantum probata non est per³³) hoc restituito faciendae, quemadmodum, si³⁴) in modum exceptionis aliquod crimen testi obiiicitur, ut "sic" a testimonio repellatur, et si "sic" crimen contra eum civiliter probatum fuerit, non ideo sibi poena infigitur ordinaria, sed eius duntaxat testimonio non creditur, quod ea ratione contingit, quoniam in ipsum accusatio non procedit. Testes etiam, quorum testimonium reprobatum, inter³⁵) infames quasi ex falso testimonio non habentur. "Quum autem etc. Dat. Ameliae III. Non. Oct." [1198.]

CAP. III.³⁶)

Patenti hereditatem obstat exceptio antiovitatis, quae prius debet coram ecclesiastico iudice terminari. Hoc dicit secundum glossam, intelligendo, quod hic erat prius coram iudice saeculari petita hereditas, et exceptum fuit de illegitimitate.

Honorius III. Ludovico³⁷) Regi Francorum.

Tuam non credimus latere prudentiam, causam natalium "carissimae in Christo filiae nostrae illustris" reginae Cypri ad examen nostrum, utpote quae ad forum ecclesiasticum pertinet, "tam dudum" esse delatam. "Unde clarae memoriae Philippum regem Franciae patrem tuum literis nostris curavimus praemonere, ut, si forsam regina ipsa super successione comitatus Campaniae quaestionem proponeret coram eo, non audiret eandem, quousque terminata esset praedicta causa natalium, ex qua illa noscitur dependere. Licet ergo, sicut eidem patri tuo scripsimus, volumus reginam ipsam in suis iustis petitionibus exaudiri," Quia vero³⁸), aequum natalium causa terminata esset³⁹), dependentem ex illa successione causam⁴⁰) incipere nihil aliud esset quam diversis processibus intricare negotium, et confusione, quaedam iudicii ordinem perturbare⁴¹), si forte ab ipsa regina "vel nuncio eius seu quolibet alio" fueris super hoc requisitus, donec iam dicta causa natalium apostolico iudicio finem acceperit, patienter expectes. "Dat. Lat. XVII. Kal. Dec. Pont. nostr. Ao. VIII." [1224.]

CAP. IV.

Agens possessorio recuperandae non tenetur ante restitutionem suis spoliatoribus, nisi super quaestione spoliationis, respondere; potest tamen ab agendo repellere per exceptionem spoliationis. H. d.

Gregorius IX.

Super spoliatioe conventus adversus restitutionem petentem non est, nisi super quaestione spoliationis, si eum reconveniat, audiendus, quum restitutionis petitio in hoc privilegiata noscatur, ut ipsam⁴²) intentans non cogatur ante restitutionem spoliatoribus respondere, quamquam ab agendo spoliatioe ab eis in modum exceptionis proposita⁴³) repellatur.

TITULUS XI.
DE PLUS PETITIONIBUS.

CAP. UNIC.

Ponit quatuor modos plus petendi et poenas plus petentium.

Gregorius IX.

Consilium providentiae¹) dici non potest, quod pecuniam tibi debitam ante terminum ab adversario repetisti. Punitur enim importu-

nitas plus petentium, si super petitione sua duxerint in iudicio persistendum, ita²), quod, qui re petunt³) amplius sine causa, in expensis adversario condemnantur. §. 1. Qui autem plus loco, ad interesse tenentur per eo, quod utilitas admittit debitoribus, quam habent, si statuto loco solvissent. §. 2. Et vero, a quo amplius tempore⁴) petitur, induciae duplicantur, nec litem excipiet, nisi ei solvantur expensae. §. 3. Te quoque dubitare non credimus, quod causa plus petitur, quum aliquod in genere vel sub alternatione debetur, et rem in specie vel unum praeciae peti contingit. §. 4. Re autem, si X. sint⁵) debita et XX. repetantur. §. 5. Loco vero, quum quis non ubi convenit solvere, sed alibi convenitur. §. 6. Tempore quoque, quum ante diem vel conditionem petitur quod debetur.

TITULUS XII.
DE CAUSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

CAP. I.¹)

Causa possessionis et proprietatis sub eodem iudice terminari debet, nec contra absentem est pronuntiandum.

Gregorius I. Duci²) Siciliae.

Susceptis "magnitudinis vestrae epistolae contristati sumus, quod ab actoribus ecclesiae Syracusanae quasdam possessiones, quas vos tenuisse dicitis, occupatas irrationabiliter indicastis. Sed credimus, quia hoc ad fratris et coepiscopi nostri Ioannis notitiam non pervenit. Nam absolute poterat cognita veritate, si quid illi-cite factum est, emendari. Et ideo, quia" Legali provisione decretum est, tam momenti³), quam proprietatis causam sub uno eodemque iudice⁴) dehere⁵) cognosci, nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffinire, "praedicto fratri etc. Dat. Mens. Oct. Ind. II." [599.]

CAP. II.⁶)

Si actum est possessorio et petitorio, potest iudex receptis probationibus super utroque prius discutere probationes super possessorio, et illud terminare. H. d.

Coelestinus III.⁷)

Ad ultimum interrogati fuimus, si iudices deputati, ut de possessione et proprietate⁸) cognoscant⁹), gravibus partium sumptibus parcere cupientes, de utraque commixtim¹⁰) audiant¹¹) allegationes pariter et testes admittant, deinde prius audiant¹²) attestationes de possessione, et pronunciant¹³) secundum tenorem illarum¹⁴), utrum licite hoc agatur. Nos autem, quum hoc sit in iure civili expressum, quod licite possit fieri, respondemus.

CAP. III.¹³)

Si spoliatus possessorio et petitorio simul agens possessionem et spoliationem prohibet, sed non dominium seu proprietatem, obtinet in possessorio, sed succumbit in petitorio.

Innocentius III. Archiepiscopo et Canonicis Sutrinis.¹⁴)

Quum ecclesia Sutrina pastore vacaret, vos convenientes in unum, et, sicut moris est, Spiritus sancti gratia invocata, pastorem unanimiter elegistis, petentes ipsius¹⁵) electionem a sede apostolica confirmari. Verum "dilecti filii" clerici conventualium ecclesiarum civitatis eiusdem "apud nos de vobis" consequenter suam deposuere querelam, quod, quum in episcoporum electionibus "faciendis" ipsi ac praedecessores eorum¹⁶) consueverint interesse, vos eis "invidis" renitentibus et exclusis ad "faciendam" electionem procedere praesumpstis, quam ob hoc non confirmari¹⁷), sed infirmari potius postulabant. Partibus igitur¹⁸) "pro quaestione huiusmodi" apud sedem apostolicam constitutis, "dilectos filios nostros B. tit. S. Petri ad vincula, et I. tit. S. Priscaes presbyteros,

Cap. II. 30) una eademque: C. R. 1. — 31) audiuntur: C. H. — 32) Spol. tamen: Comp. III., Reg. — 33) propter: C. R. H. — 34) quum: Comp. III., Reg. — 35) omitt. Comp. III. Aug.
Cap. III. 36) Restitutum ex orig. ap. Bal. Epp. Innoc. III. App. T. II. p. 845. — Comp. V. h. t. c. 1. — 37) Lodoico illustri regi: Comp. V. Cir. — Lodonico Gastorum regi: Ms. vitiose. — 38) tamen: Comp. V., orig. — 39) sic: orig. — 40) abest a C. H. — 41) add.: mandamus, quatenus: Böh. — tuam quoque serenitatem praemonendam duximus et rogandum (rogamus): Comp. V. Cir. — et id.: Ms. vitiose) quod si requisitus, eorum precibus aures regius, donec acceperit, non inclinet: Comp. V., orig.
Cap. IV. 42) eam: C. R. 1. — 43) opposita: C. R. 1. H. L.
TIT. XI. Cap. un. 1) prudentiae: C. H. — 2) itaque: ib. — 3) repetunt: Cont., Böh. — 4) temporis: C. L. — 5) sunt: C. R. 1.
TIT. XII. Cap. I. 1) Restitutum ex Greg. I. Reg. IX. 14. Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Felici: C. H. L., Comp. I. — Felici in Sic.: Reg. —

3) tam imminenti quam principalis rei: Reg. — 4) in uno eodemque iudicio: Comp. I., Reg. — 5) omitt. Reg.
Cap. II. 6) Comp. II. h. t. c. un. — 7) Clem. III.: Comp. II. Ms. A. — add.: P. C. Bonae memoriae: Comp. II.; cf. c. 3. de confirm. II. 30., quod: Priori et capit. Dehum. Lib. III. R.: non sine mendo inscriptum est in Luceensi ap. Bal. III. 377. — 8) de propr.: Comp. II. Ms. B. — 9) agnoscent: C. L. — agnoscent, ut grav.: Comp. III. Ms. A. — 9*) mixtum: i5. — 10) audiant: C. H. L. — audire possunt: Comp. II. — 11) audiunt: Comp. II. Ms. B. — 11*) pronunciant: C. H. L. — 12) illarum liter., utr. lic. aguntur. Nos autem, quum sit: Comp. II. Ms. A.
Cap. III. 13) Restitutum ex Reg. Bal. II. 283. — Comp. III. h. t. c. 1. — 14) archiepiscopo Sutrin.: C. R. 2. — canonicis Sutrin.: C. H. — arch. et capitulo Sutracen.: C. R. 1. — archiep. et canon. Sutrin.: Comp. III. Aug. — arch. et can. Sutrin.: Ms. — 15) illius: C. L. — ipsius: Comp. III., Reg. — 16) ipsorum: C. H. — 17) confirmandum, sed infirmandum (add. spenitus): Comp. III. Ms.) potius asserebant: Comp. III., Reg. — 18) ergo: Comp. III., Reg., Cont., Böh.

et lit. S. Mariae in Cosmedin diaconum cardinales dedimus auditores, in quorum auditorum¹⁹⁾ praesentia testes utrinque producti fuerunt²⁰⁾, et eorum depositionibus publicatis, pars canonicorum per testes a se productos²¹⁾ intentionem suam, quod ad eos tantum²²⁾ spectaret electio, sufficienter dicebant²³⁾ esse probatam; parte clericorum nihilominus asserente, quod per dicta testium, quos producerant, et ipsi assertionem suam, quod electioni pontificum²⁴⁾ interesse deberent, plenius probavissent, per quae constare dicebant, eos electionibus trium episcoporum, qui ecclesiae Sutrinae ultimo et immediate praefuerant, cum canonicis cathedralis ecclesiae adfuisse, vocemque habuisse cum aliis eligendi. Nos igitur²⁵⁾, auditis allegationibus et rationibus partium et depositionibus ipsis diligenter inspectis, quoniam "liquido" deprehendimus, testes vestros in perhibendis testimoniis varios existisse, atque adversus fidem attestationis suae coram "dictis" auditoribus²⁶⁾ vacillasse, sicut ipsi nobis postea reulerunt, et quod negativam²⁷⁾ quodammodo adstruere satagebant, probare volentes, ius electionis ita "quidem" ad vos²⁸⁾ spectare, quod ad adversarios minime pertineret, per testes vero adversae partis fuit²⁹⁾ sufficienter ostensum, quod in trium episcoporum electionibus; de quibus praemissum est, clerici praesentes adfuerint³⁰⁾, et vocem habuerint eligendi, praemissam electionem factam eis contradicentibus et exclusis "de fratrum nostrorum consilio" decrevimus³¹⁾ irritandam, clericos saepe dictos³²⁾ in eam quasi possessionem, quam ante controversiam motam habuerant, reducentes. Verum quoniam in quaestione praedicta quicquid iuris utraque pars in electione habebat deductum³³⁾ in iudicium videbatur, quum iure civili sit cautum, id venire in iudicium, non solum³⁴⁾, de quo³⁵⁾ actum est, ut veniret, sed id non venire, de quo nominatum actum est, nec ex eo, quod clericus antedicti se inter eligentes Sutrinus³⁷⁾ episcopos probaverunt tertio existisse, ius eligendi propter breviteritatem temporis usque ad praescriptionem legitimam non producti sibi acquirere³⁸⁾ potuerunt, et actore non probante, qui convenitur, etsi nihil praestiterit, obtinebit, ab eorum impetitione super electionibus faciendis vos duximus absolvendos, saepedictis³⁹⁾ ecclesiarum clericis super hoc perpetuum silentium imponentes. "Nulli ergo etc. Dat. Lat. VII. Febr." [1199.]

CAP. IV.⁴⁰⁾

Idem dicit quoad intellectum, quod decretalis supra proxima.

Idem Canonicis de Bethlehem.

Quum super electione Bethlehemitanae ecclesiae⁴¹⁾ inter R. subdiaconum nostrum⁴²⁾, et P. canonicum sepulchri Dominici "super in nostra praesentia" quaestio verteretur; utroque se pro electo gerente, quum praefatus subdiaconus⁴³⁾ a "deceabili fratre nostro" patriarcha Hierosolymitano fuerit confirmatus, "alter vero favorem regum obtineret, vis dilectos filios P. Basilicae XII. Apostolorum, I. tituli S. Stephani in monte Coelso presbyteros et G. S. Mariae in porticu diaconum cardinales dedimus auditores, in quorum praesentia receptis utrinque testimoniis, et eorum depositionibus publicatis, quae hinc inde allegata fuerunt nobis et fratribus nostris reulerunt fideliter et prudenter. Nos vero tam per relationes cardinalium quam per gesta de causae meritis sufficienter instructi, communicato fratrum nostrorum consilio, "Eum⁴⁴⁾, qui⁴⁵⁾ se probaverat per saecularem potentiam spoliata, restituendum "esse" decrevimus⁴⁶⁾ iustitia mediante⁴⁷⁾. Verum quoniam tam possessorium, quam "etiam" petitorium deductum fuerat in iudicium, et tam restitutionis quam electionis⁴⁸⁾ quaestio plenius agitata⁴⁹⁾, et constitit nobis, electionem utriusque minus canonicam existisse, quum iudex, de⁵⁰⁾ qua re cognoverit⁵¹⁾, "etiam" pronunciare debeat, "iuxta canonicas sanctiones" utram-

que duximus sententialiter irritandam. "Ceterum etc. [cf. c. 2. de confess. II. 18.]"

CAP. V.⁵²⁾

Qui agit de proprietate, ante conclusionem causae possessorio adipiscenda vel recuperanda agere potest, post conclusionem vero et ante sententiam hoc non potest, nisi iuxta causam subit.

Idem Episcopo Novionensi.⁵³⁾

Pastoralis officii "debitum sollicita mente praesequeris, quum iustitiae zelo successus super dubiis iuris articulis per apostolicam sedis oraculum, a qua tuae pendet iurisdictionis auctoritas, responsa humiliter appetis et devotus exspectas, ne forte nova opinio varietatis aut iuris exceptio variata distincta non iuris effectum pariat, sed iustitiae defectum potius indicat." Sane, sicut "nobis per tuas literas" intimasti, contingit aliquando, ut, quum is, qui se asserit spoliatum, suum trahit spoliatorem in causam⁵⁴⁾, inter ipsa iuris auspicia⁵⁵⁾ requisitus, quo malit experiri iudicio, litei proprietatis ingreditur, de illata sibi violentia nullam faciens mentionem. Quum autem "adeo" fuerit in causa processum, "ut testes sint hinc inde producti," novum iudicium super possessorio nititur inchoare, "dicens, quia non videtur possessorio renunciare iudicio qui rem coeperit vindicare. Cui ex adverso resistitur, quia, dum querelam proprietatis sponte proposuit, praedictum sibi fecit in quaestione possessionis, quam secundum iuris ordinem prius proponi licuit et debuit terminari. Quid igitur in his statuendum sit, tua fraternitas requisivit. Nos autem" Consultationi tuae taliter respondemus⁵⁶⁾, quod possessorio quidem iudicio, quod de recuperanda seu adipiscenda possessione proponitur, antequam renunciatum sit, aut conclusum in proprietatis iudicio primitivo instituto, agi potest ab eo, qui rem coeperit⁵⁷⁾ vindicare, quum legali sit provisione statutum, cum, qui feudum vindicaverit⁵⁸⁾ ab eo, cum quo interdicto unde vi potuit experiri, pendente iudicio interdictum posse nihilominus intentare⁵⁹⁾, aliis possessoriis iudiciis in⁶⁰⁾ suo robore duraturis, quae vindicationem domini sui natura praecedunt. Si vero renunciatum fuerit vel⁶¹⁾ conclusum, ut iam possit causa proprietatis definitivae sententiae calculo terminari, ne lites litibus inculcentur, et⁶²⁾ via possit fraudibus aperiri, causa non decisa possessorio non erit utendum, nisi iudex, qui de causa cognoscit, hoc ipsum ex iusta causa viderit expedire, puta quum ex perspicuis iudiciis facile arguitur iniquitas invasoris, et spoliato casu⁶³⁾ seu malitia probandi dominium subtraxerit facultatem. His igitur et aliis causis inspectis, quae continent aequitatem aut iuste moverint animum iudicantis, postquam etiam conclusum fuerit, posse agi possessorio iudicio non negamus. "Dat. Lat. V. Kal. Iun." [1202.]

CAP. VI.

Si petitorio et possessorio simul est actum, una sententia terminatur, et praemittitur possessorium in terminando; sed in exsequendo praecedit petitorium.

Idem Episcopo et Officiali sancti Andreae.⁶⁴⁾

Quum dilectus⁶⁵⁾ (Et infra: [cf. c. 6. de arb. I. 43.]) Ad quartum "attem" breviter respondemus, quod, quum super possessorio et petitorio simul est actum, utrumque una sententia debet terminari. Sed licet in pronuntiatione sit possessio praemittenda, in executione tamen debet proprietatis praevaleare. "Quamvis autem etc. Dat. Lat. XIII. Kal. Apr. Ao. X." [1207.]

CAP. VII.⁶⁶⁾

Adiudicatur illi beneficium, qui probavit collatorem suum fuisse in possessione conferendi collationis tempore; per hoc tamen non prohibetur succumbens agere de proprietate iuris conferendi cum ipso collatore. Hoc vult tota littera.

Idem Veronensi⁶⁷⁾ Episcopo.

Quum olim quaestio, quae inter "dilectum filium" archidiaconum ex una parte, et archipresbyterum⁶⁸⁾ et canonicos Vincen-

Cap. III. 19) omitt. Comp. III. Reg. — 20) fuerant: Cont., Böhm. — 21) introductos: Cont., Böhm. — 22) tandem: Böhm. — 23) dicebat: C. R. I. L., Comp. III. Reg., Böhm. — 24) pontificis: C. R. I. — 25) pontificis Sutrini: C. R. 2. — 26) ergo: Comp. III. Reg. — 27) cardinalibus: ib. — 28) negationem: ib. — 29) so: ib. — add.: canonicos: C. R. I. — 29) fuerit: C. R. I. L. — 30) fuerunt et voc. habuerunt: C. H. — 31) decrevimus: C. R. H., Comp. III. — 32) suscepit: Comp. III. — 33) add.: esse: C. R. I. — 34) abest: Comp. III. et Reg. — 35) add.: nominatum: C. R. I. — 36) noscuntur: Comp. III., Reg. — 37) Sutrinus: Comp. III. — 38) add.: non, invito saepe sensu: Comp. III. Aug., Reg., Böhm. — 39) praedictis: Böhm.

Cap. IV. 40) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2., vocata in cons. coll. Rain. ap. Bal. I. 585. — 41) omitt. Comp. III., Rain. — 42) abest: Comp. III. — 43) add.: noster: C. H. — quum prius etiam: Comp. III., Rain. — 44) iam dictum subdiaconum nostrum (omitt. Aug.) qui: Comp. III., Rain. — 45) quia: C. R. 2. H. L. — 46) decrevimus: C. L. — 47) exigente vel med.: C. H. — 48) quum el.: omitt. Comp. III. Ms. — 49) actitate, constitit: Rain. — 50) de ea re, de qua: C. H. — 51) cognovit: Böhm.

Cap. V. 52) Restitutum ex Reg. Breva. V. 41. — Comp. III. h. t. c. 3.

— 53) Noll.: C. R. I. — Novionen.: Cont., Böhm. — Novionensi: C. H. — Novion.: Comp. III. Aug. — leg. Novionensi, cum Comp. III. Ms., Reg. et Cont. — sive: Novionensi cum C. L. (Noyon) — 54) causa: Comp. III. Aug. — 55) exordia: C. R. I. — 56) respondebimus: Reg. — 57) coepit: C. H. — 58) vindicavit: C. R. H., Comp. III. — 59) intentari: Comp. III., Reg. — 60) omitt. C. H., Comp. III., Reg. — 61) seu: C. H. L., Comp. III., Reg. — 62) et ne: C. H. — 63) casus: Comp. III. Aug. — 64) Cap. VI. 64) Restitutum ex Reg. Bal. X. 31. — Comp. III. h. t. c. 4. Episc. S. Andreae, abbati de Heroch, (Berth.: Ms.) S. priori, R. archidiacono et magistro L. officiali S. Andreae: Comp. III., Böhm. — inser. Reg. vid. in adn. ad c. 6. de arb. I. 43. — 65) dilecti: C. R. I.

Cap. VII. 66) Restitutum ex Comp. IV. c. 1. de off. iud. del. I. 42. — 67) Bononensi: C. H. — mancam inscriptionem esse haec Registri (add. VI. 202. ap. Breva.) verba docent: „scriptum est venerabilis fr. Veronensi S. R. E. cardinali et Feltrensi et Bellunensi episcopis, ut praedictam sententiam observari et ipsum F. fuciant archidiaconum ipsum, statulum etiam in choro archidiacono deputatum, cum omnibus aliis pertinentiis suis per censuram ecclesiasticam appellatione remota pacifice possiderent. Datum ut supra.“ — 68) archipresbyteros: Comp. IV.

tiquae⁶⁹) ecclesiae ex altera (*Et infra*) *Quum igitur archidiaconus praedictus haec curam nobis fideliter recitaret,* Quoniam per *ipsas* attestaciones nobis constitit evidenter, quod ab episcopis Vincentinis archidiaconatus ipse sine reclamacione aliqua canonico- rum duobus archidiaconis continue, qui⁷⁰) ante ipsum exstiterant, fuerat assignatus, et quia canonici praedicti iudices recusare *vel postulare rescripti copiam* minime debuerunt, quum causa praedictis iudicibus delegata fuisset de utriusque⁷¹) partis procurato- rum assensu, *et ab eisdem esset rescriptum impetratum, nec de- liberationis inducias petere, quum apud sedem apostolicam per procuratores utriusque partis lis esset contestata,* praedictum⁷²) archidiaconatum *non obstantibus huiusmodi exceptionibus* eidem⁷³) per definitivam sententiam adiudicare curavimus, canonici Vincentinis *contradictentibus eidem archidiacono, stallo etiam archidiacono deputato et albis pertinentiis suis,* perpetuum silen- tium imponentes, reservata tamen eis quaestione proprietatis super collatione archidiaconatus ipsius, si forte super hoc⁷⁴) contendere voluerint adversus episcopum Vincentinum, quum res inter alios acta non debeat eis praedictum⁷⁵) generare. *Dat. Anagninae III. Non. Ian.* [1204.]

CAP. VIII.⁷⁶)

Si petens rem ex una causa succumbit, ex alia causa petere poterit. Hoc dicit quoad litteram. Vel sic: Petenti rem iure domini possessionem probare non sufficit. Hoc dicit quoad titulum.

Honorius III. *Abbat. S. Cypriani*⁷⁷) *Torcellanae diocesis et S. Mariae novae*⁷⁸) *de Venetis.*

In causa, quae inter *venerabilem fratrem nostrum* patriarcham Grandensem⁷⁹) *et episcopum Castellanensem* ex una parte, et abbatem et conventum monasterii sancti Georgii de Venetis super subiectione ipsius monasterii ex altera vertebatur, invenimus pro eodem⁸⁰) patriarcha probatum, *quod recipiebatur in ipso monasterio processionaliter cum incenso, aqua benedicta, et icona, et quando revertebatur a gradu, pulsabantur sibi campanae, sicut in aliis ecclesiis civitatis, et* quod inter alia⁸¹) *dictus* abbas quandoque ivit ad eius⁸²) synodum, L. solidos⁸³) Venetorum ei per plures annos exsolvens. *Probatum vero pro episcopo invenimus, quod eiusdem monasterii confirmavit abbates, cui obedientiam et reverentiam impendebant. Abbates etiam eiusdem monasterii ad synodos veniebant episcopi, et idem ad exsequias invitatus recipiebatur processionaliter cum solemnitate praedicta, ac similiter invitatus in festo beati Georgii procuracionem recipiebat, ibidemque eum in barca sua in festo Purificationis B. Virginis conducebant. Quum autem primo in his possessionibus egerit patriarcha et episcopus memorati, nos eos ad possessionem vel quasi restituimus praedictorum. Verum quia hinc inde petitorio nihilominus actum fuit, et utraque pars totum ius suum videtur in iudicium deduxisse, nos, visis praedecessorum nostrarum privilegiis, monasterium ipsum de fratribus nostrorum consilio liberum esse decernimus, et immediate ad Romanam ecclesiam pertinere, illud in praemissis, et aliis, quae iurisdictionem et subiectionem respiciunt, ab impetitione dictorum patriarchae ac episcopi absentes, non obstante possessione circa praedicta probata, quum non docuerit se tanto tempore talia percipisse, quod per hoc fuerit libertatis privilegii derogatum. Reservamus tamen episcopo supradicto quae sibi circa christina, oleum sacrum, ordinationes clericorum et quaedam alia in eisdem privilegiis specialiter reservantur.* Ad haec, quum de praemissis L.

solidis, quos petiit⁸⁴) ad subiectionis iudicium, a patriarcha sit actam, per sententiam definitivam⁸⁵), quam⁸⁶) super hoc contra- riam reportavit, ei non adiuimus, si alio iure de ipsis experiri voluerit, potestatem.

TITULUS XIII.

DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

CAP. I.¹⁾

Adversus restitutionem petentem, non est audiendus reus de proprietate opponens, nisi actore consentiente.

Gregorius IX. *Episcopo Constan.*²⁾

Iacet multum³⁾ *fraternitatem vestram ad servandum sibi iustitiam Philagrii portitoris praesentium flagellum caecitatis incitet, reruntamen, quia ad restituenda quae sibi praedictaliter asserit detineri per nos vos voluit fieri promptiores, praesentia ad vos scripta praevideamus dirigenda.* Conquestus⁴⁾ est *autem* nobis⁵⁾ Philasius⁶⁾ caecus, eius⁷⁾ campum *cum vinea sua* ab ecclesiae *vestrae* hominibus irrationabiliter occupatum. Quod si ita est, quanquam ante omnem contentionem⁸⁾ possessio ei delata violenter ablata restitui, tamen, quia *communis filius* Eventus⁹⁾ diaconus ipsius¹⁰⁾ ecclesiae consentiente illo¹¹⁾ constituit¹²⁾ se legitime probaturum, dictum campum eiusdem ecclesiae iuris esse, *ideoque* veritatem inquire¹³⁾, et¹⁴⁾, si hoc probatum fuerit, huic dicendum est, ut a sua intentione discedat; alioquin *ante omnem contentionem* res ei ablata¹⁵⁾ reddatur¹⁶⁾. *Ut sua cuiusque parti integra post hoc manserit de proprietate cognitio etc. Indicat praeterea etc. [cf. c. 4. de cens. III. 39.]*

CAP. II.¹⁷⁾

Petenti restitutionem beneficii non obstat renunciatio facta post spoliacionem, quia praesumitur non spontanea. Et seriose addidi, quia praesumitur non spontanea: quoniam, etsi probaretur spontanea, deberet obstare talis exceptio vel renunciatio in beneficiis.

Alexander III. *Vigorniensis*¹⁸⁾ *Episcopo.*

Sollicite cures *et diligenter* perquirere¹⁹⁾, quo tempore H. renunciavit²⁰⁾ ecclesiae, et, si tibi²¹⁾ constiterit, eum²²⁾ *esse* spoliatum, quum²³⁾ eidem ecclesiae renunciavit, *si hac vice tantum renunciavit, aut si pluribus vicibus renunciavit ecclesiae praescriptae, dummodo spoliatus renunciavit,* contra eum testes alterius partis de iuramento et²⁴⁾ renunciacione sponte²⁵⁾ facta, antequam restitutus fuerit²⁶⁾, non²⁷⁾ admittas, quia non est verisimile, quod sponte iuri suo renunciaverit qui renunciavit²⁸⁾ spoliatus. Sed testes²⁹⁾ eiusdem H., quibus³⁰⁾ intendit se probare, quod violenter praedicta ecclesia fuerit³¹⁾ spoliatus, dummodo idonei sunt³²⁾, recipere³³⁾ non postponas³⁴⁾.

CAP. III.³⁵⁾

Petens restitutionem beneficii non auditur, etiamsi spoliacionem probat, si probatur, eum sponte illud beneficium prius resignasse.

Idem.³⁶⁾

Accepta quaestione³⁷⁾ P. clerici, quod³⁷⁾ violenter fuerat³⁸⁾ ecclesia *de Procebrant*³⁹⁾ spoliatus, vobis⁴⁰⁾ *per apostolica scripta, si bene meminimus, praecipiendo* dedimus in mandatis, ut,

Cap. VII. 69) *Vulcentinae*: Comp. IV. Ms. A. — *Vincentinae*: Ms. B. — *Vicentinae*: C. L. — 70) *antequam praefato archid. fuerat*: Comp. IV. — 71) *utriusque procuratoris*: Comp. IV. Ms. A. — 72) *ipsum*: C. R. 1. — 73) *praedicto filio archidiacono*: Comp. IV. — 74) *haec*: Comp. IV. Ms. A. — 75) *iudicium*: ib.

Cap. VIII. 76) *Restitutum ex Comp. V. h. t. c. un.* — 77) *Abb. S. Cypriani Torcell. dioc. et S. Mariae novae de Venetis et S. Mariae Anagn. Pap. (Avan. Padvanae: Ms.) prioribus*: Comp. V., Böhm. — 78) *abest a C. H.* — 79) *Graden.*: Cir. — 80) *abest a Comp. V.* — 81) *inter al.*: omitt. ead. — 82) *patriarchae*: ead. — 83) *solidor. Ven. minorum*: Comp. V. Cir. — *solidor. Ven. minorum*: Ms. — 84) *quos pet.*: omitt. Comp. V. — 85) *abest a C. R. H. L.*, Comp. V. — 86) *sententiam huiusmodi ei non*: Comp. V.

TIT. XIII. Cap. I. 1) *Restitutum ex Greg. I. Reg. X. 126. (A. 800.)* — Comp. I. h. t. c. 7. — 2) *numerum* omitt. C. H. L. — *Greg. IX. (add. S.: Böhm.) ep. Constantinop.*: Cont. Böhm. — *Greg. Constantino* (Constant.: Ms.) *ep.*: Comp. I. — *Constantio ep. Mediolanensi*: Reg. — 3) *multam*: G. H. — 4) *questus*: Comp. I., Reg. — 5) omitt. ib. — 6) *Philasius*: C. H. — *Philasius*: Comp. I. — *Phil. caec.*: omitt. Reg. — 7) omitt. Comp. I., Reg. — 8) *ante iudicium*: ib. — 9) *Eventus*: Reg. — 10) *diac. ecter*: Comp. I., Reg. — 11) *praedicto caeco*: Comp. I. — *praefato latore*: Reg. — 12) *const.* per quinque testes partem ecclesiae vestrae satisficere posse, eiusdem ecclesiae illum iuris esse: Comp. I., Reg. — 13) *inquirere*: C. L. — *id. fraternitatem vestra praedictum Philagrii contra iustitiam laborare non facit, sed motus, quibus potuerit, veritatem diligenter inquirat. Et si manifeste, sicut hic constituit, probari potuerit vestri iuris esse, huic propter Deum citius satisfaciendum est, ut a sua intentione*

sine labore discedat. Alioquin ante omnem contentionem res eius culta vestra provisione reddatur, ut sua cuiusque etc.: Reg. — 14) *si manifeste, sicut hic asserit* (stetit: Ms.), *probari potuerit vestri iuris esse, huic*: Comp. I. — 15) *culta*: ib. — 16) *restituatur*: C. R. 1. — *restituatur vel redd.*: C. H.

Cap. II. 17) *Restitutum ex App. XXII. 1., Lips. XXXIX. 1., Cass. XLV. 1., Comp. I. h. t. c. 1.* — 18) *Fig. ep.*: omitt. Comp. I. Ms. — *Figor.*: Aug. — *Wing.*: Lips. — *Wigorn.*: App., Cass. — add.: *P. C. Sicut ex literis*: Lips., cf. App. XLI. 5. — 19) omitt. App., Comp. I. — *investigare*: Lips., Cass. — 20) *renunciaverit*: C. H. — 21) *abest a C. R. L.*, Lips. — *vobis*: App. Cass., Comp. I. Ms. — 22) *ipsum*: App. — 23) *quando*: Comp. I. Aug. — 24) *et de*: App. — 25) *spontanea*: Cass. — *spontanea*: App., Lips., Comp. I. — 26) *ant. rest. fuer.*: omitt. Coll. citt. — 27) *nulatenus*: ead. — 28) *renunciavit*: App. — add.: *iam*: Comp. I. — 29) *testes H.*: App., Comp. I. — *testes hos*: Cass. — *testes Hii.*: Lips. — 30) *quibus intendit* (intendebat: Cass.) *posse probare*: Lips., Cass. — *qui pro se intendunt posse prob.*: App. — 31) *fuit*: App. — 32) *sunt*: ead. — *fuerit*: Lips., Cass. — 33) *accipere*: App. — 34) *minime differens*: Coll. citt.

Cap. III. 35) *Restitutum ex App. XXII. 2., Lips. XXXIX. 2., Cass. XLV. 2., Comp. I. h. t. c. 2.* — 36) *decano Lincolnensi et ab. de Isona*: App. — legend. tamen omnino est: *Ricivallis*, cum App. XLII. 3., ubi prior capitis particula refertur. — 37) *quaestione*: Cass., Cont. Böhm. — 38) *qui*: C. H. — 39) *fuerit*: C. R. 1., Cass. — *fuisse*: App., Lips., Comp. I. Aug. — 39) ita Comp. I. et App. parte XLII. — *Præcedebat*: Cass. — *Spolietur*: App. parte XLII. — *Por dhant*: Lips. per compend. — 40) *directiioni* *trale*: App. p. XXII. — *diacr. vestrae*: Lips., Cass., Comp. I., App. p. XLII.

si hoc constaret⁴¹), eam sibi "auctoritate nostra" restitui faceretis⁴²). Quo cognito⁴³) responsum est, "sicut nobis dicitur," ab adversario, id⁴⁴) non debere proficere⁴⁵) eo, quod spontanea voluntate coram Eboracensi archiepiscopo apostolicae sedis legato⁴⁶) praescriptam ecclesiam abiurasset. "Quia vero non scripsimus idiotis, sed discretis personis, et nostrum est discernere, quid ratio dicet, discretioni vestrae praesentium auctoritate" Mandamus⁴⁷), quatenus "rei veritatem diligenter et subtiliter inquiratis, et," si vobis constiterit, quod praefatus P. nullo metu vel vi coactus, sed spontanea⁴⁸) praelibatam ecclesiam taliter⁴⁹) abiuraverit⁵⁰), ei "omni occasione et appellatione remota" super hoc perpetuum silentium imponatis.

CAP. IV.⁵¹)

In interdicto de retinenda succumbit reus, ipsius abiuratione probata.
H. d. quoad titulum.

Idem Wigorensi Episcopo et Heliensi Archidiacono.⁵²)

Audita querela "dilecti filii nostri" T. clerici "carissimi in Christo filii nostri illustris Scotorum regis," quod H. persona ecclesiae de Sander⁵³), ipsum super ecclesia sua⁵⁴) de Pelen.⁵⁵) indebit molestaret⁵⁶), "quam liberam tunc et vacantem ad repraesentationem eiusdem regis praedictus T. fuerat adeptus, licet idem H. sponte iurasse dicatur, quod super ecclesia de Porten.⁵⁷) praefato T. nullam quaestionem moveret, venerabili fratri nostro" Londnensi⁵⁸) episcopo, et tibi, filii archidiacone⁵⁹), dedimus in mandata, ut, "veritate rei plenius inquirita," si vobis constaret⁶⁰), quod praedictus H. alterius ecclesiae personatum haberet, vel iuramento spontanea⁶¹) praestito firmaverit, se memorato T. super eadem ecclesia⁶²) quaestionem de cetero non moturum, "ei exinde appellatione remota perpetuum silentium imponatis, et" ab eius molestia super hoc compesceretis⁶³) eundem. "Postmodum vero nuncius praefati H. ad praesentiam nostram accedens constanti nobis assertionem proposuit, quod per violentiam idem H. eadem ecclesia fuerit spoliatus, et ideo ad vos nostras literas impetravit, ut, si constaret vobis veritate cognita, ipsum H. spoliatum esse, quum eidem renunciavit ecclesiae, contra eum testes alterius partis de iuramento et renunciatione spontanea facta nullatenus reciperetis, sed potius testes ipsius H., quibus intendebat posse probare, quod violenter praedicta ecclesia spoliatus fuerit, dummodo essent idonei, non differretis recipere, et secundum eorum depositiones et rationes et allegationes hinc inde productas in causa ipsa appellationis obstaculo remoto quod iustum esset indicaretis, non obstantibus literis nostris, si quae aliae ab alterutra parte impetratae fuissent, aut forma, quam expressimus in aliis literis super hoc impetratis. Addidimus insuper, quod, si in causa ipsa aliquid esset immutatum, postquam nuncius praedicti Henrici iter arripuit ad nostram praesentiam veniendi, totam causam ante ingressum principalis causae contradictione et appellatione cessante in eum statim reduceretis, in quo fuisse dignoscitur, quum nuncius ipsius H. est iter ipsum aggressus, nisi forte interim idem H. cum altera parte spontanea voluntate posset super ecclesia ipsa convenire. Nunc autem ex literis praedicti episcopi et tuis, filii archidiacone, nobis innotuit, quod vos priorum literarum te-

norem, sicut debuistis; secuti, partes debita solemnitate citastis." Quum vero⁶⁴) "post plures citationes die tandem peremptoria constituto, de iam dicti H. contumacia legitima probatione," vobis plenius constitisset, "idonearum personarum testimonio cognoscentes, saepe" dictum H. non solum⁶⁵) ecclesiae alterius personatum habere, sed etiam⁶⁶) spontanea voluntate ecclesiam de Pelen.⁶⁷) "in faciem ecclesiae" in perpetuum abiurasse, prohibuistis⁶⁸) eidem, ne dictum T. super hoc de cetero molestaret. Licet autem nuncius eiusdem H. posteriores⁶⁹) literas, "sicut diximus," impetraverit⁷⁰), formam aliam continentes, quod⁷¹), non obstantibus literis a parte altera impetratis, revocari deberet, si quid immutatum esset⁷²) in causa, postquam idem nuncius iter ad nos arripuerit⁷³) veniendi, quia tamen non intelleximus, nec intelligi debuit⁷⁴), ut revocaretur "in irritum" quod per⁷⁵) vos factum esset auctoritate literarum nostrarum, sed si quid praesumptione⁷⁶) vel violentia immutatum esset⁷⁷), "discretioni vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus⁷⁸) sententiam, quam protulistis⁷⁹) ante posteriorum literarum receptionem⁸⁰), occasione ipsarum⁸¹) nullatenus revocare tentetis, et, si contra sententiam ipsam aliquid statuistis, studeatis id, sublati appellationis obstaculo, revocare, "et praefatum H. contra eandem sententiam nullatenus venire permittatis, sed potius sententiam contradictione et appellatione postposita faciatis auctoritate nostra inviolabiliter observari." Si vero post receptionem sequentium literarum sententia lata⁸²) fuerit⁸³), ea "sententia" non obstante "in causa" iuxta tenorem "literarum" ipsarum⁸⁴) appellatione postposita procedatis, "dummodo praefatus H. per violentiam spoliatus fuerit, et spoliatus illud praestiterit iuramentum."

CAP. V.⁸⁵)

Petenti restitutionem beneficii questio institutionis non canonice referri non potest.

Idem Brixiansi Episcopo.⁸⁶)

In literis tuis⁸⁷) (Et infra: [cf. c. 9. de off. ind. del. l. 29.]) Super illa quaestione, videlicet quum quis⁸⁸) dicit, se de possessione violenter eiectionem "esse," et adversarius dicit⁸⁹), eum non fuisse canonice institutum, respondemus⁹⁰), prius de violenta eiectione, quam de canonica institutione agi debere, quia praedo etiam est secundum rigorem iuris restituendus. "Item quum etc. [cf. cap. seq.]"

CAP. VI.⁹¹)

Non obstat exceptio criminis agenti interdicto unde vi, vel quod vi aut clam.

Idem Exoniensi Episcopo.⁹²)

Item⁹³) quum quis⁹⁴) dicit, se de possessione violenter⁹⁵) eiectionem, vel adversarium clam possessionem intrasse, et adversarius ei criminis obicit⁹⁶), ut eum "ratione criminis" a sua intentione repellat, non occurrit "quidem" nobis, quod illius obiectio admitti debeat, vel principalis causae propter hoc executio retardari. quoniam⁹⁷) criminaliter adversus eum ante restitutionem⁹⁸) agere non potest, quum⁹⁹) praesumatur eius¹⁰⁰) existere inimicus.

Cap. III. 41) si per officiales venerabilis fratris nostri Eboracensis archiepiscopi, A. S. L., ex concessione ipsius (illius: Cass.) in eadem ecclesia introductus (institutus: App. p. XLII.) fuisset, et inde per violentiam eiectionis (exire coactus: App. p. XXII.): App., Lips., Cass., Comp. I. — 42) faciatis: App. p. XXII., Cass. — 43) quibus cognitis: Coll. citt. — 44) ista omnia: ead. — 45) ei prof.: C. R. I. — 46) in praesentia (praesentium: Cass.) praefati archiep.: ead. — 47) iniungimus, ut: ead. — 48) sponte: C. R. I. — spontaneus: Cass. — 49) omitt. Coll. citt. — 50) abiuravit: App. — abrenunciaverit: Cass.

Cap. IV. 51) Restitutum ex App. XXII. M. Lips. XLIX. 4., Cass. XLV. 4., Comp. I. h. t. c. 4. — 52) Wigorensi ep. et R. (omitt. App.) Eliensi (Heliensi: App. omitt. Lips.) archidiacone: Coll. citt. — 53) Sander: C. H. — Sander: Comp. I. Ms. — Sandera: Aug. — Sandera: App. — Sandala: Cass. — Sandala: Lips. (vid. leg.: Sanday). — 54) omitt. Coll. citt. — 55) Pelen: C. R. I. — Peteren: C. R. 2. L. — Peteren: C. H. — Peteren: Comp. I. Ms. — Positione: Aug. — Pone: Cass. — Portun: Lips. — Porten: App. (vid. leg. Portoun). — 56) molestavit: App. — molestare praesumit: Comp. I. — 57) cf. not. 55. — 58) Lyndon: Lips. — London: C. R. L., Cass. Comp. I. — 59) archidiacono: Ed. Rom. oper. mend. — 60) constitit: Comp. I. — 61) spontaneo: Lips., Cass. — 62) causa: C. R. 2. L., Comp. I. — 63) compescatis: C. R. I. H. — ab eius impetitione eundem T. absolvere minime differatis: Coll. citt. — 64) et quum: App., Lips., Comp. I. — ut quum: Cass. — 65) non sol.: omitt. Coll. citt. — 66) et spont.: ead. — 67) dispositioni: Cass. — depositione: Comp. I. Ms. — Piton: Aug. — cf. not. 55. — 68) ei super eadem ecclesia perpetuum imposuit silentium, et ab eius impetitione praenominatum T. penitus aboluit: Coll. citt. — 69) alius: ead. — 70) impetravit: App., Cass., Comp. I. Aug. — 71) et quod: App., Cass. — seq.: non... impetr.

add. a Raym. — 72) fuisset: App. — 73) arripuit: C. L., App., Cass. — 74) debuerit: Cass. — volumus: App. — 75) per indices delegatos fact. esset (est: Aug.): Coll. citt. — 76) ex praes.: C. R. I. — add.: vel immutatione: Cass. — 77) est: C. R. I., App., Lips., Comp. I. — 78) quatenus, si ante receptionem literarum ipsarum (nostrarum: App., Lips., Cass. — illarum: Comp. I. Ms.), quas nuncius praefati H. super ipsa causa (omitt. Cass.) ad vos impetravit (impetraverit: Lips.), memoratus episcopus, et tu, filii archidiacone, super iam dicta ecclesia sententiam protulistis, eam contrad. et appellatione remota (cessante: App., Comp. I. Ms.) ratam habeatis et firmam, nec eam obtento posteriorum literarum revocare tentetis, ita quidem, quod, si contra sententiam ipsam aliquid statuistis, id sublati app. remedio revocetis: Coll. citt. — 79) tulistis: C. R. I. — 80) eorum: C. H. — add.: literarum: C. R. 2. — 81) susceptionem: Coll. citt. — 82) data: Cass. — 83) fuit: C. H. L. — 84) ips. secundarum: C. R. I.

Cap. V. 85) Restitutum ex App. XXII. 5., Lips. XXXIX. 10., Cass. XLV. 6., Comp. I. h. t. c. 5. — 86) Meldensi ep.: Lips. — Brixien.: C. L. — Brixiansi ep.: Comp. I. — Lerov. ep.: App. — Eron. ep.: Cass., quod placet., cf. c. 9. de off. del. l. 29. — add.: P. C. In literis: Coll. citt., cf. c. 9. cit. — 87) abest a C. R. H. L., Coll. citt. — 88) aliquis: C. R. 2. — 89) obicit: Lips. — 90) huiusmodi tibi (omitt. Cass.) damus resp. Coll. citt.

Cap. VI. 91) Restitutum ex App. XXII. 6., Lips. XXXIX. 11., Cass. XLV. 7., Comp. I. h. t. c. 6. — 92) Id. eadem in eadem: App., Lips., Cass. — Exoniensi (Eron.: Ms.) ep. P. C. In literis: Comp. I., Höhm. — 93) abest a Cass. — 94) aliquis: App. — 95) omitt. App., Lips., Comp. I. — seq.: eiectionem... poss.: omitt. Lips. — 96) obicit: App. — 97) quia: Cass. — 98) ante rest.: omitt. Coll. citt. — 99) quum ipsum constat eius inimicum existere (consistere: Cass.): Coll. citt. — 100) ei: C. H.

CAP. VII.¹⁾

Spoliatus etiam a iudice, iuris ordine praetermisso, ante omnia restituitur.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.²⁾

Conquerente nobis R.³⁾ clerico "latore praesentium" accepimus, quod, "quum vacaret scholasticis disciplinis," ipsum "non citatum" ecclesia de Werfort⁴⁾ sine iudicio spoliasti. Quia vero iam⁵⁾ non decet honestatem tuam clericos tuae iurisdictionis sine manifesta causa et rationabili suis beneficiis spoliare, quibus teneris paternam⁶⁾ provisione consulere, "fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, si est ita, praedicto⁷⁾, clerico praefatam ecclesiam cum reductibus inde perceptis restituas, et in pace⁸⁾ eam possidere permittas. Restitutione autem facta, si quid "exinde" adversus eum super praescripta⁹⁾ ecclesia proponere volueris¹⁰⁾, coram "venerabili fratre nostro" Exoniensi¹¹⁾ episcopo delegato a nobis¹²⁾ per te vel per sufficientem responsalem tuum cum eodem R. ordine iudicario poteris experiri¹³⁾, "et quod ipse exinde statuerit suscipias firmiter et observes, etc."

CAP. VIII.¹⁴⁾

Restituitur coniunx viro probanti desponsationem et copulam, et de ipsius impunitate caventi; nisi magna sit viri suavia.

Idem.¹⁵⁾

Ex transmissa nobis (Et infra:) "Quia nobis de veritate liquere non potuit, causam experientiae vestrae duximus committendam; fraternitati vestrae per apostolica scripta" Mandamus, quatenus, si vobis consiterit, quod praefata mulier praedicto militi legitime desponsata fuisset¹⁶⁾, et ab eo cognita, ipsam ei restitui faciat, recepta tamen¹⁷⁾ sufficienti cautione, quod illi¹⁸⁾ non debeat aliquid¹⁹⁾ malum inferre. Si autem capitali odio ita mulierem vir persequitur²⁰⁾, quod merito de ipso diffidat²¹⁾ "et eum habeat suspectum", alicui probae et²²⁾ honestae mulieri usque ad causae decisionem²³⁾ custodienda studiosius²⁴⁾ committatur in loco, ubi vir vel parentes eius mulieri²⁵⁾ nullam possint violentiam inferre.

CAP. IX.²⁶⁾

Per solutionem pensionis rei donatae, factam donatario cum auctoritate donatoris, acquiritur illi donatario rei donatae possessio, adeo, quod, si ubi illa expellitur, per interdictum recuperandae agere poterit.

Idem.²⁶⁾

Quum venisset ad nos "dilectus filius noster" G.²⁷⁾ canonicus sanctae Trinitatis de Hasul.²⁷⁾ a suo priore et capitulo destinatus, in audientia nostra proposuit, quod, quum "venerabilis frater noster" Eboracensis archiepiscopus ecclesiam de N. eis concessisset, et per scriptum proprium²⁸⁾ confirmasset, ita, quod post decessum G. "de Pontino" clerici, qui praefatam ecclesiam tunc "temporis" tenebat, usibus eorum²⁹⁾ omnibus modis proficeret, et interim "de" auctoritate ipsius archiepiscopi³⁰⁾ idem G. ipsis canonicis annum solveret pensionem, "nos postmodum eandem concessionem, scripto ipsius archiepiscopi diligenter inspecto, auctoritate apostolica duximus confirmandam. Mortuo autem praefato clerico iam dicti canonici, licet per ipsum archiepiscopum non fuisset in praedictae ecclesiae possessionem inducti, tamen de concessionem et confirmationem nostram plurimum confidentes, ecclesiam ipsam, ne a

quodam clerico turbaretur, qui eos super eadem ecclesia nitobatur fatigare, sunt ingressi, et tam contra ipsum archiepiscopum, a quo gravari timebant, quam praefatum clericum ad nostram audientiam appellaverunt. Ipsi vero per duos de fratribus suis appellationem factam prosequentibus, saepe dictus archiepiscopus bladam et omnia bona ecclesiae, quae praefatus G. clericus suus moriens ibidem reliquit, fecit, quod vix credere possumus, invitis praedictis canonicis asportari. (Et infra:) Magister M. et A. clerici et nuntii eiusdem archiepiscopi, qui praesentes aderant, ipsum super his constanter excusaverunt, et adiecerunt, archiepiscopo iam praedicto per praefatos canonicos gravem iniuriam irrogatam, quia, et si ab ipso literas concessionis habuissent, ipsius postmodum auctoritate contempta, per se ipsos ingredi in possessionem non deberent. Nos itaque Respondemus³¹⁾, quod, si praefati canonici de praedicta ecclesia³²⁾ auctoritatem eiusdem³³⁾ archiepiscopi vivente clerico perceperunt annum pensionem, eo mortuo, quamvis auctoritatem³⁴⁾ eiusdem archiepiscopi non quaesierunt³⁵⁾, vitiose tamen non sunt possessionem ingressi, quum, sicut "in saecularium legibus principum" cautum est, is possideat, cuius nomine possidetur. "Causam ipsam vobis, etc."

CAP. X.³⁶⁾

Si, actore agente petitorio, reus super eadem re deducit possessorium, proceditur in solo possessorio, suspensio petitorio.

Lucius III. G. Archidiacono³⁷⁾ et I. Archipresbytero Turonensibus.³⁸⁾

Ex conquisitione B.³⁹⁾ mulieris ad nos⁴⁰⁾ noveritis pervenisse, quod, quum C.⁴¹⁾ miles eam sibi matrimonio copulasset, et⁴²⁾ maritali affectione pertractans ex ipsa⁴³⁾ filiam suscepisset, sine iudicio ecclesiae "postmodum" a se removit eandem⁴⁴⁾, et de accusando super consanguinitate matrimonio, remoto appellationis obstaculo, literas ad iudices⁴⁵⁾ impetravit. Quum autem prius, quam a "delegatis" iudicibus mulier citaretur, per dioecesanum episcopum virum sibi restitui petiisset, et ob hoc "ipsa" ad nos proprium nuntium destinasset, demum⁴⁶⁾ coram praefatis iudicibus constituta, modo per se, modo per procuratorem, ante ipsius causae ingressum et post⁴⁷⁾ virum sibi restitui postulabat. Iudices vero restitutione "penitus" negata⁴⁸⁾, quod fieri non⁴⁹⁾ debuit, in principali⁵⁰⁾ procedere voluerunt, unde ipsa "a tali gravamine ad" nostram audientiam appellavit⁵¹⁾. "Quia ergo iniuste gravatis apostolicum debemus patrocinium impertiri, discretioni vestrae per apostolica scripta praecipiendo" Mandamus, quatenus, si est ita⁵²⁾, "memoratae" mulieri "omni contradictione et appellatione cessante" virum "suum" restitui faciat, quae⁵³⁾ post appellationem ipsius⁵⁴⁾ acta sunt in irritum revocantes, postmodum⁵⁵⁾ super matrimonio causam audiat "attentius," et fine canonico terminet. "Datum Veronae⁵⁶⁾ XII. Kal. Nov."

CAP. XI.⁵⁷⁾

Violentus rem cum fructibus, etiam qui percipi potuissent, restituere, damna resarcire, et de iniuriis satisfacere compellitur.

Coelestinus III.⁵⁸⁾

Gravis ad nos querela⁵⁹⁾ (Et infra:) "Ideoque fraternitati vestrae per apostolica scripta" Mandamus "firmiterque praecipimus," quatenus, "partibus convocatis," si vobis consiterit de praemissis, praedictum archidiaconum⁶⁰⁾ ablata praenominati monasterii fratribus cum integritate restituere, "et" damna plenarie resarcire,

Cap. VII. 1) Restitutum ex Lips. XXXIX. 6. Comp. II. h. t. c. 1. — 2) Wintoniensi ep.: Lips. — 3) Renaldi: Cont. Böhm. — I.: Lips. — 4) Nefort: C. R. 1. — Wefort: Böhm. — Dorefort: C. R. 2. — Dumolin: Comp. II. Ms. A. — Dursfort: Comp. II. Ms. B. — Durefort: Aug. — de Et. et de Ste.: Lips. — 5) s'hest a Lips. — 6) tua pat.: C. R. 1. — pat. sollicitudine: Comp. II. Ms. A. — 7) eidem clerico praescriptum: eccel.: Lips. — 8) et in pace dimittis: ead. — 9) praedicta: C. R. 1. — 10) voluisti: Comp. II. Aug. — 11) Exoniens: ead. — 12) del. a nob.: omitt. Lips., Comp. II. — 13) experiaris: ead.

Cap. VIII. 14) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — 15) Abiensi ep.: Comp. II. Ms. B. — Abiensi et Belouicensi epp.: Comp. II. Aug. — Abianen. et Jenuaten. epp.: Comp. II. Ms. A. — leg. vid. cum Böhm.: Ambianensi et Heloaceni epp. — 16) omitt. Comp. II. Ms. B. — 17) omitt. Comp. II. — 18) ei: C. H. — 19) omitt. Comp. II. — 20) prosequitur: C. H., Comp. II. — 21) diffidebat: Comp. II. Ms. A. — 22) propinque et hon. personae mulier: ib. — 23) cognitionem: Comp. II. Ms. B. — cognitionem seu decisionem: Aug. — 24) studiosiusque comm. loco: Comp. II. Ms. A. — 25) aut mulieris nullam possint violentiam exercere: Comp. II.

Cap. IX. 26) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — 26*) Exon. ep. et abb. de Ford.: Comp. II. Ms. A. — Heford.: Ms. B. — Reforden.: Aug. — 27) H.: Cont. Böhm. — S.: Aug. — adl. clericus et: C. R. 1. — 27*) Yarell.: C. R. 2. — Barell.: C. L. — Barell.: C. R. 1. — Barell.: C. H. — Barle: Comp. II. Ms. B. — Borle.: Ms. A. — Barlen.: Aug. — 28) proprio scripto: Comp. II. Ms. A. — et . . . conf. . . omitt. Ms. B. et Aug. — 29) horum: C. H. L., Comp. II. Ms. B. — 29) archidiaconi: Comp. II. Ms. B. — arch. . . . can.: omitt. Comp. II. Ms. A., quae in seq.

pro archiepiscopo constanter ponit archidiaconum. — 31) attendentes: Comp. II. — 32) praedicta eccel.: C. L. — pro dicta eccel.: C. R. — pro iam dicta eccel. de auctor. ipsius archiep. (omitt. Comp. II. Ms. A.): Comp. II.; in Ms. B. hic locus omnino corruptus est; exciderunt enim verba; non deberent . . . pensionem. — 32) omitt. C. R. H. — 34) auctoritate: Comp. II. Aug., Ms. B., Cont., Böhm. — 35) quaesierint: C. R. H.

Cap. X. 36) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 8. — 37) G. archidiacono, I. archipresbytero Turonen. et Alcapicerio (Alcu: Ms.) canonico (in Ms. add.: Me., i. e.: Metensi): Comp. I. — 38) Turden.: C. R. 1. — 39) Burg.: Comp. I. — 40) nostram nov. audientiam: ead. — 41) F.: C. R. 2. — E.: C. R. 1. H. — Elbo: Comp. I. Ms. — Ebbo: Aug. — 42) omitt. Aug. — 43) ex ea: Comp. I. — 44) eam: ib. — 45) ad decanum Aurelian. et abbatem S. Eourtii (Aug.: Eutrotii): Comp. I. — 46) postmodum: ead. — 47) add.: prius: C. R. 2. — 48) denegata: Comp. I., Cont., Böhm. — 49) minime: Comp. I. — 50) add.: negotio: Böhm. — 51) necessarium duxit appellare: Comp. I. — 52) si praemissa veritate subnixi noveritis: ead. — 53) et omnibus, quae . . . revocatis: Comp. I. — 54) app. ad nos interpositum irrorationabiliter facta (acta: Ms.) sunt: ead. — 55) omitt. Comp. I. — 56) Subscr. exhibent Codd. Tarracon. et Barcin. coll. ab Aug. et codex a nobis coll.

Cap. XI. 57) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 5. — 58) Alexandro II. Gonzalezi et Chronici Dolemsis ap. Labb. Bibl. 1. 316. testimonio confusus (temere, ut videtur), tribuit Böhrerus. — 59) omitt. C. L., Comp. II. — nos circumstrepit: C. R. 1. — 60) archiepiscopum: C. R. H. L., Comp. II. Aug., Ms. B.

et de illatis iniuriis competenter satisfacere, "omni gratia, timore et amore postpositis, dilations, contradictione et appellatione cessante per distractionem ecclesiasticam nostra freti auctoritate compellatis⁶¹), provisuri attentius", ut non tantum fructus⁶²) a novo et violento possessore perceptos, sed quos, si eis possidere fuisset licitum, possessores veteres percepissent, "per supradictam sententiam, sublato cuiuslibet appellationis obstaculo," reddi faciatis⁶³) eidem. "Praeterea si qui, etc."

CAP. XII.⁶⁴)

Ingressus possessionem ignorante domino, ad quem pertinet, potest per ipsum dominum, statim quam sciverit, repelli etiam violento, nec ex tali repulsionem competit repulso contra dominum interdictum possessionem. H. d.

Innocentius III. Episcopo et Capitulo Tridonensi.⁶⁵)

Olim causam, quae inter vos nomine Tridonensis ecclesiae, et "dilectos filios B." magistrum et fratres militiae templi in Lombardia, super domo Calventiae vertebatur, "dilecto filio" de Locedio⁶⁶) et de Columba abbatibus "sub certa forma" meminimus commississe. "Ipsi autem abbates, patribus convocatis, et lite in eorum praesentia contestata, testes receperunt ex utraque parte productos, et quum renunciatum fuisset, utrinque depositiones eorum volenter publicarunt, et eas per manum publicam redigentes in scriptis, causam plene instructam ad nostram praesentiam remiserunt. Nos ergo dilecto filio C. canonico et procuratori ecclesiae Terdonensis et praedicto magistro dilectos filios nostros I. tit. S. Stephani in Coelio monte presbyterum et H. S. Eustachii diaconum cardinales concessimus auditores, coram quibus fuit ex parte vestra propositum, quod, quum olim Humiliatis quidam a bonae memoriae V. episcopo Terdonensi licentiam postulassent, hospitale et oratorium in loco Calventiae construendi," Episcopus Tridonensis⁶⁶) possessiones quasdam "a quibusdam militibus, qui eas tenebant in feudum, ab ecclesia Terdonensi redemit, et illas" Humiliatis "petentibus" sub ea conditione concessit, quod "ad honorem Dei et B. Virginis" nomine Tridonensis episcopi oratorium ibidem et hospitale construerent⁶⁷), et tres solidos censuales Tridonensi episcopo annis singulis exhiberent, a quo etiam persona, quae loco⁶⁸) praeficeretur eidem, investituram perciperet⁶⁹), et pro se et aliis⁷⁰) fratribus ei et successoribus eius obedientiam faceret manualement, episcopo sibi loci dominium nihilominus retinente. Dicitur vero⁷¹) magister ad eandem domum aspirans, "et volens eam copulare domui de Casellis," ipsos⁷²) adeo circumvenit, quod praeter conscientiam vestram⁷³) se et sua in eius manibus tradiderunt, ea tamen conditione apposita, si vobis quod facerent complaceret, sine quorum assensu se nihil posse facere assererent. "Magister vero conditionem acceptavit appositam, et quod aliter eos non reciperet affirmavit. (Et infra:) Tunc vero magister accedens Calventiam exinde paramenta ecclesiae, instrumenta domus et libros accepit, et nonaginta oves fecit abduci, ac postmodum reversus ad vos, quum ei fuisset quod peterat denegatum, quia paratus esset vobis facere rationem, si forsitan vos offenderit, adiecit. Vos autem intentionem eius malecolam attendentes, et ne se de domo intrmitteret memorata districtius inhibentes, ad sedem apostolicam appellastis. Et quum tu, frater episcopo, quae gesta fuerant audivisses, omnes pariter ad domum accessistis eandem, et eos, quos invenistis ibidem ad domum custodiam a magistro relictos, eiecistis ex ea, vim vi, secundum quod omnia iura permittunt, licite repellentes. Unde quum possessio praedictae domus sub conditione tradita fuerit eidem magistro, non existente conditione traditio non tenebat. Praeterea quum idem magister clam domum illam intraverit, nullum vobis est praevindicium generatum, quo minus eum possitis repellere, quum id ad vestram audientiam perveniret; praesertim quum verus dominus contraversiam ipsi moveret, vel suspicatus fuerit, vel debuerit suspicari. (Et infra:) Intelligentes autem⁷⁴) praedictam domum eidem magistro traditam sub conditione fuisse, et quod⁷⁵) nullum iuri vestro praevindicium fuerat irrogatum, ex eo, quod idem magister iniustitiae vestrae non inscius, vobis ignorantibus, possessionem accepit, praesertim quum statim, ex quo id vobis innotuit, vim vi duxeritis

repellendam, et quod⁷⁶) idem "magister" sua temeritate possessionem⁷⁷) praeter conscientiam vestram, ad quos ipsam possessionem noverat pertinere, et quos⁷⁸) quaestione sibi moturos suspicari debuerat, est ingressus, "dictum" procuratorem vestrum et⁷⁹) vestro nomine ab impetitione ipsius magistri, nomine domus militiae templi, quoad faciendam restitutionem, quam petebat⁸⁰), "de consilio fratrum nostrorum" reddimus absolutum, "salvo ei quaestione proprietatis, de qua in hoc iudicio nihil est actum, sicut praedictus abbas de Locedio nobis exposuit viva voce," decernentes "nihilominus", vos⁸¹) magistro "ipsi" satisfactionem debitam exhibere, si defendendo ius vestrum in offensam ipsius vel domus militiae templi modum forsitan excessistis.

CAP. XIII.⁸²)

Si contra petentem restitutionem coniugis opponitur consanguinitas in gradu prohibito, et offerantur probationes paratae, recepto ab oppo- nente iuramento de malitia, negabitur restitutio quoad fornam, et fiet quoad reliqua. Si vero probationes promptae non sint, fiet plena restitutio, nisi sit magna vixi saevitia.

Idem Bituricensi Archidiacono.

Litteras tuas "nuper" recepimus⁸³), "continentes," quod, quum quaedam matrimonialis causa, "venerabili fratre nostro" Bituricensi archiepiscopo in remotis agente, in tua praesentia tractaretur, Gulielma⁸⁴) mulier separari a B.⁸⁵) viro suo instantissime postulabat, cui se quarto gradu consanguinitatis proponebat esse coniunctam. "Apparebant etiam accusatores et testes exhibentes chartam ab utroque latere consanguinitatis lineam contingentem, qui se contracti matrimonii tempore absentes fuisse dicebant, et quod in continentis parati erant quae proposerunt comprobare." Vir autem "contra" sibi uxorem postulabat restitui, quae ab eo sua temeritate divertit⁸⁶), "quemadmodum allegabat. Ceterum pars replicabat uxoris, tum propter futurum incestus periculum, tum quia probationibus paratis et promptis sine diffugio quod intendebatur poterat demonstrare, restitutionem penitus denegandam. Ad haec notam esse mariti saevitiam proponebat, cui erat impetuosa levitas et crudelitas bestialis, et, si liberam restituitae sibi facultatem haberet uxoris, eius amici timebant mortis ex hoc sibi periculum imminere vel corporis cruciatum, et sic ab accusante desisterent, eam qualitercunque vivere quam interire malentes; adicientes, nihilominus ipsam licentiam a viro recessisse cum lacrimis et invitam. Ipse vero miles nihilominus sibi uxorem petebat libere ac pacifice restitui, et, ne secus fieret, sedem apostolicam appellavit. Quum igitur in causis matrimonialibus exceptiones huiusmodi saepius proponantur, quid sit in talibus agendum? Rescripto petebas apostolice edoceri, "ex praemissis relut quidam themate multas eliciens quaestiones, primo quidem" utrum, quando aliquis consanguinitatis gradus obiicitur, in quo sedes apostolica dispensare non potest nec etiam⁸⁷) conuevit, et⁸⁸) probationes promptae sint et paratae, "an" indulgentia restitutio sit, an neganda? "Secundo quaerebas, an idem iuris existat, si aliquis gradus dispensabilis vel aliud impedimentum dispensabile allegetur, et probationes similiter sint praesentes, utrum restitutio concedi debeat, an negari? Tertio loco quaerebas, si mariti crudelitas et saevitia nota sint iudici, ut propter notam controuersiam indignatus uxorem torturis tractatus sit et iniuriis affecturus, et sic accusatores de morte feminae metuentes accusare desistant: utrum hoc in primo vel in secundo casu restitutio praebet adminiculum denegandae? Postremo quaerebas, si deneganda sit restitutio in aliquo casuum praemissorum, et ad sedem apostolicam appelletur, utrum appellationi huiusmodi sit deferendum?" Sane circa solutionem propositae quaestiones diversae sunt⁸⁹) sententiae diversorum; aliis asserentibus restitutionem "in praemissis casibus" faciendam⁹⁰); aliis sententibus in contrarium; nonnullis viam median eligentibus, ac dicentibus, eam faciendam interdum, quandoque "vero" penitus denegandam. Primi per decretalem epistolam "bonae memoriae" Lucii⁹¹) Papae "praecessoris nostri" iuari videntur, argumentis quasdam iudices delegatos⁹²), qui restitutionem viri, qui sine iudicio ecclesiae uxorem dimiserat, et ei consanguinitatem postmodum opponebat, spoliatae⁹³) ac repenti coniugem denegabant, et mandantis, siti⁹⁴)

Cap. XI. 61) cogatis: Comp. II. — 62) fr., quomodo (omitt. Ms. B.) et violenti possessores interim perceperunt: ead. — 63) reddi eis . . . compellatis: ead.

Cap. XII. 64) Restitutio ex Comp. III. h. t. c. 2. — 65) ep. Strigon. et cap. Tridon.: C. R. 1. — Terdonensi: C. R. 2. H. L., Comp. III. per tot. — 66) Locedio: Comp. III. (leg. tamen omnino: Locedio, quod Cist. ord. mon. est.) — 66*) idem ep.: Comp. III. — 67) constituerent: Cont., Böh. — 68) quae praef. ibidem: C. H. — 69) acciperet: C. R. 1. — 70) pro al.: C. R. 2. — 71) Quumque sit fuisset diutius observatum et (omitt. Ang.) saepedictus magister: Comp. III. — 72) praefatos Humiliatis: ead. — 73) nostram: C. L. — 74) Quum autem cardines praedicti quae coram eis tam ex parte vestra quam ex alia proposita fuerant

nobis fideliter retulissent, intelligentes, praedictam: Comp. III., Böh. — 75) atque: ead. — 76) attendentes etiam quod: C. R. 1., Comp. III. — 77) poss., quam ad vos noverat pertinere: Comp. III. Aug. — 78) quod: C. L. — 79) omitt. C. H. L., Comp. III. — 80) quam pet.: omitt. Comp. III. — 81) vero: C. H.

Cap. XIII. 82) Restitutio ex Comp. III. h. t. c. 3. — 83) accepimus: C. R. 1. — 84) N.: Cont. — V.: C. H. L. — Imberga: Comp. III. Aug. — Ymberga: Ms. — 85) G.: Cont. — C.: Comp. III. — 86) divertit: Comp. III. — 87) omitt. Aug. — 88) et quum: C. R. 1., Comp. III. Ms. — 89) sint: C. H. — 90) esse fac.: C. R. 1. — 91) cf. supra c. 10. — 92) quosdam legatos: Comp. III. Ms. — 93) spoliatae: Comp. III. Aug. — 94) omitt. C. H. L., Comp. III.

prius restitui taliter spoliata, et postea de matrimoniali causa cognosci. Horum²⁵) autem assertionem incestus videtur periculum oppugnare²⁶); sed ipsi timorem incestus inanem esse respondent, quum etiam beneficio restitutionis obtento qui consanguinitatis habet notitiam nec exigere debitum contra conscientiam, nec solvere²⁷) teneatur, quoniam, si secus egerit, aedificat ad gehennam, sicut nec consanguinitatis concius, super cuius²⁸) coniugio quaestio non movetur. Secunda vero assertio per oraculum "felicis recordationis" Clementis²⁹) Papae "praedecessoris nostri" fulcitur, a quo quum fuisset quaesitum, utrum, muliere quadam quendam in¹⁰⁰) virum potente, qui, ut eam repelleret, exceptionem consanguinitatis obiecit, prius esset de impedimento consanguinitatis agendum, quam super matrimonii sententia proferretur, sic inquisitioni factae respondit, quod, quum exceptione probata principalia quaestio perimatur, prius est cognoscendum de ipsa, quam ad diffinitionis articulum procedatur, quam etiam in multis casibus restitutio differatur secundum canonicas sanctiones. Opinioni autem ultimae videtur non incongrue adaptari, ut in gradibus consanguinitatis divina¹) lege prohibitis restituti²) aditus pracludatur, sed constitutione³) interdictis humana restituti locum habeat cum effectu, quum in illis dispensari non possit, et⁴) in iatis valeat dispensari⁵), sicut B. Gregorius et multi alii dispensarunt⁶). Unde non peccat qui in hoc articulo ad mandatum ecclesiae reddit debitum coniugale. Nos autem ad praesens nullam de praedictis sententiis reprobamus, nec cuiquam earum aliquid praedictum ex nostra responsione volumus generari⁷), quamvis praescriptum Lucii Papae mandatum ad possessorium, responsum vero "patris et praedecessoris nostri" Clementis ad petitorium referatur. Porro quum mulier "illa", quae consanguinitatis habet notitiam, praesertim in gradibus, quos lex divina prohibuit, non possit huiusmodi viro sine mortali peccato carnaliter commisceri, quoniam omne⁸), quod non est ex fide, peccatum est, et quicquid fit contra conscientiam aedificat ad gehennam, frustra in tali casu adiudicaretur restituti spoliata, quum illa contra Deum non debeat in hoc iudicio obedire, sed potius excommunicationem humiliter sustinere. Siquae difficultas occurreret quasi perplexa, quia propter⁹) sententiam oporteret eam reddere debitum, et propter conscientiam "debitum" reddere non deberet. Unde contingeret eos graviter impediri; et utrique laqueus pararetur, quum inter se carnaliter coniungi non possent, nec alter¹⁰) alteri matrimonialiter copulari. Propterea melius "vobis" videtur, quod, quum opponitur consanguinitas, praesertim in gradibus divina¹¹) lege prohibitis, et probationes offeruntur in continentia paratae, in ceteris "quidem" adiudicanda sit restituti, sed ad maiorem cautelam iuramento recepto, quod talis obiectio malitiose non fiat¹²), sola quoad commixtionem carnalem, maxime si fama consentit, est restituti differenda, donec auditis probationibus et discussis causa sine diffugio terminetur, quum utrique sit melius taliter expediri, quam manere taliter¹³) impeditos. Quod si non habeat probationes in continentia paratas, sed dilaciones expectat longiores, quia praesumitur contra eam, quae sine iudicio ecclesiae sua tantum¹⁴) temeritate recessit a viro, ad restitutionem plenariam ecclesiastica debet censura compelli, quam tamen ipsa tori negando consortium debet humiliter tolerare, donec probationes offerat praeparatas, et tunc absolute petita secundum formam ecclesiae absolvetur¹⁵). Sed antequam fiat ei¹⁶) mandatum sub debito iuramento, receptis probationibus procedatur¹⁷), quemadmodum est praemisum. Si vero tanta sit viri saevitia, ut mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas provideri, non solum non debet illi¹⁸) restitui, sed ab eo potius amoveri; alioquin sufficienti, si fieri potest, securitate provisio profecto videtur coniunx ante causae cognitionem restituenda marito¹⁹).

CAP. XIV. 20)

Per solam traditionem mulieris ad domum viri factam, non praecedentibus sponsalibus vel invalidis, non acquiritur possessio, unde ea recedente propria auctoritate non competit restituti.

Idem Vulleriano²¹) Episcopo.

Ex parte M. mulieris fuit propositum "coram nobis," quod, quum

eam "adhuo" intra²²) pubertatis tempora²³) constitutam "quidem" patris sui filio H.²⁴) Senensis civis, nondum VII. annorum, "in" matrimonio voluerit copulare, ac eadem traducta fuerit in domum²⁵) "civis" ejusdem, ipsa, ex quo ad nobiles annos pervenit, ratum nolens habere quod a "dicto" patris suo circa hoc procuratum fuerat, a "venerabili fratre nostro" Senensi episcopo nubendi alii licentiam postulavit. "Quumque partes idem episcopus citasset, et praefata M. per procuratorem idoneum in iudicio compareret, quaerens possessiones et res alias sibi restitui dotis nomine pro se datus, et pars altera restitutionem peteret mulieris ejusdem, asserens eam non posse per aliam causam agere, sed debere ipsius tractatus personaliter interesse, praefatus episcopus dubitans, quid super his statuere posset de iure, prout nobis suis literis intimavit, processu negotii superesset." Quia igitur non credimus ambigendum, quin ipsa mulier, quamvis minor "esse dicatur et" causam possit matrimonii per procuratorem tractare, ac pars alia, quae²⁶) mulieris restitutionem sibi fieri prius postulabat, restitui nequam debeat, utpote²⁷) nullo iuris seu possessionis commodo destituta, quum per solam traditionem "praedictam," quam non praecesserunt sponsalia vel consensus legitimus, nec fuerunt²⁸) etiam subsecuta, nullum inter eos obligatorium vinculum sit contractum, "ut finis litibus imponatur, fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si est ita, non obstantibus exceptionibus supradictis, "partibus convocatis," audias quae hinc inde partes²⁹) duxerint³⁰) proponenda, et quod canonicum fuerit appellatione remota decernas, "faciens quod decerneris etc. Dat. Lat. III. Id. Ian. Pont. nostr. Ao. XI." [1209.]

CAP. XV. 31)

Interdictum unde vi non competit contra illum, qui non spoliavit, nec spoliari mandavit, nec spoliationem ratam habuit.

Idem. 32)

Quum ad sedem apostolicam accessissent "olim A. venerabilis fratris nostri" Cumanus episcopi, et "frater G. dilectorum filiorum" fratrum hospitalis Hierosolymitani procuratores, "et instrumenta nobis et acta causae, quae super ecclesia et hospitali de Monte Cernaro inter eos agitabatur, prout gesta fuerant, in praesentia venerabilis fratris nostri Papiensis episcopi, qui ex delegatione nostra de causa cognoverat, praesentassent, nos, diligenter inspectis quae coram eodem episcopo acta fuerant, haberi ea decrevimus pro infectis, quum constiterit nobis, eum in causa ipsa iudicem non fuisse, sicut ipsemet ad ultimum recognovit, et eandem dilecto filio," Abbati de Accon.³³) causam, quae super ecclesia et hospitali de Monte Citano³⁴) inter eos vertebatur, "de assensu partium" taliter duximus committendam³⁵), ut audiret omnia tam ad possessorium quam ad petitorium iudicium pertinentia, quae utraque pars duceret proponenda, et causam ipsam sine debito terminaret. Coram quo "postea" procurator hospitalis "Hierosolymitani ecclesiam et hospitale" praedicta³⁶) cum possessionibus et pertinentiis suis, quae tenebat, "dictus Cumanus" episcopus "iniuste" sibi restitui postulavit³⁷), asserens, illa³⁸) de iure ad hospitale Hierosolymitanum spectare, et quod ipsa diutius possedisset³⁹). Ad quae respondit procurator episcopi, se nec scire⁴⁰), nec credere, supradicta "unquam" ab hospitali "Hierosolymitano" possessa, vel ad illud aliquatenus pertinere, quae Cumanus⁴⁰) episcopus, utpote in sua dioecesi constituta, rationabiliter detinebat. Quum igitur⁴¹) ad fundandam intentionem suam pars utraque testes produceret⁴²), dictus abbas "deinde utriusque partis attestacionibus, rationibus et instrumentis inspectis," procuratorem episcopi condemnavit ad restitutionem omnium praedictorum. (Et infra:) Nuper autem utriusque partis procuratoribus "propter hoc" comparantibus coram nobis, "prioris actis iudicii nobis fideliter praesentatis," causam ipsam "interdum per nos, quandoque per dilectos filios nostros R. tit. S. Marcelli et R. tit. S. Anastasiae presbyteros cardinales" examinavimus diligenter, et quidem per testes⁴³) videbatur esse probatum, quod "Cratus" Cumanus epi-

Cap. XIII. 95) Harum: Comp. III. Aug. — 96) impugnare: C. H. — 97) nec contra conscientiam solv.: C. R. L., Comp. III. Aug. — nec etiam consc. solv.: Comp. III. Ms. — 98) eius: C. H. — 99) et. supr. c. 1. de ord. cogn. II. 10. — 100) omitt. Comp. III. Ms. — 1) impediendae: ib. — 2) restitutionis: Comp. III. Aug. — 3) sed in gradibus constitutione interdictis humana: C. L. — 4) sed: Comp. III. — 5) dispensare: C. H. — 6) dispensaverunt: Comp. III. Aug. — 7) generare: Böhm. — 8) Rom. XIV. 23. — 9) per: C. H. — 10) omitt. C. L., Comp. III. — 11) a dio.: C. H. — 12) opponatur: ib. — 13) aliter: C. H. L., Comp. III. Ms. — 14) abest a C. H. — 15) absolvetur: C. R. L. — 16) illi: C. H. L., Comp. III. — 17) procedetur: ib. — 18) ei: Cont., Böhm. — 19) viro: C. R. L. — 20) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 206. — Comp. III. h. t. c. 4. — 21) Vulleriano: C. R. L. — Wllteriano: Comp. III. Aug. — Wllteriano: Reg. — 22) infra: Comp. III., Reg. — 23) annos: C. R. L. — 24) B.: C. R. L. — R.: C. H. — omitt. Comp. III., Reg. — 25) domo: C. H. —

26) quae — postul.: add. a Raym. — 27) quae . . . est comm. destituta: Comp. III., Reg. — 28) fuerint: C. R. L. L., Comp. III. Ms. — fuerit etiam subsecutus: Aug. — 29) omitt. Comp. III., Reg. — 30) ducerunt: C. L.

Cap. XV. 31) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 5. — 32) archiepisc. Mediolanensis et praeposito canonice Petron. PP.: Comp. III., Böhm. — 33) Acton: C. L. — Arron.: Comp. III. — 34) Citano: C. H. — quas . . . vertebatur: omitt. Comp. III. — 35) tal. committentes: ead. — 36) praedictam: Comp. III. Ms. — hosp. praedicti ecclesiam et hosp. cum: C. H. 37) postulabat: C. R. L. H., Comp. III. Aug. — 38) supra dicta omnia: Comp. III. — 39) ac ea diutius possedisse. Ad hoc: ead. — 40) nescire: C. R. L., Comp. III. — 40*) Cumanen.: Cont., Böhm. per tot. — 41) ergo: C. R. H. L., Comp. III. — 42) produxit: Comp. III. Ms. — produxerit: C. R. H. L., Comp. III. Aug. — 43) equidem per testes idoneos: C. H.

scopi nancius cruces Hospitalariis "olim" abstulit, inhibendo ipsis, ne ad supradictam ecclesiam vel hospitale redirent, et quod episcopus supradicta omnia possidebat⁴⁴), unde procurator Hospitaliariorum petiit dictam restitutionis sententiam "auctoritate apostolica" confirmari. "Ex adverso vero proponebatur, quod, etsi per testes forsam esset sufficienter ostensum, quod per nuncium episcopi fuerint Hospitalarii spoliati, quum tamen non constiterit, quod de mandato eius hoc fecerit, vel quod episcopus ratum haberit factum ipsius, restitutio sibi locum non potuit vindicare, quamquam constaret episcopum praedicta tenere, qui utique ipsa de iure possidet, utpote ad se spectantia et in sua dioecesi constituta. Sed ad hoc pars altera replicavit, quod, quamvis per dicta testium evidenter mandatum episcopi vel rati habitio non probetur, quia tamen iudex motum animi potuit ex aliis causis informare, pro sententia erat merito praesumendum. His igitur et aliis intellectis, quae utriusque partis procuratores proponere curaverunt, Nos prioris acti iudicii, "quae nobis fuerant, sicut praemissum est, plene ac fideliter praesentata, diligentius" recensentes, quia nec per dicta testium, vel confessiones⁴⁵) partium, quum nullae penitus in iudicio factae fuerint, vel etiam instrumenta, quae nullatenus de spoliatione tractabant, nec "etiam" per evidentiam facti nobis constare potuerit⁴⁶), quod Cumanus episcopus "supradictos" Hospitalarios spoliaverit, vel mandaverit spoliari, vel spoliationem factam⁴⁷) saltem ratam haberit, "de consilio fratrum nostrorum" pronuntiavimus in quaestione praedicta, interdictum Unde vi locum nullatenus habuimus, restitutionis sententiam a praedicto abate prolatam⁴⁸), licet pars⁴⁹) adversa proponeret, quod praesumendum esset pro sententia iudicis, qui motum animi sui potuit ex causis aliis informare, iustitia exigente cassantes.

CAP. XVI.⁵⁰)

Exceptio inopiae, de qua constat, a clerico opposita, impedit executionem sententiae, etiam latae in possessorio. H. d. comprehendendo mentem literae et veram lecturam.

Idem.⁵¹)

Olim vobis dedisse meminimus in mandatis, ut "venerabilem fratrem nostrum" Ovetensem⁵²) episcopum ad debitam partis restitutionem Zamorensis⁵³) dioecesis, quam tenebat, cum⁵⁴) perceptis fructibus⁵⁵) restituere cogeretis⁵⁶), "si dilectum filium Rainerium prius, quam super hoc mandatum apostolicum adimpleret, viam ingredi contingeret omnis carnis." Verum quoniam⁵⁷) inanis est actio, quam inopia debitoris excludit⁵⁸), fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus non prius episcopum "iptum" ad restitutionem fructuum compellatis, quam ipse fuerit taliter restitutus, ut restituere possit quod percepit⁵⁹) de proventibus alienis. "Nos autem etc. Dat. Rom. etc. V. Kal. Jun." [1198.]

CAP. XVII.⁶⁰)

Per excommunicationis probationem non probatur quasi possessio iurisdictionis, licet aliquibus diebus fuerit observata; ideo petens restitutionem, hoc solo probato, succumbit. Hoc dicit quoad intellectum.

Idem.⁶¹)

Olim inter te pro abbatia tua, et "venerabilem fratrem nostrum" Parisiensem episcopum nomine Parisiensis ecclesiae super possessione iuris parochialis in parochia de Monte quaestione suborta (Et infra:) Nos attendentes, quod ex eo solo, quod populus praedictae⁶²) parochiae timore sententiae suae per aliquot⁶³) dies abstinuit a divinis, nullam in⁶⁴) eos iuris parochialis possessionem idem⁶⁵) episcopus fuerit⁶⁶) assecutus, nec fuerit aliquo modo probatum, quod, eo tempore, quo sententiam ipse protulit⁶⁷), possessionem in ipsis iuris parochialis haberet, vel prius etiam ha-

buisset, restitutionem ei⁶⁸) adjudicare de iure nequivimus, quam ipsum non constiterit spoliatum "fuisse."

CAP. XVIII.⁶⁹)

Recipiens scienter rem invasam a spoliatore, tenetur eam spoliato restituere, licet non probet dominium.

Idem in concilio generali.

Saepe contingit, quod spoliatus "iniuste," per spoliatorem in alium re translata, dum adversus possessorem non subvenitur per restitutionis beneficium spoliato⁷⁰), commodo possessionis amisso, propter difficultatem probationum⁷¹) iuris⁷²) proprietatis amittit effectum. Unde, non obstante iuris civilis rigore, sancimus, ut, si quis de cetero scienter rem talem receperit⁷³), quum spoliatori quasi succedat in vitium eo, quod non multum intersit⁷⁴), "praesertim" quoad periculum animae, iniuste detinere ac invadere alienum, contra possessorem huiusmodi⁷⁵) spoliato per restitutionis beneficium succurratur.

CAP. XIX.

Occupans certum locum, in quo quis iura libere possidebat, si per ipsius occupationem non potest possessor suus iura libere possidere sicut prius, conveniri potest possessorio pro libertate possidentis, et restitutio fieri non potest, nisi dimittat locum in pristina libertate. H. d. valde singulariter.

Gregorius IX. Episcopo Lucano.

Pisania ac Lucanis civibus per gravem discordiam, quam diu inter se habuerant, afflictis graviter et attritis (Et infra:) P. subdiacono nostro dedimus in mandatis, ut, possessione⁷⁶), quam in quibusdam castris constat Lucanam ecclesiam habuisse, sibi prius plene ac libere, sicut tempore motae discordiae habuerat, restituta, et super ea, de qua dubietas oriretur, sufficienti cautione recepta, quod iuri coram nobis praedicti Pisani parerent, prolatas pro occupatione castrorum ipsorum in eos sententias relaxaret. (Et infra:) Pisani igitur asserentibus, quod per te stabat, quo minus tibi iuxta mandatum nostrum fieret restitutio, et instanter petentibus, ut dictas sententias praefatus subdiaconus relaxaret, ipse⁷⁷), receptis cautionibus de parendo iustitiae coram nobis, sententias relaxavit easdem, propter quod tu⁷⁸) reputans te gravatum ad nostram praesentiam accessisti, impugnatorem processum subdiaconi saepe dicti. (Et infra:) Porro duo in nostro continebantur mandato, ut videlicet possessio, quam constabat Lucanam ecclesiam habuisse tempore motae discordiae, prius restitueret eidem, et ut eiusdem possessionis restitutio fieret plene ac libere, sicut eam habuerat tempore supradicto, quorum primum ad factum, alterum vero referebatur ad modum. Unde licet, prout pars Pisano- rum dicebat, in facto mandati formam subdiaconus ipse adimplere nequiverit, quia non poterat facere tibi restitui possessionem castrorum, de qua non constabat eidem, nec etiam, secundum quod tu ipse dicebas, affectuum et pensionum possessio poterat tibi restitui, quia ea non fueras spoliatus, fuit tamen in modo peccatum, quia debuit facere, ut Pisani possessionem pensionum et affectuum, quam per eorum confessionem constabat⁷⁹) te in castris praedictis habere, tibi dimitterent plene⁸⁰) ac libere, sicut ecclesia tua illam habuerat tempore motae discordiae, quod quidem esse non poterat, nisi Pisani castra ipsa⁸¹) omnino dimitterent, quia illis detinentibus castra et munitiones castrorum, in quibus dictas pensiones recipis et affectus, ea plene ac libere habere non posses, sicut habebas, quando ipsi castra eadem⁸²) minime detinebant, eo quod, quamdiu ea detinent, in eorum potestate relinquunt, te non admittere vel repellere, quando velint. His ergo⁸³) diligenter auditis, processum huiusmodi de fratrum nostrorum consilio irritum iudicamus⁸⁴).

Cap. XV. 44) possideret: C. R. 1. — 45) confessionem: Comp. III. — 46) potuerat: C. H. — potuit: Comp. III. — 47) omitt. C. L., Comp. III. — neq. saltem: omitt. C. H. — 48) latam: C. H., Comp. III. — 49) licet: ... inform.: add. a Raym.

Cap. XVI. 50) Restitutio ex Reg. Bal. I. 239. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 51) Burgensi et Palensi epp.: Reg. — 52) Oveten.: Comp. IV. Ms. B. — Veten.: Ms. A. — 53) Carnoten.: C. H. — Camoren.: C. L. — Zamorensis: Comp. IV. Ms. B. — Zamorensis: Cont., Böhm. — 54) inde perc.: Cont., Böhm. — 55) frugibus: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 56) omitt. Reg. — 57) quia: Comp. IV., Reg. — 58) excusat: Comp. IV. Ms. A. — 59) percepit: C. R. 1. — recepit: Comp. IV. Ms. A.

Cap. XVII. 60) Restitutio ex Comp. IV. h. t. c. 2. — 61) abbati S. Genovefae Parisien.: Cont., Böhm., omnino recte. — de lite inter abb. S. Genovefae et Parisiensem ep. exorta cf. Reg. Bal. V. 100. et App.

ad eundem librum p. 680. — 62) dictae: C. R. 1. H., Comp. IV. — 63) aliquos: C. H. — 64) inter: Comp. IV. Ms. A. — 65) omitt. C. H. — 66) fuit us., nec fuit: C. H. L. — 67) protulerit: Cont. Böhm. — 68) omitt. Comp. IV.

Cap. XVIII. 69) Restitutio ex conc. Lat. IV. (A. 1215.) c. 39. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 70) eidem sp.: Cont. Böhm. — 71) probationis: conc. — 72) ius: C. L., Comp. IV. Ms. B., conc. — 73) accepit: C. R. 1. — recepit: C. R. 2. — percepit: Comp. IV. Ms. A. — accepit: conc. ap. Mans. — 74) intersint: conc. ap. Mans. — 75) eius: Comp. IV. Ms. A.

Cap. XIX. 76) possessionem: Ed. Rom. oper. mend. — 77) et ipse: C. H. — 78) omitt. C. R. 1. — 79) constat: C. H. — 80) ut plene: C. R. 1. — 81) illa: C. L. — 82) omitt. C. H. — 83) igitur: ib. — 84) iudicavimus: C. R. 2.

TITULUS XIV.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

CAP. I.¹⁾

Reus, qui mittendum in possessionem ad mandatum iudicis non admisit, non mulctabitur de canonica aequitate, si infra annum caveat stare iuri. H. d.

Alexander III. Herfordensi²⁾ Episcopo.

Ad haec³⁾ quum contingat, actorem multoties mittendum esse in possessionem causa rei servandae propter absentiam partis adversae⁴⁾, et per eius⁵⁾ dolum sive potentiam⁶⁾ non possit⁶⁾ actor rem custodiendam nancisci, ac imminente fine anni reus⁷⁾, ne possessionem amittat, debitam offerat cautionem, cuiusmodi sit poena reus mulctandus, quia iussioni non paruit⁸⁾ iudicis, a nobis tua fraternitas requisivit⁹⁾. Ad quod dicimus, quod in ecclesiasticis personis et negotiis rigor et districtio iuris non requiritur¹⁰⁾; nec exercetur; sed, quum iustitia propter hoc non periclitatur, patienter tolerari et admitti debet, quum reus per cautionem¹¹⁾ standi iudicio¹²⁾ se adstringit.¹³⁾

CAP. II.¹⁴⁾

Propter contumaciam rei potest iudex rem petitam sequestrare, et ipsam contumacem in expensis condemnare, quas propter ipsius contumaciam vel dolosam exceptionem actor fecit. Hoc dicit Panorm.

Idem Abbati de Ramese¹⁵⁾ et Archidiacono Heliensi.¹⁶⁾

Ex literis vestris¹⁷⁾ ad nos directis accepimus, quod, quum vobis¹⁸⁾ causam, quae inter dilectos filios nostros monachos de Etoll.¹⁹⁾ et canonicos Linconenses²⁰⁾ nec non etiam Gervasium clericum super ecclesiis²¹⁾ de V. et M.²²⁾ vertitur²³⁾, duxerimus committendam, et²⁴⁾ canonici citati legitime se contumaciter absentaverint²⁵⁾, vos, licet monachi essent ob contumaciam²⁶⁾ adversae partis in possessionem rerum petitarum²⁷⁾ mittendi, intuitu²⁸⁾ tamen religionis suae cum eis mitius agere volentes, possessionem²⁹⁾ sequestrari fecistis, ut sic saltem canonici affecti taedii stare iudicio cogentur. Tandem vero, partibus in praesentia vestra constitutis, et memoratis monachis ecclesiam sibi restitui postulantes, canonici responderunt, auctoritatem vestram penitus expirasse eo, quod a nobis ad alios iudices literas impetrarunt³⁰⁾, quae praediacae prioribus videbantur. Verum³¹⁾ quoniam in posterioribus³²⁾ literis non fuit mentio facta priorum, nec in eis³³⁾ nomina continebantur ecclesiarum, quae in prioribus posita fuerant, sed³⁴⁾ indefinite dicebatur³⁵⁾: „super quibusdam ecclesiis: nos³⁶⁾ attendentes, malitiam et dolum nulli patrocinari debere, et nolentes tantam illusionem impunitam relinquare, discretioni vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus, quum exinde requisiti fueritis, partem ante vestram convocetis praesentiam, et praedictam³⁷⁾ causam secundum formam priorum literarum, non obstantibus³⁸⁾ posterioribus, terminetis, expensas, quas propter hoc monachi fecisse noscuntur, eis a canonicis restitui facientes.

CAP. III.³⁹⁾

Actore contumace testes recipi et sententia ferri debent, etiam lites non contestata, reo instante. Hoc dicit secundum communem intellectum.

Idem Exonensi et Vintoniensi Episcopis et Abbati Herfordensi.⁴⁰⁾

Causam, quae inter nobiles viros F. et R. de Ardenna quondam filium Agathae de nativitate ipsius A.⁴¹⁾ vertitur, vobis, fratres episcopi, et venerabili fratri nostro Londonensi episcopo sub certa forma commissimus terminandam. (Et infra: [cf. c. 17. de off. iud. del. I. 29.]) Ceterum, si adversarius suus⁴²⁾ legitime citatus ad praesentiam vestram accedere, vel iudicio vestro parere contempserit, aut etiam⁴³⁾ si ita, sicut nobis proponitur, se absentaverit⁴⁴⁾ a multis retro diebus, quum de Anglia recessisse dicatur, nec in terra postea manifeste comparuisse, neque ad praesentiam vestram accesserit, procuratorem eius, si quem forte reliquerit, ad praesentiam vestram nihilominus convocetis, qui⁴⁵⁾ sive venerit sive non, aut si procuratorem non dimisit, denunciationibus omnibus ad domum eius missis, secundum ordinem iuris causam audiat attentius, et receptis testibus alterius partis, infra tres menses post harum literarum susceptionem iuxta dictam formam sublato appellationis obstaculo ad proferendam sententiam procedatis, ita quod etc.

CAP. IV.⁴⁶⁾

Si reus post litem contestatam est contumax, si alias liquet de causa, fertur diffinitiva sententia; si non liquet, actor in veram possessionem inducitur.

Urbanus III. de Novo loco et de Viger.⁴⁷⁾ Prioribus.

Prout nobis vestris literis annotatis etc. (Et infra:) Reum, qui⁴⁸⁾ contumaciter a praesentia vestra recesserat⁴⁹⁾, iuratoriam coegit exponere cautionem, quod coram vobis⁵⁰⁾ per omnia iuri pareret; quumque die praefixa vestro se conspectui praesentasset⁵¹⁾, praetextu advocati, quem non habebat, respondere solita malitia recusavit. Tandem⁵²⁾ actore instante respondit, quod quadraginta annis decimas, de quibus erat contentio, percepisset, variisque postmodum excusationibus utens in vocem appellationis prorupit, et contumaciter iuramento contempto recessit. Ideoque vobis praecipiendo mandamus, quatenus ad convincendam eius malitiam semel eum ad praesentiam vestram convocetis, et, si venerit, audiat quae fuerint proponenda, et appellatione cessante finem imponatis negotio competentem. Quod si vocatus venire contempserit, vos nihilominus causam, utpote lite, quae ingeritur, contestata, diffinitiva sententia terminetis⁵³⁾, vel praesenti saltem adiudicetis possessionem, servata duntaxat questione proprietatis absentis. Super eo vero etc. [cf. c. 4. de paroch. III. 29.]

CAP. V.^{52*)}

Qui fundata intentione actoris exceptionem peremptoriam obiicit, quam non probat in continenti, sed accipit inducium, si defecerit in probando, condemnatur in continenti, diffinitiva non expectata, in expensis, ac solvere cogitur; quod si non potest, puniatur in corpus secundum arbitrium iudicis. H. d. notab. iste text. secundum lecturam, quae placet Panorm.

Innocentius III.

Finem litibus cupientes imponi, ne partes ultra modum graventur laboribus et expensis, praesertim quum de beneficiis vel officiis

TIT. XIV. Cap. I. 4) Restitutum ex App. III. 1., Lips. XL. 1., Cass. XLVI. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Herforden.: Comp. I. — Herforden.: App., Lips., Cass. — Herforden.: Cont., Böhm. — 3) hoc: C. L. — 4) alterius: Coll. citt. — 5) omitt. Lips., Cass., Comp. I. — 6) per. pot.: Lips. — 6) potest: C. H. — 7) reus offerat cautionem, ut possessionem recipiat: Lips., Cass., Comp. I. — 8) paruerit: C. H. — qui responsioni non parerit: App. — qui iussionem non implet: Cass. — qui iussioni non parerit: Lips., Comp. I. — 9) postulavit: Coll. citt. — 10) requiritur: C. R. 1. — 11) cautione: Lips., Comp. I. — cautioni: Cass. — 12) in iud.: C. L., Cass. — 13) adstringat: C. R. L.

Cap. II. 14) Restitutum ex App. XLI. 6., Lips. XL. 2., Cass. XLVI. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 15) Ramese: C. L. H. — Ramesen.: Cass. — Ramesen.: Lips., Comp. I. Ms. — Ramesen.: Comp. I. Aug. — Ramesen.: App. — 16) Hellenen.: Lips. — Eliensi: Cass., Comp. I. Ms. — 17) tuis: App. — 18) abest a C. R. I. H. — 19) Sorrell.: C. R. 2. — Etol. ex una parte: C. R. 1. — Rolis: C. H. — Zollis: C. L. — Etollen.: Cont., Böhm. — Croll.: Comp. I. Ms. — Troil.: Aug. — Croil.: Lips. — Croylis: Cass. — Cois: App. — 20) Lincoln.: Lips. — de Lincoln.: App. — 21) eisdem eccl.: Cass. — 22) de V. et N. (de N. et N.): Cass. — de V. et N.: Lips. — de Giaprec et Aristanen.: App.) agitari dignoscitur, (add.: quum: Cass.) commissus est sub certa forma diffinitivam et canonicam literarum nostrarum auctoritate citati aliquando coram vobis apparuissent, et interdum nec venire, nec responsalem mittere voluissent, se (sese: Comp. I. Ms. — add.: scilicet: Aug.) contumaciter absentantes, licet: Coll. citt. — 23) add.: ex altera: C. L. — 24) omitt. ib. — 25) absentarunt et voc.: ib. — 26) ex cont.: Lips. — 27) rer. pet.: omitt. Coll. citt. — 28) int. vol.: omitt. App., Lips., Cass. — 29) fructus: Lips., Cass. — omitt. App. — 30) im-

petraverit: Cass., Comp. I. Aug. — 31) Unde: C. R. 1., Coll. citt. — 32) add.: nostris: App. — 33) in eis: omitt. C. R. I. H., Coll. citt. — 34) omitt. App. — 35) dicebantur: ead. — omitt. Cass. — 36) non: App. — 37) praescriptam: Coll. citt. — 38) add.: vero: C. R. 1. — amari occasione (contradictione: Comp. I.) et appellatione cessante diffinitis, et canonicis, qui (quoniam: App., Lips.) ausi fuerunt mandatum nostrum eludere et per subreptionem huiusmodi literas impetrare, quod nunciis eorum plenius cognovit, ad metum et poenum (poenas: Cass.) aliorum expensis, quas (expensas, quam: Aug.) nunc monachi ad nos mittendo fecerunt, eis, remoto appell. obst., reddere compellatis: Coll. citt.

Cap. III. 39) Restitutum ex Lips. LXIII. 4., Comp. I. c. 4. qui filii IV. 18. — 40) Forden.: Lips., Comp. I. — cf. ad c. 17. de off. iud. del. — 41) omitt. Lips., Comp. I. — 42) adversarius F. leg.: Lips. — 43) omitt. Lips., Comp. I. — 44) absentavit: Lips., Comp. I. Ms. — 45) et: ib.

Cap. IV. 46) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 4. — 47) Inge: C. R. 1. — Vigen.: C. R. 2. — Vigerit: C. L. — Vigert.: Comp. I. Ms. — Viger.: Aug. — fratribus de Giseber.: Cont. in marg., quod omnino non quadrat et ex inser. cap. seq. Comp. I. c. 1. de eo, qui mitt. II. 11. in hunc locum videtur translatum esse. — 48) qui: C. H. — 49) recessit: Comp. I. — 50) iudicio ecclesiastico: ib. — 51) praesentaret: C. H. — 52*) actore instante, praedictus reus praetextu advocati, quem non habebat, respondere recusavit, excepto, quod interrogatus ab actore, quod annis decimas, de quibus er. cont., percepisset, respondit XL (LX: Ms.), sique variis excusationibus utens etc.: Comp. I. — 52) add.: et post probata per idoneos testes causa: C. L.

Cap. V. 52*) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — cf. Rain. ap. Bal. I. 587.

ecclesiasticis litigatur, quae sine dispendio diu vacare non possunt, praesenti decreto statuimus, ut, postquam intentionem suam altera pars fundaverit, si reliqua⁵²) forte voluerit legitimam exceptionem opponere, quem nolit aut nequeat in continentem probare, quia frequenter ad impediendum vel differendum processum exceptiones huiusmodi per excogitatum malitiam opponuntur, ad solvendas alteri parti⁵⁴) moderatas expensas extunc in iudicio faciendas, cum acceptis induciis, si⁵⁵) forsitan in probatione defecerit⁵⁶), condemnatur. Et si solvendo non fuerit, alias⁵⁷) secundum arbitrium discreti iudicis puniatur, ut hoc saltem timore perterritus non facile quis in gravamen alterius falsas exceptiones opponat.

CAP. VI.⁵⁸)

Citatus ad totam causam, certo termino ad comparendum assignato, tenetur comparere in termino, et dato impedimento in termino debet comparere quam citatus potest post terminum; alias condemnabitur in expensis a tempore citationis emissae.

Idem Praenestino⁵⁹) Episcopo apostolicae sedis Legato et Decano Brinensi.⁶⁰)

Quum dilecti filii "magister S. Leodiensis et H. Lugdunensis"⁶¹) canonici nuncii "dilecti filii H. dicti" Leodicensis⁶²) electi pro eo "quondam" ad sedem apostolicam accessissent, "dilectus filius L." archidiaconus et H. canonicus Leodicensis ecclesiae⁶³) nomine suo et quorundam concanonicorum⁶⁴) suorum, "L. archidiaconi, H. oantoris, L. praepositi sancti Petri et quorundam aliorum," quorum literas "super eodem negotio nobis" exhibuere⁶⁵) de rato, "ad nostram postmodum praesentiam venientes," contra eundem electum⁶⁶) quaedam crimina proponebant, per quae nitentur eum ab electione "Leodiensis ecclesiae" repellere ut indignum. (Et infra:) Quamvis autem ex eo, quod idem electus⁶⁷) a gravamine adversae partis appellaverit, et appellationem non fuerit⁶⁸) "interpositam" per sufficientes procuratores, quum possit⁶⁹), illis prosequentibus, persecutus, non levis exorta esset suspicio contra eum, volentes tamen "in omnibus" iuris ordinem observare, ipsi⁷⁰) "districte praecipiendo" mandamus⁷¹), quatenus⁷²) usque ad dominicam, qua cantatur: „Ego sum pastor bonus," "transactam" per se vel per⁷³) procuratorem sufficientem "sufficienter instructum, ne postmodum per dilaciones vel occasiones quolibet subterfugere videretur examen," ad praesentiam nostram accederet, super praedictis omnibus responsurus; alioquin, quum assignaremus ei pro peremptorio⁷⁴) terminum supradictum, sciret, quod, quantum de iure possemus, procederemus extunc in negotio memorato. Expectantibus igitur adversariis "eius apud apostolicam sedem," ipsum diu "etiam" ultra terminum duximus expectandum; sed ipse "nec venit, nec sufficientem procuratorem" direxit, "sed" simplicem solummodo nuncium excusationis "eius" literas afferentem⁷⁵). Scribebat enim, quod "praedictum magistrum S." nuncium "suum," cui "nos," quum a nobis recederet, iniunximus viva voce, ut citaret eundem, sero receperat; unde non poterat, tum propter termini brevitatem, tum propter viarum discrimina, nostro se conspectui praesentare. Sed contra hoc faciebat⁷⁶), quod, sicut excusatorem "ad nos" direxerat, sic dirigere potuerat responsalem⁷⁷), quum ei non fuisset iniunctum, ut ad causam in propria persona duntaxat veniret, sed vel⁷⁸) ipse accederet, vel procuratorem idoneum destinaret. Praeterea quum mandatum alicui, ut ad certum terminum se iudici repraesentet⁷⁹), duo sub hac forma mandantur, ut ad iudicem veniat, et ad diem sibi praefixam accedat. Unde si venire non possit ad diem⁸⁰) assignatum, tenetur nihilominus se iudici praesentare, "sicut ratio suggerit et legitima sanctio manifestat." Si enim mandatur alicui, ut alii ad certum diem certam rem exsolvat, non ideo erit a mandato solutus,

si solvere nequiverit⁸¹) die data; immo ad solutionem elapso etiam die solutioni praefixo tenetur. Quapropter quia dictus electus⁸²) nec⁸³) venerat, nec sufficientem miserat responsalem, ad diem sibi statutum vel post etiam diutius expectatus, nec de vicino eius adventum spes erat, utpote qui per literas atuncque⁸⁴) excusaverat⁸⁵) moram suam, et calores aestivos et insidias sibi positas formidabat, eum "de consilio fratrum nostrorum" reputavimus contumacem, et ad legitimas et moderatas expensas, quas adversarii eius⁸⁶) fecerant tempore citationis emissae, quem⁸⁷) extunc expectare inceperant, ipsum curavimus condemnare, "quod de H. praeposito sancti Dionysii dicebatur interim ab aliquibus attentatum frivolum reputantes."

CAP. VII.⁸⁸)

Sententia in causa beneficii non transit in rem iudicantem respectu superioris, quo minus possit de iuribus partium inquirere, maxime quando sententia fuit lata contra absentem, licet contumaciter et indefensum.

Idem Armachano⁸⁹) et Caselensi Archiepiscopi.

Quum olim D. clericus Coelestino Papae⁹⁰) praedecessori nostro, diversis praelatorum Hyberniae literis praesentatis, se assereret in episcopum Roscensem⁹¹) fuisse electum, nullusque apparet, qui aliquid⁹²) contra eum proponeret: dictus praedecessor noster ei "per bonae memoriae A. Albanensis episcopum" munus⁹³) fecit consecrationis impendi, "et ad suam eum remisit ecclesiam consecratam." Postmodum "vero dilecti filii" F.⁹⁴) et G.⁹⁵) monachi ad eiusdem praedecessoris nostri praesentiam accedentes⁹⁶), uterque se asseruit a canonicis Roscensis⁹⁷) ecclesiae fuisse electum, et⁹⁸) "idem F.," quod praedictus D. "ad eandem ecclesiam apud sedem apostolicam, quam" per falsas literas "circumvenerat," fuerat⁹⁹) consecratus, "exposuit." Propter quod idem praedecessor noster causam "eorum" vobis, "fratres, Cassellensis et Laonensis episcopi," sub ea¹⁰⁰) forma commisit, ut de forma et processu electionis memorati D. sollicito quaereretis, et, si cum electum canonice fuisse constaret, ipsum faceretis pacifica possessione gaudere; alioquin inter praedictos F. et G. audiretis causam, et cuius electionem canonice et magis rationabiliter¹) factam inveneritis²), "ratione praevia," alterius curaretis electioni praeferre, "ac tu, frater Cassellensis, alterum eorum, quem rationabiliter duces confirmandum, in episcopum consecrasset." Verum, sicut ex literis vestris accepimus, quum dictae commissionis vobis fuissent literae praesentatae, iuxta tenorem earum primo de electione praedicti D. inquirere voluistis, quumque³) a vobis dictus D. tertio citatus vestro se nollet conspectui praesentare, procedentes in causa⁴), tam ex testimonio cleri⁵) et populi Roscensis⁶) ecclesiae, quam ex⁷) assertione "illustris" regis Coarcae⁸) et praelatorum "ipsius" provinciae, de praedicto F. electionem fuisse celebratam canonice didicistis, et eam "postmodum" curastis auctoritate apostolica confirmare, praesertim quum capitulum⁹) Roscensis ecclesiae dictum D. se non elegisse constanter assereret¹⁰), nec de praedicti G. monachi electione aliquatenus cogitasse¹¹). Interim "autem" memoratus D. ad apostolicam sedem accedens, "et nullam penitus de commissione praedicta, vel etiam de praedictorum electionibus faciens mentionem, vobis suggerere non exavit, quod quum ad Roscensem diocesim cum praedictis praedecessoris nostri literis remearet, supradictus rex Coarcae ipsi fecerat inhiberi, ne diocesim vel ecclesiam Roscensem intraret, donec ei certam solveret vel saltem promitteret pecuniae quantitatem. Quum autem postmodum amici eius praeter ipsius conscientiam certa regi munera promississent, ipse ad ecclesiam suam adhissus, in ea per annum dimidium ministravit. Sed quum promissam ab amicis

Cap. V. 53) add.: pars: C. R. 1. — 54) omitt. C. H., Comp. III., Rain. — 55) omitt. Rain. — 56) defecerint: C. H. — 57) aliter: C. R. 1.

Cap. VI. 58) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — 59) Penestrino: C. L. — 60) dec. Brin.: omitt. C. R. 1. — London.: C. R. 2. — Hirnensi: C. H. — Burensi: C. L. — Burinen.: Comp. I. Ms. — leg.: Hunnen.: (sive Bonnensi) cum Aug. — 61) ita nos emendavimus; Lugdunens.: Comp. I. — 62) London.: C. R. 1. — London.: C. R. 2. — Leodien.: C. H., Comp. III. per tot. — 63) omitt. C. L., Comp. III. — 64) canonicorum: C. R. 2. H., Comp. III. — 65) exhibuerat: Comp. III. Aug. — 66) eundem H.: Comp. III. — 67) praedictus H. a grav. praedictorum archid. et Henr. et sociorum ipsorum canonicorum Leodien., sicut dicebantur, ad sed. ap. appellavit: Comp. III. — 68) fuit: C. H., Comp. III. — 69) possit: C. L., Comp. III. — 70) add.: quoque: C. R. 2. — 71) mandavimus: C. R., Comp. III. — 72) ut: C. R. H. L., Comp. III. — 73) omitt. Comp. III. Ms. — 74) peremptorium: C. R. 1. — peremptorie: Comp. III. — 75) defecerunt: Comp. III. — 76) pars proponebat adversa: ead. — 77) et resp.: C. L. — sufficientem resp.: C. R. 1. — 78) ut: C. L. — 79) praesentaret: C. R. 1. — 80) add.: sibi: C. H. — seq.: assign.: omitt. C. R. 1. — 81) noluerit: ib. — 82) praedictus H.: Comp. III. — 83) non: C. L. — 84) utrumque: C. H. — utrumque: Comp. III. — 85) excusaverit: Cont., Böhm. — 86) huius: Comp. III. Ms. — 87) quam: Comp. III. Aug.

Cap. VII. 88) Restitutum ex Reg. Bal. I. 364. — Comp. III. h. t. c. 3.

— 89) Armachano et Cassellen. (Casellen.: Ms.) archiepp. et ep. Lubin (Ms.: Lubien.) Comp. I. — Armachano et Cassellen. archiepp. et ep. Laonens.: Reg.; leg.: Laoniensi (Killaloe s. Lubu). — 90) omitt. C. L. — in Comp. III. et Reg. cap. initium hoc est: Quum olim (add.: dil.: Aug.) D. clericus ad sed. ap. de Hyberniae partibus accessisset, bon. mem. C. PP. praed. n. diversas (omitt. Aug.) diversorum praelatorum Hyberniae literas praesentavit, quibus se asserere in episcopum fuisse Roscen. (Rocen.: Comp. I. Ms.) electum. Quumque nullus etc. — 91) Roscensem.: C. H. — Rosenen.: C. L. — Rosen.: C. R. — 92) omitt. C. L. — 93) minus: Ed. Rom. oper. Mend. — 94) Flor.: Reg. — 95) E.: id. per totum. — 96) accesserunt, quorum uterque: Comp. III., Reg. — 97) Roscen.: Comp. III. Ms. — Rosenen.: C. H. per totum. — 98) Sed: Comp. III., Reg. — 99) omitt. Reg. — 100) fuisset: ib. — 100) hac: C. L. — 1) rationabilem: ib. — 2) innovaretis: C. R., Comp. III., Reg. — 3) Sed quum a vob. tertio citatus: Comp. III., Reg. — 4) causam: Comp. III. Ms., Reg. — 5) omitt. Böhm. — 6) Roscen.: Comp. III. Ms. — 7) abeat a Comp. III. et Reg., Cont., Böhm. — 8) Scotiae: C. R. 2. — Archiviae: C. R. 1. — Coarcae: C. H. — Coarcae: C. L. — Coarcae: Cont. — Coarcae: Böhm. — leg.: Coarcae (Cork) cum Comp. III., Reg. — 9) decanus, archid., cantor, thesaurarius et totus clerus et populus Roscen. (Rocen.: Comp. III. Ms.) eccl. etc.: Comp. III., Reg. — 10) assereret: ib. — 11) excogitasse: C. L.

suis pecuniis noluisse exsolvere, rex ira commotus decano mandavit, ut ei reverentiam nullatenus exhiberet. Qui licet dicto D. iuramento teneretur adstrictus, quia tamen ab eo pro filio suo adhuc parvo archidiaconatum non potuit obtinere, quinta feria martiris hordomadae oleum, quod benedicti debuerat, furari praesumpsit; et quanteis propter hoc ab eo fuerit excommunicationis vinculo innodatus, nihilominus tamen tertia feria septimanae sequentis Roscensis ecclesiae libros surripuit, et ad regem contra ipsum se transferre minime dubitavit. Quorum duorum molestiis fatigatus, terram regis coactus exiit, propter quod a nobis ad venerabilem fratrem nostrum Fernensem episcopum et coniudices suos literas impetravit, qui memoratum regem diligentius inducerent et monerent, ut ipsum sine alicuius exactione pecuniae ad ecclesiam suam secure redire permitteret, et administrationem episcopatus tum in temporalibus quam spiritualibus exercere; alioquin eum excommunicationis vinculo innodarent, et terram eius sub interdicto, neutram relaxaturi sententiam, donec super receptione ipsius mandatum apostolicum adimpleret; memoratum quoque decanum, si vis de praemis consetaret, ab officio beneficioque suspensum ad sedem apostolicam venire compellerent, et, donec respiceret, excommunicationem faceret publice nunciari. Praeterea super¹¹⁾ quibusdam aliis gravaminibus et iniuriis contra dictum F. et quosdam alios literas impetravit, asserens eundem episcopum iura Roscensis ecclesiae detinere, ac eundem F. monachum in archidiaconum et clericos manus iniectisse temere violentas. Ceterum eodem D. a nobis cum huiusmodi literis recedente, fore post trium mensium spatium¹²⁾ dictum F.¹²⁾ monachum ad sedem apostolicam accessit, et postmodum¹³⁾ ex parte vestra nobis¹⁴⁾ literas praesentavit, quae qualiter a vobis in commissione praedicta processum fuerat continebant. Cum fratribus igitur nostris habito super hoc diligenti tractatu, timentes, ne, sicut praedecessor noster per literas, quas idem D. ei praesentaverat, dicitur circumventus, nos etiam circumveniri contingeret per literas vestras, nobis ab eodem monacho praesentatas, Volentes igitur¹⁵⁾ adhuc misericorditer agere cum absente, ut et¹⁶⁾ eius malitia fortius convineatur, dictum F. monachum ad vos communitur duximus remittendum, fraternitati vestrae per apostolica scripta districtius praecipiendo mandantes, quatenus eo non obstante, quod¹⁶⁾ eiusdem F. fuit¹⁷⁾ electio confirmata, saepe dictum D., si in Hibernia poterit inveniri, legitime citetis ad causam, et, facultate sibi defensionis indulta, solum Deum habentes prae oculis¹⁸⁾ in causa ipsa canonice procedatis. Qui si¹⁸⁾ inventus¹⁹⁾ infra¹⁹⁾ tres menses vestro se conspectui contempserit praesentare, ad consecrationem dicti F., omni occasione postposita procedatis. Si autem in Hibernia inventus non fuerit, indulto sibi unius anni spatio, ex quo ad nos, etsi nun verbo, facto tamen intelligitur provocasse, arrepto itinere ad sedem apostolicam veniendi, dicto F. administrationem Roscensis ecclesiae in spiritualibus et temporalibus committatis, quo elapso eum non differatis in episcopum consecrare. Ne autem etc. Dat. Perusii XV. Kal. Oct. [1198.]

CAP. VIII.²⁰⁾

Si proceditur per viam inquisitionis contra absentem contumaciter, etiam lite non contestata testes recipi possunt, et sententia definitiva ferri, etiam per viam depositionis, si hoc mereatur delictum.

Idem.

Veritatis est verbum organo dominicae vocis emissum, quod arbor, quae terram inutiliter occupat, digne excidi, et in ignem mitti censetur, ut terra, quae sui nociva occupatione inutilis arboris sterilis habetur, per novam plantationem ad fructificandum culturam recipiat congruentem. Huic nimirum arbori H. quondam Curieusis episcopus non immerito comparatur, qui Curiensem eccle-

siam usque modo per violentiam detinuit, et, Sicut dilecti filii canonici Curienenses²¹⁾ V. S. et R. et Be. Ro. plebanus S. Georgii ex parte vestra in nostro auditorio retulerunt²²⁾, quod praedictus H. Curienensis episcopus²³⁾ ecclesiam suam²⁴⁾ non solum dilapidando depressit, sicut publica praedicabat infamia, sed²⁵⁾ homicidio, incestu aliisque criminibus polluit. Nos autem, utpote quibus huc imminent corrigenda, quum ipsi canonici vestri bono zelo, ut arbitramur, inducti praedictum episcopum accusare, et, intusentes enormitates eiusdem, ad aures nostras deferre curarunt, timendo, ne, sicut in decreto Gelasii continetur, apostolica offensam incurrerent, si huiusmodi excessus auditus catholicae ecclesiae suppresserentur putarent, super his²⁶⁾ commissimus primo causam venerabili fratri nostro Tridonensi²⁷⁾ episcopo, et dilectis filiis abbati Montis sanctae Mariae et praeposito de Inula, secundo quoque venerabili fratri nostro Brixiani episcopo, et ipsi illerum abbati et praeposito. (Et infra:) Verum quum episcopus ipse²⁸⁾ priorum iudicium praesentiam adire per contumaciam contempserit etc., auctoritate nostra fuit per ipsos primos iudices ab officio beneficioque suspensus. (Et infra:) Tandem vero coram iudicibus²⁹⁾ canonica citatione vocatus, praesentiam suam difficulter exhibuit; sed frivolum tunc excusationem malitia³⁰⁾ concepta praetendens, experiri cum canonicis in iure neglexit. Qua de causa nos de consilio fratrum nostrorum suspenses episcopum ipsum, vel potius suspensionem a iudicibus factam auctoritate apostolica confirmantes, tertio super his venerabili fratri nostro Cumano³¹⁾ episcopo et dilecto filio abbati sancti A.³²⁾ causam ad superandam malitiam ipsius episcopi³³⁾ commissimus³⁴⁾ audiendam, qui partibus citatis, adhibitis secum viris prudentibus et honestis, quum³⁵⁾ nec per se, nec per responsalem idoneum comparuerit, in eundem episcopum propter inobedientiam excommunicationis sententiam protulerunt, testes³⁶⁾ ex parte vestra, quemadmodum in mandatis a nobis acceperant, admittentes, scilicet abbates, priores, praepositos et alios religiosos viros, per quos quemlibet³⁷⁾ articulum criminum praedictorum constat fuisse probatum. (Et infra:) Nos igitur videntes, ordinem iudicium in hoc facto fuisse servatum³⁸⁾, considerato³⁹⁾ praeterea, quod post sententias in se datas⁴⁰⁾ celebrare praesumpserit⁴¹⁾, quum multi praelati ecclesiarum contra eundem episcopum scripserint⁴²⁾, nec unus pro eo defendendo vel aliquatenus excusando⁴³⁾, in nomine Domini cum Apostolo omnem inobedientiam ulcisci volentes⁴⁴⁾, licet absentes corpore, praesentes tamen spiritu, iuxta verbum eiusdem Apostoli fulminis sententiam perpetuae depositionis in ipsum, et eum tam a pontificali quam ab⁴⁵⁾ omni officio sacerdotali privantes, sine spe restitutionis aliqua⁴⁶⁾ duximus condemnandum, ea nihilominus in irritum revocantes⁴⁷⁾, quaecumque post inhibitionem apostolicae sedis seu factam suspensionem et excommunicationem de rebus ecclesiae alienare praesumpsit.

CAP. IX.⁴⁸⁾

Actor non admissus in possessionem sibi decretam per iudicem causa rei servandae, vel ab eo expulsus, per lapsum anni verus efficitur possessor.

Idem in concilio generali.

Contingit interdum, quod, quum actori ob contumaciam adversae partis adiudicatur causa rei servandae possessio, propter rei potentiam sive dolum actor infra⁴⁹⁾ annum rem custodiendam nancisci non potest, vel acquisitam⁵⁰⁾ amittit, et sic, quum secundum multorum assertionem verus⁵¹⁾ non efficeretur⁵²⁾ post lapsum anni possessor, reportet⁵³⁾ commodum de malitia sua reus. Ne igitur contumax melioris quam obediens conditionis existat, de canonica aequitate sancimus, ut in casu praemisso actor verus⁵⁴⁾ constituitur elapso anno possessor. Ad hoc etc. [cf. c. 8. de arb. l. 43.]

Cap. VII. 11) contra praedictos regem et decanum Roscens. (Roscaensis: Ms.) ad episcopum Corcaensem et F. monachum quosdam literas impetravit: Comp. III., omnino male. — contra episcopum Corcaensem et F. monachum literas impetravit: Reg. — 12) eodem F. praesentavit: C. R. H. L. — 13) omitt. Comp. III., Reg. — 14) abest a C. R. 1. — 15) non exstat in C. H., Comp. III., Reg. — 16) quod eius el.: Comp. III., Reg. — 17) fuerit: C. R. 1. — 18) Quodsi: C. H. — 19) Quodsi forsan in Hibernia inventus non fuerit, indulto sibi (ei: Reg.) unius anni spatio, ex quo ad nos, etsi nun verbo, facto tamen intelligitur provocasse, arrepto itinere ad sed. ap. veniendi, dicto F. administrationem Roscens. (Rosen.: Comp. III. Ms.) ecclesiae (diocesis: Reg.) tam in spiritualibus, quam in (omitt. Reg.) temporalibus (auctoritate freti ap. committitis. Quo elapso, eum non differatis in episcopum, sicut canonicum fuerit, consecrare. Si vero praedictus D. inventus in Hibernia et citatus legitime infra tres menses vestro se conspectui denuo contempserit praesentare (praesentari: Aug.), ad consecrationem praedicti F., sicut dictum est, omni contradictione (occasionis: Ms.) postposita, procedatis: Comp. III. Reg. — 19) intra: Cont., Böhm.

Cap. VIII. 20) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 1. — 21) Curian.: Comp. IV. Ms. A. B. — 22) retulerint: Comp. IV. Ms. A. — 23) Cur. ep.:

omitt. Comp. IV. — 24) praedictam... depressisset: ib. — 25) add.: etiam: Cont., Böhm. — 26) sup. his: omitt. Comp. IV. — 27) Turden.: C. R. 1. — Trident.: Comp. IV. Ms. A. — Tridentino: Ms. B. — Tridentino: C. R. 2. H. L., Aug. — 28) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 29) add.: tandem: C. R. 1. — secundis: C. L. — 30) in mal.: Comp. IV. Aug. — 31) Boagen.: Comp. IV. Ms. B. — 32) Cudnundi: Comp. IV. Ms. B. — Habundi: Ms. A. — Abundi: Aug. — 33) omitt. H. — 34) commiserimus: Comp. IV. Aug. — 35) quum nec ipsum, nec responsalem eius aliquem invenirent: Comp. IV. — 36) et testes etiam... admiserunt (Ms. A.: commiserunt), abbates etc.: ib. — 37) quilibet articulus... constat (constitit: Ms. A.) fuisse probatum: ib. — 38) probatum: Comp. Ms. A. — 39) considerando: C. L., Comp. IV. Ms. B. — 40) latus: C. R. 1. — 41) praesumpsit: C. L. — 42) scripserant: Comp. IV. — 43) add.: comparuerit: Aug. — 44) cupientes: Comp. IV. Ms. A. — 45) omitt. Comp. IV. — 46) reliqua: Böhm. — 47) irritantes: Comp. IV. Ms. A.

Cap. IX. 48) c. 40. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 2. — 49) intra: Cont., Böhm. — 50) nactus: Comp. IV., conc. — 51) versus: Comp. IV. Aug. — 52) efficitur: C. R. 1. — efficitur: Comp. IV. Ms. B. — 53) reportaret: C. H. — reportat: Comp. IV. Aug., Ms. A., conc. — 54) add.: incommutabilis: Comp. IV. Ms. A.

CAP. X.

Si reus non invenitur, sufficit publice citationem ad ecclesiam suam proponi.

Gregorius IX. *Archiepiscopo Burdegalensi.*

Venerabilis frater noster (*Et infra*) Volentes finem imponi litibus, ne immortales existant, mandamus, quatenus ad initium proxime venturae Quadragesimae, quod tibi peremptorium terminum duximus assignandum, super iure primatiae⁵³), quod Bituricensis archiepiscopus in te ac in provincia tua se habere proponit, per⁵⁶) te vel per procuratorem idoneum sufficienter instructum ad litem contestandam et ad alia omnia negotia⁵⁷) peragenda, quae necessaria decisioni negotii videbuntur, nostro te conspectui praesentes. Nos vero nihilominus archidiacono Transuigensi⁵⁸) et magistro M. canonico Turonensi dedimus in mandatis, ut et ipsi ad eundem terminum auctoritate nostra iuxta praemissam formam te peremptorie citare procurent, et, si non poteris inveniri, faciant, ut citationis edictum per ipsos⁵⁹) vel alios⁶⁰) apud ecclesiam tuam publice proponatur.

TITULUS XV.

DE EO, QUI MITTITUR IN POSSESSIONEM CAUSA REI SERVANDAE.

CAP. I.¹)

Missus in possessionem ex primo decreto in reali, per lapsum anni verum et incommutabilem illius rei possessionem acquirit, licet passus missionem habuerit infra annum voluntatem cautionem praestandi, quam tamen non deduxit ad effectum suo defectu. Hoc dicit secundum verum intellectum.

Alexander III. *Priori et Fratribus de Guiseburch.*²)

Constitutis in praesentia nostra *"dilecto filio nostro"* R. canonico vestro³), et responsalibus *"dilecti filii nostri G."* praepositi de Beril.⁴) super possessione ecclesiae de Lamento⁵), in quam⁶) *"de mandato et auctoritate nostra per iudices delegatos, videlicet Exoniensem episcopum et priorem de Chinesoi,"*⁷) causa rei servandae fueratis inducti⁸), hinc inde fuit coram nobis aliquamdiu disputatum. Tandem *"vero post rationes et allegationes utrinque productas"* ex utriusque partis assertionem tenuimus, quod licet causa rei servandae⁹) tantum in eiusdem ecclesiae possessionem¹⁰) inducti fueritis¹¹), infra¹²) annum tamen altera pars *"super eadem causa vobiscum"* standi iuri¹³) non praestitit cautionem: licet voluntatem *"ipsam cautionem"* praestandi habuerit¹⁴), et vos eam parati recipere fuissetis. Inde¹⁵) *"est, quod nos de communi fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica"* decernimus¹⁶), ut *"vos"* amodo possessionem praescriptae¹⁷) ecclesiae, salvo iure, quod idem praepositus in petenda¹⁸) ecclesia habere dignoscitur¹⁹), *"libere et"* absque contradictione qualibet habeatis, *"nec praefatus praepositus super eadem possessione vos audeat aliquatenus de cetero fatigare."* Ut autem nostrae²⁰) diffinitionis sententia *"futuris temporibus"* inviolabiliter observetur, eam apostolice duximus patrocinio roborandam, *"statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae diffinitionis infringere. Si quis autem etc."*

Cap. X. 55) primitiae: C. H. — 56) vel per: C. R. 1. — 57) omitt. C. R. H. L. — 58) Transig.: C. R. 1. — Transigen.: C. R. 2. — Truigen.: C. L. — vid. leg.: *trans Ligerim* (cf. inscr. c. 8. de exc. II. 25.) — 59) se ips.: C. R. 1. — 60) illos: C. H.

TIT. XV. Cap. I. 1) Restitutum ex App. III. 4., Lips. XLI. 1., Cass. XLVII. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Gebeseb.: C. H. — Cuseb.: C. L. — Giseb.: Lips., Cass., Comp. I. — Giseleburn.: App. — leg. tamen omnino est Gysburne, quod monast. in dioec. Eboracensi situm docet *Valor ecclesiasticus etc.* Tom. V. p. 80. (Lond. 1825.) — 3) omitt. App. — 4) de Bel.: C. R. H. L. — Belucensis: Comp. I. Ms. — Helacensis: Aug. — Bevelacensis: Cass. — Bevellacensis: App. — Bevelacensis: Lips. — leg.: *Beverluacensis (Beverley)*. — 5) Lamentum: Cass. — Latin.: Comp. I. Aug. — Levint.: Lips. — Leointri: App. — (leg.: *Leventon*). — 6) in qua: Coll. citt. — 7) ita Ang. — Ezmtuth.: Cass. — Chivith.: Comp. I. Ms. — Inthorb.: Lips. — Knieleuned.: App. — 8) introducti, hinc inde fuit. . . te aliquantulum disp. Et tantundem: ib. — 9) conservandae: Cass. — 10) omitt. Cass. — 11) fueratis: C. L., Lips., Cass., Comp. I. — fuissetis: App. — 12) intra: Cont. Böhm. — 13) iudicio: Coll. citt. — 14) habuerint: Lips. — 15) Ita: Cass. — 16) decrevimus: Lips. — decrev., ubi: Cass. — 17) praedictae: C. R. H. — 18) praebendu ecclesiae: Lips. — 19) noscitur: Cass. — 20) haec.: Cass. — *Ut autem etc.*: omitt. App.

Cap. II. 21) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 22) archiepiscopo: Böhm. — 23) Abin.: C. R. 1. — Abrin.: C. R. 2. — Albanensi: C. L. — episc. et archid. Abruc. (*Abrac.*): Ms. A. — leg. *Abrinc.*, i. e. *Abrincensi, Abranches*, cum Ms. B. et prior de Luc. (leg.: *Lucerna*): Comp. II. — 23*) omitt. Comp. II. Ms. A. — 24) subdiaconem: Comp. II. Aug. — decanum: Ms. A. — 25) ita nos restituumus (*Cuen*) — ea domo: Comp. II. Ms. A. — Cadorno: Ms. B. — Cadonio: Aug. — 26) Capthyr.: C. L. — Capith: C. R. 1., Comp. II. Ms. B., Aug. — Carpieth: Ms. A. — 27) Taur.: C. R. 1. H. — Taurien.: C. L. — Thaur.: C. R. 2. — coram dilectis filiis Tauri-

CAP. II.²¹)

Tempus annale non currit missionem passio, si infra illud cautionem iudicibus vel alteri eorum aliis absentibus obtulit, licet per eos seu per eum recepta non fuerit. Et est casus notabilis secundum hunc intellectum.

Clemens III. *Episcopo et Archidiacono*²²) *Eboracensibus*.²³)

Quum, sicut accepimus, inter *"dilectum filium"* P.²²) subdecanum²⁴) *"Baiocensem"* et *"dilectum in Christo filium,"* abbatissam et conventum sanctae Trinitatis *"de Cadomo"*²⁵) super ecclesia de Capit.²⁶) quaestio verteretur, de Thaurino²⁷) et de Corinth.²⁸) abbatibus, ac archidiacono Chima.²⁹) a sede apostolica delegatis, moniales ipsas³⁰) rei servandae causa in possessionem rei petita miserunt, *"quod in personis contumacium iuris videtur constitutio decrevisse."* Unde³¹), quum hoc³²) ad subdecani³³) notitiam pervenisset, ad archidiaconum praedictum³⁴) accessit, et offensus ei sistendi iudicio cautionem, quoniam³⁵) abbas de Corinth.³⁶) profectus erat³⁷) in Angliam, et abbas Thaurinensis³⁸) viam fuerat³⁹) universae carnis ingressus, possessionem infra⁴⁰) annum sibi *"iuris ordinae"* resignari cum instantia postulavit, sed non potuit obtinere. *"Processu vero temporis moniales, quas diximus, ad venerabilem fratrem nostrum W. Rothomagensem archiepiscopum et dilectos filios abbates S. Catharinae et I. de Veteri Ronte archidiaconum Rothomagensem literas alias impetrarunt, quorum iudicio ideo subdecanus, sicut asserunt, subire recusat, quod praedictum archiepiscopum habet certa ratione suspectum, et metuit, ne coniudices ad partem quamlibet eius auctoritate de facili trahantur. Quia vero nemo invidus suspectorum iudicium compellitur iudicio subiacere,"* Discretionis vestrae *"per apostolica scripta"* mandamus, quatenus, *"si certam suspicionis causam contra archiepiscopum ostenderit subdecanus, audiat negotium, et appellatione remota mediante iustitia terminetis, in primis tamen,"* si est ita⁴¹), sistendi iudicio ab eo⁴²) cautione recepta, ei possessionem restitui faciatis. Nec obstare volumus, quod annus elapsus esse proponitur, si per eum non steterit, quo minus infra⁴³) annum et possessionem receperit⁴⁴), et dederit cautionem. *"Si quid autem per praedictas literas, etc."*

CAP. III.⁴⁵)

Si passus missionem, repetens possessionem, allegat se contumacem non fuisse, restituitur in pristinum statum praestita cautione, et dilata condemnatione expensarum, quum evitat, si postea constiterit, eum non fuisse contumacem.

Innocentius III. *Urbinati*⁴⁶) et *Senagolensi*⁴⁷) *Episcopis.*

Quum venissent ad apostolicam sedem *"dilecti filii"* abbas sancti Angeli *"pro monasterio suo,"* et *"nobilis vir"* P. Gal.⁴⁸) *"miles pro se, patre et uxore suis,"* idem P.⁴⁹) proposuit *"coram nobis,"* quod, *"quum"* praedictus⁵⁰) abbas eum super quadam possessione coram *"dilecto filio nostro"* Iohanne⁵¹) *"tit. S. Priscae presbytero cardinali, tunc"* apostolicae sedis legato *"in Marchia"* traxit⁵²) in causam, *"quod ei secundum bonam terrae consuetudinem responderet, coram eodem asseruit cardinali."* Verum legatus⁵³) ipse causam *"ipsorum"* commisit iudicibus⁵⁴) secundum ius et bonam terrae *"illius"* consuetudinem terminandam. Qui quum⁵⁵) secundum ius tantum, *"et non huiusmodi consuetudinem"* velleut *"in causa"* procedere, praefatus P.⁵⁶) *"ab eis, tanquam qui formam mandati excedere, ad"* nostram audientiam appellavit;

cen. (*Cauricen.*: Ms. A. — leg. *Taurinensi*, ord. S. Bened. dioec. Ebroic. monast.) et *Corchen.* (*Concheren*: Ms. A. — leg. *Conchensi, Conches*) *abbatibus*, et *H. Chiechicen.* (*Chichin*: Ms. B. — *Chionien*: Ms. A. — leg.: *Chioniensis, Chionon*) *archid. ex delegatione sedis apost. quaestio verteretur, praedictus subdecanus (decanus: Ms. A.) die partibus assignata in persona propria ad praesentium iudicium non valens accedere, responsalem ad eos cum propriis literis destinavit. Verum ideo dicitur eius procuratio reprobata, quod nomen subdecani, quem diximus, sigilli descriptioni impressio non habebat. Unde iudices occasione ex suo sensu satis invalidum asserentes moniales etc.* — 23) Cont.: C. R. 1. — Dont.: C. R. 2. — Cochi: C. H. — Corinthi: C. I. — 29) Cunen.: C. R. 1. — Clemon.: C. R. 2. — Chimid.: C. H. — Curinen.: C. L. — 30) omitt. Comp. II. — 31) Venem.: Comp. II. Ms. A. — 32) de hoc: C. H. — 33) subdiaconi: C. H. L. — 34) supra dictum: Comp. II. — 35) postquam: Comp. II. Ms. A. — 36) Cardin.: C. R. 2. — Conth.: Comp. II. Ms. A. — Conchi: C. H. — leg.: *Conchis*: cf. n. 27. — 37) omitt. Comp. II. — 38) Tauritan.: Comp. II. Ms. B. — Taur.: Ms. A., Aug. — 39) fuerit: Comp. II. Aug. — 40) intra: Cont., Böhm. — 41) si praemissa narratio (ratio: Ms. B.) veritate nitatur: Comp. II. — 42) eodem: Comp. II. Aug. — 43) intra: Cont., Böhm. — infra illum: Comp. II. — infr. ann.: omitt. C. H. — 44) recuperaverit: C. R. 1.

Cap. III. 45) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — 46) Urbani: C. R. 2. — Urbitan.: C. R. 1. — 47) Senegen. et Elicen. episc.: C. R. 1. — Senogan.: C. L. — Senagolien.: C. L. — Senegalien.: Comp. III. Ms. — leg.: *Senogallienis (Simgalliu)* cum Aug. — 48) Gallus: C. R. 1. L. — Gall.: Comp. III. Ms. — 49) idem miles: Comp. III. — 50) idem: C. L. — 51) I.: Comp. III. — 52) traxisset: ead. — 53) cardinalis: ead. — 54) ven fr. n. Eaino episcopo et dil. fil. abbati S. Helenae: ead. — 55) Sed quum iudicibus: ead. — 56) ipse: ead.

sed indices nihilominus partem adversam in possessionem rerum petitarum inducendam causa custodiae decreverunt ita⁵⁷⁾, quod, si "miles ipse" usque ad annum et diem praestaret⁵⁸⁾ sistendi iudicio cautionem, et parti alteri triginta libras restitueret pro expensis, "et" reciperet⁵⁹⁾ possessionem eandem⁶⁰⁾. Quumque "postmodum dilectus filius noster" G.⁶¹⁾ "tit. S. Mariae trans Tiberim presbyter cardinalis" sedis apostolicae legatus infra⁶²⁾ annum fuisset terram illam⁶³⁾ ingressus, ipse cautionem standi iuri obtulit coram eo, et possessionem sibi restitui postulavit. "Sed idem legatus praedictum abbatem citavit ad causam, cui postmodum paratus⁶⁴⁾ "idem miles" expensas restituere factas in lite⁶⁵⁾, quae sex⁶⁶⁾ librarum summam, sicut asserit⁶⁷⁾, non excedunt; sed abbas triginta librarum sibi restitui petiit quantitatem. (Et infra:) Nos igitur, "quum saepe dictus miles possessionem sibi restitui peteret, abbas vero ex secundo decreto verum possessorem se constitui postularet, intelligentes, abbatem ipsum esse confessum in iure, quod saepe dictus miles infra legitimum tempus cardinalem interpellasset eundem, immo etiam infra annum coram eodem cardinali cautionem obtulit standi iuri, et cardinalis ad eum infra annum suas literas destinavit, licet ad longiorem terminum citaretur", ipsum P.⁶⁸⁾ cautione praestita in possessionem credimus reducendum⁶⁹⁾, hoc etiam decernentes, ut, si consuetudinem "illam," quam "miles" allegat⁷⁰⁾, laudabilem esse constiterit, quia ex hoc sequitur, eum rationabiliter appellasse, ad restituendas⁷¹⁾ expensas nullatenus compellatur. Alioquin^{71')}, "quodsi consuetudinem illam inveneritis reprobendam," quum ex hoc appareat, eum frustratorie appellasse⁷²⁾, ad restitutionem cogatur expensarum illarum, quas abbatem constiterit propter hoc necessarias in lite⁷³⁾ fecisse.

CAP. IV.

Contra absentem, qui non dimisit procuratorem, facta citatione domi, nullo defendente, fit missio. H. d. supplicando ad literam maxime, ut dicitur in gloss. Et est verus et notabilis intellectus.

Gregorius IX.

Si adversarius tuus post citationis edictum, ad remota loca se transferens, procuratorem legitimum non dimisit, et denunciatione publice facta domi non appareat qui defendat eundem, iure petere potes, ut in possessionem earum⁷⁴⁾ terrarum, de quibus quaestio vertitur, causa custodiae inducaris.

TITULUS XVI.

UT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETUR.

CAP. I.)

Privilegium etiam a principe impetratum, per quod privatur quis sine causae cognitione, lite pendente, usu possessionis, tanquam surreptitium non valet, seu tanquam rationi obviu est revocandum.

Alexander III. Eboracensi Archiepiscopo.

A memoria²⁾, nostra non excidit³⁾, "qualiter in primo anno nostrae promotionis transcriptum literarum felicitis memoriae praedecessoris nostri Honorii Papae nobis fecerit praesentari, in quo continebatur, antecessoribus tuis apostolica benignitate esse indultum, ut tam eis, quam successoribus suis liberum esset per totam Angliam ante se crucem deferre. Nos vero antecessoris nostri vestigiis inhaerentes, tibi sub scripti nostri munimine confirmavimus quod antecessoribus tuis fuerat a praedecessore nostro clementer indultum. Postmodum vero sanctae et venerandae memoriae T. quondam Cantuariensis archiepiscopus existimans hoc in praedictum sui iuris et suae dignitatis redundare, exinde coepit quaestionem movere. Unde propter hoc ad sedem apostolicam appella-

vit, affirmans, si bene meminimus, quod tibi et praedecessoribus tuis id nullatenus licuisset. Sicque factum est, ut nos tibi per scripta nostra prohibuerimus, ne in provincia Cantuariensis ecclesiae, donec de ipsa causa cognosceretur, ante te crucem deferre aliqua ratione auderet. Quia ergo per dilectos filios nostros I. et A. clericos tuos gravem coram nobis querimoniam deposuisti, asserens, quod te de possessione huius rei, quam tu et antecessores tui habuistis, ante cognitionem iudicii spoliassetis, volentes nos tibi tanquam venerabili fratri nostro deferre, et iura tua integra et illibata servare, praesentibus literis" Statuimus, ut⁴⁾ literae prohibitionis nostrae⁵⁾, quas⁶⁾ ad petitionem archiepiscopi Cantuariensis tuae fraternitati direximus, nullum tibi praedictum faciant, quo minus tibi et successoribus tuis liberum sit, quemadmodum vobis est beneficio⁷⁾ privilegiorum apostolicae aedis indultum, et tu et praedecessores tui "id" consueviatis facere, ante vos per totam Angliam deferre⁸⁾ crucem, quousque definitiva sententia decernatur, an ecclesia tua de iure hoc⁹⁾ debeat habere¹⁰⁾.

CAP. II.)

Accusatus de adulterio ad separationem tori non debet lite pendente privari possessione coniugali.

Clemens III.)

Laudabilem (Et infra: ["cf. Comp. II. c. 3. de cogn. spir. IV. 6.']) Queria¹²⁾ "iterum," quando matrimonium accusare¹⁴⁾ contingit, an¹⁵⁾ statim sit carnale commercium suspendendum, "aut quamvis dissimulari possit vel potius sustineri." Ad quod breviter respondemus¹⁶⁾, quod, "quum Alexander II.¹⁷⁾ aperte prohibeat, ne ab invicem, donec causae instae fiat examinatio, separantur, et Symmach¹⁸⁾ Papas continet institutum, ut praelatus aliquis accusatus, antequam ea, quae obiciuntur, luce clarescant, relinquere non debeat a subiectis, in praesenti articulo," coniugum alteruter accusatus ante probatam accusationem iure, quod habet¹⁹⁾ in altero, privari non potest.²⁰⁾ "Insuper etc. [cf. c. 4. qui matr. acc. poss. IV. 18.]"

CAP. III.)

Qui rem litigiosam alienavit ita, quod rehaberi non potest, debet aequivalentem substituere in locum illius, quam alienare non poterit. H. d. cum sequ.

Innocentius III. Abbati et Conventui sancti Silvestri.

Ecclesia sanctae Mariae in Via lata contra Ioannem de Ateia²²⁾, qui quasdam possessiones ipsius dicebatnr contra iustitiam detinere, movit "tempore B. Carosomi dicti senatoris" sub I.²³⁾ iudice quaestionem (Et infra: ["cf. c. 10. de constit. I. 2.']) Prohibemus²⁴⁾, ne possessiones, quae successerunt²⁵⁾ in locum et ius illarum, quas²⁶⁾ ab Ioanne de Ateia ecclesia sanctae Mariae petierat, in monasterium vestrum ab eodem Ioanne lite pendente translata alienare interim praesumatis, ut, si ecclesia sanctae Mariae "vel" de vitio litigiosi contractus vel de proprietate "forsitan" voluerit experiri, ne, si obtinuerit in iudicio, in vanum laboret, monasterio vestro²⁶⁾ minime possidente, sit quod²⁷⁾ evincere valeat et habere. "Dat. Lat. V. Kal. Dec." [1199.]

CAP. IV.)

Idem dicit, quod in praecedenti.

Idem.

Ecclesia²⁹⁾ sanctae Mariae (Et infra: ["cf. c. 10. de constit. I. 2.']) Possessionem, qua fuerat praetermissio iuris ordine praedicta ecclesia³⁰⁾ spoliata, sibi restitui postulabat (Et infra:) Nos quicquid ab aliis³¹⁾ factum fuit³²⁾, postquam praedecessor noster ad curiam³³⁾ suam idem negotium revocavit, irritum decer-

Cap. IV. 57) sic videlicet, ut: ead. — 58) idem praest.: C. R. 1. — 59) reciperes: C. L. — 60) eorum, de quibus quaestio vertebatur: Comp. III. — 61) omitt. Comp. III. Ms. — 62) infra: Cont., Böhm. — 63) Marchiam: Comp. III. — 64) par. sibi: C. R. 1. — voluit: Comp. III. — 65) item: Cont., Böhm. — 66) VII.: C. R. 1. — 67) asseruit: Comp. III. — 68) militem ipsum: ead. — 69) remittendum: C. R. 2. — 70) allegabat: Comp. III. — 71) restituendum: ead. — 71') omitt. Comp. III., Böhm. — 72) provocasse: C. H. L. — proclamasse: Comp. III. — 73) in lite: omitt. Comp. III.

Cap. IV. 74) omitt. C. R. H. L.
TIT. XVI. Cap. I. 1) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 2) Memoria nostra non excidit: Comp. II. Aug. — 3) exciderit: Comp. II. Ms. A. — 4) quod: C. R. H. L., Comp. II. — 5) omitt. Cont., Böhm. — 6) quas... dixer.: omitt. Comp. II. — 7) in beneficium: C. R. 1. — privilegio beneficiorum: Comp. II. Ms. A. — 8) portari: C. R. 1. — ferre: Comp. II. Ms. B. — 9) omitt. ib. — 10) add.: vel etiam non habere: C. R. 1.

Cap. II. 11) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 380. Comp. II. h. t. c. 2. — 12) inscr. omitt. Luc. — Coelestinus III.: C. R. 1. H., Comp. II. —

Coel. III. Senonensi archiep.: Theiner. ex cod. Paris. Recherches p. 47. — 13) Quaeeritis: Comp. II. Aug. — 14) accusari: Comp. III., Luc. — 15) aut: Comp. II. Ms. A. — seq.: statim: omitt. Luc. — 16) habetur responsum: Luc. — 17) cf. c. 10. C. XXXV. qu. 7. — 18) cf. c. 1. C. VIII. qu. 5. — 19) habebat: Comp. II. Ms. A. — 20) possit: Comp. II. Ms. A. B., Cont., Böhm. — in Luc. extrema cap. particula (inde a verb.: debeat) sensu omnino destituta est.

Cap. III. 21) Restitutum ex Reg. Bal. II. 239. — Comp. III. c. 1: de for. comp. II. 2. — integrum cap. vid. c. 10. de const. I. 2. — 22) Archieps: C. R. 1. per tot. — Ateia: Comp. III. Aug. — Ateiu: Ms. — Ateia: Reg. — 23) Laurentio: C. L. — 24) nec ipsas... interim alienare vult, prohibentes: Comp. III., Reg., omiss. verb.: in monast... translatus. — 25) successerant: C. R. 1. — 26) omitt. Comp. III., Reg. — 27) si quid: C. L.

Cap. IV. 28) Restitutum ex Reg. Bal. ib. — Comp. III. c. 1. de rest. spol. II. 6. — 29) ecclesiam: C. L. — 30) praed. eccl.: Comp. III., Reg. — 31) eis: Comp. III., Reg. — 32) fuerat: C. R. 1. — 33) curiam: Comp. III., Reg.

nimus et inane (*Et infra:*) Verum quoniam praefatam possessionem post restitutionem vobis factam ab Ioanne de Ateia³⁴) alii locationis titulo assignastis³⁵), neque restituere poteratis ecclesiae spoliatae, loco ipsius³⁶) tantundem possessionum acquirere licentium ad arbitrium³⁷) honorum virorum ipsi ecclesiae fecimus assignari, quas³⁸) quoniam³⁹) alii fuerant pignori obligatae, per vos liberari fecimus a creditoribus, qui nobis instrumentum pignoris "postea" resignaverunt. "Et quia etc. [cf. c. 10. de constit. I. 2.] Dat. Lat. V. Kal. Dec." [1199.]

CAP. V. 40)

Lis decidenda est secundum iura existentia tempore controversiae, non autem secundum privilegium impetratum lite pendente; nisi de liti pendente mentionem faciat.

Honorius III. Cancellario, Cantori et A. Canonico⁴¹) Parisiensibus.

Dilectus filius magister A. persona ecclesiae de Bassevilla⁴²) exposuit coram nobis, quod, quum inter praedecessorem suum ex parte una, et priorem ac monachos de Bassevilla⁴³) "Carnotensis dioecesis" ex altera⁴⁴) super decimis novallium infra fines parochiae suae consentientium quaestio emersisset, ea pendente coram iudicibus "a sede apostolica" delegatis, abbas et conventus "sancti Martini" maioris monasterii Turonensis⁴⁵), quibus subsunt prior et monachi supradicti, pro se ac membris suis obtinuerunt a sede apostolica indulgentiam super perceptione huiusmodi decimarum, cuius praetextu prior et monachi supradictas decimas sibi vindicare contendunt, licet in indulgentia "ipsa" de "supra" dicta⁴⁶) quaestione facta mentio non fuisset⁴⁷). Ideoque "discretionis vestrae" mandamus, quatenus "auctoritate nostra" eidem⁴⁸) iudicibus, "quibus commissae sunt ipsae quaestio," iniungatis, ut indulgentia non obstante praedicta in negotio ipso procedant iuxta traditam sibi formam.

TITULUS XVII.

DE SEQUESTRATIONE POSSESSIONUM ET FRUCTUUM.

CAP. I. 1)

Res, in quam facta est missio, non debet sequestrari, etiam si missus inde fuerit violenter eiectus. Vel notabilis sic: Sequestrum factum loco missionis propter scandalum evitandum revocari debet, oblata cautione et restitutis expensis.

Innocentius III. Mediolanensi Archiepiscopo.

Ad hoc unxit²) nos Deus "oleo laetitiae prae consortibus nostris, ut diligamus iustitiam et odiamus iniquitatem, quod tunc laudabiliter adimplemus, quum via regia incedentes non declinamus ad dexteram, neque ad sinistram aliquatenus deviamus, sed iuste quod iustum est persequentes, nec pauperis personam attendimus, nec honoramus vultum potentis, quia non est personarum acceptio apud Dominum; dum etiam merita subtili examinatione discutimus, et precum attendimus qualitatem, ut cuiuslibet reddamus ius suum, et preces, quae rationi non consonant, rationabiliter repellamus. Veniens siquidem ad apostolicam sedem" Abbas de Regula³) nobis "et fratribus nostris" exposuit, quod quum M. "quondam Mediolanensis archiepiscopus" praedecessor tuus super causa, quae inter ipsum et monasterium suum⁴) "diutius" fuerat agitata, "post multas commissiones tandem" obtinisset⁵) "venerabili fratri nostro" Veronensi⁶) episcopo "Romanae ecclesiae cardinali" literas destinari, et ipse "iudex delegatus partibus in sua praesentia constitutis" super iudicio possessorio partim pro monasterio, partim pro archiepiscopo sententiam⁷) protulisset, procuratore ipsius⁸) monasterii quaestionem de proprietate postmodum intentare volente, "pars archiepiscopi dilatione et inducias saepius postulavit. Quumque saepenumero idem archiepiscopus praefato Veronensi per literas direxisset, quod ipsius iudicium nullatenus declinaret, utraque parte apud

Novariam coram nuncio ipsius episcopi, qui ad hoc missus fuerat, existente," archiepiscopus iurisdictionem episcopi⁹) opposuit exspirasse, asserens, causam possessionis tantum, et non proprietatis fuisse commissam, et quia super possessione pronuntiaverat, semel functus officio suo, super quaestione proprietatis deinceps cognoscere non valebat. "Et his allegatis, praedictus archiepiscopus appellavit. Ad haec pars monasterii contra proposuit, quod causa, quae inter archiepiscopum et monasterium vertebatur, fuerat memorato episcopo absolute et indistincte commissa, et sic continentiam causae dicendi non debere dicebat. Adiecit etiam, quod, quum archiepiscopus toties postulaverit dilationem et locum a iudice, in quo ante illum super illa proprietatis quaestione respondere deberet, eum postea recusare nequivit, vel aliquatenus appellare; praesertim quia adveniente parte adversa, sicut est praelibatum, ipsemet eundem iudicem postulaverat, et in rescripto apostolico fecerat appellationis remedium inhiberi." Sed iudex¹⁰) actorem in possessionem, quae fuerat per ipsum "episcopum eidem" archiepiscopo adiudicata, "usus consilio virorum prudentum" propter¹⁰) eiusdem contumaciam mitti decrevit, a qua tamen archiepiscopus violenter monasterium eiecit. "Quumque dilectus filius G. tunc prior, nunc vero abbas eiusdem monasterii, et G. nuncios adversae partis propter hoc ad sedem apostolicam accessissent, bonae memoriae" Coelestinus Papa praedecessor noster, "supra dictis omnibus per dilectos filios nostros Hug. tit. sancti Martini presbyterum et sanctae Mariae in Aquiro diaconum cardinales, quos eis auditores concesserat, plenius intellectis, per bonae memoriae Al. tunc Albanensem episcopum" sic suum interpretatus fuit¹¹) rescriptum, quod tam causa possessionis quam proprietatis fuerat iudici delegata¹²), quum¹³) absolute et indistincte commissa fuerit, et eius continentia dividi non deberet, "et quod idem iudex ob dictas rationes ab archiepiscopo non potuisset etiam per appellationis obstaculum recusari. Volens igitur idem praedecessor noster archiepiscopo et abbati sine iustitiae laesione deferre," Praelibatum quoque¹³) possessionem "apud venerabilem fratrem nostrum Ferracellensem et bonae memoriae Novariensem episcopos" pro suo arbitrio¹⁴) sequestrari praecipit, iniungens¹⁵) "venerabili fratri nostro" Regimensi et "felici reordationis tunc" Mutinensi episcopis, ut "partes ad suam praesentiam convocarent et nullius contradictione vel appellatione tam super principali quam super incidenti obstante" de causa possessionis¹⁶) et proprietatis "infra duos menses" plenius cognoscentes, eam debito fine deciderent, et possessionem ei parti postmodum resignarent, quae obtinere de proprietate triumphum. "Quumque literae ipsae ad dictos Mutinensem et Reginensem episcopos pervenissent, partibus in ipsorum praesentia constitutis, procurator archiepiscopi cautionem obtulit, ut contumaciam, si qua praecesserat, expurgaret; quam procurator monasterii recipere noluit, nisi possessionis sequestratione praemissa, et salvo iure, quod ex commissione huiusmodi competebat, ut a se tanquam a possessore peteret in iudicio. Quumque procurator archiepiscopi e contrario responderet, quod ab eo peti velut a possessore deberet, disceptatione protracta in longum terminus exspiravit, infra quem episcopi memorati de proprietate cognoscere debuissent. Ceterum nuncios monasterii iterum ad ecclesiam Romanam accedens, per archiepiscopum stetit asseruit, quod nec possessio sequestrata fuerat, nec super proprietate processum in causa. Propter quod dictus praedecessor noster venerabili fratri nostro Boblensi episcopo per apostolica scripta mandavit, ut, possessione cum fructibus perceptis ex ipsa monasterii restituta, audirent postmodum si quid haberent partes inter se inricem quaestionis. Qui quum abbatem iuxta tenorem mandati apostolici in possessionem, quam Veronensis adiudicaverat, per suum nuncium mandasset induci, Hugo de Camerario ipsum abbatem ex ea violenter eiectit, qui cum suis complicitibus tam nuncium episcopi, quam abbatem et monachos armata manu fugavit, et navi, cuius vehiculo illuc accesserant, igne combusta, cellas monasterii depraedatus, conversis pluribus verberatis, domos extra claustrum ambitum constitutas cum quibusdam animalibus et quodam homine non erubuit concremare. Quod postquam ad eiusdem praedecessoris nostri audientiam nun-

Cap. IV. 34) Archeya: C. R. 1. — Ateia: Comp. III. Aug. — Ateia: Ms. — Ateia: Reg. — 35) monasterium ubi loc. tit. assignarat, neque rest. poterat: Comp. III., Reg. — 36) illius: Reg. — 37) secundum (ad: Reg.) arb. dilectorum filior. J. Tinezi capellani et P. hostiarum nostrorum eidem (eiusdem: Aug.) eccl.: Comp. III., Reg. — 38) quae quoniam... obl. a creditoribus cas fec. lib.: ib. — 39) quas ipsae: C. L. — quas quum: Cont., Böhm.

Cap. V. 40) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. un. — 41) canonicis: C. R. 1. — cancellario, cant. et A. dicto Marescalla (Marescallis: Ms.) can. Paris.: Comp. V. — 42) Hausenia: Comp. V. Ms. — Bassevilla: C. R. 1. — 43) Bassevilla: Comp. V. Ms. — 44) add.: parte: C. H. — 45) Turonum: Comp. V. Ms. — 46) de indulgentia in dicta quaest.: C. L. — 47) fuerit: Comp. V. — 48) abest ab ead.

TIT. XVII. Cap. I. 1) Restitutum ex Reg. Bal. I. 37. — Comp. III. h. t. c. un. — 2) unxit: C. H. — iniunxit: Comp. III. Ms. — 3) Stregula: C. R. H. L. — Strogula: Comp. III. — Scuzula: Reg. — 4) S. Donati de Strogula: Comp. III. — S. Don. de Scuzula: Reg. — 5) obtinuerat: C. L. — 6) Ferracellens: Comp. III. — 7) omitt. C. H. — 8) ipso: Comp. III. — 9) delegati iudicis: Reg. — 9) Ita nimirum (Itac nimirum, et alias: Comp. III.) rationes quum iudex plenius advertisset: Comp. III., Reg., Böhm. — 10) pr. ei. cont.: omitt. Comp. III., Reg. — 11) est: C. R. 1. — 12) delegati commissa: Comp. III., Reg. — 13) quum... deberet: omitt. ib. — 13) omitt. Comp. III., Reg. — 14) suae voluntatis arbitrio: ib. — 15) per apost. scripta praecipiens: ib. — 16) tam poss., quam propr.: Comp. III. — poss. et: omitt. Reg.

cio ipsius abbatis referente pervenit, venerabili fratri nostro Ferrarisiensi episcopo districto praecipiendo mandavit, quatenus partibus convocatis, et possessione cum fructibus a tempore sententiae per dictum Veronensem prolatas perceptis ex ipsa monasterio restituta, de proprietate cognosceret, et, eo in adiudicata sibi possessione indemni servato, quod iustum esset statueret, et faceret auctoritate apostolica sublato appellationis obstaculo firmiter observari; eos autem, qui se apostolicis mandatis opponerent, vel monasterium super possessione alterius molestarent, per sententiam excommunicationis appellatione remota compesceret, et dictum Hugonem et eius complices, donec monasterio de ablatis omnibus et illatis iniuriis satisfacerent competenter, et cum literis eius apostolice se conspectui praesentarent, nunciaret excommunicationis, et faceret ab omnibus evitari, nisi tu, frater archiepiscopo, hanc in ipsos restrictionem, prout tibi mandatum fuerat, exerceceres. Dicitur vero Ferrarisiensi, receptis super hoc literis apostolicis editis, sicut ex literis eius accepimus, admonitione praemissa in Hugonem de Camerario et complices eius, te infra statulum terminum cum excommunicare nolente, excommunicationis sententiam promulgavit, et, quum tu legitime citatus ab ipso nec accederes, nec sufficientem mitteres responsalem, sed absentiam tuam verbis et literis excusares, salta quaestione proprietatis possessionem monasterio restituendam pronuntiavit; et, quum abbatem in eam per nuncium suum fecisset induci, idem abbas ab ea dilectus fuit te, frater archiepiscopo, Hugone de Camerario et dilectis filiis consulibus Mediolanensibus mandantibus per violentiam armatorum. Propter quod idem abbas postulabat a nobis, ut sententiam restitutionis toties latam pro eo deberemus auctoritate apostolica confirmare, et possessione sibi cum fructibus restituta faceremus eum absque molestatione gaudere. Verum dilectus filius Passaguerra procurator tuus et socii eius petitionem abbatibus non esse admittendam ea praesertim ratione dicebant, quod abbas ipse in literis, quas ad Bobiensem et Ferrariensem episcopus a sede apostolica impetravit, veritatem suppresserat et expresserat falsitatem. Suggesterat enim, Veronensem episcopum salva quaestione proprietatis super possessione promulgasse sententiam, quum non nisi causa rei servandae abbatem decrevisset in possessionem adduci. Tacuit etiam veritatem, quum de satisfactione coram dictis Reginensi et Mutinensi episcopis oblata per archiepiscopum nullam fecit apud sedem apostolicam mentionem. Nos igitur habito super his et aliis, quaecumque fuerunt hinc inde proposita, cum fratribus nostris archiepiscopis et episcopis apud sedem apostolicam constitutis consilio maturo, intelligentes, quod dictus Veronensis abbatem in possessione causa rei servandae solummodo decrevisset induci, sicut erat consentaneum rationi, utpote coram quo super proprietate lis non fuerat contestata, et quod per eundem M. quondam archiepiscopum non stetit, quin satisfactionem infra annum oblatam praestiterit, et contumaciam, si qua praecesserat, expurgavit, attendentes etiam, abbatem ipsum per suppressionem veritatis et falsitatis expressionem literas ad Bobiensem et Ferrariensem episcopos impetrasse, non sententiantes, quia lis coram nobis contestata non fuit, sed respondentes abbati, petitionem eius iuxta formam praescriptam non esse admittendam respondimus, et ipsum scriptis carere mandavimus, quae per mendacium impetravit; In eum statum continentiam causae reducimus¹⁶⁾, in quo fuerat, quum praedictus praedecessor noster causam proprietatis et possessionis¹⁷⁾ Reginensi et Mutinensi episcopis¹⁸⁾ commisit, mandato sequestrationis penitus revocato. Sententiam tamen excommunicationis in Hugonem de Camerario et complices eius prolatam volumus et mandamus usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Ne autem monasterio videamur¹⁹⁾ in suo iure deesse, moderatas expensas, ex quo episcopus²⁰⁾ Veronensis ipsum in possessionem induci decrevit usque ad satisfactionis tempus oblatae propter hoc factas, sibi²¹⁾ restituendas esse censuimus, et a te sufficientem praeheri standi iudicio cautionem. Sententiam autem etc. Dat. Lat. VI. Non. Mart. [1198.]

CAP. II.²²⁾

Si missus in possessionem causa custodiae fructus dissipat, dissipati revocantur, et cum aliis sequestrantur.

Honorius III. Priori Deben. et Decano de Calin.²³⁾

Dilectus filius R. rector ecclesiae de Bethusia²⁴⁾ sua nobis petitione monstravit, quod, quum inter ipsum ex parte una, et abbatem, et conventum de Cisteria²⁵⁾ Londoniensi diocesis ex altera super eadem ecclesia coram abbate de Sibiton.²⁶⁾ et eius collegis ex delegatione apostolica quaestio verteretur, et²⁷⁾ iudices ipsi, prout erant plus debito parti alteri favorabiliores, post appellationem ab eodem R. legitime interpositam praedictos abbatem et conventum in possessionem ipsius ecclesiae causa custodiae induxerunt, qui²⁸⁾ fructus ipsius ecclesiae medio tempore perceptos pro sua²⁹⁾ distrahunt libito voluntatis in eius praedictum et gravamen. Quocirca discretioni vestrae mandamus, quatenus, si est ita, facientes³⁰⁾ usque ad decisionem negotii fructus sequestrari praedictos, si quid interim³¹⁾ per eos³²⁾ distractum inveneritis, in statum pristinum³³⁾ revocetis, contradictores per censuras ecclesiasticas compescentes.

CAP. III.

Si reus possessor appellat a sententia contra eum lata, licite rei petitae fructus sequestrantur, si dissipantur ab eo.

Gregorius IX.

Ab eo, qui a sententia provocavit, fructus possessionis, si dissipantur ab ipso, possunt lite pendente rationabiliter sequestrari.

TITULUS XVIII.
DE CONFESSIS.CAP. I.¹⁾

Ad solum dictum confidentis crimen proprium non est alteri infligenda poena aliqua; infamato tamen est indicenda purgatio.

Clemens III.²⁾

Quum monasterium (Et infra: [*cf. c. 13. de elect. I. 6. *]) Saepere eo vero, quod in tuis literis adnectere studuisti, quid tibi faciendum sit de quodam eiusdem monasterii sacerdote, qui diabolo instigante quendam ex fratribus, sicut eum publice proposuisti confessum, occidit, hoc fraternitati tuae rescribimus et per apostolica scripta mandamus, quatenus eum solenniter ab omni officio divino non differas degradare, et in monasterium aliquod Cisterciensis ordinis retrudere, in quo iniunctam sibi tanti facinoris poenitentiam agens ibi, dum vixerit, digne luceat quod commisit. Eos autem, de quorum suggestione scelus homicidii presbyter³⁾ se perpetrasse proponit, nisi tibi aliis modis et iustis rationibus verum esse constiterit, nulli censemus poenae subdendos, quum⁴⁾ secundum utriusque iuris statuta de se confessi super aliorum consensibus⁵⁾ interrogari non debent, et, crimine laesae⁶⁾ maiestatis excepto, de reatu proprio confidentis⁷⁾ periculosam confessionem non est adversus quemlibet admittenda. Si tamen eos⁸⁾ infamia huiusmodi laborare cognoveris, singulis eis, adiunctis tribus sociis sui ordinis, purgationem iniungas.

CAP. II.¹⁰⁾

Si de crimine contingente causam principalem constat contra aliquem per eius confessionem, punitur poena ordinaria, etiamsi directe contra eum non agatur. H. d. secundum glossam. Et est casus notabilis et verus in se. Vel summa sic secundum alium intellectum non minus notabilem, quem etiam sentit glossa, licet non perfecte explicet: Si quis confitetur crimen in iudicio incidenter, potest iudex ordinarius novum inchoando processum illum punire poena ordinaria. H. d. singulariter. Abbas.

Innocentius III. Canonice de Bethlehem.¹¹⁾

Quum super electione Bethlehemitanae¹²⁾ ecclesiae¹³⁾ inter R. subdiaconum vestrum et P.¹⁴⁾ canonicum sepulchri domini nuper in

Cap. I. 16) reducentes: Reg. — 17) et poss.: omitt. ib. — 18) abest a C. R. 1., Comp. III., Reg. — 19) videtur: C. H. — 20) omitt. Comp. III., Reg. — 21) ipsi: ib.

Cap. II. 22) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. un. — 23) Priori Deben., decano de Daliton. et F. can. S. Mariae de Hastinges Cystrescen. dioc.: Comp. V. Ms. — Priori de Bethan (leg. Hynham?), decano de Dalit. (leg. Dallyngton?) et F. can. S. Mariae de Hastinges Cystrescen. dioc.: Cir. — 24) Berdieya: C. L. — Berit: C. H. — Beusia: Comp. V. Ms. — Bertucia: Cir. — 25) Cestria: C. R. 1. — Costria: C. R. 1. — Colcestria: C. H. L. — Crestria: Comp. V. Ms. — Cestria: Cir. (leg. vid. Colcestria). — 26) Sinton.: C. R. 1. — Sibeton.: C. H. — 27) omitt. Comp. V., Cont. Böhm. — 28) memorato vero R. causa prosequendae appellationis apud sed. np. constituto, praefati abbas et conventus fructus etc.: Comp. V. —

29) suo: Cir. — 30) faciatis . . . et si: Comp. V. — 31) de ips.: omitt. C. H. — 32) per ipsos: ib. — omitt. Comp. V. — 33) debitum: Comp. V.

TIT. XVIII. Cap. I. 1) Restitutum ex Comp. II. c. 2. de hom. V. 6. — 2) de inscr. cf. c. 13. de elect. I. 6. — 3) se P. presbyter: C. R. 1. — scelus praedictum perpetrasset: Comp. II. — 4) proposuit: Comp. II. Ms. R. — 5) quia: C. R. H. L., Comp. II. — 6) criminibus: Comp. II. Ms. A. — 7) omitt. C. H., Comp. II. — 8) confidentes: C. L. — 9) hoc: Comp. II. Aug.

Cap. II. 10) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. un., adhib. in cons. Rain. ap. Bal. I. 386. — 11) Bethlehemitanis: C. R. L. — Bethlemitan.: Comp. III. Ms. — Bethlemitan.: Comp. III. Aug., Rain. — 12) Bethlehemitan.: Comp. III. Ms. — Bethlemitanen.: Aug. — Bethlemitanensi: Rain. — 13) omitt. Comp. III., Rain. — 14) F: ib.

nostra praesentia¹ quaestio verteretur (Et infra: [¹ cf. c. 4. de causa poss. II. 12. ²]) *Ceterum³ Quoniam V.¹⁵) canonicus Bethlehemitanus fuit in iure confessus, quod pro praestando alterius electioni consensu quingentorum Sarracenorum¹⁶) obligationem receperat¹⁷) *et promissum,* et mediator exatitit simoniace praevitatis, nos *intelligentes, contractum huiusmodi continere simoniacam praevitatem,* quoniam¹⁸) vitium huiusmodi persequi volumus, ut debemus, ipsum *ab omni ordine clericali* per diffinitivam sententiam duximus ab omni beneficio et officio ecclesiastico deponendum.

CAP. III.

Confessio facta in iure per oeconomum ecclesiae nocet ipsi ecclesiae; potest tamen revocari, si ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanasse. H. d.

Gregorius IX. B. Iudici Viterbiensi.

Ex parte abbatis et conventus monasterii sancti M.¹⁹) fuit proposita, quod, quum inter ipsos ex parte una, et V.²⁰) nomine suae uxoris ex altera coram te quaestio vertebatur, oeconomus monasterii memorati quaedam per errorem facti fuit in iure confessus, ex quibus timet²¹) sibi praevitiam generari. Quum igitur²²) negotio nondum²³) finito nemini noceat error facti, mandamus, quatenus, si de huiusmodi potuerit²⁴) errore docere, provideas, ut nullum sibi super hoc praevitiam generetur.

TITULUS XIX.

DE PROBATIONIBUS.

CAP. I.¹)

Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur. Ita communiter summatur.

Gregorius Tancredo Regi Vinestriae.²)

Ex epistola³) verbis (Et infra: Tua⁴) excellentia postulavit, ut *piissimo* imperatori scriberem, quatenus pacta in chartophylacio requireret, quae dudum inter *piae memoriae* Iustinianum principem et praedecessores tuos⁵) fuerunt⁶) emissa, ut ex his⁷) colligeret, quid tibi⁸) servare deberet. Sed ad hoc faciendum *hoc mihi* vehementer obstitit⁹), quia¹⁰) nulli dicendum est: ea, quae contra te sunt, apud temetipsum debes documenta requirere, in¹¹) mediumque proferre. *Ex qua re etc.*

CAP. II.¹²)

Actor, qui plene probavit, non debet compelli iurare.

Alexander III.

Sicut consuetudo laudabilis *nulla debet novitate convelli, sic quod nascitur contra ius moribus introductum obvia ratione debet dissolvi.* Sane quoniam¹³) apud vos consuetum esse didicimus, ut, quum aliquis intentionem suam fundaverit instrumentis aut testibus *introductis,* ei sacramentum nihilominus deferatur, quod si

subire noluerit, fides probationibus¹⁴) *exhibitis* non habetur¹⁵), *quod quum nulla sit ratio subnixum, sed manifeste legibus adversetur.* nos¹⁶), quum tunc demum ad huiusmodi sit suffragium recurendum, quum aliae legitimae probationes deesse noscuntur, talem consuetudinem reprobamus, *nec ullam habere firmitatem deinceps sancimus.*

CAP. III.¹⁷)

In communi iudicio probant actor et reus; et si pariter probant, reus absolvitur, nisi favorabilem causam foveat actor.

Lucius III. Cistrensi Episcopo.¹⁸)

Ex literis tuis¹⁹) intelleximus, te et archidiaconum confines habere praebendas in villis, quas singuli singulas possidetis, et praetextu terminorum inter vos controversiam agitari²⁰) eo, quod dicas, eum antiquos fines egressum, partemque²¹) tui fundi occupasse; illo²²) in contrarium asserente, se partem eandem fundi possedisse quadraginta²³) annorum spatio inconcusse. Tu²⁴) autem, quod per idem tempus quiete illam possederis, asseveras, quare utrum incumbat petitori vel possessori probatio quaesivisti. Ad quod scire²⁵) debes, quod iudicium finium regundorum tale est, ut in eo utraque persona vices duorum habeat, videlicet actoris et rei²⁶). Unde hinc inde testes *rite* produci²⁷) possunt ad cognitionem iudicis instruendam, quibus examinatis iudex quos praecellere²⁸) intellexerit ad fidem sibi faciendam admittat.²⁹) Quod si *forte* ambarum partium testes sint³⁰) aequae idonei, possessoris testes praefertur³¹), quum promptiora sint iura ad absolvendum quam ad condemnandum, praeterquam³²) in liberali causa, in qua si utriusque partis testes *forte* aequales fuerint, pro libertate *tamen semper* sententia proferatur³³). Nam possessori probationem aliquando dari, iuris manifestum est, quum iure³⁴) *ita* cautum sit, quod, qui³⁵) obierit praescriptionem³⁶) longissimi temporis, quam nemo recte obicit, nisi qui possidet, et eam probaverit, in causa debeat obtinere.

CAP. IV.³⁷)

Non creditur marito asserenti etiam cum iuramento, uxorem se cognovisse, si uxor per matronas attestantes per ipsius corporis aspectum probat contrarium.

Gregorius VIII.³⁸) Praeposito sancti Cataldi.³⁹)

Proposuisti *nobis, dilecte fili praeposite,* quod causa matrimonii, quae inter *dilectum filium nostrum* O. de Casa nova, et S.⁴⁰) *filiam O. de Pisco*⁴¹) mulierem⁴²) vertitur⁴³), tibi fuit⁴⁴) de mandato apostolico delegata⁴⁵). Quumque partes essent in tua⁴⁶) praesentia constitutae, mulier proposuit, se nec a viro cognitam, nec potuisse cognosci, quod tam proprio⁴⁷) iuramento, quam testimonio septem⁴⁸) mulierum probavit, quae⁴⁹) per aspectum corporis eam esse virginem asseverant; viro *autem* per iuramentum suum contrarium asserente⁵⁰), *vos in negotio procedere minime voluistis, donec de hoc nostrum consilium haberetis.* Videtur igitur⁵¹) nobis, quod iuramento puellae et testimonio⁵²) illarum septem⁵³) mulierum, *quae ipsam per experientiam virginem asseverant,* fides est⁵⁴) potius adhibenda.

Cap. II. 15) W. ib., C. L. — 16) Sarracenorum: Rain. — 17) acceperat: C. R. 1. — 18) quam persequi optumus: Comp. III., Rain.

Cap. III. 19) Martini: C. R. 1. — 20) W.: C. L. — 21) timent: C. R. H. L. — 22) ergo: C. R. 1. — 23) necdum: C. H. L. — 24) poterunt: C. H. L.

TIT. XIX. Cap. I. 1) Restitutum (quantum oportuit) ex Greg. I. Reg. IX. 122. (A. 599.) — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Rucredo (Rucredo: Ms.) regi Wisigot.: Comp. I. — Recharedo regi Wisigothorum: Reg. — 3) Explete verbis: Comp. I. Reg. — 4) Vestra etc. mihi mandare curaverat: Comp. I. — Ante longum tempus dulcissima mihi vestra excellentia, Neapolitano quodam iuvene veniente, mandare curaverat: Reg. — 5) et iura regni vestri: Comp. I., Reg. — 6) fuerant: C. L. — 7) illis: C. H. — 8) vobis . . . debuisset: Comp. I., Reg. — 9) duae res mihi vehementer obstitissent: una, quia chartophylacium praedicti piae mem. Iustiniani principis tempore ita surripiente subito flamma incensum est, ut omnino ex eius temporibus paene nulla charta remaneret. Alia autem, quia, quod nulli etc.: Reg. — 10) quod: C. L. — 11) atque haec in med.: Comp. I., Reg. — atque haec pro me in med.: Reg.

Cap. II. 12) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 13) omitt. Comp. II. — 14) de prob.: Comp. II. Ms. B. — 15) adhibetur: C. R. 1. — habentur: Comp. II. Ms. A. — 16) adv., quae tunc demum ad huiusmodi (huiusmodi: Ms. A.) suffragium decurrendum esse decreverunt, quum alia legitime non suppetant; talem etc.: Comp. II.

Cap. III. 17) Restitutum ex App. XXXVIII. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 18) Eliensi ep.: Comp. I. Aug. — Idem (i. e. Alex. III.) Cistrensi decano: Comp. I. — 19) vestrae discretionis: Comp. I. — tuae distributionis: App. — 20) verti: Comp. I., App. — 21) partem: ib. — 22) Ille contra

(contra: App.) asserit: ib. — 23) LX.: C. H. — quadrag. annis: Comp. I., App. — 24) Tu autem ad tuam praebendam quiete per idem tempus perstitisse affirmas, qua in re quaeris, cui incumbit probatio, petitori an possessori: App. — Tu autem ad tuam quietem per idem tempus praebendam pertinuisse affirmas: qua in re quaeris, utrum incumbat probatio petitori an possessori: Comp. I., App. — 25) scire: App. — 26) agentis scilicet et eius, cum quo agitur: Comp. I., App. — 27) induci: C. H. — 28) praecedere: App. — 29) admittit: Comp. I., App. — 30) sunt: App. — 31) praefertur: C. R. 1. — praefertur: C. R. 2. — recipientur: Comp. I., App. — 32) extra quam: Comp. I. — excepta: App. — 33) proferitur: C. H. — semp. pronuntiabitur: Comp. I., App. — 34) sacris canonibus: Comp. I. — in s. c.: App. — 35) Si quae: App. — 36) praescriptionem longissimi temporis, et eam probaverit, reportet possessionem, quam (quoniam: App.) nemo recte obicit, nisi qui possidet: Coll. c. it.

Cap. IV. 37) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 38) Greg. IX.: C. H. — 39) S. Cathaberi: C. R. 1. — Ambaldi: C. R. 2. — praep. S. Cataldi (Cataldi: Ms. A.) et archiep. Cas. mai.: Comp. II. — vid. leg. archipresbytero Casalis maioris (Casale maggiore): — 40) G.: C. R. 1. H. — D.: C. L. — Stephanum: Comp. II. Ms. A. — 41) ita Aug. — Por.: Comp. II. Ms. A. — Przo.: Ms. B. — 42) nobilis mulieris: Comp. II. Aug., Ms. B. — 43) agebatur: Comp. II. Ms. A. — 44) vobis fuerit: Comp. II. Aug. — vobis fuit: Ms. A. B. — 45) demandata: C. R. 1. — 46) vestra: Comp. II. — 47) omitt. ead. — 48) octo: Comp. II. Ms. A. — 49) quae per experientiam asseverant (asseverant: Ms. A.) mulierem adhuc virginem esse: Comp. II. — 50) asseverante: Comp. II. Ms. A. — 51) ergo: ead. — 52) testimonii: C. R. H. L., Comp. II. — 53) octo: Comp. II. Ms. A. — 54) sit: C. R. 1.

CAP. V.⁵⁵⁾

Singulares de universitate possunt ad commodum universitatis reprobare instrumentum falso confectum nomine universitatis.

Clemens III.⁵⁶⁾

Tertio "quippe" loco fuit a nobis ita quaesitum: Ecce quidam⁵⁷⁾ regularis sigillo capituli quoddam instrumentum eidam amico suo signavit⁵⁸⁾, in quo facta ei alienatio quarundam rerum ecclesiae immobilium continetur. Quo exhibito in iudicio procurator universitatis illud asservit de assensu conventus non fuisse⁵⁹⁾ confectum et adulterinum⁶⁰⁾ vel furtivum esse sigillum. Quumque, "volens falsitatem cicilliter revelare," fratres "regulares" ad perhibendum testimonium produxisset, iurati dixerunt⁶¹⁾, quod "eo tempore, quo aduersarius allegabat idem instrumentum sibi fuisse collatum," quotiens de hoc⁶²⁾ inter fratres aliqua⁶³⁾ erat mentio, consilium totius conventus et vox fuit unanimes, quod nolebant alienationem rerum illarum, sed res domus "suae fore" integras et conservari⁶⁴⁾ volebant. Sed⁶⁵⁾ quoniam contra hoc nihil pars aduersa probavit, respondemus secundum⁶⁶⁾ assertionem testium tantummodo iudicandum.⁶⁷⁾

CAP. VI.⁶⁸⁾

Ubi agitur de matrimonio contrahendo, probato impedimento et publicis attestationibus alii testes super defectu impedimenti admittendi non sunt.

Idem.⁶⁹⁾

Iuravit quidam, ut asseris⁷⁰⁾, se quandam in uxorem⁷¹⁾ legitimam accepturum. Quam quum⁷²⁾ vellet traducere, quidam iuramentis secundum morem exhibitis legitime probaverunt, ipsos⁷³⁾ in quinto consanguinitatis⁷⁴⁾ gradu sibi invicem attinere. Quia vero requisiti a nobis, quid agendum sit, quum quidam alius⁷⁵⁾ probare velit contra praedictam probationem iuramentis canonicis⁷⁶⁾ factam et partibus publicatam⁷⁷⁾, nullo⁷⁸⁾ eos sese⁷⁹⁾ consanguinitatis gradu contingere, "fraternitatis tuae in praesenti articulo" respondemus, quod standum est probationi priori⁸⁰⁾. "Nec de unius testimonio tantum curandum est etc."

CAP. VII.⁸¹⁾

Si per literas ordinarii probatur quis excommunicatus, a procuratore repellitur. H. d. et haec summatio convenit textui et titulo, et nullam patitur calumniam, et ideo eam tene.

Innocentius III. Archidiacono Parisiensi.⁸²⁾

Post cessionem dilecti filii abbatis olim S. Martini Trecentis, canonicorum eiusdem ecclesiae votis in electionem decisis, quidam ex ipsis dilectum filium Manassem, ecclesiae S. Lupi canonicum elegerunt, alius in dilectum filium P. venerabilis fratris nostri Senonensis archiepiscopi capellanum transferentibus vota sua; propter quod causam ipsam venerabili fratri nostro Cabilonensi episcopo et dilecto filio abbati Cluniacensi terminandam comminimus sub hac forma, ut, de utriusque electionis iuribus et electorum meritis inquirentes, electionem quam invenirent de persona idonea canonice celebratam, auctoritate apostolica confirmarent. Si vero neutram canonicam invenirent, utraque electione cassata de persona idonea facerent eidem ecclesiae provideri. Qui, partes ad suam praesentiam convocantes, ac de causa solenniter cognoscetes, tam super slicitum facto, quam contra personas testes plurimos receperunt, et, quum usque ad publicationem testimonii processissent, procurator dicti P. capellani, ad sedem apostolicam provocavit. Iudices vero pro eo, quod alter varum, abbas scilicet Cluniacensis, maioribus erat negotiis occupatus, nec causae cognitioni poterat interesse, appellationi huiusmodi de prudentium virorum consilio detulerunt, partibus iniungentes, ut cum receptis attestationibus ad nostram praesentiam festinarent, super ipsa causa definitam a nobis sententiam recepturae. Actis itaque iudicii ab utraque parte receptis, quidam ex canonicis su-

praedictis procuratorem constituerunt V. concanonicum suum in praesentia episcopi memorati, sicut in eiusdem episcopi literis persperimus contineri. Verum, eodem V. in itinere constituto ad sedem apostolicam veniendi, quum interim dictus archiepiscopus Senonensis visitandi gratia Nivernensem diocesim peragraret, ad ipsum praedictas ecclesiae nuncios accesserunt, ipsinantes eidem, quod omnes canonici in P. capellanum ipsius, praeter paucos, qui, licet non contradicerent, non tamen consentiebant expresse, contulerant vota sua, ipsum archiepiscopum deprecantes, ut ad locum quam citius properaret ecclesiae provisurus. Ad quem quum propter eorum instantiam accessisset, universi, qui prius consensum suum exprimere recusabant, praeter solum Vitalem, qui absens erat, ad aliorum concordiam redeuntes, in supra dictum capellanum voluntarie consenserunt, de dissensu praeterito veniam postulantes. Sicque factum est, quod ad postulationem omnium in festo Apostolorum Petri et Pauli apud maiorem ecclesiam Trecentis idem P. a metropolitano iam dicto munus benedictionis accepit, ac postmodum in ecclesiam S. Martini cum omnium tripudio et gaudio generali solenniter introductus, et a dilecto filio decano Trecentis, sicut moris est, installatus in eiusdem ecclesiae capitulo professiones recepit publice singulorum. Dictus autem Vitalis, ad nostram praesentiam veniens, acta nobis iudicum praesentavit, sollicitè postulans, ut eum dignaremur quam citius expedire. Ipso vero aliquandiu expectante, dicti P. capellani procurator interim supervenit. Quibus in nostra praesentia constitutis, procurator iam dictus humiliter petiit, quatenus dignaremur quod de dicto capellano per archiepiscopum factum fuerat approbare, ac saepe dictum V. utpote excommunicatum in nullo penitus audiremus. Asserebat siquidem, quod idem V. L. quondam abbatem S. Martini usque ad effusionem sanguinis verberavit; Ioannem quoque, eiusdem ecclesiae sacerdotem tam gravibus verberibus flagellavit, quod de ipsius vita omnes eius socii desperabant; quendam etiam presbyterum eiusdem ecclesiae nuper a sede apostolica redeuntem tusionibus tam duris affecit, ut eius facies afflicta videretur nimium et horrenda; propter quos exceptus et alios, super quibus a dicto metropolitano citatus et monitus satisfacere noluit vel etiam comparere, excommunicationis fuit vinculo innodatus. Ad quod probandum idem procurator tam dicti archiepiscopi Senonensis quam decani Trecentis literas exhibebat. Ad haec fuit pro parte iam dicti Vitalis ex adverso responsum, quod huiusmodi excommunicationis obiectum non debebat aliquatenus impediri. Ipsi siquidem canonici, eum usque ad haec tempora non vitantes, tam in officiis quam in iudicio communionem ipsius nullatenus declinarunt; quin immo, quum in praesentia dicti Cabilonensis episcopi procurator exstitit constitutus, ipsum sine contradictione qualibet admiserunt. Archiepiscopus etiam iudicibus vel confratribus ipsum excommunicationis subiectum minime nunciavit, quare, se admitti debere in iudicio sicut quemlibet alium, proponebat, exceptione huiusmodi non obstante. Contra quod procurator ex parte altera replicabat, quod, si quando idem V. cum canonicis suis dicinis interfuit, hoc ipsis omnino displicuit; sed ipse, licet inhibitus, se dicinis officiis, illis dolentibus, ingerebat, sicut ex literis praedicti decani colligitur manifeste; sed nec in iudicio communicavit eidem, quia, licet de numero illorum fuerit, qui electioni capellani se opposuere praedicti, non tamen est in iudicio facta fides, quod idem V. procurator in illo iudicio fuerit sive testis, vel quod alius ei communicaverint canonici saepedicti. Adiecit etiam, quod nec illud poterat praedictum generare, quod idem V. non fuit tanquam excommunicatus exclusus, quando coram praedicto episcopo constitutus exstitit procurator, quoniam hoc in eorum absentia factum fuit. Adiecit quoque, quod, si archiepiscopus ipsum in illo iudicio non denunciaverit excommunicationi subiectum, quia nec scivit ipsum in illo iudicio hligare, postquam tamen per literas suo sigillo munitas ipsum excommunicatum denunciaverat, tanquam excommunicatus est ab omnibus evitandus. Quam igitur "super hoc coram nobis disceptatum fuisset, quia" per literas iudi-

Cap. V. 55) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — 56) Clemens II.: Cont., Böhm. — add.: P. C. Bonae memoriae: Comp. II. Ms. B. — cf. c. 10. de transact. I. 37. — 57) quod (omitt. Ms. A.) quidam regularis sigillum capituli commune suscipiens quoddam instrumentum eidam amico suo signavit (sigillavit: Ms. A.), quo alienatio rer. eccl. immobilium tanquam ei facta continebatur; super qua dum (quidam: Aug.) lis contestaretur, procurator universi. illud instrumentum asserebat de assensu conventus non fuisse collatum, et sic vel adulterinum vel furtivum esse dicebat (dicebatur: Ms. B.): Comp. II. — 58) sigillavit: C. R. 1. — 59) esse: C. R. 1. — 60) vel ad: C. H. — 61) dicebant: Comp. II. — 62) de re ipsa: Comp. II. Aug. — de re iata: Ms. A. B. — 63) omitt. Comp. II. Ms. A. — 64) reservari: C. H. — 65) sed quoniam aduersarius testes aliquos minime producebat, ea est forma consultationis, quid iudex hic statuere debeat, an s. (soli. Ms. A.) instrumento, an testibus fides sit potius adhibenda? Respondemus autem etc.: Comp. II. — 66) quod sec.: C. R. 1. — 67) dun-

taxat: Comp. II. — 66) est iud.: C. R. 1. — 67) censendum esse: Comp. III. Aug. Ms. A. — censendum: Ms. B.

Cap. VI. 68) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — 69) Clem. III. Aquilonari ep.: Comp. II. Aug., Böhm. — Aquilonari: Ms. B. — leg. vid.: Aquilonari (Cedogni): — 70) asserit: Comp. II. Ms. A. — 71) quidam mulierem: ead. Ms. B. — 72) et quum eam: Comp. II. — 73) illos: ead. — seq. in: omitt. Ms. B. — 74) abest a Comp. II. — 75) alius sit qui: Comp. II. Aug. — 76) canonice: Comp. II. Ms. A. — 77) et part. publ.: omitt. Comp. II. — 78) in illo: ead. Ms. A. — 79) omitt. C. H. — se: Comp. II. — 80) propriae: Comp. II. Ms. A. — propriae: Aug., Ms. B. — Cap. VII. 81) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 164. — Comp. III. h. t. c. 1. — 82) archid., Paris. et mag. R. de Corson canonico Novion. : Böhm. ex Cont. — ep. (archiep.: Ms.) Paris. et magistro R. de Curcon. (Curton: Ms.) canonico Noviom. (Novionen.: Ms.) Parisius commoranti: Comp. III. — archidiacono Paris. et magistro R. de Corson (leg.: Courçon) canon. Noviomensi: Reg.

cis ordinarii, quibus standum est, donec probetur contrarium, nobis constiterit⁸³⁾, quod V.⁸⁴⁾ *tunc* excommunicatus erat, quum procuratoris⁸⁵⁾ officium assumpsit, ipsam tanquam procuratorem non duximus admittendum. *Verum etc. Dat. Lat. IV. Non. Oct. Ao. IX.* [1206.]

CAP. VIII.⁸⁶⁾

Si rogatus restituere totam hereditatem, eo sine liberis decedente intret monasterium, evanescent fideicommissum, et hereditas applicatur monasterio; nec ad invalidandum ingressum sufficit probare minorem aetatem tempore ingressus, si ex adverso geminatus probetur ingressus. H. d. intelligendo, quod substitutio fuit fideicommissaria. Si vero fuit directa, summa sic: substitutio facta filio, eo decedente sine liberis, evanescent per ingressum monasterii. Et tunc adde id, quod est in primo summario ibi: nec ad invalidandum etc., usque ad finem, et uterque intellectus est verus in se. Dico tamen, quod primus est verior, quod hic fuit substitutio fideicommissaria, licet Dom. Anton. hic dicat, quod fuit compendiosa.

Idem Abbati et Conventui Cassensi.⁸⁷⁾

In praesentia *dilecti filii nostri* G.⁸⁸⁾ sancti Hadriani diaconi cardinalis G. *subdiaconus* et B. *mulier soror eius, Verulanenses fratres*⁸⁹⁾ *cum* vestro syndico constituto⁹⁰⁾ coram ipso fecere proponi, quod, quum quondam A.⁹¹⁾ frater ipsorum conderet⁹²⁾ testamentum, M.⁹³⁾ filium suum sibi heredem instituit⁹⁴⁾, et praecipit, ut, si absque liberis *forte* decederet, ad eos⁹⁵⁾ G. et B. bona devolverentur ipsius, unde illa, quae de bonis ipsius⁹⁶⁾ vestrum monasterium delinebat, sibi restitui postulabant⁹⁷⁾, et⁹⁸⁾ petebant vos super hoc⁹⁹⁾ a sua molestatione compesci. Verum syndicus ipse proposuit ex adverso, quod praedictus M. monasterio vestro¹⁰⁰⁾ obtulit se et sua, unde universa, quae habuerat, erant ad monasterium devoluta, quare universa, quae ipsi¹⁾ de bonis eius invaserant, restitui monasterio vestro petebat, et super ceteris silentium illis imponi. Ad haec²⁾ autem pars altera replicavit, quod dictus M. oblationis suae tempore fuerat minor annis, *sicut per testis legitime comprobavit*, et quod voti⁴⁾ facti poenitentis *id*, quod fervore infirmitatis fecerat, post convalescentiam revocavit⁵⁾. *Unde tunc ex se, quod Milo infra aetatem legitimam fecerat postmodum revocavit, eius oblatio non tenebat.* Unde quum sine liberis decedisset, ex testamento patris *illius* ad ipsos erat eius hereditas devoluta. Verum *ad haec* syndicus respondere curavit, quod, licet dictus M. monasterio *ipso de tua licentia, filii abbas*, fuisset⁶⁾ egressus, eidem⁶⁾ postmodum, *cum vero suo, qui eius erat procurator, ad praesentiam tuam, quum Verulas scisses, accedens*, se⁷⁾ et sua⁸⁾ obtulit humiliter et devote, et, quod nec⁹⁾ contra oblationem *et donationem* suam veniret *ulterius*, iuramento firmavit¹⁰⁾, *sicut publicum continet instrumentum.* Quare¹¹⁾ quum constet *ex his*, quod idem M. his monasterio vestro contulit¹²⁾ se et sua, nec ex adverso probetur¹³⁾, quod utriusque oblationis tempore *M.* fuerit minor annis, probationem vestram huiusmodi exceptionis probatio non elidit, quum, etsi primae oblationis tempore fuerit minor annis, secundae tamen potuit maior exatitisse. Praeterea quum verbum illud *minor annis* duobus potuerit modis intelligi, quum et¹⁴⁾ qui minor¹⁵⁾ est quatuordecim annis, et qui¹⁶⁾ viginti quinque *minor fuerit*, dici solet minor annis, intentioni vestrae verbum dubium non nocebat, quum infra¹⁷⁾ viginti quinque annos¹⁸⁾ teneret¹⁹⁾ donatio *praesertim* iuramento firmata. Sed etsi teneret quod factum²⁰⁾ fuerat a dicto A.²¹⁾, quia tamen²²⁾ intelligendum²³⁾ non erat sine herede decedere qui monasterium sibi heredem instituit²⁴⁾, hoc monasterio non nocebat. *Quumque cardinalis praedictus ea, quae coram ipso proposita fuerant, in nostra et fratrum nostrorum audientia retulisset, nos ad consilium dilectum filium H. sancti Eustachii diaconi cardinalis duximus de-*

putandum. Idem igitur Dilectus filius H.²⁵⁾ sancti Eustachii²⁶⁾ cardinalis *causae meritis plenius intellectus* attendens, quod syndicus vester intentionem suam plene fundasset, et quod nihil fuisset²⁷⁾ ex adverso sufficienter probatum, quum, etsi ostensum esset per testes, quod M. suae oblationis tempore fuerit minor annis, utrum tamen primae vel secundae²⁸⁾ oblationis tempore²⁹⁾ minor fuerit, et quot annis minor, non fuisset expressum, de mandato nostro sententiam protulit, et praedictis G.³⁰⁾ et B. silentium imponens³¹⁾ super his, quae a monasterio postulabant, eos ad restitutionem illorum, quae de bonis praedicti M. propria temeritate invaserant³²⁾, condemnavit. Nos igitur sententiam ipsam auctoritate apostolica confirmamus.

CAP. IX.³³⁾

Si actor et reus in interdicto retinendae possessionis probant, obtinet is, qui antiquiorem possessionem probat titulo maxime iustificatum, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit. H. d. notabiliter, vel probatur satis hoc summarium in versis, ex praemissis, ponderato versis.

Idem.³⁴⁾

Licet causam, quae vertitur³⁵⁾ inter ecclesiam Ravennatensem et communae Faventiae super iurisdictione, honore³⁶⁾, ac districtu in villa *Lucei*, sancti P.³⁷⁾ et castro Arioli³⁸⁾, quod³⁹⁾ de iure ad se spectare dicta ecclesia proponebat (*Et infra*: *Verum, quia utrique parti erat plurimum onerorum, testes producere coram nobis, Placentino episcopo dedimus in praecipitis, ut infra tres menses testes appellatione remota reciperet, quos utraque pars tam super principali negotio, quam in personas testium duceret producendos, ita videlicet, ut effrenata multitudine refrenata hinc inde quadragenarium numerum nullatenus excedere pateretur.* (*Et infra*: *Sicque postmodum utriusque partis procuratores cum attestationibus consignatis ad nostram praesentiam redierunt.* Porro attestationibus *solennter* publicatis, syndicus Faventinorum proposuit, se velle in personas testium ex parte altera productorum quaedam obicere ac probare, oeconomio ecclesiae asserente, id fieri non debere. Super quo *quum fuisset hinc inde aliquamdiu altercatum, tandem* interloquendo decrevimus, ipsum *super hoc* nullatenus audiendum, quum infra⁴⁰⁾ trium mensium spatium in nostris literis comprehensum⁴¹⁾ testes huiusmodi producere non curaverit⁴²⁾, infra⁴³⁾ quem terminum pars utraque testes inducere potuit tam in personas testium, quam super⁴⁴⁾ negotio principali. Post hoc⁴⁵⁾ idem *syndicus* obiecit in testes praedictos, quod corrupti falsa⁴⁶⁾ dixissent, *et ad querelam falsi probandam concedi sibi petiit facultatem.* Unde quia talis exceptio non solum ante, sed etiam post sententiam potest opponi *secundum legitimas sanctiones*, licet nonnulli crederent, Faventinorum partem exceptionem huiusmodi per excogitatum malitiam ad impediendum processum negotii obicisse, quia tamen⁴⁷⁾ nolimus a iuris tramite declinare, *dilectis filiis* magistris G. et T.⁴⁸⁾ *Bononiae commorantibus per scripta nostra* praecipimus⁴⁹⁾, ut *partibus convocatis* testes, quos super hac exceptione procurator Faventinorum duceret producendos infra⁵⁰⁾ mensem, recipere et examinare curarent, de singulis circumstantiis subtiliter inquirentes, *et depositiones eorum fideliter redigentes in scriptis*, indulto extunc altero mense procuratori ecclesiae supradictae, infra⁵¹⁾ quem, si vellet, ad reprobationem⁵²⁾ testium⁵³⁾ illorum produceret testes coram eis, *et eorum dicta fideliter conscribentes XX. diarum terminum utrique parti praefigerent, infra quem cum a testibus omnibus ipsius nostro se conspectui praesentarent sententiam recepturae. Partibus itaque comparantibus iterum coram nobis, et huiusmodi attestationibus publicatis, audivimus quaecunque proponere voluerunt.* Quanquam autem pars Faventinorum testes

Cap. VI. 83) constitit: Comp. III. Reg. — 84) *Wilhelmus*: C. H. — *W.*: Cont., Böhm., — *unepidictus V.*: Comp. III. — 85) procuratoris: C. R. 1., Comp. III.

Cap. VIII. 86) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — 87) *Casemarii*: C. R. 1. — *Casemarii*: C. L., Comp. III. Aug. — *Casemarii*: Comp. III. Ms. — 88) C.: Böhm. — 89) *cives*: Comp. III. — 90) *constituti cor. episcopi*: ib. — 91) *Amatus*: ib. — 92) *concederet*: Comp. III. Aug. — 93) *Miloneum*: Comp. III. per tot. — 94) *constituit*: C. R. 1. — 95) *eodem*: Comp. III. — 96) *ipsis*: C. H. L. — 97) *postularunt*: C. H. — 98) *et pet. ... compesci*: omitt. Comp. III. Ms. — 99) *syndicum vestrum*: Aug. — 100) *Casemarii*: Comp. III. Ms. — *Casemarii*: Aug. — 1) *dicti G. et B.*: Comp. III. — 2) *Ad hoc*: C. R., Comp. III. Aug. — 3) *praedictis*: Comp. III. — 4) omitt. C. R. H. L., Comp. III. — 5) *curavit poenitentia revocare*: Comp. III. — 6) *esset*: C. R. 1. — 6) omitt. Comp. III. — 7) *se monasterio humiliter obtulit et devotus et universa bona sua tibi monasterio nomine tradidit* (omitt. Ms.) *inter vivos et quod*: Comp. III. — 8) *et sua*: omitt. C. R. L., Comp. III. — 9) *ne*: Böhm. — 10) omitt. Comp. III. Ms. — 11) *Unde*: Comp. III. Aug. — 12) *Unde constat ex his*: Ms. — 12) *obtulit*: ib. — 13) *probatur*: Comp. III. — 14) *ut videlicet*: ead. — 15) *qui minor XIV. et qui XXV. annis fuerit*: Comp. III. Ms. — 16) omitt. C. H. — 17) *infra*: Cont., Böhm. — 18) *XXV. annum*: C. R. 1. H. L., Comp. III. — 19) *tenerit*:

C. R. 1. — 20) *dictum*: C. H. — 21) *ab Amato*: Comp. III. — 22) omitt. Aug. — 23) *intelligendum*: Comp. III. — 24) *intitulerat in her.*: ib. — 25) *B.*: Cont., Böhm. — *dit. fil. H.*: omitt. Comp. III. — 26) *add.*: *diacon.*: C. L. — 27) *fuit*: C. R. 1. — 28) *et sec.*: C. H. — 29) omitt. Comp. III. Aug. — 30) *C.*: C. R. 1. — 31) *imposuit ... et eos*: Comp. III. — 32) *invaserat*: Ed. Rom. oper. mend.

Cap. IX. 33) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 4. — Epistola iisdem fere verbis concepta (*archiepiscopo Ravennatensi, dat. Viterbii Kal. Sept. Ao. X.*) extat ap. Baluzium X. 116. — altera, ad eandem causam spectans, exhibetur in c. 37. de test. II. 22. — 34) *Ariminensis ep.*: Comp. III. Böhm. — 35) omitt. C. R. 1. L., Comp. III. — 36) *add.*: *hominio*: Böhm. ex Cont. — 37) *Petri*: C. L. et Reg. 1. c. — *Potiti*: Comp. III. — cf. cit. c. 37. de test. — 38) *leg.*: *Aursoli*: cf. cit. c. 37. — 39) *quae*: C. H. R. L., Comp. III. — 40) *et infra*: Aug. — *intra*: Cont., Böhm. — 41) *apprehensum*: C. R. 1. — 42) *curasset*: C. H. — *curaret*: C. R. 2. — *curavit*: Comp. III. Aug. — 43) *intra*: Cont., Böhm. — 44) *in*: C. H. — 45) *Haec*: C. R. H. L., Comp. III. — 46) *falso*: Cont., Böhm. — 47) *vero*: Comp. III. Aug. — 48) *Teob.*: C. H. — *C. et G.*: Comp. III., Reg. 1. c. — 49) *praecipimus*: C. L., Comp. III. — 50) *intra*: Cont., Böhm. — 51) *intra*: iid. — 52) *ad prob.*: Comp. III. Ms. — *contra prob. eorum*: C. H. — 53) omitt. C. R. 1.

multos produxerit⁵⁴) super negotio principali, "ad probandum, quod homines praedictorum locorum a longis retro temporibus exhibuerunt eis servitium in banis, et placitis, fossatis, collectis et cavalcatis, et quibusdam aliis pertinentibus ad districtum," vix tamen ex illis sex "tantummodo" remanserunt concordēs⁵⁵), quum alii "multi" sibi in serie sui testimonii contradicant, et quidam alii sint⁵⁶) in dicto sui testimonii singulares. Ad reprobandum vero quosdam testium⁵⁷) ecclesiae Ravennatensis etsi ex parte Faventinorum quidam⁵⁸) sint testes inducti, plures tamen⁵⁹) illorum reprobandum, quia sibi invicem evidentissime contradicunt. Quidam vero alii pauci numero quamvis non reprobandum⁶⁰) expresse, usque adeo tamen⁶¹) malae famae sunt et levis opinionis, "sicut per attestaciones exhibitas est probatum," quod eorum dictis nulla vel modica est fides adhibenda⁶²). Idem quoque testes Faventinorum generaliter repelluntur, quia non probant illud, ad quod probandum⁶³) eorum⁶⁴) syndicus se adstrinxit, videlicet, quod corrupti falsa dixissent, quoniam, etsi⁶⁵) de corruptione videantur⁶⁶) aliqui dicere, de falsitate "tamen" penitus nihil dicunt, "per multos autem ecclesiae Ravennatensis testes omni exceptione maiores probatum est manifeste, ecclesiam Ravennatensem villam Luci, S. Potiti et castrum Aureoli a longissimo tempore possedisse cum omni honore, districtu et iurisdictione, nominatim expressis universis articulis experimentibus iurisdictionem, honorem atque districtum." Ex praenissis igitur evidenter apparet, quod ecclesia "Ravennatensis" per testes numero⁶⁷) plures, quibus potius lux veritatis assistit, qui etiam aptiora negotio et vero proximiora in suis testimoniis expresserunt, sufficienter ostendit, quod a I.X. annis et citra cum omni iurisdictione, honore⁶⁸) atque districtu loca supra dicta possedit. Per quod patet, quod, si⁶⁹) commune Faventiae a I. annis citra⁷⁰), sicut videntur testes eorum deponere, aliqua servitia in locis perceperunt⁷¹) supra dictis, illa proculdubio sine iusto titulo percipere inceperunt, quum duo insimul eandem rem et eodem modo in solidum possidere non possint⁷²), maxime quum iidem Faventini iustum possessionis titulum non ostendant, et ex privilegiis imperatorum et Romanorum Pontificum ecclesiae Ravennatensis concessis evidentissime colligatur, possessionem ipsius ecclesiae in praedictis locis iustam fuisse. Quum ergo constet Faventinos ab eo⁷³) tempore, quo se possedisse probare contendunt, minus iuste ac sine titulo aliqua in praedictis locis temeritate propria occupasse, "ac processu temporis per violentiam extorsisse, sicut per multos testes ecclesiae Ravennatensis manifeste probatur," et oeconomus eiusdem ecclesiae petierit⁷⁴) "coram nobis," a vi⁷⁵) turbativa seu inquietativa super praemissis commune Faventiae prohiberi, nos recognoscentes⁷⁶) in hoc casu, non sic locum esse interdicto Uti possidetis⁷⁷), ut dicere debeamus; Uti possidetis, ita possideatis, quum probationes ecclesiae longe sint potiores; et ideo sit in⁷⁸) interdicto superior. "de fratrum nostrorum consilio" commune Faventinum sibi⁷⁹) condemnatum, super iurisdictione, et⁸⁰) honore, atque districtu et aliis ad hoc⁸¹) generaliter pertinentibus in locis praedictis, quoad possessionem iudicium, quo⁸²) tantummodo actum est, perpetuum silentium imponentes, et prohibentes eidem⁸³), ut neque per se, neque per alios super his praesumat⁸⁴) Ravennatensem ecclesiam aut⁸⁵) habitatores praedictorum locorum aliquatenus⁸⁶) molestare.

CAP. X.⁸⁷)

Si qui nominent aliquem filium, et ita communiter reputatur, non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium.

Idem.⁸⁸)

Per tuas nobis literas iutimasti, quod, quum T. Tiburtinus⁸⁹) civis quandam per septennium habuerit⁹⁰) concubinam, nec prolem

susceperit interim ex eadem, ac⁹¹) ipsa postmodum divertens ab eo⁹²), ad ipsum⁹³) non post multum tempus⁹⁴) redisset, filium, quem⁹⁵) reversa in domum ipsius peperit, ex eo se asseruit suscepisse. "Qui, licet a principio dixerit, illum nequaquam filium suum esse, quum mulier illa per septennium eidem cohabitans ex eo minime concepisset, mulieris tandem et aliorum devictus instantia eum suum filium recognovit, Rainaldum eum nomine appellando. Quum autem idem R. ad virilem pervenisset aetatem, ac domum Saturnellae sororis ipsius T. frequenter, quae ipsum nepotem suum publice nominabat, et Sophiam ipsius Saturnellae filiam, cum qua quotidianam conversationem habuerat, arraxit et carnaliter cognovit eandem. Quod quum pervenisset ad notitiam Saturnellae, acriter increpavit utrumque, et apud se filium retinens, supradictum R. removit a domo. Quum autem mater ipsius Rainaldi accepisset, quod pater eiusdem Sophiae eidem R. graviter minabatur, in civitatis platea iuravit publice coram multis, quod Rainaldus supradictam Sophiam propinquitalis linea minime contingebat, affirmans sub virtute praestiti iuramenti, se de alio quam de supradicto T. antefatum suscepisse Rainaldum." Quia⁹⁶) vero mulier illa de dicto T. suscepisse⁹⁷) R., de quo agitur, primitus constanter asseruit, et idem T. praefatae mulieris praecipue devictus instantia ipsum suum filium publice recognovit, et⁹⁸) filius eius⁹⁹) nominatus communiter fuit¹⁰⁰) et habitus ab ambobus, eisdem¹) mulieris postmodum iuramento²) in contrarium praestito non est standum, quum nimis indignum³) sit iuxta legitimae sanctiones, ut, quod sua quisque voce dilucide⁴) protestatus est⁵), "id" in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare. Unde apparet per consequens⁶), quod praedictus R. "memoratum" Sophiam nepotem memorati T., cuius prima facie praesumitur consobrinus, non potest habere aliquatenus in uxorem. "Dat. Lat. V. Kal. Dec. Pont. nostr. Ao. XIII." [1210.]

CAP. XI.⁹)

Iudex debet habere notarium vel duos viros idoneos, qui scribant acta iudicii; alius, si quid difficultatis emerit, per superiorem punietur, nec creditur ei super processu, nisi in quantum per acta vel alius per legitimum documentum constabit.

Idem in concilio generali.

Quoniam contra falsam assertionem iniqui iudicis innocens litigator quandoque non potest veram negationem probare, quum negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio, ne falsitas veritati praedictet, aut iniquitas praevalet aequitati, statuimus, ut tam in ordinario iudicio quam extraordinario⁹) iudex semper adhibeat aut publicam, si potest habere, personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter universa iudicii acta conscribant¹⁰), videlicet citationes "et" dilationes, recusaciones "et" exceptiones, petitiones "et" responsiones, interrogaciones¹¹) "et" confessiones, testium depositiones "et" instrumentorum productiones, interlocuciones "et" appellaciones, renunciations, conclusiones¹²), et cetera, quae occurrerint¹³), competenti ordine conscribenda¹⁴), loca designando, tempora¹⁵) et personas. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur ita, quod originalia penes scriptores remaneant, ut, si super processu iudicis fuerit suborta contentio, per hoc¹⁶) possit veritas declarari, quatenus hoc adhibito moderamine sic honestis et discretis deferatur¹⁷) iudicibus, quod per improvidos et iniquos¹⁸) innocentium iustitias non laedatur. Iudex autem, qui constitutionem ipsam¹⁹) neglexerit observare, si propter eius negligentiam quid²⁰) difficultatis emerit, per superiorem iudicem animadversione debita castigetur, nec pro ipsius praesumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis constituerit documentis.

Cap. IX. 54) produxit, Comp. III. Aug. — 55) omitt. Comp. III. — 56) sunt: C. H. — fuerit: Comp. III. Aug. — 57) testes: C. R. 2. — 58) plures: C. R. 1. — 59) potius: Comp. III. — quidam tamen: C. R. 1. — 60) reprobandum: Comp. III. Ms. — 61) quum: Comp. III. Aug. — 62) habenda: C. L. — 63) omitt. Comp. III. — 64) eorum: ead. — 65) et quoniam si: C. L. — 66) videntur: C. H. — 67) non plures: Comp. III. Aug. — nunc plur.: Ms. — 68) et hon.: ib. — 69) etsi: Comp. III. Aug. — 70) et citr.: ib. — 71) perceperunt: C. H. R. L., Comp. III. — 72) possunt: C. R. 2. — 73) eadem: Comp. III. Ms. — 74) petierat: C. L. — coram nobis petierit: C. R. 2. — 75) omitt. C. H. — 76) attendentes: ib. — recognoscentes: Cont., Böhm. — 77) uti poss.: omitt. Comp. III. — 78) absit a Comp. III. Aug. — 79) eidem: Comp. III. — 80) omitt. C. H. L., Comp. III. — 81) haec: Comp. III. — 82) super quo: C. R. 1. — 83) illi: C. H. — 84) praesumant: C. L. — 85) aut . . . loc.: omitt. Comp. III. Ms. — 86) aliquo modo: C. R. 2.

Cap. X. 87) Restitutum ex Reg. Bal. XIII. 181. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 88) Tiburtinus ep.: Comp. IV., Reg., Böhm. — 89) Tiberinus: C. R. 2. — Tiburtinus: C. L. — 90) habuerat: C. L. — 91) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 92) eadem: C. R. 1. — 93) ut ips.: omitt. Comp. IV. Ms. A. — 94) temporis: C. R. L., Comp. IV. — 95) add.: postmodum: Comp. IV.

— 96) Quum igitur (ergo Reg.) nos duxeris (duxerit: Ms. B.) consulens, ad mulieris assertionem stratum sit in hac parte, et an memoratus R. supradictam Sophiam habere valeat in uxorem, insinuatione tibi praesentium respondemus, quod, quum idem R., quem dicta mulier filium dicti S. constanter primitus asseruit, et ipse (ille: Reg.) ipsius praecipue etc.: Comp. III., Reg., Böhm. — 97) se succ.: C. H. — 98) omitt. Reg. — 99) dicti T.: Comp. IV., Reg. — 100) fuerit: Reg. — 1) et ei.: C. L. — 2) iuratiōis . . . praestitae: Reg. — 3) iniquum: C. L. — cf. const. 13. C. de non num. pec. — 4) lucide: C. H. — dilucidum: Comp. IV. Ms. B. — 5) protestatur, id in eodem casu: Comp. IV. Aug. — 6) cons. iam: Comp. IV. Ms. A. — consequentiam: Aug., Ms. B., Reg. — 7) nept. mem. T.: omitt. Comp. IV., Reg.

Cap. XI. 8) c. 38. conc. Lat. IV. (A. 1215.) c. 38. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 9) in extr.: C. R. L., Comp. IV. Aug. — 10) constituunt et conscribant: Comp. IV. Ms. A. B. — 11) et interr.: C. H. L. — 12) et concl.: C. L., Comp. IV. — 13) occurrunt: Comp. IV. Ms. A., conc. — 14) conscribendo: Comp. IV. Aug. — 15) et temp.: Comp. IV. — 16) haec: conc. Ms. — 17) referatur: Comp. IV. Ms. B. — deferatur: Aug. — 18) et in.: omitt. Aug. — 19) istam: C. R. H., conc. — 20) aliquid: Comp. IV., conc.

CAP. XII.²¹⁾

Si probari potest, reum deliquisse, eius probatio, quod non deliquerit, non est admittenda.

Honorius III. Archiepiscopo Londonensi²²⁾ et eius Suffraganeis.

Ad nostram noveritis²³⁾ audientiam pervenisse, quod sacerdotes et clerici Daciae legi regni, per quam negativa probatur, *contra canones et legitimas sanctiones* temere innitentes, a criminibus, quae probari testibus fide dignis possunt legitime contra eos, reputantur insontes, si se²⁴⁾ super his purgare valeant quoquo modo. *Unde contingit, quod quandoque ad purgationem sui similes criminosos adducunt, ut eis debeant in similibus opportuno tempore respondere, ideoque multa crimina committuntur audacius ab eisdem.* Volentes igitur, ut haec pestis contraria omni iuri penitus²⁵⁾ extirpetur a clero, *fraternitati vestrae* mandamus, quatenus in huiusmodi²⁶⁾ probatione negativae²⁷⁾, dum tamen possit affirmativa ex adverso²⁸⁾ probari, *contra canonicas sanctiones in foro ecclesiastico* neminem audiatis, *sed in purgationibus bonae famae viros duntaxat canonicè admittentes etc.*

CAP. XIII.²⁹⁾

Fines dioecesium probantur per libros antiquos, adminicula, testes et fumam.

Idem Aurelianensi³⁰⁾ et Lametensi³¹⁾ Episcopis.³²⁾

Quum causam, quae inter *venerabiles fratres nostros* Colubriensem³³⁾ et Egitanensem³⁴⁾ episcopos super suarum limitatione dioecesium vertitur, vobis duximus³⁵⁾ committendam, *discretioni vestrae* mandamus, quatenus, *quam ad principale in causa veneritis supra dicta, vos* secundum divisiones, quae per libros antiquos vel alio modo melius probabuntur³⁶⁾, nec non et³⁷⁾ testes, famam et quaecunque alia adminicula, *Deum habentes prae oculis,* in *commissio vobis* negotio procedatis.

CAP. XIV.³⁸⁾

Possunt reprobari matronae, per quas virginitas probatur.

Idem Episcopo et Archidiacono³⁹⁾ Senonensibus.⁴⁰⁾

Causam matrimonii, quae inter V.⁴¹⁾ iavenem et G. puellam Senonensem⁴²⁾, quae se virginem et monacham profitetur, noscitur agitari, *quia non ita instructam misisti, frater episcopo, ut in ea usque ad calculum sententiae diffinitivae procedere libere valeamus, vobis remittimus plenius instruendam; discretioni vestrae* Mandamus⁴³⁾, quatenus eandem puellam ponatis interim in illo monasterio *auctoritate apostolica,* quod intravit, ut ibi secure valeat commorari, donec⁴⁴⁾ iudiciali sententia quid agi debeat discernatur, recepturi postmodum, *prout iustitia dictaverit,* non solum probationes viri, *sicut protestatus fuerat,* quas inducere voluerit⁴⁵⁾ contra mulieres illas, quae ad investigandum signa virginitatis ex parte puellae fuerunt⁴⁶⁾ introductae, verum etiam probationes alias hoc negotium contingentes, quas pars utralibet duxerit producendas. Et quia, ut dicit canon⁴⁷⁾, saepe manus fallitur et oculus obstetricum, volumus et mandamus, ut adhuc honestas matronas providas et prudentes deputare curetis ad inquirendum, utrum dicta puella virginitatis privilegio sit munita, *causamque nobis sub vestris sigillis instructam plenius remittatis.*

CAP. XV.

Acta etiam litis ordinataria facta coram primis iudicibus, fidem faciunt coram secundis.

Gregorius IX. Praeposito sanctae Mariae Magdeburgensis et Decano Misinensi.⁴⁸⁾

Quum bonae memoriae (*Et infra*) Quum acta originalia dicantur apud priores iudices remansisse, mandamus, quatenus ea cum omni diligentia requirentes, ipsa, si potuerint inveniri, et si qua partes duxerint legitime proponenda, in scriptis redacta ad nostram praesentiam remittatis. Alioquin quum non revocetur in dubium de contestatione litis super statu Pigamensis⁴⁹⁾ monasterii, et quibusdam apolationibus contra abbatem eius factis a Mesburgensi⁵⁰⁾ episcopo, recipiatis partium probationes de novo, et audientes, si partes audire voluerint⁵¹⁾, de compositione tractatum, tam quod super hoc inveneritis, quam causam sufficienter instructam ad nos remittere procuretis.

TITULUS XX.

DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS.

CAP. I.¹⁾

Breve est.

Ex concilio Matercensi.²⁾

Placuit sancto conventui, ut testes *ad testimonium* non conductantur pretio, et ut quicumque³⁾ idonei et fideles in testimonium⁴⁾ assumantur⁵⁾, *ut is, contra quem testimoniare debent, nullam eis infamiam possit inferre,* ac⁶⁾ nullus testimonium dicat, nisi ieiunus.

CAP. II.⁷⁾

Nullus est receptio testium facta contra non citatum.

Gregorius Ioanni Defensori eunti in Hispaniam.

In⁸⁾ nomine Domini (*Et infra*) Quod autem dicit *idem* episcopus, quia⁹⁾ se absente etiam vilissimi sint¹⁰⁾ testes exhibiti, nullius momenti lege noscendum est constitutionis¹¹⁾ novellae, quae de testibus loquitur in haec verba: *„Hoc quoque saepius agnovimus, quoniam quidam aut apud locorum defensores aut apud clarissimos provinciarum iudices, aut etiam, ut assolet, hic apud virum clarissimum magistrum censu ingrediuntur, et queruntur tanquam ab alio passi aliquid contra leges, aut aliter lgesi aut damnificati, testes volentes producere. At“* „Ne¹²⁾ postea obiciatur eis, quod¹³⁾ per unam partem facta et¹⁴⁾ confecta sunt, oportet¹⁵⁾, ut testimonia dentur, illo admonito a iudice aut defensore, venire et audire testes. Si vero noluerit venire, et¹⁶⁾ non ex¹⁷⁾ inevitabili quadam necessitate venire non possit, sancimus, huiusmodi testimonia ita¹⁸⁾ valere, tanquam si non ex una parte consisterent, sed etiam ipso praesente facta fuissent.“ Ecce admonendus est semper adversarius, ut ad audiendos testes veniat¹⁹⁾, quod²⁰⁾ quia hic omissum est, necesse est, ut²¹⁾ quod contra legem actum est non habeat firmitatem. *Quales autem testes etc.*

Cap. XII. 21) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — ex Reg. II. 1131. alleg. Reynald. ad A. 1218. — 22) Lugdun.: C. L. — Lugdun.: C. R. 2. — London.: Comp. V. Ms. — Londonen.: C. R. 1. — Lund. (i. e. Lundensi): Cir. — 23) noveris: C. H. — 24) omitt. ib. — 25) omitt. Cir. — 26) abest a Comp. V. — 27) negativa: Böhm. — 28) ex alb.: omitt. Comp. V.

Cap. XIII. 29) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 30) leg.: *Aurienis (Orense)* cum R. 1. H. L., Comp. V. — 31) leg.: *Lanecensi (Lameto)* cum Cir. — 32) add.: *et abbatu de Palumbario (Pilumbario: Ms.) Bracar. dioecesis.* — 33) Colibrien.: C. L. — Colobrien.: Comp. V. — 34) *Egitat.*: C. H. — *Egitanen.*: C. R. 1. L. Comp. V. Ms. — cf. de his epp. c. 8. de proc. I. 38. — 35) *duxerimus*: C. H., Comp. V. — 36) *probantur*: Cont. — 37) omitt. Comp. V., Cont., Böhm.

Cap. XIV. 38) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 3. — 39) *archiepiscopo*: Böhm. ex Cont. — 40) *Sen.*: Comp. V. — *Senen.*: C. R. 1. — leg.: *Seneni (Siena)*: — 41) *W.*: C. L. — 42) *Senensem*: Cir. — 43) *mandantes*: Comp. V., Böhm. — 44) *iudicialis auctoritas quid ei sit agendum discernat*: Comp. V. — 45) *voluit*: Cir. — 46) *fuerant*: Comp. V. — *fuerint*: Cont., Böhm. — 47) cf. c. 4. C. XXVII. qu. 1.

Cap. XV. 48) *Misnen.*: Cont., Böhm., omnino recte. — 49) leg.: *Pigavian. (Pegaw)* cum C. L. — 50) *Mesbergen.*: C. R. 2. — *Mesburgen.*: Cont. — *Magdeburgen.*: Böhm. — leg.: *Mersburgensi.* — 51) *noluerint*: C. L.

TIT. XX. Cap. I. 1) Restitutum ex Burch. XVI. 35., Comp. II. h. t. c. 1. — 2) *Inno* ex Reg. Franc. Cap. III. 52., ex quibus affert Reg. I. 336. — cf. c. 2. C. IV. qu. 2. et 3. — *Macien.*: Cont., Böhm. — *Maticen.*: Comp. II. — *Matisen.*: Burch. — 3) *quicumque* (quique: Burch.) *optimi et fideles*: Burch., Comp. II. — 4) *in testimonio*: C. R. 1. — *ad test.*: Comp. II. Aug. — 5) *admittantur*: C. H. — 6) *et ut*: Burch., Comp. II.

Cap. II. 7) Restitutum (quantum oportuit) ex Greg. I. Reg. XIII. 45. (A. 603.) — Comp. I. h. t. c. 3. — cf. c. 7. C. II. qu. 1. — 8) *Initium cap. in Reg. hoc est: In primis inquirendum est etc.* — verba *In nom. Dom. desumpta* sunt ex inser. Reg.: *Ioanni defensori in nomine Domini eunti in Hispaniam.* — 9) *quod*: C. H. — *quasi se abs. aliqui vilissimi sint testes exhibiti* (add.: *hoc si verum est: Reg.*) nullius (add.: *etiam: Aug.*) esse momenti lege noscendum est: *constitutio novella (constitutionis novellae: Comp. I. Ms.) quae de test. loqu. c. 16.* — Comp. I., Reg. — cf. Nov. XC. 9., et III. Sanguis Gesch. des R. R. Ed. sec. II. 277. — 10) *sunt*: Cont., Böhm. — 11) *constitutione*: C. L. — 12) *et ne*: Comp. I., Cont., Böhm. — 13) *quae*: C. H. — *quia*: Comp. I., Reg. — 14) *omitt. ib. — at conf.*: absunt a C. R. L. — 15) *oportet et illum, qui impetitur, in ipsa civitate constitutum, ubi testimonia dantur, admonitum a iudice sive a defensore advenire, et audire attestations*: Reg. — *ut illo in ipsa civitate constituto testimonia dentur, admonitus (admonito: Ms.) a iudice aut def. venire*: Comp. I. — 16) verba: *et . . . nol. venire*: omitt. Comp. I. Ms. — 17) omitt. Comp. I. Aug. — verba Reg. haec sunt: *Si vero noluerit advenire, sed contempserit, ut ex hoc ab una parte testimonium adversus eum utilia sint, sancimus huiusmodi testimonia ita valere, ac si non ex una parte consisterent, sed etiam ipso praesente fuerint facta.* — *Si enim recusaverit, et venire noluerit et audire quae deponuntur, quum utique in publico sit, et non ex inevitabili quadam necessitate venire non possit, similis advenienti erit, et nulli utilitas ex contemptu suo ei adhibebitur, sed videbuntur quidem in utriusque praesentia probationes factae.* — 18) omitt. Comp. I. Aug. — 19) *advenit*: Comp. I., Reg. — 20) *quod quia si aliquid omissum est, necesse est quod contra legem non habeat firmitatem*: Comp. I. Ms. — 21) omitt. Aug. — *ut quia*: C. R. 1. L.

CAP. III. 22)

Mulier testificatur contra clericum, quum de crimine agitur.

Idem Sabino Defensori Sardiniae.

Quoniam aliqua nobis de persona Epiphani presbyteri sunt²²) facinora²⁴) nunciata, necesse est, ut cuncta diligentius perscruteris, et seu mulieres, cum quibus peregrisse²⁵) dicitur, seu alios, quos de causa "eadem" scire aliquid senseris, huc "pariter" festinus adducere, quatenus ecclesiastica districtione²⁶) liquide possint quae vera sunt aperiri. "Haec vero etc."

CAP. IV. 27)

Ubi agitur ad correctionem de peccato impediendo, principalis persona admittitur in testem.

Pascalii Papa II. 25)

In omni negotio principalis persona, dicens veritatem de re sibi nota²⁷), rectissime habenda est pro teste, cui³⁰) "quidem" adhibito uno³¹) efficiuntur duo testes³²), adhibitis duobus efficiuntur tres. Quod patenter ostendit Dominus, quum dicit³³): „Si peccaverit in te frater tuus³⁴), corripere eum inter te et ipsum solum; quod si te non audierit, adhibe tecum³⁵) unum vel duos testes³⁶), ut in ore duorum, vel trium "testium" stet omne verbum, "et alibi idem affirmat dicens³⁷): „Non unus stet contra alium, sed in ore duorum vel trium testimonium stet omne verbum." Item³⁸) alibi affirmat dicens³⁹): „Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso⁴⁰), et testimonium perhibet de me Pater; nam in lege vestra⁴¹) scriptum est, quia⁴²) duorum hominum⁴³) testimonium verum est."

CAP. V. 44)

Dicit, quales esse, et qualiter iurare debeant, qui super consanguinitate deponunt.

Eugenius III. 45)

Quotiens aliqui propter cognationem propinquitatis "vel consanguinitatis" separari petuntur⁴⁶), duobus vel⁴⁷) tribus testibus⁴⁸) adhibitis "affirmari debet," qui de eadem consanguinitate supersint⁴⁹), vel totidem⁵⁰) senioribus et melioribus⁵¹) loci eiusdem id debet legitime comprobari⁵²). Probatio autem testium debet fieri duplici iuramento, ut⁵³) iurent se non privato odio, neque amicitia⁵⁴), neque⁵⁵) pro aliquo commodo, quod habuerint, vel quod⁵⁶) habent⁵⁷) vel habituri sunt⁵⁸), ad hoc⁵⁹) iurandum "esse" inductos⁶⁰), "et postea debent iurare," sicut ipsi dicunt, rei⁶¹) veritatem accepisse a maioribus suis, et credere⁶²) ita esse.

CAP. VI. 63)

Praelatus et clerici, qui causam ecclesiae non procurant, testificari possunt in ea.

Idem⁶⁴) Priori⁶⁵) et Fratris S. Trinitatis. 66)

Insuper "etiam auctoritate nostra" statuimus, ut liceat vobis in causis ecclesiae vestrae⁶⁷) ferre testimonium, dummodo unus ex vobis vel duo ad agendum et respondendum⁶⁸) instituantur, quorum testimonium in causis, in quibus actores vel⁶⁹) responsales sunt instituti, non⁷⁰) debet⁷¹) admitti.

CAP. VII. 72)

Si probatio exceptionis oppositae contra testem productum non admittitur, antequam dictum testis recipiatur, in casu, in quo admitti debuit, licite appellatur. Hoc dicit secundum lectionem, quam ponit Panorm.

Idem⁷²) R. Herfordensi Episcopo et Abbati Sardi.

Ex parte A. 74) presbyteri ad nos est querela perlata, quod, quum "ipse" ecclesiam de Clunoden. 75) canonicè fuisset adeptus, et eam⁷⁶) XXX. 77) annis et amplius pacifice⁷⁸) possedisset, miles quidam H. nomine "ipsum exinde gravibus molestiis et iniuriis lacessivit, et tandem," tacito, quod laicus esset⁷⁹), ad iudices⁸⁰) "nostras" literas impetravit⁸¹), quod, si dictus⁸²) presbyter filius esset illius, qui proximo⁸³) in eadem ecclesia ministrarat⁸⁴), "et iure hereditario eam teneret," vel "quod" publice fornicariam⁸⁵) haberet⁸⁶), ipsum⁸⁷) a praedicta ecclesia "prorsus" amoverent. Tandem "vero," quum "idem" miles per interpositam personam eum⁸⁸) coram praefatis iudicibus traxisset in causam, quosdam laicos infames et notabiles ad testimonium "perhibendum" dicitur produxisse, "quod videlicet memoratus presbyter filius sacerdotis illius fuisset, qui proximo in ipsa ecclesia ministraverat." Lieet autem⁸⁹) "praedictus A." presbyter assereret, illos "testes" non esse recipiendos⁹⁰) pro eo, quod quidam eorum⁹⁰) latrones et raptores manifesti essent⁹¹), quidam vero in causa alia fuissent⁹²) convicti de periurio, et se "constanter" hoc diceret probaturum, nihilominus "tamen praefati" iudices, testibus talibus "adversae partis" receptis, eidem "presbytero" absentis⁹³), "etiam" post appellationem, "quam super hoc se interposuisse proponit," praescriptam abiudicaverunt⁹⁴) ecclesiam, quam nunc "praescripti" militis dapiferi filius detinet occupatam. "Quoniam igitur de vobis satis plene confidimus, causam ipsam discretionis vestrae duximus committendam, praesentium vobis auctoritate praecipiendo" Mandamus⁹⁵), quatenus, "partibus coram vobis convocatis, super hoc rei veritatem diligenter inquiratis, et" si vobis constiterit, quod praedictus⁹⁶) presbyter non fuerit⁹⁷) legitime per testes idoneos praescripta⁹⁸) ecclesia spoliatus, eorumdem iudicum⁹⁹) cassata sententia, literis etiam¹⁰⁰) confirmationis, si quae sunt super eadem ecclesia impetratae, non obstantibus, ecclesiam illam presbytero restituitis eidem¹) "dilatione, contradictione et appellatione cessante;" ipsumque "de cetero" non permittatis exinde "a supra dicto milite, vel ab eo, qui ipsam tenet ecclesiam," molestari. Si vero res²) aliter se haberet³), "nihilominus" causam audiat, et sine debito terminetis. Testes autem, si⁴) quos idem A. in suae assertionis testimonium⁵) invocaverit, monere curetis "et diligenter inducere divino intuitu et amore iustitiae," ut coram vobis super his perhibeant testimonium veritati, "nec quicquam exinde in suae salutis periculum reticere praesumant."

CAP. VIII. 6)

Iudex mittere debet examinatore discretum ad testes recipiendos, qui ad eum commode venire non possunt.

Idem Exonensi et Vigornensi Episcopis. 7)

Si qui testium⁸) valetudinarii sunt, et senes⁹), vel debilitate confecti, aut paupertate depressi¹⁰), ita¹¹), quod non possint ad vestram praesentiam adduci¹²), ad ipsos recipiendos mittatis personas idoneas et discretas.

Cap. III. 22) Restitutum ex Greg. I. Reg. III. 36. (A. 593.) — Lips. XLIV. 2. Comp. I. h. t. c. 4. — 23) fuerunt: Lips. — 24) omitt. Comp. I. Aug. — 25) petisse: Lips. — perisse: Reg. — 26) ecclesiasticae districtioni: Lips., Comp. I., Reg.

Cap. IV. 27) Restitutum ex Lips. XLIII. 16. Comp. I. h. t. c. 5. — 28) Paschalius: Böhm. — Pasc. II. Widoni archiep. Vieneni ap. sed. leg.: Lips. — 29) rei sibi notae: Comp. I. Aug. — 30) quum: ib. — 31) add. teste: C. R. 2. — 32) efficiuntur duos testes, adde servitum, sunt tres: Lips. — 33) Matth. XVIII. 15. — 34) fr. tuus c. etc. Lips. — 35) omitt. Comp. I. — 36) abest a Comp. I. Aug. — 37) Deut. XIX. 15. — 38) Idem: Cont., Böhm. — 39) aff. dic.: omitt. Lips., Comp. I. — cf. Ioann. VIII. 18. 17. — 40) ipso etc.: Lips. — 41) nostra: C. R. 1. — 42) quod: Cont., Böhm. — 43) omitt. C. H., Lips.

Cap. V. 44) Restitutum ex App. VIII. 17., Lips. XLIII. 17., Cass. XLVIII. 13. Comp. I. h. t. c. 20. — 45) Urbanus II.: Lips. — 46) separantur: Coll. citt. — 47) duob. vel: omitt. App. — 48) abest a Cass. — 49) supersunt: App. — 50) vel a duobus vel a tribus test.: Coll. citt. — 51) vel mel.: C. H. — 52) probare debent: Lips. — proburi debet: App., Cass., Comp. I. — 53) Testes autem (enim: App.) debent iurare, se neque: Coll. citt. — 54) pro am.: C. R. 2., Cass. — vel amic., neque pro auro, neque pro alio commercio: App. — 55) omitt. C. L. — 56) abest a C. R. L., Cass., Comp. I. — vel hab.: omitt. App., Lips. — 57) habent: Cass. — 58) sint: App., Cass., Cont., Böhm. — 59) haec iur.: Lips. — hoc iuramentum: App. — 60) omitt. Coll. citt., Böhm. — 61) sic se rei: App. — 62) omitt. Coll. citt.

Cap. VI. 63) Restitutum ex App. VIII. 18., Lips. XLIII. 18., Cass. XLVIII. 14. Comp. I. h. t. c. 21. — 64) Alexander III.: Lips., Cass., Comp. I. — 65) Prioribus: C. L. — 66) add. Lorido: Cass. — Lud.: Lips. — Londensis: App. — Lunden: Comp. I. Ms. — 67) omitt. Comp. I. Aug. — 68) vel resp.: C. R. 2., Lips., Cass., Cont. — 69) omitt. Comp. I. Aug. — 70) omitt. App. — 71) abstant: Cass. — debet: Comp. I. Aug. — 72) Restitutum ex App. VIII. 22., Lips. XLIII. 20., Cass. XLVIII. 16., Comp. I. h. t. c. 23. — 73) Idem (i. e. Lucius III.):

App. — R. Berforden. episc. Bal. abb. S. Aid.: Comp. I. Aug. — R. et Forden. ep. et abb. de N.: Cass. — Hereford. episc. et abb. de Forde: App. — Hereford. episc. et B. abb. de Ford: Lips. — 74) Alte: Cass. — Adas: C. R. H. L., Lips., Comp. I. — A. clerici: App. — 75) Culnod.: C. H. — Culmoden.: C. I. — Culmide: Cass. — Culmidon.: Comp. I. Ms. — Culmido: Lips., Comp. I. Aug. — Calumprum: App. — 76) omitt. C. R. H. — 77) XXV.: App. — 78) omitt. App. — 79) erat: ib. — 80) ad Herforden.: (ita Ang. — Herford.: Comp. I. Ms. — Resensem: Cass. — Tofensem: App. — Roffensem: Lips.) et abbatem de Faveresem. (Favesna: Comp. I. Ms. — Faveres: Cass. — Faverestia: Lips. — Faversham: App.): Coll. citt. — 81) apportavit: App. — 82) praedictus presb.: Lips., Cass., Comp. I. — praed. A.: App. — 83) in prox.: Cass. — 84) ministravit: C. R. 1. L., App., Comp. I. — ministraret: ed. Rom. oper. mend. — 85) focuriam: C. R. H. L. — 86) hab. vel teneret: Lips. — ten. vel hab.: Cass. — 87) a praed. ecll. . . amoveretur: Coll. citt. — 88) praefatum A. presb. coram praedictis: ead. — 89) etiam: App. — omitt. Cass. — 90) admittendos: C. H. — 90*) illorum: ib. — 91) omitt. Lips., Comp. I. — erant: App. — 92) fuerint: Lips. — fuerant: App., Cass., Comp. I. — 93) omitt. hoc loco Coll. citt., in quibus infra leg.: proponit et eo (reo: App.) absente. — 94) abiudicaverunt: App. — 95) mandantes: Coll. citt., Böhm. — 96) dictus: C. R. 1. — 97) fuit: C. H. — 98) praedicta: Lips., Cont., Böhm. — 99) iudicis: Comp. I. Aug. — seq.: cassata in sola Comp. I. Ms. exstat. — 100) omitt. Cass. — 1) praenominato presbytero (omitt. Lips.) A. (omitt. Cass.): Coll. citt. — 2) causa: C. H. — 3) habent: Cass. — habet: App., Lips., Comp. I. — 4) abest a Lips. — 5) testimonio: Lips., Cass.

Cap. VIII. 6) Restitutum ex Lips. XLIII. 21., Cass. XLVIII. 17., Comp. I. h. t. c. 24. — 7) Exonensi episcopo: Comp. I. Aug. — 8) testes: C. H. — 9) senio: Lips., Cass., Comp. I. — 10) deprehensi: Cass., Comp. I. — 11) et (quod: Lips.) non poterit eos idem (idem V.: Lips. — id: Cass.) ad vestram praesentiam ducere (adducere: Lips. — inducere: Cass.): Coll. citt. — 12) deduci: C. R. 1.

CAP. IX.¹³⁾

Retractanda est sententia, si constat, eam fuisse latam ad dictum corruptorum testimonium. H. d. secundum lecturam, quam tenet Panorm.

Alexander III. Belvacensi Episcopo.

Sicut nobis est "ex parte tua" intimatum¹⁴⁾, quidam "parochiani tui" accepta¹⁵⁾ pecunia de parentela inter virum et uxorem exhibit¹⁶⁾ iuramenta, per quae inter ipsos¹⁷⁾ divortii sententia promulgatur, postea vero privatim nullam inter eos consanguinitatis lineam asserentes, se corruptos "muneribus" dicunt, "et" testimonium perhibuisse falsitati. Super quo taliter respondemus, quod, si vir et uxor, aut alter eorum¹⁸⁾ ad secunda vota transivit¹⁹⁾, "nullum aliud remedium superesse videretur, nisi ut" testibus de periurio, et adulterio²⁰⁾ uno pluribusve, quibus causam dederunt, poenitentia indicatur. Si vero ad secunda vota idem vir et uxor non migraverint, diligenter inquirendi sunt coram quibus corruptio intercessit, et, si tales exhibeantur, per quos possit praedictae corruptionis veritas comprobari, eorum testimonio est sententia revocanda²¹⁾. Non enim testimonium praedictorum, quum periuri sint, est in hoc casu²²⁾ aliquatenus admittendum.

CAP. X.²³⁾

Socius criminis et muneris non testificatur etiam in crimine simoniae. Et unius testimonium non sufficit ad condemnationem.

Idem. 24)

Veniens ad nos "cum literis tuis" L.²⁵⁾ presbyter "tuus" sua²⁶⁾ "nobis" relatione monstravit, "et hoc idem tuae literae continebant," quod, "quum in ecclesia de Oven. institutus fuisset," ei obiectum fuit²⁷⁾, quod in ecclesia²⁸⁾ de Oven.²⁹⁾ canonicum non habuisset ingressum, "videlicet" quia³⁰⁾ "prius" promisisset³¹⁾ unicuique parochianorum quinque³²⁾ barillos³³⁾ vini remittere, qui sacerdoti "eiusdem ecclesiae" ibi³⁴⁾ pro tempore servienti consueverant³⁵⁾ pro beneficio dari. Verum quum³⁶⁾ duo apparuissent, qui iurati deposuerunt, praedictum³⁷⁾ presbyterum talem fecisse promissionem, et cum altero illorum pactum illud "indecenter dicarent" factum fuisse, tu de³⁸⁾ presbytero³⁹⁾, prout "decuit et" ordo rationis exigit, indicasti. Et⁴⁰⁾ nos tuam sententiam, "prout dignum est," commendamus, eo, quod ille, qui eodem erat infectus crimine, iade⁴¹⁾ contra eum testificari non posset, nullique de se confesso adversus alium in eodem crimine sit credendum, nec⁴²⁾ unius testimonium ad condemnationem sufficit alicuius.⁴³⁾ *Sane, quod in literis etc.*

CAP. XI.⁴⁴⁾

Attestationes in uno iudicio receptae fidem faciunt in eadem casu, et inter eandem personam coram alio iudice.

Idem Abbati⁴⁵⁾ sancti L.⁴⁶⁾ et Priori sancti C.

Causam, quae "inter N. et O. monachos super electione de utroque facta in monasterio diutius est agitata, experientiae vestrae committimus audiendam, et appellatione remota sine debito terminandam. Ideoque" Discretionis vestrae "per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus "partes ante vestram praesentiam convocetis, et" susceptis attestacionibus utriusque partis, quae ab aliis iudicibus sunt receptae, "testes alios, si qui idonei producti fuerint, admittentes, nisi attestaciones ipsae sint publicatae, et rationibus hinc inde diligenter auditis et cognitis," causam ipsam "sublato appellationis remedio" sine debito terminetis.

Cap. IX. 13) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 7. — 14) significatum: Comp. I. — 15) recepta: C. H. — 16) perhibent: C. R. 1. — 17) eos: ib. — 18) ipsorum: C. H. — 19) transisset: Comp. I. Ms. — transisset: Aug. 20) et ad.: omitt. Comp. I. Ms. — vel ad.: C. L. — 21) debet sententia revocari: Comp. I. — 22) abest a C. R. H. L., Comp. I.

Cap. X. 23) Restitutum ex App. L. 47., Comp. I. h. t. c. 9. — 24) Athen. archiep. — C. R. 1. — Altelen.: C. R. 2. — Arelatensi: C. L. — Altin.: Comp. I. Ms. — Atinensi: Comp. I. Aug., Cont. — Atinensi: Böhm. — Cantuariensi: App. — 25) G.: C. R. 1. — 26) supplicii: App., Comp. I. — 27) fuerat: C. R. 1. — 28) in ecclesia ipsam can.: Comp. I. — in ecclesia ipsa canonice: App. — 29) Deon.: C. L. — Dionen.: C. R. H. — 30) quod: Comp. I., App. — 31) remitteret: ib. — 32) omitt. C. H. L. — 33) barilles: Comp. I. — barre, quod: App. — 34) qui pro temp. ibi serviret: Comp. I., App. — 35) consueverat: App. — 36) quia: Comp. I. Aug. — 37) omitt. C. L., App. — 38) omitt. Böhm. — pro: App. — 39) add.: Illo: C. L. — 40) omitt. Cont., Böhm. — 41) non posset contra alium test., quum etiam nulli: App. — 42) et... non suff.: Comp. I. — et unus testis non sufficit ad cuiuslibet rei probationem: App. — 43) omitt. Comp. I.

Cap. XI. 44) Restitutum ex App. VIII. 2., Lips. XLIII. 2., Cass. XLVIII. 1., Comp. I. h. t. c. 10. — 45) Caprario (Cupsiano): Lips. (Capriano?) — Capitano: Comp. I. Ms. — Capitulano: Cass. — Capuano: App. ep. et abbat. S. Luciae et prior. S. Crucis: Coll. citt. — Caprario ep. et abb. S. Leoparii et prior. S. Crucis: coniectura Gonzalezii. — 46) Laurentii: C. R.

Cap. XII. 47) Restitutum ex App. VIII. 3., Lips. XLIII. 3., Cass. XLVIII. 2., Comp. I. h. t. c. 11. — 48) Cant. arch. et R. Wing. ep.: Lips. — R. Cant. arch. et R. Wing. ep.: App., Cass., Comp. I. — 49) ita Aug.: Plut.: Comp. I. Ms. — Plunium: Cass. — Plunt.: Lips. — Plintem:

CAP. XII.⁴⁷⁾

Clerici non sunt a ferendo testimonio in causa ecclesiae suae sine rationabili causa repellendi.

Idem Cantuariensi⁴⁸⁾ Archiepiscopo et Vigorniensis Episcopo.

Quum nuncius "canonicorum de Plutino⁴⁹⁾, et nuncius Ioelis militis, etc." (Et infra:) "Praeterea" Non lateat prudentiam vestram, quod clerici⁵⁰⁾ non sunt a ferendo⁵¹⁾ testimonio super "proprio" negotio ecclesiae suae, nisi alia rationabilis causa impediatur, repellendi.

CAP. XIII.⁵²⁾

Crimen nunc probatum repellit testem alias de illo crimine non damnatum.

Idem Cantuariensi⁵³⁾ Archiepiscopo.

Super eo "vero," quod quaesivisti "a nobis," utrum testes "illi" sint reprobandi in causa criminali vel civili, quibus ab adversa parte crimina opponuntur, "tuae prudentiae" respondemus, quod, si etiam⁵⁴⁾ ante non sunt⁵⁵⁾ convicti vel confessi⁵⁶⁾ de criminibus illis, dummodo inde convincantur⁵⁷⁾, in testimonium⁵⁸⁾ non debent⁵⁹⁾ admitti.

CAP. XIV.⁶⁰⁾

Laicus in criminali non testificatur contra clericum, accusat tamen pro sua vel suorum iniuria.

Idem Salernitano⁶¹⁾ Archiepiscopo.

De cetero laicos in accusationem vel testimonium⁶²⁾ contra clericum⁶³⁾ in criminali causa non esse⁶⁴⁾ aliquatenus admittendos, censura sacrorum canonum manifestius⁶⁵⁾ edocet, nisi forte suam vel suorum iniuriam⁶⁶⁾ prosequantur⁶⁶⁾; nec tunc etiam ad testimonium, sed ad accusationem possunt admitti. "At si etc. [cf. c. 4. de iud. II. 1.]."

CAP. XV.⁶⁷⁾

In causis ecclesiasticis et civilibus possunt fieri tres productiones testium; quarta autem non admittitur absque solemnitate legali. Et super dictis testibus post ipsorum publicationem potest publice disputari. H. d. secundum lecturam communem et verbis textus congruentem.

Idem eidem.⁶⁸⁾

In causis ecclesiasticis vel civilibus ultra tertiam productionem non debent testes produci, nisi adhibita quadam solemnitate, quae in legibus inventur expressa. Et super⁶⁹⁾ dictis testibus, quum fuerint⁷⁰⁾ publicata, publice potest disputari.

CAP. XVI.⁷¹⁾

Si quis probat actum gestum post appellationem, et adversarius probat quod ante, praefertur prima probatio, et actus iudicatur non tenere, nisi secundus probet, quod ante omnem appellationem.

Idem Praeposito et Canonico Embradensi⁷²⁾ ecclesiae.

Quum tu, fili praeposite, cum quibusdam canonicis tuis, et "venerabilis frater noster" archiepiscopus vester "pro causa, quae inter vos et ipsum vertebatur," essetis in nostra praesentia constituti, "archiepiscopo asserente, quod vos ante appellationem ex-

App. — leg. vid.: Plinton. — 50) praedicti canonici: Coll. citt. — 51) asserendo test. proprio: Cass.

Cap. XIII. 52) Restitutum ex App. VIII. 4., Lips. XLIII. 6., Cass. XLVIII. 3., Comp. I. h. t. c. 12. — 53) Cacen.: Comp. I. Ms. — Terracon. archiep.: App. — Tracen. arch.: Lips. (quae tamen inser. scriptoris imperitia ab ipso capite, alio quodam interiecto, tamen est.) — Terracensis episcopatus illius: Cass. — Terracon.: Aug. — add.: P. C. significasti: Lips., Cass., Comp. I. — cf. c. 4. de div. IV. 19. — 54) omitt. C. H., Lips. — etiam aut non: App. — 55) sint: C. L., App., Lips., Cass., Comp. I. — 56) aut conf. de criminalibus: App. — 57) communicantur: App. mendose. — 58) testimonio: C. R. 1. — ad test.: Lips., Cass., Comp. I. — in test.: omitt. App. — 59) debet: Böhm.

Cap. XIV. 60) Restitutum ex App. VIII. 8., Lips. XLIII. 9., Cass. XLVIII. 6., Comp. I. h. t. c. 14. et c. 10. de accus. V. 1. — 61) Salernitano: Cass. — add. P. C. Licet pater: App. — P. C. Licet praeter sol.: Lips., Cass., Comp. I. — cf. c. 3. de spons. duor. V. 4. — 62) accusatione vel testimonio: Comp. I. Aug. L. II. — 63) canonicis: C. R. 1. — 64) omitt. Comp. I. L. V. — 65) manifeste: C. R. 1. — 66) causam: Comp. I. L. V. — 66) prosequantur: App. — persequantur: Lips., Comp. I. L. II. et Ms. L. V. — persequantur: Cass.

Cap. XV. 67) App. VIII. 9., Lips. XLIII. 10., Cass. XLVIII. 7., Comp. I. h. t. c. 15. — 68) Id. eid. in ead. ep.: Coll. citt. — 69) supra: Cass. — 70) fuerit: ib.

Cap. XVI. 71) Restitutum ex App. VIII. 10., Lips. XLIII. 11., Cass. XLVIII. 8., Comp. I. h. t. c. 16. — 72) Embrun.: C. R. 1. — Ebrunden.: C. L. — Brud.: Comp. I. Ms. — Brunden.: Aug. — Ebrordenis: Cass. — Ebrudinensis: App. — leg.: Ebrodunensis (Embrun) cum Lips.

communicasset, et postulante sententiam suam confirmari, e contra proposuisti, quod post appellationem in vos sententiam excommunicationis protulisset, et ob hoc dixisti, eam nullius momenti fuisse. Obiecasti etiam tam tu quam altera pars, quod testes fuerint hinc inde producti, et attestaciones eorum receptae. Nos vero, auditis et cognitis rationibus et allegationibus utriusque partis, et attestacionibus diligenter inspectis, Quum constet⁷³, testes vestros iurasse, quod post appellationem excommunicationis⁷⁴ sententiam tulerit, et archiepiscopi testes similiter iurasse⁷⁵, quod ante appellationem⁷⁶, nos⁷⁷ dicta testium benigne interpretari "ac providere" volentes, ne "de" periurii reatu notentur, quia utrumque esse⁷⁸ potuit, et⁷⁹ quod post primam appellationem⁸⁰ et ante secundam sententia lata fuerit, "de communi consilio fratrum nostrorum" eandem sententiam "denunciamus et" decernimus⁸¹ non tenere. "Ut⁸² autem huius nostrae diffinitionis etc."

CAP. XVII.⁸³)

In causa appellationis super novis capitulis tantum testes novi et veteres producuntur iuramento secundum morem prius recepto.

Idem Episcopo Placentino.

Fraternitatis tuae literis nos consulere voluisti⁸⁴, utrum recipiendi sint novi testes super quaestione iudicata, in qua testibus renunciatum "esse" constat utrinque⁸⁵, et an⁸⁶, testibus in prima causa receptis, propter causam appellationis liceat super quaestione iudicatis aliquid novi proponere? "Licet igitur nobis ex his non plene innoverit, utrum testes super eisdem vel novis capitulis a partibus desiderantur induci, quia tamen, quum prudentiam iuris copiam non habeas, nos super hoc consulere voluisti, hoc" Duximus tibi respondendum, quod in appellationis causa⁸⁷, si nova⁸⁸ contigerit emergere⁸⁹ capitula, super quibus aliqua partium voluerit⁹⁰ novos testes inducere, vel per iam receptos aliquid comprobare, eos credimus posse recipi⁹¹ super novis duntaxat capitulis, receptis prius ab ipsis secundum formam recipiendorum testium iuramentis.

CAP. XVIII.⁹²)

Qui iuravit testimonium non dicere, testificari compellitur, si testimonium publicitatis non sunt.

Idem Exonensi Episcopo.⁹³)

Intimavit⁹⁴ "nobis" R. presbyter⁹⁵, quod G.⁹⁶ clericus capellani eius et alios quamplures de testibus suis⁹⁷ iuramento constrinxit⁹⁸, quod testimonium, consilium et auxilium contra⁹⁹ ipsum non praerent eidem. Ideoque "praesentium auctoritate vobis" iniungimus, ut, si testimonium eorum⁹⁹ publicatum non est, nec¹⁰⁰ est abrenunciatum testibus, eos, qui sunt iuramento adstricti, et alios, si necesse fuerit, idoneos, "quos ipse" in testimonium "produxerit," recipere non postonas.¹)

CAP. XIX.²)

Publicatio vel renunciatio testium in certis capitulis non praediciunt volenti testes producere in aliis. H. d. quoad titulum.

Idem Abbati et Fratribus de Martura.³)

Causam, quae vertitur inter vos, et "dilectos filios nostros" plebanum et clericos "plebis" sanctae Mariae de Martura⁴, "iam pridem filiis nostris archiepiscopo Viterano et abbati de Spognia" commissimus iudicibus "appellatione remota sine debito" terminan-

dam⁵). Quumque utraque pars "propter hoc" in eorum esset praesentia constituta, et testes essent hinc inde recepti⁶, et eis ab utraque parte renunciatum, et⁷ attestaciones "utriusque partis" etiam⁸) publicatae, quoddam privilegium nuper a nobis impetratum in medium protulisti⁹, "asserentes, vos quaedam alia munimenta a nobis impetrasse, quae rationes supra dictae plebis obscurare et impedire videntur, quare causa ipsa nondum potuit terminari. Quia vero sollicitudini nostrae incumbit, utrique ecclesiae iura sua conservare integra, ac libris et contentionibus finem imponere," Iudicibus ipsis "praecipiendo" mandavimus¹⁰), ut "partes ipsas ante suam praesentiam convocent, et" super aliis capitulis, si qua alia fuerint¹¹) ab his, super quibus testes recepti sunt, et eorum attestaciones publicatae, "rationes hinc inde diligenter audiant, et" testes, si qui idonei¹²) producti fuerint¹³), recipiant, et nullis¹⁴) capitulis noviter¹⁵) a nobis per vestros¹⁶) nuncios impetratis, quae contineantur¹⁷) in privilegio vestro¹⁸), vel in aliis literis, quas vobis indulgimus, postquam causam ipsam¹⁹) eidem commisimus, praedictae plebi²⁰) in hac causa impedimentum praestantibus, concordia vel iustitia mediante dequidant. Quia vero²¹) "venerabilis frater noster I." Florentinus episcopus "per suas nobis literas" intimavit, quaedam capitula eidem²²) privilegio, "quod monasterio vestro nuper indulgimus," esse inserta, quae obvia rationi videntur, "per praesentia scripta vobis praecipiendo mandamus, quatenus privilegium" illud, "sicut gratiam beati Petri et nostram curam habetis," ad nostram praesentiam²³) cum vestro²⁴) nuncio, "qui ad nos secure cum eodem veniat, dilations et occasione cessante" transmittatis.²⁵)

CAP. XX.²⁶)

A testimonio repellitur simili morbo laborans.

Idem Novicensi²⁷) Episcopo.

Personas ecclesiarum (Et infra: ["cf. c. 4. de appell. 2. 28."]) Verum si coram te, vel alio quolibet "huiusmodi" negotia²⁸) ventilentur, nolumus, ut aliqui²⁹) consimili³⁰) morbo laborantes, si certum sit, aut legitime super hoc³¹) possint³²) convinci, si³³) ab alterutra parte testes³⁴) adducti fuerint, in testimonium admittantur.³⁵)

CAP. XXI.³⁶)

Christianus contra Iudaeum in testem admittitur.

Idem in concilio Lateranensi.³⁷)

Iudaei sive Sarraceni (Et infra: ["cf. c. 5. de Iudaeis V. 5."]) Testimonium quoque Christianorum adversus Iudaeos in omnibus³⁷) causis, quum illi adversus Christianos testibus suis uti praesumant³⁸), recipiendum esse censemus³⁹), et anathemate decernimus feriendos, quicumque Iudaeos Christianis voluerint⁴⁰) in hac parte praeferre, quum eos Christianis subiicere oporteat, et ab eis pro sola humanitate foveri. "Si qui etc. [cf. c. 5. de Iudaeis V. 5.]"

CAP. XXII.⁴¹)

Testimonium matris est suspectum, ubi filius petit in virum aliquem se maiorem. Et ad dictum solius matris de impedimento deponens impeditur matrimonium, sed contractum non dissolvitur.

Idem Matthaeo⁴²) Cardinali.

Super eo, quod a nobis tua devotio postulavit, utrum, viro negante se mulierem affidasse, ipsius mater mulieris et altera mulier

Cap. XVI. 73) constaret: App. — 74) omitt. Coll. c. 17. — sententia in vos lata fuisset: App. — 75) sim. iur.: omitt. Lips. — iuramento confirmasset: App. — 76) add.: sententiam tulerit: Lips. — sent. in vos tul.: App. — 77) omitt. Coll. c. 17. — 78) verum esse: App. — 79) omitt. App. — 80) add.: sententiam tulerit: Comp. I. Aug. — 81) decrevimus: Lips., Cass. — 82) Ut... etc.: ut cap. seq. initium edita sunt ab Aug.

Cap. XVII. 83) App. VIII. 12., Lips. XLIII. 12., Cass. XLVIII. 9., Comp. I. h. t. c. 17. — 84) consultasti: App., Cass., Comp. I. — 85) ex utraque parte constat, et utrum: Coll. c. 17. — 86) praeterea: App. — 87) in praedicta causa: Coll. c. 17. — 88) omitt. App. — 89) emergit: Lips. — 90) voluit: ib. — 91) fraternitatem tuam posse recipere: Coll. c. 17.

Cap. XVIII. 92) Restitutum ex App. VIII. 13., Lips. XLIII. 13., Cass. XLVIII. 10., Comp. I. h. t. c. 18. — 93) add.: et abb. S. Albani: App., Comp. I. — et abb. S. Albani: Lips., Cass. — 94) Innovasti: App. — 95) omitt. Coll. c. 17. — 96) V.: C. R. 2. — W.: App., Lips., Cass. — 97) ult.: Comp. I. Aug. — H' m' (i. e.: Willelmus) Ms. — 98) omitt. C. H. — 99) adstrinxit: Coll. c. 17. — vel aux.: C. R. L. — quod nec test., vel cons., vel auxil. eidem R. contra ips. praeverent: Coll. c. 17. — 100) illorum: C. R. 1. H. L., App., Cass., Comp. I. — 101) non: Cass. — et non est: App., Lips., Comp. I. — 1) postpositis: Coll. c. 17.

Cap. XIX. 2) Restitutum ex App. VIII. 15., Lips. XLIII. 15., Cass. XLVIII. 12., Comp. I. h. t. c. 19. — 3) abb. et fr. monasterii (omitt. Comp. I.) S. Michaelis (M.): Comp. I. Ms. — S. M.: omitt. Lips. — de Martura: Coll. c. 17. — vid. de hoc mon. et de abb. de Spognia, (cuius vers. seq. mentio fit) c. 1. de mut. pet. II. 3. — 4) omitt. Coll. c. 17., Böhm. — 5) finiendum:

C. R. 1. — 6) producti vel recepti: C. H. — 7) omitt. C. R. L. — 8) abest a Coll. c. 17. — 9) protulisti: Cass. — 10) mandavimus: C. R. 1., Coll. c. 17. — 11) fuerunt: C. L. — sunt: Lips., Cass. — si qua sint: App. — 12) omitt. App. — 13) sunt: Lips. — 14) in illis: App., Comp. I. Ms. — 15) nuper: App. — omitt. Comp. I. Aug. — 16) nostras: C. H. — 17) continentur: App. — 18) nostro: C. H., App., Lips., Cass. — privilegia vestris: Comp. I. Aug. — 19) abest a C. H. — 20) praedictis plebanis: C. R. 1. — praedictae causae (ecclesiae): Cass., impedimentum praestantibus: Coll. c. 17. — 21) Et quia: App., Lips., Comp. I. — Quia (omissa v. os-ro): Cass. — 22) nostro: Coll. c. 17. — 23) nobis: Coll. c. 17. — 24) nostro: Lips. — 25) mittatis: Comp. I. Aug. — remittatis: App., Lips., Cass., Comp. I. Aug.

Cap. XX. 26) Restitutum ex App. X. 5., Lips. XLVII. 5., Cass. L. 4., Comp. I. c. 4. de app. II. 20. — 27) Novicensi: Cass. — Novicensi: C. R. 1. H. L. — Novicensi: App., Lips., Comp. I. — 28) negotium ventilentur: C. H. — 29) omitt. App. — 30) simili: C. H. — 31) super his: Coll. c. 17. — 32) possunt: Cass. — 33) si qui: Lips. — 34) omitt. App., Lips., Comp. I. — 35) recipiantur: Coll. c. 17.

Cap. XXI. 36) c. 26. conc. Lat. (1179.) ap. Mans. c. 3. in Lips., II. un. in Cass., Comp. I. c. 5. de Iud. V. 5. — 37) ex conc. Lat.: C. R. 2. L. — ex conc. generali Lat.: C. R. 1. — 38) communibus: Comp. I. Aug. — verba: Iud... advers.: omitt. Lips. — 39) utantur: Lips., Cass., Comp. I., conc. — 40) rec. censentes: Cass. — 41) voluit: Lips.

Cap. XXII. 41) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 42) Marcho: Comp. II. Ms. A. — Marco: Aug., Ms. B.

possint ad testimonium recipi, consultatūni tuae taliter respondeamus, quod⁴³, quum⁴⁴) mater filiae incrementum et honorem videtur diligere, ubi vir superior est divitiis et⁴⁵) nobilitate, potentia vel honore, testimonium eius "omnino" videtur⁴⁶) esse suspectum, et⁴⁷) ideo non esse⁴⁸) aliquatenus admittendum. Super illa⁴⁹) vero quaestione, quam fecisti, an mulier⁵⁰) coniungenda⁵¹) non sit viro, pro⁵²) eo; quod sola mater alterutrius⁵³) eos esse consanguineos confitetur, "discretioni tuae taliter" respondemus, quod, si non est firmatum⁵⁴) matrimonium inter eos, matre asserverante, ipsos⁵⁵) esse consanguineos, non debent coniungi, quia praesumptio est non modica, quod se linea consanguinitatis attingant⁵⁶), "quam mater id confitetur." Si vero matrimonium est firmatum⁵⁷), non debet sine plurium iuramento dissolvi.

CAP. XXIII.⁵⁸)

Ad decisionem causae, maxime pro parte Iudaei, non sufficit regulariter unius testimonium, quam duorum probatae vitae et laudabilis conversationis.

Idem.

Licet universis⁵⁹) "Dei fidelibus ex commissi nobis officii debito debeamus provisione adesse, attentius tamen ecclesiasticos viros a pravorum molestis malignantium vigili cura defendere debemus, ad quorum regimen specialius sumus, licet insufficientibus meritis, Dei providentia deputati. Perlatum est autem ad audientiam nostram, quod Iudaei in civitate vestra commorantes ad tantam devenierint superbiam et elationem, quod, si quando inter eos et quemlibet clericum, sive inter vos et ipsos causa emergerit, vos ad saecularem iudicem trahant, et coram quocunque iudice vobiscum litigant, per simplicem chartam absque testibus, vel per unum qualemcunque Christianum vel Iudaeum contra omnem iustitiam et rationem causam suam probare intendunt, et adversum se etiam magnorum et probatorum virorum non recipiant testimonium." Quia "vero" non est licitum alicui⁵⁹) Christiano, et⁶⁰) multo minus crucis⁶¹) Christi inimico⁶²), ut "scilicet ecclesiasticos viros ad saecularem curiam trahant, et" causae suae unius tantum quasi⁶³) legitimo testimonio finem⁶⁴) imponant, "discretionis vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, si inter vos et quoscunque⁶⁵) "Christianos sive" Iudaeos emergerit quaestio⁶⁶), "pro nullius vocatione ad saecularem curiam, ut ibi de negotio tractetis aut iudicemini, accedere praesumatis, sed, sicut exigit iustitia et aequitatis ratio postulat," in qualibet causa Christiani⁶⁷), et maxime clerici, non minus quam⁶⁸) duorum vel trium virorum⁶⁹), qui sint probatae vitae et fidelis⁷⁰) conversationis, testimonium⁷¹) admittatis⁷²), iuxta illud dominicum⁷³): „In ore duorum vel trium testium stat⁷⁴) omne verbum, "quia⁷⁴), licet quaedam sint causae, quae plures quam duos exigant⁷⁵) testes, nulla est tamen causa⁷⁶), quae unius "tantum" testimonio, quamvis legitimo, "rationabiliter" terminetur. "Ad haec et c. [cf. c. 8. de Iud. V. 5.]"

CAP. XXIV.⁷⁷)

Non sunt idonei testes, quos actor de familia sua produxit.

Idem Firmano Episcopo.⁷⁸)

In literis (Et infra:) Quidam nobilis tui episcopatus quondam sibi legitime copulans, quum eam in domo "sua" fere per septennium

tenuisset, consobrinam patris eius, antequam eam⁷⁹) duceret, se asseruit⁸⁰) cognovisse, ad quod probandum testes de familia sua tres produxit. Respondemus igitur, ut, si res ita se habet⁸¹), pro illorum⁸²) testimonio ipsum ab uxore⁸³) nulla ratione dividi patiaris, nec contra ipsos aliquos⁸⁴) audias, nisi probatae essent vitae et opinionis, de quibus verisimile non esset, quod deberent pro aliquo deierare.

CAP. XXV.⁸⁴)

Donec attestations fuerint publicatae, et eis renunciatum, produci possunt testes; postea vero non super eodem capitulo, sed super alio sic. H. d. quoad titulum.

Urbanus III.⁸⁵)

Quum venisset ad apostolicam sedem "dilectus filius noster" magister M.⁸⁶), nobis exposuit⁸⁷), quod "felix memoriae" Lucius Papa praedecessor noster causam, quae inter ipsum et "dilectum filium nostrum" abbatem de Sicolan.⁸⁸) vertebatur, commisit iudicibus sine debito terminandam (Et infra:) "Discretionis vestrae per apostolica scripta praecipiendo" Mandamus, quatenus, "partibus convocatis," si sententiam illorum noveritis canonice promulgatam, eam auctoritate apostolica⁸⁹) confirmetis "et facialis executioni mandari," nec appellatio illam⁹⁰) impediatur, quae hic⁹¹) interposita dicitur occasione mortis praedecessoris nostri, quum postea "et" egerit et responderit, testesque⁹²) duxerit producidos. Quaestiones quoque alias⁹³), super quibus testes⁹⁴) fuerint producti⁹⁵), et depositiones publicatae eorum, vel renunciatum fuit testibus hinc et inde, nullis aliis ab alterutra⁹⁶) parte super eodem⁹⁷) receptis, secundum tenorem ipsarum mediante iustitia "sine appellationis obstaculo" terminetis. Si quae⁹⁸) vero fuerint quaestiones, super quibus vel testes non fuerint⁹⁹) producti, vel renunciatum eisdem¹⁰⁰), audiatis, si qua¹) hinc inde proposita fuerint, "appellatione cessante" finem illis debitum imponentes.²)

CAP. XXVI.³)

Potest reus producere testes ad probandum contrarium eius, quod actor probavit, si publicatio attestatorum non est facta, consuetudine contraria non obstante. H. d. secundum notabiliorem lecturam.

Clemens III.

Series tui rescripti⁴) nobis aperuit, quod, quum nuper inter filios "et filias" quorundam nobilium tuae civitatis conjugalis quaestio tractaretur, "quia distrahebaris ad alia urgentiora negotia, vices tuas in ventilatione illius quaestionis quibusdam viris prudentibus commisisti, ante quos" Pars⁵) "illa," quae matrimonium accusabat, testes produxit legitimos, qui consanguinitatem inter praedictos esse firmiter asserbant "in quinto gradu," in⁶) primo gradu ponendo duas personas, B. videlicet et L. dicentes illos esse⁷) fratrem et sororem; pars autem opposita id⁸) falsum "esse" dicebat, B. scilicet esse sororem L. ad⁹) corroborandam assertionem suam tam testes offerens quam publicum instrumentum. Unde, quia pars accusantium testes illos non esse recipiendos proponit¹⁰), et tu non esse consuetudinem ecclesiae "tuae" affirmas¹¹), ut post receptos testes, qui consanguinitatem secundum formam canonum¹²) computant, alii ex opposito admittantur, "super quo tam in praesenti negotio quam in similibus postulas edoceri," praesenti pagina respondemus¹³), quod, si non est aliud canonicum, quod obstat,

Cap. XXII. 43) omitt. C. L. — 44) abest a C. H. — quod quia: C. R., Comp. II. — 45) omitt. C. L. — aut nob.: Comp. II. — 46) habetur susp.: Comp. II. Ms. A. — 47) abest a Comp. II. Aug., Ms. B. — 48) est: Comp. II. — 49) alia: C. R. 1., Comp. II. Ms. A. — 50) filia: Comp. II. — 51) iungenda sit: Comp. II. Ms. A. — 52) omitt. Comp. II. — 53) alterius: C. R. 2. — 54) confirmatum: C. L. — iuramento confirmatum: Comp. II. Ms. A. — consummatum: Aug., Ms. B. — 55) eos: C. H., Comp. II. Ms. A. — 56) contingunt: Comp. II. Ms. A. — 57) ratum et confirmatum: Comp. II. Aug. — iuratum et conf.: Comp. II. Ms. B. — nunciatum conf.: Ms. B.

Cap. XXIII. 58) Restitutum ex App. XX. 2., Luc. ap. Bal. III. 379., Lips. LV. 2., Cass. LIV. 2., Comp. II. c. 1. de for. comp. II. 1. — 58*) universum: C. H. — 59) cuilibet: App., Lips., Cass. — 60) omitt. App., Luc. Lips., Comp. II. Aug., Ms. B. — 61) cruci: Luc. — seq.: Christi: omitt. Cass. — 62) inimicis: App., Lips., Cass. — 63) quomodo: Comp. II. Aug., Ms. A. — et leg.: Luc. — et non leg.: App., Lips. — et leg. minime: Cass. — 64) fides: Luc. — 65) quoslibet: Cass. — aequ.: sine Iud.: omitt. Luc. — 66) causa: Coll. c. 1. — 67) omitt. Comp. II. Ms. A. — 68) ad minus nisi: Comp. II., Lips., Cass. — ad minus: App. — non nisi: Luc. — 69) omitt. Comp. II. Ms. A., App. — 70) omitt. App. — et fidei vel: Comp. II. Aug. — 71) testium: Comp. II. Ms. A., App. — testimonio: Cass. — 72) non adm.: Lips., Cass., Luc. — Comp. II. — 73) add.: verbum: Comp. II. Ms. A. — cf. Matth. XVIII. 16. — 74) stet: Comp. II. Aug., Ms. A., Cass. App. — 74*) Sed quaedam licet: Cass. — 75) exigunt: Comp. II. Ms. A. — 76) omitt. C. R. H. L., Coll. c. 1.

Cap. XXIV. 77) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 5. — 78) Clem. III. P. c. Signific.: Comp. II. Ms. A., quod non placet. — 79) illum: ib. — 80) asserit: Comp. II. — 81) habeat: C. R. 1. — 82) illo: Comp. II. Ms. A. — 83) add.: sua: ead., C. R. 1. — 83*) add.: testes: C. R. 2.

Cap. XXV. 84) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 25. — 85) de Rufort et de Ostren. abbatibus et prioribus de Torguano: Comp. I. Aug. — de Rufort. et de Costen abbat. et prioribus de Torguano: Ms. — ex sent. Pithoeor. leg.: de Rufort et de Crodero abbat. et prioribus de Torguano. — 86) Martinus: Comp. I. Aug. — 87) propositu nobis quaestione monstravit: Comp. I. — 88) Acolan.: C. R. 1. L. — Sicolan.: C. R. 2. — Acob.: C. L. — abb. de Crowand (Cicolan.: Ms. — vid. leg.: Crosland) et W. (V.: Ms.) clericum eius diutius dignoscitur agitata, dilectis filiis nostris de Vellebec et Ovelstern abbatibus: Comp. I. — cf. c. 20. de off. iud. del. I. 29. — 89) nostra: Comp. I. — 90) illa: C. R. 2. L., Comp. I. — 91) omitt. C. R. I., Comp. I. — 92) et testes etiam (omitt. Ms.) produxerit: Comp. I. — 93) illas: Comp. I. — 94) attestations fuerint productae (receptae vel prod.: Ms.), quibus, publicis abrenunciatum fuit hinc inde: ead. — 95) add.: et publicati: C. L. — 96) utraque: C. R. 2. — pro seq.: parte leg.: partium: C. H. — 97) sup. eod.: omitt. Comp. I. — 98) Si qua vero fuerint, super quibus: ead. — 99) fuerit: Comp. I. Aug. — fuerunt: Ms. — 100) vel abrenunciatum attestatoribus: Comp. I. — 1) quasi: Cont. — 2) imponatur: Comp. I. — add.: Dat. Fern. — Aug. ex Barcin.

Cap. XXVI. 3) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — 4) scripti: Comp. II. Ms. A. — 5) et pars scilicet: C. L. — 6) Ex adverso quoque pars altera non sic (ita: Ms. A. — omitt. Ms. B.) esse constanter iubeat. Nam quum ipsi testes in primo gradu possident: Comp. II. — 7) omitt. Comp. II. Ms. B. — 8) abest a Comp. II. — verba: pars... et: omitt. Ms. A. — 9) ad corroborandam etiam assertionem suam tam (omitt. Ms. B.) testes volebant, quam publicum (publice: Ms. A. — omitt. Ms. B.) instrumentum proferre: Comp. II. — 10) clamabat: ead. — 11) affirmans: C. R. 1. — 12) canonicam: C. L. — 13) edocemus: Comp. II. Ms. A.

non¹⁴⁾ obstante illa consuetudine, utpote iuri contraria, testes¹⁵⁾ "appellatione cessante" recipere non omittas.

CAP. XXVII.¹⁶⁾

Carnalis copula probatur per conveniens testimonium de visu; idem in testimonio auditus, quod adminicula et fama contiuvant.

Coelestinus III.¹⁷⁾

Praeterea quum quis accusatur aliquam cognovisse, an sint testes interrogandi de visu, aut¹⁸⁾ sola viciniae fama sufficiat, vel si iuratis testibus sij credendum, qui se carnalis¹⁹⁾ copulae concios²⁰⁾ esse fatentur, sed de visu nihil affirmant, "nos inter alia consuleri voluisti. Ad haec itaque" Respondemus, quod, si testimonium conveniens de visu reddatur, vel etiam de²¹⁾ auditu, et²²⁾ praesumptionem violentam fama consentiens subministret, ac alia²³⁾ legitima adminicula suffragentur "eidem," standum est testimonio iuratorum. Etenim circumspectus iudex atque discretus "iuxta illud, quod in iure civili cautum existit," motum animi sui ex argumentis et testimoniis, quae rei aptiora esse comperit²⁴⁾, confirmabit.²⁵⁾

CAP. XXVIII.²⁶⁾

Unius iudicis verbo non creditur; scripturae verò eius per testes reprobari possunt. Fallit hoc in Papa. Ita communiter summatur.

Innocentius III. Consulibus et Populo Beneventano.²⁷⁾

Quum a nobis²⁸⁾ (Et infra:) Et canonica et civilia iura sequentes districtius inhihemos, ne unius iudicis, quantaecunq; fuerit²⁹⁾ auctoritatis, verbo credatur in causis, sive super testamentis, sive "super" quibuslibet aliis contractibus³⁰⁾ quaestio agitur. Nec scriptum³¹⁾ eorum, nisi testium adminiculo fulcitur, eam obtineat firmitatem, quin³²⁾ ei possint et debeant duorum vel trium testium³³⁾ honorum testimonia praevalere, salva in omnibus sedis apostolicae auctoritate. "Nulli ergo etc. Dat. Romae ap. S. Petr. IV. Id. Iun." [1198.]

CAP. XXIX.³⁴⁾

Testi super dilatoria inducto non creditur super principali, nec cogitur deponere; secus si super preceptoris. Tunc enim cogi potest, ut iuret deponere super toto.

Idem Tyrensi³⁵⁾ Episcopo.

De testibus, "qui ad exceptionem probandam a partibus inducuntur, tua nos duxit fraternitas consulendos, utrum cogendi sint super principali etiam negotio ferre testimonium veritati, et an illi sint, sicut ceteri testes, examinandi districte, qui ad purgandam alienius infamiam inducuntur. Super hoc igitur fraternitatem tuam plurimum in Domino commendantes, quae in dubiis sedis apostolicae vult certificari rescripto," Consultationi tuae taliter³⁶⁾ respondemus, quod, si testes "tam" sint inducti ad exceptionem dilatoriam³⁷⁾ solummodo probandam, quum super ea tantum iuraverint dicere veritatem, super principali nec debent audiri, nec cogi testimonium perhibere, utpote super quo deponent non iurati. Si vero, quum³⁸⁾ ad probandam exceptionem peremptoriam ab alterutra partium inducuntur³⁹⁾, reliqua pars super principali negotio⁴⁰⁾ etiam eos deponere forte petierit, et⁴¹⁾ ut cogantur super toto negotio dicere veritatem, sacramento eos postulaverit obligari, ad id⁴²⁾ sunt sine dubitatione cogendi, nisi forsitan sufficiens productio testium super principali⁴³⁾ iam facta⁴⁴⁾ fuerit, vel renunciatum testibus⁴⁵⁾, vel depositiones testium fuerint publicatae. "Illi vero etc. [cf. c. 13. de purg. can. V. 34.] Dat. Lat. IV. Non. Ian." [1199.]

CAP. XXX.⁴⁶⁾

Dicta testium non sunt ad petitionem tertii publicanda. Et is, qui produxit testes coram certis iudicibus, non potest ad eundem effectum vocari iudicibus aliis illos producere; sed illorum attestationibus debet esse contentus.

Idem Heliensi et Cistrensi Episcopis et Archidiacono de Norban.⁴⁷⁾

Constitutus in praesentia nostra "dilectus filius magister Robertus procurator" magistri R.⁴⁸⁾ "de sancto Cadmundo" proposuit, quod, quum "dilecti filii" decanus et capitulum Eboracense ei⁴⁹⁾ tum auctoritate Lateradensis concilii, tum privilegii proprii ratione archidiaconatum Richemundiae⁵⁰⁾ canonicè contulissent, "eidem tam stallum in choro quam locum in capitulo assignantes, et ipse possessionem archidiaconatus per eodem adeptus obedientiam et iuramentum solitum ab eiusdem archidiaconatus clericis recepisset, dilectus filius" magister H.⁵¹⁾ "de Kent," qui archidiaconus Richemundiae nominatur, ipsum eo "praeter iuris ordinem" post appellationem⁵²⁾ ad nos interpositam spoliavit, quumque praedictus R.⁵³⁾ ad iudices⁵⁴⁾ super restitutione sua⁵⁵⁾ commissionis literas impetrasset, memoratus "magister" H.⁵⁶⁾ "ad sedem apostolicam appellavit, et, ad praesentiam nostram accedens," literas revocatorias impetravit⁵⁷⁾, "quas idem procurator per falsi suggestionem asseruit impetratas. (Et infra:) Et" inter alia postulabat praedictus H.⁵⁸⁾, ut faceremus depositiones quorundam testium aperiri, sed procurator praedictus aperiendas eas non esse dicebat, quum non in hac causa fuissent inducti, sed in ea "potius," quae inter "venerabilem fratrem nostrum" Eboracensem archiepiscopum et eundem R.⁵⁹⁾ vertebatur. (Et infra:) "Licet autem archidiaconus, sicut superius est praemissum, ad faciendam nobis fidem super omnibus pleniorum attestationes quasdam peteret aperiri, adversarius autem in alia causa eas assereret fuisse receptas," Nos⁶⁰⁾ eas aperire nolumus, sed causam "eorundem ipsorum assensu" duximus vestro examini committendam. "Ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis inquiratis super praemissis omnibus diligentius veritatem, et quod canonicum fuerit appellationis postposita discernatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari," ita "tamen," quod, si vobis constiterit, praefatum H.⁶¹⁾ testes pro se coram "bonae memoriae" episcopo et decano Lincolnensi⁶²⁾, et te, fili archidiacone, "ac dilecto filio nostro P. tit. S. Marcelli presbytero cardinali, tunc apostolicae sedis legato," delegatis iudicibus produxisse, attestationibus apud eum depositis sit contentus; alioquin, eo non obstante, quod testes illi coram iudicibus ipsis, et te, fili archidiacone, fuere producti, pro dicto H.⁶³⁾, si producti fuerint, ad testimonium admittantur.

CAP. XXXI.⁶⁴⁾

Publicatis attestationibus non opponitur in personas testium; tres casus excipit, et ad secundum determinationem subdit.

Idem.

Praesentium auctoritate statuimus, ut, si quis post depositiones testium publicatas obicere voluerit in personas eorum, ei tunc tandem id⁶⁵⁾ liceat, quum iuramento firmaverit, quod ad hoc ex malitia non procedat: nisi forsitan ante publicationem id fuerit protestatus, vel ostendere poterit, quod post publicationem didicerit quod obicit⁶⁶⁾ in personas. Ceterum, quum quis personas testium se velle post publicationem⁶⁷⁾ depositionum repellere fuerit protestatus, si quid pro ipso dixerint, de facili non credatur.

Cap. XXVI. 14) nec obst.: ib. — 15) add.: ultimos: ib.
Cap. XXVII. 16) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4., Luc. ap. Bal. III. 381. — 17) Clemens III.: Comp. I. Ms. A. — add.: P. C. Laudabilis: Aug. Ms. B. — cf. c. 2. ut lit. pend. II. 16. cum adm. nostr. — 18) an: C. R. 2., Comp. II. Ms. A. — 19) illius: Luc., Comp. II. — 20) socios: Comp. II. Ms. A. — 21) etiam de: omitt. Luc., Comp. II. — 22) et et seq.: violentam: omitt. Luc. — 23) et adminicula legitima (add.: ad hoc: Comp. II. Aug. Ms. B.) imperiatur (Luc., Comp. II. Ms. A.: imperiatur): Luc. Comp. II. — 24) conspexerit: C. R. 1. — comperit: C. L., Comp. II. Ms. A. B. — 25) firmabit: Comp. II. Ms. A. — cf. fr. 21. D. de test. in f. (XXII. 5).
Cap. XXVIII. 26) Restitutum ex Reg. Bal. I. 256. — Comp. III. h. t. c. 1. — 27) Venet.: C. R. 1. — Henedontanis: C. H. — 28) Quum a nobis petitur etc. usque ad verb. Assensu, et can.: Reg. — 29) omitt. C. H. — 30) contr. agitantur: Comp. III. — c. agitantur: Reg. — 31) scripturas: C. H. — 32) tandem quin: C. R. 1. — 33) virorum: Comp. III. Aug. — testium honorum virorum: Ms.
Cap. XXIX. 34) Restitutum ex Reg. Bal. I. 513. — Comp. III. h. t. c. 2. — 35) Tiron.: C. R. 1. — Ciren.: Comp. III. Aug. — Tiren. archiep.: Comp. III. Ms. — Tyrensi archiepiscopo: Reg. — 36) taliter ad proposita resp.: Comp. III., Reg. Böh. — 37) omitt. Comp. III., Reg. —

38) abest a C. R. 2. — 39) add.: testes: C. R. 1. — 40) omitt. Comp. III. Aug., Reg. — 41) abest a Comp. III. Aug. — 42) ipsum: C. H. — 43) add.: causis: C. R. 1. H. L. — seq.: iam: omitt. C. H. L. — 44) facto iam: Comp. III. Aug. — 45) a partibus: Reg.
Cap. XXX. 46) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 3. — 47) Cistrensen.: C. R. 2. — Helien. et Cistren. epp. et archid. de Northanton: Comp. III. Aug. — Helien. et Cistren. epp. et archid. de Northanton: Ms. — cf. not. ad c. 2. de suppl. negl. I. 10. — 48) Rogerii: C. R. 2. H. L., Comp. III. — 49) eidem: C. R. 2. — eidem Rogerio: Comp. III. — 50) Roche-mundiae: Comp. III. Aug. — 51) Honorius: C. H. L., Comp. III. — 52) add.: legitime: C. R. 2. — 53) Rogerius: C. H. L., Comp. III. — 54) ad dil. fil. abbatem de S. Eadmundo et consiudices suos: Comp. III. — 55) omitt. Comp. III. Aug. — 56) Honorius: Comp. III. — 57) impetravit: Comp. III. Aug. — 58) praed. H.: omitt. Comp. III. — 59) Rogerium: Comp. III. — 60) omitt. Comp. III. Aug. — nos ea: omitt. Ms. — 61) archidiaconum: Comp. III. — 62) Lincolnien.: Comp. III. Aug. — Lincolnien.: Ms. — 63) pro archidiacono: Comp. III.
Cap. XXXI. 64) Comp. III. h. t. c. 4. — 65) omitt. C. R. 2. H. — 66) obicere: Comp. III. — 67) publicationes: ead.

CAP. XXXII. 68)

Si actoris et rei testes contraria deponunt, fidem sibi non derogant, sed praevaleant digniores, et verisimiliora deponentes, et, si in ceteris est disputatus, praefertur numerus.

Idem Londonensi⁶⁹⁾ et Heliensi Episcopis.

In nostra praesentia *constitutus dilectus filius magister Walterus, nomine dilecti filii archidiaconi Cantuariensis, a quo procurator ad hoc fuerat destinatus, possessionem ecclesiae de Midelton, quam dilecti filii abbas et monachi S. Augustini Cantuariensis illicite occuparant, cum fructibus medio tempore perceptis sibi restituit postulavit, praesertim quum tam de communi iure, quam de consuetudine generali Anglicanae ecclesiae custodia vacantium ecclesiarum Cantuariensis dioecesis ad archidiaconum ipsam pertineat, ac, duabus personis decedentibus in ecclesia memorata, antequam monachi nunc ultimo ipsam custodiam occupassent, archidiaconus Cantuariensis in eadem ecclesia usus fuerit isto iure, sicut per XXV. testes omni exceptione maiores in praesentia delegatorum iudicium sufficienter probatum esse dicebat, quorum depositiones legi audivimus coram nobis. Adiecit insuper post mortem ultimae personae in eadem ecclesia decedentis possessionem elatium ipsius ecclesiae eundem archidiaconum habuisse, sicut quatuor sacerdotes, unus diaconus et unus clericus eridentissime testantur. Unde, quum ecclesiam de Fabersham restitui decrevimus monachis antedictis, pari iure archidiacono debebat restitui ecclesia memorata. Dilectus autem filius O. monachus S. Augustini Cantuariensis proposuit ex adverso, quod, quum dicta ecclesia de Midelton ad monasterium suum pertineat nullo mediante, et ipsius custodiam hactenus possederit inconcusse, sicut per XVI. testes omni pariter exceptione maiores pro parte sua fuerat evidenter probatum, utendo iure suo praefato archidiacono iniuriam non fecerunt. Per duos quoque monachos fuerat sufficienter ostensum, quod de ipsa et rebus eius libere disponebat. Quam igitur⁷⁰⁾ hinc plures, inde vero sint testes numero pauciores producti, quos non solum diversa, sed adversa penitus in quibusdam constat testimonia reddidisse, quia etiam ad multitudinem tantum⁷¹⁾ respicere⁷²⁾ non oportet, sed ad testium qualitatem, et ad ipsorum deposita, quibus potius lux veritatis assistit, ex quibus motum animi sui convenit iudicem informare⁷³⁾, *discretionis vestrae per apostolica scripta* mandamus, quatenus, si testes utrinque producti eiusdem honestatis et existimationis⁷⁴⁾ extiterint, quum constet testes monachorum esse testibus archidiaconi numero pauciores, *sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo* pro *ipso* archidiacono sententiam proferatis. Si vero testes ex parte monachorum producti tantae praecminentiae fuerint, quod eorum auctoritas aliorum sit merito multitudini praefenda, *contradictione et appellatione pariter non obstante* ab impetitione archidiaconi absolutis eosdem *abbatem et monachos. Quod si non omnes etc. Dat. Romae II. Id. Dec.* [1203.]

CAP. XXXIII. 75)

Ad probandum impedimenta electi, laici et feminae admittuntur. Adde: et testes de auditu et fama sufficienter non probant.

Idem Priori sancti Fridiani⁷⁶⁾ Lucani et magistro G.⁷⁷⁾ Canonico Pisano. 78)

Tam literis vestris, quam depositionibus testium *diligenter auditis*, intelleximus *evidenter*, nihil esse contra *dilectum filium* Lucanum elatum sufficienter ostensum, nisi de auditu tantum et fama, quum super aliis, si qua forte videantur esse probata, testes sint vel soli, vel tales, qui non potuerunt⁷⁹⁾ illa⁸⁰⁾ legitime comprobare. Quia vero super matrimonio, quod idem electus dicitur contraxisse cum vidua, testes non fuere recepti propter appellationis⁸¹⁾ obstaculum, ne *videlicet* laici vel feminae in tali reciperentur articulo contra ipsum, *sicut vestris nobis

literis intimatis, licet nuncijs eiusdem electi coram nobis probare aliud niterentur,* nos, ut⁸²⁾ tantae irregularitatis obiectio non remaneat indiscussa, *discretionis vestrae per apostolica scripta* mandamus *atque praecipimus*, quatenus testes sive laicos sive feminas, duntaxat idoneos, qui ad hoc fuerint probandum *infra mensem*, inducti, recipiatis legaliter et examinatis prudenter, excommunicantes solenniter, si quis eos impedire praesumpserit, quo minus testimonium perhibeat veritati. Demum⁸³⁾ attestationibus publicatis si forte constiterit⁸⁴⁾, irregularitatem huiusmodi non esse probatam, indicatis eidem electo purgationem canonicam de obiectis⁸⁵⁾, per septem canonicos maiores ecclesiae, vel priores ecclesiarum *saecularium* civitatis Lucanae⁸⁶⁾ presbyteros⁸⁷⁾ seu diaconos bonae famae praestandam. Qua recepta praefigatis et terminum *competentem*, quo consecrandus nostro se conspectui repraesentet. Si vero vel irregularitatis impedimentum fuerit probatum, vel infra terminum constitutum⁸⁸⁾ non praesiterit purgationem indictam, vos eum *auctoritate nostra spfulti, remoto cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo* a praelatione Lucanae ecclesiae *penitus* amoventes, mandatis ex parte nostra capitulo, ut electionem de alio non differant⁸⁹⁾ canonice celebrare. Archipresbyterum autem Lucanum et G.⁸⁹⁾ *Ansoff* sacristam, qui contra praedictum electum literas nobis sub nomine *longe* maioris partis capituli destinaverunt⁹⁰⁾, quum constet per attestaciones praedictas, longe maiorem partem capituli non fuisse concensionem huiusmodi literarum, ab officio et beneficio denunciatis esse suspensos, donec mereantur nostram indulgentiam obtinere. *Inquiratis etc. Dat. Ferentini II. Id. Maii.* [1203.]

CAP. XXXIV. 91)

In causa liberali contra contumacem, etiam lite non contestata, testes recipi possunt. Hoc dicit notabiliter secundum lectur. communem.

Idem Dulmensi⁹²⁾ Episcopo et Decano et Priori sanctae Trinitatis Eboracensis.

Quum olim *dilectus filius* archidiaconus Menensis⁹³⁾ adversus *reverabilem fratrem nostrum* Cantuariensem archiepiscopum super statu Menensis ecclesiae proposuerit⁹⁴⁾ *in nostra et fratrum nostrorum praesentia* quaestionem, *archiepiscopo ipsi per literas nostras dedimus in mandatis, ut per se vel procuratorem idoneum ad praesentiam nostram super hoc accederet responsurus. Verum quum ipse nec venisset, nec misisset propter hoc idoneum responsurum, volentes Menensis ecclesiae paternam sollicitudinem providere, causam super hoc venerabili fratri nostro episcopo Heliensi et dilectis filiis Londinensi decano et archidiacono de Bottingeham sub certa forma duximus committendam, a quibus non fuit hactenus iuxta mandatum nostrum in negotio ipso processum. Ne igitur causa ipsa remaneat indecisa, discretionis vestrae per apostolica scripta* Mandamus, quatenus, nisi pars adversa praedictum archidiaconum per exceptionem legitimam repellere valeat ab agendo, partibus, si poterit fieri, vel procuratoribus earum ad locum securum et idoneum⁹⁵⁾ *per nuncios vestros et literas* convocatis, et lite legitime contestata, testes, quos archiepiscopus in Anglia⁹⁶⁾, et quos archidiaconus duxerit producendos *contra eum* in Wallia, recipere procuretis. Verum si archiepiscopus citatus legitime *coram vobis* vel⁹⁷⁾ per se vel per⁹⁸⁾ procuratorem idoneum noluerit comparere, aut litem⁹⁹⁾ etiam contestari, vos *nihilominus* testes, maxime¹⁰⁰⁾ senes et valetudinarios, quos archidiaconus *per se, vel procuratorem suum* duxerit producendos, sublato *cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo* admittatis, et depositiones eorum conscriptas *et vestris sigillis inclusas* ad sedem curetis apostolicam destinare, statuente partibus terminum peremptorium *competentem*, quo per se, vel responsales¹⁾ idoneos nostro se conspectui repraesentent sententiam²⁾ recepturam. *Testes etc. Dat. Ferentini XIV. Kal. Iul. Pont. nostr. Ao. VI.* [1203.]

Cap. XXXII. 68) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 163. — Comp. III. h. t. c. 5. — 69) Ludon.: Comp. III. Aug. — Londonien.: Ms. — Londina. et Elien. epp. et abbati S. Edmundi Norwic. dioc.: Reg. — 70) vero: C. H. — 71) tan: Comp. III. Aug. — 72) respici: Comp. III. Reg. — 73) obfirmare: Reg. — 74) aestimationis: C. H. — 75) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 58. — Comp. III. h. t. c. 6. — 76) Fridiani: H. — Fridi: Comp. III. Aug. — 77) B.: C. R. 1., Comp. III. Ms., Reg. — 78) Pictav.: C. H. — 79) potuerunt: C. R. 2.; H. L., Comp. III. — 80) ea: Reg. — 81) appellationis obiectum: ib. — 82) ne: C. L. — 83) Deinde: Comp. III. Reg. — 84) contigerit: Comp. III. Aug. — 85) super iis, (his: Ms., Reg.) quae in commissione vobis facta comprehensa fuerint (fuerunt: Reg.) et in attestacionibus, quas vobis sub bulla nostra remittimus, sunt expressa: Comp. III., Reg. —

86) vel presb.: C. H. — 87) consecrandum: Reg. — 88) differat: C. H. — 89) etiam et: ib. — 90) destinavit: C. R. 2.

Cap. XXXIV. 91) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 89. — Comp. III. h. t. c. 7. — 92) capitulo Dulmen: C. R. 1. (omiss. seq. et decano) — Dulmenen. ep.: C. H. — Dunelinen.: Comp. III. Aug. — Dunholmen.: Ms. — Dunelinen.: Reg. — 93) Menensis: C. H. — Methen.: C. L. — Meneoen.: Comp. III. Reg. — 94) proposuisset: Comp. III., Reg. — 95) id. vel sec.: Comp. III. Aug. — 96) quos archiepiscopus duxerit producendos in Anglia, et quos archidiaconus voluerit producere: Comp. III. Reg. — 97) omitt. C. R., Comp. III. Ms., Reg. — 98) abest a Comp. III. Ms., Reg. — 99) legitime: C. R. 1. — 100) test. max.: omitt. Comp. III., Reg. — 1) per resp.: Comp. III. Aug., Böhm. — 2) iustitiam: Reg.

CAP. XXXV. 3)

Publicatis attestationibus, admittitur adversarius ad probandum contrarium, si ante publicationem super hac probatione contraria instrui non potuit. H. d. et est casus singularis.

Idem Priori de Bolonic. 4) et I. Rectori ecclesiae 5) de Bolellis.

Ex tenorestrarum accepimus 6) literarum, quod, quum vobis et dilecto filio abbati de Furneia causam, quae vertitur inter R. filium W. de Eston. 7) militem, et M. 7) mulierem, sororem W. de Arches, commiserimus sine debito terminandam, praedicto abbate se rationabiliter excusante, quod cognitioni eiusdem causae interesse non posset, partes ad vestram praesentiam citavistis. Quibus in vestra praesentia constitutis, Pars 8) mulieris proposuit, quod dictus miles prius 9) corporale praestitit iuramentum, quod ipsam duceret in uxorem, et eam postmodum carnaliter cognitam traduceret in domum, et prolem suscepit ex ea. Miles vero 10) praedictus hoc inficiabatur omnino, adiciens, quod, etsi haec 11), quae proponebantur ab ipsa, vera essent, eam tamen de iure habere non potuit eo, quod aliam tunc viventem prius duxerat in uxorem. Testibus itaque ab utraque parte receptis, et attestationibus publicatis, Quum per testes militis saepe dicti videretur esse 12) probatum, quod ipse ante festum Purificationis beatae Virginis 13) Mariæ B. 14) mulierem sollemniter accepit 15) in uxorem, et testes M. 16) mulieris de Arches dicerent, quod in septimana paschali, sequente 17) festum praedictum, de ea ducenda praestitit 18) iuramentum, praedictus miles ab impetitione ipsius absolvi cum instantia postulabat 19). Verum ex parte saepe dictae mulieris existit replicatum, quod eo tempore, nec non et ante, quo testes dicti militis dixerant 20) eum cum alia matrimonio contraxisse, fuerat semper in Eboracensi provincia commoratus; quum testes ipsi dicerent, hoc longe extra dictam provinciam actum esse 21), determinantes tempus et locum; quod per testes idoneos erat probare parata. Sed contra fuit ex adverso responsum, quod, quum attestationes iam 22) essent hinc inde sollemniter publicatae, locus productioni testium iam non erat. Quia igitur dubitatis 23), utrum post publicationem attestationum super illo articulo deberent testes admitti, nos inquisitioni vestrae auctoritate 24) praesentium respondemus, testes 25) mulieris ad probandum illum articulum admittendos.

CAP. XXXVI. 26)

Indulgenda est in causa quarta productio testium petita cum sollemnitate legali, causa legitima non refugante; alius legitime appellatur.

Idem Priori sancti Victoris. 27)

Significaverunt nobis per literas suas venerabilis frater noster Silvanectensis episcopus, et dilecti filii I. abbas S. Victoris Parisiensis et F. Aurelianensis decanus, quod, Quum causa, quae vertitur inter abbatem et monachos sancti Dionysii ex una parte, ac abbatissam et moniales de Forcellis 28) ex altera tam super proprietate quam super 29) possessione prioratus de Argentolio, iudicibus 30) a nobis commissa fuisset, et moniales super causa proprietatis prius litem ingressae testes produxissent 31) in illa, postmodum possessionis iudicium suspensio petitorio intentarunt, quod eis de iure licere ipsi de prudentium consilio per interlocutoriam sententiam declararunt. Unde quum in causa possessionis, quam moniales petebant, ea videbatur ratione, quod 32) illas, quibus ipsae successerant, inde fuerant 33) violenter eiectae, testes fuerunt 34) ab utraque 35) parte producti, et eoque erat processum, ut publicatio iam fieri deberet, petebant moniales praedictae, depositiones testium in causa possessionis tantummodo publicari; sed contradicebant monachi, allegantes, quod, sicut causa proprietatis fuerat prius coepta, ita debebat accipere prius finem, vel saltem tam super petitorio quam super possessorio testes simul publicari debebant. Ipsi vero, auditis hinc inde propositis, quum super hoc vellent interloqui habito consilio sapientium, monachi adiecerunt, quod super causa proprietatis renunciarant productioni testium moniales. Quod quum pars adversa

negaret, et inter partes quasi dubium verteretur, interlocuti fuerunt, quod attestationes in possessorio publicarent, et super renunciatione monialium probationes monachorum audirent; sed ab hac interlocutoria monachi ad nostram audientiam appellarunt. Ipsi autem diem alteram partibus praefigentes, ut deliberarent, an deberent huiusmodi appellationi deferre, convocatis prudentibus de ipsorum consilio, sententiam suam minime reprobantes, parti monachorum audientiam indulserunt, si forte rationem aliquam allegarent ad retractandam sententiam praedictam inefficacem; qui tandem post appellationes suas appellationi prius factae fortiter insistebant. Quia vero vix poterant assessores Parisius invenire, quin dicerentur esse suspecti, quamvis pars monialium tandem diceret, quod, quemcumque tres insimul evocarent, illum non haberent ullo modo suspectum, ipsi tamen, considerantes arduitatem negotii, haec nobis intimanda duxerunt, partibus iniungentes, ut in festo S. Lucae Evangelistae proximo tunc futuro nostro se conspectui cum huiusmodi literis praesentarent. Quum autem literis ipsis hanc seriem continentibus praefatus abbas S. Victoris et decanus Aurelianensis sua pariter appendissent sigilla, iam dictus Silvanectensis episcopus suum distulit sigillum opponere pro eo, quod monachi S. Dionysii querebantur, quaedam omissa fuisse, quae fuerant opponenda. Unde partibus revocatis diem in crastino S. Remigii praefixerunt, monachis fructer assentibus, quod moniales in causa proprietatis tres testium productiones habuerant, et in eisdem fuerat iam conclusum, ita, quod in producendis testibus super causa proprietatis eas non erant ulterius audituri, ac super his probationes legitimas offerbant; sed haec omnia pars adversa negabat. Verum, quum propter hoc tam abbatissa pro parte sua, quum magister Thomas pro parte abbatis et monachorum circa octavas B. Martini, quae fuerant pro termino partibus assignatae nostro se conspectui praesentandi, ad nostram praesentiam accessissent, et nos eis in consistorio nostro plenam audientiam dedissemus, idem magister adiecit, quod saepe fuit ex parte abbatis et monachorum a delegatis iudicibus postulatum, ut in causa possessionis quartam eis productionem concederent cum sollemnitate legali, quam quum eis penitus denegaret contra legitimas sanctiones, ipsi, sentientes se iniuste gravari, post interlocutoriam de publicandis testibus in possessorio promulgatam prolixius ad nostram audientiam appellarunt, quod ex testimonio quorundam specialium literarum praedicti Silvanectensis episcopi nitebantur ostendere, inter multa scribentis, quod in additione illa, quae in revocatione partium primis literis facta fuit, petebant monachi clausulam illam apponi, scilicet, quod adhuc restabat eis super possessorio iudicio quarta productio sollemnitate iuris adhibita, et super hoc probationes necessarias offerbant, idemque magister assertionem suam promittebat se legitimis testibus probaturum. Abbatissa vero relationi trium delegatorum innuens, et quibusdam eorum literis continentibus, quod diem tertium post Purificationem B. Mariae ad publicationem testium assignaverant, super possessione a parte productorum utraque, quod ab eodem magistro fuerat superadditum, assererat penitus esse falsum. Nos igitur, his et aliis diligenter auditis, quae fuerunt hinc inde proposita, de communi fratrum nostrorum consilio discretioni vestrae per apostolica scripta Mandamus, quatenus, Parisius convenientes in unum, si per legitimas vobis probationes constiterit, abbatem et monachos quartam productionem testium cum iuris sollemnitate super possessorio petivisse, seque propter hoc infra 36) decem dies post interlocutoriam sententiam appellasse, nisi forte iudices quartam productionem negaverint pro eo, quod voluerint effrenatam multitudinem testium refrenare, vos praefatos abbatem et monachos ad quartam productionem testium adhibita sollemnitate legali admittatis eosdem 37), ipsos 38), si in probatione defecerint, in expensis legitimis 39) condemnantes. Et nisi adeo sit in petitorio iam processum, ut plene possit de proprietate liquere, vos causam possessionis, ad quam de iuris beneficio abbatissa et moniales habuerunt 40) recursum, primitus terminetis, in causa proprietatis postmodum legitime processuri; alioquin quaestionem terminetis simul utramque. Illos vero etc. Dat. Kal. Febr. Ao. VIII. [1205.]

Cap. XXXV. 3) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 177. (A. 1203) — Comp. III. h. t. c. 8. — 4) Holecic. : C. R. 2. H. — Bolen. : C. L. — Bolonic. : Böh. Bulent. : Comp. III. Aug. — Bolent. : Ms. — priori de Boellum et I. rectori eccl. de Goullis al. Toillis : Reg. — 5) abest a C. R. 2. — 6) receptimus : Comp. III. Aug. — 7) L. : C. H. — 8) addit : dictae : C. R. 2. — 9) abest a Comp. III. Reg. — 10) omittit. C. H. — 11) non existat in Reg. — Comp. III. — 12) fuisse : Reg. — 13) abest a C. H. — 14) P. : Böh. — Helet : Comp. III. Ms. : Reg. — 15) accepit : C. L. — accepit : Comp. III. : Reg. — 16) L. : C. H. — 17) consequentis : Comp. III. Aug. — 18) praestiterit : C. R. L. : Comp. III. Aug. : Reg. — 19) postulavit : O. R. I. H. — 20) dixerunt : Comp. III. Ms. — dixerunt : Aug. : Reg. — 21) existitisse ac tum esse : Comp. III. — 22) omittit. Reg. — 23) dubitatis : C. R. : Reg. —

24) insinuatione : Comp. III. — 25) quod test. mul. . . . sunt admittendi : Comp. III. Reg.

Cap. XXXVI. 26) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 210. — Comp. III. h. t. c. 9. — 27) priori S. Victoris Parisiensis, Symoni succentori Silvanectensi, et magistro G. de Languet theologo Parisius commoranti : Reg. — 28) Fectel : Comp. III. Aug. — Foetel : Ms. — Foetel : Reg. — 29) omittit. C. H. L. : Comp. III. Aug. : Reg. — 30) sibi : Comp. III. Reg. — 31) produxerunt : Comp. III. Aug. — 32) quia : C. H. — 33) fuerunt : C. R. I. — 34) fuissent : Comp. III. Reg. — 35) ex utroque : C. R. 2. — 36) infra : Comp. Böh. — 37) abest a Comp. III. : Reg. — 38) eos : C. H. : Comp. III. : Reg. — 39) expensas legitimas : Comp. III. : Reg. — 40) habere : Comp. III. Aug.

CAP. XXXVII.⁴¹⁾

Diligenter examinandi sunt testes, et puniendi qui eos impediunt; et ipsorum testium multitudo est per iudicem refrenanda.

Idem Episcopo Placentino.

Quum causam, quae inter *venerabilem fratrem nostrum* archiepiscopum Ravennatensem⁴²⁾ ac *dilectos filios* commune Faventiae⁴³⁾ *super villa Luci et S. Politi, et castro Aureoli et eorum districtu, honore ac iurisdictione noscitur agitari, diversis iudicibus fuisset a nobis commissa, quia per eorum aliquos sine debito non potuit terminari, nos imponere volentes liti finem, venerabili fratri nostro Feretrano episcopo et dilecto filio abbati de Galiata per nostras tandem literas dedimus in praeceptis, ut, non obstantibus commissionibus hacenus impetratis, omnique occasione ac exceptione cessantibus, trium mensium spatium partibus assignarent, infra quod universos testes producerent, quos super hac causa ducerent producendos, et diligenter examinatis eisdem, attestatiombusque fideliter redactis in scriptis, si de partium procederet voluntate, causam ipsam mediante iustitia terminarent; alioquin attestaciones cum instrumentis et aliis rationibus ad nostram praesentiam remittentes, praesfigerent partibus terminum competentem, quo se nostro conspectui praesentarent sententiam recepturam. Quum igitur delegati praedicti minime processissent etc. [cf. c. 6. de iur. cal. II. 7.]* Quia vero utrique parti nimis existeret onerosum, ut testes producerent⁴⁴⁾ coram nobis, *f. altermitati tuae, de qua plenam fiduciam obtinemus, per apostolica scripta praecipiendo* mandamus, quatenus *infra tres menses post susceptionem praesentium* recipias *appellatione remota* testes, quos utraque pars tam super principali negotio quam in personas testium duxerit producendos, ac eos diligenter examinare procureres, et de singulis circumstantiis prudenter inquirens, de causis videlicet, personis⁴⁵⁾, loco⁴⁶⁾, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama et certitudine, cuncta plene *ac curiose* conscribas, *et ea nobis fideliter sub tuo sigillo transmittas, iaiungens partibus, ut ad praesentiam nostram veniant sic instructae, quatenus attestatiombus publicatis et instrumentis exhibitis, postquam sufficienter fuerit allegatum, iustam a nobis sententiam Domino auctore reportent.* Testes autem etc. Quod si forte Faventini vel alii eos, quos dictus archiepiscopus ad perhibendum testimonium veritatis duxerit producendos, praesumpserint impedire, tu ipsos ab huiusmodi⁴⁷⁾ praesumptione cessare *monitione praemissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota* compellas. Volentes autem effrenatam multitudinem testium refrenari, volumus⁴⁸⁾, ut hinc inde quadragenarium numerum testium excedere non permittas, ita videlicet, ut, si Faventini testium depositiones ratae habere voluerint, quae a⁴⁹⁾ *venerabili fratre nostro* Ferrariensi episcopo et abbathe Pompon.⁵⁰⁾ receptae fuerint⁵¹⁾, testes ipsi computentur in⁵²⁾ numero praelibato; alioquin, quum attestaciones ipsae sint clausae, iidem testes, si necesse fuerit, iterato producantur. *Dat. Ferentini X. Kal. Iul. Ao. IX.* [1206.]

CAP. XXXVIII.⁵³⁾

Attestaciones receptae in sumario fidem non faciunt in plenario iudicio. Et illarum publicatione non obstante iidem vel alii testes super eisdem capitulis recipi possunt.

Idem de Novo Fonte⁵⁴⁾ et Casae Dei Abbatibus.⁵⁵⁾

Veniens ad apostolicam sedem *dilectus filius* G. *de Cros* archidiaconus Claremontensis⁵⁶⁾ *nobis* humiliter supplicavit, ut sententiam *per venerabilem fratrem nostrum Lemovicensem episcopum* super decanatu Claremontensis ecclesiae pro eo *rationabiliter* latam, quae iam fuerat in parte executioni mandata, faceremus in totum executioni mandari. Quum autem *dilecti filii abbas et G. Dalmas canonicus Claremontensis* procuratores *dilectorum filiorum* capituli Claremontensis in nostra *essent* praesentia *constituti, nobis* proponerint⁵⁷⁾ sententiam illam contra iustitiam, et post appellationem ad nos *legitime* interpositam promulgatam, *et ideo idem archidiaconus in petitione sua non erat aliquatenus audiendus. Idem vero archidiaconus proposuit ex adverso, quod dicti abbas et canonicus tan-*

quam procuratores recipi non debebant, quum tam ipsi, quam illi, pro quibus venerant, excommunicationis essent vinculo innodati, quia praedictus episcopus omnes illos excommunicationis vinculo innodarat, qui sententiae per eum pro memorato archidiacono latae se ducerent opponendos, et, quum super hoc fuisset aliquandiu litigatum, tandem ad cautelam procuratores absolvi fecimus antedictos. Postmodum vero, quum idem abbas et canonicus vellent agere contra illum, ipse archidiaconus nec sic eos ut procuratores admittere voluit pro eo, quod illorum se procuratores gerebant, qui adhuc erant excommunicationis vinculo innodati, et ideo pro eis in iure non poterant experiri, et⁵⁸⁾ idem archidiaconus ipsos tanquam procuratores admittere noluerit⁵⁹⁾, vel dictis eorum aliquatenus respondere, *dilectus filius* P.⁶⁰⁾ subdiaconus noster *basilicae principis Apostolorum canonicus* se ipsi⁶¹⁾ opposuit ex adverso, asserens, se canonicus *fuisse* in decanum Claremontensem electum, propter quod dictus archidiaconus in sua petitione non erat aliquatenus audiendus, quia decanatus ipse non ad illum, sed ad se potius pertinebat. *Ad quod memoratus archidiaconus replicabat, quod donec sententia lata pro ipso plenariae foret executioni mandata, praedictus P. ad impediendam executionem sententiae non debebat audiri. Ad hoc dictus P. respondebat, sententiam pro ipso archidiacono a supradicto episcopo latam nullum sibi praedictum generare, quum res inter alios acta non praesidat aliis secundum legitimas sanctiones.* Quum igitur⁶²⁾ super his aliquandiu disceptasset, interlocuti fuimus, ut dictus P., si posset, in continentem suam intentionem fundaret. Qui quum⁶³⁾ *ad suam intentionem fundandam* super hoc⁶⁴⁾ testes et instrumenta produxerit⁶⁵⁾, *super quibus, quum utrinque fuisset aliquandiu disputatum, nos* interlocuendo pronunciamus, *quoniam per ea, quae fuerant ostensa, constabat,* quod sua⁶⁶⁾ intererat, ut *idem P.* se posset opponere⁶⁷⁾ archidiacono memorato. Lite igitur in eos tam super electione, quam super sententia *legitime* contestata, quaesitum fuit ab ipso⁶⁸⁾ archidiacono *coram nobis*, utrum attestaciones prius exhibitas in articulo supra dicto in⁶⁹⁾ hoc iudicio vellet admittere, qui *praehabita deliberatione* respondit, quod vellet, dummodo posset, obicere tam in personas testium quam in dicta. Quo audito pars adversa respondit, quod attestatiombus illis in hoc iudicio uti volebat, quum non super principali negotio, sed super articulo incidenti fuissent lite non contestata receptae. Unde super toto negotio alios volebat testes producere vel eosdem⁷⁰⁾. Pars autem respondit adversa, quod, quum testes illi tam super sententia quam super electione dixissent, et eorum attestaciones fuissent in iudicio publicatae, non licebat eidem, postquam testificata dicerat, super eisdem articulis alios⁷¹⁾ testes producere, praesertim quum in hoc *ipso* iudicio attestatiombus illis usus fuisset subdiaconus praelibatus⁷²⁾. Nos igitur, *auditis quae fuerant hinc inde proposita*, iustitia pronunciamus exigente, quod testes essent recipiendi super toto negotio, quos utraque pars duceret producendos. Quocirca *discretionis vestrae per apostolica scripta* mandamus, quatenus, receptis testibus, et rationibus partium intellectis⁷³⁾, causam ipsam tam super principali⁷⁴⁾ quam etiam⁷⁵⁾ incidenti, *sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo*, sine canonico terminetis, *facientes quod decreveritis firmiter observari.* Quia vero quae in capitulo aguntur non facile possunt nisi per canonicos ipsos probari, volumus *et mandamus*, ut⁷⁶⁾ ad cautelam absolvas eosdem, ut vocati ad testimonium libere valeant pro utraque⁷⁷⁾ parte testari⁷⁸⁾. *Testes etc. Dat. Lat. IV. Id. Iul. Ao. VII.* [1204.]

CAP. XXXIX.⁷⁹⁾

Religiosi etiam ad testificandum non admittuntur absque iuramento, nisi a partibus remittantur.

Idem Bisuntino⁸⁰⁾ Archiepiscopo.

Tuis quaestionibus (*Et infra: l' cf. c. 23. de praeb. III. 5.*) Monachi vero de suis fratribus ac conversis testes in causis propriis producere absque iuramenti exhibitione non possunt, nisi forte⁸¹⁾ a parte remittatur adversa. *Religiosi quoque etc. Dat. Lat. XI. Kal. Apr. Ao. XI.* [1208.]

Cap. XXXVII. 41) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 109. — Comp. III. h. t. c. 10. — 42) Ravennatensem: C. L. — 43) cf. supra c. 9. de prob. II. 19. — 44) produceret: C. R. — 45) omitt. C. H. — de pers.: C. L., Comp. III. — 46) loco et temp., visu et aud., scient. et cred.: Comp. III. — 47) eius: C. H. — 48) praecipiendo mandamus, quatenus: Comp. III., Reg. — 49) coram: C. H. — 50) Pomponio: C. R. I. — Pomposino: C. L. — Pomposianus: Comp. III. Ms. — Pomposianus: Aug. — Pomposiano: Reg. — 51) fuerunt: C. L., Reg. — 52) omitt. Comp. III. Aug. — Cap. XXXVIII. 53) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 117. — Comp. III. h. t. c. 11. — 54) inscr. omitt. Reg. — novo Fontium: Comp. III. Aug. — novo fontium: Ms. — leg.: novem fontium. — 55) add.: in Claremontensi diocesi constituta: Comp. III. — 56) Claremonten.: C. L. — Reg. per tot. — 57) proposuerunt: Böhm. — proponere curaverunt, quod sententia illa... fuerat promulgata: Comp. III., Reg. — 58) Quumque:

ib., Böhm. — 59) nollet: ibid. — 60) Parentius: Comp. III., Reg., Böhm. — 61) ei: C. H. — ipsam: Comp. III., Reg. — 62) Quumque super: Reg. — 63) Qui demum: Comp. III., Reg. — 64) sup. hoc. omitt. ib. — 65) produxit: ib. — 66) sui: Reg. — 67) se opponeret: ib. — 68) omitt. C. H. — 69) omitt. Comp. III. Aug. — 70) vel illor vel alios volebat (nollet): Comp. III. Ms.) test. prod.: Comp. III., Reg. — 71) omitt. C. R. I. H. L. — 72) pars eadem attestatiombus illis usa fuisset: Comp. III., Reg. — 73) instrumentis inspectis et confessionibus et allegatiombus diligenter auditis: ib. — 74) add.: negotio: C. R. I. H. — 75) super: C. L., Comp. III. Aug. — 76) quatenus: Comp. III. — 77) utralibet: Reg. — 78) testificari: C. L. — Cap. XXXIX. 79) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 46. — Comp. III. h. t. c. 12. — 80) Bisuntinum: C. R. 2. — Bisuntino: Comp. III. Ms. — Bisuntino: Aug. — 81) add.: hoc: C. L.

CAP. XL.⁸²⁾

Delegatus necessarius in testem removetur a iudicando, et alius subrogatur.

Idem Attrebatensi Episcopo et Dedimenen.⁸³⁾ et Ursicampi Abbatibus.

Dilecto filio Ariensi⁸⁴⁾ praeposito nobis innotuit exponente, quod, quum causam, quae inter ipsum et "nobilem mulierem" comitissam Flandrensem super donatione sex praebendarum sacerdotalium⁸⁵⁾ agitur, vobis, "frater" episcopo ac "fili" abbas Dedimenen.⁸⁶⁾, "nec non" et "dilecto filio" Attrebatensi decano duxerimus⁸⁷⁾ committendam, idem praepositus citra liti contestationem⁸⁸⁾ proposuit "coram vobis," quod testimonium eius "ipsius" decani sibi necessarium erat in causa praedicta, quum de iure suo non nisi per ipsum et alium unicum tantum testem facere fidem posset. Unde postulavit "instantanter," ut⁸⁹⁾ in causa ipsa eo procederetur excluso, vel supersederetur negotio, quousque "nos" substitueremus alium loco eius; vos autem petitionem eius "in hoc" admittite recusastis, quin immo post appellationem, "quam ad nos ipse propter hoc et alia interposuit," a praebendarum ipsarum donatione suspendistis eundem. Ne igitur ob "huiusmodi" testis defectum eius⁹⁰⁾ iniustitia valeat deperire, te, "fili" abbas Ursicampi, loco ipsius⁹¹⁾ duximus subrogandum "per apostolica scripta" mandantes, quatenus, si est ita⁹²⁾, "praesentibus" suspensione praepositi relaxata, in causa "ipsa" iuxta prioris mandati tenorem ratione praevia procedatis. "Quod si non omnes etc." Dat. Lat. XIV. Kal. Mart. Ao. XI. [1208.]

CAP. XLII.⁹³⁾

Ne probationis copia pereat, citato adversario recipiuntur et publicantur testes, quos reus induxit.

Idem Iudici Sabinensi.⁹⁴⁾

Significavit nobis "dilectus filius B." presbyter sancti N.⁹⁵⁾ Sabinensis dioecesis⁹⁶⁾, quod fundatores eiusdem ecclesiae liberam eam esse volentes, fundationis tempore se⁹⁷⁾ in ea nihil iuris "penitus" retinere dixerunt. Unde timens, ne processu temporis probationis copia valeat deperire, providi "sibi" super hoc idem presbyter postulavit. Quocirca "praesentium tibi auctoritate" mandamus, quatenus testes idoneos, quos ipse⁹⁸⁾ super hoc "tibi" duxerit producendos⁹⁹⁾, examines diligenter, et eorum dicta in publica redigi¹⁰⁰⁾ facias monumenta, denunciando fundatoribus ante dictis vel eorum heredibus, ut receptioni testium, si velint¹⁾, intersint, et super denunciatione sic facta confici facias publicum instrumentum. "Dat. Lat. Id. April. Ao. XII." [1209.]

CAP. XLII.²⁾

Si materia antiqui capituli repetitur aliquo addito, quod subiicitur necessitati probandi, possunt testes etiam antiqui publicatis attestatiōibus produci.

Idem Episcopo et Archidiacono Beneventanis.³⁾

Quum causa⁴⁾, quae⁵⁾ inter oeconomum monasterii sancti Martini⁶⁾ de Monte (Et infra: [cf. c. 6. de empt. III. 17.]) Quum igitur abbas et fratres eiusdem loci probare intendant⁷⁾, quanti pretii venditionis tempore possessiones praedictae fuere, "praesentium vobis auctoritate" mandamus, quatenus "infra trium mensium spatium" recipiatis⁸⁾ "appellatione remota" testes, quos alterutra partium super hoc⁹⁾ duxerit producendos, "audialis causam et, eandem remittentes ad nos sufficienter instructam, praefigatis partibus terminum competentem, in quo nostro se conspectui representent sententiam recepturae." Si vero pars monasterii ad

hunc "probandum" articulum eosdem testes produxerit, quos ad alium¹⁰⁾ probandum produxit, vos nihilominus eos¹¹⁾ recipere procuretis, quoniam aliud est probasse¹²⁾ deceptionis excessum, et aliud probare¹³⁾ quantitatem valoris.

CAP. XLIII.¹⁴⁾

Recipiuntur et publicantur testes, qui interfuerunt sententiae, ubi per scripturam de sententia non apparet.

Idem.

Albericus miles nobis insinuare curavit, quod, quum olim inter ipsum et C.¹⁵⁾ mulierem Ravennatensem coram capitulo Ravennatensi matrimonii quaestio verteretur, tandem "exigente iustitia" lata fuit divoritii sententia inter eos. Postea vero dictus miles "duas diversis temporibus legitime sibi copulavit uxores, et filios ex eisdem suscepti, et" timens, sibi et filiis¹⁶⁾, quos de legitima uxore¹⁷⁾ suscepti, ex eo posse praedictum generari, quod in scriptis redacta non fuit¹⁸⁾ sententia memorata, "nobis humiliter" supplicavit, ut, "super hoc paterna sibi sollicitudine praecaentes," testes, qui sententiae interfuerunt praedictae¹⁹⁾, recipi faceremus. "Quoniam igitur iusta petentibus favorem nos decet benevolam impertiri," Ideoque²⁰⁾ mandamus, quatenus testes curetis recipere ante dictos, depositiones ipsorum²¹⁾ in scripturam publicam redigi facientes.²²⁾

CAP. XLIV.²³⁾

Publicatis attestatiōibus possunt produci testes super eodem articulo, vel directe contrario, qui prius fuerunt producti in iudicio summario, seu extra iudicium. H. d. secundum notabiliorem intellectum, non ponendo aliquam specialitatem in causa matrimoniali. Et tunc exponere tunc in fin. ibi, in hoc casu: scilicet quom testes alias producti reproducantur. Panorm.

Idem Belvacensi Episcopo.

Quum in tua dioecesi; (Et infra: [cf. c. 30. de decimis III. 30.]) Utrum autem, si accusatore idoneo componente, per tres vel quatuor testes inter iam coniunctos parentela probaretur²⁴⁾, per depositiones eorundem²⁵⁾ posteriorum testium derogeretur fidei undecim²⁶⁾ vel duodecim propinquorum, qui antiquiores tempore ac praestantiores meritis ante contractum matrimonium in contrarium iuraverant²⁷⁾, distinguendo personas et gradus, a quibus directe hi, de quorum copula agitur, descenderunt, an primi posterioribus praerantur, non immerito quaeri posset. Quoniam autem²⁸⁾ ad aliud et ob aliud iuraverint²⁹⁾ tam illi quam isti, tamen, si in³⁰⁾ secundo iudicio priores personae iuratae³¹⁾ deponerent illa eadem, quae primo dixerunt, absque dubio eorum testimonia praevalerent, nec eo possent³²⁾ praetextu repelli, quod partes testificata didicerant³³⁾, quum talis exceptio locum non habeat in hoc casu. "Dat. Lat. IV. Kal. Nov. Pont. nostr. Ao. XV." [1212.]

CAP. XLV.³⁴⁾

Excommunicari possunt qui partem impediunt in testibus producendis, et denunciandi sunt testes non teneri iuramento de veritate non dicenda. Et si consanguinei impediunt testes actoris de veritate non dicenda, puniuntur reus, de cuius voluntate hoc fieri praesumitur.

Idem.³⁵⁾

Constitutis in praesentia nostra "venerabili fratre nostro Alferio" archiepiscopo et "dilecto filio" M. canonico Surrentianis³⁶⁾, dum³⁷⁾ ipse "accusationis concepto libello" illum³⁸⁾ de simoniae crimine deferret "asserens nihilominus eum crimini laesae maiestatis obnoxium eo, quod, ut dicebat, eodem archiepiscopo machinante Surrentina civitas a regia fidelitate recessit, et reprobo iuravit

Cap. XI. 82) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 255. — Comp. III. h. t. c. 13. — 83) de Dna.: Comp. III. Aug. — de Dunen.: Ms. — Atreb. ep. et de Dunis et Ursicampi abbatibus, Morinensis et Noviomensis dioeceses: Reg. — 84) Arcen.: Comp. III. Ms. — Atrebaten.: Aug. — Arien.: Böhm. — 85) sacerdotum: C. L. — 86) Dulius: Comp. III. Ms. — Diversis: Aug. — Dunis: Reg. — 87) duximus: Comp. III. Cont. — 88) litem contestatam: C. R. 1. L. — 89) vel vos duo in causa illo procederetis excluso, vel supersederetis negotio, quoadusque . . . substitui mandaremus: Comp. III., Reg. — 90) illius: C. H. L. — praepositi memorati: Comp. III., Reg. — 91) praenominati decani: ib. — 92) praemissis veritas suffragatur: ib.

Cap. XII. 1) 93) Restitutum ex Reg. Bal. XII. 22. — Comp. III. h. t. c. 14. — 94) Sabinae: Comp. III. — Ioanni de Dominico iudici Sabinensi: Reg. — 95) Nicolai: C. R., Comp. III., Reg. — 96) dioc. Sabin.: Comp. III. Aug. — 97) omitt. C. H., Comp. III. Ms. — 98) dictus presbyter: Comp. III., Reg. — 99) praesentandus: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 100) reduci fac. monumenta: Comp. III., Reg. — 1) voluerint: Comp. III. Aug.

Cap. XLII. 2) Restitutum ex Comp. III. c. 2. de empt. III. 14. — 3) Urbevenetan.: C. H. — Urbevetan.: C. R. L. — Urbet.: Comp. III. Ms. — Urbineter.: Aug. — leg.: Urbeostanis (Orvieti.) — 4) causam: C. H. L. — 5) add.: vertitur: C. R. 2. — 6) M.: Cont., Böhm. — 7) inten-

debant: C. R. 1. — 8) omitt. C. H. — recipientes: Comp. III. — 9) sup. hoc: omitt. ead. — 10) aliud: C. H. — 11) omitt. ib. — 12) probare: C. H. L. — 13) omitt. C. H.

Cap. XLIII. 14) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 2. — 15) E.: C. — 16) ne fil. . . posset: Comp. IV. — 17) muliere: C. H. — verb.: quos . . . ausc.: omitt. Comp. IV. — 18) fuerit: C. R. 2., Comp. IV. Ms. A. — 19) praedicti: Comp. IV. Ms. A. — 20) omitt. Comp. IV. — 21) eorum: C. R. 1., Comp. IV. Ms. A. — 22) et . . . faciatis: ead.

Cap. XLIV. 23) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 184. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 24) probetur: C. R., Comp. IV. — 25) omitt. C. R. 1. — 26) sez: Reg. — 27) iuraverunt: C. L., Comp. IV. — 28) abeat a Comp. IV. Ms. A., Reg. — 29) iuraverunt: Comp. IV. Ms. A. — seq.: tam: omitt. C. H. L., Comp. IV., Reg. — 30) omitt. Comp. IV. Aug. — 31) iurare: Comp. IV. Ms. A. B. — 32) possunt: C. R. 1. — 33) didicerint: C. R. 2., Reg. — didicerunt: Comp. IV.

Cap. XLV. 34) Restitutum ex Reg. Bal. XVI. 139. — Comp. IV. h. t. c. 4. — 35) Neapolitano archiep.: Reg. — 36) Surin.: C. R. 1. — Surlin.: C. R. 2. — Surrilina: C. H. — Surrentin.: C. L. — Surrentinen.: Comp. IV. Ms. B. — Sutrensis: Ms. A. — Surrentinis: Aug., Reg. — 37) quum: C. H. — tandem dum: C. L. — ut dum: Comp. IV. Ms. A. — seq.: ipse: omitt. Comp. IV. — 38) eundem M. de crim.: Comp. IV. — dum idem M. acc. conc. lib. eundem archiepiscopum etc.: Reg.

Othoni, ac ipsum archiepiscopum excommunicatum celebrasse divina, quum post talem machinationem, per quam machinatores huiusmodi latam a sede apostolica excommunicationis sententiam incurrerent, divina praesumpserit celebrare, archiepiscopus, antequam describendi libellum fieri sibi copiam postularet, in personam accusatoris, quod esset inimicus et conspirator, excepit, allegans interdicendum ei aditum accusandi, quum secundum instituta canonica inimici et conspiratores in nullius debeant accusationem admitti. Ad quod pars adversa respondit, quod, quum tanta sit laesae simoniae pravitas, ut servi adversus dominos et criminosis quilibet admittantur, et in prodendo crimine laesae maiestatis socius etiam initus factionis non solum auditur, quin immo praemio et honore donatur, super praemissis exceptiones huiusmodi accusationem elidere non valebant, praesertim quum publicae libertatis intersit, ne crimina remaneant impunita. Fuit autem ad haec ex adverso responsum, quod, quum in decreto Anacleti⁷¹) Papae cadeatur expressis, accusatores esse non posse qui ante hesternum diem aut nudius tertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant vel laesi ulcisci, et inoffensus accusatorum quaeratur affectus et non suspectus, ac constitutio Callisti⁷²) Papae generaliter interdicat conspiratores in alicuius accusationem admitti, nec in aliquo canone sit expressum, quod inimicus ac conspirator in exceptis criminibus audiatur, ne quod sanctorum Patrum documento sancitum non est superstitiosis adinventionibus attentetur, circa promissa prohibitioni standum est generali, praesertim secundum aequitatem canonicae, quae viam non debet malignitatibus aperire. Inter haec autem de causis inimicitiarum et conspirationis archiepiscopus interrogatus respondit, quod memoratus M. ipsi episcopo, et quum in archidiaconum, et quum in archiepiscopum fuit assumptus, se opposuit adversarium manifestum. Praeterea quum quidam Neapolitanus fuisset in mortem fratris archiepiscopi machinatus, et per amicos ipsius eiceretur de propria civitate, quidam magnates, quos dicitur Neapolitanus consanguinitatis linea continebat, eiectionem illius ad iniuriam repulantes, eundem induxerunt Matthaeum, ut cum quibusdam aliis in damnationem ipsius archiepiscopi coniuraret. Porro priorem causam non duximus admittendam, maxime quum reconciliatio fuerit subsecuta, prout ex narratione ipsius archiepiscopi notabatur. Super alia vero, quam inficiabatur M., fuit pro ipsius parte propositum, quod non est interdicta subiectis omnia coniuratio in praelatum, quia, quum secundum decretum Gelasii⁷³) Papae quisquam clericorum confidere non debeat offensae apostolicae se immunem, si in iis, quae sequenda salubriter apostolica deprecavit auctoritas, episcopum videtur excedentem, et non protinus ad aures Romani Pontificis deferre curaverit, in pestilentem praedictam non immerito possunt coniurare subiecti, exemplo⁷⁴) quadraginta episcoporum Illyrici ac Graeciae, qui per professionem in scriptis factam convenientes in unum, a Timotheo, qui per metum imperatoris Anastasii fuerat in Constantinopolitimum assumptus episcopus; discesserunt. Verum asserente archiepiscopo ex fomite malignitatis in eum coniurasse Matthaeum et hoc se legitime probaturum, ad ultimum consentientibus partibus sic duximus providendum, ut archiepiscopus, porrectum libellum accipiens, super obiectis criminibus responderet, reservata sibi facultate probandi, quod idem M. ex malignitate coniuravit in ipsum. Libelli vero conceptio talis erat: „In nomine Domini Amen. Anno Domini millesimo CCXIII. pontificatus domini Innocentii III. summi Pontificis anno sextodecimo, mense Octobris, septimo Idus eiusdem. Apud vos, domine Innocentii, Dei gratia summe Pontifex, ego Matthaeus canonicus Surrentinus defero dominum Alferium Surrentinum archiepiscopum lege canonica reum de simonia, quia dico ipsum promississe archidiaconatum Surrentinum Ioanni Ciroleoni olim canonico Surrentino, ut consentiret electioni suae in civitate Surrenti, in camera, iuxta triclinium episcopii, tempore domini Coelestini tertii summi Pontificis, mense Ianuarii. Item defero eum reum de crimine laesae maiestatis, quia civitas Surrentina recedendo a fidelitate regia iuravit Othoni, ipso hoc procurante, tempore domini Innocentii tertii summi Pontificis in civitate Surrenti, in palatio suo, mense Maii. Et defero eum postmodum multotiens celebrasse divina in ecclesia Surrentina, quum per sententiam vestram credam eum ob hoc excommunicationis vinculum incurrisse. Ego dictus M. profiteor me hunc libellum inscriptionis

dedisse.“ Oblato tandem libello pars archiepiscopi allegavit, quod erat minus legitime in quadam sui parte conceptus eo, quod non continebatur in ipso, quo anno fuerint crimina obiecta commissa. Quum enim libelli conceptio continere debeat mentem et consules, sub quibus crimen dicitur fuisse commissum, et antiquitus consules constituerentur annales, videtur quod admissi criminis annus exprimi debeat in libello. Frustra etiam mensis iuberetur apponi, si anni, cuius est mensis, non haberet aliqua certitudo. Ad quod pars accusatoris respondit, quod, quum in forma concipiendi libellum de anno non inveniatur expressum, sicut nec dies, ita nec annus admissi criminis debet apponi, ne subornationi testium occasio praebeatur. Nec propter hoc, quod in foro civili debent exprimi consules, licet consules essent antiquitus annui, sequitur, quod certus annus sit exprimendus, quum idem consul diversis vocibus et pluribus annis gerere potuisset officium consulatus; unde per expressionem nominis eius de certo anno constare non posset. Et quum in denominatione mensis non constet, cuius anni mensis existat, non ita per expressionem mensis, sicut et anni, ad subornandum testes occasio posset assumi. His autem et aliis hinc inde propositis, quum ad ultimum accusator expresserit archiepiscopum eo anno commississe simoniae crimen obiectum, quo fuit archiepiscopatum adeptus, promittendo archidiaconatum ecclesiae Surrentinae I. Ciroleoni quondam canonicus Surrentinus, si consentiret in ipsam, ac de tempore, quo praedicta civitas iuravit Othoni, satis manifeste constaret, ad contestationem illis, inficiante archiepiscopo crimina sibi opposita, est processum. Confessus est tamen, quod, postquam civitas iuravit Othoni, multotiens celebravit. Productis autem ex parte archiepiscopi quibusdam testibus ad probandam exceptionem obiectam cum huiusmodi protestatione M., scilicet quod post publicationem depositionum illorum, si vellet, posset obicere in personas, quia illis archiepiscopus contentus esse volebat, depositiones ipsorum minime publicantes, receptionem testium tam super principali quam super exceptione praedicta de consensu partium fraternitati tuae duximus committendam, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus testes, quos utraque pars duxerit producendos, diligenter examines, et eorum dicta concrupta fideliter ad nos sub tuo conclusa sigillo transmittas, praefigens partibus terminum competentem, quo nostro se conspectui representent. Ceterum quoniam a principio protestatus est praefatus M., „nobilem virum Simonem Surrentinum germanum archiepiscopi memorati, et quosdam alios“ ipsius archiepiscopi consanguineos multa⁵⁴) impedimenta per suam potentiam praestitisse, quo minus probationum⁵⁵) copiam in nostra praesentia secum haberet⁵⁶), quum quosdam induxerint⁵⁷) ad iurandum, ne adversus archiepiscopum aliquid dicerent, et alios minis et terroribus a testimonio perhibendo arcere nitantur, nos⁵⁸) ex officio nostro super hoc providere volentes, mandamus, ut generalem feras excommunicationis sententiam in omnes⁵⁹), qui impedimentum aliquod ipsi M. praestare praesumpserint in testibus producendis. Illos autem, quos, ut dictum est, iurasse constituerit, quod contra archiepiscopum⁶⁰) nihil dicerent, denuncies iuramento huiusmodi non teneri, „quo minus valeant in hac causa perhibere testimonium veritati.“ Si quis autem de consanguineis dicti⁶¹) archiepiscopi aliquem⁶²) de testibus praesumpserit impedire, quia verisimile non videtur, ut eo invito talia fierent, et ob hoc non caret⁶³) scrupulo societatis occultae eo, quod, si voluerit, potuerit⁶⁴) prohibere, quum secundum legitimas sanctiones iniquam ostendant⁶⁵) se causam⁶⁶) fovere, et experiri debeat iudicis auctoritatem elusam, qui defensionis copiam subtrahit⁶⁷) adversario, eundem archiepiscopum ab officio pontificali suspendas, et facias⁶⁸) „subtalo appellationis obstaculo“ manere suspensionem, donec illum⁶⁹) fecerit a tali praesumptione cessare. Tu denique etc. Dat. Lat. VIII. Id. Nov. Pont. nostr. Ao. XVI. [1243.]

CAP. XLVI. 54)

Qui testificata non didicit, nec renuciavit testibus producentis, super antiquis articulis seu capitulis testes etiam alios productos producere potest.

Idem Magdeburgensi Archiepiscopo et Praeposito Seburgensi. 55)

Constitutis in praesentia nostra procuratore „dilectae filiae in Christo“ A. 56) sororis nobilis viri marchionis Misnensis 57) et nuncio

Cap. XLV. *) c. 2. C. III. qu. 5. — **) c. 5. C. III. qu. 4. — †) c. 47. C. II. qu. 7. — ††) c. 15. C. XVI. qu. 7. — 39) et multa: C. H. — 40) probationis: Reg. — 41) habuerint: Comp. IV. Aug. — habuit: Ms. A. — habuerit: Ms. B., Reg. — 42) inducerent: C. R. I. — 43) add.: igitur: ib. — 44) cos: Comp. IV. Ms. A. — 45) ipsum arch.: C. R. 2. — 46) omitt. C. R. H. L., Comp. IV., Reg. — 46*) aliquos: Reg. — 47) caetero: Comp. IV. Aug. — 48) poterit: Reg., Cont., Böhm. — 49) ostendat: C. R. H. L., Comp. IV., Reg. — 50) litem: Reg. — 51) subtrahat: C. L. — subtrahit: C. H. — 52) facies: C. L. — 53) illos: C. R.

Cap. XLVI. 54) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 5. — Altera, quo idem arg. tractatur, epistola (archiep. Magdeburg. et de Burgelim (leg. vid.: Bürgel) et cellae S. Mariae abb.) scripta exstat ap. Bal. II. 183. — In libro tamen Ms. Fuldensi (No. 158.), quo antiqua decretalium compilatio continetur, ita hui. cap. inscriptionem legi monuit Ill. Hickellus: Ina. III. Magdeburgensi et Salibergensi (Saliburgensi) archiepiscopis et praeposito de S. — 55) et praep. Seburg.: omitt. C. R. I. — Seb.: Comp. IV. Ms. A. — 56) A. Misn.: omitt. Ms. id. — 57) Misn.: Comp. IV. Aug., Ms. B.

illustris⁵⁸) principis⁵⁹) Bohemorum⁶⁰), "dilectum filium nostrum P. Sancti Marcelli presbyterum cardinalem concessimus auditorem, coram quo proposuit procurator nobilis memoratae, quod, quum olim ea significante ad nostram audientiam pervenisset, quod praedictus princeps eam duxisset legitime in uxorem, et XIV. annis et amplius velut contugem legitime pertractasset, et filius et filius susceptis ex ea," Pragensis episcopus ad petitionem "et mandatum eiusdem principis, ipsa volente ad ipsum accedere, ut suas coram eo⁶¹) proponeret actiones, sed a⁶²) satellitibus eiusdem "principis" prohibita, qui ei bis vel ter⁶³) prohibuerunt ingressum, post appellationem ad nos interpositam divortii sententiam promulgavit⁶⁴), a qua ipsa "per suum capellanus intra decem dies" fecit ad nostram praesentiam provocari. (Et infra: "Nos igitur, intellectis per cardinalem praedictum quae fuere hinc inde proposita, attestaciones pro nobili memorata receptas nec approbandas duximus, nec etiam improbandas, sed eas tempore discussionis decernimus reservari, ut tunc pro illis vel contra illas a partibus allegetur, per apostolica scripta districtius vobis praecipiendo" Mandamus⁶⁵), quatenus, partibus ad locum idoneum convocatis, "omni excusatione et contradictione cessante" recipiatis testes, quos vel nobilis ipsa pro se, vel princeps pro parte sua, quum nondum testificata⁶⁶) didicerint⁶⁶), super processu Pragensis episcopi vel posteriorum iudicium⁶⁷) duxerint producendos, et nobilis ipsa pro se⁶⁸) vel testes, quos prius induxit, vel alios, si voluerit, inducere non vetetur⁶⁹), quum non renunciarit testibus producendis.

CAP. XLVII. 70)

Posit concilium duodecim, sine quibus ad probandam consanguinitatem in causa matrimoniali, non valet testimonium de auditu. H. d. summando generaliter.

Idem in concilio generali.

Licet ex quadam necessitate praeter communem formam olim fuerit institutum⁷⁰), in consanguinitatis et affinitatis gradibus computandis valere⁷¹) testimonium de auditu, quam propter brevem hominum vitam testes de visu deponere non valent usque ad gradum septimum computando; quia tamen pluribus exemplis et certis experimentis didicimus, ex hoc multa pericula contra legitima provenisse coniugia, statuimus, ne super hoc recipiantur de cetero testes de auditu, quum iam quartum gradum prohibitio non excedat, nisi forte⁷²) personae graves extiterint, quibus fides sit merito adhibenda, et ante litem motam testificata didicerint ab antiquioribus quidem⁷³) suis, non utique ab⁷⁴) uno, quum non sufficeret ille, si viveret, sed duobus⁷⁵) ad minus; nec ab infamibus⁷⁶) et suspectis, sed a fide dignis et omni exceptione maioribus; quum satis videretur⁷⁷) absurdum illos admitti, quorum repellerentur⁷⁸) auctores. Nec tamen, si unus a pluribus, vel infames ab hominibus bonae famae acceperint quod testantur⁷⁹), tanquam plures et⁸⁰) idonei testes debent⁸¹) admitti, quum "etiam" secundum ordinem solitum iudiciorum non sufficiat unius testis assertio, etiamsi praesidali refulgeat⁸²) dignitate, et actus legitimi sint infamibus interdicti. Testes autem huiusmodi proprio iuramento firmantes, quod ad ferendum testimonium in causa ipsa odio, "vel" amore, "vel" timore vel commodo non procedant, personas⁸³) expressis nominibus, vel demonstratione vel⁸⁴) circumlocutione sufficienti⁸⁵) designent, et ab utroque latere singulos gradus clara computatione distinguant⁸⁶), et in suo nihilominus iuramento concludant, se accepisse a suis maioribus quod⁸⁷) deponunt, et credere ita esse. Sed nec tales sufficiant⁸⁸), nisi iurati deponant, se vidisse personas vel⁸⁹) "saltem" in⁹⁰) uno praedictorum graduum constitutas pro consanguineis se habere. Tolerabilis est enim, aliquos contra statuta⁹¹) hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta Domini separare.

CAP. XLVIII. 82)

Post publicationem ad petitionem producentis interrogari non debent testes, nisi quando dolo vel negligentia examinatorum super omnibus capitulis interrogati non fuerint.

Honorius III. Praeposito Molisii⁹²) Firmanae dioecesis.

Per tuas nobis literas intimasti, quod, quum causa, quae super quibusdam terris vertitur inter canonicos sancti Petri "veteris" ex una parte, et G. sancti⁹³) Simonis "Widonis Firmans" ex altera, tibi fuisset⁹⁴) ab apostolica sede commissa, dictus G., tribus mensibus post testium publicationem elapsis, testes suos interrogari postulavit⁹⁵) iterato, "super quo quid agere debeas, apostolico responso desideras edoceri." Nos igitur "discretionis tuae breviter" respondemus, illum non esse super hoc de cetero audiendum, nisi forsitan a principio illos interrogari super certis capitulis⁹⁷) postulasset, idque malitiose vel negligenter fuerit⁹⁸) praetermissum.

CAP. XLIX. 99)

Testes probatorios et reprobatórios probatoriorum reprobare licet; sed reprobatórios reprobatóriorum non licet.

Idem Vallis Oleti¹⁰⁰) et Sacrameniae¹) Abbatibus Palentinae²) et Segobiensis³) dioecesis.

Licet dilectus filius noster L. tituli sanctae Crucis presbyter cardinalis, quem procuratoribus "venerabilis fratris nostri" Burgensia⁴) episcopi, et clericorum sanctae Mariae de castro Soret⁵) dedimus auditorem, ea, quae procuratores ipsi proponere voluerunt, audierit diligenter, quia tamen procurator dicti⁶) episcopi contra personas testium productorum in principali adhuc se velle dicere proponebat, "protestans nihilominus, attestaciones partis alterius, quae nunc vacante sede Burgensi dicuntur fuisse receptae, certis de causis nullius esse momenti, quum lis per vos non potuerit terminari, licet pars altera sententiam cum instantia postularet. Illam igitur ad vos de consensu partium remittentes, discretionis vestrae" Mandamus, quatenus⁷) recipiatis testes, quos contra personas⁸) productorum super principali negotio partes⁹) duxerint producendos. Quos si rursus pars altera vel utraque voluerit reprobare, contra illos probationes admittere procuretis ita¹⁰), quod ultra non liceat partibus ad reprobandum testium adspirare, ne, si producenti quartos contra tertios et sic deinceps partibus licentia tribuatur, negotium "protelatum iam diu" diutius protelari contingat.

CAP. L. 11)

Attestaciones receptae per arbitrum fidem faciunt in iudicio, si testes mortui sunt; si vivunt, est in optione illius, contra quem testes producti sunt, an velit attestaciones recipere, an testes de novo deponere. Et adde: etiamsi attestaciones publicatae sunt. Et hoc ultimum non est in l. fin. C. eod., ubi ponitur casus huius decreti.

Idem Praeposito et Magistro G. et R.¹²) Laudun. Canonici.

Praesentata nobis "Garaudi" Suessionensis¹³) archidiaconi petitio continebat, quod, quum inter R.¹⁴) quondam praedecessorem suum ex una parte, et capitulum sancti Petri Suessionensis¹⁵) ex altera super iurisdictione, quam idem archidiaconus se in dicta ecclesia ratione archidiaconatus proponebat habere, quaesitio verteretur, tandem "de virorum bonorum consilio Bernardum" cancellarium Parisiensem et magistros R.¹⁶) Remensem et P. Briton. canonicos¹⁷) super hoc arbitros elegerunt. Qui quum suscepto arbitrio adeo in "praedicto" negotio processissent, quod productis testibus et depositionibus publicatis "eorum," receptisque allegationibus utrorumque, et¹⁸) actis omnibus redactis in scriptis, "et" sigillorum suorum

Cap. XLVI. 58) add.: nobilis: Ms. id. — nob. et: Ms. B. — 59) ducis C. L. — 60) Boemiae: C. H. — 61) ipso: C. R. 1. — 62) omitt. C. H. — 63) tertio: Cont. Böhm. — 64) promulgasse, a qua praefata nobilis: Comp. IV. — 64) mandantes: Comp. IV. — 65) sententia test.: C. R. 1. — 66) didicerit: Comp. IV. — 67) iudicium: Böhm. — 68) pro se: omitt. C. R. H. L., Comp. IV. — 69) veretur: Comp. IV. Ms. A. — 70) constitutum: C. H. — 71) ut... valerit: C. H., Comp. IV. Ms. A., conc. — 72) omitt. Comp. IV., conc. — 73) abest a Comp. IV. Ms. A. — 74) omitt. C. R. H. L., Comp. IV., conc. — 75) a duob.: C. R. 1. — 76) infantibus: Comp. IV. Ms. A. — 77) videatur: C. R. 1. — 78) repelluntur auctores: Comp. IV. Ms. A. — 79) testentur: conc. — 80) abest a C. H., Comp. IV. Aug. — 81) debeant: C. R. 1. — 82) praefulgeant: C. R. H. L. — 83) sed: Comp. IV. Aug. — 84) sive: conc. — 85) sufficientibus: conc. Ms. — seq.: design.: omitt. Comp. IV. Ms. A. — 86) designent: Ms. id. — 87) quae: conc. Ms. — 88) sufficiant: G. R. 2. — 89) omitt. Comp. IV. Ms. A., conc. — 90) abest a Comp. IV. Aug., Ms. B. — 91) statum: Böhm. — 92) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 93) Molisii: C. H. L. — Molisii: C. R. 1. — Molifir.: C. R. 1. — Malin.: Comp. V. Cir. — Malisii: Ms. — 94) omitt. C. L., Comp. V. — 95) fuerit: Comp. V.

— 96) postulabat: C. H. — 97) articulis: Comp. V. — 98) negligentia fuisset: ead. — 99) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 100) Vell. Oleti: Böhm. ex Cont. — 1) Sacrament.: C. R. 2. — Sacramentae: Böhm. — Sacrameniae: C. L. — 2) omitt. C. R. 1. — Palerat.: C. R. 2. — Palentinae Böhm. ex Cont. — 3) omitt. C. R. 1. — Segobin.: C. R. 2. — integr. inscr. Comp. V. haec est: Vallis Oleti et sacrae Meniae abb. Palent. et Segob. dioec. et R. archidiacon. Oxomensis (Ms.: Exom.) cf. de hoc ipso cap. Manriq. Annal. Cisterc. IV. 242. — 4) Frungen.: C. H. — Burgien.: Böhm. ex Cont. — 5) Serri.: C. R. 1. — Serri.: C. R. 2. — Soric.: Comp. V. — leg. Geriz ex sent. Manriq. — 6) Burgen.: Comp. V. — 7) quod: Cir. — 8) add.: testium: C. H. — 9) abest a Comp. V. — 10) add.: tamen: C. R. 1. — 11) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 3. — 12) G. et T.: C. L. — praeposito et mag. Galfrido et Ricardo (G. et R.: Ms.) de Lauduno canonici Remensib.: Comp. V. — 13) Suession.: C. L. — Suession: Böhm. — 14) Ricardum: Comp. V. Cir. — 15) Suesien.: C. L. — Suession.: Böhm. — 16) magistrum R. Ram.: C. L. — mag. Radulphum Remen. (Ram.: Ms.) et Petrum Briton. (Ms.: Brudruen.) Comp. V. — 17) clericos: C. R. H., Comp. V. — 18) omitt. Comp. V.

impressione signatis, arbitrium proferre deberent, "eisdem differentibus pro suae libito voluntatis," unus ipsorum viam fuit universae carnis ingressus, et alius "est" in archiepiscopum Ebredu-nensem¹⁹⁾ assumptus, qui distat²⁰⁾ per duodecim dietas et amplius ab eadem. Unde quum praedicto R. solo minime arbitrari valente videatur²¹⁾ arbitrium exspirasse, "nobis humiliter supplicavit, ut viris discretis, qui secundum arbitrii acta praedicti ad decisionem causae procedere debeant, scribere dignaremur. Ideoque" Discretioni vestrae²²⁾ mandamus, quatenus²³⁾, "si ita est," causam "ipsam" iuxta huiusmodi acta "sublato appellationis obstaculo" sine debito terminetis; optione "tamen eidem" capitulo "secundum sanctiones legitimas" reservata, ut vel recipiant²⁴⁾ depositiones eorum, qui supersunt, productorum testium contra eos, vel eas²⁵⁾ respuentes consentiant, ut iidem testes admittantur iterum, salvo "tamen" iure, quod in utroque casu eidem capitulo competit tam in personas testium quam in dicta.

CAP. LI. 26)

Non creditur testi etiam religioso, qui sine iuramento deponit.

Idem Pennensi²⁷⁾ Episcopo.

Nuper nobis A. presbytero supplicante²⁸⁾ innotuit²⁹⁾, ut, quum ipse ordinem fratrum Minorum causa probationis³⁰⁾ intrasset, "ac exinde, nulla facta professione, infra annum exiisset, super hoc providere misericorditer dignaremur, nos tibi dedimus in mandatis, ut, si res taliter se haberet, denunciare ipsam ad regularem observantiam non teneri. Dicto ergo presbytero et fratre Ioanne in partibus tuis Minorum fratrum custode cum quibusdam aliis propter hoc in tua praesentia constitutis, dictus" custos ad probandum, quod idem presbyter professionem fecisset³¹⁾, quosdam ordinis sui testes induxit, qui deposuerunt super hoc, contradicente dicto presbytero, non iurati. "Unde praefatus presbyter assererat, eorum testimonium nullum esse, praedicto replicante custode, quod secundum ordinis sui regulam iurare non poterant, nec debebant, sed eorum verbis simplicibus in huiusmodi standum erat, quare nobis humiliter supplicasti, ut, quid agendum sit tibi, te redderemus nostris literis certiore. Nos ergo fraternitati tuae breviter" Respondemus, quod nullius testimonio, quantumcunque religiosus existat, nisi iuratus deposuerit, in alterius praedictum debet credi.

CAP. LII. 32)

Diligenter et sigillatim examinandi sunt testes. Supple: etiamsi agitur de vita et miraculis alicuius canonizandi. Abbas.

Idem Corisopitensi³³⁾ et Trecorensi Episcopis. 34)

Venerabili fratre nostro episcopo et "dilectis filiis" capitulo Corisopitensi, ³⁵⁾ ac universis abbatibus apud Cistercium³⁶⁾ in generali capitulo³⁷⁾ congregatis, "multisque episcopis aliis et religiosis una cum abbate et conventu monasterii S. Maurilii Cisterciensis ordinis Corisopitensis dioecesis olim nobis insinuantibus, pia memoriae Maurilium abbatem praefati monasterii divino munere claris coruscantem miraculis adeo, ut monasterium ipsum quadam usurpatione usus, seu potius quadam anticipatione futuri votum ab eius nomine sortiat, et humiliter supplicantibus, ut ipsum annumerari sanctorum catalogo faceremus, ut, quod populus devota praesumptione, sicut diximus, nunc usurpat, seu etiam divino instinctu anticipat, illum appellando sanctum et absque auctoritate sedis apostolicae venerando, rite tandem iussione apostolica faciat ad gloriam Christi et nominis Christiani, nos eorum devotis precibus, in quantum decuit, annuentes, venerabili fratri nostro episcopo Leonicensi et dilecto filio abbati sancti Leonis Corisopitensis dioecesis per nostras dedimus literas in mandatis, ut inquirerent super praedicti viri vita et miraculis diligentissime veri-

tatem, et ea nobis fideliter intimarent, ut, ea plene comperta, pro supplicantium desiderio plenius annuere valeremus. Iidem autem episcopus et abbas quandam nobis paginam transmiserunt priorum sigillorum appensione munitam, in qua multa quidem et magna miracula continentur, facta, ut dicitur, a Domino meritis dicti viri; quae licet probata per testes iuratos et nominatos in ipsa pagina inveniantur: non tamen apparet per paginam saepe dictam, quod ipsos testes examinaverint sigillatim, et quod eos super his, de quibus sunt testificati, ac eorum circumstantiis cum ea interrogaverint diligentia, quae solet et debet in testium receptionibus adhiberi. Unde licet humana devotio prompto affectu debeat honorare quos dignatio divinae bonitatis honorat, tutius tamen esse censuimus hoc differre negotium, quam in eo sententiam minus considerate proferre. Nolentes autem deesse supernas gratias muneri, sed adesse," Discretioni vestrae mandamus, quatenus testes, quos abbas et monachi S. Martini³⁸⁾ Cisterciensis ordinis super vita et miraculis pia memoriae M.³⁹⁾ abbatis monasterii supra dicti duxerint producendos, examinare sigillatim⁴⁰⁾ curetis cum ea diligentia, quae solet et debet in receptione⁴¹⁾ testium adhiberi.

CAP. LIII.

Iterum examinandus est testis, qui obscure deposuit. Supple tu: ex iudicis officio.

Gregorius IX.

Quum clamor validus contra Acherontinum⁴²⁾ episcopum⁴³⁾ super simonia et aliis criminibus advenisset, Melitensi et Rubensi⁴⁴⁾ episcopis dedimus in mandatis, ut super his diligenter veritatem inquirerent. (Et infra:) Verum quia apertis attestationibus L. et G. super simonia ita deposuere confuse, quod ex dictis eorum non potest veritas declarari: mandamus, quatenus examinetis eos iterum diligenter, et tam eorum quam aliorum, quos receperitis, testificata, sub sigillis vestris nobis fideliter referatis.⁴⁵⁾

CAP. LIV.

Perseverans in crimine, etiam in civili repellitur a testimonio; emendatus vero, non infamis, admittitur in civili, et etiam criminali mota civiliter. Fallit in periuro, qui in criminali repellitur.

Idem.

Testimonium eius, cui ab adversa parte opponitur crimen, merito reprobat in criminali causa, sive civili, si in ipso crimine perseverat⁴⁶⁾. Si vero sit de crimine emendatus, et eum non comitetur⁴⁷⁾ infamia, non est in causa civili, vel etiam quum de crimine civiliter agitur, praeterquam pro reatu periurii, repellendus. In criminali autem, si in alio iudicio instituta accusatione contra ipsum, de crimine convictus existit vel confessus, vel si⁴⁸⁾ nunc per exceptionem exiindo vincatur, aut gravata sit eius opinio, pro eo, quod quandoque fuit⁴⁹⁾ tali modo repulsum, quamvis in hoc casu non excluderetur in causa civili, potest a testimonio, licet egerit poenitentiam, removeri.

CAP. LV.

Quarta productio non est danda sine solemnitate legali, de qua hic.

Idem.

Ultra tertiam productionem non debent testes ulterius⁵⁰⁾ produci in causa, nisi praestito ab eo, qui hoc postulat, iuramento, quod neque per se, neque per alium testificata subtraxerit, vel fuerit percunctatus⁵¹⁾, nec per dolum aut artem aliquam quartam productionem exposcat; sed quia quos desiderat de novo producere prius habere nequivit.

Cap. L. 19) Eburdin.: C. R. — 20) distabat: C. R. 1. — 21) videretur: C. L. — 22) discr. v.: omitt. C. H. — 23) quod: Comp. V. Cir. — 24) recipiat: Böhm. — 25) eisdem: Comp. V. — pro seq.: resp. cons. in Comp. V. Ms. leg.: respuant.

Cap. LI. 26) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 4. — 27) Reven.: Comp. V. Ms. — Penetrino: C. L. — Pariten.: C. R. 1. — Parien.: C. H. — Parmensi: Comp. V. Cir. — Penn.: C. R. 2. — leg.: Pennensi (Civita di Penna). — 28) supplicavit: Comp. V. Ms. — 29) omitt. C. R. 1. H. L., Comp. V. — 30) add.: intra annum: Böhm. ex Cont. — 31) perfecisset: Comp. V. Cir.

Cap. LII. 32) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 5. et Manriq. Annal. Cist. IV. 242. ad A. 123. — 33) Corisopiten.: C. L. — Corisopoten.: C. H. — Crisopiten.: C. R. 1. — Corisopiten.: C. R. 2. — Corisoton.: Böhm. — Corisopoton.: Cont. — 34) Trethoren.: C. H. — Trechoren.: C. L. — Crisopitum et Trechorien. episc. et abbati S. Crucis Caparelli Crisopit. diacon.: Comp. V. Ms., mendose. — Corosopit. et Trecorensi episc. et abb. S. Cru-

cis Camparell. (leg.: Kemperellae, Kemperli) Corosopit. dioecesis.: Cir. — 35) Crisopitum: Comp. V. Ms. — Corisopoton.: Cont., Böhm. — Corosopiten.: Cir. — 36) Cisterciens.: Böhm. ex Cont. — 37) concilio: C. R. 1. L. — 38) Martini: Böhm. ex Cont. — mon. monasterii S. Mart.: C. R. L. — monachi dicti loci super vita et miraculis dicti viri duxerint (Ms.: duxerunt): Comp. V. — 39) omitt. C. L. — H.: C. R. 1. — 40) ac diligenter, ut moris est, interrogare curetis, et depositiones eorum sub (vobis suo: Ms. mendose) sigillis vestris inclusas fideliter transmittatis, ut in ipso negotio cum diligentia et maturitate debita procedamus: Comp. V. 41) receptionibus: C. R. H. L.

Cap. LIII. 42) Claremontinum: C. R. 2. — Acherontinum: C. R. 1. — Acherontinen.: Böhm. ex Cont. — 43) archiepiscopum: C. R. H. L. — 44) Rubin.: C. R. 1. — 45) remittatis: C. R. 1. Cap. LIV. 46) perseverat: C. R. H. L. — 47) comittitur: C. H. — 48) omitt. C. R. H. L. — 49) fuerit: C. R. 2. Cap. LV. 50) omitt. C. R. H. — 51) percunctatus: C. H.

CAP. LVI.

Accusatus criminaliter non admittitur in testem contra alium in causa criminali sua accusatione pendente, nisi in exceptis criminibus.

Idem.

Non debet quis in criminibus, nisi forsitan in³²⁾ exceptis, ad testificandum admitti pendente accusatione de crimine contra ipsum, quum etiam accusati, nisi prius se probaverint innocentes, ab accusatione ac susceptione ordinum repellantur.

TITULUS XXI.

DE TESTIBUS COGENDIS VEL NON¹⁾.CAP. I.²⁾

In causa civili monendi et inducendi testes sunt ad testificandum, et, si se subtrahant odio, gratia etc., compelluntur.

Alexander III. Papiensi³⁾ Electo.

Causam matrimonii, quae inter M.⁴⁾ mulierem et filium R. "Canis" vertitur, "ab examine tuo ad audientiam nostram appellatione perlata" commissimus iudicibus⁵⁾ terminandam. Ideoque "fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus testes ab alterutra partium in suae assertionis testimonium invocatos, ne veritatem occultent, diligentius moneas et inducas. Si autem "videris, quod" odio, vel gratia⁶⁾ vel timore se subtrahant, "ne veritas occultetur," eos ad ferendum⁷⁾ testimonium coram praefatis iudicibus⁸⁾, vel eorum⁹⁾ nuncio, quem ad hoc miserint, ecclesiastica districtione compellas.¹⁰⁾

CAP. II.¹¹⁾

Ubi testimonium est necessarium, compellendi sunt testes ad illud ferendum, etiam per suspensionis, excommunicationis et depositionis sententiam.

Idem Presbyteris Pontiae.¹²⁾

Quum super causa, quae vertitur inter "venerabilem fratrem nostrum" Praenestincensem¹³⁾ episcopum et "dilectum filium" Sublacensem¹⁴⁾ abbatem, sit testimonium vestrum¹⁵⁾ necessarium, "ne contrarium veritati contingat, praesentium auctoritate vobis" mandamus¹⁶⁾, quatenus "quarta feria proxime sequentis hebdomadae" perhiberi testimonium veritati "omni occasione et excusatione cessante" apostolice vos consecuti praesentetis. Si vero "tunc" non veneritis, sciatis vos ab¹⁷⁾ officio et beneficio ecclesiastico¹⁸⁾ apostolica auctoritate suspensos, et, si nec sic veneritis, excommunicationis sententiam et depositionis¹⁹⁾ poteritis formidare.

CAP. III.²⁰⁾

Testis, qui timore adversae partis se subtrahit, testificari compellitur, adde: etiam in criminali, secundum communem intellectum, et sic aliquid additur ad c. 1. supr. eod. et c. Dilectorum. infr. eod.

Idem Genuesi²¹⁾ Archiepiscopo.

Super eo "vero, quod testificari desideras, an, quum aliquis de aliquo facto manifesto ante iudicem convenitur, hi, qui facto interfuerunt, cogendi sint ad ferendum testimonium veritati," Con-

sultationi tuae taliter respondemus²²⁾, quod, si factum est notorium²³⁾, non eget testimonio depositionibus declarari, quum talia²⁴⁾, "sicut tua non ignorat discretio," probationem vel ordinem iudicarium non requirant. Verum²⁵⁾ si non est notorium²⁶⁾, et is, qui convenitur, factum negaverit²⁷⁾, testes, qui interfuerunt²⁸⁾ facto, "de consuetudine Romanae ecclesiae" monendi sunt, non cogendi ad ferendum testimonium veritati; nisi forte timore adversae partis constiterit²⁹⁾ iudici, eos a ferendo testimonio revocari; licet³⁰⁾ ad hoc "forte" passim³¹⁾ possint de iuris humani rigore compelli. "Si vero presbyter etc. [cf. c. 5. de for. comp. II. 2.]"

CAP. IV.³²⁾

Compelluntur testes etiam in criminali, quos accusatus malitiose accusatori subtrahit. Hoc dicit secundum verum et communem intellectum. Abbas.

Idem.

Pervenit ad audientiam nostram, quod, quum I.³³⁾ Prior³⁴⁾ sancti Laurentii coram te fuisset de simoniae et adulterii crimine³⁵⁾ accusatus, quendam, qui contra eum ducendus erat in testimonium, "induxit et iuramento adstrinxit³⁶⁾, ut non deponeret³⁷⁾ contra ipsum³⁸⁾. "Ideoque dubitas, qualiter adversus eum sit procedendum, vel si testis supradictus sit cogendus ad veritatis assertionem." Nos igitur³⁹⁾ attendentes, quod nemo debet⁴⁰⁾ adversario instrumenta, quorum appellatione⁴¹⁾ testes continentur, subtrahere, et quod tam ille, qui "surripit instrumenta, quam qui adversario⁴²⁾ parem advocacionis "sive defensionis" copiam subtrahit⁴³⁾, iniquam ostendit a se litem foveri, et experiri debet⁴⁴⁾ in se iudicis auctoritatem⁴⁵⁾ elusam, "praesentium auctoritate tibi taliter" respondemus⁴⁶⁾, ad detegendum tantae fraudis et calliditatis commentum ipsum testem merito esse⁴⁷⁾ compellendum.

CAP. V.⁴⁸⁾

Si res aliter probari non potest, etiam in causa criminali compellendi sunt testes. H. d. secundum lecturam notabiliorum.

Clemens III. Segobiensi⁴⁹⁾ Episcopo.

Pervenit ad nos, quod, quum⁵⁰⁾ "in episcopatu tuo saepe contingat, quod" a laicis⁵¹⁾ enormis et intolerabilis iniuria clerico⁵²⁾ multis adstantibus et videntibus inferatur, "vel praesente plebe in ecclesia cum diabolicae fraudis instinctu accidit horribiliter humanum sanguinem perfundi, et ob hoc" iniuriantes in causam tracti⁵³⁾ negant se tantum facinus commisisse. Et quum laeas eorum testimonio, qui praesentes exstiterant⁵⁴⁾ "et viderant," hoc⁵⁵⁾ probare desideret⁵⁶⁾, illi⁵⁷⁾, "licet veritatem cognoverint," nolunt⁵⁸⁾ veritati testimonium perhibere. "Sicque fit, quod ecclesiastica iustitia deperit, et ordo clericalis vilescit. Accidit etiam, quod quum plures frequenter in clericis violentas manus temere iniciant, ad sedem apostolicam plurimis nequeant obstaculis laborare. Et quia super his tua nos duxit fraternitas consulendus," Consultationi tuae taliter respondemus, quod hi⁵⁹⁾, qui de rebus ecclesiasticis testificari recusant⁶⁰⁾, si aliter⁶¹⁾ veritas nequiverit elici, ad illud⁶²⁾ sunt per censuram ecclesiasticam compellendi. "Si vero clerici passim iniuriam veritatem forte aliquorum testimonio nequiverint comprobare, licet iuxta rigorem canonum unius testimonio non sit standum, tamen iuxta consuetudinem Romanae ecclesiae propter reverentiam clericalem ordinis ipsorum iuramento fidem volumus adhiberi. Illos autem etc. [cf. c. 17. de sent. ex. c. V. 39.]"

Cap. LVI. 52) omitt. C. L. Tit. XXI. 1) vel non: omitt. C. R. H. L. — Cap. I. 2) Restitutum ex Lips. XLV. 4., Comp. I. h. t. c. 2. — 3) Papa electo: Comp. I. Aug. — Papiensi episcopo: Ms. — 4) neptem M. (Eni.: Lips.) de Siderio et fil.: Comp. I., Lips. — 5) venerabil. fr. nostris Terdonensi et Astensi episc. terminandam. Inde est quod etc.: ib. — 6) vel amore aut timore: ib. — 7) deferendum: C. H. — perhibendum: C. R. 1. — 8) praedictis episc.: Comp. I. Aug. — praefatis episc.: Ms., Lips. — 9) omitt. C. R. H. L., Lips., Comp. I. — 10) Dat. Anagninae Id. Nov.: Theiner. ex libro Ms. Paris., Recherches p. 28. — Cap. II. 11) Restitutum ex App. VIII. 1., Lips. XLV. 1., Cass. XLIX. 1., Comp. I. h. t. c. 3. — 12) inser. omitt. App. — Pontii et Asili: Lips., Cass., Comp. I. — vid. leg.: Pontiae et Asili. — 13) Penetrinum: C. L. — Praenestinum: Coll. citt. — 14) omitt. App. — Subil.: C. H. — Subl.: Böhm. ex Cont. — subiacere: Cass. — 15) nostrum: Cass. — 16) praecipimus: App., Lips., Comp. I. — 17) omitt. Cass. — 18) abest ab App. — 19) et depos.: non exstant ib. — Cap. III. 20) Restitutum ex App. VIII. 7., Lips. XLV. 5., Cass. XLIX. 4., Comp. I. h. t. c. 4. — 21) Januen.: C. R. H. L., Cont., Comp. I. Ms. — Bononiensis episc.: App. — Genuesi ep.: Lips., Cass., Comp. I. Aug. — adl. P. C. Nos inter alios, cf. not. ad c. 5. de for. comp. II. 2. — 22) prudentiae tuae volumus (duzimus: Cass.) innotescere: Coll. citt. — 23) manifestum: ead. — 24) manifesta: ead. — 25) Unde: App. — 26) manifestum: Coll. citt. — 27) negavit: App. — 28) interfuerunt: C. R. L., Cass. — 29) constare iud. a fr. test.: Coll. citt. — 30) et: Cass. — 31) omitt. App. — Cap. IV. 32) Restitutum ex Comp. II. c. 1. de praesumpt. II. 15. — 33) L.: Comp. II. Aug., Ms. A. — 34) omitt. C. R. H. L., Comp. II. —

35) vidio: C. R. 1. — 36) et iur. adstr.: omitt. Comp. II. Ms. B. — 37) testimonium nequaquam perhiberet: Comp. II. — 38) eum: Comp. II. Ms. A. — 39) vero: ib. — 40) debet: ib. — 41) add.: etiam: C. H. — 42) adversae partis: C. H. — 43) subtrahit: C. L. — subtrahit: Comp. II. Ms. B. — 44) debeat: Comp. II. — 45) auct. esse: Comp. II. Ms. A. — 46) respondemus, quatenus, si res ita se habet, adversus praedictum reum ita procedas, quemadmodum eras fueras: Ms. A. B. — processurus, si testis praefatus fuisset in causa productus, et ad detegendum quoque (omitt. Ms. A.) tantae fraudis et calliditatis commercium, ipsum testem ad perhibendum rei veritatem omni app. rem. nostra fretus auctoritate compellat: his quoque cessantibus (add.: probationibus: Ms. A.), sive de adulterii crimine, sive simoniae (simonia: Aug.) accusatum reum esse, eidenti ratione constiterit, districtiorem (diffinitionem: Ms. A.) in eum canonice exercens, omni app. remota: Comp. II. — 47) omitt. C. H. L. — Cap. V. 48) Restitutum ex orig. ap. Manriqui. Annal. Cisterc. III. 223., Luc. ap. Bal. III. 374. — Comp. II. h. t. c. 1. — 49) inser. omitt. Comp. II. Ms. A. — Segori.: Luc. — Segon.: Comp. II. Aug. — Segotini: Ms. B. — leg.: Segutino. — 50) omitt. Luc., Comp. II., orig. — 51) laico: ib. — 52) clericis: C. H. — clerico coram mult.: C. R. 2. — 53) tradit: Comp. II. Ms. A. — 54) exst. et: omitt. Luc. — exstiterunt et viderunt: orig. — 55) illatam iniuriam: Luc. — sibi iniuriam: Comp. II. Ms. A. — illatam sibi iniuriam: Aug., Ms. B., orig. — 56) desiderat: Comp. II. Aug., Ms. B. 57) ipsum: Comp. II. Ms. A. — ipsi: Aug., Ms. B. — ipsimet: Luc. — omitt. orig. — 58) contemnunt: Luc., Comp. II., orig. — 59) quibus: Comp. II. Ms. A. — quod qui: Luc. — 60) nolunt (noluerint: Comp. II. Ms. A.) testimonium perhibere: Luc., Comp. II., orig. — 61) alias: orig. — alias ver. neq. inveniri: Luc. — 62) ad id: C. R. 2., Comp. II. Ms. A. orig. — et ad illud: Aug.

CAP. VI.⁶³)

Super consanguinitate probanda cogendi sunt testes. Ita communiter summatur. Sed Panorm. non placet hoc summarium, et ideo summatur, sicut c. 1. supra eod.

Idem.⁶⁴)

Ceterum, quod super consanguinitate cogendus sit⁶⁵) testis perhibere⁶⁶) testimonium veritati, non dubitatur a nobis, quum id tam ius scriptum approbet, quam consuetudo actibus utentium⁶⁷) approbata, "ut," si ipsum constiterit odio vel gratia veritatem suppressere, aut timore⁶⁷)", "cogendus sit, ut quod verum est penitus fateatur."

CAP. VII.⁶⁸)

Testis synodalis, qui coram ordinario super matrimonio deposuit, non compellitur iurare super eo coram delegato; hoc primo. Propter superuenientem infamiam a testimonio repellitur; hoc secundo. Potest tamen, si errauerit, in continenti, non ex intervallo, dictum suum corrigere. Hoc tertio.

Coelestinus III.⁶⁹)

Praeterea si testes publici, quos tua civitas nuncupat⁷⁰) synodales, super causa⁷¹) matrimonii coram te vel tuo capitulo semel testimonium reddiderint⁷²), non debent compelli, ut in praesentia alicuius delegati iudicis super eadem causa iterato praebent iuramentum, dummodo aliter fiat fides iudici delegato, nisi forte articulus novae quaestionis emergat. Huiusmodi vero testes publico⁷²) iure possunt propter infamiam a perhibendo testimonio removeri, si eam, postquam in communi⁷⁴) recepti fuerint⁷⁵), contigerit⁷⁶) "publice" contraxisse. Quorum testimonia⁷⁷), si quandoque, non "tamen" studiose, sed in "ipso" proferendo erraverint⁷⁸), et⁷⁹) se in continenti correxerint, reprobari non debent; secus autem erit, si correctioni suae interposuerint intervallum.

CAP. VIII.⁸⁰)

Quum de fama vel vitio falsitatis inquiritur, cogendi sunt testes. Hoc dicit secundum Ioan. Andr., sed secundum Panorm. nimis restringit textum.

Innocentius III. Priori sancti Fridiani⁸¹) et Magistro P.⁸²) Canonico Pisano.⁸³)

Super his⁸⁴) (Et infra: [cf. c. 16. de accus. V. 1.]) Ceterum volumus et "praesentium vobis auctoritate" mandamus, ut super inquisitionis articulis, tam de fama electi, quam literis⁸⁵) contra eum sub nomine longe maioris et sanioris partis capituli destinatis, cogatis testes, qui nominati fuerint⁸⁶), perhibere testimonium veritati. "Dat. Lat. III. Id. Febr. Pont. nostr. Ao. F." [1202.]

CAP. IX.⁸⁷)

Testes, qui se subtrahunt, etiam in criminali cogendi sunt.

Idem Archidiacono⁸⁸) Mediolanensi.

Quum contra magistrum R.⁸⁹) "de Arca Mariana Novariensis diocesis" super eo, quod dicitur a sede apostolica⁹⁰) falsas literas reportasse⁹⁰), ac⁹¹) eis⁹²) per se vel per procuratorem usum fuisse, tibi direximus⁹³) scripta nostra, postulasti per sedis apostolicae oraculum edoceri, utrum super praefato vitio falsitatis testes compellere debeas nominatos. Nos igitur "fraternitati tuae breviter" respondemus, quod testes praedicti⁹⁴), si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam debeas⁹⁵) appellatione remota compellere veritati testimonium perhibere.

Cap. VI. 63) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 64) Clemens III. P. C. Significavit: Comp. II. — cf. c. 6. de off. iud. ord. I. 31. — 65) est: Comp. II. Ms. A. B. — 66) reddere: Comp. II. Ms. A. — 67) hominum: ib. — 67) sen tim.: Comp. II.

Cap. VII. 68) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — 69) add.: P. C. Significavit: Comp. II. Aug., Ms. B., et videtur omnino pars eius epistolae esse, ex qua cap. prox. antecedens est desumptum. — 70) nuncupavit: Comp. II. Ms. B. — 71) causam: C. L. — 72) reddiderunt: C. R. 2. L., Comp. II. Ms. B. — 73) publicati: Comp. II. Ms. A. — publici: C. R. H. L., Comp. II. Aug., Ms. B. — 74) communi: C. H. — 75) fuerant: Cont., Böhm. — fuerunt: Comp. II. Ms. A. — 76) contigerit: ib. — 77) testimonio: Comp. II. Ms. B. — testimonium: ... debet: Aug. — 78) erraverunt, ... correxerunt: Comp. II. Ms. A. — 79) omitt. Comp. II. Ms. B.

Cap. VIII. 80) Restitutum ex Reg. Breuq. V. 153. — Comp. III. c. 3. de accus. V. 1. — 81) Fridilian.: C. H. — S. Fridue: Comp. III. Ms. — 82) H.: C. R. 1. — G.: C. H. L. — B.: C. R. 2., Comp. III., Reg. — 83) Paduano: C. H. — 84) iis: Comp. III. Aug. — 85) de lit.: C. R. 1. — 86) aut: ib.

Cap. IX. 87) Restitutum ex Comp. IV. c. 1. de testib. II. 7. — 88) archiepiscopo: C. R. 1. H. L. — 88*) R. de Arca Mariana: Comp. IV. Ms. A. — R. de Arca Mar.: Ms. B. — Rodulphum de Arca Mar.: Aug. — 89) a sed. ap.: omitt. Comp. IV. — 90) impetrasse: C. H. — 91) ac per se seu (add.: per: Ms. B.) proc. fuisse usus eisdem: Comp. IV. — 92) eisdem: Cont., Böhm. — 93) tibi direximus scr. n.: Comp. IV. Ms. A. — direximus scripta n. transmittere: Aug. — direxerimus: Cont., Böhm. — 94) praedictos: C. R. 2. — qui fuerint nominati: Comp. IV. — 95) debeas: C. R. 2. — potes: C. H.

CAP. X.⁹⁶)

Non annuatur propter varietatem lectionum, nec etiam dividitur. Honorius III. Abbati S. Eugenii, et Magistro G.⁹⁷) canonico Senensi.

Dilectorum filiorum Vulterani⁹⁸) capituli ex parte una, et "venerabilis fratris nostri" episcopi Vulterani ex altera procuratoribus in nostra praesentia constitutis, "dilectum filium nostrum sanctorum Cosmae et Damiani diaconum cardinalem concessimus audire, coram quo quum per conventionis et reconventionis modum super diversis capitulis, quas sub bulla nostra vobis transmittimus interclusa, his fuerit legitime contestata, etc." (Et infra:) Testes "autem," qui fuerint nominati, praeterquam super criminibus, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam⁹⁹) "cessante appellatione" cogatis¹⁰⁰) veritati testimonium perhibere.

CAP. XI.¹)

Ad detegendum veritatem coniurationis coguntur socii, etiam iurati.

Idem Episcopo Rononiensi et Magistro B.²)

Venerabilis frater noster archiepiscopus Ravennatensis³) proposuit "coram nobis," quod civis Cervicensis⁴) cum M. et L.⁵) quondam clericis ecclesiae Ravennatensis quendam praesumpserunt coniurationem facere contra eum, nihilominus⁶) in detrimentum eius dantes eis quendam pecuniam quantitatem, et ad haec celanda se adstringentes vinculo iuramenti. Unde "idem archiepiscopus nobis" humiliter supplicavit, ut, quum causam super his et quibusdam⁷) articulis vobis "eius obtentu" duxerimus committendam, et ipse intentionem suam probare non possit, nisi testimonio⁸) civium praedictorum, "super hoc" providere ei⁹), ne pro defectu testimonii¹⁰) pereat sua iustitia, dignemur. Ideoque "discretionem vestrae" mandamus, quatenus, monitione praemissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis illos¹¹), quos videritis compellendos, ut ab huiusmodi iuramento absolvant "illos," quos idem archiepiscopus ad testimonium duxerit producendos; eos nihilominus, si se gratia, vel¹²) odio vel timore subtraxerint, distinctione simili¹³) compellentes ad perhibendum testimonium veritati.

TITULUS XXII.

DE FIDE INSTRUMENTORUM.

CAP. I.¹)

Instrumenti exemplum non solemniter sumptum fidem non facit absque originali. H. d. secundum ipsius mentem.

Gregorius.²)

Si scripturam³) authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere possumus. "Sed Florentino etc."

CAP. II.⁴)

Corruit instrumentum, si testes inscripti decesserint, nisi sigillum habeat authenticum, vel u notario sit confectum.

Alexander III.⁵)

Scripta vero authentica, si testes inscripti⁶) decesserint, nisi "forte" per manum publican⁷) facta fuerint, ita, quod appareant⁸)

dictos: C. R. 2. — qui fuerint nominati: Comp. IV. — 95) debeas: C. R. 2. — potes: C. H.

Cap. X. 96) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 97) H. can. Senonens.: C. L. — abb. S. Eugenii, archidiacono et magistro Hono subdiac. nostro canonico Sen.: Comp. V. — 98) omitt. Comp. V. — 99) censuras ecclesiasticas: Comp. V. Cir. — 100) compellatis: C. R. 1.

Cap. XI. 1) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 3. — 2) P.: C. R. 1. — B. episcopo: Cont. — episc. Bonon. et Andreae (et Andreae Hon.: Ms.) et mag. H. Prat. Bon. commoranti canonico: Comp. V. — episcopo Bonon. et Andreae Honon. canonico et Bondi Prateni canonico Bononiae etiam commoranti: Cir. ex Hier. Rub. Hist. Ravenn. I. VI. — 3) Ravennus: C. L., Comp. V. Ms. — 4) Cinen.: ib. — Cervien.: C. R. 1. H. L., Cir. — cf. supra c. 21. de iud. II. 1. — 5) Jo.: C. L. — 6) omitt. Cir. — 7) add.: alii: C. R. 1. — 8) testimonium: C. L. — 9) omitt. C. R. 1. H. — sibi: C. R. 2. — 10) testimonii: C. R. 1. — 11) contra illos: Comp. V. Cir. — ad ill.: Ms. — 12) omitt. C. H. L., Comp. V. — 13) ecclesiastica: C. R. 1. — conimittit: C. R. 2.

TIT. XXII. Cap. I. 1) Greg. I. Reg. III. 3. (A. 593.) — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Greg. IX.: C. H. — Iouanni abbati: Reg. — 3) auth. chartularum non vid. aut exemplaria: Reg.

Cap. II. 4) Restitutum ex App. VIII. 5., Lips. XLIII. 7., Cass. XLVIII. 4., Comp. I. h. t. c. 2. — 5) Wig. episc.: Lips., Cass. — Wigorniens.: App. — add.: P. C. Meminimus: Cass. — P. C. Super eo quod: Lips. — cf. c. 3. Qui cler. vel vov. IV. 6., cui. altera pars Super eo vero, quod exstat in c. 10. de app. II. 28. — 6) in scriptis decesserunt: Lips. — 7) publica facta fuerit: Cass. — 8) apparent: Cass., Comp. I. Aug.

publica⁹⁾, aut authenticum sigillum habuerint¹⁰⁾, per quod¹¹⁾ possint¹²⁾ probari, non videntur¹³⁾ nobis alicuius firmitatis robur habere.

CAP. III.¹⁴⁾

Rescriptum apostolicum propter rasuram in loco non suspecto non censetur vitiosum. H. d. secundum mentem.

Idem.¹⁵⁾

Ex literis vestris¹⁶⁾ "evidenter" accepimus, quod, quum causam¹⁷⁾, quae inter magistrum A.¹⁸⁾ "de Hillesdale"¹⁹⁾ et R.²⁰⁾ "de Alta ripa" super capella de Ambitoria²¹⁾ vertitur, de mandato nostro susceperitis²²⁾ terminandam "et nostras literas in communi audientia perlegi fecissetis," praefatus²³⁾ R. literarum²⁴⁾ sibi copiam fieri postulavit. Qui "literis diligenter inspectis," quum²⁵⁾ eas argueret falsitatis, "haec de causa scilicet," quia²⁶⁾ in narratione facti abrasae sunt²⁷⁾, ubi scriptum est²⁷⁾: "iura²⁸⁾ parochialia," "asseverans, se probaturum in praesentia nostra, quos tales literas de cancellaria nostra non emanassent; vos autem videntes formam literarum a rationis tramite minime deviare, ab executione causae desistere nolistis, praefato R. iuramentum deferentes, quod nec subterfugii nec dilationis causa hoc allegasset, sed quod ita esse credebatur. Iuramento autem ad diem praefixam non praesertito, memoratum H. in possessionem causa rei servandae indicastis induci, et quod quidam laicus serviens eidem R. vestro iudicio restitit, excommunicatus est et ex ecclesia sub interdicto exclusus, praedictus R. ad nos accedens, et tacens, prout dicitur, quod in commissione appellatio fuit inhibita, nec mentionem faciens abrasionis literarum, aut iuramenti eidem delati et non praesertiti, seu sententiae missionis in possessionem causa rei servandae, literas ad Londoniensem et Norwicensem episcopum impetravit in hunc modum, ut si quid in praedictum memorati R. occasione prioris commissionis factum fuisset, nostra auctoritate in irritum revocetur. Quumque praefatus H. citatus a Norwicensi episcopo, qui suas et Londoniensis episcopi vices gerebat, coram eo literas tacita veritate impetratas diceret, metuens executionem sententiae fieri, Norwicensem episcopum suspectum habens, cui praefatus R. multa familiaritate coniunctus, ut qui Londoniensis episcopi nepos erat, et eius panem quotidie comedere dicitur, ad nos appellavit. Unde quoniam propria fraus nulli debet prodere aut patrocinium ministrare, nos insipientes literas nostras²⁹⁾ quod propter abrasionem³⁰⁾ illam iudicari falsae non possunt, nec etiam³¹⁾ haberi suspectae, praesertim quum et³²⁾ privilegia in possessionibus³³⁾ abradantur, et litterae in narratione facti³⁴⁾, si erratum est³⁵⁾, possunt³⁶⁾ incunctanter abradi.

CAP. IV.³⁷⁾

Redarguenti privilegium de falso, index faciet illud exhiberi coram iudice et paucis, et in loco congruo et securo, et interim stabitur sententiae laetiae per illud.

Idem Eboracensis Archiepiscopo.

Accepimus literas, quas "dilectus filius noster R."³⁸⁾ abbas³⁹⁾ sancti Augustini contra "venerabilem fratrem nostrum" Cantuariensem archiepiscopum "apostolicae sedis legatum" transmisit⁴⁰⁾. (Et infra:) "Nos igitur attendentes, tempus ad prosequendam appellationem praescriptam nullatenus expectandum," Quum pri-

viligia non inspecta non valeant⁴¹⁾ argui falsitatis, et difficile sit et periculosum, ea apud sedem apostolicam exhiberi⁴²⁾, praecipimus, ut vel⁴³⁾ exhibeantur "privilegia" eidem⁴⁴⁾ archiepiscopo in claustris praedictorum⁴⁵⁾ fratrum, vel in alio loco "ipsis" congruo et "illis" securo "ad arbitrium vestrum" usque ad Nativitatem proximam sancti⁴⁶⁾ Iohannis Baptistae. Si vero nec venerit, nec sufficientem responsalem miserit, ei⁴⁷⁾ "suisque successoribus" perpetuum silentium imponatis ipsa ulterius arguendi. Interim autem nolumus illa privilegia vacillare: sed praecipimus, sententiam, quae eorum obtentu⁴⁸⁾ super statu monasterii lata est, inviolabiliter observari. (Et infra:) Iubemus etiam⁴⁹⁾, ut archiepiscopum in inspectione⁵⁰⁾ privilegiorum XII. hominum numero faciatis⁵¹⁾ esse contentum. "Sententiam quoque, etc."

CAP. V.⁵²⁾

Instrumentum vel privilegium, quo quis utitur coram iudice, adversario integraliter legi non debet, sed solum illud capitulum, de quo agitur, edi debet.

Coelestinus III.⁵³⁾ Abbati sancti Secundi.⁵⁴⁾

Contingit⁵⁵⁾ interdum, ut dictis⁵⁶⁾, quod quodocunque⁵⁷⁾ cum aliquo item⁵⁸⁾ habetis⁵⁹⁾, "et" privilegium vestrum⁶⁰⁾ adversae parti cogimini⁶¹⁾ plenius exhibere, unde⁶²⁾ accidit, quod "forte" occasione unius capituli, super quo convenimini, plurima⁶³⁾ litigia suscitantur⁶⁴⁾, "et sic aemuli multarum cavillationum argumenta recipiunt, quibus pacem et tranquillitatem vestram impugnant. Quia igitur nostra interest iurgis obviare suscitandis, et suscitata decidere," Consultationi tuae⁶⁵⁾ taliter respondemus "et volumus," ut⁶⁶⁾, quodocunque⁶⁶⁾ super exhibendo privilegio, vel indulgentia seu instrumento fueritis requisiti, praesente iudice, aut aliquibus prudentibus viris deputatis ab ipso "iudice," audiente parte contraria, tantummodo recitetur ita, quod "privilegium ad transcribendum nullo modo tradatur; verum" si super uno tantum "privilegii" capitulo quaestio fuerit, illud "capitulum" solummodo⁶⁷⁾ rescribatur⁶⁸⁾, et adversae parti copia eius fiat.

CAP. VI.⁶⁹⁾

Instrumentum publica manu non confectum, habens sigillum, cuius litterae non sunt legitimes vel scripturae deletae, vel enormem patitur fracturam, non probat. Hoc dicit, prout magis facit ad titulum. Et est causae quodammodo et notabilis pro istis sigillis antiquis. Paorm.

Innocentius III. Mediolanensi Archiepiscopo.⁷⁰⁾

Inter dilectos filios⁷¹⁾ G.⁷²⁾ abbatem santi Donati⁷³⁾ de Scozula⁷⁴⁾ "ex una parte nomine monasterii" et "W." B.⁷⁵⁾ "Mediolanensem canonicum" procuratorem tuum "nomine Mediolanensis archiepiscopatus ex altera" super subiectis articulis diu fuit⁷⁶⁾ in nostro auditorio litigatum. Petebat siquidem "dictus" abbas nomine monasterii sui⁷⁶⁾ a praefato procuratore tuo nomine Mediolanensis ecclesiae restitui monasterio memorato portum Scozulae⁷⁷⁾ "sive Sexti," cum honore, districtu⁷⁸⁾ et iurisdictione loci praefati "et castellanias," dicens, ad monasterium haec omnia pertinere, hoc ipsum dicens de hominibus⁷⁹⁾, qui habitant in curte Berunensis⁸⁰⁾ et tenent res monasterii "memorati, scilicet" in Gralia⁸¹⁾, "Carpuneno, Vesterpeno, Cadompleno, Baveno et Insula superius, Bolgerate ac Lisia. Petens etiam ut Mediolanensis archiepiscopus cessaret ab inquietatione hominum, qui habitant in

Cap. II. 9) add.: instrumenta: C. R. 1. — 10) apparuerit: Cass. — 11) quae: Comp. I. Aug. — 12) possunt: Böhm. — possit: Cass. — 13) videtur: C. R. 1., Cass. — 14) Restitutum ex App. XLIX. 3., Luc. ap. Bal. III. 373., Comp. II. h. t. c. 1. — 15) Alex. III. Vigorniensis et Coventrensis episc.: Luc. — 16) quas nobis vestra fraternitas destinavit: Luc., Comp. II. — 17) causa: Böhm. ex Cont. — quod in causa: Comp. II. — 18) H.: App. — Alanum: Comp. II. Aug. — Alanum: Ms. A. — 19) ita App. — Corda: Comp. II. Aug., Ms. B. — Ardeia: Ms. A. — Hille: Luc. — 20) Reinoldum: Comp. II. Aug. A. — 21) Ambitonon.: ib. — Ambitona: Ms. B., C. R. 2. — Camé.: Luc. — Cabiscia.: App. — et Ambitoria: Böhm. — 22) suscepisti: App. — suscepistis: Comp. II. — suscepissetis: Lips. — 23) praedictus: App., Luc. — 24) eorum: Comp. II., Böhm. — omittit: Luc. — sibi eas postulavit exhiberi: App. — 25) eas arguit falsitatis: App. — 26) quod: ead., Luc., Comp. II. — 27) sint: App. — 28) scripta sunt: C. R. — 29) Iure parochialis: App. — super parochia: Luc. — in iur. par.: Comp. II. Ms. A. — 29) didicimus: Comp. II. Ms. A. — et videntes, quod per illam rasuram falsae non possent iud.: App. — 30) ob rationem: Comp. II. Ms. B. — seq.: illam: omittit: Luc. — 31) omittit: C. H. — 32) abest a Luc. — 33) add.: i. e. in nominibus possessionum: Comp. II. Ms. A. — 34) de facto: Luc., Comp. II. — si est de facto erratum: App. — 35) sit: C. L. — 36) possint: ib., App., Luc. — 37) Restitutum ex App. II. h. t. c. 2. — 38) Rannodus: Comp. II. Ms. A. — 39) add.: et fratres: Comp. II. Aug., Ms. A. — 40) miserit: Ms. id. — misit: Ms. B. — miserunt: Aug. — 41) valeat: Comp. II. Aug. — 42) exhibere: Comp. II. Ms. A. — 43) a te vel: C. H. — 44) quae archiep. duxerit (dixerit): Aug. arguenda in claustr.: Comp. H. — 45) praedicatorum: ead. Ms. A. — 46) beati: Comp. II. — 47) sibi:

Comp. II. Ms. B. — 48) eor. obt.: omittit: Comp. II. — 49) abest a C. R. H., Comp. II. Ms. B. — 50) arch. in insp. (susceptione): Ang. numerum excedere non sinatis; sed cum (eum. Ms. A. B.) XII. inter clericos et monachos faciatis esse contentum: Comp. II. — 51) facias: C. H. — 52) Restitutum ex App. II. h. t. c. 3. — 53) num. omittit: C. R. 2. — 54) Ferecundi: ib. — Facundi: C. L., Comp. II. — 55) Contigit: Comp. II. Ms. A. — 56) dicitis: Ms. B. — 57) quandoque: C. R. 1., Comp. II. Ms. B. — 58) add.: in causis: Comp. II. Aug., Ms. B. — 59) habentes: C. R. L. — 60) omittit: Comp. II. Ms. B. — nostrum: Ms. A. — 61) cog. demonstrare: Comp. II. Ms. B. — 62) inde: Ms. A. — 63) plurimum: Comp. II. Aug. Ms. A. — 64) suscitatur: C. R. 2., Comp. II. Ms. A. — 65) vestrae: C. R., Comp. II., quae add.: quam super hoc proposuistis. — 66) quod: C. H., Comp. II. Aug. — 67) quodocunque fueritis requisiti privilegium vestrum (nostrum): Ms. A.) seu quocunque indulgentiam exhibere, vel quodocunque instrumentum vestrum (nostrum): Ms. A.) aut praesente iudice: Comp. II. — 67) duntaxat: Comp. II. — 68) destrubatur: Cont., Böhm. — 69) Restitutum ex Reg. Bal. II. 37. — Comp. III. h. t. c. 1. — 70) Ph. archiep. Med.: Reg. — 71) add.: n. (i. e. nostros): Comp. III. Aug. — 72) omittit: C. R. 1. L. — W.: C. H. — Gerardum: Reg. — 73) S. Don.: omittit: Cont. — 74) Scozula: C. L. per tot. — Scozula: C. R. 2. — Scozula: C. R. 1. per tot. — 75) Baldum: Comp. III. Ms. — Baldum: Ang., Reg. — 76) fuerit: C. R. 2., Comp. III. Aug. — 77) S. Donati de Sexto: Comp. III., Reg. — 78) Scozulae: C. R. 2. — 79) et distr.: C. R. 1. — 79) omnibus: Comp. III. Aug. — 80) civitate Biven.: C. H. — Tvrbin.: C. R. 2. — Brune: C. R. 1. — Biven.: C. L. — Curcebu.: Comp. III. Ms. — Curcebu.: Aug. — curte Baveni: Reg. — 81) Gratia: C. R. 1. — Gravia: C. R. 2. — Granha: Böhm.

loco *Baveni super manso de curte*, de quibus monasterium obtinuerat in iudicio possessorio per sententiam episcopi Veronensis. *Item, ut cessaret ab inquietatione vicariorum, id est, communium et terrarum in territorio Sexti sive Scozulae et in eius castellania positarum, ab inquietatione quoque albergariae praedicti loci Scozulae sive Sexti, et illius etiam castellanitiae. Rursus, ut non inquietaretur monasterium antedictum in possessione vel quasi possessione piscariae totius aquae Tycini usque ad rariam Castelleti vel Pigaroli. Et* Haec⁸²⁾ omnia petebat cum omnibus fructibus inde perceptis, salvo in omnibus iure addendi vel diminuendi⁸³⁾, satagens *“multipliciter”* comprobare omnia, quae praemissa sunt, ad suum monasterium pertinere. Primo per privilegium Luitardi⁸⁴⁾ comitis, quondam episcopi Lucani⁸⁵⁾, qui monasterium ipsum fundaverat, et ei⁸⁶⁾, quae praemissa sunt, donaverat universa. Secundo per instrumentum sententiae Asperti⁸⁷⁾ quondam Mediolanensis archiepiscopi, quam ex delegatione Lodovici⁸⁸⁾ imperatoris tulit super his⁸⁹⁾, pro monasterio *“saepe dicto”* contra A.⁹⁰⁾ praefati Luitardi nepotem, qui super his monasterium molestabat. Tertio per privilegia Romanorum imperatorum et praesertim Henrici, qui praemissa omnia monasterio confirmabat, vel etiam conferebat⁹¹⁾. Quarto per instrumenta locationum, quas fecerant diversis personis abbates monasterii memorati. Testes quoque produxerat, per quos nitebatur probare, quod monasterium a L.X.⁹²⁾ annis et citra⁹³⁾, et a L. annis et supra *“tennerat et”* possederat⁹⁴⁾ *“omnia”* supradicta, et quod fama publica erat, ea omnia praefato monasterio a iam dicto Luitardo fuisse donata⁹⁵⁾. Sed contra privilegium donationis⁹⁶⁾ a procuratore tuo multa fuerunt⁹⁷⁾ obiecta. Primo, quia ibi maxime apparebat consumptum, videlicet in annotatione indicationis, ubi potuisset falsitas facilius deprehendi. Secundo, quia, quum charta vetustissima videretur, recentior apparebat scriptura, tanquam non illo tempore facta fuisset. Tertio, quia falsum sigillum vitiose videbatur appositum, eo, quod a⁹⁸⁾ media parte sigilli apparebat quaedam imago, non cum mitra in capite, sed cum pileo, nec induta pontificalibus, sed regalibus indumentis⁹⁹⁾, tenens in manu non baculum pastorem, sed quasi sceptrum regale, cuius facies non apparebat integra, sed dimidia, tanquam in illa¹⁰⁰⁾ medietate respiceret¹⁾ aliam mediam, quae tamen tota vacua remanebat. Sed quaedam imago videbatur ex ea fuisse deleta, quia cera in ea parte nec in colore, nec in planicie reliquae parti similibus apparebat. Unde non episcopi, sed imperatoris videbatur fuisse sigillum, quia²⁾ in una medietate Caesaris imaginem exprimebat, et in altera medietate³⁾ praesumebatur vel filii vel coniugis imaginem habuisse. Nam et⁴⁾ in ipso sigillo nullae aliae litterae apparebant, nisi quae nomen proprium cum hac adiectione: *“Dei gratia, designabant. Sed quum proprium nomen ipsius episcopi fuerit⁵⁾ Luitardus, in nomine proprio, quod exprimebat sigillum, deletae fuerant⁶⁾ duae litterae, secunda, quae erat⁷⁾ inter „l“ et „t“, et sexta, quae fuerat inter „r“ et „v“, ita, quod, si secunda fuisset⁸⁾ „o“, et sexta fuisset „i“, procul dubio⁹⁾ non Luitardus, sed Lotharius legeretur. Quod etiam inde convinci¹⁰⁾ poterat, quod¹¹⁾ secundum dispositionem aliarum litterarum inter „l“, et „t“, nec erat spatium, nisi quod potuisset unam litteram continere, quum secundum integritatem huius¹¹⁾, nominis Luitardus¹²⁾ inter „l“ et „t“, duae litterae sint¹³⁾ diversae. Praeterea inter „r“, et „v“, tam modicum erat spatium, ut in eo nec¹⁴⁾ haec littera „d“, quae maius¹⁵⁾ occupat spatium, sed haec littera „i“, quae minimum occupat¹⁶⁾, videretur formata fuisse. Rursus quum cera sigilli ab interiori¹⁷⁾ parte vetustissima esset, cera, quae posita erat ab exteriori parte, quasi ad conservationem sigilli, recens erat et mollis. Quod quum diligenter investigatum fuisset, certo certius est compertum, quod sub vetusto sigillo charta fuerat¹⁸⁾ perforata, et per glutinum novae cerae, quae posita fuerat exteriori¹⁹⁾, quasi ad conservationem sigilli vitiose fuit²⁰⁾ ipsi chartae*

subiunctum. Eadem falsitatis specie²¹⁾, per vitiosam²²⁾ videlicet²³⁾ appositionem sigilli, cetera fere privilegia Romanorum imperatorum praeter privilegium Henrici vel falsa reperta sunt, vel falsata. Sed et ipsum Henrici privilegium ad fidem instruendam²⁴⁾ non videbatur sufficere, quia nec erat publica manu confectum, nec sigillum habebat authenticum, eo, quod erat ex media fere²⁵⁾ parte consumptum, nec plus de nomine proprio, nisi ultima medietas, videlicet „icus“, nec de ceteris literis²⁶⁾, nisi haec²⁷⁾ adiectio: *“Dei gratia”* apparebat²⁸⁾, ita, quod ex literis ipsis non magis poterat comprobari fuisse sigillum Henrici, quam Lodovici. Instrumentum quoque sententiae multis modis inveniebatur suspectum, tum quia in ipso quaedam apparebant liturae, tum quia subscriptio notarii videbatur manus alterius fuisse²⁹⁾, quam subscriptio³⁰⁾ instrumenti; quum tamen notarius in subscriptione³¹⁾ profiteretur, se instrumentum manu propria conscripsisse. Littera quoque recentior videbatur, quam charta, et aqua videbatur encaustum infectum, ut antiquius appareret. In omnibus autem³²⁾ imperialibus privilegiis, quae posteriora fuerant³³⁾, nulla *“prorsus”* est³⁴⁾ habita mentio de illa sententia, quamvis in eorum aliquibus mentio facta fuerit³⁵⁾ Luitardi, qui dicebatur donationem fecisse. Porro si legitimum esset *“et verum”* instrumentum sententiae, per illam tamen sententiam nullam Mediolanensi archiepiscopatu praedictum poterat generari, quum³⁶⁾ ipsa sententia lata fuerit³⁷⁾ inter alios, et res inter alios acta alii³⁸⁾ non praedictet. Nec attestaciones, quae continebantur³⁹⁾ in instrumento sententiae, per quas legitima donatio Luitardi videbatur esse probata, poterant⁴⁰⁾ eidem archiepiscopatu documentum aliquod irrogare, quum inter alias personas, et in alio iudicio receptae fuissent. Cejeterum memorati⁴¹⁾ Henrici privilegium, quod⁴²⁾ non solum confirmationis, sed etiam donationis videbatur fuisse, unde⁴³⁾ rerum dominium donatarum intelligi forte poterat monasterio acquisitum *“et traditum”*, quamvis ex forma petitionis, quae in ipso privilegio declaratur, *“et quibusdam aliis verbis, quae ponuntur in ipso”*, confirmatorium *“tantum fuisse”* videretur⁴⁴⁾, ut⁴⁵⁾ tamen intelligatur eo modo, quo magis posset valere, distinguendum *“utique”* videbatur, ut idem Henricus alia donaverit, et alia confirmaverit, quum eadem legitime nequissent *“et”* confirmari pariter et donari; confirmari, tanquam prius⁴⁶⁾ habita et possessa: donari, tanquam tunc tradita et concessa. *“Donaverit, inquam, illa, quae ipse intra triam miliarium spatium monasterio concedebat; confirmaverit autem, quae prius ipsi monasterio concessa fuerant et donata, inter quae illa continebantur, quae deducta sunt in iudicium.”* Ac per hoc illa non poterant intelligi per privilegium illud donata, sed⁴⁷⁾ confirmata, quum iuxta legum⁴⁸⁾ sanctiones quod meum est ex alia causa meum fieri non possit, nisi desierit esse meum; *“praesertim quum pars monasterii mixta fuerit comprobare tum per privilegium concessionis, tum per instrumentum sententiae, quod illa legitime fuerint a Luitardo donata, et illi donationi per totum iudicium est mixta; unde post donationem huiusmodi eadem eidem non poterant redonari.”* Quum igitur⁴⁹⁾ privilegium Henrici confirmatorium tantum existiterit, saltem quoad illa, quae deducta⁵⁰⁾ sunt in iudicium, si principale non tenuit, nec accessorium, quod ex eo vel ob id dignoscitur esse secutum. *“Pari modo cetera privilegia Romanorum imperatorum, etiam si vera fuissent et sine suspicione, ad probationem tamen inovalida probarentur.”* Per instrumenta vero locationis nec est utique⁵¹⁾ probata proprietas, nec *“etiam”* ad plenum⁵²⁾ possessio, quum *“iuxta legitimas sanctiones”* ad probationem rei propriae sive ad⁵³⁾ defensionem non sufficiat⁵⁴⁾ facta locatio. *“Licet autem his et aliis modis saepedictus procurator tuus intentionem abbatis videretur elidere, cautumque sit in iure civili, quod actio non probante is, qui convenitur, etsi nihil praestiterit, obtinebit; ad ostendendam tamen evidentius iustitiam tuae partis, per testes videbatur probare, quod Mediolanensis archiepiscopus omnia, quae*

Cap. VI. 82) *Et haec*: C. L. — 83) *minnendi*: Comp. III., Reg. — 84) *Lucardi*: Comp. III. Aug. — 85) *Lincon*: C. R. 2. — *Licin*: C. R. 1. L. — *Ticinensis*: Comp. III., Reg. — 86) *ea*: Comp. III. Aug. — 87) *Alberti*: C. L. — 88) *Lodoici*: C. L., Comp. III. Ms., Reg. — *Ludovici*: Böhm. — 89) *de his*: Comp. III. Aug. — 90) *Nottingum*: Reg. — 91) *confirmabant vel etiam conferebant*: Comp. III. — *confirm. et conferebant*: Reg. — 92) *XL*: Comp. III. Aug. — 93) *ann. infra*: Reg. — *ann. et infra*: C. R. H. L., Comp. III. — 94) *possidebat*: C. H. — 95) *praedictio non. a dicto Luit. donata*: ib. — 96) *donatoris*: Comp. III. Aug. — 97) *fuerunt*: C. R. 2. — 98) *omitt. C. R. 1.* — 99) *omitt. C. R. 1.* — *omitt. C. R. 1.* — *omitt. C. R. 1.* — 100) *alia*: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 1) *reciperet*: Comp. III. Aug. — *seq. medium*: *omitt. Comp. III., Reg.* — 2) *quod*: C. R. L., Comp. III., Reg. — 3) *omitt. Comp. III. Aug.* — 4) *abest a Comp. III. Aug., Cont., Böhm.* — 5) *fuit*: Comp. III. Aug. — 6) *fuerunt*: C. H. — 7) *fuerat*: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 8) *proculdub.*: *omitt. C. R. 1. L.* — 9) *conici*: Comp. III. — *cognosci*: C. R., Reg. — 10) *quia*: C. R. L., Comp. III. Ms., Reg. — 11) *huiusmodi*: Comp. III. Ms. — 12) *Luitardi*: C. R. 1. — 13) *sunt*: C. R. 2. — 14) *non*: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 15) *magis*: C. R. 2.

— 16) *add. spatium*: ib. — 17) *inferiori*: ib. — 18) *fuit*: C. L. — 19) *superius*: C. R. 1. — 20) *fuerit*: ib. — 21) *Eandem . . . speciem*: ib., Comp. III. Aug. — 22) *perniciosam*: C. L. — 23) *scilicet*: C. H. — 24) *instruendam*: C. R. 2. H. L., Comp. III., Reg. — 25) *omitt. C. R. 1.* — 26) *abest a C. H.* — 27) *nec haec*: Comp. III. Ms. — 28) *comparabat*: C. R. 2. L., Comp. III., Reg. — 29) *abest a C. H.* — 30) *conscriptio*: Reg. — 31) *add. sua*: C. R. 2. — 32) *etiam*: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 33) *fuerant*: Comp. III. Ms. — 34) *erat*: C. R. 2. — *fuit*: Comp. III. Aug. — 35) *fuerat*: C. H. L., Comp. III. — 36) *dum*: Böhm. — 37) *fuerat*: Comp. III. Aug. — 38) *alii*: C. R. 1. H. — 39) *continentur*: C. L. — 40) *poterat*: C. L., Comp. III. Ms. — 41) *memoratum*: Comp. III., Reg. — *praemittit*: *per*: Aug. — 42) *abest a C. H.* — 43) *omitt. Comp. III. Aug.* — 44) *videretur fuisse ex quibusdam verbis, quae proponuntur ab ipso, ut tamen*: C. H. — 45) *omitt. Comp. III. Aug.* — 46) *omitt. C. H.* — 47) *add. etiam*: C. L. — 48) *legitima*: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 49) *ergo*: Comp. III., Reg., Cont., Böhm. — *seq. priv. Henr.*: *omitt. Comp. III., Reg.* — 50) *ducta*: C. R. 1. — *inducta*: Aug. — 51) *utrique*: Böhm. — *utrumque*: C. H. L., Comp. III., Reg. — 52) *plene*: Comp. III., Reg. — 53) *omitt. ib.* — 54) *sufficiet*: Comp. III. Aug.

praemissa sunt, a sexaginta annis infra possederat inconcusse. Verum contra praescriptiones huiusmodi dictus abbas interruptionem medii temporis civilem pariter et naturalem obiecit. Olim enim Gozorio quondam comite a Frederico imperatore super his iudice delegato, quum post citationes legitimas Mediolanensis archiepiscopus se contumaciter absentasset, pro monasterio fuit lata sententia, et ipsius nomine corporalis possessio assignata, quam per sex annos et amplius habitam in bello Mediolanensem asserebat amissam; per quod allegabat praescriptionem civiliter et naturaliter interruptam. Porro ad exceptionem praemissam suspensio procurator tuus taliter replicabat, quod bonae memoriae Ioannes Anagninus sanctae Mariae in porticu diaconus cardinalis, postea sancti Marci presbyter, et tandem episcopus Praenestinus, tunc apostolicae sedis legatus, attendens quam barbarica feritate et insatiabili odio ecclesiam et civitatem Mediolanensem Fredericus imperator funditus vellet evertere atque in supremam redigere servitutem, quicquid ipse vel aliquis iudex seu ministerialis eius in ecclesiis, clericis vel cives Mediolanenses statuerant tempore illo, in irritum revocavit. Cuius factum felix recordationis Alexander Papa praedecessor noster approbans confirmavit, unde quod a praefato comite factum fuerat in odium Mediolanensium, quos dictus imperator acris infestabat, Mediolanensi ecclesiae praemissa ratione non poterat praecidendum generare. Porro rationem huiusmodi pars adversa frivolum reputabat, quum factae causae nulla iuris constitutione fieri possint infectae. Quum autem super his, quae praemisimus, in nostra et fratrum nostrorum praesentia fuisset diutius litigatum, quia legitime probata non fuerant, ea, quae petebantur ad monasterium pertinere, de communi fratrum nostrorum consilio ab impetitione ipsius praefatum procuratorem tuum nomine tuo et Mediolanensis ecclesiae sententialiter duximus absolvendum, quoniam, quum obscura sunt iura partium, consuevit contra eum, qui petitur est, iudicari. Super manso vero etc. Dat. Lat. XVI. Kal. Maii. [1199.]

CAP. VII.⁵⁵⁾

Non valent literae super absoluteione voti per cruce signatos impetratae tacito veritate vel expressa falsitate.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Quod super his (Et infra: [cf. c. 8. de voto III. 34.]) Quaesivisti praeterea, quid agere debeas circa cruce signatos⁶⁰⁾, qui dicentes, se ab apostolica sede redire, super absoluteione sua ignota cardinalium sigilla reportant, quum eis super impedimentis expositis non fuisset de levi credendum. Ad quod tibi respondemus⁶¹⁾, quod, quum nos, si quandoque⁶²⁾ talibus literas apostolicas indulgemus, illis⁶³⁾, qui personas et facultates eorum plenius noverunt⁶⁴⁾, hoc modo⁶⁵⁾ scribimus⁶⁶⁾, ut super impedimentis expositis inquisita diligentius veritate, statuatur circa illos quod animarum saluti et succursui terrae sanctae magis noverint expedire, providentes attentius⁶⁷⁾, sicut superius continetur, ne quid in fraudem⁶⁸⁾ voti fallaciter confingatur; unde⁶⁹⁾, si tales per suppressionem veritatis aut falsitatis expressionem literas non solum cardinalium, sed etiam nostras⁷⁰⁾, nec⁷¹⁾ solum dubias, sed etiam⁷²⁾ certas constitit impetrasse, carere volumus impetratis, et, eis non⁷³⁾ obstantibus, ad voti executionem vel redemptionem compelli praecipimus, appellatione remota, sicut superius est expressum.

CAP. VIII.⁷⁴⁾

Si de extravaganti dubitatur, an decretalis sit authentica, aut est iuri consona, et tunc indicatur secundum illum; aut dissona, et tunc Papa consultitur.

Idem Heliensi Episcopo.

Pastoralis (Et infra: [cf. c. 28. de off. iud. del. I. 29.]) Quae-

sivisti etiam, quibus iudiciis fides habenda sit decretalibus, de quarum auctoritate iudex potest non immerito dubitare, quum plures inveniantur in compilatione scholarium, et allegentur in causis, de quibus per bullam non constitit, nec ipsae per metropoles insinuae fuerunt. Quia igitur saepe contingit, quod etiam coram nobis decretales huiusmodi proponuntur, quas esse authenticas dubitamus, fraternitati tuae benignius respondentes, Auctoritate praesentium duximus statuendum, ut, quum aliqua decretalis, de qua iudex merito dubitet, allegatur, si eadem iuri communi sit consona, secundum eam non metuat iudicare, quum⁷⁵⁾ non tam ipsius, quam iuris communis auctoritate procedere videatur. Verum si iuri communi sit⁷⁶⁾ dissona, secundum ipsam non iudicet, sed superiorem consulat super ea.⁷⁷⁾ Quoniam autem etc. [cf. c. 4. de exc. II. 25.] Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Ian. [1204.]

CAP. IX.⁷⁸⁾

Post publicatas attestaciones usque ad conclusionem possunt instrumenta produci. Hoc primo. Consuetudo loci facit instrumentum authenticum. Hoc secundo.

Idem Episcopo sancti Andreae et Abbati de Broch.⁷⁹⁾

Quum dilectus (Et infra: [cf. c. 6. de arb. I. 43.]) Ad secundam autem quaestionem taliter duximus respondendum, quod utraque⁸⁰⁾ pars potest instrumenta⁸¹⁾ etiam post publicationem attestacionum usque ad definitivae sententiae calculum exhibere, antequam sit⁸²⁾ in causa conclusum. Super tertio vero articulo⁸³⁾ taliter respondemus, quod inquiratis diligentius veritatem, et, si consuetudo illius patriae obtinet approbata, ut instrumentis illius regis fides adhibeatur in talibus, vos ea⁸⁴⁾ secure poteritis admittere, praesertim quum supradictus rex tantae fuerit honestatis, quod ipsius instrumenta maximae auctoritatis sint in partibus Scoticanis⁸⁵⁾. Ad quartum etc. [cf. c. 6. de causa poss. II. 12.] Dat. Lat. XVI. Kal. Apr. Ao. X. [1207.]

CAP. X.⁸⁶⁾

Falsitas instrumenti, vel quod deest instrumento, probari potest per testes.

Idem Petro Civi Viterbiensi.⁸⁷⁾

Quum Ioannes Eremita a te centum triginta⁸⁸⁾ libras Senenses⁸⁹⁾ ex causa mutui coram Donadeo⁹⁰⁾ et Ioanne iudicibus Viterbiensibus⁹¹⁾ petiisset, et tu⁹²⁾ ex adverso proponeres⁹³⁾, quod, quum idem Ioannes in centum et octoginta libris⁹⁴⁾ tibi pro pretio domus, quam eidem⁹⁵⁾ vendideras, teneretur⁹⁶⁾, centum triginta libras ex illis non immerito in mutuo debebat⁹⁷⁾ compensare. Tandem quum super hoc et⁹⁸⁾ quibusdam aliis articulis inter vos fuisset aliquamdiu litigatum, eadem⁹⁹⁾ iudices, utriusque partis rationibus intellectis et diligenter inspectis attestacionibus, et publicatis¹⁰⁰⁾ instrumentis, te sententialiter condemnaverunt, ut eidem Ioanni praedictae domus possessionem vacuum traderes, et a creditoribus¹⁰¹⁾ liberatam. (Et infra:) Quum igitur¹⁰²⁾ ab hac sententia ad nostram duxeris¹⁰³⁾ audientiam appellandum, et nos tam tibi, quam praedicto¹⁰⁴⁾ Ioanni dilectum filium nostrum¹⁰⁵⁾ T. subdiaconum et¹⁰⁶⁾ capellanum nostrum dederimus audirem, ex parte tua fuit propositum coram eo, supradictae¹⁰⁷⁾ domus conditionem non puram, sed conditionalem potius existisse, ac nullatenus te teneri ad traditionem ipsius, quatuor nihilominus testibus ad hoc probandum inductis, quod, etsi novum¹⁰⁸⁾ esset capitulum, pendebat tamen ex veteri, qui iurati deposuerunt¹⁰⁹⁾, se interfuisse contractui inter te et praedictum Ioannem super eadem¹¹⁰⁾ domo, posita in ecclesia¹¹¹⁾ S. Blasii, celebrato, pro qua centum octoginta librarum pretium tibi fuerat constitutum, tali videlicet adiecta conditione, ut tu domum ipsam¹¹²⁾ inhabitates libere in

Cap. VI. 55) quae: ib. — 56) probatum non fuerat: Reg. — 57) petebant: Comp. III. Aug. — 58) abest ab ead.

Cap. VII. 59) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — cf. Rain. ap. Bal. I. 600. — 60) illos: Comp. III. Rain. — 61) fraters. tuae duximus respondendum: ib. — 62) quando: C. H. L., Comp. III., Rain. — 63) vel qui: Comp. III. Aug. — qui illis: Ms. — 64) noverint: Comp. III. — co-goverint: Rain. — 65) hoc n.: omitt. Rain. — 66) scribimus: Comp. III., Rain. — 67) omitt. C. R. I. L. — 68) fraude vol. f. constringitur: Comp. III. Aug. — 69) omitt. Comp. III., Rain. — 70) et nostr.: ib. — 71) non: Comp. III. Aug. — 72) et cert.: C. H., Comp. III., Rain. — 73) in nullo prorsus: Comp. III., Rain.

Cap. VIII. 74) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 169. — Comp. III. h. t. c. 3. — 75) verbi: quum... videtur: omitt. Reg. — 76) videatur: Comp. III. — 77) ipsam: Comp. III. Aug. — ipsa: Ms. Reg.

Cap. IX. 78) Restitutum ex Reg. Bal. X. 31. — Comp. III. h. t. c. 3. — 79) Herich: C. R. I. — Bruch: C. L. — episc. S. Andreae et abb. de Broch (Boroch: Ms.), T. priori R. archidiacon. et magistro B. (L.: Ms.) officiali S. Andreae: Comp. III. — inscr. Reg. vide in adn. ad c. 6. de arb. I. 43. — 80) utralibet: C. R. I. H. L., Comp. III., Reg. — 81) instrumen-

tum: Cont., Böh. — add.: sua: C. R. 2. — 82) fuerit: Comp. III., Reg. — 83) capitulo: Reg. — 84) instrumentum: Comp. III. — praefatum instrumentum: Reg. — 85) Scoticanis: C. R.

Cap. X. 86) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. un. — 87) B. civi Viterbiensi: C. H. — Biterinens.: Comp. IV. Ms. B. — 88) et trig.: Comp. IV. Aug., Böh. — 89) omitt. Comp. IV. — 90) Donato: C. R. 2. — Donado: C. H. — 91) Biterbiens.: Comp. IV. Ms. B. — 92) ipse: Comp. IV. Aug., Ms. B. — ipse tamen: Ms. A. — 93) proponeres: C. H. — proponeret: Comp. IV. Ms. B. — 94) abest a Comp. IV. Ms. A. — 95) ei: ib. — 96) teneatur: C. R. I. — 97) debeat: Comp. IV. Ms. A. B. — 98) ac tam super his, quam super quibusd. aliis (omitt. Ms. A.) art.: Comp. IV. — 99) publicis: ib. — 100) et eam a cred.: C. H. — 101) ergo: Comp. IV. Aug. — 102) fuerit: . . . appellatum: Comp. IV. Ms. A. — 103) eidem: Comp. IV. Ms. Aug. — dicto: Ms. A. B. — 104) I. C.: C. L. — Te.: Comp. IV. Aug., Böh. — 105) omitt. C. L. — 106) praedictae: C. H. — supradictum: Comp. IV. Ms. A. B. — 107) notum: Comp. IV. Ms. B. — 108) dixerunt: C. H. — deposuerunt: Comp. IV. Ms. A. — 109) omitt. Comp. IV. — 110) ita restit. ex Comp. IV. Ms. A. — hora: Aug., Ms. B. — leg. vid.: ora. — 111) omitt. C. R.

vita tua, et post obitum tuum M. et R.¹¹⁾ natis tuis, eiusdem Ioannis nepotibus, remaneret. Cuius conditionis intuitu domum ipsam eidem Ioanni pro minori pretio vendidisti, quum a G.¹²⁾ Morandi¹³⁾ pro ipsa dupentas libras potnissas habere; anni¹⁴⁾ vero, mensis et diei, quo venditio facta fuit¹⁵⁾, iidem testes se dixerunt minime recordari. Dicitur vero Ioannes venditionem "ipsam" non conditionalem, sed puram proposuit existisse, ad hoc probandum publicum exhibens instrumentum "anno¹⁶⁾ dominicae incarnationis MCCVI. mense Novembri die quarto confectum; in quo profitebaris, te propria voluntate vendidisse ac tradidisse domum ipsam eidem Ioanni Eremitae, et postea CLXXX. librarum pretium recepisse." Tabellionem quoque¹⁷⁾, qui confecerat instrumentum, et unum ex¹⁸⁾ testibus in instrumento subscriptis ad id¹⁹⁾ probandum induxit²⁰⁾. "Sed licet tabellio venditionem puram existisse firmavit, prout in serie instrumenti continetur, et etiam testis asseruit venditionem esse factam, utrum tamen sub conditione vel pure fuerit contractus initus, dixit se minime recordari." Porro quum dubitatio fuisset exorta, utrius²¹⁾ deberet probatio praevaleere, pro tua fuit parte propositum, quia, etsi "secundum legitimas sanctiones" eandem vim obtineant instrumentorum fides et depositiones testium in litibus exercendis, non tamen quolibet instrumentum tanti debet esse momenti, ut trium vel plurium idoneorum testium depositionibus praerferatur²¹⁾. "Satis est etenim, si propter tabellionis auctoritatem, qui suum officium fideliter adimplere praesumitur, quum ad hoc ex iuramento teneatur, tanta fides adhibetur instrumento confecto, quanta foret duobus idoneis testibus adhibenda. Sed quum per quatuor testes omni exceptione maiores fuerit manifeste probatum, supradictam venditionem fuisse conditionaliter celebratam, eorundem depositiones asseruisti instrumento merito praerferendas." Ad hoc autem idem Ioannes ex adverso respondit, quod, quum²²⁾ intentionem suam per iam dictum fundaverit instrumentum, "cui fides est indubitata adhibenda, quum nec cancellatum, nec abolitum, nec corruptum sit in aliqua parte usi," ac tu in modum exceptionis venditionem ipsam non pure, sed conditionaliter celebratam esse²³⁾ proponas²⁴⁾, nec per testes ad hoc a te²⁵⁾ inductos de certo fuerit²⁶⁾ tempore facta fides, et ideo non apparet, quod super illa venditione deponant, quam constat per dictum²⁷⁾ instrumentum determinato tempore fuisse contractam, huiusmodi probatio videbatur inefficax ad intentionem contrariam elidendam. Verum responsionem istam esse²⁸⁾ proponebas invalidam, quoniam, quum utraque pars a nobis interrogata fuisset²⁹⁾ in iure confessa, quod unica tantum venditio super domo contracta fuerit³⁰⁾, et ex depositionibus testium liquet, venditionem conditionalem³¹⁾ fuisse, ex utriusque³²⁾ confessione colligitur, eiusdem³³⁾ domus venditionem conditionalem existisse³⁴⁾, non puram, non obstante, quod ipsa interrogatio facta fuerit, postquam a partibus exstitit in causa conclusum, quum iudex, qui³⁵⁾ usque ad prolationem sententiae debet universa rimari, possit³⁶⁾ interrogare de facto, quotiens dubitationis aliquid occurrit³⁷⁾. "His ergo et aliis tam coram nobis, quam coram dicto capellano propositis et plenius intellectis," De consilio fratrum nostrorum pronunciamus³⁸⁾, venditionem praedictae domus fuisse conditionaliter celebratam, et te ob hoc³⁹⁾ nullatenus⁴⁰⁾ obligatum ad traditionem ipsius, super hoc memorato Ioanni silentium imponentes "perpetuum." Sententiam vero iudicum praedictorum⁴¹⁾, qui⁴²⁾ alias iuste pronunciasse noscuntur, quum huiusmodi exceptio coram ipsis nec probata fuerit nec obiecta, quoad dictum capitulum⁴³⁾ infirmamus, eam quoad⁴⁴⁾ alios articulos auctoritate apostolica⁴⁵⁾ confirmantes.

Cap. X. 11) M. et F.: C. R. 1. — M. et A.: C. R. 2. — Mattheo et R.: Comp. IV. — 12) G. filio: C. L. — 13) Mouldi: Comp. IV. Ms. A. — Monaldi: Aug. — Ricardi: Ms. B. — 14) anni . . . recordari: omitt. Comp. IV. Ms. A. — 15) fuerat: Comp. IV. Aug. B. — 16) anno . . . confect.: omitt. Comp. IV. Ms. A. — a. d. i. M. C. VIII. VI. mense Novembri die quarto: Ms. A. — M. C. C. VIII. VI. mense Novembri die qu.: Aug. — 17) vero: C. H., Comp. IV. Aug. — 18) de: C. H. — 19) idem: Comp. IV. Ms. A. B. — 20) induxerit: C. R. 1. — 21) utra: Comp. IV. Aug. — utriusque debet dubitatio: Ms. A. — 21*) praerferatur: Comp. IV., Cont., Böh. — 22) Ad hoc autem fuit ex adverso responsum, quod quum idem lo. intentionem: Comp. IV. — 23) omitt. C. R. H. L., Comp. IV. — 24) asseris: Comp. IV. — 25) a te: omitt. ead. — 26) fuit: Comp. IV. Ms. A. — 27) abest a Comp. IV. — 28) istam esse: omitt. C. H. — esse: abest a Comp. IV. — 29) fuerit et: Comp. IV. — 30) fuit: C. H. — 31) conditionaliter celebratam: Comp. IV. Aug. — verb. seq.: ex utr. . . non pur.: omitt. Ms. B. — 32) add. partis: C. R. 1. — 33) eandem: Comp. IV. Aug. — eiusd. dom. vend.: omitt. Ms. A. — 34) fuisse: Comp. IV. Aug., Ms. A. — seq. non pur.: omitt. ib. — 35) omitt. Comp. IV. — 36) et poss.: Comp. IV. Aug. — ut poss.: Ms. A. B. — 37) occurrerit: Comp. IV. Aug. — 38) pronunciamus: ib. — 39) ob hoc: omitt. C. R. H. L., Comp. IV. — 40) nullo modo: Comp. IV. — 41) priorum: Comp. IV. Ms. A. — 42) quam: C. L. — quam in pron.: Comp. IV. Aug. — quam inde pron.: Ms. B. — quam in te alias iuste pron.: Ms. A. — 43) articu-

CAP. XI. 46)

Defectus literae non vitiat rescriptum.

Honorius III. 47)

Ex parte carissimae in Christo filiae B.⁴⁶⁾ quondam Anglorum reginae fuit propositum "coram nobis, quod, quum nobilis vir W. de Guerschia Nannetensis, Redonensis et Andegavensis diocesis ipsam castro de Segreio, ad eam ratione sui dotallitii pertinente, pro suae voluntatis arbitrio spoliavit, et ipsa super hoc contra eum a bonae memoriae I. Papa praedecessore nostro ad nos literas impetraret," Quia⁴⁷⁾ rescriptum apostolicum pro eo⁴⁸⁾, quod in hac dictione: „spoliavit,” haec figura „o“ deerat, asserit vitiosum, "licet iam a nobis tres citationes vel quatuor emanassent: vos tamen, admissis huiusmodi exceptionibus frivolis, in ipso negotio procedere distulistis. Nos ergo de discretione vestra non modicum admirantes, quum per praecedentia etiam subsequencia intelligantur, licet ex scriptoris vitio vel occupatione praedictum „o“ fuerit omissum, satis vobis potuerit de mandatoris intentione constare, nec eius mandatum in ipsius obitu expiraverat, eo, quod res integra iam non erat, ac volentes, ut finis litibus imponatur, discretioni vestrae per apostolica scripta" Mandamus, quatenus hoc⁴⁹⁾ non obstante in negotio ipso "iuxta priorum continentiam literarum, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo," ratione praevia procedatis.

CAP. XII.

Licite appellatur a iudice, qui parti hoc petenti non facit edi communia instrumenta.

Gregorius IX. Priori sancti Bartholomaei et⁵²⁾ Decano de Arcubus Londoniensibus.⁵³⁾

G. perpetuus vicarius ecclesiae de Rechan⁵⁴⁾ nobis exposuit, quod, quum prior et conventus de Ledis⁵⁵⁾ eum super decimis coram iudicibus auctoritate apostolica convenissent, et dictus G. super similibus coram ipsis⁵⁶⁾ reconvenisset⁵⁷⁾ eosdem, quia dicti iudices copiam quorundam instrumentorum communiu, quae habebat pars altera, et⁵⁸⁾ per quae intendebat intentionem suam super principali fundare, fieri non faciebant eidem hoc cum instantia postulanti, nostram audientiam appellavit. Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, revocato in statum debitum, etc.

CAP. XIII.

Scripturae contrariae ab eodem productae fidem non faciunt.

Idem. 59)

Imputari ei potest, qui contrarias inter se scripturas in iudicio protulit, fidem⁶⁰⁾ sibi adinvicem derogantes, quum in ipsius fuerit potestate quam voluerat⁶¹⁾ non proferre.

CAP. XIV. 61*.)

Si in instrumento debiti exprimitur causa, condemnatur debitor, nisi probet indebitum. Si non exprimitur, necesse est, ut creditor probet, id fore debitum.

Idem.

Si cautio, quam a te indebite proponis expositam, indeterminate loquatur, adversarius tuus tenetur ostendere debitum, quod continetur in ea. Sed si causam, propter quam huiusmodi scriptura processerit, expresseris in eadem, confessioni tuae statur, nisi probaveris, te id indebite promississe.

lum: C. H., Comp. IV. Aug. — 44) Sed quoad alios approbandam duximus, et auctoritate ap. confirmandam: Comp. IV. — 45) auct. ap.: omitt. C. R. 1. H. L.

Cap. XI. 46) Restitutum ex Comp. V. c. 1. off. iud. del. I. 15. — cf. c. 15. de for. comp. II. 2. — 47) archiepisc., decano et archidiacon. Hituricens.: Comp. V. — 48) H.: C. L. — 49) Quia pars adversa, postulatis a nobis induciis deliberatoriis et obtentis, rescriptum . . . spoliavit (spoliavit: Ms.) . . . asserit vitiosum, proponens nihilominus, quod mandatum huiusmodi expiraverat mortuo mandatore etc.: Comp. V., Böh. — 50) ex eo: C. H. — 51) exceptione huiusmodi: Comp. V.

Cap. XII. 52) et dec. de Arc.: omitt. C. R. 1. — et dec. de T.: C. R. 2. — 53) omitt. C. R. — 54) Petham.: C. R. 2. — Rechen.: C. R. 1. — Rocham: C. L. — Rechan: Cont., Böh. (Rayneham?) — 55) Ledes: C. R. L. (leg. vid.: Ledis.) — 56) cor. ipsorum praesentia: C. R. 1. — 57) convenisset: ib. — 58) omitt. C. H.

Cap. XIII. 59) Idem in concilio generali: C. H. — 60) omitt. C. H. — 61) voluerit: C. R. H.

Cap. XIV. 61*) cf. fr. 25. §. 4. D. de prob. XXII. 3.

CAP. XV.

Auctoritate ordinarii potest notarius tabellionis mortui notus in publicam formam redigere.

Idem I. 62) Tabellioni.

Quum P. tabellio morte praeventus quaedam non perfecit 62) instrumenta, quae in nota 64) redacta fuerant ab eodem, ad petitionem eorum, ad quos pertinent, auctoritate ordinarii iudicia poteris ea fideliter in publicam formam redigere, habitura per hoc perpetuam firmitatem.

CAP. XVI.

Instrumentum exemplatum per tabellionem auctoritate ordinarii, eandem vim habet cum originali.

Idem.

Si instrumenta propter vetustatem vel propter 65) aliam iustam causam exemplari petantur, coram ordinario iudice vel delegato ab eo 66) specialiter praesententur. Qui si ea diligenter inspecta in nulla sui parte vitiosa repererit, per 67) publicam personam illa 68) praecipiat exemplari, eandem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura.

TITULUS XXIII.
DE PRAESUMPTIONIBUS.

CAP. I.

Sicut manifeste nocens est poenae obnoxius, ita et occultus, licet postea dicat, se ipso fecisse.

Salomon in Parabolis. 1)

Sicut noxius est, qui mittit lanceas et sagittas in mortem, ita vir, qui fraudulententer nocet amico suo, et, quum 2) fuerit deprehensus, dicit 3): ludens feci.

CAP. II. 4)

Ex violenta praesumptione fertur definitiva. Et est casus notabilis.

Idem. 4)

Afferte mihi gladium. Quumque attulissent "gladium coram rege" ait: Dividite 5) infantem vivum 6) "in duas partes", et date dimidiam partem uni, et dimidiam partem 7) alteri. Dixit autem mulier, cuius filius erat vivus, ad regem, (commota sunt quippe 8) viscera eius super filio suo 9): Obsecro domine, date illi infantem vivum, et non occidatur 10). E contrario alia 11) dicebat 12): Nec mihi, nec tibi sit, sed dividatur. Respondit rex et ait: Date huic infantem vivum, et non occidatur. Haec est enim mater eius.

CAP. III. 12)

Conversatio in adolescentia facit praesumptionem in senectute.

Hieronymus super Parabolis. 13)

„Ex studiis suis intelligitur puer.“ Quemcunque enim virtutibus studere cum 14) modestia continentiae additioni sapientum, "et" observantiae mandatorum Dei, "et" maxime 15) simplicitati et humilitati videris, huius munda "esse" et recta opera intellige. "Quem vero his contrarium etc."

CAP. IV. 16)

Praesumitur contra illum, qui dilationibus subterfugit iudicium.

Bonifacius Papa Episcopis Galliae. 17).

Nullus dubitat, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemad-

modum ut absolvatur, qui est innocens, quaerit, "sed astuta cavillatio eorum; quae versutus agendum credunt esse consiliis, nunquam innocentiae nomen accipiet." Constat enim de omnibus, quisquis se subterfugere iudicium dilationibus 18) putat. "Veniet etc. Dat. sub die Id. Iun. Monacho XI. V. C. Cons." [419.]

CAP. V. 19)

Qui ex duobus illatis alterum negat, reliquum affirmare praesumitur.

Gregorius in Homilia. 20)

„Nonne 21) bene dicimus "nos," quia Samaritanus es tu, et daemonium habes? Respondit Iesus: Ego daemonium non habeo. "Duo quippe ei illata fuerunt: unum negavit, alterum 22) tacendo concessit."

CAP. VI. 23)

Ex praeteritis praesumitur circa futura.

Idem Maximo Episcopo. 24)

Mandata coelestia efficacius gerimus, si nostra cum fratribus onera partiamur. Proinde 25) super cunctas ecclesias Siciliae te, "reverentissimum virum Maximianum fratrem, et coepiscopum nostrum" vices 26) sedis apostolicae ministrare decernimus, "ut quisquis illuc religionis habitu censetur, fraternitati tuae ex nostra auctoritate subiaceat, quatenus ei non sit necessarium pro parvulis ad nos causis tanta maris spatia transmeando pervenire. Sed si qua forsitan difficulta existunt, quae fraternitatis tuae iudicio nequaquam dirimi possint, haec solummodo nostrum iudicium flagitent, ut sublevati de minimis in causis maioribus efficacius occupemur." Quas "videlicet vices" non loco tribuimus, sed personae, quia ex transacta in te vita didicimus, quid "etiam" de subsequenti 27) conversatione tua praesumamus. "Mense Decembr. Indict. X." [592.]

CAP. VII. 28)

Ex vicinitate praesumitur notitia facti loci vicini.

Idem. 29)

Quosdam (Et infra:) Africa vero 30) qualiter mortalitate 31) et languoribus vastetur, quanto viciniore estis, "tanto" credo quod subtilius 32) cognovistis. "De oriente vero etc."

CAP. VIII. 33)

Praesumitur factum notum in vicino loco, quod est notum in remoto.

Idem Victori Episcopo.

Quanto "laetitiae nobis est fratres nostros cognoscere erga filios suos paterna caritate decenter esse sollicitos, tanto tristitiae deputamus, quando eos ab illicitis nec aliorum fratrum reverentia, nec sacerdotii praevalet consideratio temperare. Quam igitur gravis et aspera adversus fratrem nostrum Tegenses civitatis episcopum clericorum eius vel eorum, qui in sacro sunt ordine positi, sit querela, fraternitati tuae liquere non dubium est, quia" Latere te in vicino 34) non potuit, quod ad nos in longinquo pervenit. "Et quoniam etc."

CAP. IX. 35)

Ex praeteritis praesumitur circa futura.

Hieronymus super Osee.

„Scribam eis 36) multiplices leges meas.“ Ex prius datis, et 37) neglectis apparet, quod has negligit. 38)

Cap. XV. 62) Io.: C. R. 2. — 63) perfecerat: C. L. — 64) notam: Böhm.

Cap. XVI. 65) omitt. C. R. L. — 66) ipso: C. R. 2. — 67) et per: C. L. — 68) et: C. H.

TIT. XXIII. Cap. I. 1) Parab. XXVI. 18. seq. — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) tum: Comp. I. Ms. — 3) dicit: Comp. I. Aug.

Cap. II. 3) Restitutum ex 3 Reg. III. 24. seqq. sec. ed. Vulg. — Comp. I. h. t. c. 2. — 4) Idem in iudicio duorum mulierum: Comp. I. — 5) Dividite, inquit: Vulg. — 6) viv. inquit: Comp. I. Ms. — 7) omitt. Comp. I. — 8) autem: Comp. I. Ms. — quippe omnia: Aug. — 9) sup. fil. suo: omitt. C. H. — 10) et nolite interficere eum: Comp. I., Vulg. — 11) illa: C. R. 1., Comp. I., Vulg.

Cap. III. 12) Restitutum ex Hieron. (sive Beda) in Parab. XX. 21. — Comp. I. h. t. c. 4. — 13) Salomon in parabolis: Cont. — Hier. sup. parabolis: Comp. I. Aug. — 14) modestiae: orig. — 15) maximeque simpl. ac hum.: ib.

Cap. IV. 16) Restitutum ex Coll. Hisp. — Burch. I. 161., Iv. Decr.

V. 211: Comp. I. h. t. c. 5. — 17) Italicae: C. H. — 18) dilationis: Comp. I. Aug.

Cap. V. 19) Greg. Hom. XVIII. — Comp. I. h. t. c. 6. — 20) Greg. in Daniele: Comp. I. Ms. — 21) Ioan. VIII. 48. seq. — 22) et alt.: Comp. I. Aug. — aliud: Greg.

Cap. VI. 23) Restitutum ex Greg. I. Reg. II. 7. — Comp. I. h. t. c. 7. et c. 1. ds off. vic. I. 20. — 24) Maximiano ep. Syracusano: Reg. — 25) Deinde: Comp. I. Aug. L. 11. — 26) vicem: Comp. I. — 27) consequenti: C. H.

Cap. VII. 28) Restitutum (quantum oportuit) ex Greg. I. Reg. IX. 123. (A. 599.) — Comp. I. h. t. c. 8. — 29) Italicae patriciae et d. Ven.: Comp. I. Aug. — Ital. patr. et con. Ve.: Ms. — Domino Venantio patricio et Italicae iugalibus: Reg. — 30) autem: Reg. — 31) mortalibus languoribus: Comp. I. Aug. — 32) facilius: C. R. 1.

Cap. VIII. 33) Restitutum ex Greg. I. Reg. XII. 29. (A. 602.) — Comp. I. h. t. c. 9. — 34) vicino: Comp. I. Aug.

Cap. IX. 35) Gloss. ord. in Os. VIII. 12. — Comp. I. h. t. c. 9. — 36) ei: Vulg. — 37) omitt. Comp. I. — 38) negligenter: Gloss.

CAP. X.³⁹⁾

Efficacior probatio requiritur ab eo, qui probare vult illud, quod non est verisimile.

Alexander III. Decano Cassiensi.⁴⁰⁾

Quia verisimile⁴¹⁾ non est, quod H. presbyter⁴²⁾ personatum ecclesiae R. capellano concesserit, et ab eo eiusdem ecclesiae acceperit vicariam, provideat⁴³⁾ attentius, ne⁴³⁾ memorati W. super hoc probationem recipias⁴⁴⁾, nisi communis loci fama⁴⁵⁾ habeat, vel tales personae appareant, de quibus verisimile non⁴⁶⁾ sit, quod debeant deierare; quoniam saepe contingit, quod testes corrupti⁴⁷⁾ pretio facile inducantur⁴⁷⁾ ad falsum testimonium proferendum.

CAP. XI.⁴⁸⁾

Per cohabitationem ac famam de matrimonio et contractibus matrimonialibus ac aliis adinvenit probatur matrimonium. Panorm.

Idem Genuensi⁴⁹⁾ Archiepiscopo.

Illud quoque⁵⁰⁾ nihilominus ex tua inquisitione nobis innotuit, quod, quum⁵¹⁾ quaedam libera mulier per decepi annos et ultra⁵²⁾ cuidam servo scienter cohabitaverit, et ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipsumasserit suum non esse maritum⁵³⁾ pro eo, quod testes desponsationis non comparent. Verum⁵⁴⁾ vir⁵⁵⁾ eam vendicans in uxorem ostendit publicum instrumentum, in⁵⁶⁾ quo sese coniuges nominant⁵⁶⁾, et per⁵⁷⁾ quod ipsum ei donationem propter nuptias fecisse apparet⁵⁸⁾. Mulier vero instrumentum illud asserens vitiosum⁵⁹⁾, ut servo⁶⁰⁾ dominus fraudaretur, plures⁶¹⁾ testes produxit, quod⁶²⁾ servus ille ab amicis⁶³⁾ eius⁶⁴⁾ saepe rogatus⁶⁵⁾, ut eam desponsaret, et ille⁶⁶⁾ nec⁶⁷⁾ desponsasse, nec desponsaturum se ipsam⁶⁸⁾ firmiter assererat. Vir autem non nisi praedicto⁶⁹⁾ instrumento, et quibusdam⁷⁰⁾ testibus, qui viderant⁷¹⁾ eam annulos deferentem, mulierem⁷²⁾ ipsam⁷³⁾ probavit esse uxorem; sed mulier de⁷⁴⁾ more illarum mulierum, quae panes vendunt, se annulos detulisse dicebat. Verum⁷⁵⁾, quia⁷⁶⁾ in huiusmodi dubietate fama viciniarum magis debet attendi, tuae sollicitudinis erit famam loci diligenter inquirere, utrum praedictus vir eam in lecto et in mensa sicut suam uxorem aut concubinam habuerit; et si fama loci habet, quod vir ipsam⁷⁷⁾ in lecto et in mensa sicut uxorem⁷⁸⁾ tenuerit, quum matrimonium sit maris et feminae coniunctio, individuam vitae consuetudinem retinens: cogenda est mulier, ut eidem viro affectu serviat coniugali, praesertim si praescriptum instrumentum ab eo conditum⁷⁹⁾ fuerit, qui officium suum fideliter adimplevit.⁸⁰⁾

CAP. XII.⁷⁷⁾

Per violentam praesumptionem probatur carnis copula.

Idem.⁷⁸⁾

Literis tuae fraternitatis receptis ex tenore illarum nobis innotuit, quod, quum P.⁷⁹⁾ parochianus tuus ab A.⁸⁰⁾ muliere, quam in⁸¹⁾ uxorem acceperat, tuo iudicio⁸²⁾ peferet⁸³⁾ separari,

accusatores⁸⁴⁾ matrimonii produxerunt testes firmiter asserentes, quod, postquam praedicta mulier⁸⁵⁾ cum praedicto viro contraxerat matrimonium, consanguineum viri eiusdem⁸⁶⁾ solum cum sola, nudum cum nuda, in⁸⁷⁾ eodem lecto iacentem, ea, ut credebant⁸⁷⁾, intentione, ut eam cognosceret⁸⁸⁾ carnaliter, viderunt, sed et in multis⁸⁹⁾ secretis locis, et latebris ad hoc commodis, et tam horis⁹⁰⁾ electis, quam locis saepe praesentibus eis hoc contigisse dixerunt. Et publica fama consentit, quod post contractum matrimonium se miscuerunt ad invicem, quod in praesentia tua publice, ut asseris, sunt confessi, quomodo id se ante contractum matrimonium fecisse negant. Dicitur quoque de muliere praedicta, quod de marito sese simulans concepisset, alienum partum iam baptizatum, ut fertur, se mentita est peperisse, et rebaptizari faciens virum suum decepit. Procedente vero tempore, quum fama empti alieni partus fraudem detegeret, parentibus, a quibus eum emerat, occulte restituit, postea veneficum poculum et alias vitae insidias viro parasse eadem mulier perhibetur. Quia ergo tua nos fraternitas duxit consulendos, si ad solvendum matrimonium tam dictae probationes sufficiant. Consultationi tuae taliter respondemus⁹¹⁾, quod tum ex confessione, tum ex huiusmodi⁹²⁾ violenta et certa⁹³⁾ suspitione fornicationis, praesertim, si quod de partu et machinatione mortis dictum est probari valet, non immerito potest sententia divortii promulgari⁹⁴⁾, ita quidem⁹⁵⁾, ut vir licentiam habeat mortua illa⁹⁶⁾ ducendi aliam, muliere⁹⁷⁾ sine spe coniugii remanente.

CAP. XIII.⁹⁸⁾

Idem dicit, ut praeced. cap.

Clemens III.⁹⁹⁾

Tertio loco quaestionis huiusmodi nodum tua fraternitas petiit explicari¹⁰⁰⁾, an iuvenis sponsam, in quam per verba de praesenti consensit, debeat in uxorem habere, ad quorum matrimonium impediendum neptis ipsius sponsae proliens, se a iuvene carnaliter praecognitam proponebat. A¹⁾ qua producti testes dixerunt, se pro certo credere, quod illa dicti²⁾ iuvenis extiterit concubina, et ei carnali coniunctione coniuncta, adiciens, quod eos in simul viderant³⁾ per⁴⁾ plana et nemora, vias⁵⁾ et in via pluries convagantes, et testimonium viciniarum se super hoc recepisse dicebant. Ad morem autem⁶⁾ certitudinem, quia⁷⁾ minus sufficienter crediti⁸⁾ esse probatum quod eadem mulier assererat, tam ipsa⁹⁾, quam iuvenis iuramentis adstricti seorum confessi sunt, quod se invicem¹⁰⁾ carnaliter¹¹⁾ praecognoverant, licet iuvenis nollet ab ea, quum desponsaverat, separari. Nos autem¹²⁾ hac¹³⁾, quae dicta sunt, intelligentes, et attendentes viciniarum famam, et dictorum mulieris ac iuvenis consuetas confabulationes, et per solitudines vagos incessus per testes esse probatos, et de carnali cognitione eos per iuramentum separatim fuisse confessos, praesertim quum hoc non dicatur occultum, sed quasi¹⁴⁾ praedictetur a pluribus manifestum, praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, et praesertim felicitis memoriae Alexandri III. statuta sectantes, consultius et securius esse credimus, ut matrimonialiter non coniungantur¹⁵⁾, sed ab invicem solutis sponsalibus separentur. Dat. Laterani.

Cap. X. 39) Restitutum ex App. VIII. 14., Lips. XLIII. 14., Cass. XLVIII. 11., Comp. I. h. t. c. 10. — 40) dec. Cass.: omitt. C. R. 2. — Gaffl.: C. R. 1. — Caston.: C. H. — Castrensi: Lips. — Cistrensi: Cass. — Cicestrensi: App. — 41) quis veri similitudinem non habet, quod praedictus F. (B.: Lips.) personatum praelibatae ecclesiae capellano praenominati (praedicti: Cass.) R. cesserit, et (ut: Aug.) in eo ipsius ecclesiae vicariam acceperit (acciperet: Aug. — reciperet: Cass.), praevideat: Coll. c. 42) omitt. C. R. H. — 43) ut: App. — 44) ut: App. — 45) hoc: Coll. c. 46) omitt. App. — 47) inveniantur: ead. — inducuntur: C. R. 1. H.

Cap. XI. 48) Restitutum ex App. L. 42., Lips. XLIX. 54., Cass. LVIII. 21., Comp. I. c. 14. de spons. IV. 1. — 49) Ianuensis: C. R. H. — Ianuensis episcopo: Coll. c. 1. — add. P. C. Tua fraternitas: Comp. I. — cf. c. 4. de spons. duor. IV. 4. — 50) amplius: C. H. — 51) Unde: Lips. — 52) vir eam vendicat in ux. et ostendit: Coll. c. 53) omitt. ead. — 54) noverant: App. — 55) propter quod: ead. — et post haec quod: Lips. — 56) comparet: Lips., Cass., Comp. I. — 57) vitiosum fuisse fatetur: Coll. c. 58) suo: Cass. — ut... fraud.: omitt. App. — 59) et plures: Coll. c. 60) quoniam: App., Comp. I. — 61) inimicis: App. — 62) mulieris: Coll. c. 63) add.: fuerit: Cass. — 64) nec eam: C. R. 1. — 65) eam: Coll. c. 66) publico: App. — 67) add.: alii: C. R. 1. — 68) videbant: C. R. 1. — videant: Cass. — seq.: eam: omitt. Cont. — 69) propriam: App. — 70) omitt. Cass. — 71) Unde: Coll. c. 72) quoniam: Cass. — 73) eam: C. H. — seq.: in lect. et in mensa: omitt. Coll. c. 74) add.: suam: ead. — 75) cognitum: App. — 76) consuevit adimplere: C. R. 1. — adimplevit: Coll. c. 77)

Cap. XII. 77) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 380., Comp. II. h. t. c. 2. — 78) archid. Genuan.: Böhm. ex Cont. — Exonebant. (Exoniensis) ep.: Luc. — 79) Petrus: Comp. II. Aug., Ms. A. — 80) E.: Comp. II.

Ms. B. — 81) omitt. C. H. — 82) vellet: Coll. c. 83) actiones: Luc. — 84) praed. mul. quum: omitt. Luc. — 85) abest a Coll. c. 86) et in: C. R. 2. — 87) credebatur: Luc. — 88) agnosceret carn., videretur: ead. — 89) omitt. Luc. — seq.: locis: abest a Comp. II. — 90) hominibus: Luc. — 91) praesentium (praesenti: Ms. A.) significatione tibi (vobis: Ms. B.) iniungimus: Luc., Comp. II. — 92) omitt. ead. — 93) auspitione certus fornicationis: Luc. — 94) celebrari: Comp. II. Ms. A. — 95) ita quod ut: Luc. — ita quod vir: Comp. II. Ms. A. B. — 96) ea: Luc. — 97) mulier vero sine spe coniugii manent: Luc., Comp. II.

Cap. XIII. 98) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 369., Comp. II. c. 8. de spons. IV. 1. — 99) add.: P. C. Martinus Bertam: Comp. II., cf. c. 11. de sent. et re iud. II. 21. — 100) explicandum: Luc., Comp. II. Ms. A. B. — enodari: Aug. — 1) et quum de hoc (his: Ms. B.) testes produceret, dixerunt illi sic (abest a Luc. — illi sic: omitt. Ms. B.) se etc.: Comp. II., Luc. — 2) praedicti: Luc., Comp. II. Aug., Ms. A. — 3) viderint: C. H. — videbant: Luc. — 4) et per: Comp. II. Aug., Ms. A. — 5) et vias: Ms. id. — 6) vero, Cont., Böhm. — 7) quod: Luc. — 8) abest a Comp. II. Ms. B. — seq.: esse: omitt. Luc. — 9) tam ipsam quam iuvenem iuramentis adstrictos (iur. conf.: omitt. Ms. B.) convenit et seorum (add.: conventi: Ms. A.) confessi: Comp. II. — tam ipsam quam iuv. iur. adstrictos dicentem convenit et seorum ventis: Luc. — 10) ad inv.: C. H., Luc. — 11) omitt. C. H. — carn. praec., antequam verba de praesenti inter eos venient: C. R. 1. — 12) abest a C. H. — 13) ea, quae: C. R. 1. — his... intellectus: Comp. II. Ms. A., Luc. — 14) sed quam praedictur a plur. manifeste: Luc. — sed manifestum quod a plur. praedictur: Comp. II. Ms. A. — sed quasi a plur. manifeste praedictur: Aug. — comprobatur vel praedictur: Ms. B. — 15) iungantur: C. R. 2., Luc., Comp. II.

CAP. XIV.¹⁶⁾

Propter praesumptionem etiam vehementem non debet quis de gravi crimine condemnari.

Innocentius III. Nivernensi¹⁷⁾ Episcopo et Archidiacono Bituricensi.

Litteras vestras accepimus¹⁸⁾ continentes, quod, quum causa, quae vertitur¹⁹⁾ inter "venerabilem fratrem" Altiassiodorem episcopum, et quosdam Burgenses de Caritate, quos idem episcopus de haeresi impetebat, vobis et "dilecto filio" abbati Collonensi²⁰⁾, a sede apostolica delegata fuisset, utraque pars tandem, ut negotii prolixitas posset facilius expediri, vos duos sub certa poena sibi arbitros statuerunt, delegata vobis potestate nihilominus reservata; G.²¹⁾ autem lator praesentium, unus ex illis, "quos praefatus episcopus impetebat," haeresim suam "apud Caritatem" fuerat²²⁾ publica voce confessus, et de "quodam" fratre suo similiter recognoverat, quod²³⁾ eodem secum laborabat errore. "Quum de fide sua coram venerabili fratre nostro Bituricensi archiepiscopo conveniretur, ei que purgatio faciendae per eundem W., qui vere poenitens et catholicus credebatur, esset indicta, ipse W. fratrem suum, quem publice asseruerat esse haereticum, praestito iuramento purgavit, et sic ab ipso et periurus et haereticus censebatur. E contrario vero idem W. proposuit, quod, licet de se publice confessus fuisset, nihil tamen fuerat de fratre confessus. Unde bene poterat illum purgasse, maxime quum a duobus capellanis de Albiniaco, qui conscientiam illius noverant, audicisset, quod tanquam catholicum poterat illum secure purgare, quorum litteras postea vobis ostendit. Sed episcopus super eo, quod de fratre negaverat, protinus eum per se ipsum et unum presbyterum et alium diaconum coram vobis conciecit; unde ipsum relapsum in haeresim appellabat. Vos igitur has in praedicto W. contrarietates notabiles attendentes, ipsum cum litteris vestris ad nostram praesentiam transmissistis, bonis eius interim annotatis, donec de persona eius et bonis quid statuendum foret statuere curaremus, alticienses, quod, quum idem W. apud eos cum quibusdam instaret, ut purgationem reciperetis ipsius, sicut aliorum quorundam, vos iuramentum eius, quia sibi contrarius videbatur, admittere noluitis, purgatione tamen pro eo per oclacum manum bonorum virorum admissa." Nos²⁴⁾ vero, quia vulpeculae, quae voluuntur vineam Domini demoliri, sagaci sunt studio capiendae, nam vulpes foveas habent, et volucres coeli nidus, ex iis, quae praescripta sunt, praedictum²⁵⁾ G. suspectum de haeresi vehementer habuimus²⁶⁾, tum quia quod ante dixerat postea se dixisse negavit, "sicut convictus est coram vobis," tum quia vel mendacium prius dixit in fratrem, asserendo illum haereticum, vel periurium postea commisit in Deum, purgando illum de haeresi, quorum utrumque reddidit illum valde suspectum; quanquam verisimilius²⁷⁾ videatur, quod eo²⁸⁾ tempore, quo tanquam vere poenitens ab haeresi revertebatur²⁹⁾ ad fidem, tam grave mendacium non dixisset, praesertim in fratrem, quem "utique" tanquam carissimum non³⁰⁾ asseruisset haereticum, nisi fuisset accensus zelo fidei orthodoxae. Unde praesumitur, quod, quum postea purgavit³¹⁾ illum de haeresi³²⁾, turpiter deierat³³⁾. Quocirca "discretionem vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, quum propter solam suspicionem, quamvis "utique" vehementem, nolimus³⁴⁾ illum³⁵⁾ de tam gravi crimine condemnari³⁶⁾, talem et tantam securitatem recipiatis³⁷⁾ ab ipso³⁸⁾ praeter iuratorium cautionem, quod timore poenae corporalis³⁹⁾ debeat coërceri, discretam ei poenitentiam iniungentes⁴⁰⁾, ex qua valeat apparere, utrum in tenebris ambulet, an in luce, utrumve sit vere poenitens, an fecte conversus⁴¹⁾. Et si eum hoc modo verum⁴²⁾ catholicum cognoveritis, non sinatis ipsum indebite molestari; alioquin eum tanquam haereticum condemnentis. "Dat. Ferentini Kal. Iun. Ao. IX." [1206.]

CAP. XV.⁴³⁾

Non praesumitur incontinentens in senectute, qui in iuventute continuit, maxime si est literatus.

Idem Cenadiensi⁴⁴⁾ Episcopo et Abbati Deciquorum.⁴⁵⁾

Quum in iuventute sua "venerabilis frater" noster C. Quinqueecclesiensis episcopus adeo se maturum, honestum et providum exhibuerit, ut "propter suavem suae probitatis odorem" ab ecclesia Romana meruerit pallio⁴⁶⁾ decorari, non est de levi credendum, quod, postquam ad senilem pervenit⁴⁷⁾ aetatem, turpiter abiicerit⁴⁸⁾ iugum Domini, foetores "et foeditates" libidinis amplectendo; quum labes huiusmodi, quae nonnunquam in iuventute contrahitur, in senectute frequentius expietur. Quis praeterea de facili crederet⁴⁹⁾, quod vir praeditus scientia literarum, propriae salutis oblitus, ad eam passionis ignominiam se converteret, ut cum propria nepte abominabilem perpetraret incestum, quum etiam secundum sententias⁵⁰⁾ ethnicorum naturale foedus inter tales personas nihil permittat⁵¹⁾ saevi criminis suspicari? Licet igitur "illustris memoriae" rex Hungariae eundem episcopum nobis "interdum" per nuncios et litteras de tali crimine detulisset, "suppliciter et instanter" postulans, ut malum huiusmodi pernitiosum exemplo⁵²⁾ de Hungaria⁵³⁾ ecclesia tolleremus, quia tamen eius suggestio non de caritatis radice, "sed ex odii fomite" procedere videbatur, "quum ipsum tanquam inimicum persequi non cessaret, sicut est in tota provincia manifestum:" nolimus⁵⁴⁾ aures nostras quasi malignis delationibus inclinare, sed, ut probaremus, si spiritus esset⁵⁵⁾ ex Deo, "bonae memoriae" Auriensi⁵⁶⁾ episcopo⁵⁷⁾ dedimus⁵⁸⁾ in mandatis, ut prudenter et caute a coepiscopis⁵⁹⁾ indagaret, utrum praefatum⁶⁰⁾ episcopum crederent⁶¹⁾ tali labe respersum. Qui nobis postmodum rescriperunt, quod cum virum honestae conversationis esse credebant, personam illius⁶²⁾ multipliciter commendantes. "Quia vero etc. [cf. c. 12. de purg. can. l. 34.] Dat. Ferentini Non. Iul. Ao. IX." [1206.]

CAP. XVI.⁶²⁾

Is, pro quo beneficiando scribitur cum clausula, si idoneus fuerit, non tenetur probare se idoneum, quum idoneus praesumatur.

Idem Archidiacono⁶³⁾ et Praeposito Mediolanensibus.

Dudum "bonae memoriae" archidiacono Mediolanensi dedimus in mandatis, ut "dilectum filium" C. scholare a presbytero sancti Victoris⁶⁴⁾ XL. martyrum, qui solus in ipsa ecclesia ministrabat, in qua, sicut scholaris idem asseruit, quondam ministraverunt clericus et sacerdos, in clericum eiusdem ecclesiae recipi faceret et in fratrem, "cuius facultates idem scholaris proponit nullatenus immunitas." Sed presbyter memoratus "ipsius" archidiaconi "maltitiose" declinans examen, "I. clericum ad nostram praesentiam destinavit, cui et praefato C. venerabilem fratrem nostrum Tramesem archiepiscopum apostolicae sedis legatum, tunc subdiaconum et capellanum nostrum, dedimus auditorem, coram quo dictus I." asseruit, quod nequaquam sufficiebant duobus clericis facultates ecclesiae memoratae, adiciens, quod praedictus C. non erat idoneus ad illius ecclesiae beneficium obtinendum. (Et infra:) Causam vobis duximus committendam⁶⁵⁾ ita, ut ex illa clausula, scilicet si persona fuerit idonea, quae⁶⁶⁾ nostro rescripto reperitur inserta, eidem scholaris probandi se idoneum nulla necessitas imponatur, quum prima facie praesumatur idoneus, nisi aliud⁶⁷⁾ in contrarium ostendatur.

Cap. XIV. 16) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 110. — Comp. III. h. t. c. 1. — 17) Sumen. — C. R. 2. — Mutenensi: C. R. 1. — W. Nivernensi ep. et H. archidiacono Bituricensi: Reg. — 18) recepimus: Comp. III. Reg. Cont., Böh. — 19) vertebatur: C. R., Comp. III. Reg. — 20) de T.: C. R. 2. — Callon: C. R. 1. — Calloni: C. H. — Callonii: Comp. III. — leg. Callonii: eum Reg. (Chikooq). — 21) W.: C. H., Comp. III. Reg. per tot. — 22) fuit: C. H. — 23) qui... laborat: Comp. III. Aug. — 24) Quia vero... nos: Comp. III. Reg. — 25) saepedictum: Reg. — 26) habemus: Comp. III. Reg. — 27) verisimile: C. R. 1. — 28) illo: C. R. 2. — 29) vertebatur: Comp. III. Aug. — 30) add. utique: C. R. 2. — 31) purgaverit: C. R. 1. — 32) de haer.: omitt. Comp. III. Aug. — 33) pleturavit: Comp. III. Reg. — 34) nolimus: C. R. 1. — nolimus: Comp. III. Aug. — 35) ipsum: C. H. — 36) condemnare: C. R. 1. — 37) recipientes: Comp. III. Reg. — 38) illo: C. R. 1. — 39) temporalis: C. R., Comp. III. Reg. — 40) iniungatis: Comp. III. Reg. — 41) confessus: C. R. 1. — 42) vera: Reg.

Cap. XV. 43) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 113. — Comp. III. h. t. c. 2. — 44) Ciadren.: C. R. 1. — Tencor.: C. R. 2. — 45) Nor.: C. R. 2. — Sicor.: C. R. 1. — Ciquedor.: Comp. III. Böh. — Cikedor: Reg. — 46) ornameto pallii: Comp. III. Reg. — 47) pervenerit: Comp. III. Ms., Reg. — 48) eiecerit: C. R. 1. — 49) praesumens et vel crederet: C. H. — 50) leges: C. R. 1. — 51) committat: Comp. III. Aug. — 52) extemplo: Reg. — 53) Hungariae eccl.: C. R. 1. — de Hungaria: C. R. 2. — 54) nolimus: C. H. — 55) essent: Comp. III. Ms., Reg. — 56) Ianuen.: C. R. 1. H. — Ianuar.: C. R. 2. — Otebn.: Comp. III. Ms. — Ianuen.: Ang. — Geurien.: Reg. — 57) archiepiscopo: C. R. 1. — 58) add. nostris litteris: Comp. III. — 59) ab episcopi: C. R. 2. — 60) praedictum: Reg. — 61) crederet: Comp. III. Aug. — 62) ipsius: Reg. — 63) Cap. XVI. 62) Restitutum ex Comp. III. c. 9. de verb. sign. V. 23. — 64) archiepiscopo: C. R. — archid. et praepos. de Secam, subdiacon. nostro, canonico Mediol.: Comp. III. — 65) committere: Comp. III. — 66) quae... inserta: omitt. Comp. III. Aug. — 67) alibi: ead.

TITULUS XXIV.
DE IUREIURANDO.

CAP. I.¹⁾

Agi potest ad relaxationem iuramenti, cuius implementum turpitudinem continet ex parte suscipientis. H. d. quoad intellectum, et est casus notabilis. Abbas.

Gregorius III.²⁾

Ex administrationis (Et infra:) "Quoniam igitur creditores ad usuras sibi solvendas in manifestum periculum animarum iuramento debitores adstringunt, nos eorum saluti volentes iuxta debitum officii nostri prospicere, et iniquum gravamen a debitoribus remove, et ab illis praecipue, qui se in auxilium dederunt ad succursum terrae Hierosolymitanæ praestandum, universitati vestrae" Mandamus³⁾, quatenus creditores "ipsos" ad iuramenta super usuris sibi⁴⁾ solvendis praestat relaxanda "sublato contradictionis et appellationis obstaculo" ecclesiastica districtione⁵⁾ cogatis.

CAP. II.⁶⁾

Non valet iuramentum praestitum a pnelato de non repetendis rebus ecclesiae. Vel sic: a iuramento meticoloso fit absolutio per iudicem ecclesiasticum.

Ex registro Gregorii.⁷⁾

Pervenit ad nos, Laudicensem⁸⁾ episcopum ab Ar.⁹⁾ comite rebus suis spoliatum¹⁰⁾, et "ad nequitiae augmentum gladiis" iurare compulsus, quod¹¹⁾ non repeteret sic ablata "et huius tanti sceleris veniam sibi impertiri rogat." Cognita igitur¹²⁾ contumelia, "sibi in beato Petro illata," valde doluimus, asserentes, ipsum episcopum¹³⁾ nullius¹⁴⁾ iuramenti vinculis super hoc¹⁵⁾ posse constringi¹⁶⁾, quem¹⁷⁾ tamen "apostolica auctoritate" absolvimus, quia nefandissima coactione iuravit. "Dat. Romae III. Kal. Febr. Ind. III." [1070.]

CAP. III.¹⁸⁾

Non deierat qui iuramenti implementum in melius commutat, et non adstringitur quis iuramento ad implendum quod iuravit, si ab alia parte non impletur, cuius respectu praebuit iuramentum.

Idem¹⁹⁾ Regi Francorum.

Pervenit ad nos, "quod, quum iam pridem ad partes Alvernæ²⁰⁾, etc." (Et infra:.) Non enim propositum aut promissum infringit qui in melius illud²¹⁾ commutat²²⁾. Nec tu ei, etiamsi "praescriptum" promissum tuum iuramento²³⁾ vel fidei obligatione interposita conditione firmasses, aliquatenus teneris, si constat²⁴⁾, eum conditioni minime²⁵⁾ paruisse.

CAP. IV.²⁶⁾

Ponitur forma iuramenti septem capitula continens, secundum quam iurant Papae episcopi; sed hodie omnes recipientes dignitatem a Papa sibi iurant. Hoc sit pro summario et divisione.

Idem Petro Subdiacono.

Ego N. episcopus ab hac hora in antea fidelis ero sancto Petro, sanctaeque "apostolicae" Romanae ecclesiae, dominoque meo Pa-

paе C.²⁷⁾ eiusque successoribus canonicè intrantibus. Non ero neque²⁸⁾ in consilio neque in facto, ut vitam perdat aut membrum, vel capiatur mala captione. Consilium, quod mihi aut²⁹⁾ per se, aut per literas, aut per nuncium manifestabit, ad eum³⁰⁾ damnum nulli³¹⁾ pandam. Papatum³²⁾ Romanae ecclesiae et regulas³³⁾ sanctorum Patrum adiutor³⁴⁾ ero ad³⁵⁾ defendendum et retinendum, salvo ordine³⁶⁾ meo, contra omnes homines. Vocatus ad synodum veniam, nisi praepeditus fuero canonica praepeditione. Legatum apostolicae sedis³⁷⁾, quem certum "legatum" esse cognovero, in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adiuvo. Apostolorum limina singulis annis aut per me aut per certum nuncium "meum" visitabo, nisi eorum absolvar³⁸⁾ licentia. Sic me Dens adiuvet et haec sancta evangelia.

CAP. V.³⁹⁾

Non tenetur clericus episcopo suo obedientiae iuramentum praestare, nisi ratione administrationis sibi concessae.

Urbanus Papa.

Nullus episcopus clericos suos, nisi forte quibus ecclesiasticarum rerum commissa fuerit dispensatio, sibi⁴⁰⁾ iurare compellat.

CAP. VI.⁴¹⁾

Qui se obligavit ad usuras solvendas, solvere non cogitur, nisi iuraverit; quo casu cogitur, sed repetit.

Alexander III. Episcopo Vigiliensi.⁴²⁾

Debitores "autem" ad solvendas usuras, in quibus se obligaverant, cogi non debent, "nisi eas iuramento solvere teneantur." Si vero de ipsarum solutione iuraverint⁴³⁾, cogendi sunt Domino reddere iuramentum, "ut a creditoribus solvantur." Et quum usurae solutae fuerint⁴⁴⁾, creditores ad eas restitendas sunt ecclesiastica severitate, si necesse⁴⁴⁾ fuerit, compellendi⁴⁵⁾.

CAP. VII.⁴⁶⁾

Debitor, qui iuravit, creditori nullum gravamen super re pignoratam inferre, donec solverit debitum, non auditur repetens pignus, volendo compensare fructus in sortem; sed debet prius debitum integrè solvere, et deinde rem cum fructibus inde perceptis exposcere. H. d. et est casus notabilis.

Idem Rothomagensi⁴⁷⁾ Archiepiscopo et eius Suffraganeis.

Ad nostram noveritis audientiam pervenisse, quod, quum Petrus "de Neadem"⁴⁸⁾ tempore guerrae, quae fuit inter carissimum filium nostrum Henricum illustrem Anglorum regem et filios eius, quibusdam hominibus "provinciae regni Francorum" certam⁴⁹⁾ summam pecuniae mutuasset, quasdam ab eis possessiones et redditus recepit⁵⁰⁾ in pignore⁵¹⁾, ipsos⁵²⁾ "sub" iuramenti religione "sibi" adstringens, quod super "possessionibus et redditibus" illis, donec solverent sibi pecuniam "mutuatam", nullum ei gravamen "vel molestiam" inferrent. Licet autem de possessionibus illis et redditibus "praefatis" nondum sortem "suam, sicut asserit" deducta expensis receperit⁵³⁾, "quia" tu tamen, frater archiepiscopo, eum propter⁵⁴⁾ hoc excommunicationis vinculo adstrinxisti, "exinde cogitur literas nostras destinare, praesertim, sicut ipse asserit, quum sua velit esse sorte contentus." Ideoque⁵⁵⁾ "fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus,

TIT. XXIV. Cap. I. 1) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 393., Comp. II. h. t. c. 4. — 2) Greg. III. universis Christianis: Comp. II. Aug., Ms. B. — Greg. univ. Chr.: Comp. II. Ms. A. — Greg. VIII. universis Christi fidelibus: Luc. — 3) mand., quot.: omitt. C. H. — 4) abest a Luc., Comp. II. — 5) districtione ecclesiasticae severitate: Luc., Comp. II. Aug., Ms. A. — districtione ecclesiasticae severitatis: Ms. B.

Cap. II. 6) Restitutum ex App. XVII. 7., Lips. XVII. 9. Cass. XXVIII. 11., Comp. I. h. t. c. 9. — Excerptum est verbis hic illic immutatis ex Greg. VII. Reg. VII. 13. et 14., a Mansio aliisque edito. — 7) Gregorius: Cass. — Viridunensi ep.: Reg. — 8) Laodicens.: App., Cass., Comp. I. — Leodiensem: Reg. — 9) Arfulso: Comp. I. Aug. — Arnulpho: C. R. 2. H., App., Lips., Cass. — 10) exspoliatum: Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 11) quod ablata nunquam repeteret (Aug.: peteret): Coll. citt. — 12) itaque: Coll. citt. — 13) eius fraternitatem: ead. — 14) nullis: Lips., Comp. I. Aug. — nullis iuramentis: Cass. — 15) sup. hoc: omitt. Coll. citt. — 16) adstringi: C. R. 2., App. — 17) quis nef. coact. iuraverat, eum tamen etc.: App. — qui tamen nef. coact. iuravit (iuraverat): Cass. — iuraverit: Aug. eum etc.: Lips., Cass., Comp. I.

Cap. III. 18) Restitutum ex Cass. XXVIII. 4., Comp. I. h. t. c. 10. — 19) Franciae: C. R. 1. — Id. in registro Regi Francorum: Comp. I. — Cantuariensi archiep.: Cass., quae inser. ex Lips. XVII. 4. in hunc locum temere translata est. Non exstat in Reg., quod editum est. — 20) Alupniae: Comp. I. Ms. — Almanniae: Cass. — 21) id. Cass. — 22) immutatus: C. H. — 23) sacramento: ib. — 24) constet: Comp. I. Aug. — 25) omitt. Cass.

Cap. IV. 26) Restitutum ex Lips. XXXI. 18., Cass. XL. 8., Comp. I. c. 20. de elect. I. 4. — Eiusdem fere tenoris iuramentum exstat in conc. Rom. hab. sub Greg. VII. Romae Ao. 1079. — 27) G.: C. H. — A.: Cass. — N.: Comp. I. Aug. — illis (leg.: illi, qui quidem loquendi modus in generalibus formulis usitatissimus est): Lips. — 28) omitt. C. R., Coll. citt. — 29) abest a Coll. citt. — 30) eorum: C. R. H., Coll. citt. — 31) illi: Ed. Rom. oper. mend. — 32) add. sanctae: Cont., Böhm. — 33) erratum in his esse ex literarum compendio (R. S. P.) docent ipsius conc. verba: regalia S. Petri. — 34) omitt. Cass. — 35) seq.: ero ad: omitt. Lips. — 36) honore: Cass. — 37) a sed. ap.: C. R. 1. — 38) me absolvat: Cass. — 39) Comp. I. h. t. c. 1. — cf. c. 23. C. XXII. qu. 5. — 40) omitt. C. H.

Cap. VI. 41) Restitutum ex App. XVI. 4., Lips. XVII. 1., Cass. XXVIII. 2., Comp. I. h. t. c. 1. — 42) Ingildensi: Cass. — Wigilensi: Comp. I. Ms. — Vigiliensi: Aug., App., Cont., Böhm. — 43) iuramentum fecerint: Coll. citt. — 44) sunt: Lips. — 44*) necessitas: C. R. 1. — 45) cogendi: Coll. citt.

Cap. VII. 46) Restitutum ex App. XVI. 7., Lips. XVII. 2., Cass. XXVIII. 2., Comp. I. h. t. c. 3. — 47) Rotomanensi: Cass. — Cantuariensi archiep.: App. — 48) ita Aug. — Neaclea: Cass. — Ceneasdam: Comp. I. Ms. — Neadem: Lips. — Ursiton.: App. — 49) pecuniam certae summae permutasset: App. — 50) cepit: Comp. I. Aug. — 51) pignus: App., Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 52) ips. etiam... adstrinxit: Coll. citt. — 53) recepit: Comp. I. Ms., Lips. — 54) super: Cass. — 55) Inde est, quod: Coll. citt.

quatenus, recepta⁵⁶) a praefato P. sufficienti cautione, quod "exinde" vestro debeat parere mandato, "contradictione et appellatione cessante, a sententia, qua tenetur, penitus auctoritate nostra," absolvit⁵⁷) eundem⁵⁸), et "deinde⁵⁹) debitores eius⁶⁰), qui "sibi" praedictas possessiones et redditus contra iuramentum "suum" subtraxisse dicuntur, si ita est, eos⁶¹) ecclesiastica censura cogatis⁶²), ut haec⁶³) "eidem P. dilatione et appellatione cessante" restituant, nec sibi "de cetero contra iuramentum suum" molestias inferant⁶⁴), donec ei pecunia persolvatur⁶⁵), "quia non est tutum cuilibet, sed periculosum potius religionem infringere iuramenti." Quum autem ei⁶⁶) pecuniam "suam," sicut iuraverunt⁶⁷), persolverint, vos ipsum ad restituendum, quicquid "eum vobis" deductis expensis ultra sortem recepiisse constiterit, "studiose monere et diligenter" inducere studeatis⁶⁸), et, si communitus "id" non fecerit, in eandem excommunicationis sententiam "remota appellatione" reducat⁶⁹) eundem⁷⁰), "quia, sicut periculosum est etc."

CAP. VIII.⁷¹)

Si iuramentum per metum extortum servari potest sine interitu salutis aeternae, servandum est; ecclesiae tamen Romanae consuevit a tali iuramento absolvi.

Idem⁷²) Senonensi Archiepiscopo.

Si vero aliquis quemquam⁷³) gravissimo metu sub religione iuramenti suum ius refutare coegerit, ipsumque⁷⁴) sibi retinuerit, quia nos consulere voluisti⁷⁵), an alter eorum, vel neuter id habere debeat: "hoc" tibi duximus respondendum, quod non est tutum, quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit⁷⁶) "iuramentum," quod servatum⁷⁷) vergat in interitum salutis aeternae. Nec nos alicui⁷⁸) "ex responsione nostra" dare materiam volumus veniendi contra iuramentum proprium⁷⁹), ne⁸⁰) auctores periurii "esse" videamur. Verum⁸¹) aliquando in Romana ecclesia a pluribus praedecessoribus⁸²) nostra factum esse⁸³) recolitur, quod clerici, qui coacti ministerium ecclesiae abierunt⁸⁴), de iuramento absolutionis beneficium meruerunt, et ad coercendam iniquitatem⁸⁵) eorum, qui ecclesiasticos viros ad praestandum illud⁸⁶) "iuramentum" compulerant⁸⁷), permissi sunt in eadem ecclesia ministrare.

CAP. IX.⁸⁸)

Monachi, qui pro debito monasterii iurant stare in obstagio, et fideiussores, qui iuraverunt creditorem indemnem servare, iuramenta servare coguntur.

Idem Sardinensibus⁸⁹) Episcopis.

Ex⁹⁰) rescripto "quondam," quod nobis est praesentatum, "manifeste nobis" innotuit, "R. quondam" abbatem Tremensem⁹¹) cum Petro⁹²) super summa octo⁹³) millium solidorum taliter⁹⁴) convenisse (Et infra: Super haec⁹⁵) praedictus abbas quosdam ex monachis⁹⁶) obsides dedit, qui de observanda conventionem⁹⁷) iuraverunt⁹⁸), ut, si ipsi deficerent⁹⁹), alii monachi loco eorum in obstagio¹⁰⁰) ponerentur¹). Insuper, si fidem dicti monachi non servarent, abbas dedit eidem V. 2) et eius uxorem³) fideiussores⁴),

qui similiter fidem praestitisse dicuntur. Ideoque mandamus, quatenus tam⁵) abbatem quam⁶) monachos, quam V. et uxorem ipsius⁷) "studiose" monere curetis, ut, sicut iuraverunt⁸), eandem conventionem⁹) faciant adimpleri¹⁰), alioquin¹¹) "eidem" abbati et monachis ingressum interdicatis ecclesiae, et in terra¹²) praefati V. 13) et uxoris eiusdem¹⁴) usque ad dignam¹⁵) satisfactionem inhibeatis divina officia celebrari.

CAP. X.¹⁶)

Periurus est et ab ecclesia removendus qui non necessitate, sed voluntate venit contra licitum iuramentum.

Idem Londonensi et Vigoriensi¹⁷) Episcopis.

Querelam R. canonici¹⁸) Lincolnensis¹⁹) "ecclesiae" accepimus, quod, quum V. 20) "Salvagus nomine" clericus ei duos Bisantios²¹) nomine ecclesiae de Statara²²) "annis plurimis persolvisset, et se" "illos" annuatim "sibi" solutorum²³) interposito sacramento firmasset²⁴), "contempta religione iuramenti iam" per biennium ab huiusmodi²⁵) pensionis solutione cessavit. Quoniam igitur non merentur²⁶) ecclesiae regere, qui sunt crimine periurii irretiti, "fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus "partes ante vestram praesentiam convocetis, et super his rei veritatem curetis diligentius inquirere, et," si vobis constiterit, memoratum²⁷) V. 28) contra iuramentum suum non necessitate, sed voluntate ab eiusdem²⁹) pensionis solutione cessasse, ipsum a praescripta³⁰) ecclesia "auctoritate nostra contradictione et appellatione cessante" renoventes³¹), eam praefato R. restituere minime differatis, "ipsunquae faciatis eam pacifice possidere."

CAP. XI.³²)

Si praesentatus iurat praesentanti de antiquo censu augendo, et postea contrarium iurat instituenti, valet secundum, et non primum; tamen ab ecclesia removetur.

Lucius III. Norvicensi Episcopo.

Tua³³) nos duxit fraternitas consulendus, cui standum sit iuramento, quum clericos³⁴) "quidam" religiosi³⁵) iurisiurandi religione constringunt ad maiorem solito³⁶) pensionem solvendam, vel³⁷) praestandum aliquid "nomine" beneficii praeter solitam pensionem; quum autem instituuntur ab episcopis, iurant, quod antiquam pensionem et solitam non augebunt. Tuae igitur consultationi breviter³⁸) respondemus, quod³⁹), quum posterius iuramentum⁴⁰) ratione et Lateranensis concilii auctoritate iuvetur, primo praediudicat, quod de cupiditate processit⁴¹). Ceterum iustum est⁴²), ut⁴³) clerici "ste perplexi" pro periurio, quod vitare⁴⁴) non possunt, ab ecclesiis perpetuo excludantur.

CAP. XII.⁴⁵)

Episcopi de periurio gravius quam alii sunt puniendi. H. d. — §. 1. Illi-
citurum est iuramentum de non praebendo subsidium coniuncto. H. d.

Urbanus III. Archiepiscopo⁴⁷) Pisano.

Quum quidam (Et infra: ["cf. c. 8. de temp. ord. f. 11. "]) Consultationi tuae taliter respondemus⁴⁸), quod in episcopos, qui

Cap. VII. 56) percepta: App. — 57) absolvo: App. — 58) ipsum: Coll. citt. — 59) denum: C. R. 2. — 60) omitt. App. — 61) omitt. C. R. H. Coll. citt. — 62) compellat: App. — 63) possessiones ipsius (illas: App.) et redditus: Coll. citt. — 64) add.: vel gravamen: Comp. I. Ms. — 65) solvatur: Coll. citt. — 66) praedicto P.: ead. — 67) iuraverint: C. R. 2. Comp. I. Aug. — 68) curetis: App., Cass. — omitt. Lips. — 69) reducat: App. — reducat: C. H. — 70) ipsum: Coll. citt.

Cap. VIII. 71) Restitutum ex App. XVII. 1., Lips. XVII. 3., Cass. XXVIII. 2., Comp. I. h. t. c. 4. — 72) Idem simpliciter: App. — Exon.: Lips. — Exonens arch. et eius suffr.: Cass. — leg. tamen esse: Senonensi docent quae adiecta sunt in Lips. et Comp. I. verba: P. C. Sicut Romana, et c. 1. de resc. l. 3. — 73) quanquam: Lips. — 74) ipsum quoque sibi retinuerit (Aug.: retinuit — Cass.: restituerit): Coll. citt. — 75) vol. alter an neuter: App. — 76) fuerit: App. — sit illud: Cass. — 77) conservatum: Lips., Cass., Comp. I. — 78) cuilibet: Coll. citt. — 79) suum: ead. — 80) ne... vid.: omitt. Lips., Cass. — 81) Veruntamen: C. R. 1. — Unde: App. — 82) et a praed.: App. — et praed.: Cass. — etiam praed.: Comp. I. Aug. — 83) omitt. C. H. — 84) abieraverunt: Lips. — abieraverint: Comp. I. Aug. — 85) improbitatem: App. — 86) omitt. Lips. — 87) compellant: C. R. 2. — impulerunt: App.

Cap. IX. 88) Restitutum ex App. XVII. 3., Lips. XVII. 6., Cass. XXVIII. 8., Comp. I. h. t. c. 6. — 89) Sardinens: C. H. — Sardon. et Sardon. epp.: Comp. I. Aug. — Sardon. et Sardon.: Ms. A. — Xanton. et Gabil. epp.: Cass. — Sinton. et Hilon. epp.: App. — Sanctonens (sive Sanctonens, Suinter) et Gabilon. (Cabilonens, Chulons) epp.: Lips. — 90) De resc.: App. — Exscripto: Cass. — 91) Trecon.: C. R. 1. — Tremesen.: Comp. I. Aug. — Treverensem: Lips., Cass. — Trevoressem: App. (leg.: Treorchensem, quod Clat. ord. mon. in dioec. Cabil. situm est.) — 92) W.: Coll. citt. — 93) Yll.: App., Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 94) omitt. Cass. — 95) Super hoc, quod: Comp. I. — Super hoc quidem: App., Lips., Cass. — 96) de mon.: App. — 97) conditione: Cass. — 98) iuramentum praestiterunt: Lips., Cass., Comp. I. — iur. dederunt: App. — 99) decesserit: App. — 100) hostagio: App. — obstagione: Lips. — obligatione: Cass. — 1) reverterentur: Coll. citt. — 2) W. l.: App. — W.: Lips., Cass., Comp. I., Böhm., per totum. — 3) uzori:

Lips., Cass., Comp. I. — 4) sponsore: Cass. — 5) si ita est, tam abb. et (quam: Cass.) mon., qui iuraverunt (iuraverint: Aug.) quam W. (l.: App.) et uxorem ipsius (eius: App., Cass.) etc.: Coll. citt. — 6) et mon.: C. R. H. — 7) eius: C. R. 1. L. H. — 8) iuraverint: Comp. I. Aug., App. — 9) comurationem: App. — 10) adimplere: Cass. — 11) Si vero ad (omitt. App.) commonitionem (admonitionem: Aug.) vestram (nostram: Cass.) facere neglexerint: Coll. citt. — 12) terram: Comp. I. Aug. — 13) l.: App. — cf. n. 92. — 14) eius: Coll. citt. — 15) condignam: C. R. 1. — omitt. Cass.

Cap. X. 16) Restitutum ex App. XVII. 5., Lips., XVII. 7., Cass. XXVIII. 9., Comp. I. h. t. c. 7. — 17) Longonensi et Wigoriensi episcopo: Aug. — Lud. et Wigor. epp.: Comp. I. Ms. — London. et Wigor. episcopo: App. — 18) clerici: App. — 19) Lindon.: Comp. I. Ms. — Licolen.: Cass. — Lincolnien.: App., Böhm. — 20) W.: Coll. citt. — 21) Bisantios: Lips., Comp. I. — Byzantios: App., Cass. — 22) destinavit: Comp. I. Ms. — destinaverit: Aug. — destinatos: Cass. — de Statara: C. R. 1. — Strata: C. R. 2. — de Testata: Lips. — Statara: App. — 23) persolvatur: App. — 24) firmasse: Böhm. — 25) huius: Coll. citt. — 26) tenetur: App. — 27) praefatum: C. H. — 28) W.: App., Lips., Comp. I. — 29) huiusmodi: C. R. 1. — omitt. App. — 30) praedicta: C. R. 1., Comp. I. Aug. — 31) remove re curetis et ecclesiam ipsam (omitt. Comp. I.) praef. etc.: Coll. citt.

Cap. XI. 32) Restitutum ex App. XVII. 4., Comp. II. h. t. c. 2. — 33) qua tur: Comp. I. Aug., Böhm. — 34) quosdam: C. H. — 35) add.: viri: Comp. II. Aug. — 36) solita: Comp. II. Aug. — omitt. Ms. B., App. — 37) vel... pens.: omitt. Comp. II. Ms. B. — 38) taliter: Comp. II. Ms. A. — 39) quod post. iuss., quod... iuvatur: App. — 40) add.: quod fit episcopis: C. R. 1. — 41) procedit: ib. — 42) iustum est autem: App., Comp. II. — 43) quod: Comp. II. Ms. A. — 44) iurare: Comp. II. Ms. A. B.

Cap. XII. 45) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 11. — cf. c. 8. de temp. ord. l. 11. — 46) add.: in Registro: Comp. I. — 47) archidiacono: Comp. I. Ms. — 48) discretioni tuae praesentibus literis respondemus: Comp. I.

suum transgressi sunt iuramentum, est tanto gravius vindicandum, quanto maiori praecipiens dignitate, et eorum exemplo facilius alii poterunt⁴⁹⁾ ad similia provocari. (Et infra: [cf. c. 8. de temp. ord. l. 11.]) §. 1. Illi vero⁵⁰⁾, qui iurant, non loqui patri vel⁵¹⁾ matri, "vel" sorori vel fratri, aut eis humanitatis subsidium non⁵²⁾ exhibere, absolvendi sunt ab illius⁵³⁾ observantia iuramenti, quum illicitum sit et "omni" contrarium rationi; iniuncta tamen eis de hoc, quod male iuraverant⁵⁴⁾, poenitentia competenti.

CAP. XIII.⁵⁵⁾

Non valet iuramentum monachi claustrum abiurantis, et sibi de hoc gravi poenitentia imponitur.

Idem.

Sicut ex literis tuae discretionis cognovimus⁵⁶⁾, R.⁵⁶⁾ prior monasterii tui "lator praesentium" iracundiae calore succensus "praecipitato mentis instinctu temerario" iuramento firmavit⁵⁷⁾, quod in claustrato eiusdem monasterii, quo se vinculo professionis adstrinxit⁵⁸⁾, non esset cum G.⁵⁹⁾ monacho ulterius moraturus. "Quaerenti ergo tibi, quid super hoc circa eundem monachum sit agendum," Respondemus, quod, "quum beatus Benedictus in regula sua, quam fere omnes monachi profitentur, iurare omnino prohibeat," non licuit monacho supra dicto temerarium iuramentum facere; maxime⁶⁰⁾ quum fidem professionis frangeret, et stabilitatis suae⁶¹⁾ propositum evacuaret⁶²⁾. Ideoque circa eum tua sollicitudo provideat, quod talis ei poenitentia⁶³⁾ iniungatur, "per quam omnipotenti Deo de suscepto in vanum eius nomine satisfaciatur," ut⁶⁴⁾ alius quilibet exemplo eius deterritus⁶⁴⁾ simile aliquid⁶⁵⁾ facere pertimescat; ipse vero in claustrato, quod licite⁶⁶⁾ abiurare non potuit, cum stabilitate perpetua suam poenitentiam⁶⁷⁾ exsequatur, "ita tamen, ut ex eo, quod ad praesentiam nostram accessit, solita regularis beneficii portione non privetur."

CAP. XIV.⁶⁸⁾

Vasullus, qui iuravit praelato, successoribus iurare non cogitur.

Clemens III.⁶⁹⁾

Veritatis amica simplicitas "nullis verborum fallacis, nullis appetit ambiguitatum involucri obfuscari. Frequenter igitur est necesse, ut quae minus plene dicta videntur, et ambiguitis scrupulos possent sane dicta generare, explanatione veridica clarius elucescant. Ea propter, carissime in Domino fili, audito, quod in magnitudinis tuae praesentia quaestio nota fuerit, utrum ex nostri tenore rescripti colligeretur, quod singuli heredum tuorum singulis nostris successoribus fidelitatis praestare debeant et homini iuramentum, intellecta etiam expositione dilectorum filiorum nostrorum A. tit. S. crucis in Hierusalem et P. tit. S. Laurentii in Damasco presbyterorum cardinalium apostolicae sedis legatorum, quae ad nos fuit sub sigillorum suorum testificatione transmissa, a sano eorumdem intellectu nolentes aliquatenus dissentire, serenitati tuae duximus intimandum, quod, quum intentio nostra sit nil intolerabile tibi vel heredibus tuis imponere, taliter in hoc articulo tibi Respondemus⁷⁰⁾, ut heredes tui, qui nobis vel alicui successorum⁷¹⁾ nostrorum iuraverunt⁷²⁾, aliis⁷³⁾ "postea" iurare minime compellantur; catholicis⁷⁴⁾ tamen successoribus nostris, qui pro⁷⁵⁾ tempore fuerint, et homagii⁷⁶⁾ et fidelitatis puritatem, nihilominus ac si iurassent⁷⁷⁾, omni tempore tenentur absque tergiversatione aliqua⁷⁸⁾ fideliter observare, "nisi forte alicui eorum, sicut personae tuae fuerit hominum de benignitate sedis apostolicae relaxatum; qui tamen non se propterea credat a fidelitatis suae observatione immunem. Dat. Laterani."

Cap. XII. 49) potuerunt: C. R. 1. — poterant: Cont. — 50) autem: C. H. — 51) omitt. C. H. — nec matri: Comp. I. Ms. — 52) omitt. C. R., Comp. I. — 53) huiusmodi: C. H. — 54) iuraverunt: ib., Comp. I. Aug. — iuraverint: Ms.

Cap. XIII. 55) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 379. Comp. II. h. t. c. 3. — 56) agnovimus: C. R. H., Comp. II. Ms. A. B. — 56) H.: Luc. — 57) firmaverit: Comp. II. Aug. — 58) constrinxit: C. R. 2. H. — adstrinxerit: Luc. — 59) W.: Luc. — Guidone: Comp. II. — 60) et max.: Comp. II. Ms. A. — maxime quod: Luc. — 61) omitt. Luc. — 62) vacuaret: Luc., Comp. II. Aug., Ms. A. — 63) poena: Luc. — 64) et: ib. — 64) perterritus: C. H. — 65) id: ib. — seq.: facere omitt. C. R. 1. H., Luc., Comp. II. — 66) sollicito: Comp. II., Ms. A. — 67) poenam: Luc. — 68) W. regi Sicil.: Comp. II. Aug., Böhm. — Vellelino regi Siciliae: Luc. — 70) duximus respondendum: Coll. cit. — 71) praedecessorum: C. R. 1. — 72) iuraverint: Comp. II. Aug., Ms. B., Luc., Cont., Böhm. — 73) alii: Coll. cit. — 74) catholici: Böhm. — 75) qui praepositi fuer.: Luc. — 76) hominum: Comp. II. Ms. A. — homini: Aug., Ms. B., Luc. — 77) iuraverint: Luc. — 78) omitt. C. H.

Cap. XV. 79) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 6. — 80) Clemens III. simpliciter: Comp. II. Ms. A. B. — Coelestinus III. Brundisicensis episcopo: Aug., Böhm. — add.: P. C. (quum non ab homine: Comp. II., cf. c. 10. de iudic. II. 1. cum adnot. et c. 14. de sent. exc. V. 39. — 81) propo-

CAP. XV.⁷⁹⁾

A iuramento per metum extorto ecclesia solet absolvere, et eius transgressores ut peccantes mortaliter non puniuntur.

Coelestinus III.⁸⁰⁾

Verum in ea quaestione, quae "propter hoc" quinto loco ponitur⁸¹⁾, an "scilicet" a⁸²⁾ sacramenti vinculo absolvantur qui illud⁸³⁾ inviti pro vita et rebus servandis⁸⁴⁾ fecerunt, "marem ecclesiae nostrae prosequentes" nihil⁸⁵⁾ aliud arbitramur, quam quod⁸⁶⁾ antecessores nostri Romani Pontifices "Zacharias, Gelasius, Gregorius VII. et Urbanus II. atque alii" arbitrati fuisse noscuntur, qui tales a iuramenti⁸⁷⁾ nexibus absolverunt. Ceterum ut agatur consultius, et "ab eis" auferatur materia deierandi⁸⁸⁾, non eis ita expresse dicatur, ut iuramenta non servent, sed, si non ea attenderint, non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine puniendi.

CAP. XVI.⁸⁹⁾

Si is, cuius mandato stare iuravi, aliquid mihi praecipit contra iuramentum per me prius licite factum, illud servare non teneor. H. d. inhaerendo verbis literae.

Innocentius III. H.⁹⁰⁾ et S. et M. Ciccibus Venetis.

Veniens ad praesentiam nostram "dilectus filius" A.⁹¹⁾ "Mungulor praesentium humiliter relatione" nobis exposuit⁹²⁾, quod, "quum" olim "fuisset in praesentia dilecti filii nobilis viri ducis Veneti cum pluribus aliis constitutus pro nullarum discussionum causarum," cum M. Maurien.⁹³⁾ alternatim convicia inferendo⁹⁴⁾ certavit⁹⁵⁾. Propter quod quum graves inimicitias incurrisset, "et vos et alii parentes vestri propter hoc fuissetis vehementius excitati," quidam, qui partis utriusque amatores extiterant, "se in medium ingerentes turbationem illam ad pacem studuerunt et concordiam revocare," suggesterunt⁹⁶⁾ praedicto A., ut in satisfactione⁹⁷⁾ iniuriarum vestro iuraret obedire mandato. Quumque idem non crederet⁹⁸⁾, se tale quid commississe, propter quod ei aliquod⁹⁹⁾ grave deberet imponi, iuramentumque¹⁰⁰⁾ illud sub tali¹⁾ confidentia praestitisset, ipsi "statim" sub iuramenti debito praecipitatis, ut²⁾ "a festo beati Michaelis proxime praeterito in antea" nunquam curiam "dicti" ducis intraret, nisi tunc, quum omnes per edictum ipsius generaliter ad curiam vocarentur, "aut nisi per nobilem virum Rogerium comitem et M. Maurien., qui absentes esse dicuntur, ipsum contingeret relaxari." Verum quia idem A., qui, "sicut asserit," dicti ducis³⁾ est, consiliarius, et in iure suo multis ecclesiis, quarum est advocatus, ex promisso tenetur adesse, nequaquam taliter iuravisset, si mandatum illud sibi contrarium praescivisset, "praesertim quum animae suae timeat obviare salutem, per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus mandatum ipsum pro restrarum remedio animarum penitus revocetis. Quodsi mandatum ipsum aut nolueritis, aut nequiveritis revocare", noveritis, nos "venerabili fratri nostro" patriarchae Grandensi⁴⁾ mandasse, ut, si mandatum "illud" priori iuramento licite facto repugnet, ipsum auctoritate nostra denunciaret non servandum. "Dat. ap. Cicitatem Castellanam IV. Id. Oct." [1198.]

CAP. XVII.⁵⁾

Qui iuravit ecclesiam defendere, et requisitus sine iusta causa recusat, perjurus est, nec eum defendit appellatio.

Idem Magistro Apollinari.⁶⁾

Brevi "sedem apostolicam" sciscitatus est quaestione, utrum ille, qui iura alicuius ecclesiae servare, ac pro posse defendere iuramento tenetur, si necessitate imminente super hoc⁷⁾ sub iuramenti

nitur: Comp. II. — 82) omitt. Comp. II. Aug. — a iuramenti: Comp. II. Ms. A. — 83) istud: Cont., Böhm. — 84) salvandis: C. R. 2. — 85) nihilominus: Comp. II. Ms. B. — 86) omitt. Comp. II. Ms. A. — 87) iuramentorum: ib. — 88) perjurandi: C. H. — peierandi: Comp. II.

Cap. XVI. 89) Restitutum ex Reg. Bal. I. 387. — Comp. III. h. t. c. 1. — 90) literas H. . . M. omitt.: C. R. 1. — H. L. et M.: C. R. 2. — H. L. et G.: C. H. — nobilibus viris H. L. M. Maurien. (Mauroren.: Aug.) civ. Venet.: Comp. III. — nobilibus viris Henrico, Leonardo, et Marco Maurien. civibus Venetis: Reg. — 91) Andreas: Reg. — 92) proposuit: C. R. H., Comp. III., Reg. — 93) Maurien.: C. R. 2. — Maurien.: Comp. III. Ms. — Maurien.: Aug., Böhm. — Maurilio Maurien.: Reg. — 94) ingerentes: Cont. — 95) accidit, ut . . . certaret: Comp. III., Reg. — 96) suggerentes et consulentes: ib. — 97) satisfarctionem: C. H. Reg. — 98) credens: C. R. H., Comp. III., Reg. — 99) aliquid: C. H. Reg. — 100) iuramentum: C. R. H., Comp. III., Reg. — seq.: illud: omitt. C. H. — 1) tanti: C. R. 2. — 2) quod: Comp. III., Reg. — 3) dicti ducis consilius (est consiliarius: Comp. III. Ms.) iuramento et in iure suo multis ecclesiis, quarum est advocatus, promisso tenetur: Comp. III., Reg. — 4) Grandensi: Comp. III. Aug., Reg., Böhm.

Cap. XVII. 5) Restitutum ex Reg. Bal. I. 389. — Comp. III. h. t. c. 2. — 6) magistro Apollinari clerico venerabilis fratris nostri archiepiscopi Strigoniensis: Reg. — 7) ad hoc: Comp. III., Reg.

debito requisitus fuerit, et nolens hoc facere ad sedem apostolicam duxerit appellandam, periurii reatum incurrat. * Nos autem quaestioni tuae taliter Respondemus, quod in hoc articulo appellantiem a periurio talis appellatio non excusat, immo, nisi aliqua difficultas existat, propter quam requisitus non possit ecclesiae subvenire, culpa periurii potius irretitur. Dat. Lat. XII. Kal. Nov. [1198.]

CAP. XVIII.⁹⁾

Iurans scienter illicitum, non indiget absolutione, sed tenetur illud non observare. Si vero iuravit ignoranter, debet illud observare, si aliquo licito modo est observabile. Si autem iuravit licitum quod putabat illicitum, debet observare iuramentum, sed de animo depravato agat poenitentiam.

Idem illustri Regi Aragoniae.¹⁰⁾

Quanto personam tuam inter alios principes Christianos sinceriori caritate diligimus, tanto serenitati regiae diligentiori sollicitudine volumus praecavere, ne quid ei, quod absit, imminet, quod vel in periculum animae, aut detrimentum terrae valeat redundare. Ex tenore siquidem litterarum tuarum et plurimum praclatorum, nec non et aliorum multorum in regno tuo consistentium nobis innotuit, quod, quum adversus inimicos Christianitatis, qui prae magnitudine suae potentiae terram Hispaniae tunc temporis occupabant, in auxilium carissimi in Christo filii nostri Castellae regis illustris cum armatorum multitudine festinares, Quidam consilarii tui, tuum imo potius deceptores, tuum animum induxerunt, ut iurares irrequisito assensu populi usque ad certum tempus patris tui conservare monetam, quae tamen circa mortem eius fuerat legitimo pondere defraudata. Quum autem eadem moneta adeo sit diminuta et minoris valoris effecta, quod grave propter hoc scandalum in populo generatur, tu quod egeras indiscrete cupiens, revocare, ac necessitati populi satisfacere, ab observatione iuramenti praedicti, *ex quo tibi et regno tuo melius grave periculum imminere,* postulasti suppliciter a nobis absolvi. Super quo diligens indagator *veritate comperta* potuisset facile intueri, quod non tam erat absolutio necessaria, quam interpretatio requirenda, quoniam, quum iuramentum fecisti, monetam aut falsam, aut legitimam esse credebas. Si falsam, quod de regia serenitate non credimus, iuramentum fuisse illicitum et nullatenus observandum, et pro eo esset tibi poenitentia iniungenda, quum iuramentum non, ut esset iniquitatis vinculum, fuerit institutum. Si vero ipsam legitimam esse credebas, iuramentum licitum fuit et usquequaque servandum. Et ut irreprehensibiliter observetur, consulimus et mandamus, ut reprobatam monetam, quae a legitimo pondere fuerat defraudata, alia sub nomine patriae tui monetam eundem statum, quem tempore patris tui habuit, meliorem, ita, quod et antiqua monetam, quae ab illo statu falsata non fuerat, cum ea pariter expendatur, per quod et dispendium vitari poterit, et iuramentum servari. Verumtamen si forte monetam ipsam in praestatione iuramenti credebas a legitimo pondere diminutam, et tua super hoc conscientia te remordeat, venerabili fratri nostro Caesaraugustano episcopo, cui super hoc scribimus, tuum humiliter confitere peccatum, et satisfactionem iniunctam tibi pro illicito iuramento devote suscipias et studeas adimplere. Dat. Lat. Non. Apr. [1199.]

CAP. XIX.²³⁾

Non valet iuramentum praestitum in praedictum iuris superioris.

Idem Consilibus et Populo Tudertino.²⁴⁾

Venientes auper ad sedem apostolicam dilectos filios consules vestros benigne recepimus et super his, quae ad nos de vobis saepius referuntur, et commoneo, paternae curavimus, et ali-

quantulum aspere convenire. Quum enim appellacionibus interpositis ad apostolicam sedem teneamini humiliter et devote deferre, quum et leges etiam saeculares post sententiam beneficium appellacionis non denegent aggravatis, vos, id minus, quam vos deceat, attendentes, sententias appellacione suspensas executioni mandatis, et gravatis in contemptum sedis apostolicae appellantes. Verum iidem consules nobis ad excusationem vestram exponere curaverunt, quod, quum aliqui vestrum vocantur ad officium consulatus, firmant proprio sacramento, quod super mutuis et plagariis secundum vestrae civitatis consuetudinem iudicabunt, et infra XXXVIII. dies quae iudicaverunt exsequantur. Unde salvo huiusmodi iuramento vos non posse super his appellacionibus deferre dicebant. Quia vero non minus iudices secundum leges, quam consules vestri secundum consuetudinem vestrae civitatis iudicare iuraverunt, et ideo, sicut iudices contra leges, sic et consules vestri contra consuetudinem possent subditos aggravare, ne in his etiam videamur desse graves, universitati vestrae per apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatenus, quum approbatas consuetudines vestras servari velimus, appellacionibus ad nos interpositis deferatis humiliter et devote, quum praedictum iuramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi ius superioris exceptum. Quum ergo, sicut accepimus, postquam dilectus filius S. lator praesentium ad sedem apostolicam a sententia G. iudicis appellavit, sententiam ipsam duxeritis executioni mandandam, in possessionem rerum, de quibus quaestio vertebatur, appellantis adversarium inducentes, volumus nihilominus et mandamus, ut possessionem ipsam restituatis eidem; alioquin noveritis, nos venerabili fratri nostro episcopo Nucerno per apostolica scripta mandasse, ut vos ad id monitione praemissa ecclesiastica censura appellacione remota compellat. Dat. Laterani. [1200.]

CAP. XX.⁴⁶⁾

Iurans usuras non repetere, potest iuramento non obstante ex nova causa repetere. H. d. secundum intellectum notabiliorum.

Idem Pisano Archiepiscopo.

Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod, quum I. Pel-lar. et G. filius eius Petro Soctan. usuras non modicas persolvissent, praestito iuramento firmaverunt, quod nec per se, nec per alium praedictas usuras repeterent, vel apud ecclesiasticum iudicem seu etiam saecularem super his deponerent quaestionem. Quumque creditor ipse in mortis articulo constitutus condiderit testamentum, suis praecepit heredibus, ut omnibus, qui rationabiliter probarent, se dedisse usuras eidem, ipsas eis restituere procurarent. Unde quum praedicti I. et G. usuras repeteri non attentent propter huiusmodi iuramentum, et heredes praedicti P. eis negligant satisfacere de usuris, ideo fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus sub poena excommunicationis publice in ecclesia proponi facias vel proponas, ut qui super hoc noverint veritatem procedant ad testimonium proferendum, et, si per dicta testium vel alia documenta tibi legitime constiterit de praemissis, heredes illius, ut usuras, quas a praedictis I. et G. pater eorum accepit, restituant universas, monitione praemissa ecclesiastica censura appellacione remota compellas. Dat. Rom. ap. S. Petr. Id. Mart. [1205.]

CAP. XXI.⁶¹⁾

Iuramentum generale debet ita intelligi, si fieri potest, ut non obviet iuri; alias tanquam temerarium non obligat contra iuris observantiam.

Idem Neapolitano Archiepiscopo.⁶²⁾

Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod dudum a te quasi per extorsionem tale fuit praestitum iuramentum, quod

Cap. XVII. 8) obstat. ib.
Cap. XVIII. 9) Restitutum ex Reg. Bal. II. 28. — Comp. III. h. t. c. 3. — 10) Aragon. — Comp. III. Ms. — Aragonum: Reg. — 11) Quoniam... est: Comp. III., Reg. — 12) ind. discrete cupiens: C. R. H., Comp. III. Ms. — 13) suppliciter humiliter: Comp. III. Aug. — 14) tuo: Böhm. — 15) fuit: C. H., Comp. III. Ms. — 16) omitt. C. H. — 17) diminuta: Comp. III., Reg. — 18) abest a C. R. 1. — 19) omitt. Comp. III. — 20) habuit: ead. — 21) remorderet: Comp. III. Aug. — remordet: C. H., Comp. III. Ms., Reg. — 22) reatum, et satisf., quam indixerit: Comp. III., Reg.
Cap. XIX. 23) Restitutum ex Reg. Brequ. III. 21. — Comp. III. h. t. c. 5. — 24) Interitino: Reg. — praeferenda tamen merito est vulgaris inscriptio. — 25) corripere: C. H. — 26) autem: C. R. 2. — 27) et app.: Cont., Böhm. — 28) add. etiam: C. H. — 29) iuramento: Comp. III., Reg. — 30) plerumque: Comp. III. Aug. — plerumque: Ms., Cont., Böhm., omnino recte, cf. Du Cange Gloss. v. Plegii. — 31) omitt. Comp. III. Aug. — 32) intra: Cont., Böhm. — 33) XXX. (XXVIII): Comp. III. Ms. — quod iudicaverint: Comp. III., Reg. — 34) exsequantur: C. H., Comp.

III. Aug. — 35) cio. vestr.: omitt. Reg. — 36) ita: C. H. — 37) etiam: ib. — 38) consuetudines: C. R. 1. — 39) deberet: C. R. 2. — 40) I.: Reg. — 41) appellaverit: C. R. — 42) omitt. C. H. — 43) possessione: Comp. III. Aug. — 44) Ut possessionem, eidem S. post interpositam ad nos appellacionem ablatam, ei sine difficultate qualibet restituere procuraretis: Comp. III. Aug. — 45) Nicentino: C. R. 1. — Merceno: C. H. — Miten.: Comp. III. Aug. — Nucenen.: Ms. — venerab. fratribus nostris Nucerno et... episcopis... compellant: Reg.
Cap. XX. 46) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 116. — Comp. III. h. t. c. 6. — 47) nec: C. H. — 48) omitt. Comp. III. Ms. — 49) possent probare: Comp. III., Reg. — 50) solvisse: C. H. — 51) eidem: C. R. 2., Comp. III. Reg. — 52) restituit: C. R. 1. — 53) et praed.: Comp. III. — 54) omitt. Comp. III., Reg. — 55) abest a C. H. — 56) negligant: Comp. III., Reg. — 57) proponere: Comp. III. Aug. — 58) noverunt: ib. — 59) eiusdem P.: Comp. III., Reg. — 60) per censuram ecclesiasticam: ib.
Cap. XXI. 61) Restitutum ex Reg. Bal. I. 415. — Comp. III. h. t. c. 7. — 62) An. Neap. archiep.: Reg. — 63) fuerit: C. R. 2.

in omni causa debere ordinem iudicium observare. Verum quoniam secundum traditiones canonicas manifesta accusatione non indigent, nec in eis est ordo iudicium observandus, qui debet in aliis observari, nec tu, quando⁶⁴) sub praemisso tenore iurasti, habebas in mente, ut propterea venires contra canonicas sanctiones, alioquin non iuramentum, sed peritium potius exstitisset, nec esset⁶⁵) aliqua ratione servandum⁶⁶), nos iuramentum tuum benignius interpretari volentes, ita, quod consonet canonicis institutis, fraternitati tuae auctoritate praesentium intimamus, quod in manifestis et notoriis ratione iuramenti praemissi⁶⁷) non credimus te teneri servare⁶⁸) subtilitatem⁶⁹) ordinis iudicium, quam⁷⁰) in his non servari per omnia ipsa quoque iuris ratio postulat et requirit. Unde videbitur *nec immerito* subtiliter intuitu de ordine iudicium procedere, ut in praemissis non per omnia ordo iudicium observetur, quamquam et secundum approbatum intellectum *scripturae divinae* recte possit intelligi, quod iurasti, ut in omnibus causis ordinem iudicium observares, in⁷¹) illis videbitur, in quibus est ordo iudicium observandus. Sic ergo facies et iuramenti tenorem servabis, et instituta canonica non omittes. *Dat. Lat. XVIII. Kal. Dec.* [1198.]

CAP. XXII.⁷²)

Si unum iuramentum uni debitum alteri praestatur, illicitum est, et eo non obstante cui debetur praestandum est.

Idem Iudici Carolitano.⁷³)

Ea te credimus discretionem vigere, ut intelligas per te ipsum, quod onus non remittitur, sed augetur, quum cuiquam improvide solvitur quod alii ex debito est praestandum. Sane⁷⁴), quum *venerabilis pater noster* archiepiscopus Turritanus⁷⁵) a te nomine⁷⁶) nostro iuramentum fidelitatis, sicut a nobis mandatum⁷⁷) acceperat, exegisset, illud exhibere in eius manibus diuturni, asserens, quod *venerabili fratri nostro* Pisano archiepiscopo salvo apostolicae sedis honore huiusmodi praestiteras iuramentum. Quum igitur nobis et ecclesiae Romanae fidelitatem facere teneris, *sicut tua etiam prudentia recognoscit*, si praestitum iuramentum ei, quod a te nobis tanquam debitum est praestandum, contrarium repones, illud illicitum iudicabis, et, illicito non obstante, quod licite, immo ex debito petitur, exhibebis, vel, si praestitum praestando contrarium non existit⁷⁸), illud sine difficultate⁷⁹) praestabis. *Monemus igitur nobilitatem tuam et exhortamur attentius, et per apostolica tibi scripta mandamus ut praecipimus, quatenus omni excusatione et occasione cessante in manibus eiusdem archiepiscopi fidelitatis nobis et ecclesiae Romanae exhibeas iuramentum.* *Dat. Ferentini XVI. Kal. Oct.* [1203.]

CAP. XXIII.⁸⁰)

Qui iuravit stare mandatum alicuius, non tenetur parere, si praecipit illicita, ut quod filium exheredet, vel uxorem abiuret.

Idem Alatrino Episcopo.

Quintavallis *vicarius* nostris auribus intimavit, quod, *quum olim filiae suae cum Giborga et Venetia filiabus Ioannis Bertii ad verba et etiam ad verbera devenissent, idem Quintavallis* pro offensis, quam filiae ipsius aliis mulieribus⁸¹) irrogant⁸²), *offensam facere cupiens de consilio convicinarum mulieribus illis et consanguineis suis*, quod⁸³) *pro offensis* earum mandato pareret praestitit iuramentum, quae *ab ipso iuramento recepto* tale illi sub debito iuramenti dedere mandatum, quod, si quando filii *vel filiae* aut uxor illius aliquid factum vel verbum contumeliosum mulieribus illis obicerent, idem *Quintavallis et filios*⁸⁴) et filios *suos* exheredaret, et a se propriam removeret uxorem. Quocirca *fraternitati tuae per apostolica scripta* mandamus, quatenus *iniquitas de praemissis diligentius veritatem, et, si rem noveris ita esse*, quum licitum fuerit iuramentum, sed mandatum illicitum,

praedictis *filiabus Ioannis Bertii*, ut revocent mandatum illud⁸⁵), iniungas, alioquin eum⁸⁶) ad mandati observationem illius *auctoritate nostra suffultus* denuncies non teneri. *Dat. Anagninae III. Non. Febr.* [1204.]

CAP. XXIV.⁸⁷)

Ex causa levi et temerarii coniuges etiam quod torum et mutuum cohabitationem se separare non possunt, etiam cum iuramenti interpositione.

Idem Archiepiscopo Terraconensi.⁸⁸)

Tua nos duxit fraternitas consulendos, quid tibi super hoc *articulo* sit faciendum, *videlicet* quod B.⁸⁹) *de Bello loco* et A.⁹⁰) uxor eius⁹⁰) *olim* adinvicem iuraverunt, se nunquam mutuo petituos; idem vero nunc repetit illam instanter, ea e contrario⁹¹) affirmante, quod, prius se faceret Sarracenam *et perderet animam suam*, quam rediret ad eum; *sed adulterum, cui adhaesit, postquam recessit ab eo, libenter dimitteret, et castitatem promitteret, et iuraret*. Nos igitur fraternitati tuae *super hoc* respondentes, *per apostolica tibi scripta* mandamus, quatenus utrumque ad continentiam servandam⁹²) moneas *attentius* et inducas. Quam si promittere voluerint et servare, utrumque dimittas sine alio commorari. Alioquin, si vir noluerit continere, tu illam⁹³), ut revertatur ad ipsum⁹⁴), et tanquam uxor cum viro moretur, per excommunicationis sententiam appellatione remota compellas, quum et temerarium⁹⁵) fuerit huiusmodi⁹⁶) iuramentum, et adulterium utrinque sit commissum. *Dat. Ferentini XII. Kal. Iul.* [1203.]

CAP. XXV.⁹⁷)

Is, qui iuravit cum muliere contrahere, propter supervenientem fornicationem vel deformitatem eam repellere potest; propter praecedentem non. H. d. — (Illud autem etc.) Si vir iuravit non accusare uxorem, temerarium est iuramentum. Sed si specialiter de adulterio hoc iuravit, denunciare poterit; sed accusare non debet.

Idem Genuensi⁹⁸) Archiepiscopo.⁹⁹)

Quemadmodum, si vir mulieri iurasset, quando contraxit cum illa, quod eam semper pro legitima uxore teneret, *ipse quidem* pro fornicatione, quam mulier antea commisisset, non posset eam¹⁰⁰) dimittere, sed pro fornicatione, quam postea perpetraret¹), eam dimittere posset non obstante huiusmodi iuramento²), quoniam in eo talis erat³) subintelligenda conditio, si videlicet in legem⁴) coniugii illa non peccaret, ita, si quis iuraverit⁵), se ducturum aliquam in uxorem, *ipse profecto* non potest ei fornicationem opponere praecedentem, sed subsequentem *ei potest opponere*, ut illam non ducat in coniugium⁶), quia in illo iuramento talis debet conditio subintelligi⁷), si videlicet illa⁸) contra regulam desponsationis non venerit. Alioquin si post huiusmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eam ducere in uxorem, quod est prorsus absurdum. Nam si post contractum coniugium vir propter fornicationem licite potest uxorem a sua cohabitatione dimittere, longe fortius ante coniugium celebratum propter eandem causam sponsus licite potest in suam cohabitationem non admittere sponsam, quia turpius eicitur quam non admittit hospes, non obstante in alterutro casu vinculo iuramenti, quod quidem propter subintelligendam conditionem est tale, ut is, qui iuravit, ad utrumque sine transgressione se possit habere. Quod si post huiusmodi iuramentum mulier fieret non solum leprosa, sed etiam paralytica, vel oculos vel nasum amitteret, seu⁹) quicumque ei turpius eveniret, numquid vir teneretur eam ducere in uxorem? Profecto ductam¹⁰) non posset dimittere. Sed numquid non ductam admittere teneretur, quamvis interdum contractum non dirimat, quod impedit contrahendum? Illud autem iuramentum est proculdubio temerarium, si vir iuret uxori, quod eam super nullo crimine accusabit, quia¹¹), si mulier fieret infidelis, et nollet coha-

Cap. XIX. 64) quum: C. H. — 65) omitt. C. R. — 66) reservandum: C. R. 2. — 67) observandum: C. R. 1. — 68) praestitit: C. R. 2. — 69) omitt. Comp. III. Ms. — 70) subintitente: Comp. III. Ms. — 71) solennitatem: Aug. — 72) quem: C. R. 1. — 73) in: . . . vid.: omitt. C. H.

Cap. XXII. 72) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 147. — Comp. III. h. t. c. 8. — 73) iud. B. Carolitano: C. R. 1. — iudici Massae Callaritano: C. R. 2. — iud. Kalarritano: Comp. III. Ms. — iud. Calarritano: Aug. — nobili viro iud. Kalarritano: Reg. — 74) Sane ven. fr. n. archiep. Turrit. per suas nobis literas intimavit, quod quum etc.: Comp. III., Reg. — 75) Turrititanus: Comp. III. Aug. — 76) non nostro nom.: ead. — 77) in mandatis: Comp. III., Reg. — 78) existat: Comp. III. Ms. — 79) dubitatione: C. H.

Cap. XXIII. 80) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 219. — Comp. III. h. t. c. 9. — 81) omitt. Comp. III., Reg. — 82) irrogarunt: Reg. — 83) ut:

Comp. III., Reg. — 84) omitt. C. R. 2. H. — 85) illius: Comp. III. Aug. — 86) praedictum Quintavallis: Comp. III., Reg.

Cap. XXIV. 87) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 108. — Comp. III. h. t. c. 10. — 88) omitt. C. R. 1. — Terraconens.: Comp. III. Aug., Böhm. — 89) G.: Comp. III. Ms. — R.: Reg. — 89) Agnes: Comp. III., Reg., Böhm. — 90) omitt. C. H. — ipsius: Reg. — 91) in contrario: Comp. III. Ms. — illa in contrarium: Aug. — 92) observandum: Reg. — 93) praedictam uxorem ipsius: Comp. III., Reg. — 94) eum: Reg. — 95) illicitum: C. H. — 96) omitt. C. R. 1.

Cap. XXV. 97) Restitutum ex Reg. Bal. X. 114. — Comp. III. h. t. c. 11. — 98) Iannensi: C. R. H. Comp. III., Reg. — 99) episcopo: Comp. III. Ms. — 100) illam: Comp. III., Reg. — 1) perpetrasset: C. H. — perpetrasset: Comp. III. Ms. — 2) sacramento: C. R. — 3) esset: Reg. — 4) lege: Comp. III. Ms. — 5) iuravit: C. H., Comp. III., Reg. — 6) coniugium: Comp. III. Ms. — 7) intelligi: C. R. 1. — 8) omitt. ib. — 9) vel: Cont., Böhm. — 10) nuptiam: Reg. — 11) quodsi: C. R. 1.

bitare viro absque contumelia creatoris, vel ut¹²⁾ illum pertraheret¹³⁾ ad infidelitatis errorem, tunc¹⁴⁾ "cir" incunctanter debet illam¹⁵⁾ impetere apud iudicem suum, ut eam, nisi penitus resipisceret, omnino dimitteret, secundum canonicas sanctiones. Quodsi expresse iurasset¹⁶⁾, quod eam super adulterio¹⁷⁾ non impeteret, essetne servandum¹⁸⁾ huiusmodi iuramentum, quum scriptura testetur, quod patronus¹⁹⁾ est turpitudinis qui celat crimen uxoris, et²⁰⁾ secundum regulam evangelii, si primo et secundo correctae resipiscere nollet, dicendum²¹⁾ esset ecclesiae, ut tanquam ethnica et publicana deinde vitaretur, nec per²²⁾ hoc libera praerberet ei²³⁾ peccandi facultas propter impunitatem peccati? Sed numquid vir non potest dimittere uxori²⁴⁾ "in ipsum" peccanti non solum septies, sed etiam usque²⁵⁾ septuagies septies secundum evangelicam veritatem? Tutius ergo in hoc casu videtur²⁶⁾, ut propter iurandi religionem vir accusare desinat uxorem ad divortium celebrandum, quanquam denunciare eam possit ad poenitentiam peragendam. *Pensato itaque huius responsionis tenore procedas in causa, super qua nos consulere decessisti. Dat. Viterbii Kal. Sept. Ao. X.* [1207.]

CAP. XXVI. 27)

Licite ex causa necessaria etiam per religiosos iuratur.

*Idem Abbati et Capitulo Castellionis.*²⁸⁾

Etai Christus praeceperit secundum evangelicam²⁹⁾ veritatem, "ut" sit sermo vester: est est "et" non non, "id est, ut affirmatio vel negatio, sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde, quia tamen hominum, exrescente malitia simplici assertioni vel negationi vix creditur, idcirco prudenter adiunxit: "quod amplius est, a malo est." A³⁰⁾ malo quidem, non tam culpae, quam poenae; nec exhibentium, sed exigentium iuramentum. Nam incredulitas huiusmodi magis est poena, quam culpa. Unde non dixit "malum," sed dixit: "a malo." Licet enim iuramentum prohibuisse Dominus videatur, nusquam tamen per creatorem, sed per creaturam iurare prohibuit, ne per huiusmodi iuramentum transferretur³¹⁾ ad creaturam honorificentia creatoris. Quare quum in evangelio praemisisset: "Dico vobis, nolite iurare³¹⁾ omnino," statim subiunxit³²⁾: "neque per coelum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum pedum ipsius est; neque per Hierosolymam, quia civitas est regis magni; neque per caput tuum, quia³³⁾ non potes unum capillum facere album aut nigrum." Et quamvis non sit per creaturam iurandum, si tamen iuret per creaturam, servandum³⁴⁾ est quidem, dummodo sit licitum quod iuratur, quia, teste³⁵⁾ veritate, "qui iurat in coelo³⁶⁾, iurat in throno Dei, et in eo, qui sedet super eum." Iacobus quoque non simpliciter prohibet³⁷⁾ iuramentum, sed "voluntatem iurandi, quum ait: "Ante omnia, fratres mei, nolite iurare," quoniam ad iuramentum³⁸⁾ non debet quemquam spontanea voluntas inducere, "quia qui facile iurat facile peccat," sed necessitas trahere³⁹⁾ importuna. Et tunc potes⁴⁰⁾ sine culpa iurare; dummodo illos tres comites habeat iuramentum, de quibus Propieta "sic" ait: "Et iurabant, vivit Dominus, in veritate, et⁴¹⁾ iudicio, et iustitia, et benedicent eum omnes⁴²⁾, ipsumque laudabunt." Quod autem Iacobus subdit⁴³⁾: "neque per coelum, neque per terram, neque per quodcumque aliud iuramentum," iurare vetat per quamlibet creaturam, quodcumque sit illud. Alioquin non dixisset Apostolus: "Homines per maiorem suum⁴⁴⁾ iurant⁴⁵⁾, et omnis controversiae eorum ad confirmationem finis est iuramentum." In quo patenter ostendit, per quem sit iurandum, quum ait: "homines per maiorem suum⁴⁶⁾ iurant," id est, per Deum, et cur sit iurandum, ut videlicet⁴⁷⁾ omnis controversiae finis sit iuramentum. Angelus quoque, quem vidit in Apocalypsi Ioannes⁴⁸⁾ stantem super mare et super terram, levavit manum suam ad coelum, et iuravit

per viventem in saecula saeculorum. Christus etiam plus legitur dixisse in evangelio, quam est est, non non, quum saepissime⁴⁹⁾ dixerit: "Amen⁵⁰⁾ dico vobis." Quod ipse secundum Lucam exponens, quum praemisisset⁵¹⁾: "amen dico vobis, quia⁵²⁾ nemo propheta acceptus est in patria sua," consequenter adiunxit: "in veritate dico vobis, quia⁵³⁾ multae viduae erant in diebus Heliae in Israel." Apostolus quoque iurabat, quum diceret⁵⁴⁾: "Testis est mihi Deus," et iterum⁵⁵⁾: "Quotidie morior per gloriam vestram, fratres." Quae⁵⁶⁾ graeca exemplaria manifestissimam⁵⁷⁾ iurationem esse ostendunt. Si enim per se malum esset iurare⁵⁸⁾; profecto Dominus non iurasset, quum tamen in veteri testamento legatur: "Quia iuravit⁵⁹⁾ Dominus, et non poenitebit eum," et⁶⁰⁾ rursum: "Iuravit Dominus David⁶¹⁾ veritatem, et⁶²⁾ non frustrabitur eum;" immo et praecepit in veteri testamento: "Redde⁶³⁾ Deo⁶⁴⁾ iuramenta tua⁶⁵⁾." Quaedam enim⁶⁶⁾ prohibentur, quia per se mala⁶⁷⁾ sunt, ut furtum, adulterium et huiusmodi, quae non sunt aliquatenus facienda. Quaedam vero prohibentur ex causa, non quia per se mala sunt⁶⁸⁾, sed quia, si fiant frequenter et multum, ex his mala sequuntur⁶⁹⁾, ut vinum per se "quidem" malum non est, et tamen prohibet Apostolus dicens⁷⁰⁾: "Nolite inebriari vino, in quo est luxuria," quoniam ex frequenti et immoderata potatione vini luxuria generatur. Sic et iuramentum per se quidem malum non est, quum sit confirmatio veritatis, sed tamen prohibetur ex causa, quoniam ex frequenti et incauta iuratione periurium saepe contingit, sicut in Ecclesiastico legitur: "Vir multum iurans replebitur⁷¹⁾ iniquitate, et non discedet⁷²⁾ a domo eius plaga." Quomodo ergo Paulus indulsit⁷³⁾ propter⁷⁴⁾ necessitatem discipulo suo, "videlicet" Timotheo, ut utatur modico vino propter stomachum et frequentes infirmitates, sic profecto, quum necessitas exigit, pro re vera, licita et honesta⁷⁵⁾ potest secure iurari⁷⁶⁾, quia cessante causa cessat effectus. Licet ergo debeat esse viri⁷⁷⁾ perfecti, ut, quantum potestis, iuramenti vinculum evitatis, volentes tamen indemnitati vestri monasterii "paterna sollicitudine" providere, ne propter defectum testium sui iuris sustineat laesionem, "eius auctoritate, qui dicit in evangelio⁷⁸⁾: "Si peccaverit in te frater tuus, corripue eum inter te et ipsum solum, et, si non audierit te, adhibe tecum duos vel tres testes, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum," praesenti vobis⁷⁹⁾ pagina indulgemus, quatenus vos et monasterii vestri⁸⁰⁾ conversi possitis in causis eiusdem, deficientibus aliis testibus, pro ipso perhibere testimonium veritati. *Nullo ergo etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. XII. Kal. Apr. Ao. IX.* [1206.]

CAP. XXVII. 81)

Iuramentum contra utilitatem ecclesiasticam praestitum non tenet.

*Idem Episcopo Ameliensi.*⁸²⁾

Sicut nostris est auribus intimatum, ecclesia "dudum" Tudertina⁸³⁾ vacante ipsius canonici, et "venerabilis quoque frater noster" episcopus "Tudertinus" cum⁸⁴⁾ eis⁸⁵⁾, dum esset in minoribus ordinibus⁸⁶⁾ constitutus, iuramenta quaedam in damnum episcopalis iuris fecerunt, priusquam de pontificis electione tractatus aliquis haberetur, "quae utrum servari debeant, quum ex eis praesertim contingeret redditus episcopales minorari, tanquam vir providus et discretus olim nos idem duxit episcopus consulendos. Nos ergo salutis eius paterna volentes sollicitudine providere," Pro iuratione incauta imponi fecimus episcopo⁸⁷⁾ poenitentiam congruentem. "Et nihilominus attendentes, quod iuramentum non, ut esset iniquitatis vinculum, fuerit institutum, et" Quia⁸⁸⁾ non iuramenta, sed periuria potius sunt dicenda, quae contra utilitatem ecclesiasticam attentantur, "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus "personaliter ad ecclesiam Tudertinam accedens" ab⁸⁹⁾ ipsis canonicis inquiras super praemissis diligentius verita-

Cap. XXV. 12) omitt. ib. — 13) traheret: Cont., Böhm. — 14) abest a Comp. III., Reg. — 15) eam: C. R. 1. — omitt. Comp. III. Ms. — 16) add.: C. R. 1. — 17) de ad: C. H. — 18) observandum: C. R. 1. — 19) cf. c. 1. C. XXXII. qu. 1. — 20) omitt. Comp. III. Aug. — 21) cf. Matth. XVIII. 17. — 22) ne propter: C. H. — ne per: Comp. III. Aug. — ne vel hoc: Ms. — nove per: Reg. — 23) omitt. Comp. III. Ms. — 24) omitt. ib. — ipsi: Aug. — ei: Reg. — 25) usque ad: C. H. — cf. Matth. XVIII. 22. — 26) videretur: Cont., Böhm. — Cap. XXVI. 27) Restitutum ex Reg. Breu. IX. 124. — Comp. III. h. t. c. 13. — 28) add.: alias Conchuram: Reg. — Stao abb. etc.: Cont. — 29) Matth. V. 37. — 30) omitt. C. H., Comp. III. Ms., Reg. — 30) transferatur: C. R. 1. — transferatur: C. R. 2. — 31) non iurare: Comp. III., Reg. — cf. Matth. V. 34. — 32) subiungit: C. R. 2. — 33) add.: tu: ib. — 34) observandum: C. R. 1. — 35) testant: ib. — cf. Matth. XXIII. 22. — verb.: quia... eum: omitt. Reg. — 36) coelum: C. H. — 37) prohibuit: ib., Reg. — cf. Iac. V. 12. — 38) iurandum: C. H., Comp. III., Reg. — 39) omitt. Comp. III. Aug. — 40) potest: Comp. III., Reg. Cont., Böhm. — 41) et in iud. et in iust.: C. R. 1. H. — cf. Hier. IV. 2. — 42) gentes: Reg. — 43) Iac. V. 12. — verb.: Quod... illud: non leg. in Reg. — 44) maiores sui: Comp. III. Aug. — maiorem sui: Reg. — cf. Hebr. VI. 16. — 45) add.: i. e. per Deum: C. R. 1. — 46) cf. n. 84. — 47) omitt. C. H. — 48) cf. Apoc. XX. — 49) saepe: C. H. — 50) add.: Amen: C. R. 1. —

51) Luc. IV. 24. — 52) omitt. C. H. — 53) quod: C. H. — 54) Rom. I. 9. — 55) 1. Corinth. XV. 31. — 56) quam: Comp. III. Aug. — 57) manifeste: Comp. III. Ms. — 58) iuramentum vel iurare: ead. — 59) quod iurabit: C. H. — cf. Psal. CIX. 4. — 60) omitt. Comp. III. Aug. — cf. Psal. CXXXI. 11. — 61) abest a Comp. III. — 62) et... eum: omitt. C. R. H., Comp. III., Reg. — 63) reddi: Reg. — cf. Levit. XIX. 12. Matth. V. 23. — 64) Domino: C. R. H., Comp. III., Reg. — 65) omitt. Comp. III., Reg. — 66) etenim: ib., C. R. — 67) malum: Reg. — 68) sint: C. H., Reg. — 69) sequatur: C. H. — 70) Eph. V. 18. — 71) implebitur: Comp. III., Reg. — cf. Eccles. XXIII. 12. — 72) recedet: C. R. 2. — 73) indulget: Comp. III., Reg. — cf. 1. Tim. V. 23. — 74) per: Comp. III. Aug. — pr. nec.: omitt. C. H. — 75) licite et honeste: C. R. 2. — 76) iurare: C. R. 1. — 77) omitt. Comp. III. Aug. — 78) Matth. XVIII. 17. — 79) vero: Reg. 80) omitt. C. R. 2.

Cap. XXVII. 81) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 577., Comp. III. c. 3. de constit. I. 1. — 82) ep. Am.: omitt. C. R. 1. — Amelin. ep.: Comp. III. Ms. — archiepiscopo Armeriensis: Rain. — 83) Tudertina: Comp. III. Aug. per tot. — 84) videns quod cum eis: Rain. — 85) dum eis: omitt. Comp. III. Ms. — 86) in minori officio: Comp. III. Aug., Rain. — 87) ipsi ei: Comp. III. Aug. — ei: Ms. — sibi: Rain. — 88) quia vero: C. R. 1. — quod: Comp. III., Rain. — 89) omitt. Comp. III. Ms. — ab ipsis... vera: omitt. Rain.

tem, et, si ea, "quae dicta sunt superius," inveneris esse vera, quod in damnum episcopalis iuris repereris taliter attentatum, "nostra suffultus auctoritate" in statum debitum appellatione remota reducas, "faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari."

CAP. XXVIII.⁹⁰⁾

Iuramentum praestitum super actu a lege infirmato principaliter favore iurantibus, licet secundario in favorem publicum, necessario est observandum, si non vi, nec dolo fuit praestitum, et in alterius praevudicium principalkter non redundat. H. d. multum singulariter considerata mellulla capituli.

Idem.⁹¹⁾

Quum contingat interdum "in tua dioecesi," quod constante matrimonio mulieres⁹²⁾ alienationibus super rebus dotalibus et donationibus⁹³⁾ propter nuptias consentiant⁹⁴⁾, ne ulterius contraveniant proprio sacramento firmando, ac soluto processu temporis matrimonio contravenire nitantur⁹⁵⁾, utrum hoc⁹⁶⁾ eis liceat, a nobis tua fraternitas requisivit. Nos autem fraternitati tuae taliter respondemus, quod, etsi⁹⁷⁾ mulierum consensus in talibus non videatur obligatorius secundum legitimas sanctiones, ne tali tamen⁹⁸⁾ praetextu viam contingat periculis aperiri, mulieres ipsae servare debent huiusmodi iuramenta, sine⁹⁹⁾ vi et dolo, sponte "ac provide" praestita, quum in alterius praevudicium non redundent, nec observata vergant in dispendium salutis aeternae.

CAP. XXIX.¹⁰⁰⁾

Movens bellum iniustum compellitur restituere, quae per violentiam occupavit, et eos absolovere, a quibus indebite iuramenta extorsit. H. d. usque ad vers.: Iuramentum. — §. 1.: Non adstringitur quis iuramento ad implendum quod iuravit, si ab alia parte non impletur, cuius respectu praestitum est iuramentum.

Idem.

Sicut "oblatus dilecti filii I. de Cuter.¹⁾ literarum nobis tenor expressit, super expertis et in se ipso quod fallax huius vitae incurditas vix aut nunquam statu permaneat in eodem. Quanto enim ei libentius quis inhaeret, tanto facilius labitur cum labente. (Et infra:) Quum igitur simus in eo loco constituti, ut secundum verbum propheticum debeamus dissolvere colligationes impietatis et fasciculos deprimentes, ac dimittere eos, qui contracti sunt, liberos, et omne onus dirumpere, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus" Si "vobis" constiterit, quod praedictus H. iniuste bellum moverit²⁾ contra I.³⁾, ipsum H. "monere attentus et" inducere studeatis⁴⁾, ut "terram ipsius et alia" universa per huiusmodi violentiam occupata⁵⁾ "sine dilatione" restituitur conquarenti, eum a praestito sibi iuramento prorsus absolventes. Quodsi⁶⁾ "monitis vestris forte" acquiescere noluerit, ipsum ad hoc⁷⁾, si praemissa veritate nitantur⁸⁾, "sublato cuiuscumque contradictionis et appellationis obstaculo" cogatis⁹⁾ per sententiam excommunicationis, terram eius interdicti sententiae supponentes. §. 1. Iuramentum autem, quod "idem" I. "ultimo" se asserit praestitisse, si de assensu factum est utriusque, eum non ligat, qui praestitit, dum ille, cui praestitum fuerat¹⁰⁾, servare negligit quod promisit.

CAP. XXX.¹⁰⁾

Clerici non habentes temporalia a laicis non tenentur eis praestare iuramenta fidelitatis.

Idem in concilio generali.

Nimis de iure divino quidam laici usurpare nituntur¹¹⁾, quum¹²⁾ viros ecclesiasticos, nihil temporale obtinentes¹³⁾ ab eis, ad praestandum¹⁴⁾ sibi fidelitatis iuramenta compellunt. Quia¹⁵⁾ vero secundum Apostolum servus suo¹⁶⁾ domino¹⁷⁾ stat aut cadit, sacri auctoritate concilii prohibemus, ne tales clerici¹⁸⁾ personis saecularibus praestare cogantur huiusmodi iuramenta.¹⁹⁾

Cap. XXVIII. 90) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 1. — 91) *Belvacensis episcopo*: Comp. IV. Aug., Böhm. — 92) *mulieris*: Comp. IV. Ms. A. — 93) *donatione pr. n. sibi data* (Ms. A.: *datas*): Comp. IV. — 94) *consentiant*: C. H. — *consentiant*: Comp. IV. Ms. A. — 95) *nitantur*: C. H., Comp. IV. — 96) *omittit*: Comp. IV. Ms. A. — 97) *si*: Comp. IV. Ms. A. B. — 98) *omittit*: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 99) *si sine ... praest. sint*: Comp. IV. Aug.

Cap. XXIX. 100) Restitutum ex Coll. Fuld. (No. 158.) tit. de iur., ex qua nobiscum communicavit Ill. Bickellus. — 1) ita Fuld.; leg.: *Cutrac*? — 2) *moveret*: Comp. IV. Ms. A. B. — 3) *Jo.*: Comp. IV. Ms. A. — 4) *curvetis*: Fuld. — 5) *ablatus*: C. H. — 6) *Si forsam*: ib. — 7) *ad hoc*: Böhm. — 8) *nituntur*: C. R. Comp. IV., Cont. — 9) *compellatis*: Fuld., Comp. IV. — 9) *fuit*: C. H. — *fuerit*: Cont., Böhm.

Cap. XXX. 10) c. 43. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 3. — 11) *videntur*: Comp. IV. Ms. A. — *conantur*: conc. — 12) *contra*: Comp. IV. Aug. — 13) *continentes*: conc. Ms. — *detinentes*: Mans. — 14) *praestanda*: C. H. — *probandum*: Comp. IV. Ms. A. — 15) *Et*

CAP. XXXI.²⁰⁾

Qui iurat non esse contra aliquem, potest in causis propriis et ecclesiae suae esse contra eum. H. d. secundum intellectum glossae.

Honorius III. A. et C.²¹⁾ *Canonicis Antiochenis.*

Petitio vestra nobis exhibita continebat, quod ecclesia Antiochena vacante "nobis vir R." princeps Antiochenus, timens conspirationes aliquas fieri contra eum, a vobis iuramentum extorsit, quod contra ipsum de cetero non essetis. "Quum autem idem princeps aduersus ipsam ecclesiam frequentes habeat quaestiones, vos nec ipsi deesse ecclesiae sine ipsius detrimento potestis, nec eidem audetis adesse, ne videamini contra dictum facere iuramentum. Quare nobis humiliter supplicastis, ut super his paterna providere sollicitudine dignaremur. Nos igitur utilitati eiusdem ecclesiae, et saluti ac famae vestrae, et honori dicti principis pariter providentes," Interpretatione congrua declaramus, vos iuramento huiusmodi non teneri, quin pro iuribus²²⁾ et honoribus ipsius²³⁾ ecclesiae, ac etiam apicalibus vestris legitime defendendis contra ipsum principem stare libere valeatis, coercendo vos a machinatione duntaxat, per quam idem princeps deberet laesionem personae vel sui amissionem incurrere principatus. "Decernimus igitur etc."

CAP. XXXII.²⁴⁾

Quum agitur de usuris, potest iudex in qualibet parte litis ex officio suo deficientibus probationibus exigere a partibus iuramentum de veritate dicenda. Et eadem ratione idem in qualibet causa, in qua imminet peccatum. H. d. secundum Panormitanum.

Idem Archidiacono²⁵⁾ et Magistro G. Canonico Tullensibus.²⁶⁾

Ex literis vestris accepimus, quod²⁷⁾ super causa usurarum vobis pro G. "de Rossnel milite" contra E. "de Espinal militem Tullensis dioecesis" ab apostolica sede²⁸⁾ commissa non potuit "vobis" per testes ab ipsius G. parte productos de sortis quantitate liquere, licet de obligatione pignoris constitisset. Unde expedire videtis²⁹⁾, quod exigatur de dicenda veritate a partibus iuramentum, quum ex fama quasi notorium habeatur, praefatum E. ex quadam terra ipsius G. sibi titulo pignoris obligata sortem³⁰⁾ et amplius percepisse. Nos igitur ex huiusmodi iuramenti defectu iustitia occultata³¹⁾ veritate succubant, "discretionis vestrae" mandamus, quatenus, "si est ita," partes ad praestandum huiusmodi iuramentum per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis³²⁾.

CAP. XXXIII.³³⁾

Si positus in dignitate alienat bona dignitatis, non valet alienatio; et ipsemet revocare debet, non obstante iuramento de non revocando; maxime, si prius iurat non alienare. H. d. secundum verum intellectum Panormitanus.

Idem Collossensi³⁴⁾ Archiepiscopo et eius Suffraganeis.

Intellecto iam dudum, quod carissimus in Christo filius noster Hungariae rex illustris alienationes quasdam fecerit³⁵⁾ in praevudicium regni sui et contra regis honorem, nos, "super hoc affectione paterna consulere cupientes," eidem regi dirigimus³⁶⁾ scripta nostra³⁷⁾, ut alienationes praedictas, non obstante iuramento, si quod fecit de non revocandis eisdem, studeat revocare, quia, quum teneatur, et in sua coronatione iuraverit "etiam," iura regni sui et honorem coronae illibata servare, illicitum profecto fuit, si praestitit³⁸⁾ de non revocandis alienationibus huiusmodi iuramentum, et propterea penitus non servandum.

CAP. XXXIV.

Si mulier iuravit, aliquem esse suum maritum, et succubuit, quia aliter non probavit, non datur, nec denegatur ei licentia cum alio contrahendi.

Gregorius IX. *Episcopo Cenomanensi.*

Mulier, quae in iure praestito iuramento asseruit, virum talem in ipsam per verba de praesenti matrimonialiter consensisse, pro-

quia sec. Ap.: ib. — cf. Rom. XIV. 4. — 16) *omittit*: C. H. — 17) *add.*: aut: Comp. IV. — 18) *omittit*: C. H. — 19) *iuramentum*: ib., Comp. IV., conc.

Cap. XXXI. 20) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 21) *E.*: C. H. — *G.*: Böhm. — *magistro Anselmo DD. (Ddit, i. e. Deuseddit: Ms.) et Gerardo can. Ant.*: Comp. V. — 22) *viribus*: Comp. V. Cir. — 23) *omittit*: C. H. — 24) Restitutum ex Comp. V. c. un. de iur. cal. l. 25. — 25) *archiepiscopo*: C. R. 1. — 26) *Tullens.*: C. H. — *Tullon.*: Comp. V. Ms. — 27) *quod quum*: C. H. — 28) *apud ap. sed.*: ib. — 29) *si expedire videretur*: ib. — *Unde non immerito videbatur expedire iustitiam, quod exigere tur*: Comp. V. Cir. — *unde invenire videbatur in expedire etc.*: Ms. mendose. — 30) *et sort.*: C. R. 2. — 31) *occulta*: Böhm. — 32) *compellatis*: C. H.

Cap. XXXIII. 33) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 3. — 34) *Colocen.*: C. R. 1. — *Colossen.*: Böhm. — *Colocosa*: C. R. 2. H., Comp. V. — 35) *fecit*: C. H., Comp. V. Ms. — 36) *dirigimus*: C. R. — 37) *add.*: *mandantes*: C. H. — 38) *praestitit*: C. R.

bationes alias non habenti, viro ab eius impetitione per sententiam absoluto, non debes licentiam dare cum alio matrimonium contrahendi, ne auctor perituri videaris. Nec hoc ei dicimus prohibendum, ne forte, si falsum iuraverit³⁹), matrimonium contingat legitimum impediri; sed suae conscientiae est potius relinquenda.

CAP. XXXV.

Qui iuravit servare statuta edita, et postea per illud iuramentum aliter non iurando promisit servare edita secum postea edita, non tenetur ex iuramento ad noviter edita. H. d. secundum verum intellectum.

Idem.

Clericus, qui iuravit, se statuta in ecclesia sua edita servaturum, promittens per idem iuramentum, statutum, quod postmodum subsequutum est⁴⁰), fideliter observare, licet transgredi non debuerat⁴¹) quod promisit, non tenetur ad illius observantiam ex debito praestiti iuramenti⁴²).

CAP. XXXVI.

Iuramentum litis decisorium a iudice delatum, sine iusta causa recusari non potest; delatum vero a parte licite recusatur et refertur; in actione tamen famosa non licet reo referre. Hoc dicit, usque ad §. Sane. — §. 1. Actore nihil probante reus est absque omni onere absolvendus; si vero praesumptio est pro eo, defertur reo iuramentum vel ipsi actori, consideratis personarum et causae circumstantiis. H. d.

Idem H. d.) Iudici.

Iuramentum a te parti delatum, nisi iusta de causa, non potuit recusari, quamvis, quod in iudicio a parte parti defertur, recusari possit licite ac referri; nec liceat convento famosa actione referre huiusmodi insiurandum. §. 1. Sate, si actor omnino in probatione defecerit, reus debet, et si nihil praestiterit, obtinere; praesumptione vero faciente pro illo, reo deferri potest ad ostendendam suam innocentiam iuramentum, nisi iudex inspectis personarum et causae circumstantiis illud actori videat⁴³) deferendum.

TITULUS XXV. DE EXCEPTIONIBUS.

CAP. I.)

Si testis de crimine contra eum excepto convincitur, vel alias convictus apparet, repellitur a testimonio; sed de crimine non punitur, si non tangit negotium principale.

Coelestinus III.)

Denique, quod in dicta et personas testium, quibus ante iuramentum vel depositiones nihil obiectum fuit, post attestations publicatas possit opponi, hoc in Romana ecclesia de longa consuetudine obtinuisse cognoscas, ut ante iuramentum vel depositiones et post, in dicta et personas testium legitima exceptio in iure possit opponi. Et, si crimina testibus obiciuntur, de quibus non fuerant²) hactenus accusati, sed tantum per exceptionem⁴) a quolibet³) opponuntur, probatio utique illorum⁵) criminum exhibenda est, antequam causa per sententiam terminetur, quum, sicut canonica instituta⁶) declarant, testes absque ulla infamia, vel suspitione vel manifesta macula in ferendo testimonio requirantur. Quodsi sola illa⁷) crimina, de quibus alio tempore convicti vel confessi fuerunt⁷), testibus obiciuntur, a testimonio repelli possunt, quia, sicut Stephanus⁸) Papa et alii Pontifices multi Romani testantur, non est credendum contra alios eorum⁸) confessioni, nisi prius se probaverint innocentes. Ceterum si de criminibus ad solam exceptionem obiectas testes convicti fuerint sive confessi, poena ordinaria mulctari non debent¹⁰), quum accusatio in ipsos secundum iuris ordinem non procedat. Sufficit ergo, si a perhibendo¹¹) testimonio repellantur, praesertim ubi¹²) crimen, quod eis obicitur, causam, de qua agitur, contingere non videtur¹³).

CAP. II.)

Reo excipiente de excommunicatione contra actorem, non obstat communionis replicatio.

Innocentius III. Archidiacono Richemundiae.

A nobis ex parte tua fuit quaesitum, utrum is, qui excommunicatus in locutione vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum a sua possit accusatione repellere, quum ille¹⁵) communionem huiusmodi replicet contra eum. Nos igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, quod ipse ab accusatione illius¹⁶) poterit removeri, quum primus a communionem fidelium sit exclusus, secundus vero tantum a sacramentorum participatione¹⁷) sit¹⁸) remotus.

CAP. III.)

Habens plura beneficia contra alium de pluralitate non excipit. H. d. Ioan. Andr.

Idem Audicensi²⁰) Episcopo.

Quum²¹) ecclesiasticae provisionis officium, ad quod sumus, licet immeriti, Domino disponente vocati, nos iuxta verbum Apostoli sapientibus et insipientibus constituerit debitores, sic nos convenit perlatas ad apostolatus nostri notitiam quaestiones subtili investigatione discutere, et eas iudicio vel rationabili mediante concordia terminare, et quas per nos non possumus, aliis de auctoritate nostra committere diffiniendas, quod nullus in conspectu sedis apostolicae tui iuris se conqueri valeat sustinuisse defectum; et nos, sicut ex cura tenemur sollicitudinis pastoralis, iusta iudicare et iustitiam diligere videamur. Pro quaestione siquidem, quae inter dilectos filios Novariensis capitulum et Iacobum clericum super praebenda Novariensis ecclesiae vertebatur, tam nuncii capituli, quam idem Iacobus ad sedem apostolicam accesserunt. Et dum in nostra et fratrum nostrorum praesentia foret utraque partium constituta, pro ipso Iacobo fuit taliter in nostro auditorio allegatum, quod, quum olim de mandato bonae memoriae F. tit. sancti Marcelli presbyteri cardinalis tunc apostolicae sedis legati de primo tunc uscatura in Novariensi ecclesia praebenda fuerit investitus, eidem stalli chori et loco capituli assignatis, et ad eandem postmodum filius dilecti filii Saxonis. Vulgamini nobilis civis Romani de auctoritate apostolicae sedis admissus, qui super possessione et fructibus praebendae ipsius a consanguineis praedicti Iacobi molestias sustinuit et pressuras, de quibus fructibus inter ipsum Iac. et praefatum nobilem amicabilem tandem compositio intervenit, quia super praebenda ipsa eidem Iacobo silentium fuerat impositum, ut de ea movere non posset ulterius quaestionem, placuit tandem bonae memoriae C. praedecessori nostro, praefati Iacobi consideratis laboribus et expensis, praebendam Novariensis ecclesiae, quae fuerat magistri B. de Sano, ad preces quorundam cardinalium eidem conferre, et ipsum de eadem manu propria per annum investire, Novariensi capitulo districte praecipiendo, quatenus ipsum Iac. electione, quam de pluribus personis in Novariensi ecclesia in canonicos assumendis, et constitutione, quam de fructibus fecerant praebendarum, quae omnia idem praedecessor noster de fratrum consilio irritaverat, alienatione etiam, obligatione vel assignatione eiusdem praebendae nequaquam obstantibus, in fratrem et canonicum nomine dictae praebendae sine qualibet difficultate postposita appellatione reciperent, et eundem in ipsius praebendae possessionem inducerent corporalem, stallum ei in choro et locum in capitulo assignantes; alioquin scirent dilecto praeposito sancti Gaudentii Novariensis subdiacono nostro et R. canonico de Gorgozula ab ipso praedecessore nostro datum firmiter in mandatis, ut ipsi ea exsequi per districtiorem canonicam appellatione postposita non tardarent. Quae omnia in eiusdem praedecessoris nostri literis manifeste persperimus contineri. Quumque dicti canonici mandata apostolica et praeccepta surdis auribus pertransirent, praefati executores, auditis quaecunque ex parte canonicorum fuere proposita et in scriptis redacta receptis, post multas admonitiones et dilationes postulas ab eis, habito prudentium virorum consilio, exceptiones canonicorum non esse admittendas decernentes, iuxta tenorem mandati apostolici stallum ipsi Iac. in choro et locum in capitulo assignarunt, et unus executorum, R. scilicet de

Cap. XXXIV. 39) iuravit: C. H.
Cap. XXXV. 40) esset: C. R. 1. — 41) debeat: C. R. H. — 42) sacramenti: C. R. 2.

Cap. XXXVI. 43) Hanc: C. H. — 44) viderit: C. R. 1.
TIT. XXV. Cap. I. Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 382, Comp. II. h. t. c. un. — 2) add.: P. C. Laudabilem: Comp. II. — ef. c. 2. ut lite pend. II. 14. — 3) fuerint: Luc. — 4) exceptiones: C. R. 1. — ad solam exceptionem: Luc., Comp. II. — 5) eorum: Luc. — 6) statuta: Comp. II. Aug., Ms. A. — constituta: Ms. B., Luc. — 7) fuerint: C. R. H., Luc., Comp. II. — 8) Steph. et alii Papae Pont. Rom.: Luc. — multi testantur

Romanae ecclesiae: Comp. II. Ms. A. — cf. c. 3. C. XI. qu. 1. — 9) illorum: ib. — 10) possunt, quum acc. contra ipsos sec. ius ex ordine non proc.: Luc. — 11) proferendo: Comp. II. Ms. A. — 12) nisi: ib. — 13) videtur: Luc.

Cap. II. 14) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — 15) omitt. Comp. III. Ms. — 16) ipsius: C. R. 1. — sua: Comp. III. Aug. — 17) perceptione: C. H. — 18) omitt. Comp. III.

Cap. III. 19) Restitutum ex Reg. Bal. I. 39. — Comp. III. h. t. c. 2. — 20) Laudan.: Comp. III. — leg. tamen cum Reg.: Laudensi (Lodi) — 21) Quum in: C. H.

Gorgozula, de mandato et voluntate alterius cum in corporalem praebendam possessionem induxit, et supradictos canonicos post admonitiones plurimas, nisi mandato apostolico infra dies quindecim obedirent, vinculo excommunicationis adstrinxit, sicut in instrumentis, quae nobis exhibuit, continetur. E contrario vero Novarienses canonici respondentes exceptiones quam plurimas allegabant, quibus ipse Iac. a perceptione praebendae repellere omnimodis intendebant, dicentes, quod per literas, quas a praedicto cardinali F. impetraverat, ipse Iac. de praebenda post appellationem legitime interpositam fuerat investitus, et praefatus praedecessor noster quod de eo per cardinalem factum fuerat irritavit, et quod post cassationem factam contra prohibitionem apostolicam fructus praebendae auctoritate propria invadere non expavit. Insuper etiam investituram praebendae et executionem literas a praedecessore nostro per falsam suggestionem obtinuit, quia se beneficiatum in alia ecclesia non exposuit, nec dixit, quod ad illas duas praebendas, quae in Novariensi vocabantur ecclesia, quarum una fuerat magistri R., et alia magistri P. nunc Novariensis episcopi, tunc canonici, unus sacerdos, et alius, qui proximo deberet in presbyterum ordinari, concessio duobus arbitrio ante generalem illam ordinationem factam, in Novariensi ecclesia electi fuerant concorditer et admissi. Utrunque praeterea multa alia fuere proposita, quae literis praesentibus non iussimus adiaceri. Volentes igitur cuique suam iustitiam conservare illaesam, quia de praemissis nobis certitudo dari non poterat, ut decebat, factum ipsum fraternitati tuae de fratrum nostrorum consilio duximus committendum, per apostolica tibi scripta Mandamus²¹), quatenus, partibus ad tuam praesentiam convocatis, nisi infra duos menses legitime tibi constiterit, praedictos sacerdotem et alium, qui proximo debebat in presbyterum ordinari, ante ordinationem illam generalem de sedis apostolicae auctoritate cassatam ad illas duas praebendas electos canonice et admissos, auctoritate nostra, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, ceteris exceptionibus non obstantibus ipsum²²). Ia. faciat praebendam illius, de qua per Coelestinum²³) praedecessorem nostrum noscitur²⁴) investitus, pacifica possessione gaudere, praesertim²⁵) quum exceptionem illam, quod praefatus Ia. in alia ecclesia beneficium possidet²⁶), ei non possint²⁷) opponere, quos²⁸) constat varia beneficia in diversis ecclesiis obtinere. Illos autem etc. Dat. Lat. V. Non. Mart.* [1198.]

CAP. IV.²⁷)

Iudex statuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendus, post quem excipientem non audiet, nisi in tribus casibus hic exceptis.

Idem Episcopi Heliensis.

Pastoralis (Et infra: [cf. c. 28. de off. iud. del. I. 29.]) Quoniam autem per dilatorias exceptiones malitiose nonnunquam causarum terminatio prorogatur, inquisitioni tuae respondendo decernimus²⁹), ut infra³⁰) certum tempus a iudice assignandum omnes dilatorias proponantur ita, quod si partes extunc aliquas voluerint opponere³¹), quas non fuerint protestatae, nullatenus audiantur, nisi forte aliqua de novo sibi competens³²) exorta fuerit, vel is, qui voluerit eam opponere, fidem faciat iuramento, se postmodum ad illius notitiam pervenisse. Statuimus etc. [cf. c. 14. de iud. II. 1.] Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Ian.* [1204.]

CAP. V.³²)

Excommunicatus excipere, appellare, et omnem defensionem facere potest; sed reconvenire non potest.

Idem Monachis Farsensibus.³³)

Quum inter dilectos filios³⁴) priorem et conventum de Argentolio³⁵) ex parte una, et nobilem virum S. de Malileone³⁶) dioecesis Pictaviensis ex altera super damnis et aliis³⁶) coram vobis ex delega-

tione nostra³⁷) quaestio verteretur, procuratore ipsius nobilis vestrum volente declinare iudicium, eo, quod duos ex vobis habebat³⁸) suspectos, procurator monasterii allegavit, parti eiusdem nobilis, quum esset vinculo excommunicationis adstrictus³⁹), exceptionis huiusmodi beneficium interdictum. Quum enim excommunicatus, ne reportet ex contumacia commodum, valeat conveniri, si ad exceptiones liberum possit habere recursum, traheretur multoties in favorem quod est in odium introductum. Unde postulastis apostolicae sedis oraculo edoceri, qualiter in hoc dubitationis articulo procedere debeatis. Ad quod sic Inquisitioni vestrae⁴⁰) duximus respondendum, quod praedicto nobili legitima defensio in iudicio reservatur, et maxime iudicis recusatio, quum periculosum sit coram suspecto iudice litigare, ac suspectis iudicibus sedes apostolica causam de certa conscientia⁴¹) non committat. Unde in talibus non excommunicati favor attenditur, sed aequitas iudicantis, quum non debeat claudicare iudicium, ac satis videatur absurdum, si actore impugnantem reo defensionis copia denegetur⁴²), quia sic condemnaretur multoties absolvendus. Porro quum excommunicato, quando in causa absolutionis existit, non sit iusta deneganda⁴³) sententia, nec interdicti debet⁴⁴) eidem appellationis remedium, si contra iustitiam condemnatur, qua ratione in uno eodemque negotio ipsi⁴⁵) alia legitima subtrahantur suffragia, non videmus. Ceterum⁴⁶) non sic in reconventionem sentimus, ne quod in defensionis remedium sustinetur ad impugnationis materiam extendatur.

CAP. VI.⁴⁷)

Excipiens non videtur fateri ea, quae in exceptione includuntur, et exceptio falsi potest etiam post sententiam opponi.

Idem.⁴⁸) Monachis Farsensibus.

Quum venerabilis frater noster I.⁴⁹) Sabinensis episcopus coram dilectis filiis nostris R. tituli⁵⁰) S. Anastasiae presbytero⁵¹), et P. sanctae Luciae ad septa sol. diacono cardinali, quos sibi et R. procuratori vestro concessimus auditores, ecclesiam sancti Viti cum suis possessionibus et pertinentiis petisset, asserens, eandem ad se in spiritualibus et⁵²) temporalibus pertinere, idem⁵³), nondum eiusdem⁵⁴) episcopi intentione fundata⁵⁵), praepropere sic respondit, quod, etsi⁵⁶) dicta ecclesia dudum fuerit⁵⁶) ecclesiae Sabinensi subiecta⁵⁷), eam tamen non poterat episcopus vindicare, quam ex permutationis causa Farsense⁵⁸) monasterium obtinebat, ad hoc probandum quoddam⁵⁹) exhibens instrumentum, in quo contineri prima facie videbatur, quod Theodosius⁶⁰) episcopus cum suorum sacerdotum assensu praedictam ecclesiam sancti Viti pro quibusdam ecclesiis et rebus aliis in cambium⁶¹) vestro duxit⁶²) monasterium concedendam. Ad haec⁶³) episcopus proposuit memoratum, intentionem suam per huiusmodi⁶⁴) responsionem esse fundatam. Quum enim pars vestra responderet⁶⁵), se dictam ecclesiam ex permutatione facta per Sabinensem episcopum obtinere, quod etiam nitebatur publico instrumento probare, confiteri per consequens videbatur, se credere, quod dicta ecclesia tempore permutationis pertinuit ad ecclesiam⁶⁶) Sabinensem, quum permutatio⁶⁷) inter contractus bonae fidei computetur, nec cum alio, quam cum domino, vel cum⁶⁸) eo, qui habebatur loco domini, legitime valeat celebrari, adiciens, quod, etiamsi confessionis stare vellet, in quantum contra eos facere videbatur, instrumentum tamen huiusmodi contra se minime admittebat, quia nec tabellionis auctoritate, nec subscriptione testium dignoscitur esse fultum. Sed ad hoc pars vestra respondit, quod, quum procurator in modum exceptionis id obiceret, non videbatur de adversae partis intentione fuisse confessus, quia iuxta legitimas sanctiones qui exceptione utitur non aestimatur de intentione adversarii, cum quo agitur, confiteri, adiungens, quod, etsi permutationis tempore coenobium Farsense crediderit ecclesiam dictam S. Viti ad Sabinensem ecclesiam pertinere, praedictum tamen procurator ex certis causis seu verisimilibus coniecturis credulitatem suam postmodum

Cap. III. 21*) mandantes: Reg. — 22) C. Papam: C. H. — C. praed. n.: Cont. Böh. — praefatum: Comp. III., Reg. — 23) dignoscitur: C. R. 2. — 24) possideret: Reg. — 25) possent: C. R. 2. Comp. III., Reg. — 26) quae varia beneficia in diversis ecclesiis obtinebant: Comp. III., Reg.

Cap. IV. 27) Restitutum ex Reg. Bregu. VII. 169. — Comp. III. h. t. c. 3. — 28) decernimus: C. H. — 29) intra: Cont., Böh. — 30) proponere: C. R. 1. H., Comp. III., Reg. — 31) sibi comp.: omitt. Reg.

Cap. V. 32) Restitutum ex Comp. IV. c. 2. de iud. II. 1. — 33) inser. omitt. C. H., Comp. IV., iure quidem, quum ex seq. c. in hunc locum per errorem sit translata — 34) Argentorio: Comp. IV. Aug. — Argentorio: Ms. B. — 35) Valenc.: C. H. — Orioleon.: Comp. IV. Aug. — Malleon.: Ms. B. — Malleon.: Ms. A. — leg.: Malleone (Malleon). — 36) ut rebus: Comp. IV. A. — 37) omitt. Comp. IV. Aug. — 38) habeat: C. H. — 39) constructus: Comp. IV. Aug. — adstrictus: Ms. A. B. — 40) tuae: C. R. 1. — tuae taliter: C. H. — inq. vestr.: omitt. Comp. IV. — 41) scien-

tia: Comp. IV. — 42) negetur: Comp. IV. Ms. A. — 43) neganda: Comp. IV. — 44) debeat: C. R. H., Comp. IV. — 45) ipsius: Comp. IV. Aug. — 46) quum ceterum non sint in recon. sanctitum: Comp. IV. Ms. A. mendose.

Cap. VI. 47) Restitutum ex Comp. IV. c. un. de confess. II. 5. — 48) archidiacon. Richen.: C. H. — inser. omitt. Comp. IV. — leg. vid.: Farsensibus. — 49) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 50) diacono S. Anastasiae: Comp. IV. Aug. — 51) omitt. Comp. IV. A. — 52) tam in spir. quam in temp.: ead. — 53) id. R.: C. H. — 54) fundatam: Comp. IV. Ms. A. — 55) si: C. R. 2. — 56) fuerat: ib. — 57) omitt. Comp. IV. Aug. Ms. B. — 58) Forence: Comp. II. Ms. A. B. per tot. — 59) abest a Comp. IV. Ms. A. — 60) Theo.: Comp. IV. Aug. — Theo.: Ms. B. — Theodo.: Ms. A. — 61) cambium: Comp. IV. — 62) duxerit: C. H. — 63) hoc: ib., Comp. IV. Ms. A. B. — 64) huius: Comp. IV. Ms. A. — 65) responderet: C. R. 2. — 66) respondit: Comp. IV. Aug. — 67) episcopum: C. H. — 67) omitt. C. R., Comp. IV. Aug., Ms. B. — 68) abest a Comp. IV. Ms.

potuit taliter informare, ut crederet eandem ecclesiam ad Sabinensem ecclesiam tunc temporis non spectasse. Porro memoratus episcopus ad probandum, quod iam dicta ecclesia ad se in temporalibus pertinebat, quosdam testes induxit, per quos nitebatur ostendere, quod tam dictam ecclesiam, quam molendina, terras, et alia bona eius Sabinenses episcopi diutius possederunt⁷⁰, de illis pro suae voluntatis⁷¹ arbitrio "libere" disponendo. (Et infra:) "Super his igitur et aliis propositis coram supradictis cardinalibus deliberatione cum fratribus nostris habita, Intelleximus, supradictum episcopum intentionem suam minime fundavisse per aetium depositiones⁷², vel procuratoris supradicti⁷³ responsionem, quia, sicut praemisum est, exceptionem obiciens de intentione partis adversae, non intelligit fuisse confessus, vel per instrumentum ex adverso⁷⁴ exhibitum, quum in eo Theodosius⁷⁵ episcopus, a quo permutatio facta proponitur, non dicitur episcopus Sabinensis, quanquam in transcripto, quo procurator utebatur, appositum fuerit⁷⁶ „Sabinensis“ per⁷⁷ vitium falsitatis. Licet autem nimis excesserit qui⁷⁸ transcriptum illius instrumenti falsavit, quia tamen delictum personae in damnum ecclesiae redundare non debet, ac non solum ante sententiam, verum etiam post⁷⁹ obici potest exceptio falsitatis, quum falsorum instrumentorum praetextu lata sententia usque ad XX. annorum spatium valeat retractari veritate comperta, nolumus, ut⁸⁰ per id monasterio vestro praedictum generetur. Quia vero nobis constitit, supra dictam ecclesiam sancti Viti constitutam esse⁸¹ in dioecesi Sabinensi, episcopale ius in omnibus eidem episcopo adjudicavimus in eadem, illis duntaxat⁸² exceptis, quae per authentica scripta ei noscuntur⁸³ esse subtrahita⁸⁴, quum per privilegium vel prescriptionem⁸⁵ legitimam nullatenus probaretur exempta. Verum quia dictus episcopus, qui eandem ecclesiam vendicabat, munitione ac praescriptione legitima non ostendit, quanquam probaverit, episcopum⁸⁶ Sabinensem bona eiusdem ecclesiae aliquanto tempore possedisae, vos ab impetitione episcopi quoad temporalia eiusdem ecclesiae sententialiter duximus absolvendos.

CAP. VII.⁸⁷

Si exceptio iurisdictionis exclusio, propter quum fuit appellatum, probatur vera, iudex appellationis non debet de principali cognoscere, sed supersedere. H. d. intelligendo, quod isti erant iudices appellationis, et est notabilis intellectus. Panorm.

Honorius III. Abbati⁸⁸ S. Huberti et sancti Martini Leodiensis.

Olim nostris fuit auribus intimatum, quod, quum felix recordationis Innocentius Papa praedecessor noster mandavisset venerabili fratri nostro archiepiscopo Treverensi, ut compositionem inter nobiles viros L. comitem de Los et W. de Hollandia crucesignatos Traiectensis dioecesis super raptu nobilis mulieris uxoris eiusdem comitis, terris et rebus aliis amicablem initium faceret observari, dicto W. nitente contra compositionem venire praedictam, et se ad appellationis diffugium convertente, idem archiepiscopus appellationi eius non deferens, quam frivolum esse decrevit, in praefatum W., qui alias erat in vinculo excommunicationis adstrictus, specialiter propter compositionem praedictam excommunicationis, et in terram eius interdicti sententias promulgavit. Quumque postmodum dilectus filius G. dicti comitis procurator nostras ad vos super executione sententiarum ipsarum literas impetrasset, et H. procurator praefati W. in audientia publice contradixisset eidem, venerabilis frater noster P. Albanus episcopus et dilectus filius noster sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardinalis, quos procuratoribus antedictis dedimus auditores, quia per ea, quae ab eisdem fuerunt proposita coram eis, constitit manifeste, dictum W. excommunicationis vinculo esse innodatum, procuratorem eiusdem W. ad impetrandum literas vel contradicendum admittendum non esse sententialiter decreverunt, literis, quas ad vos procurator

dicti comitis impetraverat, absolutis. Nos quidem ad instantiam procuratoris comitis saepe dicti alterius partis astutiam inludentes, vobis dedimus in mandatis, ut in commissio vobis negotio iuxta formam in praedictis literis nostris expressam, ratione praevia procedentes, literas decerneretis carere viribus, si quas forte a nobis super praemissis pro ipso W. in praedictum saepe dicti comitis per subreptionem contingeret impetrari, quae plenam de praedictis non faciant mentionem. Nuper autem ex parte memorati G. fuit propositum coram nobis, quod literis praedicti praedecessoris nostri Treverensi⁸⁹ archiepiscopo praesentatis, idem⁹⁰ excipiendo proposuit coram eo, quod auctoritate literarum ipsarum respondere minime tenebatur, tum quia mortuo mandatore exspiraverat iam mandatum, tum etiam, quia ultra duas diocetis extra suam dioecesim trahebatur in causam contra constitutionem concilii generalis. Et quia dictus archiepiscopus hanc exceptionem⁹¹ admittere recusabat, idem W. vocem ad nos appellationis emisit. Sed praefatus archiepiscopus, ipsius appellatione contempta, mandavit venerabili fratri nostro episcopo Traiectensi, ut compositionem praefatam faceret per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Adiectum etiam fuit ex parte praedicti W., quod dictus comes appellationem frivolum mentiens antedictam, a nobis excommunicatus existens, veritate tacita literas impetraverat supra dictas, Quare pro parte ipsius W. fuit a nobis humiliter supplicatum, ut, quum idem, ac terra et alia bona sua sub apostolicae sedis protectione consistant, super hoc sibi providere misericorditer dignemur, non obstante sententia, quam incurrerat cum Ludovico in Angliam transfretando, quum ipsum absolverimus ab eadem. Nos igitur eidem ab excommunicationis vinculo absolute providere volentes, abbati S. Laurentii in Hostbroch et coniudicibus suis per nostras dedimus literas in mandatis, ut, si rem invenirent taliter se habere, revocato in irritum quicquid invenirent post appellationem huiusmodi attentatum, causam audirent et sine debito terminarent; alioquin partes ad examen vestrum remitterent, appellatam in expensis legitimis condemnantes. Porro procurator partis adversae⁹² respondit, quod⁹³ idem G. ultra duas diocetis extra suam dioecesim minime trahebatur, quum ipse archiepiscopus terminum in tali loco statuerit, qui remotus ab illo non erat ultra, quam provisum est per constitutionem concilii generalis⁹⁴. Adiectum etiam eiusdem comitis procurator, quod saepe dictus W. auctoritate iam dicti praedecessoris nostri alia esse excommunicatione ligatus, de qua in literis ad iam dictum abbatem S. Laurentii et eius coniudices directis nullam fecit penitus mentionem. Quare petiit saepe dicti comitis procurator, ut eas ob causas praedictas decerneremus irritas et inanes. Quia vero in tanta iuris contrarietate proponentium nobis de veritate non constat, Discretionis vestrae mandamus, quatenus, si procurator, dicti G. infra tres menses post primum terminum, sibi super hoc assignatum a nobis, probare potuerit exceptionem, quam⁹⁵ coram archiepiscopo proposuit saepe dicto, videlicet mandatum re integra exspirasse, vel se in causam trahi ultra duas diocetis contra constitutionem concilii generalis, seu etiam ipsum comitem de Los excommunicatum fuisse tempore, quo nostras ad vos literas impetravit, prout eiusdem W. procurator exposuit coram nobis, vos⁹⁶ appellationem dicti G. legitimam decernerentes, negotio supersedere curetis.

CAP. VIII.⁹⁷

Pro defensione suae ecclesiae potest quis opponere exceptionem excommunicationis, per iuriam, vel aliam legitimam exceptionem, nec pro replicationem excommunicationis vel per iuriam repellit potest.

Idem Archidiacono⁹⁸ Translig.⁹⁹ et Officiali, et I. Canonico Turonensi.

Dilecti filii S. et P. ac G.¹⁰⁰ canonici ecclesiae sanctae Mariae Gratiacensis transmissa nobis petitione monstrarunt, quod,

Cap. VI. 69) videbatur: C. H. — 70) possederint pro ill.: Comp. IV. Ms. A. — 71) libertatis: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 72) depositionem: Comp. IV. Aug. — 73) praedicti: Comp. IV. Ms. A. — 74) ab adversario exhib.: C. H. — prohibatum: ib. — 75) Theodo: Comp. IV. Aug., Ms. A. — 76) fuit: ib. — 77) ut per: Ms. id. — 78) quod: Comp. IV. — 79) et post: C. H. — 80) ut id. — generaret: Comp. IV. — 81) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 82) omitt. ib. — 83) dignoscuntur: Comp. IV. — 84) add. privilegia: Comp. IV. Aug. — 85) per praesc.: Cont., Böhm. — 86) episcopos: C. R. H., Comp. IV.

Cap. VII. 87) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 88) abbatibus: C. H. — dilecto filii abbati S. Oberti Leodiensis, et S. Joannis et S. Martini decanis Leodiens.: Comp. V. Cir. — 89) Gv.: Cont. — W.: Comp., V. Böhm. per tot. — 90) supra dicto: Comp. V. — 91) id W.: Comp. V., Cont., Böhm. — 92) has et alius exceptiones eius legitimas: Comp. V. — 93) ipsius comitis: ead. — 94) novissime proposuit coram nobis, literas, quas pro ipso W. (Wlo: Ms.) ad eundem abbatem S. Laurentii et eius collegas direximus, subreptas esse per expressum mendacium et lucitiam

veritatem. Nam nec iam dicti praedecessoris nostri mandatum exspiraverat cum mandante, prout nobis fuit ex parte W. saepe dicti suggestum; quum ante mandatoris mortem archiepiscopus procedere incepisset, nec idem W. (Wi.: Ms.) ultra duas diocetis extra suam dioecesim trahebatur: Comp. V. — 94) memorati: ead. — 95) exceptiones, quas: ead. — 96) vos, nisi dictus comes probaverit, saepe dictum W. (Wm.: Ms.) tempore, quo literas ad abbatem S. Laurentii et eius coniudices pro eo directas impetratas fuerunt, alia excommunicatione teneri ab ea, quam incurrit cum Ludovico in Angliam transfretando, negotio supersedente omnino iam dictum abbatem S. Laurentii et eius coniudices procedere permissit iuxta traditum sibi formam. Procurator vero etc.: ead.

Cap. VIII. 97) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 4. — 98) archiepiscopo: C. R. 2. — Translig.: Cont. — 99) Transligeren.: C. R. 2. — Transigen.: C. R. 2. — archidiacono (archipresbytero: Ms.) trans Ligerim officiali et I. Borelli (Traleom Borelli: Ms. mendose) can. Tur.: Comp. V. — 100) S. P. ac G.: ead. — S. et P. ac C.: Böhm. ex Cont.

quam M. canonicus eiusdem ecclesiae "Bituricensis dioecesis" ipsos coram "decano et magistro Hervoo canonico Allissiodorensi" delegatis a nobis¹⁾ traxisset in causam, super eo, quod se opponunt²⁾ electioni a quibusdam canonicis Grandensibus³⁾ factae de ipso in priorem ecclesiae supradictae, "et" iidem proposuerunt "coram praefatis iudicibus," quod dictus M. non debebat audiri, eo, quod excommunicatus erat⁴⁾ et periurii crimine irretitus. Quumque⁵⁾ dictus M. praefatis G. et P.⁶⁾ periurium, et S.⁷⁾ excommunicationem in modum exceptionis et⁸⁾ replicationis obiciens, "per hoc" eorum exceptionem elidere niteretur, procurator eorum proposuit, quod, "licet indices praefato M. ad probandam replicationem suam terminum assignassent," eius "tamen" super hoc probatio recipi non debebat⁹⁾, quia, etsi¹⁰⁾ obiectum praefatis canonicis periurium probaretur, non essent "tamen" propter hoc a defensione suae ecclesiae repellendi. Adiecit etiam, quod contra excommunicationem dicto M. in modum exceptionis obiectam excommunicatio supradicti S. replicari non poterat "cum effectu, tum quia suae absolutiois literis ostendebat, tum" quia exceptio ipsi M. opposita et¹¹⁾ probata eundem repelleret ab agendo, replicatio vero¹²⁾ saepe dictum S. nequaquam a defendendo repellere, si etiam probaretur. "Quare petebat, ut, omisis huiusmodi replicationis probationibus, in quibus etiam probaretur, labor, ut praestentum est, consumeretur inanis, probationes reciperent, quas ad probandum obiecta ipsi M. ducerent producendas." Ipsi vero iudices interlocuti fuerunt, quod¹³⁾ prius probationes reciperent super replicatione praemissa, propter quod ad nostram fuit audientiam appellatum. Quocirca "discretionis vestrae" mandamus, quatenus¹⁴⁾, si res ita se habet, revocato in irritum etc.¹⁵⁾.

CAP. IX.

Si per exceptionem suspensionis, contra quam replicatur de nullitate, ordinatio ecclesiae retardatur, fit absolutio ad cautelam.

Gregorius IX. I. et M.¹⁶⁾ *Canonicis Pragensesibus.*

Apostolicae sedis (Et infra:) Sane vobis apud sedem apostolicam constitutis quaedam suspensionis et amotionis a beneficiis sententiae fuerunt¹⁷⁾ in modum exceptionis obiectae. Quas licet proponeretis vos posse¹⁸⁾ nullas esse per testes idoneos et instrumenta probare, ne tamen ordinationem Pragense ecclesiae, propter quam veneratis, huiusmodi obiectiois obstaculo contingeret retardari, sententias ipsas relaxavimus ad cautelam. "Verum quia etc. [cf. c. 9. de cler. exc. F. 27.]"

CAP. X.

Excommunicationis exceptione non obstante, valet rescriptum impetratum in causa appellationis, licet de excommunicatione lata post appellationem a gravamine non faciat mentionem. Hoc dicit, et secundum hoc est casus notabilis et singularis, per quem forte posset colligi una regula, quod de innovato post appellationem etiam ab interlocutoria non est necesse in rescripto facere mentionem. Panorm.

Idem Decano Lincolnensi.¹⁹⁾

Dilectae²⁰⁾ in Christo filiae priorissa et conventus de Campessia²¹⁾ nobis significare curarunt²²⁾, quod, quum inter ipsas ex una parte, et priorem et conventum de Buccelleia²³⁾ ex altera super quibusdam decimis et rebus aliis, pro quibus conveniebantur ab illis coram abbate S. Benedicti et eius collegis, auctoritate apostolica quaestio verteretur, et ipsae ad nos ex sufficienti gravamine appellassent, ac nuncium suum ad appellationem miserint prosequendam, praefati iudices postmodum tulerunt excommunicationis sententiam in eisdem. Nostris ergo literis super appellatione praefata, non facta mentione de excommunicatione, per eundem nuncium ad priorem de Angles²⁴⁾ et suos coniudices impetratis, pars adversa ex eo se appellasse proponens, quod ipsi iudices exceptionem excommunicationis praedictae contra ipsas ab eadem²⁵⁾ parte

propositam admittere denegarunt²⁶⁾, ad priorem de Gernemoe²⁷⁾ et suos coniudices nostras super hoc literas impetravit. Coram quibus ex parte ipsarum fuit excipiendum propositum, quod, quum post appellationem legitimum²⁸⁾ dicta sententia lata fuerit, et cui libet excommunicato defensionis auxilium competere dignoscatur, memorati iudices exceptionem partis contrariae²⁹⁾, sicut nec debebant, admittere noluerunt. Sed quum dictus prior de Gernemoe et coniudices sui talem exceptionem non reciperent earundem, ipsae ad nostram³⁰⁾ audientiam appellarunt. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, revocato in statum debitum quicquid post huiusmodi appellationem inveneris attentatum, in eodem negotio iuxta prioris mandati nostri³¹⁾ ad praefatum priorem de Gernemoe et coniudices suos directi tenorem praevia ratione procedas.

CAP. XI.

Per exceptionem excommunicationis a prosecutione appellationis etiam originalis actor repelli non debet. H. d. et est casus singularis, quatenus dicit de actore.

Idem Abbati sancti Salvatore Papiensis et Vercellensi Praeposito.

Significaverunt³²⁾ nobis capitulum de Tornacensibus³³⁾, quod, quum P. in suum archipresbyterum elegissent, Mediolanensis archiepiscopus praesentatam sibi electionem renuens confirmare, quandam³⁴⁾ Zepum³⁵⁾ clericum in archipresbyterum instituit ecclesiae supradictae. Quare, ipsis ad sedem apostolicam appellantes, praeposito sancti Stephani causam ipsam³⁶⁾ super his dicimus commississe, qui electionem ipsorum confirmans, et pronuncians, ius eligendi³⁷⁾ ad ipsum capitulum pertinere, partem adversam ab impetitione ipsorum absolvit, a qua sententia partes ad sedem apostolicam appellantes, causam ipsam vobis obtinere committi. Sed a parte altera exceptione excommunicationis opposita contra capitulum memoratum, vos minus provide attendentes, quod praetextu excommunicationis oppositae a prosecutione appellationis non debeat quis excludi, quum omnis legitima defensio excommunicato in iudicio reservetur, partem adversam non esse cogendam ad respondendum eisdem, perperam decrevistis, propter quod dictum capitulum nostram audientiam appellarunt³⁸⁾. (Et infra:) Mandamus, quatenus, si est ita, exceptione huiusmodi non obstante in eodem negotio procedatis.

CAP. XII.

Reus in qualibet parte litis excommunicationem contra actorem obiciens auditur, et, si malitiose distulerit, in expensis condemnatur, et dato, quod non excipiat, ipse iudex publice excommunicatum repellit.

Idem.

Exceptionem excommunicationis in dilatoriis proponendis reus scienter omittens, in qualibet parte litis opponere minime prohibetur, quod est in hac exceptione specialiter observandum, ne quisquam³⁹⁾ in periculum animae suae excommunicato communicare cogatur. Qui si eam omiserit, ut actor laboribus et sumptibus fatigetur, in expensis est legitimis condemnandus. Excommunicatus autem publice, etsi huiusmodi exceptio non opponitur⁴⁰⁾, nihilominus est officio iudicis repellendus.

CAP. XIII.

Non competit exceptio rei iudicatae reo absoluto, quia non possidebat.

Idem.

Adversario tuo per iudicem absoluto, quoniam tempore motae litis rem petitam ab ipso sine dolo desiderat possidere, si eam modo possidet, tibi petenti denuo rei iudicatae exceptio non obstat⁴¹⁾.

Cap. VIII. 1) add.: iudicibus: C. H. — 2) opposuerunt: ib. — 3) Gracien.: C. R. 2. H. — Granden. ecclesiae: C. R. 1. — Graciacen.: Böhm. — leg.: Gratiacensis (Notre Dame de Gracay) comp. Cir. — 4) esset: C. R. 1. — 5) Quum praedictus: C. R. 2. — 6) ac Pe.: Comp. V. Ms. — 7) S. vero: C. R. 2. — 8) except. et: omitt. C. R. H., Comp. V. — 9) deberet: C. H. — 10) etiam si: Comp. V. — 11) omitt. C. H., Comp. V. — 12) add.: C. R. 2. — 13) quas ad probandum saepe dictam replicationem produceret M. praedictus, propter quod idem procurator nostram audientiam appellavit: Comp. V. — 14) quod: Comp. V. Cir. — 15) si quid post huiusmodi appellationem inveneritis tenere attentatum, audialis causam, et quod canonicum fuerit appellatione postposita statialis: Comp. V. — 16) P. et M.: C. H. — 17) sunt: Cont. — 18) omitt. C. H. — 19) Lincoln.: C. R. 1. — leg.: Lincolnensi cum Böhm. — 20) Dilecta... filia: C. H. — 21) Candestia: C. H. — Campessia: C. R.

1. — Campessia: C. R. 2. — cf. c. 31. de priv. V. 33. — 22) significarunt: C. H. — 23) Bucaria: C. R. 2. — Buccellia: Böhm. ex Cont. — 24) Angles: C. R. 1. — Anglo: C. R. 2. — leg. vid.: Anglesey — 25) ea: C. R. — ab ead. p.: omitt. C. H. — 26) denegarunt: C. R. 1. — denegarunt: C. R. 2. H. — 27) Gernemoe: C. R. 1. — Gernine: C. R. 2. — Gernemoe: C. H. — 28) omitt. C. H. — 29) adversae, sic non deb., adm. noluerunt: C. R. 1. — 30) omitt. C. H. — 31) abest ab eod. — 32) Significat: C. R. 1. H. — 33) Tortona s. Dertona: coniectura Gonzalezii. — 34) omitt. C. R. — 35) J.: C. H. — Zepum: Böhm. ex Cont. — 36) abest a C. R. — 37) electionis ad capitulum: C. H. — 38) appellavit: Böhm. — 39) quis: C. R. H. — 40) opponitur: C. R. 1. H. — 41) obstat: C. H. — obstat: Cont., Böhm.

CAP. XIV.

Valet rescriptum impetratum ab excommunicato super prosecutione appellationis, licet de excommunicatione non fecerit mentionem.

Idem.

Venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Narbonensem, qui a iudiciis ex sufficienti⁴²) gravamine ad apostolicam sedem appellans ad vos super appellatione sua nostras literas reportavit, etsi ex causis aliis tempore impetrati rescripti viaculo fuerit⁴³) excommunicationis adstrictus, de quibus ibi mentio non habetur, ad prosequendam per easdem literas appellationem praedictam decrevimus⁴⁴) admittendum, quia nihil excommunicato appellare prodesset, si non posset appellationem suam⁴⁵) prosequi, et super ea literas impetrare.

TITULUS XXVI.

DE PRAESCRIPTIONIBUS.

CAP. I.

Episcopus contra episcopum locum per se conversum ad fidem praescribitur triennio, sed, quum vacat ecclesia vel est in schismate, non praescribitur contra ipsam.

Ex concilio Africano.¹)

Placuit, ut, si²) quisquam "post leges" aliquem locum ad catholicam unitatem converterit, si eum per triennium remine repente tenuerit³), alterius ab eo non repetatur; si tamen per ipsum triennium fuerit⁴) episcopus, qui posset repetere, et tacuit, "praeiudicium patietur." Si autem non fuerit⁵), non praeiudicetur matri ecclesiae⁶), sed liceat, quum locus acceperit episcopum, "qui non habebat," ex ipso⁷) die infra⁸) triennium repetere. Item⁹) si fuerit episcopus ad catholicam fidem ex Donati parte conversus, non ei praeiudicet praefinitum tempus; sed ex quo die conversus est, habeat per triennium potestatem repetendi locum¹⁰), qui ad ipsam cathedram pertinebat.

CAP. II.¹¹)

Duobus modis summat, primo sic: Taciturnitas praelati non nocet ecclesiae, donec sit praescriptum. Secundo sic: In rebus inuasis non currit praescriptio. Ioan. Andr.

Ex registro Gregorii Italiae¹²) Patriciae.

Nihil prodest "gloriosissima sanitas et pulchritudo in corporis superficie, si vulnus latet intrinsecus. Atque illa magis cavenda est discordia, cui satellitum pax praebet exterior. Illud vero, quod in epistolis praedictis retorque in memoriam nostram excellentia vestra studiose contendit, sciat scriptum vobis," Nihil cum scandalo, nihil cum forali strepitu vobiscum nos velle de causis pauperum definire, "hoc nos et" vobis¹³) scripsisse meminimus, "et scimus, nosmetipsos turante Domino a causarum litigiis ecclesiastica moderazione compescere, atque secundum apostolicum illum sensum rapinam bonorum nostrorum cum gaudio sustinere." Sed illud vos scire credimus, taciturnitatem atque patientiam nostram futuris post me pontificibus in rebus¹⁴) pauperum praediudicium non facturam. "Unde et nos expientes etc."

Cap. XIV. 42) a suff.: C. R. 2. — 43) fuerit: C. H. — 44) decernimus: C. R. — 45) omitt. C. R.

TIT. XXVI. Cap. I. 1) Restitutum ex conc. Afr. ap. Dionys. c. 119. — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) etiam si: Comp. I., conc. — 3) retinuerit: Comp. I. — retinuit: conc. — 4) fuit: C. R., Comp. I. Ms., conc. — 5) fuit: conc. — 6) omitt. conc. — 7) ab ips.: C. R. 1. — 8) intra: Comp. I., conc., Cont., Böhm. — 9) Idemque: Comp. I. Aug. — Itemque: Ms., conc. — 10) loca, quae... pertinebant: Comp. I. Aug., conc.

Cap. II. 11) Restitutum ex Greg. I. Reg. III. 60. (A. 593.) — Comp. I. h. t. c. 3. — 12) It. patriciae: C. R. 2. — Italiae patriciae: C. R. 1., Comp. I., Reg. — 13) omitt. Comp. I., Reg. — 14) pontificibus rebus: C. H.

Cap. III. 15) Restitutum ex App. XXXVIII. 1., Lips. XLVI. 3., Cass. L. 3., Comp. I. h. t. c. 4. — 16) inser. omitt. App. — Non exstat ap. Gregorium. Gelasio (cf. c. 2. C. XVI. q. 3., c. 1. C. XIII. q. 2., c. 3. 4. 5. C. XVI. q. 3.) tribuit post Gonzalezium Böhmernus. — 17) auctoritas: App. — 18) inviolabiliter: ib. — 19) ut de omnibus possessionibus... pertinentibus: Lips., Cass., Comp. I. — 20) omitt. Cass. — XXX. annis: Lips., Comp. I. — 21) secure: App. — 22) detineantur: App., Lips., Comp. I.

Cap. IV. 23) Restitutum ex App. XXXVIII. 1., Lips. XLVI. 1., Cass. L. 1., Comp. I. h. t. c. 6. — 24) Salonitano: Cass., male. — add. P. C. Licet: Comp. I. — P. C. Licet praeter: Cass. — P. C. Licet praeter sol.: Lips. — cf. c. 3. de spons. duor. IV. 4. — 25) clerici... videntur: App. — 26) quadraginta: Cont. — XL.: Cass. — 27) omitt. Comp. I. Aug. — 28) in tantum: Cass. — 29) cathedralis: App. — 30) debuit: Coll. cit. — 31) Sed: App. — 32) et tric.: C. R. 2.

Cap. V. 33) Restitutum ex App. XXXVIII. 5., Lips. XLVI. 2., Cass. L. 2., Comp. I. h. t. c. 7. — 34) Item gloriosus Clemens in libro Stromatum: App. (Clemens martyr in libro Stenmatum: App. Ms. Hill. Paul. Lips. No. 1232. Membr. fol.) — Alex. episcopus Clemens gloriosus martyr in libro Stenmatum: Lips. — Alexander episcopus: Cass. — Al. III.

CAP. III.¹⁵)

Per quietam et sinceram possessionem triginta annorum praescribitur ecclesia rem privati. H. dicit, prout loquitur in praescriptione ecclesiae activo, et iste intellectus teneandus est.

Gregorius.¹⁶)

Sanctorum Patrum sanctiones¹⁷) "et humanae leges irrefragabiliter" statuente confirmaverunt, et nos "in praesenti concilio cum omnibus, qui sunt nobiscum," irrefragabiliter¹⁸) confirmamus, ut omnes¹⁹) possessiones ad singulas provincias nostrorum fratrum pertinentes, a quibus per²⁰) triginta annos possessae sunt, quiete et sincere²¹) absque synodali proclamatione perpetuo teneantur²²), "nullaque vox audiendi alicui adversario concedatur etc."

CAP. IV.²³)

Quarta decimarum et funeralium praescribitur contra episcopum, si quadraginta annorum spatio non solvantur, et cathedralis ecclesiae interim non vacavit.

Alexander III. Salernitano²⁴) Archiepiscopo.

De quarta "verb" decimae et oblationis defunctorum clericus²⁵) ab impetitione episcopi quadragenaria²⁶) praescriptione temporis²⁷) posse tueri videtur, nisi forte interim²⁸) pastoralis²⁹) sedes caruisset pastore, qui iura ecclesiae suae exigere debuisset³⁰). Nam³¹) Romana ecclesia tricennale³²) praescriptionem contra ecclesiam non admittit.

CAP. V.³³)

Possessor malae fidei non praescribitur.

Idem.³⁴)

Vigilanti studio cavendum est, "quum summa dimensio divini iudicii ab initio censuerit propria dimittere, aliena non appetere," ne³⁵) malae fidei possessores simul in praediis alienis, "et rebus maxime ecclesiasticis," quoniam³⁶) nulla antiqua dierum possessio "divino iure" iuvat aliquem malae fidei possessorem, nisi respuerit, postquam se noverit aliena possidere, quum³⁷) "iure etiam" bonae fidei possessor dici non possit. Ephesinus³⁸) enim legislator "Origenis patris" solum propter vitandam miserorum segnitiam et longi temporis errorem et confusionem primus tricennali vel³⁹) quadragenali⁴⁰) praescriptioni⁴¹) vigorem legis imposuit. Nobis autem⁴²) tam in rebus cognitis quam⁴³) "in rebus" latentibus placuit non habere vigorem.

CAP. VI.⁴⁴)

Una ecclesia in parochia alterius quadraginta annorum spatio decimas praescribitur.

Idem Mauritano⁴⁵) Episcopo.

Ad aures nostras "te significante" pervenit, duas ecclesias "sub examine tuo saepius" litigasse⁴⁶) super decimis, quas una earum⁴⁷) in alterius parochia annis XL. possedit, "ac per hoc eius putat actionem extinctam; altera vero volens eas iure parochiali evincere, praescriptionem non debere sibi obesse proponit. Ideoque quid iuris sit in hoc casu, tua nos duxit fraternitas consulendus." Tuae "itaque" fraternitati tenore praesentium⁴⁸) innoscat, quod

simpliciter: Comp. I. Ms. — Al. III. Clemens gloriosus martyr in libro Stenmatum: Aug. — cui obscurissimae inscriptioni ut aliquid certe lucis afferamus, scriptum olim fuisse coniecimus: Alexander episcopus (serv. servorum Dei.) Clemens gloriosus martyr in libro Stromatum (Et infra:) Vigilanti etc., ita ut solito in his decretalibus conscribendis more a generali quadam sententia, ex Clementis libro desumpta, auctor exordium fecerit. — 35) ut: Lips. — 36) quum: Cass. — 37) quum bon. f. poss. dici non possit: App. — quum iure et bon. fid. poss. etc.: Cass. — quum iure etiam bonae fidei poss. dici possit: Lips. — quum iure (vero etiam): Aug. bon. fid. poss. etc.: Comp. I. — 38) Ephesius enim legial. solum: App. ed., male, quum in libro manuscripto pariter atque in Lips. et Comp. I. Aug. legatur: Ephesinus enim legislator, Origenis patris. — Ephesinus enim lator legis, Origenis patris: Cass. — Ephesinus enim legislator Origenis patris: Comp. I. Ms. — Sub Ephesino legislatore ipsum Theodosium iuniorum latere (cf. const. 1. Theod. Cod. de act. cert. temp. fin. IV. 14.) post Püttmannum (cf. Diss. de legislatore Ephesino, adiect. eiusd. Probabilibus iur. civ. p. 153.) aliosque monuerunt Cl. Unterholzner Ausf. Entw. Entwicklung der Ges. Verjährungslehre I. 314. et Cl. Gustav. Haenel ad const. 1. cit. adn. v.) — Pro verbis vero Origenis patris, quae sensu omnino carent, legendum esse: orientis partibus, satis probabiliter coniecit Innoc. Cironius in Obs. iur. can. I. 15. — 39) et: App., Lips. — 40) quadriennali: C. H. — 41) praescriptione: Böhm. — possessioni: App., Cass., Comp. I. — 42) Nob. aut.: omitt. App., Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 43) quum in lat.: Cass. — quam lat.: App.

Cap. VI. 44) Restitutum ex Lips. XLVI. 6., Cass. L. 6., Comp. I. h. t. c. 9. — 45) Maurin.: C. R. 1. L. — Mauritano: C. R. 2., Cass. — Mauritano: Comp. I. Aug. — Mauric.: Lips. — Mauriciano: Comp. I. Ms. (leg. vid. Maurianensi, St. Jean de Maurienne). — 46) litigare: Coll. cit. — 47) ecclesiarum: Cass., Comp. I. — 48) praesentibus: C. H. — literis praesentibus: Coll. cit.

de⁴⁹) iure "divino et humano" melior est conditio possidentis, quia quadragenalis⁵⁰) praescriptio⁵¹) omnem⁵²) prorsus actionem⁵³) excludit⁵⁴).

CAP. VII.⁵⁵)

Laici spiritualia possidere non possunt; ergo et per consequens nec praescribere. H. a. et quotidie allegatur.

Idem Parmensi⁵⁶) Episcopo.

Causam, quae inter "dilectum filium nostrum I." Reginensem archidiaconum et nobilem virum G. "de Baisio"⁵⁷) super decimis vertitur⁵⁸), "quas idem G. et homines sui habere in curte Folianni dignoscuntur, experientiae tuae, de qua plene confidimus, committimus audiendum et mediante iustitia terminandam." Ideoque "fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus "partes ante tuam praesentiam concoces, et rationibus auditis diligenter et cognitis, contradictione et appellatione cessante" causam ipsam debito fine decidas, non obstante praescriptione temporis, vel concessione ecclesiasticae saecularisve personae, si idem G. eam opponere⁵⁹) voluerit; quia, quum laici decimas detinere non possint, eas nulla valent praescribere ratione.

CAP. VIII.⁶⁰)

Si contra praescriptionem XL. annorum, quae sola currit contra ecclesiam, opponatur interruptio, uterque probabit.

Idem.⁶¹)

Illud autem te scire volumus et "firmiter" tenere, quod adversus ecclesiam minorem⁶²) praescriptionem, quam quadraginta annorum, Romana ecclesia non admittit, licet quidam canones comprobent triennalem, et ecclesia se potest adversus ecclesiam⁶³) quadragenaria temporis praescriptione tueri de re illa, quam inconcusse quadraginta annis noacitur possedisse. Verum si de praescriptione "et interruptione" inter partes fuerit mota quaestio, ab utraque⁶⁴) parte testes recipi debent, et, si probata fuerit interruptio, praescriptio non tenebit⁶⁵).

CAP. IX.⁶⁶)

Fines praediorum ecclesiasticorum quadraginta annorum spatium praescribuntur.

Idem.⁶⁷)

Quia indicante⁶⁸) abbate C. "monasterii S. Petri, quod in loco est, qui Baisis dicitur, constitutum," comperimus, inter eum et "Ioannem" abbatem "monasterii" sanctae Luciae "in Syracusana civitate constituti gravem esse" exortam de "quibusdam" finibus quaestionem: "ne ipsa inter eos valeat contentio prolongari," agrimensoris⁷⁰) definitione⁷¹) illam prospeximus⁷²) finiendam. "Et ideo scripsimus Fantino defensori, ut Ioannem agrimensorem, qui de Romana urbe Panorum profectus est, illuc ad fraternitatem vestram debeat destinare." Hortamur igitur⁷³), ut "cum eo" ad loca, de quibus est contentio, accedentes⁷⁴), "et utraque parte cominus constituta" eam⁷⁵) in vestra faciatis praesentia terminari, quadraginta tantum⁷⁶) annorum praescriptione utrique parti servata. "Quaecunque vero etc."

CAP. X.⁷⁷)

Tempore hostilitatis non currit praescriptio.

Lucius III.⁷⁸)

Ex transmissa "nobis" quaestione abbatis et monachorum de Haben.⁷⁸) accepimus, quod, quum ecclesia⁷⁹) de Camenone⁸⁰) ad

ius eorum pertineat, et homines de Sibini et Vinco.⁸⁰) ecclesiarum⁸¹) parochiani sint ipsius ecclesiae⁸²), clerici, qui praedictas habuerunt ecclesias "de N. et W.," minutatim⁸³) omne ius parochiale praeter ius funerandi⁸⁴) matri ecclesiae subtraxerunt. "Sibi enim decimas et obventiones alias retinentes tantum mortuorum cadavera ad praedictam ecclesiam deferri sinebant, quorum successores praedicta parochialia iura, ut dicitur, contendunt auferre. Propter hoc" Discretionis vestrae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, "si quod assertit moeritis veritate esse subnixum, praedictas" decimas et oblationes cum aliis obventionibus memoratae matri ecclesiae "appellatione remota," praescriptione hostilitatis tempore non corrente, restitui faciatis, "et praefatos clericos de cetero ab eorum perceptione ecclesiastica censura compescatis."

CAP. XI.⁸⁵)

Procuraciones, quae debentur legatis et nunciis apostolicae sedis, praescribi non possunt.

Innocentius III. Abbati de Cenedo.⁸⁶)

Accedentes ad praesentiam nostram "dilecti filii" praepositi sancti Nazarii, et A. canonicus sancti Stephani, syndici et procuratores "dilectorum filiorum" primicerii et clerici⁸⁷) Mediolanensium, de ordinarii maioris ecclesiae "nobis" graviter sunt conquesti, quod, quum ipsi legatos et nuncios apostolicae sedis devote recipiant et procurant, dicti ordinarii "et" procurare ipsos renuunt, et procurantibus ad expensas subsidium impertiri. "Unde clericis Mediolanensibus grave querebantur praedictum generari. Quum enim per civitatem ipsam saepe contingat transitum facere nostros nuncios et legatos, quanto in eorum procuracionibus faciendis pauciores existunt, tanto facientes amplius praegravantur, et quanto per plures onus esset procuracionis dirisum, tanto a facientibus facilis portaretur. Qui siquidem ordinarii, quum pro eis et aliis vigilare iugiter non cossemus, et spiritualia, sicut Dominus dederit, omnibus ministrare, cur in huiusmodi speciali se iure satagant tueri, non videtur; praesertim quum et Apostolus dicat: "vobis spiritualia seminamus, non est magnum, si carnalia vestra metamus," et instantia nostra quotidiana sit omnium ecclesiarum sollicitudo continua, sicut plenius norunt praesentes pariter et remoti." Volentes autem, ut quod omnibus immuet ab omnibus comportetur⁸⁸), "discretionis tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus⁸⁹), nisi dicti ordinarii per speciale privilegium apostolicae sedis a praestandis procuracionibus ostenderint se immunes, etiamsi longissimo tempore procuracionis obsequium non impenderit, quum in talibus praescriptio sibi locum nequeat⁹⁰) vindicare, ipsos ad procuracionis sarcinam ordine debito subeundam "appellatione remota" teneri decernas. "Si quid etiam etc. Dat. Lut. VII. Kal. Marti." [1199.]

CAP. XII.⁹¹)

Subditus non praescribit obedientiam contra praelatum.

Idem de Costa⁹²) et de S. Donato Prioribus.

Quum non liceat a capite membra recedere, non sufficimus admittari, quod, sicut referente "venerabili fratre nostro" Bracharensi⁹³) archiepiscopo nobis⁹⁴) est intimatum, licet ecclesiae vestrae in ipsius sint dioecesi constitutae, vos tamen, "nullum exemptionis privilegium praetendentes, obedire sibi tanquam episcopo⁹⁵) vestro contumaciter recusatis. Ideoque⁹⁶) "quum crinen ariolandi sit repugnare, et scelus idololatriae nolle acquiescere, sustinere no-

Cap. VI. 49) omitt. ib. — 30) quadriennalis: C. H. — 51) add. si apponatur: C. R. 1. — 52) et omn.: Cass. — 53) actorem: Lips. — 54) secludit: Coll. citt.

Cap. VII. 55) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 10. — 56) Parisiensis: C. L. — B. Parmensi: Comp. I. Aug. — 57) ita Aug. — Bursi: Comp. I. Ms. — 58) omitt. Comp. I. — 59) obtinere: C. H.

Cap. VIII. 60) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 61) Urbanus II.: Comp. II. Ms. A. — Alex. III. P. C. Quum sint homines: Ms. B., Aug. — cf. c. 18. de decimis III. 30. (Massiliensi ep.) — 62) non min.: Comp. II. Ms. A. — 63) contra eccl.: C. H. — adversus alterum: Comp. II. — 64) de utr.: ead. — 65) retinebit: Cont.

Cap. IX. 66) Restitutum ex Greg. I. Reg. VII. (A. 597.) 39. — Comp. II. h. t. c. 2. — 67) Al. III. Siciliano ar.: Comp. II. Ms. A. — Al. III. Syracusano ep.: Ms. B., Aug. — Idem Syr. ep.: Böhm. ex Cont. — est tamen Gregorii I., Joanni Syrac. ep. missa. — 68) indicante: Böhm., Comp. II. Ms. A. — 69) G.: C. H., Cont. — Casano: Comp. II. Ms. A. — Casario: Ms. B. — Cuesariensis: Aug. — Cuesario: Reg. — 70) certamina eorum agr.: prospex. (perspeximus: Aug.) finienda: Comp. II., Reg. — 71) mensuratione i. e. diffinitione: C. R. 1. — 72) respeximus: C. R. 1. — 73) ergo: Comp. II. Ms. A., Reg. — 74) debeatis accedere: Comp. II. Ms. B., Aug., Reg. — accedere et debeatis: Comp. II. Ms. A. — 75) loca, quae in lite sunt (add. i. e. Comp. II. Aug., Ms. A.) vestra: Comp. II., Reg. — causam faciatis vestra: C. H. — 76) omitt. C. R. 1.

Cap. X. 77) Restitutum ex Comp. II. c. 1. de cap. mon. III. 23. — 78) inser. omitt. Comp. II. Ms. A. — de Massandane et de Dorcestre abbatibus et

magistro A. de W. de Fordit: Comp. II. Aug. — de Massandane et de Dorcestre abb. et mag. A. de Orde Ford.: Ms. B. — 78*) Aben.: C. L. — Haden.: C. H. — Hnden.: Comp. II. Ms. B. — Abbundoe: Aug. — Albino: Ms. A. — 79) add. parochialis: C. R. 1. — 80) Camenone: C. R. 2. L. — Camove: Comp. II. Ms. B. — Camenore: Aug. — Camerore: Ms. A. — 80*) de Sib. et Vinco: C. R. 1. — de N. et W.: C. R. 2. — de Sib. et Wintho: C. L., Cont. — de Sibon et Finton: Böhm. — de N. et de Wita: Comp. II. Ms. A. — de R. et de Wintho: Ms. B. — de N. et de Wintho: Aug. — 81) omitt. Comp. II. — 82) in rivad. ecclesia: Comp. II. Ms. A. — 83) minuatim: Comp. II. Aug. — annuatim: Ms. A. — 84) sepiendi: Ms. id.

Cap. XI. 85) Restitutum ex Reg. Bal. I. 569. — Comp. III. h. t. c. 1. — 86) Cetrin.: C. R. 1. — Trento: C. R. 2. — Cetreco: Comp. III. Aug. — Cetreto: Ms. — leg.: Cetrato cum C. L. et Reg. — 87) cleri: C. H., Comp. III. Aug., Reg. — 88) comprobetur: Böhm. ex Cont. — 89) quatenus praedictis ordinariis ultimum praesentiam convocatis, nisi per speciale privilegium sed. ep. a (omitt. Aug.) praestandis: Comp. III., Reg. — 90) non valent: C. H.

Cap. XII. 91) Restitutum ex Reg. Bal. II. 450. — Comp. III. h. t. c. 2. — 92) Wimaricensis, de Costa et de S. Torruaco prior.: Comp. III. Ms. — Vinacensis, de Costa etc.: Aug. — Vinacensis (Guinara), de Costa et de S. Torruaco (leg. vid. Torruaco) prior.: Reg. — 93) Bracharensis: ib. per tot., Böhm. — 94) nostris est ariobus: Comp. III., Reg. — 95) archiepiscopo: C. H. — 96) Quum igitur: Comp. III., Reg., Böhm.

lentes, quod subditi praelatis suis non obediant, ut tenentur, de communi fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta mandamus. Et in virtute obedientiae districtae praecipimus, quatenus praefato archiepiscopo et ecclesiae Bracharensi obedientiam et reverentiam debitam, sicut alii clerici suae dioecesis faciunt, de cetero sine contradictione qualibet impendatis, praescriptione temporis non obstante. Alioquin sententiam etc. Dat. Lat. XII. Kal. Aug. [1199.]

CAP. XIII.⁹⁷⁾

De irribus ad Romanam ecclesiam spectantibus currit sola centenaria praescriptio.

Idem nobili viro Matafeloni.⁹⁸⁾

Ad audientiam apostolatus nostri te conquerente pervenit, quod quaedam iura de castro Palatioli, a felicitis memoriae Alexandro Papa praedecessore nostro tibi concessa, castellanus eiusdem castri reddere denegabat. Porro te ac dilectum filium Leonem consulem ipsius castri propter hoc in nostra praesentia constitutos audiri fecimus diligenter. Proponebatur quidem ex parte tua, praefatum Alexandrum Papam praedecessorem nostrum tibi in iam dicto castro Palatioli concessisse singulis annis XL. solidos denariorum Papiensium, quos Romana ecclesia ibi consuevit recipere annuatim; insuper comestiones, banna, placita, forisfacta et omnia iura, quae ibi apostolica sedes habebat. Sed ea tibi nulla ratione deberi castellanus eiusdem castri constantissime asserbat. Ad quod probandum inducebas praedicti Papae privilegium, in quo continetur expressum, praedicta omnia tibi ab eo communi fratrum consilio fuisse concessa, et librum ecclesiae Romanae censualem, in quo similiter continetur, sicut ipse consul cum alio concastellano suo in nostra praesentia recognovit, quod omnes de Palatiolo annis singulis tenentur ecclesiae Romanae persolvere quadraginta solidos Papiensis monetae. Hoc etiam nitebaris probare per testes, qui dicebant, se vidisse praescriptum censum nunciis Romanorum Pontificum a L. annis et infra fuisse solum. Alia insuper capitula per multos testes probare multipliciter nitebaris. Sed inter alia fuit ex adverso responsum, quod nec privilegium Alexandri Papae, nec liber censualis tibi aliquid commodi afferbat, quum privilegio usus non fueris, spatio annorum XXX. et liber censualis suspectus existeret, quia non fuerat in camera nostra, sed in magistri G. sancti Hadriani diaconi cardinalis tunc receptus, ac scriniarius alio modo scripserat dicta testimia, quam dixissent. Nos igitur, attestantibus, allegationibus, rationibus et instrumentis utriusque partis diligenter auditis et cognitis, magis auctoritatem privilegii quam depositiones testium attendentes, considerantes etiam librum censualem, quem non suspectum habuimus, licet non in nostra, sed in cardinalis sancti Hadriani camera sit inventus, qui eum, quando camerarius fuerat, de camera B. Petri suscepit, nec credentes, ipsum scriniarium, quum iuratus sit officium suum fideliter exsequi, aliud scripsisse quam a testibus diceretur, respicientes insuper, quod est longe validius, ipsum negotium tangere principaliter Romanam ecclesiam, contra quam non nisi centenaria praescriptio currit, in solutione praedicti census, scilicet XL. solidorum Papiensis monetae, et aliorum petitorum de consilio fratrum nostrorum condemnavimus partem adversam, auctoritate apostolica firmiter iniungentes eidem, ut tibi, non tanquam tibi, sed tanquam ecclesiae Romanae, cuius auctoritate debes percipere, cuius etiam propter praedicta beneficia vasallus existis, sine difficultate persolvat quod constat a nobis de communi fratrum nostrorum iudicatum.

CAP. XIV.¹⁹⁾

De centenaria praescriptione, quae solum currit contra Romanam ecclesiam, tempora schismatum deducantur.

Idem Hel. et Gu.²¹⁾ Abbatibus.

Quum vobis aliis literis dederimus in mandatis, ut in causa, quae

inter ecclesiam Hildesensem ex una parte, et ecclesiam de Gandersheim et ecclesiam Romanam ex altera dignoscitur agitari, testes ad probandam praescriptionem recipere debeatis: insinuatione praesentium vobis duximus declarandum, quod, postquam praescriptio contra monasterium saepe dictum et libertatem ipsius dicitur inchoata, scissura trium schismatum adversus Romanam ecclesiam intervenit. Licet igitur tam legali quam canonica sit definitio statutum, ut contra sacrosanciam Romanam ecclesiam, quae gaudet privilegio speciali, non nisi centum annorum praescriptio locum sibi valeat vindicare, tempora tamen interdictum schismatum, quae secundum iuris ordinem cursum praescriptionis impediunt, nolumus aliquatenus computari, sed diligenti consideratione adhibita de ipsa computatione deduci. Dat. Ferentini XV. Kal. Iun. Ao. IX. [1206.]

CAP. XV.²⁷⁾

Praelatus inferior potest praescribere in certis ecclesiis suae dioecesis totum ius episcopale; subducitur tamen de praescriptione tempus, quo vacavit ecclesia cathedralis.

Idem Heliensi et Roffensi²⁸⁾ Episcopis.

Auditis et intellectis meritis causae, quae vertitur inter venerabilem fratrem nostrum Vigorensem episcopum, et dilectum filium abbatem de Hevescam super ecclesiis in valle de Hevescam constitutis, quas episcopus asserit ad se dioecesana lege spectare, abbas autem eas esse ab eius iurisdictione prorsus exemptas, cognovimus evidenter, ecclesias istas per privilegia Pontificum Romanorum non esse ab episcopali iurisdictione subtractas, nisi forte vallis de Evesham sit ille locus, quem a duobus regibus, Kenredo videlicet et Offa, libertate donatum bonae memoriae Constantinus Papa libertate donavit, sicut in ipsius privilegii continetur. Verum tanto tempore probantur per testes ab abbatibus de Hevescam pleno iure possessas, ut videantur in eis episcopale ius legitime praescripsisse, nisi forte per tantum temporis Wigorniensis ecclesia interim vacavisset, ut tempore vacationis subducto praescriptio minime sit completa. Licet autem utrinque sit in causa conclusum, quia tamen utraque pars necessariam, ut asserit, probationem amisit, nos attendentes, quod utraque ecclesia fungitur vice minoris, aequitate pensata utramque restituimus contra reliquam ad probandum rationem omittam, ne alterutra propter huiusmodi negligentiam grati iactura laedatur. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, inspectis privilegiis The. et Of. regum, quae abbas super praemissa libertate asserit se habere, si per illa constiterit, quod vallis de Hevescam sit ille locus, quem Coelestinus praedecessor noster libertati donavit, absolvatis Eveshamensem ab impetitione Wigorniensis episcopi super ecclesiis memoratis, et adiudicantes illas abbati pleno iure subiectas, episcopo super illis perpetuum silentium imponatis. Quodsi abbas in hac probatione defegerit, audiat probationem super tempore, quo infra quadraginta annos sedes episcopalis vacavit, et si per tantum temporis vacasse constiterit, ut illo subducto non sit quadragenaria completa praescriptio, vos in illis ecclesiis ius episcopale adiudicetis episcopo, et super illo perpetuum silentium imponatis abbati. Si autem exceptionem huiusmodi episcopus non probaverit, quia tamen interruptionem probavit circa processionem pentecostalem in villa et ecclesia de Mortona, et receptionem ac procuracionem archidiaconi, nec non solutionem denariorum S. Petri in valle de Hevescam, circa cognitionem quoque causarum matrimonialium, et capellani suspensionem in praedicta villa de Mortona, et interdictum capellarum in praefata villa de Hevescam, vos super his ius episcopale adiudicetis eidem, si tamen circa suspensionem et interdictum huiusmodi infra quadraginta annos interruptio facta fuit, in ceteris ei silentium imponentes, quae abbas praescripsisse probatur. Quod si forte noluerint etc. Dat. III. Non. Febr. [1205.]

Cap. XIII. 97) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 3. — 98) Notato: C. H. — Matafellon: C. R. 1. L. — Matufel: C. R. 2. — Matufel: Comp. III. Aug. — Matufeloni: Ms. — 99) omitt. Comp. III. — 100) tibi: Comp. III. Ms. — 1) concesserat: Aug. — 2) Ad hoc autem: Comp. III. — 3) dicti: C. H. — 4) privilegia: C. R. 1. — 4*) Inducebas quoque: Comp. III. — 5) Et haec: ib. — 6) privilegia: ib. — 7) censualem: Comp. III. — 8) afferbant: Comp. III. Aug. — 9) fuisses: Comp. III. — fuerit: Ed. Rom. oper. mend. — 10) et librum censualem dicebant suspectum: Comp. III. — 11) repertus: C. R. H. — inventus: Comp. III. — 12) Dicebant etiam, scriniarium alio modo scripsisse dicta suorum testimia, quam dixissent. Nos ergo etc. Comp. III. — 13) licet in praedicti cardinalis camera: ead. — 14) quia: C. R. 1. L., Comp. III. — 15) non: Comp. III. — 16) ipsum consulem nomine castell. (castellani): ead. — 17) omitt. ead. — 18) ut non: C. H.

Cap. XIV. 19) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 107. — Comp. III. h. t. c. 4. — 20) Hely: C. R. 1. — Helyen: C. R. 2. — 21) Hel. Quartesven. et de Hel. Wertesen. abb.: Comp. III. Aug. — Helquartesunen. et de Herwesuen. abb.: Ms. — de Helwatheshusen et de Herwatheshusen abbatibus et decano Puterbrunensi: Reg. — cf. c. 4. de confirm. II. 30.

— 22) omitt. C. H. — 23) centenaria: C. R. 1. — 24) intercedentium: C. H., Comp. III. — 25) temporum: Reg. — 26) supputatione: C. H. L., Comp. III., Reg.

Cap. XV. 27) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 205. — Comp. III. h. t. c. 5. — 28) Heliensi. et Roffen. epp.: Comp. III. Aug. — Eliensi et Roffensi epp. et magistro B. Landoniensi: Reg. — 29) attestantibus, instrumentis et allegationibus in causa: Comp. III., Reg. — 30) Wigornen.: Comp. III. Aug. — Wigorniens.: Ms., Reg. — 31) Evescam.: C. R. 1. L. — Fechan.: C. R. 2. — Eveshamen.: Comp. III. Aug. — Evesham.: Ms. — Eveshamensem: Reg. — 32) Fusham: Comp. III. Aug. — leg. Evesham.: cum Ms., Reg. — 33) Eveshamen.: Comp. III. Aug. — Evesham.: Ms. — Eveshamensibus: Reg. — 34) Ke.: Böhm. — praedictorum: Comp. III., Reg. — 35) praedicta: ib. — 36) C.: Böhm. — praefatus: Reg. — omitt. Comp. III. — 37) abest a Comp. III. Aug. — 38) libertate: Reg. — 39) intra: Cont., Böhm. — 40) Mortariae: C. R. 1. — Mortuna: Comp. III. Aug. — Mortana: Böhm. ex Cont. — 41) add.: et: C. H. — 42) Mortun.: Comp. III. Aug. — cf. n. 40. — 43) capellan.: C. R. 1. — capellanum: Comp. III. Aug. — 44) Evestan.: Comp. III. Aug. — cf. n. 32. — 45) intra: Cont., Böhm. — 46) fuerit: C. R. 2. H.

CAP. XVI.⁴⁷⁾

Non potest subditus contra superiorem visitationem aut procurationem ratione visitationis debitam in se ipso praescribere, quamvis alius in personam alterius praescribere possit utramque.

Idem Parisiensi Episcopo.

Quum ex officii sui⁴⁸⁾ debito Senonensem provinciam visitaret "venerabilis frater noster" archiepiscopus Senonensis, per Parisiensem dioecesim transitum faciens, ad⁴⁹⁾ abbatis sancti Maglorii, prioris de Castres⁵⁰⁾ et quorundam aliorum ecclesiarum eiusdem dioecesis⁵¹⁾ necesse habuit declinare. A quibus quum procurationem sibi debitam postularet, ipsi eam "exactam" inhumaniter negaverunt⁵²⁾ "illam solvere penitus contemnentem," ad suae negotiationis defensionem hoc solum⁵³⁾ allegantes, quod non meminerint⁵⁴⁾, se procurationem huiusmodi praedecessoribus eiusdem archiepiscopi exsolvisse, "sed" nec ab eis aliquando fuisse petitam. "Idem vero archiepiscopus propter procurationem sibi minus rationabiliter denegatam illos auctoritate rescripti, quod super hoc a sede apostolica impetrarat, ab officiorum executione suspendit, eosdem postmodum, quoniam suspensionis sententiam non servabant, vinculo excommunicationis adstringens, quod totum in ipsis archiepiscopi literis perspeximus contineri, qui eandem sententiam petebat auctoritate apostolica confirmari." Nos igitur praemissam allegationem eorum nullam penitus reputantes, quum contra procurationem, quae ratione visitationis debetur, praescribi nequiret, quemadmodum nec contra visitationem ipsam potest aliquo modo praescribi, etsi alius contra eum praescribere possit utramque, "fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus sententiam, quam in huiusmodi⁵⁵⁾ contemptores "tam nostri auctoritate rescripti, quam de⁵⁶⁾ antiqua metropoli⁵⁶⁾ consuetudine tulit archiepiscopus memoratus, usque ad satisfactionem condignam⁵⁷⁾ "per tuam dioecesim" facias "inciolabiliter" observari, quia "secundum legem divinam non est os bovi trituranti claudendum, et," secundum Apostolum, "qui spiritualia seminant, non est magnum, si metat⁵⁸⁾ carnalia, quum nemo cogatur suis stipendiis militare." Si quid enim aliud, quam superius fuerit⁵⁹⁾ allegatum, contra intentionem archiepiscopi "saepe fati" obicere voluerint et probare, nos eis⁶⁰⁾ faciemus iustitiam⁶¹⁾ exhiberi. "Tu quoque etc. Dat. Lat. IV. Kal. Dec. Pont. nostr. Ao. V." [1202.]

CAP. XVII.⁶²⁾

Qui alieno nomine possidet, non praescribit; nec etiam is, qui proprio; nisi habeat bonam fidem et iustum titulum, si praesumptio est contra eum. Hoc dicit secundum Ioan. Andr. addita suppletionem Panormitani.

Idem Pisano Archiepiscopo.

Si diligenti "meditatione pensasses, quid illa tabernaculi arca significet, in qua cum tabulis virga simul et manna sunt tubente Domino recondita, nequaquam nos tibi scripsisse dare vel asperere reputares, quum in pectore Romani Pontificis, qui universam ecclesiarum praesens Deo auctore dignoscitur, et virga correctionis et manna debeat esse dulcedinis, ut altero foveat humiles et devotos, reliquo vero rebelles feriat et puniat delinquentes. Hinc est, quod illius vulneribus sauciati, quem Samaritanus duxit in stabulum, vinum adhibetur et oleum, ut, nisi commotionis et exhortationis oleo delinquentium vulnera foveantur, vinum ecclesiasticae severitatis subsequatur. Licet igitur ex his, quae praemissimus, contemptis monitis nostris et mandatis, quibus fraternitatem tuam nisi sumus frequenter inducere, ut dilectum filium nostrum W. marchionem Massae iudicem Calaritanum a iuramento fidelitatis absolveres, quod exhiberi tibi et ecclesiae Pisanae fecisti, ut eo non obstante nobis et ecclesiae Romanae iuraret, non solum asperitate verborum, sed executione forsitan potuissemus in te procedere ecclesiasticae disciplinae," Quum iudicatus Calaritanus ad ius et proprietatem B. Petri pertinet, sicut tota Sardinia nullo pertinet mediante, "nec ex parte tua vit quidquam rationabiliter allegatum, quare" tibi non licuit⁶²⁾ pro te vel ecclesia tua a marchione Massae iudice Calaritano⁶³⁾ fidelitatis exi-

gere⁶⁴⁾ iuramentum. (Et infra: [cf. c. 12. de foro comp. II. 2.] "Super alio vero articulo taliter respondisti, quod ab eo tempore, quo fuisti assumptus ad praesulatus officium, iuramentum fidelitatis pro sede apostolica ab ipsis iudicibus Sardiniae recepisti, sciens te per archiepiscopum Villanum praedecessorem tuum, virum magnae auctoritatis et honestatis, qui longo tempore in curia Romana exstitit cardinalis, ipsiusque plenius novit consuetudines et statuta, et omnes antecessores tuos, qui fuerunt viri magnae auctoritatis, sic de antiqua consuetudine tenuisse pariter et fecisse, quum nihil tibi vel ipsis hactenus ab apostolica sede fuisset obiectum." Nos igitur, "his et aliis," quae "dilectus filius magister Bondinus" nunciatus tuus proponere voluit, plenius circumspicis, non intelleximus, te vel ecclesiam tuam⁶⁵⁾ super hoc aliquo iure subnixam, "quo valeas a mandati nostri executione rationabiliter excusari," quum auctoritatem sedis apostolicae non ostendas, per quam a iudicibus Calaritanis⁶⁶⁾ tu et antecessores tui fidelitatis exigeretis⁶⁷⁾ iuramenta, nec praescriptione aliqua muniaris, quum secundum confessionem tuam non⁶⁸⁾ ecclesia Pisana vel tu fueris⁶⁹⁾ in quasi possessione iuris exigendi huiusmodi iuramentum, "quod per sedem apostolicam⁷⁰⁾ ab ipsis iudicibus receptum fuisse lateris, per quod constat, ecclesiam Romanam semper in quasi possessione fuisse, quum pro ea ministerio tuo et antecessorum tuorum exactum fuerit et praestitum iuramentum, et is etiam possidere dicatur, cuius nomine possidetur. Si vero dicatur, quod nomine tuo et antecessorum tuorum, et non nomine nostro et⁷¹⁾ ecclesiae Romanae fuerit⁷²⁾ iuramentum exactum, posset inferri, quod iuramentum praestitum de conservando iure et honore sedis apostolicae fuerit violatum. Unde licite retineri non posset, quod contra iuramentum huiusmodi fuerit⁷³⁾ scienter obtentum, quia⁷³⁾ etiam secundum hoc locum praescriptio habere non posset, quum in praescriptione rerum ecclesiasticarum bona fides et iustus titulus exigantur⁷⁴⁾. Et si⁷⁵⁾ etiam locum potuisset⁷⁶⁾ habere praescriptio, non credimus, centenariam⁷⁷⁾ praescriptionem, quae sola currit adversus Romanam ecclesiam, posse probari. "Verum quia etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. II. Non. Maii Ao. IX." [1206.]

CAP. XVIII.⁷⁸⁾

Abbas in capellis praescribere potest iura episcopalia; obtinet tamen in his ius, quae praescripsit. H. d. quod titulum.

Idem Episcopo Lucano.

Quum⁷⁹⁾ olim, frater episcopo, cum "dilectis filiis" abbate et monachis sancti Salvatoris de Ficheto⁸⁰⁾ super plebe Salamazanae⁸¹⁾ et adiacentibus capellis ipsis in nostra praesentia litigando, institutionem "clericorum" in eis et alia ad ius episcopale pertinentia⁸²⁾ vendicares, ad fundandam intentionem tuam ius commune principaliter allegabas, cuius auctoritate dicebas, universa spiritualia in praedictis locis, quae sunt in dioecesi tua constituta, ad te tanquam ad dioecesanum episcopum pertinere, arbitrium praeterea super hoc promulgatum a "bonae memoriae" Pistoriensi episcopo, "et" archiepiscopo ac primicerio Lucanis⁸³⁾ "a partibus electis" allegans, quod ab utraque parte fuerat communiter approbatum, in quo continetur expressae, ut postquam in eadem plebe conversus quisquam in plebanum electus fuerit ab abbate, Lucano episcopo praesentetur, ab ipso confirmationis gratiam recepturus, et promissurus eidem cum suis presbyteris sub hac forma obedientiam mannalem, ut ad synodum, capitulum et etiam litanias ad ecclesiam S. Martini cum populo suo vadat, et episcopo in annua procuratione ac de quarta respondent decimarum, et, quum necesse fuerit, ei subministret auxilium, et servet eius sententiam interdicti latam in populum Fichetensem, et si plebanus vel presbyteri sui Lucanam ecclesiam forsitan offenderent in his, quae in arbitrio continentur, et abbas semel vel bis requisitus infra XX. dies offensam non faceret emendari, liceret Lucano episcopo pro illa culpa eos tanquam suos presbyteros iudicare." Ad elidendam autem intentionem tuam abbas "praedictus felix recordationis" Gregorii VII. Papae praedecessoris nostri privilegium exhibuit⁸⁴⁾, quod praedictum arbitrium multo videbatur tempore praecessisse⁸⁵⁾, per

Cap. XVI. 47) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 114. — Comp. III. h. t. c. 6. — 48) nostri: Reg. — 49) et: Böhm. — 50) Castris: C. H. — Castres: Reg. — 51) ei. dioec.: omitt. Comp. III. Reg. — 52) denegarunt: C. R. 2. — 53) solummodo: Reg. — 54) meminerant: Cont., Böhm. — 55) praedictos: Comp. III., Reg. — 56) omitt. Comp. III., Reg. — 56) metropolitica: Reg. — 57) congruam: C. H. — 58) metit: C. R. 1. — metit: C. H. — cf. 1 Cor. IX. 11. — 59) fuit: C. H. — 60) omitt. C. R. 2. — 61) iustitiae plenitudinem: Comp. III., Reg.
Cap. XVII. 62) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 63. — Comp. III. h. t. c. 7. — 62) tibi liceret: Comp. III., Reg. — 63) praedictio marchione fidel.: ib. — 64) recipere: Reg. — 65) Pisanan: id. — seq. sup. hoc: omitt. ib. et in Comp. III. — 66) a praedictis iud.: ib. — 67) exegeris: Comp. III. — exegeris: Cont., Böhm. — 68) nec: Cont., Böhm. — 69) fueritis: Reg. — 70) pro sede ap.: Comp. III., Reg. — 71) et eccl. Rom.: omitt.

Reg. — add.: saepe nominatum: Comp. III. — 71) fuit: C. H. — 72) fuit: Reg. — 73) quum: Comp. III. — nec... habere posset: Reg. — 74) exigatur: Comp. III. — 75) quum si: Comp. III. — Quod si: Reg. — 76) posset: C. H. — 77) te cent... posse probare: Reg.
Cap. XVIII. 78) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 167. — Comp. III. h. t. c. 8. — 79) Dum: Reg. — 80) de Fich.: omitt. C. H. — Ficheto: C. R. 1. — Sichecho: Comp. III. Ms. — Sicheco: Aug. — Fichicho: Reg. in qua postea leg. Fichetensem (leg. vid. Ficoctensem, Cervin). — 81) Salamazanae: Böhm. ex Cont. — Salamazan.: C. R. 1. — Salamazan.: C. R. 2. — Salernitan.: C. H. — Salamazan.: Comp. III. Ms. — Salamazan.: Aug. — de Salamazan.: Reg. — 82) spectantia: Comp. III., Reg. — 83) Lucano: Comp. III. — 84) exhibebat: Reg. — 85) processisse: Comp. IV. Aug.

quod tam *Fischeclense* monasterium, quam plebs⁸⁶) et capellae praedictae videbantur libertati⁸⁷) donatae. *In ipso siquidem continetur, quod iam dictus praedecessor noster ecclesiae de Salamazano cum capellis adiacentibus monasterio memorato concessis instituit, ne quis archiepiscopus vel episcopus locum ipsum seu plebem et capellas praedictas molestare audeat, vel presbyteros ab abbate, qui pro tempore fuerit, inibi constitutos excommunicare vel etiam iudicare, sed sub tutela et immunitate ac iudicio Romani Pontificis consistentes omnipotenti Deo secure deservire procurent.* Aliorum quoque Romanorum Pontificum, *Urbani scilicet, Paschalis, Calixti, Eugenii, Anastasii, Adriani, Alexandri et Lucii* dictus abbas privilegii utebatur post arbitrium promulgatum obtentis, qui⁸⁸) libertatis privilegia⁸⁹) sibi concedere videbantur. *Sic enim in singulorum privilegiis inter cetera reperitur: „Sanctimus etiam, ut nec episcopo nec archiepiscopo cuiquam aut eorum ministris liceat locum ipsum,“ scilicet monasterium Fischeclense, „vel eius monachos aut adiacentes ecclesias de Salamazano cum capellis suis, vel presbyteros ab abbate constitutos ibidem praeter Romani Pontificis conscientiam excommunicare aut supponere interdito.“⁴ Proposuit praeterea dictus abbas, quod etsi praedicta ad se de communi iure spectarent, super eis tamen tam ipsum quam monasterium suum legitima constabat praescriptione munitum. Per testes quoque suos et partis tuae, qui coram dilecto filio priore sancti Fridiani Lucani de mandato nostro fuerant utrinque producti, dicebat esse probatum, quod super praemissis omnibus monasterium suum per quadraginta annos et amplius pacifica fuerat possessione gavisum, allegans insuper, per arbitrium saepedictum nullum potuisse monasterio praedictum generari, tum quia maior et senior pars capituli eiusdem loci nullatenus compromissioni memoratae consenserat, tum etiam quia Romanae sedis auctoritas, ad quam monasterium et ecclesiae pertinebant, accessisse minime probabatur. Ad haec autem ex parte tua existit sic responsum, quod privilegio Gregorii Papae, utpote manifeste suspecto, fides adhibenda non erat. Nam in ea sui parte inveniebatur abbas, in qua vis questionis existit, ubi videlicet fit mentio de capellis. Sed nec per alia privilegia proponebas eundem abbatem aliquod debere commodum reportare, quum illa viderentur per subreptionem obtenta, quum de praedictis arbitrio a partibus approbato, quod in rei iudicatae auctoritatem transierat, nullam faciat mentionem; adiciens insuper, te non posse praescriptionis obiectu ab adversa parte repelli, quia, licet quidam testes deponant, se a quadraginta annorum tempore recordari, et adiciant, se vidisse monasterium super iis, quae ad ius episcopale spectant, in praedictis locis libertate gavisum, per depositiones tamen huiusmodi de quadraginta annorum possessione continua non fit fides, quum haec duo concurrere satis possint, ut et testes a quadraginta annorum tempore recorderent, et a decennio citra duntaxat monasterium ipsum in possessione viderent praedictorum. Sed hoc frivolum pars altera reputando respondit, quod etsi testes aliqui verbis dubiis sic utantur, plures tamen testes sunt, qui aperte testantur, se a quadraginta annis et ultra monasterium memoratum in continua praedictorum omnium possessione vidisse. Contra quod pars tua proposuit replicando, quia, licet de quadraginta annorum praescriptione constaret, tempus tamen schismatis, quod in Lucana ecclesia intervenisse per testes erat ostensum, debebat merito de computatione subduci. E contra parte altera respondente, quod, licet de schismate, quod intercesserat, fuerit facta fides, quum quanto tempore duraverit minime sit ostensum, et potuerit modico tempore duravisse, propter hoc tamen praescriptionis obiectio non poterat efficaciter impediri, praecipue quum per plures testes quadraginta quinque annorum praescriptio sit probata. Nos igitur, his et aliis, quae coram nobis utrinque fuere proposita, perspicaciter intellectis, Quia praedictus⁹⁰) abbas sufficienter ostendit, monasterium suum super institutionibus, destinationibus, et ordinationibus plebani et clericorum, baptismis, poenitentia⁹¹) in lexiis culpae, sepultura, decimarum perceptione ac divinis officiis celebrandis tam in plebe quam in⁹²) capellis *etiam* praedictis⁹³), in excommunicando atque⁹⁴) interdicendo, et etiam abolvendo legitima praescriptione munitum, abbatem ipsum ab impetitione tua super iam dictis articulis *de consilio fratrum nostrorum* duximus absolvendum, super illis tibi perpetuum silentium imponendo, super aliis omnibus, quae ad ius

episcopale spectare noscuntur, iuxta tenorem arbitrii eundem abbatem quoad plebem et capellas praedictas sententialiter condemnantes. *Nulli ergo etc. Dat. Ferentini II. Kal. Nov. Pont. nostr. A. XI.* [1208.]

CAP. XIX.⁹⁵)

Qui praescriptione completo privilegium contrarium impetrat, et utitur illo, praescriptioni renunciat. Si praescriptio non erat completa, malam fidem habet, et ideo non praescribit.

Idem.⁹⁶)

Veniens ad praesentiam nostram *dilectus filius G.* abbas sancti Martini de Pannoma⁹⁷) *sua nobis conquestione monstravit, quod venerabilis frater noster Vespriensis episcopus conditionales homines, qui certa ei servitia exhibent, exemit a praestatione integra decimarum, et eos, quum iurisdictionem in ipsos habeat, ad solvendas integre sibi praedictas decimas, et ad satisfaciendum congrue de subtractis pontificali auctoritate non cogit, praestare sibi recusans consilium et auxilium in expensis et aliis contra silvestres homines in extremis praedictae parochiae finibus commorantes, qui se a solutione subtrahunt decimarum. Quae humiliter postulabat, ut, ne id de cetero idem episcopus attentaret, iniungere sibi auctoritate apostolica dignaremur. Petebat insuper, quod idem episcopus sacerdotibus illius parochiae inhiheret, ne quosdam homines sibi, prout tenentur, decimas non solventes, servili conditione falso ad suam excusationem obiecta, et ne pulsatores et exequiales in eodem articulo delinquentes recipiant ad divina, vel ab eis percipiant partem aliquam decimarum, ipsi de subtractis satisfactionem congruam impendentes; humiliter supplicans, ut hoc per delegatos a nobis iudices fieri mandarem, si dictus episcopus id efficere non curaret, compellentis eundem ad satisfactionem congruam praedictorum, si auctoritate sua dicti capellani hoc praesumerent attentare. Postulabat praeterea, quod idem episcopus parochianos capellarum suarum in iure spirituali et quarta decimarum recipi ad capellas alias non permittat, satisfaciens de subtractis eidem, si aliquid est in hoc hactenus ipsius auctoritate praesumptum. Alioquin a suis sibi faciat capellanis super his satisfactionem congruam exhiberi, et, ne de parochianis dubitatio aliqua oriretur, sic petit distinguendo, ut parochianos de villis Fayz et de Gurbei a capella Thapey non subtrahat episcopus memoratus; parochianos autem de praedio Dominici de Mogh, et de Udvoornicis regis, et de villa illorum, qui dant regi martium, a capella de porcorum custodia non subducatur; inhiherens sacerdotibus, ne recipiant capellas aliquas vel cubulos vini a regis vel reginae conditionalibus, qui vulgo regales serci vocantur, ab ipso ea recipi permittentes, cogens insuper regis sagittarios et bisseanos ad decimas integre persolvendas. Petit *etiam* a nobis⁹⁸) postmodum idem abbas *et humiliter postulavit,* ut Vespriensis⁹⁹) episcopus non impediat vel faciat impediri, quo minus omnes¹⁰⁰), qui in Simagiensi¹) parochia vel comitatu consistunt, de omnibus, quae possident, decimas sibi solvant, sicut in privilegiis *felicitis memoratae* Paschalis Papae praedecessoris nostri²) et sancti regis Stephani *plenius* continetur. Praefatus vero episcopus *in nostra praesentia constitutus e contrario* postulavit, ut decimas Simagiensis³) comitatus infra⁴) suae dioecesis terminos constitutas⁵), quas detinet idem abbas, sibi restitui faceremus, nisi *dictus abbas* aliquo iure speciali⁶) se ipsas *iuste* possidere monstraret, mandantes, ipsum per eundem abbatem, quum dictum comitatum visitat, in suis ecclesiis procurari. Petebat insuper, deputatum quartam fabricae sibi restitui ad ecclesias reparandas, capellas in villa subulcorum, et S. Ladislai de Fizegoi destrui postulans, tanquam sine auctoritate ac consensu episcopi dioecesis constructas; et petens ecclesiam de Keurishy, in qua sibi dictus abbas spirituales iurisdictionem usurpat, ecclesiam etiam de Thapey, in cuius possessione ipsum fuisse idem abbas confessus fuerat, repetebat. Reconciliationes etiam poenitentium et ordinationes clericorum ad se asserens pertinere, humiliter postulabat, ut christiana, oleum sanctum, et alia ecclesiastica sacramenta capellani et homines S. Martini in Vespriensi dioecesi constituti ab eo tanquam a suo dioecetano perciperent, sibi cognitiones causarum spiritualium relinquendo. Nos autem, intellectis per venerabilem fratrem nostrum Hugolinum Hostiensem episcopum, quem partibus concessi-

Cap. XVIII. 86) plebes: C. H. — 87) libertate: Comp. III. Ms. Reg. — 88) quae: C. H., Comp. III. Aug. — 89) privilegium: C. H. — 90) dictus: ib. — 91) et poen.: Cont., Böhm. — 92) omitt. Reg. — 93) supra dictis: Comp. III., Reg. — 94) omitt. C. H. — quoque: Reg.
Cap. XIX. 95) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 7. — Comp. IV. c. 1. de priv. V. 12. — 96) Colocentis electo et Sokradensi et de Sekradwor Cisterc. ord. abbatibus quinque ecclesiarum dioec.: Reg. — 97) Pannoma: C. R. 2. — Pannonia: Comp. IV., Reg., Cont., Böhm. — 98) a nob.: omitt. Comp.

IV. Ms. B., Reg. — 99) Vespert.: C. H. — Vespertien.: Comp. IV. Ms. A. — Vespria.: Ms. B. — Vespriem.: Aug. — 100) homines: C. R. 2. H. L. — 1) Simigien.: C. L. — Simigien.: Comp. IV. Aug. — Instrigien.: Ms. A. — Symigien.: Ms. B. — Simigien.: Reg., Cont., Böhm. — 2) praed. n.: omitt. Comp. IV., Reg. — 3) Simagi.: Comp. IV. Ms. B. — Simigen.: Ms. A. — Simigien.: Reg., Cont., Böhm. — 4) intra: Cont., Böhm. — 5) consistentis: Reg. — 6) spiritualis: Comp. IV. Ms. A.

mus auditorem, quae proposita fuerant coram eo, obiectiones propositas ab ipso episcopo contra privilegia praedictorum Paschalis Papae et sancti regis Stephani, quibus abbas sufficienter respondit, invalidas esse decernimus, ut, eis non obstantibus, privilegia ipsa valida reputentur, si authenticum praedicti regis tale repertum fuerit, quale nobis rescriptum ipsius sub bulla carissimi in Christo filii nostri Hungarorum regis illustris existit praesentatum; quantum tamen ad fundandam intentionem abbatis proficiat, opportuno tempore decernemus. Interim autem nihil circa statum monasterii secundum perceptionem decimarum, quam idem monasterium possidet, immutetur. Chrisma vero, oleum⁷⁾ sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes⁸⁾ clericorum, qui ad sacros ordines promovendi fuerint⁹⁾, clerici ecclesiarum vel capellarum¹⁰⁾ ipsius monasterii, quod¹¹⁾ est in Vespriensi¹²⁾ dioecesi constitutum, a Vespriensi¹³⁾ episcopo postulabunt, si quidem catholicus fuerit¹⁴⁾, et gratiam *atque communionem* sedis apostolicae habuerit, et ea gratis *et* sine pravitare aliqua voluerit exhibere; alioquin ab alio¹⁵⁾ quem mauerint, praesule¹⁶⁾ catholico suscipiendi¹⁷⁾; ea¹⁸⁾ liberam habeant facultatem, sicut in privilegio¹⁹⁾ dicti²⁰⁾ Paschalis, et *bonae memoriae* Alexandri Papae praedecessorum nostrorum perspeximus²¹⁾ contineri, non obstante privilegio *felicitis memoriae* Clementis Papae, per²²⁾ quod privilegiis suorum²³⁾ praedecessorum non existit derogatum, quum de ipsis nullam fecerit mentionem, praesertim quum et²⁴⁾ ipse Clemens privilegium illud²⁵⁾ concesserit salvis institutionibus non solum Romanae ecclesiae, sed ipsius etiam legatorum. Nec²⁶⁾ obstat poterat praescriptio, quam idem abbas in suum subsidium opponebat, quia, si²⁷⁾ consummata erat *praescriptio*, quando *abbas sancti Martini* ab Alexandro Papa privilegium impetravit, iuri praescriptionis renunciasset videtur, praesertim quum coram nobis²⁸⁾ privilegio illo sit usus, quod suae intensionis quantum ad hunc articulum contradicit. Si vero nondum consummata²⁹⁾ erat praescriptio, sed erat in praescribendo, post impetratum huiusmodi privilegium bonam fidem non habuit, et ideo secundum canones non praescribit³⁰⁾. *Ceterum interdictos etc. Dat. Lat. V. Non. Mart. Pont. nostr. Ao. XV.* [1212.]

CAP. XX.³¹⁾

Non in foro canonico nec civili valet praescriptio cum mala fide.

Idem in concilio generali.

Quoniam omne, quod non est³²⁾ ex fide, peccatum est, synodali iudicio diffinimus, ut nulla valeat absque bona fide praescriptio tam canonica quam civilis, quum generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quae absque mortali peccato non potest³³⁾ observari³⁴⁾. Unde oportet, ut qui praescribit in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienae,

TITULUS XXVII.

DE SENTENTIA ET RE IUDICATA.

CAP. I.¹⁾

Sententia lata contra leges vel canones non tenet, nec ab ea opus est appellare. Panorm.

Gregorius. 2)

Sententia³⁾ contra leges canonesve⁴⁾ prolata, licet non sit appel-

latione suspensa, non potest tamen subsistere⁵⁾ ipso iure. Postquam tamen etc.

CAP. II.⁶⁾

Lites debent celeriter terminari.

Idem.⁷⁾

Iurgantium controversias celeri sententia terminare et acquitati "proculdubio" convenit et rigori⁸⁾. "Quia ergo etc."

CAP. III.⁹⁾

Sacerdos sine iusta causa non est deponendus.

Idem.¹⁰⁾

Non potest quemquam a¹¹⁾ sacerdotali¹²⁾ gradu, nisi iustis ex causis, concurs¹³⁾ sacerdotum sententia submovere. "Hortamur etc."

CAP. IV.¹⁴⁾

Iuste quis petit sententiam a Papa confirmari, si iuste et rationabiliter fuit lata.

Leo Papa.¹⁵⁾

Ea, quae iuxta ecclesiasticum morem iuste et rationabiliter fuerint diffinita, nostra quoque sententia roborentur. "Dat. IV. Aug." [446.]

CAP. V.¹⁶⁾

Iudex deputatus super executione sententiae, admittit exceptionem fraudis seu nullitatis sententiae, non ad effectum, ut super ea pronunciet, sed ut negotium ad superiorem, qui iudicavit, transmittat, si illum probabilem repererit. H. d. notabiliter.

Alexander III. Eboracensi Archiepiscopo.¹⁷⁾

De cetero noveris, quod, si sententiam a nobis latam praecipimus¹⁸⁾ per aliquem executioni mandari¹⁹⁾, et fraus intervenerit, non est facultas executori de toto negotio cognoscendi²⁰⁾, sed deferri²¹⁾ quaestiones, quae inciderint, ad sedem apostolicam oportebit.

CAP. VI.²²⁾

Non sufficit reo damnato ad traditionem possessionis tradere pignus pro ipsa possessione.

Idem Norwicensi Episcopo.²³⁾

Quum aliquibus est adiudicata possessio, non sufficit eis²⁴⁾ dari pignora, nisi corporali possessione laetentur.²⁵⁾

CAP. VII.²⁶⁾

Sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem iudicatam; unde quocumque revocatur, quum constat de errore.

Idem eidem et V. Archidiacono.²⁷⁾

Lator praesentium "W. parochianus vester" sua nobis insinuatione²⁸⁾ monstravit, quod, quum²⁹⁾ "in facie ecclesiae" quandam mulierem "viduam A. nomine" legitime desponsasset, et³⁰⁾ carnalis esset copula subsequuta, inter eos scandalum est subortum, cuius occasione "praedictus vir" debitum ei "coniugale" subtraxit. Con-

Cap. XIX. 7) et ol.: C. H. — 8) ordines: Comp. IV. Ms. A. — 9) sunt: C. R. 1. — 10) ecclesiarum basilicarum: Comp. IV. Ms. A. — 11) quae sunt... constitutae: Reg. — 12) Vespriensis: C. R. 2. — Vespriensis: C. R. 1. — Vespriensis: Comp. IV. Böh. — Vespriensis: C. L., Reg. — 13) Vespriensis: Comp. IV. Ms. A. B. — Vespriensis: Aug. — 14) fuit: Comp. IV. Ms. A. — 15) aliquo: ib. — alio, quo: C. H. — 16) praeside: C. R. 1. H., Comp. IV. Ms. A. B. — add.: et: C. R. 1. — 17) accipiendi: Comp. IV. Ms. A. — 18) omitt. Comp. IV. Ms. B. — eam: Aug. — 19) privilegiis: Comp. IV., Reg. — 20) praedicti: ib., C. H. — 21) plenius persp.: C. R. 1. — prospeximus: Comp. IV. Aug. — 22) qui mentionem non fecit de praedictis praedecessorum suorum privilegiis, sed de privilegio S. Stephani regis, cui, quantum ad hoc capitulum, per saepofatos Rom. Pont. existit derogatum: Reg. — 23) nostrorum: Comp. IV. Ms. A. B. — 24) omitt. Comp. IV., Reg. — 25) ipsum: Comp. IV. Ms. A. — 26) non (nec: Ms. B., Reg.) obstante praescriptione: Comp. IV., Reg. — 27) etiam: Comp. IV. Ms. A. — 28) nobis: Böh. — 29) consummaverat praescriptionem: Comp. IV. Ms. A., Reg. — 30) praescribit: Böh.

Cap. XX. 31) c. 41. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215). — Comp. IV. h. t. c. 3. — 32) omitt. Comp. IV. Aug. — cf. Rom. XIV. 23. — 33) poterit: C. R. 1. — 34) servari: Comp. IV. Aug.

TIT. XXVII. Cap. I. 1) Greg. I. Reg. III. 6. (A. 593). — Lips. L. 5., Comp. A. h. t. c. 2. — 2) Greg. IX.: C. H. — Greg. I. primae Iustinianae: Comp. I. — Greg. Iouani primae Iustinianae Illyricae: Lips. — Greg. Iouani ep. primae Iustinianae: Reg. — Greg. Iouani archiep. etc. Böh. ex Cont. — 3) protulit... sententiam, quae licet non esset appellacione suspensa,

contra leges tamen canonesque prolata, ipsa non poterat iure subsistere: Reg. — 4) canonesque: C. H., Lips., Comp. I. Aug. — 5) sistere: C. H.

Cap. II. 6) Restitutum ex Greg. I. Reg. II. 40. (A. 592). — Comp. I. h. t. c. 3. — 7) Iouani Ravennae episcopo: Reg. — Jo. Ruvennati ep.: Cont. ex Böh. — 8) vigori: Comp. I. Ms., Reg.

Cap. III. 9) Greg. I. Reg. III. 8. (A. 593). — Comp. I. h. t. c. 4. — 10) Natali archiep. Salontano: Comp. I., Reg., Böh. — 10) omitt. Comp. I., Reg. — 11) episcopatus: Reg. — 12) abest a Comp. I. Ms. — 13) etiam conc.: C. R. 2. — iusta et concurs: C. H.

Cap. IV. 14) Ep. XII. epp. Leonis M. ed. Baller. — Comp. I. h. t. c. 6. — 15) Leo episcopus (Papa: Ms.) universis per Cnesariensem Mauritiam constitutis: Comp. I. — Leo urbis Rom. episcopus universis episcopis etc.: orig.

Cap. V. 16) App. XLIX. 12., Lips. XLVII. 41., Cass. L. 37., Comp. I. h. t. c. 7. — 17) episcopo: Comp. I. — add.: P. C. In em.: Comp. I. Aug. — P. C. In eminenti: Ms. — cf. App. XLIX. 13., Comp. I. c. 40. de app. II. 20. — 18) praeceperimus: App. — 19) mandandam: Lips., Cass. — 20) cognoscere: App. — 21) referri: Coll. c. it.

Cap. VI. 22) App. XXXVI. 2., Comp. I. h. t. c. 7. — 23) Norwicensi ep. et abb. de Evesham: App. — 24) omitt. C. H. — 25) gaudeant: Coll. c. it.

Cap. VII. 26) Restitutum ex App. VI. 11., Lips. LIX. 21., Cass. LVIII. 11., Comp. I. h. t. c. 9. — 27) Norwic. ep. et archidiaconis: App. — Norw. ep. et Wi. arc.: Cass. — Norw. et T. et W. archidiaconis: Lips. — Norwic. et T. W. archid.: Comp. I. Ms. — Norw. et T. et Wi. archid.: Aug. — Id. eid. et Wi. archid.: Böh. — 28) assertionem: App. — 29) omitt. Lips. — 30) carnali cop. subsequuta: App., Lips., Cass.

sanguinei vero³¹) *praedictae* mulieris hoc molestum habentes, *coram vobis* quaestionem moverunt proponentes, quod mulierem invitam et renitentem, nec aetatis aptae matrimonio existentem³²) duxisset uxorem³³). Et quoniam idem *vir, sicut nobis proponitur*, vitam cupiebat³⁴) agere³⁵) dissolutam³⁶), demum³⁷), utriusque studio interveniente, fuerunt³⁸) minus rationabiliter separati. Nolentes igitur matrimonia³⁹) canonice⁴⁰) contracta levitate quadam dissolvi, *discretionis vestrae per apostolica scripta praecipiendo* mandamus; quatenus, si vobis⁴¹) constiterit, eos⁴²) per iudicium ecclesiae⁴³) non fuisse legitime⁴⁴) separatos, ecclesiamque deceptam⁴⁵), ipsos *quoque contradictione et appellatione cessante* faciatis sicut virum et uxorem insimul permanere.

CAP. VIII.⁴⁶)

Retractatur sententia praetextu iniquae consuetudinis lata contra ecclesiam.

Idem T. et Clericis S. Anastasiae Veronensis.⁴⁷)

Quum causa, quae vertitur inter vos, et G. et A.⁴⁸) laicos super domo quadam eis ab archipresbytero vestro vendita, ad examen *dilecti filii nostri* I.⁴⁹) basilicae XII. Apostolorum presbyteri cardinalis, tunc apostolicae sedis legati delata fuisset, post⁵⁰) appellationem ad nos interpositam, et receptas inducias, quoniam⁵¹) infra⁵²) terminum tibi, fili T., ad eam prosequendam praefixum⁵³) iter *ad nos veniendi* non arripueras, contra te sententiam proferens⁵⁴) memoratis G. et A. praetaxatam domum secundum Veronensis civitatis consuetudinem adiudicare⁵⁵) curavit. Deinde⁵⁶) quum causa fuisset ad nos per appellationem delata, Brixienensis episcopus delegatus a nobis sententiam contra vos, sprete forma canonum, secundum eandem consuetudinem, sicut praefatus legatus fecerat, promulgavit. Nos autem, *quum tandem utraque pars nostro se conspectui praesentasset, diligentius* considerantes, quod, licet usus vel⁵⁷) consuetudinis non minima sit auctoritas, nunquam tamen veritati aut legi praerudicat, praescriptam sententiam *de communi fratrum nostrorum consilio* revocavimus, et vos ab impetitione absolventes illorum⁵⁸), vobis et ecclesiae vestrae domum *auctoritate apostolica* adiudicavimus⁵⁹) supra-dictam.⁶⁰)

CAP. IX.⁶¹)

Sententia iniqua retractatur per superiorem; licet causa fuerit appellatione remota commissa. Si autem continet manifestam iniquitatem, est nulla. H. d. intelligendo, quod ponat duos casus.

Idem Eboracensi Archiepiscopo.

Inter ceteras (Et infra: [cf. c. 2. de off. iud. del. I. 29.]) Item quum aliqua causa appellatione remota⁶²) committitur, et sententia fertur iniqua, eam evacuare⁶³) oportet, nec ei debet stari, si iniquitatem contineat⁶⁴) manifestam.

CAP. X.⁶⁵)

Sententia lata contra absentem non contumacem in causa matrimoniali non valet. H. d. intelligendo, quod haec mulier non fuit contumax. Panorm.

Clementis III.⁶⁶)

Tenor literarum tuarum *nobis transmissus* ostendit, quod, quum *in archipresbyteratu sancti Germani* inter R.⁶⁷) et M. mulierem quaestio matrimonii verteretur, et⁶⁸) *venerabili fratri no-

stro* Theatino⁶⁹) episcopo commissa fuisset, *quia, terra illa tunc pro regis morte turbata, mulier sibi evidenti periculo viarum praecavens non poterat se iudici, a quo iam tertio citata fuerat, praesentare, licet nuncium cum excusatione transmiserit, episcopus tamen idem⁷⁰) eundem R. postmodum, muliere absente, ab impetitione ipsius absolvit. Ceterum eadem mulier *ad praesentiam nostram accedens* a nobis ad te literas impetravit, ut de causa cognosceres, et eam sine debito terminares⁷¹), *quandoquidem coram memorato episcopo pro commotione terrae non poterat definiri.* Dictus vero R., a te vocatus⁷²), ad causam, infirmitate praetenta⁷³) non adfuit. Sed quia nocte sequente aliam sibi copulare praesumpsit, in eum⁷⁴) excommunicationis sententiam promulgasti; a qua postmodum⁷⁵) absolutus ad⁷⁶) te *in propria persona* veniens, ostendit literas episcopi memorati, quibus eum ab iniquitate⁷⁷) ipsius *ob hoc* absolutum fuisse patebat, *quod mulier ad praesentiam episcopi non accessit.* Quia igitur, *sicut proponis*, mulier *eadem quotidie cum lacrimis clamat post te, et* suos⁷⁸) tentes offert ad probandum, quod idem R. eam desponsationis annulo publice subarrasset⁷⁹), tu⁸⁰) quid super his agere debeas *humiliter* postulas edoceri. Ideoque⁸¹) inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, non obstante *tali* illicita absolute, quam episcopus fecit, in causa *sublato appellationis impedimento* procedas⁸²), *et eam debito sine decidas,* eidem R.⁸³) sub poena excommunicationis arctius interdicens, ne ad eam, quam superinduxit⁸⁴), accedat, priusquam fuerit causa decisa. *Testes autem non respuas, etc.

CAP. XI.⁸⁵)

Sententia divortii in causa matrimoniali rite lata, ad solam coniugis confessionem assertentis contrarium non revocatur, sed interim ei statuitur, donec legitime de contrario doceatur. Ita summatur, ut aliquid de novo afferat. Paorm.

Idem.⁸⁶)

Consanguinei E.⁸⁷) latricis praesentium, sicut *nobis* tuis literis intimasti, *productis in iure sub examine tuo testibus,* compaternitatem inter ipsam et virum suum legitime probaverunt ita, quod inter eos sententiam divortii protulisti⁸⁸). Praedicta vero E., quum sit tibi postmodum confessa, quod eius commater in veritate ante sententiam non fuisset, sed⁸⁹) post separationem compaternitatem cum⁹⁰) eo contraxit, et⁹¹) tandem ad secundas nuptias convolvit. *Quia igitur reatum suum nunc recognoscens consilium nostrum super hoc expectat, tu etiam a nobis in hoc postulasti responsum,* Fraternitati tuae *praesentium pagina* respondeamus, quod propter solam confessionem mulieris non est recedendum a sententia per iudicium⁹²) ecclesiae rationabiliter promulgata, nisi *forte* legitime in contrarium probaretur. *Ad ultimum vero eidem mulieri etc.

CAP. XII.⁹³)

Si Papa contra pronuntiationem suam confert beneficium, hoc tacito subreptitia dicitur collatio, et non tenet.

Innocentius III. Archidiacono et Sacristae Magalonsibus.⁹⁴)

Quum olim, *sicut accepimus, bonae memoriae* Magalonsensis episcopus *habito dilectorum filiorum P. de Agrifolio archidiaconi, et B. prioris claustralis assensu, dilectum filium nostrum* P. de Castro novo, ad vacantem archidiaconatum eiusdem ecclesiae nominasset⁹⁵), praeposito⁹⁶), ut nullus ibi, nisi prius duplici sibi

Cap. VII. 31) omitt. ead. — 32) omitt. Cass. — 33) in ux.: ead. — 34) cupit: Lips. — 35) ducere: C. R. 1. — 36) dyscolam: App. — 37) deinde: App. Lips., Cass. — 38) fuerint: Lips., Cass. — 39) ut matr. . . . dissolvantur (Lips.): solvantur: Coll. citt. — 40) rationabiliter et can.: C. H. — 41) omitt. Lips. — 42) praedictos (praedictum: Cass.) virum et mulierem: Coll. citt. — 43) iudicem ecclesiasticum: C. R. 1. — 44) rationabiliter: App. Lips., Cass. — 45) add. fuisse: Lips.

Cap. VIII. 46) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 10. — 47) Theo setae A.: Comp. I. Ms. — Theobaldo ecclesiae sanctae Anastasiae: Aug. — 48) Goz. et Ar.: Comp. I. Ms. — Gozonem et Arnannum: Aug. — 49) Ju.: C. R. 1. — 50) post datus induc. et app. ad nos factam: Comp. I. — 51) quam: Comp. I. Aug. — 52) intra: Cont., Böhm. — 53) praescriptum: Comp. I. — 54) tulit et: Comp. I. Ms. — tulit et: Aug. — 55) adiudicavit: Comp. I. — 56) Demum: C. R. 2. — Demum vero, quum causa fuisset ad nos per appellationem delata, eum ven. fr. n. (omitt. Ms.) H. Brixien. episc. appellatione remota delegavimus finiendum (terminandum: Ms.), qui utique, rationibus hinc inde diligenter auditis et cognitis, sententiam contra vos, sprete forma canonum, secundum Veron. civitatis consuetudinem, sicut et praefatus cardinalis fecerat, promulgavit: Comp. I. — 57) et: C. H. — 58) praebitorum G. et A. super hac impetitione absolventes: Comp. I. — 59) adiudicavimus: Comp. I. Aug. — 60) superdictam: C. R. H., Comp. I.

Cap. IX. 61) App. VII. 4., Lips. XXXV. 3., Cass. XI. II. 3., Comp. I. c. 17. de app. II. 20. — 62) cessante: Comp. I. Aug. — per appell. remotam: Cass. — 63) vacuare: App. — 64) continet: Coll. citt.

Cap. X. 65) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 377., Comp. II. h. t. c. 5.

— 66) R. sanctorum Marcellini etc. et Petro presb. card. abb.: Luc., quae quidem inscr. eadem videtur esse cum illa, quam Theinerus tanquam inscr. c. 3. Lib. IV. tit. 9. Coll. II. ex libro manuscr. Paris. edidit, (Recherches p. 47.): R. in tit. sanctorum Marielli et P. presbytero cardinali cas. abb. — 67) virum R.: C. R. 1. — Robertum et B.: Luc. — R. et M. militem: Comp. II. Ms. A. male. — 68) verteretur, ipsa testes pro matrimonio producente, vir ad sedem ap. appellavit, quinque etc.: Luc., Comp. II. — 69) ep. t. de lict.: Comp. II. Ms. A. — Thelosino: Aug. — Thelosino: Ms. B. — Thelosino: Luc. — 70) omitt. Coll. citt. — 71) dirimeres: Luc. — 72) convocatus: Coll. citt. — 73) detentus: C. H. — 74) eundem: C. R. 2. — 75) tandem fuit: Luc. — 76) ante: Coll. citt. — 77) impetitione: C. H. — 78) et, suos testes afferens, quod idem eam: Luc. — 79) subarravit: C. R. 1. — 80) et tu: Cont., Böhm. — 81) Igitur: Comp. II. Aug. — omitt. Ms. A. B., Luc. — 82) procedens: C. H. — 83) Roberto: Luc. — 84) superduxit: C. H. — superinducit: Cont.

Cap. XI. 85) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 368., Comp. II. h. t. c. 6. — 86) Formotensi (leg.: Foroiulensi) ep.: Luc. — 87) M.: C. H. per tot. — Ermengardae: Luc. — 88) promulgasti: C. H. — 89) omitt. C. H., Luc., Comp. I. Aug., Ms. A. — 90) eam contr.: Luc. — 91) quum tandem: Comp. I. Aug., Ms. B. — et tamen: Ms. A., Ldc. — 92) iudicio: C. H. — per iudicium ecclesiasticum: C. R. 1.

Cap. XII. 93) Restitutum ex Reg. Bal. I. 267. — Comp. III. h. t. c. 2. — 94) add. ecclesiae: C. I. — Magalon.: Comp. III. Ms. — episcopo, archidiacono et sacristae Magalonsibus: Reg. — 95) nominaret: Reg. — 96) I. praep.: Cont., Böhm.

voce concessa, institueretur per appellationem interpositam inhibente, episcopus "tum quia contra antiquam Magalonensis ecclesiae consuetudinem et commune ius canonum esse dicebat, aliquem sibi vocem duarum personarum in eadem ecclesia vendicare, tum quid ex indulgentia felicitis memoriae Coelestini Papae praedecessoris nostri, quam in capitulo praesente praeposito legi fecit, sibi probabat indultum, ut vacantem archidiaconatum vel sacristiam, si contra personam ab ipso nominatam aliquod rationabile et canonicum non posset legitime obici et probari, non obstante contradictione vel appellatione conferret," dictum P. de archidiaconatu per "suum" annulum investivit "in locum archidiaconi corporaliter illum inducens." Praepositus⁹⁷⁾ vero indignationis stimulis agitatus alium ad eundem archidiaconatum "postmodum" nominare praesumpsit. "Cuius facti occasione quum tam praepositus, quam praefatus P. apostolico se conspectui praesentassent, et nos in minoribus tunc officio constitutos, et dilectos filios nostros B. tit. sancti Petri ad Vincula, et bonae memoriae M. tit. sancti Ioannis et Pauli presbyteros cardinales recepissent in suis questionibus auditores, praeposito obiciente institutionem episcopi post appellationem, et contra definitionem felicitis recordationis Alexandri Papae praedecessoris nostri, et a suspensio factam cassari debere: a praedicto P. (sicut asserit) ad singula fuit hoc modo responsum, scilicet, quod appellationem ipsam nullius constabat esse momenti, tum quia a suspensio fuerat appellatum, quod in continentis se velle probare dicebat, quare illius non intererat appellare, et contra dictam indulgentiam appellatio interposita non tenebat; tum quia causam in iure prohibitam, scilicet duplicis vocis vel dignitatis, quae nulli quantumlibet exercitatae personae secundum canonicas sanctiones debet committi, in forma appellationis, expressit: unde tali appellationi non fuisse deferendum, ex consultatione felicitis memoriae Alexandri Papae probabat, nec constitutionem Henrici quondam Albanensis episcopi, cuius obtentu dignitatem prioris maioris usurpaverat, illi posse patrocinari firmiter assererat, quum in ipsa evidenter exprimeretur, ne deinceps prior maior in Magalonensi ecclesia haberetur; unde sequebatur, nec praepositum, nec alium dignitatem illam sibi posse aliquatenus vendicare, praesertim quum ibi contineatur expresse, quod praepositus non dignitatem prioris, sed curam circa correctionem excessuum et errorum debeat duntaxat habere. Si enim dignitatem vellet intelligi, ubi curam apposuit, dignitatis vocabulum expressisset, sicut ex consultatione dicti Alexandri Papae praedecessoris nostri comprobari dicebat. Ex verbis autem ipsius constitutionis monstrabat, ipsum praepositum dictam curam de manu episcopi accipere debuisse. Ceterum ex literis episcopi super hoc congerentis evidenter liquebat, praepositum non tanquam Aaron a Deo vocatum, sed a se ipso exortum sibi impendenter honorem sumpsisse. Unde, quum privilegium mercatur amittere qui permissa sibi abutitur potestate, tam nomine episcopi quam suo super hoc ei perpetuum silentium imponi petebat, proponens, quod dignitas memorata non nisi sacerdotali fungenti officio de iure et antiqua Magalonensis ecclesiae consuetudine fuerat conferenda; praepositum vero tum debilitate quam deformitate corporis impediende ad sacerdotium promoveri non posse affirmabat instantem, dicens partem episcopi, utpote maiorem et saniorum, non obstante unius appellatione, merito secundum Lateranense concilium obtinere; insuper allegans, eum praepositum appellationi renunciasse spontaneum interiectae. Quum enim taliter appellasset, ut nullus, nisi duplici sibi voce concessa, archidiaconus deberet institui, et ipse ad institutionem alterius procedere attentaret, contrario actu vincebatur secundum consultationem bonae memoriae praedecessoris nostri Urbani Papae ab appellationis officio recessisse. Ad definitionem autem articulum taliter respondebat, asserens episcopum secundum tenorem definitionis rationabiliter processisse, adiciens etiam, quod praepositus ecclesiam sancti Firmi et de Maurino retinendo contra ipsam definitionem fecerat manifeste, et ideo eius auxilium de iure non poterat invocare. Ad suspensionis obiectionem ex adverso dicebat, quod episcopus prius legitime appellavit, et ideo sententia post lata nullatenus tenebatur adstrictus, proponens etiam, conditionalem et ad tempus latam fuisse sententiam interdicti, scilicet, donec apostolicis obediret mandatis. Unde quum ante dictam institutionem sedis apostolicae iussionibus paruisset, tam civilis quam canonici iuris censura indubitanter fuerat absolutus, praesertim quum ille, qui eum suspenderat, ipsi ut plena absoluto in omnibus communicare minime dubitaret. Ad ultimum concludebat, quod, etsi vere suspensus esset episcopus memoratus, tamen a praeposito hoc ei non posset opponi, quia, quum pro eodem suspensionis sententia notatus fuisset, morbo consuali laboranti omnis contra episcopum audientia debuit denegari, maxime quum ipsi episcopo tam in ecclesiasticis sacramentis, quam in ecclesiarum institutionibus saepe communicasset, et ideo ei notam suspensionis obicere non valebat. Denique, si nihil horum parti suffragaretur episcopi, ad denegandam praeposito audientiam sufficere posse dicebat, quod tam per sententiam iudicis ordinarii, quam ipso iure eum excommunicationis vinculo inopulatum esse, per episcopi literas evidenter apparebat. Tandem C.⁹⁸⁾ praedecessor noster, quod factum fuerat ab utraque parte "pro sua voluntate" cassavit, "sententiando" pronuncians, quod aliquibus "de praeterea" scriberet, ut⁹⁹⁾ tam episcopum quam personas ad ordinandum concorditer archidiaconum¹⁰⁰⁾ moneret, et, eorum forte monitis non admissis, hoc ipsi "auctoritate apostolica" exsequi non differrent. Post haec vero dictus praedecessor noster¹⁾ G.²⁾, qui nondum ad diaconatum erat promotus officium, praeter conscientiam "praefati Petri" procuratoris episcopi apud sedem apostolicam tunc morantis, ipsum archidiaconatum contra pronunciationem suam³⁾ contulit, sicut credimus, circumventus. Nos igitur inhaerentes vestigiis praedecessorum nostrorum, dicentium, sententiam Romanae sedis, quum aliquid fuerit subreptum, posse in melius commutari, quod de⁴⁾ praedicto G. factum est, non obstante donatione, quam ab eodem episcopo⁵⁾ in illusionem⁶⁾ donationis apostolicae nuper dicitur recepisse, "de communis fratrum nostrorum consilio" in irritum revocamus, et ei, licet absenti, quum de subreptione liquido constat, super dicto archidiaconatu perpetuum silentium imponentes, "vobis praesentium auctoritate" praecipiendo⁷⁾ mandamus, quatenus⁸⁾ "nullius contradictione vel appellatione obstante infra unius mensis spatium post harum susceptionem" saepe dictum archidiaconatum "de persona, cui nihil de canonicis obviet institutis," plena omnium vestrum, qui praesentes fuerint in ecclesia, interveriente concordia, ordinare curetis. "Alioquin etc. Dat. Rom. V. Id. Iun." [1198.]

CAP. XIII.⁹⁾

Valeat sententia contra ius litigatoris lata, si sub ea infra X. dies non fuerit appellatum. Vel sic et aliter: Per sententiam, a qua non fuit appellatum, post ecclesiam subiici praelato inferiori episcopo, seu ad aliam ecclesiam pertinere.

Idem Abbati et Conventui S. Zenonis¹⁰⁾ Veronensis.

Quum inter vos "ex una parte" pro ecclesia vestra et "Musetum" archipresbyterum et clericos S. Proculi, "nomine ecclesiae suae," super subiectione eiusdem¹¹⁾ ecclesiae "S. Proculi et aliis multis articulis" quaestio verteretur, "tibi, fili abbas, et ipsi archipresbytero in nostra praesentia constitutis venerabiles fratres nostros P. Compostellanum archiepiscopum et Odonem Terdonensem episcopum, tunc apud sedem apostolicam commorantes, dedimus auditores. Sed ipso episcopo lite pendente ab Urbis partibus recedente, dilectum filium M. subdiaconum et capellanum nostrum loco eius curavimus substituere. In quorum praesentia" ex parte vestra¹²⁾ fuit propositum, quod dicta ecclesia "S. Proculi" monasterio vestro¹³⁾ pleno iure debet esse subiecta, videlicet in¹⁴⁾ institutione, destitutione, "vel" investitura archipresbyteri et eiusdem¹⁵⁾ fidelitate, ipsius et fratrum obedientia, correctione, repraesentatione ad ordines, tonsuratione, susceptione chrisimatis, letanias et aliis similibus, per quae plena subiectione declaratur. Ad quod probandum instrumentum publicam concessionem "bonae memoriae" B.¹⁶⁾ quondam Veronensis episcopi pars vestra¹⁷⁾ in medium producebat, quam concessionem successor eius T.¹⁸⁾ ratam habuit, et etiam confirmavit. Super his quoque tam Romanorum Pontificum, quam patriarcharum Aquilegensium privilegia et confirmationes induxit, quorum unus, "scilicet Godefridus," de subiectione plenaria in privilegio suo evidenter expressit, quod sub testimonio R.¹⁹⁾ quondam Veronensis episcopi, qui eiusdem ecclesiae archipresbyter exstitit, factum fuerat et completum, et in eo²⁰⁾ a priore "monasterii" sancti Zenonis mandavit sua vice subscribi, "sicut in instrumento publico continetur." Adiecit etiam pars vestra²¹⁾, quod inter B.²²⁾ quondam abbatem eiusdem monasterii, et "Sicherium"

Cap. XII. 97) unde praepositus: Comp. III., Reg. — 98) dictus: ib. — 99) quod: C. R. 1. — 100) archidiaconatum: C. H., Comp. III., Reg. — 1) dict. pr. n.: omitt. Comp. III., Reg. — 2) C.: C. R. 1. L. — Gerardo Ioannino: Reg. — 3) proprium: Comp. III., Reg. — 4) in: Comp. III., Aug. — 5) a te, frater episcopo: Comp. III., Reg. — 6) elusionem: C. R. H., Comp. III., Reg. — 7) omitt. Comp. III., Reg. — 8) ut: Reg. — 9) Restitutum ex Reg. Bal. 1. 283. — Comp. III. h. t. c. 3. — 10) S. Zen.: omitt. C. R. 1. — 11) ipsius: Reg. — omitt. Comp. III. —

12) tua, fili abbas: Comp. III., Reg. — 13) S. Zenonis: ib. — 14) omitt. Comp. III., Aug. — 15) add.: ecclesiae: C. H. — 16) Brunonis: Comp. III., Reg. — 17) tua: ib. — 18) eiusdem H.: C. H. — G.: Cont., Böhm. per tot. — Theobaldus: Comp. III. — Theobaldus: Reg. — 19) B.: C. H. Riprandi: Reg. — 20) ex: Comp. III., Aug. — eodem: Cont., Böhm. — 21) tua: Comp. III., Reg. — 22) H.: C. R. 2. L. — dil. fil. nostr.: Comp. III., Aug. — Nobilem: Ms., Reg.

sancti Proculi²³) archipresbyterum et fratres ipsius procedente tempore de fidelitate et obedientia manuali controversia fuit exorta, ad quae duo illi se²⁴) duntaxat teneri negabant, et super his testes producti fuerunt. Tandem praefatus T.²⁵) Veronensis episcopus, "rationibus utriusque partis auditis et cognitis," quendam cardinalem sequens, a quo idem²⁶) fuerat iudicatum, quod vel archipresbyter dimitteret ecclesiam, aut abbati obedientiam reprobiteret, "credens etiam, quod testes vera deposuerint coram eo, qui de fidelitate manifestum protulerant testimonium, idem et ipse" sententialiter diffiniuit, "sicut in instrumento publico perspeximus contineri." Cuius sententia, quum nulla fuerit appellatione suspensa, in rem transit iudicatam, "quam assererat nullo posse iuris remedio attentari, a cuius prolatione usque ad tempora ista L. annorum spatium est transactum, per quos, quod monasterium S. Zenonis praefatum ecclesiam pleno iure possederit, et quod praedictus archipresbyter et fratres eius praeteriti et praesentes obedientiam abbatibus S. Zenonis fecerint, tonsuram ab ipsis receperint, et in aliis, quae praemisimus, obsequia sibi praestiterint, per testes et instrumenta probavit, et sic usque ad tempus litis nuper exortae monasterium in possessione fuisse firmiter assererat, querens, ecclesiam S. Zenonis a nominato archipresbytero super quibusdam de praemissis indebitè molestari. Tribus ergo praecipue rationibus suam assertionem proponebat esse munitam, videlicet per privilegiorum confirmationem, per auctoritatem sententiae et per temporis longaeuitatem, ut quasi funiculus triplex difficile dissoluitur. Ex opposito vero memoratus archipresbyter praedicta omnia monasterio compellere denegabat, praemissis rationibus sic respondens, quod, quum instrumentum concessionis praedicti B. episcopi non fuerit publica manu confectum, nec sigillo episcopali munitum, et propter rasuras quasdam suspectum prima facie videbatur, parti suae nec poterat nec debebat praedictum generare, et sic nec ceterae probationes abbatibus, ut confirmationes et privilegia, ex ipsa donatione pendentia, quum quasi arenoso fundamento et arundineo baculo niterentur, et principall non valente nullam habere accessoria firmitatem. Quod etiam parti suae sententia memorati T. Veronensis episcopi non noceret, illa ratione dicebat, quia non continebat absolutionem vel condemnationem, quum sub alternatione prolata fuisset, sicut et sententia cardinalis, quae, quum in medium produci non posset, nec prodesse poterat nec obesse, praesertim quum et prolata esse penitus denegaret; contra quam, etiam prolata fuisset, nec appellatione suspensa, poterat tamen agi de falso, quum ex instrumento praedicti B. Veronensis episcopi per vitium rasurae falsato lata fuisset. Sed nec testes ex tenore sententiae dicuntur deposuisse iurati, quare nulla fides eis fuerat adhibenda. Longaeuitatem etiam temporis seu praescriptionem ecclesiae suae non posse nocere dicebat, quia pars adversa nulla ratione probaverat subiectionem continuam vel frequentem, sed quod ecclesiae S. Proculi quandoque praefuit abbatia. Ceterum ad assertionem intentionis suae pars archipresbyteri praedicti supra dicti B. Veronensis episcopi publicum protulit instrumentum antiquius illo, quod fuerat a iam dicto abbate productum, in quo idem episcopus lacrimabiliter postulantis archipresbytero et clericis S. Proculi sub poena excommunicationis firmiter reponisit, quod nunquam ulli subiceret ecclesiam nominatam, quam ecclesiae S. Firmi archipresbyter et clerici audierant ab episcopo supponendam. Cuius factum dictus T. successor illius suis literis confirmavit. Contra quas nulla ratione venissent, si praefatus abbas, quum subiectionis ab eis literas, de quibus praemisimus, impetravit, quae gesta fuerant expressisset. Ideoque abbatibus rescripta per suppressionem veritatis adhibita fraude dicebat obtenta. Idem etiam archipresbyter libertatem ecclesiae volens ostendere, quod ipse cum clericis suis sine abbatibus licentia locaverit et dislocaverit, et capellas sanctorum Viti et Maximi ordinaverit, conversas et alias in eis ponendo personas, et quod canonicos et alios officiales in ecclesia sua libere instituerit. et ab ecclesia cathedrali quandoque christum receperit, quandoque a monasterio nominato, depositionibus testium legitime comprobavit. Verum pars abbatibus, ut responsionem partis adversae elideret, quae instrumentum donationis viribus carere dicebat, illius temporis alia instrumenta produxit, ut ex eorum collatione, quum non essent publica manu confecta, instrumentum suum authenticum appareret, quum simplicitas hominum illius temporis talia non requireret. Sed pars adversa et illud et alia reprobabat. Porro instrumenta partis adversae, quae notam falsitatis habere pars pro-

ponebat abbatibus, etiam si vera essent, in nullo sibi posse nocere dicebat, quum in priori iudicio fuissent exhibitae, ubi et haec et alia, quae possent obicere pars adversa, siue commissa fuerint vel etiam allegata, audiri ulterius non deberent, ne lites fierent immortales, quae praeteriti instrumenti post reperti non debent ullatenus instaurari. Querela quoque falsi, quam volebat proponere pars adversa, viginti annorum spatium non excedit, et quum a tempore latae sententiae XL. anni et amplius, a tempore vero litis motae triennium sit elapsum, querela falsi non poterat ulterius intentari. Quum itaque haec, quae praemisimus, et similia nulla praefati auditores nobis et fratribus nostris prudenter et fideliter retulissent, nos, communicato fratrum nostrorum consilio, Quamvis forte dicto instrumento donationis non sit plurimum innitendum, nec confirmationibus, vel²⁷) privilegiis, quae de ipso causam et originem acceperunt, attendentes tamen²⁷), quod, quantum ad litigantes ipsos, ius sententiae factum fuit²⁸), postquam in rem transit iudicatam, etiamsi contra ius litigatoris lata fuisset, quum contra ius constitutionis expresse lata non fuerit, veritate gestorum sermonibus praevalet, quae praesumitur²⁹) rite per omnia celebrata, "statuimus, et per sententiam" diffiniimus, ut archipresbyter S. Proculi, qui pro tempore fuerit, fidelitatem et obedientiam praestet abbati sancti Zenonis. "Et quia etc. Datum Romae ap. S. Petrum XIII. Kal. Iul." [1198.]

CAP. XIV.³⁰)

Sententia contra actorem lata, nihil iniqui continens, venit in causa appellationis confirmanda, licet per attestaciones videatur pro actore fuisse probatum, dummodo pro sententia concurrant praesumptiones. De quibus hic in litera, et secundum hunc intellectum est hic casus singularis valde.

Idem canonicis Novariensibus.

Causam, quae inter vos et "dilectum filium" A.³¹) "Siccum" clericum super praebenda Novariensis ecclesiae vertebatur, "quae quondam fuit venerabilis fratris nostri Novariensis episcopi, de qua se dicebat idem Albertus per bonae memoriae C. Papam praedecessorem nostrum fuisse per anulum investitum, coram nobis diutius ventilatam venerabili tandem fratri nostro" Laudensi³²) episcopo de consensu partium "appellatione remota" commisimus terminandam, qui, "sicut ex literis ipsius accepimus, utriusque rationibus plenius intellectis," pro vobis contra dictum A. diffinitivam sententiam promulgavit, a qua fuit ad nostram audientiam appellatum. "Dicto igitur Alberto et magistro I. et V. procuratoribus ecclesiae vestrae in nostra propter hoc praesentia constitutis, idem Albertus probare multipliciter nitebatur, sententiam ipsam inique latam fuisse, ac propter hoc debere non immerito retractari, dictis procuratoribus vestris defendentibus sententiam et eam petentibus confirmationis nostrae praesidio communiri. Nos igitur, auditis quae fuerant hinc inde proposita et diligentius intellectis, habito etiam cum fratribus nostris super hoc diligenti tractatu," Licet ex parte ipsius A. fuisset propositum, quod contra formam mandati nostri dictus episcopus sententiam promulgavit³³), sicut per attestaciones nitebatur probare, quia tamen iudicis animus non semper ad unam probationis speciem inclinatur, et ipsa sententia nihil continebat iniquum, et eidem³⁴) iudici de communi partium assensu fuerat causa "appellatione remota" commissa, qui, ut sententiam ferret post examinationem causae, ab utraque parte fuerat requisitus, sententiam ipsam "de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica" curavimus confirmare, "ac eam per venerabilem fratrem nostrum Portuensem episcopum diffiniivimus observandam etc. Dat. Lat. VI. Id. Dec." [1198.]

CAP. XV.³⁵)

Si sententia praecipit aliquid fieri ad certum terminum, tempus decendi ad appellandum currit a tempore sententiae, non autem a die finiti termini. Hoc primo. Quadrimestre tempus, quod a lege datur condemnatis in personali, potest a iudice ex causa arctari, et sponte terminum arctatum recipiens non potest post decendum appellare, licet non constet, iudicem ex causa terminum abbreviasse. Hoc secundo. Ab executione sententiae non appellatur, nisi in executione modus excedatur. Hoc tertio d. evacuando medullam cap. secundum Panorm.

Idem Constantiensi Episcopo.

Quod³⁶) ad consultationem (Et infra:) Quia³⁷) a nobis similiter postulasti, utrum appellationi sit clerici deferendum, qui purga-

Cap. XIII. 23) S. Proc.: omitt. Comp. III., Reg. — 24) dictus archipresbyter cum fratribus suis se (omitt. Aug.) duntaxat ten. negabat: ib. — 25) R.: C. H., Comp. III. Aug. — 25) omitt. Comp. III., Reg. — 26) nec: Cont., Böhm. — 27) omitt. Comp. III., Reg. — 28) fuerit: C. H. — 29) praesumuntur: Comp. III., Reg. — 30) Restitutum ex Reg. Bal. I. 451. — Comp. III. h. t. c.

4. — 31) Albertum: Reg. per tot. — 32) Laudan.: C. R. 1. — Laudun.: Böhm. ex Cont. — 33) promulgaverat: Comp. III. Aug. — 34) ei: Böhm. — 35) Restitutum (quantum opus fuit) ex Reg. Bal. I. 543. — Comp. III. h. t. c. 5. — 36) Quid: Reg. — 37) ei (ii: Aug.) autem, quod: Comp. III., Reg.

tionem indictam sibi per sententiam, et ad ipsius receptionem terminum competentem, puta³⁸) viginti dies vel amplius, sine contradictione recipiens, et ad diem veniens consequenter appellat, causam non exprimens appellandi, nec sit locus nisi suscipiendae purgationi et executioni sententiae, a cuius prolatione³⁹) et purgatione⁴⁰) iniuncta ultra⁴¹) decendium⁴²) dicitur effluxisse, taliter duximus⁴³) respondendum, quod, quum post decem dierum spatium sententia in auctoritatem rei transeat iudicatae, qui ad provocationis subsidium infra⁴⁴) id temporis⁴⁵) non recurrit⁴⁶), appellandi sibi aditum denegavit, quum per⁴⁷) hoc videatur per⁴⁸) interpretationem iuris latae sententiae paruisse, praesertim ubi causa non redditur appellandi. Sed nec executionem ipsius sententiae ideo convenit retardari, licet ad hoc agendum quadrimestre tempus regulariter sit statutum, quia id arctari potest nonnunquam a sedente in medio, et etiam prorogari. Et qui ab initio sponte recipit⁴⁹) terminum breviorum, imputari⁵⁰) sibi potest et debet, quum ex hoc videatur amplius⁵¹) beneficium contempsisse. Unde talia non audietur appellans: nisi forte adversus eum modis executionis canonicis excedatur. "Dat. Lat. III. Id. Ian." [1199.]

CAP. XVI.⁵²)

Sententia potest probari per testes: licet non deponant de causis, quae solent iudicem movere ad sententiandum.

Idem Decano, Cancellario⁵³) et C. Canonico, Londoniensibus.⁵³)

Sicut nobis "restris literis" intimatis, quum causa, quae inter H.⁵⁴) subdiaconum et B.⁵⁵) presbyterum "sancti Clementis" super quinque frumenti modis vertebatur, ipsi⁵⁶) subdiacono per annos singulos exsolvendis, "ex delegatione nostra" vobis commissa fuisset, et "partibus in vestra praesentia constitutis" restitutionem sibi fieri postularet subdiaconus⁵⁷) supradictus, adversarius se ad hoc non teneri respondit, quum alia vice super hoc "coram iudice" conventus fuerit⁵⁸), et sententialiter absolutus, quod ostendere voluit⁵⁹) duorum testimonio "sacerdotum," ex quorum depositione⁶⁰) "vobis" constitit, quod magister A. auctoritate⁶⁰) "venerabilis fratris nostri" episcopi Londoniensis⁶¹) ipsum⁶²) "per iudicium" absolvit ab impetitione subdiaconi memorati. Verum quia testimonium ipsorum quasi nude prolatum fuerat, quum de causis⁶³), quae iudicem movere solent ad sententiam proferendam, nihil "se scire" dixerint⁶⁴), "variaturum fuit inter turis peritos, a quibus consilium postulatis, aliis asserentibus tale testimonium non valere, aliis sententibus, quod valeret. Unde in hac ambiguitate" Quid tenendum sit, sedem duxistis apostolicam consulendam. Quum autem in plerisque locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris⁶⁵) existat, quod omnia⁶⁶), quae iudicem movent⁶⁷), non exprimentur⁶⁸) in sententiis proferendis, vobis taliter respondemus, quod, quum ex depositionibus⁶⁹) testium praedictorum constitit "vobis", sententiam a iudice suo⁷⁰) "fuisse" prolatam, propter auctoritatem iudicariam praesumi debet⁷¹), omnia legitime processisse. "Dat. Lat. II. Kal. Apr." [1199.]

CAP. XVII.⁷²)

Ab eadem sententia potest appellare ne dum reus victus, sed etiam tertius, cuius interest, et poterit sententia quoad reum nil de suo iure docentem confirmari, respectu vero tertii rationabiliter appellantis infirmari.

Idem Astoricensi⁷³) Episcopo, et Abbati sancti Isidori Legionensis.

Quum super controversia, quae inter "venerabilem fratrem no-

strum" Auriensem⁷⁴) episcopum "ex parte una," et monasterium Cellae novae super statu ipsius "ex altera" vertebatur, pro "ipso" episcopo diversae sententiae latae⁷⁵) fuissent, "O. archidiaconus et nuncius "venerabilis fratris nostri" Ovetensis⁷⁶) episcopi "ad apostolicam sedem accedens," per eas Ovetensem ecclesiam laesam graviter querebatur⁷⁷), ad quam "illud" proponebat monasterium pertinere. (Et infra:) "Postquam igitur haec et similia nobis et fratribus nostris praefati cardinales fideliter retulerunt, quia constitit nobis per legatorum literas, a duobus, quum tertius interesse neguiverit, sicut ex ipsius etiam assertione tenuimus apud sedem apostolicam constituti, fuisse processum, et contra ipsorum sententiam." Quum⁷⁸) ex parte monasterii nihil rationabile fuerit⁷⁹) propositum et ostensum, quare sententia⁸⁰) pro episcopo promulgata debuisset⁸¹) irritari, eam; "communicato fratrum nostrorum consilio," quantum ad monasterium "ipsum" duximus confirmandam, "sibi perpetuum hac in parte silentium imponentes. Ceterum, quia super appellatione Ovetensis ecclesiae non potuimus elicere veritatem, causam ipsam vestro duximus examini committendam; per apostolica scripta" Mandamus⁸²), quatenus, si constiterit, appellationem pro ecclesia Ovetensi rationabiliter interpositam, et ad eam prosequendam nuncium eius⁸³) infra⁸⁴) tempus legitimum destinatum fuisse, executioni sententiae differatur, ne circa possessionem "eandem" Ovetensis ecclesia detrimentum incurrat. Alioquin "ea," sicut ius postulat, executioni absque Ovetensis ecclesiae praedicio demandetur, cui⁸⁵) quae praemisae sunt non praediciant⁸⁶), quo minus⁸⁷) suam valeat consequi rationem, quum res inter alios acta non noccat regulariter aliis⁸⁸) iuxta constitutiones⁸⁹) canonicas et civiles.

CAP. XVIII.⁹⁰)

Si citatus ad sententiam ex legitima causa iudici ignota non comparuit, tenet sententia eo absente lata, sed retractatur eo probante legitimam absentiae causam. Si vero impedimentum probatur non plene, non retractatur sententia, nisi prius doceat de ipsius iniquitate. H. d. et est verus et not. intellectus secundum Panorm., quem alii doctores non clare dilucidaverunt.

Idem.⁹¹)

Quum Bertholdus⁹²) miles curiam suam "siccifundum in Westhusen quondam" P.⁹³) militi pignori obligasset, eodem P.⁹⁴) sublato de medio A.⁹⁵) nepos eius, qui successit eidem, "Argentinensis diocesis," vacante ecclesia eiusdem loci "in Westhusen," asserens, quod ius patronatus cum universitate transisset in eum, D.⁹⁶) clericum "eiusdem diocesis ad preces bonae memoriae C. Argentinensis episcopi" eiusdem loci archidiacono⁹⁷) ad supra dictam ecclesiam praesentavit, qui de consensu "et voluntate" episcopi ipsum instituit in eadem⁹⁸), in possessionem eum induci faciens corporalem. Praedictus vero B.⁹⁹) dominus fundi, "asserens, quod sibi retinuerat ius patronatus expressis, quum fundum obligaverat creditori," T. sacerdotem memorato episcopo praesentavit, sed ipsum episcopus non admisit¹⁰⁰) "pro sua arbitrio voluntatis." Quum autem "praefatus episcopus iam fuisset universae carnis ingressus," dictus T. adversus memoratum D.¹) super praedicta ecclesia "coram substituto electo" deposuerit²) quaestionem, Remensis episcopus³) apostolicae sedis legatus iudicibus negotium delegavit. Ad quem quum attestaciones utriusque receptas per partes postmodum remisissent, et, praefato D. cum suis attestacionibus accedente, dictus T. nec per se, nec per responsalem idoneum comparere curaret, ipse attestacionibus, "sicut in ipsius literis perspicimus contineri, diligenter" inspectis clerici memorati⁴), ipsum

Cap. XV. 38) omitt. C. H. — 39) latrone: Comp. III., Reg. — 40) add.: canonica: C. R. 1. — 41) infra: C. R. — 42) decennium: Comp. III., Reg. (leg.: decendium.) — 43) credimus: ib. — 44) intra: Cont., Böhm. — 45) tempus: C. R. — idem tempus: Comp. III. Aug. — 46) currit: C. L. — 47) super: C. R. 2. L. — 48) omitt. Comp. III. Aug. — 49) recipit: Cont., Böhm. — 50) imputare: Comp. III., Reg. — 51) amplioris: ib.

Cap. XVI. 52) Restitutum ex Reg. Bal. II. 48. — Comp. III. h. t. c. 6 — 52) V. cano.: Reg. — 53) Laudun.: Comp. III., Reg., Böhm. — 54) Henricum: Comp. III., Reg. — 55) H.: C. H. — Haurdam.: Comp. III. Ms. — Haurdam.: Aug., Reg. — 56) qui dicebantur ipsi Henrico per annos singulos exsolvendis: Comp. III. Aug., Reg. — 57) subdiaconi: Böhm. — idem Henricus: Comp. III., Reg. — 58) fuerat: Comp. III. Aug. — 59) voluerit: Böhm. — 60) depositionibus: Reg. — 60) ex parte: Comp. III., Reg. — 61) Laudun.: C. H., Comp. III., Reg. — 62) Haurdam (Haurdam: Ms.) presbyterum: Comp. III., Reg. — 63) allegacionibus, testibus et rationibus: ib. — 64) dixerunt: C. H. — dixissent: Comp. III., Reg. — 65) hic modus: C. R. 1. — 66) causae: Reg. — 67) movent: Comp. III., Reg. — 68) exprimentur: C. H. — 69) depositione: Reg. — 70) omitt. Comp. III. Aug. — 71) debeat: ead.

Cap. XVII. 72) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 7. — 73) scilicet sancti: Böhm. ex Cont. — Astoricensi (Astoricensi: Ms.) ep. et S. Isidori Legionensis, et de Cantuzeto (Karuzato: Ms. — Cantuzeta: coniectura Gonzalez) abbatibus: Comp. III. — 74) Aulerian.: C. L. — Auenen.: C. H. — 75) prolatus: C. H. — 76) Oveten.: Cont. per tot. — 77) conquerebatur: C. R. 2. L., Comp. III. Aug. — conquerebantur: Ms. — 78) omitt. Comp. III., Böhm. — 79) fuit: Comp. III. — 80) sent. pro ep. prom.: omitt. Comp. III. — 81) debuisset: Cont., Böhm. — 82) mandantes: Comp. III.

— 83) ecclesiae Ovetensis: ead. — 84) intra: Cont., Böhm. — 85) quibus: Comp. III. — 86) praediciant: Cont., Böhm. — 87) quomin. valeant: Comp. III. — 88) alii: Cont. — 89) sanctiones: C. R. 1.

Cap. XVIII. 90) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 8. — Comp. III. h. t. c. 8. — 91) Abbati de Hungar (leg.: Baumgarten) et praeposito S. Arbogasti Argentinensis diocesis et custodi S. Thomae Argentin.: Reg. — 92) Bertholdus: Comp. III. Aug. — 93) Peregrino: Comp. III., Reg. — 94) B.: Comp. III. Aug. — Bertholdo: Reg. — 95) Arthongus: Comp. III. Ms. — Artangus: Aug. — Hartongus: Reg. — 96) Brunum: Comp. III. — Brunonem: Reg. — 97) archidiaconum: Reg. — 98) eandem: Comp. III. — seq.: in: omitt. Ms. — 99) Ber.: Comp. III. Aug. — Bertholdus: Ms., Reg. — Bertholdus: Böhm. — 100) admittere renuit: Comp. III., Reg. — 1) B.: Comp. III. — Brunonem: Reg. — 2) deposuit: Comp. III., Reg., Cont., Böhm. — 3) archiepiscopus: C. H. — a cuius examine fuit postmodum ad venerabilem fr. n. Remens. archiepiscopum, sanctae Rom. ecclesiae card. tunc episcopum Praenestinum ap. sed. leg. appellatum, qui dil. f. abbati Novi castri, et decano sancti Thomae Argentin. mandavit, ut audirent hinc inde proposita, et ad eum remitterent causam sufficienter instructam, partibus terminata peremptorio assignantes, quo eius se conspectus praesentarent sententiam recepturam. Ipsi vero (verb.: ad eum . . . vero: omitt. Aug.) receptis testibus et redactis in scriptis depositionibus corundem, eas (cum: Aug.) sub sigillis suis miserunt ad archiepiscopum mem. partibus termino peremptorio assignato, ad quem quum saepe dictus B. (Bruno: Reg.) cum suis attestacionibus accessisset, nec per se, nec per responsalem idoneum dictus T. coram eo comparere curasset: Comp. III., Reg. — 4) eiusdem B.: Comp. III., Reg., Böhm.

ab impetitione saepe dicti T. sententialiter⁵⁾ reddidit absolutum, eidem T. imponens silentium super ecclesia memorata. Postmodum⁶⁾ autem⁷⁾ idem presbyter⁸⁾ ad "eiusdem" archiepiscopi praesentiam "cum attestacionibus suis" infra⁹⁾ breve tempus accedens, iustam causam absentiae allegavit; archiepiscopus vero, "praedicto" Argentino electo et "dilectis filiis" Altae silvae et Tudebernon.¹⁰⁾ abbatibus dedit suis¹¹⁾ literis in mandatis, ut¹²⁾, si iustam absentiae¹³⁾ causam ille¹⁴⁾ ostenderet coram eis, praedictam¹⁵⁾ sententiam nullius decernerent esse valoris, et¹⁶⁾ "utriusque partis attestacionibus diligenter inspectis" causam "ipsam" sine debito terminarent; alioquin facerent sententiam, "quam ipse tulerat, firmiter" observari. Verum dicto¹⁷⁾ electo et praefatis abbatibus committentibus aliis vices suas, ipsi subdelegati testes super praedicto articulo receperunt, a quibus dictus clericus vocem ad nos appellacionis emisit. Licet autem¹⁸⁾, "quam utraque pars cum attestacionibus signatis sigillis iudicum praedictorum ad nostram praesentiam accessisset," iustam causam absentiae minus sufficienter presbyter¹⁹⁾ probavisset, ne tamen praedictaret opinio veritati, "volentes in veritate procedere, quum Christus sit veritas, dilectum filium" R. "S. Mariae in Dominica" diaconum cardinalem eis concessimus auditorem. Qui quum nobis omnia²⁰⁾, "quae coram ipso proposita fuerant, plene ac" fideliter retulisset, "nos, utriusque partis attestacionibus ac sententia praefati episcopi diligenter inspectis, quia eundem" ex tenore "ipsius" sententiae archiepiscopum invenimus circumventum, tum quia continebatur in illa, quod per attestaciones ipsius clerici²¹⁾ fuerat sufficienter probatum, quod praefatus A.²²⁾ in possessione iuris patronatus exstiterat, quum eundem "Brunonem" ad praedictam ecclesiam praesentavit; quum tamen per attestaciones illas nihil aliud "super hoc" ostensum fuerit, nisi quod pro quodam iure, quod de illa ecclesia consuevit exhiberi patronis, praedicti P.²³⁾ et A.²⁴⁾ annuatim decem solidos acceperunt, "quos tamen plebanus eiusdem loci semper contradicebat praebere;" tum etiam²⁵⁾, quia in eadem sententia dicitur, quod dictus T. "peccatus" in probatione defecit, quum per attestaciones suas appareat "manifeste," ipsum suam intentionem sufficienter probasse; tum etiam quia causam non recepit sufficienter instructam, quum unius tantum partis attestaciones receperit, quae parum faciebant ad causam. Unde²⁶⁾ sententiam ipsam²⁷⁾ duximus irritandam, memorato T. adiudicantes ecclesiam supra dictam, quum per attestaciones nobis constitit evidentem, ipsum a vero patrono fuisse ad saepe dictam ecclesiam praesentatum, "adversario super ea perpetuum silentium imponentes etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. Id. Mart." [1205.]

CAP. XIX.²⁸⁾

Papa in sententiis, quas profert, ordinem iuris servat.

Idem.²⁹⁾

In causis, quae summi Pontificis iudicio deciduntur, et ordo iuris et vigor aequitatis est subtiliter observandus, quum in similibus casibus³⁰⁾ ceteri teneantur similiter iudicare, nisi forte, quum aliquid causa necessitatis et utilitatis inspecta dispensative duxerit³¹⁾ statuendum. "Dudum ergo etc. [cf. c. 22. de elect. l. 6.] Dat. Lat. V. Id. Apr." [1203.]

CAP. XX.³²⁾

Secunda sententia, in diversa instanti contra primam lata, tenet vero iure; nec debet infringi, etiamsi sit iniusta, ex quo ab ea non fuerit appellatum; praesertim si prima sententia secundis iudicibus non fuit ostensa. H. d. Panorm.

Idem Conventui sancti Leodii.³³⁾

Inter monasterium sancti A.³⁴⁾ Rothomagensis et vestrum super modo eligendi abbatem in "dicta" monasterio vestro "iam dudum" fuit quaestio agitata, "pro qua partibus ad sedem apostolicam accedentibus, venerabilium fratrum nostrorum Octavianum episcopum Hostiensem et dilectum filium G. sancti Georgii ad Velum aureum diaconum cardinalem dedimus auditores. In quorum praesentia

propositum fuit pro monasterio vestro, quod, quum abbatia ipsa olim pastore vacaret, vos convenientes in unum, Riccardum monachum virum religiosum secundum beati Benedicti regulam et ecclesiae libertatem apostolico etiam privilegio roboratam de gremio ipsius ecclesiae in abbatem vobis per electionem canonicam assumpsistis, electum ipsum ad benedictionis munus obtinendum diocesano episcopo praesentantes, qui, per dilectum filium Gaufridum abbatem praefati monasterii sancti Audoeni prohibuit, quod postulatam fuerat non concessit. Vos ergo videntes vestrum propositum retardari, ne aliquid in praedictum monasterium vestri fieret, sedem apostolicam appellastis, a qua postmodum ad venerabilem fratrem nostrum Henr. episcopum et dilectos filios Hen. cantorem et R. archidiaconum Baiocenses sub eo tenore per nuncios vestros commissionis literas impetrastis, ut partibus ad suam praesentiam convocatis, inspecto privilegio et rationibus omnibus, quas utrinque ducerent proponendas, causam ipsam appellatione remota concordia vel iudicio terminarent, nullis literis obstantibus ipsarum mentione non habita a sede apostolica impetratis. Quod si omnes interesse non possent, episcopus cum eorum altero ea nihilominus exsequeretur. Quum igitur partes in praesentia praedictorum episcopi et praecentoris Baiocensis constitutae, archidiacono collega ipsorum ex certa causa et necessaria excusato, non possent ad concordiam revocari, parte vestra volente testes suos omni exceptione maiores producere ad probandam electionem canonicam celebratam iuxta tenorem privilegii bonae memoriae Lucii Papae praedecessoris nostri super electione faciendae indulit, R. monachus procurator dicti abbatis sancti Audoeni eis venerabilis fratris nostri Rothomagensis archiepiscopi, episcopi Ebroicensis et dilecti filii R. Ebroicensis archidiaconi patentes literas praesentant, ne in causa procederent inlibentes pro eo, quod super eiusdem causae discussione mandatum se dicebant apostolicum recepisse. Verum quia tenor mandati literis illis non erat insertus, nec procurator, licet saepius requisitus, originale ostendere voluit vel rescriptum, eorum prohibitione postposita, probationem vestram oblatam saepius super electione canonica decreverunt pariter admittendam. Sed procurator iam dictus probationi obviare contentans in electione praemissa, monasterium sancti Audoeni spoliatum fuisse cuiusdam iuris sui possessione dicebat, quam usque ad creationem abbatis illius loci novissimi obtinuerat inconscie, qui de congregatione sancti Audoeni a monachis de Cruce postulatus fuerat et electus. Eo igitur id probare volente, testes vestros super electione canonica, procuratoris vero super spoliacione opposita receperunt, quorum depositiones quum post diligentem examinationem disponerent publicare, ad instantiam dicti procuratoris secundae productioni testium, qua se dixit fore contentum, diem alteram assignarunt. Quumque partes ad diem et locum pariter convenissent, requisitus procurator ab ipsis iudicibus de testibus producendis, ipse quasi testium productioni renuncians, dilectum filium de Bellebec et de Mortuomari abbatum et prioris de Bellebec literas eis porrexit, ne in causa procederent inlibentes. Dicebant enim, se suscepisse mandatum primo praesudicans, cuius tenorem suis literis adiunxerunt. Ceterum quum primi iudices, rescripto diligenter inspecto, cognoscerent illud per falsi suggestionem et veritate tacita impetratum, quum in secundo mentio facta non fuerit apostolici privilegii, ut in primo, ex quo electio sortiebatur praecipuam firmitatem, et ipsi iudices in secundis literis a monachis sancti Audoeni dicerentur certa ratione suspecti, quod ostendere non potuit procurator, causis quibusdam suspitionis satis frivolis allegatis, ab eis contumaciter nulla expectata interlocutione recessit. Attendentes igitur iudices recuacionem huiusmodi et allegationem dictae suspensionis terram et supervacuum exstitisse, praesertim post litem inchoatam et testes utrinque productos, quae forte ante litem ingressum colorem aliquem poterat habuisse; considerantes etiam, idem mandatum non plene, sed perfunctorie prioris fecisse mentionem, prohibitioni posteriorum iudicum, sicut nec priorum, acquiescere noluerunt, magis volentes iussionibus apostolicis obedire, quam inferiorum mandatis indebitam reverentiam exhibere; nullis, qui aderant, iurisperitis

Cap. XVIII. 5) sententiando: Comp. III., Reg. — 6) Post: Comp. III., Aug. — 7) omitt. C. H. — 8) saepedictus T.: Comp. III., Reg. — 9) intra: Cont., Böhm. — 10) Tudeben.: C. R. l. L. — Tudeberten.: C. H. — Turcelburnen.: Comp. III., Aug. — Turcelburnen.: Ms. — Turcelburnen.: Reg. — 11) omitt. C. R. l. H. — per suas literas: Comp. III., Reg. — 12) omitt. Comp. III., Aug. — 13) add. suas: C. R. l. — 14) praefatus T.: Comp. III. — praefatus: Reg. — 15) demum praed.: Comp. III., Aug. — 16) omitt. ead. — 17) Verum quum dictus electus alii negotiis impeditus interesse non possit, vices eius R. canonico Argentin. commisit, praefatis abbatibus committentibus maiori praeposito et scholastico suis (sententias: Aug.) Argentin., qui in negotio procedentes testes super praedicto articulo receperunt, et (vel: Aug.) eorum redactis depositionibus in scriptis, praedictus H. asserens se gravari ab eis vocem: Comp. III., Reg. — 18) Quum igitur... accessisset, licet: ib. — 19) dictus

presb.: C. R. l. — dictus T.: Comp. III., Reg. — 20) ea: ib. — 21) H.: ib. — 22) Artongus: Comp. III., Ms. — Artongus: Aug., Böhm. — Hartongus: Reg. — 23) Peregrinus: Comp. III., Reg., Böhm. — 24) cf. not. 22. — 25) omitt. C. R. H., Comp. III., Reg. — 26) his et aliis intellectis: Comp. III., Reg. — 27) omitt. Comp. III.

Cap. XIX. 28) Restitutum ex Reg. Breug. VI. 36. — Comp. III. h. t. c. 9. — 29) Praenestius ep. ap. sed. leg. et de Capenberh. (Capembh. Ms.) et de Cold. abbatibus in Colon. et Monasterien. dioc. constitutis: Comp. III. et eodem fero modo Böhm. — inser. Reg. protulimus in c. 22. de elect. l. 6. — 30) causis: C. H. — 31) duxerint: Comp. III., Aug.

Cap. XX. 32) Restitutum ex Reg. Bal. II. 81. — Comp. III. h. t. c. 10. — 33) Leofredi: C. R. l. — Leofridi: C. H. — conv. monasterii S. Iulii: Comp. III., Reg.

sententibus cum eisdem, quod, quum saepedictus abbas sancti Audoeni primo ad priores iudices literas impetrasset, quarum non habebatur mentio in secundis, carere debebat beneficio ultrarumque, vel, si deberet mandatum alterum alteri praevalere, primo esset parendum potius quam secundo, in quo non habebatur mentio de priore, quum nec primum, ab eodem abbate sancti Audoeni obtentum, de illo faceret mentionem, quod pars altera impetrarat. Praescriptis itaque rationibus moti et usi consilio discretorum, publicatis etiam attestationibus partium, et earum rationibus et allegationibus subtiliter intellectis, praedictam electionem auctoritate mandati nostri ratam habuerunt et firmam, super illa molestatione ipsius electi perpetuum abbati et monachis sancti Audoeni silentium imponentes, quos condemnarunt etiam in expensis centum librarum Andegavensium, licet pars altera de ducentis vellet sacramento praestito declarare. Pars igitur vestra petebat a nobis factum delegatorum iudicum confirmari, et electo munus benedictionis impendi. Ceterum pars altera proposuit ex adverso, saepedictum monasterium vestrum a primordio constructionis suae in tantum ex consensu dioecessani episcopi alteri fuisse subiectum, ut non aliunde assumeretur ibi aliquis in abbatem, nisi de monasterio sancti Audoeni, dummodo in eo posset aliquis idoneus ad hoc reperiri. Correctio quoque monachorum et abbatis de Cruce, si negligens esset, fuit S. Audoeni abbatibus reservata, et ita obtinuit a longis temporibus, quorum memoria non habetur. Et haec siquidem institutio et usus ipsius a bonae memoriae Alexandro Papa praedecessore nostro proponitur confirmata. Unde quum quondam monachi sancti Leufredi abbatem quandam aliunde quam de sancti Audoeni gremio elegissent, abbas sancti Audoeni haec compertus appellavit; et per sententiam delegatorum apostolicae sedis electum renunciare oportuit abbatae, qui, quum facta professione abbati sancti Audoeni per dies aliquot in ipso monasterio resedisset, per abbatis concessionem datus fuit praefatis monachis in abbatem. Ceterum abbate novissimo adhuc monasterium detinente, a quo regio metu compulsus recessit ad tempus, et monachis se in libertatem volentibus vendicare, atque ad electionem procedere insuetam, abbas sancti Audoeni hoc praesentens, sedem apostolicam appellavit, sicut Ric. tunc electus ceter in iudicio, est confessus, adiciens tamen se primitus appellasse. Verum saepedicti monachi, cum eligentes nihilominus in abbatem, ad iam dictos Hen. episcopum Baiocensem et collegas suos rescriptum apostolicum impetrarunt, quorum iudicium ut suspectum abbas sancti Audoeni cupiens declinare, ad praefatos abbatem et priorem literas revocatorias impetravit, qui post inhibitionem priorum iudicum, qui eis tenorem mandati apostolici per suas literas intimarunt, et postquam procurator abbatis eis authenticum praesentavit, asserentes literas illas per falsi suggestionem obtentas, quia privilegii partis adversae in eis mentio non fiebat, post appellationem quoque ab eodem procuratore interpositam, in causa nihilominus processerunt, quorum factum pro monasterio sancti Audoeni petebant in irritum revocari. His igitur et similibus, quae iam dicti episcopus et cardinalis nobis ac fratribus nostris prudenter et fideliter retulerunt, plenius intellectis, Quum constiterit nobis, primam commissionem non fuisse per ultimam revocatam, tum quia causae suspicionis in iure propositae frivolae videbantur, quas etiam tanquam dilatorias ante litis ingressum opponere debuissent, quibus coram delegatis eisdem subeundo iudicium renunciassent videntur; tum etiam quoniam³⁶ de privilegiis³⁷ apostolicae sedis et processu negotii usque ad publicationes testium³⁸ coram primis iudicibus nihil in secundis literis dicebatur, quod si fuisset expressum, obtinere³⁹ minime potuissent, non obstante sententia, quae pro monasterio sancti A.³⁹ dicebatur fuisse prolata, quae tamen nobis ostensa non fuit, quum, si praedictis⁴⁰ iudicibus fuisset⁴⁰ ostensa, ea posthabita contrarium statuissent, alioquin est, quod eam obiciuntibus imputetur, quum sub praetextu novorum instrumentorum lites non debeant instaurari: *communicato fratrum nostrorum consilio* factum priorum iudicum⁴¹ ratum et firmum

habemus⁴²), et eorum sententiam confirmantes⁴²) electo a vobis *postmodum* nos ipsi munus⁴⁴) benedictionis, salvo iure dioecessani *episcopi*, curavimus exhibere. *Nulli ergo etc. Dat. Lat. III. Non. Iun.* [1199].

CAP. XXI.⁴⁵)

Tenet sententia contra privilegium ostensum vel non ostensum, si ab ea non fuerit appellatum vel supplicatum.

Idem Episcopo, Decano et Cancellario Parisiensibus.⁴⁶)

Suborta *andum* inter *venerabilem fratrem nostrum* Meldensem episcopum et monasterium Attrebatense⁴⁷) super ipsius monasterii subiectione materia quaestionis, et⁴⁸) procuratoribus partium litigantibus coram nobis, quia per confessionem partis adversae constitit, eundem episcopum quasi⁴⁹) possessionem obedientiae in eodem monasterio habuisse, ipsum restituendum decrevimus ad eandem. Verum quia privilegium *felicitis memoriae* Innocentii Papae praedecessoris nostri libertatem⁵⁰) monasterii plenariam exprimebat, decano Suessionensi⁵¹) et suis coniudicibus⁵²) dedimus in mandatis, ut episcopo in quasi⁵³) possessionem obedientiae restituito, nisi *post restitutionem suam infra sex menses* contra privilegium⁵⁴) rationabile aliquid obiceret et probaret, super subiectione monasterii *supra dicti perpetuum* sibi⁵⁵) silentium *appellatione* remota⁵⁶) imponere procurarent. (Et infra:) Iudicibus autem causam instructam remittentibus⁵⁶), quia cognovimus efficaciores episcopi rationes, subiectionem eidem adiudicavimus memorati monasterii, ut ibidem *illam* habeat⁵⁷) tanquam dioecessanus episcopus potestatem, ita tamen, ut nullum per hoc apostolicae sedi praedictum generetur, quo minus *legitimo tempore*, si voluerit, suam iustitiam prosequatur. Nimirum si praefati⁵⁸) Innocentii privilegium Alexandro fuit in iudicio praesentatum, et ipse⁵⁹) tulit sententiam contra illud⁶⁰), intelligitur reprobasse. Si vero non fuit coram⁶¹) eo exhibitum, praetextu privilegii de novo reperti praedicta non debet sententia retractari.⁶²)

CAP. XXII.⁶³)

Sententia, a qua fuit appellatum, retractatur, si constat, testes, ad quorum dictum tantum latus fuit, conspiratores fuisse, et contradicente parte receptos.

Idem Alex. III. S. Mariae in Cagi⁶⁴) et Vallis secretae Abbatibus.⁶⁵)

Quum I. et A. canonici sancti Dionysii⁶³) Remensis ex parte quorundam canonicorum eiusdem ecclesiae nostro apostolatu reserarent, quod abbas eorum super dilapidatione, periurio, simonia et quibusdam aliis erat multipliciter infamatus, *et quum super his et aliis eam procuratore ipsius abbatis apud sedem apostolicam aliquandiu litigasset*, nos *postmodum venerabili fratri nostro* Cathalaunensi episcopo et eius collegis⁶⁶) dedimus in mandatis, ut ad ecclesiam *ipsam* personaliter⁶⁷) accedentes, tam in capite quam in membris *appellatione postposita* corrigere corrigerenda, et statuerent quae statuenda viderent. (Et infra:) *Unde* Iudices, *de voluntate partium abbate ipso ad administrationem spiritualium restituito, quibusdam discretis et fidelibus viris curam temporalium commiserunt. Post haec* autem abbas et canonicorum iuramenta recipientes, *quosdam eorum examinerunt eodem die, ad examinandos alios diem alium statuendo, quem gratanter pars utraque recepit. Sed statuto die abbate coram eis minime comparente, abbas S. Iacobi Pruviniensis avunculus eius se cum literis de rato patentibus praesentavit. Quo nequaquam contradicente in examinatione ipsa iudices processerunt, et quum die sequenti parati essent sententiam promulgare, procurator iam dictus literas exhibuit coram eis, in quibus continebatur expresse, quod appellationem, quam prima die interposuerat, innovabat. Sed iudices attendentes, quod idem abbas appellationi praedictae facile renunciaverat, iuramentum praestando et ipsorum iudicium*

Cap. XX. 34) Anto.: C. R. 1. — Aucleoni: Comp. III. Aug. — Audoeni: Ms., Reg. — 35) add.: tamen: C. H. — 36) quia: Comp. III. Aug. — 37) privilegio: Comp. III. Reg. — 38) obtineri: ib., C. R. — 39) Antonii: C. R. 1. — Audoeni: Comp. III. Aug. — cf. n. 24. — 40) a praed.: Cont., Böhm. — 40) fuerit: Reg. — 41) iudicium: Comp. III. Aug. — 42) habuimus: Reg. — 43) approbantes, ipsam auct. apost. confirmamus et electo: Comp. III. Reg. — 44) manus: Böhm.

Cap. XXI. 45) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 11. — 46) literae, quibus idem tractatur argumentum, iisdem fere verbis ad Meldensem episcopum exstant ap. Bal. X. 96. — 47) Attrebatense: Böhm. — leg.: Resbacense (Resbüis) cum Cont., et Comp. III. — 48) procuratores partium, propter hoc ad sed. ap. accesserunt, quibus aliquandiu litigantibus: Comp. III. — 49) abest a Comp. III. Ms. — 50) ex monasterii parte nobis exhibitum libertatem plenariam: Comp. III. — 51) Succession.: Comp. III. Aug. — Suession.: Ms. — 52) Remensi cantori et successori Silva-

nectensi: Comp. III. — 53) omitt. Comp. III. — 54) privilegii libertatem: ead. — 55) eidem: ead. — 56) Iudicibus autem nolentibus dirimere quaestionem, causam ipsam instructam cum procuratoribus partium ad nostram praesentiam remiserunt. Et infra. Nos vero, utriusque partis rationibus diligenter inspectis, quia etc.: ead. — 57) haberet: C. H. — 58) praefato: Comp. III. Aug. — 59) ille: ead. — 60) add.: ipsum: C. R. f. l. — 61) cor. eo: omitt. C. H. — 62) revocari: C. H.

Cap. XXII. 63) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 276. (in quo tamen integr. non exstat) — Comp. III. h. t. c. 12. — 64) Cagia: Comp. III. Reg. — Catag.: Cont. — 65) abbati: Cont., Böhm. — 65) Dion. et M. canonici Remens. ad nostram dudum praesentiam accessissent, . . . reserarent: Comp. III. Reg., Böhm. — 66) Et dil. f. decano sancti Quintini Noviom. (Novien.: Ms.) dioec. et magistro Simoni de Vallibus canonico Laudun. (Laudin.: Ms.) dedimus: Comp. III. Reg. — 67) pariter: ib.

subeundo, maxime quum appellationis obstaculum nostris esset litem interclusum, et de ipsius ecclesiae lapsu irreparabili timeretur, habito virorum prudentum consilio abbatem ab administratione ipsius ecclesiae per sententiam removerunt, correctione membrorum dilata, quam tunc non poterant expedire. A qua sententia *"tanquam iniqua"* quum⁶⁸) procurator praedictus ad nostram audientiam appellaverit⁶⁹) *"pro eo, quid interlocuti fuerant delegati, praedictis ex causis ab appellatione fuisse recessum; porro praefatus abbas et procurator canonicorum propter hoc nuper ad sedem apostolicam venientes, coram dilecto filio nostro Iohanne S. Mariae in Via lata diacono cardinali, quem ipsis dedimus auditorem, idem abbas multa" propositis⁷⁰), "per quas dicebat, dictam sententiam "merito" reprobendam, "tum quia literae illae, quarum auctoritate iudices processerant, per suppressionem veritatis fuerant impetratae, quum canonici, per quos fuerunt obtentae, de triplici excommunicationis sententia, qua per eum pro eo, quod aleatores erant et tabernaculis frequenter intrabant, et inobedientes existebant eidem, ligati fuerant, non fecerant mentionem, tum quia "post appellationem ad nos interpositam in inquisitione ipsa, quum denunciationem caritativa communitio minime praecessisset, eo non restituito, et" iudices⁷¹) lite non contestata in ipso negotio processerunt⁷²); tum "etiam," quia iuramenta conspiratorum contra ipsum "iudices" recipientes, depositionibus coram partibus minime publicatis, nec ostensis⁷³) eidem⁷⁴), ad sententiam procedere praesumpserunt. (Et infra:) Quia vero de conspirationis articulo nobis non potuit⁷⁵) fieri plena fides, "discretioni vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, "inquisita plenius veritate," si vobis constiterit, quod illi conspiratores fuerint, quorum constat a iudicibus iuramenta recepta, "et" quod "hoc ipsum" abbas probare voluit coram eis, et "quod" eorum dicta iudices secuti tantummodo, quum per alios⁷⁶) ea probata non essent, sententiam protulerunt, vos "appellatione remota" irritantes processum eorum⁷⁷) in negotio "ipso" iuxta praedictam⁷⁸) formam, comprehensam in prioribus literis, procedatis. Si vero eos conspiratores fuisse nequiverit comprobare⁷⁹), vel, licet de hoc constaret, appareat tamen, illos nihil super his deposuisse, pro quibus idem abbas fuit amotus; vel, etiamsi aliqua super his deposuerint⁸⁰); ea tamen per aliorum dicta fuerant sufficienter ostensa: processum ipsorum iudicum "sublato appellationis obstaculo" confirmatis, quia, licet adversus abbatem non debuerint⁸¹) conspiratores admitti, iuramenta tamen ipsorum de veritate dicenda super statu ipsius domus recipi potuerunt⁸²), ut per ipsorum⁸³) dicta super aliis fides possit haberi, quae abbatem minime contingebant, praecertum quum tunc⁸⁴) probatum non esset, eos conspiratores fuisse.*

CAP. XXIII.⁸⁵)

Damnatus in actione iniuriarum infamis est, et per Papam potest famam restitui. H. d. prout communiter summatur.

Idem H. de castro Guarti.⁸⁶)

Quum te a Bartholomaeo⁸⁷) iniuriarum actione⁸⁸) convento⁸⁹), eo, quod diceret⁹⁰), equum tuum non esse minoris pretii quam capillos ipsius⁹¹), *"Iacobus de Guarino et L. de Vico"* iudices, qui super hoc cognoscebant, te in decem solidos condemnassent, tu timens, ne ipsorum sententia te notaret⁹²) infamia, beneficium⁹³) restitutionis ad famam a sede apostolica imploraasti. Nos autem⁹⁴) considerantes, quod *"paene"* nulla fuerit vel minima facta⁹⁵) iniuria, volumus *"et concedimus"*, te per⁹⁶) praedictam sententiam infamia non notari. *"Dat. Signuae VII. Id. Sept. Pont. nostr. An. XV."* [1212.]

CAP. XXIV.⁹⁷)

Revocata sententia propter defectum iurisdictionis, ut, quia vnus ex iudicibus publice excommunicatus eruit, vel propter iuris ordinem non servatum, iterum de principali queritur.

Idem.

Ad probandum, quod procurator dominae (Et infra:) Vos autem

interim agnoscatia de confirmationis sententia⁹⁸) quae lata est a iudicibus delegatis de electione custodia, ut eam, sicut de iure fuerit faciendum, confirmare vel infirmare curetis, ita "quidem," ut, si pro eo, quod vnus ex delegatis iudicibus, qui eandem sententiam protulerunt, excommunicationis vinculo esset publice innodatus, quando sententia lata fuit, sicut per metropolitani literas perhibetur, aut ex alia iusta causa eandem sententiam constituerit⁹⁹) infirmandam, ipsa cassata de ipsius electione custodis iterum cognoscatis, "et audientes etc."

CAP. XXV.

Res inter alios iudicata aliis non nocet. Fallit in eo, qui passus est illum litigare, cui secundo loco competeat actio vel defensio, vel a quo causam in iure iudicato habuit.

Gregorius IX.

Quamvis regulariter aliis non noceat res inter alios iudicata, ei tamen, qui, quum sibi primum de ea re actio vel defensio competeat, sustinuit sequentem agere, ac¹⁰⁰) illi etiam, qui passus est eum, a quo causam habuit, experiri, est praeciudicium generatum.

CAP. XXVI.

Si duo ordinarii pronunciant contrarium, tenet sententia pro reo. Fallit in quatuor casibus hic contentis, et similibus. Si vero delegati discordant, delegans est aduendus; si arbitri, neutra tenet.

Idem.

Duobus iudicibus, ut accepimus, diversas sententias proferentibus, si ex iurisdictione ordinaria processerunt, tenet pro reo, non pro actore sententia, nisi in causa favorabili, puta matrimonio, libertate, dote seu testamento, pro ipso fuerit promulgata. Si vero ex delegata potestate, utraque pendet sententia ex arbitrio delegantis. Quodsi ex compromisso, neutra debet habere vigorem.

TITULUS XXVIII.**DE APPELLATIONIBUS¹), RECUSATIONIBUS, ET RELATIONIBUS.****CAP. I.²)**

Collatio beneficii facta post appellationem ex probabili et verisimili causa interpositam est ipso iure nulla.

Alexander III. Exonensi Episcopo et Decano Londonensi.³)

Dilecti filii *"nostri"* prior et clerici de Gisebergen.⁴) gravem⁵) *"admodum et difficilem nobis"* querimoniam transmiserunt, quod *"venerabilis frater noster R. Eboracensis archiepiscopus"* et apostolicae sedes legatus eundem priorem post appellationem *"ad nos factam"* suspendit, *"et"* suas⁶) ecclesias interdixit, et canonicos, si eidem tanquam priori obedirent, excommunicatos⁷) denunciavit. (Et infra:) Super⁸) quibus *"omnibus"* si veritate per idoneas personas et famam⁹) loci sollicite inquisita inveneritis ecclesiarum concessionem *"taliter"* factas, nisi prior et canonici malitiose distulerint¹⁰) eas, quantum ad se pertinet, ordinare, *"nullius appellatione obstante auctoritate nostra"* in irritum revocetis¹¹) easdem¹²), *"et priori et canonicis ecclesias ipsas restitui faciatis etc. Provisuri etc. [cf. c. 6. de iudic. II. 1.]"*

CAP. II.¹³)

Appellatio generalis respectu causae non valet.

Idem Archiepiscopo Remensi.¹⁴)

Inter cetera "quod nos consulere voluisti, quid facere debeas de his, qui appellant a te et appellationem non prosequuntur, taliter

Cap. XXII. 68) omitt. ib. — 69) appellarunt: ib. — 70) Unde procurator canonicorum ipsorum inter alia postmodum in nostra proposuit praesentia constitutus dictam: Comp. III. — 71) omitt. Reg. — 72) processerant: C. H., Comp. III. Aug., Reg. — 73) concessis: Comp. III. Ms. — 74) eidem: C. R. — 75) potuerit: Comp. III. Aug. — 76) ut testes: C. H. — ut eadem: Comp. III. Reg. — 77) ipsorum: C. H. — 78) praescriptam: ib. — 79) comprobari: ib. — 80) deposuerunt: C. H. — 81) deberant: Comp. III. — 82) potuerint: C. R. 1. H. — 83) eorum: C. H. — 84) omitt. Comp. III. Aug.

Cap. XXIII. 85) Restitutio ex Reg. Bal. XV. 158. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 86) inser. omitt. Comp. IV. Ms. A. B. — Guarri: Böhm. — R. militi: Aug. — Rainerio militi de Vico: Reg. — 87) B.: C. R. 2. L. — Benedicto: C. R. 1. — 88) accusatione: Comp. IV. Aug. — 89) conventum: Reg. — 90) dixeris: Comp. IV. Aug., Reg. — 91) illius: Comp. IV., Reg. — 92) notaverit: Comp. IV. Ms. A., Reg. — 93) pro beneficio... sedem ap.: Reg. — 94) omitt. C. H. — 95) iniuria suspensa: Reg. — facti: C. R. 1. — 96) ob hoc nota infamiae non teneri: Reg.

Cap. XXIV. 97) Restitutio ex Comp. IV. h. t. c. 2. — 98) confirmatione sententiae: Cont., Böhm. — 99) constitit: Comp. IV. Ms. A.

Cap. XXV. 100) at: C. H.

TIT. XXVIII. 1) De appell. et recusationibus: C. L. — Cap. I. 2) Restitutio ex App. X. 1., Lips. XLVII. 1., Cass. LI. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) inser. vid. in not. ad c. 6. de iud. II. 1. — 4) Gysburne: C. H. — leg.: Gysburne; cf. not. ad c. 6. de iud. — 5) add.: ad nos: C. L. — 6) suam ecclesiam: Lips. — 7) tanquam exc.: App. — 8) Super quibus (add.: antem: App.) omnibus rei veritatem per idoneas personas et famam loci sollicite inquiratis, et, si ita esse inveneritis: Coll. cit. — 9) fama: C. R. 2. L. — 10) distulerunt: Comp. I. Aug. — 11) omitt. Cass. — 12) abest a Coll. cit.

Cap. II. 13) Restitutio ex App. X. 2., Lips. XLVII. 27., Cass. LI. 25., Comp. I. h. t. c. 2. et 28. — 14) leg.: Ruvennati archiep. cum Lips., Cass., Comp. I. c. 28.

respondemus, quod debes eos compellere infra congruum terminum appellationem interpositam prosequi aut coram te iustitiae parere." Super eo "vero," quod abbas sancti Apollinaris in claustris¹⁵⁾ a te appellationem¹⁶⁾ interposuit generalem super omni causa, quae adversus eum aliquo tempore¹⁷⁾ posset moveri, ipsum exinde¹⁸⁾ redarguimus, nec huiusmodi¹⁹⁾ appellationem duximus admittendam. "Verum si quis specialiter etc."

CAP. III. 20)

A correctione legitima non appellatur, nisi modus excedatur. H. d. in aperta mente literae.

Idem Abbati S. Petri.²¹⁾

Ad nostram "noveris audientiam pervenisse, quod, si quando subditos tuos vis pro suis excessibus secundum regulam B. Benedicti et institutionem tui ordinis corrigere et castigare, ipsi, ut malitiam liberius suam valeant exercere, ad appellationis remedium confugiunt." Quia vero remedium appellationis non ideo est²²⁾ inventum, ut alicui a religionis et ordinis observantia exorbitanti debeat in sua nequitia²³⁾ patrocinium exhibere, "discretionis tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, si quando quilibet subditorum tuorum²⁴⁾, "ne ipsum pro suis excessibus corrigas et castiges," ad remedium appellationis convolverit, non ideo²⁵⁾ minus eum iuxta tenorem mandati, quod in praedicta²⁶⁾ regula continetur, et institutionem²⁷⁾ ordinis corrigas et castiges.²⁸⁾

CAP. IV. 29)

Si appellans infra terminum, a iudice, a quo appellavit, vel a se ipso statutum, appellationem non prosequitur, sententiae vel iudicio illius stare compellitur.

Idem Norvicensi³⁰⁾ Episcopo.

Personas ecclesiarum "in tua dioecesi consistentium ita tuis et dominorum fundi authenticis scriptis praemunias, ut, quum aliquam personam ecclesiarum illarum decedere forte contigerit, decedentis filius vel vicarius seu alius quilibet personatum ecclesiae vacantis viro idoneo conferendi tibi viam praoclauderet aliqua calliditate non possit. Quod" Si quis³¹⁾ "talium" ad nostram audientiam "frustratoriae dilationis causa" appellaverit³²⁾, et appellationi suae prolixum terminum praefixerit³³⁾, tu ei diem³⁴⁾, infra³⁵⁾ quem apostolicam sedem convenire possit adire, assignes. Ad³⁶⁾ quam si venire contempserit, tu³⁷⁾ illum extunc iudicio tuo super his, quae in quaestione vertuntur³⁸⁾, sine contradictione aliqua stare "omni excusatione et appellatione cessante districte" compellas. Si autem quisquam appellationi suae praefigat terminum congruentem³⁹⁾, nec tamen causam ad diem appellationis fuerit prosecutus, ipsum nihilominus extunc⁴⁰⁾ sententiae tuae, sicut de alio⁴¹⁾ diximus, appellatione remota⁴¹⁾ parere constringas. "Verum si etc. [cf. c. 20. de test. II. 20.]"

CAP. V. 42)

Appellans ad prosequendum habet annum, et ex causa biennium, nisi iudex moderetur. Et si infra id tempus non prosequitur, rata manet sententia, vel redit ad primum, si ante sententiam appellavit. H. d. — §. 1. Qui de crimine impetitur, appellare potest, nisi sit notorium. Hoc dicit.

Idem Remensi⁴³⁾ Archiepiscopo.

Quum sit "sacrosancta" Romana "ecclesia caput et magistra

Cap. II. 15) in cl.: omitt. Cass., Comp. I. c. 28. — in Classe: Lips. omnino recte. — 16) appellans: App. — 17) al. temp.: omitt. C. R. H. — 18) omitt. C. H. — 19) huius: Cass.

Cap. III. 20) Restitutum ex App. X. 4., Lips. XLVII. 3., Cass. I. l. 3., Comp. I. h. t. c. 3. — 21) add.: de Diva: App. — super Dumum: Lips. — super Fuld.: Cass. — super dubia: Comp. I. Aug. — super Divan: Comp. I. Ms., recte. — 22) fuit: Coll. citt. — 23) multitia: App. — verb.: debeat in sua nequ. exhib.: omitt. Lips. — 24) omitt. Cass., Comp. I. Aug. — 25) abest a Cass. — 26) scripta: App. — 27) inst. ordinis tui: App. — institutio, omitt. seq.: ordinis: Lips., Cass., Comp. I. — 28) et cast.: omitt. App., Lips., Cass.

Cap. IV. 29) Restitutum ex App. X. 5., Lips. XLVII. 4., Cass. I. l. 4., Comp. I. h. t. c. 4. — 30) Norvic.: Lips. — Winovic.: Cass. — 31) aliquis: C. R. H., Coll. citt. — 32) appellavit: . . . praefixit: Lips. — 33) non praef.: Cass. — 34) terminum, infra quem: App. — 35) intra: Cont., Böhm. — 36) Et si ad illum (illam): App.: Coll. citt. — 37) tui: Böhm. — 38) moventur: C. R. 1. — 39) competentem: C. H. — 39) tunc: ib. — 40) alia: App. — 41) app. rem.: omitt. Cass.

Cap. V. 42) Restitutum ex orig. ap. Mans. XXI. 1079. — App. X. 6., Lips. XLVII. 5., Cass. I. l. 5., Comp. I. h. t. c. 5. — 43) H. Rem.: App., Lips. — Henrico Rem.: Cass., Comp. I. Aug., orig. — 44) responderet: orig. — frat. tuae taliter respondentes, praesenti scripto duximus resp.: App. — 45) omitt. App., Cass., Comp. I., orig. — 46) appellationibus: App., Cass., orig. — 47) indulgeri solet: orig. — 48) aut si necessaria (urgens) et evidens necessitas apparuerit (comparuerit): orig. — a quo appellatum fuerit: Cass., indulgetur biennium: Coll. citt., orig. — 49) et pers. et neg.: omitt. Cass. — dist. et quantitate temporis: orig. — dist. et qualitate temporis: App., Lips., Comp. I. Aug. — dist. et negotii qualitatem: Comp. I. Ms. — 50) praecisus: orig. — praecisus: Böhm. — remissus: Lips., Cass. —

omnium ecclesiarum disponente Domino constituta, et ad eam consultationes et quaestiones de diversis mundi partibus merito referantur, quod eam super variis iuris quaestionibus consuluerit, gratulamur et prudentiam tuam non immerito commendamus. Inde est, quod scriptis praesentibus "Fidernitati tuae dignum" duximus respondendum⁴⁴⁾, quod⁴⁵⁾, si "frustratoriae dilationis causa vel etiam necessario" ante sententiam vel postea fuerit appellatum, huiusmodi appellantis⁴⁶⁾ annus indulgetur⁴⁷⁾, aut⁴⁸⁾ ex necessaria et evidenti causa biennium, nisi forte iudex, a quo appellatum fuerit, secundum locorum "et provinciarum" distantiam, et personarum et negotii⁴⁹⁾ qualitatem recisius⁵⁰⁾ tempus fuerit moderatus. Infra⁵¹⁾ quod si is, qui⁵²⁾ appellaverit⁵³⁾, causam appellationis non fuerit prosecutus, tenebit sententiam. Si post sententiam appellaverit, et a causa sua cecidisse⁵⁴⁾ videtur, nec amplius super eodem negotio audietur⁵⁵⁾ appellans. Si vero a gravamine⁵⁶⁾ et ante litis ingressum fuerit appellatum, huiusmodi audietur appellans, quoniam sacri canones etiam extra iudicium⁵⁷⁾ passim appellare permittunt, nec⁵⁸⁾ solent huiusmodi dici appellationes, sed provocaciones ad causam. Si autem ante sententiam quis appellaverit, cogitur illius stare iudicio, ad quem noscitur appellasse. §. 1. Praeterea si raptor sit⁵⁹⁾, vel "alias" violentus detentor alienae rei "is," qui appellat, huiusmodi appellatio facta in iudicio apud ecclesiasticas personas solet audiri, nisi forte manifestus⁶⁰⁾ raptor vel fornicator existat, sicut ille, quem absentem et irrequisitum⁶¹⁾ apostolus excommunicavit. "Ad haec etc. [cf. c. sequ.]"

CAP. VI. 62)

Coram iudice, a quo appellati in una causa, possum in alia conveniri, nisi eum recusem ut suspectum.

Idem eadem.⁶⁵⁾

Ad haec⁶¹⁾ si in una causa quis⁶²⁾ appellaverit, et pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius commississe dicatur, vel modo etiam accusetur, aut conveniatur⁶⁶⁾ de alia⁶⁷⁾ re, super qua⁶⁸⁾ non sit⁶⁸⁾ appellatum, et illam proferri⁶⁹⁾ contingat ad audientiam iudicis, a quo in alio "quoque" negotio appellavit⁷⁰⁾, cum⁷¹⁾ potest, si voluerit, tanquam suspectum vitare; alioquin debeat⁷²⁾ eius⁷³⁾ stare iudicio, "a quo appellatum est," maxime si suus ordinarius iudex⁷⁴⁾ existat⁷⁵⁾. "Item si duobus [cf. c. sequ.]"

CAP. VII. 76)

Si a iudice inferiori unus appellat ad Papam, alius ad inferiorem, tenetur appellans ad Papam comparere ad citationem iudicis inferioris, saltem allegaturus appellationem suam; alius valebit processus a minori, nisi sciverit appellationem interiectam ad Papam. — §. 1. A civili iudice, qui non est de temporalis iurisdictione ecclesiae, non appellatur ad Papam. H. d. usque ad finem.

Idem.⁷⁷⁾

Si duobus coram suo⁷⁸⁾ iudice litigantibus alter ad nostram, alter ad sui iudicis audientiam super⁷⁹⁾ eodem negotio appellaverit⁸⁰⁾, et ille, qui ad suum iudicem appellavit⁸¹⁾, ad⁸²⁾ diem appellationis veniens, se ad eum appellasse proponit⁸³⁾, eo tacito, quod adversarius eius⁸⁴⁾ ad audientiam Romani Pontificis appellat⁸⁵⁾, si legitime citatus nec⁸⁶⁾ venit⁸⁷⁾, nec "aliquem" responsalem mittit⁸⁸⁾, aut etiam alias parere contemnit, "et in eum excommunicat"

51) intra: Cont., Böhm., orig. — ita quod: Comp. I. Aug. — 52) omitt. Cass. — 53) appellavit: orig. — 54) exidisse: ib. — 55) audiat: Cass. — 56) absque omni: orig. — 57) et. extr. ind.: omitt., Coll. citt., orig. — 58) Si vero (tamen) ante sententiam appellaverit (appellavit): App., cogitur (cogetur): App. illius stare iudicio, ad quem (a quo): orig. noscitur appellasse. Si autem in agro vel alius ante ingressum causae fuerit appellatum, non solent huiusmodi dici appellationes, sed ad causam (in ius): orig. provocaciones (evocationes): Lips., Cass., orig.: ib. — 59) omitt. Lips. — 60) nisi manifestissimus: App. — 61) non requisitum: App., orig. — cf. 2 Cor. V.

Cap. VI. 62) Restitutum ex orig. cit. — App. X. 15., Lips. XLVII. 7., Cass. I. l. 8., Comp. I. h. t. c. 6. — 63) Remensi arch. P. C. Quamvis Romano (Cass. sacro.): App., Cass. — Id. eadem in ead.: Lips. — Id. in ead.: Comp. I. — 64) Ad haec: omitt. App., Lips., Cass. — 65) aliquis: Coll. citt., orig. — 66) convincatur: Cass. — 67) aliqui: C. R. 2., Lips., Comp. I. Ms. — 68) de qua: Lips., Cass., Comp. I., orig. — 68) fuit: C. H. — fuerit: C. R. 1. — 69) proferri: App., Lips., Comp. I., Cont. Böhm. — nec illi contingit iudicem: orig. — 70) appellaverit: App., Cass., Comp. I. Aug. — 71) tum: App. — omitt. orig. — 72) debet: App. — 73) illius: App., Cass. — ipsius: orig. — omitt. Lips. — 74) abest a C. H. — 75) existit: orig.

Cap. VII. 76) Restitutum ex App. X. 7., Lips. XLVII. 6., Cass. I. l. 6., Comp. I. h. t. c. 7. — 77) Idem in eadem: Comp. I. — Id. eadem in eadem epistola: App., Lips., Cass. — 78) omitt. Lips. — non suo: App. — 79) sup. eod. neg.: omitt. App. — 80) appellavit: Lips., Comp. I. — 81) appellaverit: App., Lips. — 82) et ad: Comp. I. Aug. — 83) proponat: orig. — seq.: eo: omitt. C. H. — 84) omitt. orig. — 85) appellavit: C. R. — appellasset: Coll. citt., orig. — 86) non: App., Cass. — 87) venerit: App., orig. — 88) mittit: Lips., Cass., Comp. I. Aug.

tionis sententiam tulit, tenebit *utique* excommunicationis sententia⁸⁹ in eum⁹⁰ pro contumacia promulgata, nisi iudex cognoverit⁹¹, eum ad audientiam Romani⁹² Pontificis appellasse. §. 1. Denique, quod⁹³ *in fine questionum tuarum* quaeris, si a civili iudice ante iudicium vel post ad nostram audientiam fuerit appellatum, an huiusmodi appellatio teneat: tepet quidem in his, qui sunt nostrae⁹⁴ temporali⁹⁵ iurisdictioni subiecti; in aliis vero, etsi⁹⁶ de consuetudine⁹⁷ ecclesiae teneat, secundum⁹⁸ iuris rigorem credimus non tenere. *Dat. Tusculi XI. Kal. Apr.*

CAP. VIII.⁹⁹)

Lapsus biennii non praevincit appellanti, quo minus ex causa legitima audiatur, solum per beneficium restitutionis in integrum, H. d. secundum uberioriorem intellectum.

Idem *Plebano et Clericis sancti Nazarii de Albia*.¹⁰⁰)

Ex ratione (*Et infra*: Verum¹) si appellationem biennio elapso interpositam a sententia, *quae fuerat* contra vos prolata, *de controversia, quam habuistis contra ecclesiam Solariae*, prosecuti non estis, dummodo prosecutionem ipsius *appellationis* per impotentiam vos constiterit omisisse, nolumus, quod iustitiae vestrae debeat *aliquatenus* praevicidium generare.²)

CAP. IX.³)

Si reus post citationem vel notitiam literarum ivit ad curiam, delegatus in causa procedat; alias non. Hoc dicit, cum c. Suggestum infra. eod.

Idem *Vigoriensi*⁴) *Episcopo*.⁵)

Meminimus (*Et infra*: [*cf. c. 3. Qui cler. vel vor. IV. 6.*]) Ceterum quum aliquam causam contingit⁶ tibi appellatione remota committi, et adversa⁷) pars post citationem⁸) *factam*, iter arripuerit⁹) ad sedem apostolicam veniendi, non¹⁰) minus poteris in negotio¹¹) secundum iuris formam procedere, quod *utique*, si ante citationem *factam* iter arripuerit¹²), non est aliquatenus procedendum.

CAP. X.¹³)

Supersedetur propter articulum, in quo appellatum est, etiam super principali causa, si sine illo articulo expediri non potest. H. d. inhacendo literae. — §. 1. Non obstantem appellatione, ex falsa causa interposita, potest iudex ad ulteriora procedere. H. d.

Idem.¹⁴)

Super eo¹⁵), quod *a nobis* sollicitudo tua quaesivit¹⁶), *utrum sententia per appellationem, quam ex incidenti questione fieri persaepe contingit, fuerit suspendenda, licet causa fuerit appellatione remota commissi*, prudentiae tuae duximus respondendum, quod, si de¹⁷) aliqua exceptione quaestio oriatur¹⁸), et exinde appellationem fieri contingat¹⁹) eidem exceptioni erit merito supersedendum, et, si²⁰) principalis causa sine illa terminari²¹) non poterit, ei nihilominus supersedeatur. §. 1. Si autem adversa²²) pars de falsi suggestionem in appellationem prorupit²³), non est sententia super hoc differenda, *si literis commissarii appellationis obstaculum inhibeatur*. *De appellationibus etc.* [*cf. cap. sequ.*]

CAP. XI.²⁴)

Etiam pro minoribus seu levioribus causis appellari potest.

Idem.²⁵)

De appellationibus, vero pro causis²⁶) minimis interpositis vo-

Cap. VII. 89) sententiam: Cass. — 90) in eum et seq.: promulgata: omitt. Lips., Cass., Comp. I., orig. — 91) cognoverit: C. H., App. — cognovit: orig. — 92) nostram: App. — 93) adest ab eod. — 94) vestrae: App., Cass. — 95) episcopali: App. — 96) si: Comp. I. Aug., orig. — 97) per consuetudinem: Lips. — 98) add: tamen: Comp. I. Aug.

Cap. VIII. 99) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 8. — 100) *Albar.*: C. R. 2. L., Comp. I. Ms. — *Albareto*: Aug. — 1) Verum post appellationem, postquam biennium est elapsum, factam a sententia: Comp. I. — 2) praevicidium: Comp. I.

Cap. IX. 3) Restitutum ex App. X. 8., Lips. XLVII. 9., Cass. LI. 7., Comp. I. h. t. c. 9. — 4) *Vigori.*: C. R. 1. — *Wig.*: Lips. — *Wigori.*: C. L., Comp. I. — *Vigoriensi*: App., Cass. — 5) *archiepiscopo*: C. R. 1. — 6) contingat: C. H. — contingit: ... commissam fuisse: Coll. citt. — 7) diversa: Lips., Cass. — 8) post cit. f.: omitt. Lips. — 9) arripuit: Comp. I. Ms., Cass. — 10) nihilominus: App. — 11) in negotiis cognitione: Coll. citt. — 12) inceptit: Lips., Cass., Comp. I. Aug.

Cap. X. 13) Restitutum ex App. X. 9., Lips. XLVII. 10., Cass. LI. 9., Comp. I. h. t. c. 10. — 14) *Winc. ep.*: Lips. — *Wigoriensi*: App., Cass. — add: P. C. Meminimus: Comp. I. Aug. (cf. c. prox. anteced.) — 15) eo vero: Comp. I. Aug. — 16) requisivit: C. R. 2., Coll. citt. — 17) super: C. H. — 18) suboritur: Coll. citt. — 19) contingit: Cass. — 20) omitt. Cont. — 21) determinari: C. R. 2. — 22) diversa: Cass. — 23) prorupit: Comp. I. Aug. — proruperit: App., Lips., Cass., Comp. I. Ms.

Cap. XI. 24) Restitutum ex App. X. 10., Lips. XLVII. 11., Cass. LI. 10., Comp. I. h. t. c. 11. — 25) *Idem in eod.*: Comp. I. Aug. — *Id. eadem in eadem epistola* (omitt. App.): Lips., Cass. — 26) de causis: C. H. — quae pro (in: App.) caus. min. fiunt: Coll. citt. — 27) tuam cognitio-

lumus te²⁷) tenere, quod eis, pro quacunque²⁸) *et quantulacunque* levi causa fiant, non minus²⁹) est, quam si pro maioribus fierent, deferendum. *Verum si appellantes etc.*

CAP. XII.³⁰)

Secundum canones appellatur etiam ante sententiam; secundum leges non, nisi in quibusdam casibus. Hoc primo. *Et appellatio et recusatio nequippantur in hoc, quia, sicut in appellatione requiritur causa rationabilis, ita et in recusatione*. Hoc secundo. *Et tempus assignatum iudici ad causam decidendam incipit currere a tempore presentationis rescripti*. Hoc tertio secundum verum intellectum.

Idem.³¹)

Super eo *vero*, quod interdum indices delegati ab altera partium tanquam suspecti recusantur, hoc tuae prudentiae praesentibus literis innotescat, quod, quum³²) Sacri canones *et* ante et post litem contestationem³³), et in prolotione sententiae, et post *sententiam* singulis facultatem tribuunt appellandi, leges³⁴) autem saeculares appellationem, nisi in casibus, ante sententiam non admittunt, in causis quoque ecclesiasticis, ubi appellationis remedium tollitur, *utrumque remedium denegatur, et ideo*, sicut appellationi, ita *et* recusationi non est aliquatenus deferendum. Si autem infra³⁵) certum tempus³⁶) *personis aliquibus* lis³⁶) decidenda committitur³⁷), *ita quod contineatur in literis, causam post susceptionem literarum et infra certum terminum terminari debere*, extunc terminus incipit³⁸) currere³⁹), quum iudices⁴⁰) *quibus lites delegantur, easdem* contigerit literas recepisse.⁴¹)

CAP. XIII.⁴²)

Conventus super iniuria clerici vel super adulterio appellare potest, nisi sit notorius. H. d. cum c. sequ.

Idem.⁴³)

Pervenit ad nos, quod, quum⁴⁴) *presbyteri et alii*, clerici⁴⁵) se conquerantur ab aliquibus vulneratos, vel alias⁴⁶) *graciter* esse⁴⁷) laesos, *et ad probandum quod asserunt plerumque testes producant, si*, qui impetuntur, apostolicam⁴⁸) sedem appellant; *sed appellationem interpositam prosequi, vel consortia hominum devitare contemnunt*. Unde quia quid tibi faciendum sit exinde nostris literis certiorari desideras⁴⁹) *Fraternitati tuae*⁵⁰) *praesentium auctoritate* mandamus, quatenus, si eorum⁵⁰) excessus publicus non sit et notorius, eos⁵¹), qui pro tali causa appellant, contradictione et appellatione cessante⁵²) ecclesiastica censura compellas⁵²), ut infra⁵³) conveniens tempus *ipsam* appellationem interpositam prosequantur. Si vero *eorum excessus* publicus est⁵⁴) et notorius, appellationis obitu, *si quam ad suam inguilitatem fovendam interpretaverint*, non⁵⁵) praetermittas⁵⁶), quum eos excommunicatos denuncies, *sicut ex ipsa iudicatione manuum in clericis excommunicationis sententiam incurrerunt*, ipsosque facias⁵⁷) sicut excommunicatos cautius vitari, donec passis iniuriis satisfaciatur, et cum literis tuis apostolice se conspectui repraesentent.

CAP. XIV.⁵⁷)

Summatum est supr. cap. proximo.

Idem *Archiepiscopo Toletano*.

Consuluit nos fraternitas tua, *utrum deferendum si appellationibus, quando causa frustratoriae dilationis appellatur, nec interpositam appellationem prosequuntur*. Super quo *utique* Consultationi tuae⁵⁸) duximus respondendum⁵⁹), quod, si *aliquando*

nem: Coll. citt. — 28) quantumcunque: C. H. — quacunque: ead. — 29) non minus in illis, quam pro maioribus est deferendum: App. — non min. est, quum illis, quos pro maior. fieri contingit negotiis: Lips., Cass., Comp. I.

Cap. XII. 30) Restitutum ex App. X. 12., Lips. XLVII. 13., Cass. LI. 12., Comp. I. h. t. c. 13. — 31) scripta est ad archiepiscopum Senonensem, et refertur prior pars in c. 1. de resc. l. 3. — 32) illis decisionem: App. — litem contestatam: C. H., Lips., Cass., Comp. I. — 33) app. non admittunt (admittant: Cass.) aliud remedium praeter solam appellationem, sicut leges faciunt saeculares, quae appellationem (sicut... appell.: omitt. App.) nisi in casu ante sententiam non admittunt. Unde (Verum: App.) in causis ecl.: Coll. citt. — 34) intra: Cont., Böhm. — 35) cert. terminum: Cass. — cert. temporis spatium: App., Comp. I. — cert. temporis terminum: Lips. — 36) lis aliqua: Comp. I. — 37) committitur: Cass. — 38) incipit: Comp. I. Aug. — 39) omitt. C. R. 1. H., Coll. citt. — 40) eos: Coll. citt. — 41) accepisse: App., Cass.

Cap. XIII. 42) Restitutum ex App. X. 13., Lips. XLVII. 14., Cass. LI. 13., Comp. I. h. t. c. 15. — 43) *R. Cantuariensi archiep.*: App. — 44) add: quidam: Cass. — 45) omitt. App. — 46) aliter: ib. — 47) omitt. Coll. citt. — 48) ad ap.: App. — 49) frat. t.: omitt. Lips. — 50) illorum: Cass. — 51) illos: Coll. citt. — 52) omitt. Cass. — 53) intra: Cont., Böhm. — 54) sit: C. R. 1., App. — 55) nulla ratione: Comp. I. Ms. — nullatenus: App., Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 56) omittas: C. R. 1. — 57) faciat: Lips.

Cap. XIV. 57) Restitutum ex App. X. 14., Lips. XLVII. 15., Cass. LI. 15., Comp. I. h. t. c. 16. — 58) omitt. Cass. — 59) tuliter respondemus: App., Lips.

aliqui, quos manifestum sit et notorium uxorem alterius definire, aut iniectisse manus violentas in clericum, appellaverint⁶⁰), eorum appellations non est aliquatenus deferendum. Sed quum multa dicantur notoria, quae non sunt, providere debes, ne quod dubium est pro notorio videaris habere. Illos⁶¹) autem, qui appellant a praesentia tua, cogere debes infra⁶²) tempus conveniens appellationem interpositam prosequi, aut iudicio tuo appellatione remota⁶³), parere.

CAP. XV.⁶⁴)

Hoc cap. summatum est supr. cod. cap. Meminimus.

*Idem.*⁶⁵)

Suggestum est auribus nostris, quod, quum oppressi⁶⁶) et gravati⁶⁷) ad praesidium⁶⁸) apostolicae sedis⁶⁹) recurrunt, et appellatione facta iter arripiunt⁷⁰), adversarii eorum appellationem interpositam cognoscunt, nec ad praesentiam nostram accedunt, nec "prose" responsalem transmittunt; quum autem senserint⁷¹), illos "rediisse, et" nostras literas reportasse, in vocem appellationis prorumpunt, et iter ad nos arripiunt veniendi⁷²), ut sic⁷³) eorum⁷⁴) sollicitudinem, a quibus impetuntur, eludant. "Verum quoniam nemini debet fraus sua patrocinari, et falce apostolici moderaminis sunt resecauda quae in se vitium noscuntur calliditatis et fraudis continere," Tuae consultationi⁷⁵) taliter respondemus, ut⁷⁶), si quis deprehensus fuerit hoc ex fraude vel malitia facere, appellations eius non deferat, neque ob id causam tibi commissam "sine congruo" terminare postponas, quia⁷⁷) decretalem epistolam, qua tales munitur videntur, non ad deprimendam cuiusque⁷⁸) iustitiam, sed ad⁷⁹) removendum "iniustum" gravamen nos⁸⁰) fecisse cognoscas.

CAP. XVI.⁷⁹)

Excommunicatus pendente cognitione appellationis absolvi potest ad cautelam, et, si apparet eum legitime appellasse, non punitur pro eo, quod interim celebravit divina.

*Idem Eboracensi Archiepiscopo.*⁸⁰)

Ad praesentiam nostram⁸¹) R. presbytero veniente, episcopo Tusculano et P. sanctae Susannae cardinali tuam et ipsius causam commissis audiendam. Qui ad obiectionem⁸²) tuam, licet R. presbyter⁸³) non esset excommunicatus de iure, de facto tamen⁸⁴) eum fecerunt absolvi. "Quia vero quod a fratribus nostris noscitur in hac parte statutum nolimus aliqua ratione mutare: fraternitati tuae⁸⁵) per apostolica scripta praecipiendo" Mandamus, quatenus praedictum presbyterum⁸⁶) pro eo, quod⁸⁷) post excommunicationem contra appellationem factam divina⁸⁸) cantavit⁸⁹), nullatenus inquietes⁹⁰), sed ad eum statum "cessante appellatione" reducas⁹¹) omnia, in quo erant tempore appellationis "ad sedem apostolicam" emissae.⁹²)

CAP. XVII.⁹³)

Si appellans turbatur in possessione, super qua fuit appellatum, iudex a quo potest illum possessionem sibi reformare, appellatione in suo statu permanente. H. d. secundum communem intellectum.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Quum teneamur "consultationibus singulorum, quantum Dominus ministraverit, respondere, tanto gratius volumus tibi responsum

impendere, quanto personam tuam abundantiori diligimus caritate." Quoniam⁹⁴) "igitur" nos consulere voluisti, utrum, si eorum possessio, qui ad⁹⁵) audientiam nostram appellant, turbata fuerit, tibi eam sibi⁹⁶) liceat reformare, eo, de quo appellatio est⁹⁷) interposita, praetermissio, prudentiae tuae taliter respondemus, quod⁹⁸), si exinde ad te querela pervenerit, id ordine iudiciario tibi licebit.⁹⁹)

CAP. XVIII.¹⁰⁰)

Generalis et vaga appellatio respectu cuiuslibet gravaminis non valet, sed restricta ad certam causam. Sic.

*Idem Episcopo et Archidiacono Bononiensibus.*¹)

Consuluit "nos vestra devotio, ut, si appellatio, quae ab omni aggravamine interponitur, teneat, prudentiam vestram nostris literis redderemus certiore, et ideo" Consultationi vestrae²) taliter respondemus, quod, si "forte" generaliter appellationem quis³) interponeret ab omni gravamine, quod sibi posset contingere, huiusmodi appellatio tenere non⁴) debet. Si vero "aliquis" ab⁵) aliquo iudice super omni gravamine, quod in una causa sibi possit inferri⁶), "appellationis obstaculum interponeret," quantum generalis appellatio sit interposita, appellationi tamen eius⁷) est ab eodem iudice⁸) deferendum. Super eo vero etc.

CAP. XIX.⁹)

Appellatio frivola non excusat inferiorem, quo minus teneatur obedire superiori, et ut de contemptu puniatur, nisi innocentiam suam aliter purget. H. d. et est casus notabilis in eo, quod dicitur, istum esse puniendum.

*Idem Zamorensi*¹⁰) *Episcopo.*

Quum parati essemus petitiones, "quas nobis per nuncium tuum porrexisti, benigne" admittere, "et efficaciter exaudire, dilectus filius noster" I.¹¹) "sanctae Mariae in Cosmedin" diaconus cardinalis olim apostolicae sedis legatus¹²) "constanti nobis assertione" proposuit, quod, quum "te ad synodum tuam vocasset, et" ad eius vocationem contempsisses accedere, in personam tuam excommunicationis sententiam promulgavit, "post cuius excommunicationem, qui vice nostraungebatur, te fecisti in episcopum consecrari." Quumque¹³) "dilectus filius noster" N.¹⁴) canonicus B.¹⁵) Iacobi firmiter asseveraret, quod in legatione regis esses¹⁶), et ideo non potuisses ad vocationem praedicti cardinalis accedere, cardinalis e contra asseruit, quod non in legatione regis, sed in Salamantina ecclesia te suus nuncius invenisset, "tibi que dixisset, quod in alia ecclesia te non esse requisiturus. Et quum iterum ex parte tua fuisset propositum, quod, quando venerabilis frater noster archiepiscopus Compostellanus appellavit, tuam etiam appellationem interposuisses, cardinalis adiecit, quod appellatio illa te tueri nulla parte potuit, quin ad ipsius vocationem accedere tenereris." Nos vero¹⁷) attendentes, quod¹⁸) te non decuit¹⁹) contemnere²⁰) obtentu appellationis ad vocationem venire²¹) legati, "fraternitatem tuam monemus atque" praecipimus²²), quatenus vel in persona propria, vel per nuncios idoneos apostolicos te conspectui repraesentes²³), innocentiam "et immunitatem" tuam, si poteris, ostensurus.

Cap. XIV. 60) appellant, nec appellationem prosequuntur: App. — 61) eos: Comp. I. Aug. — 62) infra: Cont., Böhm. — 63) cessante: Coll. citt.

Cap. XV. 64) Restitutum ex App. X. 19., Lips. XLVII. 19., Cass. LI. 18., Comp. I. h. t. c. 20. 65) Dulfensi: Cass. — Dulfensi: Comp. I. — Dulfensi: Lips. — Dulfensi: App. — 66) subsidium: C. H. — 67) Romanae eccl.: Cass. — 68) arripuerint, adversario... cognoscere: Lips. — 69) persenserint: Cass., Comp. I. — praesenserint: App. — praesenserint: Lips. — 70) omitt. Cass., Comp. I. — 71) et sic... eludunt: Cass. — 72) illorum: C. H. — 73) fratern. tuae nos super hoc consulenti taliter respondemus: Lips., Comp. I. — et nos sup. h. cons. tal. resp.: App. — fr. tuae... duximus respondendum: Cass. — 74) omitt. Lips., Cass., Comp. I. Aug. — quod: App. — 75) qui: Böhm. — 76) cuiusquam: App. — 77) omitt. C. H. — 78) non: Böhm.

Cap. XVI. 79) Restitutum ex App. X. 21., Lips. XLVII. 21., Cass. LI. 20., Comp. I. h. t. c. 22. — 80) Ebor. episcopo: Comp. I. — Ebor. archiep. et R. presbytero: App. — Ebor. ep. R. presbytero: Cass. — leg.: Eboricensi (Eboracensi) cum Lips. — quae vero in Lips. adiectae sunt: et R. presb., omnino delenda censemus, quum ex ipso cap. exordio in inser. temere videantur translata esse. — 81) nostri, venientibus ep. Tusc. etc.: Lips., Cass. — T. et (omitt. Ms.) R. presbyteris concoculantibus: Comp. I. — 82) ob excommunicationem tuam: App. — ob excommunicationem tuam: Comp. I. Ms. — 83) R. presb.: omitt. Coll. citt. — 84) tamen et seq.: eum: omitt. Lips., Cass., Comp. I. — 85) vestrae: App. — 86) add.: vel alian: Lips., Cass., Comp. I. — 87) quia: Lips., Cass., Comp. I. Aug. — omitt. Comp. I. Ms. — 88) omitt. Cass. — 89) celebravit: C. R. 1. — 90) nullo modo inquietare attentis (App.): attentetis: Coll. citt. — 91) reducat: App. — 92) factae: Coll. citt.

Cap. XVII. 93) Restitutum ex App. X. 23., Lips. XLVII. 23., Cass. LI. 21., Comp. I. h. t. c. 23. — 94) Quia: C. R. 1. — 95) omitt. Comp. I. Ms. — 96) omitt. Cass. — tibi licet quae ipsis turbata fuerint: Lips., Comp. I. — reformare debeat: App. — 97) fuerit: Cass. — 98) omitt. Coll. citt. — 99) corrigere licebit: App. — licebit experiri: Cont., Böhm.

Cap. XVIII. 100) Restitutum ex App. L. 54., Lips. XLVII. 25., Cass. L. 23., Comp. I. h. t. c. 21. — 1) Bonon. episc. et archiepisc. — 2) Lips., Cass., Comp. I. Aug. — Bon. ep. et archiep.: Comp. I. Ms. — 3) tuae: C. R. 1. — omitt. C. R. 2. — 4) aliquis: App., Lips., Cass. — omitt. Comp. I. — 5) potest non, nec debet: Cass. — 6) sub: Comp. I. Aug. — 7) contingere posset: Cass., Comp. I. — cont. possit: App., Lips. — 8) huius: Cass. — huiusmodi: App., Lips., Comp. I. — 9) ab eod. iud.: omitt. App.

Cap. XIX. 9) Restitutum ex App. X. 28., Lips. XLII. 29., Cass. LI. 27., Comp. I. h. t. c. 29. — 10) Genensis: Comp. I. Aug. — Jan.: Ms., quae quidem inser. ex cap., quod in App., Lips. et Cass. antecedit, in hunc locum deducta est. — Anorensi: C. H. — Zamorensi: App. — Armis: Lips. — Amiensis: Cass. — vid. leg.: Auriensis (Orense?), quoniam convenit, quod in priori App. ed. legitur: Anuensi. — 11) Io: C. R. 1. — Iacintus: Lips. — Iacinctus: Cass. — Iacinctus: Comp. I. Ms. — Hyacinthus: App., Comp. I. Aug. — 12) ol. ap. sed leg.: omitt. Lips., Cass., Comp. I. — 13) quum: Comp. III. Aug. — 14) R.: C. R. 2. — Martinus: Coll. citt. — 15) S.: Cass. — 16) esset: C. H. — 17) igitur: ib. — 18) quomodo: Coll. citt. — 19) decet: App. — decerit: Comp. I. — 20) contempserit: C. R. 1. — 21) venisse: Comp. I. Aug. — 22) monemus atque mandando praecip.: Cass. — monemus mandantes atque praecipientes: App., Lips., Comp. I. Ms. — 23) praesentes: App.

CAP. XX. 24)

Si mandatum factum ei, qui iuravit stare iudicio ecclesiae, excedit limites iuramenti et licitae promissionis, appellare poterit; alias secus. H. d. compendiose. Abb.

Idem Cantuariensi 25) Archiepiscopo.

Ad haec 26) (Et infra:) Praeterea de his, qui iuramentum praestant, quod ecclesiae stabunt iudicio 27), et postea "praestito sacramento" appellant, id 28) tua sollicitudo provideat, ut eos servare quod iurant, vel infra 29) XI. dies post appellationem 30) interpositam iter arripere ad ipsam prosequendam 31) compellas.

CAP. XXI. 32)

Summa ut supr. cap. proximo.

Idem Carnotensi Episcopo. 33)

Questioni 34) vero, quam facis, utrum appellationi illius sit deferendum, qui, sicut 35) moris est, praestito iuramento absolvi meretur 36), et 38) antequam ei mandetur 37) aliquid, "appellasset," vel "si" mandato recepto 38) causa subterfugii appellaverit 39), "taliter" respondemus, quod, "postquam iuravit," appellationi "eius," quae iuramento eius debeat derogare 40), non est in aliquo deferendum; sed statim erit in eandem 41) reducendus sententiam, quae, donec mandatum susceperit, et susceptum pro posse "suo" fuerit prosecutus 42), debet firmiter observari.

CAP. XXII. 43)

Appellans ab ordinario postea de delicto ab eo commissio puniri potest per ipsum ordinarium. H. d., sed supple ad textum, idem esse de antea commissis, si nunc de illis accusatur, ut cap. Ad haec 1. supr. eod. et cap. Proposuit. infra eod.

Idem Vintoniensi 44) Episcopo.

Praeterea de his 45), qui ad sedem apostolicam appellant, et postea gravia "et enormia" committentes, sc. dum 46) conveniuntur, appellatione tuerent, "hoc" duximus respondendum, quod, "si post appellationem gravia committunt, et ita publice et manifeste, quod alii graviter scandalizentur, et decor ecclesiasticae honestatis deformetur," eos appellatio 47) non debet in sua 48) "nequitia et" iniuritate tueri, quo minus eorum excessus censura canonica puniantur 49). "Porro de iis, qui sententia excommunicationis innodati iurant etc. *

CAP. XXIII. 50)

Qui non detulit appellationi sui adversarii, de sua posteriori circa idem contra eum excipere nequit.

Idem Grandensi 51) Patriarchae et S. Vitalis Presbytero cardinali.

Constitutis in praesentia nostra "dilectis filiis nostris M." abbate sancti Felicia et presbytero R. "atque V. canonico sancti Marci" pro controversia, quae de electione Torcellanae 52) ecclesiae "faciente maligni hostis invidia" est suborta (Et infra:) Ideoque "per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus "in unum pariter convenientes utramque partem ante vestram praesentiam convocetis, et, inquisita rei veritate diligenter et cognita" si "vobis consiterit, quod praefatus" archidiaconus post appellationem "ad nos factam" et "post" denunciationem 53) "etiam" excommunicationis ad nominationem 54) saepe dicti C. 55) processerit 56), et primum cum canonicis, et plebanis cum assensu 57) "totius"

cleri 58) episcopatus, vel maioris et sanioris partis, praenominatum I. 59) in episcopum et pastorem elegerint 60), non obstante appellatione "vel prohibitione" praefati 61) archidiaconi, si ipse appellationi prius factae non detulit, electionem de praefato I. 62) factam "appellatione et excusatione remota" auctoritate apostolica confirmetis, "et tu, frater patriarcha, et consecrationis munus impendas, etc."

CAP. XXIV. 63)

Appellans ab ordinario in una causa, in aliis coram eo respondere tenetur, potest tamen eum recusare ut suspectum, nisi conveniatur de crimine manifesto, et in quo non cadit excusatio nec suspicio, ut quia imponitur poenae iuris surgens ipso facto. H. d. secundum intellectum intrinsecum.

Idem Eboracensi Archiepiscopo.

Proposuit nobis M. 64) clericus tuus, quod saepe contingit, ut, quam aliquis super aliqua causa appellat, in aliis causis, in 65) quibus non est appellatum, respondere "penitus renuat et" recuset 66). Super quo consultationi tuae taliter respondemus, quod, licet pro illa appellatione 67) non minus teneatur in aliis "causis," super quibus appellatum non est, respondere, iudex tamen, a quo appellatur, quia illi omnino suspectus est, eum 68) "in causa praecedente" non debet ad respondendum super aliis "causis" compellere, nisi pro crimine adeo gravi et manifesto, quo 69) ipso actu "habetur reus, et" merito sit 70) damnandus.

CAP. XXV. 71)

Absolvitur excommunicatus cautione recepta, licet adversarius vel excommunicator, ne absolvatur, appellet. H. d. secundum unum intellectum, quem tamen oportet limitare, quando excommunicatio non fuit lata pro manifesta contumacia vel offensa, quia tunc non debet absolvi, nisi satisfactione praecedente, ut in cap. Ex parte 1. infra, de verb. signif.

Idem R. Cantuariensi Archiepiscopo. 72)

Qua fronte pos "super articulis iuris" consilere valeas, non videmus, quum "in iis, quae nota sunt et liquido manifesta," dicaris ordinem 73) iuris pervertere, "et evidenter libertati ecclesiasticae contraire, pro qua ille gloriosus et inclytus martyr Thomas praedecessor tuus subire martyrium non expavit." Iam enim non in ecclesia, sicut est canonicum et honestum, non etiam 74) in palatio 75), non in camera tua, sed in "ipsa" camera regis, contra debitum iuris et "contra" pontificalis officii dignitatem 76) episcoporum electiones diceris confirmare. "Verum ne petitionibus tuis nostrum denegare videamur assensum, super his, de quibus nos consilere voluisti, tibi, prout dederit nobis Dominus, respondeamus." Sane, si quis pro contumacia vel alia qualibet causa, interdico 77) vel excommunicatione tenetur 78) adstrictus, et offert se ad iustitiam, de his, pro quibus sententiam ipsam excepit 79), iudex eum, ne 80) in excommunicatione decedat, absolvere poterit, etiamsi 81) pars adversa, ne absolvatur 82), appellationis obstaculum interponat: ab ipso tamen ante absolutionem sufficienti cautione recepta, quod vel in praesentia Romani Pontificis, ad cuius audientiam appellatur, si maluerit adversarius, vel coram iudice, cui causam "Romanus Pontifex" delegaverit 83), iuris pareat aequitati. De his etiam 84), qui conqueruntur, se irrationabiliter excommunicationi vel interdico 85) suppositos, illud idem dicimus, etiamsi 86) ii, qui huiusmodi protulerunt sententiam, ad sedem apostolicam duxerint appellandum. "Super eo vero, quod defuncto aliquo etc."

Cap. XX. 24) App. X. 29., Lips. XLVII. 20., Cass. XXVIII. 6., Comp. I. h. t. c. 30. — 25) R. Cant. archiep.: App., Lips., Comp. I. Ms. — add.: in Registro. Cass. — 26) Ad haec (Et infra): omitt. App., Lips., Cass. — 27) mandato: Cass. — 28) omitt. Cass. — 29) intra: Cont., Böhm. — 30) add.: suam: Cass. — 31) prosequendam: ead.

Cap. XXI. 32) Restitutum ex App. VII. 20., Lips. XLVII. 31., Cass. LI. 28., Comp. I. h. t. c. 31. — 33) cf. c. 11. de off. iud. del. I. 29. — 34) nos: App. — 35) inhibetur: ib. — 36) si: Coll. citt. — 37) mandatum est: App. — 38) accepto: C. 58. — 39) appellavit: Cass. — 40) iur. derogat, penitus non: App. — 41) eadem: sententiam: Comp. I. Aug. — 42) executus: App., Lips.

Cap. XXII. 43) Restitutum ex App. I. 53., Lips. XLVII. 33., Cass. LI. 30., Comp. I. h. t. c. 32. — 44) Vilorinn.: Cass. — Win.: Lips. — Winton.: Comp. I. Ms. — Winton.: Aug. — Wintoniensi: App. — 45) Praet. qui ad ap. sed. de clericis appellant: Coll. citt. — 46) quum: App. — 47) appellantes non debet: ead. — 48) tanta: Coll. citt. — 49) puniatur: App., Comp. I.

Cap. XXIII. 50) Restitutum ex Lips. XLVII. 38., Cass. LI. 34., Comp. I. h. t. c. 37. — 51) Grandensi patriarchae et eodem T. S. Vitalis cardinalis, presbytero sanctae . . . et prioris: Cass. mendose. — Grandeni (Grando: Ms.) patriarchae et E. tit. S. Vitalis presb. card. et prioris S. Crucis: Comp. I. — H. Grandeni etc.: Lips. — 52) Toletanae: Comp. I. Aug. — Toletanae: Ms.

Cap. XXIII. 53) interminationem: Lips. — 54) denominationem: Coll. citt. — 55) Caloiohannis: Lips. — 56) processit: C. H. — 57) consensu: Cass. — Comp. I. Ms. — 58) clerici: Böhm. — 59) R.: Cass. — Leonardum: Lips. — 60) elegerunt: C. H. — eligerent: Cass. — elegerit: Comp. I. Aug. — 61) praestita ab archidiacono: Comp. I. Aug. — 62) Io.: C. R. I. — C.: Comp. I. Aug. — cf. n. 59.

Cap. XXIV. 63) Restitutum ex Lips. XLVII. 39., Cass. LI. 35., Comp. I. h. t. c. 38. — 64) omitt. Cass. — R.: C. H. — 65) abest a Lips. — 66) recusat: C. H., Cass. — 67) add.: tuam: Comp. I. Aug. — 68) quum in causa procedere non deberet, ad resp.: Comp. I. Aug. — in causa procedere non debet, nec cum ad resp.: Cass. — 69) quod: Comp. I. Aug., Cass. — 70) foret: Coll. citt.

Cap. XXV. 71) Restitutum ex App. XXXI. 2. 3., Lips. XLVII. 43., Cass. LI. 38., Comp. I. h. t. c. 41. — 72) Cant. R. archiep. sedis legato: Cass. — Cant. archiep. ap. sed. leg.: Lips. — 73) ordines: Lips. — seq.: iuris: omitt. App. — 74) omitt. Coll. citt. — 75) add.: tuo: Lips. — 76) pontificum officium dignitatis: Cass. — pontificalis officium dignitatis: Lips., Comp. I. — 77) int. vel: omitt. App. — 78) teneatur: Cass. — 79) accepit: ead. — 80) ut non: Coll. citt. — 81) si: Lips. — 82) ne abs.: ead. — 83) delegavit: Cass. — add.: vel coram eo, in quo utraque pars convenerit: App. — 84) omitt. Cass., Comp. I. Ms. — 85) interdictioni: App., Cass. — 86) etsi ii, qui huiusmodi protulerunt sent.: Comp. I. — etiamsi hi, qui huius etc.: Cass. — etiamsi hi, pro quibus tulerint: App. — etiamsi is, qui huiusmodi tulerit . . . , duxerit: Lips.

CAP. XXVI.⁸⁷⁾

Prælati subditi suspendere vel excommunicare non debent, nisi monitione præmissa, nec subditi contra disciplinam ecclesiasticam appellare possint, maxime si est religiosus. Et iudex a quo præfigit terminum appellanti ad appellationem proseguendam, infra quem si non proseguatur, iudex a quo recessit irraditionem. Appellans vero non proseguens appellationem suam, condemnatur in expensis, appellato hoc proseguenti.

Idem in concilio Lateranensi.

Reprehensibilis valde consuetudo in quibusdam partibus inolevit, ut, quum fratres et coepiscopi nostri seu etiam archidiaconi appellatos quosdam in suis causis existimant, nulla penitus admonitione præmissa suspensionis sive excommunicationis in eos sententiam ferant. Alii etiam, dum superioris sententiam et disciplinam canonicam reformidant, sine ullo gravamine appellationem obiciunt, et ad defensionem iniquitatis usurpant quod ad præsidium innocentium dignoscitur institutum. Quocirca, ne vel prælati sine causa valeant gravare subiectos, vel subditi pro sola voluntate sub appellationis oblectu correctionem valeant eludere prælatorum, præsentibus decretis statuimus, ut nec prælati, nisi canonica commotione⁸⁸⁾ præmissa, suspensionis vel excommunicationis sententiam proferant in subiectos⁸⁹⁾, nisi forte talis sit culpa, quæ ipso⁹⁰⁾ suo genere suspensionis vel⁹¹⁾ excommunicationis poenam inducat, nec subiecti⁹²⁾ contra disciplinam ecclesiasticam ante ingressum causæ in vocem appellationis erumpant⁹³⁾. Si vero quicumque pro sua⁹⁴⁾ necessitate crediderit appellandum, competens ei ad proseguendam appellationem terminus præfigatur, infra⁹⁵⁾ quem si forte proseguere neglexerit, tunc episcopus libere sua auctoritate utatur. Si autem in quocunque negotio aliquis appellaverit, et, eo, qui appellatus fuerit, veniente, qui appellat⁹⁶⁾ venire neglexerit, si quid⁹⁷⁾ proprium habuerit⁹⁸⁾, competentem illi⁹⁹⁾ recompensationem¹⁰⁰⁾ faciat expensarum¹⁾, ut hoc saltem timore territus²⁾ in gravamen alterius non facile quis appellet. Præcipue vero³⁾ hoc in locis⁴⁾ religiosis volumus observari, ne monachi sive quicumque⁵⁾ religiosi, quum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem prælati sui et capituli disciplinam appellare præsumant, sed humiliter ac devote suscipiant quod pro salute sua fuerit⁶⁾ utiliter⁷⁾ eisdem⁸⁾ iniunctum.

CAP. XXVII.⁵⁾

Iudex a quo non obstante appellatione cognoscit de causa, si appellans non proseguitur. Hoc primo. Et iudex, ut suspectus recusatus, potest alteri causam committere. Hoc secundum.

Idem.⁶⁾

Ad hæc præsentibus tibi literis duximus indulgendum, ut, quum a te super aliqua causa fuerit appellatum, fas tibi sit appellantes appellatione cessante⁷⁾ compellere, ut vel appellationem interpositam⁸⁾ proseguantur, vel coram te iuris pareant aequitati. Aut, si alterutra partium⁹⁾ te suspectum habuerit, te insistenti iudicem eligant, qui propositam inter eos valeat¹⁰⁾ dirimere¹¹⁾ quaestionem. Ceterum etc. [cf. c. 5. de iud. II. 1.]

CAP. XXVIII.¹²⁾

Si canonicus ad residentiam monitus appellat, statuatur sibi terminus ad appellationem proseguendam, et interim deservitur beneficio per vicarium de fructibus beneficii sustentandum. Et si appellationem non proseguitur, vel residentiam non facit, privatur præbenda.

Idem Salabriensi¹²⁾ Episcopo.

Pervenit ad nos, quod, quum Rogerium filium¹⁴⁾ G. ecclesie tue canonicum, ut debitam¹⁵⁾ in ea¹⁶⁾ residentiam faceret, monuisses, ad obedientiam nostram in appellationem prorupit¹⁷⁾. Quum autem¹⁷⁾ frustratorie dilationis causa videatur dictus cano-

*nicus¹⁸⁾ appellatione cessante¹⁹⁾ assignes, unde possit congrue sustentari. Quodsi præfatus²¹⁾ G.²²⁾ alterum istorum adimplere neglexerit, tu extunc²³⁾ præbenda sua priver eundem omni contradictione et appellatione postposita, et eam alii²⁴⁾ idoneæ²⁵⁾ personae nullius appellatione admissa²⁶⁾ concedas²⁷⁾ pariter et assignes.**

CAP. XXIX.²⁸⁾

A iudice iurisdictionem exsequente non appellatur.

Idem.³⁰⁾

Consuluit nos tua fraternitas, utrum³¹⁾ sit appellationibus³²⁾ deferendum a carissima in Christo filio nostro L. illustri rege Francorum pro Iudaels interpositis, ut maucipia detineant Christiana, et utrum sustinere debeas, quod de novo constituant synagogas, ubi eas nullatenus habuerunt. Scripsimus itaque memorato regi, ut a defensione Iudaeorum in hac parte desistat, et super hoc etiam per alios ipsum fecimus admoneri, et credimus, quod monitis nostris acquiescet, quia non esset rectum, ut quod a sanctis Patribus nuper in concilio statutum est negligenter servaretur. Unde Non convenit, ut pro huiusmodi appellationibus ab observatione³³⁾ decreti debeas abstinere³⁴⁾. Iudaeos etc. [cf. c. 7. de Iudaels V. 6.]

CAP. XXX.³⁵⁾

Qui ante citationem vel notitiam literarum mittit nuncium ad Papam, appellare potest, ne delegatus procedat, secus si post.

Idem Genuensi³⁶⁾ Archiepiscopo.

Ad hæc, sicut asseris, quandoque super causa, quæ iudici appellatione remota committitur, altera pars appellat, asserens, se pro eadem causa nuncium suum ad sedem apostolicam destinasse. Ad quod taliter Respondemus, quod iudex, si ei constiterit, ipsam³⁷⁾ appellatam, antequam partes essent citatae, vel delegatae causæ pervenisset ad ipsum, qui appellationis interponit obstacle, nuncium ad sedem apostolicam³⁸⁾ destinasse, factæ debet appellationi deferre; sed, si post citationem fuerit³⁹⁾ destinatus, satis potest exæqui quod mandatur.

CAP. XXXI.³⁹⁾

Qui non detulit appellationi interpositae ad Papam, mittitur cum literis ordinarii ad curiam puniendum.

Idem.⁴⁰⁾

De priore, qui non deferens protectioni nostrae et appellationi ad sedem apostolicam factae quendam canonicum suum vestibus fecit omnibus usque ad carceria spoliarum, et eum accusationi et appellationi renunciare coegit, quia de suis et quorundam fratrum enormitatibus murmuravit, id tuæ sollicitudini duximus inveniendum, ut rei veritate diligenter inquisita si inveneris, quod pro evitanda disciplina prædictus canonicus appellavit, eidem priori propterea nullam poenam infligere debeas, quoniam sacrosancta Romana ecclesia huiusmodi appellationem admittere non consuevit, ne monachis vel canonicis regularibus præberetur audacia delinquendi. Ceterum si præfatus canonicus priorem propter suas⁴¹⁾ enormitates manifestas, quæ ipsum⁴²⁾ notabilem reddunt, ad sedem apostolicam appellavit, et ipse⁴³⁾ tali appellationi deferre

Cap. XXVI. 87) Restitutum ex ipso conc. Lht. III. (hab. A. 1179.) c. 6. — Lips. c. 14., Cass. VIII. 1., Comp. I. h. t. c. 42. — 88) admonitione: Lips., Cass. — 89) subditi: Cass. — 90) in ipsa: ib. — seq: suo: omitt. Lips. — 91) susp. vel: omitt. conc. — 92) subditi: Lips. — 93) prorumpant: Cass., Comp. I. Aug., conc. — 94) sui: C. R., Cass., Comp. I., Cont. — 95) intra: Cont., Böhm. — 96) appellavit: Cass. — appellaverit: Lips., Comp. I., conc. — 97) quidem: Cass., Comp. I. Aug. — 98) habuit: Cass., conc. — 99) ei: conc. — 100) compensationem faciunt expensae: Cass. — rec. faciet: Lips. — 1) in expensis: C. H. — 2) detentus: Cass. — perterritus: C. L., conc. — deterritus: C. R., Lips., Comp. I. — 3) ergo: C. R. I. — 4) eius: conc. — eis: Lips., Cass., Comp. I. — 5) Restitutum ex Lips. XI.VII. 2., Cass. XXX. 4., Comp. I. h. t. c. 43. — 6) H. episcopo: Lips. — add.: P. C. Eam te: Comp. I. — Eam te decet: Lips. — cf. c. 4. de act. et qual. I. 14. — 7) remota: Cont., Böhm., Cass. — 8) propositam: Lips. — 9) pars: C. R. I. — 10) valeant: Lips. — 11) terminare: C. H. — 12) Salabriensi: C. L., conc. — Salesberiensis: Aug. — 14) F.: Cont. — W.: C. H. — 15) Willibni: Aug. — 16) eadem ecclesia: Comp. I. — 17) prorupit: Aug. — 18) Quomiam igitur indignum est, per

eius vel per (omitt. Ms.) aliorum subterfugio praescriptam ecclesiam debitis obsequiis defraudari, quum ipse: Comp. I., Böhm. — 18) dict. cur.: omitt. Comp. I. — 19) præfatum Reg. (Ms.: R.): Comp. I. — 20) commoneas: ead. — 21) infra: Cont., Böhm. — 22) intra proximum festum B. Lucæ: Comp. I. — 23) appellationem eam: C. R. — app. suam: C. L. H., Comp. I. — 24) omitt. Böhm. — 25) praeibitatus: Cont., C. R., Comp. I. — 26) W.: C. H. — F.: Cont. — Ro.: Comp. I. Ms. — Reg.: Aug. — 27) alicui discreto et honesto viro: Comp. I. — 28) assignes: C. R. I. — Cap. XXIX. 28) Restitutum ex App. L. 36., Lips. LV. 5., Luc. ap. Bal. III. 379., Comp. II. h. t. c. 1. — 30) universis abbatibus: Comp. II. Ms. A. — Vituriensi archiep.: Luc. — Bituricensis archiep.: App. — 31) an: Lips., App. — 32) appellationi: interpositis: Lips. — 33) observantia: Comp. II. Ms. B. — 34) abstinere: Ms. B. — Cap. XXX. 35) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 36) Januensis: C. H. — Januensis episcopo: Comp. II. — 37) ad sed. ap.: omitt. Comp. II. — 38) fuit: Comp. II. Ms. A. — Cap. XXXI. 39) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — 40) I. priori: C. R. I. — 41) suam enormitatem manifestam: Comp. II. Aug. — 42) ipsum: ead. — 43) si ipse: Comp. II.

contempserit⁴⁴⁾, eum cum literis tuis veritatem continentibus de tanto excessu satisfactorum ad sedem apostolicam venire compellas. *"Suis autem in hac malitia complicibus etc."*

CAP. XXXII.⁴⁵⁾

Contra constitutiones regulares appellatio religiosum non defendit.

Idem.⁴⁶⁾

Quia nos⁴⁶⁾ "elegit Dominus in hereditatem sibi, et a longe de alto prospexit, paci et tranquillitati vestrae, quantum divina gratia concedit, prospicere cupientes, apostolica vobis auctoritate concedimus et indulgemus," ut abbates "vestri ordinis," qui de aliqua publica infamia publice respersi sunt aut convicti, "ab abbatibus, et" deinde⁴⁷⁾ in communi capitulo communiter, "sponte suae" praelationi cedere noluerint⁴⁸⁾, "ad sedem apostolicam" appellandi non habeant facultatem, "suum reatum per appellationem defendendo. Dat. Beresenti IV. Non. Jul. Ind. II." [1169.]

CAP. XXXIII.⁴⁹⁾

Iudex a quo potest praefigere terminum appellanti ad proseguendam appellationem, quo lapsus recusavit iudex iurisdictionem.

Idem.⁵⁰⁾

Ad aures nostras "te significante pervenit, quod interdum, quum tibi vel alius causa committitur sublato appellationis remedio, altera partium, ut examen decline valeat iudicis delegati, quaestiones incidentes opponit, et, licet in principali causa non sit appellationis remedium reservatum, in appellationis tamen vocem prorumpit, appellationi suae terminum non praefigens, sieque partem aliam sine prosecutione appellationis facit remanere suspensam. Postulas igitur tibi et alius iudicibus indulgeri, ubi causae sine appellationis remedio committuntur, incidentes quoque sine debito appellatione postposita terminare. Ceterum quum incidentes quaestiones saepius praediciales non immerito iudicentur, petitioni tuae in hac parte non duximus annuendum, sed, ne quae partium duntaxat frustratoris iudicis affigantur," Appellanti ad prosecutionem appellationis⁵¹⁾ terminus congruus praefigatur, infra⁵²⁾ quem si appellationem non fuerit prosecutus, extunc "tam super incidentibus, quam super causa principali appellatione postposita" compellatur state iudicio delegati "iudicis, ita quod nec uni commune medium subtrahatur, nec alter possit frustratoris dilationibus fatigari."

CAP. XXXIV.⁵³⁾

Si praecedente gravamine quis submittit se protectioni superioris, habeat pro appellante, dummodo seroverit ea, quae in appellatione sunt necessaria.

Idem Abulensi Episcopo.

Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod, quum Zamorensis⁵⁴⁾ episcopus G. presbyterum ecclesiae⁵⁵⁾ sancti Iacobi Zamorensis⁵⁶⁾, "quae est propria Compostellanae ecclesiae," multipliciter molestaret, tandem idem presbyter "pro eius gravaminibus evitandis" se et ecclesiam suam⁵⁷⁾ "et parochianos" nostrae "ac Romanae ecclesiae" protectioni subiecit. "Sed praefatus episcopus pro eo fortis, quod expressum non appellavit, in eum post invocatum sedis apostolicae patrocinium, contra etiam privilegium Compostellanae ecclesiae indulgendum, excommunicationis sententiam promulgavit." Licet autem praedictus⁵⁸⁾ presbyter ex simplicitate forte verbum appellationis non expresserit⁵⁹⁾, quia tamen, postquam se et sua nostrae protectioni subiecerat⁶⁰⁾, non debuit sine causae cognitione aliqua sententia condemnari, "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus "super hoc inquiras diligentius veritatem, et" si ita⁶¹⁾ tibi constiterit, sententiam, quam praefatus episcopus in eundem⁶²⁾ presbyterum tulit, "contraditione et appellatione cessante" denuncias non teneri. "Postmodum vero, si praefatus episcopus aduersus presbyterum forte agere etc."

Cap. XXXI. 44) contempserit: C. R. 1., Comp. II.

Cap. XXXII. 45) Restitutum ex privilegio, omnibus Cisterc. ord. abbatibus ab Alex. III. concessio ap. Manriq. II. 478. — Comp. II. h. t. c. 5. — 46) universis abbatibus: Comp. II. Aug., Ms. B., Böhm. — 46*) vos. orig. Böhm. — 47) omitt. C. H. — 48) noluerunt: C. R. 2.

Cap. XXXIII. 49) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 375., Comp. II. h. t. c. 6. — 50) Eboracensi archiep.: Luc. — 51) omitt. Luc. — 52) intrs: Cont., Böhm. — ita quod: Comp. II.

Cap. XXXIV. 53) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 7. — 54) Zaurion: Comp. II. Ms. A. — 55) omitt. Comp. II. Ms. B. — 56) Zaurion: Comp. II. Ms. B. — 57) omitt. C. R. H., Comp. II. Ms. B. — ecl. et par. suos: Comp. II. Aug., Ms. A. — 58) idem: C. H. — praefatus: Comp. II. Aug., Ms. A. — omitt. Ms. B. — 59) expressit: Comp. II. — 60) subiecit: Comp. II. Ms. B. — 61) omitt. ib. — 62) praefatum: C. R. 1.

Cap. XXXV. 63) Restitutum ex Comp. II. c. 2. de resc. I. 1. — 64) Terrachonens.: C. H. — Tarogon: Comp. II. Ms. A. — Tarracon. Aug., Ms. B., Böhm. — 65) Paulo.: Comp. II. Ms. A. — Pampilon. Ms.

CAP. XXXV.⁶³⁾

Causa non est ad iudicem a quo remittenda appellatio adhuc non iustificata, nisi de partium consensu.

Idem Archiepiscopo Terraconensi.⁶⁴⁾

Accepta conquestione canonicorum Pampilonensium⁶⁵⁾, "quod dilectus filius noster dux Navarrorum eos bonis suis spoliasset, causam ipsam tuae fraternitati ad eorum petitionem duximus committendam, et sine canonico terminandam. Verum quoniam nobis tacerunt, quod ab audientia tua fuit ad sedem apostolicam appellatum, nec nos, si hoc nobis constisset, ipsam causam tuo commissis examini, quum" Non debet⁶⁶⁾ ad eos causa remitti, nisi partes "in hoc" consenserint⁶⁷⁾ a quibus noscitur appellatum, "fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus et arctius inhibemus, ne in executione ipsius negotii occasione literarum nostrarum aliqua ratione procedas."

CAP. XXXVI.⁶⁸⁾

Delegatus etiam datus cum clausula "appellatione remota" recusari potest, si est consanguineus impetrantis, vel si fuit advocatus eius in illa causa.

Lucius III. Galtero Linconiensis⁶⁹⁾ Episcopo.

Postremo fraternitati tuae literis praesentibus intimamus, quod, si causa alicui fuerit delegata, qui consanguineus sit illius, qui literas impetravit; aut in eodem negotio advocati officio functus, vel ex alia "quacunque" iusta⁷⁰⁾ causa suspectus, huiusmodi delegatus non immerito poterit recusari, quamvis appellatione remota fuerit ei⁷¹⁾ negotium delegatum.

CAP. XXXVII.⁷²⁾

Sententia interdicti non suspenditur per appellationem sequentem.

Idem Norvicensi Episcopo.⁷³⁾

Ad haec, quoniam sub interdicto alicui constituti appellant, et deinde illud⁷⁴⁾ servare contemnunt, quid in hoc casu servandum sit consulere voluisti. Noveris igitur⁷⁵⁾, quod, sicut post appellationem excommunicari non possunt, sic interdictum nequeunt, qui ante appellationem eos constat suppositos⁷⁶⁾, declinare.

CAP. XXXVIII.⁷⁷⁾

Iudex appellationis remittit appellantem et causam ad priorem iudicem, nisi sibi constiterit a gravamine vel iniusta sententia fuisse appellatum.

Clemens III.⁷⁸⁾

Quum in ecclesia "Dei pro diversitate ordinum et honorum iurisdictionis praesidentium nunquam in subditiis varietur, et venerabiles fratres nostri episcopi concessam sibi potestatem exerceant in reddendis iuribus subditorum populorumque, evenit, ut non consideratione iustitiae, sed voluntatis propriae libertate pensata, quae sua sunt, non quae Iesu Christi quaerentes, ipsorum episcoporum iudicium potestatemque declinent appellationis refugium usurpantes, cuius auxilium iuste interponendum ad praedictum innocentium noscitur institutum." Accepimus autem venerabilis fratris nostri Linconiensis episcopi transmissa nobis conquestione querelam, "quod quidam clerici de Gual.⁷⁹⁾ "gravaminis necessitate non compulsi et ullius oppressionis mole gravati, sed solo praetextu excutiendi a se iugum ecclesiasticae disciplinae, ut possint liberius in sui erroris et iniqui propositi libertate bacchari, ab audientia tua vocem appellationis emittunt, et" occasione iudicii tui, quod velle observare se iactant, Linconiensis⁸⁰⁾ episcopi iudicis ordinarii sine causa rationabili cognitionem evitant. Unde⁸¹⁾ "quum appellationis diffugium non ad defensionem iniquitatis, sed ad remedium oppressorum et iniuste damnatorum tam canonica quam civilia iura induxerunt ad statuta Lateranensis concilii non est subditorum

B. — Pampillon.: Cont., Böhm. — 66) debeat: Comp. II., Böhm. — 67) consentient: Comp. II.

Cap. XXXVI. 68) Restitutum ex App. X. 18., Comp. I. h. t. c. 45. — 69) Wallinon.: Comp. I. Aug. — W. Lincon.: Ms. — Gualtero Linconen.: Böhm. — add.: P. C. Ad aures, cf. c. 8. de resc. I. 3. — 70) omitt. App. — 71) omitt. C. H., App.

Cap. XXXVII. 72) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 45. — 73) add.: P. C. Quaesitum: Comp. I. — cf. c. 9. de resc. I. 3. — 74) interdictum: Comp. I. — 75) abest a Comp. I. — Nos igitur respondemus: C. R. 1. — 76) esse supp.: C. R. 2.

Cap. XXXVIII. 77) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 385., Comp. II. h. t. c. 11. — 78) Ludinensi archiep.: Luc. — leg. vid.: Lugdunensi. — 79) Gualis: C. R. 1. — Gualis: C. L. — Guillad: C. H. — Gulendo.: Comp. II. Ms. A. — Valantnon.: Aug. — Vallade: Ms. B. — Guilan.: Luc. — 80) Lincolnen. episcopo: Böhm. — Lincolien.: C. R. 2. — eiusdem: Comp. II., Luc. — 81) Quia vero . . . fraternit. tuam literis praesentibus duximus committendam, per ap. scr. tibi mandantes: Luc.

huiusmodi appellatio admittenda, quae non porrigitur, nisi ubi digna correctio eludi valeat praelatorum, et omnium, qui in partes sollicitudinis ecclesiarum disponente Domino convocantur, interesse dignoscitur, ut sua cuique iura illibata serventur, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si quando contigerit, aliquem de praedictis clericis a praefato episcopo ad⁸²⁾ tuam audientiam appellare, non ante audientiam sibi praebas, nec eius appellacionem admittas, quam tibi⁸³⁾ constiterit, eam⁸⁴⁾ vel a gravamine vel iniusta condemnatione porrectam; alioquin ipsum ad praedicti episcopi audientiam⁸⁵⁾ remittas, appellacione remota in suae discussionis examine iusto eius iudicio pariterum. Sic etenim contumacia refrenabitur etc.

CAP. XXXIX.⁸⁶⁾

Si appellans, qui non prosequitur, redit ad iudicem a quo, et iterum gravatur, non obstante prima desertione potest iterum appellare. H. d. et est casus notabilis. Panormit.

Idem.

Directae nobis tuae literae demonstrarunt⁸⁷⁾, quod, quum in tua praesentia causa cuiusdam matrimonii tractaretur, in qua pars viri consanguinitatis vinculum opponebat, et pars mulieris ad eadem apostolicam appellasset, nec appellacionem suam praefixo termino fuerit prosecuta, postmodum ea renunciante appellacioni, quam fecerat, tu in causae cognitione procedens de parentela testimonium recepisti. Verum quia mulieris pars iterum appellavit, a nobis postulas, utrum ad calculum sententiae procedere valeas, edoceri. Respondemus igitur⁸⁸⁾, quod, licet iuxta decretum Lateranensis concilii, postquam in termino proseguenda appellacionis⁸⁹⁾ statuto appellans suam appellacionem non fuerit⁹⁰⁾ prosecutus, auctoritate tua libere possis uti, tamen, quia iterum appellavit, quum secundum iura ei licuerit in eadem causa bis⁹¹⁾ appellare⁹²⁾, a iurisdictione tua se fecit exemptam, praesertim quum hic ad separationem matrimonii, quod est res favorabilis, intentio viri procedat, nihilque agendum sit, nisi quod suspicione careat, etc.

CAP. XL.⁹³⁾

Sententia excommunicationis, suspensionis vel interdicti lata sub conditione suspenditur, si ante conditionis eventum fuerit appellatum. H. d. inhaerendo verbis literae, ut sic satisfaciat cuilibet lecture. Et est decisio subtilis et multum allegabilis.

Coelestinus III.⁹⁴⁾

Praeterea requisiti fuimus, si quis iudex ita⁹⁵⁾ protulerit sententiam⁹⁶⁾: „nisi Sempronio⁹⁷⁾ infra⁹⁸⁾ XX.⁹⁹⁾ dies satisfeceris, te excommunicatum vel suspensum aut interdictum esse cognoscas, et ille, in quem fertur talis sententia, medio tempore appellans, ad diem statutum minime satisfecerit¹⁰⁰⁾, utrum ille sententia tali ligetur, aut²⁾ interpositione appellacionis tutus existat? Videtur autem nobis, quod huiusmodi sententiam³⁾ appellacionis obstaculum debeat impedire. Dat. Lat. Ao. III. [1193.]

CAP. XLII.⁴⁾

Si per rescriptum committantur plures articuli connessi, et in uno remaneat appellatio, intelligitur remota etiam in aliis. Hoc dicit. — §. 1. Causa suspencionis proponenda est coram iudice, qui recusatur, et prohibenda coram arbitris. H. d.

Idem.⁵⁾

Secundo requiris⁶⁾, quum, pluribus articulis in una commissione positus, in uno tantum contingit appellacionem⁷⁾ expresse vetari, utrum appellatio teneat, si super aliis fuerit appellatum? In quo tibi⁸⁾ respondemus, quod, quum secundum B. Gregorium verba

intentioni deserviant⁹⁾, et haec¹⁰⁾ sit nostra¹¹⁾ intentio, ut de omnibus articulis, qui in commissione nostra ponuntur, iustitia non obstante appellacione¹²⁾ suum consequatur¹³⁾ effectum, in omnibus appellatio intelligitur interdicta. Nihil enim interest, utrum appellatio inibeatur primo an secundo¹⁴⁾, medio an¹⁵⁾ in fine, quum, sicut utriusque iuris argumenta expressa nos docent, et ea, quae in principio¹⁶⁾ rescriptorum, ad medium et ad finem, illa¹⁶⁾ vero, quae in medio, ad finem atque principium saepe¹⁷⁾ referri contingat. §. 1. Tertio¹⁸⁾ postulas edoceri, quum aliquis iudicem tanquam suspectum recusat, an causam suspicionis debeat allegare, et causam, nisi manifesta sit, coram eodem iudice probare teneatur; utrum etiam iudex possit in ipso negotio procedere, si ille, qui suspicionem obiicit, causam eius non velit aut non possit in iure probare. Consultationi tuae taliter respondemus¹⁹⁾, quod, quum aliquis iudicem proponit se²⁰⁾ habere suspectum, suspicionis causam coram eodem iudice allegare tenetur; ne possit alius quilibet pro suae voluntatis arbitrio quodlibet iudicium frustratorie declinare; sed partes, ut²¹⁾ in aliquem iudicem vel aliquos non valde remotos conveniant, per eundem²²⁾ iudicem, qui nominatur suspectus, debent cogi, coram quo vel quibus si causa suspicionis infra²³⁾ terminum competentem probata non fuerit, tunc demum auctoritate sua iudex²⁴⁾ utetur. Quodsi coram ipsis, in quos convenitur, eiusdem causa suspicionis probata fuerit, causae cognitioni²⁵⁾ supersedere tenebitur iudex recusatus²⁶⁾. Ipsa namque ratio dicit, et plurimus probatur exemplis, quod²⁷⁾ suspecti et inimici iudices esse non debent²⁸⁾, quum, sicut decretale perhibet institutum, nil gratius et amabilius quis dare valeat inimico, quam si ad impetendum commiserit, quem laedere et damnificare intendit. Illam vero praeterea quaestionem quarto loco proponis, etc. Quinto igitur etc. [cf. c. 21. de off. iud. del. I. 29.] Dat. Lat. XV. Kal. Iul. Pont. nostr. Ao. III. [1193.]

CAP. XLII.²⁹⁾

Non tenetur iudex vel adversarius deferre appellacioni, cui non detulit appellans.

Idem.³⁰⁾

An sit deferendum appellacioni illius, quem³¹⁾ adversarius de exspoliacione³²⁾ post appellacionem legitime interpositam sibi facta³³⁾ paratus est in continenti convincere, nos duxisti per tuos nuncios³⁴⁾ consulendos. Respondemus itaque, quod, quum in eo quis³⁵⁾ puniendus sit, in quo deliquit, qui appellacioni³⁶⁾ deferre neglexit³⁷⁾ se beneficio reddit³⁸⁾ appellacionis indignum, unde nec et appellanti esse deferendum censemus.

CAP. XLIII.³⁹⁾

Habet duos intellectus; secundum primum hoc intendit: Merus executor non recusatur, nec ab eo appellatur, nisi modum excedat, maxime si est datus cum clausula: „appellacione remota.“ Secundum alium intellectum h. d.: A iudice suspecto non receditur per appellacionem, nisi modum excedat.

Innocentius III. illustri regi Francorum.

Novit ille, qui nihil ignorat: (Et infra: [cf. c. 7. de off. leg. I. 30.]) Praeterea dictam⁴⁰⁾ interdicti sententiam ipse⁴¹⁾ cardinalis non edidit, sed potius publicavit, nec fuit dictator ipsius, sed verius⁴²⁾ executor. Unde quum secundum ius canonicum et legale⁴³⁾ ab executoribus appellari non possit, nisi forsitan modum excederet in⁴⁴⁾ exsequendo, nos etiam in literis⁴⁵⁾ super hoc directis ad ipsum appellacionis curavimus obstaculum inhibere, appellacioni ab eo interpositae⁴⁶⁾ non fuerat deferendum. De suspicionis autem obiectu⁴⁷⁾, licet eum merito tibi suspectum non⁴⁸⁾

Cap. XXXVIII. 82) omitt. ead. — 83) si tibi: C. H. — 84) ab appell. illius: Luc. — appellacionem ipsius: Comp. II. Aug., Ms. A. — omitt. Ms. B. — 85) ad praefati episcopi auditorium: Coll. citt.

Cap. XXXIX. 86) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 43. — 87) demonstrant: C. H. — declarant: Comp. II. Aug. — destinant: Ms. A. — continebant: Ms. B. — 88) praesenti pagina respondemus, quod: Comp. II., Böhm. — 89) appellacioni: Böhm. — 90) fuerat: — C. R. H. — 91) omitt. C. H. — 92) app. secundo: C. R. I. L., Comp. II. Aug., Ms. A. — app. secundo: C. R. 2. — appellare, sic: Comp. II. Ms. B.

Cap. XL. 93) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 377. Comp. II. h. t. c. 14. — 94) add.: P. C. A nobis: Comp. II. — cf. c. 21. de sent. et exc. V. 39. — 95) omitt. Comp. II. Ms. B. — 96) abest a Luc. — 97) Semproniano: Aug. — 98) intra: Cont., Böhm., Comp. II. Luc. — 99) X: Comp. II., Luc. — 100) satisfaciit: Luc. — 1) lata tali: Comp. II. Ms. A. — 2) an: Comp. II., Luc. — 3) sententia: Luc.

Cap. XLII. 4) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 372., Comp. II. h. t. c. 16. — 5) add.: P. C. Prudentiam: Comp. II. — cf. c. un. de mut. pet. II. 4. — 6) quaeris: Comp. II. Ms. A. — 7) appellacione remota: Luc. — leg. vid.: appellacionis remedium. — 8) In hoc taliter resp.: Coll. citt. — 9) deserviant: Luc., Comp. II. Aug., Ms. B. — 10) omitt. Luc. —

11) nostrae mentis: Comp. II. Ms. A. — 12) sortiatur: Luc. — 13) omitt. Luc. — 14) aut: C. R. 1. — an etiam: Comp. II. Ms. A. — licet etiam: Luc. — 15) principio, medio et ad: C. H. — 16) et quae in fine, ad principium atque medium saepenumero referri contingit: Luc. — 17) omitt. C. H. — 18) add.: loco: ibi. — 19) In hoc nimis duximus dandum (dare): Luc., Comp. II. Ms. B.) tale cons. tuae (vestrae): Luc.) resp.: Coll. citt. — 20) omitt. Comp. II. Ms. A. — 21) omitt. id. — 22) add.: tamen: id., Aug. — 23) intra: Cont., Böhm., Luc. — 24) omitt. Coll. citt. — 25) a causae cognitione: Coll. citt. — 26) reprobatas: Comp. II. Ms. A. — omitt. Ms. B. — 27) quia: Comp. II. — 28) debeant: Luc.

Cap. XLII. 29) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 383., Comp. II. h. t. c. 17. — 30) Item (i. e. Coelestinus III.) Cantuariensi archiep.: Luc. — 31) quam: Comp. II. Ms. A. — 32) spoliacione: Luc. — 33) factam: C. R., Comp. II. Ms. A. — 34) nuncium tuum: Luc. — 35) omitt. C. R. H., Coll. citt. — 36) appellacionem: Luc. — 37) neglexerit: C. R. 2. L. — 38) reddidit: C. R. H., Coll. citt.

Cap. XLIII. 39) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — 40) verus: Comp. III. Aug. — 41) omitt. C. R. H., Comp. III. — 42) et nos in (omitt. Aug.) literis: Comp. III. — 43) app. huiusmodi: ead. — 44) obiectis: Böhm. — suspicione . . . obiecta: Cont. — 45) omitt. Cont.

fuisse credamus, non tamen, et si fuisset, propter appellationem interpositam ab eo desistere debuisset, ad quod non proprio motu, sed nostro potius praecepto procedisset.

CAP. XLIV.⁴⁶)

Si appellatio recipitur a iudice, vel approbatur a parte, terminus ad eam prosequendam praefixus obtinet vicem peremptorii, ut in absentem procedatur, ac si peremptorie fuisset citatus; nec talis terminus praeveneri poterit ab aliquo partium.

Idem.

Saepe contingit, quod, quum ad nostram audientiam appellatur, propter defectum partis alterius neque per se, neque per responsalem idoneum appellationem interpositam prosequentis, vel forsitan ex malitia subsequentis⁴⁷) responsalis mandatum procuratorium⁴⁸) occultantis, lites, quae de facili poterant terminari, remaneant indecisae, quum frequenter iuris quaestio moveatur, cuius apud nos probationes necessariae in contrario⁴⁹) non existunt, et interdum etiam facti quaestio de levi posset partibus praesentibus comprobari. Unde, licet in Lateranensi concilio fuerit constitutum, ut, si in quocunque negotio aliquis appellaverit⁵⁰), et eo, qui appellatus fuerat, veniente, qui appellavit⁵¹) venire neglexerit, competentem illi recompensationem⁵²) faciat expensarum, ut hoc saltem timore deterretur⁵³) in gravamen alterius non facile quis appellet; quia tamen propter hoc quaestiones nihilominus prorogantur, *volentes, ut finis litibus imponatur, et ne fraus et dolus alicui suffragentur, de consilio fratrum nostrorum* praesenti decreto statuimus, ut, si huiusmodi appellatio vel⁵⁴) a iudice recepta, vel a parte fuerit approbata, post terminum appellationi praefixum edicti peremptorii vires obtineat, ita videlicet, ut extunc in absentem perinde⁵⁵) procedatur, ac si peremptorie vocatus ad iudicium existisset. Quodsi forsitan interposita provocatio malitiose recepta vel approbata non fuerit, quum constiterit legitime provocatum, nihilominus eam vigorem volumus obtinere, salvis constitutionibus de provocantibus⁵⁶) post sententiam promulgatis; quibus appellationes suas⁵⁷) prosequi non curantibus, post terminum appellationi prosequendae praefixum rata manet⁵⁸) sententia, quae fuerat appellatione suspensa. Quicquid autem contra citationem peremptoriam posset ab absente proponi, adversus appellationem huiusmodi valeat allegari. Si quis autem terminum appellationis praeveniens tacita veritate⁵⁹) literas impetravit⁶⁰), et careat impetratis, et poenam contumaciae non evadat⁶¹). Hoc⁶²) autem in litibus sive iudiciis⁶³) exercendis volumus observari.

CAP. XLV.⁶⁴)

Appellatione deserta per negligentiam appellantis, potest iudex ex officio procedere in casibus, in quibus eius officium exuberat. Et est casus valde notabilis.

Idem Lemovicensi et Caturcensi Episcopis.⁶⁵)

Constitutus in praesentia nostra *dilectus filius G.* archidiaconus Claremontensis⁶⁶) *ecclesiae* nobis exposuit, quod *olim* Claremontensi decanatu vacante, *abbas, cantor et* quidam *Claremontenses* canonici vota sua in *venerabilem fratrem Claremontensem* episcopum transtulerunt, et episcopum cum quibusdam aliis expresse consentientibus in eundem⁶⁷) archidiaconum ei contulit decanatum, XI.⁶⁸) *tantum* canonicis prius appellantis, ne quis assumeretur praeter assensum omnium in decanum, quum electioni⁶⁹) eius *alii* XXV. tum per⁷⁰) se, tum episcopo⁷¹) medio consentirent. Quumque *dilectus filius P. tit.* sancti Marcelli presbyter cardinalis tunc⁷²) apostolicae sedis legatus per partes illas transitum faceret, non ut appellationi *ad nos* interpositae derogaret, sed ut⁷³) instructam transmitteret ad nos causam, *dilectis filiis* sancti Egidii⁷⁴) et sancti Andreae abbatibus examinationem delegavit ipsius, et mandavit eisdem, ut partem contradicentem electioni decani citarent ad ipsum, contradictionis suae causam in eius praesentia ostensuram. (Et infra:) Intellecto igi-

tur per assertionem cardinalis *praedicti*, quod sub ea forma fuerat appellatum, ne *scilicet* sine assensu⁷⁵) omnium procederetur in electione decani, et quod⁷⁶) appellantes appellationem⁷⁷) infra⁷⁸) annum non fuerant prosecuti, nec erat, propter quod eis esset biennium indulgendum, quum, sicut bis infra⁷⁹) tempus legitimum simplicem nunciunt ad sedem apostolicam destinant⁸⁰), sic potuissent saltem semel procuratorem idoneum destinasse; ne tamen peremptoriae exceptiones ex eorum parte propositas videamur sub silentio praeterire; *fraternitati vestrae per apostolica scripta* mandamus, quatenus *de his inquiratis diligentius veritatem, et,* si vobis constiterit, archidiaconum⁸¹) facto episcopi, ex quo nititur, sponte renunciassse, vel praedictum episcopum processisse ad electionem ipsius, praetermissis praedictis, sine quibus ne procederet⁸²) in illa translatione voluntatum, ex qua nititur archidiaconum, proponitur esse actum, ei super decanatu *ipso* silentium imponatis; alioquin nominationem seu electionem taliter factam de alio, et quicquid fuerit⁸³) secutum ex ipsa, *sublato appellationis obstaculo* denunciatis *auctoritate nostra* irritum et inane.

CAP. XLVI.⁸⁴)

Contra electum vel confirmatum, nullum aliud ius expectantem, non admittitur regulariter exceptio vel appellatio, maxime frustratoria ad impediendum electionis vel confirmationis effectum; sed possessione habita poterit accusari vel denunciari. H. d. et secundum hoc est casus notabilis.

Idem Cancellario Metensi.

Constitutus in praesentia nostra *dilecto filio I.* decano⁸⁵) *ecclesiae* sancti Salvatoris, et⁸⁶) *dilecto filio G.* cantore Metensi *et D. scholastico eiusdem ecclesiae tuae procuratoribus benignam curavimus audientiam indulgere. Fuit autem ex tua parte propositum, sicut etiam venerabilis frater noster* Metensis episcopus *per suas nobis literas* intimavit, quod, sancti Salvatoris praepositura vacante, die electioni praefixo, *intelligens praedictus D. episcopus, in duas partes fratrum vota divisit. (Et infra:)* Per Patrem et Filium et Spiritum sanctum in virtute obedientiae, ac sub⁸⁷) animae periculo canonice adiuravit, ut secundum Deum et⁸⁸) iuxta conscientiam suam *tantum* unum eligerent de duobus, in quos *iam* partes videbantur oculos extendisse, quem ecclesiae magis⁸⁹) utilem et idoneum reputarent. Decanus autem cum duobus diaconibus et subdiaconibus tribus dictum⁹⁰) cantorem *maioris ecclesiae cognatum suum* in praepositum nominavit. Cantor vero ipse⁹¹), qui presbyterali officio fungitur, et custos cum scholastico et magistro B.⁹²) sacerdotibus, Levitis duobus, et subdiaconibus quinque te concorditer elegerunt, cuius electionem tanquam a maiori et saniori parte capituli factam, quum de personae tuae honestate⁹³) constaret, praedictus episcopus⁹⁴) confirmavit. Et quum tibi vellet domum⁹⁵) et investituram porrigere, ut est moris, decanus ad⁹⁶) sedem apostolicam appellavit, contra te impotentiam duntaxat allegans. *Licet autem episcopus appellationi huiusmodi non crederet deferendum, quum felicis recordationis Alexander Papa praedecessor noster in concilio Lateranensi statuerit, ut, nisi a praecioribus et inferioribus aliquid rationabile obiectum fuerit et ostensum, appellatione remota semper praevaleat et sum consequatur effectum quod a maiori et saniori parte capituli fuerit institutum, nobis tamen humiliter deferens et devote ab incestitura cessavit. Fuit autem propositum ex adverso, quod decanus, qui maiorem locum obtinet in ecclesia memorata, cum duobus antiquioribus diaconibus et tribus subdiaconibus de antiquis ecclesiae intelligens, quod propositus administrationem temporalium debeat exercere, ideoque ille ad hoc utilis, qui potentior reputetur, bono zelo praedictum E. in praepositum nominavit, scientem ecclesiae providere ac potentem iura et possessiones ipsius, si esset necesse, in forti manu et brachio extenso tueri. Unde quum pars altera, licet maior numero, auctoritate tamen inferior, te in praepositum nominasset,* proponendo⁹⁷) te in partibus illis, quasi penitus impotentem, in quibus

Cap. XLIV. 46) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 584. Comp. III. h. t. c. 2. — 47) abest a C. R. H., Comp. III. Rain. — 48) omitt. Böhm. — 49) in contr.: non exstant in C. R. H.; Comp. III. Rain. — 50) appellaret: Comp. III. — 51) appellaverit: ib. — 52) compensationem: C. H. — 53) perterritus: C. R. — 54) omitt. Comp. III. Aug. — 55) abest a Comp. III. Ms., Rain. — 56) provocantibus: Rain. — 57) appellationem suam: C. H. — 58) maneat: C. R. 2., Rain. — 59) tacite: C. R. 2. — 60) impetraverit: C. H. — 61) reportari: Comp. III., Rain. — 62) evadat: Comp. III. Aug. — 63) Haec: ead. — Haec... observari: omitt. Rain. — 64) in iud.: C. R. 2. L., Comp. III. Ms.

Cap. XLV. 64) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 3. — 65) Cantuarien.: Böhm. ex Cont. — Caturcenen.: Comp. III. Aug. — 66) Claremonten.: Comp. III. per tot. — et. c. 38. de test. II. 20. — 67) omitt. Comp. III. — 68) unde: ead. Ms. — 69) in electione: ead. — in electionem: Aug. — 70) pro: Comp. III. — 71) tum cum ep.: C. R. — 72) omitt. C. H. — 73) omitt. Comp. III. Ms. — 74) Illud: C. R., Comp. III. Aug. — Illu-

di: Ms. — 75) praeter assensum: Comp. III. Aug. — 76) atque: ib. — 77) add.: suam: C. R. 2. — 78) intra: Cont., Böhm. — 79) intra: id. — 80) destinant: Comp. III. Aug. — 81) archidiaconum facto episcopi, ex quo nititur sponte renunciassse, vel praedictum episcopum ad electionem ipsius praetermissis praedictis, sine quibus in (omitt. Aug.) illa translatione voluntatum, ex qua (quo: Aug.) archid. nititur, actum proponitur, ne procederet, processisse, ei super decanatu etc.: Comp. III. — 82) procederent: C. R. 2. — 83) fuit subsecutum: Comp. III. Ms. — 84) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 4. — 85) N. decano: Cont., Böhm. — 86) omitt. Comp. III. Ms. — et... cant. Met.: omitt. Aug. — 87) super: Comp. III. Ms. — 88) omitt. C. R. 1., Comp. III. Aug. — seq.: iuxta: omitt. C. R. 2./H. — 89) et mag.: C. R. 2., Comp. III. Ms. — 90) E. cantorem: Comp. III. — 91) cantor autem, qui: ib. — 92) Bernardo: ib. — 93) idoneitate: ib. — 94) omitt. Comp. III. Ms. — 95) domum: ib., C. R. 1. L. — 96) omitt. Comp. III. — 97) omitt. Comp. III.

praepositurae possessiones existunt, "tum propter hoc, tum quia episcopum habebat de iure suspectum, ad sedem apostolicam appellavit," addens, quod alia tibi obiceret in praesentia nostra, quae tunc in praesentia iudicis suspecti noluit explicare; "sed episcopus appellationi non deferens nominationem de te factam nihilominus confirmavit." Nos ergo⁹⁸), "auditis his et aliis, quae fuerant hinc inde proposita," quia constitit evidenter, illam appellationis causam, quae fuit⁹⁹) "exposita et" expressa, rationabilem non fuisse, aliam autem tunc¹⁰⁰) non "opposuit vel" expressit, etsi dixerit idem decanus, quod aliam¹) vellet obicere coram nobis, "de consilio fratrum nostrorum" decernimus²), tuae confirmationis effectum non debere per³) ea, quae sunt proposita, impediri. Si quid tamen contra te non in modum exceptionis ad impediendum electionis⁴) et confirmationis effectum, sed in modum denunciationis vel accusationis duxerit proponendum; postquam pacificam ipsius praepositurae possessionem fueris assecutus⁵), proponendi licentiam non negamus.

CAP. XLVII.⁶)

Appellari potest, si locus non tutus partibus assignatur, etiamsi sit scriptum appellatione remota.

Idem Vigoriensi⁷) Episcopo.

Ex parte tua "fuit propositum coram nobis, quod, quum inter Anglicos et Wallenses sint inimicitiae manifestae, et ad partes illas Anglicis periculum sit transitus, pro viarum periculis et guerra, quae inter gentes illas frequens esse dignoscitur vel continua, multi de causis suae meritis diffidentes, te aliquando vel tuos auctoritate litterarum nostrarum trahere satagunt ad iudices in Wallia constitutos, ut sic indefensas causas etiam iustissimas relinquantis, vel compositionem subeatis iniustam pariter et damnosam. Quum igitur causas, quas committimus, sic velimus sine debito terminari, quod neutra partium contra iustitiam aggravetur, fraternitati tuae Praesentis pagina "taliter" respondemus, quod, quum⁸) excusetur honeste qui ad praesentiam delegatorum iudicum non potest secure venire citatus, tu vel tui, quotiens ad illos iudices vos evocari contigerit⁹), ad quorum praesentiam vobis¹⁰) periculo¹¹) est ire, libere poteritis¹²) "ad sedem apostolicam" appellare, etiamsi in literis commissionis "nostrae" appellationis fuerit remedium interclusum, nisi iudices "ipsi" vobis assignent locum idoneum et securum. "Dat. Lat. X. Kal. Mai. Pontif. nostr. Ao. V." [1202.]

CAP. XLVIII.¹³)

Licite appellat reus, si non auditur petens, procuratorem actoris non habere sufficiens mandatum, vel se prius consentum per alias literas, de quibus non fit mentio in secundis. Huc dicit quoad titulum.

Idem Episcopo¹⁴), Decano et Praeceptorum Herfordensis.

Significavit nobis "dilectus filius Ioannes" magister hospitalis Eboracensis, "quod, quum P. quondam rector hospitalis ipsius diem clausisset extremum, venerabilis frater noster Eboracensis archiepiscopus, ad quem et praedecessores suos hospitalis eiusdem ordinatio pertinuit ab antiquo, nolens ipsum ex defectu rectoris dispendium sustinere, dictum I. presbyterum eiusdem domus a suis fratribus unanimiter in rectorem electum praefecit ibidem, sperans, quod domus ipsa per ipsum tam in temporalibus quam spiritualibus susciperet incrementum; procedente vero tempore decanus et capitulum Eboracensis ecclesiae, tanquam ad ipsos hospitalis eiusdem ordinatio pertineret, magistrum ipsum a suae administrationis officio removere volentes, literas super hoc apostolicas ad decanum Lincolnensem et suos coniudices impetrarunt, quarum auctoritate in ius vocari fecerunt tam archiepiscopum quam rectorem. Partibus igitur die sibi peremptorie assignata coram ipsis

iudicibus constitutis, iudices vices suas aliis commiserunt, sola sibi definitio sententia reservata." Praeterea capitulum Eboracense auctoritate quarundam litterarum, in quarum sigillo continebatur sigillum capituli ad citationes tantum, quum aliud sigillum capitulum illud noscatur habere, "per ipsum" quendam constituebatur actorem. Sed¹⁵) licet idem magister allegaverit, quod "idem" occasione litterarum illarum actor non deberet¹⁶) admitti, et insuper adiunxisset, quod auctoritate litterarum quarundam a nobis "super hoc" ad alios iudices¹⁷) obtenturam, prius conventus¹⁸) non debuit per literas posteriores, in quibus nulla fiebat¹⁹) mentio de prioribus, conveniri, iudices tamen exceptiones huiusmodi admittere noluerunt, propter quod²⁰) vocem ad nos appellationis emisit. Quocirca "discretionem vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus "inquiratis super praemissis diligentius veritatem, et" si vobis constiterit, ob dictas causas vel "ob" earum²¹) aliquam ad nostram²²) fuisse audientiam appellatum, revocato²³) in irritum quicquid post appellationem huiusmodi²⁴) noveritis²⁵) esse factum, partes²⁶) etc. "Dat. Lat. II. Id. Mai." [1204.]

CAP. XLIX.²⁷)

Licite appellat reus, si non auditur petens declarari rem petitam in libello.

Idem Magistro G. Archidiacono et W. normanno²⁸) canonicis Suessionensibus.

Significantibus T. et R. fratribus nostro fuit apostolatus declaratum, quod, quum inter ipsos ex una parte, et V. ex altera super quadam terra coram iudicibus delegatis quaestio verteretur, ipsi, quum plures terras haberent, ut terra illa, super qua quaestio vertebatur, ostenderetur eisdem, a iudicibus postularunt. Quod quum ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam provocarunt. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, revocato in statum debitum, si quid post appellationem²⁹) noveritis attentatum, etc.

CAP. L.³⁰)

Index a quo non potest statueri terminum ad finiendam appellationem, quod si fecerit, intelligitur statuisse ad se praesentandum.

Idem Eboracensi³¹) Episcopo, et de Luc.³²) et de Monte Molli Abbatibus.

Ex insinuatione "dilectorum filiorum" prioris et canonicorum sanctae Barbarae nobis innotuit³³), quod, quum inter ipsos ex una parte, et V.³⁴) camerarium de Tangar.³⁴) "Rothomagensis dioecesis" ex altera super³⁵) quodam manerio coram iudice ordinario, "non ex delegatione nostra," quaestio verteretur, et idem camerarius ad nostram audientiam appellaverit³⁶) "ab eodem, suae" appellationi terminum "aliquem" non praeficiens, dictus iudex³⁷), qui causam illius videbatur fovere pro eo, quod quidam clericus commensalis suus "iam" dicti camerarii in eadem causa fuerat advocatus, "deceptorie et contra consuetudinem" hunc³⁸) terminum appellationi praefixit, ut ad festum Purificationis "sanctae Mariae" utraque pars esset ab appellationis prosecutione reversa, licet nobis non potuerit legem imponere, ut eam³⁹) teneremur⁴⁰) infra⁴¹) dictum terminum expedire, quum et secundum legitimas⁴¹) sanctiones illa, quae in consistorio principis operatur inferri, abque damno morae intacta permaneat, donec ipsam⁴²) faciat introduci, et a proceribus dirimi iuxta morem. Interim autem nuncius camerarii "supra dicti" praeveniens nuncium eorundem, nec "ab" ipso usque ad terminum legitimum expectato, impetravit literas et recessit. Quia vero fraus et dolus alicui patrocinari non debent, "discretionem vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si est ita, partibus convocatis audiatis causam⁴²) etc.

Cap. XLVI. 98) igitur: Comp. III. Aug. — 99) fuerat: C. H. — 100) causam: ib. — 1) alia: Comp. III. — 2) decrevimus: Cont. Böh. — 3) propter: Comp. III. Aug. — 4) electionem: C. R. 1. — 5) consecutus: C. H.

Cap. XLVII. 6) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 23. — Comp. III. h. t. c. 5. — 7) Wigornien.: C. R., Comp. III. — Vigoriensi: Reg. — 8) quod quum talis excusatio sit honesta, quum ad: Comp. III., Reg. — 9) contingit: C. R. 2. — 10) omittit: C. H. — 11) periculum: Comp. III. — 12) poterit: C. R. 1.

Cap. XLVIII. 13) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 60. — Comp. III. h. t. c. 6. — 14) P. episc. et dec. etc.: Comp. III. Aug. — 15) Sed licet pars allegasset adversa: Comp. III., Reg. — 16) debuit: ib. — 17) ad ven. fr. n. Eliensem episcopum et suos coniudices: ib. — 18) consentum erat, quare non debuit: C. L. — prius erat conventa, quare non debuit: Comp. III., Reg. — 19) fuerat: Cont. Böh. — 20) quapropter pars eadem: Comp. III., Reg. — 21) aliarum: C. L. — 22) vestram: Comp. III. Aug. — 23) revocatis: C. R. 1. — 24) app. ad nos legitime interpositam inveneritis (noveritis: Comp. III.)

attentatum: Comp. III., Reg. — 25) noveris: C. H. — 26) alioqui partes: C. R. 1.

Cap. XLIX. 27) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 7. supra c. 2. de lib. obl. II. 3. — 28) Via. Normanno: Cont. — Wornanno: Böh. — inscriptionem Comp. III. et varias lectiones ex eadem collectas retulimus in adnot. ad cit. c. X. de lib. obl. — 29) add.: huiusmodi: C. R. H.

Cap. L. 30) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 8. — 31) Abricen. Abten.: Ms. (leg. Abrincen. cum C. R. 2. H. I., Avranches) et de Hatic. (Haten.: Ms.) et de Monte Morell. abbatibus Abricen. dioecesis: Comp. III. — 32) Lucen.: C. L. — 33) innotuisse noscatis: Comp. III. — 34) W.: ead. — 34) Tangari: C. L. — Tangarivill.: C. R. 2., Comp. III. Ms. — Tankarvill.: Aug. — 35) super manerio (maneris: Ms.) de Monvill.: Comp. III. — 36) appellavit: C. H. — 37) idem ordinarius, qui causam eiusdem camerarii fovere videbatur latenter eo, quod: Comp. III. — 38) tunc: C. R. 1. — 39) enim: Comp. III. — 40) teneretur: C. H. — 41) intra: Cont., Böh. — 41*) cf. Auth. Sed. et his Cod. de temp. app. — 42) ipse: Comp. III. — 42*) et auditis hinc inde propositis causam super his app. remota mediante iustitia terminetis: ead., Böh.

CAP. LI.⁴³⁾

Qui extra iudicium appellat ex oerisimilibus et probabilibus causis, ne in possessione molestetur, si postea spoliatur, restituitur ante omnia in statum, in quo erat tempore appellationis emissae. H. d. Inhaerendo verbis litterae, et ut mos geatur unicuique lecturae. Panormitan.

Idem Rosensis⁴⁴⁾ et Londoniensis⁴⁵⁾ Episcopis.

Bonae memoriae O. de Camera persona ecclesiae de Fan.⁴⁶⁾ viam universae carnis ingresso, dilectus filius⁴⁷⁾ abbas sancti Augustini Cantuariensis⁴⁸⁾ eiusdem ecclesiae, quam ad se asserit pertinere, primo per quosdam monachos, secundo per se ipsum possessionem ingressus, ad nos plures voces appellationis emisit, ne quis eum super possessione ipsius⁴⁹⁾ ecclesiae praesumeret indebitum molestare. Quumque aliquandiu praedictam ecclesiam pacifice possideret, quidam laici Cantuariensis dioecesis in ipsum abbatem et monachos infra eandem ecclesiam usque ad effusionem sanguinis manibus iniectis temere violentis, eos de possessione ipsius ecclesiae⁵⁰⁾ per violentiam eiecerunt. Nos igitur, audita praedictorum saevitia laicorum, eisdem abbati et monachis super tanta iniuria irrogata paterna volentes sollicitudine providere, venerabili fratri nostro Eliensi episcopo et suis coniudicibus dedimus firmiter in mandatis, ut, si res taliter se haberet, laicos ipsos et eorum complices tandiu appellatione remota publice nunciarent et mandarent ab omnibus arcius evitari, donec passis iniuriam satis facerent competenter, et cum suarum testimonio litterarum apostolico se conspectui praesentarent, auctoritate quoque nostra sub interminatione anathematis districtius insisterent, ne quis in civitatibus, oppidis, villis et aliis locis, ad quae ipsos contingeret devenire, ipsis praesentibus praeter baptismum pareulorum et poenitentias morientium divina celebrare praesumeret, aut cum eis sub specie cuiuscunque contractus aliquid permutare. Adiecit nihilominus in mandato, ut amoto ab ea ecclesia quolibet illicito detentore non obstante cuiuscunque praeecepto sublato appellationis obstaculo abbatem et monachos antedictos in eum statum reducerent ac servarent, in quo fuerant ante violentiam attentatam. Interim autem decano loci per inductionem laicorum, qui monachos eiecerant violentem, possessionem ipsius ecclesiae nanciscente, dilectus filius archidiaconus Cantuariensis incepit postmodum eandem ecclesiam possidere, et fructus in propriam utilitatem convertens adhuc in eadem possessione, sicut dicitur, perseverat. Quum igitur in praesentia iudicum praedictorum procurator memorati abbatis restitutionem dictae ecclesiae cum instantia postularet, remoto ab ipsa archidiacono, tot fuerunt hinc inde exceptiones oppositae, tot dilationes concessae, tot inventa dicerentur fugiendi, quod, longissimo spatio a tempore factae commissionis elapso, quum causa debitum processum non haberet, abbas et monachi saepedicti alias a nobis studuerunt literas impetrare, in quibus nos, eosdem iudices increpantes, quod in tantum appellationibus frustratoris et frivolis exceptionibus detulissent, ut nondum sub eorum examine causa potuerit habere processum, unde abbas et monachi praeter grandes iniurias et iacturas graves nihilominus labores et sumptus fuerant subire coacti, eisdem iudicibus districte dedimus in praeeceptis, ut omni gratia et timore postpositis, sublato cuiuscunque contradictionis et appellationis obstaculo, partem eis aduersam per distinctionem ecclesiasticam cogentem litem prolinus contestari, et testes, quos utralibet pars tam super principium quam quolibet incidenti duceret producendos, infra duos menses post litem contestationem recipere et examinare curarent ita, quod, si non possent personaliter interesse, id nihilominus exsequerentur per alios, a quibus non liceret aliquatenus appellari; attestationibus vero receptis praefigerent partibus terminum competentem, quo sententiam receptorum nostro se conspectui praesentarent. Accepto igitur posteriori mandato secundum tenorem ipsius idem iudices negotium maturantes, quum lite contestata testes fuissent admissi, demum attestacionibus publicatis diem partibus statuerunt, quo in nostra praesentia comparerent, super hoc sententiam receptorum; attestaciones et acta, et alia etiam, quae ad causam facere videbantur, suis inclusa sigillis nobis, prout in mandatis habuerant, transmittentes. Dilecto itaque filio... monacho procuratore abbatis et monachorum S. Augustini statuto termino ad sedem apostolicam accedente ac de mandato nostro fere per tres menses procuratorem partis alterius expectante, tandem utroque in praesentia nostra constituto, monachus proposuit antedictus, quod, quum abbas et

monachi, sicut praedictum est, ecclesiae de Faversham pacifice possessione gauderent, post appellationem ad nos legitime saepius interiectam de ipsa fuerunt violentem eieci, propter quod postulabat instantius, ut ab eadem amoto quolibet illicito detentore, cum fructibus tam perceptis quam percipiendis, etiam a deiectionis tempore computandis, possessionem ipsius ecclesiae sibi restituerent dignemur. Repebat etiam expensas XL. marcarum et amplius, quas occasione quarundam exceptionum, quas frustratorie proposuerat archidiaconi procurator, et ad eas probandas dilationes competentes abbas et monachi facere coacti sunt, quum idem archidiaconus seu procurator eius exceptiones illas postea non probavit. Quum enim praefatus O. de Camera alieno nomine dictam ecclesiam possideret, utpote qui pro ea abbati et monachis S. Augustini certam reddebat annis singulis pensionem, et, quum per plures testes etiam sit probatum, quod O. Medico sublato de medio usque ad substitutionem O. de Camera abbas S. Augustini habuerit custodiam ecclesiae antedictae, post mortem praedicti O. de Camera continuatur illa possessio, quum in continenti post eius obitum a monachis fuerit apprehensa. Praeterea quum eodem abbate ipsam ecclesiam possidente, et ante deiectionem et postea, ab ipso fuerit appellatum, appellatione pendente nihil debuit innovari; nec obstare dicebat, quod archidiaconus hoc fecisse proponit sui iuris gratia conservandi, quia, quum iam esset quaestio ex hoc mota, et ex parte abbatis fuerit denegatum, ipsum huiusmodi iurisdictionem habere, per negationem res dubia facta fuit, unde iudex esse non poterat, quum iam aduersarius factus esset, et ideo, quum praesumpserit in propria causa sibi ius dicere, facti sui pati debet merito detrimentum, et rem conveni in statum pristinum revocari. Procurator vero⁵¹⁾ archidiaconi memorati proposuit ex adverso, quod defuncta persona ecclesiae tantum datur eius custodia, immo archidiaconi Cantuarienses, qui fuerunt pro tempore, tam de iure communi quam de generali consuetudine Cantuariensis provinciae, tam in illa ecclesia, quam in aliis universis eiusdem dioecesis hoc iure semper usi fuerunt⁵²⁾, sicut fuerat sufficienter probatum, talis restitutio nequaquam monachis competeat, nec utendo iure suo eis iniuriam facere videbatur. Praeterea quum praefatus O. de Camera nomine⁵³⁾ archidiaconi ecclesiam possedit eandem, utpote qui ei unam procuracionem, et V. solidos nomine ipsius ecclesiae annis singulis exolvebat⁵⁴⁾, eodem O. sublato de medio, apud archidiaconum animi possessio dignoscitur remansisse, quae non perditur, nisi archidiaconus se putaret posse repellere, vel nisi veniens non fuisset admissus. Sic ergo monachorum possessio potius detentio clandestina debet dici, quoniam archidiaconus ipsam possessionem non perdidit. Et sic eam monachi non potuerunt habere, quum duo in solidum quicumque possidere non possint. Quum igitur archidiaconus potuerit suo iure possessionem intrare, ac tenentes de facto eiecerit, fortius potuit, nullo ibi existente, nec ullatenus resistente, sibi ius proprium reservare, quum iuris executio nullam habere iniuriam dignoscatur. Ad haec monachi possessionem archidiaconi non possunt aliquatenus avocare, etsi eos ipsam habuisse constaret, quia, quum eos de possessione nequaquam eiecerit, nec hoc probatum fuerit, nec in iure confessum, non habent quod obiciant extraneo detentori, praesertim quum et ipsi auctoritate propria possessionem intraverunt, et iniuriam alii facientes monasterio suo aliquid acquirere nequiverunt. Appellatio quoque, quam monachi se interposuisse proponunt, penitus nulla fuit, quum non nisi a gravamine praesenti, praeterito vel futuro debeat appellari. Archidiaconus vero nec prius eos gravaverat, nec ipsos post appellationem gravavit, quum rem eandem, quam custodiendi ius habet, immo quam ex officio custodire tenetur, custodiendam suscepisse noscatur. Denique appellationi monachorum non fuit ullatenus deferendum, quoniam, etsi ad eos eadem ecclesia pertineret, non debuerunt tamen auctoritate propria ipsius possessionem intrare, praesertim quum scierint vel scire potius debuerint, quod custodia ecclesiarum vacantium ad archidiaconum pertinebat, et, si tunc idem archidiaconus praesens esset, eam denegasset eisdem, et sibi, prout ad eius spectabat officium, tenuisset. Quum autem clandestina fuerit eorum possessio, non potuerunt vere possessores haberi, quum super possessione nequeat iniuria fieri clandestino possessori. Praemissis igitur⁵⁵⁾ diligenter inspectis, praedictos abbatem et monachos in eum statum, in quo tempore appellationis factae⁵⁶⁾ ex

Cap. LI. 43) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 154. — Comp. I. h. t. c. 9. — 44) Rosensis: C. R. 2. — Roson.: C. L. — Raffan.: Comp. III. Ms. — 45) Bondon.: Böhm. ex Cont. — Rosfensis et Londoniensis episcopi et priori S. Albani London. dioecesis: Reg. — 46) Fanen.: Böhm. — Faversham: Comp. III. Ms. — Faversham: Aug., Reg. — 47) custodiam: Comp. III. Aug. — 48) eiusdem: C. R. 1. — 49) omitt. Comp. III., Reg. — 50) Illis igitur et aliis pluribus ex parte abbatis et monachorum propositis, procurator archidiaconi memorati proposuit ex adverso, quod nec possessionis nec dominii ratione abbas et monachi hanc restitu-

tionem poterant postulare; quum enim (quumque: Aug.) non possederint ecclesiam antedictam ratione iuris custodiam, quae... datur, immo: ib. — 50) fuerant: Comp. III. Aug., Böhm. — fuerint: C. H., Comp. III. Ms., Reg. — 51) non. arch. possideret, utpote: Comp. III., Reg. — 52) persolvat: Reg. — 53) ergo: C. H. — Cum igitur haec et alia multa utrimque proposita fuerint coram nobis, visis instrumentis et attestacionibus partium et allegacionibus diligentibus intellectis, de communi f. n. cons. abbatem: Comp. III., Reg. — 54) omitt. Comp. III., Reg.

verisimilibus et probabilibus causis ad nos legitime interpositae fuisse noacuntur, proprietatis⁵³) parti utrilibet salvo iure, decernimus⁵⁶) reducendos, ac fructus medii temporis perceptos⁵⁷) censuimus pariter assignandos⁵⁸) eidem. "Quocirca etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. XI. Kal. Dec." [1205.]

CAP. LIII.⁵⁹)

Itineris arreptio habet vim appellationis, si serventur ea, quae servari debent in appellatione. H. d. secundum unum intellectum intrinsecum.

Idem S. Augustini et S. Gregorii⁶⁰) Prioribus⁶¹).

Dilecti filii I. et H.⁶²) *dilectorum filiorum* prioris⁶³) et monachorum Cantuariensis ecclesiae nuncii "nobis humiliter" retulerunt, quod, quum pro causa, quae inter dictos priorem et monachos, et "venerabilem fratrem nostrum" Cantuariensem archiepiscopum super capella de Lamede⁶⁴) vertebatur, ab ipsis "priore et monachis" ad sedem apostolicam⁶⁵) mitterentur, "sicut eis propositum fuit," idem archiepiscopus post iter arreptum in eos excommunicationis sententiam promulgavit. Quum autem plus sit ad sedem apostolicam facto provocare, quam verbo, et ipsis propter dictam⁶⁶) causam ad Romanam ecclesiam venientibus intelligitur ad sedem apostolicam provocatum, "discretionis vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita⁶⁷), dictos I.⁶⁸) et H." appellatione postposita denuncietis excommunicationis vinculo non teneri. "Dat. Perusii III. Id. Sept." [1198.]

CAP. LIV.⁸⁵)

Per clausulam: "appellatione remota" inhibetur omnis appellatio, quae a iure non indulgetur expresse. Hoc dicit, usque ad §. Verum. — §. 1. Licet excommunicatus ab excommunicatione appellet, nihilominus denunciari potest, et beneficii redditibus spoliari. Hoc dicit.

Idem Episcopo Helinensi.⁷⁰)

Pastoralis officii diligentia (Et infra: [cf. c. 28. de off. iud. del. I. 29.]) Quaesivisti, "etiam diligenter," utrum, quando inhibetur appellatio in rescripto, frustratoria tantum "appellatio" inhibita videatur, "ut ab omni gravamine liceat appellare, an omnis appellatio videatur exclusa, nisi tantum in casibus expressis a iure." Nos igitur attendentes, quod per appellationem frustratoria, etiamsi⁷¹) non fuisset inhibita, negotium non debeat⁷²) impediri, "diligentiae tuae breviter" respondemus, quod quaelibet provocatio⁷³) intelligitur removeri, quae a iure non indulgetur expresse; sed, si⁷⁴) appellans fuerit gravatus iniuste, gravamen huiusmodi per superiorem poterit emendari. §. 1. Verum quis multotiens quis⁷⁵) ad tempus per appellationem legitimam a iudicio sui quoad⁷⁶) aliquem certum articulum eximitur potestate, consuluit nos⁷⁷), utrum, si quis excommunicationis sententia innodatus ante denunciationem ipsius ab ea, tanquam minus rationabiliter promulgata, in eo casu, in quo ante sententiam appellatio vires obtinisset⁷⁸), curaverit provocare, eo, quod per appellationem interpositam excommunicantis videtur iurisdictio dormitasse⁷⁹), ipse⁸⁰) denunciare possit eundem, et ad tempus ecclesiasticis beneficiis clericum⁸¹) spoliare, "quum per provocationem taliter factam suo effectu excommunicatio non privetur." Nos itaque "inquisitioni tuae" respondemus⁸²), quod, quum executionem excommunicatio secum trahat, et excommunicatus per denunciationem amplius non ligetur, ipsum excommunicatum denunciare "non immerito" potes⁸³), ut ab aliis evitetur. Et illi "nimium" proventus ecclesiastici merito subtrahuntur⁸⁴), cui ecclesiae communio denegatur. "Quum autem etc. Postulasti etc. [cf. c. 29. de iure patr. III. 38.] Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Ian." [1204.]

CAP. LIV.⁸⁵)

Si appellans ad superiorem comparet coram iudice inferiori super concernentibus ipsam appellationem, ipsi appellationi renunciare videtur. Si autem protestetur, quod propter hoc non intendit renunciare appellationi, tanquam contraria allegans non est audiendus, nisi notorium sit, actum illum esse iniustum, super cuius emendatione adioit inferiori. H. d. et est bonus casus.

Idem Episcopo Parisiensi.

Sollicitudinem pastoralis officii "prudenter exsequeris," quum super dubitationibus iuris responso sedis apostolicae postulas edoceri. Sane, quum, sicut "ex tua insinuatione" recepimus⁸⁶), duobus coram suo episcopo⁸⁷) litigantibus, alter eorum⁸⁸) ad sedem apostolicam appellasset, episcopus "interpositae appellationi non deferens, sed" appellantem reputans contumacem, ipsum excommunicationis vinculo innodavit; qui coram metropolitano "suo" de episcopo sibi petiit "super hoc" iustitiam exhiberi, asserens, quod post appellationem legitime ad nos interpositam ipsum excommunicaverat, "et excommunicatum fecerat publice nunciari," et petens, se ad eum statum, in⁸⁹) quo fuerat appellationis tempore, a metropolitano reduci, denunciari videlicet absolutum, adiciens etiam, quod appellationi non renuntiabat obiectae, sed prosequi⁹⁰) volebat eandem. "Unde tua fraternitas requisivit a nobis, utrum metropolitano de huiusmodi congesione cognoscere valeat, et, si repperit, illum legitime provocasse, an eum denunciare debeat absolutum, et an, si episcopus coram archiepiscopo appellaverit, ne is, qui excommunicatus ab eo fuerat, absolvetur, appellationi sit huiusmodi deferendum." Nos igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, sicut metropolitano de appellatione ad nos interposita cognoscere omnino non valet, sic nec de his, quae⁹¹) post appellationem "ipsam" fuerant⁹²) innovata, dummodo de aliis⁹³) cognosci non possit, nisi "et" de appellatione pariter cognoscatur, vel de iis, quae appellationis causam contingere cognoscuntur⁹⁴). In quo casu si metropolitano ad cognoscendum partes suas interponere forte praesumeret, episcopus "utique" posset ad appellationis beneficium convolare. Nam ad officium eius, qui de appellatione cogniturus est, pertinet prudenter corrigere quae contra ipsam invenerit attentata. Si vero notorium "forasan" existeret, quod mandatum episcopi indiscretum fuerat vel iniustum, cui non tenebatur subditus obedire, ac per consequentiam ei liqueat⁹⁵) evidenter, subditum legitime provocasse, potest archiepiscopus auctoritate metropolitana⁹⁶) declarare subditum irrationabiliter existisse anathematis mucrone percussum. Quum autem excommunicatus, qui appellaverat, iuxta praescriptam formam coram archiepiscopo deponit contra episcopum quaestionem, "ut videlicet de iniuria sibi ab episcopo irrogata cognoscat," metropolitano "ipse" ad cognoscendum de causa potest interphere partes suas, quum ille appellationis prosecutioni renunciare tacite videatur. Sed si verbo vel facto appellationem se velle prosequi protestetur⁹⁷), "sicut in proposito casu superius est expressum," non est tanquam adversa petens et sibi contrarius audiendus. "Dat. Rom. ap. S. Petr. II. Id. Dec. Ao. X." [1207.]

CAP. LV.⁹⁸)

Per appellationem legitime interpositam principale cum accessoriis ad iudicem appellationis deferuntur, et sententiae excommunicationis et interdicti post appellationem laetae non tenent.

Idem Episcopo et Cantori⁹⁹) Treccensibus.

Dilecti filii¹⁰⁰) decano Altissiodorensi¹), ac magistro R.²) "venerabilis fratris nostri" Altissiodorensis episcopi procuratore in nostra praesentia constitutis, idem magister proposuit "coram nobis," quod, quum dictus episcopus "R." presbyterum domus Dei "de Monte atrito," in qua "provisionem et" dispensationem³) plenariam "idem episcopus" obtinere dignoscitur, detineri faceret vinculis mancipatum pro eo, quod bona quaedam eiusdem domus⁴),

Cap. LI. 55) propr. utriuslibet: ib. — 56) decrevimus: C. R. 2., Comp. III., Reg. — 57) omitt. C. R. 1., H., Comp. III., Reg. — 58) restitutos: Reg.

Cap. LII. 59) Restitutum ex Reg. Bal. I. 351. — Comp. III. h. t. c. 10. — 60) Georgii: Reg. — 61) add.: Cantuariensibus: Comp. III., Reg. — 62) I. et H.: omitt. Comp. III. Ms. — I. et A.: Comp. III. Aug. — Io. et H.: Cont., Böhm. — Io. et Hubertus: Reg. — 63) prior et monachi ecclesiae Cantuar. nobis: Comp. III. — 64) Lamestre: C. R. 1. — Lamec: C. R. 2. — Lameth: C. H. — Lameche: Comp. III. Aug. — Lamehe: Ms. — Lamhee: Reg. — 65) ad sed. ap.: omitt. Comp. III., Reg. — 66) praedictam: Reg. — 67) si verum est quod asseritur: Comp. III., Reg. — 68) Io.: Cont. Böhm., Reg.

Cap. LIII. 69) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 169. — Comp. III. h. t. c. 11. — 70) Helyen.: C. R. 1. L. — Elyensi: C. R. 2. — Eliensi: Comp. III. Ms. — Heliensi: Aug., Reg. — 71) etsi: Comp. III. — 72) debeat: C. R. 1. — 73) appellatio: C. H. — 74) quodam: ib. — 75) quid: Böhm. — 76) quod ad: Comp. III. Aug. — 77) tuae fraternitatis nos duxit discretio consulendos utrum, si clericus: Comp. III., Reg. — 78) obtinuisse videtur:

ib. — 79) dormivisse: C. H. — 80) tempore denunc. poss. eandem: Reg. — 81) omitt. Comp. III., Reg. — 82) duximus respondendum: ib. — 83) potest: C. R. 1., Comp. III., Reg. — 84) subtrahantur: Böhm.

Cap. LIV. 85) Restitutum ex Reg. Bal. X. 165. — Comp. III. h. t. c. 12. — 86) accipimus: C. R. 2. — 87) iudice: ib. — 88) omitt. C. H. — 89) omitt. Comp. III. Aug. — 90) persequi: C. H. — 91) qui: Böhm. — 92) fuerint: Comp. III. Aug., Reg. — 93) illis: C. H., Comp. III., Reg. — 94) dignoscantur: Comp. III. Aug. — dignoscuntur: Cont., C. R. H., Comp. III. Ms., Reg. — 95) liqueat: Comp. III. Aug. — 96) metropolitani: C. H. — metropol.: Comp. III. Ms. — metropolitana: C. L., Aug., Reg. — 97) molestatur: Comp. III. Aug.

Cap. LIV. 98) Restitutum ex Reg. Bal. X. 189. — Comp. III. h. t. c. 13. — 99) episc., cantori et M. archidiacon. Treccen.: Comp. III. — episcopo et cantori et magistro N. archidiacono Treccensibus: Reg. — 100) dilecto f.: Comp. III. Aug. — 1) Altissiodorensis ecclesiae: Comp. III., Reg. — 2) B.: ib. — 3) dispositionem: C. R. H., Comp. III., Reg. — 4) omitt. Comp. III.

quae furtive subtraxerat, restituere detrectabat⁵⁾, propter quod etiam ab eodem episcopo fuerat excommunicationis vinculo innodatus, et supradictus decanus episcopum monuisset, ut ei⁶⁾ restitueret vel saltem recrederet⁷⁾ presbyterum memoratum, quem ad iurisdictionem suam spectare firmiter assererat, "idem episcopus multiplicem rationem allegans, quare se ad hoc nullatenus teneri dicebat, eundem presbyterum restituere vel recredere penitus recusavit, proponens, quod super hoc eidem decano paratus erat in propria curia, quum decanus eius vasallus existeret, vel coram arbitris communiter eligendis, seu etiam coram metropolitano iustitiam exhibere. Decanus autem haec omnino recusans cepit graviter comminari, quod tale aliquid faceret, quod episcopo displiceret, propter quod" episcopus metuens, ne decanus aliquid in suum praedictum attentaret, se ac suos, statum⁸⁾ ecclesiae ac civitatis "suae" protectioni metropolitanae supponens, ad eius⁹⁾ audientiam appellavit, "festum sanctae Mariae Magdaleneae proximo praeteritum terminum appellationi praefigens." Verum decanus post modicum tempus¹⁰⁾ "canonicis Altissiodorensibus convocatis," interdictum huiusmodi "eis contradicentibus" promulgavit, ut episcopo in civitate praesente a divinis in Altissiodorensi ecclesia cessaretur. Postmodum vero quum die appellationi praefixo comparuissent partes coram officiali curiae Senonensis, decanus allegans, quod appellationi ab episcopo interpositae ideo non duxerat¹¹⁾ deferendum, quoniam presbyter supradictus adhuc in vinculis tenebatur¹²⁾, quando¹³⁾ ad nos vocem appellationis emisit, officialis autem iudicavit¹⁴⁾ irritum interdictum a decano post appellationem episcopi "ad sedem metropolitanam interpositam" promulgatum, "capitulo ecclesiae Altissiodorensis iniunxit, ut interdictum illud nullatenus observaret. Quumque postmodum episcopo praesente decanus firmiter inhiberet, ne in ecclesia cantaretur, et G. capellanum episcopi cantantem ibidem post appellationem ad nos interpositam vinculo excommunicationis adstringens, divinum officium in ecclesia impediret, nec monitus per episcopum saepius officium perturbare desisteret, episcopus demum ipsum tanquam contumacem et incorrigibilem excommunicationis mucrone percussit; quem postea venerabilis frater noster Senonensis archiepiscopus devotum publice nuntiavit. Unde procurator ipse postulavit a nobis, ut supradictam interdicti sententiam irritam iudicantes, excommunicationis ab episcopo latae sententiam faceremus usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Decanus autem propositum ex adverso, quod, quum episcopus R. presbyterum pertinentem ad iurisdictionem suam faceret in vinculis detineri, et ipse tam a clericis quam laicis civitatis fuisset graviter increpatus, tanquam negligens ad se pertinens defendere, qui ad servandas ecclesiae consuetudines iuramento super hoc praestito tenebatur, per se ipsum episcopum monuit, ut presbyterum ipsum restitueret libertati, paratus sufficienter ostendere, quod ad iurisdictionem suam idem presbyter pertinebat, eundem episcopum demum faciens per plures alios commoveri, ut presbyterum sibi redderet vel recrederet, vel saltem poneret in sequestro. Quumque requisisset episcopus ad itorum aliquod inclinari, capitulo convocato decanus de consentientia eius huiusmodi potuit in ecclesia interdictum, ut episcopo in civitate praesente cessaretur in ecclesia penitus a divinis, executionem nihilominus sententiae suspendendo, donec super hoc haberet cum archiepiscopo, qui proximo venturus erat in civitate, tractatum, per quem sperabat posse concordiam reformari. Ceterum licet postea praesente archiepiscopo episcopum monuisset, ut aliquem supra dictorum modorum ad liberationem presbyterii acceptaret, in nullo tamen perficere potuit apud eum; quin immo ad metropolitanam sedis audientiam episcopus appellavit, appellationi suae praefigens terminum supra dictum. Unde decanus in capitulum rediens canonicis universis iniunxit, ut interdictum, sicut ab eo positum fuerat, observarent. Die vero appellationi praefixo coram Senonensi officiali decanus cum episcopi procuratore comparens, et gravamen sibi metuens imminere, ad sedem apostolicam appellavit, Laetare Ierusalem appellationi suae termino constituto, et se ac statum suum et Al-

tissiodorensis ecclesiae protectioni sedis apostolicae supponendo. Quum autem episcopo praesente post haec decanus G. clericum eiusdem episcopi pro eo, quod duos clericos violenter ceperat, excommunicatum publice nunciasset, et mandasset clericis, ut a se latae interdicti sententiam observarent, episcopus in ipsum decanum excommunicationis sententiam promulgavit, excommunicatum eum saepe dicto archiepiscopo et capitulo Senonensi nunciando. Propter quod ipsum archiepiscopus de quorundam consilio nunciavit publice devotum, licet quidam canonici Senonenses saniori ducti consilio non vitaverint communionem ipsius. Ex his igitur et aliis, quae utrinque fuere proposita coram nobis, intelleximus evidenter, quod, etsi episcopus prudenter et utiliter providisset, ut decano recredidisset presbyterum saepe dictum ad omnem prorsus scandali materiam amputandam, Quia vero¹⁵⁾ idem episcopus, "sicut praemissum est," diversos modos expressit, secundum quos decano paratus fuit¹⁶⁾ super captione presbyteri iustitiam¹⁷⁾ exhibere, ad metropolitanam sedem appellans, decanus non potuit post hoc¹⁸⁾ ferre sententiam interdicti, et ideo "de consilio fratrum nostrorum" sententiam ipsam ab eo post appellationem legitime promulgatam¹⁹⁾ irritam decernimus et inanem, "illo" non²⁰⁾ obstante, quod decanus ad excusationem suam quasi variando proposuit²¹⁾ "coram nobis," quod, priusquam episcopus²²⁾ appellasset, "ipse" sententiam tulerat, cuius "tamen" effectum ad tempus duxerat suspendendum, quum interim appellatione interposita procedere non debuerit²³⁾ ad sententiam exsequendam, officialis "tamen" processum, qui post appellationem "ad sedem apostolicam interpositam" huiusmodi sententiam interdicti irritam et inanem decrevit "et mandavit penitus non servari," temerarium iudicantes, quum appellatione ad nos²⁴⁾ interposita nihil debuerit innovari²⁵⁾. Praeterea licet excommunicationis sententia in decanum²⁶⁾ per episcopum promulgata rite lata prima facie videretur, "quoniam," quum per "iam" dictum officialem esset prohibitum²⁷⁾, ne servaretur in ecclesia interdictum, et "idem" decanus, ne celebraretur in ecclesia prohibendo, divinum videretur officium perturbare: quia tamen per appellationem ad nos interpositam ex parte decani, cui etiam officialis duxerat deferendum apostolos concedendo, non solum principale negotium, sed accessoria etiam ad nostrum referabantur examen: eandem²⁸⁾ sententiam post appellationem huiusmodi promulgatam decernimus²⁹⁾ viribus caruisse, "ac ipsum decanum ea non fuisse ligatum." Verum licet archiepiscopus "quorundam consilio circumventus" post appellationem praedictam³⁰⁾, de qua sibi per officialis "sui" literas innotuerat, decanum denunciaverit³¹⁾ evitandum, Senonenses tamen³²⁾ canonicos, qui saniori ducti consilio communicaverunt eidem, ut appellationi ad nos interpositae magis quam denuncianti ab archiepiscopo³³⁾ factae deferrent, inculpabiles iudicamus³⁴⁾. "Quia vero etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. IV. Id. Ian. Ao. X. [1207.]

CAP. LVI.³⁵⁾

Postquam Papa aliquam causam ad se revocat, non valet processus postea per minorem iudicem factus; sicut non valet, si fuisset ab eo legitime appellatum. Hoc dicit, ut cuilibet lecturas satisfiat.

Idem Mediolanensi Archiepiscopo.

Ut nostrum prodeat de vultu Dei iudicium (Et infra: [cf. c. un. Ut eccl. benef. III. 12.] Iudicibus³⁵⁾ dedimus in mandatis, ut, si "etiam" post secundum mandatum, per quod totius cognitionem negotii ad nostrum iudicium revocavimus³⁶⁾, traditionem sigilli dicto H. a te cognoscerent esse factam, eam decernerent irritam et inanem, inhiabentes illi, ne quomodolibet eo uti praesumeret, quum plus sit, Romanum Pontificem ad se aliquo revocare³⁷⁾ negotium, quam quemquam³⁸⁾ ad eum super aliquo negotio provocare³⁹⁾. "Tolerabamus autem etc. [cf. c. un. Ut eccl. benef. III. 12.] Dat. Perusii IX. Kal. Oct. [1198.]

Cap. LV. 5) decertabat: C. R. 1. — 6) eidem: Comp. III., Reg. — 7) retraderet: C. L. — redderet: C. R. 2, Cont. — 8) statumque: C. R. 2. — et stat.: C. R. 1. L. — 9) ad metropolitanam sedem: Comp. III., Reg. — 10) omitt. ib. — 11) dixerat: Cont. — duxerit: Reg. — 12) detinebatur: C. R. 1. — 13) omitt. C. R., Comp. III., Reg. — 14) iudicans: Reg. — 15) tamen: Comp. III., Reg. — 16) fuerit: Cont., Böhm. — 17) iustitiae plenitudinem: Comp. III., Reg. — 18) haec: C. R. L., Reg. — 19) interpositam promulgatam: C. R. 1., Comp. III. M. — 20) nequam: Comp. III., Reg. — 21) proposuerit: C. R. 1. — 22) omitt. C. H. — 23) debuit: C. H. — 24) nos: ib. — post appellationem ad nos interpositam: C. L. — 25) innovare: Reg. — 26) in dec.: omitt. Comp. III., Reg. — 27) mandatum esset: ib. — 28) sententiam ipsam (omitt. Comp. III.),

ut (utpote: Comp. III.) post app. ad nos legitime interpositam promulgatam (omitt. Aug.) decernimus: Comp. III., Reg. — 29) decrevimus: C. H. — 30) ad nos emissam: Comp. III., Reg. — 31) denunciaverat: Comp. III. Aug. — 32) omitt. Comp. III. — 33) episcopo: Cont. — 34) iudicavimus: C. R. 1.

Cap. LVI. 34) Restitutum ex Reg. Bal. I. 369. — Comp. III. c. un. Ut eccl. benef. III. 10. — 35) dilect. fil. I. archidiacono et C. Lento canonico Mediolan.: Comp. III., Reg. — 36) revoc., id ipsum cognoscerent attentatum, traditionem sigilli decernerent irritam et inanem, inhiabentes Henr. (H.: Comp. III.) ne etc.: Comp. III., Reg. — 37) evocare: C. R. H., Comp. III., Reg. — 38) omitt. C. R. — 39) appellare: C. H.

CAP. LVII.⁴⁰⁾

Si terminum appellationis prosequendae statutum ab homine altera pars praevenerit, hoc tacito literas impetrando, literae non valent; sed terminum iuris etiam appellatus praevenerit potest, dummodo nimium non praecurrat. Et ubi ex dilatione imminet periculum, etiam neutra parte prosequente potest iudex ad quem supplere, partes compellendo ad profectionem.

*Idem Abbati sancti Felicis et G. Canonico Bononiensibus.*⁴¹⁾

Oblatae nobis vestrae⁴²⁾ literae continebant, quod, quum quidam iudices, quibus causa, quae inter Sambro.⁴³⁾ et Rinocor.⁴⁴⁾ plebes vertebatur, "absque appellationis remedio" fuerat ab apostolica sede commissa, pro plebe Sambriensi⁴⁵⁾ sententiam protulissent⁴⁶⁾, et a procuratore plebis de Rinocor. ad nos fuerit sine termino appellatum, nec delatum appellationi fuisset, nec ad prosecutionem ipsius terminus a iudicibus⁴⁷⁾ partibus assignatus: plebatus de Sambro⁴⁸⁾ super observatione praedictae⁴⁹⁾ sententiae, sicut rationabiliter lata⁵⁰⁾ erat, nostras ad vos⁵¹⁾ literas et alia pars alias⁵²⁾ commissionis literas a nobis super infirmenda "vel confirmanda" eadem postmodum ad alios iudices impetravit⁵³⁾, nulla in posterioribus literis de prioribus habita mentione⁵⁴⁾. Unde in dubitatione⁵⁵⁾ revocato, an posteriores iudices, vel vos de illa debeatis cognoscere, nos super hoc consulere voluistis⁵⁶⁾, "adicientes nihilominus, a quibusdam sapientibus pro parte fuisse propositum appellante, quod, quum in tali articulo de legis beneficio annum habeat, infra quem secundum se communiter ipsam exsequi litem possit, medio tempore pro suo arbitrio, quando vellet, prosequi poterat appellationem eandem, nec ad id compelli debebat, antequam idem temporis spatium haberetur. Quare nullius esse zaloris primas literas assererent, nisi de ipsis nulla sit mentio habita in secundis. Pro parte vero altera quosdam alios iurisperitos dixisse, quod quum interesset eiusdem, ne tamdiu sententia maneret suspensa et ipsius confirmatio differretur, et iudices, qui eam protulerant, appellationem praedictam non duxerint admittendam, tum quia fuerat a nobis inhibita, tum quia frivola videbatur, licite pars potuit appellata huiusmodi literas interim impetrare, praesertim quum, si aliter diceretur, gravem interdum ecclesiae sustinerent iacturam, quum in causis ecclesiasticis secundum canones appellare liceat, quotiens gravamen occurrit vel alia iusta causa. Unde contingere posset, si taliter annus cuiuslibet provocanti daretur, quod causa usque ad sex vel octo annos debitum non sortiretur effectum. Quosdam insuper alios opitatos, quod primae valebant literae, non secundae, sed pars, quae appellaverat, infra annum suam appellationem prosequi non tenebatur." Licet igitur appellanti legitime a sententia indulgeatur annus a lege, aut "etiam" ex iusta causa bicennium ad appellationem interpositam⁵⁷⁾ prosequendam; quia tamen huiusmodi⁵⁸⁾ terminus potest restringi non solum a provocante⁵⁹⁾, verum etiam a iudice, a cuius sententia provocatur, quum ideo⁶⁰⁾ sit constitutus, non ut terminus ipse praeveneri non possit, sed ne valeat prorogari, credimus distinguendum, in quo casu literae⁶¹⁾ impetrantur⁶²⁾. Et quidem⁶³⁾, quando certus terminus ab appellante vel a⁶⁴⁾ iudice appellationi praefigitur prosequendae, si eo tacito appellatus literas impetraverit⁶⁵⁾, huiusmodi literae tanquam tacita veritate subreptae obtinere non debent aliquam firmitatem. Si vero non sit aliquis "certus" terminus a iudice vel ab appellante praefixus, pars appellata infra⁶⁶⁾ terminum constitutum⁶⁷⁾ a lege, dummodo nimium non praecurrat, ut appellantem in commissione impetranda supplantet, commissionis literas⁶⁸⁾ poterit impetrare, quarum auctoritate in appellatione⁶⁹⁾ causa legitime procedatur ita, quod, si appellans voluerit in causa appellationis procedere, oportebit eum agere sub iudice sic obtento, nisi possit eum legitime recusare⁷⁰⁾. Quod si agere noluerit "appellans," appellatus potest nihilominus prosequi causam ipsam, maxime si sentiat, sibi ex dilatione imminere gravamen. Superior quoque iudex, si viderit⁷¹⁾, ex dilatione peri-

culum imminere, potest et debet, neutro prosequente appellationem, occurrere, ut periculum evitetur, puta, si a sententia lata super confirmatione alicuius electi⁷²⁾ fuerit provocatum, et utraque pars velit etiam⁷³⁾ "usque" ad annum prosecutionem appellationis⁷⁴⁾ differre, potest⁷⁵⁾ utique, immo debet superior iudex, ad quem fuerat appellatum, terminum⁷⁶⁾ provide moderari, ne regi dominico diu desit cura pastoris⁷⁷⁾. Ex his igitur consultationibus vestrae noveritis esse responsum, quod⁷⁸⁾ per posteriores non derogatur prioribus legitime impetratis, per quas ad confirmandam sententiam vel⁷⁹⁾ infirmendam praevia potest ratione procedi. "Dat. Viterbii VII. Id. Iul. Ao. XII." [1209.]

CAP. LVIII.⁸⁰⁾

Alteri parte contumaciter absente potest iudex appellationis etiam principale negotium definire, si post litem contestatam fuerit appellatum.

Idem.

Per tuas "nobis" literas requisisti, utrum, si "sub alicuius examine" post latam sententiam, vel saltem post depositionem testium publicatas "et lectas," fuerit ad sedem apostolicam appellatum, hi, qui super haec⁸¹⁾ delegantur a nobis, si altera partium eorum se noluerit⁸²⁾ conspectibus⁸³⁾ praesentare, causam sibi delegatam iudiciali possint⁸⁴⁾ calculo terminare. Nos igitur consultationi tuae taliter respondemus, quod, quum⁸⁵⁾ sit super eodem negotio coram primis iudicibus sit⁸⁶⁾ legitime contestata, poterunt⁸⁷⁾ iudices delegati, eo, qui convenitur, se per contumaciam absentante, quum eis⁸⁷⁾ de meritis causae liquerit, commissum sibi negotium diffinire.

CAP. LIX.⁸⁸⁾

Notabile et famosum capitulum, habens multa nova dicta utrumque ius limitantia; et h. d. in summa, inhaerendo simpliciter verbis literae: *Appellans ante sententiam tenetur exprimere causam rationabiliter coram ipso iudice a quo, nec admittitur exceptio, quod prius miserat nuntium ad sedem apostolicam, vel quod literas impetraverat, quae nondum sunt iudici praesentatae.*

Idem in concilio generali.

Ut debitum honor deferatur iudicibus, et litigatoribus consulatur super laboribus et expensis, statuimus, ut⁸⁹⁾, si quis coram idoneo iudice convenerit adversarium, ille ante sententiam ad superiorem iudicem absque rationabili causa⁹⁰⁾ non provocet, sed coram illo suam iustitiam prosequatur, non obstante, si dicat, quod ad superiorem iudicem nuntium destinaverit⁹¹⁾, aut "etiam" literas⁹²⁾ impetraverit ab eodem, priusquam delegato⁹³⁾ fuerit assignatae. Quum autem ex rationabili causa putaverit appellandum, coram eodem iudice causa probabili⁹⁴⁾ appellationis exposita, tali videlicet, quae, si⁹⁵⁾ foret probata, deberet legitime reputari superior de appellatione cognoscat⁹⁶⁾. Et si minus rationabiliter eum appellasse constiterit, illum⁹⁶⁾ ad inferiorem⁹⁷⁾ remittat, et in expensis alteri parti⁹⁸⁾ condemnet; alioquin ipse procedet⁹⁹⁾, salvo constitutionibus de maioribus causis ad sedem apostolicam referendis.¹⁰⁰⁾

CAP. LX.¹⁾

Si iudex, a quo est appellatum a gravamine, illud revocat, potest in principali causa procedere.

Idem in eodem.

Quum cessante causa cesset effectus, statuimus, ut, sive iudex ordinarius sive delegatus aliquid comminando²⁾ vel interloquendo protulerit³⁾, quo executioni⁴⁾ mandato alter litigantium gravaretur⁵⁾, et sano usus consilio ab huiusmodi interlocationis vel comminationis effectu⁶⁾ destiterit, libere in causae cognitione procedat, non obstante, si a tali comminatione⁷⁾ vel interlocatione fuerit appellatum, dummodo non sit ex alia causa legitima suspectus, ne processus negotii frivolis occasionibus retardetur.

Cap. LVII. 40) Restitutum ex Reg. Bal. XII. 81. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 41) abb. S. Felic. et G. de Bagnolo can. Bonon.: Reg. — 42) omitt. Comp. IV. — 43) Sambro: Comp. IV. — de Sambro: Reg. — 44) Rinocor.: C. R. 1. — Rivo cornach.: C. R. 2. — Rivo cor.: C. L. — Rivo cornario: Comp. IV. Ms. A., Aug. — Rivo cornario: Ms. B. — Rivo cornario: Reg. infra tamen leg.: Rivo cornario. — 45) Sambri: C. R. 2. L., Comp. IV., Reg. — Sambriensis: Böhm. — 46) promulgasset: Reg. — 47) iudice: C. R. 1. — 48) Sambri: C. R. 1. — Sambri.: Böhm. — 49) dictae: Reg. — 50) prolata: Comp. IV. Ms. A. — 51) verb.: vos... comas.: omitt. ib. — 52) alius comm. lit. a nob.: non exstant in Reg. — 53) impetratum: Comp. IV. Ms. A. — impetrarunt: Ms. B. — 54) intentionis: Comp. IV. Ms. A. — 55) dubitationem: Cont. Böhm. — dubium: Reg. — 56) studiat: Reg. — 57) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 58) hic: Comp. IV. Aug. — 59) provocatore, verum a iud.: Comp. IV. Ms. A. — 60) id (ideo: Ms. A.) sit (fuerit: Reg.) constitutum: Comp. IV., Reg. — 61) omitt. Comp. IV. — huiusmodi literae: C. R. 1. — 62) impetrantur: C. R. H., Comp. IV., Reg. — 63) Equidem, quum: C. R. 2. — 64) omitt. C. R., Comp. IV., Reg. — 65) impetravit: C. R. — seq.: huiusmodi: omitt. C. H. — 66) intra: Cont., Böhm. — 67) statutum: Reg. — 68) commissionem: Comp. IV. Ms. A. — 69) appellatione procedatur: ib. — 70) re-

vocare: ib. — 71) vident: Reg. — 72) electa: Comp. IV. Ms. A. — 73) omitt. Reg. — 74) appellationem: C. R. 2. — 75) abest a Comp. IV. Ms. A. B. — 76) tempus: Reg. — 77) pastoralis: Comp. IV. — 78) quia: C. R. 1. H. L., Comp. IV., Reg. — 79) vel etiam: C. H.

Cap. LVIII. 80) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 2. — 81) hoc: Comp. IV., Cont., Böhm. — 82) voluerit: Comp. IV. Ms. B., Aug. — 83) aspectu: C. H. — 84) possunt: C. R. 1. H. — 85) omitt. C. H. — 86) fuerit: Comp. IV. Ms. A. — 87) poterint: ib. — 87*) omitt. C. H.

Cap. LIX. 88) Restitutum ex c. 35. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 3. — 89) ubi: conc. — 90) absq. rat. caus.: omitt. Comp. IV. Ms. A. — 91) destinaverat: Aug. — 92) omitt. Comp. IV. Ms. B. — alias lit.: C. R. 1. — 93) add.: iudici: C. H. — 94) prob. proponita: Comp. IV. Ms. A. — 95) quod si: Aug. — 96) cognoverit: conc. — 96*) illam: Comp. IV. Aug. — 97) inf. iudicem: C. R. 1. — 98) alteri, scil. parti: C. R. 1. — 99) procedat: C. H., conc. — 100) perferendis: conc.

Cap. LX. 1) Restitutum ex c. 36. ib. — Comp. IV. h. t. c. 4. 2) ad comminandum: Comp. IV. Ms. A. — 3) protulit: Böhm. — 4) executionem: Comp. IV. Ms. A. — 5) gravetur: ib. — 6) affectu: conc. Ms. — 7) gravamine: C. H.

CAP. LXI.⁸⁾

Volens iudicem recusare, debet eorum eodem suspicionis causam proponere, et eam coram arbitris communiter eligendis probare, qua non probata sua iurisdictione iudex utitur in principibus; ea vero probata, remittit negotium ad superiorem, vel causam committit de recusatoris consensu. — (Porro etc.) In notoriis non admittitur appellatio. In dubiis causa probabilis coram iudice est exprimenda, quae debet legitima reputari, quam si non prosequitur, iudex a quo in causa procedat. Idem si prosequitur, et non probat. Haec autem constitutio non extenditur ad regulares. H. d.

Idem in eodem.

Quum speciali sit prohibitionem provisum, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam nisi⁹⁾ coram competentem commotione¹⁰⁾ praemissa promulgare praesumat, volentes etiam providere¹¹⁾, ne forte communitus frustratoriae recusatōnis vel appellatōnis obtentu¹²⁾ momentis possit declinare examen, statuimus, ut¹³⁾, si allegaverit, se iudicem habere suspectum, coram eodem causam iustae suspicionis assignet, et ipse cum adversario, vel, si forte adversarium non habeat, cum iudice arbitro communiter eligat; aut, si *forte* communiter convenire¹⁴⁾ non possint¹⁵⁾, absque malitia ipse unum, et ille alium eligat¹⁶⁾, qui de suspicionis causa cognoscant. Et si nequiverint in unam concordare sententiam, advocent¹⁷⁾ tertium, ut quod duo ex ipsis decreverint robur obtineat¹⁸⁾ firmitatis; sciantque¹⁹⁾ se ad id fideliter exsequendum ex iniuncto a nobis in virtute obedientiae sub obstatione²⁰⁾ divini iudicii districto²¹⁾ praepcepto teneri. Causa vero suspicionis legitima coram ipsis infra²²⁾ competentem terminum non probata, sua²³⁾ iurisdictione iudex utatur. At ipsa probata legitime, de recusatoris assensu personae idoneae committat negotium recusatus, vel ad superiorem transmittat, ut in eo ipso²⁴⁾ procedat secundum quod fuerit²⁵⁾ procedendum. Porro communito ad appellatōnis obstaculum²⁶⁾ convolante, si eius excessus evidenti²⁷⁾ rei, vel ipsius confessione, aut alio modo legitimo²⁸⁾ fuerit manifestus²⁹⁾, quum appellatōnis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed ad³⁰⁾ praesidium innocentiae institutum, non est provocatōnis huiusmodi deferendum. Excessu quoque dubio existente, ne frivola appellatōnis diffugio appellans iudicis processum impediatur, coram eodem³¹⁾ probabilem causam appellatōnis exponat, talem videlicet, quae, si foret probata, deberet³²⁾ legitima reputari, et tunc, si habuerit adversarium, infra³³⁾ terminum secundum locorum distantiam et³⁴⁾ temporis qualitatem et naturam negotii ab eodem iudice moderandum, appellatōnis causam prosequatur. Quam si prosequi non curaverit, extunc ipse iudex appellatōnem non obstante procedat. Nullo autem adversario parente; quum³⁵⁾ iudex ex suo procedat³⁶⁾ officio, appellatōnis causa coram superiore probata, superior suae iurisdictionis officium exsequatur. Sed si appellans in eius probatione defecerit, ad eum, a quo ipsum malitiose appellasse constitit, remittatur. Ceterum has duas constitutiones³⁷⁾ praemissas nolumus ad regulares extendi contra suas speciales observantias. ³⁸⁾

CAP. LXII.³⁹⁾

Si iudex confessionem advocati eadem die revocatam pro liti contestatione velit habere, vel processum a subdelegato subdelegati factum ratificat, licite appellatur.

Honorius III. Decano, Cancellario et Cantori Lincolnensibus.⁴⁰⁾

Quum causam, quae inter *dilectos filios* abbatem et fratres de Valle sancti Ioannis *de Croston Praemonstratensis ordinis* ex parte una, et priorem et canonicos⁴¹⁾ de Novo loco *Eboracensis dioecesis* ex altera super ecclesia de Holiseth⁴²⁾ vertitur, *utriusque partis procuratoribus apud sedem apostolicam constitutis, dilecto filio nostro* R. sancti Angeli diacono cardinali commiserimus⁴³⁾ audiendam, *P. et B. procuratores praedictorum abbatis et fratrum in ipsius praesentia constituti, petebant instanter, ut pro-*

cessum approbantes de Rievallae⁴⁴⁾ et Bellanledae⁴⁵⁾ abbatum et prioris de Melton⁴⁶⁾, quibus a bonae memoriae I. Papa praedecessore nostro eadem causa fuerat delegata, causam ipsam, quae tanto tempore iam duraverat, dignaremur sententialiter terminare. W. vero Procurator praedictorum prioris et canonicorum proposuit *ex adverso*, quod *coram praedictis iudicibus lis non fuerat contestata, sed perperam processerant ex abrupto. Nam* quum *die statuta idem* coram subdelegatis iudicibus⁴⁷⁾ delegatorum⁴⁸⁾ *comparsens* inducias ad proponendum exceptiones dilatorias petiisset, quia⁴⁹⁾ advocatus ipsius ductus errore respondit, quod ecclesia de Novo loco ecclesiam *ipsam*, de qua erat quaestio, per quadraginta⁵⁰⁾ annos et amplius pacifice possederat *et quiete*, licet ipse eadem die advocati errorem corrigens, ipsius responsionem, quae suae petitioni contradicere videbatur, ne per eam aliquid sibi posset praedictum generare⁵¹⁾, pro eo, quod ante liti contestationem sunt exceptiones dilatoriae proponendae, coram eisdem iudicibus revocavit⁵²⁾. Iudices tamen per huiusmodi responsionem erroneam advocati litem contestatam fore credentes, *non solum* ad receptionem *et examinationem* testium partis alterius *temere* processerunt, *sed etiam gravamini gravamen addentes, quum examinationem quorundam testium prioris de Vellebeo⁵³⁾ et suo coriudici delegassent, qui vices suas subdelegarunt aliis contra canonicas sanctiones; receptionem et examinationem testium ab ipsis de facto, quum de iure nequiverint, factam minus provide approbarunt. Propter quae gravamina ex parte praefatorum prioris et canonicorum ad sedem fuit apostolicam appellatum. Unde idem procurator cum instantia postulabat, ut memoratum iudicium processum decerneremus irritum et inane. Quia vero super praemissis nobis non potuit fieri plena fides, discretioni vestrae utriusque partis procuratorum assensu* Mandamus, quatenus⁵⁴⁾, si dicti prior et canonici *de Novo loco infra tres menses post susceptionem praesentium* legitime probaverint *coram vobis*, quod per *praefatum W.* procuratorem ipsorum eadem die advocati responsio extiterit⁵⁵⁾ revocata, quia sic per consequens lis contestata non fuit, *quum etiam procuratores alterius partis recognoverint, litem non aliter quam per dicti advocati responsionem, praescriptionem temporis allegantis, contestatam fuisse*, vel quod *primi* delegati, *videlicet abbas de Rievallae et eius collegae* testes receptos a subdelegatis subdelegatorum suorum⁵⁶⁾, *sicut ab altera parte proponitur*, approbaverint, quum *secundum canonicas et legitimas sanctiones* non nisi delegatus a principe causam alii⁵⁷⁾ valeat delegare, quicquid ab ipsis post appellatōnem eorum⁵⁸⁾ factum est, dummodo haec in appellatōne ipsa expressa fuerint, nunciatis⁵⁹⁾ irritum et inane.

CAP. LXIII.⁶⁰⁾

Non sufficit appellanti docere, quod exceptionem legitimam et veram opposuit et appellavit, nisi doceat propter exceptionem non admissam appellasse. H. d. et est casus not. et quotidianus.

Idem Decano⁶¹⁾ et Thesaurario et P. S. Petri Canonico Zamorensibus.

Dilectio filio G. capellano nostro, D. presbytero et I. *episcopi et G. capituli Salamantini*⁶²⁾ procuratori⁶³⁾ a nobis audire concessio, procurator capituli *pro se et procuratore ipsius episcopi* proposuit coram eo, quod, quum dictus presbyter super receptione sua in Salamantina ecclesia executorias a nobis ad archidiaconum Civitatisensem⁶⁴⁾ et collegae eius literas impetrasset, *partibus* coram eis⁶⁵⁾ *executoribus constitutis*, fuit ex parte⁶⁶⁾ *ipsorum episcopi et* capituli allegatum, quod, quum in ipsa sit ecclesia certus numerus canonicorum iuramento firmatus, de quo in literis ad eos directis mentio non fiebat, per eas non debebant contra ipsos⁶⁷⁾ procedere, et, ne aliter facerent, fuit ad nostram audientiam, *assignatis quibusdam aliis causis legitimis*, appellatum. *Sed*

Cap. LXI. 8) Restitutum ex c. 48. ih. — Comp. IV. h. t. c. — 9) non: Comp. IV. Aug. — 10) admonitione: C. R. 1. — 11) provideri: Comp. IV. Ms. A. B. — 12) obiectu: Comp. IV. conc. Ms. — 13) quod: conc. — 14) conveniri: Comp. IV. Aug. — 15) possit: Comp. IV. Cont. — possunt: conc. ap. Mans. — 16) eligant: conc. — 17) adducit: Comp. IV. Ms. A. — 18) habeat: conc. Ms. — 19) sciant quoque: conc. — 20) ostentatione: C. R. — constitutione: Comp. IV. Ms. B. — testatione: Ms. A. — attestatione: conc. — 21) distr. iudicio: Comp. IV. Ms. A. — 22) intra: Cont. Böh. — Comp. IV. Aug. — 23) sui: Comp. IV. Ms. A. — omitt. Aug. — 24) ipse: C. R., Comp. IV. conc. — 25) add.: ordinatum: Comp. IV. Ms. A. — 26) appellatōnem: conc. — 27) ex improvidentia rei: Comp. IV. Ms. A. — 28) legitime: conc. ap. Mans. — 29) manifestatus: conc. — 30) in: ih. — 31) eo: Comp. IV. Ms. A. — add.: iudice: C. R. 1. — 32) debeat: Comp. IV. — 33) cf. n. 12. — 34) omitt. Comp. IV. — 35) tunc: Comp. IV. Aug., Cont. — 36) procedit: Cont. — 37) institutiones: conc. Ms. — 38) qui suas habent observ. speciales: conc.

Cap. LXII. 39) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 40) Lincoln.: Comp. V. Ms. — Lincoln.: Cir. — 41) conventus: C. H. — 42) Orlsen:

C. R. 1. — Bohyse: C. R. 2. — Holise: C. L. — Hechemale: Comp. V. Cir. — Renale: Ms. — leg.: Rievallae. — 43) commissimus: Comp. V., Cont., Böh. — 44) ita nos restitutum. — Hichevalle: Comp. V. Cir. — Hira-vallae: Ms. — 45) ita leg.: Bellandae: Comp. V. — 46) Melton: Comp. V. Ms. — Molton: Cir. — leg. tamen est aut: Melton aut: Morton. — 47) iudicibus: Cir. — 48) eorundem: Comp. V. — 49) quod: Cir. — 50) omitt. Böh. — 51) generari: C. H., Comp. V. — 52) revocaverit: C. H. — revocarat: Comp. V. Cir. — 53) ita Cir. — Falco: Ms. — (Bel-lobeco) — 54) quod: Cir. — 55) extitit: C. H., Comp. V. — 56) iudicium: Cir. — 57) aliis: Comp. V. — 58) praedictam: ead. — 59) denunciatis: C. R. 2., Comp. V.

Cap. LXIII. 60) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 61) dec., thes. et P. Petri etc.: Comp. V. Cir. — dec., thes. P. et Petri: Ms. — 62) Salamantini: C. H. — Salamant.: Cir. per tot. — 63) procuratoribus: Comp. V. — 64) civitatis: C. R. 1., Comp. V. Ms. — seq.: et: omitt. Böh. — 65) eiusdem: Comp. V. Ms. — eisdem: Cir. — 66) a parte: C. H. — 67) deberent contra eos: ib.

ipsi executores, huiusmodi appellatione contempta, excommunicationis sententiam in episcopum et capitulum protulerunt. Quare petebat procurator praedictus, sententiam ipsam irritam nunciari, et dictum presbyterum super hoc ab eorum episcopi et capituli vexatione compesti. (Et infra:) Quoniam igitur, etiam per confessionem "ipsius" presbyteri factam coram auditore praedicto constiterit⁶⁸), Salamantinam ecclesiam habere certum numerum canonicorum iuramento firmatum, et huiusmodi exceptionem coram executoribus⁶⁹) "supra dictis" fuisse propositam, et "etiam," quod appellatum exstiterit⁷⁰) ab eisdem, quia tamen non constitit, quod propter exceptionem huiusmodi non admissam aliamve legitimam "causam" fuerit appellatum, "discretionis vestrae" mandamus, quatenus, si vobis constiterit, praefatam exceptionem huiusmodi⁷¹) de certo canonicorum numero iuramento firmato, vel alias legitimis exceptiones fuisse propositas coram ipsis executoribus, nec admissas, ac⁷¹) ideo partem "episcopi et" capituli appellasse, ipsorum executorum processum denunciatis irritum et inane.

CAP. LXIV.⁷²)

Appellans, qui terminum appellationi praefigit, si mittit procuratorem ad impetrandum et contradicendum tantum, et appellatio fuit recepta a iudice, vel approbata a parte, adversario legitime prosequenti condemnatur in expensis. H. d. secundum communem intellectum, licet glossa aliud sensorit.

Idem sancti Andreae Archidiacono et Magistro⁷³) Canonico de Melten.⁷⁴)

Nicolao militi ac fratri E. monacho monasterii sanctae Mariae "de Drundaniam Cisterciensis ordinis dioecesis Candidae casae apud sedem apostolicam constituitis dilectum filium nostrum S." sancti Adriani diaconum cardinalem concessimus auditorem. In cuius praesentia quum dictus monachus non nisi ad impetrandum et contradicendum procurator fuerit institutus⁷⁵), "sicut ex literis dictorum abbatum et conventus constitit evidenter," supplicavit humiliter idem miles, ut contra ipsos tanquam contumaces procedere deberemus, "ac dare aliquibus in mandatis, qui eosdem pro eo, quod ad prosequendam appellationem emissam procuratorem minus idoneum destinaverunt, ipso eandem personaliter prosequente, in resarciendis sibi damnis et expensis legitime condemnantes, eo prius, sicut iustum fuerit, restituito, audiant super his quae contra praedictos abbatem et conventum praefatus miles rationabiliter duxerit proponenda. Quia vero super praemissis nobis non potuit fieri plena fides, de assensu militis et monachorum praedictorum discretionis vestrae" Mandamus, quatenus, si vobis constiterit, dictos⁷⁶) abbatem et conventum appellationi suae terminum praefixisse, quum ad prosequendam⁷⁷) eandem sufficientem procuratorem non miserint, memorato milite ipsam personaliter prosequente, ipsos ad restituendas expensas a tempore appellationis factas eidem militi condemnatis⁷⁸), "eodemque, sicut iustum fuerit, primitus restituito, audiat causam, et appellatione remota sine debito terminetis."

CAP. LXV.⁷⁹)

Ab eadem sententia ab eodem tertio appellare non licet.

Idem Episcopo Mantin.⁸⁰) et P. Canonico Tuscanensi.⁸¹)

Sua nobis R.⁸²) tutor filiorum quondam B. civis Tuscanensis petitione monstravit, quod, quum inter ipsum ex una parte, et F. pro se, ac Petrum "Campumallum" tutorem quondam⁸³) filii B. "conceives suos" ex altera super quadam summa pecuniae "et rebus aliis" coram R. tunc iudice "comitatus" Tuscanensis "non ex delegatione apostolica" quaestio verteretur, idem diffinitivam pro eodem

R. sententiam promulgavit, quae his fuit per iudices delegatos a sede apostolica⁸⁴) confirmata. Sed⁸⁵) "licet Petrus Picheta canonicus Tuscanensis, cui executionem ipsius sententiae dicuntur commississe, ipsum in possessionem quarundam domorum et aliarum rerum legitime induxisset, quia" pars altera, quae "ab aliorum delegatorum cognitione" nemel et iterum appellaverat, tertio vocem appellationis ad nos emittens "contra legitimis sanctiones, dilecto filio" P.⁸⁶) "Severini canonico Tuscanensi" et eius collegae⁸⁷) cognitionem ipsius sententiae a nobis obtinuit delegari, "illi, prout erant contra eum plus debito animosi, a possessione praedicta contra iustitiam eiecerunt eundem." Quumque "dilectus filius noster" R. sanctae Mariae in Cosmedin⁸⁸) diaconus cardinalis super appellatione tertio ad nos emissa utrique⁸⁹) parti a nobis datus auditor, interlocutus fuerit, illos non potuisse de iure tertio appellare, nos praedicto P.⁹⁰) "Severini" et eius collegae⁹¹) "nostris" dedimus "litteris" in mandatis, ut in negotio ipso nequaquam procedere attentarent.

CAP. LXVI.⁹²)

Appellatio omissa medio iudice interposita causam non devolvit exceptione opposita. Hoc dicit secundum communem intellectum.

Idem Magistro G. Archidiacono et Officiali Lemon.⁹³)

Dilecti filii prior et conventus de Lacu Rubeo⁹⁴) transmissa nobis petitione monstraverunt, "quod, quum inter ipsos ex parte una, et F. de Hambaro, militem Claromontensis dioecesis ex altera super quodam nemore et rebus aliis coram magistro A. canonico Claromontensi non ex delegatione apostolica quaestio verteretur, idem miles ad ventrabilem fratrem nostrum Bituricensem archidiaconum frustratorie vocem appellationis emittens, causam super his officiali Bituricensi obtinuit delegari. Coram quo" Ex parte dictorum prioris et conventus fuit excipiendo propositum, quod, quum omissa dioecetano episcopo fuisset ad "eundem" archiepiscopum appellatum, ad quem gradatim fuerat appellandum, in causa ipsa de iure procedere non "poterat, nec" debebat. Sed quia "dictus" officialis archiepiscopi⁹⁵) huiusmodi "eorum" exceptionem⁹⁶) admittere denegabat, ipsi ad nostram audientiam appellarunt. "At ille, ipsorum appellatione contempta, suspensionis et interdicti tulit sententiam in eosdem." Quocirca "discretionis vestrae" mandamus, quatenus, "si dictas" sententias⁹⁷) post huiusmodi appellationem "inveneritis esse" latas in eos⁹⁸), denunciatis⁹⁹) "eas" penitus non tenere.

CAP. LXVII.

Si is, qui desijt esse tutor, nomine pupilli convenitur invitus, poterit appellare.

Gregorius IX. Magistro scholarium H. et G. de Rupe Canonice¹⁰⁰) S. Andoniani¹) Morinensis dioecesis.²)

Ex parte M. dominae de Colb.³) nobis fuit oblata querela, quod, quum nobis mulier domina de Bellebron.⁴) super quibusdam terris ipsam nomine filiorum suorum coram iudicibus auctoritate nostra traxisset in causam, eadem in iudicium ipsorum excipi fecit praesentia, quod, quum res⁵), de quibus in iudicio agebatur, et praedicti filii eius sub⁶) potestate et tutela ipsius minime permanent, quum iam ad secunda vota transisset, super his ei non tenebatur ipsorum nomine, quorum tutrix esse desiderat, respondere. Sed quia dicti iudices hac exceptione neglecta nihilominus ad hoc compellebant eandem, ipsa sentiens se gravari, nostram⁷) audientiam appellavit. Ideoque mandamus, quatenus, si ita est, revocato in irritum quicquid post appellationem huiusmodi inveneritis attentatum, audiat hincinde proposita, etc.

Cap. LXIII. 68) constituit: Comp. V. Ms. — constitit: Cir. — 69) auditoribus: C. H. — ipsius exec.: C. R. 1. — 70) exstitit: C. R. H., Comp. V. — 71) omitt. ib. — 71^a) omitt. Comp. V.

Cap. LXIV. 72) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 3. — 73) Io.: C. L. — 74) Nurtidn.: C. R. 1. — Michalthen: C. R. 2. — Bellikeldum: C. L. — Mireud: C. H. — S. Andreae et Dun. Leccenten. archidiaconus et mag. Iohanni: Comp. V. Ms. — S. Andreae et Diochesid. (leg. Dunceldensis) archidiacono et magistro Iohanni can. Diochesid.: Cir. — 75) constitutus: Comp. V. Cir. — 76) praedictos: C. R. 1. — 77) prosequendum: C. L., Comp. V. — 78) condemnantes: Comp. V.

Cap. LXV. 79) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 4. — 80) Martin.: C. R. 1. L. — Mutinen.: C. R. 2. — ep. Martin. presbytero can. Tusc.: Comp. V. Ms. — ep. Martin. N. presb. can. Tusc.: Cir. — ep., Martino et P. canonicis Tuscanensibus: coniectura Cironii. — 81) Tuscanian.: C. R. Cont. — 82) Reinerius: Comp. V. Cir., Böhm. — Etiam nobis N.: Comp. V. Ms. — 83) B. quondam: Comp. V. Ms. — verb.: quond. fil. B.: omitt. Cir. — 84) a sed. ap.: omitt. Cont. — 85) et: Comp. V. — 86) Petro:

C. R. 1. L., Comp. V. — 87) collegis: C. R. 1. — 88) Consuntin.: C. L. — Comedi: C. R. 1. — Cosmedin: C. R. 2. — Gosmed.: Böhm. — Cosmidin: Comp. V. Ms. — 89) utriusque partis: ead. — 90) B.: ead. — 91) collegae: C. R. 1. H.

Cap. LXVI. 92) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 5. — 93) Lemonice.: C. R. 2. L. — Lemonicen.: C. H. — Lemonicen.: C. R. 1. — mag. G. archid. et officiali Lemonicen. et archipresbytero de Noatron (archid. presbytero de Motron: Ms.) Lemonice. dioec.: Comp. V. — 94) rubro: Comp. V. Cir. — 95) omitt. Comp. V. — 96) exceptiones: C. R. 1. — 97) huiusmodi sent.: ib. — 98) in eos: omitt. C. R. 1., Comp. V. — in eosdem: C. R. 2. L. — 99) nunciatis: C. L.

Cap. LXVII. 100) canonico: C. R. — 1) Andonari.: C. R. 2. — Andonari.: C. L. — Andoniani: Böhm. — leg.: Audomari. — 2) magistro scholarium de Rupe et G. canonicis Audomari Martuen. dioeces.: C. H. — 3) Colob.: Cont., Böhm. — 4) Lubron.: C. R. 1. — Lebron.: C. R. 2. H. — 5) omitt. C. H. — 6) in: C. R. 1. — 7) ad nostr.: ib.

CAP. LXVIII.

Si iudex de iure dubitans vult consulere superiorem, debet consultationis copiam partibus edere; alias eius verbis consultationis fides non adhibetur.

Idem Magistro et Fratribus domus Morienensis. 7)

Intimasti (*Et infra*.) Praeterea Hospitalariis ignorantibus, et non facta eis copia de inquisitionis processu ad nos relationem transmisisse noscuntur, quum iuxta legitimas sanctiones, quotiens relaturum se iudex quilibet pollicetur, illico litigatoribus apud acta consultationis exemplum edere teneatur.

CAP. LXIX.

Si ante litem contestatam circa principale negotium iudex aliquid innovat, vel diem assignatam sine causa praevenerit, licite appellatur. Et si procurator datus ad impetrandum super appellatione non servavit formam mandati, auditur appellans etiam post annum.

Idem Archiepiscopo, Archidiacono et G. Canonico Turonensibus.

Significante Aurelianensi episcopo nos noveritis accepisse, quod, quum decanus et capitulum Magdunense⁸⁾ ipsum super eo, quod dicebant alibi, quam in stallis decani et capituli praedictorum carniciferae carnes vendere non debere, coram iudicibus auctoritate apostolica convenissent, petentibus tandem decano et capitulo nominatis iudicum officium implorando, ut, quum idem episcopus post citationem carnes in stallis aliis vendi fecisset, quod per eum super hoc⁹⁾ factum fuerat in statum pristinum revocarent, pro parte ipsius fuit propositum, quod, quum lis praesertim non fuisset super negotio contestata, locum imploratis huiusmodi non habebat, adiciens, quod, quum de consensu partium coram dictis iudicibus ad litigandum super ipso negotio certus dies statutus fuisset, et quantum ad illam diem solum fuisset iudicium eorumdem, praevenerit diem ipsum ac audire partem adversam in tali imploratione absque consensu partium non debebant. Et quia super his non audiebant eundem, nostram audientiam appellavit. Et licet procuratorem suum infra¹⁰⁾ annum ad huiusmodi appellationem miserit prosequendam, quia tamen dictus procurator, ut creditur, circumventus contra inhibitionem ipsius episcopi nostras super hoc ad quosdam iudices certa ratione suspectos literas impetravit, dictus episcopus uti noluit literis sic obtentis, petens non¹¹⁾ obstante lapsu anni ad prosecutionem appellationis admitti. Ideoque mandamus, quatenus, si inhibitione huiusmodi et praemissis¹²⁾ causis appellationis vel earum altera constiterit, revocato in irritum, etc. Usque¹³⁾ ad attentatum in iam dicto negotio iuxta¹⁴⁾ priorum continentiam literarum, etc.

CAP. LXX.

Capitulum famosum et multum allegabile, et h. d.: *Ad iustificandam appellationem ex causa interpositam probare oportet causae veritatem coram iudice ad quem, nisi fuerit coram iudice a quo oblata et rejecta.* H. d. singulariter usque ad §. Eidem. = §. 1. *Si appellatio non fuit recepta a iudice vel approbata a parte, sufficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum et contradicendum, licet pars appellata sit parata in curia prosequi.* H. d. usque ad §. Ille denique. Abbas Siculus. — §. 2. *Ante inchoatam prosecutionem appellationis appellans potest, si vult, invito appellato petere, ut remittatur ad iudicem a quo; sed condemnabitur in expensis factis per partem adversam in illa appellatione.* H. d. usque ad §. Sane. Abbas Siculus. — §. 3. *Articulus appellationis interpositae a gravamine discutitur per iudicem ad quem, parte absente per contumaciam, etiam lite non contestata in appellatione vel principali causa.* Hoc dicit, Abbas Siculus.

Idem.

Interposita appellatione ex causa probabili non sufficit appellanti probare, quod ex causa huiusmodi provocavit¹⁵⁾, si eam non doceat esse veram, nisi hoc se offerens probaturum non fuisset admisit. §. 1. Eidem quoque permittitur, si non recipiatur appellatio eius a iudice, nec ab adversario approbetur¹⁶⁾, super prosecutione appellationis per procuratorem ad impetrandum et contradicendum constitutum literas impetrare, licet pars altera per se vel per procuratorem idoneum iudicium super hoc apud sedem apostolicam recipere sit parata. §. 2. Ille denique, qui vocem appel-

lationis emisit, cuius nondum est alii cognitio delegata ad petitionem eiusdem¹⁷⁾, ad eum, a quo provocavit, de iure remittitur, contradictione partis alterius non obstante; est tamen¹⁸⁾ in legitimis expensis adversario, quas eum propter hoc fecisse constiterit, condemnandus. §. 3. Sane parato aliquo probare gravamen, propter quod duxerat¹⁹⁾ appellandum, et parte adversa se contumaciter absentante, potest super hoc lite non contestata procedi, licet nondum litis contestatio facta fuerit in ipso appellationis articulo vel negotio principali, quia, quum in hoc casu iniquitas prioris iudicis principaliter arguatur²⁰⁾, non est rigor iuris, ex quo sequi posset causae perplexitas, requirendus.

CAP. LXXI.

Clausula: „appellatione remota“ in medio literarum posita respicit praemissa, quibus annexitur, non sequentia, nisi reputetur in fine literarum. Et hoc si negotia sunt separata.

Idem.

Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, quotiens clausula, per quam tollitur appellationis remedium, in medio literarum ponitur, si sunt²¹⁾ plura negotia se minime contingentia, praemissa tantum complectitur, nisi forte in fine literarum praedicta clausula iteretur.

CAP. LXXII.

Breve est, sed per alia verba sic summatur: Appellatio unius prodest alteri, si communi iure iuventur, et idem sit negotium, et eadem defensionis causa, et sint eadem sententia condemnati; alias secus.

Idem.

Una sententia pluribus condemnatis, si unus solus ad appellationis beneficium convolverit²²⁾, illius victoria iure communi ceteris suffragatur, si communi iure iuventur²³⁾, idemque negotium et eadem causa defensionis existat.

CAP. LXXIII.

Iustus metus excusat adeo, quod non appellans habetur pro appellante, si fuerit protestatus, et appellationis causas duxerit exprimentas.

Idem.

Si iustus metus, quo minus appellaveris, te excusat, ad appellationis reputaris beneficium convolasse, dummodo infra²⁴⁾ tempus, quo licite provocatur, coram iudice, a quo appellasse volueras²⁵⁾, vel, si habere ipsius copiam nequivisti²⁶⁾, in praesentia bonorum virorum protestatione²⁷⁾ super hoc proposita, causas appellationis duxeris exprimentas.

TITULUS XXIX.

DE CLERICIS PEREGRINANTIBUS. 1)

CAP. UN. 2)

Contra peregrinantem seu proficiscentem ad sedem apostolicam non est aliquid innovandum.

Coelestinus III. Ambianensis³⁾ Episcopo.

Conquerente I. 4) presbytero intelleximus, quod, postquam ad nos veniendi iter arripuit, quidam res eius diripere praesumpserunt. Licet autem presbyter idem res suas et ecclesiae suae⁵⁾ in protectione nostra non posuerit, quando⁶⁾ ad nos accessit, quia⁷⁾ (tamen propter hoc non debuit rebus suis spoliari, quum hi, qui accedunt ad praesentiam nostram, cum rebus eorum⁸⁾ debeant⁹⁾ esse sub apostolica protectione securi¹⁰⁾, fraternitati tuae mandamus, quatenus, quicquid eidem presbytero post iter arreptum¹¹⁾ ad nos veniendi subtractum est vel ablatum¹²⁾, sibi¹³⁾ omni appellatione remota restitui faciat incunctanter.

Cap. LXVIII. 7) *Montin.*: C. H. — *Morineti*: C. L. — *Morin.*: *Morinen.*: Böh. —

Cap. LXIX. 8) *Malden.*: C. R. 2. — *Maguden.*: C. L. — 9) *sup. hoc.*: omitt. C. L. H. — 10) *infra*: Cont., Böh. — 11) *se non*: C. H. — 12) *de praem.*: C. R. 1. — 13) *usque ad alt.*: omitt. C. H. — 14) *procedatis iuxta*: C. H.

Cap. LXX. 15) *provocaverit*: C. R. — 16) *approbatur*: Böh. — 17) *ipsius*: C. R. 1. — 18) *est tamen*: omitt. C. R. H. L., Cont. — 19) *duxerit*: C. H. — 20) *arguitur*: Cont.

Cap. LXXI. 21) *sint*: C. R. 2. H.

Cap. LXXII. 22) *convolverit*: C. R. H. — 23) *iuventur*: ib.

Cap. LXXIII. 24) *infra*: Cont., Böh. — 25) *volueris*: Cont., Böh. — 26) *nequivisti*: C. H. — 27) *contestatione*: C. R. H., Cont.

TIT. XXIX. 1) *De peregrinantibus*: C. R. — rubr. omitt. C. H. — Cap. un. 2) *Restitutum ex Comp. II. h. t. c. un.* — 3) *Albiensis*: C. R. 1. — *Abien.*: Comp. II. Aug., Ms. B. — omitt. Ms. A. — 4) *Io.*: C. H. — 5) *et se*: Comp. IV. Aug., Ms. A. — 6) *quum*: Comp. II. — 7) *et res eorum*: ead. — 8) *debet*: Böh. — 9) *securi*: Comp. II. Ms. A. B. — 10) *acceptum*: C. L. — 11) *sublatum*: ib. — 12) *sub*: Comp. II. Ms. A.

TITULUS XXX.

DE CONFIRMATIONE UTILI VEL INUTILI.

CAP. I.¹⁾

De re scienter confirmata per Papam inferior iudex cognoscere non potest, nisi confirmatio non tenuerit, ut quis subreptitia, vel de re litigiosa.
H. d. cum cap. sequenti.

Alexander III. *Exonensis*²⁾ Episcopo.

Si quis rei litigiosae confirmationem impetravit³⁾ ab apostolica sede⁴⁾, non minus potest iudex de causa cognoscere, et eam sine debito terminare. Sed si rem tunc⁵⁾ pacifice possidebat, quum inde⁶⁾ confirmationem obtinuit⁷⁾, non est *tutum aut* licitum iudici, de quaestione⁸⁾ postea exorta decernere, aut eam diffinire absque sedis apostolicae mandato.

CAP. II.⁹⁾

Idem dicit.

Idem *Vigoriensis*¹⁰⁾ Episcopo.

De confirmationibus autem Romanorum Pontificum volumus te¹¹⁾ tenere, quod contra illas, nisi novum apostolicae sedis procedat¹²⁾ mandatum, aut certum sit, quod *ipsae confirmationes* sint per falsi¹³⁾ suggestionem elicitae¹⁴⁾, non est aliquatenus iudicandum.

CAP. III.¹⁵⁾

Litterae confirmationis super sententia, a qua erat appellatum, non valent, si appellatus malitiose praevenerit appellanti; alias pendent, donec de appellatione cognoscatur.

Coelestinus III.¹⁶⁾

Bonae memoriae A.¹⁷⁾ *quondam* canonicus vester, *qui apud sedem apostolicam diem conclusit extremum, super quibusdam nos consulere studuit, quae secundum tenorem nostrae responsionis vobis necessario duximus intimanda.* Proposuit *autem*, sententiam *per falsa instrumenta* a delegatis iudicibus prolata fuisse, *quae nimirum vera esse credebantur,* et infra¹⁸⁾ decem diem ille, contra quem sententiam fuerat¹⁹⁾, *falsitatem instrumentorum advertens* ab illa sententia appellavit²⁰⁾; indices tamen nihilominus sententiam executioni mandarunt. Ceterum appellans, itinere statim ad apostolicam sedem²¹⁾ arrepto, litteras de retractando sententiam²²⁾ impetravit; adversarius autem ipsum caute praeveniens, confirmationis promulgatae sententiae rescriptum²³⁾ fuerat²⁴⁾ assecutus, in quo *tamen* nulla de facta appellatione²⁵⁾ mentio habebatur. Ideoque²⁶⁾ requisisti, quae quibus litteris praedictum faciant. Respondemus igitur²⁷⁾, quod posteriores debent prioribus praedictum generare²⁸⁾. *Ab hac siquidem prima consultatione quaestio suborta exhibitae est in auditorio nostro secunda, quae ita se habet: Si in eisdem, videlicet posterioribus, litteris haec clausula poneretur, non obstantibus aliquibus litteris confirmationis late sententiae audiat causa et sine debito terminetur, utrum sic primae revocari deberent. Ad hoc dicimus, quod per ultimas primae forent penitus revocandae.* Verum²⁹⁾ si dica-

tur³⁰⁾, *sicut frequentius in litteris apostolicis consuevit apponi:* „nullis³¹⁾ litteris veritati et iustitiae praedictantibus,“ vel sub alia forma verborum, dummodo nihil diceretur de litteris confirmationis expresse, dicimus, quod primae tamdiu suum debent³²⁾ habere vigorem, donec de iniqua *vel falsa* sententia cognitio plenior habeatur³³⁾. *Tertio etc. cf. c. 5. de prob. II. 19.**

CAP. IV.³⁴⁾

Innovatio privilegii novum ius non tribuit, nec antiquum confirmat; sed, si quod competebat, conservat. Brevius sic potest sumari: Innovatio privilegii non inducit confirmationem iuris in eo contenti.

Innocentius III. *Decano Paderburensi*³⁵⁾

Quum dilecta in Christo filia³⁶⁾ abbatissa et sorores ecclesiae de Gardeven³⁷⁾ sua cuperent privilegia innovari³⁸⁾ propter, viarum discrimina³⁹⁾ quatuor episcopis, et abbatibus totidem, ut ea inspicerent diligenter, et tenorem ipsorum fideliter transcriberent sub sigillis suis nobis remitterent, duximus iniungendum, *qui apostolico mandato parentes, privilegia felicitis recollectionis Agapiti et Ioannis praedecessorum nostrorum sibi praesentata subtiliter conspexerunt, tenorem eorum sub sigillis suis nobis fideliter transmittentes. Venerabilis quoque frater noster G. Remensis archiepiscopus, tunc episcopus Praenestinus, in partibus illis officium legationis exercens, tenorem privilegiorum ipsorum sub sigillo proprio nostro fecit conspectus praesentari.* Nos autem tam legato, qui⁴⁰⁾ sub sigillo proprio ea nostro fecit conspectus praesentari, quam inquisitoribus ipsis fidem debitam adhibentes, licet non videremus⁴¹⁾, quare non deberent eadem privilegia innovari, quia tamen C. maioris ecclesiae, et I.⁴²⁾ sanctae Crucis canonici *Hildesemenses in nostra praesentia constituti* proposuerunt⁴³⁾, *Hildesemensem* ecclesiam in possessione subiectionis ipsius monasterii per centum annos et amplius existisse, privilegia ipsa tunc non duximus innovanda. Unde iudicibus⁴⁴⁾ dedimus in mandatis, ad locum idoneum *pariter* accedentes, citatis qui fuerint⁴⁵⁾ evocandi, inquirerent super his⁴⁶⁾ diligentius veritatem, *et usque ad diffinitivam sententiam procedentes gesta omnia sub suarum testimonio litterarum conscripta fideliter ad sedem apostolicam destinarent, praefigentes partibus terminum competentem, quo nostro se conspectus praesentarent, sententiam recepturae. Ipsi vero mandatum apostolicum exsequi cupientes partes ad suam praesentiam citaverunt,* a quibus⁴⁸⁾ pars Hildesemensis ecclesiae ad apostolicam sedem appellavit, *propter quod iudices ipsi in causa procedere nequiverunt.* Nuper autem, *partibus in nostra praesentia constitutis,* iterato⁴⁹⁾ praedicta petiit abbatissa, quatenus deberemus privilegia suae ecclesiae renovare⁵⁰⁾, *praesertim quum in praesentia delegatorum iudicum pars Hildesemensis ecclesiae nihil ostendere studuerit vel probare, quod monasterio vel privilegiis eiusdem in aliquo derogaret.* Ex adverso vero fuit *solicite* postulatam, ut causam ipsam discretis viris committere digneremur, qui testes reciperent, quos contra privilegia⁵¹⁾ monasterii, et ad probandum⁵²⁾ praescriptionem legitimam⁵³⁾ inducere proponebant. Nos igitur⁵⁴⁾ *diligentius* attendentes, quod iure sit civili *provida deliberatione* statutum⁵⁵⁾, ut, quando periculum testium-formidatur, ne veritas occultetur, et probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite non contestata testes valetudinarii et alii, de quibus ex aliqua rationabili⁵⁶⁾ causa timetur, ad testimonium admittantur,

TIT. XXX. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XLIV. 10., Lips. II. 2., Cass. III. 2., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) *Lezoviensis*: App. — add.: *P. C. In litteris*: Lips., Cass., Comp. I.; cf. c. 9. de off. iud. del. I. 29. — 3) *impetraverit*: C. R. H., Coll. c. 1. — 4) *apostolicae sedis*: C. L., Lips., Cass., Comp. I. — 5) omitt. Lips. — 6) *in*: Comp. I. Aug. — 7) *obtinerit*: Cont. — 8) *de quaestione postea* (omitt. Comp. I. Aug.) *suborta sine mand. Rom. Pont. decernere aut eam diffinire*: Coll. c. 1.

Cap. II. 9) Restitutum ex App. L. 16., Comp. I. h. t. c. 2. — 10) *Wig.*: Comp. I. Ms. — *Wigor.*: Aug. — *Wigoriensis ep.* XII. libro Reg. App. — add.: *P. C. Ex parte*: Comp. I. — cf. c. 11. de accus. V. 1. — 11) *tuam cognitionem*: Coll. c. 1. — 12) *procedit*: Comp. I. — 13) *falsam*: Coll. c. 1. — 14) *impetratae*: C. H. — *obstante*: App.

Cap. III. 15) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. un. — 16) *Priori et cap. Dehum.* miss. esse dicitur in Luc. ap. Bal. III. 377. qua extrema hui. cap. particula (Ab hac etc.) refertur. — *Clemens III. P. C. Prudentiam*: Comp. II. Ms. A.; utraque satis inepte. — 17) *Alanus*: Comp. II. — 18) *intra*: Cont., Böhm. — *Intra decimum quoque (vero) Ms. B.) diem*: Comp. II. — *et intra decimum diem*: C. L. H. — 19) *fuit*: C. H. — *erat*: Comp. II. Aug. — *sententia lata fuerat*: Comp. II. Ms. A. — 20) *in vocem appellationis prorupit*: Comp. II. — 21) *apud sedem*: C. R. 1. — 22) *retractanda sententia*: Comp. II. — 23) *confirmationem promulgatae sententiae*, . . . *in qua*: C. H. — 24) *iam fuerat*: Comp. II. Aug. — 25) *factae appellationis*: Comp. II. Aug., Ms. A. — 26) *itaque*: C. R. 2. — *Ad haec itaque*: C. R. 1. — *Ad hoc itaque*: Comp. II. — 27) omitt. Comp. II. — 28) *praedictare*: ead. — 29) *Feruntamen*: C. R. 2. — 30) *diceretur*: Luc. — 31) *in illis*: C. L. — 32) *debeant*: C. H. — *suum*

habent vig.: Luc. — *suum haberent vig.*: Comp. II. Ms. A. — 33) *habetur*: Comp. II.

Cap. IV. 34) Restitutum ex Reg. Breu. IX. 108. — Comp. III. h. t. c. 1. — 35) *Paderburn.*: C. L. — *Paderburen*: Comp. III. Ms. — *Paderburen.*: Aug. — *de Helwatheshusen* (leg.: *Helmarshausen*!) et *de Hericatheshusen* (leg.: *Herdhusen*!) abbatibus et decano *Paderburensi*: Reg. — 36) *dilectae . . . filiae*: C. R. 1., Cont. — 37) *Gaudenen.*: C. H. — *Gardasen.*: Comp. III. Aug. — *Garderen.*: Ms. — *Gandersh.*: Böhm. — leg.: *Gandersheim.* — 38) *revocari*: Comp. III. Aug. — *renovari*: Ms. Reg. — 39) *nobis humiliter supplicarunt, ut* (quatenus: Comp. III.) *personis aliquibus scriberemus, quae* (ut: Comp. III.) *propter viarum discrimina ad nostram praesentiam tute destinari non poterant, inspicere diligenter, tenorem ipsorum fideliter conscriberent, sigillis eorum signatum nostro conspectus praesentandum.* Verum nos eorum postulationibus concurrentes, quatuor episcopis et abbatibus totidem hoc (omitt. Comp. III. Ms.) iniunximus exsequendum, qui apostolico etc.: Comp. III. Reg. — 40) *qui . . . praesentari*: omitt. Comp. III., Reg., Böhm. — 41) *viderimus*: C. H. — 42) *Io.*: C. L. — 43) *proponerent*: Reg. — 44) *Hildesemensem*: C. H. — 45) *Verum ut tam monasterio, quam ipsi ecclesiae suam iustitiam servaremus*: *dit. f. Figuevial, Corbeien* (Figuev., Corbeien): Comp. III.) et *de Lapide S. Michaelis abbatibus*: Comp. III., Reg. — 46) *fuerant*: C. R. 2., Comp. III., Reg. — 47) *omnibus*: Comp. III., Reg. — 48) *et quum vellet in causa procedere occasione cuiusdam interlocutoriae, quam tulerunt, pars Hildes.*: Comp. III., Reg. — 49) omitt. Comp. III., Reg. — 50) *innovare*: C. H., Comp. III. Aug. — 51) *privilegium*: C. H. — 52) *probandum*: C. R. 1., Reg. — 53) *legitime*: C. L. — 54) *siquidem*: Comp. III., Reg. — 55) *in iure sic constitutum*: C. H. — 56) *abest* a Reg.

eiusdem aequitatis similitudine provocati, praedicta privilegia, quasi iam nimia vetustate consumpta, quum⁵⁷⁾ fuerint non in pergamento, sed in papyro conscripta, duximus innovanda, nolentes⁵⁸⁾, quod ex⁵⁹⁾ innovatione⁶⁰⁾ huiusmodi novum ius monasterio acquiratur⁶¹⁾, sed *ut* antiquum *ius*, si quod⁶²⁾ habet, per innovationem privilegii⁶³⁾ conservetur⁶⁴⁾. Quia vero praefatum⁶⁵⁾ monasterium ad ius et proprietatem apostolicae sedis per privilegium⁶⁶⁾ praedecessoris nostri⁶⁷⁾ pertinere monstratur, ne ius ecclesiae Romanae remaneat indefensum, eandem abbatissam procuratricem ipsius duximus statuendam, ut, quum adversus Romanae ecclesiae possessiones et iura non nisi centenaria currat praescriptio, ipsa super hoc et alii vice nostra procuret quae coram te⁶⁸⁾ in iudicio fuerint⁶⁹⁾ procuranda. Nolentes igitur, quod de statu eiusdem monasterii diutius dubitetur, *per quod causa ipsa remaneat ulterius indecisa, discretionis vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus locum⁷⁰⁾ tutum et commodum eligens⁷¹⁾, infra sex mensium spatium post susceptionem praesentium litterarum recipias⁷²⁾ testes, quos ad praescriptionem probandam Hildeaemensis ecclesiae, vel ad interruptionem ostendendam *Gandershemense* coenobium duxerit⁷³⁾ producendos, et si legitimam praescriptionem probaverit, ut intendit, nisi probata fuerit interruptio⁷⁴⁾ ex adverso, subiectionem ipsius monasterii adiudices episcopo memorato⁷⁵⁾, quum constet ipsum in sua dioecesi constitutum, privilegium, quod *ipsi* monasterio innovari fecimus, corrumpendo⁷⁶⁾; alioquin eidem super hoc perpetuum imponens⁷⁷⁾ silentium, monasterium *ipsum* pronuncies⁷⁸⁾ perpetua libertate gaudere, nostro sibi privilegio resignato⁷⁹⁾. *Testes autem etc. Dat. Ferentini XV. Kal. Jul. Ao. IX.* [1206.]*

CAP. V.⁸⁰⁾

Non valet confirmatio, quam religiosus impetravit a Papa super temporali administratione seu prioratu, si tacuit se regularem. Si vero expressit, rescriptum praecurritur falsum, quia Papa non consuevit concedere. H. d. cum sequent.

Idem Episcopo et praeposito Uticensibus.⁸¹⁾

Ad nostram audientiam *dilecto filio* praeposito Nemanensis⁸²⁾ ecclesiae⁸³⁾ significante pervenit, quod quidam⁸⁴⁾ canonici Nemanensis⁸⁵⁾ ecclesiae, *super dilapidatione vel aliis criminibus infamati*, a nobis literas confirmationis super administrationibus suis obtinere laborant⁸⁶⁾, religionis *ac professionis* suae conditione suppressa. Quum igitur regularibus personis non consueverit apostolica sedes aliqua personaliter confirmare, *discretionis vestrae per apostolica scripta* mandamus, quatenus confirmationes, quas ab ipsis canonicis, quum regulares existant⁸⁷⁾, noverritis taliter impetratas, *auctoritate nostra suffulti* denunciatis irritas et inanes.

CAP. VI.⁸⁸⁾

Idem dicit, quod supra cap. proximo.

Idem.⁸⁹⁾

Porrecta nobis⁹⁰⁾ ex parte tua petitio continebat, quod plures ex religiosis⁹¹⁾, qui prioratibus⁹²⁾ vel aliis⁹³⁾ administrationibus praesunt, a nobis super ipsis⁹⁴⁾ *prioratibus*, quoad vixerint, possidendis confirmationis literas se asserunt impetrasse, *quarum occasione bona ipsorum prioratum distrahunt et consumunt, asserentes, se tibi quoad prioratus illos nulla ratione subesse.* Quum igitur a cancellaria nostra huiusmodi literas⁹⁵⁾ emanasse non credamus, *discretionis tuae per apostolica scripta* mandamus, qua-

tenus illos, qui tales literas exhibuerint, in quibus prioratus vel administrationes⁹⁶⁾ tanquam religiosis⁹⁷⁾ confirmantur, eosdem punias tanquam falsitatis auctores; si vero in eis non sit mentio religionis⁹⁸⁾ ipsorum, illas tanquam tacita veritate subreptas denunciatis non valere. *Dat. Rom. ap. S. Petr. V. Id. Febr.* [1205.]

CAP. VII.⁹⁹⁾

Sententia seu laudum contra formam iuris vel compromissi latum per arbitros, licet per Papam in forma communi fuerit confirmatum, non tenet.

Idem nobili viro Matthaen de Rivariis.¹⁰⁰⁾

Examinata causa, quae vertitur inter te et milites Campanicos super ecclesia sancti Angeli *de Casaparata, actis, confessionibus et attestationibus intellectis, inspectis instrumentis et allegationibus indagatis*, perpendimus *evidenter*, arbitrium, quod *contra te* vicedominus Sabinensis dicebatur super eodem¹⁾ negotio promulgasse, contra formam iuris et compromissi fuisse dictatum. Unde non obstante confirmatione *felicitis memoriae* C. Papae praedecessoris nostri, qui confirmaverat illud, sicut provide latum fuerat, et ab utraque parte receptum, decernimus²⁾ ipsum irritum et inane. *Actionem autem etc. [cf. c. 15. de iud. II. 1.]*

CAP. VIII.³⁾

In confirmatione ex certa scientia dictio „sicut“ ponitur causative; nec nocet, si verbum confirmationis praecedat tenorem confirmati.

Honorius III. illustri Regi, Baronibus et Militibus⁴⁾, et aliis hominibus Cypri.⁵⁾

Venerabilis frater⁶⁾ noster archiepiscopus Nichosiensis⁷⁾ et suffraganei eius transmissa nobis petitione monstrantur, quod inter ipsos *ex parte una*, et vos *ex altera* super quibusdam decimis, *possessionibus et rebus aliis* mediante *venerabili fratre nostro* Albantensi episcopo, tunc apostolicae sedis⁸⁾ legato, amicabilem compositionem intervenit, *hoc* expresse adiecto, quod quantocius⁹⁾ eam auctoritate apostolica confirmari contingeret, statim deberet executioni mandari. Verum licet *ipsa* sit per nos *compositio* confirmata, et ad maiorem rei evidentiam literis confirmationis tenor compositionis insertus, *compositio* ipsam¹⁰⁾ tamen renuistis observare, occasionem frivolam praecedentes¹¹⁾ tum ex eo, quod in literis *nostris* verbum¹²⁾ confirmationis tenorem compositionis¹³⁾ iuxta stylum ecclesiae Romanae praecedit¹⁴⁾, tum quia *illa* clausula consueta, scilicet: „sicut sine pravitate provide facta¹⁵⁾ est,“ in eisdem literis continetur. *Quum igitur nedum contra Deum et ecclesias, sed nec etiam contra privatas personas huiusmodi cavillosis diffugiis insistere debeatis*, Mandamus¹⁶⁾, quatenus, si praemissis veritas suffragatur¹⁷⁾, compositionem *observantes* eandem, *ipsam* adimplere curetis.

CAP. IX.¹⁸⁾

Collatio ecclesiae alteri facta per legatum et per Papam confirmata ius dioecesi non laedit.

Idem universi Abbatibus et Praelatis ac Conventibus et Clericis in Constantinopolitana¹⁹⁾ dioecesi constitutis.

Sua nobis *venerabilis frater noster* patriarcha Constantinopolitanus conquestione²⁰⁾ monstravit, quod, quum quidam vestrum sumentes²¹⁾ occasionem ex eo, quod²²⁾ *dilectus filius noster* I. *tit. sanctae Praxedis* presbyter cardinalis, tunc apostolicae sedis²³⁾ legatus, quibusdam aliis ecclesiis et clericis in spiritualibus

Cap. IV. 57) omitt. Comp. III. Aug. — 58) add.: *tamen*: C. H. — 59) omitt. Comp. III. Aug. — 60) *novatione*: C. H. — 61) *sic acquisitione*: ib. — 62) *quid*: ib. — 63) *per innovatum privilegium*: Comp. III. Aug. — 64) *confirmetur*: Reg. — 65) *praedictum*: ib. — 66) *privilegium*: Comp. III. Aug. — 67) *praedecessorum nostrorum*: Reg. — 68) *nobis*: Comp. III. Aug. — 69) *fuerant*: Comp. III. Aug. — 70) add.: *etiam*: C. H. — 71) *eligentes*: Comp. III. Aug. — 72) *recipias*: ib. — 73) *dixerit*: Comp. III. Aug. — 74) *praescriptio*: Reg. — 75) *adiudicatis eidem*: Comp. III. Aug. — 76) *corrumpentes*: ib. — 77) *imponentes*: ib. — 78) *pronunciatis*: ib. — 79) *reservato*: C. H.

Cap. V. 80) *Restitutum ex Comp. III. h. t. e. 2.* — 81) *Wercelensis*: C. H. — *Vicen.*: Comp. III. Aug. — 82) *Nemanensis*: Comp. III. Aug. — *Neumagen*: Ms. — *Nemansen*: C. R. 1. L. recte. — 83) omitt. Comp. III. Aug. — verb. seq.: *sign.* . . . *eccl.* non exstant in Comp. III. Ms. — 84) *abest a C. H.* — 85) *Nemesen*: C. R. 2. — cf. n. 82. — 86) *laborabant*: C. H. — 87) *existerent*: C. R. 2.

Cap. VI. 88) *Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 217.* — Comp. III. c. 1. de resc. I. 2. — 89) *Ymolensi*: Comp. III. Ms. — *Imolensi*: Aug. — *Mollmensis*: Reg. — 90) non leg. in Comp. III. Aug. — 91) *monachis tuis*: Comp. III. Aug. — 92) *prioribus*: Böhm. — 93) *vel al.* — 94) non exstant ib. — 95) *super ips.* omitt. C. H. — 96) *non credimus huiusmodi*

emanasse: Comp. III. Aug. — 96) *vel adm.*: omitt. Comp. III. Aug. — 97) *monachis*: ib. — 98) *prioratus vel monachatus*: ib.

Cap. VII. 99) *Restitutum ex Comp. III. h. t. e. 3.* — 100) *Nvaria*: C. L. — *Rivaria*: C. R. 1. — cf. c. 15. de iud. II. 1. — *eo*: C. R. 1. — 2) *decrevimus*: C. H.

Cap. VIII. 3) *Restitutum ex Comp. V. h. t. e. 1.* — 4) *et mil.*: omitt. C. H. — 5) *Cyprien*: C. R. 1. — *illustri regi et dilectis filiis nobilibus viris H. Nato et ballivis (ballivis) eius* nec non *comestabulo, baronibus, militibus et omnibus universis Cypri* (Ms. et Cypri): Comp. V. — 6) *Tua nobis frater archiepiscopo etc.*: Comp. V. Ms. male. — *Venerabiles fratres nostri*: C. H. — 7) *Nicosien*: Comp. V. — 8) *ap. sed.*: omitt. C. R. H. — *tunc fungente legatione in orientis partibus*: Comp. V. — 9) *quam citius*: C. L. H. — 10) *ipsam renuistis*: Comp. V. — 11) *men dicantes*: ead. — 12) *verba*: C. H. — 13) *ten. comp.*: omitt. C. H. — *Cont.* — 14) *praecedat*: Cont. — *procedat*: Böhm. — 15) *factum*: Comp. V. Ms. — 16) *universitatem vestram monemus et exhortamur (hortamur)*: Ms. — 17) *suffragetur*: C. R. 2.

Cap. IX. 18) *Restitutum ex Comp. V. h. t. e. 2.* — 19) *Constantinopolis*: C. H. — *universi abbatibus et praelatis aliis ac conventibus et clericis in Constantinopolitana et Chalcedonensi dioecesi constitutis*: Comp. V. — 20) *quaestione*: C. R. 1. — 21) *assumentes*: Comp. V. — 22) omitt. Böhm.

et temporalibus contulit monasteria eorundem, ipsi patriarchae obedire recusant²⁴) et ei de iuribus patriarchalibus respondere, in suae praesumptionis adiutorium inducentes, confirmationes huiusmodi collationum a sede apostolica impetratas. Quum igitur²⁵) nolimus²⁶) iura, quae dioecesanis debentur, per collationes seu confirmationes praedictas minui seu *'aliquatenus'* laedi, *'univer-*

'sitati vestrae' mandamus, quatenus occasione huiusmodi non obstante, ipsi patriarchae reverentiam²⁷) et obedientiam *'debitam humiliter'* exhibere curetis, eique de iustitiis suis integre *'et de spiritalibus'* respondere, *'nisi forsitan aliqui per expressum exceptionis privilegium ostenderit se munitos, etc.'*

Cap. IX. 23) *ap. sed.*: omitt. C. H. — *tunc, quum (dum: Ms.) in partibus illis legationis officio fungeretur*: Comp. V. — 24) *recusanti eadem auribus*: Comp. V. Ms. male. — 25) *ergo*: C. R. H. — 26) *Quum ergo nec ipsius intentio fuerit cardinalis, nec nos quoque* (omitt. Ms.)

velimus iura, quae dioecesano debentur: Comp. V. — 26) *nolimus*: Cont., Böhm. — 27) *obedientiam et reverentiam de iustitiis integre in spir. respondere*: Comp. V. Ms.

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIBER TERTIUS.

TITULUS I.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

CAP. I.¹⁾

Quum celebratur, divinus esse debet clerus a populo.

Ex concilio Maguntino.²⁾

Ut laici secus altare, quando sacra³⁾ mysteria celebrantur, tam ad vigiliis quam ad missas penitus stare vel sedere inter clericos non praesumant; sed pars illa, quae cancellis⁴⁾ ab altari dividitur, tantum psallentibus pateat clericis. Ad orandum⁵⁾ vero et communicandum laicis et feminis, sicut mos est, pateant sancta sanctorum.

CAP. II.⁶⁾

Ex concilio Pictaviensi.

Clerici arma portantes et usurarii excommunicentur.

CAP. III.⁷⁾

Presbyter habens populum debet habere clericum, qui secum cantet et in aliis hic expressis cum iuvet.

Ex concilio Maticensi.⁸⁾

Ut quisque⁹⁾ presbyter, qui plebem regit, clericum habeat, qui secum cantet, et¹⁰⁾ epistolam et lectionem legat, et qui possit scholas¹¹⁾ tenere, et admonere¹²⁾ suos parochianos, ut filios suos ad fidem discendam mittant ad ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat.

CAP. IV.¹³⁾

Gregorius IX.

Si quis ex clericis comam relaxaverit, anathema sit.

CAP. V.¹⁴⁾

Ex concilio Carthaginiensi.

Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat.¹⁵⁾

CAP. VI.¹⁵⁾

Clericus non professus, nec in sacris existens, potest uxorem ducere; sed iterum tondebitur, si vult gaudere privilegio clericali, vel dispensative tenere beneficium. H. d. secundum modum, qui est magis consentaneus litterae, secundum quem ponit unum casum duntaxat.

Ex concilio Triburiensi.¹⁶⁾

Clericus, si tonsura dimissa uxorem acceperit¹⁷⁾, qui quidem sit sine gradu, nec monasterio¹⁸⁾ a parentibus traditus, uxorem¹⁹⁾

permittatur habere, et iterum tondeatur, nec in vita sua uxorem dimittere audeat.

CAP. VII.²⁰⁾

Clericus debet tonsuram deferre, et si non vult, potest invitus a suo superiore tonderi.

Alexander III. Cantuariensi Archiepiscopo.

Clericis (Et infra: [cf. c. 5. Ne cler. vel mon. III. 50.] Clerici²¹⁾, qui comam²²⁾ nutriunt et barbam, etiam²³⁾ invitus a²⁴⁾ suis archidiaconis tondeantur. Vestimentis etc. [cf. c. 5. Ne cler. vel mon. III. 50.]

CAP. VIII.²⁵⁾

Frequentans monasterium monialium, et monitus non desistens, si clericus est, deponitur; si laicus, excommunicatur.

Idem in concilio Lateranensi.

Monasteria praeterea²⁶⁾ sanctimonialium si quisquam clericus sine manifesta et rationabili²⁷⁾ causa frequentare praesumpserit, per episcopum arceatur²⁸⁾, et, si non destiterit, ab officio²⁹⁾ ecclesiastico reddatur³⁰⁾ immunis; si laici, excommunicationi subdantur, et a coetu fidelium fiant penitus³¹⁾ alieni.

CAP. IX.³¹⁾

Episcopus potest statuere in ecclesia certum numerum clericorum secundum ipsius facultates, qui vivant in communi, et contradictores ad hoc compellere; et istos in communi viventes potest absolere ab excommunicatione incurra propter iniunctionem manuum in socium.

Gregorius VII.³²⁾

Quoniam, ut ait scriptura, "prone sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua, sicut ex sensualitate caro vergit in culpam: ita vigore spiritus praecedente et subsequente divina gratia animus nili debet ad veniam, et remedia semper inquirere, quibus irruentes occasiones mortis valeat declinare. Inde siquidem est, quod intelligentes multa ex defectu proprio, multa ex aliena malitia in vestris ecclesiis pervenisse, quae aut delictum in se, aut occasionem habeant delinquendi, per auctoritatem apostolicae sedis, cui ex dispositione Domini deservimus, prout datur ab eo, decernimus obviandum, et auctoritatem in vobis episcopalis officii ad rescandam noxia in subditis vestris et inserenda utilia scriptis apostolicis muniendam duximus, recolentes quod in veteri lege praecipit Dominus, dicens: „ignis in altari semper ardebit, quem nutriat sacerdos, subiciens mane ligna per singulos dies.“ Statuimus ergo, ut, facultatibus ecclesiarum vestrarum atque³³⁾ preventibus et expensis etiam³⁴⁾ diligenter inspectis, certum in eis valeatis ponere³⁵⁾ numerum clericorum, et statuere, ut bona eorum veniant in commune³⁶⁾, et in una domo vescantur, atque sub uno tecto dormiant et quiescant. Si qui³⁷⁾ vero contradictores extiterint, licitum vobis sit ver suspensionem officii et beneficii, aut graviori etiam poena, si opus fuerit, ad hanc observantiam eos appella-

TIT. I. Cap. I. 1) Restitutum ex Cap. Reg. Fr. VII. 278. (cf. conc. Turen. II. c. 4.) — Burch. III. 102., Ivo Decr. II. 137., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) ex conc. Africano: Comp. I. Aug. — 3) quando sacra: Comp. I. — quo sacra: Cap., Burch., Iv. — 4) a cancellis versus altare dig., choris tantum psall. pat. clericorum: Cap. — 5) ad adorandum: Iv. — seq.: vero: omitt. Comp. I. Ms. — Cap. II. 6) conc. Pictav. (A. 1079.) c. 10. — Lips. LI. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — add.: F. C. Decrevit (quod primi can. initium est): Comp. I. — Cap. III. 7) Burch. II. 56., Ivo Decr. VI. 152., Comp. I. h. t. c. 7. — 8) Macanen.: C. H. — Na.: Comp. I. Ms. — Nannetensi: Aug., Burch., Iv. — non exstat in impressis. — 9) quisquis: C. H. — 10) omitt. Comp. I. Aug. — 11) scholam: Burch., Iv. — 12) admonere: iid. — Cap. IV. 13) c. 17. conc. Rom. hab. A. 721. — Comp. I. h. t. c. 3. — cf. c. 23. Dist. XXIII. — Cap. V. 14) c. 24. Statut. eccl. ant., sive conc. Carth. IV. c. 44. — Cap. VI. 15) Burch. VIII. 97., Ivo Decr. VII. 115., Comp. I. h. t.

c. 6. — 16) non exstat in Triburiensi impresso. — 17) receperit: Comp. I. Aug. — 18) ad monasterium: ead. — ad non. aliquid: Burch., Iv., Comp. I. Ms. — 19) si uxorem habere permittitur, iterum tonderi cogatur, nec in vita sua tonsuram negligere audeat: Burch., Iv. — Cap. VII. 20) App. XXVII. 4., Lips. XIV. 4., Cass. XXIV. 4., Comp. I. c. 6. Ne cler. vel mon. III. ult. — 21) verba conc. Agath., cf. c. 22. Dist. XXIII. — 22) comas: Cass. — seq.: et barbam: omitt. Coll. cit. — 23) abest a Cass. — 24) invitus: Lips. — Cap. VIII. 25) c. 11. (Lips. c. 18.) conc. Lat. III. (A. 1179.) — Cass. X. 2., Comp. I. h. t. c. 8. — F. C. Clericis in sacris: Comp. I. — cf. c. 4. de exc. prael. V. 31. — 26) necessaria: conc. — 27) add.: sive per praepositum suum: Cass. — 28) beneficio: Lips. — a ben.: Cass., conc. — 29) habeatur: Cass. — 30) prorsus: conc. — Cap. IX. 31) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 10. — 32) Gregorius VIII. tribuit: Comp. I. — 33) omitt. Böhm. — 34) imponere: Comp. I. Aug. — 35) communi: ead. — 36) omitt. Comp. I. Aug.

tione compellere non obstante. Indulgemus etiam, ut, si quisquam eorum, qui simul vivunt, pro manus iniectione³⁷⁾ in socium a communione meruerit fieri alienus, reconciliandi "eum" et poenitentiam imponendi potestatem plenariam habeatis, nisi forte atrocitas facti poenam graviorem exspectet. "Quod etiam de mulieribus etc."

CAP. X.³⁸⁾

Eccleniastici iudices et delegati gratis iudicare debent, nec exigere possunt decimam vel aliam quotam litis, etiamsi hoc habeat consuetudo.

Innocentius III.³⁹⁾

Quum ab omni specie mali⁴⁰⁾ praecipiat Apostolus abstinere "nos, qui, licet indigni, constituti sumus a Deo super gentes et regna, ut iuxta verbum propheticum ecellamus et destruamus, aedificemus et plantemus, summo opere debemus satagere, quatenus ecellamus vitia et plantemus virtutes, destruamus iniqua et aedificemus honesta, sicque nostra sollicitudine mediante prava transeant in directa, et aspera convertantur in plana. Licet autem huius nostrae sollicitudinis labor generaliter debeat ad omnes extendi, quia sapientibus sumus et insipientibus debitores: specialiter tamen ad clericos, qui dormire debent a vitiis, ut sint pennae columbae de argentatae, ne quid appareat in illis, quod obsuacet condorem ecclesiasticae puritatis." Sane ad audientiam apostolatus nostri "multorum assertione" pervenit, quod, quum ex delegatione nostra causas suscipitis pertractandas⁴¹⁾, more saecularium super decima litis vel parteralia, pro diversa terrarum consuetudine praeter expensas victualium cum litigantibus, receptis pignorum, pro salario convenitis, "quae postmodum usque ad solutionem pecuniae nolentibus etiam partibus contenditis detinere." Nos⁴²⁾ attendentes, quod ad hoc vobis et aliis clericis sint⁴³⁾ ecclesiastici redditus deputati, ut ex ipsis honeste vivere debeatis. (Et infra:)⁴⁴⁾ Ideoque mandamus "atque praecipimus," quatenus ab huiusmodi⁴⁵⁾ executionibus de cetero abstinentes vigorem iudicarium gratis studeatis litigantibus impertiri, non obstante, quod in fraudem a quibusdam proponitur, quod id⁴⁶⁾ exigatur nomine assessorum, quum nec iustum iudicium iudici vendere liceat, et venales sententiae ab⁴⁷⁾ ipsis etiam⁴⁸⁾ saecularibus legibus reprobentur⁴⁹⁾. "Dat. Tuderti V. Non. Oct." [1198.]

CAP. XI.⁵⁰⁾

Ad evitandum scandalum possunt religioni diversi habitus, missi ad praedicandum de novo conuersis, se in unum superiorem habitum et propositum conformare.

Idem Livoniensi Episcopo, et eis, qui cum ipso sunt, Fratribus. Deus, qui ecclesiam suam⁵¹⁾ nova semper prole foecundat, "volens moderna tempora conformare prioribus, et fidem catholicam propagare, praedecessoribus vestris et vobis post eos pium inspiravit affectum, ut Livoniensem ingressi provinciam pagani evangelicis etiam nomini nostri Jesu Christi, eorum sequentes exemplum, quibus in evangelio legitur esse dictum: „Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti," et de quibus evangelicus sermo subiungit: „Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis." Attendens enim evangelicus ille paterfamilias, quod messis est multa, operarii autem pauci, adhuc mittit operarios in messem suam, et in hac quasi undecima hora vineae suae noceros deputat vitatores, quarum laborem pari cum primis denario recompenset. Unde quum evangelizandi officium eo assumperitis inspirante, qui facit utraque unum, oportet vos in unitatis et caritatis spiritu ambulare, illorum sequentes exemplum, de quibus legitur: „Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una." Ne igitur, si⁵²⁾ dispar in vobis observantia fuerit et dissimilis⁵³⁾ habitus, apud eos, quibus nunc evangelium praedicatis, scandalum suscitetur, "priusquam dividatur populus ille novus in partes quam in unam ecclesiam congregetur, quum puratus sit adhuc inimicus homo messi dominicae superse-

minare zizania, discretionem vestram monemus et exhortamur in Domino, per apostolica vobis scripta" Mandamus⁵⁴⁾, quatenus, eo non obstante, quod inter vos monachi sunt, et canonici regulares, vel alii etiam regularem⁵⁵⁾ vitam sub alia districtione⁵⁶⁾ professi, omnes⁵⁷⁾ pariter in unum regulare propositum et honestum habitum, quantum ad hoc spectat officium, conformetis, "ne nova ecclesiae Livoniensis plantatio piac memoriae praedecessoris tui, frater episcopo, sanguine rubricata vel leve in vobis scandalum patiatur, per quos radicanda est in fide catholica et fovenda. Quia vero [cf. c. 9. de divor. I. 19.]

CAP. XII.⁵⁸⁾

Ludi theatrales etiam praetextu consuetudinis in ecclesiis vel per clericos fieri non debent.

Idem.⁵⁹⁾

Quum decorem domus Dei⁶⁰⁾ (Et infra: [cf. c. 15. de fil. presb. I. 15.] Interdum ludi sunt in "eisdem" ecclesiis theatrales, et non solum ad⁶¹⁾ ludibriorum spectacula introducuntur in eis⁶²⁾ monstra larvarum, verum etiam in aliquibus⁶³⁾ "anni" festivitibus, "quae continue natalem Christi sequuntur," diaconi, presbyteri ac subdiaconi "ricissim" insaniae suae ludibria exercere praesumunt⁶⁴⁾, "per gesticulationum suarum debacchationes obscenas in conspectu populi decus faciunt clericale viscerare, quem potius illo tempore verbi Dei deberent praedicatione mulcere. Quia igitur ex officio nobis iniuncto zelus domus Dei nos comedit, et opprobria exprobrantium ei super nos cadere dignoscuntur." Fraternitati vestrae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, ne per huiusmodi turpitudinem ecclesiae inquinetur honestas, "eos, etc. [cf. c. 8. de cler. coniug. III. 3.]" praeibatam "vero" ludibriorum consuetudinem vel potius corruptelam curetis a vestris ecclesiis "taliter" extirpare, "quod vos divini cultus et sacri comprobetis ordinis zelatores. Dat. Rom. ap. S. Petr. V. Id. Ian. Ao. IX." [1207.]

CAP. XIII.⁶⁵⁾

Clerici debent continere et caste vivere, contra facientes punit, et severius puniuntur illi, qui possunt legitimo matrimonio uti.

Idem in concilio generali.

Ut clericorum mores et actus in melius reformentur, continenter et caste vivere studeant universi, praesertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio praecaventes, maxime⁶⁶⁾ illo, propter quod venit ira Dei "de coelo" in filios diffidentiae, quatenus⁶⁷⁾ in conspectu omnipotentis Dei puro corde ac mundo corpore valeant ministrare. Ne vero facilitas veniae incentivum tribuat delinquendi, statuimus, ut, qui comprehensi⁶⁸⁾ fuerint incontinentiae vitio laborare, prout magis aut minus peccaverint, puniantur secundum canonicas sanctiones, quas efficacius et districtius praecipimus observari, ut quos divinus timor a malo non revocat temporalis saltem⁶⁹⁾ poena cohibeat⁷⁰⁾ a peccato. Si quis igitur hac de causa suspensus praesumpserit celebrare divina, non solum ecclesiasticis beneficiis spoliatur, verum etiam pro "hac" duplici culpa perpetuo deponatur. Praelati vero, qui tales praesumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maxime obtentu⁷⁰⁾ pecuniae vel alterius commodi temporalia, pari subiaceant ultioni. Qui autem secundum regionis⁷¹⁾ suae morem non abdicarunt⁷²⁾ copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gravius puniantur, quum legitimo matrimonio uti possint.⁷³⁾

CAP. XIV.⁷⁴⁾

Clericus crapulosus vel ebrius monitus non desistens, ab officio vel beneficio suspenditur.

Idem in eodem.

A crapula et ebrietate omnes clerici diligenter⁷⁵⁾ abstineant, unde vinum sibi temperent, et se vino⁷⁶⁾. Nec⁷⁷⁾ ad bibendum quispian incitetur⁷⁸⁾, quum ebrietas et⁷⁹⁾ mentis inducat exsilium et

Cap. IX. 37) propter munus ini.: C. R. 1.
 Cap. X. 38) Restitutum ex Reg. Bal. I. 376. — Comp. III. h. t. c. 1. — 39) praelat. et cler. Lombardiae: Comp. III. Reg. — 40) mala: Comp. I. Reg. — 41) terminandas: C. H. — 42) non: Comp. III. Reg. — 43) sunt: Comp. III. Aug., Reg. — 44) debeatis, ne vos oporteat ad turpia lucra manus extendere, vel ad iniqua munera oculos inclinare. Quum igitur opera vestra lucere debeant lucis in exemplum, nec vos decet instar saecularium ad turpe compendium inris occasione arripere, unio. vestrae per ap. ser. mandamus: Comp. III. Reg., Böhm. — 45) huius: C. R. I. — 46) idem: Comp. III. Reg., Böhm. — 47) abest a C. R. I., Comp. III. Reg. — 48) omitt. C. R. I. H. — 49) reprobantur: Comp. III. Aug.
 Cap. XI. 50) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — 51) omitt. C. H. — 62) abest ab eod. — 53) dissimiliter: Comp. III. Aug. — 54) mandantes: Comp. III. — 55) saecularium: C. R. I. — 56) distinctione: C. R. 2., Comp. III. Aug. — 57) omitt. Comp. III. Aug.

Cap. XII. 58) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 235. — Comp. III. h. t. c. 4. — 59) Gnesnensi archiep. et suffraganeis eius: Reg. — 60) Domini: Comp. III. — 61) abest a Comp. III. Aug. — 62) eas: C. H., Comp. III. Reg. — 63) tribus: Comp. III. Reg. — 64) exercentes: ib.
 Cap. XIII. 65) c. 14. conc. Lat. (A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 2. — 66) et max.: C. H. — 67) qua: C. R. 2. L. — 68) deprehensi: Comp. IV. Ms. A., conc. — 69) abest a C. H. — 70) coercet: C. R. I. — 70) praetextu: C. H. — 71) religionis: Comp. IV. Ms. B., conc. Ms. — 72) abdicaverit: C. R. I. L. — abdicant: Comp. IV. Ms. A. B. — 73) possunt: C. R. I., Comp. IV. Aug.
 Cap. XIV. 74) c. 15. ib. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 75) se dil.: C. H. — 76) et se non vino ingurgitent: Comp. IV. Ms. A. — 77) ne: C. H. — 78) excitetur: C. R. I. — 79) abest a C. R. I., Comp. IV. Ms. A., conc. Ms.

libidinibus provocet incentivum. Unde illam abusum penitus⁸⁰) de-
cernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus aequales
suo modo se obligant potatores, et ille iudicio talium plus laudatur,
qui plures inebriat et epalices foecundiores⁸¹) exhaurit. Si quis au-
tem super his se culpabilem exhibuerit, nisi a superiore communi-
tus satisfecerit *competenter*, ab officio vel⁸²) beneficio suspen-
datur.

CAP. XV.⁸²)

*A negotiis, personis, locis, ludis, vestibus inhonestis et ornatu minus
honesto praecipit clericos abstinere, et habitu honesto uti, cuius sanita-
tem in pluribus exprimit et detestatur.*

Idem in eodem.

Clericis officia vel commercia saecularia⁸³) non exercent, maxime
inhonesta. Mimis, ioculatoribus et histrionibus non intendunt. Et
tabernae prorsus evitent, nisi forte causa necessitatis in itinere
constituti. Ad aleas et⁸⁴) taxillis non ludant, nec huiusmodi ludis
intersint. Coronam et tonsuram habeant congruentem. Et se in
officiis ecclesiasticis⁸⁵) et aliis bonis studiis exercent diligenter.
Clausa deferant desuper indumenta, nimia brevitate vel longitudine
non notanda. Pannis rubeis aut viridibus, nec non manicis aut so-
tularibus⁸⁶) consutiis *seu rostratis*, frenis, sellis, pectorali-
bus *et* calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerenti-
bus⁸⁷), non utantur. Cappas manicatas ad divinum officium intra
ecclesiam non⁸⁸) gerant, sed nec alibi⁸⁹), qui sunt in sacerdotio
et⁹⁰) personatibus⁹¹) constituti, nisi iusta⁹²) causa timoris exegerit
habitum transformari. Fibulas⁹³) omnino non ferant, neque
corrigias auri⁹⁴) vel argenti ornatum⁹⁵) habentes, sed nec annulos,
nisi quibus competit⁹⁶) ex officio dignitatis. Pontifices autem in
publico et in ecclesia superindumentis lineis omnes utantur, nisi
monachi fuerint, quos oportet ferre⁹⁷) habitum monachalem. Pal-
lia difflulata non utantur in publico, sed vel post collum, vel ante
pectus hinc inde connexis.

CAP. XVI.⁹⁸)

*Clericus, qui tertio monitus a negotiationibus saecularibus non abstinet,
interim perdat bona privilegium clericale. H. d. Et est textus mul-
tum notab. et qui quotidie allegatur.*

Honorius III. *Ambianensi*⁹⁹) *Episcopo.*

Ex literis *nobilis viri*¹⁰⁰) *et Monstrokiensis*¹⁰¹) comitis intel-
leximus, quod quidam *solo nomine*¹⁰²) clerici terrae suae *uxu-
rari, usurarii et tabernarii, ecclesiasticis, quibus carere debent,
beneficiis non contenti, potius illicitis*¹⁰³) saecularibus negotiationi-
bus *et curis domesticis*, quam officis divinis¹⁰⁴) intendunt, et
gaudere volentes privilegio clericali, nolunt statutis patriae, qui-
bus, quotiens expedit, sicut laici se tuerent, *etiam*¹⁰⁵) in negotia-
tionum suarum quaestibus subiacere. *Unde, quia magnum ex
hoc scandalum inter laicos generatur, nobis humiliter supplicavit,
ut vel compelli huiusmodi clericos ad servientium ecclesiae illicitis
saecularibus negotiationibus postpositis mandarem, vel pateremur
eos quoad facultates eorum statutis et consuetudinibus patriae
subiacere. Quum ergo praedicta in clericali ordinis vituperium
redundare noscantur, et clericorum vita generare non debeat laicis
scandalum, sed praestare honestatis exemplum, fraternitati tuae*
Mandamus, quatenus, si *est ita, quum loci dioecesanus existas,
clericos*¹⁰⁶) tales, *si*¹⁰⁷) tertio a te commoniti¹⁰⁸) ab¹⁰⁹) huiusmodi non
resipuerint, sed praetermissis divinis officiis negotiationibus insti-
terint supra dictis, quum facto¹¹⁰) *huiusmodi*¹¹¹) privilegium abiciant
clericale, tu¹¹²) quo minus, dum his se implicant, de suis facultate-

tibus statutis et consuetudinibus patriae subiacent, non defen-
das eodem.¹¹³)

TITULUS II.

DE COHABITATIONE CLERICORUM ET
MULIERUM.CAP. I.¹)

*Clericus non debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia,
etiamsi sit mater vel alia consanguinea.*

Ex concilio Maguntino.

Inhibendum est *et modis omnibus interminandum*, ut nullus sa-
cerdos feminas¹), *sicut et in canone inerte continetur*,²) de
quibus suspicio potest esse, *in domo sua*³) retineat⁴). Sed neque
illas, quas canones concedunt⁵), *scilicet*⁶) matrem, anitam et⁷)
sororem, quia instigante diabolo et in illis scelus *frequenter*⁸)
perpetratum⁹) reperitur, aut etiam in pedissequis¹⁰) earundem¹¹). Sed
si qua¹²) de his *talum patientem*¹³) necessitatem habuerit¹⁴), pres-
byteri habeant in vico aut in villa domum longe a sua conversa-
tione, et ibi eis quae sunt necessaria subministrent. *Sed pecun-
dum auctoritatem canonum modis omnibus*¹⁵) Prohibendum quoque¹⁶)
est, ut nulla femina ad altare praesumat accedere, aut presbytero
ministrare, aut infra¹⁷) cancellos stare sive sedere.

CAP. II.¹²)

*Excommunicatur clericus in ueris, qui a suspectam mulierem collo-
quio vel eorum consortio monitus non desistit.*

Ex decreto Eugenii Papae.

Si quisquam¹⁸) sacerdotum, id est presbyter¹⁵), diaconus vel¹⁶)
subdiaconus, de quacunque femina crimine fornicationis suspec-
tus¹⁷), post primam *et*¹⁸) secundam et tertiam admonitionem¹⁸)
inveniatur fabulari et aliquo modo conversari cum ea: excommu-
nicationi subdatur¹⁹), femina vero canonice iudicetur.

CAP. III.²⁰)

*Non debet praelatus clericum cogere ad concubinam ubiurandam; sed
eam nolentem dimittere potest excommunicare.*

Alexander III. *Salernitano*²¹) *Archiepiscopo.*

Clericos *autem*²²) in sacris ordinibus constitutos, qui *in domibus
propriis*²³) publice tenent²⁴) concubinas, ad²⁵) eas abiurandas nolu-
mus²⁶) a tua fraternitate compelli, ne²⁷), in eandem fornicationem
instinctu diabolicae fraudis redeunt, periurii reatum incurrant.
Verum²⁸) ipsos per suspensionis et interdicti sententiam debes ar-
ctius cogere, ut mulieres ipsas a se ita²⁹) removeant, quod de
illis³⁰) sinistra suspicio non possit haberi³¹). Et³²) si qui eorum³¹)
ad ipsas redire³³), vel alias³⁴) accipere forte praesumpserint, in
aliquos eorum³⁴) debes perpetuam³⁵) excommunicationis senten-
tiam proferre, ut alii eorum exemplo perterriti³⁶) a similibus ar-
ceantur.

CAP. IV.³⁷)

*Si clerici moniti concubinas non dimittunt, suspenduntur a beneficiis, et,
si se non corrigunt, deponuntur.*

Idem *Cantuariensi Archiepiscopo et eius Suffraganeis.*

Sicut ad extirpanda *vitia, quae periculum pariant animarum,
summo opere nos decet intendere, ita etiam nos convenit germina*

Cap. XIV. 80) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 81) foecundissimos: ib. — 82) et: C. H.

Cap. XV. 82) c. 16. ib. — Comp. IV. h. t. c. 4. — 83) abest a Comp. IV. Ms. A. — 84) vel: ib., conc. — 85) divinis: conc. — 86) subtularibus: C. L. — 87) subtularibus: C. R. 2. — 88) nulli: eod., conc. Ms. — 89) alii: Comp. IV. Ms. A. B. — 90) vel: conc. — 91) partibus: Comp. IV. Ms. A. — 92) iusti: ib. — 93) add.: vero: C. R. 1. — 94) aureas: C. H. — 95) ornamentum: Comp. IV. Ms. A. — 96) competat: C. R. 1. L. — Comp. IV. Aug. Ms. B. — 97) deferre: Comp. IV. Aug. conc. — 98) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 99) Abien.: C. H. — Indicatur a Raynaldo p. 281. ex Reg. Hon. libr. II. ep. 1096. — 100) Pontifici: Comp. V. Cir. — 1) officii et obsequii ecclesiarum: Comp. V. — 2) admoniti: C. R. 1. — moniti: C. R. 2. — 3) ecclesiis servire contempserint, huiusmodi (huius: Ms.) negotiationibus praetermissis: Comp. V. — 4) huiusmodi facto: C. R. 1. — 5) omittit. Comp. V. — 6) abest ab eadem.

TIT. II. Cap. I. 1) Restitutum ex conc. Nannet. (hab. c. A. 895.) c. 4. — Burch. II. 116., Ivo Decr. VI. 192., Lips. LXIII. 16., Comp. I. h. t. c. 4. — 2) eas personae feminarum: Coll. citt., conc. — 3) habeat: Burch., Iv., conc. — 4) omitt. coll. citt., conc. — 5) omitt. C. H. — etiam in: Coll. citt., conc. — 6) abest a Lips. — 7) pedissequas: Iv., conc. — 8) illarum: Coll. citt. — 9) quis: Burch., Iv., conc. — 10) hab., cui sit necessitas (necessaria: conc.) sustentationis (sustentatio: Burch., Iv.,

conc.) presbyteri, habeat in vico aut in (omitt. conc.) villa domum longe a presbyteri conversatione et ibi eis (ei: Comp. I. Aug.) subministret quae necessaria sunt: Coll. citt., conc. — 11) hoc: Burch., Iv., Lips. — et hoc: conc. — 12) intra: Cont., Böh. — in cancello: Comp. I. Aug.

Cap. II. 13) ex conc. Rom. hab. A. 826. — Comp. I. h. t. c. 3. — cf. c. 22. Dist. LXXXI. — 14) quispiam: Comp. I. Aug. — 15) et presb.: C. H. — 16) omitt. Comp. I. — 17) suspicatus: Comp. I. Aug. — 18) monitionem: C. R. 1. — 19) excommunicatur: Comp. I.

Cap. III. 20) Restitutum ex App. XVIII. 1., Lips. LXIV. 1., Cass. LXIII. 1., Comp. I. h. t. c. 4. — 21) Sabicen. episc.: C. R. 1. — add.: P. C. Cunctos sicut: Comp. I. Aug. — P. C. Quum tu: Ms. — P. C. Quum tu sis: Cass. — P. C. Quum tu sicut: Lips. — cf. c. 5. de usur. V. 19. — 22) detinent: C. R. L. H., Coll. citt. — 23) omitt. Cass. — 24) volumus: App. — 25) ne in eandem fornicationem (eandem fornicationem: Cass., Comp. I. Aug.)... redeant et insuper periurii: Coll. citt. — 26) Unde: App., Lips. — 27) omitt. C. H. — 28) ut de ipsis: Coll. ritt. — 29) non habeatur: App. — 30) Et si qui etc.: non sunt in App. — 31) ipsorum: C. H. — 32) ad eas vel ad alias accedere: C. R. 1. — 33) alteras: Lips., Cass., Comp. I. — 34) illorum: Cass., Comp. I. — 35) debes perpetuo sententiam (perpetua sententia: Cass.) exp. vindicare: Lips., Cass., Comp. I. — 36) omitt. eod. et C. R. L. H.

Cap. IV. 37) Restitutum ex App. XVIII. 2., Lips. LXIV. 2., Cass. LXIII. 2., Comp. I. h. t. c. 5.

propagare virtutum, ex quibus Dei fidelibus salutis augmentum, et sacris ecclesiis decor proveniat honestatis. Unde quum in Anglia prava et detestabili consuetudine et longo tempore sit obtentum, ut clerici fornicarias in suis domibus habeant, nos voleantes tam grave scandalum de populo removere, et praedictos clericos ad honestatem ecclesiasticam reducere, Fraternitati vestrae³⁸⁾ per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus clericos³⁹⁾ vestrae iurisdictionis, qui in subdiaconatu et supra "in domibus suis" fornicarias⁴⁰⁾ habuerint⁴¹⁾, studiosse monere curetis, ut a se illas⁴²⁾ "dilatatione et appellatione cessante" removeant, eas⁴³⁾ ulterius minime⁴⁴⁾ admissuri. Si vero "infra XL. dies post communicationem vestram vobis in his forte" acquiescere contempserint, eos "apostolica auctoritate freti sublato appellationis remedio" ab ecclesiasticis beneficiis usque ad satisfactionem congruam⁴⁵⁾ suspendatis, et, si eas suspensi praesumpserint detinere, ipsos ab eisdem beneficiis perpetuo removere curetis. "Si qui autem etc. [cf. c. 1. de cler. con. III. 3.]"

CAP. V.⁴⁶⁾

Litterae a clerico concubinarius suspensus super absolute tacita facti serie obtentas non valent.

Idem Eboracensi⁴⁷⁾ Archiepiscopo.

Super eo vero⁴⁸⁾, quod asseris A. presbyterum fornicariam⁴⁹⁾ detinentem⁵⁰⁾, propter⁵¹⁾ hoc ab officio suo suspensum, "prudenter tuae taliter respondemus, quod, si super hoc appellatum sit ad praesentiam nostram, si conligerit ipsum ad nos accedere, prout expedire videbimus, pertinaciam eius et audaciam corrigemus. Si vero non venerit ad praesentiam nostram, suspensionis in eum sententiam propter hoc latam tamdiu volumus observari, donec fornicariam suam a se prorsus abiciat, et vivat, sicut decet presbyterum, continenter." Porro si litteras a nobis obtinuerit, quae facti seriem non contineant, nolimus "litteras" illas⁵²⁾ sibi prodesset.

CAP. VI.⁵³⁾

Si clerici moniti non dimittunt concubinas, suspenduntur a beneficiis, et, si se non corrigunt, deponuntur.

Idem Londonensi⁵⁴⁾ Episcopo.

Si autem clerici tuae iurisdictionis, sive in sacris ordinibus sive⁵⁵⁾ in inferioribus constituti, fornicarias⁵⁶⁾ detinent, nisi eas ad secundam vel⁵⁷⁾ tertiam communionem⁵⁸⁾ a se dimiserint⁵⁹⁾, eadem⁶⁰⁾ de cetero contempturi, liceat tibi eos ecclesiis vel earum⁶¹⁾ portionibus, "si quas habent," appellatione postposita⁶²⁾ spoliare, officio ipsis⁶³⁾ nihilominus interdicto.

CAP. VII.⁶¹⁾

A clerico fornicario, quamdiu toleratur, nec habet operis evidentiam, licite audiuntur divina, et percipiuntur ecclesiasticum sacramenta; a notorio vero abstinendum est, non quia in sacramento sit defectus, sed ut ipsorum fornicatorum emendationem. H. d. inhaerendo verbis litterae.

Lucius III.⁶⁵⁾

Vestra duxit⁶⁶⁾ devotio inquirendum, "utrum vobis ecclesias parochiales aduentibus utile sit missas eorum audire, qui concubinas

habere creduntur. De hoc enim videntur diversae sacrorum canonum sententiae emanasse." Alicubi "enim" dicitur: "Nullus audiat missam sacerdotis⁶⁷⁾, quem scit indubitanter concubinam habere," alibi⁶⁸⁾ vero⁶⁹⁾ legitur⁷⁰⁾: "Non potest aliquid⁷⁰⁾, quantumcumque pollutus fuerit⁷¹⁾, divina pollueret sacramenta, quae purgatoria⁷²⁾ cunctarum contagionum⁷³⁾ existunt⁷⁴⁾. Qualiacumque⁷⁵⁾ enim⁷⁶⁾ sacerdos sit, quae sancta sunt coinquinari non possunt⁷⁷⁾. Sumite ergo ab omni sacerdote "intrepide" Christi mysteria⁷⁸⁾, quia⁷⁹⁾ omnia in Christi fide purgantur." Ceterum⁸⁰⁾ aliud est crimen notorium, aliud occultum. Notorium definitur, de quo presbyter canonicè condemnatur. "Aliud est" occultum, quod "adhuc" ab ecclesia toleratur. Ceterum⁸¹⁾ aliud est, quando crimen notorium non differtur presbyter, vel⁸¹⁾ de ipso est canonicè condemnatus; aliud est paene⁸²⁾ occultum, quod⁸³⁾ ab ecclesia toleratur. Item aliud est⁸⁴⁾ a talium officii abstinere, ut peccandi licentia ceteris⁸⁵⁾ auferatur, et⁸⁶⁾ huiusmodi ad poenitentiae fructum⁸⁷⁾ trahantur; atque aliud⁸⁸⁾, si talium⁸⁹⁾ tanquam in fornicatione iacentium mysteria⁹⁰⁾ respiciantur. Siue dubitatione itaque teneatis, quod a clericis et presbyteris, quanquam⁹¹⁾ fornicariis, quamdiu "ab ecclesia" tolerantur, nec habent⁹²⁾ operis evidentiam, licite divina mysteria⁹³⁾ audiantur⁹⁴⁾, et alia recipiantur⁹⁵⁾ sacramenta ecclesiastica.⁹⁶⁾

CAP. VIII.⁹⁷⁾

Si fornicatio clerici est ita publica, quod transit in notorium, nec accusator, nec testis necessarius est. Sed si est publica per solam famam, non sufficiunt ad condemnationem solum testimonia, id est testimonia dicta non iururorum. Sed si ex hoc oriretur scandalum, inducitur purgatio, in qua deficiens canonicè punitur.

Innocentius III. Eronensi⁹⁸⁾ Episcopo.

Tua nos duxit fraternitas consulendo, si de clericis publice concubinas⁹⁹⁾ habentibus, qui, quando a te conveniuntur, se esse concubinariorum diffidentur, nec apparet contra eos legitimus accusator, credendum¹⁰⁰⁾ sit testimonio bonorum virorum, inter quos vivere dignoscuntur. Nos igitur consultationi tuae taliter respondemus, quod, si crimen eorum ita publicum est, ut merito debeat appellari notorium, in eo casu nec testis¹⁾, nec accusator²⁾ est necessarius, quum huiusmodi crimen nulla possit tergiversatione celari³⁾. Si vero publicum est, non ex evidentia⁴⁾, sed ex fama: in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt, quum non sit testimonis, sed testibus indicandum. Sed si de clericis ipsis⁵⁾ talis habeatur suspicio, ut ex ea scandalum generetur in populo, licet contra ipsos non apparuerit accusator, eis⁶⁾ tamen est canonica purgatio indicenda. Quam si praestare noluerint⁷⁾, vel⁸⁾ defecerint in praestanda⁹⁾, eos canonica debetis¹⁰⁾ animadversione punire. "Dat. Lat. V. Id. Mai. [1199.]"

CAP. IX.¹¹⁾

Breve est, unde non summatur.

Idem Pistoriensi Episcopo.

A nobis tua fraternitas requisivit (Et infra: [cf. c. 24. de dec. III. 30.]) Cum clericis quoque non permittas¹²⁾ mulierculas habitare, nisi forte de illis personis existant¹³⁾, in quibus naturale

Cap. IV. 38) tuae: C. H., Lips., Cass., Comp. I. — 39) omitt. Cass. — 40) fornicarias: C. R. 1. — 41) habent: App., Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 42) fornicarias: App., Lips., Comp. I. — studiosae . . . illas: omitt. Cass. — 43) et eas: C. R. 1. — 44) non: Coll. citt. — 45) dignam: Comp. I. Aug.

Cap. V. 46) Restitutum ex App. XVIII. 9., Lips. LXIV. 8., Cass. I. XIII. 8., Comp. I. h. t. c. 8. — 47) Bidicensi episcopo: Comp. I. Aug. mendose. — 48) omitt. App., Cass. — 49) fornicariam: C. R. 1. — 50) detinentem et eum (eum): App. ad crebrum admonitionem tuam dimittere nolentem ab officio suspensum: Coll. citt. — 51) et propter: C. H. — 52) ipsas: Coll. citt.

Cap. VI. 53) Restitutum ex App. XVIII. 8., Lips. LXIV. 7., Cass. LXIII. 7., Comp. I. h. t. c. 7. — 54) Lund.: Lips. — Lundensi: Cass. — London.: Comp. I. — add.: P. C. Ad aures: Comp. I. — P. C. Ad aures nostras: Lips. — cf. Comp. I. c. 2. de instit. III. 7. — 55) add.: sint: App., Cass. — 56) fornicarias: C. R. 1. — 57) et: App. — 58) add.: tuam: ib. — 59) abiecerint: Cass. — 60) eas: C. R. 1., App., Comp. I. — omitt. cum seq.: contempturi: Lips., Cass. — 61) eorum: C. H., Lips., Cass., Comp. I. — 62) remotas: Cass. — 63) et ipsis: (add.: divina: App.) officia interdicere: Coll. citt.

Cap. VII. 64) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 375., App. I. 38. (quam quidem ab initio prae ceteris secuti sumus), Comp. II. h. t. c. 1. — 65) Luc. III. ex conc. Magantino: Comp. II. Aug., Böhm. — magistro et fratribus militiae S. Jacobi: Luc., App. — 66) nos dux.: Comp. II. Ms. B. — 67) presbyteri, qui . . . concubinam habet: Luc. — cf. c. 5. Dist. XXXII. — 68) Alicubi: C. H., App. — 69) omitt. App., Luc. — 70) dicitur: Comp. II. Ms. A. — omitt. Luc. — cf. c. 5. C. XV. qu. 8. — 70) quis: App. — 71) sit: C. R. 2. — omitt. C. H., Coll. citt. — 72) add.: prinitiarum: Comp. II. Aug. — 73) coinquinationum: Comp. II. Ms. A. — pollutionum: App. — cogitationum: Luc., Cont. — 74) sunt: Luc. —

75) Quicumque: App. — verb.: Qual. . . . mysteria: omitt. Luc. — 76) ergo: Comp. II. Ms. A. — 77) coinquinare non potest: C. R. 1., App. — 78) ministeria: C. R. 1. L. — ministerium: C. H. — 79) quae: C. R. 1. — 80) Ceterum . . . toleratur: non exstant in Luc. — in Comp. II. Ms. tenor huius loci, quem depravatam esse vel primum obtutus docet, hic est: Ceterum al. . . . occultum, de quo differtur presb., vel de ipso est canonicè condemnatus. Aliud paene occultum est, vel adhuc ab ecclesia toleratur. Iterum aliud est a talium etc. — 81) Ceterum . . . toleratur: omitt. App., Comp. II. Ms. A. — 81) unde ipse est canonicè condemnatus: Comp. II. Ms. B. — 82) Iterum aliud est: C. R. 1. — Al. est, quum penitus est occult.: Luc. — 83) vel ab eccl. toleratur: Comp. II. Aug., Ms. B. — vel adhuc ab eccl. toleratur: Luc. — 84) aliud est: omitt. Luc. — 85) illis: C. H., Luc., Comp. II. Ms. A. — 86) et ad dignae poen. fr. attrahantur, aliud si tanquam innocens mysteria reputantur: Luc. — 87) fructus: C. R. 2. — 88) al. est: C. H. — 89) talis: App., Cont. — abest a Comp. II., Luc. — seq.: tanquam: omitt. C. H. — 90) ministeria: C. R. L. — 91) tanquam: Comp. II. — quavis: App. — 92) habent: Comp. II. — habet opus evidentiam: Luc. — nec est crimen evidens: App. — 93) ministeria: C. R. L. — officia: Coll. citt. — 94) audiuntur: App. — 95) recipiuntur: ib. — suscipiantur: Luc. — 96) ecclesiae: C. H.

Cap. VIII. 97) Restitutum ex Reg. Bal. II. 65. — Comp. III. h. t. c. 1. — 98) Eronensi: Reg. — 99) concubinam: Comp. III. Aug. — 100) an cred.: C. R. 1. — 1) testes: Comp. III. Aug. — 2) uclor: C. R. 2. — 3) cognosci: C. H. — 4) eo. facti: C. R. 2. H. — evidenti causa: Comp. III. Aug. — 5) illis: Comp. III., Reg. — 6) tu tamen eis canonice potes purg. indicare: ib. — 7) quam . . . nol.: omitt. C. H. — 8) vel si: ib. — 9) praestando: Comp. III. Aug. — 10) debes: C. R. 1. — debetis: Böhm. — potes: Comp. III. Ms. — poteris: Aug., Reg.

Cap. IX. 11) Restitutum ex Reg. Bal. II. 229. — Comp. III. h. t. c. 2. — 12) permittis: C. H. — 13) existat: ib.

foedus nihil permittit saevi criminis suspicari¹³). *Dat. Lat. IV. Non. Dec.* [1199.]

CAP. X.

Clericus concubinaris in officiis vitandus non est, nisi sit notorius.

Gregorius IX.

Quaesitum est de clericis in fornicationem prolapsis, si¹⁴) eorum sit officium, priusquam poenituerint, audiendum. Verum etsi quemlibet pro mortali peccato quoad se ipsum constet esse suspensum, non debet tamen in officiis evitari, quia, quantum ad alios, etiam in casu proposito suspensus non est, nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam seu per¹⁵) confessionem factam in iure, aut per¹⁶) evidentiam rei, quae tergiversatione aliqua celari non possit.

TITULUS III.

DE CLERICIS CONIUGATIS.

CAP. I. 1)

Matrimonium contractum per clericum existentem in sacris non tenet; secus in minoribus; sed tunc cogitur dimittere beneficium.

Alexander III.²)

Si qui *autem* clericorum *ipsorum* infra subdiaconatum acceperint³) uxores, ipsos ad relinquenda beneficia ecclesiastica, *si qua habent*, et⁴) retinendas uxores *suas* distractione ecclesiastica compellatis. Sed si *forte* in subdiaconatu et aliis superioribus ordinibus uxores acceperint noscuntur, eos uxores dimittere, et poenitentiam agere de commissis⁵) *auctoritate nostra* per suspensionis et excommunicationis sententiam *appellatione postposita* compellere procuretis.⁶)

CAP. II. 7)

Coniugatus ad administrationem et ad ordinem ecclesiasticum vel beneficium non promovetur, nisi castitatem promittat, et non sit bigamus.

Idem *Herfordensi* 8) *Episcopo*.

Sane *de clericis inferiorum ordinum, qui in coniugio constituti diu ecclesiastica beneficia ex concessione praedecessorum tuorum habuerunt, a quibus sine magno discrimine ac effusione sanguinis non possunt pricari, solertiae tuae id duximus respondendum, ut, quia ibi natio et gens barbara et multitudo in causa est, eos sub dissimulatione sustineas ecclesiastica beneficia tandem habita possidere;* Providens⁹) attentius, ne deinceps clericus coniugatus ad ecclesiastica beneficia, vel sacros ordines aut administrationes ecclesiasticas admittatur, nisi forte castitatem voveret perpetuam, et qui unicam et virginem habuisset uxorem.

CAP. III. 10)

Si clericus in minoribus beneficiis matrimonium contrahat, priusquam beneficio, et quod dedit ecclesiae sibi restituitur. H. d. et in hoc ultimo est casus not. et multum allegabilis.

Idem *Verulanensi* 11) *Episcopo*.

Quod a te¹²) *(Et infra:)* *De cetero, quia fraternitatis tuae quaerit industria,* Utrum clerici infra¹³) subdiaconatus ordinem constituti, qui¹⁴) carnis devicti vitio continere non valentes uxores accipiunt, ecclesiastico beneficio canonice debeant¹⁵) spoliari: id volumus te¹⁶) *indubitata veritate* tenere, quod, quum simul¹⁷)

voluptatibus et carnalibus desideriis, ac divinis et ecclesiasticis¹⁸) obsequiis vacare non valeant, ob immunditiam suam ecclesiasticis sacramentis indigni tractandis¹⁹), *et* ecclesiasticis procul dubio beneficiis sunt²⁰) privandi. Sane si ecclesiis²¹), quibus intulati²²) fuerant²³), de possessionibus aut aliis bonis *suas* aliqua contulerint noscuntur, quum ab earundem ecclesiarum ministerio fuerint et beneficio sequestrati, ad ipsos recta via *dominium ac proprietates libere* debent²⁴) *et* absque *ulla* contradictione redire.

CAP. IV. 25)

Peracta poenitentia dispensant episcopi eum sacerdotibus, qui matrimonium de facto contraxerunt.

Idem. 26)

Sane sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quae non nuptiae, sed contubernia sunt potius²⁷) nuncupanda, post²⁸) longam poenitentiam et vitam laudabilem continentes officio suo restitui poterunt, et ex indulgentia sui episcopi eius executionem habere.

CAP. V. 29)

Auferenda sunt clerico beneficia, quae habebat tempore contracti matrimonii; collata vero postmodum scienter per episcopum pro eundem auferri non possunt, sed per superiorem. H. d.

Innocentius III. *Norricensi* 30) *Episcopo*.

Diversis fallaciis *circumventi Deo et mammonae famulari conantur, quum tamen secundum evangelicam veritatem nemo possit duobus dominis servire, quoniam, si unum dilexerit, alium habebit exosum, aut uno contempto alium sustinebit.* Accepimus autem³¹), quod quidam clerici tuae dioecesis, qui *solemniter in conspectu ecclesiae* matrimonium contraxerunt, ecclesiastica beneficia detinere contendunt, in quorum conversatione³²) cithara cum psalterio male concordat. Quum ergo vir cogitet, quomodo placere possit uxori³³), et ideo minus quae Dei sunt valeat cogitare, quum quasi³⁴) divinus in duo plenas sui non habeat potestatem, ut³⁵) ei, a quo stipendium recipit, plenius famuletur, *fraternitati tuae auctoritate praesentium* mandamus³⁶), quatenus huiusmodi clericis beneficiis ecclesiasticis, quae in tua dioecesi sunt adepti, *auctoritate nostra suffultus* prives³⁷) appellatione remota, praesertim quum rerum ecclesiasticarum substantia per tales soleat depirare; nisi forte tu talibus scienter contuleris ecclesiastica beneficia, quibus eos non per te, sed per superiorem decernimus spoliandos. *Nulli ergo etc. Dat. Ferentini XII. Kal. Jul.* [1203.]

CAP. VI. 38)

Filius sacerdotis Graeci, ex uxore genitus, licite inter Latinos promovetur, si scandalum non obsistat. H. d. et est casus notabilis.

Idem *Archerontino* 39) *Archiepiscopo*.

Quum olim ad nostram audientiam pervenisset, quod canonici Anglorum⁴⁰) *dilectum filium* cantorem Tricaricensem⁴¹) sibi elegerant⁴²) in pastorem, *tibi dedimus in mandatis, ut, examinata electione diligentius et persona, si electionem canonicam et personam idoneam invenires, electionem ipsam auctoritate apostolica confirmares, sicut metropolitanus in ceteris processurus.* Licet *autem* tibi de forma electionis canonicae ac idoneitate personae in aliis constitisset, movit te tamen, *et ad nos consulendos induxit.* quod, quum pater eius⁴³) Graecus fuerit, et iuxta ritum Graecorum uxorem duxerit in minoribus ordinibus constitutus, cantorem ipsum ex uxore legitima in sacerdotio suscepisset. Nos igitur attendentes, quod orientalis ecclesiae votum continentiae

Cap. X. 13) aestimari: Reg. — 14) an: C. R. 1. — 15) omitt. Cont., Böhm. — 16) abest a C. R. 1.

TIT. III. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XVIII. 2., Lips. LXIV. 2., Cass. LXIII. 2., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Cantuariensi episc.: Böhm. — add.: P. C. Sicut: Comp. I. — ef. c. 4. tit. prox. praec. — 3) accipiunt: App. — acceperunt: Lips. — 4) et ad: C. R. 1. — aut: Cass. — 5) commissis: C. H. — 6) compellunt: Coll. citt.

Cap. II. 7) Restitutum ex App. XVIII. 5., Lips. LXIV. 4., Cass. LXIII. 4., Comp. I. h. t. c. 5. — 8) add.: P. C. Super eo quod quaesitum est: App. — cf. c. 9. de regul. III. 31. — 9) provisurus attentius ne deinceps (omitt. Cass.) clericis coniugatis ecclesiasticis beneficiis conferantur, sed (nec: Lips., Cass. — sed nec: App.) illorum aliqui ad sacros ordines vel ecclesiarum administrationes non (omitt. App., Lips., Cass.) admittantur, nisi castitatem forte voverint (voverint: App.) et perpetuo servarent (servant: App. — nisi cast. voverint fortem perpetuo servare: Lips. — nisi cast. voverint perpetuo servare: Cass.) et (omitt. Comp. I.) qui unquam et virginem habuerint (habuerunt: Lips.) uxorem: Coll. citt.

Cap. III. 10) Restitutum ex App. L. 7., Comp. I. h. t. c. 5. — 11) Verulana episcopo in eodem (i. e. Regiatri) libro primo: App. — 12) Quod te cum inimicis tuis: App., Comp. I. — 13) qui infra: App. —

in subd. ordine: Comp. I. Ms. — 14) qui quum . . . non valent (Ms.: valeant): Comp. I. — quis cont. carnis vitio concti non valent: App. — 15) possint: ib. — 16) tuam experientiam: App., Comp. I. — 17) quum sint vol. et cur. des. dedit: App. — 18) eccl. . . suum: omitt. ib. — 19) contractandis: ib. — contractandis: Comp. I. — 20) sint: Comp. I. — 21) in eccl.: Comp. I. Ms. — 22) attulati: C. R. 2. H. L., App., Comp. I. — 23) fuerint: C. R. 2. — 24) debet: App., Comp. I. Aug.

Cap. IV. 25) Comp. II. h. t. c. 1. — 26) add.: P. C. Causam: Comp. II. — integram clausulam nondum contigit investigare. — 27) omitt. Comp. II. Ms. A. B. — 28) et post: Comp. II. Ms. A.

Cap. V. 29) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 103. — Comp. III. h. t. c. 1. — 30) Nordac.: C. H. — Novicensi: C. R. 2. — Norv. archiepiscopo: Comp. III. — 31) etiam: ead. — enim: Reg. — 32) conversione: C. R. 2. — 33) add.: suae: ib. — 34) quumque: C. H. — 35) nec: ib. — 36) indulgentius: ut: Reg. — 37) valeas privare: Comp. III., Reg.

Cap. VI. 38) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 103. — Comp. III. h. t. c. 2. — 39) Archeranen.: C. H. — Archerontino: C. R. 2. — Archerontino: C. R. 1. L. — Archerontino: Comp. III., Reg. — 40) Anglon.: Comp. III. Aug. — Anglon.: C. R. L., Comp. III. Ms. — Anglonentes: Reg. — 41) Tricen.: C. L. — Tricaricen.: C. R. 1. — Citaricen.: C. R. 2. — 42) elegerint: C. L. H. — 43) eiusdem cantoris: Comp. III., Reg.

non admittit, quoniam⁴⁴) orientales in minoribus ordinibus contrahunt⁴⁵), et in superioribus utuntur matrimonio iam⁴⁶) contracto, "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, nisi pro eo, quod inter Latinos Graeci huiusmodi conversantur, regionis consuetudo repugnet, si aliud canonicum⁴⁷) non obstat⁴⁸), ad confirmationem et consecrationem eiusdem "cantoris" sine dubitatione procedas. "Dat. Ferentini Non. Sept." [1203.]

CAP. VII.⁴⁹)

Clericus coniugatus non beneficiatus non cogitur deferre tonsuram.

Idem Episcopo⁵⁰) Pictaviensi.

Ioannes "filius A." nobis conquerendo monstravit, quod tu eum, quanquam iam dudum⁵¹) uxorem legitimam duxerit, "et filios et filias suscepit ex eadem," pro eo, quod prius⁵²) in acolythum fuerat ordinatus, compellere niteris, ut tonsuram deferret clericalem, ex qua⁵³) inter⁵⁴) ipsum et uxorem⁵⁵) suam⁵⁶) posset scandalum generari, quum de consuetudine terrae tuae clerici uxorati non cogantur inviti portare⁵⁷) tonsuram. Quoniam igitur "virum oportet, quomodo uxori placeat, cogitare, et" idem etiam tonaturus non potest privilegio clericali⁵⁸) gaudere, "praesentium auctoritate" mandamus, quatenus ipsum super tonsuratione huiusmodi "de cetero" non molestes, dummodo⁵⁹) nullum⁶⁰) percipiat⁶¹) beneficium ecclesiasticum, cuius ratione teneatur clericalem deferre⁶²) tonsuram, quia, quum eum oporteat saecularibus negotiis immisceri, tonsura ipsius⁶³) saecularia exercentis videtur profecto in ministerii nostri vituperium redundare.⁶⁴)

CAP. VIII.⁶⁵)

Uxorati non admittuntur ad ecclesiasticas dignitates, et coguntur dimittere quas habent.

Idem.⁶⁶)

Quum decorem (Et infra: [cf. c. 15. de fil. presb. I. 15.]) eos, qui sunt publice uxorati, non admittatis de cetero ad ecclesiasticas dignitates, dimissis⁶⁷) ab eis, quas non possunt sine pravo exemplo et gravi scandalo retinere. "Filiis quoque etc. [cf. c. 15. de fil. presb. I. 15.] Dat. Rom. ap. S. Petr. VI. Id. Ian. Ao. IX." [1207.]

CAP. IX.⁶⁸)

Clerici coniugati in rebus suis non gaudent privilegio clericali.

Honorius III. H.⁶⁹) quondam Reginae Anglorum.

Ex parte tua fuit propositum "coram nobis," quod nonnulli literati terrae tuae, habitu et tonsura clericali relictis, publice ducunt uxores, "de his, quae huius mundi sunt, solliciti, et quomodo uxoribus placeant, existentes," qui, licet negotiationibus et aliis saecularibus insistant negotiis, ut tamen consuetis iustitiis et debitis obsequiis te defraudent, tonsuram reamunt abiectam, "qua ipsius praetextu ab huiusmodi ut clerici excusentur, quanquam non militent Domino, sed potius mundo, ut ceteri uxorati." Quidam etiam accepta prima tonsura similiter contrahunt, et eandem tonsuram deferunt, ut eodem praetextu excusari valeant a praedictis, "et venerabilis frater episcopus et dilecti filii decanus, archidiaconus et capitulum Cenomanenses ipsos tanquam clericos in subtractione servitiorum tuorum fovere nituntur in tūm praedictum et gravamen." Quum igitur reddenda sint quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo, "et publice uxorati viri ecclesiastici non existant, dum se sic saecularibus negotiis implicent,"

aequanimitèr duximus⁷⁰) tolerandum, si⁷¹) a talibus iustitiis debitas velut ab aliis uxoratis exigas et servitia consueta, "et recipias ab eisdem etc."

CAP. X.⁷²)

Si clericus in minoribus militet, non est cogendus deferre tonsuram vel habitum clericalem.

Idem.⁷³)

Ut consultationi tuae breviter satisfiat, respondemus⁷⁴), quod R. miles tuae dioecesis, qui, "sicut tibi humiliter est confessus," olim, quum⁷⁵) in minori aetate constitutus aetate, "quum modicum sciret legere vel cantare," tonsuram tantum⁷⁶) et coronam clericalem assumpsit, "quam gestare inter milites et laicos erubescit," non est cogendus deferre habitum clericalem.

TITULUS IV.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS IN ECCLESIA VEL PRAEBENDA.¹)CAP. I.²)

Episcopo non licet sine licentia Papae transire ad alium episcopatum, ipsum acceptando; alius privatur habito et ambito. Hoc intendit cum glossa.

Ex concilio Sardicensi.³)

Non⁴) liceat episcopo de civitate sua transire ad aliam "civitatem". Manifesta est enim⁵) causa, pro⁶) qua facere hoc attentat⁷), quum nullus "in hac re" sit⁸) inventus episcopus, qui ad minorem de maiori civitate transiret.

CAP. II.⁹)

Deponitur cardinalis, qui in suo titulo non residet. H. d. et est iste textus multum notabilis.

Leo III.¹⁰)

Ex gestis¹¹) (Et infra: In synodo Anastasii presbyter cardinalis tituli beati Marcelli¹²) ab omnibus canonicè est¹³) depositus eo¹⁴), quod parochiam suam per annos quinque contra canonum instituta deseruit, et in alienis¹⁵) usque hodie demoratur.

CAP. III.¹⁶)

Uni plures dignitates vel ecclesiae conferri non debent, et ecclesiae est conferendum illi, qui residere et regnare valent per se ipsum; alius perdit ecclesiam, et donans conferendi potestatem privatur.

Ex concilio Lateranensi.

Quia nonnulli, modam avaritiae non ponentes, dignitates¹⁷) diversas ecclesiasticas et plures ecclesias parochiales contra sacrorum canonum iustitiam nituntur accipere¹⁸) "ita", ut, quum unum¹⁹) officium vix implere sufficiant²⁰), stipendia sibi vendicent²¹) plurimorum: ne id de cetero fiat, districtius inhibemus. Quum igitur²²) ecclesia²³) vel ecclesiasticum ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona quaeratur²⁴), quae residere in loco et curam eius per se ipsam²⁵) valeat exercere. Quod si aliter actum²⁶) fuerit, et qui receperit quod contra sacros²⁷) canones accepit²⁸) amittat, et qui dederit largiendi potestate privetur.

Cap. VI. 44) quin: ib. — 45) contrahunt ... utuntur: ib., C. R. L. — 46) omitt. C. R. 1. — 47) abest a C. R. L., Comp. III., Reg. — 48) obstat: C. R. 1. — assistit: Reg.

Cap. VII. 49) Restitutum ex Comp. IV. c. 1. de vit. et hon. cler. III. 1. — 50) archidiacono: Comp. IV. Ms. B. — 51) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 52) prius iam: ib. — 53) quo: Comp. IV. Aug. — 54) omitt. Comp. IV. — 55) abest a Comp. IV. Ms. A. — 56) suae: C. H. — omitt. Comp. IV. — 57) deferre: C. H. — 58) abest a Comp. IV. Aug. — 59) in Comp. IV. verbis dummodo etc. praemittuntur quae hic postposita sunt, quia etc. — 60) non: C. R. 1. — 61) recipiat: Comp. IV. Ms. A. — 62) ferre: C. R. 1. — 63) illius: C. H. — 64) generare: Comp. IV. Ms. A.

Cap. VIII. 65) Reg. Brequ. IX. 235. — Comp. III. c. 4. de vit. et hon. cler. III. 1. — 66) Gnesnensi archiep. et suffraganeis eius: Reg. — 67) dimissas: Böhm. — et admissos repellatis ab eis: Reg.

Cap. IX. 68) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — Inducitur a Raynaldo ex Reg. Honor. II. 1012. — 69) B.: C. R. 2. — H. (i. e. Herengariae — omitt. Ms.) quondam Anglorum reginae illustri: Comp. V. — 70) ducimus: Comp. V. Cir. — 71) ut: C. L. — seq.: a tal.: omitt. Comp. V.

Cap. X. 72) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 4. — 73) Idem V.: Comp. V. — Lingonensi ep.: Böhm. ex Cont. — 74) omitt. Comp. V. — 75) omitt. Ed. Rom. oper. mend. — abest cum seq.: esset: a Comp. V. — 76) tamen: Comp. V. Cir.

TIT. IV. Cap. I. 1) in ecclesia praebendali: C. L. — 2) Restitutum ex c. 1. conc. Sard. (A. 547.) sec. Coll. Hisp. — 3) Burch. I. 79., Ivo Deor. V. 185., Comp. I. h. t. c. 1. — 4) no cui licent: Burch., Iv., conc. — 5) etenim: C. H. — 6) omitt. conc. — pro qua re: Coll. c. 1. — 7) tentant: conc. — tentat: Coll. c. 1. — 8) est: Iv., Comp. I.

Cap. II. 9) ex Anastasii Bibl. vita Leonis IV. ap. Mans. XIV. 398. — Lips. XXIII. 28., Comp. I. h. t. c. 2. — 10) Leo IV.: Böhm. recte. — 11) Ex gestis Rom. Pontificum. Leo (ald.: III.: Comp. I.) natione Romanus consilio Lotharii et Lodoici (Lodoicy: Aug. imperatorum sanctum et venerandum I. XVII. (LXXVII.: Comp. I. Aug. — LXXVIII.: Ms.) in ecclesia B. Petri synodum congregavit. In hac synodo: Lips., Comp. I. — 12) Marcellini: Lips. — 13) omitt. C. H. — 14) pro eo: ib. — 15) al. locis: C. R. 2.

Cap. III. 16) conc. Lat. III. (A. 1179.) c. 13. — Lips. 19., Cass. XII. 11., Comp. III. h. t. c. 2. — 17) et div. dign.: Lips., Cass., Comp. I. — 18) acquirere: Lips., Cass., Comp. I. Ms., conc. — 19) unus: Cass. — 20) viderant: ib. — sufficiunt: C. H. — 21) vendicunt: ib., Lips. — 22) autem: Lips. — 23) vel eccl.: Comp. I. Aug. — utrumque omitt. Ms. — 24) eligatur: Cass. — 25) ipsum: conc. — 26) factum: Cass. — 27) sanctos: conc. — omitt. Comp. I. Ms. — 28) acceperat: Cass. — acceperit: Comp. I.

CAP. IV.²⁹⁾

Præsentatus ad ecclesiam non confirmatus, si appareat, quod noluit residere, non debet institui per superiores; confirmatus autem et ex non iusta causa non residens privatatur appellatione remota.

Alexander III. Eboracensi Archiepiscopo.²⁹⁾

Relatum est nobis "ex parte tua," quod, quum in Lateranensi concilio statutum³¹⁾ sit, ut personæ tali ecclesie vel³²⁾ beneficium ecclesiasticum conferatur, quæ residere³³⁾ in loco et curam eius per se valeat exercere, nonnulli³⁴⁾ ad ecclesias præsentati³⁵⁾ hoc se posse affirmant, sed efficere contradicunt. "Ideo nos considerare voluisti, an propter hoc tales possis præsentatos repellere, vel institutos sublato appellationis obstaculo removere." Quum igitur verba³⁶⁾ accipienda sint cum effectu, tales³⁷⁾, si præsentati fuerint³⁸⁾, non debent³⁹⁾ admitti, et⁴⁰⁾ admisi, "si instituti fuerint, licite" poterunt amoveri; nisi forte de licentia suorum⁴¹⁾ praelatorum, vel studio⁴²⁾ literarum, vel pro aliis honestis causis contigerit eos abesse. Nec patrocinari debet eis appellationis diffugium⁴³⁾, si contra huiusmodi⁴⁴⁾ intentionem decreti fuerit interfectum. "Quia autem etc. [cf. c. 5. de tur. patr. III. 38.]"

CAP. V.⁴³⁾

Idem Eboracensi Archiepiscopo.

Fraternitati tuæ "diximus indulgendum, ut, si clerici, qui in ecclesiis tuæ iurisdictionis beneficium sunt adepti, ad aliam diocesis absque licentia et assensu tuo morandi causa transierint, licet eos tibi beneficiis, quæ a te habent, spoliare, nisi forte scholasticis disciplinis invigilaverint, aut rationabilem causam tibi ostenderit, quare reverti non debeant." Præterea clericum alterius diocesis absque commendatitii literis sui episcopi non debes recipere, nisi pro eo receptoris ab apostolica⁴⁵⁾ sede "preces aut" mandatum.

CAP. VI.⁴⁷⁾

Qui non residet in beneficio etiam modicæ aestimationis, illo privatatur.

Idem.⁴⁸⁾

Conquerente nobis R. presbytero accepimus, quod G.⁴⁹⁾ clericus⁵⁰⁾ ab eo pro⁵¹⁾ ecclesia sua, de qua, "sicut dicitur," vitæ⁵²⁾ necessaria vix potest percipere⁵³⁾, annuatim viginti solidos extorquere conatur, asserens beneficium illud⁵⁴⁾ in eadem ecclesia sibi fuisse collatum, "quanquam eidem ecclesie, sicut accepimus, non deserviat, et alia ecclesiastica beneficia sufficientia habeat et possident ab ecclesia. Quoniam igitur indecens est et non consentaneum rationi, ut idem, quum alia ecclesiastica beneficia sibi sufficientia habeat et possideat, ab ecclesia, cui non deservit, beneficium quaerat." Fraternitati tuæ "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si tibi constiterit, quod dictus G.⁵⁵⁾ habeat ecclesiastica beneficia sibi sufficientia, vel quod eidem ecclesie non deserviat, sibi super præscripto beneficio silentium sublato impedimento appellationis⁵⁶⁾ imponas.

CAP. VII.⁴⁷⁾

Qui est in servitio episcopi, percipit fructus beneficium tanquam residens, præter distributiones quotidianas. Abbas.

Idem.

De cetero, "quia dignum est et concenens, ut ecclesie tuæ canonici, donec circa te in tuo servitio morantur, communitatis portionem recipiant, præsentati scripto" Statuimus, ne⁵⁸⁾ canonicis

"tuis," donec in servitio tuo fuerint, quicquam subtrahi debeat vel auferri, quod de communitatis sibi beneficio debetur, nisi forte sint victimalia, quæ non consueverunt⁵⁹⁾ absentibus exhiberi.

CAP. VIII.⁶⁰⁾

Privandus est praelatus vel clericus non residens, qui citatus non reveritur in termino sibi præfixo, nisi habent iustum impedimentum. H. d. cum duobus sequentibus.

Coelestinus III.⁶¹⁾

Ex parte vestra nostro fuit apostolatus reseratum, quod⁶²⁾ ecclesie vestrae decanus, qui in partibus Gallicanis sibi⁶³⁾ potius habitationem elegit, iam per decem annorum spatium ecclesia vestra ipsius præsentiam habere nequivit. Quia ergo⁶⁴⁾ nolimus, ut eadem ecclesia decani officio defraudetur, "universitati vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus scribatis eidem⁶⁵⁾, quod "ecclesiam vestram visitare et" suum ibidem officium ut decanus debeat exercere. Quodam "forte" vocatus venire noluerit, eligendi alium⁶⁶⁾, qui præesse ecclesie vestrae⁶⁷⁾ valeat et prodesse, vobis extunc concedimus liberam facultatem.

CAP. IX.⁶⁸⁾

Summatum est in capitulo præcedenti.

Innocentius III. Capitulo Ragusino.⁶⁹⁾

Qualiter archiepiscopus vester tenuerit propria recessit ab ecclesia Ragusini⁷⁰⁾, nec iam ultra quadriennium expectatus⁷¹⁾ redierit, "et" per literas etiam vestras⁷²⁾ revocatus, "vestra universitas plenè novit, quum saepius apud nos deposueritis super hoc de ipso querelas, et vobis concedi postulaveritis licentiam eligendi. Nos autem expectantes diutius diximus expectandum, si forte reverteretur ad cor, et ad ecclesiam suam, quam taliter reliquerat, remearet. Nolentes igitur, quod diutius ecclesia ipsa pastoris maneat solatio destituta," Discretionis⁷³⁾ vestrae "per apostolica scripta" mandamus "atque præcipimus," quatenus, nisi forsitan iam redierit, vos post mensem a receptione præsentium personam vobis idoneam in archiepiscopum eligatis, "et electionem vestram nobis curetis quam citius præsentare. Dat. Laterani." [1202.]

CAP. X.⁷⁴⁾

Summa ut in capitulo Ex parte supr. eodem.

Idem Constantinopolitano Patriarchæ.

Inter quatuor animalia (Et infra: [cf. c. 8. de mai. et ob. I. 33.]) De clericis "autem," qui ecclesias vel præbendas sibi concessas sine⁷⁵⁾ iusta et necessaria causa "in hac novitate" deserunt⁷⁶⁾, tuo præsertim non accedente consensu, hoc tibi diximus respondendum⁷⁷⁾, quod, postquam congruo tempore fuerint expectati, nisi redierint ad illas, possunt⁷⁸⁾ eis iuste privari, dammodo non sint iusto impedimento detenti⁷⁹⁾. "De monasteriis etc. [cf. c. 5. de rel. dum. III. 36.] Dat. Ferentini II. Non. Aug. Ao. IX." [1206.]

CAP. XI.⁸⁰⁾

Si nequiter, ubi sit clericus, tribus publicis edictis citabitur in ecclesia sua, et, si infra sex menses non revertatur, privatatur ecclesia sua. H. d. usque ad vers. Contra eos. — (Contra eos etc.) Iste circulus non sumitur propter varietatem lectionum, et quia secundum unum intellectum non facit ad rubricam.

Idem Archiepiscopo Panormitano.⁸¹⁾

Ex tuæ devotionis⁸²⁾ "insinuatione" recepimus, quod, quum Latini regionem Achaie occupassent, quidam episcopi Graeci suffraganei

Cap. IV. 29) Restitutum ex App. XV. 1., Lips. I. I. 1., Cass. LIII. 1., Comp. I. h. t. c. 4. — 30) add.: C. quod incipit Meminimus: Cass. — P. C. In eminenti: Lips., Comp. I. — cf. Comp. I. c. 40. de app. II. 20. — 31) constitutum: Lips., Cass., Comp. I. — 32) et ben.: Cass. — 33) residet: App. — 34) non. autem: ib. — 35) Præsentati se posse residere affirmant et curam habere ecclesie vel (et: App.) ecclesiastici beneficii proficiunt, id tamen efficere contradicunt: Coll. cit. — 36) Tuæ igitur (itaque: App.) prudentiæ imolescat, quod quum verba: Coll. cit., Böhm. — 37) talis si præsentatus fuerit, et ita numero sing. deinceps: Cass. — 38) sint: Lips. — 39) omitt. C. R. 2. H., Lips., Comp. I. — verb.: non debent. . . fuerint non exstant in App. et Cass. — 40) et si: C. L. — 41) non leg. in App. — 42) in stud. lit. vel ab al.: C. R. 2. — 43) beneficium: C. R. 1. — 44) omitt. App., Lips., Cass., Comp. I. — contra ius et int.: Aug.

Cap. V. 45) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 46) apostolicus sedis: Comp. II.

Cap. VI. 47) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 48) Lingonensis ep.: Comp. II. Aug., Ms. B. — Coelestinus III. simpliciter: Comp. II. Ms. A. — 49) B.: ib. — 50) abest a Comp. II. — 51) pro quo: Ed. Rom. oper. mend. — 52) add.: suæ: C. R. 2. — 53) suscipere: Comp. II. Ms. A. — 54) istud: Cont., Böhm. — 55) G. clericus: C. R. 2. — quod val. G.: Comp. II. Aug. — quod G.: Ms. A. B. — 56) appellatione remota: Comp. II.

Cap. VII. 57) Restitutum ex Lips. XXI. 7., Comp. I. c. 4. de præb. III. 5. — 58) ut nemini canonicorum suorum: Lips. — 59) consueverint: Comp. I. Ms.

Cap. VIII. 60) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — 61) Alex. III.: Comp. II. Ms. B. — Coel. III. capitulo Magdeburgensi: Böhm. ex Gonzalezii conjectura. — 62) quod licet dil. fil. N. (F.: Ms. B.) Cenomaniensis archidiaconus sit ecclesie vestrae decanus, tamen quod in partibus: Comp. II., Böhm. — 63) sibi mansionem elegit: Comp. II. Ms. A. — 64) igitur: C. R. 1. H., Comp. II. — 65) archidiacono memorato, ut: Comp. II. — 66) decanum: Comp. II. — 67) omitt. C. H.

Cap. IX. 68) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 17. — Comp. III. h. t. c. 1. — 69) Ragusinen: C. R. — Ragusen.: Comp. III. Aug. — 70) Ragusini: Böhm. — Ragusina: Comp. III. — Ragusina: Reg. — 71) spectatus: C. R. 1. — 72) nostras: Comp. III., Reg. — 73) vobis: C. H.

Cap. X. 74) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 140. — Comp. III. h. t. c. 2. — 75) usque: Reg. — 76) detinent: Reg., quod non quadrat. — 77) rescribendum: ib. — 78) possunt: ib. — 79) detenti: ib.

Cap. XI. 80) Restitutum ex Reg. Bal. X. 51. — Comp. III. h. t. c. 3. — 81) Patroceni: C. R. 1. — Patraceni: C. R. 2. H. L., Comp. III., Reg. — 82) dilectionis: C. R. 1. L.

tui timore perterriti de locis propriis fugientes, suas ecclesias reliquerunt, quorum quidam, licet saepius moniti, ad sedes tamen suas redire contemnunt, nonnulli propter guerrarum discrimina per certos nequeunt nuncios commoveri. Unde nobis humiliter supplicasti, ut super hoc tibi salubriter consulentes, qualiter circa illos et ipsorum dioceses procedere debeas, tibi scribere dignaremur. Nos igitur attendentes, quod propter novitatem mutationis illius terrae et novitatem eventus sit cum maturitate plurima procedendum, devotioni tuae taliter respondemus, ut illos non semel, sed saepe, videlicet primo, secundo et tertio citare procures, et si comparere noluerint, sed in sua voluerint contumacia perdurare, nisi forte se appellationis clypeo duxerint muniendos, quam ultra tempus legitimum prosequantur, ipsos per suspensionis et excommunicationis sententias ad tuam obedientiam venire compellas. In⁸³) ecclesiis autem eorum, qui se fraudulenter absentant, nec ad ipsos vale⁸⁴) citatio pervenire, trinae citationis edictum facias publicari, et, si nec⁸⁵) sic curaverint obedire, et⁸⁶) ultra sex menses suas deseruerint⁸⁷) ecclesias, iuxta sanctiones canonicas⁸⁸) eis debent merito spoliari. Contra eos quoque, sicut praescriptum est, etiam procedatur, scilicet ut ipsos per suspensionis et excommunicationis sententiam⁸⁹) ad tuam obedientiam venire compellas. Quodsi nec sic eorum⁹⁰) malitia poterit emolliiri, eos dilectus filius B. tit. sanctae Susannae presbyter cardinalis apostolicae sedis legatus a spiritualium administratione⁹¹) removeat, et quibus praesent⁹²) ecclesiis de personis idoneis faciat provideri; sed⁹³) in eos degradationis sententiam non promulget, ut cum eis misericorditer, si expediat, facilius agi possit. Postulasti etc. Dat. Lat. XIII. Kal. Mai. Ao. X. [1207.]

CAP. XII.⁹⁴)

Privilegiatus ut absens in studio fructus praebendae recipiat. Existens in villa, vel castello, ubi nullum est vel minus competens studium, privilegio non utitur.

Idem Altissiodorensi⁹⁵) Episcopo.]

Tuae fraternitatis discretio postulavit (Et infra:) Quaesivisti praeterea, ut, quum interdum canonici, quibus studiorum gratia est indultum, ut in absentia sua fructus percipiant praebendarum suarum, accepta licentia se ad villas transferunt⁹⁶) vel castella, in quibus nullum est vel minus competens studiorum exercitium, utrum praebendarum suarum fructus sint talibus conferendi. Ad quod breviter respondemus, eis, qui huiusmodi fraudem committunt, quum fraus et dolus nemini debeat patrocinium⁹⁷) impertiri, praefatam indulgentiam competere non debere. Ceterum etc. [cf. c. 15. de usur. V. 19.] Dat. Lat. XVII. Kal. Iun. Ao. X. [1207.]

CAP. XIII.⁹⁸)

Qui iuravit in ecclesia residere, pro servitiis ecclesiae licite se absentat.

Honorius III. Praeposito de Valeria.⁹⁹)

Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod tempore, quo recepisti praeposituram de Valeria¹⁰⁰), praestitisti de faciendae residentia iuramentum, quae ligia nuncupatur, in ecclesia S. Martini Turonensis, in qua praeposituram eandem obtines, praestito insuper iuramento promittens, quod homines et iura ipsius praepositurae manuteneas et defendas. Quum autem prosequendo praepositurae iura residere interdum in ecclesia memorata non possis, de iuramento super ipsa residentia praestito metuens, provideri tibi super hoc a nobis humiliter postulasti. Nos vero Postulationi tuae taliter respondemus¹), quod, si te²) non absentando in fraudem praepositurae tuae iura fideliter prosequeris³), quum ex hoc censeri debeas residens, periculum non incurris.

CAP. XIV.⁴)

Familiaris Papae, non obstante constitutione contraria, praebendae suae fructus percipit in absentia.

Idem Capitulo Metensi.

Quum dilectus filius magister Otto, scriptor noster, canonicus

ecclesiae vestrae, grata nobis ingiter impendat obsequia, et non minus, si sit absens, quam praesens, eidem ecclesiae utilis habeatur, universitatem vestram rogandam duximus et monendam, per apostolica vobis scripta Mandamus⁵), quatenus, non obstante constitutione⁶), quae contra absentes canonicos inter vos dicitur emanasse, ob reverentiam apostolicae sedis et nostram annuatim fructus praebendae suae integraliter assignetis eidem in nostro servitio commoranti, satisfaciens sibi congruo de subtractis, quum familiares nostri, qui circa nos se obsequiales exhibent universis, minori non debeant praerogativa gaudere, quam vestrum singuli, quorum negotia per ipsos⁷) saepius promoventur.

CAP. XV.⁸)

Duo canonici absentes cum episcopo, seu in eius servitio, fructus praebendarum suarum percipiunt in absentia, constitutione ecclesiae contraria non obstante.

Idem Meldensi⁹) Episcopo.

Ad audientiam nostram te significante pervenit, quod, quum in Meldensi ecclesia quaedam sit constitutio inita, vallata iuramento et auctoritate sedis apostolicae confirmata, ut videlicet eius canonici, qui per sex menses non resident¹⁰) in eadem, suarum priventur fructibus praebendarum, illis duntaxat exceptis, quos infirmitas proprii corporis excusaret, sive¹¹) in apostolicae sedis servitio contingeret detineri, quosque peregrinationis labor, aut studia traherent literarum, decanus et quidam alii canonici Meldenses occasione constitutionis huiusmodi canonicos in tuo servitio commorantes praebendarum suarum privare fructibus moliantur. Unde, quum tibi plurimum expediat aliquos canonicorum ipsorum in tuo servitio retinere, nobis humiliter supplicasti, ut super hoc necessitati tuae apostolicae dignaremur provisiom morderamine providere. Volentes igitur sic constitutionem moderari praedictam, ut dicta ecclesia fructum sentiat ex eadem, et tu per eius abusum dispendium non incurras, praesentium auctoritate, Decernimus, ut duo ex canonicis ecclesiae memoratae, in tuo servitio existentes, suarum fructus integre percipiant praebendarum, quum absentes dici non debeant, sed praesentes, qui tecum pro tuo et ipsius ecclesiae servitio commorantur.

CAP. XVI.

Si ecclesia patitur ministrorum defectum, privilegiati super absentia per subtractionem proventuum redire coguntur. H. d. et est bonus textus, et potest mukum praticari.

Gregorius IX. Patriarchae Antiochiae¹²) apostolicae sedis Legato.

Quum ad hoc sint ecclesiastica beneficia deputata (Et infra:) Sane nobis innotuit, quod ecclesia Antiochena multis ex servitoribus eius absentibus est fere destituta ministris. Unde mandamus, quatenus, non obstantibus apostolicis indulgentiis et praedecessorum tuorum licentia, absentes canonicos et assisios revoces ad residendum in ecclesia supra dicta, et si non venerint, tu de ipsorum beneficiis, dum absentes fuerint, ipsi ecclesiae facias congrue deserviri¹³), in utilitatem eiusdem quod ex¹⁴) praefatis beneficiis superfuert convertendo.

CAP. XVII.

Privatur beneficio clericus non residens, si monitus non redeat, nec iustam excusationem alleget. H. d. et est casus notabilis.

Idem.

Clericos in ecclesiis tuae iurisdictionis beneficia, quae residentiam exigunt, assecutos, si ad alterius dioecesim absque licentia tua morandi causa transierint, liceat tibi, si moniti non redierint, dictis beneficiis, nisi excusationem rationabilem ostenderit, spoliare.

Cap. XI. 83) inversus est a Comp. III. auctore verborum ordo, qui quidem ex Reg. ita restituendus est: venire compellas. Quod si nec sic etc. . . . possit. In ecclesiis autem . . . ut iuxta canonicas sanctiones eis debeant merito spoliari, contra eos quoque, sicut praescriptum est, procedatur. Postulasti etc. — 84) ne ad ipsos valeat. C. H. — 85) non: Comp. III. — 86) si: ib. — seu etiam: Reg. — 87) deserunt: C. R. 2. H. — 88) iuxta can. sancti: omitt. C. R. 2. H. — ut iuxta can. sancti: eis debeant merito spoliari: Comp. III. — [cf. n. 82. — 89) sententias: Comp. III. — 90) illorum: C. R. 2. H. L., Comp. III. — ipsorum: Reg. — 91) vel ab episcopatum administratione: C. H. — ab episcopatum administratione: Reg. — 92) possit: Comp. III., Aug. — 93) et: ead.

Cap. XII. 94) Restitutum (quantum oportuit) ex Reg. Bal. X. 61. —

Comp. III. h. t. c. 4. — 95) Altissiodorensi: Comp. III. — Autissiodorensi: Reg. — 96) transferant: Comp. III., Reg. — 97) patrocinari: Comp. III. Aug. op. mend.

Cap. XIII. 98) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 99) Innoc. III. praeposito de Vallis: C. H. — 100) Vallis: ib. — 1) Nos vero dicimus: Comp. V. — 2) abeat a C. H. — 3) prosequaris: C. R. L. H., Comp. V.

Cap. XIV. 4) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 5) mandantes: Comp. V. — 6) consuetudine: ib. — 7) se ipsi: Cont., Böhm.

Cap. XV. 8) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 9) Eldensi: Comp. V. Ms. — 10) resederint: Comp. V. — 11) sive ad apostolicam sedem accedere, vel in eius servitio contingeret detineri: ib.

Cap. XVI. 12) Antiochens: C. H. — 13) deserviri: C. H. — 14) omitt. ib.

**TITULUS V.
DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBUS.**

CAP. I.¹⁾

In bonis ecclesiae non succeditur iure consanguinitatis.

Ex concilio Pictaviensi.²⁾

Ut nullus de clero sive "de" populo ecclesiastica bona iure consanguinitatis sibi requirat habenda.

CAP. II.³⁾

Non licet episcopo aliquem ordinare sine titulo.

In Corpore Canonum.⁴⁾

Non liceat ulli episcopo ordinare clericos, et eis nullas alimoniae praestare, sed duorum⁵⁾ alterum eligat: vel non faciat clericos, vel si fecerit, det illis⁷⁾ unde vivere possint.

CAP. III.⁸⁾

Bona ecclesiarum communis sunt, nec debet quisquam tanquam propria sibi vindicare.

Gregorius Anthemio⁹⁾ Subdiacono.

Ratio nulla permittit, ut quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur propriis cuiusquam¹⁰⁾ usibus applicetur.

CAP. IV.¹¹⁾

Qui ordinavit aliquem ad sacros ordines sine titulo, non habentem de suo unde vivat, providere tenetur ei de suo, donec aliquem titulum fuerit consecutus.

Alexander III. in concilio Lateranensi.

Episcopus, si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitae percipiat, in diaconum vel presbyterum ordinaverit¹²⁾, tandiu ei necessaria¹³⁾ subministret, donec in aliqua ecclesia ei¹⁴⁾ convenientia stipendia clericali¹⁵⁾ assignet, nisi talis "forte" ordinatus¹⁶⁾ de sua vel paterna hereditate subsidium vitae possit habere.

CAP. V.¹⁷⁾

Non debent episcopi permittere, quem plures ecclesias obtinere.

Idem in eodem.

Quia in tantum¹⁸⁾ quorundam "iam" processit ambitio, ut non duas vel tres, sed "sex aut" plures ecclesias perhibeantur habere, quum nec duabus possint debitam provisionem impendere, per fratres et coepiscopos nostros¹⁹⁾ "carissimos" hoc²⁰⁾ emendari praecipimus, et de multitudine praebendarum²¹⁾ canonibus inimica, quae dissolutionis materiam et evagationis²²⁾ inducit, certumque continet periculum animarum, eorum, qui ecclesiis "digne" deservire valeant, indigentiam²³⁾ volumus²³⁾ sublevari.

TIT. VI. Cap. I. 1) c. 3. conc. Pictav. hab. A. 1078. — Lips. LII. 2. Comp. I. h. t. c. 1. — 2) add.: P. C. Decrevit: Comp. I., quod can. 1. initium est.

Cap. II. 3) Iul. Epit. Nov. V. 2. — Lips. XXI. 6., Comp. I. h. t. c. 2. — 4) Item ex novellis: Lips. — In corpore canonum ex novellis: Comp. I. Ms. — In corpore can. parte V. (i. e. Coll. Aus. ded. V. 194. Cf. III. Savignis Geschichte des röm. R. IV. 473.) ex novellis: Aug. — 5) Nec licet ulli clericis quidem destinare vel creare, nullas autem eis al.: Iul. — 6) horum: Lips., Comp. I. Aug. — 7) eis: Lips., Comp. I., Iul.

Cap. III. 8) Greg. I. Ep. IX. 51. — Comp. I. h. t. c. 3. — cf. c. 2. C. XVII. qu. 4. — 9) Anthemo: Comp. I. Ms. — Anthemo: C. L. — Eugenius Antonio: C. H. — 10) cuiuslibet: C. R. 2.

Cap. IV. 11) Restitutum ex conc. Lat. III. (hab. A. 1179.) c. 5. — Lips. 4., Cass. XII. 8., Comp. I. h. t. c. 5. — 12) ordinavit: Comp. I. — 13) vitas nec: Lips. — 14) eadem: ib. — 15) clericali: C. H. — 16) qui ordinatur, existit, qui de sua vel paterna (de pat.: Lips.) her.: Coll. ctt., conc.

Cap. V. 17) Restitutum ex eod. c. 14. — Lips. 6., Cass. XII. 16., Comp. I. h. t. c. 6. — 18) interim: Cass. — 19) omitt. Lips. — 20) omitt. conc. — 21) omitt. C. R. H. L., Coll. ctt. — 22) vagationis: Coll. ctt. — 23) et ind.: C. H. — 23) praecipimus: C. R. 1. L. — omitt. C. H., Coll. ctt. — volumus ecclesiasticis beneficiis indig. subl. conc.

Cap. VI. 24) Restitutum ex App. XXX. 2., Lips. XXI. 2., Cass. XXXI. 2., Comp. I. h. t. c. 8. — 25) Londoniensis ep.: App. — 26) pro aliquo receptis: Cass. — pro al. receptis: App., Lips., Comp. I. — 27) aliquod: Lips. — 28) habet: Cass. — habet, de quo valet: App. — habeant, de quo valeant: Comp. I. Ms. — 29) de alio beneficio, quod ha-

CAP. VI.²⁴⁾

Ad mandatum Papae non tenetur quis providere illi, qui beneficium in literis tacuit, vel cui sine scandalo provideri non potest. H. d. et in ultimo est iste textus semper menti tenendus.

Idem.²⁵⁾

Quum teneamur "ex debito suscepti regiminis provisioni clericorum intendere, tibi et aliis ecclesiarum praelatis pro eis scripta nostra dirigimus, et interdum etiam super illorum provisione, qui aliud sufficiens beneficium habere noscuntur. Verum quia aliquando ignoramus, eos habere aliud beneficium; pro quibus tibi et aliis ecclesiarum praelatis scribimus," Si "preces et" mandatum nostrum pro alicuius provisione receperis²⁶⁾ "vel aliquando recipies," qui aliud²⁷⁾ beneficium habeat²⁸⁾, de quo valet commode sustentari, nisi forte in literis ipsis de hoc²⁹⁾ mentio habeatur, aut³⁰⁾ si non potest³¹⁾ ei sine scandalo³²⁾ provideri, aequanimiter sustinemus³³⁾, si pro eo "preces et" mandatum nostrum non duxeris³⁴⁾ exsequendum.

CAP. VII.³⁵⁾

Habens plures ecclesias alteram eligere et alteram dimittere compellitur.

Idem.

Referente³⁶⁾ I. presbytero³⁷⁾, "latore praesentium," accepimus, quod, quum³⁸⁾ duas haberet ecclesias, archidiaconus tuus³⁹⁾ ipsum altera "illarum" spoliavit⁴⁰⁾, et cuidam presbytero G.⁴⁰⁾ nomine assignavit eandem⁴¹⁾, praedictus autem I.⁴²⁾, sentiens se in hac parte gravari, ad metropolitanum⁴³⁾, videlicet Remensem archiepiscopum appellavit. Quumque "idem I." de mandato eiusdem archiepiscopi in praedicta⁴⁴⁾ ecclesia restitutus fuisset, "memoratus G. ad nostram audientiam appellavit. Postea vero" praefatus⁴⁵⁾ archidiaconus⁴⁶⁾ eundem I. eo⁴⁷⁾, quod ad praesentiam suam vocatus, "ut alteram de praedictis ecclesiis praenominato G. concederet," venire contempsit, vinculo excommunicationis adstrinxit. Nos autem ipsum⁴⁸⁾ a sententia, qua tenebatur, facientes absolvi, "eundem ad te durimus remittendum. Quocirca" tibi⁴⁹⁾ mandamus, quatenus, "partibus ante praesentiam tuam convocatis," praescripto I. de praedictis⁵⁰⁾ ecclesiis una, quam voluerit⁵¹⁾, "cum pertinentiis suis" relicta, alteram⁵²⁾ praefato G.⁵³⁾, si ecclesiam non habet⁵⁴⁾, non differas⁵⁵⁾ assignare; alioquin⁵⁶⁾ ipsam alteri personae idoneae beneficio ecclesiastico carenti incunctanter assignes.

CAP. VIII.⁵⁷⁾

Praebendae et dignitates non debent dividi, nec etiam permutari.

Idem in concilio Turonensi.⁵⁸⁾

Maiores ecclesiae⁵⁹⁾ beneficiis in sua integritate manentibus⁶⁰⁾ indecorum nimis⁶¹⁾ videtur, ut⁶²⁾ minorum⁶³⁾ clericorum praebendae patiantur sectionem⁶⁴⁾. Idcirco, ut⁶⁵⁾, sicut in magnis⁶⁶⁾, ita quoque⁶⁷⁾ in minimis membris suis firmatam⁶⁸⁾ ecclesia habeat⁶⁹⁾ unitatem⁷⁰⁾, divisionem praebendarum aut⁷¹⁾ dignitatum permutationem fieri prohibemus.

CAP. IX.⁷²⁾

Receptus in canonicum ex promissione capituli debet, quando facultas se obtulerit, habere praebendam. Vid. cap. 2. de concess. praebend. in VI. cum gloss.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Relatum est "auribus nostris, quod, quum dilectus filius noster

bet (habeat: Aug.) mentio: Coll. ctt. — 30) ut: Cass. — aut si nunc non: App. — 31) potes... providere: C. R. L., App., Lips., Cass., Comp. I. Ms. — potest... providere: C. H. — 32) gravi sc.: ib. — 33) sustinebimus: Coll. ctt. — 34) duxerint: Cass.

Cap. VII. 35) Restitutum ex App. XXX. 3., Cass. XXXI. 3., Comp. I. h. t. c. 9. — 36) Deferente: App. — 37) omitt. Cass. — 38) dum: ib. — 39) suus: C. H. — 39) spoliaverit: Comp. I. Aug. — 40) N.: App. — W.: Cass. — G.: Comp. I. — 41) eam: Coll. ctt. — 42) I.: C. R. 2. — 43) ad venerab. fr. nostrum Treverensem (omitt. Cass.) archiep.: App. — ad fratrem nostrum curissimum Rem. archiep.: Comp. I. — 44) praescriptus: Comp. I. — in praescriptam ecclesiam: App., Cass. — 45) praedictus: App. — 46) archiepiscopus: ib., Cass. — 47) pro eo: Conf., C. H. — 48) omitt. Coll. ctt. — 49) abeat ab iud. et C. H. — 50) praescriptis: App. — praefatis: Cass., Comp. I. — 51) mature: Cont., Böh. — 52) alia: Cass. — 53) W.: Cass. — Waltero: Comp. I. Aug. — 54) habeat: ib. — 55) differat: C. R. 2. — 56) Si vero aliam habet ecclesiam (omitt. Cass.), ipsam (omitt. App.) alteri: Coll. ctt.

Cap. VIII. 57) c. 1. conc. Turon. hab. A. 1163. — App. XXX. 4., Cass. XXXI. 4., Comp. I. h. t. c. 10. — 58) add.: residens ait: Cass. — 59) in ecclesia: App. — in ecclesiis: Cass. — 60) permanentibus: Cass., Comp. I. — 61) nobis: Cass. — 62) si: Comp. I. — 63) minores: Cass., Comp. I., conc. — 64) recipient sectiones: conc. — 65) omitt. C. H., Cass. — seq.: sicut: omitt. conc. — 66) maximis: Comp. I. Aug. — 67) omitt. Cass. — 68) firmam: C. R. L. H., Coll. ctt., conc. — 69) habet: Cass. — habeant: conc. — 70) universitatem: Ed. Rom. oper. mend. — 71) ac: C. R. 1. — ut: App.

Cap. IX. 72) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 11.

magister Ia. in ecclesia tua sit per te canonicus institutus, et in choro, capitulo et alijs, quorum communis est usus, plenam, sicut canonicus habeat, potestatem, nondum sibi praebendam iuxta promissionem tuam assignare curasti, licet post promissum tuum plures praebendas in ipsa ecclesia vacasse dicantur." Quoniam igitur dignum est "et omnimodis consentaneum rationi," ut, postquam magister⁷³) I.⁷⁴) in ecclesia tua canonicus est institutus, et a te habuit⁷⁵) in promissis de conferenda tibi prima praebenda, quum in ecclesia ipsa⁷⁶) vacaret, ut debeat praebendas integritate gaudere, "praesertim quum, sicut nobis propositum, literatus sit et discretus, fraternitati tuae per apostolica scripta praescipiendo" mandamus, quatenus, si idem I.⁷⁷) in ecclesia tua est canonicus⁷⁸) institutus, et in choro et⁷⁹) capitulo et in alijs, quorum usus est communis, potestatem sicut canonicus habet, ei praebendam, si qua "de antiquis in ecclesia ipsa" nunc vacat, vel quum ibi⁸⁰) primo vacaverit, "omni occasione et contradictione cessante" secundum promissionem tuam concedas liberaliter et assignes "ita, quod de constantia et gravitate possis merito commendari, et nos propter hoc iterato tibi scribere non compellamur," quia non est congruum, ut praebenda careat qui in canonicum noscitur esse receptus.

CAP. X.⁸¹)

Religiosi redditus ecclesiarum earum diminui non possunt respectu portionis, quas debetur rectoribus seu vicariis, nec parochias dividere.

Idem Canonicis regularibus et Monachis Eboracensis diocesis.⁸²)

Avaritiae, quae est idolorum servitus, "si debent radicem studiosius extirpare, qui saeculi vanitatibus renunciantes Domino elegerunt in religionis habitu militare." Intelleximus "autem," quod in ecclesijs vestris, de quibus certas pensiones⁸³) consuevistis percipere⁸⁴), portiones vel antiquos⁸⁵) redditus minorastis, quos⁸⁶) nonnulli clerici ecclesiarum ipsarum olim habuisse noscuntur. Ideoque⁸⁷), "quoniam hoc ex radice avaritiae et cupiditatis procedit, quam debetis modis omnibus evitare, fraternitati vestrae per apostolica scripta praescipiendo" mandamus, quatenus, si quas portiones vel antiquos redditus clericorum "indebite" sine "consilio vel" consensu archiepiscopi vestri⁸⁷) "postquam ipse archiepiscopatum habuerit," minuere⁸⁸) vel parochias dividere praesumpseritis, "eos" ad integritatem pristinam revocetis, "et rationabiles et antiquas pensiones clericorum, qui debent altaribus deservire, integras et illibatas servetis, etc."

CAP. XI.⁸⁹)

Possunt praelatus et capitulum praebendae vacanti honestum onus imponere, ad quod praebendarius tenetur.

Idem Praeposito et Capitulo Insulensibus.⁹⁰)

Significatum est nobis⁹¹), quod cuidam⁹²) sacerdoti praebendam unam in ecclesia vestra communi "consensu et" voluntate dedisti, ita "quidem," quod missam de sancta Maria, nisi corporis infirmitate gravatus sit⁹³), debeat quotidie celebrare, et⁹⁴) ecclesiam vestram non nisi communi tam propositi quam capituli consensu⁹⁴) possit dimittere, vel⁹⁵) cuiquam praebendae illius anniversarium delegare. Quam siquidem institutionem⁹⁶) eatenus confirmamus, ut praedictus sacerdos, nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, assidue debeat obsequium⁹⁷) suum impendere ecclesiae memoratae⁹⁸), et, quanto frequentius⁹⁹) potest, salva honestate sua et de-

bita devotione missarum solennia celebrare, nec¹⁰⁰) sibi liceat hoc illi subtrahere, sive causa voluptatis, sive se ad aliam ecclesiam transferendo.

CAP. XII.¹)

Ad praesentationem religiosorum in eorum ecclesijs nullus debet institui per episcopum, nisi prius ei congrua portio reddituum assignetur.

Idem Vigoriensi²) Archiepiscopo.³)

De monachis "autem," qui vicarios parochialium ecclesiarum "in tantum" gravant, ut hospitalitatem tenere non possint, "non honestam sustentationem habere," eam⁴) "eorum et" providentiam habeas, quod ad praesentationem⁵) monachorum nullum recipias, nisi tantum ei de proventus⁶) ecclesiae coram te⁷) fuerit assignatum, unde iura episcopalia possit perolvere⁸), et congruam "atque sufficientem" sustentationem habere. "Illis autem sacerdotibus etc."

CAP. XIII.⁹)

Plures dignitates vel personatus in una vel in diversis ecclesijs quis habere non potest.

Idem Salernitano Archiepiscopo.¹⁰)

Ad haec¹¹), licet "consuetudo illa non sit consona rationi, secundum quam clericus, si a Kalendis Martii usque ad Kalendas Novembris decesserit, totum fructum beneficii, quem deberet anno illo percipere, pro sua voluntate largitur; quia tamen in multis ecclesijs observatur, eam salis in episcopatu tuo poteris tolerare, praesertim si clericus in decessu suo gravetur onere debitorum. Et" illud est omni¹²) rationi contrarium, ut unus clericus in una "ecclesia" vel "in" diversis ecclesijs plures dignitates vel personatus¹³) obtineat, quum singula officia in ecclesijs¹⁴) assiduitatem exigant personarum.

CAP. XIV.¹⁵)

Habens plures dignitates alteram dimittere compellitur.

Idem Burdegalensi¹⁶) Archiepiscopo.

Praeterea de¹⁷) "archidiacono" G., qui in tua et Tolosana¹⁸) ecclesia est¹⁹) archidiaconus constitutus, et²⁰) in utraque acedia²¹) regulariter professus²²), "collectis illis, quae in archidiaconatu ecclesiae tuae colligere potest, praeter conscientiam tuam Tolosam regreditur, et ibi per annum vel eo amplius moratur, prudentiam tuae" mandamus²³), quatenus eundem²⁴) "G., si res ita se habet," altero, quem²⁵) maluerit, archidiaconatu "occasione et appellatione cessante" facias esse contentum.

CAP. XV.²⁶)

Si electus ad secundam ecclesiam nobilitate dimittere primam, eligentis possunt resistere, et electum non acceptare.

Idem Genuesi²⁷) Archiepiscopo.

Quum non ignores, quod una ecclesia unius debeat²⁸) esse sacerdotis, "mirabile gerimus et indignum, si uni personae locum in pluribus ecclesijs velis concedere, et in episcopatu tuo inducere consuetudinem ecclesiae Gallicanae, quae, quum unum ad plura recipiat beneficia contra sacrorum canonum instituta, non comprobatur a nobis, licet non possit prae multitudine delinquentium emendari."

Cap. IX. 73) mag. . . tua: omitt. Comp. I. — 74) Jacobus: C. H. — 75) habuerit: C. R. 1. H., Comp. I. Aug. — 76) tua: Comp. I. — 77) Ia: ib. — 78) canonicus: ib. — 79) omitt. Comp. I. Aug. — et in: Ms. — 80) abest a Comp. I. Ms. — in primo: C. H.

Cap. X. 81) Restitutum ex App. XIII. 1., Lips. XXIII. 1., Cass. XXXV. 1., Comp. I. h. t. c. 12. — 82) ecclesiae: App. — archiepiscopatus: Lips., Cass., Comp. I. — 83) omitt. Cass. — 84) accipere: ib. — 85) aliquos: App. — 86) quos nulli (illi): Cass. — in illis: App. ante tempora oec. fr. n. R. (omitt. App.) Eboracensis archiep. ep. sed. leg. et (omitt. App.) etiam postquam est archiepiscopatum adeptus, clerici habuerunt: Coll. citt. — 86) Ende: ib. — 87) praedicti: App. — praefati: Lips., Cass., Comp. I. — 88) in ministris vel per par.: App. — ministris vel parochias dimisit: Cass., Comp. I. — min. vel parochias dimisit: Lips.

Cap. XI. 89) Restitutum ex App. L. 9., Comp. I. h. t. c. 13. — 40) Insul.: Comp. I. Ms. — Insulensis: Aug. — praepos. et canon. Sulcan. in eod. libro (i. e. Reg. libro I.): App. — 91) omitt. C. R. 1., H. — 92) ecclesiasticum: App. — 92) omitt. C. R. 2. H. L. — 93) qui: App., Comp. I. — 94) assensu: Cont., Bñhm. — 95) nec: App., Comp. I. — 96) constitutionem ead. confirmavimus: App. — 97) officium: ead. — 98) abest ab ead. — 99) ferventius: ead. — 100) nec sibi licet hoc, illinc se ad aliam ecclesiam transferendo, aut voluptatis causam subtrahere: ead.

Cap. XII. 1) Restitutum ex App. XXXVIII. 1., Lips. XXIII. 21., Cass. XXXV. 17., Comp. I. h. t. c. 14. — 2) W. ep.: Cass. — Vigornien.: C. R. 2. L. — Vigilien.: C. R. 1. — Wig.: Comp. I. Ms. — Wigoriensis: App. — Wintoniensis: Lips. — 3) add.: P. C. Super eo quod a nobis supra de appell.

App. — P. C. Meminius: Comp. I. — P. C. Meminius seu monachus sine praebenda receptis: Cass. — P. C. Meminius supra de monachis sine prob.: Lips. — cf. c. 3. Qui cler. vel nov. IV. 6. — 4) Ann.: . . . tena: App. — 5) praesumptionem: ib. — 6) de beneficiis ecclesiasticis: Comp. I. Aug. — de bon. ecclesiae: Ms., App. — 7) cor. is: omitt. App. — 8) solvere: C. R. 2., App.

Cap. XIII. 9) Restitutum ex App. XXIX. 6., Cass. XXVII. 5., Comp. I. c. 7. de test. III. 22. — 10) Salunitano episc.: Cass. — add.: P. C. Tua nos, quod nondum investigavimus. — 11) hoc: C. R. 1. — 12) omnino: Coll. citt. — 13) archidiaconatum et decanatum: Cass. — arch. et cantoriam vel decanatum: App. — archidiaconatum et decanatum: Comp. I. — 14) ecclesijs: Cass. — quae sunt in ecclesijs: App.

Cap. XIV. 15) Restitutum ex App. XXX. 8., Lips. XII. 5., Cass. XXII. 5., Comp. I. c. 4. de ext. prael. V. 27. — 16) Burgal.: Lips. — Burgalensis: Cass. — add.: P. C. Consuluit supra de spons.: Comp. I. — cf. Comp. I. c. 2. Qui matr. acc. IV. 19. — 17) abest a Lips. — 18) qui in tua Tolosana ead. et dyocesiana: Cass. mendose. — 19) sit: Coll. citt. — 20) abest a Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 21) omitt. App. — 22) est prof.: C. R. L. — 23) significamus ut: Coll. citt. — 24) eandem archidiaconum: App. — 25) quo: Lips., Cass.

Cap. XV. 26) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 27) Armeni ep.: Comp. II. Ms. A. — Iannensi ep.: Ms. B., Aug. — Iannensi archiep.: C. R. L. H. — Cantuariensi archiep.: Cont. — 28) debet: Comp. II. Aug.

Quam igitur mandis "illius" presbyteri, qui in duabus ecclesiis locum habere contendit²⁰, et quidam clerici²⁰ alterius ecclesiae, "de qua locum se habere dicebat," ad nostram²¹ praesentiam accesserunt contra eum²², nos attendentes, non esse conveniens "vel honestum," ut idem presbyter locum²² habeat in duabus ecclesiis, "voluntus et" mandamus, quatenus ipsum²⁴ "illo" beneficio²⁵, quod habet, facias²⁶ manere²⁷ contentum. Quodsi forte archipresbyter et²⁸ clerici alterius ecclesiae in eum consenserint²⁹, eis nunc dissentientibus³⁰, cum ipsorum scandalo non debet locum in ipsa ecclesia³¹ "vel" quaerere vel habere.

CAP. XVI. 42)

Ordinato ad sacros per episcopum sine titulo, nemini praesentante, ordinator vel successor compellitur in necessarius providere, donec titulum habuerit.

Innocentius III. Zamorensi Episcopo.

Quam secundum⁴³ Apostolum qui altario servit vivere debeat de altari, et qui ad onus eligitur repellere non debeat a mercede⁴⁴, patet a simili, ut⁴⁵ clerici vivere debeant de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio deputantur, ut ipsa nominis ratio persuadet. Quam enim⁴⁶ a κληρος, quod est sors vel hereditas, clerici appellantur, quia in sui ordinatione vel assumuntur in hereditate Domini, vel assequuntur hereditatem in ipso, ut vere possint psallere cum Propheta, dicente⁴⁷: „Dominus pars hereditatis meae,“ dignum est, ut ecclesiae⁴⁸ stipendiis sustententur, in qua et per quam divinis obsequiis adscribuntur. Licet autem praedecessores nostri ordinationes eorum, qui sine certo titulo promoventur, in iniuriam⁴⁹ ordinationum irritas esse voluerint et inanes, nos tamen, benignius agere cupientes, tam diu per ordinatores vel successores eorum⁵⁰ provideri volumus ordinatis, donec per eos ecclesiastica beneficia consequantur, "ne forte clamores clericorum pauperum, quos in aures Domini Sabaoth credimus introire, indurata facie negligere videamur." Inde est, quod, quum "dilectus filius" G.⁵¹ lator praesentium a "bonae memoriae G." praedecessore tuo, "sicut asserit," fuerit ad subdiaconatum⁵² nullo praesentante promotus, "nec ullum sit ecclesiasticum beneficium assecutus, fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si eum hi⁵³, quibus examinationem ipsius duximus⁵⁴ committendam, te citato legitime, ut per te ipsum vel idoneum responsalem interis, et tam super idoneitate personae quam etiam super quantitate beneficii proponere tibi liceat quicquid rationabiliter duxeris proponendum, idoneum⁵⁵ esse⁵⁶ repererint "et ecclesiastico beneficio non indignum," tam diu ei⁵⁷ vitae necessaria congrue subministres, donec per te in Zamorensi ecclesia vel "in" alia fuerit competens⁵⁸ beneficium ecclesiasticum assecutus, "sciturus pro certo, quod, si per examinationem eorum⁵⁹ fuerit repertus idoneus, et tu ei iuxta mandatum nostrum neglexeris providere, quum hoc nobis per literas eorum innotuerit, ad id exequendum te per districtiorem ecclesiasticam⁶⁰ compellemus, "quia, sicut nolumus iniusta praecipere, sic, quum iusta praecipimus, volumus efficaciter exaudiri. Dat. Lat. III. Non. April. [1198.]

CAP. XVII. 61)

Qui hoc ignorantia scienter contulit praebendam, quam non potuit, illa evicta aliam, quam potest, conferre tenetur. H. d. et est singularis dispositio.

Idem Archiepiscopo Senonensi.

Inter cetera, "quibus ad universalis ecclesiae regimen instrumur, illo, cuius gratia, non meritum nostrum, ad eiusdem regimen nos provexit, mirum et mirabile nobis suae benignitatis reliquit exemplum, in eo videlicet, quod sicut de B. Petro, cuius sumus, licet immariti, successores, a Domino factum esse videmus, infirma mundi elegit, ut fortia quaeque confunderet, misericorditer praevidens, quod qui saecularium pondus ante suam vocationem sustinerat passioem, fragilitatem humanae conditionis expertus,

fratribus suis melius compati sciret et commodius misereri, dum sibi concius de se haberet evidens in similibus argumentum. Haec vero ante oculos nostros proponentes, postquam dilectus filius noster P. de Cassano serio negotii sui nobis exposuit, paternam super eum moti fuimus pietate, cuius factum, quum ex certitudine rei, quam nos, dum olim minori fungeremur officio, tractaveramus, in parte plenioris fidei testimonium adjuvaret, ad succurrendum ei et labores ipsius inutiliter relevandos, animi studium sollicitioris assumpsimus, ne miseranda ipsius afflictio, quae tam ei perplexitatem dubiam minabatur, sedem apostolicam ex portem esse solitas misericordias ac remedia debili causaretur. Tibi sigillatim scitis credimus esse notum, qualiter, "Facta resignatione a "dilecto filio" G.⁶² "de Bochar" quondam⁶³ canonico Laudunensi de praebenda eiusdem ecclesiae, quae⁶⁴ per commutationem praebendarum "dilecto filio" H. tunc Sielunensi⁶⁵ canonico "a bonae memoriae decano Remensi" auctoritate apostolica assignari debebat⁶⁶, magister P.⁶⁷ per "venerabilem fratrem nostrum" Laudunensem episcopum de praebenda fuit⁶⁸ investitus eadem, "et tam in choro quam in capitulo per decanum et canonicos Laudunenses adhibitis solemnitatibus debitis iuxta Laudunensis ecclesiae consuetudinem investitus." Super quo⁶⁹ quum inter magistrum⁷⁰ ipsum et dictum H. controversia suborta fuisset, "et appellatio ad sedem apostolicam interiecta, licet idem magister cum magnis laboribus et expensis ad eandem sedem accedens, post diutinam expectationem, quae sub intemperie periculosi temporis imminente ipsam laetitia multo et diversarum persecutionibus incommoditatum affectum fore usque ad extrema deduxit, suum negotium contra memoratum H. pro suo desiderio complevisset, eo tamen postmodum causa infirmitatis absente ad instantiam saepe facti H. tunc ad apostolicam sedem praesentis" per "bonae memoriae" C.⁷¹ Papam praedecessorem nostrum "de fratrum consilio" omnia retractata fuerunt, "siquae ipse magister sua spe omnino frustratus post destitutionem suam sedem apostolicam fuit iterum adire coactus, nullum tibi videns remedium superesse, nisi eius desolationi multiplici sedes apostolica duceret misericorditer providendum. Propter haec igitur et alia multa, quae causam eius favorabilem reddiderunt, nos circa ipsum paternum gerentes affectum, praedicti decano et canonicis Laudunensibus mandando districte praecipimus, ut eundem magistrum, qui per dictum episcopum in eadem ecclesia institutus fuisse dignoscitur et per ipsos in fratrem admissus, salvo eo, quod de praefato H. sedes apostolica sententialiter diffinivit, non obstante appellatione vel contradictione cuiuslibet, canonicum habeant tam in choro quam in capitulo, et in aliis, quae ad canonicum pertinent, fraternam eum caritate tractent. Praeterea ipsis firmiter inhiemus, ne aliquem in canonicum recipere aliquo modo praesumant, donec praedictus magister praebendae beneficium in praefata ecclesia plenarie sit adeptus. Unde fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus, si memorati decanus et capitulum mandatum nostrum neglexerint adimplere, tu eos ad receptionem eius, prout dictum est, faciendam sub lato appellationis obstaculo per districtiorem ecclesiasticam, monitione tamen diligenti praemissa, compellere non omittas, quolibet, qui mandato apostolico se duxerint opponendos, eadem censura compescens. Noveris autem, quod, quia nolumus, ut idem episcopus occasione alicuius promissionis seu cuiuslibet auctoritate rescripti a sede apostolica impetrati ad elidendum mandatum nostrum se valeat excusare, "Supra dicto⁷² episcopo "districte" dedimus in praecipio⁷³, ut, donec idem magister in eadem ecclesia fuerit praebendae⁷⁴ beneficium⁷⁵ assecutus, nulli alii praebendam "modo quolibet" assignare praesumat; quod si forte praesumpserit, id irritum decernimus "penitus" et inane. Decet enim, ut, quia⁷⁶ praebendam ei, quam de iure non potuit⁷⁷, assignavit, eam, quam de iure potest⁷⁸, assignet, ne praebendam ei⁷⁹ fraudulenter visus sit⁸⁰ assignasse⁸⁰. Dat. Romae ap. S. Petrum X. Kal. Mai. Pont. nostr. Ao. I. [1198.]

Cap. XV. 29) conatur: Comp. II. — 30) cler. de sancto Willo (Wilhelmo) de Raballo: Comp. II. Ms. A. — cl. sancti G. de Radullo: Ms. B. Aug. — 31) vestram: Comp. II. Ms. A. — 32) contra eum: omitt. Comp. II. — 33) beneficium: Comp. II. Ms. A. — 34) omitt. Comp. II. — 35) loco beneficiorum: Ms. B. — 36) faciatis: Comp. II. — 37) esse: C. R. 1. — 38) ut: ib. — 39) tunc con.: Comp. II. Ms. A. — 40) dissentientibus: C. R. L., Comp. II. — 41) ecclesia habere: Comp. II. Ms. B. — 42) Restitutum ex Reg. Bal. I. 76. — Comp. III. h. t. c. 1. — 43) 1 Cor. IX. 13. — 44) a mere: omitt. Comp. III. Ms. — 45) quod: C. H. — 46) igitur: Comp. III. — 47) dicendo: C. R. 2. — omitt. C. R. 1. L. H., Comp. III., Reg. — cf. Psal. XVI. 5. — 48) ecclesiasticis: C. R. 2. — 49) in iniurias: C. R. 1. H., Comp. III. Ms. — ob iniuriam: C. R. 2. — 50) ipsorum: Reg. — 51) Bernardus: ib. — 52) in subdiaconum: C. R. L. H. — in officium (officio): Comp. III. — si eum cum dilectis filiis I. decano, N. magistro scholarum et Helia canonicis Zamorensibus, quibus examinationem ipsius duximus committendam, idoneum esse repererit et

ecclesiastico beneficio non indignum, tamdiu ei etc.: Reg. — 54) commissus vel duximus: C. H. — 55) et si eum id.: ib. — 56) deletum est in C. R. 2. — 57) omitt. C. R. 1., Comp. III. Ms. — 58) omitt. Comp. III. — 59) illorum: C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 60) districtiorem censuras ecclesiasticas: C. R. 1. — per dictam ecclesiam: Cont. et Bñm. mendosae. — Cap. XVII. 61) Rescriptum ex Reg. Bal. I. 103. — Comp. III. h. t. c. 2. — 62) V.: C. R. 1. — W.: C. R. 2. L., Comp. III., Reg. — Wilhelmo: C. H. — 63) in quodam: Reg. — 64) omitt. Bñm. — 65) Sidon.: C. R. 1. — Sidon.: C. R. 2. — Sicilien.: C. L. — Sicilien.: Bñm. — leg.: Sicilianis (Seckin): cum Comp. III. et Reg. — 66) debeat: Comp. III. Aug. — 67) praedictus mag.: Reg. — add. de Constant.: Comp. III. Aug. — Custant.: Ms. — 68) fuerit: Comp. III. — 69) qua: C. R. 1. — 70) omitt. Reg. — 71) Coelestinum: C. L. — 72) super quo dicto: C. R. 1. — ipse districte praecipimus: Reg. — 73) mandata: C. R. 1. H. — 74) praebendae: Reg. — 75) officium: C. R. 1. — 76) qui: C. H. — 77) potuerit: C. R. 2. — 78) possit: ib. — 79) illi: Comp. III., Reg., Cont., Bñm. — 80) fuerit: C. L. — 80) assignare: Comp. III.

CAP. XVIII.⁸¹⁾

Cassatur electio illius, qui possidet plures dignitates atque praebendas, et idem, si detinetur aliquo vitio hic scripto.

Idem Episcopo⁸²⁾ et Cantori Tornacensibus.

Quum iam dudum *super electione dilecti filii I. de Bethunia ad praeposituram Sicliniensem ad apostolicam sedem quaestio perlata fuisset, quoniam super hoc omisso facta fuerat, suppressis nominibus dignitatum, quibus idem I. dicitur abundare, et post appellationem ad nos interpositam a dilecto filio decano et praeposito Suesionensibus confirmatio exstitit impetrata, communi fuit deliberatione statutum, quod literae comissoriae, tanquam per subreptionem obtentae, carerent pondere firmitatis, et quod ex eis fuerat subsecutum. Porro dilectis filiis R. Sicliniensis canonico pro se ipso, et R. archidiacono, et magistro W. canonicis suis, cum literis eorum de rato, et Nicolao eiusdem ecclesiae canonico, qui praedicti I. se nuncium assererat, propter hoc ad Romanam ecclesiam accedentibus, consequenter dilectum fratrem nostrum Hugonem tit. S. Martini presbyterum cardinalem dedimus auditorem, in cuius praesentia multis hinc inde propositis reductis in scriptum, et nobis etiam sub compendio reseratis, quoniam ex altera tantum parte apparuit procurator, reliqua per contumaciam non adstante, non debuimus super principali negotio aliquid definire, quum merita causarum partium assertionem pendantur.* Verum quoniam ab *iam dicto* R. Sicliniensis⁸³⁾ canonico *praefato* I. de Bythinia⁸⁴⁾ quaedam obiecta fuere⁸⁵⁾, *quae non decuit sub silentio praeteriri*, multitudo videlicet tam dignitatum, quam etiam praebendarum ambitionis et avaritiae vitium, cui⁸⁶⁾ nondum finem imponens, contra definitionis nostrae tenorem et Lateranensis concilii statuta, ad obtinendam praeposituram Sicliniensem⁸⁷⁾ se ingerit et ingressit, et quod *in* die intrusionis suae ante confirmationem praesumpserit ministrare, sicut et post confirmationem cassatam, *quam a Suesionensibus iudicibus impetravit obtentam, nos per apostolica vobis scripta* mandamus, quatenus, si inveneritis praedictum I.⁸⁸⁾ habere⁸⁹⁾ plures alias dignitates atque praebendas, aut aliquid⁹⁰⁾ aliud praemisorum, quod ad cassationem eius sufficit, inveneritis esse verum, ei super iam dicta praepositura *sublato appellationis obstaculo* silentium imponatis, ab impetitione ipsius Sicliniensis⁹¹⁾ ecclesiam absolventes, quum multa per patientiam tolerentur, quae, si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia non debeant⁹²⁾ tolerari.

CAP. XIX.⁹³⁾

Recepto in canonicum, quam cito facultas se obtulerit, debetur praebenda, et interim habebit quotidianas distributiones.

Idem Archiepiscopo et Archidiacono Senonensibus.

Dilectus filius T. canonicus Linconiensis⁹⁴⁾ *in nostra praesentia constitutus* proponit, quod, quum de mandato *bonae memoriae* C.⁹⁵⁾ Papae praedecessoris nostri *G. quondam* Linconiensis episcopus quandam praebendam assignavit⁹⁶⁾ eidem in ecclesia Linconiensi, *et eadem sibi per praedictum praedecessorem nostrum fuerit confirmata*, quia⁹⁷⁾ capitulum *Lingonense* ipsum ad eandem *praebendam* recipere contemnebat, *dilecti filii Clarevallensis et Longivadi abbates auctoritate praedicti praedecessoris nostri, quum nollet aliquatenus a contradictione cessare, ipsum supposuerunt ecclesiastico interdicto. Postmodum autem ad praesentiam nostram accedens, ad dilectos filios Melundensem et Quinciaccensem abbates obtinuit scripta nostra. Sed quum per eos suam non potuisset iustitiam obtinere, nos venerabili fratri nostro Remensi archiepiscopo, S. Romanae ecclesiae cardinali, tunc episcopo Praenestino, apostolicae sedis legato, sicut asserit, dedimus in mandatis, ut praedictam interdicti sententiam, sicut rationabiliter fuerat promulgata, faceret appellatione postposita firmiter observari. Verum quum idem archiepiscopus negotium prorogaret, et idem post labores multiplices fere de promovendo ipso negotio desperasset, deficiens in expensis.* Ad instantiam Remensis⁹⁸⁾ archie-

pisopi, tunc episcopi Praenestiniensis, apostolicae sedis legati, et auctoritate ipsius⁹⁹⁾ talis inter eum¹⁰⁰⁾ *T. ex una parte*, et *venerabilem fratrem nostrum R.* episcopum et *dilectos filios* canonicos Linconienses *ex altera* compositio intercessit, quod ipso ab eis¹⁾ *per manus praedicti archiepiscopi* recepto in canonicum et *in fratrem*, et concessio sibi stallo in choro et participatione qualibet divinorum, idem fructus praebendae *alicuius eiusdem ecclesiae* percipere non deberet, nisi loco proximo²⁾ vacaturae. *Licet autem memoratum archiepiscopum sincera diligamus in Domino caritate, ipsiusque velimus honori deferre, quia tamen in his, quae contra canonicas sanctiones attentari noscuntur, ei deferre nec volumus nec debemus, quod ab eo illicitum factum est in hac parte durimus irritandum, quod licitum factum est approbantes.* Quum ergo dictum T. in canonicum recipi *et in fratrem* canonicis non obviet institutis, et vacaturam expectare praebendam Lateranensi concilio non sit dubium obviare, nos, facto eiusdem legati³⁾ illicito reprobat, quod est licitum approbantes, quia⁴⁾ videtur indignum, ut *is, qui* receptus *est* in canonicum, praebendae beneficio defraudetur, *discretionem vestras per apostolica scripta* mandamus, quatenus dictos⁵⁾ episcopum et canonicos *Lingonenses, si verum est quod asseritur*, ut ei⁶⁾ praebendam, quum se facultas obtulerit, non differant assignare, *monitione praemissa per censuram ecclesiasticam* appellatione postposita compellatis, facientes⁷⁾ eidem portiones quotidianas, quae sunt⁸⁾ in ecclesia memorata, sine diminutione qualibet assignari, *contradictores etc. Dat. Rom. ap. S. Petrum XIII. Kal. Mai. Ao IX.* [1206.]

CAP. XX.⁹⁾

Non tenet electio, quum ad unum praebendam duo simpliciter eliguntur.

Idem Episcopo Brixiensi.

Tuae fraternitatis devotio (*Et infra: [cf. c. 10. de eo, qui cogit IV. 13.] Praeterea consuluit*, Quum saepe contingat, quod ad unam praebendam duo clerici propter *niviam* importunitatem potentium eligantur¹⁰⁾, *utrum confirmanda sit talis electio, vel potius irritanda*; nos *igitur* attendentes, quod, si duo¹¹⁾ unam praebendam tenerent, illud esset contra concilium Turonense¹²⁾, quod praebendarum inhibet¹³⁾ sectionem, et, si unus illorum ipsam obtineret praebendam, sub expectatione alius contra Lateranensis concilii statuta¹⁴⁾ remaneret, inquisitioni tuae taliter respondemus, quod talis electio de rigore iuris penitus¹⁵⁾ est cassanda. *Ceterum etc. Dat. Rom. etc.* [1206.]

CAP. XXI.¹⁶⁾

Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittant in iudices, poterit index alterum confirmare, et alteri pro bono pacis de provisione provisionem facere. Ista est pulcherrima dispositio, et in toto corpore iuris non habet similem.

Idem. 17)

Nisi essent viri providi et honesti tam *ii*, qui ordinationem fecerunt¹⁸⁾, quam illi, circa quos est facta ordinatione in ecclesia vestra super negotio prioratus, ordinationem illam valde suspectam propter exempli perniciem haberemus. Quod ergo post concertationem diutinam ordinatum est circa unum de duobus electis, ut ipse habeat prioratum, hoc ex iurisdictione delegata secundum iustitiam videtur esse statutum. Quod autem ordinatum est circa reliquum, ut ipse viginti libras de¹⁹⁾ redditibus capituli, et quadraginta *libras* de preventibus prioratus percipiat²⁰⁾ annuatim, hoc secundum providentiam intelligitur esse praecipuum ex arbitraria potestate, quum in delegatis²¹⁾ fuerit compromissum, qui, auctoritatem sibi retinendo commissam, se pro bono pacis et utilitatis hoc²²⁾ ordinasse fatentur. Quia igitur haec ordinatione ab omnibus est recepta, possuntque²³⁾ licite prior et capitulum de preventibus suis propter causas praedictas, non quidem ex pactione partium, sed ex iussione iudicum provisionem huiusmodi exhibere, nos eam

Cap. XVIII. 81) Literae eiusdem fere tenoris, episcopo, abbati S. Victoris et magistro P. provinciali canonico S. Marcelli Parisiensibus (dat. Lat. VI. Id. Dec.) inscriptae exstant ap. Broqu. III. 41. quibus quidem in hoc capite restituendo usi sumus. — Comp. III. h. t. c. 5. (Ms. 4.) — 82) ep. archidiacono etc. — Comp. III. — 83) Sidus. C. R. 1. — Sicliniens. C. R. 2. — Orvicoen. — Comp. III. Aug. — Norvicen. — Ma. — Sicliniens. Reg. — 84) Bitonica. C. R. 1. — Pithonica. C. R. 2. L. — Pintrina. C. H. — leg. — Bethunia. — de Byth. — omitt. Comp. III. — 85) fuerint. C. R. 1. — 86) qui. Comp. III. Aug. — 87) Sicliniens. Comp. III. Reg. — 88) E. — Comp. III. Ms. — 89) habentem. Aug. — 90) aliquod. C. H., Comp. III. — 91) cf. n. 87. — 92) deberent. C. H.

Cap. XIX. 93) Restitutum ex Reg. Broqu. IX. 57. — Comp. III. h. t. c. 6. (Ms. 5.) — 94) Lingonen. — Comp. III., Reg. per tot. — 95) G. — Comp. III. Aug. — 96) assignaret. Comp. III. — assignaverit. C. R. 1., Reg. — 97) quoniam. C. R. 1. — 98) ad inst. archiepisc. memorati et (omitt. Comp. IV. Ms.) auct. — Comp. III., Reg. — 99) illius. Cont.,

Böhm. — 100) eundem. Comp. III., Reg. — 1) ab eodem capitulo: ib. — 2) proxime. C. R. 2. — septimae. Reg. — 3) fact. ei. leg.: omitt. Comp. III., Reg. — 4) sed quia. C. H. — 5) praedictos. C. L. — 6) eidem. — Comp. III. — eidem praebenda. non differatur assignari. Reg. — 7) sublato cuius. contract. et app. obst. compellentes faciatis. Comp. III., Reg. — 8) fuerint. C. H., Comp. III.

Cap. XX. 9) Restitutum ex Reg. Broqu. VIII. 189. — Comp. III. h. t. c. 7. (Ms. 6.) — 10) eliguntur. Comp. III. — 11) add.: clerici. Comp. III. Aug. — 12) cf. supra c. 8. h. t. — 13) prohibet. Cont., Böhm. — 14) cf. c. 2. de conc. eccl. III. 8. — 15) potius. Reg.

Cap. XXI. 16) Restitutum ex Reg. Broqu. IX. 257. — Comp. III. h. t. c. 8. (Ms. 7.) — 17) capitulo Vastinensi. Reg. — 18) fecerint. C. R. 1. — 19) de red. libras: omitt. Reg. oper. mend. — 20) accipiat. C. R. 1. — 21) delegatis. Comp. III. — 22) haec. C. R. 2., Reg. — 23) possintque. Comp. III. Aug.

hoc adhibito moderamine toleramus, ut ad praestationem quadraginta librarum non dignitas prioratus, sed²⁴) persona prioris maneat onerata, ne forte vel circa proveniunt aliqua videatur facta sectio prioratus ita, quod ipso priore defuncto successor ipsius ad praestationem quadraginta librarum minime teneatur. "Dat. Rom. ap. S. Petr. VII. Id. Febr. Ao. IX." [1206.]

CAP. XXII.²⁵)

Canonici privilegiati a Papa super certo numero, si sponte receperant aliquem supra numerum, contra impetrantes a Papa exceptione numeri uti non possunt.

Idem Valdensi Episcopo et abbati Vatiensi.²⁶)

Pro illorum provisione (Et infra:) "Pro dilecto filio magistro P. Audoen., qui apud apostolicam sedem moram fecisse dignoscitur longiorem, nec adhuc erat competens beneficium ecclesiasticum assecutus, Nec ad ipsum esset idoneus obtinendum, venerabili fratri nostro Burdegalensi archiepiscopo²⁷) litteris nostris praecipiendo mandavimus, ut magistro P.²⁸) in aliqua ecclesiarum suarum²⁹), ubi ei expedire cognosceret, "omni dilatione et excusatione postposita, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo competens faceret beneficium assignari, contradictores³⁰) ecclesiastica districtione compescens, qui "se ei ducerent super hoc temere opponendos. Ipse autem archiepiscopus, sicut suis nobis litteris intimavit, attendens praefati magistri scientiam et probitatem, et illum cognoscens idoneum ad tale beneficium obtinendum, post susceptionem mandati nostri,* decano et capitulo Xantonensibus auctoritate nostra mandavit, ut ipsum "pro reverentia sedis apostolicae" admitterent in canonicum et in fratrem, "et fraterna caritate tractarent." Quumque "precibus eius et mandatis nostris" iidem³¹) reluctarentur³²) canonici, ac indulgentiam de quadragenario³³) canonicorum numero ei³⁴) opponerent³⁵), "quam a sede apostolica iactitant se habere," quia "idem" archiepiscopus "manifeste" cognovit, illos³⁶) in elusionem³⁷) mandati nostri "et sua" indulgentia eis concessa irreverenter abuti, "et non tantum XL. tunc esse canonicos in eadem ecclesia, sed plures constitit illi evidenter," praedictum magistrum de praebenda et canoniam³⁸) Xantonensis ecclesiae³⁹) "cum consensu et voluntate tua, frater episcopus, et prudentium virorum consilio" investivit, contradictores vinculo excommunicationis adstringens. (Et infra:) Quia vero quod per dictum⁴⁰) archiepiscopum de memorato magistro auctoritate nostra provide factum est firmitatem "debitam" volumus obtinere, "discretioni vestrae per apostolica scripta" mandamus⁴¹) "et districtius praecipimus," quatenus, si vobis constiterit, praedictos canonicos indulgentiam "praedictam," quam habent de certo canonicorum numero, non servasse, et aliquem ultra constitutum⁴²) numerum in canonicum auctoritate propria recepisse, quum nobis legem imponere non debeant, quam ipsi negligunt observare, latam in ipsos excommunicationis sententiam a praedicto archiepiscopo tamdiu denunciatis⁴³) "auctoritate nostra" sublato "cuiuslibet contradictionis et" appellationis obstaculo servandam⁴⁴), donec saepe dictum⁴⁵) magistrum⁴⁶) recipient in canonicum "et in fratrem," et ea, quae ad canonicatum⁴⁷) pertinent, cum stallo chori⁴⁸) et loco capiti ei studeant assignare.

CAP. XXIII.⁴⁹)

Non beneficiatus, habens sufficiens patrimonium, ad sacros legitime promovetur.

Idem Bisuntino Archiepiscopo.

Tuis quaestionibus respondemus, quod clericos in minoribus ordinibus constitutos, de⁵⁰) patrimonialibus bonis habentes unde

possint congruae sustentari, etsi nondum fuerint beneficium ecclesiasticum assecuti, dummodo aliud canonicum non obsistat, ad superiores poteris ordines promovere. "Monachi vero etc. [cf. c. 89. de test. II. 20.] Dat. Lat. XI. Kal. Apr. Ao. XI." [1208.]

CAP. XXIV.⁵¹)

Absenti potest conferri beneficium alio mediante, nec refert, utrum absens investiat per personam mediam, vel persona media investiat pro absente. H. d. coniungendo utrumque intellectum, et est casus not. et quotidie practicitur.

Idem Episcopo Zamorensi.⁵²)

Accedens ad apostolicam sedem "dilectus filius B. Hierosolymitanus hospitalarius a nobis ex parte tua quaesivit, utrum clericus absens gratia studiorum de ecclesiastico beneficio possit investiri, et utrum, si rapta puella et in alienam dilata dioecesim in ecclesiae facie consenserit in raptorem, matrimonium huiusmodi legitimum sit habendum. Nos igitur Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod "et" clericus absens per alium, vel alius magis⁵³) pro ipso poterit⁵⁴) de beneficio ecclesiastico⁵⁵) investiri. "Et rapta puella etc. [cf. c. 7. de rapt. V. 17.]

CAP. XXV.⁵⁶)

Si ad unum canonicatum et praebendam duo sunt recepti simpliciter, receptio non tenet, etiam interveniente apostolica auctoritate. H. d. et est notabile cap., quare tene, semper mente et nota ipsum.

Idem Trecenti Episcopo.⁵⁷)

Dilecto filio "nostro" P. "tit." sanctae Pudentianae⁵⁸) presbytero cardinali "dilectis filiis R. de Avalon" cellerario⁵⁹) Trecenti⁶⁰) et R. "de Noa clerico" procuratori tuo auditore concessa, idem cellerarius proposuit coram eo, quod⁶¹), quum in manibus Remensis archiepiscopi, tunc apostolicae sedis legati, intendebat⁶²) providere G. nepoti suo in Trecenti ecclesia, praebendam, quam ibi⁶³) obtinebat, liberaliter resignavit, dictus legatus praefatum G. et eundem cellerarium in canonicos Trecentenses instituit, et ambobus capitulum⁶⁴) Trecentense stallum⁶⁵) in choro, et locum in capitulo, et idem archiepiscopus supra dictae praebendae fructus dividendos communiter assignavit⁶⁶), donec idem G. integrum esset "ecclesiae" praebendale stipendium assecutus, "in eos, qui contra venire praesumerent, excommunicationis sententia promulgata." Quorum receptionem procurator generalis "bonae memoriae" praecessoris tui⁶⁷), in partibus Constantinopolitanis⁶⁸) tunc⁶⁹) agentis, postmodum approbavit. Dictus quoque⁷⁰) cellerarius lectionem⁷¹) et evangelium in hebdomada sua "postea" legisse dignoscitur⁷²), et tam decani quam episcopi electioni et aliorum negotiorum tractatibus⁷³) sicut canonicus Trecentensis interfuit, et domum quandam per capitulum memoratum obtinuit, quae non nisi canonico consueverat assignari. Tuque⁷⁴), quum ad eandem accessisset⁷⁵) ecclesiam consecratus, eum⁷⁶) cum canonicis aliis ad osculum recepisti⁷⁷), quum "tamen" tunc "temporis" non nisi canonici ad osculum admittantur⁷⁸), et eidem super praedictis non movisti per biennium quaestionem. Propter quod⁷⁹) petisti⁸⁰), ut te ab ipsius super hoc⁸¹) molestatione indebita compescere dignaremur. "Verum dictus R. procurator tuus proposuit ex adverso, quod, quum idem cellerarius praebendam suam in praedicti archiepiscopi Remensis manibus resignasset, ipse de medietate illius nepotem suum, et de medietate alia dictum cellerarium investivit, quam adhuc detinere praesumit in tuum praedictum et gravamen, non permittens te libere de ipsa disponere, prout ad te dignoscitur pertinere. Et licet ad dilectos filios decanum et magistrum G. Cornutum Parisiensem et S. Remensem canonicos super hoc nostrae fuerint litterae

Cap. XXI. 24) sed etc. non exstant in C. R. 2.
 Cap. XXII. 25) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 9. (Ms. 8.) — 26) Vatican.: Böh. — Xanten. episc. et abb. Batian. (Ms.: Batian.) — Comp. III. — leg. vid.: Sanctonensis ep. et abb. Batianensis (Bais) — 27) episcopo: C. H. — 28) R.: Cont., Böh. — ut ei in al. Comp. III. — 29) omitt. Comp. III. Ms. — 30) contr. et rebelles: C. R. 2. l. — praesumptionem eorum: Comp. III. — 31) omitt. Comp. III. — 32) reluctarent: Böh. — 33) quadragenario: C. H., Comp. III. — 34) eis: Comp. III. Ms. — 35) obtineretur: Aug. — 36) eos: C. R. — 37) elusione: C. H. — 38) canonica: Comp. III., Cont., Böh. — 39) abest a Comp. III. — 40) praedictum: C. R. 1. l. — 41) Ideoque mand.: C. H. — 42) statutum: C. R. 1. — 43) nunciatis: C. R. L. H., Comp. III. — 44) observandum: C. R. L., Comp. III. — 45) praedictum: C. H. — 46) omitt. Comp. III. Aug. — 47) canonice: ib. — canonicam: C. R. 1. — 48) choro: C. H. — 49) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 46. — Comp. III. h. t. c. 11. (Ms. 10) — 50) qui de patr. bon. habent: C. H. — 51) Restitutum ex Comp. III. c. 1. de rapt. V. 9. — 52) Lat.: C. H. — Latansen.: C. R. 1. — Latonien.: C. L. — Gluconien.: Comp. III. — Cracoviensis: Aug. in marg. — 53) per ipsum pro eo: Comp. III. Aug. — 54) potest: Comp. III. — 55) omitt. ead. — 56) Restitutum ex Reg. Bal. XIII. 72. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 57) Hervey Trecent. ep.: Reg. — 58) Petro: ib. — 59) cancellario: C. H. per tot. — 60) Senonensis: Comp. IV., Reg. — 61) coram eo.

quod, quum bon. mem. Guillelmus (G.: Comp. IV.) Remensis archiepiscopus, tunc ap. sed. leg., ad Trecent. accessisset ecclesiam, in qua G. nepoti suo praebendam (praebendas: Aug.) concedere intendebat, quum nulla penitus (add.: tunc: Comp. IV.) vacaret (vacabat, et: Aug. Ms. B.) ibidem (idem: Ms.), dictus cellerarius, non tam ei, quam nobis etiam cupiens in hac parte placere, praebendam, quam in ipsa obtinebat ecclesia, in eius manibus resignavit; qui liberalitati eius volens postmodum gratia vicissitudine respondere, de capitulo Trecent. assensu, praesentem quoque ven. f. n. Senon. archiepiscopo, tam praefatum nepotem suum, quam etiam cellerarium in canonicos Trecent. instituit, et ambobus idem capitulum stallum in choro et locum in capitulo assignavit: quibus idem Remen. archiepiscopus fructus supra dictae praebendae tam diu dividendos communiter (communiter: Aug.) assignavit, donec praefatus G. integrum esset: Comp. IV., Reg. — 62) intendebat: Cont., Böh. — 63) ille: C. H. — 64) idem cap.: Böh. ex Cont. — 65) add.: concessit: C. H. — 66) assignavit: ib. — 67) episcopi Trecent.: Comp. IV. — 68) Constantini: ead. Ms. A. — Constantinopolis: Ms. B., Aug. — 69) iter: Comp. IV. Ms. A. — 70) Unde dictus: Comp. IV., Reg. — 71) lectiones: ib. — 72) noverit: C. L. — 73) tractantibus: Comp. IV. Ms. A. — 74) Tu quoque: Comp. IV., Reg. — 75) accessisti: ib. — 76) dictum cellerarium: ib. — 77) recepisti: Comp. IV. Ms. A. — 78) admittentur, et ei: ib. — 79) Unde: Comp. IV. — 80) petisti: ead. Ms. A. — 81) sup. hoc: omitt. ib.

impetratae, cellerarius domum ad nos frustratorie appellavit, ut is posset gravare laboribus et expensis. Idem quoque Procurator tuus⁸²) proposuit ex adverso, quod, "quum in Trecesani ecclesia institutus obis fuerit certus canonicorum numerus et capituli iuramento firmatus, supra dictus archiepiscopus, qui, etsi legatus fuisset in Teutonia, in Senonensi tamen provincia eidem non fuit officium legationis iniunctum, institutionem huiusmodi facere non potuit ut legatus, quin immo, etsi legatus in eadem provincia existisset," ad unicum⁸³) "tamen" ius spirituale, quod vacabat ibidem, insimul duos canonicos instituere praedicto legato⁸⁴) non licuit "contra canonicas sanctiones." Nam si duo unicam⁸⁵) praebendam haberent, id esset contra Turonense concilium, quod praebendarum inhibet sectionem. Si vero duobus "in canonicos et fratres" receptis uni tantum⁸⁶) praebenda daretur, sub expectatione alius contra Lateranense concilium remaneret. Praeterea licet in ecclesia, in qua non est certus numerus praebendarum, nulla etiam "praebenda" vacante⁸⁷) in canonicum quis possit⁸⁸) assumi, quum intelligatur ad quoddam ius eligi, quod ex⁸⁹) electorum assensu de novo creatur, et cum electo in canonicum nascitur et desinit cum defuncto, in ecclesia tamen, quae determinatum habet numerum praebendarum, uno "duntaxat" individuo iure vacante, duo simul⁹⁰) eligi non possunt ad illud eo, quod⁹¹) huiusmodi spirituale ius dividi seu communicari nequeat inter eos; quamquam interdum hi, ad quos spectat electio, de communi assensu⁹²) augmentare valeant numerum praebendarum, quoddam ius spirituale⁹³) de novo creando, nisi forte statutum aliquod obviaret, quod esset iuramento firmatum, vel cui sedis apostolicae confirmatio accessisset, huiusmodi clausula prohibitionis adiecta, ut, si⁹⁴) quicumque contra id feret, non valeret. Propter quod institutionem praefatam nullam fuisse dictus asseruit procurator, quum in Trecesani ecclesia, "sicut praemissum est," certus sit praebendarum numerus, quem capitulum vel legatus augmentare minime intendebat⁹⁵) vel ius aliquod de novo creare, "quod ex eo argui proponebat, quia non fuit unus ad vacantem praebendam et alius simpliciter institutus, sed ad praebendam unicam supradicto modo vacantem existerent ambo recepti. Sed nec Trecesane capitulum, ad quod praebendarum collatio nullatenus pertinebat, vel dictus procurator praedecessoris tui receptionem huiusmodi approbare potuit, utpote contra canones attentatam. Tibi quoque nequaquam obvisae dicebat, quod cellerarium praefatum ad osculum inter canonicos Trecesanos admiseras, vel quod aliquanto tempore super hoc negotio siluisti, quum tunc temporis ecclesiae tuae consuetudines, et quae in ea minus legitime facta fuerant, ignorares. Ad haec autem cellerarius sic respondit, quod, quum idem archiepiscopus in Trecesani capitulo suae legationis literas legi fecerit, et legatus eo tempore ab omnibus haberetur, an legatus in illa provincia fuerit, non debebat ulterius in dubium revocari, maxime quum tu in praedictis literis, quas obtinueras contra eum, memoratum archiepiscopum legatum duxeris nominandum. Adiecit insuper, quod licite quis ad spirituales fraternitatem eligi potest in canonicum et in fratrem, nulla etiam praebenda vacante, argumentum ad hoc cuiusdam epistolae decretalis inducens, in qua legitur, quod, quum T. clericus, nulla in Lingonensi ecclesia praebenda vacante, ab episcopo et canonicis Lingonensibus supradicti archiepiscopi iudicis delegati a nobis intereunte auctoritate in canonicum receptus fuisset et fratrem ita, quod nullius praebendae fructus perciperet, nisi loco proximo vacaturae, nos attendentes, quod dictum T. in canonicum et fratrem recipi non occurrebat canonicis institutus, et vacaturam expectare praebendam Lateranensi concilio non esset dubium obviare, illicito reprobato quod licitum erat duximus approbandum. Unde quum videretur indignum, ut is, qui receptus erat in canonicum et in fratrem, praebendae beneficio fraudaretur, episcopo et canonicis Lingonensibus dedimus in mandatis, ut, si res taliter se haberet, eidem T. praebendam, quum se facultas offerret, assignare curarent. Allegavit insuper, quod ab apostolica sede frequenter huiusmodi literae impetrantur, ut in ecclesia, in qua certus est numerus praebendarum, nulla praebenda vacante recipiatur quis in canonicum et fratrem, et eidem praebenda, quum se facultas obtulerit, conferatur. Item, licet Turonense concilium sectionem inhibeat praebendarum, nihilominus tamen Romana

ecclesia receptionem eorum, qui ad dimidiam praebendam assumpti sunt, in canonicos approbando, nunquam sectas praebendas eis praecipit integrari. Sed ad hoc fuit ex adverso responsum, quod etiam Romanus Pontifex dimidiatam quoad temporales praebendas praebendam contra concilium Turonense illi quoadque praecipit integrari, cui ius spirituale vacans fuerat cum debita integritate collatum, pro eo tamen, quod ad huiusmodi dimidiam de facto, quum de iure non valeat, est receptus, id mantare minime consuevit, et ex plenitudine potestatis ad unicum ius spirituale non vacans aliquem recipi utilitate vel necessitate pensata valeat indulgere, sicut de Augustino in canone invenitur, qui novo modo proventus et consecratus episcopus, incolam Valerio episcopo ecclesiae Hipponensis accessit in cathedra, non successit. Et sicut de non vacante praebenda, concessa tamen et confirmata per Romanum Pontificem cuidam clerico in ecclesia Lingonensi et per executorem ipsius ad eandem etiam non vacantem recepto in praedicta legitur decretali, praefatus tamen archiepiscopus, qui, etsi legatus fuisset in provincia, absque nostra saltem licentia speciali contra iuris scripti tenorem ad unicum ius spirituale, quod vacabat in ecclesia supradicta, in qua certus erat numerus praebendarum, instituere non potuit nepotem et cellerarium supradictos, quum hoc non solummodo Turonensi, sed etiam Lateranensi concilio obviaret, maxime quum nec novum ius creare intenderet, nec praebendarum numerum augmentare, quod inde colligitur, quia resignatione cellerarii procurata eosdem instituit ad unicam praebendam vacantem." Unde "nos, his et aliis intellectis, ante" dictum cellerarium, "quem praebendam constituit prius libere resignasse, ad restitutionem eorum, quae ratione praedictae⁹⁶) institutionis⁹⁷) tenebat, "de consilio fratrum nostrorum" sententia liter duximus condemnandum, ei super praebenda ipsa vel eius parte silentium imponentes ita, quod per hoc praedicto G.⁹⁸) nullum praedictum generetur, "maxime" quum res inter alios acta regulariter aliis non obstat⁹⁹) "iuxta canonicas et legitimas sanctiones. Nulli ergo etc. Dat. Romae ap. S. Petr. Kal. Mai. Pont. nostr. Ao. XIII." [1210.]

CAP. XXVI.¹⁰⁰)

De una praebenda vacante possunt fieri duae, si eius suppetant facultates; alias dividens integrare tenetur.

Idem.¹⁾

Vacante quadam praebenda in ecclesia tua, duas ex ea constituens, ad illas de consensu²) capituli tui³) duos canonicos assumptis, quorum altero "apud sedem apostolicam" viam universae carnis ingressus, praebendam, quam defunctus habuerat⁴), quidam clericus nomine Hippolytus fuit auctoritate sedis apostolicae⁵) assecutus. Verum quum idem Hippolytus te super integritate⁶) praebendae per quasdam nostras literas inquietet, et alius idem ius adversus te se habere proponat, quid facere debeas requisisti.⁷) Super quo "fraternitati tuae" sic duximus respondendum, quod, quum Turonensis statuta concilii sectionem inhibeant praebendarum, teneris utrique⁸) de his, quae vacare contigerit, integrare praebendam, nisi "forte" rationabili causa de vacante praebenda supradicta⁹) duae fuerint¹⁰) constitutae, ac tot sint utriusque proventus, quod¹⁰) per utramque sit utriusque provisum in beneficio competenti. "Tu denique etc. Dat. Lat. VI. Id. Ian. Pont. nostr. Ao. XI." [1213.]

CAP. XXVII.¹¹)

Si Papa mandat capitulo, ut aliquem in canonicum recipiant, et praebendam, si quae vacat, conferant, si de mandato scientes alii conferunt, coguntur primum recipere, et de redditibus ecclesiae loco beneficii providere, donec praebendam habeant.

Idem Vercellensi Episcopo.

Dilectus filius G.¹²) clericus, "pro quo canonicando in ecclesia Novariensi scripseramus, quod intendebat per nostras literas non obtento, contra canonicos eiusdem" nobis exposuit¹³) conquerendo, quod, quum pro eo ad Novariense capitulum mandatum apostolicum¹⁴) misissemus, ut eum in canonicum reciperent et in fratrem, praebendam, si qua "tamen" tunc vacabat, conferentes el-

Cap. XXV. 82) proposuit procurator, quod: Comp. IV., Reg. — 83) adidimus t. praeb. ius: Comp. IV. Ms. A. mendose. — 84) tibi: Comp. IV., Reg. — 85) unum: C. R. 1., Comp. IV. Ms. A. — 86) tantummodo: Comp. IV., Reg. — 87) add.: praebenda: C. L. — 88) posset: C. H. — 89) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 90) insimul: C. R. 2., Comp. IV., Reg. — 91) quum huiusmodi: Comp. IV. Aug., Ms. B., Reg. — quod quum huius: Ms. A. — 92) consensu: C. R. L. H., Comp. IV., Reg. — 93) speciale alias spirituale: C. R. 2. — 94) omitt. C. H. — 95) intendebant: Comp. IV. Ms. A. — 96) supradictae: Reg. — 97) investiturae: Comp. IV., Reg. — 98) supradicto S.: Comp. IV. Aug., Ms. B. — sup. G.: Ms. A., Reg. — 99) non nocet: Comp. IV., Reg.

Cap. XXVI. 100) Restitutum ex Reg. Bal. XVI. 166. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 1) F. episcopo: Comp. IV. — Bratislaviensi: Gonzalez ex ipso Reg. — inser. omitt. Reg. Bal. — 2) assensu: C. R. L. H., Comp. IV., Reg. — 3) omitt. C. R. 1. — 4) habuit: Comp. IV. Ms. A. — 5) auct. apostolica ass. unde: C. R. 1. — 6) integritate: Comp. IV. Ms. B., Aug., Reg. — 7) postulasti per sed. ap. edoceri: Comp. IV., Reg. — 8) utique: Reg. — 9) praedictae: ib. — praedicta: C. R. 1. — 10) fuerant: Comp. IV. Ms. A. — 10*) quot: Böhm.
Cap. XXVII. 11) Restitutum ex Comp. IV. c. 6. de conc. eel. III. 3. — 12) C.: Comp. IV. Aug. Ms. B. — 13) proposuit: C. R. H. L., Comp. IV. — 14) omitt. Comp. II. Ms. A.

dem, *ipoi non solum mandatum apostolicum nobiscum adimplere, verum etiam praebendam vacantem, quam mandavimus illi conferri, alii praesumpserunt assignare. Unde petebat a nobis, ut quae de ipso incooperamus exsequi dignemur. Magister autem Gregorius Novariensis ecclesiae procurator proponebat e contra, quia, quum in illa ecclesia nulla vacaret praebenda, praedictus clericus ad apostolicam eodem accedens falso in ecclesia ipsa nobis suggestit vacare praebendam, et ad suggestionem falsam super receptione eius litas impetravit. Unde, quum mendax procoator carere debeat impetratis penitus, idem procurator ab impetitione ipsius ecclesiam postulabat absolvi. Quum igitur coram dilecto filio nostro G. S. Gregorii ad Voluum auroreum diacono cardinali, quem eisdem dedimus audierem, super his diutius litigassent, et idem cardinalis quae fuerant proposita coram eo nobis retulit diligenter, "Fraternitati¹⁵ tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si tibi constiterit, quod in Novariensi ecclesia praebenda vacaret tempore, quo super praebenda eiusdem ecclesiae canonici¹⁶ nostras litas receperunt, quum eam penitus alii in elusionem¹⁷ mandati nostri duxerint conferendam, eundem clericum, si non abbi¹⁸ habet¹⁹ sufficiens beneficium ecclesiasticum, iuxta tenorem prioris mandati nostri a praedictis clericis in canonicum¹⁰ recipi facias²⁰, et sibi²¹ de redditibus ipsius ecclesiae singulis annis competentes assignari proventus, donec ei sit in beneficio praebendali²² provisum.

CAP. XXVIII. 23)

Habens personatum vel beneficium curatum, si secundo tale receperit, vacat prius; quod si retinere contenderit, etiam secundo privabitur. Hoc primo. Et is, ad quem spectat beneficium curati collatio, licite confert statim, quum institutus aliud receperit, et, si infra sex menses non conferat, devolvitur ad alium collatum, et aliter ponitur. Hoc secundo. Cum sublimibus vero et literatis personis circa pluralitatem beneficiorum incompatibilem solus Papa disponat. Hoc tertio. Hoc dicit istud capitulum et famosum.

Idem in concilio generali.

De multa providentia fuit in Lateranensi concilio²⁴ prohibitum, ut nullus diversas dignitates ecclesiasticas vel²⁵ plures ecclesias parochiales recipere²⁶ contra sacrorum canonum instituta; alioquin et recipiens sic acceptum amitteret, et largiendi potestate conferens privaretur. Quia vero propter praesumptiones²⁷ et quorundam cupiditates nullus haecenus aut rarus de praedicto statuto fructus provenit: nos evidentius²⁸ et expressius occurrere cupientes praesenti decreto statuimus, ut, quicumque receperit²⁹ aliquod beneficium, curam habens animarum annexam, si³⁰ prius tale beneficium habeat³¹, eo sit ipso³² iure privatus, si forte illud retinere contenderit, etiam alio spoliatur. Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius libere conferat, qui merito viderit conferendum, et, si ultra sex³³ menses conferre distulerit, non solum ad alios³⁴ secundum Lateranensis concilii statutum eius collatio³⁵ devolvatur, verum etiam tantum de suis cogatur proventus in utilitatem ecclesiae³⁶, cuius est illud beneficium, assignare, quantum a tempore vacationis ipsius ex eo constiterit esse perceptum. Hoc idem in³⁷ personatibus esse³⁸ decernimus observandum, addentes, ut in eadem ecclesia nullus plures dignitates aut personatus habere praesumat³⁹, etiam si curam non habeant animarum⁴⁰. Circa sublimes tamen et literatas personas, quae maioribus sunt beneficiis honorandae, quum ratio postulaverit, per sedem apostolicam poterit⁴¹ dispensari.

CAP. XXIX. 42)

Concilium provinciale a beneficiorum collatione suspendit eos, qui post secundam correctionem indignis beneficiis conferunt; providet etiam, quis interim beneficia conferat, et illam suspensionem relaxat solus Papa, vel solus patriarcha.

Idem in eodem.

Grave nimis est et absurdum, quod quidam ecclesiarum praelati,

quum possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promovere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur⁴², carnalitate sequentes affectum, non iudicium rationis; unde quanta ecclesiis damna proveniant, nemo sanae mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, praecipimus, ut praetermissis indignis idoneos assumant, qui Deo et ecclesiis velint et valeant gratum impendere famulatum, fiatque de hoc in provinciali concilio diligens inquisitio annuatim ita, ut⁴³ qui post primam et secundam correctionem⁴⁴ fuerit repertus culpabilis, a beneficiis conferendis per ipsum concilium suspendatur, instituta in eodem concilio persona provida et honesta, quae suspensio supplet defectum⁴⁵ in beneficiis conferendis. Et⁴⁷ hoc ipsum circa capitula, quae in his deliquerint, observetur. Metropolitanus vero delictum superioris iudicio relinquatur, ex parte concilii nunciandum. Ut autem haec salubris provisio⁴⁸ plenior consequatur effectum, huiusmodi suspensionis sententia praeter Romani Pontificis auctoritatem⁴⁹ aut proprii patriarchae minime relaxetur, ut⁵⁰ in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur.

CAP. XXX. 51)

Rector ecclesiae, non obstante consuetudine episcopi, vel patroni, debet de redditibus ecclesiae sufficientem habere portionem. H. d. usque ad §. Qui vero. (Qui vero etc.) Privatus est parochiali ecclesia rector in ea non residens, nisi sit annexa dignitati vel praebendae, quo casu debet ibi habere perpetuum vicarium. Et in fine prohibet, in fraudem rectoribus de ipsius proventus pensionem in beneficium dari. H. d. Vel sic: non residens in ecclesia parochiali, vel non ponens vicarium, quando est annexa beneficio maiori, privatus est ea. H. d.

Idem in eodem.

Extirpandae consuetudinis vitium in quibusdam partibus inolevit, quod scilicet parochialium ecclesiarum patroni et aliae quaedam personae proventus ipsarum sibi paene penitus vindicantes, presbyteris earundem⁵² servitiis⁵³ deputatis relinquunt adeo exiguam portionem, quod⁵⁴ ex ea nequeant congrue⁵⁵ sustentari. Nam, ut pro certo didicimus, in quibusdam regionibus parochiales presbyteri pro sua⁵⁶ sustentatione non obtinent nisi quartam quartae, id est sextam decimam decimarum. Unde fit, ut in his regionibus paene nullus invenitur sacerdos parochialis, qui ullam⁵⁷ vel modicum habeat peritiam literarum. Quum igitur⁵⁷ os bovis ligari⁵⁸ non debeat triturantia, sed qui altario servit de altari vivere debeat, statuimus, ut, consuetudine qualibet episcopi vel patroni, seu cuiuslibet⁵⁹ alterius non obstante, portio presbyteris ipsis sufficiens assignetur. Qui vero parochialem habet⁶⁰ ecclesiam, non per vicarium, sed per se ipsum illi deserviat in ordine, quem ipsius ecclesiae cura requirit, nisi forte dignitati vel praebendae parochialis ecclesiae⁶¹ sit annexa. In quo casu concedimus, ut⁶² is, qui talem habet praebendam vel dignitatem, quum oporteat eum in maiori ecclesia⁶³ deservire, in ipsa parochiali ecclesia idoneum et perpetuum habeat⁶⁴ vicarium canonicum⁶⁵ institutum, qui, ut praedictum est, congruentem⁶⁶ habeat de ipsius⁶⁷ ecclesiae proventus portionem; alioquin illa se sciat auctoritate huius decreti privatum, libere alii⁶⁸ conferenda, qui velit et possit quod dictum⁶⁹ est adimplere. Illud autem penitus interdiximus, ne quis in fraudem de proventus ecclesiae, quae⁷⁰ curam habere debet proprii sacerdotis, pensionem alii quasi pro beneficio confesse praesumat.

CAP. XXXI. 71)

Non debent religiosi ecclesius vel decimas a laicis sine dioecesanorum consensu recipere, excommunicatos vel interdictos ad divina admittere, in ecclesiis quoque, quae ad eos non pleno iure pertinent, instituire vel destituere; sed praesentiant dioecesanis ad eos viros idoneos.

Idem in eodem.

In Lateranensi concilio nascitur fuisse⁷² prohibitum, ne quilibet regulares⁷³ ecclesias seu decimas sine episcoporum⁷⁴ consensu

Cap. XXVII. 15) discretiani: Comp. IV. — 16) praeb. iam dicti clerici: ib. — 17) elutionem: Comp. IV. Ms. A. — delusionem: Aug. Ms. B. — 18) habent: Comp. IV. Aug. — omitt. Ms. B. — 19) in can.: omitt. Comp. IV. — 20) faciatis: Comp. IV. — quae sequi. omitt. Ms. B. — 21) eisdem: Comp. IV. Aug. — eisdem: Ms. A. — 22) praebendario: Comp. IV. Aug. Ms. A.
Cap. XXVIII. 23) conc. Lat. IV. (A. 1215.) c. 29. — Comp. IV. h. t. c. 4. — 24) cf. supra c. 3. h. t. — 25) aut: C. H. — et: Comp. IV., conc. — 26) acciperet: C. H. — 27) suppressiones: conc. Ms. — 28) attentius et evidentius: C. H. — 29) rec. ad ecclesiam ben. habens cur. ann.: Comp. IV. Ms. A. — 30) sed: ib. — 31) obtinebat: ib., conc. — 32) ipsa: conc. Ms. — 33) tres: conc. — 34) alium: ib. — 35) ei. coll.: abest a Comp. IV. — 36) illius eccl.: conc. Ms. — 37) et in: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 38) personatibus ecclesiae: C. R. 1. L. — seq.: esse: abest a conc. et Comp. IV. Ms. A. — 39) praesumant: Comp. IV. Aug. — 40) add.: annexam: Comp. IV. Ms. A. — 41) petent: Comp. IV. Ms. B.
Cap. XXIX. 42) c. 20. conc. eiusd. — Comp. IV. h. t. c. 5. — 43) suffragantur: C. H. — 44) quod: Comp. IV., conc. — 45) correctio-

nem: conc. Ms. — 46) defectus: Comp. IV. Aug. — 47) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 48) institutio alius provisio: C. R. 1. — 49) conscientiam: Comp. IV. Ms. A., conc. Ms. — 50) ut in hoc etc.: abest a Comp. IV. Aug. et Ms. A.
Cap. XXX. 51) c. 32. ib. — Comp. IV. h. t. c. 6. — 52) earum: Cont., Böhm. — 53) servitio: Comp. IV. Ms. A., conc. — 54) ut: Comp. IV., conc. Böhm. — 55) omitt. C. R. 1. — 56) omitt. conc. ap. Mans. — 57) abest a Comp. IV. Aug. et Ms. B. — 58) uligari: Comp. IV., conc. — 59) cuiuscunque: ib. — 60) habeat: Comp. IV. Ms. B. — 61) ecclesiae: Ed. Rom. aper. mend. — 62) omitt. Comp. IV. Aug. — 63) abest a Comp. IV. Ms. A. — 64) student habere: conc., Comp. IV. Ms. A., Aug. — Ms. B. omitt. verb.: stud. habere. — congruam. — 65) abest a Comp. IV. Ms. A. — 66) congruam: ib., C. R. 1., omitt. Comp. IV. Aug. — 67) ipsius: conc. Ms. — 68) alius: Comp. IV. Aug. — 69) praedictum: conc. — 70) qui: Comp. IV. Ms. A.
Cap. XXXI. 71) c. 61. ib. — Comp. IV. h. t. c. 7. — 72) esse: C. R. 1. — cf. conc. Lat. III. c. 9. — 73) regularis: Comp. IV. Ms. A. — 74) episcopi: ib.

de manu laici⁷⁵) praesumant accipere, nec excommunicatos vel⁷⁶) nominatim interdictos admittant aliquatenus ad divina. Nos autem id fortius inhibentes, transgressores digna⁷⁷) curavimus⁷⁸) animadversione punire, statuentes nihilominus, quatenus in ecclesiis, quae ad ipsos pleno iure non pertinent, iuxta eiusdem concilii statuta episcopis instituendos presbyteros repraesentent, ut illis de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus⁷⁹) temporalibus rationem exhibeant competentem, institutos vero remove non audeant episcopis inconsultis. Sane adiciimus, ut illos repraesentare procurent, quos vel conversatio notos reddit, vel commendat probabile testimonium praelatorum.

CAP. XXXII. 80)

Absens in theologiae studio fructus beneficiorum suorum percipit in absentia, sed quotidianas distributiones non.

Honorius III. Abbati et Priori sanctae Genovefae.

Licet vobis direxerimus scripta nostra, ut "dilecto filio" magistro N.⁸¹) Eboracensi⁸²) archidiacono, in sacra pagina cupienti studere, proventus suos ecclesiasticos faceretis integre ministrari: nolimus tamen⁸³), "nec nostrae intentionis existit," ut quotidianas "illas" distributiones⁸⁴), quae tantum residentibus in ecclesiis, et his, qui intersunt horis canonicis, exhibentur, ei tribui faciatis.

CAP. XXXIII. 85)

Propter paupertatem praebendarum ecclesiae cathedralis possunt eis annexae capellae, reservata ipsorum presbyteris congrua portione.

Idem Vespriensi⁸⁶) Episcopo.

Exposuisti nobis "in nostra praesentia constitutus," quod ecclesiae tuae canonici, diminuta ipsorum provisione a tempore concilii generalis, quum eis extunc non fuerint ad eorum sustentationem concessae capellae, sicut ante⁸⁷) fieri consuevit, de redditibus praebendarum suarum, "quum nimium sint exiles," nequeunt sustentari, "propter quod plures ipsorum eadem ecclesia relicta in eisdem et clericatus coguntur opprobrium aliorum se obsequiis mancipare. Unde humiliter supplicasti, ut de capellis eisdem provisionem eorumdem de nostra permissione tibi ampliari liceret. Quia vero per hoc statutis derogaretur eiusdem concilii, quae servari volumus inconcussa, te in hac parte nequivimus exaudire. Verum illorum paupertati paterno compatiens affectu, et tibi etiam, prout exoptat devotionis tuae meritum, gratiam facere cupientes, fraternitati tuae de qua plenam fiduciam obtinemus, praesentium auctoritate mandamus, ut," Si evidens necessitas vel utilitas exigat, praebendas ecclesiae tuae poteris⁸⁸) de capellis in perpetuum annexendis eisdem, sicut⁸⁹) discretionem praeviam expedire⁹⁰) videris, augmentare, reservata tamen⁹¹) congrua "singularum" capellarum presbyteris portione.

CAP. XXXIV. 92)

Licet ecclesiae ex donatione laici beneficium conferat, tenet illius beneficium impetratio, de hoc mentione non habita.

Idem Episcopo et Priori et Archidiacono Herfordensibus.⁹³)

Dilectus filius G.⁹⁴) "pauper" clericus nobis⁹⁵) proposuit, quod, quum decano et capitulo "ecclesiae beati Martini" Andegavensis preces direxerimus et praecepta, ut ipsum, quam cito facultas se offerret, in canonicum reciperent et in fratrem, vobis super hoc exsecutoribus sibi datis, "vacantibus interim duabus in ecclesia praefata praebendis, dictus clericus, ut mandatum nostrum exsequeremini circa ipsum, a vobis cum instantia postulavit. Sed" quia "ipsorum" decani et capituli procurator excipiendo proposuit, "nostras super hoc" literas non valere pro eo, quod in eis mentio non fiebat, quod praefatus⁹⁶) decanus ex donatione regis praebendarum eiusdem ecclesiae collationem haberet, vos mandati nostri exsecutores non esse interloquendo dixistis, et sic "illae" duae praebendae, quae medio tempore⁹⁷) vacaverunt, aliis sunt collatae⁹⁸), "et dictus clericus occasione huiusmodi, quam vos malitiose

recepisse videmini, romansit hactenus sua provisione frustratus, propter quod idem nostram audientiam appellavit, appellationi cuius dicimini detulisse. Nolentes igitur, ut saepe dictus clericus frustratus a vobis literarum nostrarum commodo ulterius suspendatur, vobis firmiter" Mandamus, quatenus, occasione⁹⁹) huiusmodi, quam reputamus frivolum, non obstante, mandatum nostrum "ad vos pro ipso directum taliter sine difficultate qualibet" exsequi procuretis¹⁰⁰), "quod ipse propter hoc ad nos ulterius non recurrat, nec vos possitis de inobedientia reprehendi, quae idololatriae comparatur."

CAP. XXXV. 1)

Pueri et alii beneficiati non sunt idonei ad beneficia consequenda. H. d. inhaerendo verbis literae.

Gregorius IX. Argentinensi Episcopo.

Super inordinata ordinatione (Et infra:) Quum autem illi sint in ecclesiis idonei reputandi, qui servire possunt et volunt in ipsis, consultationi tuae taliter respondemus, quod pueri et beneficiati, qui non possunt in eadem ecclesia deservire, in ea²) non debent idonei reputari.

CAP. XXXVI.

Pro unius praebendae integratione alia dividi non debet.

Idem Archiepiscopo et Magistro R. Turonensibus.

Quum causam, quae inter Aurelianensem episcopum et I. de Blesis canonicum sanctae Crucis super integratione praebendae ipsius canonici vertebatur, vobis duxerimus committendam (Et infra:) Consultationi vestrae³) taliter respondemus, quod nostrae intentionis non existit⁴), ut pro integratione praebendae supradicti canonici praebenda de novo⁵) aliqua scinderetur.

CAP. XXXVII.

Clerici ignobiles et non eminentis scientiae propter hoc non debent a praebendis repelli, etiam in ecclesia, quae tales admittere non consuevit.

Idem.

Venerabilis frater noster Portuensis episcopus supplicavit, ut, quum quandam praebendam, quae in Argentinensi⁶) ecclesia tamdiu vacaverat, quod donatio eius erat ad sedem apostolicam devoluta, I. clerico contulerit, dum in illis partibus legationis officio fungeretur, suam collationem benigno prosequeremur affectu⁷). Verum procurator Argentinensi capituli proposuit ex adverso, quod idem capitulum, hoc audito, consuetudinem allegans antiquam inviolabiliter observatam, iuxta quam nullum, nisi nobilem et liberum⁸), et ab utroque parente illustrem, honestae⁹) conversationis ac eminentis scientiae, in suum consortium hactenus admiserant, ne contra hoc fieret, maxime quum nulla tunc praebenda vacaret, antequam monitorias vel exsecutorias literas recepisset, ad sedem apostolicam appellavit. (Et infra:) Nos igitur attendentes, quod non generis, sed virtutum nobilitas vitaeque honestas gratum Deo faciunt et idoneum servitorem, ad cuius regimen non multos secundum carnem nobiles et potentes elegit, sed ignobiles ac pauperes eo, quod non est personarum acceptio¹⁰) apud ipsum¹¹), et vix ad culmina dignitatum, nedum praebendas¹¹) viri eminentis scientiae valeant reperiri, exceptiones huiusmodi non duximus admittendas. (Et infra:) Discretionis vestrae mandamus, quatenus, si vobis constiterit, praedictam praebendam vacasse, quando ipsam dicto I. contulit episcopus memoratus, ipsum ad eam¹²) recipi faciatis.

CAP. XXXVIII.

Si mandatur provideri in ecclesia, non potest de ecclesia provideri.

Idem.

Quum olim priori sanctae M.¹³) dederimus in mandatis, ut G.¹⁴) diacono in aliqua ecclesia civitatis vel dioecesis Lucanae auctoritate apostolica provideret, idem praefatum G.¹⁵) ecclesiae sancti Petri de Vico rectorem auctoritate huiusmodi n¹⁶) est designare, in

Cap. XXXI. 75) laicali: ib., conc. — 76) nec: Comp. IV. Ms. A. — 77) condigna: ib., conc. — 78) curavimus: C. H., Comp. IV. Ms. A. B., conc. — 79) de reb.: C. H.

Cap. XXXII. 80) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 81) R.: C. R. — Ricco: Comp. V. — 82) Ebroicensi: ib. — 83) non tamen volumus: ib. — 84) retributiones: ib.

Cap. XXXIII. 85) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 3. — 86) Vespriensi: Cir. — 87) antea: Comp. V. — 88) possis: ib. — 89) omitt. C. R. 1. — 90) abest ab eod. — 91) omitt. C. R. L. H., Comp. V., Cont.

Cap. XXXIV. 92) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 5. — 93) Macclon: Comp. V. Ms. — leg. cum Cir.: Maccloviensibus (St. Malo). — 94) S.: C. H. — de Bec: C. L. — 95) in nostra proposuit praesentia constitutus: Comp. V. — 96) praedictus: C. R. 1. — 97) abest ab eod. — 98) collocatae: Böhm. — 99) ratione: ib. — 100) exsequimini: ib.

Cap. XXXV. 1) Literae similes Petragoricensi ep. et abbati de Petrosa Cist. ord., Petragoric. dioecesis scriptae (Dat. Perus. XVI. Kal. Aug. Ao. III.) exstant ap. Manriqu. Annal. IV. 390. — 2) an ea: omitt. C. R. 1.

Cap. XXXVI. 3) tuae: Cont., Böhm. — seq.: taliter: omitt. C. R. — 4) existit: Gont. — 5) de nov.: omitt. C. R. 1.

Cap. XXXVII. 6) Argentinensi: C. R. 1. — 7) effectu: C. R. 1. L. — 8) nobilem virum: C. H. — 9) et hon.: C. L. — 10) exceptio: ib. — 11) Deum: C. H. — 11a) ad praet.: Cont., Böhm. — 12) eandem: C. R. 1.

Cap. XXXVIII. 13) Mariae: C. R. L. H. — 14) F.: C. R. 1. — W.: C. R. 2. H. — Gu.: Cont. — 15) Gu.: Böhm. — 16) visus: C. L.

qua rector ab eiusdem ecclesiae clericis eligi consuevit¹⁷), excommunicationis sententiam nihilominus proferens in rebelles. Quum igitur¹⁸) mandatum huiusmodi se ad talia non extendat, nec ad rectoriam vel dignitatem nostra feratur intentio, quum pro simplici beneficio iussio nostra manat: mandamus, quatenus tam institutionem huiusmodi quam excommunicationis sententiam propter hoc latam denuncias¹⁹) non tenere.

TITULUS VI.

DE CLERICO AEGROTANTE¹) VEL DEBILITATO.CAP. I.²)

Clericus infirmus integre percipit fructus beneficij sui.

Gregorius Candido Episcopo Urbevetano.³)

Quum percussio corporalis, "utrum pro purgatione an pro vindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur, non debet a nobis addi flagellatis afflictio, ne nos culpae, quod absit, offensa respiciat. Et quia praesentium lator Calumniosus pro hac percussione, quam sustinet, consueta sibi commoda ab ecclesia vestra asserit negari, idcirco⁴) Fraternitatem tuam praesentibus hortamur epistolis, quatenus latorem praesentium⁴) ad percipienda beneficia, quae consueta sunt ab ecclesia tua, aegritudo sua non debeat impedire; quia, si alii eius essent exemplo deterriti, forte non posset qui militaret ecclesiae inveniri, sed secundum loci⁵) eius ordinem quaecumque⁵) ei, si sanus esset, poterant ministrari, de ipsa exiguitate, quae ecclesiae potest accedere, fraternitas tua divini contemplatione iudicij⁶) praebeat⁶) aegrotanti, quatenus etc."

CAP. II.⁷)

Presbyter, cui medietas palmae cum duobus digitis est abscissa, missam non celebrat, sed ceteris sacerdotalibus fungi potest.

Eugenius Papa.⁸)

Presbyterum, cuius duos digitos cum medietate palmae a praedone abscissos esse significasti, missam non permittimus celebrare, quia nec⁹) secure propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem¹⁰) membri hoc fieri posse confidimus. Ipsum autem ceteris¹¹) officiis sacerdotalibus fungi minime prohibemus. Praeterea etc. [cf. c. 1. de apostat. V. 9.]

CAP. III.¹²)

Si rector ecclesiae sit leprosus, dandus est ei coadiutor.

Lucius III.¹³)

De¹⁴) rectoribus ecclesiarum lepra macula usque¹⁵) adeo infectis, quod altari servire non¹⁶) possunt, nec sine magno scandalo eorum, qui sani sunt, ecclesias ingredi, hoc¹⁷) volumus te tenere, quod eis dandus est coadiutor, qui curam habeat animarum, et de facultatibus ecclesiae ad sustentationem suam congruam recipiat¹⁸) portionem.

CAP. IV.¹⁹)

Si rector ecclesiae sit leprosus, ab administrationis officio removetur; sed de bonis ecclesiae sustentatur.

Clemens III.²⁰)

Tuam nos duxit fraternitas consulendos: (Et infra: [cf. c. 19. de sent. ex. V. 39.]) De sacerdote vero, qui divino iudicio lepra

morbo²¹) repercussus²²) in parochiali ecclesia praelationis officio fungitur, dicimus²³), quod pro scandalo et²⁴) abominatione²⁵) populi ab administratione debet officio removeri, ita quidem, quod iuxta facultates ecclesiae²⁶) sibi necessaria, quamdiu vixerit, ministrentur.

CAP. V.²⁷)

Episcopo, qui propter morbum incurabilem pastorale officium exercere non potest, dandus est coadiutor.

Innocentius III. Arelatensi Archiepiscopo.

Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod, quum²⁸) venerabilis frater noster Aurasianensis²⁹) episcopus gravi et incurabili morbo fere iam per quadriennium laboraverit³⁰) ita, quod pastorale officium non potuit, nec potest ullatenus exercere, nobilis vir de Baucio princeps terrae illius, consules ac cives civitatis eiusdem a te postulant³¹) incessanter, ut tam ipsis quam Aurasianensi ecclesiae, quum sis metropolitanus eorum, studeas providere. Verum³²) quum tu ipsum³³) ad cessionem compellere non³⁴) possis, nec debeas ullo modo, nec afflicto afflictio sit addenda, immo potius sit ipsius miseriae miserendum³⁵), eo, quod idem³⁶) vir³⁷) bonus exstiterit et honestus, et ecclesiam salubriter sibi commissam gubernaverit³⁸), quid super his agere debeas, sedem duristi apostolicam consulendam. Nos igitur volentes tam praefato episcopo quam ecclesiae suae salubriter providere³⁹), fraternitati tuae taliter respondemus et per apostolica scripta mandamus, quatenus illi coadiutorem associates virum providum et honestum, per quem tam episcopo quam populo sibi commisso utiliter⁴⁰) consulatur. Dat. Rom. ap. S. Petr. IV. Non. Dec. Pont. nostr. Aa. VII. [1204.]

CAP. VI.⁴¹)

Honorius III. Episcopo Aversano.⁴²)

Consultationibus (Et infra:) Archidiacono autem, quem morbo paralytico laborantem officium linguae asseris amississe, coadiutor est merito adhibendus⁴³), maxime si de ipsius processerit voluntate.

TITULUS VII.

DE INSTITUTIONIBUS.

CAP. I.¹)

Numerus clericorum debet institui in ecclesiis collegiatis secundum facultatem ipsarum.

Ex concilio Arelatensi.

Non amplius suscipiantur in monasterio monachorum aut clericorum²), seu etiam puellarum, quam quot³) se regere de bonis ecclesiae absque penuria ecclesiae possint.

CAP. II.⁴)

Laici in canonicos non possunt institui.

Eugenius.⁵)

In ecclesia vestra certum numerum⁶) canonicorum, sicut nobis innotuit, communiter instituere curavistis, et institutionem vestram

Cap. XXXVIII. 17) consueverat: C. H. — 18) enim: C. R. 1. — 19) denunciatis: ib.

TIT. VI. 1) aegrotato: C. R. 1. — Cap. I. 2) Restitutum ex Greg. I. Reg. II. 8. (A. 592.) — Lips. XXI. 5. — Comp. I. h. t. c. 1. — 3) ad Ca. ep.: Lips. — Cand. ep. de Urbe veteri: Comp. I. Reg. — 4) M.: C. H. — cum: Böhm. — quatenus nihil eum ad percipienda (add. beneficia: Comp. I. Aug.) quae consueta sunt, haec aegritudo debet impedire: quia diversis in ecclesia militantibus variis, sicut nosti (nostis: Comp. I. Aug.), saepe contingit infirmitas, et, si hoc fuerint exemplo deterriti, nullus de cetero, qui ecclesiae militet (militat: Lips.), poterit inveniri: Lips., Comp. I. Reg. — 5) quaeque: Reg. — 6) praebere non desinat: Lips., Comp. I. Reg.

Cap. II. 7) Restitutum ex App. XXVI. 15. Lips. XI. 14. Cass. XXI. 22. — Comp. I. h. t. c. 2. — 8) Eugenius P. I. Sarenus ep.: App. — Quallensi archiep.: Cass. — Eug. III. loc. archiep.: Lips. — Eug. P. Io. Cell. S. archiep.: Comp. I. Ms. — Eug. P. Iocell. archiep.: Aug., ex quibus quidem lectionibus ita vera restituenda est inscriptio: Eugenius P. III. Iocellino Sarenus episcopo. — 9) non: App. — 10) infirmitatem: Cass. — 10^a) id: App. — 11) in cet.: Lips.

Cap. III. 12) Restitutum ex App. XXXVII. 4. — Comp. I. h. t. c. 3. — 13) Turon. ep.: Comp. I. Ms. — Lancolinensi: App. — add.: P. C. Ad aures (Ms. add.: nostras): Comp. I. — cf. c. 8. de reser. I. 3. — 14) Super eo vero, quod quaesivisti de rector. eccl.: App. — 15) omitt. ib. — 16) nulla ratione: ib. — Comp. I. — 17) haec (hoc: App. — omitt. Comp. I. Ms.) tuam volumus fraternit. tenere: ib. — 18) percipiat: C. R. 1. — recipiant: Comp. I.

Cap. IV. 19) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 384. — Comp. II. h. t. c. 2. — 20) Coelestinus III.: Comp. II. Ms. A. — 21) lepra: Luc. — 22) resperus: Luc., Comp. I. — 23) tibi quicquam intinandum: ib. — 24) vel: ib. — 25) obmurmuratione: Luc. — 26) eccl., si quod vixerit, ministretur: ead. mendose.

Cap. V. 27) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 166. — Comp. III. h. t. c. 1. — 28) omitt. C. R. 1. — 29) Arelatan.: C. H. — Aurasianensis: C. L. — Aurasian.: Comp. III. Aug. — Aurasianensis: Comp. III. Ms., Reg., Böhm. — 30) laboraret: Comp. III. — laboravit: Reg., Cont., Böhm. — 31) postulabant: C. H. — postularunt: Comp. III. — 32) Veruntamen: ib. — 33) praedictum episcopum: Comp. III., Reg. — 34) nec: ib. — 35) miserandum: Comp. III., Cont. — 36) ipse: Comp. III. Aug. — 37) omitt. C. R. H. L. — 38) gubernavit: Reg. — 39) providi: C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 40) salubriter: ib.

Cap. V. 41) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. un. — 42) Verce.: C. H. — Aversano: C. R. 1. L. — Avesan.: Comp. V. Ms. — 43) coadiutorem poteris adhibere: Comp. V.

TIT. VII. Cap. I. 1) c. 8. conc. Arel. IV. (hab. A. 813.) — Comp. II. h. t. c. 1. — 2) canonicorum: Comp. II. Ms. A. — 3) quod: Böhm. — nisi quo degere: Comp. II. Ms. A.

Cap. II. 4) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 385. — Comp. II. h. t. c. 2. — 5) Aug.: Comp. II. Ms. B., Aug. — Idem (i. e. Eugenius): Ms. A. — Idem (Clemens III.): Asturicensi ep.: Luc. — 6) centum numero ... consuevit instituere: Luc., mendose.

religione firmare iuramenti. Unde, quia numero illo successu temporum diminuto in dubitationem deductis, utrum ipsum numerum de institutione canonicorum supplere possitis, laicis computatis, qui in ecclesia vestra canonicorum titulo nominantur, et statutis numerus sit impletus, ut haec ambiguitas a vestris cordibus auferratur, nobis videatur, quod, "Quum⁷⁾ laici non debeant⁸⁾ in canonicorum numero computari, nec vos debeatis differre⁹⁾, quo minus statutum numerum¹⁰⁾, iuramento praestito roboratum, de aliis clericorum personis idoneis "canonicos" suppleatis; "nde enim alia vestra intentio fuisse putatur, quam quod" tales ad suppleendum numerum, "quum necesse foret, invenire "unanimitur" curetis¹¹⁾, per quos Deo in divinis officiis per ecclesiasticos ordines congrue serviat¹²⁾. Ad haec vero districtius prohibemus, ne de cetero laicos in canonicos admittatis."

CAP. III.¹³⁾

Institutio beneficiorum spectat ad episcopos vel eorum officiales.

Alexander III. Cantuariensi Archiepiscopo et eius Suffraganeis.

Ex frequentibus querelis "personarum satis manifeste" didicimus, in partibus vestris consuetudinem pravam "admodum et enormem, et sanctorum Patrum constitutionibus omnimodo contrariam" a multis retro temporibus invaluisse, quod "videlicet" clerici, "carca cupiditate ducti, ecclesias et" ecclesiastica beneficia sine consensu¹⁴⁾ episcopi dioecesis¹⁵⁾ vel officialium suorum, qui hoc de iure possunt¹⁶⁾ "facere," recipiunt, minus quam deceat "solicite" cogitantes, quomodo id¹⁷⁾ a¹⁸⁾ Patrum sanctorum est institutionibus¹⁹⁾ alienum et ecclesiasticae contrarium honestati. Unde, quum tu²⁰⁾, frater archiepiscopo, ex officio tibi commissio²¹⁾ tam iniquam consuetudinem de provincia tua velis²²⁾, sicut debes²³⁾, radicibus extirpare, tam in "clericos" illos, qui "ecclesias vel" ecclesiastica beneficia "de cetero" taliter²⁴⁾ occupata scienter detinent, quam in eos²⁵⁾, qui "ecclesias vel ecclesiastica beneficia" de cetero²⁶⁾ "talliter" occupare praesumpserint, "sicut ex literis tuis intelleximus," excommunicationis sententiam protulisti. Nos itaque eandem sententiam ratam "et firmam" habentes, et eam auctoritate apostolica confirmantes, "per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus "singuli vestrum, sententiam in suis episcopatibus saltem quater in anno innovantes, eam contradictione et appellatione cessante faciatis inviolabiliter observari." clericos²⁷⁾ ipsos, qui ipsam²⁸⁾ sententiam "incurrerunt vel de cetero" incurrerint²⁹⁾, nisi congrue³⁰⁾ satisfecerint, "et a praesumptione sua omnino destiterint," absolvere minime praesumatim.

CAP. IV.³¹⁾

Ultra facultates non debet quis institui in vobis clericis ecclesiae.

Clemens III.³²⁾ Clero³³⁾ Constantinopolitano.

Auctoritate apostolicae sedis "debitoque officii nostri compellimur, viros ecclesiasticos oculo benigniori prospicere, atque, ne graventur molestiis, pastorali sollicitudine providere. Haec itaque ratione inducti auctoritate apostolica prohibemus, ne aliquis vestrum a quocunque in civili vel criminali negotio, nisi in foro ecclesiastico impetatur, nec per saecularem personam carceri aut vinculis, nisi ab archiepiscopo suo cinctus fuerit ex ordine clericali, aliquatenus mancipetur, nec absque rationabili et manifesta causa in officio suo, vel iure suo gravamen ab aliquo patiat. Prohibemus etiam, ne vicarius regis seu quaecunque persona vicem saecularis potestatis gerens vobis in domibus aut aliis rebus vestris iniuriam praesumat inferre; sed tam in his quam in aliis privilegiis, vobis a regibus vel archiepiscopis pia consideratione concessa, inviolata volumus conservari." Statuimus insuper, ut nullus in ecclesiis

vestris ultra, quam facultates earum³⁴⁾ sustineant, vobis instituantur invitis.

CAP. V.³⁵⁾

Quum in ecclesiis oportet extraneos institui, non debent institui clerici certae originis tantum, sed undecunque sint; dum tamen sint idonei.

Innocentius III. S. Marcelli³⁶⁾ et S. Susannae cardinali apostolicae sedis legato.

Ad decorem "et commodum tam ecclesiae S. Sophiae, quam aliarum ecclesiarum, quae sunt in urbe Constantinopolitana constructae, noscitur pertinere, ut literati viri et morum honestate conspicui, de quibuslibet mundi partibus venientes, institui debeant in eisdem. Verum" Sicut nostris auribus est suggestum, "venerabilis frater noster" Constantinopolitanus patriarcha, "eorum immemor, quae sibi suggestimus tua voce ac postmodum per scripta mandavimus, si tamen ad ipsum nostrae litterae pervenerunt," aliarum nationum clericos spernens, Venetos tantum in Constantinopolitana ecclesia³⁷⁾ satagit collocare, non attendens, quod in omni gente qui facit iustitiam acceptus est Deo, nec sanctuarium Dei conuenit iure hereditario possideri. Quocirca "discretionis vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus moneatis³⁸⁾ eundem, ut viros "religiosos, honestos et" literatos, et alias idoneos³⁹⁾, undecunque originem duxerint, in praedictis ecclesiis, et maxime in maiori, instituire non postponat; alioquin⁴⁰⁾ indignum se reddet⁴¹⁾, ut vos aliarum clericos nationum ad eius obedientiam compellatis; "praesertim quum ipsi propter hoc ad nostram duxerint audientiam appellandum." Nec dissimulare potestis⁴²⁾, quin hoc⁴³⁾ nostris auribus intimetis, ut ex hoc ipso, an verum sit quod super hoc⁴⁴⁾ Venetis dicitur promississe, conicere valeamus. "Si qui vero clerici per vos vel alterum vestrum sunt in praedictis ecclesiis instituti, appellatione postposita faciatis eos pacifica possessione gaudere, etc. Dat. Ferentini XI. Kal. Jul. Ao. IX." [1206.]

CAP. VI.⁴⁵⁾

Institutiones et custodiae possunt de iure speciali ad non episcopum pertinere, et pendente lite cum dioecetano defenditur in possessione. H. d. Vel sic: Si possidet ius instituenti is, ut quem de iure communi non spectat, pendente iudicio proprietatis in possessione defenditur.

Idem Heliensi Episcopo et Archidiacono⁴⁶⁾ Norwicensi.⁴⁷⁾

Quum venissent ad apostolicam sedem "dilecti filii magister Honorius" archidiaconus Richemundiae, et "magister Columbus subdiaconus noster, I. de Eboraco, et R. Avenel" procuratores "venerabilis fratris nostri" Eboracensis archiepiscopi, "eos in consistorio nostro durimus audiendos." Ex parte "autem" archiepiscopi "memorati" fuit propositum, quod institutio personarum et custodia ecclesiarum vacantium ad eum in dioecesi sua spectat⁴⁸⁾ tam de iure⁴⁹⁾ communi quam de consuetudine generali. Verum quidam praedecessores ipsius quibusdam archidiaconis Richemundiae⁵⁰⁾ tam institutionem quam custodiam personaliter commiserunt, "quos sibi aliorum tempore retinentes, et libere, sicut spectabat ad eos, utentes eisdem ita, quod archiepiscopus, qui Eboracensi ecclesiae modo praest, W. de Chimil, quondam archidiacono Richemundiae, illas ad preces inclitae recordationis R. regis Anglorum de gratia speciali concessit, et eo in episcopatum post electo sibi retinuit tanquam suas. (Et infra:)" Inter alia⁵¹⁾ vero archidiaconus ipse respondit, quod, "quum inclitae recordationis primus Henricus rex Anglorum apud Carleolum sedem episcopalem vellet de novo creare, quia ex hoc archidiaconatus Richemundiae laedebatur, rex ipse a bonae memoriae T. archiepiscopo Eboracensi humiliter postulavit, ut in recompensationem cuiusdam partis, quas subtrahatur archidiaconatus memorato, ei praedictis concederet dignitates," archiepiscopus "annuil precibus postulantis et" tam institutiones quam custodias, non personaliter archidiacono⁵²⁾, qui

Cap. II. 7) omitt. Luc., Comp. II. — 8) debent: Luc. — 9) omitt. ead. — 10) nostrum: ead. — 11) curaretis: Luc., Comp. II. — 12) seruiretis: Luc. — seruiretur: Comp. II.

Cap. III. 13) Restitutum ex App. XXVIII. 41., Cass. XXIII. 4., Lips. VI. 4., Comp. I. h. t. c. 1. — 14) assensu: C. R. L. H., Coll. eitt. — 15) dioecesis: Coll. eitt. — add. sui: Cass. — 16) possunt: Lips. — 17) abest C. H. — 18) omitt. Lips., Cass. — 19) constitutionibus: App. — 20) omitt. C. H. — 21) commissae tibi sollicitudinis: Coll. eitt. — 22) velles: Lips. — abest C. H. — 23) deberes: Lips. — 24) de cet. tal.: omitt. App. — 25) ipsos: Coll. eitt. — seq.: qui: abest a Lips. — 26) de cet.: non leg. in App. — 27) nec cler.: abs. praes.: Coll. eitt., Böhm. — 28) itam: Cass. — 29) incurrunt: App., Cass. — sent. incurrunt: C. H. — sent. incurrerunt: C. R. 2. L., Comp. I. Aug. — 30) si congrue non: App.

Cap. IV. 31) Restitutum ex Comp. II. c. 1. de iudic. II. 1. — 32) Coelestianus III.: C. H. — Idem (i. e. Alex. III.): Comp. II. Ms. A. — omitt. Ms. B. — 33) capitulo: C. R. 1. — 34) cur. ecclesiarum: Comp. II. Aug., Ms. A.

Cap. V. 35) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 100. — Comp. III. h. t. c. 1. — 36) P. tit. S. Marcelli et R. tit. S. Susannae presbyteris card., ap. sed. leg.: Comp. III., Reg. — 37) in ipsis ecclesiis, et praecipue in ecclesia S. Sophiae: ib. — 38) eund. patriarcham monere ac inducere studentis: ib. — 39) et alias personarum: C. R. 1. — et alios idoneos: C. L. — et... id.: omitt. Comp. III., Reg. — 40) proponentes eisdem, quod, si monitis vestris (nostris): Comp. III., Reg. — 41) adquiescere (add. forte): Comp. III. — non curaverit: Comp. III., Reg. — 42) raddat: C. L. — 43) potestis: Comp. III. Ms., Reg. — 44) haec: C. R. 1. — 45) sup. hoc: omitt. Comp. III., Reg.

Cap. VI. 45) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 3. — 46) arch. Norm.: C. R. 2. — Norantoniae: Comp. III. Aug. — Northamptonius: Ms. — lex.: Northamptonius. — 47) add.: et magistro H. de Gehiat (Aug. Gerst.): Comp. III. — 48) spectant: C. R. 2. — 49) iurisdictione: Cant., Böhm. — 50) omitt. Comp. III. Ms. — 51) Ad haec arch.: Comp. III. — 52) archidiaconis: C. H.

tunc erat⁵²), sed perpetuo de⁵³) comenno "Eboracensis" capituli archidiaconatus reali "et liberali" concessione donavit. Quum autem archidiaconatus⁵⁴) ipse in continua possessione tam istarum quam aliarum "etiam" libertatum multorum archiepiscoporum, "regum" et archidiaconorum temporibus⁵⁵) existisset, et "saepe dictus" archiepiscopus⁵⁷) sine conditione⁵⁶) qualibet concessisset ipsam eidem, post concessionem asseruit, quod ipsam "cum omnibus libertatibus suis illi" concesserat, institutionibus et custodiis vacantium ecclesiarum⁵⁸) exceptis. Ipse vero timens, ne, si negaret expresse, quom nonndum esset archidiaconus⁶⁰) possessionem adeptus, vel impediret⁶¹) penitus factum eius, vel diutius differretur, respondit, quod non solum de illo, sed de omnibus rebus suis faceret quod sibi⁶²) placeret. (Et infra: "Super hoc pars replicavit adversa, quod, si renunciatio vel abstratio archidiaconatus non noceret, super hoc tamen esset archidiacono repetendi facultas adempta. Sed archidiaconus libertates illas se non repetere respondebat, quum eis libere, sicut prius, quando iter arripuit ad sedem apostolicam veniendi, uteretur, et earum possessione gauderet. Sed contra hoc iterum replicabant, quod idem archidiaconus in quadam ecclesia sui archidiaconatus non per archiepiscopum institui postulasset, si tatis institutio pertinebat ad ipsum, et ipse tunc ipsarum libertatum possessione gauderet. Ad quod archidiaconus ipse respondit, quod per archiepiscopum non institui, sed confirmari potius postulavit, licet, quod se ipsum institueret, incongruum videretur." Nos igitur, "auditis quae fuerunt hinc inde proposita, et plenius intellectis," interlocuti fuimus⁶³); archidiaconum esse in plena libertate eiusdem archidiaconatus possessione tuendum, "donec probatum legitime fuerit ex adverso, libertate ipsas archidiaconus⁶⁴) ab archiepiscopis personaliter fuisse concessas, quum in hoc casu tam ante quam post, et in ipsa etiam concessione archiepiscopus eas retinere "sic" potuerit licite tanquam suas, vel donec legitime probatum fuerit, easdem libertates archidiaconum abstrasse. Sed in hoc casu, si concessio illa fuerit realis, archiepiscopo nihil iuris vel utilitatis accederet⁶⁵), quia nos vel ad petitionem Eboracensis ecclesiae, vel per nos ipsos super hoc archidiaconatus consulemus. Si ergo alteruterum ipsorum fuerit legitime comprobatum⁶⁶), archidiacono super libertatibus ipsis, si neutrum, archiepiscopo silentium imponatur.

CAP. VII. 67)

Is, ad quem spectat collatio dignitatum, se ipsum instituere non potest.

Idem Episcopo Trecenti et Archidiacono Parisiensi. 68)

Quum ad nostram "dudum audientiam pervenisset, quod in ecclesia Peronensi dignitas quaedam, quae custodia vulgariter appellatur, contra statuta Lateranensis concilii per duos annos et amplius vacavisset, venerabili fratri nostro Turonensi archiepiscopo, tunc archidiacono Parisiensi, et dilecto filio decano Sancti Quintini dedisse recolumus in praecipitis, ut, si res taliter se haberet, quum ad nos ipsius dignitatis esset donatio devoluta, ipsi auctoritate nostra suffulti eam in suam custodiam assumentes, insinuarent nobis per suas literas veritatem, ut per eas certiores effecti dignitatem ipsam personae idoneae conferremus. Ipsi vero tam decanum et capitulum quam etiam Matthaum abbatem Peronensis ecclesiae, qui custodem etiam eiusdem ecclesiae se gerebat, peremptorie citaverunt. Quumque dictus archiepiscopus, quia die statuta interesse non poterat, per suas se literas excusasset, supradicti procurator abbatibus coram decano comparuit memorato, proponens nostras literas directas ad illos multiplici ratione suspectas, tum quia in salutatione ipsarum prius positum fuerat nomen archidiaconi quam decani, et notula, quae ad assignationem personae literas impetrantis solum apponi, non erat a tergo scripta, sed in margine potius literarum; tum quia S. littera capitalis in hac dictione "salutem" nimis erat in longum a posteriori parte protensa; et quia in eisdem literis adversarius vel accusator seu etiam denunciator non erat ex nomine designatus, quae omnia obviare sedis apostolicae consuetudini proponebat. Idem quoque procurator, allegans, quod in eodem negotio erat ordine iudiciario proceden-

dum, dilationem cum instantia postulavit, ut dictus abbas posset eidem causae personaliter interesse; obstaculum appellationis obiciens, si eidem postulata dilatio negaretur. Dicitur vero decanus, allegationes praedictas tanquam supervacuas vilipendens, dilationes penitus denegata, in suam curam assumptis custodiam memoratam, idoneis provisuris tam in exterioribus quam in interioribus deputatis. Qui ut de veritate negotii nos posset reddere certiores, decanum et quosdam canonicos Peronensis ecclesiae coegit super ipso negotio veritati testimonium perhibere; quorum depositiones inclusas sub sigillo proprio ad nostram praesentiam destinavit. Nos igitur eiusdem decani processum diligentius recensentes, licet exceptiones quasdam ab abbate praedicti procuratore propositas frivolae reputaverimus et inanes, quia tamen secundum legitimas sanctiones, etsi non cognitio, sed excoercitio demandetur, oportet tamen de veritate precum inquiri, maxime quum illa clausula, videlicet: "si res ita se habet," literis nostris esset inserta, processum eiusdem decani, qui prius custodiam in quam curam accepit quam inquireret veritatem, duximus irritandum, discretioni vestrae per apostolica scripta mandantes, quatenus abbatem ipsum restituitis ad custodiam supradictam, quum constet ipsum contra formam mandati apostolici destitutum, ac deinde secundum eiusdem mandati tenorem procedere procuretis, illud nihilominus attendentes, ut, nisi dictus abbas rationabilem causam ostenderit, quod in eadem ecclesia custodiam simul et abbatiam possit habere, vos, eo destituto, in curam vestram sublato appellationis obstaculo saepedictam custodiam assumatis, custodientes eandem, donec de ipsa mandatum apostolicum impleatis." Illud autem nolumus vos ignorare, quod, postquam "idem" M. fuit abbas effectus⁶⁹), "praedictam" custodiam de iure non potuit obtinere, quia, quum ratione abbatiae ad ipsum pertineat donatio tam custodiae quam aliarum dignitatum, ac etiam praebendarum in ecclesia Patranensi⁷⁰), custodiam ipsam recipere non⁷¹) potuit a se ipso, quum inter dantem et accipientem⁷²) debeat esse distinctio personalia⁷³); sed nec ab alio, quum ius conferendi alius non haberet. "Dat. Viterbii XII. Kal. Jul. Ao. X." [1207:]

TITULUS VIII.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

CAP. I. 1)

Institutus scienter in beneficium vicentis deponendus est.

Gelasius I. 2) Papa ad Romanos.

Qui in³) vivorum sacerdotum loco⁴) ponuntur, hoc ipso "secundum canones" sunt ab ecclesiastica communione pellendi⁵), quo⁶) se passi sunt successores⁷) vivis sacerdotibus adhiberi.

CAP. II. 8)

Beneficia non vacantia concedi vel promitti non debent, et, quum vacaverint, concedi debent infra sex menses, quibus elapsis de episcopo ad capitulum, et contra, demum ad proximum superiorem devolvitur collatio.

Ex concilio Lateranensi.

Nulla ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia⁹) vel ecclesiae tribuantur alicui seu promittantur antequam vacent, ne desiderare quis mortem proximi¹⁰) videatur, in cuius locum et beneficium se crediderit¹¹) successurum. Quum enim "id" in¹²) ipsis etiam legibus gentium invenitur inhibendum¹³), turpe "nimis" est et divini plenum animadversione iudicii, si¹⁴) locum in ecclesia Dei futurae successionis expectatio habeat¹⁵), quam ipsi etiam¹⁶) gentiles "homines" condemnare¹⁷) curarunt. Quum vero praebendas ecclesiasticas¹⁸) seu quaelibet officia in aliqua ecclesia vacare contigerit, "vel si etiam modo vacant," non diu maneant in suspensio¹⁹) sed infra²⁰) sex menses personis, quae digne administrare²¹) valeant, conferantur. Si autem episcopus, ubi ad eum

Cap. VI. 53) erant: C. H. — 54) abest a Comp. III. Ms. — 55) archidiaconus: C. R. 1. L. — Comp. III. Ms. — 56) longis temp.: C. R. 2. L. — 57) add. ipse: C. H. — 58) contradictione: Comp. III. Aug. — 59) abest a Comp. III. Ms. — 60) archidiaconatus: Comp. III. Cont., Böhm. — 61) impediretur: ib. — 62) archiepiscopo: Comp. III. — 63) sumus: C. H. — 64) archidiacono: C. R. 1. — 65) accidit: C. R. 1. H. L. — accidit: C. R. 2., Comp. III. — 66) approbatum: Cont., Böhm.

Cap. VII. 67) Restitutum ex Reg. Bal. X. 80. — Comp. III. h. t. c. 4. — 68) A. Peronensi: Comp. III. Aug. — A. Paris. archid.: Reg. — 69) electus: C. H. — 70) Petrovac.: Comp. III. Ms. — Peronensi: Aug., Reg. — 71) nequaquam: Comp. III., Reg. — 72) recipientem: Reg. — 73) personarum: C. H.

TIT. VIII. Cap. I. 1) Similis exstat sententia in ep. Gelasii I. ad episcopos Dardaniae (ep. 13.). — Comp. I. h. t. c. 1. et c. 2. de act. 1. 8. — 2) Gregorius: C. H. — Pelagius: Comp. I. L. I. — 3) omitt. C. H. — 4) locum: Comp. I. Aug. et Ms. L. III. — 5) repellendi: Comp. I. Aug. L. III. — 6) quod: C. R. 1. H. — 7) omitt. Comp. I. L. I.

Cap. II. 8) Restitutum ex ipso Lat. III. conc. (A. 1179) c. 8., Lips. 4., Cass. I. 4., Comp. I. h. t. c. 2. — 9) seu benef. ecclesiae: Cass. — seu etiam beneficiis ecclesiae: Lips. — 10) prox. sui: C. H., Cass. — 11) creditur: Cass. — 12) abest a Comp. I. Aug. — 13) prohibitum: conc. — 14) ut: Comp. I. — 15) habentur: C. R. 2. — 16) omitt. Lips. — 17) damnare: App. — 18) ecclesiae: Cass. — vel ecclesiae: Lips. — 19) suspensione: Comp. I. — 20) intra: Cont., Böhm. — 21) ministrare: Comp. I. Aug., Cass.

spectat²²), conferre distulerit, per capitulum ordinetur²³). Quod si ad capitulum pertinuerit, et infra²³) praescriptum²⁴) terminum hoc non fecerit, episcopus secundum Deum hoc cum²⁵) religiosorum virorum²⁶) consilio exsequatur. Vel si omnes forte neglexerint, metropolitani de ipsis secundum Deum absque illorum²⁷) contradictione disponat. *Praeterea etc. [cf. c. 4. de praeb. III. 5.]*

CAP. III.²⁸)

Beneficia vacantia conferuntur non obstante appellatione illorum, quibus promissa fuerant ante, quam vacarent.

Alexander III. Eboracensi Archiepiscopo.

Relatum est auribus nostris, quod quidam clerici in beneficiis ecclesiasticis C. vel CC. marcarum redditus possidentes, et proponentes primas vacantes ecclesiae a monachis vel canonicis vel aliis ius patronatus habentibus sibi fuisse promissas, ne in illis, quum vacant, instituantur alii, vocem appellationis emittunt, ut interim arte aliqua propositum suum valeant adimplere. Consultationi tuae taliter respondemus²⁹), quod, quum³⁰) in Lateranensi concilio promissiones factae de ecclesiis non vacantibus sint cassatae, praetextu appellationis eorum, qui iam dictis³¹) promissionibus innituntur³²), omitti³³) non debet, quin ecclesiae, quum vacaverint, de³⁴) personis idoneis ordinentur.

CAP. IV.³⁵)

Si scribitur ei, ad quem spectat collatio, dato exsecutore ad providendum, per presentationem litterarum collatori factam afficitur praebenda ita, quod collatio alteri facta non tenet. H. d. secundum verum intellectum. Vide cap. Si capitulo eod. tit. in VI.

Innocentius III. Praeposito³⁶) et capitulo Cameracensibus.

Proposuit nobis dilectus filius T.³⁷) presbyter, quod, quum bonae memoriae C.³⁸) Papa praedecessor noster post preces, quas vobis pro receptione ipsius in fratrem et assignatione praebendae, ad donationem vestram spectantis, in ecclesia vestra proximo³⁹) vacaturae⁴⁰), eidem faciendae porrexerat, mandatum apostolicum vobis destinasset, decano Remensi exsecutore concessio⁴¹), decanus ipse, vos in executione mandati apostolici contumaces inveniens et rebelles, ipsum de praebenda primo vacatura in ecclesia vestra, quae ad donationem capituli pertinet⁴²), auctoritate apostolica investivit, vobis praecipiens, ut eum in canonicum recipiebatis et in fratrem, ipsi stallum in choro et locum in capitulo conferretis, ecclesiarum vobis introitu interdicto, si quod mandabat differretis infra triduum adimplere. Vos autem nec mandatum eius exsequi voluistis, nec ab ecclesiarum cessantibus ingressus, immo potius in elusionem mandati apostolici causa diffugii ad eundem decanum appellastis. Sed⁴³) quum ipse decanus morte praecedens in negotio ipso ulterius non potuisset procedere, et praebenda, quae ad donationem vestram spectabat, in ecclesia Cameracensi vacasset, eam alii assignastis in eundem presbyterum excommunicationis sententiam promulgantes, quia litteras eiusdem decani sibi in testimonium reservavit. Idem⁴⁴) autem praedecessor noster, quod ab eodem decano factum fuerat ratum volens⁴⁵), haberi⁴⁶), collationem praebendae factam a vobis penitus irritavit, et eum⁴⁷) presbyterum ab excommunicationis vinculo absolutum de ipsa manu propria per annulum investivit. Licet autem intentionis nostrae non sit, investiturae de vacaturis factas contra canonum instituta ratas habere, qui secundum plenitudinem potestatis de iure possumus supra ius⁴⁸) dispensare: attendentes tamen, quod idem presbyter non de vacatura, sed de vacante per praedecessorem nostrum fuit⁴⁹) investitus, utpote quae vacante concessionis⁵⁰) a vobis factae intelligebatur⁵¹) vacare, discretionem vestram per apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatenus, amoto ab ea⁵²) praebenda quolibet detentore, eam ipsi T. omni dilacione, excusatione et appellatione postpositis, conferratis, et permittatis ab ipso pacifice possideri, ei stallum in choro

et locum in capitulo cum plenitudine honoris canonici assignentis⁵³). ** Alioquin etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. [1198.]*

CAP. V.⁵⁴)

Semestre ad eligendum seu conferendum a iure praefixum non currit legitime impedito, nec incipit currere, nisi a die notitiae vacationis. H. d. et est textus multum allegabilis et quotidianus.

Idem P. sanctae M.⁵⁵) in Via lata Diacono cardinali apostolice sedis Legato.

Quia diversitatem corporum diversitas saepe sequitur animorum, ne plenitudo ecclesiasticae iurisdictionis in plures dispensata visceret, sed in uno potius collata vigeret, apostolicae sedi Dominus in B. Petro universarum ecclesiarum et auctoritatem Christi fidelium magisterium contulit et primatum, quae, relicta sibi plenitudine potestatis, ad implendum laudabilis officium pastorale, quod omnibus eam constituit debitorum, multos in partem sollicitudinis evocavit, sic suum dispensans onus et honorem in alios, ut nihil suo iuri subtraheret, nec iurisdictionem suam in aliquo minoraret. Quum autem ex susceptae auctoritatis officio singulis, tanquam singulorum mater, iusta petentibus iustitiam nec possit nec debeat denegare, quum iustitia et iudicium sit praeparatio sedis eius, nos, qui ad eius regimen sumus, licet insufficientes, assumpti, fratribus et coepiscopis nostris ad nos clamantibus non possumus in iustitia non adesse, aut quod iuste postulaverint non audire, ne, si forsitan circa exhibendam eis iustitiam fuerimus inventi remissi, ipsi quoque negligentes inveniantur in reddendis iuribus subditorum, et commissam sibi nostrae sollicitudinis partem minus laudabiliter exsequantur, si, quod absit, nos viderint vel declinare a iure, vel non audire iustitiam postulantem. Hac autem ratione diligenter inducti, venientem ad apostolicam sedem venerabilem fratrem nostrum G. Eboracensem archiepiscopum benigne recepimus, et multiplices curavimus eius querelas audire. Conque rebatur autem inter cetera Eboracensis archiepiscopus⁵⁶), quod, quum ad eum in ecclesia Eboracensi et in aliis suis ecclesiis collatio pertineat praebendarum, tempore suspensionis ipsius et postmodum etiam quidam praeter eius auctoritatem se intruserunt⁵⁷) in ipsas, et in hoc et aliis iuri eius non modicum derogarunt. Quidam etiam in quasdam abbatias dioecesis Eboracensis post interpositam ad nos appellationem irreperant, qui ab eo nec confirmatio nis munus, nec benedictionis gratiam postularunt. Volentes igitur eidem archiepiscopo per tuae sollicitudinis industriam provideri, de fratrum nostrorum consilio discretioni tuae per apostolica scripta districte praecipiendo Mandamus, quatenus eos⁵⁸), qui praebendas vel dignitates ecclesiae Eboracensis vel aliarum ecclesiarum ad donationem eius spectantes praeter auctoritatem acceperunt⁵⁹) ipsius, ad eas resguardandas monitione praemissa⁶⁰) inducas, quum eas non possint salca conscientia detinere. Quodsi monitionis tuis acquiescere forte noluerint, eos ad id per excommunicationis sententiam et subtractionem aliorum beneficiorum suorum non obstante confirmatione a sede apostolica obtenta sub forma communi, quae confirmat beneficia et praebendas, sicut iuste et pacifice possidentur, appellatione remota compellas, nisi⁶¹) forte aliqui ea vel ex speciali mandato apostolice sedis vel auctoritate Lateranensis concilii ab Eboracensi capitulo sint⁶²) adepti; sic tamen, ut tempus suspensionis in sex mensibus nullatenus computetur, quum illa Lateranensis concilii⁶³) constitutio contra negligentes tantum et desideris fuerit promulgata, et tunc, si voluerit⁶⁴), non tamen voluerit archiepiscopus ipse in conferendis praebendis uti propria potestate; a qua etsi fuerit sua culpa suspensus, non tamen ad ipsum capitulum ex illa culpa praebendarum erat donatio devoluta, sed ad illum tempore suspensionis illius⁶⁵) praebendarum donatio pertinebat, qui praeter⁶⁶) eius desidiam et negligentiam poterat praebendas donare. Tempus etiam, quo ad apostolicam sedem accessit, et⁶⁷) apud illam permansit⁶⁸), vel recessit ab illa⁶⁹), infra sex menses nullatenus computetur. Semestre

Cap. II. 22) spectaverit: Cass. — 22) spectaverit: App., Lips. — add.: sine rationabili causa: Cass. — 22) ordinatur: C. R. L. H. — 23) intra: Cont., Böhm. — ultra: Cass. — 24) praedictum: App. — 25) abest a C. H. — et cum: Comp. I. Aug. — 26) omitt. Cass. — 27) abest a C. H. Cap. III. 28) Restitutum ex App. XLVII. 7., Lips. XLVII. 40., Cass. LI. 26., Comp. I. c. 39. de app. II. 20. — 29) Quia igitur consuevit, an a dioecano episcopo huiusmodi (huius: Cass.) appellationis sit deferendum, praesentibus tibi (omitt. Comp. I.) literis respondemus: Coll. cift. — 30) omitt. Cass. — 31) praedictis: App. — 32) nititur: Lips., Cass., Comp. I. — 33) admitti n. debent: C. L. — 34) abest a Lips., Cass., Comp. I. Cap. IV. 35) Restitutum ex Reg. Bal. I. 127. — Comp. III. h. t. c. 1. — 36) add.: et decano: Comp. III. Aug. — decano: Reg. — 37) Thebaldus: ib. — 38) Coelestinus: C. L., Reg. — 39) proximo: C. R. I. — 40) vacatura: Cont., Böhm. — 41) et bon. mein. decanum Remensem exsecutorem concessisset eidem: Comp. III., Reg. — 42) pertinent: Comp. III. Aug. — pertineret: Ms., Reg., C. H. — 43) Et: Reg. — 44) Quum autem

propter hoc idem presbyter ad eiusdem praedecessoris nostri praesentiam accessisset, sicut ex literis eius nobis innotuit, ipse: Comp. III., Reg. — 45) volens: Comp. III. Aug. — 46) habere: C. H. — 47) eundem: Comp. III., Reg. — 48) super his: Comp. III. Aug. — 49) fuerat: C. R. I. H., Comp. III., Reg. — 50) collationis alius concessionis: C. R. 2. — 51) intelligitur: C. R. I., Comp. III. Aug. — 52) eadem: Reg. — 53) assignantes: Comp. III., Reg. Cap. V. 54) Restitutum ex Reg. Bal. II. 60. — Comp. III. h. t. c. 2. — 55) Mariae: C. L., Comp. III. Ms., Reg. — Mariae inviolatae: C. H. — 56) Eb. arch.: omitt. Comp. III., Reg., Böhm. — 57) intruserant: Comp. III., Reg. — 58) eis: Comp. III. Ms. — 59) acceperunt: Comp. III. Aug. — 59) diligentius maneas et: Comp. III., Reg. — 60) nisi forsitan aliqui praebendas ipsas vel: ib. — 61) sunt: ib. — 62) omitt. C. R. — 63) voluit... voluit: C. R. L. — 64) ipsius: Comp. III., Reg. — 65) propter: ib. — 66) omitt. ib. — 67) remansit: C. R. I. — 68) ipsa: Reg. — 69) intra: Cont., Böhm.

autem⁷⁰) tempus non a tempore vacationis praebendarum, sed notitiae ipsius "archiepiscopi" potius "et communitatis ad personam eius a capitulo factae, quum in privilegio, quod a praedecessore nostro idem capitulum dicitur impetrasse, fiat mentio de communitate canonica praemittenda," volumus computari. "Illud autem etc. Dat. IV. Kal. Mai." [1199.]

CAP. VI.⁷¹)

Non valent literae ad beneficium impetratae, quae de alterius colorata facti possessione non faciunt mentionem. Hoc dicit secundum verum et communem intellectum, et est textus multum allegabilis, et habet materiam quotidianam; et fuit decisio multum subtilis.

Idem Basilienſi Episcopo⁷²) et Abbati S. Mariae.

Quum nostris fuerit olim auribus intimatum, quod praepositura ecclesiae Lausanensis⁷³) tempore tanto vacasset, ut secundum statuta Lateranensis concilii ad nos esset eiusdem donatio devoluta, "nos volentes venerabili fratri nostro" episcopo et "dilectis filiis" canonicis Lausanensibus⁷⁴) "specialem gratiam exhibere, atque de nostro eis meritum comparare, ipsis per scripta" mandavimus, ut praeposituram⁷⁵) ipsam "dilecto filio R. subdiacono nostro" thesaurario Lausanensi⁷⁶) "sine qualibet difficultate" conferrent, quibusdam super hoc executoribus deputatis⁷⁷), "et, quum in praepositum assumptus esset ab eis, thesaurariam ipsius ecclesiae, cuius ad eundem episcopum et canonicos assignatio proponebatur de iure spectare, personae idoneae assignarent. Ne autem beneficium provisionis apostolicae remaneret aliquatenus imperfectum, dilectis filiis Altae ripae et fontis Andreas abbatibus et priori Vallis transversae dedimus in mandatis, ut, si praefati episcopus et canonici literis "nostris" receptis praedictam praeposituram non vacare dixerunt, quia, licet ille, qui praepositus fuerat, in episcopum fuisset assumptus, ad ipsam tamen praeposituram post consecrationem suam⁷⁸) denuo fuerat ab ipsis canonicis⁷⁹) electus, et eam, sicut antea, possidebat. Quod "iam" dicti executores dicentes⁸⁰) contrarium esse iuri, "nisi hoc eis specialiter ab apostolica sede fuisset indultum, quare" ipsam praeposituram de iure⁸¹) vacantem auctoritate apostolica, "qua videbantur esse fulti," praefato thesaurario⁸²) assignarunt "corporaliter possidendam, ipsis canonicis, nisi infra octo dies eidem, sicut suo praeposito, humiliter obedirent, ecclesiae interdicentes ingressum. (Et infra:) In cuius praesentia quum praedicti et alia fuissent per nuncium dicti subdiaconi nostri relata, nuncius partis adversae proposuit, quod, postquam dominus suus Sedunensis episcopus, qui praepositus fuerat Lausanensis, fuisset in episcopum consecratus, Lausanense capitulum ei praeposituram illam iterato contulit et concessit habendam, in hoc utilitatem ecclesiae, necessitatem nec non antiquam consuetudinem attendentes. Episcopus Lausanensis videns eum plurimum utilem et necessarium ecclesiae suae, quod a canonicis suis super hoc fuerat factum approbavit, cui tanquam proposito a canonicis et etiam ab ipso thesaurario est honor impensus. Memoratus vero thesaurarius postmodum ad ecclesiam Romanam accedens, et suppressit omnia, quae fuerant tam ab episcopo, quam a canonicis dictis acta, nobis praeposituram illam vacare suggestit. Quare super assignanda tibi praepositura literas impetravit a nobis, quas multis ex causis proponebat esse per veri suppressionem et falsi suggestionem obtentas, pro parte domini sui Sedunensis utilitatem, consuetudinem et necessitatem allegans, quae thesaurarius suppresserat memoratus. (Et infra:) Econtra partis adversae nuncius proponebat, et rationibus multis praeposituram illam vacare monstrabat, et vacantem thesaurario Lausanensi auctoritate superioris, ad quem fuerat secundum statuta Lateranensis concilii donatio devoluta, concessam. Ratione etiam insuper monstrare multiplici conabatur, quod dictus Sedunensis episcopus ad praeposituram Lausanensem, a qua fuerat ad regi-

men episcopatus assumptus, post consecrationem suam eligi minime potuisset, quum super hoc ei sacrorum canonum instituta repugnarent. Dicebat etenim, praeposituram illam alia ratione vacare eo, quod illi, quorum erat donatio, assumpto eo in episcopum, concedere praesumpserunt, quum et secundum statuta concilii praedicti qui receperit debeat quod contra sacros canones accepit amittere, et qui dedit largiendi potestate privari. Ostendebat etiam asseccionibus multis, quod pro ipso Sedunensi episcopo utilitas, consuetudo et necessitas, quas nuncius eius in causae suae subsidium allegarat, minime faciebant, quum haec potius mendicata suffragia qudm suae causae vera subsidia videantur. Unde nuncius ipse petebat, ut quod a supra dictis iudicibus factum fuerat dignemur auctoritate apostolica confirmare, et ab ipsa praepositura Sedunensem episcopum amovere.⁸³) Auditor⁸⁴) igitur super hoc datus a nobis de mandato nostro decrevit, ut, quod a memoratis executoribus⁸⁵) factum fuerat obtentu literarum nostrarum, eo "videlicet," quod per falsi suggestionem et veri suppressionem fuerant impetratae, quum praepositura illa non vacaret de facto, quia talis possessio plus habet facti quam iuris, haberetur irritum et inane. Nos vero sententiam "cardinalis" eiusdem ratam habentes, "per apostolica scripta vobis" mandamus, quatenus, nisi praedictus "Sedunensis" episcopus sufficienter ostenderit, quod vel ex indulgentia sedis apostolicae speciali, vel ex alia iusta causa et necessaria sibi⁸⁶) post consecrationem suam praepositura concessa fuerit⁸⁷) memorata; ipsum ad resignationem ipsius, si sponte noluerit, "per censuram ecclesiasticam appellatione remota" compellatis, "et" deinde Lausanense capitulum ad conferendam eam thesaurario supra dicto "ex parte nostra monere" diligentius "et" inducere procuratis.

CAP. VII.⁸⁷)

Ubi constat beneficium collatum per habentem potestatem, per exceptionem ab irrationis et renunciationis non debet possessio retardari.

Idem⁸⁸) Archidiacono Richemundiae.

Post electionem et confirmationem "venerabilis fratris nostri Eustachii" episcopi Eliensis vacante archidiaconatu Richemundiae, quem tenuerat⁸⁹), Eboracensis archiepiscopus cum tibi propria liberalitate concessit, dans Eboracensi⁹⁰) capitulo "suis literis" in mandatis⁹¹), ut te in archidiaconum, "sicut moris est," recipere procurarent; cuius noluerunt mandato parere "propter huiusmodi rationes," quia "videlicet bonae memoriae Coelestinus Papa" praedecessor noster inter alia, quae decano et capitulo Eboracensi suo privilegio noscitur indulsisse, ordinationem "quoque" canonicorum seu personarum, "sicut ab ipsa fundatione loci erat haec observatum," liberam esse decrevit, ut videlicet idonea et honesta persona, cui archiepiscopus "ipse" vacantem in ecclesia Eboracensi praebendam vel dignitatem duxerit⁹²) conferendam, secundum antiquam ipsius ecclesiae consuetudinem, praesentaretur decano et capitulo supra dictis⁹³), "receptus autem a capitulo in canonicum per librum et panem, per manum decani deberet in capitulo investiri, postmodum vero in osculo fratrum receptus, de conservanda fidelitate ipsi ecclesiae, libertatibus et consuetudinibus iuri consentaneis pro viribus defendendis, non delinquens secretis capituli, iramentum consuetum et debitum non dederet, et tunc de mandato decani et capituli, prout moris est, per manum installeretur cantoribus, et" Si quis contra consuetudinem huiusmodi⁹⁴) "antiquam et approbatam" in ecclesia ipsa esset per aliquem introductus, nec pro persona, nec pro canonico haberetur. Quodsi archiepiscopus⁹⁵) "vacantem in ecclesia ipsa praebendam vel personatum" infra⁹⁶) terminum Lateranensis concilii secundum formam⁹⁷) praescriptam, "canonica admonitione praemissa," personae idoneae non conferret: liceret⁹⁸) decano et capitulo auctoritate apostolica "nullius contradictione vel appellatione obstante illud" iuxta eiusdem concilii statuta conferre. Quum igitur in literis archiepiscopi directis capitulo de decano⁹⁹) mentio nullatenus haberetur, per cuius manum debebas in capitulo investiri, eius mandato "merito" exstitit contradictio¹⁰⁰), "et illa praeterea ratione, quod, quum idem praedecessor noster I. de S. Laurentio de cancellaria

Cap. V. 70) quoque: Comp. III., Reg.

Cap. VI. 71) Restitutio ex Comp. III. h. t. c. 3. — 72) Basilien. et Balicen. epp.: C. R. 1. — Basilien. et Helicen. epp.: C. L. — Basilien. et Helocen. epp.: C. H. — Basilien. et Helicen. epp.: C. R. 2., Comp. III. — 73) Laudanen. : C. H. — Lausen. : Comp. III. Aug. — Lasenien. Ms. — 74) Lausen. : Comp. III. Ms. — 75) ut praep.: omitt. ead. — 76) Lausen. : ead. — 77) conferre curarent: Comp. III. — seq.: quibusd. . . dep.: omitt. Comp. III., Böhm. — 78) abest a Comp. III. Aug. — 79) omitt. C. R. L. H., Comp. III. — 80) abbates et prior dixerunt: Comp. III. — 81) de iure: omitt. Comp. III. Ms. — 82) subdiacono nostro: Comp. III. — 83) Quum igitur haec et multa alia ab utraque parte in eiusdem cardinalis essent praesentia recitata: idem cardinalis, allegationibus utriusque et munimentis eorum diligenter in-

spectis, et eis nobis intimatis fideliter, postmodum per sententiam de mandato: Comp. III. — 84) iudicibus: ib. — 85) ei: ib. — 86) fuerat: C. R. 2.

Cap. VII. 87) Restitutio ex Reg. Brequ. V. 54. — Comp. III. h. t. c. 4. — 88) magistro Honorio etc.: Comp. III., Reg. — 89) tenuerat, quum id ad v. f. n. Eboracen. archiepiscopi notitiam pervenisset, agentis tunc in partibus cismarinis, eum: ib. — 90) omitt. Comp. III. Aug. — 91) in mand.: non leg. in Reg. — 92) duceret: C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 93) supra dict.: omitt. ib. — 94) ipsam: Comp. III. — istam: Reg. — 95) episcopus: Comp. III. — 96) intra: Cont., Böhm. — 97) add.: canonicum: Comp. III. — 98) licet: C. L. — 99) decani: Comp. III., Reg. — 100) fuit: ib.

Eboracensi curavit manu propria per anulum investire, mandans numero suo, ipsius nomine stallum in choro et locum in capitulo et processione cum integritate redditum et omnibus ad cancellariam pertinentibus assignari, tu pro eo, quod proventus ipsos in contemptum praesumpti mandati apostolici retinere, per decanum et capitulum Eboracense fuisti excommunicationis laqueo irretitus, unde non eras ad dignitatem interim admittendus. Cui praeterea illa ratio repugnabat, quod ante investituram a capitulo habitam archidiaconali te officio ingressisti. Unde iuxta privilegii continentiam pro persona non debeas haberi, praesertim quum tibi homicidia, sacrilegia, incendia et alia multa gravia et enormia obicerentur, quae, archidiaconatum ipsum manu armata tibi usurpare contendens, perpetrare minime timuisti. Ipsi igitur institutione propter praemissas rationes "et alias" a capitulo reprobata, ipsi¹⁾, "ac iuris sui dispendium sustinerent," intelligentes "etiam," archidiaconatum "ipsius" donationem²⁾ ad eos tam auctoritate Lateranensis concilii quam indulti sibi privilegii devolutam, "habito prudentum consilio, dilecto filio" R.³⁾ de sancto Cadmundo⁴⁾ illum unanimiter contulerunt, investientes eundem de ipso, "prout moris est," et solenniter installantes. Processu vero temporis praefatus archiepiscopus "ab apostolica sede rediens in Normanniam," post resignationem et abjuracionem a te factam et receptam ab ipso, eidem R. archidiaconatum contulit ante dictum, qui⁵⁾ archidiaconatum ipsum⁶⁾ tam ratione primae quam secundae concessionis sibi⁷⁾ "rationabiliter" assignatum per sedem apostolicam petiti confirmari. Ad cuius obiectiones ex ordine taliter respondebat, quod, licet decani mentio in literis archiepiscopi directis capitulo expresse facta non fuerit, non tamen ob hoc exclusus videri poterat vel debebat, sicut pars proponebat adversa, immo continebatur in capitulo, sicut pars continetur in toto, cuius decanus pars est honorabilis, archiepiscopus vero caput existit, nec in uno contingat corpore non sine monstruoso prodigio duo capita inveniri. Quod autem te excommunicationis sententia lata per decanum et capitulum non ligaverit, multipliciter ostendere satagebas; tum quia fructus cancellariae nequaquam perceperas, quum tantum spirituum procurator esses ab archiepiscopo constitutus, tum quia nec tu nec alius occasione mandati simplicis, per quod coercitio nemini mandatur, potuit coerceri, praesertim quum illa sententia qualiscunque post appellationem a te interpositam fuerit promulgata. Unde venerabilis frater noster Cantuariensis archiepiscopus, tunc apostolicae sedis legatus in Anglia, communicato multorum coepiscoporum et aliorum prudentium virorum consilio pronunciauit, te huiusmodi sententia non teneri, sicut ex rescripto ipsius legati ostendere satagebas. Administrationi autem archidiaconatus, quum tempore illo absens fueris, te minime ingressisti; sed, quum videres postmodum investituram tibi a capitulo contra iustitiam denegari, de mandato superioris archidiaconatum ingressus, coepisti in eo, prout ad tuum pertinebat officium, ministrare. Quod autem homicidia vel alia huiusmodi per te illic fuerint perpetrata, vel quod archidiaconatum renunciaveris aut etiam abiuraveris, penitus denegabis, asserens, quod eo tempore, quo pars adversa te renunciasse vel abiurasse dicebat, et tibi archidiaconatum fuisse collatum, archiepiscopus te pro archidiacono et adversarium pro excommunicato habuit pariter et intruso. Unde auctoritate litterarum nostrarum, de mandato dilecti filii nostri P. presbyteri cardinalis tunc apostolicae sedis legati coram venerabili fratre nostro Rothomagensi archiepiscopo et suis coniudicibus in Normannia, et demum coram bonae memoriae Lincolnensi episcopo et coniudicibus suis in Anglia idem archiepiscopus super intrusione ipsum adversarium traxit in causam, nosque receptas attestaciones super ipso negotio meminimus accepisse. Adiecit praeterea, quod, si etiam ea fecisses, per adversarium tamen tuum tibi non poterant obici cum effectu, cui potius super ipso archidiaconatu esset silentium imponendum, et, approbata institutione tua, tibi restitutio facienda, ex confessione partis adversae in iudicio facta et saepius repetita ostendere nitebaris. Ipse namque Rogerius a nobis interrogatus in iure, ex quo tempore archidiaconatus Richemundiae sibi per capitulum fuerit assignatus, respondit, quod circa festum Ascensionis proximum triennium completeretur. Quum igitur ex data litterarum nostrarum constaret, tempore illo archiepiscopum apud sedem apostolicam constitutum, et in eis per nos antiquum ius fuerit declaratum, ut tempus, quo ad apostolicam sedem accessit, et apud illam perman-

sit, vel recessit ab ipsa, non esset infra tempus sex mensium computandum: liquido constare dicebas, tempus illud archiepiscopo minime cucurrisse. Sed si etiam quadriennium efflurisset, sicut prioris responsi poenitens ultimo loco proposuit pars adversa, quod ex parte tua de iure non posse fieri dicebatur, quum etiam tunc arripuisset iter ad sedem apostolicam veniendi, licet illud non fuerit continue prosecutus, impedimentis multiplicibus retardatus, interpretatio rescripti nostri ad tempus etiam huiusmodi pertinebat, cui praeterea praescriptio nocere non poterat in exilio constituto. Factum autem capitulo eundem R. non potuit excusare, quoniam, quum institutio facta per archiepiscopum praecessisset, quod superior ordinaverat capitulum tanquam inferius non poterat reprobare, quum, etsi contra statulum privilegii non fuisset admissus, ipsi tamen, quia nec fuerant executores privilegii constituti, nec poterant simul esse iudices et actores, contra te praesertim absentem et non contumacem procedere non valebant. Si quid ergo per ipsos erat contra factum archiepiscopi proponendum, huiusmodi quaestio ad tribunal erat superius deferenda, ut auctoritate finiretur ipsius, pendente proinde institutione tua facta per illum, ad quem pertinebat tam iure communi quam auctoritate privilegii antedicti, per quod collatio personatum et praebendarum archiepiscopo reservatur, idem R. non debuit in locum viventis obrepere." Ait enim R. Gregorius⁸⁾: "Eum, qui contra iustitiae regulam in archidiaconatum alterius provehi se consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore depomimus; qui si ulterius in loco eodem ministrare praesumpserit, se participatione sacrae communionis moverit esse privatum." Huius ergo auctoritate decreti adversarium tuum asserere ab archidiaconatus officio, quem male receperat, deponendum; praesertim, quum illi primae irruptioni vehementer insisteret, et per institutionem eiusmodi summa miteretur propositum demonstrare, ipsumque archidiaconatum tibi restitui suppliciter postulabas. Nos igitur, auditis his et aliis, quae partes in praesentia nostra proponere voluerunt, et plenius intellectis, Quoniam constituit nobis, archidiaconatum praedictum⁹⁾ tibi per Eboracensem archiepiscopum "et" primitus fuisse concessum, et quod, institutione facta per ipsum secundum iuris ordinem minime reprobata, archidiaconatus non vacans non potuit¹⁰⁾ nec debuit in alium rite transferri, memorato R., qui contra iustitiae regulam in archidiaconatum alterius provehi se consensit, super eo duximus silentium imponendum, sententialiter decernentes, ut institutio facta per "Eboracensem" archiepiscopum de te sortiatore effectum. Exinde "vero," si super renunciatione, vel abjuracione vel aliquo praemissorum aliquis, qui¹¹⁾ velit et¹²⁾ valeat, adversus te quicquam¹³⁾ duxerit proponendum, ordine poterit iudiciario experiri. Nulli ergo etc. Dat. Later. Kal. Iun. [1202]

CAP. VIII.¹⁴⁾

Recepto in canonicum tenetur capitulum providere, quam cito facultas se obtulerit.

Idem C.¹⁵⁾ Canonico Tridentino.¹⁶⁾

Quum super¹⁷⁾ quaestione Tridentinae¹⁸⁾ praebendae, "quae vertebatur inter te ex una parte, et venerabilem fratrem nostrum episcopum et dilectos filios canonicos Terdonenses ex alia, tu et procuratores partis alterius in nostra esset praesentia constituti, vobis dilectum filium Hug. tit. S. Martini presbyterum cardinalem concessimus auditorem. Coram quo pro te fuit taliter allegatum, quod, quum bonae memoriae Odo Terdonensis episcopus, patruus tuus, ab apostolica sede recessus, Terdonenses canonicos attentius rogavisset, ut te reciperent in canonicum et in fratrem, ipsi eius precibus annuentes hilariter te receperunt, nulla primae vel secundae praebendae habita mentione, qui ab illo tempore usque nunc locum in choro et in capitulo sicut alii canonici habuisti, lectiones legisti in ecclesia, et responsoria cantasti, ac per praedictum episcopum tibi fuerant domus in ipsa canonica nomine canonici assignatae, quas tu possedisti ac possides in quiete. Et, quum in eadem ecclesia Terdonensi ex illis canonicis, qui praebendam in ea non possident, tu primo institutus fueris et receptus, et nunc vacet beneficium in eadem, humiliter postulabas a nobis, ut Terdonensibus canonicis dare dignaremur districtius in mandatis, quod vacans beneficium tibi, omni difficultate postposita, assignarent et facerent pacifica possessione gaudere. Procuratores vero pariter

Cap. VII. 1) et ipsi: C. H. — 2) dispositionem: Reg. — 3) Rogerio: ib. — 4) Amundo: C. R. 2. — Cademundo: C. R. 1. — Eadmundo: Comp. III., Reg. — 5) Petebat igitur ab impetitione penitus (tua prorsus: Reg.) absolvi et . . . per sed. ap. confirmari: Comp. III., Reg. — 6) antedictum: C. R. 1. — 7) sibi factae: C. L. — 8) cf. Ep. II. 14. — 9) praemissum: Reg. — 10) potuerit . . . deberit: ib. —

11) alius, qui: C. R. 1. — quis quidem: Comp. III. Aug. — 12) vel: Comp. III. — 13) quicquid: C. H. — omitt. Comp. III., Reg.

Cap. VIII. 14) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 73. — Comp. III. h. t. c. 5. — 15) Claremonti: Comp. III. — Claremonti: Reg. — 16) Cerdonen.: C. H. — Terden.: Comp. III. Aug. — Terdonen.: C. R. L., Comp. III. Ms., Reg. — 17) pro: Comp. III., Reg. — 18) Cerdonen.: C. H. — Terdonen.: C. R. L., Comp. III., Reg.

alterius e contrario respondebant, quod, quum in Terdonensi ecclesia certus sit numerus canonicorum institutus et scriptis Romanorum Pontificum confirmatus, canonicisque constitutionem ipsam observare teneantur praestito iuramento, nos eis nostris literis dedimus in mandatis, ut dilectum filium B. subdiaconum et capellanium nostrum in canonicum recipere et in fratrem, eius praebendam, sicut uni ex aliis canonicis, assignarent. Verum quia status numerus canonicorum tuac in eadem ecclesia plenus erat, mandatum nostrum non potuerunt executioni mandare. Post non modicum vero temporis praedictus O. quondam episcopus persuasionibus, minis ac terroribus institit apud canonicos Terdonenses, ut te reciperent in canonicum ad praebendam proximo vacaturam, eis constanter promittens, quod ens tam a petitione civium Terdonensium quam ab executionis mandati apostolici, quod ipsi pro eiusdem subdiaconi nostri receptione receperant, liberaret, si quoque eos circumveniens fraudulenter recipere fecit ad praebendam proximo vacaturam. Quum autem dilectus filius R. tit. S. Petri ad vincula presbyter cardinalis in Lombardiae partibus legationis officio fungeretur, eundem subdiaconum nostrum per quendam clericum suum instituit fecit canonicum ecclesiae Terdonensis, assignans ei stolum in choro et locum in capitulo, praesente praedicto quondam episcopo, nec faciente de receptione tua aliquam mentionem. Sed praedicti canonici institutionem de ipso B. factam, licet in publico non ostenderent propter insolentiam clericorum, ratam omnimodis habuerant. Quumque circa praeteritum Pascha dictus quondam episcopus carnis debitum exsolvisset, et praedictus episcopus, qui nunc est, fuisset subrogatus eidem, qui fuerat archidiaconus ecclesiae Terdonensis, praebendam vacantem eidem canonici praedicto subdiacono nostro unanimiter decreverunt conferri, sicut in eorum literis perspeximus contineri, et ipsius procuratores capituli praedictam praebendam vacantem in nostra sibi praesentia concesserunt. Unde suppliciter petebatur a nobis, ut institutionem tuam, tanquam contra Lateranense concilium attentatam, penitus irritantes, et abolentes Terdonensem ecclesiam ab impetitione tua, concessionem eidem subdiacono nostro factam de praebenda praedicta dignaremur auctoritate apostolica confirmare. Nos igitur ex his, quae fuerunt hinc inde proposita, certiores effecti per cardinalem praedictum, concessionem praedicto subdiacono nostro a canonicis praedictis factam de praebenda praedicta de fratrum nostrorum consilio ratam habentes, eam auctoritate apostolica duximus confirmandam. Quum autem¹⁹⁾ tam assertione tua quam confessione partis alterius constet, te in "fratrem et canonicum Tridentinae ecclesiae fuisse receptum, licet receptionem tuam factam contra Lateranense concilium puris adversa proponat, quia tamen²⁰⁾ probatum non existit, "parte altera penitus hoc negante,²¹⁾ nec ipsi canonici videbantur tibi hoc opponere posse de iure, qui se fatentur²¹⁾ te contra statuta praefati²²⁾ concilii recepisse: sententialiter²³⁾ decernimus, ut tibi, quam cito se facultas obtulerit, praebendale²¹⁾ beneficium in Tridentina²²⁾ ecclesia conferatur, quum, ex quo receptus es in canonicum, non dehas carere praebenda. Volentes autem etc. Dat. Lat. VII. Id. Iul. [1202.]

CAP. IX.²⁶⁾

Si habens praebendam in eadem ecclesia recipit dignitatem cum praebenda vel aliam, vocat prima. Et quomvis a superiore sibi confirmetur, tamen valet impetratio per alium facta de ipsa, etiam tacito de possessione alterius, quae coloratu non est. H. d. secundum verum intellectum. Panorm.

Idem Episcopo et Magistro P.²⁷⁾ canonico Hildesemensi.

Litteras vestras accepimus, "per quas nobis significare curastis," quod, quum pro "dilecto filio" D.²⁸⁾ clerico vobis scripserimus²⁹⁾, ut eum de praebenda vacante³⁰⁾ sancti Wiscardi³¹⁾ Bremensis, quam dicebat ad donationem suam fuisse³²⁾ iuxta Lateranensis concilii statuta devolutam, curaretis³²⁾ auctoritate apostolica investire, "si canonici, quibus super hoc scribebamus, hoc exequi

non curarent, Herberto praeposito et quibusdam canonicis eiusdem ecclesiae cum ipso Daniele et magistro B. canonico ipsius ecclesiae in vestra propter hanc praesentia constituta, sic De facto fuit propositum coram nobis³³⁾, quod "idem" H.³⁴⁾ praepositus, quondam simplex "existens" canonicus eiusdem ecclesiae, de ipsa "ecclesia" in maiori ecclesia³⁵⁾ in canonicum est electus, et postmodum "annis anni vel" anni "et dimidii" spatio evoluto, in ipsa ecclesia sancti Wiscardi³⁶⁾ in praepositum est assumptus, priorem praebendam nihilominus retinens³⁷⁾, quam in ipsa ecclesia tunc habebat, "et super hoc partes consentiebant, ad invicem haec ita fuisse dicentes. Fuit etiam ab una parte propositum, quod ipse praepositus propter praebendam illam aliam praebendam habebat praepositurae annexam, quam idem praepositus et factores ipsius inficiati sunt esse praebendam. Praeterea fuit allegatum de iure, quod, ex quo idem praepositus de minori ecclesia vocatus fuerat ad maiorem, prior praebenda de iure inceperat vacare iuxta canonum instituta. Deinde fuit ex parte clerici allegatum, primam fuisse ordinationem eiusdem ecclesiae, ut in ea tradicum essent personae, praepositus scilicet cum duodecim fratribus; quae nullatenus servaretur, nisi diceretur illa praebenda vacare." Sed praepositus allegabat e contra, quod erat "fere" ex³⁸⁾ consuetudine generali, quod unus in eadem ecclesia plures haberet praebendas, et³⁹⁾ quum archiepiscopus Bremensis praepositum ipsum de praepositura in plena synodo investiret, tam praeposituram illam⁴⁰⁾ quam praebendam ei⁴¹⁾ de communi⁴²⁾ canonicorum confirmavit assensu, "eos, qui super hoc inquietarent eundem, vinculo excommunicationis adstringens. Unde obiciebatur clerico memorato, quod propter hoc sententiam excommunicationis incurrisset; sed ipse talem confirmationem intervenisse negabat, quae si etiam intervenit, assererat eam non tenere de iure, quoniam nemini res illa rationabiliter poterat confirmari, quae de iure obtineri non potest. Dicebat etiam, se propter hoc excommunicationis sententia nunquam fuisse ligatum, quum super his experiretur auctoritate maioris." Unde⁴³⁾, quum vobis dubium⁴⁴⁾ videretur, utrum, quum aliquis de una praebenda eligitur⁴⁵⁾ ad aliam, statim prior vacare incipiat, an per sententiam debeat abiudicari⁴⁶⁾ eidem, an propter⁴⁷⁾ confirmationem huiusmodi, quae superius est expressa, praebenda illa⁴⁸⁾ dici debeat non vacare, nos consulere voluimus, "priusquam velletis super hoc aliquid diffinire." Quum igitur, si ita est, praebenda illa, etsi non de facto, de iure tamen vacare noscatur, "discretionem vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus "iam" dictum praepositum, "ut praebendam" illam sine difficultate resignet, "monitione praevia per censuram ecclesiasticam" appellatione remota cogatis; quum, quum de facto vacaverit, clerico memorato "auctoritate nostra suffulti sublato appellationis obstaculo" conferre curetis, "eum in corporalem possessionem inducentes ipsius; eos etc. Dat. XIV. Kal. Iun." [1205.]

CAP. X.⁴⁹⁾

In ecclesiis non numeratis vacatio praebendarum seu canonicatum possibilis non est, nec fit ibi devolutio ad superiorem ex negligentia semestri in non providendo ecclesiae de ministris. H. d. et est casus notabilis.

Idem Episcopo et Archipresbytero⁵⁰⁾ Papiensibus.

Ex parte Astensis⁵¹⁾ ecclesiae nostris est auribus intimatum, quod, quum quaedam praebendae in ipsa per quatuor annos, et amplius vacavissent, "reuerabilis frater noster" Astensis "episcopus omnibus suis monuit diligenter, ut ecclesiam ordinarent. Quibus non admittentibus monitionem ipsius," episcopus quosdam ibidem⁵²⁾ instituit, credens, sibi hoc⁵³⁾ ex Lateranensi concilio licere. Instituti autem scientes⁵⁴⁾, non esse firmam institutionem huiusmodi, ad "reuerabilem fratrem nostrum" Mediolanensem archiepiscopum recurrerunt, qui eosdem in canonicos Astensis ecclesiae ordinavit et in corporalem possessionem praebendarum induxit, capitulo eiusdem ecclesiae praebente assensum⁵⁵⁾, tribus tantum exceptis, qui se institutioni huiusmodi opponere curaverunt.⁵⁵⁾ Tres illi di-

Cap. VIII. 19) Verum, quum: Comp. III., Reg. — 20) abest a Comp. III. — 21) fatebantur: Reg. — 22) praedicti: ib. — 23) sententiam: C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 24) praebendae: C. R. I. — 25) Terdon.: Comp. III., Reg.

Cap. IX. 26) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 61. — Comp. III. h. t. c. 6. — 27) et M. et P. canonicis: C. H. — ep. et magistro H. can. Hild.: Comp. III. — ep., decano et magistro H. canonico Hildesemansibus: Reg. — Hildesem.: Böhm. ex Cont. — 28) Daniele: Comp. III., Reg. — 29) scriberemus: Comp. III. — 30) abest a Comp. III., Reg. — 31) Wiscardi: Cont., Böhm. per tot. — Willeardi: Comp. III. Ms. — Willeardi: Aug. — Willealdi: Reg. — 32) esse: C. R. I. — 32) curetis: Böhm. — 33) vobis: Comp. III., Reg. — 34) Herbertus: ib., Böhm. — 35) in maiori ecclesiae can.: C. R. L. H. — in maiori eccl. praepositum: Comp. III., Reg. — 36) Williradi: Comp. III. Ms. — Willealdi: Aug. — Willealdi: Reg. — 37) delinens: Comp. III. — 38) de: Reg. — 39) Adiectum est etiam (omitt. Aug.)

praebendam illam ratione alia non vacare, quia, quem: ib. — 40) ipsam: C. R. I. — 41) eidem: Comp. III. Aug. — 42) omitt. Comp. III., Reg. — Cont. — 43) Verum: Reg. — 44) add.: esse: C. R. 2. — 45) eligatur: Comp. III., Reg. — 46) iudicari: Comp. III. Aug. — adiudicari: Reg., Cont., Böhm. — add.: eadem: C. R. I. — 47) per: ib. — 48) omitt. ib. — Cap. X. 49) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 90. — Comp. III. h. t. c. 7. — 50) archiepiscopo: C. H., Cont. — archidiacono: Reg. — 51) Hastenen.: Böhm. ex Cont. — 52) in ecclesia: Comp. III., et add.: ipsa: Reg. — 53) abest a C. L. — 54) sentientes: Comp. III., Reg. — 55) consensum: Reg. — 55) quibus contra institutionem illam proponere in praesentia nostra votibus, parti et ecclesiae ipsam defensuram paratis (et ecclesiam ipsam defensuram paratis: Comp. III.), dil. fil. (add.: nostr.: ib.) G. S. Vitalis presbyterum card. dedimus auditorem, in cuius praesentia tres illi: Comp. III., Reg.

cebant, electionem debere cassari; quia nec episcopus nec archiepiscopus supra dictus de concessione Lateranensis concilii potuerat praefatam ecclesiam ordinare, quum uterque circa tempus eis indultum a canone in ordinatione illa negligens fuerit et remissus. Pars vero altera dicebat econtra, quod, licet institutio episcopi non valeat, archiepiscopi tamen ordinatio de iure valebat, quia ei tempus indultum a canone nisi a tempore, quo illi declaratum fuerat, non currebat, ad quod probandum inducebat multiplices rationes. His autem utrinque propositis, Tandem utraque pars concorditer est confessa, quod in praedicta ecclesia non erant distinctae praebendae, nec canonicorum numerus erat certus. Nos igitur his et aliis, quae fuerunt utrinque proposita, diligenter auditis, intelleximus evidenter, statutum⁵⁶) Lateranensis concilii de beneficiis ultra sex menses vacantibus locum in hoc articulo nullatenus habuisse, quum, etsi forte⁵⁷) Astensis ecclesia canonicorum pate- retur defectum, nullas tamen in ea praebendas vacabant, quum in illa nec sint distinctae praebendae, nec canonicorum numerus diffinitus. Unde institutio per archiepiscopum vel⁵⁸) episcopum facta occasione concilii memorati carere debet⁵⁹) robore firmitatis. Quia vero⁶⁰) totum capitulum, tribus tantum exceptis, praedictorum receptionem approbat et affectat, nec ab illis tribus aliquid rationale contra ipsos obiectum est et ostensum, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, inquisita diligentius veritate, si Astensis ecclesiae suppetant⁶¹) facultates, secundum consuetudinem hactenus observatam praedictos clericos sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo pro canonicis faciatis haberi. *Contradictores etc. Dat. Lat. XVII. Kal. Iun.* [1204.]

CAP. XI.⁶²)

Habens potestatem conferendi potest de iure alteri tradere potestatem conferendi primum beneficium, quod vucubil.

Idem Episcopo et capitulo Laudunensi.⁶³)

Constitutus in praesentia nostra dilectus filius H.⁶⁴) subdiaconus noster ecclesiae vestrae canonicus nobis humiliter intimavit, quod tu, frater episcope, potestatem ei⁶⁵) dedisti sacerdotalem conferendi praebendam, quae primo⁶⁶) in ecclesia vestra esset vacatura, et bonae memoriae W.⁶⁷) Remensis archiepiscopus, tunc apostolicae sedis legatus, vobis, filii⁶⁸) capituli⁶⁹), auctoritate nostra districte praecepit, sicut per literas suas ad vos directas apparet, quae coram nobis lectae fuerunt, ut, quum praebenda ipsa⁷⁰) in ecclesia vestra vacaret, personam illam, cui vellet idem H.⁷¹) eam conferre, sine interpositione alterius personae reciperetis ad ipsam⁷²), et eandem personam curaretis de illa sine difficultate qualibet investire. Auserunt etiam idem subdiaconus, quod, quum esset ad sedem apostolicam accessurus, ipse praecavens appellavit, ne tu, frater episcope, si forte interim aliquam sacerdotalem contingeret vacare praebendam, eam ulli conferres, nec vos, filii capitulum, reciperetis aliquem praesentatum ad illam, nisi quem duxerit praefatus subdiaconus praesentandum. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus personam illam, cui memoratus H.⁷³) sacerdotalem praebendam, quum contigerit eam vacare, duxerit canonicè conferendam, sine contradictione qualibet admittatis, et⁷⁴) tu interim, frater episcope, praebendam huiusmodi contra formam concessionis tuae conferre alicui non praesumas; aliquin noveritis, nos dilectis filii cancellario, et Helcin et Adae canonicis Parisiensibus in mandatis dedisse, ut vos ad hoc per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant, in irritum reducentes, si quid post appellationem a praefato subdiacono ad nos legitime interpositam contra concessionem sibi factam de sacerdotali praebenda noverint attentatum. Quia vero concessionem tales⁷⁵), si ad consequentiam traherentur⁷⁶), fieri possent in fraudem canonicae sanctionis, per quam prohibentur ecclesiastica beneficia concedi⁷⁶) sive promitti ante, quam vacent, nolumus, quod huiusmodi⁷⁷) occasione mandati, quod gratiam continet⁷⁸) personalem, fraudem adhibere volentibus licentia concedatur. *Dat. Lat. X. Kal. Iul. Ao. VII.* [1204.]

Cap. X. 56) statuta: Comp. III. Aug. — 57) et forsitan: ib. — etsi forsitan: Ms. — etsi forsitan: Reg. — 58) et: ib. — 59) debebat: ib. — 60) tamen: ib. — 61) suppetunt: C. R. L. H. Comp. III. Reg.

Cap. XI. 62) Restitutum ex Reg. Brogu. VII. 97. — Comp. III. h. t. c. 8. — 63) Laudunen: C. H. — Laudun.: Comp. III. Aug. — 64) Hubaldus: Reg. — 65) ipsi: Comp. III. Reg. — 66) prior: C. R. L. — 67) filii: Comp. III. Aug. — 68) capitulum: C. R. L. — Comp. III. Aug. — 69) sacerdotalis: Comp. III. Reg. — 70) praefatus subdiaconus: ib. — 71) eam: ib. — 72) subdiaconus: ib. — 73) omitt. Böhm. — tibi, frater episcope, firmiter inhihentes, ne interim aliquam sacerdotalem praebendam alicui contra: Comp. III. Reg. — 74) huiusmodi: ib. — 75) trahantur: Comp. III. — 76) conferri: C. H. — 77) huius: Comp. III. Aug. Reg. — 78) obtinet: C. H.

Cap. XII. 79) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 107. — Comp. III. h. t. c. 9. — 80) Gerantin.: Comp. III. Aug. — Geruntinensi: Ms., Reg. —

CAP. XII.⁷⁹)

Lateranense concilium de beneficiis ultra sex menses vacantibus ad episcopatum non extenditur.

Idem.⁸⁰)

Dilectus filius magister G.⁸¹) canonicus⁸²) vester olim nobis⁸³) suggessit, quod, bonae memoriae episcopo vestro viam universae carnis ingresso, maior et sanior pars vestri convenerat in eundem, et ipsum eligere in episcopum proponebat; sed impediendo viro nobili comite Catronensi non fuit electio celebrata. Postmodum autem idem comes de ipso episcopatu Madium gapellanum suum investiens vobis iniuravit, ut vel a terra recederetis ipsius, vel eligeretis eundem M. in pastorem. Quod quum venerabilis frater noster archiepiscopus sanctae Severinae tunc electus audisset, praedictum Guillelmum ad suam praesentiam accessit, et asserens, quod propter negligentiam vestram ad ipsum erat eligendi auctoritas devoluta, in⁸⁴) episcopum vestrum elegit eundem. Verum postquam hoc innotuit comiti supradicto, vos ad suam praesentiam convocatos tandem fecit in custodia detineri, donec praefatum Madium communiter elegistis. Qui accedens ad praesentiam dilecti filii nostri Gerardi S. Adriani diaconi cardinalis apostolicae sedis legati, beneficium obtinuit confirmationis ab ipso. Sed memoratus Guillelmus postmodum ad eundem cardinalem profectus, ne illum faceret consecrari audientiam nostram appellavit, et tandem in nostra proposuit praesentia constitutus, quod idem Madius prodiderat quoddam castrum, et mediante pecunia investituram de manu receperat laicali, ac etiam ante confirmationem obtentam multa bona ecclesiae dilapidando vastarat. Unde nos venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Cusentino et Bisanensi et Genocastrensi episcopis dedimus in mandatis, ut vos et alios, quos contingeret nominari, compellerent super iis omnibus dicere veritatem, et, si de praedicto Madio electionem invenirent irregulariter celebratam, denunciarent eam irritam et inanem, ipsum ad restitutionem rerum ecclesiae mediante iustitia compellentis, ac postmodum inquisita circa electionem praefati Guillelmi sollicitè veritate, quod iustum esset staterent appellatione remota. Qui, sicut in eorum literis perspexitur contineri, quum semel et secundo ac tertio peremptorio tam praenominatum Madium quam et vos, nec non etiam abbates ecclesiae Geruntinae ad suam praesentiam citavissent, dictus Madius per menses quatuor expectatus nec accessit ad ipsos, nec vos permisit accedere vel abbates. Quum autem propter suspicionem dilapidationis ab episcopatum administratione suspendissent eundem, et ipse nihilominus administrare praesumeret, excommunicationis in eum sententiam protulerunt, qua ille contumaciter vilipensa non destitit celebrare. Unde quum eis per dicta iuratorum testium constitisset, quod idem Madius investituram episcopatus de manu suscepserat laicali, et perjurium incurrerat, ac proditorum et homicidia, nec non etiam simoniam multipliciter perpetrarat, quod etiam electio eius extorta fuerat, et consecratio non solum post appellationem, verum etiam alias contra canones attentata, demum habito prudentum consilio quod factum de ipso fuerat sententialiter casuaverunt. Nos igitur his et aliis, quae super ipso negotio nobis fuerunt exposita, diligenter auditis, attendentes, quod canon Lateranensis concilii, ab Alexandro Papa⁸⁵) contra negligentem editus, ad archiepiscopatum vel episcopatum⁸⁶) non solet extendi, sed ad personatus alios et minora⁸⁷) ecclesiastica beneficia coarctari, electionem huiusmodi⁸⁸) non reatu personae, sed iustitia cassavimus exigente. *Dictum quoque etc. Dat. ap. S. Germanum VI. Id. Iul. Ao. XI.* [1208.]

CAP. XIII.⁸⁹)

Non valet promissio beneficii vacaturi.

Idem Priori Hostiensi et Superiori⁹⁰) S. Friuli.

Ex tenore literarum vestrarum accepimus⁹¹), quod, quum causa⁹²), quae inter I. clericum ex una parte, et abbatem et conventum

81) omitt. C. R. L. I. — Guillelmus: Reg. — 82) canonicus: C. H., Reg. — 83) apostolatus nostro: Comp. III., Reg. — 84) ipsum induxit, ut electioni de se faciendae praeberet assensum, qui suis monitis acquiescens electus existit ab eodem, suffraganeorum eius (omitt. Comp. III. Aug.) interveniente convenientia et consensu: ib. — 85) ab Alex. P.: omitt. ib. — 86) ad archiepiscopatum vel episcopatum: C. R. L. H. Comp. III., Reg. — 87) maiora: Comp. III. Aug. — 88) praefati Guillelmi (eiusdem H.: Comp. III.), qui ab archiepiscopo et suffraganeis eius fuit, ad quos electio non spectabat, electus: Comp. III. Reg.

Cap. XIII. 89) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 108. — Comp. III. h. t. c. 10. — 90) subpriori: Böhm. — priori Osen. et subpriori S. Fredesividae: Comp. III. Aug. — priori Osen. (Osenen.: Comp. III. Ms.) et subpriori S. Fredesividae: Comp. III. Ms., Reg. — 91) intelleximus evidenter: Comp. III., Reg. — 92) causam: ib., Böhm.

de Bello⁹³) ex altera, super⁹⁴) provisione vertebatur ipsius (Et infra:) Dicitur clericus post litem contestatam chartam, quam monachorum ipsorum exhibuit coram vobis, continentem expresse, quod primam ecclesiam ad donationem suam spectantem, valentem X. marchas vel XF. assignarent⁹⁵) eidem, nihilominus per idoneos testes probans, ipsos post promissionem huiusmodi, licet potuerint, nolle sibi, quaquam super hoc admoniti fuerunt, providisse; quare dictos abbatem et monachos ad assigmandum sibi redditum X. marcharum ad minus cogi cum instantia postulabat. Ad haec autem fuit ex adverso responsum, quod ratione promissionis, utpote factae contra Lateranensis concilii statuta, quae probari per chartam exhibitam videbatur, eos non poterat convenire; praesertim quum non de aliqua ecclesia, sed de promissione tantum in literis mentio haberetur. Quum igitur, aliis ipsos posse conveniri asserentibus, aliis vero in contrarium sententibus, super hoc fuisse hinc inde coram vobis diutius disputatum, vos, quid iuris sit in hoc articulo dubitantes, in negotio ipso ulterius procedere nolistis, donec super hoc reciperetis nostrae beneplacitum voluntatis, nobis humiliter supplicantes, ut, quid sit in hac parte agendum, vos dignaremur per nostras literas reddere certiores. Nos igitur attendentes, quod promissio praedicta non tenet, utpote contra statuta Lateranensis⁹⁶) concilii attentata, diserectioni vestrae per apostolica scripta⁹⁷) mandamus, quatenus memorato clerico super hoc silentium imponentes, ab impetitione ipsius dictos abbatem et monachos absolvatis. Dat. Lat. II. Id. Dec. Pont. nostr. Ao. XI. [1208.]

CAP. XIV.⁹⁷)

Obbligatur praelatus, qui promittit providere quum poterit.

Idem.⁹⁸)

Accedens ad apostolicam sedem dilectus filius R. clericus sua⁹⁹) nobis insinuatione monstravit, quod, quum promiseritis¹⁰⁰) vos provisuros eidem in ecclesiastico beneficio, quum possitis, sicut per literas iudicum delegatorum¹) inde confectas liquido apparebat, vos id hactenus efficere non curastis, allegantes coram iudicibus memoratis, quod talis promissio vos nullatenus obligaret, quum videretur esse facta contra statuta Lateranensis concilii, quod promissionem inhibet beneficii non vacantis. Nos autem considerantes, quod aliud est praelatum promittere beneficium collationem, quum poterit, aliud²), quum vacabit, quum in multis casibus se facultas offerre possit, in³) quibus collatio non esset in expectatione vacaturi beneficium differenda, per apostolica vobis scripta⁴) mandamus, quatenus memorato R., quum poteritis⁵), ecclesiasticum beneficium assignetis; alioquin abbati sancti Iohannis et decano Suesionensi dedimus nostris literis in mandatis, ut vos ad id per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant.

CAP. XV.⁴)

Si ad capitulum et praelatum, ut praelatum, potestas conferendi pertinet, de uno ad alterum lapsu temporis non transit; scus, si praelatus interit, ut canonicus; quia tunc de capitulo transit ad praelatum, nisi dolum committat. H. d. et est textus multum allegabilis.

Idem.⁶)

Postulastis per sedem apostolicam edoceri, ut, quum ad vos et archiepiscopum vestrum simul donatio praebendarum ecclesiae vestrae pertineat⁷), utrum praebendae vacantis donatio penes archiepiscopum ipsum remaneat⁸), si eam infra⁹) semestre tempus neglexeritis⁹) pariter ordinare. Ad quod vobis¹⁰) breviter respondemus, quod, si vos et idem¹⁰) archiepiscopus infra¹¹) tempus praescriptum circa hoc negligentes extiteritis¹²), sicut nec ab illo ad vos¹³), ita nec a vobis ad illum potestas devolvitur conferendi, sed¹⁴) secundum statuta Lateranensis concilii ad superiorem transit

donatio eorundem, nisi forte archiepiscopus, non ut praelatus, sed ut canonicus, vobiscum ius habeat¹⁵) conferendi. Et in hoc casu, quum¹⁵) dolose forsitan impedierit, dolus ei suffragari non debet. Dat. Lat. IV. Id. Ian. Pont. nostr. Ao. XII. [1212.]

CAP. XVI.¹⁶)

Sicut non potest patronus promittere, se praesentaturum aliquem ad beneficium vacaturum, ita nec dare potestatem praesentandi, antequam beneficium vacet.

Honorius III. Episcopa et Praeposito capituli Cameraecensis.¹⁷)

Quum dilecta in Christo filia nobilis mulier Ioanna comitissa Flandrensium, devicta quorundam precibus importunis, fecerit¹⁸) promissiones illicitas de non vacantibus beneficiis¹⁹) ecclesiarum, in quibus ius obtinet patronatus, et donationes eorum in manibus posuerit alienis, sicut est nostris auribus intimatum, diserectioni vestrae mandamus, quatenus, id²⁰) irritum decernentes, auctoritate nostra inhibeatis eidem, ne similia de cetero attemptare praesumat.

TITULUS IX.

NE SEDE VACANTE ALIQUID INNOVETUR,

CAP. I.¹)

Vacante sede status eius mutari non debet.

Innocentius III. Priori et Conventui Glastonensi.²)

Novit ille, qui scrutator est cordium et cognitor secretorum, quod, licet bonae memoriae C. 3) Papa praedecessor noster ecclesiam vestram in sedem erexerit⁴) cathedralem, ipsam Bathoniensi⁵) ecclesiae uniendo, ut⁶) idem esset episcopus utriusque, suamque constitutionem non solum per privilegium suum, verum etiam per alia scripta multa curaverit confirmare; quia tamen haec unio asserbatur a vobis esse confusio, conquerentibus eam in grave praedudicium Glastonensi⁷) ecclesiae redundare, quum per ipsam dissolveretur religio, et⁸) fraudaretur elemosyna, et hospitalitas tolleretur⁹), nos vestris supplicationibus inclinati ad relevandum ecclesiae vestrae statum coepimus intendere, quantum decuit, diligenter. Et quoniam absonum videbatur, ut subito praedecessoris nostri evacuaremus in hac parte statutum, quum ei, quantum cum Deo possumus, deferre velimus, sicut et volumus, quod, quantum cum Deo poterunt, nostri nobis deferant successores, unione manente sic de ceteris disposuimus, quantumcumque bonae memoriae Savarico Bathoniensi episcopo displiceret, frequenter ob hoc ad sedem apostolicam laboranti, quod status ecclesiae vestrae videbatur in melius relevatus. Unde post diversos tractatus et deliberationes multiplices, quod per viros providos et honestos auctoritate mandati nostri super hoc exstitit ordinatum, ad petitionem eiusdem episcopi, postquam aliud a vobis non potuit obtinere, apostolico tandem curavimus munimine roborare. Vos autem post obitum praefati Bathoniensis episcopi ad nostram praesentiam recurrentes humiliter postulastis, ut¹⁰), quia tempus advenerat¹¹), quo¹²) sine scandalo ecclesiae vestrae ruina poterat in statum pristinum relevari, quum et Bathoniensis ecclesiae et Wellensis id ipsum pariter postularet, rex quoque cum regni magnatibus, et quidam episcopi cum multis abbatibus deposcerent illud idem, ut¹³) unione peritua dissoluta monasterium vestrum reduceremus in statum antiquum, sub abbatis regimine gubernandum. Nos attendentes igitur¹⁴) diligentius, quod, episcopali sede vacante, non debet¹⁵) super hoc aliquid innovari, quum non sit qui episcopale ius tueatur, maxime¹⁶) ne plus favis-

Cap. XIII. 93) add.: loco: C. R. 2 — 94) super redditu decem marcharum vel quindecim, quas item exigebat ab ipsis, eo videlicet, quod eidem, quam cito se facultas offerret, in tantum interim: Comp. III. Aug. se promiserant provisuros, nec promissionem suam curaverant adimplere, no: citur agitari, vobis duxerimus (duximus: Comp. III.) commendandam, dictus: Comp. III., Reg. — 95) et ... assignare promiserunt: ib. — 96) praefati: ib.

Cap. XIV. 97) Restitutum ex ipso orig. ap. Marten. et Durand., Thez. I. 797. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 98) abbati et conventui monasterii S. Michaelis de Carastis: Comp. IV. Aug. — Terrascha: orig. — 99) suam ... insinuationem: Böhm. — 100) promississetis: Comp. IV. Ms. A. — 1) iudicis delegati: C. R. L. — sicut per literas decani Suesion. et suorum consuevicum super hoc a sed. apostol. delegatorum, quibus tenor literarum vestrae promissionis erat insertus, liquido edoccebat: Comp. IV., orig. — 2) et al.: C. H. — 3) competens: Comp. IV.

Cap. XV. 4) Restitutum ex Reg. Bal. XIV. 140. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 5) P. subdiacono nostro (omitt. Ms. A.), praeposito et capitulo Ebrudun. (Ms. B.: Ebrudin. — Reg.: Ebrudun.) Comp. IV., Reg. — 6) obtineat: Comp. IV. Ms. A. — 7) remanet: Böhm. — 8) intra: Cont., Böhm. —

9) neglexerit: C. H. — neglexisset: C. R. 1. — 10) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 11) et. n. 8. — 12) negligentes extitisset (extitisset: Ms. B., Reg.) circa collationem vacantium praebendarum: Comp. IV., Reg. — 13) nos: Comp. IV. Ms. A. — 14) omitt. Böhm. — 15) habet: id. — 15) si: Reg. Cap. XVI. 16) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 17) ep., praep. et cantorii Cameraecens.: C. R. 1. L., Comp. V. — praep. et canonicis Cameraecens.: C. R. 2. — praep. et canonico Cameraecens.: C. H. — 18) fecit: Comp. V. Ms. — 19) abest ab ead. — 20) loco vocis id. e. cit. legit: quicquid super hoc ab eadem invenisset esse factum contra instituta canonica.

TIT. IX. Cap. I. 1) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 25. — Comp. III. h. t. c. un. — 2) Glastonen.: C. H. per tot. — Customen.: Comp. III. Aug. — 3) Coelestinus: C. L. — 4) erexit: Böhm. — 5) Bartholom.: Comp. III. Aug. per tot. — 6) et: Cont., Böhm. — 7) Glastonen.: C. L. — Glastomen.: Comp. III. Aug. — 8) abest a C. R. L., Comp. III., Reg. — 9) abest a Comp. III. — deperiret: Reg. — 10) omitt. Comp. III. Aug. — 11) advenerit: C. L. — 12) quod: C. R. 2. — 13) abest a C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 14) vero: Comp. III. — ergo: Reg. — 15) decet: Comp. III., Reg. — 16) praesertim: ib.

se¹⁷⁾ personae quam ecclesiae videremur¹⁸⁾, si quod eo vivente concessimus post obitum eius subito mutarem, petitionem vestram *ex toto absque damno conscientiae ac periculo famae* nequivimus exaudire. *Ut autem solito more, quem et vobis utilem, et nobis honorabilem estis experti, gradatim ab imo procedatur ad summum,* auctoritate *vobis* praedicta¹⁹⁾ indulgentes²⁰⁾, ut, quum Bathoniensis ecclesia de praesule fuerit ordinata, *si ostendere volueritis, quod ecclesiae vestrae nondum sit ad detrimentum vel praedictum vitandum plene provisum,* ius vestrum apud sedem apostolicam prosequendi facultatem liberam habeatis; interim autem sub cura prioris idem monasterium *libere* gubernetur. *Nulli ergo etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. II. Id. Mart. Ao. IX.* [1206.]

CAP. II.²¹⁾

Beneficia spectantia ad collationem praelati non possunt conferri per capitulum sede vacante.

Honorius III.²²⁾ *Episcopo Calmensi*²³⁾ et *Magistris V. et S.*²⁴⁾ *Canonicis Suesanensibus.*²⁵⁾

Illam devotionis sinceritas *et sincera devotio, quam dilectus filius magister R. decanus Teanensis ad personam nostram et sedem apostolicam haecenus habuisse dignoscitur, nos inducunt, ut cum pro suae scientiae ac probitatis intuitu geramus in visceribus caritatis, et ei denegare nolimus quae secundum Deum fuerint concedenda. Unde nos* Ecclesiam sancti Leucini²⁶⁾ *de Capua cum omnibus pertinentiis suis,* de qua magistram R.²⁷⁾ donationis nostrae gratia praecedente praebendae nomine de mandato nostro *venerabilis frater noster R. Capuanus archiepiscopus investivit, sibi duximus* *auctoritate apostolica* confirmandam, non obstante concessione per capitulum²⁸⁾ facta *de ipsa ecclesia* alii²⁹⁾, seu confirmatione nostra, si qua *forte* in forma communi apparet³⁰⁾ obtenta; quum nusquam inveniatr cautum in iure, quod capitulum vacante sede fungatur vice episcopi in collationibus³¹⁾ praebendarum. Nec in eodem casu potest dici potestas conferendi praebendas ad capitulum per superioris negligentiam devoluta, quum non fuerit ibi superior, qui eas³²⁾ posset³³⁾ de facto vel de iure conferre. *Quocirca discretioni vestrae mandamus, quatenus eundem magistrum in corporealem ipsius ecclesiae possessionem sublato appellationis obstaculo inducatis, et defendatis inductum.*

CAP. III.³⁴⁾

Sede vacante iudicium habitum contra ecclesiam non tenet.

Idem *Episcopo Burginensi.*³⁵⁾

Constitutis *olim* coram *bonae memoriae* I. *Papa* praedecessore nostro procuratore ecclesiae sanctae Mariae de Castro forti³⁶⁾ et *bonae memoriae* G. *Burginensi*³⁷⁾ episcopo praedecessore tuo, dictus procurator petebat ab eodem episcopo restitutionem *tam* super libertate libere³⁸⁾ eligendi sibi praelatum, *quam etiam super terris ipsius ecclesiae et rebus aliis, quibus omnibus pars sua spoliata fuerat, ut dicebat. (Et infra:) Lite igitur coram eodem praedecessore nostro super praemissis legitime contestata, et postmodum coram iudicibus delegatis, factis confessionibus et receptis testibus ad eisdem causa fuit ad nos instructa remissa.* Nos³⁹⁾ igitur *procuratoribus partium in nostra praesentia constitutis, quum super praemissis coram nobis diutius litigassent,* depositiones⁴⁰⁾ testium, qui vacante Burginensi ecclesia et carente legitimo defensore fuerint⁴¹⁾ recepti, duximus reprobandas.

Cap. I. 17) *emisse*: Comp. III. — 18) *videamur*: C. H. — 19) *praesentium*: C. R. L., Comp. III., Reg. — 20) *indulgentes*: Comp. III., Reg.

Cap. II. 21) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 22) *Innoc. III.*: C. H. — 23) *Clanen.*: Böhm. — leg.: *Calven. (Caloi)* cum Comp. V. — 24) *I. et F.*: C. R. I. H., Comp. V. Cir. — I. et W.: C. R. 2. L., Comp. V. Ms. — 25) *Suesan.*: C. R. 2. — *Suessionen.*: Comp. V. Ms., Cont., Böhm. — leg.: *Suessen. (Sessa)* cum Cir. — 26) *Leucii*: C. R. L. — *Leviti*: Comp. V. — 27) *ipsum*: ib. — 28) *capituli*: ib. — 29) *Roberto de Franco, canonico Capuano*: ib. — 30) *appareret*: C. R. L. H., Comp. V. — 31) *donationibus*: C. H. — 32) *eos*: Böhm. — 33) *posset*: Comp. V.

Cap. III. 34) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 35) *Burgen.*: C. R. L. H. — *Maurino (Maurio)*: Ms. — leg.: *Maurilio* ep. *Burginens.* Comp. V. — 36) *Sorin.*: C. R. 1. — *Sori*: C. R. 2., Comp. V. Ms. — *Sorum*: Cir. — leg.: *Soria*. — 37) *Burginens.*: Comp. V. — 38) *abest* a C. R. 1. — 39) *Procuratoribus igitur* . . . nos: Comp. V. — 40) *nos diligenter auditis* (omitt. Cir.) *hinc inde propositis, et rationibus partium plenus intellectus, reprobatibus quibusdam depositionibus testium, qui, vacante Burgen. ecclesia, et carente legitimo defensore fuerunt minus iuste recepti, procuratorem tuum nomine tuo de fr. n. cons. ab impetitione ul-*

TITULUS X.

DE HIS, QUAE FIUNT A PRAELATO¹⁾ SINE CONSENSU CAPITULI.CAP. I.²⁾

Non tenet alienatio rei ecclesiasticae absque approbatione capituli.

Ex concilio apud Valentiam.

Irrita erit episcoporum donatio, vel³⁾ venditio vel commutatio rei ecclesiasticae absque collaudatione⁴⁾ et subscriptione clericorum.

CAP. II.⁵⁾

In temporalis alienatione, quam facit praelatus, taciturnitas capituli habetur pro consensu.

Alexander III. *Norvicensi Episcopo.*

Continebatur *in literis a te nobis transmissis, quod quum super decima de W. inter magistrum Hubertum et magistrum N. de mandato nostro coram te quaestio verteretur, constitit tibi, quod Emma abbatissa S. Mariae de Wintonia pro communi voto et unanimi consensu, conventu assensum praestante, decimam ipsam praedicto H. concessit et Rad. Wintoniensis archidiaconus per panem et librum sibi exinde investituram fecit; magister vero N. probavit coram te idoneis testibus, quod praefata abbatissa praescriptam decimam sibi prius dederat, conventu non contradicente, quam eam praefato H. dedisset, et quod a dioecesanis episcopo eius fuerit concessio confirmata. Unde, quia nos consulere voluisti, cui concessioni potius sit imitendum,* Consultationi tuae taliter respondemus, quod concessio decimae⁶⁾ ab abbatissa prius facta, si conventu sciente et non contradicente facta est, robur firmum⁷⁾ debet habere. Verum si *praefata abbatissa* ignorante conventu aut⁸⁾ contradicente decimam *suam* prius praedicto H.⁹⁾ concessit, et non post multum temporis¹⁰⁾ de assensu conventus eandem decimam dedit eidem¹¹⁾, *quum tibi eam datam fuisse constat,* secunda concessio debet praedecedere priori.

CAP. III.¹²⁾

Alienatio temporalis facta sine consensu capituli per ratificationem eius roboratur.

Idem *Vigoriensi*¹³⁾ *Episcopo.*

Quum nos iam pridem, *si bene meminimus, tibi per literas nostras indulserimus, ut, si Io. praedecessor tuus reclamante capitulo ecclesiae tuae et abbati et fratribus de Osenia*¹⁴⁾ *ecclesiam de Braia*¹⁵⁾ contulit, eam tibi revocare liceret, iam dictis fratribus, sicut asseris, ad te literas nostras indulserimus, ut ipsis ecclesiam ipsam dimittere pacifice possidentem, immemoros existentes illius scripti, quod super hoc tibi fuerat a nobis indultum. Licet autem hoc tibi indulserimus, prudentiam tamen tuam monemus et exhortamur attentius, quatenus divino intuitu et pro reverentia R. Petri Apostoli et nostra ecclesiam ipsam, si quoquo modo sine gravi detrimento ecclesiae tuae potes, iam dictis fratribus in pace et quiete dimittas, quia decet prudentiam tuam ad commodum et profectum religiosorum locorum intendere, et quod idem praedecessor tuus pietatis studio fecit ratum et firmum habere. Si autem eandem ipsis ecclesiam dimittere forte non poteris, non obstantibus literis, quas praedicti fratres super hoc impetraverunt, scriptum tibi exinde indultum in sua volumus stabilitate consistere, quoniam Certum est, de rigore iuris¹⁶⁾ concessionem illam non tenere, quum¹⁷⁾ reclamante capitulo per *eundem* praedecessorem tuum constat factam fuisse, nisi *idem capitulum concessionem* *eam*¹⁸⁾ ratam postmodum habuisset¹⁹⁾.

terius partis sententialiter duximus absolendum, quaestione proprietatis parti utriuslibet reservata: ib. — 41) fuerunt: Cont., Böhm.

TIT. X. Cap. I. 1) praelatus: C. R. 1. — 2) c. 50. Stat. eccl. ant. (conc. Carth. IV., quod fertur, c. 23.) — Burch. III. 170. (ex conc. ap. Valentiam habito c. 50.), Lips. XVI. 13. (ex conc. ap. Valentiam hab. c. L.), Comp. I. h. t. c. 1. — cf. de hac Statutorum eccl. ant. inscriptione libellum nostrum: Beiträge zur Kenntnis der Quellen des can. R. (Lips. 1894.) p. 40 seq. — 3) et: C. R. L. — 4) *conscientia*: Stat. eccl. ant.

Cap. II. 5) Restitutum ex App. XLVII. 7. (vocate in consilium App. libro manu scripto Lips. Bibl. Paul. 1242. Cod. Perg. fol.). Comp. I. h. t. c. 2. — 6) *dec. ab abb.*: omitt. App. — 7) *firmatitas*: C. R. 2. — 8) *ac*: C. H. — 9) *N.*: App. — 10) *tempus*: App., Comp. I. — 11) *memorato H.*: App. Ms., Comp. I. — *mem. Huberto*: App. ed.

Cap. III. 12) Restitutum ex Lips. XVI. 20., Comp. I. h. t. c. 3. — 13) *Vigora*: C. R. L. — *Vigora*: Comp. I. Ms. — *Alfano (Allifano, Alifis)* ep.: Lips. — seq. in Lips. cap.: *Vigitiensi ep.* inscriptum, quod Bernardo ad errandum ansam dedisse videri potest. — 14) ita Aug. — *Osenia*: Comp. I. Ms. — *Osenia*: Lips. — 15) ita Aug. — *Breidreia*: Comp. I. Ms. — *Heidia*: Lips. — 16) *canonum*: ib. — 17) si . . . ipsam: Lips., Comp. I. — 18) *ipsam*: ib. — 19) *habuisset*: C. R. L.

CAP. IV.²⁰⁾

Praelatus sine consilio capituli instituere vel destituere, vel alia negotia ecclesiae tractare non debet. H. d. cum capitulo sequenti.

Idem Hierosolymitano Patriarchae.

Novit *"plenus, sicut credimus,"* tuae discretionis prudentia, qualiter tu et fratres tui unum corpus sitis, ita *"quidem,"* quod tu caput, et illi²¹⁾ membra esse probantur²²⁾. Unde non decet te omissis membris aliorum consilio in ecclesiae tuae negotiis uti, quum id non sit dubium et honestati tuae, et sanctorum Patrum institutionibus contraire. Innotuit siquidem²³⁾ auribus nostris, quod tu sine consilio fratrum tuorum²⁴⁾, abbates et abbatissas, et alias ecclesiasticas personas instituis et destituis, *"non considerans et attendens, quomodo te non sit dubium statuta sacrorum canonum transgredi, quum in huiusmodi causis et clericorum et laicorum circa te commemorantium, qui de corpore ipsius ecclesiae non sunt, potius quam fratrum tuorum consilio uti dearis."* Ideoque id auctoritate apostolica prohibemus²⁵⁾. *(Et infra)* Nos enim tales institutiones et destitutiones, *"si quas amodo feceris, auctoritate apostolica cassamus, et"* carere decernimus robore firmitatis.

CAP. V.²⁶⁾

Summatum est supra capitulo proximo.

Idem eidem.²⁷⁾

Quanto *"maiori dignitate dante Domino praecemines, tanto decet amplius et oportet te in omnibus eam diligentiam et gravitatem habere, quod omnia videaris sine nota et reprehensione peragere, et laudabiliter intinctae tibi sollicitudinis officium dispensare. Audi-vimus autem, unde mirati sumus, sicut et merito inde mirari poteramus, quod in concessionibus et confirmationibus omissis canonis ecclesiae tuae consilium clericorum et laicorum circa te commo-rantium, qui non sunt de corpore ecclesiae ipsius, interdum, immo saepe requiris, et in eisdem concessionibus et confirmationibus iuxta eorum consilium et voluntatem procedis, et in privilegiis etiam, quod tuam prorsus dedecet honestatem, ad maiorem auctoritatem et certitudinem nomina fratrum tuorum, qui absentes fuerint, tanquam si praesentes fuissent, facis subscribi. Quia igitur non decet prudentiam tuam in negotiis tibi commissae ecclesiae consilium fratrum tuorum postponere, cum quibus unum corpus existere comprobaris,"* Fratritatis tuae *"per apostolica scripta praeci-piendo"* mandamus, quatenus in concessionibus et²⁸⁾ confirmationibus et aliis ecclesiae tuae²⁹⁾ negotiis fratres tuos requiras, et cum eorum consilio, vel senioris partis, *"negotia"* eadem peragas et pertractes, et³⁰⁾ quae statuenda sunt³¹⁾ status³²⁾, et³³⁾ errata corrigas, et evellenda dissipes et evellas. Absentium³⁴⁾ quoque fratrum nomina inscribi *"aliquatenus"* non sinas³⁵⁾, quia talia munimenta sunt irrita et falsa, et tu exinde quaestionem falsi poteris merito³⁶⁾ formidare. *"Nos enim universa privilegia etc."*

CAP. VI.³⁷⁾

Si ecclesia collegiata habet praesentationem, praesentabit praelatus de consensu capituli vel maioris partis, nisi de consuetudine vel privilegio competat soli praelato.

Coelestinus III.³⁸⁾

Ea³⁹⁾ noscitur *"sedis apostolicae dignitas, eidem ab ipso Domino in B. Petro concessa, ut, ubi emergit alicuius dubitationis articulus, ad ipsius oraculum referatur, et quod ipsa statuerit respondeatur, sine ulla debeat ab omnibus haesitatione recipi et servari. Ex tua siquidem nobis est parte propositum, quod,"* Quum in provincia tua saepe contingat⁴⁰⁾, quod⁴¹⁾ ad ecclesias, in quibus collegia ius praesentandi habere noscuntur, eorum abbates aut per se aut per

literas *"suas"* personas idoneas episcopis dioecesanis praesentant⁴²⁾, et eis praesentatis⁴³⁾ *"postmodum"* et receptis aliquando ante *"institutionem,"* aliquando post⁴⁴⁾ monachi *"seu aliorum ordinis collegia"* contradicunt *"et reclamant. Super quibus aperto tibi quaeris certificari responso, utrum institutio iam facta vel adhuc facienda propter huiusmodi debeat impediri. Ad quas tibi hoc modo"* respondemus⁴⁵⁾, quod *"videlicet"* in praesentationibus *"ta-Hum"* praelatorum intelligi debet, quod sicut de collegiorum suorum assensu, sine quo non obtinent⁴⁶⁾ *"aliquatenus"* firmitatem. Unde, si⁴⁷⁾ constiterit, conventus vel⁴⁸⁾ maioris et⁴⁹⁾ senioris partis⁵⁰⁾ non adfuisse consensum, institutiones huiusmodi convenit evacuare⁵¹⁾, nisi ex antiqua et approbata consuetudine vel concessa libertate aliqui⁵²⁾ eorum probaverint, commissi sibi collegii non debere in ecclesiarum seu beneficiorum collationibus requiri consensum. *"Dat. Laterani."*

CAP. VII.⁵³⁾

Tenet donatio, quam de solius dioecesani consensu facit laicus ecclesiae de decimis, quas ab alia ecclesia habet in feudum ab antiquo, i. e. ante Lateranense concilium.

Innocentius III. Archipresbytero et Magistro scholarium⁵⁴⁾ Bituricensibus.

Quum apostolica sedes⁵⁵⁾, *"cui, licet immeriti, praesidemus, universis per orbem ecclesiis non humana, sed divina institutione sit praelata, iustum est et conveniens, ut ad eam tanquam ad magistratam et matrem super diversis iuris articulis referantur dubiae quaestiones, quatenus quae iura constituit, eadem quoque iura distinguat, ne quae diversa cernuntur videantur adversa."* Sane, sicut *"ex literis vestris"* accepimus, quum ex una parte capitulum S. Stephani *"et capitulum de Salis,"* et ex altera monachi de Platea⁵⁶⁾ super decima quadam, *"quam a monachis ipsis petebant,"* in vestrum compromissum arbitrium, *"et vos partibus convocatis cognoveritis de causa,"* dicti⁵⁷⁾ monachi proponebant, donationem ipsius⁵⁸⁾ decimae sibi a quodam milite factam, et *"venerabilis fratris nostri"* Bituricensis⁵⁹⁾ archiepiscopi dioecesani eius⁶⁰⁾ accedente consensu confirmatam fuisse, seque auctoritate Hieronymi munitos existere, qui scribens ad Damasum⁶¹⁾ ait: *"Si aliquando fuerint a laicis male detenta quae divini iuris esse noscuntur, et in usum transierint monachorum, episcopo tamen loci illis"* praesente consensum, constabant eis omnia perpetua firmitate subnixi. *"E contrario pars allegabat adversa, consensum episcopi sine cleri consensu minus sufficere auctoritate Leonis Papae, dicentis⁶²⁾: „Ne quis episcopus de rebus ecclesiae quicquam⁶³⁾ donare vel commutare vel vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat, et cum totius cleri consensu atque tractatu id eligat, quod non sit dubium ecclesiae profuturum."* Quia vero *"super his auctoritatibus dubitantes"* nos⁶⁴⁾ consulere voluistis, *"humiliter inquirentes,"* utrum, quando decima tenetur⁶⁵⁾ a laico, si conferatur ecclesiae, ad confirmandam donationem consensu episcopi sine cleri⁶⁶⁾ consensu sufficiat, *"nos devotioni vestrae"* taliter respondemus, quod monendus est laicus, qui decimam detinet, ut eam restituat ecclesiae, ad quam spectat. Qui si⁶⁷⁾ forte induci nequiverit, et eam cum⁶⁸⁾ dioecesani consensu alteri ecclesiae assignaverit, praesertim religioso conventui, constabit ipsa donatio perpetua firmitate subnixi. Auctoritates enim⁶⁹⁾ praemissae, licet diversae⁷⁰⁾ sint, non tamen adversae, quum aliud sit alienare quod ab ecclesia possidetur, et aliud quod detinetur a laico ad usum ecclesiasticum revocare. In alienatione quoque⁷¹⁾ iuxta Leonis Papae decretum consensu episcopi sine clericorum⁷²⁾ consensu non sufficit. In revocatione autem iuxta scriptum⁷³⁾ Hieronymi sufficit consensu episcopi, quum per utrumque utilitati ecclesiae consulatur. Nam et in Lateranensi concilio est

Cap. IV. 20) Restitutum ex App. L. 18., Comp. I. h. t. c. 4. — 21) fratres tui: App., Comp. I. — 22) comprobantur: Comp. I. Ms. — comprobantur: App. — 23) autem: App. — 24) add.: canonicorum S. Sepulchri: Cont. — 25) inde est, quod (add.: discretioni tuae: Comp. I.) auctoritates apostolicas prohibemus, ne abbates, abbatissas, vel alius ecclesiasticas personas sine consilio et assensu prioris et (quod: App.) fratrum tuorum canonicorum sancti Sepulchri (S. Sep.: omitt. App.) instituere vel destituere aliqua ratione de cetero praesumas. Quod si forte, quod non credimus, contra prohibitionem nostram uttentare (praecceptum nostrum venire: App.) praesumpseris, nos tales . . . et omni rob. decernimus et stabilitate carere: App., Comp. I.
Cap. V. 26) Restitutum ex App. L. 19., Comp. I. h. t. c. 5. — 27) add.: in eodem libro (i. e. XII. libr. Reg.): App. — 28) omitt. App., Comp. I. — 29) eiusdem: ib. — 30) ut: App. — 31) fuerint: C. R. L. H., App., Comp. I. — 32) status: C. L. — status: C. R. — 33) omitt. C. R. L. — 34) Nec absent. fr.: App., Comp. I. — 35) scribi facias: App. — inscribi facias: Comp. I. — inscr. non facias: C. R. L. — 36) non immerito: App., Comp. I.
Cap. VI. 37) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 369., Comp. II. h. t. c. u. — 38) Rothomagensis archiep. : Luc. — 39) Agnoscat: ib. — 40) contingit: Comp. II. Aug. — 41) ut: Luc., Comp. II. Aug., Ms. B.

(tit. VIII. — XII. desid. in Ms. A.) — 42) praesentent: C. R. L. — re-praesentant: Luc. — repraesentent: Comp. II. — 43) quibus praesentant: Luc. — quibus repraesentatis: Comp. II. — 44) postea: ib. — 45) diximus respondendum: Luc. — 46) valent obtineri: ib. — 47) quum: ib. — 48) abest a C. H. — 49) vel: Comp. II. Aug. — 50) add.: capituli: C. R. L. — 51) vacuari: C. R. 2. L. H., Luc. — 52) aliquis . . . probaverit: Comp. II. Aug.
Cap. VII. 53) Restitutum ex Reg. Bal. I. 313. — Comp. III. h. t. c. 1. — 54) scholarium: C. R. L. H. — archipresb. et mag. scholarum et P. de Vico canonico S. Austregisii (Austregisii: Ms.) Bituric.: Comp. III. R. archipresb., R. mag. scholarum et P. de Vico can. S. Austregisii Bituric.: Reg. — 55) in ap. sede: C. H. — 56) Praten: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 57) omitt. Comp. III., Reg. — 58) abest a C. H. — 59) s. ven. fr. n. Bituricensi archiepiscopo: Comp. III. Aug., Böhm. — 60) omitt. C. H. — 61) Damascum: C. L. H. — cf. c. ult. C. XVI. qu. 2. — 62) cf. c. 52. C. XII. qu. 2. — 63) quaecunque: C. H. — 64) sedem apostolicam: Comp. III., Reg. — 65) possidetur: ib. — 66) clericorum: C. H. — 67) Quod si: Comp. III., Reg. — 68) abest a Comp. III. Aug. — 69) autem: C. H. — omitt. Comp. III. — 70) div., non sint (sunt: Reg.) tamen adversae: Comp. III., Reg. — 71) vero: ib. — 72) cleri: Reg. — 73) scripturam: Cont., Böhm. — rescriptum: Comp. III. — responsum: Reg.

inhibetur, ne quaelibet religiosa persona ecclesias et decimas de manibus laicorum sine consensu episcoporum recipiat, per quod⁷⁴ indirecte⁷⁵ datur intelligi, quod sufficit consensus episcopi, ut licitum ecclesiae sit decimas de manibus⁷⁶ recipere laicorum. Hoc autem de illis⁷⁷ decimis intelligimus, quae laicis⁷⁸ in feudum perpetuo sunt concessae. *Dat. Rom. etc. Non. Jul. Pont. nostr. Ao. I.* [1198.]

CAP. VIII. 79)

Non potest episcopus sine consensu capituli concedere ecclesiis aliis ecclesiis, etiamsi habeat ius patronatus in ecclesiis concessis.

Idem Metensi Archidiacono. 80)

Tua nuper (*Et infra*): Adiecasti etiam, utrum episcopo vel electo cum solo archidiacono praeter assensum maioris ecclesiae, quum "et" ab ipsa eligatur episcopus, et archidiaconus assumatur de ipsa⁸¹, coenobii vel ecclesiae conventualibus, ad quas ius⁸² pertinet patronatus, liceat conferre perpetuo⁸³ vacantes ecclesias baptismales. (*Et infra*): Alterius etiam quaestionis solutio ex epistola Leonis Papae colligitur evidenter, in qua legitur⁸⁴ "constitutum," "ne quis episcopus de rebus ecclesiae quicquam donare vel permutare⁸⁵ vel vendere audeat, nisi forte aliquid⁸⁶ horum faciat, ut meliora prospiciat, et totius⁸⁷ cleri tractatu atque consensu id eligat, quod non sit dubium ecclesiae profuturum." Irrita enim episcoporum donatio⁸⁸, venditio⁸⁹ et commutatio⁹⁰ rei ecclesiasticae erit⁹¹ absque conniventia et subscriptione clericorum. Per hoc enim noveris solutam secundo loco propositam quaestionem, quom⁹² concessionis ecclesiarum perpetuas ad alienationes non sit dubium pertinere.

CAP. IX. 93)

Episcopus parochiales ecclesias, vel obventiones ipsarum, de consensu patroni sine consensu capituli sui monasterio conferre non potest.

Idem Episcopo Heliensi.

Pastoralis officii diligentia (*Et infra*: [*cf. c. 28. de off. ind. del. I. 29.*]) "Sollicite" Praeterea quaesivisti, quum auctoritate Dionysii⁹⁴ fuerint parochiae limitatae, quatenus singularum parochiarum proventus in usus ecclesiae cederent necessarios et stipendia ministrorum, si episcopo liceat sine auctoritate summi Pontificis vel saltem sine⁹⁵ capituli sui voluntate viris religiosis conferre obventiones alicuius parochialis ecclesiae, sustentatione vicarii reservata. Et quum Lateranensis concilii statuta prohibeant ecclesiis novam imponi vel augeri⁹⁶ veterem pensionem, pontualis edoceri, an episcopus valeat "locis" religionis consentiente patrono totam ecclesiam, vel de novo conferre aliquam portionem. Ad quod⁹⁷ breviter respondemus, quod, salva constitutione canonica⁹⁸ de concedenda piis locis quinquagesima portione, neque primum neque secundum facere potest⁹⁹ episcopus, nisi de licentia Romani Pontificis, praeter capituli sui voluntatem. *Tua insuper etc. [cf. c. 7. de don. III. 27.] Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Id. Ian.* [1204.]

CAP. X. 100)

Ad concilia provincialia vocari debent et admitti cathedralium ecclesiarum capitula.

Innocentius III. 1) Archiepiscopo Senonensi et eius Suffraganeis.

Et si membra corporis "Christi" (*Et infra*): Provinciae Senonensis capitula cathedralium ecclesiarum² "suam" ad nos querimo-

niam transpulerunt, quod archiepiscopus Senonensis et eius suffraganei procuratores eorum³) nuper ad provinciale concilium convocatos ad tractatum eorum admittere noluerunt, "licet nonnulla soleant in huiusmodi tractari conciliis, quae ad ipsa noscuntur capitula pertinere, quare nostram audientiam appellaverunt. Sane nos, auditis quum ipsorum nuntii super his proponere voluerunt, et in collectis nihilominus literis, quas nobis super eodem curastis negotio destinare, tractatu exinde cum fratribus nostris habito diligenter, et utriusque concorditer" Visum fuit nobis et "eisdem" fratribus nostris, ut capitula ipsa ad huiusmodi concilia debeant invitari, et eorum nuntii ad tractatum⁴) admitti, maxime super illis, quae ipsa capitula contingere dignoscuntur.

TITULUS XI.

DE HIS, QUAE FIUNT A MAIORI PARTE CAPITULI.

CAP. I. 1)

In universitatibus ecclesiasticis praevalet regulariter quod fit a maiori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat. H. d.

Ex concilio Lateranensi.

Quoniam in cunctis ecclesiis quod pluribus et sanioribus²) fratribus visum fuerit incunctanter debeat observari, grave nimis est et reprehensione dignissimum³), quod per quasdam ecclesias⁴) pauci quoadquod non tam de ratione, quam de propria voluntate "ordinationem multorum et prudentiorum impediunt, et" ad⁵) ordinationem ecclesiasticam procedere non permittunt.⁶) Quocirca praesenti decreto statuimus, ut, nisi⁷) a paucioribus et inferioribus aliquid⁸) rationabiliter⁹) obiectum fuerit¹⁰) et ostensum, appellatione remota praevalet semper et suum consequatur effectum quod a¹¹) maiori et saniori¹²) parte capituli fuerit constitutum. Nec constitutionem nostram¹³) impedit, si¹⁴) forte aliquis¹⁵) ad conservandam¹⁶) ecclesiae suae consuetudinem se iuramento dicat¹⁷) adstrictum; non¹⁸) enim iuramenta, sed potius periuria sunt dicenda¹⁹), quae contra utilitatem ecclesiae²⁰) et sanctorum Patrum veniunt²¹) instituta. Si quis²²) autem huiusmodi²³) consuetudines, quae nec ratione iuvantur, nec sacris congruunt institutis, iurare²⁴) praesumpserit²⁵), donec dignam²⁶) egerit poenitentiam, a perceptione sit²⁷) dominici corporis alienus.

CAP. II. 28)

Canonice non interdicit ecclesiam, sed hoc facere debet episcopus cum capitulo.

Coelestinus III. 28) Claremontensi 30) Episcopo.

Quaesivit "a nobis tuae diligentia probitatis, quid observare debeas, et apostolicae responsionis auctoritate statuere" super eo, quod ecclesiam tuam quidam ex canonicis etiam³¹) minimis, "occasione assumpta, vel" quia pensio ecclesiae debita, "sicut solitum est," non redditur, vel "quia nonnunquam" clericus aliquis aut parochianus deliquit³²), sine tuo et aliorum canonicorum assensu interdictio supponunt³³), "per quod ipsius ecclesiae servitium deperit, et in populo scandalum non modicum generatur. Super hoc autem" Fraternitati tuae taliter³⁴) respondemus, "sicut in similibus consultationibus nos recolimus respondisse," quod³⁵) "videbatur" interdictum in aliqua ecclesia per aliquem vel aliquos³⁶) de canonice tuis³⁷) sine tuo et aliorum "tuorum" fratrum assensu positum observare non debes³⁸), "nisi talis excessus et tam gravis ex-

Cap. VII. 74) quae: C. R. 1. — 75) directe: Comp. III. — recte: Reg. — 76) decimas de manu: Comp. III., Reg. — 77) Haec autem de iis: Comp. III. Aug. — Hoc autem de his: Ms. — Hoc autem etc.: non exstant ap. Bal. — 78) abest a Comp. III.
 Cap. VIII. 79) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — 80) Prior cap. pars exstat in Comp. III. c. 2. de instit. III. 7., quod Metensi archid. recte inscriptum est in Comp. III. Ms. — 81) ipsis: Comp. III. — 82) omitt. Comp. III. Ms. — 83) abest a C. R. 1. — 84) cf. c. 52. C. XII. qu. 2. — 85) commutare: Comp. III. — 86) aliquid: ib. — 87) cum totius: C. R. — 88) omitt. C. R. 1. L., Comp. III. — cf. supr. c. 1. — 89) vel vend.: C. R. 2. — abest a C. H. — 90) permutatio: C. R. 1. — 91) est: C. H. — 92) quum concessionis ecclesiarum ad perpetuas alienationes: Comp. III., Cont.
 Cap. IX. 93) Restitutum ex Reg. Bregu. VII. 149. — Comp. III. h. t. c. 2. — 94) cf. c. 1. C. XIII. qu. 2. — 95) absque: Comp. III., Reg. — 96) augere: Cont., Böhm. — 97) quae: Reg. — 98) cf. c. 74. C. XII. qu. 2. — 99) potuit: Cont., Böhm.
 Cap. X. 100) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 1) leg.: Honorius III., cum C. R. L. et Comp. V. — inser. omitt. C. H. — 2) capitula cathedralia: Comp. V. — 3) ipsorum: ead. — omitt. C. R. L. H. — 4) tractatus: Comp. V.
 TIT. XI. Cap. I. 1) Restitutum ex ipso conc. Lat. III. (hab. A. 1179) c. 16. — Lips. c. 25., Cass. XII. 20., Comp. I. h. t. c. un. — 2) semio-

ribus: Cass., conc. — 3) dignum: C. R. 2., conc. — 4) quorundam ecclesiarum: conc. — 5) omitt. C. R. L. H., Coll. citt., conc. — 6) dimittunt: Lips. — 7) ubi non a pauc. inf.: Cass. — 8) omitt. Lips. — 9) rationabile: ib. — rationabile fuerit ostensum: App. — 10) abest a Cass. — 11) a maiori et saniori parte concilii: Lips., Cass., Comp. I. — 12) saniori: conc. — 13) iustam: conc. — 14) nisi: Cass. — 15) omitt. ib. — 16) observandam: C. H., Comp. III. Ms. — servandam: Aug. — observandum: Lips. — 17) dicit: Comp. I. — 18) nec: Cont., Böhm. — 19) dicimus: Lips. — 20) ecclesiasticam: C. R. L. H., Coll. citt., conc. — 21) venerint: C. R. 2., Lips. — 22) omitt. conc. — 23) abest a C. H. — hui. conc., quae ratione iuo. et sacris congr. institutis, irritare praesumpserit: conc. mendose. — 24) servare: Lips. — 25) praesumpserit: C. L. — 26) congruam: conc. — condignam: Lips., Cass., Comp. I. — 27) exstat: ib. — fiat: conc.
 Cap. II. 28) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 29) num. omitt. C. H. — Clemens III.: C. L. — 30) Claremontensi: Böhm. — Claremonten.: C. R. 2. — Gilberto Claremontano ep.: Comp. II. Aug. — Gilberto Claremont. ep.: Ms. B. (tot. tit. desid. in Ms. A.) — 31) tuis etiam: C. H. — vel etiam minimis quilibet: Comp. II. — 32) delinquit: C. R. L. — 33) supponit: C. R. L., Comp. II., Cont. — 34) abest a C. H. — sic diximus respondendum: Comp. II. — 35) ut: Comp. II. — 36) per al.: Comp. II. Ms. B., Cont., Böhm. — 37) ex canonicis: Comp. II. Aug. — omitt. Ms. B. — 38) nullatenus debeas obs.: Comp. II.

stiterit, propter quod merito ecclesia scire debeat, nec sustinere³⁹⁾, ut⁴⁰⁾ "praetextu occasionis huiusmodi interdictum" ab aliis observetur, "nisi ius et auctoritas canonice consensus accesserit." Sed⁴¹⁾ si quis in his deliquerit, ecclesiasticae coercionis subiaceat, quam peccata suos auctores⁴²⁾ tenere debeant, nec poena sit ulterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente⁴³⁾ repositum.

CAP. III.⁴⁴⁾

Communis ordinatio ecclesiae per contradictionem et appellationem eius, cum non interest, impediri non debet. H. d. quoad titulum.

Innocentius III. Augustensi Praeposito.⁴⁵⁾

Ex ore sedentis * in throno procedebat gladius bis acutus. Hic est gladius Salomonis, qui acuat utrimque, reddens unicuique quod suum est. Nos igitur, qui, licet immeriti, locum veri Salomonis divina dignatione tenemus, gladium istum tunc prudenter exercimus, quum quaestiones in auditorio nostro legitime ventilatas mediante iustitia definimus. Ad hoc enim emergentium quaestionum perplexitas et difficiles nodi causarum ad sedem apostolicam referantur, ut, quum earum merita fuerint assertionem partium patefacta, ut ab apostolica sede sententia deducens in certitudinem dubia, et obscura producens in lucem, ut litigantium disensione sopita suum iustitia teneatur et sequatur auctorem. Inde si quidem fuit, quod Accedentibus ad praesentiam nostram⁴⁶⁾ T.⁴⁷⁾ ac dilecto filio nostro B. Augustensi canonico pro quaestione, quae inter vos super praepositura Augustensis ecclesiae vertebatur, nos venerabilem fratrem nostrum Octavianum Hostien. episcopum, et dilectum filium Grat. sanctorum Cosmae et Damiani diaconum cardinalem vobis concessimus auditores, in quorum praesentia ex parte ipsius⁴⁸⁾ B. fuit propositum, quod, quum dilectus filius E. Augustensis praepositus fuisset in episcopum Brixianensem electus, rogavit capitulum Augustense, ne aliquem sibi prius eligerent in praepositum, quam eius esset electio confirmata, quumque ipsi eius precibus ammissent, et idem electus, electionis confirmatione per suum metropolitanum obtenta, veniens Tibur fuisset de regalibus investitus, B. miles pater eiusdem⁴⁹⁾ ad apostolicam sedem accedens a bonae memoriae C. praedecessore nostro dilectis filiis decano⁵⁰⁾ et capitulo Augustensi literas obtinuit destinari, ut infra⁵¹⁾ spatium mensis unius eundem⁵²⁾ sublati appellationis obstaculo eligerent et assumerent in praepositum Augustensem, in signum investiturae annulo ei aureo destinato, et⁵³⁾ quibusdam mandati apostolici executivis constitutus. Decanus autem et Capitulum memoratum quum audisset⁵⁴⁾, quod C.⁵⁵⁾ quondam eorum praepositus in episcopum Brixianensem electus et⁵⁶⁾ confirmatus fuisset, licet dictas literas recepisset⁵⁷⁾, in contemptum tamen eorum⁵⁸⁾ assignato prius termino, infra⁵⁹⁾ quem ipsi deberent super mandato apostolico respondere, H.⁶⁰⁾ tunc Augustensem decanum in praepositum elegerunt. Sed ne eius confirmaretur electio, idem B. ad apostolicam sedem audientiam appellavit. Et licet super hoc postmodum a sede apostolica pro dicto H. litterae variae ac multiplices emanaverint, in quibus ei videbatur imponi silentium, id tamen tenere non debuit, quoniam abiens et irrequisitus non potuit condemnari; et ipse nihilominus postmodum dicto H. super praepositura ipsa, quod per testes probavit, quantum potuit contradixit. Litteras etiam apostolicas impetravit, per quas nullis literis obstantibus in possessionem praepositurae mandabatur induci. Unde quum, eo viam universae carnis ingresso, decanus et capitulum Augustense vellet in praepositi electione procedere, ne id fieret, ad sedem apostolicam appellavit. Sed ipsi appellationi minime deferentes, exclusis quibusdam canonicis, quibusdam etiam non vocatis, se sibi in praepositum elegerunt. Quare tuam electionem non ab omnibus canonicis concorditer factam, sed post appellationem ad nos interpositam attentatam, cassari poterat, et se in praepositum confirmari, quum a dicto praedecessore nostro de praepositura, quod per annulum sibi transmissum ab ipso probare volebat, fuisset primitus investitus. Ad haec ex parte tua, fili praeposite, taliter est responsum, quod id, quod de B. factum fuerat, ante, quam praedecessor noster praefati E. electionem ratam haberet, fuisset obtentum, quod etiam fuit testibus comprobatum; sed etiam dicto electo in episcopum confirmato praedictae litterae a sede apostolica emanassent, nullum tamen ius per

hoc ei fuerat acquisitum, quum nec de praepositura investitus fuisset, nec iudices pro eo fuissent mandatum apostolicum executi. Hoc autem ex ipsarum litterarum tenore probasti, in quibus cantinebatur expressae, quod decanus et capitulum Augustense ipsum eligerent et assumerent in praepositum infra mensem, at quod pro recipienda investitura annulus ei mittebatur. Nam si fuisset per sedem apostolicam investitus, locum postmodum electio capituli et investitura executorum nullatenus habuissent. Adiciendum etiam, quod, quum dictus H. ad sedem postmodum apostolicam accessisset, et dicto praedecessori nostro electionis suae modum et causam contradictionis eiusdem B. exposuisset ad plenum, dictus praedecessor noster, non obstante investitura ipsi B. facta, electionem confirmavit ipsius, asserens, se per falsam suggestionem fuisse in eo, quod pro ipso B. scripserat, circumventum, quum, quod esset infra sacros ordines constitutus, ei non fuisset expressum, immo potius, quod idoneus esset, hi, qui pro eo petebant, ipsi suggerere curavissent. Et licet pro ipso B. dictis Frisingensi et Eistetensi episcopis et maiori Spirensi praepositi litterae fuerint praesentatae, in quibus eis in virtute obedientiae mandabatur, ut ipsum in possessionem praepositurae inducerent corporalem, nullis literis obstantibus ante vel post a sede apostolica impetratis, dictus tamen praedecessor noster eas nullatenus de conscientia sua emanasse rescipit, et ipsas decernens vacuas et inanes, si quid auctoritate ipsarum factum fuerat irritavit, mandans eisdem iudicibus, ut eum, qui easdem litteras impetravit, sub fidei custodia detinerent, donec ab eo reciperent in mandatis, qualiter super hoc procedere debuissent. Fuit praeterea praedictis obicitum, quod, etsi praedictum B. constaret, quod omnino falsum erat, fuisset per sedem apostolicam investitus, et investituram eius minime revocatum, quia tamen dicto H. reverentiam praeposito debitam, quod probasti per testes, exhibuit, et stipendium, sicut ceteri canonici, percepit ab eo, renuntiavit iuri suo, nec super hoc erat de cetero audiendus. Ceterum dicto H. naturae debitum exsolvente, quum decanus et capitulum de consilio venerabilis fratris nostri episcopi Augustensis primo sex hebdomadarum, ac secundo aliarum sex, et deinde trium dierum spatium electioni de praeposito celebrandae, ut absentes canonici ad electionem concurrerent, statuisset, et eis postmodum convenientibus fuisset de electione tractatum, idem B. non antea contradixit, quam ab electione tam se quam alios in minoribus ordinibus constitutos cognovit excludi. Sane quum decanus, perscrutator omnium voluntates, dilecti filii Walterii Augustensis canonici super electione ipsa requisisset assensum, ipse, quod eis praesentibus, qui erant infra sacros ordines constituti, suam non exprimeret intentionem, respondit, quum ipsi secundum statuta canonica nec eligi possent, nec iuxta ecclesiae consuetudinem in electione vocem aliquam obtinere. Unde quum capitulum communiter statuisset, eos ad electionem nullatenus admittendos, dictus B. eidem decano, Ulrico archidiacono et Ermano canonico contumacia inferens, ad sedem apostolicam appellavit, ipsis, ut ad nos accederent, per appellationem indicens. Et licet ipse cum quibusdam canonicis suis de capitulo recessisset, decanum tamen alii numero plures et dignitate maiores, quum decem et novem tantum, qui ius in electione habebant, ad hoc convenissent, attendentes, quod eius non intererat, cui nihil iuris fuerat in praepositura, se undecimum salva sedis apostolicae gratia, ne videlicet in contemptum apostolicum aliquem committere viderentur, in praepositum elegerunt. Quum igitur ex praedictis constaret, eum nec investitum fuisse per sedem apostolicam, nec a capitulo vel iudicibus delegatus electum fuisse in praepositum vel assumptum, et si id etiam constitisset, sufficienter esset ex parte tua probatum, investituram illam, si qua fuerat, fuisse per dictum praedecessorem nostrum postmodum revocatum; et si haec etiam probata non essent, sufficienter esset per testes ostensum, eum dicto H. reverentiam impendisse, nec esset contrarium, quod fuerat ex adverso probatum, eum praedicto H. semper contradixisse, quum verbis contradicere potuisset et operibus consentire; praesertim quum, etsi testes generaliter dixerint, quod dictus B. semper contradixit, generalitas tamen illa debeat ad competentes horum rostrum, ne convincatur falsum dixisse, si generalius intelligatur quod dixerant, et ex his omnibus sequeretur, quod sua non intererat propter hoc ad sedem apostolicam appellare, concludendum, quod nihil earum, quae facta fuerant, obesset, quominus tua de-

Cap. II. 39) sustineas: ib. — 40) quod: Comp. II. Ms. B. — 41) sed si quis occasionem dederit, vel deliquerit, sique canonem debitum non solverit, vel alia commiserit, propter quae irregulariter hactenus ecclesia ipsa interdicta, supponebatur, ecclesiasticae: Comp. II. — 42) actores: C. R. I., Comp. II. Aug. — 43) exercente: C. R. 2.
Cap. III. 44) Restitutum ex Reg. Bal. I. 290. — Comp. III. h. t. e. 1. — 45) Siffredo Aug. praep.: Reg. — 46) praedecessorem nostrum: Böhm. ex Cont. — 47) te: Comp. III., Reg. — 48) praedicti: ib. —

49) ipsius B.: ib. — 49) Coelestinus: Reg. — 50) ad dil. fil. decanum et capitulum Augusten.: ib. — 51) intra: Cont., Böhm. — 52) dictum B. filium eius: Comp. III., Reg. — 53) ven. fr. nostris Frisingen. et Eistet. episcopis et dil. fil. maiori Spiren. (Spirenen.: Comp. III.) praeposito: ib. — 54) audisset: ib., Böhm. — 55) E.: C. R. I. — D.: C. L. — quod dictus electus fuisset in episcopum confirmatus: Comp. III., Reg. — 56) abest a C. R. L. — 57) suscepissent: C. R. I. H., Comp. III., Reg. — 58) earum: Comp. III., Reg. — 59) cf. n. 51. — 60) abest a Comp. III.

brete electio confirmari. Quum ergo dicti cardinales haec et alia, quaecumque fuerant hinc inde proposita, nobis et fratribus nostris fideliter retulissent, attestationibus, allegationibus et rationibus utriusque partis plenius auditis et cognitis, Quia vero⁶¹⁾ legitime constitit, quod praedictus⁶²⁾ B. de praepositura *ipsa* non fuit aliquatenus investitus, etsi mandatum fuit⁶³⁾, ut de ea investiretur, de qua etiamsi investitus fuisset, investitura eius per praedecessorem nostrum *semel et secundo* certa fuit ratione cassata, quae nec etiam si cassata fuisset, per hoc, quod *saepes* dicto H. reverentiam exhibuit, quae debetur praeposito, iuri suo renunciassse videtur: nos⁶⁴⁾ attendentes, sibi de iure non potuisse competere, ut per appellationem ob id interpositam communem ordinationem⁶⁵⁾ ecclesiae impediret, intelligentes etiam, te a maiori parte tam dignitate quam numero eorum, quos eligendi ius constabat habere, electum fuisse canonicis⁶⁶⁾ in praepositum, *de communi fratrum consilio* electionem tuam⁶⁷⁾ auctoritate apostolica confirmamus, praefato B. super *ipsa* praepositura silentium imponentes. *Nulli ergo etc. Dat. Romae ap. S. Petr. X. Kal. Iul.* [1198.]

CAP. IV.⁶⁸⁾

Praelatus cum maiori parte capituli contradicente minori statuere potest quod ad necessariam reparacionem fabricae quilibet canonicus conferre teneatur.

Idem.⁶⁹⁾

Ex parte tua nobis⁷⁰⁾ fuit, frater archiepiscopo, intimatum, quod ad restaurandam⁷¹⁾ fabricam Rothomagensis ecclesiae tractatum communiter habuistis, te, *frater archiepiscopo*, postulante, ut quilibet canonicorum tecum pariter aliquam suorum redituum portionem operi tam pio et necessario deputaret. *Quia vero super hoc diversae fuerunt inter vos, filii canonici, et variae voluntates, ne tam laudabile opus ex vestra dissidentia negligatur, auctoritate praesentium* Statuimus⁷²⁾, ut; si quis⁷³⁾ vestrum tuis, frater archiepiscopo⁷⁴⁾, et maioris et sanioris partis capituli statutis⁷⁵⁾ super hoc *constitutionibus* duxerit⁷⁶⁾ resistendum, obtineat sententia plurimorum. *Dat. Rom. ap. S. Petr. V. Id. Iun. Pont. nostr. Ao. I.* [1198.]

TITULUS XII.

UT ECCLESIASTICA BENEFICIA SINE DEMI-
NUTIONE CONFERANTUR.CAP. UN.¹⁾

Rubrum sufficit pro summario, vel summa sic secundum Abbatem: *Occulta collatio beneficii, licet sit suspecta, bene valet, dummodo alius legitime facta probetur.* H. d. et est casus not.; non tamen facit ad titulum, nec omnes indistincte hoc tenent, sed maior pars concludit cum hoc summario.

Innocentius III. *Mediolanensi Archiepiscopo.*

Ut nostram prodeat de vultu Dei iudicium, *et oculi nostri videant aequitatem, regia via debemus incedere, nec ad sinistram omnino, neque ad dextram declinare, ita magnum iudicantes ut parvum, quia non est apud Deum acceptio personarum.* Ad audientiam sane nostram multorum relatione pervenerat, quod cancellaria Mediolanensis ecclesiae vacaverat ultra annum, unde secundum Lateranensis concilii statuta ad nos ipsius erat donatis devoluta. Volentes autem tibi solita dignitate deferre, rogavimus te attentius et mandavimus, ut cancellariam ipsam dilecto filio Henrico de Settara subdiacono nostro, Mediolanensis ecclesiae canonico, bene apud te merito et ad hoc officium obtinendum idoneo, benigne conferres; et si post receptionem litterarum nostrarum quicquam de ipsa cancellaria contra ius acquisitum nobis ex Lateranensi decreto statueres, decernebamus illud irritum et inane. Tu vero literis nostris receptis diceris respondisse, sicut ex publico declaratur authentico, quod cancellariam ipsam alteri non contuleras, quia propter gravamina debitorum proventus ipsius tibi erant plurimum necessarii, literis tamen nostris apertis earumque tenore perspecto, responderes in crastino quod crederes respondendum. Porro, sicut ex alio comperimus instrumento, postquam mandati nostri audivisti tenorem, variata locutione dixisti, quod cancellariam ipsam non poteras iuxta mandatum nostrum praefato subdiacono nostro conferre, quia, reservatis tibi proventus, eandem cancellariam

decem mensibus iam elapsis Henrico de Lamp. concesseras. Quumque nobis huiusmodi responsonum varietas ex scriptis innotuisset authenticis, et secundum Apostolum omnem inobedientiam promptissimus ulcisci, adhuc tamen tibi deferre volentes, cui et in minori officio constituti, et promoti, sicut Domino placuit, ad maiora in multis et magnis detulimus, tibi dedimus in mandatis, ut ad praesentiam nostram procuratorem idoneum destinares, qui tuo nomine legitime nobis ostenderet, quod dictam cancellariam personae idoneae modo canonico tempore tibi competente donasses; dictus quoque H. de Lamp., cui dicebatur facta donatio, si vellet, ad praesentiam nostram accederet, suam iustitiam defensurus. Venientes igitur ad apostolatum nostri praesentiam dilecti filii G. procurator tuus et saepedictus H. super varietate responsonum nitabantur te multipliciter excusare, licet publicis instrumentis fides non facile derogeretur, et secundum rerum naturam tibi potuisset sufficienter ostendi, quod tu id, quod dictum est, minime responderes, etsi forte potuisset ostendi, quod aliud respondisses. Produxerunt autem in nostra praesentia duos testes, qui iurati dixerunt, quod in Ianuario nuper praeterito fuit annus, ex quo Mediolanensis cancellarius debitum universae carnis exsolvit, et in te quoque Henrico, quum consanguinei Henrici de Lamp. frequenter apud te ac vehementer instarent, ut cancellariam ipsi conferres, te respondente, quod cancellariae proventus carere non posses, ad multam tamen instantiam est obtentum, ut cancellariae tibi retineres proventus, et ius ipsius praefato conferres Henrico. Quatuor ergo praesentibus, inter quos duo testes memorati fuerant, in secretiore palatii tui camera eundem H. secundum tenorem praescriptum de cancellaria investisti per librum, et recepti fideiactem ab eo, prohibens universis, ne verbum istud cuiquam revelarent. Adiecit autem unus testium praedictorum, quod, postquam ad te mandatum nostrum pervenerat, et ipse H. iam Bononia rediisset, se ei solenniter et publice tradidisti se vidente sigillum, mandans ei, ut cancellarii officium exerceat; quod et alter testis assensit de auditu, et idem procurator tuus, quod verum crederet esse, respondit. Henricus quoque confessus est factum, sed solennitatem facti negabat. Quia ergo post interdictum nostrum ei praesumpsisti tradere bullam, quum traditionem ipsam saltem debuisses differre, donec nostrum consules beneplacitum, dilectis filiis I. archidiacono et O. Lento canonico Mediolanensibus dedimus in mandatis etc. [cf. c. 56. de app. II. 28.] Tolerabamus autem ad tempus, ut negotii merita nobis plenius innotescerent, investituram, quae dicebatur in occulto facta fuisse per librum, licet ecclesiastica beneficia non sint donatione clandestina conferenda, teste veritate, quae dicit: „Qui male agit odit lucem.“ Ceterum quia cancellariae officium memoratae spiritali vel annexum spiritali proponere existere, quum cancellarius ex officio suo multa facere debeat, quas spiritalia esse noscuntur, ac per hoc sub tenore praescripto dicebatur non debuisse conferri, quum ab omni specie mala praecipiat Apostolus abstinere; quia etiam praefatus Henricus de Lamp., licet receptus sit in fratrem ad vacaturam praebendam, ordinarius tamen asseretur non esse, ac per hoc cancellariam sibi non debuisse conferri, quae de iure vel consuetudine ordinario tantum debet committi, quum nec Mediolanensis archiepiscopi, sed Mediolanensis ecclesiae cancellarius esse scribatur, nec vacante sede cancellarii perdat officium, (nam nec ipsam sigillum substituto Pontifice variatur.) inquisitionem horum duximus praenominatis I. archidiacono et O. Lento canonico Mediolanensibus committendam, per apostolica scripta praecipiendo mandantes, quatenus omni contradictione et appellatione cessante, Deum habentes praee oculis, gratia et timore postpositis, sine personarum acceptione inquirerent super praemissis diligentissime veritatem, et, ne veritas celaretur, testes, qui eis nominarentur, si se gratia vel timore subtraherent, per censuram ecclesiasticam compellerent perhibere testimonium veritati, et quod super omnibus invenirent sub litterarum suarum testimonio ad sedem apostolicam destinarent, ut per inquisitionem ipsorum sufficienter instructi negotium ipsum melius decidere valeremus. Ipsi vero mandatum apostolicum fideliter exsequentes, convocatis Mediolanensis ecclesiae ordinariis, et per poenam excommunicationis compulsis dicere sub iurisdictioni religione de facto cancellariae, quia noverant, super praemissis articulis veritatem, attestaciones suas redactas in scriptis sigillo munitas ad nostram praesentiam transmisserunt. Interdixerunt etiam eidem H. administrationem sigilli, sicut ex literis eorum accepimus, iuxta formam mandati nostri, de consilio sapientum.

Cap. III. 61) omitt. Comp. III., Reg. — 62) praefatus: ib. — 63) fuerit: Reg. Cont. Bism. — 64) add.: igitur: C. H. — 64) ordinem: Comp. III. — 66) abest a C. H. — 67) ipsam: Comp. III. Aug.
Cap. IV. 68) Restitutum ex Reg. Bal. I. 259. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 69) Valero archiep. Rothomagensis: Reg. — 70) apostolicis auctoribus: Comp. IV., Reg. — 71) restituendam: Comp. IV. Ma. A. — 72) duximus

statuendum: Comp. IV., Reg. — 73) qui: C. R. 2. L. H., Comp. IV. Aug., Reg. — 74) vestrum ipsius archiepiscopi et: Comp. IV., Reg. — 75) futuris: Reg. — stat. et constitutus omnibus super hoc: Comp. IV. Ma. A. — 76) dixerunt: C. R. L., Reg.
TIT. XII. Cap. un. 1) Restitutum ex Reg. Bal. I. 368. — Comp. III. h. t. c. un.

Quumque saepedictus H. de Lamp. cum patre suo Rogerio propter hoc nostra se conspectui praesentasset, copiam allegandi pro se liberam ac benignam in communi concessimus auditorio. Qui per advocatum proposuit, quod delegati praedicti sine inquisitione spoliaverunt eum executione sigilli contra nostri mandati tenorem, quum ipsius sigilli traditio non fuerit facta post secundum mandatum; et ideo primo loco restitutionem sibi fieri postulabat. Formam vero concessionis nitebatur multipliciter excusare, proponens, quod in retentione fructuum simoniaca pravitas nullatenus intercessit; tum, quia officium cancellarius nec est spirituale, nec annexum spirituali; quia licet cancellarius quaedam agat, quae spiritualia esse noscuntur, sicut ex attestationibus liquet, ea tamen non agit ex officio cancellarii, sed de mandato archiepiscopi, sicut ex dictis testium comprobatur; tum etiam, quia nihil emit et vendidit, quum simonia describitur esse studiosa cupiditas vendendi vel emendi spirituale vel spirituali annexum; praesertim quum tu ante traditionem separaveris fructus, et ita quod tuum erat tibi retinuis, non accipiens alium. Se quoque ad obtinendum cancellarium proponebat idoneum, quum de mandato Romani Pontificis sit Mediolanensis ecclesiae canonicus institutus, vocem habens in capitulo et locum in choro, et tanquam verus et plenus canonicus in tractatibus et contractibus ipsius ecclesiae admittatur. Nec obstat, quod integram praebendam non habet, quum, sicut per dicta testium est probatum, archidiaconatus eiusdem ecclesiae, de quo nullatenus dubitatur, quin sit dignitas et officium spirituale, quandoque fuerit concessus ei, qui praebendam integram non habebat. Quod autem a sexaginta annis iuxta quorundam testimonium concessa fuit tantum ordinario praebendam de numero viginti canonicorum, qui proprie ordinarii appellantur, sibi nocere non poterat, quum per hoc nullum sit tibi praevindictum generatum, quin ei, qui de numero viginti non esset, praesertim canonico, eandem cancellariam potuisses conferre. Allegabat insuper, quod, etsi pactio de retinendis ad tempus proventibus intervenisset, quod ipse tamen negabat, inter te ac parentes ipsius, ipse tamen de praedicta cancellaria pure fuit et simpliciter investitus; et ideo talis pactio sibi non debet obesse, quum parentes nihil tibi pro eo dederint vel promiserint. Praeterea proponebas²⁾, quod, quum nullus debeat sine accusatore³⁾ damnari, nec aliquid circa negotium illud⁴⁾ sit actum in forma iudicii, depositiones testium non poterat tibi⁵⁾ praevindictum generare. Quia vero haec allegatio⁶⁾ personam nostram tangere videbatur, dignam duximus causam commissae inquisitionis et ordinem plenius explicare, ne quis quomodolibet suspicetur, quod nos in hoc negotio perperam processerimus; praesertim quum ratio assignanda debeat esse⁷⁾ posteris profutura. Quum enim iuris sit explorati, quod actore non probante is, qui convenitur, etiamsi nihil praestiterit, debet absolvi, videri poterat⁸⁾, quod nos tibi, qui conveniebaris a nobis, malitiose vel indiscrete onus probationis super tribus praemissis articulis imposuimus, videlicet ut ostenderes, quod praedictam cancellariam personae idoneae, modo canonico et tempore "tibi" competentis donasset. Porro quum donatio fuisset occulta, et ideo suspitione non careat⁹⁾, et elapso iam anno, nullus omnino cancellarius appareret¹⁰⁾, non immerito credebamus¹¹⁾, quod secundum Lateranensis concilii statuta ad nos esset ipsius cancellariae donatio devoluta, et ideo potuissimus ipsam sine culpa conferre, quoniam, etsi locum Dei teneamus¹²⁾ in terra, non tamen de occultis potuimus¹³⁾ divinare. Quia¹⁴⁾ ergo contra illud, quod¹⁵⁾ prima facie iuste praesumebatur pro nobis, praesertim quum responderis¹⁶⁾ prima vice, quod cancellariam alicui non contuleras, facultatem tibi pro te probandi concessimus, non fuit gravamen, sed gratia, nec ex malitia, sed ex benignitate processit. Quod¹⁷⁾ etiam de modo canonico fidem nobis fieri mandavimus, tu causam praestitisti mandato¹⁸⁾, qui saepe nobis per literas tuas¹⁹⁾ intimasti et tandem probasti per testes, quod retentia tibi proventibus officium concesseras memoratum. Ex quo non immerito contra²⁰⁾ talem concessionem fuimus suspicati, "quum et proponeretur aperte, quod illud ei personae commiseras, cui secundum consuetudinem Mediolanensis ecclesiae non debuerat aliquo modo committi." Et²¹⁾ ideo nos, qui

non tam ex plenitudine potestatis, quam ex officii debito possumus²²⁾ et debemus de subditorum excessibus ad correctionem inquirere veritatem, te maxime causam et occasionem praestante, inquisitionem commisimus faciendam. Omnibus ergo diligenter auditis, "quaecumque fuerunt in nostro auditorio proponenda, deliberavimus cum fratribus nostris, et in ipsa deliberatione" te in tribus "praecipue" comperimus fuisse culpabilem: circa contrarietatem responsi, quia non solum nobis, "qui, licet immeriti, locum Iesu Christi tenemus," sed nec cuiquam debuisses ex certa scientia²³⁾ contraria respondere; circa carnalitem animi, quia non ex²⁴⁾ affectu carnali, sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticum officium et beneficium in persona magis idonea dispensare; et circa inhonestatem facti, quia non licuit ex pactione vel conventionem²⁵⁾ quacumque, sub modo vel tenore praescripto concedere nudum²⁶⁾ officium et tibi retinere proventus, quum "et" in Lateranensi concilio prohibitum sit, ne quis conferendo ecclesiasticum beneficium partem proventuum suis usibus retinere praesumat, et alibi cautum reperitur in canone²⁷⁾, quod ecclesiastica beneficia sine diminutione debent conferri. Unde credimus distinguendum, utrum qui²⁸⁾ dat spirituale beneficium proventus ipsius ante donationem percipiat. Nam si proventus ante donationem non perciperit²⁹⁾ ipse, sed alius, et ex donatione consequatur, ut ipse proventus percipiat: non est dubium circa haec³⁰⁾ intercedere simoniacam pravitatem. Si vero ante donationem perciperit ipse proventus, credimus "etiam" distinguendum, utrum ante donationem constituat, ut ipsi proventus retineantur ad tempus pro causa iusta et necessaria, an³¹⁾ conveniat cum eo, qui accepit³²⁾ beneficium, seu cum mediatore quocumque, ut officio illo³³⁾ concessio retineat ipse sibi³⁴⁾ proventus. Primum enim membrum credimus esse licitum, secundum autem dicimus non licere, ne viam aperiamus³⁵⁾ his, qui pravitatem suam satagunt palliare. "Quia vero etc. [cf. c. 9. de off. archid. l. 23.] Dat. Perusii X. Kal. Oct. [1198.]

TITULUS XIII.

DE REBUS ECCLESIAE ALIENANDIS
VEL NON.

CAP. I.

Non potest praelatus res unius ecclesiae alteri dare, nec invicem res illas commutare, sine ambarum consensu.

Ex concilio¹⁾ Lugdunensi IV.

Non licet²⁾ episcopo vel³⁾ abbati terram unius⁴⁾ ecclesiae vertere ad aliam, quamvis ambae in eius sint potestate; tamen, si commutare voluerit⁵⁾ terras earum⁶⁾, cum consensu ambarum partium⁷⁾ faciat.⁸⁾

CAP. II.

Principes saeculares res ecclesiae donare non possunt, et qui ab eis recipiunt, excommunicantur, et perdunt omnium, quae ab ecclesia alius legitime obtinebant. H. d. secundum unum intellectum, qui satis placet.

Ex eodem.⁹⁾

Qui res ecclesiae petunt a regibus, et horrendae cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quae obtinent, et a communionem ecclesiae, cuius facultatem auferre¹⁰⁾ cupiunt, excludantur.

CAP. III.¹¹⁾

Rector ecclesiae, qui dat ecclesiae rem duplæ aestimationis, servos ecclesiae manumittere potest; ipse tamen manumissus et eius posteri erunt sub patrocinio ecclesiae. Ita communiter summat, tamen non placet Panorm. id, quod dicitur de aestimatione.

Ex concilio Toletano.

Consensus totius concilii¹²⁾ diffinit¹³⁾, ut sacerdotes¹⁴⁾, qui aut¹⁵⁾ aliquid¹⁶⁾ ecclesiae suae relinquunt, aut nihil habentes ali-

Cap. I. 2) proponebat: Comp. III. Ms., Reg. — 3) accusatione: C. H., Comp. III. Aug. — 4) istud: Reg. — 5) sibi: Comp. III. Ms., Reg. — 6) per hanc ultimum allegationem: Comp. III., Reg. — 7) sit: C. R. I. — 8) poterit: C. L. — 9) careret: Comp. III. — 10) appareat: Cont., Böhm. — 11) credebatur: Reg. — 12) teneamus: Comp. III. — 13) possumus: C. H., Comp. III., Reg. — 14) Quod: Comp. III., Reg. — 15) abest a Comp. III. — 16) respondens: Comp. III. Aug. — 17) Quia: Comp. III. — 18) praestitisti mandati: Comp. III. Aug. — 19) omittit: C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 20) in: Cont., Böhm. — 21) quia, quum nos non: Comp. III. Aug. — Et ideo nos non: Ms. — Et ideo non: Reg. — 22) quod poss.: Comp. III. Aug. — quia poss.: Ms., Reg. — 23) conscientia: Comp. III. — 24) abest a C. R. L., Comp. III., Reg. — 25) ex conu.: Comp. III. Aug. — 26) add.: divinum: C. R. 2. — 27) cf. c. 15. C. I. qu. 3. — 28) is, qui: C. H. — 29) percipit... consequitur: Comp. III., Reg. — 30) circa haec: omittit. C. R. L. H., Comp. III.

Reg. — 31) aut: Cont., Böhm. — 32) accipit: Reg. — 33) illi: ib. — 34) abest a C. H. — 35) via aperiatur: ib.

TIT. XIII. Cap. I. 1) Comp. I. h. t. c. 1. — ex concil. Lugdun. c. 5. — Burch. III. 24., Iv. Decr. III. 29. — 2) licet: Burch., Iv., Comp. I. Aug. — 3) nec: Burch., Iv., Comp. I. — 4) omittit. ib. — 5) voluerint: ib. — 6) eorum: Comp. I. Aug. — 7) omittit. Coll. citt., C. R. L. H. — 8) fiat: Iv. — faciant: Burch., Comp. I.

Cap. II. 9) cf. conc. Arvern. (A. 535.) c. 4., conc. Meld. (A. 845.) c. 40. — Burch. XVI. 36., Iv. Decr. XVI. 37., Lips. XVI. 9., Comp. I. h. t. c. 2. — 10) auferri: Comp. I. Aug.

Cap. III. 11) Restitutum ex conc. Tol. IV. (A. 633.) c. 69. — Burch. III. 177. (ex conc. Tol. V. c. 69.) Iv. Decr. III. 238., Lips. XVI. 16. (ex conc. Tol. V.), Comp. I. h. t. c. 3. — 12) capituli: C. L. — 13) diffinit: Comp. I., Böhm. — 14) sacerdotibus: Iv., Cont., Böhm. — 15) abest a C. R. 2. L. — 16) omittit. C. R. I. — res suas: Coll. citt., conc.

qua *tamen* praedia vel familias ecclesiis suis acquirunt¹⁷), liceat¹⁸ illis¹⁹ aliquos de familia²⁰) eiusdem ecclesiae manumittere iuxta rei collatae modum, quem antiqui canones decreverunt, ita, ut cum peculio et posteritate sua *ingeni* sub patrocinio ecclesiae maneant, utilitates iniunctas sibi iuxta quod poterunt²¹) prosecuentes.

CAP. IV.

Si praelatus nil de suo dans ecclesiae servum ecclesiae manumittit, non tenet manumissio.

*Ex eodem.*²²)

Episcopi, qui nihil ex proprio *suo* ecclesiae Christi²³) conferunt²⁴), *hanc diuinam sententiam metuant et* liberos ex familiis²⁵) ecclesiae ad condemnationem suam facere non praesumant. Impium est enim, ut qui res suas ecclesiae²⁶) *Christi* non attulerit²⁷) damnus inferat *et ius ecclesiae alienare intendat.* Tales igitur liberos²⁸) successor episcopus absque aliqua²⁹) oppositione ad ius ecclesiae revocabit, *quia eos non aequitas, sed improbitas absolvit.*

CAP. V.³⁰)

Res ecclesiae alienari non debent.

Ex concilio apud Silvanectim.

Nulli liceat alienare rem immobilem ecclesiae suae³¹), sive *domum sine* agrum, sive *hortum sive* rusticum mancipium *vel panes civiles,* neque *creditoribus* specialis³²) hypothecae titulo obligare. Alienationis autem verbum continet³³) conditionem³⁴), donationem, venditionem³⁵), permutationem et emphyteusiam³⁶) perpetuum contractum. Unde³⁷) omnes *omnino* sacerdotes ab³⁸) huiusmodi alienatione abstineant, poenas timentes, quas Leonina constitutio³⁹) comminatur.

CAP. VI.⁴⁰)

Alienatio de rebus ecclesiae facta non tenet, et alienatores, nisi rem restituant, excommunicantur, et quilibet clericus potest contradicere, et rem cum fructibus repetere. H. d. et est textus notabilis, et quotidie allegatur.

*Symachus Papa.*⁴¹)

Si quis presbyterorum, diaconorum seu defensorum alienanti praedium ecclesiae subscripserit⁴²), quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur, *servata, quam praemisimus, in alienatoreum vindicta;* nisi forte et alienator, *dum repetit,* et qui acciperet celeri restitutione sibi prospexerint⁴³). Quod si minore⁴⁴) animae suae cura remedium oblatum *forte* neglexerint⁴⁵), praeter⁴⁶) poenam, super hoc adscriptam, confectum exinde documentum viribus, quamvis ab initio nullas habuerit, vacuetur. Sed etiam licet⁴⁷) quibuscumque ecclesiasticis personis vocem contradictionis offerre, et⁴⁸) ut cum fructibus possint⁴⁹) alienata reposcere, et ecclesiastica auctoritate fulciri. *Huius autem constituti legem in apostolica tantum volumus sede servari, etc.*

Cap. III. 17) conquirunt: Coll. citt., conc. — 18) licebit: conc. — 19) eis: Lips. — omitt. Iv., Cont., Böhm. — 20) familiis: Coll. citt., conc. — 21) poterunt: C. L., Lips., conc.

Cap. IV. 22) Restitutum ex eiusd. conc. c. 66. — Burch. III. 189., Iv. Decr. III. 249., Comp. I. h. t. c. 5. — cf. c. 39. C. XII. qu. 2. — 23) abest a Comp. I. Aug. — 24) compensaverunt: conc. — 25) familiis: Coll. citt. — 26) ecclesiis: conc. — 27) attulit: Böhm. — contulerit: Coll. citt. — contulit: conc. — 28) liberos: Burch., Iv., conc. — 29) null. ut. C. R. 2.

Cap. V. 29) Restitutum ex Nov. VII. c. 1. ap. Iul. — Reg. I. 360., Burch. III. 164., Iv. Decr. III. 183., Lips. XVI. 11., Comp. I. h. t. c. 4. — cf. Capp. Reg. Fr. II. 29. — 30) omitt. Coll. citt., Iul., Cont., Böhm. — 31) specialiter: Lips. — specialis: C. H. — specialis vel generalis: Iul. — 32) continet: Coll. citt. — 33) conditionem: Lips. — omitt. Iv., Iul., iure quidem, quum a Regiaois et Burchardi librariis pro: venditionem mendose scriptum sit. — 34) abest a Reg., Burch., Lips., Comp. I. — 35) emphyteusios: Reg., Burch., Iv., Iul. — emphyteoticum: Lips. — emphyteoticum: Cont., Böhm. — 36) Sed: Coll. citt., Iul. — 37) omitt. Iv. — 38) Leonianus: Reg., Burch., Lips., Comp. I. Ms. — cf. const. 14. Cod. de SS. eccl. l. 2.

Cap. VI. 30) Restitutum ex Lips. XVI. 10., Comp. I. h. t. c. 5. — 40) conc. Rom. III. et VI. sub Symmacho habitorum constitutiones in compendium redactae. — 41) subscripsit: Lips. — 42) prospexit: Comp. I. Aug. — prospexerit: C. R. L., Lips., Comp. I. Ms. — 43) minorem . . . curam: Comp. I. Aug. — 44) neglexerit: Lips., Comp. I. — 45) super ea poenarum genera, quae superius tenentur adscripta, contra fas, si quod praecipuum (inceptum): Lips. — coeptum: Comp. I. Ms. fuerit documentum, universis viribus suis (omitt. Lips.), quamvis ab initio nullas (omitt. Ib.) vires habuerit, effoletur (effretur): Comp. I. — add. i. e. evacuabitur: Ms.: Lips., Comp. I. — 46) liceat: Ib. — 47) offerre, et

CAP. VII.⁴⁹)

Terra non fertilis ecclesiae dari potest in emphyteusin ei, cuius studio reducat ad culturam.

Alexander III. *Vigoriensi*⁵⁰) Episcopo.

Ad aures⁵¹) (*Et infra:*) Illas *vero* terras, quae de silvis extirpatae sunt arabiles factae, eis⁵²) hereditario iure poteris concedere sub annuo censu tenendas⁵³), a quibus *ipsas* suo⁵⁴) vel parentum suorum labore constitit *suave* extirpatae; nisi forte tunc⁵⁵) aliis possint⁵⁶) ad maiorem *tuas* ecclesiae utilitatem cum eodem labore et onere⁵⁷) conferri.

CAP. VIII.⁵⁸)

Jurans non alienare bona ecclesiae, non potest alienare ea, quae sunt de mensa, vel ea, de quibus dubitatur, an sint de mensa. Hoc dicit, usque ad §. Possessiones. Abbas. — (Possessiones etc.) Possessiones ecclesiae minus utiles pro utilioribus de consensu capituli potest episcopus permutare vel alienare. H. d.

Celestinus III. *Ravennatensi* Archiepiscopo.

Ut super aliqua *repositae* questionis dubietas apostolicae sedis providentia enodetur, Romana ecclesia, cui licet immeriti praesidemus, singulorum consultationibus consuevit respondere. Sane quaesivisti a nobis, si possessiones sive redditus regalium decimationum, et aliunde ex certis locis provenientes, quos praedecessor tuus *bonae memoriae,* quousque diem clausit extremum, ad manus suas tenuit, et in⁵⁹) proprium usum excepit⁶⁰) vel expendit⁶¹), nec aliis infeudavit, de mensa⁶²) *sua* sint archiepiscopi intelligendi, et de eis, quum ex⁶³) sacramento fidelitatis teneris⁶⁴) apostolicae sedi nihil alienare, contractus alienationis cuiuslibet possit intervenire. Tuae ergo inquisitioni *praesenti pagina* taliter⁶⁵) respondeamus, quod, sive intelligantur⁶⁶) de mensa sive non, ut non alienentur, consultius existimamus⁶⁶). Possessiones vero, quae ecclesiae tuae minus sunt⁶⁷) utiles, pro aliis utilioribus⁶⁸) de fratribus tuorum et sanioris⁶⁹) partis *capituli* consilio et assensu alienandi seu commutandi liberam concedimus facultatem. *Quaesivisti etc.* [cf. c. 1. de usu et auct. pall. I. 8.] Dat. ⁷⁰) Lat. Ao. III. [1193.]

CAP. IX.⁷¹)

Canonicus praedium ecclesiae perpetuo locare non potest.

Idem *Exonensi*⁷²) episcopo.

Ad audientiam nostram noveris⁷³) pervenisse, quod quidam de canonicis Exonensis ecclesiae, quaedam praedia eiusdem *ecclesiae,* inconsculis aliis fratribus, in damnum eius⁷⁴) *et detrimentum eorum, accepta inde pecunia,* in perpetuum⁷⁵) locaverunt⁷⁶). Ideoque⁷⁷) *fraternitati tuae per apostolica scripta* mandamus, quatenus, si verum est quod asseritur, locationes illas legitime revocare procures⁷⁸), ita *quidem,* quod, si eadem⁷⁹) praedia non aliter revocari potuerint⁷⁹), eos, quos noveris harum locationum auctores, ad⁸⁰) susceptam inde pecuniam conductoribus refundendam appellatione remota compellas, *ne, si huiusmodi locationes in sua contigerit stabilitate persistere, inde gravis eidem ecclesiae incommoditas perveniret.*

ecclesiastica auctoritate fulciri, ita, ut cum fructibus possit (possint): Comp. I.) alienata reposcere: Ib. — 48) omitt. C. R. 1.

Cap. VII. 49) Restitutum ex App. XIX. 4., Cass. XXVII. 3., Comp. I. h. t. c. 7. — 50) Vigorn.: C. R. L. — Wig.: Comp. I. Ms. — Wigorn.: Aug. — Wigorniensis: App., Cass. — 51) verb.: Ad aures (Et infra:); quae apud solum Aug. exstant, ex App. XXIX. 2. in hunc locum sunt translata. — Comp. I. Ms. add. mei, i. e. Meminimus, quod ex Cass. (XXVII. 2. Wigorn. ep. P. C. Meminimus), desumptum videri potest, ita integra clausula quaerenda sit in c. 3. Qui cler. IV. 6. — 52) omitt. Comp. I. Ms. — 53) retinendas: C. R. 2. — 54) suorun: App. — 55) abest a Coll. citt. — 56) possunt: Comp. I. — 57) honore: C. H., App., Cass.

Cap. VIII. 58) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. (non exstat in Comp. II. Ms. A.) — 59) etiam: Comp. II. Ms. B. — 60) accepit: C. R. I. — 61) vel exp.: abest a C. R. L. H., Comp. II. — 62) mense: Böhm. — 63) omitt. Ib. — 64) teneatur ap. sedi (ub ap. sede: Aug.) nihilominus (nihil tamen: Ms.) causa subiectionis contractus possit etc.: Comp. II. — 64) igitur . . . duximus respondendum: Ib. — 65) intelligitur: Comp. II. Ms. — 66) existimamus: Comp. II. — 67) existunt: Ib. — 68) illis, quae ipsi ecclesiae sunt utiliores: Ib. — 69) vel san.: C. R. L. — 70) subscr. dedimus ex Luc. ap. Bal. III. 374.

Cap. IX. 71) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 72) Exonien.: Comp. II. Ms. per tot. — 73) noveris: Cont., Böhm. — 74) ecclesiae: Comp. II. — 75) perpetuo: C. H. — 76) locaverunt: C. R. I. — 77) Unde quoniam id indignum penitus noscitur et iniquum: Comp. II. — 78) curatis: Comp. II. Aug. — poteris: Ms. — 79) quodsi locata praedia non aliter revocare poterint (Ms.: poterint): Comp. II. — 79) poterunt: Cont., Böhm. — 80) susceptam inde pecuniam refundere conductoribus compellus: Ib.

CAP. X.⁸¹⁾

Possessiones, quae sunt de mensa, non possunt alienari. Et ecclesiae consuetudine regi per regulares saecularibus clericis conferri non debent. H. d. Ioann. de Imola.

Innocentius III. Archiepiscopo⁸²⁾ Montis regalis.

Possessiones ad mensam tuam vel capituli pertinentes, alienare non debes, aut ecclesias, in quibus monachi ministrare consueverunt, clericis vel⁸³⁾ laicis assignare *personis. Ideoque etc. Dat. Romae ap. S. Petr. XI. Kal. Iun. Pont. nostr. Ao. I.* [1198.]

CAP. XI.⁸⁴⁾

Restituitur ecclesia contra alienationem, per quam enormiter fuit laesa. H. d. secundum lectionem veriore.

Idem Episcopo Mauriensi et Praeposito Ulconensi.⁸⁵⁾

Ad nostram noveritis⁸⁶⁾ audientiam pervenisse, quod, quum Tusiense⁸⁷⁾ monasterium depressum esset onere maximo debitorum, *dilecti filii* abbas et conventus eiusdem villam quandam⁸⁸⁾ necessitate coacti B.⁸⁹⁾ laico concesserunt in feudum, tali conditione apposita, quod idem *laicus* LXXX. libras persolveret, pro quibus eadem *villa* exstiterat obligata, quod *idem* non distulit effectui mancipare. Unde⁹⁰⁾ *quia praedictum monasterium est, sicut dicunt, enormiter in hoc laesum eo, quod de rebus villae praedictae conventus diebus singulis unum ferculum, et in festis duodecim electionum pisces vel aliud aequivalens percipere consuevit, nobis* humiliter supplicarunt, ut feudum praedictum faceremus ad utilitatem monasterii revocari⁹¹⁾, praesertim quum idem laicus primo anno de ipsius proventus ultra summam perceperit⁹²⁾, praetaxatam, et per multos postmodum annos sumpserit⁹³⁾ eius fructus. Quocirca⁹⁴⁾ *nos, sic volentes gravaminibus praefati monasterii providere, quod alii non videamur iniuriam irrogare, discretioni vestrae per apostolica scripta* mandamus, quatenus, *inquisita plenius veritate,* si praedictum monasterium propter hoc inveneritis enorme dispendium incurrisse, *saepe* dictum laicum, ut pecunia, quam pro exoneratione *praedicti* feudi, seu etiam pro utilitate ipsius monasterii expensis noacitur, ab eisdem⁹⁵⁾ abbate et conventu recepta, quum sibi fructus percepti *hactenus* sufficere debeant pro labore, praefatum⁹⁶⁾ feudum eidem monasterio dimittat liberum et quietum, *monitione praemissa per censuram ecclesiasticam* appellatione postposita, compellatis. *Nullis etc. Dat. Lat. IV. Kal. April. Ao. IX.* [1206.]

CAP. XII.⁹⁷⁾

Alienatio rei ecclesiasticae facta sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu non tenet, licet approbetur per constitutionem laicorum.

Idem in concilio generali.⁹⁸⁾

Quam laicis, quamvis religiosis, disponendi⁹⁹⁾ de rebus ecclesiae¹⁰⁰⁾ nulla sit attributa potestas¹⁾, quos obsequendi²⁾ manet necessitas, non auctoritas³⁾ imperandi: dolemus⁴⁾, in quibusdam ex illis sic refrigescere caritatem, quod immunitatem ecclesiasticae libertatis, quam non tantum⁵⁾ sancti Patres, sed etiam principes saeculares privilegii multis munierunt, non formidant suis constitutionibus, vel potius⁶⁾ destitutibus^{6*)} impugnare, non solum de alienatione feudorum, ac aliarum possessionum ecclesiarum⁷⁾ et usurpatione iurisdictionum, sed etiam de mortuariis, nec non et aliis, quae iuri spirituali annexa videntur, illicite praesumendo. Volentes igitur super⁸⁾ his indemnitatibus⁹⁾ consulere ecclesiarum ac tantis¹⁰⁾ gravaminibus providere, constitutiones¹¹⁾ et venditiones¹²⁾ huiusmodi feudorum seu aliorum horum eccle-

siasticorum¹³⁾ sine legitimo personarum ecclesiasticarum assensu praesumptas¹⁴⁾ occasione constitutionis laicae¹⁵⁾ potestatis, quum non constitutio, sed destitutio vel destructio dici possit, nec non usurpatio iurisdictionum¹⁶⁾, sacri approbatione concilii decernimus¹⁷⁾ non tenere, praesumptoribus per censuram ecclesiasticam compellendis.¹⁸⁾

TITULUS XIV.

DE PRECARIIS.

CAP. I.¹⁾

Breve est, nec potest brevius summari.

Ex concilio apud Belvacum.²⁾

Precariae de quinquennio in quinquennium secundum auctoritatem et antiquam consuetudinem renoventur.

CAP. II.³⁾

Revocat successor precariam per praedecessorem irrationabiliter factam.

Ex concilio Carthaginensi.

De precariis, irrationabiliter⁴⁾ factis a rectoribus ecclesiarum, se suosque successores poena gravi obligantibus, ut facta ipsorum dissolvere nequeant, praecipimus, ut nemo successor antecessoris sui⁵⁾ poena⁶⁾ sit obligatus, sed suae providentiae⁷⁾ sit concessum, ut, si antecessor eius res ecclesiae irrationabiliter distribuit⁸⁾, ab eo ad ius eiusdem ecclesiae revocetur.⁹⁾

CAP. III.

Concessio precarii extinguitur voluntate concedentis aut ei succedentis; precariae autem concessio non.

Gregorius IX.

Precarium utendum conceditur, quamdiu patitur qui concessit. Solvitur quoque obitu eius, cui concessum est, non etiam concedentis; aut quum ipsum alienari contingit alicui hoc revocare volenti, quia per conventionem huiusmodi non licet rem alienam invito domino possideri¹⁰⁾. Porro precariae, quae quandoque de ecclesiarum possessionibus fieri solent, non sunt pro voluntate concedentium revocandae.

TITULUS XV.

DE COMMODATO.

CAP. UN.

Commodatarius gratia sui tenetur etiam de levissima culpa, non de casu, nisi in tribus casibus hic positus. Et commodatum ante usum completum non revocatur. H. d.

Idem Gregorius IX.

Quam gratia sui tantum quis commodatum accepit, de levissima etiam culpa tenetur, licet casus fortuitus, nisi acciderit culpa sua, vel intervenierit pactum, seu in mora fuisset, sibi non debeat imputari. Contra eum quoque recte commodati non agitur, nisi post usum expletum, cuius gratia res fuerat commodata, quum non decipi beneficio nos oporteat, sed iuvari.¹⁾

Cap. X. 81) Restitutum ex Reg. Bal. I. 106. — Comp. III. h. t. c. i. — 82) Caro arch. etc.: Reg. — 83) et: Comp. III. — 84) Restitutum ex Reg. Hrequ. IX. 56. — Comp. III. h. t. c. i. — 85) Ullien.: Böhm. — episc. Maurien., praepos. Ullien. et decano Hectorien. Turonen. et Maurien. dioc.: Comp. III. Aug. — episc. Maurien., praepos. Ullien. et decano Turon. et Maurien. dioc.: Ms. — episc. Maurienensis, praep. Ullien. et decano Heltonensi Taurinensi et Maurienensis dioc.: Reg. — 86) noveris: Cont., Böhm. — 87) Cusen.: C. R. 2., Comp. III. Ms. — Cusen.: Reg. — 88) quae laven. (Sanne): Comp. III. Ms. — lanven.: Aug.: vulgariter appellatur: Comp. III., Reg. — 89) Ber.: C. L. — Bonecardo: Comp. III., Reg. — 90) Verum: ib. — 91) revocare: Comp. III. — 92) receperit: Reg. — 93) suppressit: Comp. III. Aug. — sumpsit: Ms. — 94) Nos ergo: Comp. III. — Nos igitur: Reg. — 95) eodem: Comp. III. Aug. — 96) praedictum: Reg. — seq.: feudum: abest a Comp. III. Ms. — 97) c. 44. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — 98) Comp. IV. h. t. c. un. — 99) deponendi: Comp. IV. Ms. A. — 100) ecclesiasticis: Comp. IV., conc. — 1) facultas: Comp. I. Ms. A. — 2) subsequendi: C. R. I., Comp. IV., conc. — 3) autem: Comp. IV. Aug., Ms. B. — cf. c. 24. C. XVI. qu. 7. — 4) nos autem dol.: Ms. A. — 5) necum: Comp. IV. Aug., conc. — 6) vel pot.: omitt. C. R. I. — 6*) confictionibus: ib. — 7) ecclesiasticarum: C. H., conc. — 8) omitt. C. H. — 9) indemnitati:

conc. — 10) n tant: conc. Ms. — 11) constitutione huiusmodi vend.: Comp. IV. Aug. — 12) vindicationes: conc. ap. Mans. — 13) ecclesiae: C. R. 2. — omitt. Comp. IV. Aug. — 14) praesumpti: ib. — 15) vel laic.: Comp. IV. Ms. A. — 16) iurisdictionis: Comp. IV. Aug. — 17) decrevimus: ib. — 18) compescendis: Comp. IV., conc.

TIT. XIV. Cap. I. 1) c. 22. conc. Meld. hab. A. 845. — cf. c. 6. C. X. qu. 2. et Coll. ib. c. 11. — Lips. XVI. 8., Comp. I. h. t. c. i. — 2) Belvacen.: Böhm. ex Cont.

Cap. II. 3) c. 10. const. Olonna. Lotharii Imp. ap. Pertz. Mbn. hist., Leg. I. 249. (A. 825.) — cf. c. 7. C. X. qu. 2. — Lips. XVI. 1., Comp. I. h. t. c. 2. — 4) quae a rect. ecel. irrationabiliter fiebant et se (et se: omitt. Cap.), suosque succ. graviter poena gravi: Cap.) obligabant, ut facta eorum nequissent (ipsius nequisset: Cap.) absolere: Lips., Comp. I., Cap. — 5) abest a C. R. I. — 6) in antecessoris sui poenam: Lips., Comp. I. — poena statuta: Cap. — 7) prudentiae: Comp. I. Aug. — 8) distribuerit: ead. — 9) ab eo ad ius ecclesiae tenendae revocetur: Cap.

Cap. III. 10) possidere: C. H.

TIT. XV. Cap. un. 1) adiuvare: Cont.

TITULUS XVI.

DE DEPOSITO.

CAP. I.¹⁾

Ex deposito, facto apud clericum ecclesiae, non tenetur ecclesia, nisi in utilitatem ecclesiae sit versum.

Alexander III. Londonensi²⁾ Episcopo.

Gravis illa "et odibilis" querimonia, "quae" usque ad nos super deposito tuo tibi hactenus denegato pervenit, "duplici nos anxietate perstringit eo, quod tibi in hoc et deesse non possumus, et adesse, prout velles, efficaciter non valeamus." Quum enim non constet "nobis," pecuniam tuam, quem ille vir³⁾ Belial "impia et detestabili surreptione" furatus est, in ecclesiae utilitatem⁴⁾ conversam, non debemus de iure, "nec possumus" contra canonicos⁵⁾ eiusdem ecclesiae praecise intendere iussionis instantiam⁶⁾, ut tibi eandem reddant pecuniam, personae, "ut dicitur," non ecclesiae commendatam. Quocirca "discretionis tuae consulimus, et internae caritatis diligentia" suademus, ut in "raptorem" illum "et" furem tuam "interim" dirigas actionem, eo, quod, ut audivimus, loculos habet, et⁷⁾ ea, quae tibi surrepta⁸⁾ sunt, asportavit⁹⁾. Nam¹⁰⁾ et "nos ipsi" iudicibus¹¹⁾ dedimus in mandatis, ut illum¹²⁾ iniquum sub "duris" quaestionibus ad rationem¹³⁾ ponant, "et" etiam, si¹⁴⁾ oportuerit¹⁵⁾, vinculis "macerent" alligatum "et affligant," ut¹⁶⁾ dictam pecuniam reddere compellatur. "Ceterum circa ecclesiam illum affectum te habere volumus, ut nil ab ea requiras indebitum." Si autem cum eis amicabiliter poteris de¹⁷⁾ redditum perceptione¹⁸⁾ pacisci, noveris id nobis acceptum.

CAP. II.

Dicit, ad quid tenetur depositarius, et quomodo repetatur depositum.

Gregorius IX.

Bona fides abesse praesumitur, si, rebus tuis salvis existentibus, depositas amisisti. De culpa quoque teneris, si te ipsum deposito obtulisti, vel si aliquid pro custodia recepisses. Pacto vero, culpa vel mora praecedentibus, casus etiam fortuitus imputatur. Sane depositori licuit¹⁹⁾ pro voluntate sua depositum revocare, contra quod compensationi vel deductioni²⁰⁾ locus non fuit, ut contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minime referatur, licet compensatio admittatur in aliis, si causa, ex qua postulatur, sit liquida ita, quod facilem exitum credatur habere.

TITULUS XVII.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

CAP. I.¹⁾

Cogit episcopus, ne carius vendatur transeuntibus, quam in mercato venderetur.

Ex concilio apud Valentias.²⁾

Placuit "nobis et nostris fidelibus," ut presbyteri plebes suas admoveant, ut et³⁾ ipsi hospitales sint, "ut nulli iter facienti manum denegent," et, "ut omnis occasio rapinae tollatur," non⁴⁾ carius vendant transeuntibus, quam⁵⁾ in mercato vendere possunt⁶⁾, alioquin⁶⁾ ad presbyterum transeuntes hoc referant, ut⁷⁾ illius iussu cum humanitate sibi⁸⁾ vendant.

CAP. II.⁹⁾

Fraudans mensuras et pondera triginta diebus in pane et aqua poenitere debet.

Ex concilio Maguntino.

Ut mensurae et pondera iusta fiant, "sicut in dicinis legibus sancitum est, et in capitulari dominico continetur, et istaacer conventus statuit, sic omnibus nobis observare placet. Et," Si quis iustas mensuras et iusta pondera causas lucri mutare praesumpserit, XXX.¹⁰⁾ dies in pane et aqua poeniteat.

CAP. III.¹¹⁾

Tenet venditio, licet venditor sit deceptus ultra dimidiam iusti pretii; potest tamen venditor agere, ut restitatur res vel instum pretium suppleatur, et, si alterum praecise velit, succumbit.

Alexander III. Atrebatensi¹²⁾ Episcopo.

Quum dilecti filii "nostri" Belvacenses canonici contra "religiosos viros" abbatem et fratres Cariloci¹³⁾ proponerent querimoniam¹⁴⁾, quod silvam, quae Nigra vallis dicitur, a quibusdam eorum ignoquantem capitulo pro¹⁵⁾ X. libris, XL. marchas tunc valentem, comparassent, "post multas commissiones tandem" causam ipsam "venerabili fratri nostro" Morinensi¹⁶⁾ episcopo et "dilectio filio" decano Remensi "sub certa forma" commissimus terminandam, adiacientes "in literis," quod, si¹⁷⁾ uterque "eiusdem" causae cognitioni interesse nequirit, alter "adhibitis sibi viris prudentibus et honestis" in eodem negotio procedere non differret. "Quum itaque huncas partes ad suam propter hoc praesentiam convocasset, abbas et monachi non ad agendum vel respondendum, sed ad quaerendum dilationes nuncios destinarunt, asserentes, quod ad nos miserunt et ad audientiam nostram appellarent. Verum quia in literis appellatio remota fuerat," Tandem¹⁸⁾ decanus in illius causae cognitione processit. Et quum ei per testes¹⁹⁾ "canonicorum Belvacensium" constitisset, quod praedicti fratres silvam minus dimidia iusti pretii comparassent, pronuntiavit²⁰⁾, venditionem non tenere, et silvam "ipsam" Belvacensi ecclesiae adiudicans²¹⁾, canonicos in possessionem induxit. "Nunciis igitur utriusque partis in nostra propter hoc praesentia constitutis, dum ex parte canonicorum instanter et sollicitè sententia peteretur auctoritate apostolica confirmari, habita deliberatione cum fratribus nostris et aliis sapientibus, qui legibus iurati iudicant, eandem sententiam iuri contrariam intelleximus." Quia²²⁾ vero²³⁾ in arbitrio emptoris est, si velit²⁴⁾ supplere iustum pretium, aut venditionem rescindere, quum res minus dimidia iusti pretii comparatur: sententiam ipsam tanquam iuri contrariam irritantes, possessionem monachis iudicavimus esse reddendam, salva "omni" quaestione canonicis²⁵⁾ super deceptione pretii, vel consensu capituli in venditione²⁶⁾ non habito, et alia causa²⁷⁾ rationabili, quam canonici contra monachos duxerint proponendam.

CAP. IV.²⁸⁾

Si vir habent alia bona, unde uxor possit sibi consulere, et consentiente uxore rem propter nuptias donatam uxori venderit, emptorem, qui spatio triginta annorum rem possiderit, non potest uxor inquietare super ea, maxime si pretium fuit concessum in communem usum viri et uxoris. H. d. secundum intellectum, quem tenet Panorm. et est causa notab. limitans ius civile. Secundum Jo. Andr. non oportet adicere: "maxime," sed omnia illa tria necessario requiruntur.

Coelestinus III.

Pervenit ad nos "ex insinuatione tua," quod "olim" P.²⁹⁾ miles A. uxori suae quandam domum in donationem³⁰⁾ propter nuptias assignatam, adultere ipsa expressum³¹⁾ dante consensum³²⁾, B. mu-

TIT. XVI. Cap. I. 1) Restitutum ex App. I. 35. Lips. LIII. un. Cass. I. III. 24. Comp. I. h. t. c. 1. — 2) inscr. omitt. Lips. — Laudensi: Cass. — Lugdunensi ep.: Comp. I. — Lugd. archiep.: App. — 3) ut: Cass. — ut vir.: App. — 4) utilitates: Coll. citt. — 5) canones: Lips. — Comp. I. — clericos: Cass. — 6) iustitiam: ib. — 7) et. — 8) asp.: omitt. App. — 9) arrepta: C. R. I. — 9) portavit: Lips. — Comp. I. — 10) Nos enim: App. — 11) venerabilibus. fr. u. Senonensi (Xenon.: Lips. — Severo: Cass.) archiep. ap. sed. leg. et Parisiensi episcopo: Coll. citt. — 12) omitt. Lips. — Cass., Comp. I. — 13) ad rat.: omitt. App. — 14) abest a Cass. — 15) oportuit: C. R. — 16) ut cogatur bene ligatus reddere, quod (quae: App.) male (bene: Cass.) dissolutus usus est asportare: Coll. citt. — 17) omitt. Coll. citt. — 18) pactioem: App.

Cap. II. 19) licet: Cont., Böhm. — 20) deductionibus: C. L.

TIT. XVII. Cap. I. 1) Restitutum ex Carlomanni Capp. ap. Ver-nis palatium (A. 884.) ap. Pertz. Monum. hist., Leg. I. 351. — 2) ex concilio ad palatium Fernis: Reg. II. 421. — ex conc. ap. Almuniz: Burch. II. 168. Iv. Decr. VI. 258. Comp. I. Ms. — ex conc. ap. Almuniz: Aug. — 3) nihil: Coll. citt., Cap. — 3) vendatur: Cap. — 4) nisi quantum in merc.: Iv., Comp. I. — nisi quanto: Reg., Burch. — nisi sicut in mercato accipiunt: Cap. — 5) possint: Burch., Iv., Comp. I. Aug. — 6) quod si

carius vendere voluerint: Coll. citt., Cap. — 7) et: Reg., Burch., Iv., Cap. — 8) eis: Coll. citt., Cap.

Cap. II. 9) Restitutum ex Burch. XIX. 148. Iv. Decr. XV. 158. Comp. I. h. t. c. 2. — 10) XX.: Burch., Iv., Comp. I.

Cap. III. 11) Restitutum ex Lips. XXXV. 7. Cass. XI. II. 7. Comp. I. h. t. c. 4. — 12) Arelatensi: Cass. — 13) Caroli: Lips. — leg.: Caroli loci (Charlari) cum C. L. H. Cass. Comp. I. — 14) omitt. Lips. — Cass. — Comp. I. — 15) omitt. Coll. citt., C. L. H. — X. Lt. et XL. Ms. — Cass. — 16) Morieni: C. R. I., Comp. I. — Morinensi: Cass. — 17) ut si: C. H. — quod utrique si. . . acquiritur: Cass. — 18) omitt. Coll. citt. — seq.: dec. . . caus.: non exstant in Cass. — 19) per test.: omitt. C. R. I. H. — 20) non leg. in C. R. I., Coll. citt. — 21) adiudicavit et: Coll. citt. — 22) intelleximus, quia in arbitrio emptoris est (omitt. Cass.), si velit, supplere an (aut: Comp. I. Aug.) venditionem rescindere, quum res minus dimidia iusti pretii comparatur (comparatur: Cass.). Eap-pter sententiam ipsam (omitt. Aug.) de communi consilio fratrum (add.: nostrorum: Lips.) et (omitt. Cass.) praedictorum sapientium irritantes possessionem: Coll. citt. — 23) abest a C. L. — 24) si vel: omitt. C. R. 2. — 25) abest a Coll. citt. — 26) venditionem: Comp. I. Aug. — 27) abest ab ead. et Lips.

Cap. IV. 28) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 29) Petrus: Comp. I. Aug., Böhm. — 30) donatione: ib. — 31) expressum: ib. — 32) ostensum: Comp. II. Ms. A.

lieri vendidit pro certa pecunie quantitate, "quam ex eadem venditione B. matrimonio supra dicto constante XXX. annis libere pacificeque possedit." Praenominate vero³³⁾ milite viam³⁴⁾ universae carnis ingresso, relicta eius venire contra hoc³⁵⁾ praesumit, allegans, dictam³⁶⁾ domum titulo donationis propter nuptias sibi concessam alienari non potuisse³⁷⁾, licet eius consensus ipsi noscatur³⁸⁾ contractui accessisse. Praefata vero B. "mulier" ex eo nititur se tueri, quod triginta³⁹⁾ annis constante illorum matrimonio domum ipsam bona fide tituloque iusto possedit, et quia in communes usus viri et uxoris illius pretium est conversum, ac⁴⁰⁾ factae venditionis tempore, unde sibi praefata mulier⁴¹⁾ "utiliter" consilere potuisset, in viri facultatibus consistebat. Quia igitur super⁴²⁾ his nos consilere curasti⁴³⁾, "tuae sollicitudini" respondemus, praedictam emptricem⁴⁴⁾, si vera sunt quae praemisimus, praescriptis⁴⁵⁾ occasionibus super ipsa domo non deberè ulterius fatigari.

CAP. V.⁴⁶⁾

Si in venditione apponitur pactum de recuperanda re post certum tempus, modico constituto pretio, praenuntitur pignus, et non venditio.

Innocentius III. Episcopo Palliensti.⁴⁷⁾

Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod, quum R. laiculus praesentium⁴⁸⁾ ab M.⁴⁹⁾ mutuum recipere⁵⁰⁾ voluisset, creditor "Tranensis dioecesis," ne per canonem contra usurarios editum posset in posterum conveniri, domos et olivas "ipsius" recepit ab eodem titulo emptionis, quum re vera contractus usurarius ageretur, quod patet ex eo, quod creditor, "sicut publicum continet instrumentum," debitori promisit, quod⁵¹⁾, quandocumque a septennio usque ad novennium daret XL.⁵²⁾ uncias Tarenorum⁵³⁾, quae⁵⁴⁾ vix dimidiam iusti pretii contingebant, domos eius⁵⁵⁾ restitueret et olivas. Quia igitur fraus et dolus cuiquam patrocinari non debent, "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si res ita se habet, instrumento venditionis⁵⁶⁾ confecto in fraudem canonis promulgati contra usurarios non obstante, praedictam M.⁵⁷⁾ ad restituendas⁵⁸⁾ domos et olivas "praedictas" ei, ad quem debent hereditario iure devolvi, quum debitor sit viam universae carnis ingressus, per poenam in Lateranensi concilio contra usurarios promulgatam appellatione remota compellas. "Dat. Lat. IV. Non. Mart." [1203.]

CAP. VI.⁵⁹⁾

Venditor, deceptus ultra dimidiam iusti pretii, agere potest, ut res sibi, reddenti pretium acceptum, restituantur, vel iustum pretium suppleatur; et in hoc electio est emptoris. H. d. secundum Antonium.

Idem Episcopo et Archidiacono Urbinatensibus.⁶⁰⁾

Quum causa, quae inter oeconomum monasterii sancti Martini de monte "Viterbiensis" ex parte una, ac "F. et R." cives Viterbienses⁶¹⁾ ex altera super casamentis⁶²⁾ "quondam Tornampartis et terris Densiare ac salicetis, et molendino, ubi facta est Galcheria," vertebatur, "coram nobis" fuisset aliquamdiu ventilata, "nos, intellectis rationibus utriusque partis, et attestationibus diligentis inspectis," quum constitisset nobis, monasterium "ipsum" in "praedictarum rerum" venditione ultra dimidiam iusti pretii fuisse deceptum, sententiando decrevimus, ut praefati cives aut recepto pretio possessiones restituerent memoratas, aut supplerent⁶³⁾ quantum constaret legitima venditionis tempore iusto pretio de fuisse. "Quum igitur [cf. c. 42. de test. II. 20.]"

CAP. VII.

Ponit tres casus, in quibus re evicta non tenetur venditor emptori de evictione.

Gregorius IX.

Si venditori post institutum contra se iudicium quis omiserit, ut rem venditam sibi defenderet, nunciare, vel contumaciter abfuit tempore sententiae promulgatae, seu per iniuriam sententia lata fuit: de evictione iuxta legitimas sanctiones agere non valebit.

TITULUS XVIII.
DE LOCATO ET CONDUCTO.CAP. I.¹⁾

Excommunicati sunt magistri et scholares Bononienses, qui ante tempus conductionis conducunt hospitia aliorum magistrorum vel scholarum sine eorum consensu.

Clemens III.²⁾

Ex rescripto literarum "piae recordationis P. quondam" Tusculanensis³⁾ episcopi nobis innotuit, quod, quum civitatem Bononiensem tempore suae legationis intrasset⁴⁾, "invenit, ibi fuisse a bonae memoriae W. quondam Portuensi episcopo constitutum et sub excommunicatione prohibita, ne aliqui scholares aliorum hospitia maioris mercedis promissione conducirerent, ut ea sibi vel inanis gloriae studio, quasi potentiores in expensis apparere volentes, vel privatae utilitatis commodo vindicarent. Unde ipse sollicita provisione considerans, quod huiusmodi conditionis improbitas et discordiae fomitem, et impedimenta non modica pareret studiorum, praedictam" Constitutionem⁵⁾, factam ab episcopo Portuensi apostolicae sedis legato et a praedicto Tusculanensi⁶⁾ episcopo postmodum confirmatam, videlicet ut nullus magistrorum sine scholarum super⁷⁾ conducendis aliorum hospitiis in laesionem vel⁸⁾ praedictam habitantium audeat hospitem convenire, nisi prius constiterit tempus conductionis elapsum, vel⁹⁾ inquilini in hoc suum favorem¹⁰⁾ praestiterint et consensum, quum idem¹¹⁾ Portuensis sub excommunicatione hoc prohibuerit¹²⁾, et alter sub poena anathematis idem decreverit¹³⁾ observandum, ratam esse decernimus¹⁴⁾, et "eam" auctoritate apostolica confirmamus, statuentes¹⁵⁾, ut a te, frater episcope, et tuo¹⁶⁾ quolibet successore hoc¹⁷⁾ singulis annis in communi audientia magistrorum atque scholarum recitetur, "et praetaxata praevae conductionis improbitas innovata per annos singulos excommunicationis sententia exprimat. Nulli ergo etc."

CAP. II.¹⁸⁾

Personae ecclesiasticae locare possunt proventus decimarum his, cum quibus conditio ecclesiae sit melior, statuto dioecessano contrario non obstante; et eadem ratio est de aliis rebus ecclesiae.

Innocentius III.¹⁹⁾ Abbati et Conventui S. Petri de Pratel. Londoniensis dioecesis,

Vestra nobis relatio declaravit, quod, quum ad firmam fructus vestrarum dare consueveritis²⁰⁾ decimarum, "dioecessani locorum statutum quoddam de huiusmodi decimis non locandis parochialibus presbyteris ediderunt, per quod utilitas vestra non modicum impeditur; quare super hoc apostolicae provisionis remedium imploratis." Dioecesanorum²¹⁾ episcoporum statuto contrario non obstante vestrarum decimarum proventus illis libere locare potestis;

Cap. IV. 33) Sed pr.: Comp. II. — 34) iter: Comp. II. Aug. — 35) contra venditionem de suo consensu solenniter celebratam: Comp. II. — 36) praedictum: Comp. II. Ms. B. — 37) posse: Comp. II. — 38) noscitur: C. H. — 39) trig. . . ipsi. desid. in Comp. II. — 40) et quia etiam: Comp. II. Aug. — et etiam quia: Ms. B. — et etiam in: Ms. A. — 41) praef. mul.: omitt. Comp. II. — 42) Quia super: Comp. II. Ms. B. — Unde quia super: Aug., Ms. A. — 43) coluisti: C. R. 1. — 44) praed. B.: Comp. II. Ms. B. — praed. mulierem: Ms. A. — 45) praem., donum ipsam debere pacifice possidere. Nec enim credimus, illam praescriptis occ. sup. ips. dom. posse ulterius (abest a Ms. B.) fatigari: Comp. II. Böhm.

Cap. V. 46) Restitutum ex Reg. Breqn. VI. 15. — Comp. III. h. t. c. 1. — 47) Pallionen.: Cont. — Pallienen.: Böhm. — Pollion.: Comp. III. — Pollianen.: Reg. — leg.: Polignanen.: (Polignano). — 48) lat. praes.: desid. in C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 49) de Mar.: Reg. — 50) accipere: C. H. — 51) ut: Ib. — 52) LX.: Comp. III. Aug., Reg., Cont., Böhm. — omitt. Comp. III. Ms. — 53) Tarenorum: C. H. — 54) qui: Comp. III. Aug. — 55) ei: Comp. III., Reg. — 56) conditionis: Reg. oper. mend. — 57) Martinum: C. H. — 58) restituendum: Reg.

Cap. VI. 59) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — 60) Urbevelan.: C. R. H. — cf. n. ad inser. c. 42. de test. II. 20. — 61) Bitermen.: C. R. 1. — 62) accasamentis: C. R. 1. H., Comp. III. — 63) complerent: C. H.

TIT. XVIII. Cap. I. 1) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 386., Comp. II. h. t. c. un. — 2) inser. omitt. Luc. — 3) Tusculani: C. R. 2., Luc. — Tusculan.: C. R. 1. L., Comp. II. — 4) intrans: Luc. — 5) const., legatione, quo fungebatur, sed ap. confirmavit, perpetuis temporibus sub poena decernens anathematis observandum (observandum: Luc.), ut nullus: Coll. cit. — 6) Tusculano: C. R. 2. — seq.: episcopo: abest a C. R. L. — 7) super ducentis hosp.: Luc. — 8) et: Cont., Böhm. — 9) vel in eis morantes: Comp. II. Ms. A. — 10) in fav.: Böhm. — sum praet. placido favore consensus: Luc. — 11) et quum idem: C. L. — quocirca nos, qui detestabiles veritatis, bonae fidei contractibus inimicus, non solum in clericis, sed etiam in quibuslibet mercatoribus condennamus, praedictam constitutionem a (cum: Comp. II. Ms. A.) praefato Portuensi episcopo factam, et demum a iam dicto episcopo Tusculano confirmatam, ratam esse: Luc., Comp. II. — 12) prohibuit: Cont. — seq.: et . . . decreverit desid. ap. Böhm. — 13) decrevit: Cont. — 14) decrevimus: C. R., Comp. II. Aug. — 15) studentes: Luc. — 16) tuorum omnium successorum: ead. — 17) praesens pagina: Luc., Comp. II.

Cap. II. 18) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 19) Honorius III.: C. R. L. H. — Hon. III. abb. et conv. S. Petri de Pratelis Lexoo. dioec.: Comp. V. — 20) consueverit: C. L. — 21) Nos igitur utilitates vestras nolentes indebite impeliri, auctor. vob. praes. indulgemus, ut statuto huiusmodi non obstante . . . proventus libere locare possitis: Comp. V.

"quibus vobis expedire videritis, et" cum quibus ecclesiae vestrae²²⁾ conditionem poteritis facere meliorem, ita tamen, quod huiusmodi locatio ad feudum vel alienationem non videatur²³⁾ extendi.

CAP. III.

Propter sterilitatem gravem, conductori sine culpa sua contingentem, remittitur pensio pro ratu, nisi possit cum ubertate praecedentis vel sequentis temporis compensari. H. d. usque ad §. Verum. — (Verum etc.) Ponuntur hic quatuor casus, in quibus inquilinus potest ante tempus conductionis finitae licite expelli. Abbas.

Gregorius IX.

Propter sterilitatem, afficientem magno incommodo conductores, vitio rei sine culpa coloni, seu casu fortuito contingentem, colonis ecclesiae tuae pro rata est pensionis remissio facienda, nisi cum ubertate praecedentis vel subsequentis²⁴⁾ anni valeat sterilitas compensari. Verum invito inquilino domum inhabitare vel reficere poteris, si necessitas, quae tamen non imminet locationis tempore, id exponat, remissa sibi pro residuo temporis²⁵⁾ pensione; qui etiam inde rationabiliter amovetur, si perverse ibi fuerit conversatus²⁶⁾, vel quum canonem per biennium non solvisset, si²⁷⁾ sibi satisfactione celeri non providit.

CAP. IV.

Emphyteuta ecclesiarum meliorationes suas vendere non potest, nisi servatis his, de quibus hic. Et si contra fecerit, vel canonem per biennium non solverit, nec moram postea celeriter purgaverit, iuste potest expelli.

Idem.

Potuit emphyteuta, ecclesia primitus requisita, eique nunciato quantum sibi ab aliis offertur²⁸⁾, si nolle se emere dixerit, vel a denunciationis tempore duorum mensium spatium sit elapsum, meliorationes et ius sibi competens aliis vendere, qui ab emptione huiusmodi minime prohibentur. Emphyteuta quoque secus praesumendo, vel cessando in solutione canonis per biennium, nisi celeri satisfactione postmodum sibi consulere studisset, iuste potuit expelli²⁹⁾, non obstante, quod ei, ut canonem solveret, non existit³⁰⁾ nunciatum, quum in hoc casu dies statuta pro domino interpellat.

TITULUS XIX.
DE RERUM PERMUTATIONE.CAP. I.¹⁾

Princeps potest rem ecclesiae immobilem per permutationem acquirere, datu re meliori vel aequali. H. d. et in hoc, quod dicit, vel aequali, est casus notabilis.

Ex concilio apud Silvan.²⁾

Si princeps voluerit rem immobilem sanctis locis³⁾ praestare, et accipere ab eis⁴⁾ aliam immobilem "rem," eoque modo de communi voluntate⁵⁾ permutationem contrahere, liceat ei hoc facere, si causa⁶⁾ rationabilis id exponat, et res, quam praestiterit, maior fuerit vel aequalis, "dirina" pragmatica sanctione super hoc "ab eo" promulgata.

CAP. II.⁷⁾

Permutatio rerum ecclesiasticarum, facta in casu non concessio, seu non servata poenitentia iuris, est revocanda per successorem.

Ex concilio Belvacensi.⁸⁾

Ut commutationes rerum ecclesiasticarum "valde caveantur et subtilissime, si aliquo modo fieri debent, inspiciantur;" quae "au-

tem" ab⁹⁾ antecessore inconsulte factae sunt "iuxta decretum canonice Hilarii Papae, vel ab aliis illicito commissae sunt," ab eo, qui successor est, emendantur.

CAP. III.¹⁰⁾

Mancia ecclesiae non debent permutari, nisi ad libertatem, vel nisi sint fugitivi. H. d. cum c. sequenti.

Ex concilio apud Silvanectum.¹¹⁾

Mancia ecclesiastica nisi ad libertatem non convenit¹²⁾ commutari, videlicet ut mancipia, quae pro ecclesiastico homine¹³⁾ dantur, in ecclesiae¹⁴⁾ servitute permaneant, et ecclesiasticus homo, qui commutatur, fruatur¹⁵⁾ perpetua libertate. Quod enim semel Deo¹⁶⁾ consecratum est ad humanos usus "tam" transferri non decet.¹⁷⁾

CAP. IV.¹⁸⁾

Servi ecclesiae cum profanis permutari non possunt nec alienari, nisi sint fugitivi.

Ex eodem.¹⁹⁾

Iniustum videtur et impium, ut mancipia, quae fideles "viri seu feminae" Deo et sanctis eius pro remedio animae suae consecraverunt, cuiuscunque muneris mancipio²⁰⁾ vel commutationis commercio iterum in servitute saecularium²¹⁾ redigantur, quum canonica auctoritas servos tantummodo permittat distrahi fugitivos. Et ideo "omnes" ecclesiarum rectores summopere caveant, ne eleemosyna unius alterius peccatum fiat. Et²²⁾ est absurdum, ut ab²³⁾ ecclesiastica dignitate servus discedens²⁴⁾ humanae sit obnoxius servituti.

CAP. V.²⁵⁾

Præbendae pacto praecedente permutari non possunt; episcopus tamen potest de loco ad locum permutare personam.

Urbanus III.

Quaesitum est ex parte tua, si commutationes fieri valeant praebendarum, quum commutatio dignitatum in Turonensi concilio fuerit interdicta. "Sunt enim quidam, qui praebendae suae cedunt et iuri renunciant, ut maiorem praebendam obtineant, vel ex hoc certam summam pecuniae consequantur, quod quidem honestati est contrarium, et simoniacam procul dubio continet pravitatem." Generaliter itaque teneas, quod commutationes praebendarum de iure fieri non possunt, praesertim pactione praemissa, quae circa spiritualia vel connexa²⁶⁾ spiritualibus labem semper continet²⁷⁾ simoniae. Si autem episcopus causam inspexerit necessariam, licite poterit de²⁸⁾ uno loco ad alium transferre personam, ut quae uni²⁹⁾ loco minus sunt utiles alibi se valeant utilius exercere.

CAP. VI.³⁰⁾

Ecclesiae iure proprietatis possunt ad invicem permutari, et possessiones earum etiam permutari possunt, et pro minus valentibus pretium suppleri.

Clemens III.³¹⁾

Ad quaestiones solvendas "quas per fratres et corporis nostros sedi apostolicae porriguntur, iuxta officii nostri debitum nos convenit sollicitudinem adhibere." Intelleximus "itaque" ex literis tuis, quod duae conventuales ecclesiae sunt in tua dioecesi constitutae, quarum utraque parochialem habet ecclesiam cum possessionibus magis alteri quam sibi vicinam. Illis autem eas³²⁾ desiderantibus permutare³³⁾, quum illarum altera respectu meliorum proventuum³⁴⁾ plus³⁵⁾ abundet, et ideo³⁶⁾ "suae ecclesiae" sibi

Cap. II. 22) omitt. Comp. V. — 23) valeat: ib.
Cap. III. 24) sequentis: C. R. L. — 25) tempore: C. R. H. — 26) veritas: C. R. I. L. — 27) omitt. Cont., Böhm.
Cap. IV. 28) afferretur: C. R. I. H. — 29) repellit: Böhm. — 30) existerit: C. R. I.
TIT. XIX. Cap. I. 1) Restitutum ex Reg. Fr. II. 30. — Reg. I. 361., Burch. III. 165., Iv. Decr. III. 184., Lips. XVI. 14., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) immo Iul. Ep. Nov. VII. 2. — 3) sancto loco: Cap., Iul., Ivo. — 4) vo: Cap., Iul., Burch., Iv., Comp. I. — 5) de comm. vol.: add. a Raym. — 6) si causa... aequalis: add. ab eod. ex Auth. Sed permutare C. de SS. eccl. I. 2.
Cap. II. 7) Restitutum ex Reg. I. 366., Burch. III. 171., Iv. Decr. III. 233., Lips. XVI. 12., Comp. I. h. t. c. 2. — 8) cf. conc. Meld. c. 23. — 9) loco verbor.: ab antec. in Coll. citt. post verb.: Papae legitur: quas illicite decessor episcopus admiserit.
Cap. III. 10) Restitutum ex Reg. I. 369., Burch. III. 173., Ivo Decr. III. 234., Lips. XVI. 17., Comp. I. h. t. c. 3. — 11) ap. Sinurum: Lips., Comp. I. — Carisiacum: Burch., Iv. — ap. S. Medardum: Reg. — cf. conc. Sussion. (A. 853.) c. 12. — 12) non possunt: Comp. I., Lips. — Neque (Ne: Iv.) mane. eccl. ... quisquam commutet: Reg., Burch., Iv.,

conc. — 13) omitt. Reg., conc. — 14) ecclesiasticum: C. L. — 15) perfruatur: Reg. — 16) Domino: Coll. citt. — 17) verb.: Quod... decet: non sunt in conc. — 18) potest: ead.
Cap. IV. 18) Restitutum ex Reg. I. 370., Burch. III. 174., Ivo Decr. III. 235., Lips. XVI. 18., Comp. I. h. t. c. 4. — cf. c. 55. C. XII. qu. 2. — 19) non exstat in conc. ap. Medardum, sive Sussion, ex quo sumptum esse dicitur ap. Reg. — 20) pretii vel: Burch. — 21) saecularium: Reg., Burch. — 22) Sicut enim indecens est, ut ex libero servus fiat, sic absurdum: Reg. — 23) ex: id., Iv. — omitt. Burch., Lips., Comp. I. — 24) decedens: Reg. — decedens: C. R. 2. L., Burch., Iv., Lips., Comp. I. Ms.
Cap. V. 25) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 26) annexa: Comp. II. — 27) continent: C. R. I. L. — 28) in: Comp. II. Ms. A. — 29) uno: Comp. II. Ms. B. — in uno: Ms. A., Aug.
Cap. VI. 30) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 375., Comp. II. h. t. c. 2. — 31) Lugdunensi archiep.: Luc. — 32) sibi: Comp. II. Ms. A. — 33) permutari: Comp. II. Ms. A. B. — 34) possessionum: Luc. — 35) add.: in possessionibus: Comp. II. Aug. — verb.: plus... ideo: omitt. Luc. — 36) et id.: non exstant in Comp. II.

postulet³⁷⁾ adici certam summam pecuniae numeratae, ut sic ad aequalitatem permutationis³⁸⁾ valeant³⁹⁾ pervenire, utrum possit⁴⁰⁾ id licite fieri, existit dubitatum⁴¹⁾; *quam ob causam sedem apostolicam consilere voluisti. Licet itaque tuae discretioni industriam ignorare minime putemus, quid super eodem articulo sit agendum, nihilominus sic tuae prudentiae* Respondemus, quod, quum de *tam* dictis parochialibus ecclesiis per se queat commutatio⁴²⁾ celebrari, et in permutatione possessionum per se non sit inhibitum, si⁴³⁾ altera ratione⁴⁴⁾ possessionum alteri praeponderet⁴⁵⁾, pecuniam posse refundi de ipsarum *quoque* possessionibus ad invicem, prout visum fuerit expedire, refusa certa⁴⁶⁾ pecuniae quantitate, poterit contractus permutationis iniri⁴⁷⁾, sic tamen, quod illi⁴⁸⁾ contractus nequaquam sibi invicem misceantur.

CAP. VII.⁴⁹⁾

Beneficia sua perdunt qui ea propria permutant auctoritate.

Innocentius III. *Senonensi Archiepiscopo.*

Quum olim *ad nostram audientiam pervenisset, quod dilecti filii* magister⁵⁰⁾ S. et B. archidiaconum et praeposituram ad invicem commutassent⁵¹⁾, *magistri eiusdem B. obtentu causam super hoc bonae memoriae Matiaeconensi episcopo duximus delegandam. Quumque idem B. ad praesentiam nostram postmodum accessisset, ut in negotio sine suspitione procederet, obtentu ipsius dilectum filium abbatem Cluniacensem eidem episcopo duximus adiungendum. Verum quum propter abbatis absentiam non fuisset a delegatis ipsis pariter in causa processum, utraque partium se nostro conspectui praesentavit, et audientiam obtinuit coram nobis. Et* Licet praedictus magister ab initio sponte fuerit de permutatione confessus, idem tamen B. eam inficiabatur omnino, *assertive* proponens, quod *et* ipse praeposituram sine conditione⁵²⁾ qualibet resignavit⁵³⁾, et post *liberam* resignationem praedicti magistri archidiaconatum fuerat assecutus: *licet magister ipse G. proponeret ex adverso, ipsum secum diutius de permutatione tractasse, et complevisse tandem in manibus venerabilis fratris nostri Eduensis episcopi quod tractaverat. (Et infra: [cf. c. 33. de off. iud. del. I. 29.] Quum ergo nobis* tum per publicam famam, tum per validam praesumptionem et probationem etiam manifestam constaret, quod ipse B.⁵⁴⁾ suum praestiterit⁵⁵⁾ permutationi consensum, praedictus autem magister suum publice fateretur⁵⁶⁾ errorem, et hunc praepositura, et illum archidiaconatu curavimus spoliare, super hoc definitivam contra eos sententiam proferentes. *Tandem vero etc. Dat. Lat. Id. Ian. Ao. V.* [1202.]

CAP. VIII.⁵⁷⁾

Si permutatio beneficiorum completa est ex una parte, et per alteram stat, quo minus impletur, restituitur pars ad suum beneficium, et secundum hoc continet ius.

Idem Archiepiscopa et Praeposito sancti Andreae Coloniensis.⁵⁸⁾

Quum universorum *fidelium ab ipso Domino Iesu Christo pastoralis sit nobis cura commissa, sollicitudini nostrae dignoscitur expedire, ut sic debeamus quolibet in suis rationibus confovere, quod aliquorum iura in conspectu ecclesiae dispendium non sustineant, sed firma et illibata debeant permanere.* Intelleximus *siquidem dilecto filio* G.⁵⁹⁾ canonico *S. Ioannis in Leodio* referente, quod, quum ipse et L.⁶⁰⁾ clericus *ducti quadam animi levitate* de permutatione praebendarum suarum inter se tractare coepissent, quam⁶¹⁾ utilitati utriusque imminere credebant, tandem⁶²⁾ idem L.⁶³⁾ clericus occasione dictae permutationis⁶⁴⁾ praebenda⁶⁵⁾ eiusdem G., *quam in ecclesia S. Mariae Namurcensis habuerat,* cuidam consanguineo suo assignata, praebendam suam⁶⁶⁾ ei, sicut promiserat, noluit resignare, *et sic idem G., ut asserit, sua spe remansit omnino frustratus. Quumque super hoc in praesentia*

venerabilis fratris nostri Leodiensis episcopi fuisset diutius litigatum, tandem idem L. sedem apostolicam appellavit, et, quum dictus G. ad nostram praesentiam non sine magno periculo et labore accessisset, idem L. nec venit, nec pro se curavit sufficientem mittere responsalem. Quum igitur deceptis, et non decipientibus iura subveniant, fraus etiam et dolus nemini debeant patrocinium impertiri, licet ipsi per se de iure non possent ecclesiastica beneficia permutare, ut tamen simplicitati venia tribuatur, *discretionem vestrae per apostolica scripta* mandamus, quatenus si constiterit, praetaxatam G. taliter fuisse deceptum, amoto a praebenda⁶⁶⁾ sua, *quam diu dicitur possedisse,* consanguineo ipsius L. vel quolibet alio illicito detentore, eam⁶⁷⁾ *sublato appellationis obstaculo* restitui faciatis eidem *et eundem ipsius pacifica possessione gaudere etc.*

CAP. IX.

Spirituale cum temporali permutari non potest.

Gregorius IX. *Beton.*⁶⁸⁾ et *Fungin.*⁶⁹⁾ *Abbatibus.*

Exhibita nobis abbatia et conventus sancti Martini de Pannonia petitio continebat, quod, quum super causa, quae inter ipsos ex una parte, et praepositum Alhanensem⁷⁰⁾ ex altera super quibusdam decimationibus vertebatur, ad C.⁷¹⁾ capellanum nostrum, tunc in Hungaria commorantem, nostras literas impetrassent, ipse ac magister M., in quos utrinque tanquam in arbitros existit commissum, arbitrati fuerunt, quod, si dictus praepositus obtinere decem millia solidorum⁷²⁾ regalium a rege Hungariae concedi monasterio memorato, ipsi ab earundem decimationum petitione cessarent. *(Et infra:)* Quocirca mandamus, quatenus, si vobis constiterit de praemissis, quum permutatio de spiritualibus ad temporalia improbetur, praedictum arbitrium, et quicquid secutum est ex eo vel ob id, irritum decernatis.

TITULUS XX.

DE FEUDIS.

CAP. I.¹⁾

Si dominus a vasallo recipit feudum in pignus, abstinendo ab eius servitio, non tenetur computare fructus in sortem. H. d. secundum intellectum communem, et est casus singularis, qui alibi non legitur.

Innocentius III. *Mariensi*²⁾ *Episcopo.*

Insinuatione *tibi* praesentium declaramus, quod gageria³⁾, quam de feudo ecclesiae tuae ab M.⁴⁾ agnosceris recepisse, *Wifredi fratris eius accedente consensu,* a te potest libere detineri⁵⁾, fructibus non computatis in sortem, ita videlicet, ut, quam diu fructus illos perceperis⁶⁾ in sortem minime computandos, idem M.⁷⁾ a servitio, in quo tibi et ecclesiae tuae pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis. *Dat. Rom. ap. S. Petr. Kal. Mart. Pont. nostr. Ao. IX.* [1206.]

CAP. II.⁸⁾

Ponit tres casus, in quibus, non obstante iuramento de non infeudando, potest episcopus antiquum feudum ad ecclesiam reversum novo vasallo concedere. H. d. et est casus notabilis, interpretans iuramentum de alienando.

Idem *Mediolanensi Archiepiscopo.*⁹⁾

Ex parte tua nostro est apostolatui reseratum, quod saepius dubitasti, utrum, quum contingit vasallum tuum¹⁰⁾ decedere, et ad te feudum ipsius redire, feudum eius alii¹¹⁾ liceat tibi dare, quamvis¹²⁾ iuramento tenearis adstrictum non infeudare de novo Romano Pontifice inconsulto. Ad haec¹³⁾, si vasallum tuum feudum alienare contingat, an ipsius filium vel consanguineum eiusdem feudi

Cap. VI. 37) postulat: Comp. II. Aug. — 38) praemii: Luc. — permutationes: Cont., Comp. II. Ms. A. — 39) valeant: Comp. II. Ms. B. — valent perveniri: Luc. — 40) possit: Cont., Böhm. — 41) coepit ab aliquibus dubitari: Luc., Comp. II. — 42) permutatio: Luc. — 43) ut si: Comp. II. Ms. B. — ubi: Ms. A., Luc. — 44) ratio: Böhm. — omitt. Luc. — 45) praeponderat: Luc. — 46) certus: Comp. II. Aug., Luc. — 47) fieri: Luc. — 48) omitt. C. R. L. H., Luc., Comp. II.

Cap. VII. 49) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 141. — Comp. III. h. t. c. 1. — 50) magistri: Comp. III., Reg. — 51) permutassent: ib., C. H. — 52) contradictione: Comp. III. — 53) resignavit: Comp. III., Reg. — 54) ipse H.: omitt. ib. — 55) praestitit: C. R. 1. — praestiterat: C. R. 2., Reg. — 56) fateatur: C. R. 1.

Cap. VIII. 57) Restitutum ex Reg. Bal. I. 84. — Comp. III. c. 2. de praeb. III. 5. — 58) et scholastico S. Petri Colon.: Comp. III., Reg. — 59) Gisberto: Reg. — 60) Laur.: C. L. — Lambertus: Reg. — 61) quia utilitatem: Comp. III., Reg. — 62) tamen: Reg. — 63) Laur.: C. L. — 64) verb.: praeb. . . assign.: omitt. Böhm. — 65) praebendam S. Bartholomaei, quam saepedicto G. repraesentavit, nequaquam voluit: Comp.

III., Reg. — 66) ab ipsa Namurcensi praebenda: ib. — 67) eandem . . . G. faciatis restitui memorato: ib.

Cap. IX. 68) de Beton.: C. R. 1. — de Beton.: C. H. — de Beton.: C. R. 2. L. — 69) Sinigion.: C. R. 1. — Sumigien.: C. L. — Fung.: C. R. 2. — Sungien.: C. H. (leg.: Simagienus? cf. c. 19. de praeser. II. 24.) — 70) Abbatem.: Böhm. — 71) E.: C. R. 1. — 72) Salium: C. R. L. H.

TIT. XX. Cap. I. 1) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 10. — Comp. III. h. t. c. 1. — 2) Maurin.: C. R. 1. — Maurin.: C. R. 2. L., Comp. III. — Maurinen.: C. H. — Maurianensi: Reg. — 3) gageria: C. R. 1. — 4) quam tu apud Argentinam a Natalino de Molato: Comp. III. Ms. — quam tu apud Argentinam a Natalino: Aug. — quam tu apud Argentinam a Nantelino de Molato: Reg. — 5) retineri: C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 6) ceperis: Cont., Böhm. — 7) Nantelinus: Comp. III. Ms. — Nantelinus: Aug. — Nantelinus: Reg.

Cap. II. 8) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 165. — Comp. III. h. t. c. 2. — 9) add.: S. R. E. cardinali: Comp. III., Reg. — 10) adest a C. R. 1. — 11) aliis: Cont., Böhm. — 12) quum: Reg. — 13) Adhuc: Comp. III. Aug.

consortem de ipso valeas investire. Alia quoque tua dubitatio continebat, ut¹⁴⁾, quum feudum alienatum repereris¹⁵⁾, quod per te facile recuperare non potes, utrum¹⁶⁾ possis alicui laico in feudum illud concedere, qui¹⁷⁾ et illud recuperet, et in feudum per¹⁸⁾ ecclesiam recognoscat (Et infra: In¹⁹⁾ primo ergo casu feudum decedentis libere, si videris expedire, concedas, atque in secundo filium vel consanguineum alienantis investiens²⁰⁾, in tertio feudum alienatum poteris ei licenter concedere, per quem ipsa²¹⁾ ecclesia valeat rehabere. Dat. Ferentini X. Kal. Nov. Pont. nostr. Ao. XI. [1208.]

TITULUS XXI.

DE PIGNORIBUS ET ALIIS CAUTIONIBUS.¹⁾

CAP. I.

Res ecclesie pignorari non debent nisi ex necessitate et rationabili causa.

Ex concilio Remensi.²⁾

Nullus presbyter³⁾ praesumat calicem, vel patenam, aut pallam altaris, vel vestimentum sacerdotale, aut librum ecclesiasticum tabernario, vel negotiatori, aut cuilibet laico vel feminae in vadium⁴⁾ dare, nisi⁵⁾ iustissima necessitate urgente, quia tanta est sanctitas sacri ministerii etc.

CAP. II.⁶⁾

Liber homo non potest pignorari.

Gregorius III. Exonensi⁷⁾ Episcopo.

Lator praesentium Cosmas Syrus in negotio, quod agebat, debitum se contraxisse perhibuit, quod et multis aliis et lacrimis eius attestantibus verum esse credidimus. Et quia CL. solidos debebat, voluit, ut creditores illius cum eo aliquid paciscerentur, quoniam et Lex habet, ut homo liber pro debito non⁸⁾ teneatur, etsi⁹⁾ res defuerint, quae possint pro¹⁰⁾ debito addici. Creditores ergo etc.

CAP. III.¹¹⁾

Si rector ecclesie pro facto proprio rem ecclesie obligavit, cogitur eius heres rem redimere, et ecclesie restituere.

Alexander III. Episcopo Exoniensi.

Ex praesentium latoris insinuatione¹²⁾ accepimus, quod Alexander quondam sacerdos ecclesie de Offitona¹³⁾ calicem quendam argenteum, et medietatem unius breviarii eiusdem ecclesie pro sua necessitate pignori obligavit, et ea¹⁴⁾ morte praeventus minime recolligit. Unde quoniam¹⁵⁾ indignum eat, ut eidem ecclesie res suae, et praesertim quae sacris ministeriis¹⁶⁾ deputatae sunt, taliter debeant deperire, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus, si verum est quod asserit¹⁷⁾, filium eius Walterum, qui ex successione ipsius¹⁸⁾ patrimonii ius dicitur obtinere, moneas diligenter et compellas, ut ea¹⁹⁾ recolligat et restituat ecclesie memoratae. Quod si facere noluerit, eum vinculo anathematis non differas coercere.

CAP. IV.²⁰⁾

Si usurarius emit rem eo pacto, quod post tempus restituat eam venditori, recipiendo aliquid ultra sortem, fructibus tamen in ea computatis, iudicatur contractus foeneratilius.

Innocentius III. G.²¹⁾ Subdiacono nostro et P.²²⁾ Canonico²³⁾ Pisano.

Illo vos credimus scientiae dono vigere, quod super eo, de quo

nos consulere voluistis, quid iuris sit liquido cognoscatis. Quia tamen nostro postulas edoceri responso, ne sub ipsius expectatione responsi decisio negotii prorogetur, praesentibus vobis literis duximus respondendum. Sane per ceptas literas intimastis nobis, quod, quum causam, quae vertitur inter H.²⁴⁾ et B. filios G. de Cosa²⁵⁾ ex una parte, et G. filiam Teberti et heredes ipsius ex altera super quibusdam terris²⁶⁾, praefatis personis pro viginti tribus²⁷⁾ libris pignori obligatis, vobis duximus²⁸⁾ committendam, dantes vobis per literas nostras in mandatis, ut ipsam G. et heredes ipsius ad restituendas vineas, et quicquid ultra sortem perciperant ex eisdem, restituere conquerentibus per poenam in Lateranensi concilio contra usurarios promulgatam cogere curaretis, vos, ut iuxta mandatum nostrum procederetis in negotio memorato, partes citare curastis. Quumque essent in praesentia vestra constitutae, Ex²⁹⁾ parte praedictae G. et heredum eius³⁰⁾ fuit propositum coram vobis, terras³¹⁾, quas iidem H. et B. repetebant ab eis, non esse pignori obligatas, sed pure venditas, sicut in instrumento confecto exinde plenius continebatur³²⁾. Praefatus vero H.³³⁾ pro se ac fratre suo firmiter assererat, terras non esse pure venditas, sed pignori obligatas, quum venditioni praedictae talis fuerit adiecta conditio, ut, si a tempore contractus usque ad duos proximos annos praefato T. emptio displiceret, G. pater H. ab inde usque ad annum unum viginti sex libras, perceptis fructibus computatis in ipsis, dare deberet³⁴⁾, sicut in eodem instrumento assererat firmiter contineri. Verum³⁵⁾ quia, sicut in eisdem literis denotastis, ambigitis, utrum pura sit et absoluta venditio, an praefatus contractus pignus debeat iudicari, per nostras postulas literas edoceri. Nos autem consultationi vestrae taliter respondemus, quod qualiscunque fuerit intentio contraheptum, et ex forma contractus venditio non appareat³⁶⁾ conditionalis, sed pura, quamvis per conditionem possit resolvi, ex duobus tamen, quae in pacto fuerunt expressa, videlicet, quod fructus percepti deberent³⁷⁾ in solvenda pecunia numerari, et quod ultra summam receptam LX.³⁸⁾ solidi deberent³⁹⁾ persolvi, contra ipsum emptorem praesumitur vehementer, praesertim quum⁴⁰⁾ usuras consueverit exercere, fraudemque committere usurarum. Dat. Ferentini V. Non. Iul. [1203.]

CAP. V.⁴¹⁾

Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti.

Idem Episcopo Aquinati.

Ex literis fraternitatis tuae accepimus, quod, quum causam, quae vertitur inter R. de sancto Georgio et A.⁴²⁾ mulierem de sancto Germano, tibi duximus⁴³⁾ committendam, quum fere per biennium studuisses, ut eadem causa concordia finiretur, partibus non acquiescentibus, adscitis viris prudentibus, praedictae causae meritis diligentius examinatis, idem negotium de prudentum consilio ad nostram duxisti praesentiam remittendum, ea maxime ratione, quia videtur hoc ad regium iudicium specialiter pertinere. Si quidem probatum est evidenter, quod pro⁴⁴⁾ facinore a marito praedictae mulieris commisso eo fugam petente, tam frater mariti, praefatus⁴⁵⁾ videlicet R., quam ipsa mulier, licet minus iuste, ab R. comite Casertano tunc regio⁴⁶⁾ iustitiario⁴⁷⁾ capti fuerint, et de ipsius mandato honorum omnium delinquentis fuit facta distractio, et soluta est pecunia mercatori, qui a marito dictae mulieris vulneratus fuerat et rebus propriis spoliatus, per praedictum autem R. illorum honorum redditio facta fuit, de mandato tamen iustitiarii ante dicti, sed quaedam possessiones illius⁴⁸⁾ penes eundem R. mulieris sororium remanserant⁴⁹⁾, quas idem R. de mandato curiae retinuit, soluta pro eis pecunia praedicto⁵⁰⁾ mercatori, quia emptor alius, sicut dicit, propter pos-

Cap. II. 14) utrum: Reg. — 15) receperis: Comp. III. Ms. — 16) omitt. Reg. — 17) quod: Comp. III. Aug. — 18) omitt. ib. — 19) Nos igitur super his de mente tua scrupulum volentes dubitationis auferre, praesentium tibi significatione mandamus (prae. tibi m.: Aug. — praes. auctoritate tibi mand.: Ms.), quatenus, si quando praefati casus emergerint, in primo feudum: Comp. III., Reg. — 20) investias: Böhm. — 21) ipsum: C. R. L. H., Comp. III., Reg.

TIT. XXI. 1) obligationibus: C. R. 1. — Cap. I. 2) Restitutum ex Cap. Hincmari Rem. c. 11. — Burch. III. 104., IV. Decr. II. 139., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) clericus: Hincm. — 4) vadium: Hincm. — 5) nisi: urgente: omitt. Hincm. — quae ap. Böhm. — 6) extremae capitis verba sequuntur: sicut etc., delevismus, quum non exant in ipsa Rom. ed.

Cap. II. 6) Restitutum ex Greg. I. Reg. IV. 45. (A. 594.) — Comp. I. h. t. c. 2. — 7) Sancio defensori: Comp. I. Ms. — Sactatio def.: Aug. — Fantino def.: Reg. — 8) nullatenus: ib. — 9) si: Comp. I., Reg. — 10) ei de debito: Comp. I. Aug. — eidem debito: Aug., Reg.

Cap. III. 11) Restitutum ex App. XXIX. 1., Cass. XXVII. 1., Comp. I. h. t. c. 3. — 12) latore ucc.: C. R. 1. — 13) offic.: C. H. — officio: C. R. 1. — Ossecolco: Cass. — dictae Offetolon: App. — Offecole: Comp. I. Ms. — Offecolon: Aug. — 14) eas: C. R. 2. L. — 15) quia: App. — 16) mysteriis: Comp. I. Aug. — 17) asserit: ib. — 18) eius

ipsius: App. — eius ipsiadem: Cass. mendose. — 19) eas: C. H. — res ipsas pignoras recolligit et eas ecclesie restituat (restituet: App.) (quod si etc.: Coll. cit.)

Cap. IV. 20) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 110. — Comp. III. h. t. c. 1. — 21) Gualando: Comp. III. — Gualando: Reg. — 22) B.: C. R. 1. L. H., Comp. III., Reg. — canonicis Pisanis: Comp. III., Reg. — 24) H. et dil. fil. Guido de Cosa: Comp. III. Aug., Böhm. — H. et I. dil. fil. G. de Cosa: Ms. — Henr. et Handum filios Guidonis de Cosa: Reg. — 25) Foss: C. R. 1. — seq. ex una parte et: ex altera: omitt. Comp. III., Reg. — 26) vineis: ib. — 27) XXVI.: Comp. III. — XXIV.: Reg. — 28) duxerimus: Reg. — 29) pro: ib. — 30) heredum ipsius: Comp. III. Aug. — heredis ipsius: Ms. — heredum suorum: Reg. — 31) vineas: Comp. III. Ms. — terras et vineas: Aug. — 32) continetur: C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 33) Henr.: Reg. — 34) debuerit: Comp. III. — 35) Unde: C. R. 1. — 36) apparet: Comp. III. Aug., Reg. — apparet: Ms. — 37) debent: Comp. III. Aug. — 38) XL.: C. R. 1., Comp. III., Reg. — 39) debent: Comp. III., Reg. — 40) si: Reg.

Cap. V. 41) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 219. — Comp. III. h. t. c. 2. — 42) L.: C. H. — R.: Comp. III., Reg. — 43) duxerimus: Reg. — 44) abest a Comp. III. Aug. — 45) praedictus: Reg. — 46) regis: C. R. 2. L. — 47) iudiciario: Comp. III. — 48) abest a Comp. III., Reg. — 49) remanserunt: ib., C. R. L. H. — 50) omitt. Comp. III., Reg.

sessionum minutas non exstabat. Pars vero mulieris *firmiter allegabat, quod, quum dos omnibus creditoribus praefatur, et omnia bona mariti eidem mulieri propter dotem fuerint obligata, quum mulier in hoc non fuisset culpabilis, dotem suam amittere non debebat; propter quod* aestimationem dotis⁵¹⁾ instantius petebat sibi restitui⁵²⁾, vel in possessionem, quae mariti fuerant, ex officio delegationis induci, *asserens culpam viri sui nequaquam ei de iure debere nocere. Pars autem viri e contrario respondebat, se non debere ipsi super his aliquo modo respondere, quia nihil voluntate vel auctoritate sua distractum fuerat de bonis mariti mulieris ipsius, sed fiscus ea capi fecerat et mandaverat distrahenda, quod et testium assertione probavit. Saep̄ quum pars mulieris diceret, de possessionibus viri sui aliqua remansisse, quae distracta non fuerant, et ex eis sibi satisfieri postulare, ab utroque studiosius inquisiti, quanta fuisset pecunia, quae soluta fuerat mercatori, et ex confessione tibi constitit utriusque, quod de immobilibus usque ad XXIV. uncias auri alienatum exstiterat, sed praescriptus R. dicebat, se XVIII. uncias illis XXII. uncias addidisse, et XLII. unciam auri complevisse numerum mercatori. Allegabat quoque praedictus R., quod, quum quinque filii essent unius patris, et omnes in bonis paternis succederent, facta aestimatione totius hereditatis non proveniebat ad maritum mulieris ipsius de hereditate paterna quod ultra XXIV. uncias auri valeret. Quia vero ad nos eadem causa remissa non fuit sufficienter instructa, nec nobis constitit, utrum X. libras Tarenorum, quas petebat mulier, dedisset in dotem, aut idem R. aliquid possideat de bonis, pertinentibus ad fratrem suum, virum mulieris praedictae, nec potuimus examinationi causae insistere, tum quia in praesentia tua renunciatus fuerat allegationibus et probationibus, sicut dicitis, tum quia idonei et sufficientes ad nostram praesentiam non venerant responsales: eandem causam tui duximus examini remittendam; per apostolica tibi scripta praecipiendo* Mandamus⁵³⁾, quatenus, si tibi constiterit ex his, quae in praesentia tua fuerunt⁵⁴⁾ proposita et probata, quod mulier dicit⁵⁵⁾ viro dedisse in dotem, et praedictum R. de bonis fratris aliqua possidere, quum mulieribus favor multus⁵⁶⁾ in recuperandis dotibus debeat, et cautum *etiam* sit in iure, quod propter malefium viri mulier remanere non debeat⁵⁷⁾ indotata, quum etiam bona viri mulieris sint⁵⁸⁾ pro dote tacite obligata, et⁵⁹⁾ cum suo onere transierint⁶⁰⁾ ad quemlibet possidentem; R. praedictum eidem mulieri ad restitutionem dotis catenus *appellatione remota* condemnas, quatenus de bonis fratris sui praefati⁶¹⁾ nescit possidere. *Dat. Rom. ap. S. Petr. II. Id. Febr.* [1205.]

CAP. VI.⁶²⁾

Si creditor vel is, qui ab eo causam habet, tot fructus percepit ex pignore, quod satisfactum esse sorti, debet pignus restitui debitori.

Idem R.⁶³⁾ de Monte Fortino.

Quum contra *nobilem virum* G.⁶⁴⁾ civem Anagninum⁶⁵⁾ super quibusdam possessionibus, quas quondam pater tuus L. de Saul⁶⁶⁾ pro certa quantitate pecuniae obligaverat, et ipsius⁶⁷⁾ creditoris heredes praedicto G. pignorerant, movisses in nostra praesentia quaestionem, *tibi et ei dilectum filium P. de Saron. subdiaconum et capellanum nostrum concessimus auditorem. Constitutus igitur in nostra praesentia* legitime probavisti, quod *possessiones ipsae pignoris titulo fuerunt obligatae, ac* ex earum proventibus tantum fuerat tam⁶⁸⁾ ab eodem G. quam ab aliis, qui eas tenerant, a tempore, quo fuerant obligatae, perceptum, quod fructus sorti poterant adaequari. Nos igitur attendentes, quod in talibus perceptio fructuum in solutione sortis accedat, quum secundum canonicas sanctiones fructus restitui, et in sortem debeant computari, considerantes etiam, quod possessiones ipsae iam extenuassent penitus totum⁶⁹⁾ onus et debitum annullasset, *de consilio fratrum*

Cap. V. 51) eius: Comp. III., Reg. — 52) confirmari: Comp. III. — conferri: Reg. — 53) mandantes: Comp. III., Reg. — 54) fuerint: Reg. — 55) quantum dicit viri dedisset: ib. — 56) nullum: Böhm. — 57) debet: Reg. — 58) omitt. C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 59) abest ab iisd. — 60) transeant: C. R. L. — transierint: Comp. III. — 61) omitt. C. H. — praedicti: Reg.

Cap. VI. 62) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 3. — 63) L.: Comp. III. — 64) add.: Deentem: Comp. III. Aug. — Deentem: Ms. — 65) Anagninum: C. L. — Anagninum: C. H. — Anagninum: Cont. — Anagninum: C. R. L. — 66) L. de Saulis: C. R. 2. — Sauli de Saul: C. L. — Laudun. de Saulis: C. R. L., Comp. III. Aug. — Laudun. de Sal.: Ms. — 67) abest a Comp. III. — 68) tum... tum: C. R. L. H., Comp. III. Ms. — tunc... et: Aug. — 69) tuum: Comp. III. — 70) decernimus: ib.

Cap. VII. 71) Restitutum ex Reg. Bal. l. 33. — Comp. IV. h. t. c. un. — 72) Hug. comiti et Marsueto canonicis Pisanis: Reg. — 73) Roberto: Comp. IV. Ms. B. — Roberto: Aug., Böhm. — Rubeq: Reg. — 74) ad nostram noveritis (noveris): Comp. IV. Ms. A. B.) autentiam pervenisse: Comp. IV., Reg. — 75) omitt. C. R. L. H. — 76) Gulliciano:

nostrorum ipsas tibi restituendas esse decrevimus⁷⁰⁾, et te per nuncium nostrum in possessionem induci fecimus corporalem.

CAP. VII.⁷¹⁾

Si is, qui sub pacto legis commissoriae pignora rem suam, et iraverit non contravenire, iuste impeditus infra diem statutum non redemit, post diem redimere poterit.

Idem.⁷²⁾

Significante *dilecto filio* R.⁷³⁾ cive Pisano nobis innotuit⁷⁴⁾, quod, quum domum suam⁷⁵⁾ *cum horto* G.⁷⁶⁾ Pisano civi pro CCL.⁷⁷⁾ libris pignori obligasset, ac promississet praestito⁷⁸⁾ iuramento, quod, nisi domum ipsam statuto *inter eos* termino recolligeret⁷⁹⁾ *eundem* creditorem ulterius super ea⁸⁰⁾ minime molestaret, infra⁸¹⁾ statutum tempus per certum et fidelem nuncium, prout ei⁸²⁾ videbatur, creditori pecuniam numeratam remisit, quam idem nuncius, infideliter agens, sicut ei iniunctum fuerat non persolvit, et⁸³⁾ postmodum idem⁸⁴⁾ R. ab imperatore *captus pariter et* detentus⁸⁵⁾, dicto G. satisfacere non potuit ut debebat⁸⁶⁾. *Nunc per Dei gratiam libertati pristinae restitutus, paratus est pecuniam reddere creditori, licet ipse prorsus eam recusaret recipere, quia ei non fuit statuto termino persoluta.* Quum igitur pactum legis commissoriae sit in pignoribus improbatum⁸⁷⁾, et praedictus R., quantum in eo fuit, iuramenti debitum adimplevit⁸⁸⁾, quum per eum, quem certum *et fidelem* nuncium esse sperabat, pecuniam remisit termino statuto⁸⁹⁾, sed⁹⁰⁾, *dum fuit* in *imperiali* captione detentus, satisfacere non potuit⁹¹⁾ creditori, *discretionem vestrae praesentium auctoritate* mandamus, quatenus, si est ita⁹²⁾, praedictum creditorem, ut sorte *sua* contentus *existat*, pensionibus *praefati* pignoris computatis in eam⁹³⁾, *et domum* illam⁹⁴⁾ *et hortum* praefato⁹⁵⁾ R. omni dilacione postposita resignet, pacto tali vel iuramento nequaquam obstante, censura ecclesiastica⁹⁶⁾ *admonitione praemissa, sublato contradictionis et appellationis obstaculo*, cogatis⁹⁷⁾. *Datum Laterani.* [1198.]

CAP. VIII.

Usufructuarius cavet, quod fruatur rebus immobilibus salva ipsarum substantia, et pecuniam et aestimationem mobilium, quae consumuntur usu, finito usufructu restituit.

Gregorius IX.

Quum constet L. mulierem uxorem Ogerii⁹⁸⁾ quoad usufructum filio suo successisse in bonis, quorum proprietates ad M. mulierem uxorem C. dignoscitur pertinere, mandamus, quatenus eam ad cautionem idoneam exhibendam, quod utatur et fruatur salva rerum substantia rebus immobilibus, quae usu non consumuntur, ad arbitrium boni viri, pecuniam vero, si quam habuit vel habebit, ac aestimationem honorum, quae consumuntur usu, et in hereditate inventa fuerint, in morte sua dictae mulieri vel heredibus eius restituant, per censuram ecclesiasticam compellatis.

TITULUS XXII.

DE FIDEIUSSORIBUS.¹⁾

CAP. I.

Breve est, nec potest brevius summari.

Ex concilio Cantuariensi.²⁾

Clericus fideiussionibus³⁾ inserviens abiiciatur.

ib. — 77) CCLII.: ib. — 78) cautione praestita (praestiti: Aug.) iuramenti: ib. — 79) add.: i. e. redimeret: Comp. IV. Aug. — 80) eo: Cont., Böhm. — eam: Comp. IV. Ms. B. — his: Ms. A. — ea: C. R. L. H., Aug., Reg. — 81) qui infra: Comp. IV. Ms. A. — et intra: Aug., Cont., Böhm. — 82) omitt. C. R. L. — 83) Quinque: Reg. — abest a Comp. IV. — 84) praedictus: Comp. IV., Reg. — 85) del.: nulla pericula sustinuerit (sustinuit: Comp. IV.) et labores, nec dicto G. (omitt. Comp. IV. Ms. A.) satisfacere potuerit (Ms. A.: potuit): Comp. IV., Reg. — 86) debuit: Cont., Böhm. — 87) reprobatur: C. H. — 88) adimpleverit: Comp. IV. Aug., Ms. B., Reg. — 89) constituto, C. R. L. H., Comp. IV., Reg. — 90) et: Reg. — 91) potuerit: ib. — 92) si praemissis veritas suffragatur: Comp. IV., Reg. — 93) sortem: ib. — 94) illud: C. R. L. H. — ipsam: Comp. IV., Reg. — 95) praefati: Comp. IV. Ms. A. — 96) per censuram eccl.: Comp. IV., Reg. — 97) compellatis: ib.

Cap. VIII. 98) Ogerii: C. R. L. — Cap. I. 2) c. 27. can. Apost. — Burch. II. 173. — Iv. Decr. VI. 261., Comp. I. h. t. c. 3. — 3) fideiussionibus: Böhm.

alicui seu sigilla concedere, quibus possent ecclesiae obligari, decernentes, si secus fuerit attentatum, ad solutionem talium debitorum ecclesias non teneri. Si quis autem contra praemissa de cetero venire praesumpserit, ab administratione spiritualium et temporalium noverit se suspensum.

CAP. III.

Si clericus non habeat unde satisfaciat suis creditoribus, non debet excommunicari nec aliter molestari; praestabit tamen cautionem saltem iuratorum de solvendo, quum venerit ad pinguiorem fortunam.

Idem Decano et I. Canonico Tullensibus.⁵⁾

Odoardus⁶⁾ clericus proposuit, quod, quum P. clericus, D. 7) laicus et quidam alii ipsum⁸⁾ coram officiali archidiaconi Remensis super quibusdam debitis convenissent⁹⁾, idem in eum recognoscen- tem huiusmodi debita, sed propter rerum inopiam solvere non valentem, excommunicationis sententiam promulgavit. (Et infra:) Mandamus, quatenus, si constiterit, quod praedictus Odoardus in totum vel pro parte non possit solvere debita supra dicta¹⁰⁾, sententiam ipsam sine difficultate quilibet relaxetis, recepta prius ab eo idonea cautione, ut, si ad pinguiorem fortunam devenerit, debita praedicta perfolvat.

CAP. IV.

Conquerens se indebite solvisse, hoc probare debet, nisi in casu hicposito.

Idem.

Is, qui conqueritur, indebitam pecuniam se solvisse, probare tenetur, quod indebite sit soluta, nisi eius adversarius solutionem inficiens exinde vincatur. Tunc enim diffidenti onus incumbit probandi, quod debivum recepisset.

TITULUS XXIV.

DE DONATIONIBUS.

CAP. I.¹⁾

Potest intelligi duobus modis et secundum primum intellectum h. d.: Liberalis in donando existimatur se debere quod donat. Vel sic secundum alium intellectum: Promittentes aliquid donare, illud tanquam debitum adimplere tenentur.

Gregorius A.²⁾ Patricio Gallorum.³⁾

Prudentes viros, sicut estis, regibus adhaerere, multorum salamen est. Nam dum praestantiores sibi locum ad animae utilitatem datum intelligunt, certum est, quia mercedis causam, ubi inveniunt, non postponunt. Quanto igitur affectu quantaque devotione gloria se vestra in causis pauperum studio pietatis impenderit, dilectissimo filio nostro Candido presbytero renunciante comperimus. Sed quoniam hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponit⁴⁾, ut debere se quod sponte tribuit existimet⁵⁾, et, nisi in beneficium suis creverit⁶⁾, nihil se praestitisse putet, paterna dilectione salutantes gloriae vestrae supra scriptum presbyterum etc.⁷⁾

CAP. II.⁷⁾

Non valet donatio, quum facit praelatus inconsulto capitulo et in damnum ecclesiae.

Alexander III. Parisiensis⁸⁾ Episcopo.

Fraternitatem tuam credimus non latere, quod, quum episcopus et quilibet praelatus alius ecclesiasticus ecclesiasticarum rerum

sit procurator, non⁹⁾ dominus, conditionem ecclesiae meliorare potest¹⁰⁾, facere vero deteriore non debet. Accepimus autem, quod "bonae memoriae P." praedecessor tuus graves donationes "et onerosas ecclesiae" in rebus episcopatus "ad quorundam instantiam" fecit in detrimentum ecclesiae, suis canonicis "catholicis" inconsultis. Unde quoniam donationes huiusmodi de iure non tenent, "auctoritate apostolica" indulgemus tibi¹¹⁾, ut liceat tibi donationes huiusmodi tam a clericis quam a laicis legitime revocare.

CAP. III.¹²⁾

In considerando, an valet donatio facta per praelatum, debet attendi quantitas rei donatae et loci consuetudo. H. d. inhaerendo literae.

Idem Vigoriensis¹³⁾ Episcopo.

Ceterum, si abbatem "tuae dioecesis" donationem¹⁴⁾ cum priore et quibusdam de conventu "suo," vel solum¹⁵⁾ abbatem facere contigerit¹⁶⁾, et postea conventus pars¹⁷⁾ reclamaverit, datae rei quantitas, et illius terrae consuetudo, quae tamen sacris canonicis "manifeste" non obviet, est diligentius attendenda, et secundum hoc est¹⁸⁾ donum ratum¹⁹⁾ vel irritum iudicandum. "Verum quum alicui etc. [cf. c. 4. de cond. appos. IV. 5.]"

CAP. IV.²⁰⁾

Ecclesia non vacans in beneficium concedi non potest, sed in proprietatem sic; de auctoritate tamen episcopi, et sine praedictio praelati.

Idem Abbati S. Alberti.²¹⁾

Consultationibus (Et infra:) Donationes vero vel²²⁾ concessiones ecclesiarum²³⁾, si quae sunt privatis²⁴⁾ personis, viventibus illis, qui²⁵⁾ ipsas ecclesias possident, nullius debent esse momenti. Si religionis sunt locis ab²⁶⁾ episcopo vel eius auctoritate, ratae debent haberi, ita "quidem," quod personae, quae iam dictas ecclesias possident, sine ipsorum²⁷⁾ assensu eis in vita sua non debeant spoliari²⁸⁾.

CAP. V.^{28*)}

Non obstante iuramento de non infeudando de novo praelatus integrare potest feudum, si appareat vasallum in mensura fuisse deceptum.

Innocentius III. Episcopo Florentino.²⁹⁾

Per tuas "nobis" literas proponere procurasti, quod, quum quidam³⁰⁾ nobiles Florentini³¹⁾ "et potentes, prompti ad servitium et devoti," tempore schismatis "bonae memoriae Iustum" episcopum³²⁾ Florentinum in domo sua tenuerint³³⁾ "contra imperatoris suorumque fautorum insultus," idem episcopus, sedata schismatis tempestate, de mandato "felices recordationis" Alexandri Papae "praedecessoris nostri" quatuor modios terrae in feudum concessit eisdem, et, "eo postmodum viam universae carnis ingresso, bonae memoriae H." successor ipsius, prout est moris, de certo³⁴⁾ feudo praefatos nobiles investivit. Verum quum ipsi assignatam "sibi" terram mensurari³⁵⁾ fecissent, non nisi duos modios invenerunt, feudum³⁶⁾ integrari cum instantia postulantes. Super quo dubitas eo, quod non sunt in possessione ipsius, ne de novo videaris illud conferre, "licet tibi fidelitatem curaverint exhibere, et de quatuor modis fuerint investiti, antequam eorum petitioni duceres annuendum, sedem duristi apostolicam consulendam." Nos igitur attendentes, quod ecclesia³⁷⁾ in actibus suis fraudem³⁸⁾ non debet aliquam adhibere, "fraternitati tuae taliter" respondemus, quod feudum ipsum³⁹⁾ secure poteris⁴⁰⁾ "eisdem nobilibus" integrare, quum terra illa "nomine" quatuor modiorum ipsius fuerit assignata, "et iam dictus episcopus quatuor promiserit se daturum. Dat. Rom. ap. S. Petr. II. Id. Dec." [1205.]

Cap. III. 5) cantori Tullensi: C. H. — 6) Odoardus: C. R. L. H. — 7) T.: C. H. — 8) omitt. ib. — 9) convenirent: C. L. — 10) scripta: C. R. 2. L. H. —
TIT. XXIV. Cap. I. 1) Restitutum ex Greg. I. Reg. XI. 14. (A. 601.) — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Accepit: Comp. I. Ms. — Accepit: Aug. Reg. — 3) omitt. Reg. — 4) imposuit: C. R. 1. — ponit: C. R. 2. L., Comp. I. — 5) vestinet: Comp. I. Aug., Reg. — 6) exereverit: C. R. 2. —
Cap. II. 7) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 2. — 8) Papiensis Comp. I. — 9) et non: Cont., Böh. — 10) meliorem facere potest, non vero deteriore: C. H. — 11) fraternitati tuae: Comp. I. —
Cap. III. 12) Restitutum ex App. XXIX. 2., Cass. XXVII. 2., Comp. I. h. t. c. 3. et c. 2. de consuet. I. 3. — 13) Vigoriens: C. R. L. — W. Gor. — Cass. — Wigorn.: App., Comp. I. L. III. — add.: P. C. Meminimus: Cass., Comp. I. — cf. c. 3. Qui cler. vel vov. IV. 6. — 14) alius don.: Comp. I. Aug. — 25) vel sol. ubi: omitt. conc. — 16) contingat: C. H. — 17) partes reclamaverint: Cass. — 18) omitt. Comp. I. — 19) retum: Comp. I. Aug. Lib. I. —
Cap. IV. 20) Restitutum ex App. XV. 20., Lips. LII. 25., Cass. LIII.

18. Comp. I. c. 23. de iure patr. III. 33. — 21) Alb.: Comp. I. Ms. — Al-
bani: Aug., App. — Albini: Lips., Cass. — add.: P. C. Inconsulto:
App. — P. C. Consultationibus: Lips., Cass., Comp. I. — cf. c. 10. de off.
iud. del. I. 29. — 22) et: C. R. 1. — 23) omitt. App. — 24) a priv.:
Cass. — 25) quae: App. — seq.: ipsas: abest a C. H. — 26) ab ep. vel ei.
auct.: add. a Raym. — 27) ipsarum: C. R. 2., Lips., Cass., Comp. I. —
28) priorari: Cass. —
Cap. V. 28*) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 162. — Comp. III. h. t.
c. 2. — 29) Florent: C. R. 2. — 30) abest a Comp. III. — 31) Florentias:
C. L. — 32) episcopi: Comp. III. Aug. — 33) tenuerunt: Cont., Böh. —
retinuerunt: C. H. — retinuerint: C. R. 2. — 34) recto: Comp. III.,
Reg. — 35) assignari: Comp. III. Aug. — 36) unde ab antecessore tuo,
ut ipsi feudum integraret, cum instantia postularent, qui licet hoc ali-
quando se facturum promiserit: effectus tamen minime mancipavit. Ipsi
autem, ut tu praefatum feudum ipsi adimplere, assidue postulant et
instanter. At tu aliquantulum dubitans (dubitas: Aug.) eo, quod: Comp.
III., Reg. — 37) ecclesiam: decet: Comp. III. Aug. — 38) fraudem
vel dolum aliquem: Comp. III., Reg. — 39) abest a C. H. — 40) potes:
Comp. III., Reg.

CAP. VI.⁴¹⁾

In donationibus plenissima fit interpretatio, et ob hoc clausula onerosa post nullas donationes appositae proximam donationem tantum respicit. H. d. et est casus singularis.

Idem R. de Burg.⁴²⁾ et G. Barbur.⁴³⁾ Abbatibus.

Quum dilecti filii⁴⁴⁾ abbas et monachi de Melios⁴⁵⁾ proposuerint coram nobis, quod nobilis vir Alanus⁴⁶⁾ quasdam terras, ab "Wilelmo quondam" patre ipsius eorum ecclesiae "de Machelin" in elemosynam assignatas, violenter redigere cupiat⁴⁷⁾ in forestam, "vobis dedisse recolimus in mandatis, ut ipsum A. ab ipsorum super illis terris indebita molestatione desistere per censuram ecclesiasticam appellatione postposita cogeretis. Verum ut super causa ipsa mandatum apostolicum impleretis, diligentius procedentes in causa, partibus in praesentia vestra constitutis, testes receptis hinc inde, ac super attestacionibus eorum, ut etiam instrumentis, diu disputationibus ac disceptationibus habitis in causa ipsa, usque ad sententiae calculum processistis, et causam ipsam sufficienter instructam ad nostram audientiam remittentes octavas S. Andreae proximo praeteritis pro termino partibus assignastis. Parte igitur abbatibus et monachorum ad ipsius terminum veniente, tandem, quia pars adversa diutius expectata non venit, super instrumentis iam dictis, depositionibus testium et partis allegacionibus utriusque cum fratribus nostris tractatum habuimus diligentem, et inquisita veritate diligentius et discussa evidenter agnovimus, super ipsa causa sententiam pro iam dicto monasterio esse dandam. Ut autem per diligentiam vestram finis causae imponatur, eidem instrumentorum tenorem, depositiones testium, allegaciones etiam, prout ea receperamus, sigillorum vestrorum munimine consignata vobis sub bulla nostra remittimus interclusa, per apostolica vobis scripta praecipiendo. Mandamus⁴⁸⁾, quatenus "auctoritate nostra suffulti" ad sententiam pro ipso monasterio proferendam appellatione postposita⁴⁹⁾ procedatis, "contradictores per censuram ecclesiasticam cogentes, et facientes quod iudicaveritis auctoritate nostra firmiter observari," quum ex tenore instrumenti evidenter appareat, quod haec fuit mens et intentio donatoris, ut clausula de foresta, quae in fine ponitur instrumenti, non ad superiorem donationem, quae tam libera et pura fuit, ut immunis esset a vexatione⁵⁰⁾ et consuetudine saeculari, sed⁵¹⁾ ad inferiorem concessionem, quae pensionem et determinationem habet insertam, iuxta sanum referri debeat intellectum, quia in contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficiis quoque plenissima est interpretatio adhibenda. * Quod si non omnes etc. Dat. Anagninae II. Non. Mart. [1204.]

CAP. VII.⁵²⁾

Si episcopus in ecclesia, quum de consensu capituli pro loco concessit, percipiat certos proventus, illos donasse videtur; alioquin omnes proventus praeter cathedraicum retinet pro loco. Et si episcopus concessit de consensu patroni, intelligitur patronus donasse ius patronatus.

Idem Episcopo Heliensi.

Pastoralis officii (Et infra: [cf. c. 28. de off. iud. del. I. 29.]) Tuae "insuper" nos duxit discretio⁵³⁾ consulendos, si episcopus, consentiente patrono viris religiosis aliquam ecclesiam concedendo, hac utatur simplicitate verborum, "concedimus vobis illam ecclesiam: utrum eo ipso videatur "ecclesia illa" in eorum usus fuisse concessa, vel ius tantummodo patronatus. Nos autem inquisitioni tuae "taliter" duximus respondendum⁵⁴⁾, quod, si episcopus ecclesiam illis conferat de consensu patroni, profecto patronus quod suum est conferre videtur, ius videlicet patronatus, et episcopus "confert illud," quod "ipse" temporaliter obtinet in eadem, ut, si fructuum ecclesiae eiusdem aliquam recipiat⁵⁵⁾ portionem, in eorum usus illa portio convertatur. Quodsi ex ipsis proventibus nullam debeatur⁵⁶⁾ "episcopus" portionem habere, omnes proventus praeter cathedraicum in eorum usus credimus convertendos; sed, ut episcopi donatio sit legitima, consensus est sui capituli requirendus. * Explicari etc. [cf. c. 28. de dec. III. 30.] Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Ian. [1204.]

Cap. VI. 41) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 28. — Comp. III. h. t. c. 3. — 42) R. Gedebugen.: C. R. I. — R. Gedebugen.: C. I. H. — 43) G. Treburgen.: C. R. I. — G. Biburgen.: C. R. 2. — G. Hribien.: C. L. — G. Bibrurg.: C. H. — R. Gedebugen. (Gedebugen.: Ms.) et G. Hriburgen. abb. et mag. I. rectori ecclesiae de Bilchiale (Biscule: Ms.): Comp. III. — R. de Geclerwerdt, G. de Driburg et mag. T. rectori ecclesiae de Lilleschae: Reg., quae nomina ita corrupta sunt, ut ferri omnino nequeant; nos quidem scriptum fuisse suspicamus: Iedburgh, Dryburgh, monast. episc. de Roxburgh in Scotia, Lillieslaff (rectoria episc. eiusd.) — 44) dilectus filius: C. L. — 45) Nerilios: C. R. I. — leg.: Melros (sive: Melross) cum Comp. III., Reg. — 46) Alanus: Reg. — 47) cupiens in for., eos super his (ipsis: Reg.) indebita molestare, vobis: Comp. III., Reg. — 48) mandantes: ib. — 49) non obstante contradictione vel app. cuiuslibet: ib. — 50) ab omni exactione: C. R. 2., Reg. — 51) hoc: Comp. III. Ms. — sed hoc: Aug.

CAP. VIII.⁵⁷⁾

Possunt hospitalarii in praedictum suum se et domum suam alteri religiose domui subicere et donare. Hoc dicit secundum intellectum glossae.

Idem Florentino et Fesulano⁵⁸⁾ Episcopis.

Inter dilectos filios hospitalarios sancti sepulcri "de Pisis hospitalis Hierosolymitani ex una parte," ac fratres hospitalis S. Allucii "Luccanae diocesis ex altera" super eodem hospitali "S. Allucii" quaestione suborta, quum iidem hospitalarii super possessorio, quod semel et iterum, ex causis tamen⁵⁹⁾ dissimilibus, intentarunt, contrariam sententiam reportassent, deinde⁶⁰⁾ ad petitorium recurrentes, "per procuratorem suum coram dilecto filio Andrea subdiacono et capellano nostro, quem sibi et procuratori partis alterius audiatorem concessimus," proponere curarunt, quod, quum G.⁶¹⁾ quondam rector, et fratres⁶²⁾ ac patroni eiusdem hospitalis "S. Allucii" habito communi tractatu deliberassent hospitaliale ipsum hospitalarii supponere supra dictis, commiserunt⁶³⁾ in hoc tribus procuratoribus vices suas, communiter statuentes, ut quod per ipsos "super hoc" fieret acceptarent. Qui "postmodum ad praedictos hospitalarios accedentes" cum eisdem taliter staturunt, ut ad ipsum hospitale aliqui mitterentur, qui eorum nomine acciperent⁶⁴⁾ assignationem ipsius. Quum autem duos⁶⁵⁾ illuc de suis fratribus "propter hoc" transmisissent, ipsi⁶⁶⁾ "in camera praedicti rectoris" donationem et assignationem hospitalis "praedicti" tam "praefato" magistro quam a⁶⁷⁾ supra dictis procuratoribus et aliis eiusdem domus fratribus receperunt. (Et infra:) Procurator autem partis alterius⁶⁸⁾ ex adverso respondit, quod praedicta donatio debebat⁶⁹⁾ non immerito retractari, quoniam, multis ex fratribus inconsultis, a praedicto rectore ac paucioribus fratribus, excommunicatis "nihiloominus" et periuris, "eo" de re litigiosa "et" in fraudem plebani de Piscia⁷⁰⁾, qui super eodem hospitali moverat quaestionem, fuerat celebrata. "Et haec omnia proponebat sufficienter esse probata per depositiones testium productorum. Ad haec vero parte altera multipliciter respondente, hinc inde fuit aliquandiu disputatum." Attendentes igitur⁷¹⁾ "his et aliis intellectis, quae coram capellano praedicto partes proponere curaverunt, et ipsarum attestacionibus diligenter inspectis," quod fratres et patroni S. Allucii pro se, immo potius contra se "suam" turpitudinem allegabant, videlicet periuriam, excommunicationem et fraudem, non utique contra ipsos, sed ab ipsis commissam, et intelligentes, donationem ab eis "praefatis" hospitalariis factam puram ac simplicem extitisse, quia non deceptoribus, sed deceptis iura subveniunt, unde per ea, quae superius proposita sunt, se contra factum proprium legitime defendere non valebant, "quum et quaedam ex ipsis non fuerint comprobata, de consilio fratrum nostrorum" hospitale praedictum "S. Allucii" cum pertinentiis suis hospitalariis sancti sepulcri adiudicare curavimus ita, quod per hanc "nostrae definitionis" sententiam dioecessano episcopo et plebano de Piscia nullum praedictum generetur, quum res inter alios acta non debeat aliis praedictum generare.

CAP. IX.⁷²⁾

Donatio quinquagesimae vel centesimae, quam facit episcopus cum gravi ecclesiae suae detrimento, potest legitime revocari; nec etiam potest ultra quinquagesimam vel centesimam conferre, etiam cessante laesione ecclesiae, sine auctoritate superioris.

Idem Episcopo sancti Andreae.

Apostolicae sedis oraculum (Et infra: "Ceterum quum plerumque contingat, quod episcopi successice locis religiosis de redditibus, qui pertinent ad eosdem, ultra quinquagesimam conferant portionem ita, quod interdum usque ad tertiam partem vel quartam, interdum vero plus minusc huiusmodi redditus minuantur, tua fraternitas nos consuluit, utrum successoribus eorundem ea, quae taliter fuerint ultra quinquagesimam portionem concessa, liceat aliquatenus revocare. Nos igitur" Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, licet sit in canone diffinitum, ut, si quis episcoporum

Cap. VII. 52) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 169. — Comp. III. h. t. c. 4. — 53) fraternitas: C. H. — 54) respondemus: C. R. I. — 55) percipiat: Comp. III., Reg. — 56) debet: Comp. III. Aug.

Cap. VIII. 57) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 270. (in quo tamen integra non exstat), Comp. III. h. t. c. 5. — 58) Fesulan.: C. H. — Felusan.: Bihm. — Fesulano: Comp. III. Aug., Reg. — 59) abeat a C. R. I. — 60) demum: Reg. — 61) H.: Comp. III. Aug., Reg. — 62) patres: Reg. — 63) compromiserunt: Comp. III. — 64) recipient: C. R. H. L., Comp. III., Reg. — 65) fratrem (fratres: Aug.) M. et B.: Comp. III., Reg. — 66) idem: Reg. — 67) abeat a Comp. III. et Reg. — 68) istius: C. H. — 69) debeat: Comp. III. — 70) Prisca: C. H. per tot. — 71) Nos igitur... attendentes: Comp. III., Reg.

Cap. IX. 72) Restitutum (quantum oportuit) ex Reg. Bal. X. 45. | Comp. III. h. t. c. 6.

in parochia sua monasterium *forte* construere⁷³) voluerit, et de rebus ecclesiae⁷⁴), cui praesidet, ipsum dotare, non amplius ibidem quam quinquagesimam⁷⁵), ecclesiae vero, quam monasticis regulis informare vel pro suis⁷⁶) magnificare voluerit sepulchris, non amplius quam centesimam partem census ecclesiae, cui praest, debeat largiri; quia tamen in eodem canone consequenter adiungitur, ut haec temperamenti aequitas observetur, quod cui tribuit competens subsidium conferat, et cui tollit damna gravia non infligat, ea quidem cautela servata, ut unam tantummodo, quae placuerit ex his duabus, remunerationem assumat, hoc semper est observandum, quod unus episcopus vel alius non solum non debet⁷⁷) amplius, sed nec tantum, nec minus cum gravi ecclesiae suae⁷⁸) detrimento conferre, sive simul et semel id facere velit, sive pluries successive eisdem⁷⁹) vel diversis ecclesiis conferendo. Unde quum grave⁸⁰) detrimentum, sive de possessionibus sive de proventus, *vel* ad episcopalem mensam vel⁸¹) cathedralem ecclesiam pertinentibus, in quantalibet portione constiterit esse collatum, poterit legitime revocari, nisi praescriptione vel alia exceptione legitima actio huiusmodi excludatur. Nam, etsi prima facie praesumatur, quod collatio quinquagesimae vel centesimae partis grave non inferat⁸²) detrimentum, quia tamen non solum si saepe, sed etiam, si semel id fiat, ex variis circumstantiis deprehendi potest interdum *esse* valde damnosum, quod quidem magis potest ex ostensione *ipsius* facti, quam expressione alicuius statuti cognosci: nec quinquagesima⁸³), nec⁸⁴) centesima semel aut⁸⁵) successive debet cum gravi ecclesiae⁸⁶) damno conferri. Si vero in⁸⁷) tantum abundet episcopus, ut sine damno ecclesiae suae possit amplius etiam⁸⁸) quam per⁸⁹) quinquagesimam vel centesimam partem necessitati alterius ecclesiae subvenire, quamvis per se non debeat summam excedere a canone praefinitam, per quam incaute largiri volentibus est occursum: de superioris tamen auctoritate pontificis⁹⁰) potest etiam in maiori summa *ex eius copia* inopiae alterius provideri. *Dat. Lat. VIII. Id. Apr. Ao. X.* [1207.]

CAP. X.

Donatio potest per donatorem, non per heredem eius, qui tacuit, ob ingratitudinem donatarii revocari in casibus hic expressis.

Gregorius IX.

Propter eius ingratitudinem, in quem liberalitas est collata, donatoris persona de rigore iuris eam potuit revocare: si forte in ipsum impias manus iniecerit⁹¹), aut sibi atroces iniurias, seu grave rerum suarum damnum vel vitae periculum inferre praesumpserit⁹²); quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successores.

TITULUS XXV.

DE PECULIO CLERICORUM.

CAP. I.

Quaesitum a rectore ecclesiae, tempore promotionis nihil habente, praesumitur de bonis ecclesiae quaesitum.

Ex concilio Arelatensi.¹

Investigandum est, si nihil patrimonii habens presbyter, quando promotus²) est ad ecclesiasticum ordinem, postea³) emerit⁴) praedia, cuius iuris sint⁵), quoniam ecclesiae, ad quam nihil habens⁶) promotus est, esse debent iuxta canonicam auctoritatem.

Cap. XI. 73) *constituere*: Reg. — cf. c. 74. C. XII. qu. 2. — 74) *et hoc ex (de: Comp. III.) rebus ecclesiae, cui praesidet ipse dotare*: Comp. III., Reg. — 75) *add. partem*: Cont., Böhm. — 76) *suis propriis*: iid. — 77) *ut del.*: C. R. 1. — 78) *omitt.*: C. R. 2. — 79) *eisdem*: C. R. 1. H., Comp. III. Aug., Reg. — 80) *quod in grave*: Reg. — 81) *vel ad*: Comp. III. Ms. — 82) *ferat*: C. L. — 83) *in quinqu.*: C. R. 1. — 84) *vel*: Comp. III. Aug. — 85) *ac: ib.* — 86) *abest a Comp. III. et Reg.* — 87) *omitt.*: C. H. — 88) *abest a Comp. III. Aug.* — 89) *in: ead., Reg.* — 90) *abest a C. R. H. L., Comp. III., Reg.*

Cap. X. 91) *iniecit*: C. L. H. — 92) *praesumpsit*: C. R. 2. L. H. TIT. XXV. Cap. I. 1) c. 18. inter Cap. Hincemari Rem. — Reg. I. 219., Burch. III. 118., Iv. Decr. III. 94., Lips. XX. 2., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) *proventus*: Coll. citt., orig. — *prov. i. e. promotus*: C. R. — 3) *et post.*: Lips., Comp. I. — 4) *emit*: C. R. 1. — 5) *sunt*: Iv. — 6) *de nihil habente*: Reg., Burch., Iv., Lips. — *de nihil habentibus*: orig.

Cap. II. 7) c. 54. conc. Agath. (A. 506.) — Reg. I. 249., Burch. III. 119., Iv. Decr. III. 95., Lips. XX. 3., Comp. I. h. t. c. 2. — cf. c. ult. C. XII. qu. 4. — 8) *ex c. Aur.*: Comp. I. Ms. — *Auraisico*: Lips. — *Auraisico*: Reg., Burch., Comp. I. Aug. — 9) *dum*: conc. — 10) *emerit*: Reg., Burch., Iv. — 11) *omitt.*: Coll. citt. — 12) *ut . . . non discedat*: Iv.

Cap. III. 13) Cap. Reg. Fr. I. 156. et Reg. I. 218. — cf. conc. Carth. III. c. 49. (relat. in c. 1. C. XII. qu. 3.) ex quo allegant Burch. III. 121.,

CAP. II. 7)

De emptis per praelatum de bonis ecclesiae debet instrumentum confici nomine ecclesiae; alias debet praelatus ab administratione removeri.

Ex eodem.⁸

Presbyter, quum⁹) dioecesim tenet, de eis, quae superemerit¹⁰), ad ipsius¹¹) ecclesiae nomen scripturam faciat, aut¹²) ab eius, *quam tenuit, ecclesiae* ordinatione discedat.

CAP. III. 13)

Quaesita per episcopum post consecrationem suam ecclesiae relinquenda sunt.

Ex epistola Pii Papae.

Ut unusquisque presbyter res, quas post dies¹⁴) consecrationis acquisierit, propriae ecclesiae relinquat.

CAP. IV. 15)

Empta per praelatum ex emolumentis ecclesiae efficiuntur ecclesiae, licet praelatus emerit nomine alieno.

Ex concilio Remensi.

Inquirendum est, si quis¹⁶) presbyterorum de redditibus ecclesiae, vel oblationibus, vel¹⁷) votis fidelium alieno nomine res comparavit¹⁸), *et ibi structuras fecerit, vel quae ad ecclesiam pertinent ibidem collocaverit*; quia, sicut nec suo¹⁹), ita nec alieno nomine presbyter *vel quilibet sub regula foenus exercere, multo minus* fraudem facere de facultatibus ecclesiasticis debet: quoniam hoc sacrilegium est, et par crimini²⁰) *Ananiae et Sapphirae* et Iudae furis, qui sacras oblationes asportabat et furabatur.

CAP. V. 21)

Meliorationes, factae per praelatum in rebus ecclesiae, sunt suae in vita, etiamsi dimittat beneficium; sed de his testari non potest. H. d. secundum intellectum satis notabilem.

Ex concilio Toletano.²²

Si quis sane clericorum agella vel vineolas in terra²³) ecclesiae sibi fecissae probatur²⁴) sustentandae vitae causa, usque ad diem obitus sui possideat; verum post suum *de hac luce* decessum²⁵) *iuxta priorum canonum constitutiones ius suum* ecclesiae *sanctae* restituat, nec testamentario aut²⁶) successorio iure cuiquam heredum proheredumve²⁷) relinquat, nisi forsam qui episcopus pro²⁸) servitiis ac praestatione ecclesiae largiri voluerit.

TITULUS XXVI.

DE TESTAMENTIS ET ULTIMIS VOLUNTATIBUS.

CAP. I. 1)

Episcopus de rebus patrimonialibus testari potest; de rebus vero ecclesiae seu intuitu ecclesiae quaesitis testari non valet.

Gregorius IX.²) Antonio Subdiacono.

Quorundam ad nos relatione pervenit, quod I.³) Attellanae civitatis episcopus, *dum de hac luce migraret*, condito testamento in octo unciis *totius* substantiae suae unciis *suam* heredem instituit⁴), *et* ecclesiam suam in residuis quatuor. Hortamur ergo⁵) *experientiam tuam*, ut sollicite⁶) hoc⁷) discutias, null, quicquid⁸) ipsum habuisse patuerit, a qualibet persona detineri nulloatenus patiaris, nisi hoc solum, quod eum ante episcopatus ordinem pro-

Iv. Decr. III. 196. — Lips. XX. 4., Comp. I. h. t. c. 3. — 14) *diem*: Reg. Burch., Iv.

Cap. IV. 15) Restitutum, quantum oportuit, ex c. 19 inter Cap. Hincemari Rem. — Reg. I. 220., Burch. III. 123., Iv. Decr. III. 96., Lips. XX. 11., Comp. I. h. t. c. 6. — 16) *aliquis*: Coll. citt. — 17) *ac*: Reg., Burch., Iv., Comp. I., orig. — *a cunctis . . . alienum*: Lips. mendose. — 18) *comparaverit*: Reg., Burch., Iv., Comp. I., orig. — 19) *suo nomine*: Lips. — 20) *par criminis*: Iv. — *par crimen*: Reg., Burch., Comp. I. Aug., orig.

Cap. V. 21) Restitutum ex c. 4. conc. Tol. II. (h. A. 525.) — 22) Lips. XX. 12. (*corpore canonum p. F.* (i. e. coll. Ana. ded. V. 145.); *ex conc. Tol.*) — Comp. I. h. t. c. 7. — 23) *ferriis*: conc. — 24) *probatur*: ib. — 25) *decessum*: ib. — 26) *ac*: Lips., Comp. I. Ms., conc. — *nec*: C. R. 1. — 27) *heredi proheredive*: C. H. — 28) *abest a Lips.*

TIT. XXVI. Cap. I. 1) Restitutum ex Greg. I. Reg. IX. 77a — Lips. XX. 16., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Immo Greg. I. — *Annuo*: Lips. — *Anthemio*: Comp. I. Aug., Reg. — 3) *Importunus*: Coll. citt., Reg. — 4) *constituit*: C. H. — *instituerit*: Reg. — 5) *igitur*: Cont., Böhm. — 6) *solicite inquisitione*: Coll. citt., Reg. — 7) *abest ab iisd.* — *haec*: C. H. — 8) *et quicquid ecclesiae ipsius (illius: Lips.) esse patuerit*: Coll. citt., Reg.

prium habuisse constiterit. Quicquid vero ecclesiae⁹⁾ "vel" ante ipsius consecrationem fuisse cognoveris¹⁰⁾, vel in episcopatus ordine praedictum episcopum acquisivisse, in eiusdem ecclesiae dominio conservetur. ^{10*)} "ne quisquam exinde aliquid usurpare qualibet occasione praesumat."

CAP. II.¹¹⁾

Abbatissa testari non potest, etiamsi nunquam induisset habitum monachalem.

Idem.¹²⁾

Quia ingredientibus "monasterium convertendi gratia ulterius nulla sit testandi licentia, sed res eorum eiusdem monasterii fiant, aperta legis definitione decretum est." Gabina¹²⁾ abbatissa conquesta¹⁴⁾ est, S. quondam abbatissam monasterii sui, postquam regendi suscepit officium, condito testamento legata quibusdam reliquisse, dicens, eam usque in diem obitus sui non induisse habitum monachalem¹⁵⁾, sed in vestibus, quibus utantur loci illius presbyteri¹⁶⁾, permansisse, sicut et illa, quae ante ipsam fuerat abbatissa, et hoc paene ex consuetudine licuisse. (Et infra:) Necessarium¹⁷⁾ ergo visum est, "tam cum consiliariis nostris, quam cum aliis huius civitatis doctis viris, quid esset agendum, de lege tractare; qui tractantes responderunt," postquam "solemni more" abbatissa "ab episcopo" ordinata est et in¹⁸⁾ monasterio per annos plurimos usque ad obitum¹⁹⁾ praefuit, vestis qualitatem ad culpam forte episcopi pertinere²⁰⁾, qui eam sic esse permisit²¹⁾, non tamen potuisse²²⁾ praedictum monasterio irrogare²³⁾, sed res ipsius eidem loco, ex quo²⁴⁾ illic ingressa, et²⁵⁾ abbatissa constituta est, de iure²⁶⁾ competere. "Et ideo quia ex dimissis illicitis rebus etc."

CAP. III.²⁷⁾

Si infra annum a die monitionis non fit executio testamenti per debentem exequi, devolvitur executio ad episcopum.

Idem.²⁸⁾

Nos quidem "arbitramur, quod ad imminentiā expletionis piarum rerum ipse te tuus satis ordo compellat. Sed ne zelum tuum cuiuslibet interventus remissionis emolliat, de his etiam te specialiter iudicavimus exhortandum." Pervenit "sigidem" ad nos, S.²⁹⁾ de hac luce migrantem³⁰⁾ supremam voluntatis elogio monasterium praecipisse fundari, cuius desiderium³¹⁾ a T. religiosa femina eius herede protrahitur. Quamobrem te³²⁾ hortamur, ut eam³³⁾ commoneas, quatenus infra³⁴⁾ annum monasterium, quod³⁵⁾ iussum est, debeat ordinare, et cuncta secundum voluntatem defuncti sine altercatione construere. Quod si infra³⁶⁾ praedictum tempus "aliqua perficere negligentia vel calliditate distulerit, ut" sive in loco "eo," quo³⁷⁾ constitutum³⁸⁾ fuerat, seu "certe," si³⁹⁾ ibi non potest⁴⁰⁾, et alibi placet ordinari⁴¹⁾, tecum implere neglexerit, tunc per te

aedificetur, et omnia per te loco ipsi "venerabili" sine diminutione qualibet assignentur.⁴²⁾ Sic⁴³⁾ enim "et ante tremendum iudicem tuam sententiam remissionis effugias, et" secundum piissimas leges dilatas defunctorum pia voluntates episcopali docens est studio adimpleri⁴⁴⁾.

CAP. IV.⁴⁵⁾

Debetur legatum, quamvis nudis verbis a testatore sit relictum.

Idem Petro Subdiacono.⁴⁶⁾

Indicante (Et infra:) Cognovimus⁴⁷⁾ "antem" R.⁴⁸⁾ referente, quod⁴⁹⁾ moriens uxor Redempti "unam" concham argenteam nudis verbis iussit⁵⁰⁾ venundari, et suis dari libertis, et scutellam⁵¹⁾ argenteam cuidam monasterio reliquisse⁵²⁾; in quibus "utrisque" voluntatem eius per omnia volumus adimpleri⁵³⁾, "ne ex rebus minimis peccata maiora capiamus."

CAP. V.⁵⁴⁾

Non debetur legatum, quum testator rem non suam, sed ecclesiae legavit. H. d. simpliciter inherendo literae.

Idem T.⁵⁴⁾ Episcopo.

Filius noster F.⁵⁵⁾ "vir eloquentissimus ad nos veniens" conquestus⁵⁶⁾ est "nobis," quod quondam P.⁵⁷⁾ pater suus⁵⁷⁾ aliqua ecclesiae vestrae, sepulturae suae gratia, iuris alieni reliquit⁵⁸⁾. Et quidem⁵⁹⁾ leges saeculi hoc habent, ut heres ad solvendum cogatur, si auctor eius⁶⁰⁾ rem legaverit alienam. Sed quia lege⁶¹⁾ Dei, non autem lege huius saeculi vivimus, valde mihi videtur iniunctum, ut res⁶²⁾ tibi legatae, quae cuiusdam ecclesiae esse perhibentur, a te teneantur, qui aliena restituere debuisti.

CAP. VI.⁶³⁾

Heredi, non adimplenti iussa testatoris, ab episcopo interdicitur res a testatore relicta. H. d. inherendo literae.

Ex concilio Maguntino.⁶⁴⁾

Si heredes⁶⁵⁾ iussa testatoris non adimpleverint⁶⁶⁾, ab episcopo loci illius omnis res, quae eis relicta est⁶⁷⁾, canonice interdicitur cum fructibus et ceteris emolumentis, ut vota defuncti adimpleantur.⁶⁸⁾

CAP. VII.⁶⁹⁾

De bonis per ecclesiam acquisitis clerici testari non possunt.

Ex concilio Lateranensi.

Quum in⁷⁰⁾ officiis caritatis primo loco⁷¹⁾ illis⁷²⁾ teneamur obnoxii, a quibus beneficium nos cognoscimus⁷³⁾ recepiisse⁷⁴⁾, e contra⁷⁵⁾ quidam clerici, quum ab ecclesiis suis multa beneficia⁷⁶⁾

Cap. I. 9) vel ante ecclesiae ipsius (add.: consecrationem: Comp. I. Ms.) esse cogn.: Comp. I., Reg. — vel ante eccl. fuisse cogn.: Lips. — 10) agnovit: C. L. — 10*) reservetur: C. H.

Cap. II. 11) Restitutum ex eod. Reg. IX. 7. — Comp. I. h. t. c. 2. — 12) Januario ep. Caruliano: Reg. — 13) Gabina: Comp. I. — Quod quum paene omnibus notum sit, in magnam nos Gviniat abbatissam monasterii SS. Gvini et Luxorii insinuat admirationem perdidit, quod Siricum monasterii sui abbatissam, postquam regendi suscepit officium, condito test. legata quibusdam reliquisse. Et dum de sanctitatis vestrae sollicitudine quaeremus, cur res monasterio competentes ab aliis pertulerit delinere, communis filius Epiphanius archiepiscopus vester praesens inventus respondit, memoratum abbatissam usque . . . induci se monachica veste voluisse: Reg. — 14) quae Syria abbatissam: Comp. I. Aug. — quae in causa monasterii sui abbatissam: Comp. I. Ms. — 15) monachicam: Comp. I. Aug. — monachicam: Ms. — 16) presbyterae: Reg. — 17) Ad haec replicabat praedicta Gvini, hoc paene ex consuetudine licuisse, adeo ut abbatissam, quae ante superscriptam Siricum fuerat, talibus usum fuisse vestibus allegaret. Quum ergo de qualitate vestium nec nos mediocriter corpissimus ambigere, necessarium visum est: Reg. — 18) omitt. Comp. I. — in monasterii regimine: Reg. — 19) vitus suae transitum: ib. — 20) respicere: ib. — 21) permisit: ib. — 22) debuisse: C. R. 1. — 23) generare: C. H. — 24) eo, quo: Comp. I. — 25) abest a Comp. I. Aug. — 26) manifesto iure: Reg.

Cap. III. 27) Restitutum ex eod. Reg. IV. 8. — Comp. I. h. t. c. 12. — 28) Januario ep. Caruliano: Reg. — 29) Stephanum: Comp. I. Aug., Reg., Böhm. — 30) migrantem: Comp. I., Reg., Böhm. — 31) cuius desiderium Theodosia religiosa femina ab eius dilacione protrahitur: Comp. I. — cuius desiderium Theodosiae honestae feminae heredis eius fertur quod hactenus dilacione protrahitur: Reg. — 32) fraternitatem tuam: ib. — 33) praedictum feminam: Comp. I. — ut maximum de praedicta causa studium geras atque ante nominatam feminam commoneas: Reg. — 34) intra: Cont., Böhm. — intra annule spatium: Reg. — 35) ut: ib. — 36) intra: Cont., Böhm. — intra praedicti temporis melam: Reg. — 37) ubi: C. H. — 38) institutum fuerit: C. R. 1. — 39) omitt. Comp. I. Ms., Reg. — 40) poterit: Reg. — 41) add.: ecclesiam: C. R. 2. — 42) et dilacione interueniente negligitur, tunc volumus, ut fraternitatis tuae aedificetur studio, ordinatque omnibus res atque reditus, qui relicti sunt, per te loco ipsi venerabili sine imminutione aliqua auferantur: ib. — 43) sine minutione (diminutione: Ms.) aliqua auferantur: Comp. I. —

43) Sic enim etc.: omitt. C. R. 2. — 44) impleri: Comp. I. Ms. — supplere: Aug. — episcopali supples studio: Reg.

Cap. IV. 45) Restitutum (quantum oportuit) ex eod. Reg. II. 32. — Comp. I. h. t. c. 13. — 46) Petro subdiacono Siciliae: Comp. I., Reg. — add.: de diversis causis: Comp. I. Ms., ut de diversis causis in ipsa ep. ari significet. — 47) Cognovi: Comp. I., Reg. — 48) Romano: ib., Böhm. — 49) quia: Comp. I., Reg. — 50) iusserit: Comp. I. Ms. — dixerit: Reg. — 51) scutellam quoque: Comp. I., Reg. — 52) reliquit: Comp. I. — reliquerit: Reg. — 53) impleri: Comp. I., Reg.

Cap. V. 54) Restitutum ex eod. Reg. VIII. 3., Comp. I. h. t. c. 14. — 54*) Dono ep.: Comp. I. Aug. — Cono: Ms. — Dono ep. Messanensi: Reg. — 55) Faustinus: Comp. I., Reg., Böhm. — 56) questur: Reg. — 57) Pel: Comp. I. Aug. — Peltrius: Reg. — 57*) eius: ib. — 58) reliquerit: Comp. I., Reg. — 59) quaedam: C. H. — Et quidem quid de hac re saeculi leges habeant, et ipse novit, et nos auduimus, quia heres ad solvendum cogitur: Reg. — 60) si auctor eius aliena legaverit: Comp. I. Aug., Reg. — 61) quia fraternitas vestra (tua: C. R. 1.) lege (add.: vivit: Comp. I. Ms.) Dei, non autem lege saeculi: O. R. 1., Comp. I. — quia fraternitatem vestram lege Dei, non autem lege saeculi novimus vivere: Reg. — 62) calix electricus, et puer, qui cuiusdam ecclesiae in possessione eius praesens diocesis Consentinae ecclesiae (verba: in . . . eccl. omitt. Comp. I.) perhibetur, a tua fraternitate (a te: Comp. I.) tenetur. Quum enim et (omitt. Comp. I.) vir reverendissimus Palumbus (Palubus: Comp. I. Ms.) nunc episcopus, tunc vero (nunc . . . vero: omitt. Comp. I.) ita fuisse testatus est, vos omino (omitt. Comp. I.) eius fidei credere, et restituere (add.: omnia: Comp. I.) aliena debuisti: Comp. I., Reg.

Cap. VI. 63) cf. Cap. Reg. Fr. Add. III. 87. — Burch. XV. 34., Iv. Decr. XVI. 35., App. XLIII. 5., Lips. XXXII. 9., Cass. XLI. 7., Comp. I. h. t. c. 11. — 64) ex conc. Mar. C. I.: Cass. mendose. — ex conc. Maguntiensis c. 1.: Lips. — Moguntino c. 1.: Burch. — Moguntiensis c. 1.: App. — Magociensis: Comp. I. Aug. — 65) heres iussa testatoris non adimpleverit: Cass. — 66) implerint: Lips. — 67) relictae sunt . . . interdicitur: ead. — 68) implerentur: Coll. c. 11.

Cap. VII. 69) Restitutum ex conc. Lat. III. (hab. A. 1179). c. 15. — Lips. 17., Cass. VI. un., Comp. I. h. t. c. 4. — 70) abest a Comp. I. Ms. — 71) omitt. conc. — 72) illi: Comp. I. Aug. — 73) cognovimus: ead. — 74) accepit: conc. — 75) ecclesiae: Cass. — e contrario ecclesiastici: conc. — 76) bona: Cass., conc.

perceperint, bona⁷²) per eas⁷³) acquisita in alios transferre praesumunt. Hoc igitur, quia "et" antiquis canonibus constat inhibendum, nos "etiam atholomium prohibemus, et" indemnitati⁷⁰) ecclesiarum providere volentes, sive intestati decesserint, sive aliis⁸⁰) conferre voluerint, penes⁸¹) ecclesias eadem bona praecipuum remanere⁸²). "Practerea etc." [cf. c. 1. Ne prael. vices suas V. A.]

CAP. VIII.⁸³)

Moderatam eleemosynam de bonis per ecclesiam acquisitis clerici facere possunt, etiam in aegritudine constituti.

Alexander⁸⁴) III.⁸⁵)

Ad haec⁸⁶) praesentibus "litteris tibi" innotescat, quod clerici de mobilibus, quae per ecclesiam⁸⁷) sunt adepti, de iure testari⁸⁸) non possunt; viventes tamen et sui compotes moderate valent aliqua de bonis ipsis non ratione testamenti, sed eleemosynae intuitu erogare in aegritudine "etiam" constituti.

CAP. IX.⁸⁹)

De bonis propriis vel acquisitis intuitu personae clerici testari possunt, de acquisitis intuitu ecclesiae non.

Idem Vigiliensis⁹⁰) Episcopo.

Quia nos "tua duxit prudentia consulendos, utrum clerici saeculares de mobilibus rebus possint condere testamentum," Consultationi⁹¹) tuae taliter respondemus, quod, licet clerici⁹²) de his, quae paternae successione vel cognationis⁹³) intuitu aut de artificio sunt adepti, seu dono consanguineorum aut amicorum "suorum," non habito respectu ad ecclesiam, pervenerunt⁹⁴) ad ipsam, libere⁹⁵) disponere valeant. De his tamen, quae consideratione⁹⁶) ecclesiae⁹⁷) perceperunt⁹⁸), nullum de iure possunt⁹⁹) facere testamentum.

CAP. X.¹⁰⁰)

Valet testamentum, quod parochianus facit coram presbytero parochiali et duobus testibus, nec valet contrarium consuetudo. H. d. inherendo verbis litterae.

Idem Hostiensis¹⁰¹) Episcopo.

Quum esset, "frater episcopo," in nostra praesentia constitutus, "diligenti nobis narratione" proposuisti, talem in tuo episcopatu consuetudinem obtinere²), quod testamenta, quae fiunt in ultima voluntate "ab his, qui potestatem habent super alios," penitus rescindantur³), nisi cum subscriptione septem vel quinque testium fiant, secundum quod leges humanae decernunt. Quia vero a divina lege et sanctorum Patrum institutis⁴), et a generali ecclesiae consuetudine id noscitur esse alienum; quum scriptum sit: „In ore duorum vel trium testium⁵) stet omne verbum,"⁶) praescriptam consuetudinem "penitus" improbamus, et testamenta, quae parochiani "vestri" coram presbytero suo⁶) et tribus vel duabus aliis⁷) personis idoneis in extrema "de cetero" fecerint voluntate, firma⁸) decernimus permanere "et robur obtinere perpetuae firmitatis," sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis "praesumptione qualibet" huiusmodi rescindere audeat testamenta. "Practerea quum principes etc."

CAP. XI.⁹)

Valet ultima voluntas ad pias causas coram duobus testibus, et est causa singularis.

Idem Indictibus Velletribus.¹⁰)

Relatum est "auribus nostris," quod, quum ad vestrum examen¹¹)

"aliqua" super "testamentis" relictis¹²) ecclesiae causa deducitur, vos "secundum humanam, et non divinam legem in ea vultis procedere, et," nisi septem vel quinque idonei testes intervernerint¹³), "summo" inde¹⁴) postponitis¹⁵) iudicare. "Unde, quia huiusmodi causae de iudiciis ecclesiae, non secundum leges, sed secundum canones debent tractari, et his, divina scriptura testante, duo aut tres idonei testes sufficient, discretioni vestrae per apostolica scripta" Mandamus, quatenus, quum¹⁶) aliqua causa talis¹⁷) ad vestrum fuerit examen deducta, eam¹⁸) non secundum leges, sed secundum¹⁹) decretorum statuta tractetis, "et" tribus aut duobus legitimis²⁰) testibus requisitis²¹) "sitis contenti," quoniam²²) scriptum est: „In ore duorum vel trium testium stat²³) omne verbum."²⁴) "Dat. Beneventi Kal. Ian."

CAP. XII.²⁴)

De propriis potest testari clericus; in acquisitis per ecclesiam, etiam si sint mobilia, succedit ecclesiae vel successor; potest tamen aliqua servitoribus vel pauperibus largiri. Si autem defunctus habet plures ecclesias vel beneficia, fiet aequae divisionis inter illa.

Idem Electo et Capitulo Cassanensibus.

Relatum est auribus nostris, quod, quia statuimus in Lateranensi²⁵) concilio, ut bona per ecclesiam acquisita ad eam in²⁶) clericorum obitu devolvantur, dubitatis²⁷), an hoc sit de immobilibus tantum, vel de mobilibus sentiendum. "Responsio quoque nostro quaeritis edoceri, si praescripta bona in usus episcopi vel eius, qui clerico decedenti successerit, de iure transeant, vel communis ecclesiae utilitati debeant applicari. His itaque breviter" Respondemus, quod generaliter bona quaelibet per ecclesiam acquisita eis²⁸) debent iuxta Lateranense concilium post acquirentis obitum remanere. Nomine autem ecclesiae non "solum" episcopus²⁹) vel successor clerici morientis, ubi est collegium clericorum, sed communis congregatio³⁰) intelligitur, quae rerum illarum debet canonicam distributionem et³¹) curam habere. Ubi autem in loco defuncti³²) tantum unus est ordinandus, in ea bona, sicut et alia ipsius³³) ecclesiae, in Dei³⁴) timore dispenset. Licet autem mobilia per ecclesiam acquisita, "ut diximus," de iure in alios pro morientis³⁵) arbitrio transferri non possint, consuetudinis tamen est non improbandae, ut de his pauperibus, et³⁶) religiosi locis, et illis, qui³⁷) viventi servierant, sive consanguinei sint³⁸) sive alii, aliqua³⁹) iuxta meritum conferantur.⁴⁰) Ceterum, quae ex⁴¹) hereditate, vel artificio aut doctrina proveniunt, distribuuntur⁴²) pro arbitrio decedentis. Quia vero nonnulli in diversis ecclesiis beneficia possident, "ita distinguimus, ut" dividantur quae habuerant⁴³) per aestimationem congruam inter ipsos⁴⁴).

CAP. XIII.⁴⁵)

Tenet testamentum, si quis extremam voluntatem suam alterius dispositioni committit, et dicitur testatus non pias causas. H. d. secundum intellectum notabiliorum.

Innocentius III. Altissiodorensis Episcopo.

Quum tibi de benignitate (Et infra: [cf. c. 18. de verb. sign. V. 40.]) in secunda "vera" quaestione⁴⁶) dicimus, quod⁴⁷) qui extremam voluntatem in alterius dispositionem⁴⁸) committit non videtur decedere intestatus. "Dat. Laterani" [1202.]

Cap. VII. 71) tenent per eam acq.: Cass. — bona per ecclesiam acq.: conc. — bonu tamen per ecclesiam acq.: Comp. I. — bonu per ecclesiam acq.: Lips. — 78) eos: C. R. I. — 79) Indemn. igitur: Cass., Comp. I. — Ind. itaque: conc. — 80) alii: Lips., Comp. I. — 81) penes eandem ecclesiam: Cass. — 82) permanere: Lips.

Cap. VIII. 83) Restitutum ex App. XXIX. 8., Comp. I. h. t. c. 8. — 84) Cenomanensi ep.: App. — 85) add.: P. C. Tua nos: Comp. I. — cf. c. 1. de cler. per. l. 22. — 86) hoc: App. — 87) ecclesius: ead., Comp. I. — 88) restaurari: App.

Cap. IX. 89) Restitutum ex App. XXIX. 5., Cass. XXVII. 3., Comp. I. h. t. c. 6. — 90) Vigiliensis: C. K. — Panormitano ep.: Cass. — Panormitano archiep.: App. — 91) cura. tuae: omitt. Cass. — 92) omitt. Coll. cit. — 93) et cogn.: App. — 94) perveniant: ead. — 95) pervenerit: Cass., Comp. I. Aug. — pervenerint: Comp. I. Ms. C. R. 2. — 96) licite: C. H. — 96) de consideratione ecclesiastica: App. — 97) ead. suae: Comp. I. Aug. — 98) perceperint: Cass. — 99) potestunt: C. R. I.

Cap. X. 100) Restitutum ex App. L. 20., Comp. I. h. t. c. 9. — 1) Hubaldo Hostiensis (Ostiensis) Ang. episc. et archiepisc. (archiep.: ib.) et canonicis Velletri. (Velletri: ib.): Comp. I. — Hubaldo Ostiensis episc. et archiepisc. et canonic. Velletri. in XIII. libro Reg. Reg. App. — 2) inolevisse: ib., Comp. I. — 3) rescindantur: App., Cont., Böhm. — 4) statutis: App., Comp. I. — 5) ahest a C. R. I. — cf. Matth. XVIII. 16. — 6) omitt. C. H. — 7) ahest a C. R. I. — 8) et firm.: App.

Cap. XI. 9) Restitutum ex ipso orig., quod exstat ap. Alex. Borghiam Istoria della chiesa e Villa di Verelli (Nocera 1743.) p. 240. —

10) Velletriensibus: C. H., Cont. — Alex. Sero. Servor. Dei dil. fil. iudicibus Velletriensibus sal. et apost. ben.: orig. — add. in eodem libro (i. e. Reg. libr. I.): App. — 11) vestrae discussionis examen: ib., Comp. I., orig. — 12) omitt. App. — rel. eccl.: non exstant in orig. — 13) producti fuerint: Coll. cit., orig. — 14) exinde: ib. — 15) non proponitis: App. — 16) quod quum: C. L. — 17) super testamentis ecclesiae relictis: Coll. cit., orig. — 18) ea: Comp. I. Aug. — 19) sec. canones iuxta decretorum statuta: App. — 20) legitime: C. R. I. — 21) omitt. Comp. I., orig. — 22) quum in ore etc.: C. H. — 23) stabil: Comp. I. Ms. — stel.: orig. — cf. Matth. XVIII. 16.

Cap. XII. 24) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 25) omitt. Comp. II. Ms. B. — 26) post . . . obitum: Comp. II. Ms. A. — 27) dubitas: ib. — 28) et: C. R., Comp. II. — 29) ep. intelligitur: Comp. II. — 30) congreg. rerum: Comp. II. Ms. B. — 31) aut: Comp. II. — 32) decedentis: ead. — 33) eiusdem: Comp. II. Ms. A. — 34) cum Dei: C. L. — in timore Domini: Comp. II. Aug., Ms. B. — cum timore disp.: Comp. II. Ms. A. — 35) decedentis: Comp. II. — 36) omitt. Comp. II. Aug., Böhm. — 37) quae: C. H. — 38) fuerint: Comp. II. — 39) omitt. C. R. I., Comp. II. — 40) conferatur: ead. — 41) omitt. ead. — 42) dividantur: ead. — distribuuntur: Cont., Böhm. — 43) habuerint: Comp. II. Aug. — quod habuerit: Ms. A. B. — 44) ipsas: C. R. I. — int. ips.: omitt. Comp. II.

Cap. XIII. 45) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 40. — Comp. III. h. t. c. 1. — 46) ahest a Comp. III., Reg. — 47) omitt. C. H. — 48) dispositione: C. R. I. H., Reg. — dispensatione: Comp. III.

CAP. XIV. 49)

De relictis ecclesiae petit episcopus partem suam, licet aliquid fuerit sibi a testatore relictum; nisi eo modo et non in fraudem fuerit relictum a testatore, quod maneret ex parte contentus, et legatum agnoverit.

Idem C. 50) tit. 8, Laurentii in Lucina Presbytero cardinali. 51)

Officii 52) (Et infra: [cf. c. 38. de elect. I. 6.]) Secundo quaesivisti, quum quis in testamento relinquit episcopo propriam portionem, et alia multa monasteriis vel ecclesiis aliisque dimittit, utrum episcopus ex illis legitimam possit petere portionem, adiciens, an, quum aliquis ex testamento in fraudem modicum constituerit mortuarium, et alia dimiserit pro anima sua plura, nihilominus possit episcopus exigere portionem de aliis a canone constitutam. Nos autem super his Consultationi tuae taliter respondemus, quod, si portionem illam cum conditione legavit episcopo, ut esset ea 53) sola contentus, et eam episcopus acceptavit, quia per hoc alius 54) renunciasse videtur, de ceteris non poterit 55) exigere portionem. Quod si eam ipsi 56) absolute reliquit 57), portionem sibi debitam poterit nihilominus de ceteris vindicare. Si vero constiterit, quod in fraudem modicum constituit mortuarium, ut in ceteris episcopus portione debita 58) fraudaretur, quia fraus et dolus alicui patrocinari non debent, episcopus portionem ex illis poterit exigere a canone constitutam, salvis indulgentiis Romani Pontificis 59), quae quibusdam regularibus sunt concessae. *Requisisti etc. [cf. cap. seq.]*

CAP. XV. 60)

Relictum episcopo contemplatione personae, non dividitur cum ecclesia cathedrali; secus, si contemplatione ecclesiae, sive nihil relinquatur ecclesiae sive aliquid, sive coniunctum sive separatum. Si autem soli ecclesiae est factum relictum, episcopus habebit portionem canonicam. Praesumitur autem relictum contemplatione ecclesiae factum, quando fit ab extraneo habente administrationem, secus, si fiat ab administrationem non habente. Cum ecclesiae vero inferioribus episcopus non dividit sibi relictum, quia non est sibi tanta communio cum ecclesiis inferioribus, sicut cum cathedrali.

Idem:

Requisisti 61) de his, quae testator pro anima sua legat in ultima voluntate, qualiter sint inter episcopum et ecclesiam 62) dividenda. Et quidem regulariter verum est, quod episcopus debet de his secundum diversas consuetudines tertiam vel quartam portionem habere; sed considerandum est diligenter, utrum testator 63) leget hoc modo: „relinquo, inquit, istud episcopo, an: „relinquo istud ecclesiae;“ vel: „relinquo istud episcopo et ecclesiae;“ an: „relinquo istud episcopo et relinquo illud ecclesiae.“ In primo casu distinguendum est, utrum relinquatur illud episcopo ab extraneo, an a propinquo 64). Si ab extraneo, generaliter verum est, quod 65) praesumitur 66) esse relictum intuitu 67) ecclesiae, non personae. Unde cathedralis ecclesia de illo potest canonicam petere 68) portionem, quemadmodum episcopo competit sua portio 69), si aliquid ipsi ecclesiae relinquatur. Et hoc utique 70) verum est, nisi testator exprimat, quod velit illud tantum esse episcopi, non ecclesiae. In quo casu servanda est dispositio testatoris; secus autem, si exprimat, quod velit esse illud tantum ecclesiae, non episcopi; quia privata dispositio testatoris non potest generalem constitutionem canonis 71) immutare. Nec est contrarium, quod in canone 72) legitur, videlicet quod pontifices, quibus ab extraneis aliquid aut cum ecclesia aut sequestratum 73) dimittitur aut donatur, quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animae suae, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium 74), sed quasi dimissum ecclesiae inter facultates ecclesiae computantur 75), quoniam hoc est verum, quum testator ita sequestratum 76) legat illud episcopo, quod non exprimit, utrum velit ad episcopum tantum, et non ad ecclesiam pertinere. Si vero relinquatur illud

episcopo a propinquo, praesumitur esse relictum non intuitu ecclesiae, sed personae, nisi forte 76) contrarium probaretur, et de isto nihil potest ecclesia petere in vita eius. Quod si relinquatur 77) episcopo et ecclesiae, de illo canonica inter ipsos est divisio facienda. Si vero istud episcopo, et 78) illud ecclesiae relinquatur, sive aequalia sive inaequalia sint relictum, reducenda 79) sunt ad divisionem canonicam 80) inter episcopum 81) et ecclesiam cathedralem, nisi ambo 82) velint esse testatoris dispositione contenti; quam propter ultimae voluntatis favorem satis decens est 83) observare, ubi neque fraus intervenit, neque dolus, neque 84) quisquam nimium defraudatur 85) debita portione. Secus autem est, si aliquid legatur episcopo, et aliqua 86) capellis vel monasteriis aut aliis piis locis. Nam in hoc casu quod legatur episcopo eius est praecipuum cum ecclesia cathedrali, quemadmodum si cuilibet alii legaretur. Et de illis, quae aliis 87) legantur, portionem canonicam nihilominus obtinebit, quoniam non est tanta communio inter episcopum et inter capellas et 88) monasteria seu alia pia loca, quanta est inter episcopum 89) et ecclesiam cathedralem, cui est spirituali coniugio copulatus. Unde quae acquirit episcopus non illis, sed isti 90) tantum acquirit. Illud autem est generaliter observandum circa eum, qui potest 91) proprium 92), possidere, praelationem vel administrationem ecclesiae non habentem, quod si ei aliquid specialiter relinquatur, non solum a propinquo, verum etiam ab extraneo, intelligitur esse relictum non intuitu ecclesiae, sed personae, nisi probatio in contrarium appareret. Et idcirco de illo nec episcopus, nec ecclesia potest in vita eius sibi aliquid vindicare. Et 93) hoc intelligitur esse verum, quum fraus minime procuratur, quae, si 94) detecta fuerit, patrocinari non debet. *Significasti praeterea etc. [cf. c. 9. de poenit. I. 38.]*

CAP. XVI. 95)

In bonis patris, matris et aviae habet quis debitam iure naturae, in qua gravari nequit; et filius, rogatus de restituenda hereditate sub conditione, detrahit debitum iure naturae et Trebellianicum, in qua computatur fructus post litis contestationem percepti.

Idem Episcopo Tuscano. 96)

Raynutius 97) de Clera, duas habens filias, Alferocham 98) videlicet et Adiectam 99), matrem insuper Cleram, et uxorem nomine Adelsiam 100), in extremis positus condidit testamentum, Alferochae filiae pueri ultra dotem, quam ei dederat, domum et quandam hortum in eodem testamento relinquens. Adiectae vero impuberi reliquit cetera bona sua, adiciens, ut Alferocha et soboles 1), quam gestabat in utero, quum eo tempore praegnans esset, eidem impuberi 2) succederent 3), si abaque liberis moreretur. Tutoribus insuper, quos Adiectae impuberi filiae dederat, idem testator inivit, ut eandem cum omnibus bonis suis matrimonio copularent. Mortuo itaque 4) testatore tutores impuberis eam 5) cum omnibus bonis suis, eidem relictis a patre, iure Lombardo 6) cuidam Petro nomine tradiderunt. Quae, quum per quadriennium cohabitasset eidem, filium ex eo 7) suscipiens, tandem sine liberis est defuncta; cuius bona idem P. maritus eius, superstes aliquanto tempore, possedit in pace. Qui, cum alia muliere 8) matrimonium contrahens, et filios suscipiens ex eadem 9), diem clausit extremum. Postmodum inter Alferocham et filium eius Montanellum ex una parte, ac filios eiusdem P. 10) et Raynerium 11) tutorem eorum ex altera super bonis praedictis eiusdem Adiectae suscitata materia questionis, coeperunt coram G. 12) iudice Tuscanensi ad invicem litigare, coram quo Alferocha et M. filius eius bona quondam Raynutii 13), patris eiusdem Alferocae, tanquam ex causa fideicommissi vel substitutionis sibi debita petierunt, Raynerio tutore filiorum praedicti P. 14) ex adverso dicente, quod obstabat illis annalis praescriptio, usucapio pro dote ac longi temporis 15) silentium diuturnum. Insuper allegabat 16), quod de bonis illis tam tertiam Clerae, praec-

C. XIV. 49) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 262. — Comp. III. h. t. c. 2. — 50) Cynthio: Reg. — 51) add.: ap. sed leg.: Comp. III. Reg. — 52) Officium: Comp. III. Aug. — 53) illa: Cont., Böhm. — 54) abest a Comp. III. Ms. — 55) non pot.: desid. ib. — possit: C. L. — 56) sibi: C. R. 1. — 57) relinquit: Comp. III. Aug. — 58) sibi deb.: C. R. 2. L. — 59) Romanorum Pontificum: C. L., Comp. III. Reg.
 Cap. XV. 60) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 3. (ex quo in ipsum etiam Reg. a Baluzio reductum est.) — 61) add.: a nobis: C. H. — 62) ecclesiae: Comp. III. — 63) testatus: Comp. III. Aug. — 64) aut prop.: Cont. — 65) quis: C. R. 1. L. — 66) praesumatur: C. L. — seq.: esse: omitt. C. H. — 67) totum intuitu: C. L. — 68) exigere: C. R. 1. — 69) sua port.: omitt. C. H. — 70) canonum: ib. — 71) cf. c. 3. C. XII. qu. 3. — 72) sequestratum: Comp. III. Aug. — 73) omitt. C. H. — 74) computabit: C. H., Comp. III. — 75) sequestratum: Comp. III. Aug. — 76) abest a C. R. L. — 77) relinquitur: Comp. III. Aug. — 78) abest a C. H. — 79) dudenda: Comp. III. Ms. — 80) can. faciendam: Comp. III. Aug. — 81) ipsum alius episcopum: C. R. 2. — 82) omitt. C. H. — 83) dec. est, sed non necessarium: Comp. III. Ms. — 84) ne: Cont., Böhm. — 85) defraudetur: Böhm. — defraudaretur: Cont. — 86) aliquid: C. R. 2., Comp. III. — 87) illis, quae illis: C. R. 1. — illis, quae his: Comp. III. Aug. — his, quae illis: Ms., C. R. 2. H. — 88) omitt. C.

R. L., Comp. III. — 89) ipsum: C. R. 2., Comp. III. Aug. — 90) istis, sed illis: C. H. — 91) possit: ib. — 92) proprium: Comp. III. Aug. — 93) abest ab C. R. 2. — 94) si sibi: C. R. 1.
 Cap. XVI. 95) Restitutum ex Comp. III. c. 13. de sent. et re iud. II. 18. Litterae iisdem fere verbis conscriptae: Alferocae mulieri et Montanello nato eius, Dud. Viterbii II. Id. Sept. Jo. C. exstant ap. Bal. X. 123. — 96) Tuscul.: C. R. 2. — Tuscon.: Comp. III. Ms. — Tuscanensi: Comp. III. Aug. — 97) Raynutius: C. R. 1. — Ranucius: C. R. 2. — Ranucius: Comp. III. Ms. — Ranucius: Aug. — 98) Alferocham: Comp. III. Aug. — 99) Alferocham: Comp. III. Ms. — 100) Adelsiam: C. R. 2. — Adelsiam: Comp. III. Ms. — 1) add.: eius: C. R. 1. — 2) Adiectae: Comp. III. — 3) succederet: C. R. 1. — 4) omitt. Comp. III. — 5) ipsi Adiectae: ead. — 6) Longobardorum: Cont. — 7) ab eo: C. R. 1. — et ex eo filium suscipisset: Comp. III. — 8) add.: postmodum: C. H. — 9) ea: Comp. III. Ms. — 10) Petri: Comp. III. — 11) Raynerium: Comp. III. Ms. per tot. — Raynerium: Aug. — Raynerium: C. R. 2. per tot. — 12) Guezo: Comp. III. Ms. — Guezo: Aug. — 13) Raynutii: Comp. III. per tot. — 14) Petri: Comp. III. Böhm. — 15) a longis retro temporibus: Comp. III. Aug. — 16) allegabant idem tutores: Comp. III. — allegabant dicti tutores: Cont.

dicti R. matris testatoris, et tertia Adelasiae uxoris eiusdem, quam *etiam* quarta per Trebellianum nomine ipsius Adiectae erant ante omnia deducenda. Dicitur vero iudex, *utriusque partis allegationibus et rationibus diligenter inspectis*, supra dictum Raynerium tutorio¹⁷) nomine pupillorum in restitutione¹⁸) honorum¹⁹) *quorundam* Raynutii condemnavit, tertia²⁰) Clerae primo deducta, quam Adiectae ac viro suo donaverat²¹), de qua in substitutione²²), quam fecit Raynutius, non videtur²³) aliquatenus cogitasse; deducta quoque tertia²⁴) Adelasiae, quam ipsa P.²⁵) vendiderat supra dicto. Praecipit etiam idem iudex, de his rebus illas tertias deducendas, de quibus deduci poterant secundum Tuscanae²⁶) consuetudinem civitatis. Deduci praeterea²⁷) quartam per Trebellianum idem iudex iniunxit²⁸), quum etiam quilibet extraneus restitutione gravatus eam deducere potuisset; sed utraque pars ab illa sententia provocavit. (*Et infra*.) Quum²⁹) autem coram G. diacono cardinali audire a nobis concessio fuisset diutius litigatum, ipse *habito consilio peritorum* de mandato nostro sententiam supra dicti *Guezii* iudicis, videlicet³⁰) in eo, quod dixit³¹), tertiam Clerae, et tertiam Adelasiae integraliter deducendas, *idem cardinalis* pronuntiavit iniustam, et ab ea legitime provocatum, diffiniens, sic illas tertias deducendas, ut legitima portio, iure naturae debita Alterochoae, illi salva sit in utraque; ad cuius restitutionem dictum *deinde* Raynerium³²) condemnavit. In eo vero, quod quartam *partem* per Trebellianum idem iudex³³) censuit retinendam, sententiam confirmavit eiusdem, ita videlicet, quod fructus, de bonis ipsius³⁴) a tempore litis contestatae percepti a³⁵) praedicto Petro et filiis eius post mortem Adiectae, computentur in ea. Qui si suffecerint ad quartam et fructus eius, eo nomine alia deductio nulla fiat; alioquin iuxta quantitatem fructuum perceptorum computationis ratio habeatur. Quia vero pater Adiectae ipsam in legitima non potuit aggravare, legitimam ipsam, videlicet eius partis, quae sibi³⁶) debebatur ab intestato, deducendam censuit, et etiam retinendam³⁷), ita *videlicet*, quod deductio fiat tantummodo de his rebus³⁸), de quibus secundum Tuscanae consuetudinem civitatis fieri consuevit. In eo autem, quod praenominatus iudex³⁹) condemnavit Raynerium nomine pupillorum *snorum* ad residuum⁴⁰) restitutionem Alterochoae ac eius filio faciendam, ipsius sententiam confirmavit. Nos igitur, eiusdem cardinalis sententiam *exigente iustitia promulgatam* ratam habentes, ipsam auctoritate apostolica confirmamus.

CAP. XVII.

Episcopus compellit fideicommissarios seu executores testamenti ad exsequendum pios voluntates defunctorum, etiam si testator hoc interdixisset.

Gregorius IX. *Namon*.⁴¹) *Episcopo*.

Tua nobis fraternitas intimavit, quod nonnulli, tam religiosi quam clerici saeculares et laici, pecuniam et alia bona, quae per manus eorum ex testamentis decedentium debent in usus pios expendi, non dubitant aliis usibus applicare. Quum igitur in omnibus piis voluntatibus sit per locorum episcopos providendum, ut secundum defuncti voluntatem universa procedant, licet etiam a testatoribus id contingeret interdici; mandamus, quatenus executores testamentorum huiusmodi, ut bona ipsa fideliter et plenarie in usus praedictos expendant, monitione praemissa⁴²) compellat.

CAP. XVIII.

Filius, rogatus restituere hereditatem, detrahit tertiam iure naturae, et quartam Trebellianicam, in quibus potest legata relinquere, heredes instituire, et poenam imponere.

Idem.

Raynaldus Peponis filius, heres ab ipso institutus hoc modo, ut patruis suis hereditatem restitueret, si aliqui filii masculini moreretur, cum eis mortuo Pepone super quibusdam bonis hereditatis eiusdem in tres arbitros compromisit, quorum duo, mortuo reliquo, prout ex forma compromissi poterant, procedentes, taliter arbitrati fuerunt, quod neutra pars haberet licentiam transferendi quocumque modo in aliam res praedictas, nisi in eorum filios mascululos ex ipsis legitime descendentes, et quod contra hoc fieret non

valeret. Porro dictus R., prolem non habens, condidit testamentum, in quo medietatem partis suae de rebus praedictis quibusdam avunculis suis, aliam vero medietatem et reliqua bona paterna uni ex patruis suis et eius filiis legavit, adiiciens, ut bona, in quibus ex testamento vel ab intestato dicti heredes R. possent succedere, si venirent contra legatum dictis avunculis suis debitum, ad ipsos pro determinatis portionibus devenirent. Demum eodem R.⁴³) naturae debitum persolvente, ac uno ex patruis hereditatem adeunte praedictam, quum dicti avunculi adversus eundem patruum ac filios eius coram iudice communitatis⁴⁴) Urbenatensis⁴⁵) moverunt quaestionem, petendo pro rata, quae ipsos contingit, legatum praedictum, et restitui eis, si contra ipsum illi venirent, quaecumque occasione testamenti eiusdem R. ad ipsos pervenerant vel poterant pervenisse⁴⁶), praefatus iudex, ab illorum impetitione super legato ipsos absolvens, ad restitutionem aliorum bonorum sententialiter condemnavit eosdem. A cuius sententia quum ambae partes ad nostram audientiam appellassent, petente utraque parte dicti iudicis sententiam infirmari, quatenus contra se fuerat promulgata, et quatenus pro se faciebat, executioni mandari, dilectus filius noster O. sancti Nicolai in carcere Tulliano⁴⁷) diaconus cardinalis lite coram se⁴⁸) legitime contestata, quoniam idem R. habebat in bonis quondam Peponis patris sui tertiam partem debitam iure naturae, in qua gravari nequivit, nec non quartam Trebellianicam, quam quilibet extraneus restitutione gravatus deducere potuisset, propter quod in rebus praedictis avunculis legatis portiones easdem habuit R. praefatus, easque potuit in ultima voluntate legare, ac per hoc legatum tenuit usque ad tertiam et quartam praefatas, licet ipsas non expresserit in legando, pronuntiavit, non obstante praemisso arbitrio, quod nec⁴⁹) legatum teneret, non⁵⁰) poterat impedire, iudicem ipsum in eo, quod super hoc dictum patruum in totum absolvit, qui confessus est, se⁵¹) pro medietate possidere praedicta, perperam iudicasse, condemnavitque ipsum ad restitutionem medietatis tertiae et quartae partis ipsius legati pro rata, quae dictos avunculos de ipso contingit, et in residuo praefati iudicis sententiam confirmavit. Ceterum in eo, quod idem⁵²) iudex dictum patruum et eius filios totaliter in aliis, quae in secundo articulo petita fuerant, condemnarat⁵³), male ipsum pronunciasse decrevit, quia filii eius contra voluntatem testatoris non inveniuntur aliquid commississe, quum nihil de petitis reperti fuerint⁵⁴) possidere. Verum in portione, quam patruus habebat in bonis illis ratione quartae et tertiae praedictorum⁵⁵), quas R. habuit in bonis eiusdem⁵⁶), in quibus eius institutio et legatio ac adiectio poenae tenebat, pro rata eosdem avunculos contingente, de praedicto legato confirmavit sententiam iudicis supra dicti, eodem patruo et eius filiis in residuo absolutis, et salvo nihilominus et ex iure⁵⁷) institutionis beneficio legis Falcidae, in restitutione praefati legati, si infra⁵⁸) tempus legitimum voluntati paruerit testatoris, quum inventarium fecerit, et contra voluntatem testatoris lex⁵⁹) Falcidia inducatur. Nos itaque, ipsius cardinalis sententiam ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus.

CAP. XIX.

Executor testamentarius, qui suscepit illud officium, exsequi compellitur.

Idem.

Ioannes clericus et P. laicus, executores ultimae voluntatis O. clerici S. Crucis, qui venerabilibus et piis locis de bonis suis in ultima voluntate legavit, mandans insuper, satisfieri creditoribus per eosdem, post mandatum susceptum per dioecesanum cogi debent testatoris explere ultimam⁶⁰) voluntatem.

CAP. XX.

Ponit quaedam legata, in quibus non solvitur canonica portio, nisi fiat in fraudem.

Idem.

De his, quae in ornamentis vel pro eis, seu fabrica, luminaribus, anniversario, septimo, vigesimo, tricesimo die⁶¹), sive aliis ad

Cap. XVI. 17) omitt. Comp. III. — 18) restitutionem: Comp. III. Ms. — 19) bon. quorundam: C. L. — 20) et tert.: Cont. — 21) donavit: Comp. III. Ms. — 22) institutio: ead. — 23) videbatur: C. R. 2. — 24) omitt. Comp. III. Ms. — 25) Raynerio: Comp. III. — 26) Tusculan.: C. R. 2. L. — 27) quoque: Comp. III. — 28) iussit: C. H. — 29) Quum autem propter hoc partes ad nostram praesentium accessissent, dit. fil. G. S. Mariae in portico dice. card. illis concessimus audire, coram quo quum diutius fuisset: Comp. III., Böhm. — 30) omitt. C. R. L. H., Comp. III. — 31) censuit: C. H. — 32) R.: Comp. III. — 33) Guezius: Comp. III. Ang. — Guezius: Ms. — 34) ipis: C. H. — 35) a praed.: Ad.: omitt. Comp. III. — 36) iam dictae Adiectae: ead. — 37) et tertiam restituendum: Böhm. ex Cont. — 38) abest a C. H. — 39) idem Guezius cond.: Comp. III. — 40) residuum: Comp. III. Ms.

Cap. XVII. 41) *Noviceni*: C. R. 1. — *Noviomen*: C. R. 2. L., quod placet. — 42) praevia: Cont., Böhm. — Cap. XVIII. 43) *Raynaldo*: C. L. — 44) *communis urbis*: C. R. 1. — *communis*: C. R. 2. — 45) *Urbenatensis*: Cont. — *Urbenatensis*: C. R. 2. — *Urbenatensis*: C. R. 1. — 46) *pervenire*: C. H. — 47) *Tullianen*: Cont., Böhm. — 48) *eo*: C. R. 1. — 49) *ne*: C. R. L. — 50) *nec*: C. H. — 51) *abest* a C. R. L. — 52) *omitt.* C. H. — 53) *condemnavit*: ib. — 54) *fuerunt*: ib. — *sunt*: C. R. 2. — 55) *praedictarum*: C. R. L. H. — 56) *eiusdem*: C. R. 1. L. — 57) *beneficio*: C. H. — 58) *infra*: Cont., Böhm. — 59) *omitt.* C. H. — Cap. XIX. 60) *abest* a C. L. — Cap. XX. 61) *omitt.* C. R. L. H.

perpetuam cultum divinum legantur ecclesiae vel reliquis⁶²) piis locis, canonica portio, dummodo in fraudem non fiat, ut ea episcopus seu parochialis ecclesia debeat defraudari, deduci non debet.

TITULUS XXVII.

DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

CAP. I.¹⁾

Clericus bona propria dare potest cui vult; sed, si decedat intestatus, et non habet consanguineos, succedit ecclesiae. H. d. iuncta gl.

Ex concilio apud Alten.²⁾ habito.

Sed 'et' hoc³⁾ ibidem inventum est de episcopis, presbyteris et clericis, ut⁴⁾, si per⁵⁾ hereditatem vel alio modo intuitu personae aliquid adquisierint, donare eis liceat 'hanc,' cui⁶⁾ voluerint, dum vivunt, 'pro remedio animae suae ad ecclesiam, quamcumque elegerint, vel consanguineis suis vel amicis.' Si autem ante⁷⁾ obierint, quam hoc fecerint⁸⁾, altari, cui serviunt⁹⁾, omnia perpetuo sanctificentur, et in ius eius⁹⁾ tradantur. 'Similiter de presbyteris, qui laicis deserviunt, statutum esse etc.'

CAP. II.¹⁰⁾

Si olim servus, presbyter factus, intestatus decedat, eius bona dividuntur secundum formam hic contentam. H. d. secundum intellectum singularem, qui hodie etiam tenet.

Ex concilio Triburiensi.

Sancto¹¹⁾ concilio allatum est, quod quidam laici improbe agunt¹²⁾ contra presbyteros suos ita, ut de morientium presbyterorum substantia partes¹³⁾ sibi vendicent¹⁴⁾ sicut de propriis servis. Interdiximus itaque 'canonica auctoritate,' ne hoc ulterius fiat; sed, sicut liberi facti sunt ad suscipiendum gradum et agendum¹⁵⁾ officium divinum, ita nil ab eis praeter divinum¹⁶⁾ officium exigatur; peculium¹⁷⁾ vero ipsorum dividatur in quatuor partes, quarum una episcopo, altera ecclesiae; tertia pauperibus, quarta parentibus assignetur. Et¹⁸⁾, si non sint¹⁹⁾ idonei parentes, episcopus eam recipiat, et in usum ecclesiae diligenter distribuatur. Et si quis contra hoc²⁰⁾ 'facere' praesumpserit, anathematizetur.

CAP. III.²¹⁾

Attingendo duos notabiles et singulares intellectus huius capituli, enumeratur secundum quomlibet intellectum, et primo sic: Valet testamentum ad pias causas conditum per verba enunciationis, etiam propter aliud prolata, quomquam successio seu testatio veniat ad exclusionem alterius ecclesiae. Vel aliter secundum alium intellectum et sic: Per unum testem de veritate et per confessionem etiam incidenter factam probatur obligatio, etiam quom effectum consequendi boni oblata.

Innocentius III. Murnensi²²⁾ Episcopo.

Quom dilectus filius abbas de Brusia²³⁾ ad nostram nuper praesentiam accessisset, et pro causa, quam adversus 'venerabilem fratrem nostrum' episcopum Eduensem²⁴⁾ habebat, 'ibidem' diutius expectasset, tandem nuncius eiusdem episcopi supervenit, quibus volentibus ad incicem litigare, venerabilem fratrem nostrum I. Viterbiensem episcopum sancti Clementis cardinalem concessimus auditorem. Ipsi igitur in eius praesentia constitutis, abbas proposuit ante dictus, quod, 'quom' archipresbyter de Alerio²⁵⁾ ad participationem orationum²⁶⁾ monasterio de Brusia 'pietatis intuitu' obtulit²⁷⁾ se et sua, 'quibusdam rebus suis usui suo simpliciter reservatis, de manu cuiusdam fratris eiusdem coenobii augmentationem coronae in signum illius oblationis accepit, et quod hanc concessionem hoc modo fecisset, et non suo nomine, sed no-

mine monasterii possideret, et monasterio quicquid acquireret, saepe fuit in communi capitulo protestatus, in hoc etiam publice per viginti annos fere idem archipresbyter nullo contradicente vel reclamante permansit ita, quod per publicam famam id omnibus notum fuerat. Nam abbas de Buxeria, qui pro tempore fuerat, et ipsi monachi, rebus ipsius non socus, quam aliis rebus propriis monasterii, sciente episcopo Eduensi, qui pro tempore erat, et in nullo penitus reclamante publice utabantur. Id autem, quod mente compoti dictus archipresbyter fecerat inter vivos, et in ultima voluntate mente sanus, licet aeger corpore, confirmavit. Quomque idem abbas et monachi res, sic legitime datas, et alias, quas archipresbytero ipsi concesserant ad utendum, ad suum monasterium reducere vellent, praedictus episcopus, eis violentiam inferens, non solum res archipresbyteri, sed etiam res ipsius monasterii occupavit. Quas quom in bona pace repeterent, ipse, ut rebus illis ei posset grassandi materia plenior indulgeri, sedem apostolicam appellavit, in octavis B. Martini proxime praeteriti suae terminum appellationi praefigens. Econtra praedictus nuncius episcopi allegavit, quod, quando illa donatio facta fuit, archipresbyter erat positus extra mentem ita, quod, quom interrogatus fuisset a monachis: 'vis tu habitum suscipere monachalem?' et respondisset: 'volo,' statim interrogatus ab alio: 'vis tu esse canonicus?' respondit similiter: 'volo.' Sicque praedicti monachi cum ad suum monasterium deportarunt, quod idem nuncius se obtulit probaturum. Praefatus siquidem abbas, quom ad assertionem partis suae quosdam testes incontinenti produceret, nos ipsos recipi fecimus et diligenter audiri, quorum attestaciones quom interloquendo decrevissemus publicari debere, quoniam super illis capitulis pars episcopi nolebat testes producere, super quibus idem abbas testes produxerat, ipsaque fuissent in publico recitatae, disputatione super attestacionibus ipsi habita diligenti, multa fiersi contra dicta testium allegata. Quomque renunciatum fuisset a partibus, dictus cardinalis quaecumque fuerunt hinc inde proposita nobis et fratribus nostris fideliter recitavit. Quibus auditis et cognitis Sufficenter intelleximus esse probatum, quod dictus archipresbyter, agens in extremis, velut ultimam exprimens voluntatem, asseruit, se et sua monasterio 'de Buxeria' contulisse. Unde, quom requisitus esset, ut conderet testamentum, respondit, se non posse testari, quia se et sua contulerat²⁸⁾ monasterio supra²⁹⁾ dicto. Et licet unus testis solus dixerit se vidisse³⁰⁾, quando 'praefatus archipresbyter' se et sua obtulit monasterio, quia tamen alii testes dixerunt, se audivisse, ipsum 'archipresbyterum' in abbatis praesentia quod praedictum est contentem 'et attestantem,' non tanquam sufficienter probantes, sed tanquam vehementer adminiculantes assertionem abbatis plurimum adjuvabant. Quia vero pars episcopi assererat, se velle probare, quod dictus archipresbyter in extremis laborans tanquam phreneticus alienatus erat 'a' mente; unde non valuit quod expressit, nos, 'super his et aliis, quae fuerunt hinc inde proposita, cum fratribus nostris diligenti deliberatione praehabita,' causam illam³¹⁾ tibi sub hac forma duximus committendam, quod, nisi praefatus³²⁾ episcopus legitime probaverit³³⁾, saepe dictum archipresbyterum suae mentis compotem non fuisse, quom ultimam voluntatem expressit, super impetitione monasterii perpetuum ei³⁴⁾ silentium imponatur, et compellatur restituere³⁵⁾ monasterio quaecumque de bonis ipsius archipresbyteri vel etiam monasterii³⁶⁾ occupavit. Si vero legitime probaverit³⁷⁾, 'praedictum' archipresbyterum quae super ultima voluntate praemissa sunt alienata mente dixisse, ad faciendam ei nomine parochialis ecclesiae, cuius ipse³⁸⁾ administrationem gesserat, dum vixisset, restitutionem bonorum, quae ipsius archipresbyteri fuerant, monasterium condemnatur, quom idem archipresbyter ab intestato decesserit, ipsique monasterio super impetitione episcopi silentium imponatur. 'Nullis literis etc. Dat. Rom. IV. Non. Iun.' [1198.]

Cap. XX. 62) aliis: C. R. 1.

TIT. XXVII. Cap. I. 1) Restitutum ex conc. ap. Altheim c. 37., ed. ab Ill. Pertzius inter Mon. Germ. hist. IV. 560. — Burch. I. 227., Lips. XX. 14., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Altheim: Comp. I. Aug., Lips. — leg.: Altheim cum Burch. — 3) Et hoc: Comp. I. Aug. — 4) omitt. C. R. L. H., Burch., Comp. I., Lips., conc. — 5) si hereditatem (add.: prius: conc.) a domino rege, vel (un.: Lips.) ab alio principe, vel amico suo, seu per hereditariam sortem sibi devenerint seu (omitt. Aug.) adquisierint (devenerit vel adquisierunt Burch. — devenerit, adquisierit: Lips. — an. suo, seu quolibet sibi in proprietatem adquisierint: conc.): Coll. c. it., conc. — 6) quibus: C. R. 1. — 7) omitt. Lips. — 8) perfeceant: C. R. L. H. — quom firmiter perfeceant: Coll. c. it., conc. — 8) servavit, omnia perp. sacrificant: conc. — 9) ecclesiae: Böhm. — omitt. Coll. c. it.

Cap. II. 10) Non exstat in Triburiensi edito. — Reg. II. 39., Burch. II. 206., Iv. Decr. VI. 281., Lips. XX. 15., Comp. I. h. t. c. 1. — 11) abest a Comp. I. Aug. — Perlatum quoque est ad sanctam synodum: Reg. — In concilio delatum est: Lips. — 12) agant: Coll. c. it. — 13) partem: Comp. I. Aug. — 14) vendicant: C. H. — 15) ad ag.: C. L. — 16) Dei:

Reg. — 11) de peculiari vero sacerdotum nihil sibi usurpent; sed de duobus partibus faciant presbyteri quod eis visum fuerit, tertia ad secundum canonum ius, quibus serviunt, relinquunt ecclesiae: Reg. — de peculiari (peculiaris: Burch., Iv. — peculiaris: Lips.) vero sacerdotum nihil sibi usurpent: sed totum in quatuor dividatur partes, una episcopo, altera (alii: Burch., Iv., Lips.) altari, tertia: Burch., Iv., Lips., Comp. I. — 18) omitt. Coll. c. it. — 19) sunt: Burch., Iv., Lips., Comp. I. — 20) abest a C. H.

Cap. III. 21) Restitutum ex Reg. Bal. I. 247. — Comp. III. h. t. c. un. — 22) Nivernens.: C. R. 2., Comp. III. — Nivernensis ep. et S. Benigni Divionensis et Theoloci abbatibus: Reg. — 23) Bruseria: Comp. III. — Buxeria: Reg. — 24) Adnenens.: Cont. — Adnen.: Böhm. — 25) Alerio: C. R. 2. — Alerio: Comp. III. Ms. — 26) ordinum: C. R. 2. — 27) obtulisset: Comp. III., Reg., Böhm. — 28) contulit: C. R. 1. — 29) saepe: Comp. III., Reg. — 30) audisse: Comp. III. Aug. — 31) ipsam vobis: Comp. III., Reg. — 32) praedictus: Reg. — 33) comprobaerit: Comp. III. Ms., Reg. — 34) abest a Comp. III. Ms. — 35) omitt. ib. — 36) ipsius mon.: C. R. 1. — 37) comprobaerit: Comp. III., Reg. — 38) omitt. ib., C. R. L. H.

TITULUS XXVIII.
DE SEPULTURIS.

CAP. I.¹⁾

Decedens intestatus sepelitur in sepulcro maiorum, vel ubi eligitur sepultura; parochialis tamen ecclesia habebit canonicam portionem eius, quod reliquerit ecclesiae sepelitur. H. de secundum veriorum intellectum.

Leo III.²⁾

Nos instituta maiorum patrum considerantes, "illorum quoque decreta firmando" statuimus, "quod sanctissimum est," unumquemque "videlicet" in maiorum storum³⁾ sepulcris iacere⁴⁾; ut patriarcharum exitus docet. Nulli tamen negamus⁵⁾ propriam eligere sepulturam, et etiam⁶⁾ alienam. Dominus enim et magister⁷⁾ alienam elegit⁸⁾, ut propriam, "qui sine peccato erat." Sed quia dignus est operarius mercede sua, tertiam partem sui iudicii illi ecclesiae "iure" dari censem⁹⁾, in qua coelesti pabulo "a principio sui exordii quotidie" refecti consuevit¹⁰⁾, ut iuxta Apostolum "sic" sint consolatorum socii¹¹⁾, ut fuerunt¹²⁾ "et" passionum, et sic demum ubicunque libitum¹³⁾ fuerit eligat¹⁴⁾ sepulturam. Aliter ne fiat, auctoritate Domini nostri "Iesu Christi," qui per Prophetam locutus est, dicens¹⁵⁾: „Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt¹⁶⁾ patres tui¹⁷⁾,“ "et Apostolorum P. et P. omniumque sanctorum" sub anathematis vinculo detestamur et contradicimus¹⁸⁾, "quia nec nostram est, nec alicui unquam sacerdoti vel fidei laico unquam licuit, qualicunque ratione sine manifesta delicti culpa in talibus inferre praecudicium."

CAP. II.¹⁹⁾

Qui convertitur ad monasterium, medietatem bonorum, quae pro anima sua disposuit, tenetur relinquere ecclesiae parochiali.

Leo Papa omnibus fidelibus per Dardaniam constitutis.²⁰⁾

Relatum est auribus nostris, "esse quosdam perverse agentes, qui subvertere nituntur atque dividere conantur ecclesiae unitatem, videlicet abbates et monachi, qui non studio caritatis, sed zelo rapacitatis invigilant et docent, atque seducere non cessant saeculares homines, quos illaqueare possunt, ut res suas atque possessiones sive in morte sive in vita monasteriis suis tradant, et ecclesiis, quibus subiecti esse videntur, et a quibus baptismum, poenitentiam, eucharistiam, nec non pabulum vitae cum lacte carnis acciperant vel accipiunt, nihil de bonis suis relinquunt. Hunc denique fomitem discordias nos animadvertendo modis omnibus inhibere volumus, et, ne amplius fiat, omnino prohibemus, considerantes, non esse bonum, si illi, qui olim fuerunt socii passionis secundum Apostolum, sint immunes a societate consolationum. Et quia dignus est mercenarius mercede sua, ideo praecipimus atque Mandamus²¹⁾, ut²²⁾ quicunque amodo in²³⁾ monasterio converti voluerit, sive in morte sive in vita omnium rerum²⁴⁾ et possessionum, quas pro salute animae suae decreverit disponere²⁵⁾, medietatem ecclesiae, ad²⁶⁾ quam dignoscitur pertinere, relinquat²⁷⁾, "et sic in monasterio, prout libitum fuerit, cuncti convertendique habeat licentiam. Quicunque autem huius edicti contradictor, convulsor ac temerator existerit, gladio anathematis subiacet. Dat.²⁸⁾ Rom. mens. April. die XX. Ind. V."

CAP. III.²⁹⁾

Ubi quis sepulcro maiorum relicto eligit sepulcrum in loco minus religioso, dolo inductus, seu ex contemptu, seu non dimissa ecclesiae sua canonica portione expresse vel tacite, non tenet electio. H. d. salvando istum textum, quantum fieri potest.

Innocentius III. Genuesi³⁰⁾ Archiepiscopo.

Fraternitatem tuam non credimus ignorare, mortuorum sepulcris³¹⁾ et coemeteria apud illas ecclesias et monasteria ex antiquo³²⁾ esse disposita, in quibus religiosorum fratrum conventus sunt constituti, et orationes atque missarum solennia tam pro vivis quam pro defunctis frequentius celebrantur. Unde ipsorum devotioni et extremae voluntati, qui apud huiusmodi ecclesias sepeliri desiderant, minime contradicendum est. Qui vero relictis antiquis ecclesiis et patrum aliorumque parentum suorum³³⁾ sepulcris contra consuetudinem³⁴⁾ Patrum veteris testamenti, qui cum³⁵⁾ patribus suis sepulti esse leguntur, ad nova et minus religiosa loca se transferunt, irrationabiliter et contra antiquam institutionem³⁶⁾ facere videntur. Unde, si "forte" P. de Castello contra "tam" antiquam et rationabilem consuetudinem aliquid de corpore suo sepeliendo mandavit³⁷⁾, hoc non praecudicat rationi, sed viribus³⁸⁾ debet carere. Quocirca "per praesentia scripta" mandamus, "et mandando praecipimus," quatenus corpus ipsius "P. dilectis filiis nostris" monachis sancti Stephani reddi facias³⁹⁾, et cum suis patribus⁴⁰⁾ sepeliri.

CAP. IV.⁴¹⁾

Si quis in aegritudine, de qua decedit, offert se et sua monasterio, ecclesiae parochialis habet inde canonicam portionem; secus si in sanitate.

Alexander III.⁴²⁾ Episcopo Spalensi.⁴³⁾

De his, qui in⁴⁴⁾ infirmitate vel sanitate cum bonis suis ad religiosa loca se transferunt⁴⁵⁾, nihil tibi vel ecclesiis⁴⁶⁾, a quibus receperunt⁴⁷⁾ salutis pabula⁴⁸⁾, relinquentes, hoc tuae voluntas prudentiae innotescere⁴⁹⁾, quod, si in aegritudine ipsa⁵⁰⁾ ad religionem transeant⁵¹⁾, dummodo de aegritudine illa⁵²⁾ decedant, de bonis suis⁵³⁾ ipsis⁵⁴⁾ ecclesiis, a quibus assumpti fuerint⁵⁵⁾, canonica debet portio exhiberi. Si vero ad religiosa loca se in sanitate transtulerint, de his, quae locis ipsis conferunt⁵⁶⁾, cogi non possunt aliquid praescriptis ecclesiis impertiri, quia liberum est eis⁵⁷⁾ tunc bona sua, non solum religiosis "locis," sed etiam⁵⁸⁾ quibuslibet⁵⁹⁾ privatis conferre personis.

CAP. V.⁶⁰⁾

Qui sepelivnt parochianum alienum, quem sepelire non debent, coguntur restituere corpus, et quae ratione ipsius obtinuerunt. Hoc dicit cum cap. sequenti.

Idem.⁶¹⁾

Ex parte canonicorum Obrigensium⁶²⁾ nobis est intimatum, quod prior de Insula quendam parochianum suum⁶³⁾ post appellationem ad nos factam in sua ecclesia sepelivit. "Unde, quoniam hoc ecclesiasticae disciplinae contrarium esse dignoscitur, et a rationis tramite penitus alienum, ut quis falcem mittat in messem alienam, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipimus" Mandamus, quatenus⁶⁴⁾ praefatum priorem "moneas et districte" compellas, ut⁶⁵⁾ memoratis canonicis praedicti parochiani "sui" corpus restituat, et exinde⁶⁶⁾ "pacifice et" amicabiliter conveniat cum eisdem⁶⁷⁾, "aut in praesentia nostra se non differat exhibere."

TIT. XXVIII. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XLIII. 2., Lips. XXIII. 27., Cass. XXXVI. 4., Comp. I. h. t. c. 3. — 2) inser. omitt. Cass. — 3) abest a Lips., Cass., Comp. I. — 4) iac. ut parochiarum: Cass. — iac. parochiarum: Lips. — 5) denegamus: C. R. 1., Coll. citt. — 6) omitt. Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 7) mag. noster: Cass. — 8) ut tibi el., non propriam: App. — 9) cenusimus: C. R. 2. — 10) refectus cognoscitur: Coll. citt. — 11) consocii: Cass. — cf. 2. Cor. I. 4. — 12) fuerunt: C. R. L. — qui fuerunt etiam: Comp. I. Aug. — 13) licitum: C. H. — 14) eundi habeat (habeant): Cass.: licentiam: Lips., Cass., Comp. I. — 15) cf. Prov. XXII. 28. — 16) posuerunt: Cass. — 17) vestri: App. — 18) prohibemus, detest. etc.: Comp. I. Aug. — Cap. II. 19) Restitutum ex Iv. Decr. VII. 150., Lips. XXIII. 28., Cass. XXVI. 5., Comp. I. h. t. c. 4. — 20) Leo serv. servor. Dei omnibus fidelibus in Christo per totam Italiam: Aug. ex Anselmo V. 51. — Leo IX.: Id. ex Polycarpo IV. 34. — 21) iubemus: Iv. — utq. m.: omitt. Cass. — 22) quatenus: Lips. — 23) omitt. Comp. I. Aug. — 24) rer. suarum: Iv. — 25) disponi: Iv., Lips., Cass. — omitt. Comp. I. Aug. — 26) cui ipse: Coll. citt. — 27) relinquere: Cass. — derelinquat: C. L. — 28) inser. ded. cum Aug. ex Anselmo I. c. — Cap. III. 29) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 5. — 30) Iannensi: C. R. L. — Ex reg. Iano. II. Iannensi episc. archiepisc.: Comp. I. Ms. — Iano. II. Iannensi ep.: Aug. — 31) sepulcras: Comp. I. — 32) ab antiquis temporibus: C. H. — 33) abest a C. R. 1. — 34) consuetudines:

Comp. I. Ms. — 35) quicunque: ib. — 36) consuetudinem vel institutionem: ib. — constitutionem: C. R. 1. — 37) mandasse dicitur: Comp. I. — 38) et vir.: ead. — 39) faciat: ead., C. R. 1. L. — 40) fratribus: Comp. I. Aug.

Cap. IV. 41) Restitutum ex App. XLIX. 6., Cass. XXXVI. 1., Lips. XXIII. 24., Comp. I. h. t. c. 6. — 42) Lucius III.: App. simpliciter. — 43) Spalensi: C. R. 2. — add.: P. C. Continebatur: Lips., Cass., Comp. I. — alia hui. sp. pars exstat in c. 8. Qui cler. vel. vov. IV. 5. in Comp. I. — 43) omitt. C. R. 2. — in san. vel infirm.: App., Lips., Cass. — infirm. vel in sanitate: Comp. I. Ms. — 44) cum bon. suis: omitt. App. — 45) transtulerunt: C. L. — transtulerint: App. — transtulerunt: Comp. I. Ms. — transtulerunt: Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 46) ecclesiae: Lips. — 47) receperint: Cass. — 48) pabulum: App. — 49) innotescat: App. — 50) omitt. Cass. — 51) transeant: App., Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 52) in aegr. ipsa: App. — 53) omitt. Lips., Cass., Comp. I. Aug. — bon. suis: non exst. in App. — 54) praedictis: App. — 55) fuerunt: C. H. — 56) conferent: C. R. L., Comp. I. — de his . . . conf.: omitt. App. — 57) abest a C. H. — 58) omitt. C. R. 2. — 59) quibuscumque: App.

Cap. V. 60) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 61) Alex. III. Castellano ep. (?): Theiner. Recherches p. 46. ex cod. Paris. — 62) Ebrigen.: C. R. 2. — Obligenen.: C. L. — Ebrigenis eccl.: Comp. II. — 63) eorum: ib. — 64) ut: Comp. II. Aug. — 65) quatenus: Comp. II. — 66) aut ex: Comp. II. Ms. A. — 67) cum illis: Comp. II.

CAP. VI.⁶⁸⁾Summatum est *supr. cap. proe.*Idem Decano⁶⁹⁾ et Magistro R. Ravennatensibus.

Quum liberum sit de universis institutionibus sanctorum Patrum, apud religiosa loca in ultima voluntate sibi eligere sepulturam, canonice procul dubio obviat rationi, qui devotioni extremæ voluntatis decedentium in hac parte contradicere præsumit. Ad audientiam nostram pervenit ex conquestione abbatis et fratrum sancti Martini Laudonensis⁷⁰⁾, quod, quum presbyter quidam corpus eiusdem mulieris, prout in ultima voluntate sua disposuit, ad eandem⁷¹⁾ ecclesiam sepeliendum⁷²⁾ deferret, monachi S. Vincentii Laudonensis⁷³⁾ corpus ipsius violenter rapere et in ecclesia sua⁷⁴⁾ sepelire minime dubitarunt. Et hoc idem de filio Radulfi Cans præsumperunt. Super quo utique vehementi tumus admiratione commoti, quum tamen monachi et sanctorum Patrum institutionibus contrariarent, et privilegia prædecessorum nostrorum et nostra, quae prædicti fratres de libera se habere sepultura proponunt, satagunt violare. Inde est, quod fraternitati vestrae per apostolica scripta Mandamus, quatenus, utraque parte ante vos convocata rei veritatem super hoc inquiratis, et, si ita⁷⁵⁾ esse inventeritis, præfatos monachos compellatis⁷⁶⁾, ut ossa præfatae mulieris, et beneficia, quae occasione sepulturae ipsius⁷⁷⁾ recepisse noscuntur, memoratis fratribus cum integritate restituant, et de cetero talia⁷⁸⁾ facere non præsumant.

CAP. VII.⁷⁹⁾

Mulier nupta libere potest sibi eligere sepulturam. — (Utrum etc.) Pater filios impubes, ubi voluerit, potest sepeliri facere, si hoc habet consuetudo loci. H. d.

Lucius III.⁸⁰⁾

De uxore vero, utrum, quemadmodum et vir, liberam debeat⁸¹⁾ habere sepulturam, nobis videtur, quod nulla super hoc inter virum et mulierem sit facienda distinctio⁸²⁾, sed utriusque⁸³⁾ in casu isto aequalem esse credimus facultatem, quum electio ista ad eum potius pertineat, in quo mulier solvitur a lege viri. Utrum autem pater, quo magis voluerit, minores filios⁸⁴⁾ valeat sepelire, non invenimus a sanctis Patribus definitum, et propterea terrae consuetudini decernimus⁸⁵⁾ relinquendum.

CAP. VIII.

Si parochianus ecclesie cathedralis alibi sepelitur, de ipsius funeralibus seu relictis ecclesie sepulturae debetur quarta capitulo ecclesie cathedralis.

Idem⁸⁶⁾ Praeposito⁸⁶⁾ et Capitulo Faventinis.

Quum super quodam capitulo, quod religionis favore etc. Inde siquidem est, quod Praesentium auctoritate statuimus, ut, si aliquem parochianorum vestrorum alibi contigerit eligere sepulturam, secundum statuta R. Gregorii⁸⁷⁾ de⁸⁷⁾ testamento ipsius quarta vobis portio relinquatur.

CAP. IX.⁸⁸⁾

In quantitate canonice, quae debetur ecclesie parochiali, statur loci consuetudini.

Clemens III.⁸⁹⁾

Certificari voluisti⁹⁰⁾ a nobis, quomodo illa clausula, quae in pri-

vilegiis nostris solet apponi de salva⁹¹⁾ iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur, intelligi debeat⁹²⁾ et exponi. Quum autem super hoc articulo diversa antecessorum nostrorum manerent instituta, Leone iustitiam illam⁹³⁾ quandoque⁹⁴⁾ tertiam⁹⁵⁾ partem, quandoque vero⁹⁶⁾ mediam⁹⁶⁾ partem, et Urbano III.⁹⁷⁾ quartam fore censentibus⁹⁸⁾, nos tale praebemus in hac varietate responsum, ut, sicut beatus⁹⁹⁾ Hieronymus inquit¹⁰⁰⁾, unaquaeque provincia in suo sensu abundet¹⁾, secundum²⁾ rationabilem consuetudinem regionis illa iustitia circa³⁾ medietatem, vel tertiam⁴⁾ aut quartam partem⁵⁾ pro locorum⁶⁾ diversitatibus⁷⁾ attendatur. Dat. Laterani Ao. II.

CAP. X.⁸⁾

Privilegiati super iure funerandi sepelire possunt illos, qui apud eos eligunt sepulturam, solvendo tamen canonice portionem ecclesie parochiali. Si vero alios sepeliant, tenentur restituere quicquid occasione fuerit receperunt.

Innocentius III. Episcopo Claremontensi⁹⁾ et Abbati Maurioni.

In nostra praesentia constitutus dilecto filio priore ecclesie Montis Ferrandi¹⁰⁾, et¹¹⁾ B. procuratore hospitaliariorum Claremontensis dioecesis, venerabilem fratrem nostrum Sabinensem episcopum concessimus auditorem, coram quo idem prior proposuit, quod praedicti hospitalarii quosdam¹²⁾ parochianos suos¹³⁾, quorum duo erant infra¹⁴⁾ annos legitimos, ceperunt ad ecclesiasticam sepulturam, propter quod ecclesia eadem damnum sustinuit plus quam quinque milium solidorum. Quare idem prior humiliter supplicavit, ut ipsis hospitalariis interdicere, ne de cetero talia in eius praedictum attentarent, et ad resarcienda damna, quae exinde sustinuit, eos compellere dignarentur. Econtra praedictus proposuit procurator, quod tam ex privilegio¹⁵⁾ quam ex¹⁶⁾ indulgentia speciali licet hospitalariis omnes passim, praeter excommunicatos et interdictos, ad ecclesiasticam sepulturam recipere, qui apud illos elegerint sepeliri, fideique commissa¹⁷⁾ in ultima voluntate relicta possunt licenter accipere¹⁸⁾, soluta tantummodo quarta parochiali ecclesiae, de cuius parochia mortuorum corpora assumuntur, praeterquam de equis et armis, quae indulta sunt ipsis in subsidium¹⁹⁾ terrae sanctae, de quibus quartam deducere non tenentur. Quum igitur haec et alia, quae coram episcopo fuerunt proposita, idem nobis fideliter retulisset, auditis et intellectis attentationibus et allegationibus uniceis, de fratrum nostrorum consilio, Talem super his²⁰⁾ duximus sententiam profereendam, quod praedicti hospitalarii de cetero non recipiant parochianos ecclesiae supra dictae ad ecclesiasticam sepulturam, nisi apud eos elegerint sepeliri. Et tunc parochialis ecclesia de oblationibus, lectis et aliis, quae defunctus pro anima sua in ultima dispositione reliquit²¹⁾, praeterquam de equis et armis, recipiat quartam partem, et²²⁾ hospitalarii residuum habeant, nisi dolo vel fraude eorum defunctus inductus fuerit ad dispositionem huiusmodi faciendam; nihilominus ipsis hospitalariis iniungentur, ut de quarta parte²³⁾ millium solidorum priori satisfaciatur memorato, quum constet, eos²⁴⁾ a parochianis eius²⁵⁾ illos solidos recepisse, nec²⁶⁾ sit sufficienter ostensum, quod eorum oblati vel conversi²⁷⁾ fuerint. Misem praeterea duximus iniungendum, quod, nisi probaverint, quod G.²⁸⁾ parochianus prioris, qui fuit²⁹⁾ interfectus in campis, apud ipsos elegerit sepulturam, universa, quae ipsius intuitu receperunt³⁰⁾, priori restituant memorato; alioquin quartam partem solummodo restituere teneantur. Pro illis vero³¹⁾,

Cap. VI. 68) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 69) Ravennens.: C. H. — F. decano et magistro M. (R.: Ms. A.) Remensi (Ms. B.: Remens.: Comp. II. — 70) Lond.: Comp. II. Ms. A. — London.: Aug. — Laudun.: Ms. B. — 71) ead. S. (beati: Ms. A.) Martini: Comp. II. — 72) abest a C. L. — sep. . . Vinc.: desid. in Comp. II. Ms. B. — 73) Lundon.: C. R. I. — Lud.: Comp. II. Ms. A. — Laudonens.: Aug. — Laudun.: Ms. B., C. L. — 74) ad ecclesiam suam: Comp. II. — 75) ita est: C. H. — invenietis: Comp. II. Aug. — invenietis: Ms. B. — 76) monere caritatis (procures: Ms. B.) et auctoritate nostra districto compellere, ut omnia praefatae mulieris et filii praedicti (iam dicti: Ms. A. B.) R. et abeat a Ms. B.) beneficia: Comp. II. — 77) ipsorum: ib. — 78) similia: C. H. — similia non praesumant: C. R., Comp. II.

Cap. VII. 79) Restitutum ex App. L. 62., Comp. I. h. t. c. 7. — 80) Urbanus III. ep. Floren.: Comp. I. Ms., App. — add.: P. C. Literas: Comp. I. — cf. c. 3. de con. lepr. IV. 8. — 81) debet: Cont., Bühm. — 82) sit differentia: App. — 83) et in utroque casu: Comp. I. — 83) fil. suos: Comp. I. Ms. — 84) decrevimus: C. H.

Cap. VIII. 85) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. ult. — 86) Id. (i. e. Urbanus III.) praep. et canonice Faventinis: Comp. I. — 87) quarta vobis in testamentis portio reservetur: Comp. I.

Cap. IX. 88) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 375., Comp. II. h. t. c. 3. — 89) Coelestinus III. abbati et conventui Lirum (?) in II. tom. Reg.: Luc. — 90) voluisti: C. H. — 91) de iust.: Luc., Comp. II. Ms. B. — de ultima: Ms. A. mendose. — 92) debet: Comp. II. Ms. B. — 93) ipsam: Luc. — aliam iust.: Comp. II. Ms. A. — cf. c. 1. supra eod. — 94) aliquando: Luc., Comp. II. — 95) in tert.: Luc. — 96) medietatem: Luc., Comp. II. Ms. A. — cf. c. 2. supra eod. — 97) cf. supra c. 7. —

98) censente: Coll. citt. — 99) abest a Comp. II. Aug. — 100) ait: ead. Ms. A. — 1) abundat: ib. — 2) et sec.: Luc. — 3) secundum: C. R. I. — 4) tertium aut quartam parte: Luc. — 5) abest a Comp. II. Ms. B., C. R. II. — 6) honorum vel loc.: Comp. II. Ms. A. — 7) diversitate: Luc.

Cap. X. 8) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 88. — 9) ep. Claremontensi et abb. Maurioni et mag. Simoni archiepisc. de Hermenco Claremont. dioecesis: Reg. — 10) Ferrandi: Comp. III. Ms. — 11) abest a Comp. III. — 12) omitt. Comp. III., Reg. — 13) suos admittunt ad ecclesiasticam sacramenta, et tam excommunicatos quam interdictos, et quosdam alios, videlicet Willelmum de Mazeris, Willelmum Drettorer, Iohannem Bondiner, Durant de Labor, et duos pueros, filium scilicet Willelmi de Mazeris et filium Iohannis de Ventador, infra annos legitimos constitutos: Reg., eodem fere modo Comp. III. Ms., si nominum diversitates exceperis, quas recensere operae pretium non duximus. — Comp. III. Aug. nomina illa fere omnia omisit, leg. enim: W. de Mazeris et fil. I. de Ventador. — 14) intra: Cont., Böhm. — 15) privilegium: C. H. — 16) abest a Reg. — 17) fidei commissa quoque ultima: Comp. III., Reg. — 18) recipere: C. R. I. — 19) ad subs.: C. R. 2. — 20) super his: omitt. Comp. III., Reg. — 21) relinquunt: Reg. — 22) abest a Comp. III. — 23) quinque: Comp. III., Reg. — 24) omitt. Comp. III. — 25) prioris: Comp. III., Reg. — 26) nisi: Cont., Böhm. — 27) commisit: Comp. III., Reg. — 28) add.: eisdem: Comp. III. — 29) W.: C. R. 2. L. H. — V.: C. R. I. — W. Gauzafall: Comp. III. Aug. — W. Gauzafall: Ms. — Willelmus Gauzafall: Reg. — seq.: par. pr.: omitt. Comp. III., Reg. — 30) fuerat: C. H. — 31) receperunt: Böhm. — 32) pro filio W. de Mazeris et filio Iohannis de Ventador: Comp. III. — pro filio vero Willelmi de Mazeris et filio Iohannis de Ventador: Reg.

quos constat infra annos legitimos decessisse, "eisdem iniunctum, ut" quae sepulturae eorum gratia receperunt restituant universa. "Quocirca etc. Dat. Ferentini II. Id. Iun. Ao. IX." [1206.]

CAP. XI.³³⁾

Casualiter mortuus privari non debet ecclesiastica sepultura.

Idem Archiepiscopo Turonensi.

Ex parte parentum M.³⁴⁾ "quondam iuvenulae" nobis³⁵⁾ est intimatum, quod, quum "in crepusculo noctis" nobilis vir "N." dominus I.³⁶⁾ de insula Butardi³⁷⁾ "diocessos Turonensis" eidem "iuvenulae" posuisset invidias, "volens eam opprimere," quam sollicitaverat saepe de stupro, et ipsa gartionibus³⁸⁾, qui eam rapere nitebantur, super quendam pontem occurreret³⁹⁾, tandem "ipsa" fugiens manus illorum, in amnem de ponte cadens⁴⁰⁾, fuit casu submersa. "Ipsa vero extracta de amne, dubitaverunt capellani eiusdem loci corpus tradere sepulturae, et tu etiam requisitus duxisti super hoc responsum apostolicum requirendum." Quocirca "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, quum illa "iuvenula" non sponte praecipitaverit se de ponte, sed, "fugiens manus illorum, qui eam," sicut superius est expressum, "rapere nitebantur," casu ceciderit⁴¹⁾, corpus eius tradi facias ecclesiasticae sepulturae, praesertim quum ex honesta causa fugisse noscatur, et cui communicabatur viventi communicandum sit iam defunctae. "Dat. ap. S. Petr. IV. Non. Mart. Pontif. nostr. Ao. IX." [1206.]

CAP. XII.⁴²⁾

Si ossa excommunicatorum sunt sepulta in ecclesiastico coemeterio, et discerni possunt, debent exhumari et proici; alius secus.

Idem Nidrosiensis⁴³⁾ Archiepiscopo.

Sacris est canonibus institutum, "et utentium consuetudine approbatum," ut quibus non communicavimus⁴⁴⁾ vivis non communicemus defunctis, et ut careant ecclesiastica sepultura qui prius erant⁴⁵⁾ ab ecclesiastica unitate praecisi, nec in articulo mortis ecclesiae reconciliati fuerint.⁴⁶⁾ Unde⁴⁷⁾, si contingat interdum, quod vel excommunicatorum corpora per violentiam aliquorum, vel alio⁴⁸⁾ casu in coemeterio ecclesiastico tumulentur, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari debent et procul ab ecclesiastica sepultura iactari. Quodsi discerni non poterunt, expedit non credimus, ut cum excommunicatorum ossibus corpora extumulentur⁴⁹⁾ fidelium, quum, licet non obsit iustis sepultura nulla vel vilis, impiis tamen⁵⁰⁾ celebris vel speciosa⁵¹⁾ non prosit. "Distinguius etc. [cf. c. 5. de his, quae vi I. 40.]"

CAP. XIII.⁵²⁾

Terra coemeteriata pro sepultura fodienda vendi non debet.

Innocentius III.⁵³⁾ Episcopo Magalonensi.⁵⁴⁾

Abolendae consuetudinis, "immo abominabilis corruptelae" perversitas⁵⁵⁾ apud montem Pessulanum, ut dicitur, inolevit, ut "videlicet" decedentibus non prius permittatur effodi sepultura, quam pro terra, in qua sepeliendi sunt, certum pretium⁵⁶⁾ ecclesiae persolvatur. "Quia igitur id longe est a regula pietatis et ab ecclesiae honestate, praesentium tibi auctoritate" mandamus, quatenus, quum loci dioecesanus existas, inhibeas⁵⁷⁾ clericis, ne quicquam omnino⁵⁸⁾ praesumant exigere hac de causa, "iniungens laicis, ut laudabilem consuetudinem, erga Dei ecclesiam pia devotione fidelium introductam, observent etc."

Cap. XI. 33) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 12. — Comp. III. h. t. c. 2. — 34) Mehae: Comp. III. Ms. — Nuelhae: Aug. — Niuelhae: Reg. — 35) nostris viribus: Comp. III. h. t. c. 36) omitt. ib. — 37) abest a C. R. 1. L. — Hurtadi: Comp. III. Ms. — Bucardi: Aug. — C. R. 2. — Brucardi: Reg. — 38) gartionibus: Comp. III. Aug. — gartionibus: Reg. — 39) occurrit: Reg. — 40) cecidit et: Comp. III. Reg. — 41) cecidit: Comp. III. Aug. — deciderit: Böhm.

Cap. XII. 42) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 3. — 43) Udion: C. R. 2. — Indrosien: Comp. III. Aug. — leg. Nidrosiensis (Drontheim) cum Comp. III. Ms. — 44) communicamus: C. R. 2. L. — cf. c. 1. C. XXIV. qu. 2. — 45) omitt. C. H., Comp. III. — 46) fuerunt: C. R. 2. L. — 47) Verum: Comp. III. Ms. — 48) aliquo: C. H. — 49) exhumantur: C. R. 1. — 50) ita: C. H. — 51) pretiosus: C. R. L.

Cap. XIII. 52) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. un. — 53) Honorius III.: C. R. L., Comp. V. — 54) Magalon.: C. H. — Magalen.: Cont. — 55) vitium: Comp. V. — 56) praemium: C. H. — 57) prohibeas: C. R. 2. — 58) abest a C. R. 1.

Cap. XIV. 59) Namoren.: C. R. 1. (Namurcensi!) — 60) ecclesiae: C. H.

CAP. XIV.

Excommunicatus, qui per suum presbyterum fuit absolutus in morte, in coemeterio sepeliri debet, et ad satisfaciendum coguntur heredes.

Gregorius IX. Episcopo N.⁵⁹⁾

Parochiano tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum iniectio in personas ecclesiasticas, ecclesiarum⁶⁰⁾ violatione vel incestu fuit, dum ageret in extremis, per presbyterum suum iuxta formam ecclesiae absolutus, non debent coemeterium et alia ecclesiae suffragia denegari, sed eius heredes et propinqui, ad quos bona pervenerunt ipsius, ut pro eodem satisfaciant, censura sunt ecclesiastica compellendi.

TITULUS XXIX.

DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

CAP. I.¹⁾

Inter episcopum substitutum episcopo haeretico, et ipsum episcopum haereticum reversum et ex-dispensatone receptum, dividitur episcopatus modo hic expresso.

Ex concilio Africano.

Si episcopus ex Donatistis⁶¹⁾ ad catholicam unitatem est conversus, aequaliter inter se dividant eas, quae sic inventae fuerint, ubi⁶²⁾ ambae partes fuerint⁶³⁾, id est, ut alia loca ad illum, alia ad alium⁶⁴⁾ pertineant, ita, ut ille dividat, qui amplius temporis in episcopatu habet, et minor eligat. Quodsi forte unus fuerit locus, "ad eum pertineat, cui vicinior invenitur. Quod si ambae cathedris aequaliter vicinus est," ad eum pertineat, quem plebs elegerit⁶⁵⁾. Sed si⁶⁶⁾ "forte" antiqui catholici suum "episcopum" voluerint, et illi suum, qui ex Donatistis⁶⁷⁾ conversi sunt, plurimum⁶⁸⁾ voluntas paucioribus praefertur. Si autem partes aequales sunt, maioris temporis episcopo deputetur⁶⁹⁾. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambae partes fuerint⁷⁰⁾, ut non possint aequaliter dividi, velut si in⁷¹⁾ impari numero fuerint, distributis⁷²⁾ "eis" locis, qui parem habent numerum, quicumque locus⁷³⁾ remanserit⁷⁴⁾, hoc⁷⁵⁾ in eo servetur, quod⁷⁶⁾ dictum est, quum de uno loco superius tractaretur.

CAP. II.¹⁸⁾

Presbyteri parochiales dominicis diebus et festivis parochianos alienos ad missam admittere non debent, si ex contemptu ad eorum ecclesiam accedunt.

Ex concilio Manetensi.¹⁹⁾

Ut dominicis²⁰⁾ vel festivis diebus presbyteri, antequam missam²¹⁾ celebrent, plebem interrogent, si alterius parochianus in ecclesia sit, qui proprio contemptu presbytero ibi velit missam audire, quem si invenerint²²⁾, statim ab ecclesia abiciant.²³⁾

CAP. III.²⁴⁾

Episcopus parochianum alterius sine ipsius licentia ordinare non potest, nec eum aliter iudicare.

Hadrianus Papa.

Nullus episcopus alterius parochianum iudicare praesumat, "retinere, aut ordinare absque eius voluntate vel iudicio, quia, sicut irrita erit eius ordinatio, ita et diiudicatio, quoniam censemus nullum alterius iudicis, nisi sui, sententia teneri." Nam qui eum ordinare non potuit²⁵⁾, nec iudicare "ullatenus" potest²⁶⁾.

TIT. XXIX. Cap. I. 1) Restitutum ex conc. Afr. ap. Dionys. c. 118. — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) add.: a schismaticis: C. H. — 3) nisi: Comp. I. Aug. — 4) fuerunt: Comp. I., conc. — 5) illum: ib. — 6) plures elegerint: Comp. I. Aug. — 7) Et si: C. H. — quod si: Comp. I., conc. — 8) ex Donati parte: ib. — 9) plurimum: conc. — 10) deputantur: Comp. I. Ms. — deputentur: Aug. — 11) fuerunt: C. L. H., Comp. I., conc. — 12) abest a Comp. I. et conc. — 13) distributi: Comp. I. Ms. — 14) abest a C. R. 2. — 15) permanserit: Comp. I. Aug. — 16) omitt. C. H. — 17) quod superius dict. est, quum... loco tract.: Comp. I., conc. — 18) Maneten.: C. R. 2. — Naveren.: C. L. — Manetan.: C. H. — Nanneten.: Coll. citt. — 20) In dom. vel festis dieb.: Comp. I. Aug. — Ut domin. vel (et) conc. festis dieb.: Reg. — Burch., Iv., conc. — 21) missas: C. R. 1., Reg., Burch., Iv., Comp. I. Ms., conc. — 22) invenerit: Iv., Comp. I. — 23) abiciant: Comp. I. Ms. — abiciant: Böhm. — eiciant: Reg., Burch., Iv., Comp. I. Aug., conc.

Cap. II. 18) e. i. conc. Nannet. hab. e. A. 895. — Reg. I. 61., Burch. II. 92. — Iv. Decr. II. 122. — Comp. I. h. t. c. 2. — 19) Naven.: C. R. 1. — 20) Maneten.: C. R. 2. — Naveren.: C. L. — Manetan.: C. H. — Nanneten.: Coll. citt. — 21) In dom. vel festis dieb.: Comp. I. Aug. — Ut domin. vel (et) conc. festis dieb.: Reg. — Burch., Iv., conc. — 22) missas: C. R. 1., Reg., Burch., Iv., Comp. I. Ms., conc. — 23) invenerit: Iv., Comp. I. — 24) abiciant: Comp. I. Ms. — abiciant: Böhm. — eiciant: Reg., Burch., Iv., Comp. I. Aug., conc.

Cap. III. 24) Restitutum ex c. 26. inter Capp. Hadriani, quae dicuntur. — Burch. II. 39., Iv. Decr. VI. 140., Comp. I. h. t. c. 3. — 25) poterit: C. H. — 26) potuit: Comp. I. Aug. — poterit: Cap.

CAP. IV.²⁷⁾

Fingi parochiarum, de quibus constat, vel finibus coherencia, praescribi non possunt.

Urbanus III.²⁸⁾

Super eo vero, quod apud vos²⁹⁾ intelleximus dubitatum³⁰⁾, an³¹⁾ quod de finibus et his³²⁾, quae finibus cohaerent³³⁾, non praescribendis³⁴⁾ statutum per canones esse dignoscitur, sit in parochiarum limitibus, sicut in provincialibus³⁵⁾, admittendum, *"illud vobis"* respondemus³⁶⁾, quod bene videtur in utroque servandum, si *"provinciarum"* fines legitima probatione vel alias indubitata fide constiterit³⁷⁾ ecclesiastica ordinatione statutos.

CAP. V.³⁸⁾

Si parochianus seu dioecesanus domicilium transfert, primus praelatus in eo iura episcopalia seu dioecesanum sibi non vendicat; decimae tamen praediales illius parochiae sibi debentur, nisi alteri debeantur ex consuetudine.

Coelestinus III.³⁹⁾

Significavit nobis *"cenerabilis frater noster"* Aconensis⁴⁰⁾ episcopus, quod, quum post recuperationem Aconensis civitatis ad habitandum⁴¹⁾ in ea se quam plurimi⁴²⁾ contulissent⁴³⁾, qui ante generalem occupationem terrae sanctae in⁴⁴⁾ aliis civitatibus regni Hierosolymitani *"perpetuum"* elegerant mansionem, *"et in ea residentiam fecerint aliquantam, et adhuc etiam resident in eadem, praelati praedictarum civitatum eos ad solvendum sibi iura ecclesiastica compellunt. Quia vero transgredi non debemus terminos a patribus constitutos, aut falcem in messem mittere alienam,"* Fraternalitati tuae⁴⁵⁾ *"per apostolica scripta"* mandamus, quatenus praedictorum locorum praelatos, ut sibi nullam in praedictos Aconenses⁴⁶⁾ habitatores iurisdictionem usurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant, *"monitione praemissa"* districtione, quae convenit, compellatis ita *"tamen,"* quod; si de agris in eorum parochia constitutis fructus percipiunt⁴⁷⁾, et in ultramarinis partibus ratione praedictorum⁴⁸⁾ decimae persolvuntur⁴⁹⁾, deinceps eis⁵⁰⁾ ipsas *"decimas"* cum integritate persolvant, dicto vero Aconensi⁵¹⁾ tanquam dioecetano suo cogantur de ceteris respondere. *"Quod si non omnes etc. Dat. Lat. X. Kal. Ian."* [1199.]

TITULUS XXX.

DE DECIMIS, PRIMITIIS¹⁾ ET OBLATIONIBUS.

CAP. I.

Exprimit quatuor genera decimarum, quae ex veteri lege debebantur.

Hieronymus super Ezechielem.²⁾

Decimam partem omnium frugum³⁾ Leviticae⁴⁾ tribui populus⁵⁾ ex lege debebat⁶⁾. Rursus ex ipsis decimis Levitae, hoc est inferiorum ministrorum gradus, decimas dabant sacerdotibus. Erant quoque et aliae decimae, quas unusquisque de populo⁷⁾ Israel in suis horreis separabat, ut comederet eas, quum iret in templum in urbe Hierusalem, et in vestibulo templi sacerdotes et Levitas ad convivium invitaret⁸⁾. Erant autem et aliae *"decimae,"* quas pauperibus recondebant. At vero primitiae⁹⁾, quas de frugibus¹⁰⁾

offerbant¹¹⁾, non erant speciali nomine diffinitae, sed offerentium arbitrio derelictae. Traditionem¹²⁾ quoque accepimus Hebraeorum¹³⁾, non lege praecipit, sed arbitrio magistrorum¹⁴⁾ innotuit, quod¹⁵⁾ qui plurimum, quadragesimam partem dabant sacerdotibus, qui¹⁶⁾ minimum, sexagesimam¹⁷⁾; inter¹⁸⁾ quadragesimam¹⁹⁾ et sexagesimam licebat quodcumque voluissent offerre²⁰⁾. Quod igitur²¹⁾ in Pentateucho dubium derelictum est, hic specialiter diffinitur²²⁾ propter sacerdotum avaritiam, ne amplius²³⁾ a populo exigant²⁴⁾ in primitiis offerendis, *"id est, ut sexagesima pars offeratur eorum, quae gignuntur a terra etc."*

CAP. II.²⁵⁾

Non potest congrue summari propter varietatem lecturarum.

Paschalis II.²⁶⁾

Novum genus exactionis est, ut clerici a clericis *"frugum"* decimas *"vel animalium"* exigant, quum²⁷⁾ nusquam in lege Domini hoc legamus²⁸⁾. Non²⁹⁾ enim Levitae a Levitis decimas accepisse *"vel extorsisse"* leguntur. Illi profecto clerici³⁰⁾, qui a clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, *"laborum suorum"* decimas eis debent.

CAP. III.³¹⁾

Compositio, super decimis non tollitur per privilegium sequens, si de illa mentionem non facit.

Hadrianus IV. *Vigorensis*³²⁾ et *Herfordensis* Episcopi.

Ex multiplici conquestione³³⁾ V.³⁴⁾ presbyteri *"de Cretona"* accepimus, quod, *"quum ecclesiam de Cretona triginta annis et eo amplius pacifice possidisset, monachi de Brueria decimas universas, quas de terris cultis eadem ecclesia a prima fundatione sui semper percipere consuevit, infra hoc quadriennium sibi et ecclesiae penitus subtraxerunt,"* quum inter abbatem de Brueria³⁵⁾ *"W. nomine,"* de consensu totius conventus, et praedictum presbyterum *"viginti annis et eo amplius elapsis"* talis³⁶⁾ intercesserit conventio scripto monachorum authentico roborata, quod monachi *"iam"* dicto presbytero et ecclesiae suae *"in integrum"* de blado³⁷⁾ et universis leguminibus, quamdiu viveret, decimas³⁸⁾ perdiverent³⁹⁾, exceptis minutis decimis, quas idem presbyter⁴⁰⁾ *"ob exaltationem ecclesiae monachorum"* quietas⁴¹⁾ clamavit; *"quamque conventio temporibus trium abbatum praescripti loci serrata fuisset,"* idem abbas⁴²⁾, *"ad praesentiam nostram accedens,"* a nobis privilegium⁴³⁾ obtinuit, *"in quo monasterio suo indultum est,"* ut de laboribus, quos⁴⁴⁾ propriis manibus aut⁴⁵⁾ sumptibus excolunt⁴⁶⁾, nulli decimas solvere⁴⁷⁾ tenerentur⁴⁸⁾. *"Qui quidem, reversus ad propria, tantum apud Henricum regem illustrem Angliae favorem invenit, quod rex totam terram istius villae, in qua ecclesia praefati presbyteri sita est, monasterio ipsius in perpetuum eleemosynam contulit, qua factu praedictus abbas, universis istius villae colonis expulsis, totam terram praedictae parochiae excolens propriis sumptibus, ecclesiae debitas redditus subtrahit."* Unde nostrum non fuit nostrae intentionis per⁴⁹⁾ *"praedictam"* privilegium nostrum⁵⁰⁾ conventioni derogare⁵¹⁾ praedictae⁵²⁾, *"fraternalitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo"* mandamus⁵³⁾, quatenus⁵⁴⁾ *"utraque parte ante vos convocata rei veritatem plenius inquiratis, et, si inter praedecessorem memorati abbatis et praenominatum presbyterum consensu monachorum talis conventio facta fuerit, et per annum serrata, eundem"* abbatem et monachos, ut

Cap. IV. 27) Restitutum ex App. XXXVIII. ult., Comp. I. h. t. c. 4. — 28) de Novo loco et de Viget (Virgert: Ms. — Turgam: App.) prioribus: App.; Comp. I. — add.: P. C. Prout: Comp. I. — cf. c. 4. de dol. II. 14. — 29) nos: C. L. — 30) intelligimus dubitari: C. H. — 31) abest a C. L. — 32) et de his: ib. — 33) adhaerent: C. R. I. — 34) praescribendi: App. — 35) provincii: C. H. — 36) duximus respondendum: App. — Comp. I. — 37) constitit: Cont., Böh. —
Cap. V. 38) Restitutum ex Innoc. III. Reg. ap. Bal. I. 516. — Comp. II. h. t. c. un. — 39) Clemens III.: Comp. II. Aug. — Innoc. III. (cuius esse exinde etiam colligi potest, quod a Rainerio I. 504. est receptum) Sidoniensi, Berytensi et Bibliensi epp.: Reg. — 40) Anconitan.: Comp. II. Aug. — Accoune.: Reg. per tot. — 41) inhabitandum: Reg. — 42) quidam: ib. — 43) cont. vel constitissent: C. R. 2. — receperint: C. H. — 44) et in: Comp. II. Aug. — 45) vobis: Comp. II. Reg. — 46) Acon. loci: Comp. II. Ms. A. — 47) perciperint: Comp. II. Aug. — 48) praedictorum: Reg. — 49) persolvantur: Comp. II. Ms. A. B. — 50) eas: Böh. — de ipsis eas: Reg. — 51) episcopo Ac.: Comp. II. Ms. A. —
TIT. XXX. 1) et prim. et obl.: C. L. — prim. et alius obl.: C. H. — Cap. I. 2) cf. Hieron. Comm. in Ezech. XLVI. — Comp. II. h. t. c. 1. — 3) fructuum: Comp. II. Ms. B. — 4) Levitae: ead. Ms. A. — 5) plebs: C. H. — 6) debebant: Comp. II. Ms. A. — 7) populus: Ms. B. — 8) involarant: ib. — 9) primitivum, quae... diffinita... derelicta: Comp. II. Aug., Ms. B. — 10) fructibus: Comp. II. Ms. B. — 11) offerrebant: Comp. II. — 12) Traditionemque: ead. — 13) Iudaeorum: Comp. II. Ms. A. — 14) maiorum: ead. Ms. B. — 15) qui quidem: Ms. A. — 16) quum: Ms. B. — 17) abest a C. H. — 18) et intra: Comp. II. Aug. — 19) add.: ergo: Ms. B. — 20) offerri: Comp. II. — 21) enim: C. R. I. — autem: C. H. —

22) diffinitum est: C. L. — 23) plus: C. H. — 24) exigatur: Comp. II. Ms. A. —
Cap. II. 25) Restitutum ex App. XIII. 16., Lips. XXIII. 1., Cass. XXXV. 3., Comp. I. h. t. c. 7. — 26) Pasch. III.: C. L. — 27) omitt. Lips., Comp. I. — Nunquam enim: App., Cass. — 28) praecipit legimus aut permitti: Coll. cit. — 29) Nec: App. — 30) cler. solvere laborum suorum decimas debent, qui etc.: ead. —
Cap. III. 31) Restitutum ex App. XIII. 11., Lips. XXIII. 16., Cass. XXXV. 12., Comp. I. h. t. c. 17. — 32) Vigorensis: C. R. L. — Alex. III. Viget. et Herfor. epp.: Lips. — Alex. III. Vigorensis et Herfordens. epp.: Cass. — Idem (i. e. Hadrianus) Vigor. ep. et Herfor. ep.: Comp. I. Aug. — Id. Vigor. et Herfor. epp.: Ms. — Idem Vigorensis et Herfordens. epp.: App. — 33) questione: C. H., Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 34) W.: App., Lips., Cass., Comp. I. Ms. — Willelmi: Comp. I. Aug. — 35) Brueria: C. L. — Brueria: Cass. — Brueria: Lips. — Brueria: App. — Brueria: Aug. — leg.: Brueria. — 36) talis (abest a Comp. I. Ms.) intercessisse (intervenisse: App.) dicatur conventio: Coll. cit. — 37) blando: Lips., Cass. — 38) omitt. App., Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 39) deberent persolvere: Coll. cit. — 40) abest a C. R. 2. — 41) mon. donavit: Lips., Cass. — 42) abb. illius (eiusdem: Cass.) loci: Coll. cit. — 43) scriptum priv.: App. — 44) laborationibus, quas: C. R. I. — 45) et: App. — aut sumpt.: omitt. C. R. I. — 46) excolit: App., Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 47) persolvere: Cass. — 48) tenetur: Comp. I. Ms. — tenetur: Aug. — tenetur: App., Lips., Cass. — 49) omitt. Cass. — 50) abest a Lips. — 51) derogari: Cass., Comp. I. — 52) praescriptae: Cass., Lips., Comp. I. — 53) mand. atque praecipimus: Comp. I. — 54) ut: C. H. —

eandem conventionem *vel compositionem* non obstante dicto⁵⁵) privilegio, nisi⁵⁶), *quod non credimus,* de *transactione* ipsa⁵⁷) contineatur⁵⁸) in eo⁵⁹), inviolabiliter teneant et observent, vel exinde secum⁶⁰) pacifice conveniant, *et secundum formam compositionis redditus ipsi integre solvant, occasione et* appellatione postposita⁶¹), *auctoritate nostra moneatis et districtius* compellatis. *Si autem uterque vestrum etc.*)

CAP. IV. 62)

Monachi tenentur solvere decimas praediales de praediis noviter cultis, de quibus decimae prius solvebantur.

Idem Thomae⁶³) Cantuariensi Archiepiscopo.

Commissum nobis⁶⁴) *a Deo dispensationis officium admonet et hortatur multipliciter, ut universis Christi fidelibus vel ecclesiis debeamus utiliter providere, atque integra illis iura sua nos oportet atque illibata servare.* Pervenit quidem ad nos, quod monachi de Bosse⁶⁵) ecclesiae sanctae Mariae, in cuius parochia commorantur, decimas ex integro non persolvunt⁶⁶), *et eas redere contradicunt.* Ea propter *fraternitati tuae per apostolica scripta* mandamus, quatenus eos⁶⁷), ut *ipsas* decimas *et* de terris⁶⁸) cultis, in quibus olim domus constructae fuerant, praefatae ecclesiae cum ea⁶⁹) integritate persolvant, qua⁷⁰) prius, quam in eadem parochia⁷¹) morarentur, solebant persolvi, *sine appellationis obstaculo nostra auctoritate cum omni districtione* compellas⁷²). Et⁷³) sicut etiam⁷⁴) de piscuis⁷⁵) olim decimae persolvebantur⁷⁶), ita nunc de eisdem⁷⁷), ad frugum fertilitatem⁷⁸) translatis⁷⁹), decimas volumus absque deminutione persolvi.

CAP. V. 80)

Per excommunicationem compellitur quis ad solvendas decimas de molendinis et aliis hic contentis et cap. sequ. Hoc dicit cum sequ.

Alexander III. Cantuariensi Archiepiscopo et eius Suffraganeis.

Pervenit ad nos, *quod, quum parochiani vestri decimas bonorum suorum consueverint ecclesiis, quibus debentur, cum integritate persolvere, nunc tamen laudabili consuetudine praetermissa quidam ex ipsis de lana et foeno et proventus molendinorum et pisciarum ipsis ecclesiis subtrahere non verentur. Quoniam igitur institutioni divinae manifestius obiant, qui decimas ipsis ecclesiis non persolverint, fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo* Mandamus, quatenus parochianos vestros monere curetis, et, si opus fuerit, sub excommunicationis districtione⁸¹) compellere⁸²), ut de proventus molendinorum *et* pisciarum⁸³), *et* foeno et lana⁸⁴) decimas ecclesiis, quibus debentur, *omni occasione cessante,* cum integritate persolvant.

CAP. VI. 85)

Summatum est cum praecedenti, et declaratum ut in praecedenti dictum est.

Idem Vintoniensi⁸⁶) Episcopo.

Nuncios *et literas tuae fraternitatis ea, qua decuit, benignitate recepimus, et petitiones tuas, quoad licuit, curavimus exaudire,

sicut illius personae, quam pura in Domino et ferventi caritate diligimus, et cuius commodis et profectibus intendere volumus diligenter. Quum igitur ad officium tuum spectent ea, in quibus praeccepti nostri desideras auctoritate muniri, tanto in his debuit facilius exaudiri, quanto ipsam eorum specialius salutem respiciunt, de quibus in extremo iudicio redditurus es rationem. Inde est, quod fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo* Mandamus, quatenus parochianos⁸⁷) tuos de apibus et de omni fructu decimas persolvere ecclesiastica districtione compellas.

CAP. VII. 88)

Decima fructuum statim, quum collecti sunt, solvi debet non deductis expensis.

Idem Exoniensi Episcopo.⁸⁹)

Quum homines de Horton⁹⁰) *secundum generalem Anglicanae ecclesiae consuetudinem* de frugibus *suis in auctumno,* IX. partibus sibi retentis⁹¹), decimam⁹²) ecclesiae *sancti Michaelis,* cuius parochiani sunt, sine deminutione solvere teneantur, et⁹³), antequam id faciant, servientibus et⁹⁴) mercenariis suis de frugibus non decimatis debita totius anni pro servitio suo impendant⁹⁵), tunc demum⁹⁶) de residuo decimam persolventes, *discretionis vestrae per apostolica scripta praecipiendo* mandamus, quatenus *sub anathematis districtione* eos⁹⁷) cogatis⁹⁸), ut decimam⁹⁹) *tam de frugibus quam de nutrimentis animalium suorum sine fraude et diminutione aliqua in auctumno, sicut moris est,* statim fructibus¹⁰⁰) collectis, *et aliis temporibus, prout debentur,* persolvant, atque¹) de subtractis et retentis dignam satisfactionem exhibere procurent.²)

CAP. VIII. 3)

Privilegiati super decimis non solvendis, de iis praediis, quae ab aliis conducunt, decimam solvere tenentur.

Idem Monachis de Neuclea.⁴)

Dilecti filii abbas et fratres⁵) sanctae Crucis sua⁶) nobis⁷) conquestione⁸) monstrarunt⁹), quod praedia, unde¹⁰) decimas et in magna parte sustentationem¹¹) consueverunt habere, a plerisque laicis¹²) conduxistis et recepistis ad firmam. Unde, quoniam iidem fratres ex hoc gravantur *immoderate et* enormiter, nec fuit intentionis nostrae aut¹³) antecessorum nostrorum¹⁴), ut de possessionibus, quas conduxistis¹⁵), decimas non solvatis¹⁶), *universitati vestrae praecipiendo* mandamus, quatenus¹⁷) *eisdem fratribus* de praediis, quae¹⁸) conduxistis in parochiis suis, de quibus consueverunt¹⁹) decimas percipere, plenarie solvatis²⁰) eisdem, vel cum ipsis *tam pacifice et* amicebiliter componatis²¹), *quod nulla inter vos debeat scandali materia suscitari, et vos videamini ultra, quam vobis indultum est, manus extendere.*

CAP. IX. 22)

Revocatur privilegium, si ex post facto incipit enormiter nocivum esse.

Idem Abbati et Fratribus Dolon.²³)

Suggestum est *nobis* ex parte vestra²⁴), quod abbas et fratres monasterii²⁵) de Ursin.²⁶) decimas a²⁷) vobis auferre conantur,

Cap. III. 55) omitt. Coll. citt. — 56) abest a Cass. — 57) illa: App. — 58) continetur: Böhm. — 59) in eodem privilegio: Coll. citt. — 60) abest a Comp. I. Aug. — 61) cessante: Coll. citt. —
Cap. IV. 62) Restitutum ex App. XIII. 12., Lips. XXIII. 17., Cass. XXXV. 13., Comp. I. h. t. c. 18. — 63) H. Cant.: Comp. I. Aug. — 64) Thomae: Cass. — 65) beato Thomae Cant. etc.: Lips. — 66) abest a C. R. 1. — 65) Boerie: Cass. — 66) Bosle: App., Comp. I. — 67) Bosle: Lips. — seq.: ecclesiae: omitt. Aug. — 68) persolverant: Cass. — persolvant: App., Lips. — 67) praedictos monachos: Coll. citt. — 68) de ipsis cultis: App., Lips. — 69) de ips. cultibus: Cass. — 69) omitt. App. — 70) quoniam: ib. — 71) ecclesiae: App., Lips., Comp. I. — omitt. Cass. — 72) omitt. App. — Comp. I. — 73) abest a Coll. citt. — 74) omitt. App. — 75) spatius: Lips. — 76) solvebantur: C. R. L. H., Coll. citt. — 77) eis: Lips. — 78) sterilitatem: ib. — 79) transactis: Cass. —
Cap. V. 80) Restitutum ex App. IV. 2., Lips. XXII. 1., Cass. XXXIV. 1., Comp. I. h. t. c. 2. — 81) sententia districte: Lips. — 82) compellatis: App. — 83) pisciariorum: Comp. I. — 84) et de foen. et de lam.: App. —
Cap. VI. 85) Restitutum ex App. IV. 3., Lips. XXII. 3., Cass. XXXIV. 2., Comp. I. h. t. c. 3. — 86) Wigornensi: Cass. — 87) comites, quam barones, nec non et milites, et omnes alios de parochia tua moneas propensius et inducas, et (ut: App.) app. cess. ecclesiastica districtione compellas, ut decimas ecclesiis multibus de (cum: Cass.) suis bonis omnibus (suis dominis: Lips., Cass. — de suis divitiis: App.) cum omni (communis: Aug.) integritate persolvant. Praeterea parochianos tuos (vestros: Lips., Cass.) de foeno, equitio (equino, aquario: Cass.), pennis, (et: App.) pennis (et: ib.) apibus et de (omitt. ib.) omni fructu decimas solvere ecclesiastica districtione, app. cess. constingas (App.: compellas): Coll. citt. —
Cap. VII. 88) Restitutum ex App. IV. 4., Lips. XXII. 6., Cass. XXXIV. 3., Comp. I. h. t. c. 4. — 89) Ryoniensi et Wigorn. ep.: App. — Etonensi et Wigorn. ep.: Cass. — Eton. et

Wigorn. ep.: Comp. I. Aug. — 90) Ortona: C. R. 2. — Hortonen.: Cont. — Ortona: Comp. I. Aug. — Horton: Ma. — Hortonana: Cass. — Archana: Lips. — 91) detentis: C. R. 2. — 92) decimas: Coll. citt. — 93) antequam eisdem (omitt. Aug.) ecclesiae decimas ad eam spectantes (pertinentes: Cass.) persolvant: — 94) abest a C. H. — 95) impendant: Coll. citt. — 96) et tunc deinde: App. — 97) illos: Lips., Cass., Comp. I. — 98) cogas: Cass. — compellatis: App. — 99) decimas: C. R. L., Coll. citt. — 100) frugibus: App., Lips., Comp. I. — verb.: statim... temp.: omitt. App. — 1) omitt. Cass. — 2) exercent: Cass. — exhibeant: App., Lips., Comp. I. —
Cap. VIII. 3) Restitutum ex App. XIII. 2., Lips. XXIII. 2., Cass. XXXV. 2., Comp. I. h. t. c. 6. — 4) omitt. App. — Neulan: Böhm. — Neblusa: Lips. — Neubla: Cass. — Neub.: Comp. I. Aug. — Nevolio: Ms. — (leg.: Neuhohle?) — 5) monachi: Cass. — 6) transmissa: Coll. citt. — 7) abest a C. R. 1. L. — 8) questione: Lips., Comp. I. — 9) demonstraverunt: App., Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 10) ex quibus: Cass. — de quibus: App. — de quibus dec. solebant percipere et ex magna etc.: Lips. — 11) sustentationes: Cass. — 12) a pler. lic.: omitt. App., Cass., Comp. I. — 13) nec: C. R. 1. H., Cass. — nostr. aut: omitt. App. — 14) vestrorum: Cass. — 15) conducit: C. R. L. H., Coll. citt. — 16) non debeatis (debetis: App.) persolvere: Coll. citt. — 17) ut: Cass. — 18) quaecunque App. — add.: a laicis: C. R. 2. — 19) consueverint: App. — 20) persolvatis: C. L., Coll. citt. — seq. eisd.: omitt. eisd. — 21) convenialis: eisd. —
Cap. IX. 22) Restitutum ex App. XIII. 4., Lips. XXIII. 9., Cass. XXXV. 5., Comp. I. h. t. c. 9. — 23) inser. omitt. App. — Dolon.: C. R. 2. — Deolen.: C. L. — Dolon.: Comp. I. Ms. — de Lorengensi: Cass. — de Lorengio: Lips., Comp. I. Aug. — 24) tua: App. — 25) omitt. App. — 26) Ursin.: C. R. 1. — Nysion.: Cass. — Ursino: C. R. 2., Comp. I. — Ursion.: Lips. — Ursitum: App. — 27) a: omitt. Cass. — a vobis: abest a Lips. et App.

et alia damna et gravamina vobis irrogare non cessant. Quia vero non docet honestatem sive religionem monasticam libidus et contentioibus intendere. Discretionem vestram ²⁰ per apostolica scripta mandamus ²⁰, consulimus et hortamur, quatenus cum praedicto abbate et fratribus super ipsius decimis *et alius, unde inter vos est controversia, pacifice componatis* ²⁰, *ne pro huiusmodi contentioibus fama vestrae religionis valeat denigrari.* Nam quando Romana ecclesia ordini vestro privilegia de decimis dederat ²¹, ita erant rarae ²² *et pauperrimas* ²³ abbatiae ²⁴ vestri ordinis, quod exinde nulli poterat de iure scandalum suboriri ²⁵; sed nunc *per gratiam Dei* in tantum augmentatae sunt ac possessionibus ditatae, quod multi viri ecclesiastici de vobis ²⁶ apud nos querelam saepe proponunt. ²⁶

CAP. X. ²⁷

Cistercienses, templarii et hospitalarii decimam praediorum suorum, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, solvere non tenentur; alii vero religioni non solum decimas de hortis et nutrimentis animalium, nec de novallibus, quae propriis manibus ac sumptibus excolunt.

Idem Terraconensi Archiepiscopo. ²⁸

Ex parte tua ²⁹ ad nos noveris pervenisse, quod albi monachi et nigri, et quidam alii religiosi *virii* ecclesiarum ³⁰ tuae iurisdictionis redditibus ³¹ decimarum, occasione privilegiorum, quae sibi Romana indulsit ³² ecclesia, spoliare ³³ praesumunt. Sane nolumus te ³⁴ latere, quod *sanctae memoriae* ³⁵ praedecessores nostri fere omnibus religiosis decimas laborum suorum concesserant ³⁶. Sed *bonae memoriae* praedecessor noster Hadrianus solis fratribus Cisterciensis ordinis, et templariis et hospitalariis decimas laborum suorum, quos ³⁷ propriis manibus vel sumptibus colunt, indulgit; ceteris vero ³⁸, ut de novallibus suis, quae propriis manibus vel ³⁹ sumptibus excolunt, et de nutrimentis animalium suorum ⁴⁰, et de hortis suis decimas non persolvant, *concessit*; quem sumus super his imitati. Quare hi ⁴¹, quibus hoc ⁴² indultum est, hac occasione decimas de aliis rebus ecclesiarum suarum ⁴³ non *debent*, nec ⁴⁴ possunt subtrahere, vel ⁴⁵ sibi aliquid ulterius vendicare.

CAP. XI. ⁴⁶

Privilegium super decimis laborum non extenditur ad terras, quae aliis traduntur excolendae.

Idem. ⁴⁷

Licet de benignitate sedis apostolicae sit vobis indultum, ut de laboribus *vestris*, quos propriis manibus vel sumptibus colitis, nemini decimas solvere teneamini; propter hoc tamen non est licitum vobis, *cuiuslibet* decimas de terris vestris ⁴⁸ subtrahere, quas aliis traditis excolendas ⁴⁹. *Relatum est siquidem auribus nostris, quod, etc.*

CAP. XII. ⁵⁰

Privilegium super decimis laborum etiam ea, quae non sunt novalla, comprehendit.

Idem. ⁵¹

Ad audientiam nostram *noveritis pervenisse, quod quidam vestrum a dilectis filiis nostris abbate et fratribus de Pipennella, qui sunt Cisterciensis ordinis, de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas exigere et extorquere conantur,* il-

lud ⁵²) privilegii capitulum *apostolicae sedis* prava interpretatione *ac malignosa* pervertentes, quo ⁵³) Cisterciensibus ⁵⁴) indulgetur, ne de ⁵⁵) laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, aliquis decimas ab eis exigat ⁵⁶). Aserunt *enim*, quod pro laboribus novalla intelligi debent. *Unde quoniam fratres praescripti ordinis benignitate apostolica fovere volumus, et, ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel ipsos contra iustitiam molestandi quavislibet, attentius providere: fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo* Mandamus, quatenus ⁵⁷) non permittatis hoc ⁵⁸) fieri. Nam, si intelligeremus tantummodo ⁵⁹) de novallibus, ubi ponimus ⁶⁰) de laboribus, de novallibus poneremus, *sicut in privilegiis quorundam aliorum ponimus.*

CAP. XIII. ⁶¹

Decimas novallium debentur ecclesiae, in cuius parochia surgunt; si vero non sunt in certa parochia, debentur dioecese; qui potest sibi retinere, vel alteri ecclesiae concedere.

Idem Brixienti ⁶²) Episcopo.

Quoniam a nobis sollicitudo tua requisivit ⁶³), quid de decimis novallium tuae dioecesis ⁶⁴) tibi sit statuendum, *tuae fraternitati significatione praesentium* ⁶⁵) respondemus, ut, si terrae *illae*, quae arabiles sunt ⁶⁶), infra ⁶⁷) certam alicuius ecclesiae parochiam fuerint, *tu* decimas earum, tua parte retenta, eidem ecclesiae facias assignari; alioquin ipsas ⁶⁸) secundum discretionem a Deo tibi datam alii ecclesiae deputare, vel ad opus tuum poteris retinere ⁶⁹), *ita quidem, quod, si quis in his contraire praesumpserit, tu eum ecclesiastica censura usque ad dignam satisfactionem percellas etc.*

CAP. XIV. ⁷⁰

Decimae possunt exigi.

Idem Remensi ⁷¹) Archiepiscopo.

Parochianos *vero tuos ad solvendas decimas ecclesiis, quibus eas debent, ecclesiastica debes severitate compellere; quia,* Quum decimae non ab homine ⁷²), sed ab ipso Domino ⁷³) sint ⁷⁴) institutae, quasi debitum ⁷⁵) exigi possunt.

CAP. XV. ⁷⁶

Decima laico iure hereditario concedi non potest.

Idem Ambianensi ⁷⁷) Episcopo.

Ad haec ⁷⁸) donationem decimae, quam abbas sancti S. ⁷⁹) de Monstrali ⁸⁰) cuidam laico ⁸¹) concessit per ⁸²) successione tenendam, quoniam ⁸³) sanctuarium Dei ⁸⁴) iure hereditario ⁸⁵) possideri non debet, *in irritum penitus revoces et* viribus carere decernas, et laicum, nisi decimam ipsam ipsi ⁸⁶) ecclesiae libere *et absolute* ⁸⁷) resignaverit ⁸⁸), vinculo excommunicationis adstringas.

CAP. XVI. ⁸⁹

Iudaei coguntur praediales decimas solvere, aut praedia dimittere.

Idem Marsiliensi ⁹⁰) Episcopo.

De terris *vero*, quae Iudaei colunt, tuae ⁹¹) prudentiae respondemus ⁹²), ut eos ad decimas persolvendas, vel *ad* possessiones

Cap. IX. 28) *discr. v.*: omitt. C. H. — 29) *monendo*: App. — 30) *conventibus*: Coll. c. 11. — 31) *dedit*: C. H. — *indulgit*: Lips. — 32) *ratas decimas*: Cass. *mendose*. — 33) *domus*: Lips. — *ecclesiae*: Comp. I. Ms. — *domus vestrae*: App., Lips. — *abb. v. ord.*: omitt. Comp. I. Aug. — 34) *exoriri*: C. H. — 35) *de fratribus vestris* (Lips.: *nostris*): Lips., Comp. I. — *de confratribus vestr.*: Cass. — *de confinibus vestris*: App. — 36) *deponunt*: ib.
Cap. X. 37) *Restitutum ex App. XIII. 5.*, Lips. XXIII. 10., Cass. XXXV. 6., Comp. I. h. t. c. 10. — 38) *episcopo*: Comp. I. Aug. — *Trucien. ep.*: Ms. — *Trecensi ep.*: App., Lips., Cass. — 39) *tuas fraternitatis ad nos etc.*: Cass. — *tuae frat. ad audientiam nostram*: App., Lips., Comp. I. — 40) *ecclesiam*: C. H. — 41) *et red.*: Cass. — 42) *indulserit*: Comp. I. Aug. — 43) *exspoliare*: Lips. — 44) *tuam prudentiam*: Coll. c. 11. — 45) *concesserunt*: Cass., Lips., Comp. I. Ms. — 46) *quas*: C. H. — *verb. quos ... col.*: omitt. Coll. c. 11. — 47) *add.*: tantum: Comp. I. Aug. — 48) *et*: Coll. c. 11. — 49) *omitt.*: App. — 50) *quis ii*: Comp. I. Aug. — 51) *quibus indullae sunt decimae de novallibus suis et de nutrimentis suorum animalium et de hortis suis*: Coll. c. 11. — 52) *tuae*: C. H. — 53) *et*: ib.
Cap. XI. 54) *Restitutum ex App. XIII. 6.*, Lips. XXIII. 11., Cass. XXXV. 7., Comp. I. h. t. c. 11. — 55) *Id. et fratribus Ramensis eccl.*: App. — *leg. abbati et fr. Ramensis (?) eccl.* — 56) *illis*: App., Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 57) *ad colendum*: App.
Cap. XII. 58) *Restitutum ex App. XIII. 8.*, Lips. XXIII. 12., Cass. XXXV. 9., Comp. I. h. t. c. 12. — 59) *Conventrensi ep. et officialibus eius*: App. — 60) *add.*: *autem*: Lips., Cass. — 61) *quod*: Cass. — 62) *eisdem fratribus*: Coll. c. 11. — 63) *ne de (sum) labor. aut sumptibus, quos propriis manibus excolunt*: Lips., Cass., Comp. I. — 64) *exigere audeat* (App.: *valeat*): Coll. c. 11. — 65) *quatenus a praedictis (praescr-*

ptis: App.) *fratribus de laboribus suis, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nullatenus decimas exigatis, nec a parochialibus (parochianis) vestris exigi permittatis, vel quolibet modo extorqueri*: Coll. c. 11. — 66) *haec*: C. H. — 67) *tantum intelligeremus*: Comp. I. — *tantum intelleximus*: App., Lips., Cass. — 68) *possimus*: C. R. I. — 69) *restituimus*: App., Lips., Cass. — 70) *requisivit*: C. R. L., Comp. I. h. t. c. 25. — 71) *Brinensi*: Lips. — 72) *si quis in his contraire praesumpserit*: App., Lips. — 73) *sunt*: ib. — 74) *inter*: C. H. — *intra*: Cont., Böhm. — 75) *ipsa*: Cont., Böhm. — 76) *dotinere*: C. H. — *tenere*: Coll. c. 11.
Cap. XIV. 76) *Restitutum ex App. XXVI. 21.*, Lips. XI. 17., Cass. XXI. 25., Comp. I. h. t. c. 25. — 77) *inscr. omitt.* App. (Andrensi: App. Ms.) — *Rem. ep.*: Lips. — *Remensi ep.*: Cass., Comp. I. Aug. — *add.*: P. C. *De diacono*: Comp. I. — *cf. c. 1.* Qui cler. vel vov. IV. 6. — 78) *hominibus*: Cont., Böhm. — 79) *Deo*: App. — 80) *sunt*: Lips. — 81) *debite*: C. H.
Cap. XV. 82) *Restitutum ex App. L. 29.*, Comp. I. h. t. c. 27. — 83) *Abim. ep.*: Comp. I. Ms. — *Ambionen. ep.*: Aug. — *Idem in eodem* (i. e. XII. libr. Reg.), *Ambianensi ep.*: App. — *add.*: P. C. *Quod ad sedem*: Comp. I. — *cf. c. 2. de frig. IV. 15.* — 84) *hoc*: C. L. H. — *add.*: quoniam: App. — 85) *Salvi*: App., Böhm. — *Salucii*: Gonzal. — 86) *Monstrali*: C. L. — *Monasterio*: C. H. — *Monstracom.*: Comp. I. Aug. — *Monasterol.*: Ms. — *Monasterol.*: App. — *leg.*: Monasterio, (Monasteriol.) — 87) *loco*: Cont. — 88) *iure hereditario*: App. — 89) *quum* ... *debeat*: ib. — 90) *de*: Böhm. — 91) *omitt.* App. — 92) *eccl. S. Salvii* (Sal.: Comp. I. Ms.): Coll. c. 11. — 93) *restituatur*: App.
Cap. XVI. 94) *Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 25.* — 95) *Massiliensi ep. P. C. Quia super his*: Comp. I. — *cf. c. 4. de Iud. V. 6.* — 96) *hoc tuae*: C. H. — 97) *duximus respondendum*: Comp. I.

penitus renunciandas cum omni districtione⁹⁶) compellas, ne forte occasione illa ecclesiae valeant⁹⁷) suo iure fraudari.

CAP. XVII.¹⁰⁰)

Decimae vel oblationes ecclesiae laicis concedi non possunt, et praetatus contra faciend.

Idem.

Quamvis sit¹) grave iniuria et iniuri²) dignum animadversione iudicii habeatur, quod laici quidam quod sacerdotum est in³) ecclesiasticis rebus usurpant⁴): maiorem tamen incurrun⁵) formidinem "ac dolorem," quod⁶) fomitem sui erroris dicuntur⁷) in ipso⁸) clero aliquoties invenire, dum quidam "fratrum et coepiscoporum nostrorum aliorumque" praelatorum ecclesiae decimas⁹) et ecclesias "ipsas" disponere eis indulgent, et eos in devia mortis impellunt, qui praedicatione eorum¹⁰) ad viam vitae¹¹) fuerant revocandi. "De quibus dicit Dominus per Prophetam: „Peccata populi mei comedunt, et ad iniquitatem provocant animas eorum." Unde¹²) Statuimus, ut, si quis alicui laico in saeculo remanenti ecclesiam, decimam oblationemque¹³) concesserit, a statu suo, sicut¹⁴) arbor, quae inutiliter terram occupat, succidatur, et, donec emendet¹⁵), dolore suae iaceat ruinae prostratus.

CAP. XVIII.¹⁵)

Statutur consuetudini, an colonus solvat decimam ecclesiae, in cuius parochia sita sunt praedia, an ecclesiae, ubi audit divinum et percipit ecclesiastica sacramenta.

Idem.¹⁶)

Quomodo sint homines in parochia unius ecclesiae, sicut asseris, qui terras in alia parochia¹⁷) excolunt: tua discretio nos consuluit, cui ecclesiae de terris illis decimam solvere debeant, "an ei, in cuius parochia sint constituti, an illi, in qua divina audiunt et alia ecclesiastica percipiunt sacramenta." Sane, "quomodo huiusmodi quaestio temporibus praedecessorum nostrorum saepius mota fuerit, nec ab aliquo terminata, alii intuitu territorii, alii personarum obtentu asserentibus debere persolvi," non est nobis¹⁸) facile super hoc certum¹⁹) dare responsum, quomodo auctoritates sanctorum Patrum etiam²⁰) sint diversae. Et ideo in huiusmodi dubitatione²¹) ad consuetudinem duximus recurrendum, et attendendum etiam, si illae ecclesiae in uno sint vel in diversis episcopatibus constitutae; quia difficile nimis videtur, ut una ecclesia in²²) episcopatu alterius recipiat decimas, quomodo ex hoc episcopatum fines confundi non immerito viderentur.²³) "Illud autem etc. [cf. c. 8. de praeser. II. 26.]"

CAP. XIX.²⁴)

Non potest laicus transferre decimam in alium laicum, etiamsi cum titulo illum possideat. H. d. cum gloss.

Ex concilio Lateranensi.

Prohibemus "iasuper," ne laici, decimas cum animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos²⁵) possint aliquo modo²⁶) transferre. Si quis vero receperit, et ecclesiae non reddiderit²⁷), Christiana²⁸) sepultura privetur.

CAP. XX.²⁹)

Decima personalis debetur ecclesiae, ubi quis percipit sacramenta, licet ubi lucrum contigerit, in praedicti vero statuti consuetudini, si in aliena parochia colonus praedium coluit.

Lucius III. Strigoniensis³⁰) Archiepiscopo.

Ad apostolicae sedis regimen, "licet immeriti, dignatione divina

vocati, omnibus sumus ecclesiae filiis debitores, et pro scientiam nostrae modo respondere cogimus consultationibus singularum." Intelleximus "autem ex literis tuis," quod quaedam consuetudo in Hungaria inolevit, ut multitudo populi plerumque de parochia unius episcopi in dioecesim alterius transferatur. In qua licet per multa tempora moram traxerit³¹), uterque tamen episcoporum, tam is, cuius parochiam reliquerunt³²), quam is, cuius parochiani sunt³³) facti, decimationem³⁴) requirit, "et eos, nisi ad voluntatem ipsius solvant, interdicto supponit, unde invidiae et plurimae contentiones oriuntur." Ideoque tua nos duxit fraternitas consulendos, cui potius decimae sint reddendae. Noveris igitur³⁵), quod, "si de artificio, vel negotiatione et agricultura, quam infra terminos parochiae, in quo moratur, exercet, vel aliis huiusmodi decimae solvantur," aequum est³⁶), ut illi ecclesiae decimae personae reddantur ab eis, in qua ecclesiastica percipiunt³⁷) sacramenta. "Apostolus enim dicit: „Si vobis seminavimus spiritualia etc." Decimas³⁸) vero messium vel fructuum arborum, si coluerint in alia parochia, quam in ea, in qua habitant, quoniam a diversis diversae consuetudo tenetur, tu eligas in hoc casu quod per consuetudinem diu obtentam ibidem noveris³⁹) observatum.

CAP. XXI.⁴⁰)

De omni fructu praedii solvendae sunt decimas.

Clemens III.⁴¹)

Ex parte "dilectorum filiorum nostrorum" canonicorum ecclesiae tuae nobis est querela proposita, quod quidam agriculatores, quomodo simul vel "in" diversis temporibus anni in eodem horto vel agro diversa semina sparserint⁴²), non nisi de unius illorum seminum fructibus decimas illi⁴³) persolvunt⁴⁴), quidam etiam decimas de agrorum proventus non curant exsolvere, nisi quibusdam prius deductis expensis, quas faciunt pro illis ad horreum vel ad aream deportandis. Quia igitur per hoc canonicis ipsis et ecclesiae Dei non modica irrogatur iniuria, quam Luitis absque expensis decimas sit iniunctum persolvi, "Mandamus, quatenus⁴⁵) „inquisitis diligentius veritate," si noveris, rem taliter se habere, agricolatores illos, ut de omnibus praediorum fructibus, "nullis subtractis expensis, sed integras potius" decimas "et" absque diminutione persolvant, ecclesiastica⁴⁶) censura "omni contradictione et appellatione cessante" compellas, "et auctoritate nostra districte inhibeas, ne talia de cetero aliqua cupiditate seu praesumptione attentent. Dat. Laterani An. III."

CAP. XXII.⁴⁷)

Decimae praediales solvendae sunt expensis non deductis.

Coelestinus III.⁴⁸)

Non est in potestate hominum, quomodo plantant arbores vel aliqua semina terrae mandant, "quid eis satio vel plantatio sit redditura, quomodo iuxta verbum Apostoli, ad litteram exponendam, neque qui plantat bene aliquid faciat, neque qui rigat, sed Deus, qui tribuit incrementum. Audimus autem, quod quidam vestrum de vineis, olivis, cannamelis et frugibus non nisi primo deductis expensis seminum laboris et agriculturae decimas curant exsolvere." Re vera, sicut sancti Patres in suis tradiderunt scripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, "et" negotiatione⁴⁹), de ipsa etiam militia, "et" de venatione, et de omnibus bonis decimae sunt ministris ecclesiae tribuendae; ita⁵⁰) "etiam," ut, qui⁵¹) de his eam solvere neglexerint, ecclesiastica districtione debeant percelli.⁵²) "Praeterea si quis Domino decimas non dederit, quae sunt tributae egentium animarum, et ex de-

Cap. XVI. 98) discretione: C. R. 1. — 99) ecclesia valent: ib.
 Cap. XVII. 100) Restitutum ex c. 2. conc. Turon. (hab. A. 1163.) — App. XXVI. 8. Comp. II. h. t. c. 2. — 1) omitt. conc. — 2) divina dign. anim. habentur: App. — 3) de: ib., conc. — et in: Böhm. — 4) usut: pent: App. — 5) incurrit: C. R. 1. — metuent: App. — mai. id. incutit: conc. — add.: inde: Comp. II. Ms. — 6) qui: App. — 7) dicunt: C. R. 1. — 8) abest a C. H. — 9) decimas eis et ecclesiarum dispensationes (App. dispositiones): conc., App. — decim. et eccl. dispositiones: Comp. II. Ms. A. — 10) ipsorum: conc. — 11) veritatis et vitae: C. R. 1. — 12) oblationem: conc. — ecclesiam vel decimas conc.: App. — 13) languant: App., conc. — 14) se emendet, lapsum suum deflexi, ambiceat dolore prostratus: conc.
 Cap. XVIII. 15) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — 16) Martiniensi ep.: Comp. II. Ms. B. — Macellinensi: Ms. A. — Massiliensi: Comp. II. Aug. — 17) add.: alterius: ib. — 18) vobis: Comp. II. Ms. A. — 19) deid. ib. — 20) abest a C. R. 2. L. H. — 21) quaestione: credimus: Comp. II. Ms. A. — 22) in uno: Comp. II. Ms. B. — 23) videantur: Comp. II. Ms. A. B.
 Cap. XIX. 24) c. 14. conc. Lat. III. (hab. A. 1179.) — Lips. 9., sus. XII. 19., Comp. I. h. t. c. 23. — 25) abest a Lips. — 26) add.: sine sui episcopi consensu: ead. — 27) tradiderit: App. — 28) ecclesiastica: C. H.
 Cap. XX. 29) Restitutum ex App. L. 39., Comp. I. h. t. c. 29. — 30) Strigon. episcopo: Comp. I. — 31) habuerint: App. — habuerit:

Comp. I. — 32) parochia relinquitor: Comp. I. Aug. — a cuius parochia recesserunt: App. — 33) sint: Comp. I. Aug. — in cuius parochia commorantur: App. — 34) eorum decimas exigit: ib. — 35) ergo: ib. — 36) aequum est, ut illi ecclesiae reddantur, in qua ille, qui reddit, per totum anni circulum audit divina (missam audit): App., in qua roll. desider.) et ecclesiastica percipit: Coll. cit. — 37) recipiunt: C. H. — 38) Super decimis vero messium vel fructibus arborum, si coluerint in alia parochia, quam in ea, in qua habitant, quoniam a diversis diversae consuetudo tenetur, certum aliquid non duximus respondendum. Tu vero eligas in hoc casu, ex quo vel nullum, ex quo vel nullum, vel minus noveris spatium generari: Comp. I. — 39) invenierit: C. L.
 Cap. XXI. 40) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 375., Comp. II. h. t. c. 5. — 41) Coelestinus III.: Comp. II. — Coel. III. Biterreni (leg.: Biterrensi, Besiers') ep. in secundo tomo Reg. Luc. — 42) suscipiant, non tamen de illor.: ead. — 43) illis: Comp. II. Aug., Ms. B. — eis: Luc. — 44) exsolvant: ead. — 45) qualiter: ead. — 46) per cens. ecclesiasticam: Luc., Comp. II.
 Cap. XXII. 47) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 386., — Comp. II. h. t. c. 4. — 48) Alex. III.: C. R. 1. — Idem (Clem. III.) fructibus in Viennensi (leg.: Viennensi) provincia constitutis: Luc. — 49) negotio: Comp. II. — 50) et ill: Comp. II. Ms. B. — 51) qui his solo.: Comp. II. Aug., Ms. B. — qui hgs s.: Ms. A., Luc. — 52) compelli: Comp. II. Ms. B., Luc.

bito requiratur ad decimam partem, ut docet Augustinus, revocari meretur." Volumus ergo⁵³) et districte praecipimus, quatenus⁵⁴), antequam ullas⁵⁵) deducatis de "cunctis vestris" bonis praedictis⁵⁶) expensas, "salvis privilegiis Romanae ecclesiae" decimas ecclesiis, ad quas pertinent, cum integritate debita⁵⁷) persolvatis.

CAP. XXIII.⁵⁸)

De redditibus molendini ad ventum soloendae sunt decimae.

Idem.

Ex transmissa querela *Bertrandi Dolensis archidiaconi* rectoris ecclesiae de N. intelleximus, "quod, quum M. miles molendinum quoddam ad ventum in terra quadam infra fines parochiae suae, de cuius terrae proventus decimas solebat ecclesia percipere memorata, construxit, de ipsius molendini obventionibus decimas ei solvere contradicens, in salutis suae periculum detinere non veretur." Quia "igitur" fidelis homo de omnibus, quae licite potest acquirere, "sine diminutione" decimas erogare tenetur: "discretioni vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus H.⁵⁹) militem ad solutionem decimarum de his⁶⁰), quae de "praedicto" molendino ad ventum⁶¹) proveniunt, sine diminutione aliqua "per censuram ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo" compellatis.

CAP. XXIV.⁶²)

Locator vel conductor possessionum tenentur ad decimas, nisi se immunes ostendant.

Innocentius III. *Pistoriensi Episcopo*.

A nobis tua fraternitas requisivit, "utrum ab illis decimas exigere debeas, qui possessiones dant vel recipiunt ad affectum, quum alii se conentur per alios excusare, quo minus cogantur ad decimas persolvendas." Quum igitur quilibet decimas solvere teneatur, nisi a praestatione ipsarum specialiter sit exemptus, fraternitati tuae taliter respondemus⁶³), quod a dantibus et recipientibus possessiones ad firmam⁶⁴) de fructibus, quos percipiunt, decimae sunt solvendae, nisi ab eis "aliquid" ostendatur, quare ab huiusmodi sint immunes. "Cum clericis etc. [cf. c. 9. de cohob. cler. III. 2.] Dat. Lat. XII. Kal. Dec." [1199.]

CAP. XXV.⁶⁵)

Imperialis concessio sub quacunque forma a solutione decimarum eximere non potest. — (Nec occasione etc.): Decimae novalium non pertinent ad laicum, qui decimas habet in feudum. H. d.

Idem *Vercellensi Episcopo*.

Tua (Et infra: [cf. c. prox. seq.]) Porro⁶⁶) quum laicis nulla sit de spiritualibus concedendi vel disponendi "attributa" facultas, imperialis concessio, quantumcunque generaliter fiat, neminem potest a solutione decimarum eximere, quae divina constitutione debentur. Nec occasione decimationis antiquae, licet in feudum decimae⁶⁷) sint concessae, sunt decimae novalium usurpandae, quum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restringenda. "Quoniam igitur etc. [cf. c. prox. seq.]"

CAP. XXVI.⁶⁸)

Sine deductione seminis et sumptuum debent dominus et colonus decimam solvere, et non cui voluerint ecclesiae vel pauperibus, sed ecclesiae, cui debentur, nec ab hoc excusantur propter malitiam clericorum.

Idem eadem.

Tua nobis fraternitas intimavit, quod quidam laici "tuae dioecesis, et alii plures episcopatum adiacentium," decimas ecclesiis et clericis

tuis perversis machinationibus subtrahere moliantur, "et conceptae perversitatis audaciam non curant satisfactione debita emendare." Quidam enim ex eis semen et sumptus, qui fiunt⁶⁹) in agricultura, dicunt primitiis deducendos, et de residuo impendendam "esse" decimam asseverant. Alii vero de portione fructuum, quam a colonis accipiunt⁷⁰), partem decimae separantes, eam capellis suis, aut aliis clericis "seu ecclesiis," aut etiam pauperibus conferunt, vel in usus alios pro sua voluntate convertunt. Nonnulli etiam⁷¹) vitam clericorum tanquam abominabilem detestantes, decimas eis ob hoc subtrahere non verentur. "Quidam insuper asserentes, se possessiones et omnia iura sua cum omni onere et districtu per imperialem concessionem adeptos, decimas sub huiusmodi generalitate detinere praesumunt. Occasione praeterea veteris decimationis, quam asserunt sibi concessam, aliqui decimas novalium sibi non metunt usurpare." Verum, si ad Deum⁷²), a quo cuncta bona procedunt, assertores huiusmodi debitum respectum haberent, ius ecclesiasticum diminueri non contederent, nec⁷³) decimas, quae tributa sunt egentium animarum, praesumerent detinere. Quum enim Deus, cuius est terra, et plenitudo eius, orbis terrarum, et universa⁷⁴), qui habitant in eo⁷⁵), deterioris conditionis esse non debeat, quam dominus temporalis, cuius statutum "debitum" de terris, quae exhibet aliis excolendas, non quidem deductis sumptibus aut semine separato, necessario⁷⁶) cum integritate persolvitur: nimis⁷⁷) profecto videtur iniuquum, si decimae, quae Deus in signum universalis domini sibi reddi praecipit⁷⁸), suas esse decimas et primitias asseverans, occasione praemissa vel excogitata magis fraude diminui "forte" valeant⁷⁹), quum⁸⁰) Deo debita sit solutio decimarum in tantum, ut ad eas⁸¹) clericis exhibendas, quibus eas ipse pro suo cultu concessit, laici, si moniti reddere⁸²) "forte" noluerint, ecclesiastica sunt⁸³) discretionem cogendi⁸⁴). Et quum de cunctis omnino proventus decimae sint reddendae, sicut colonus de parte fructuum, quae sibi remanet⁸⁵) ratione⁸⁶) culturae, sic et dominus de portione, quam percipit ratione terrae, decimam reddere sine diminutione tenetur. Praetextu vero nequitiae clericorum nequeunt eas "aliis," nisi quibus ex mandato divino debentur, pro suo arbitrio⁸⁷) erogare, quum nulli sit licitum aliena cuiquam concedere praeter domini voluntatem, "quanquam per sollicitudinem officii pastoralis clerici sint a sua nequitia coercentis. (Et infra: [cf. c. prox. anteced.]) Quoniam igitur pati nolumus, "nec debemus," ut ecclesiarum et clericorum iura praesumptione qualibet minuantur, "fraternitati tuae auctoritate praesentium" mandamus⁸⁸), quatenus omnes, qui ratione personarum aut etiam praediorum decimas ecclesiis et clericis tuae dioecesis exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas, appellatione remota⁸⁹), "auctoritate apostolica per excommunicationis vel interdicti sententiam" compellas⁹⁰). "Praeterea, ut clericos tuae dioecesis etc."

CAP. XXVII.⁹¹)

Privilegium super decimis non solvendis, ecclesiasticae personae concessum, novalia comprehendit. H. d. secundum intellectum, qui placet Paenorm.

Idem *Abbati sanctae Columbae⁹²) Senonensis*.

Ex parte tua "fuit postulatum a nobis, quod, quum tibi de laboribus tuarum parochiarum, sicut asseris, sit indultum decimas cum integritate percipere, tibi vellemus misericorditer indulgere, ut de terris, quae infra parochias tuas rediguntur noviter ad culturam, de indulgentia nostra exigendi decimas facultatem haberes." Quum "igitur" tibi⁹³) quod maius est sit concessum, ut videlicet decimas de laboribus terrae parochiarum tuarum cum integritate⁹⁴) percipias, de novalibus eas exigere satis potes; quia, ubi maius "tibi" conceditur, minus "etiam in hoc casu" concessum esse videtur. "Dat. Rom. ap. S. Petr. IX. Id. Mart. Pont. nostr. Ao. IX." [1206.]

Cap. XXII. 53) igitur: Luc. — 54) quod: C. R. 1. — 55) omitt. C. R. L. H., Coll. c. 1. — 56) collectis: Coll. c. 1. — 57) abest a C. R. 1. — 58) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 7. — 59) praedictum: Comp. II. — 60) de obventionibus: ead. — 61) ad vent.: omitt. ead. — 62) Restitutum (quantum opus fuit) ex Reg. Bal. II. 229. — Comp. III. h. t. c. 1. — 63) diximus respondendum: Comp. III. Reg. — 64) ad factum: C. R. 1. L. — ad affectum: Comp. III. Aug., Reg. — 65) Restitutum ex Reg. Bal. II. 242. — Comp. IV. h. t. c. 4. — 66) verb.: Porro ... fac.: omitt. Comp. IV. — 67) dec. sint: omitt. Reg. — 68) Restitutum ex Reg. l. c. — Comp. III. h. t. c. 2. — 69) fuerint: Reg. — 70) recipiant: C. R. 1., Comp. III. Aug. — 71) abest a Comp. III. et Reg. — 72) cum: ib. — 73) ne: C. L. — 74) universa:

ib. — 75) ea: C. R. 2. H. L., Comp. III. Reg. — 76) necessarium esse dignoscitur (dignoscatur): Comp. III. Ma. — cum integritate persolvi: Comp. III. Reg. — 77) minus: Comp. III. Aug. oper. mend. — 78) praecipit: ib., Cont., Böhm. — 79) vulerent: Reg. — 80) quomque: Comp. III., Reg., Böhm. — 81) eas decimas: Comp. III. Aug. — 82) redd. et solvere: C. L. — abest a C. R., Comp. III., Reg. — 83) sint: Reg. — 84) sequuntur in Reg., Comp. III. et ap. Böhm., quae infra posita sunt Praetextu nequitiae ... coercentis. — 85) remanent: C. H. — 86) de rat.: Comp. III. — 87) pro suas voluntatis arbitrio: Comp. III., Reg. — 88) indulgemus: ib. — 89) sublato app. obstaculo: ib. — 90) compellendi liberam habere facultatem: ib. — 91) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 17. — Comp. III. h. t. c. 3. — 92) Columbae: C. L., Comp. III. — 93) si maius est tibi concessum, videlicet quod: Reg. — 94) cum int.: omitt. Comp. III., Reg.

CAP. XXVIII.⁹⁵⁾

Negotiator de lucro decimam solvit, deductis expensis, quas facit de pecunia decimata; expensae vero, quae fiunt pro habendis fructibus, non deducuntur, et de fructibus solvitur decima, etiam non deductis expensis, factis pro re restauranda.

Idem Heliensi Episcopo.

Pastoralis officii (*Et infra: [c. c. 28. de off. iud. del. I. 29.]*) Explicari "praeterea" postulasti, utrum quis possit de molendinis et piscariis necessarias expensas deducere prius, quam solvat decimas ex eisdem, sicut est in negotiatione concessum. Ad quod "sine praedictio melioris sententiae" respondemus, quod, licet circa res acquisitas vel factas de pecunia decimata, quum ipsae venduntur, credamus deducendas expensas, et de residuo quasi de lucro decimas persolvendas, ut, si vendatur domus, ager, vinea, elibanus, molendinum, grex aut quaelibet merces, expensas tamen, quae fiunt pro⁹⁶⁾ fructibus percipiendis, ex illis, de quibus fructus⁹⁷⁾ proveniunt, non credimus deducendas, etiamsi fuerint decimatae; quoniam salva decima fructus efficiuntur eorum, qui faciunt ipsas expensas. Fructus autem ipsos alienari posse, non credimus, nisi cum onere decimarum. Nec pro restaurando detrimento quarumlibet rerum, ex quibus decimae persolvuntur, credimus deducendas expensas⁹⁸⁾ de preventibus decimandis, quia penes dominum res permanent restauratae, ut si pars aliqua moriatur armenti, deterioretur vinea, portio mercis depereat, vel totus elibanus destruat. "Quaerivisti etc. [*cf. c. 8. de fide instr. II. 22.]* Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Ian." [1204.]

CAP. XXIX.⁹⁹⁾

Qui praescribit decimam in aliena parochia, si ibi insurgunt novalia, ipsorum decimas non habebit.

Idem.¹⁰⁰⁾

Quum contingat interdum "etiam" in tua dioecesi (*Et infra: [c. c. 28. de iure. II. 24.]* Praeterea requisisti, quum aliqua praedia, de quibus ecclesiis aut personis ecclesiasticis decimae solvebantur, ad fratres Cisterciensis ordinis donationis vel emptionis vel alio titulo devolvuntur, an iidem fratres de talibus praediis ipsis ecclesiis vel personis decimas solvere teneantur. Super quo tibi tale damus responsum, quod, quum praedictis fratribus a sede apostolica sit indultum, ut de laboribus suis, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimae nulli prorsus persolvere teneantur, de praediis taliter acquisitis ecclesiis vel personis ecclesiasticis decimas solvere non tenentur; dummodo propriis manibus eorum aut sumptibus excolantur. Quum "autem" in quibusdam parochiis ad quasdam ecclesias vel personas ecclesiasticas ab antiquo pertineat perceptio decimarum, et¹⁾ de novo fiant novalia in eisdem: quaeis a nobis, ad quem²⁾ huiusmodi novalium decima incipiat pertinere. Unde inquisitioni tuae taliter³⁾ respondemus, quod, quum perceptio decimarum ad parochiales ecclesias de iure communi pertineat, decimae "quoque" novalium, quae fiunt⁴⁾ in parochiis earundem⁵⁾, ad ipsas procul dubio pertinere noscuntur, nisi ab his⁶⁾, qui alias⁷⁾ percipiunt decimas, rationabilis causa ostendatur, per quam appareat⁸⁾, novalium ad eos decimas pertinere.

CAP. XXX.⁹⁾

Decima omnium fructuum praedii debetur ei, qui decimas ibi praescripsit; sed ad aliud praedium praescriptio non extenditur.

Idem Episcopo Belvacensi.¹⁰⁾

Quum in tua dioecesi quaedam monasteria et conventuales ecclesiae in multis parochiis maiores decimas percipiant et minutas, "et" de quibusdam fructibus, annuatim perceptis, non fuerunt¹¹⁾ deci-

mae persolutae, "quae tamen modo persolvuntur, quaerivisti per sedem apostolicam educeri, utrum decimae fructuum praedictorum ad parochiales ecclesias, quae nec maiores percipiunt nec minutas, an ad monasteria et illas ecclesias conventuales, quae decimas alias percipiunt ab antiquo, debeant pertinere. Ad quod sic" Respondeamus¹²⁾, quod, si fructus praedicti de illa¹³⁾ terra proveniunt¹⁴⁾, de qua monasteria vel conventuales ecclesiae aliquos percipiebant ratione decimarum proventus, eis proculdubio decimae fructuum debeantur¹⁵⁾ eorum¹⁶⁾, quum ipsi terra illa ab antiquo fuerit decimata, et non debeat una eademque ecclesia¹⁷⁾ diverso iure censer; alioquin parochialibus ecclesiis exsolvantur¹⁸⁾, ad quas de iure communi spectat perceptio decimarum. "Sane quia contingit etc. [*cf. c. 27. de spons. IV. 1.]* Dat. Lat. IV. Kal. Nov. Pont. nostr. Ao. XV." [1212.]

CAP. XXXI.¹⁹⁾

Laici ecclesias vel decimas donare non possunt, etiamsi sunt reges, nec ex eorum titulo praestatur causa praescribendi.

Idem Vespriensis²⁰⁾ Episcopo.

Dudum adversus fratres Hierosolymitani²¹⁾ hospitalis sancti Stephani "Albensis" te proponente in nostra praesentia quaestionem, quod ipsi decimas, de laboribus rusticorum suorum Vespriensis²²⁾ ecclesiae debitas, non permitterent tibi solvi, "eosdem citatinus, praesigentes eis terminum concilium generale, quo cum instrumentis et rationibus suis nostro se conspectui praesentarent, tibi respondere parati." Comparantibus igitur te ac ipsis statuto termino coram nobis, "dilectum filium nostrum" G.²³⁾ "tit. S. Martini" prebyterum cardinalem tibi et eis concessimus auditorem, coram quo decimas terrarum²⁴⁾, quae per rusticos hospitalis Vespriensis²⁵⁾ dioecesis excoluntur, et de Ciroga²⁶⁾ et de Novacaria²⁷⁾ ecclesiis, quae per ipsos²⁸⁾ hospitalarios detinentur, "eandem, tanquam ad te spectantes," intentione tua de iure communi fundata petiati. Prior autem hospitalis "eiusdem" in praedictis decimis et ecclesiis praescriptionem allegans, propositum, se tibi non teneri super²⁹⁾ his "aliquatenus" respondere. Quod quum per auditorem "eundem" ad nostram audientiam pervenisset, mandavimus, quod idem prior³⁰⁾ praescriptionem titulum, quem allegavit³¹⁾, probaret, qui "tandem post deliberationem praehabitam coram venerabilibus fratre nostro Albanensi episcopo, qui post recessum memorati cardinalis de causa cognovit, inchoata recordationis" B.³²⁾ regis ac "E. matris ipsius" reginae Hungariae privilegia exhibuit³³⁾, qui ecclesiam sancti Stephani, ad³⁴⁾ quam dictae ecclesiae cum eisdem decimis pertinebant, in perpetuum elemosynam hospitali donationis titulo concesserunt, confirmationis "bonae memoriae" Clementis³⁵⁾ Papae praedecessoris nostri scriptum³⁶⁾ exhibens, per quod probare volebat³⁷⁾, concessionem praedictam plenum habere vigorem, "et asserens nihilominus, ipsam a felicitis recordationis Lucio Papa praedecessore nostro postmodum confirmatam." Ceterum ex parte tua fuit propositum "ex adverso," quod in decimis et "in" ecclesiis a rege et regina³⁸⁾ donatis praescriptionem non poterat opponere pars adversa, quae nec a donatione ipsorum initium habere poterat, nec a confirmatione praefata tantum effluxit temporis³⁹⁾, quod possit⁴⁰⁾ praescriptio confirmari⁴¹⁾, et sic donationis regis ac reginae allegatus titulus nullus erat; quum sacrilegii crimen incurrat "secundum canonicas sanctiones," qui ecclesias vel ecclesiasticum aliquid⁴²⁾ de manu receperit⁴³⁾ laicali. "Unde si contingat, laicum in donatione ecclesiae talibus verbis uti: „ubi tibi ecclesiam talem:“ nihil aliud concedere intelligitur, nisi ius patronatus tantum, quod habet in ipsa, prout in constitutione a nobis edita continetur expresse. Contra confirmationem autem fuit hoc modo responsum, quod, quum confuse ipsa ecclesia S. Stephani cum omnibus decimis et ecclesiis et aliis, quae ad eandem pertinent,

Cap. XXVIII. 95) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 169. — Comp. III. h. t. c. ult. — 96) de: Comp. III. Ms. — 97) abest a C. R. 1. — 98) abest a Comp. III. Ms.

Cap. XXIX. 99) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 1. — 100) episcopo Belvacensi: Comp. IV. Aug. — 1) ut: Comp. IV. Ms. A. — 2) quum: Cont., Böhm. — 3) breviter: Comp. IV. Aug. — 4) fuerint: C. H. — 5) eorumdem: C. R. 2., Comp. IV. Ms. A. B. — 6) ipsis: Comp. IV. — 7) illas: ead. Ms. A. — 8) compareat: ib.

Cap. XXX. 9) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 194. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 10) Bevinne: Comp. IV. Ms. B. — Halvacen.: Böhm. — 11) fuerint: Reg. — 12) durissimus respondendum: Comp. IV., Reg. — 13) illis terris... quibus: Reg. — 14) veniunt: Comp. IV. Ms. A. — proventiant: Ms. B. — 15) debeantur: Comp. IV. Aug. — 16) eorumdem: Reg. — 17) substantia: ib. — 18) persolvuntur: C. H.

Cap. XXXI. 19) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 3. — 20) Vespriensis: Comp. IV. Aug. — Vespriensis: Ms. A. — Vespriensis: C. R. 1. — 21) Hierosolymitanos: Cont., Böhm. — 22) Vespriensis: Comp. IV. Aug. — Vespriensis: Ms. A. — 23) S.: C. R. 2. — 24) omn. terr.: Comp. IV. Aug. — 25) Vespriensis: ib. — Vespriensis: Ms. B. — 26) Chirographa:

Cont., Böhm. — Sirogran.: C. R. 2. — Cyroga: C. L. — Cyroga.: Comp. IV. Aug. — Cyroga.: Ms. B. — Cyroga.: Ms. A. — 27) Nova cultura: C. R. 1. — Nova cultura: Comp. IV. — 28) abest a Comp. IV. — 29) pro: C. R. 1. — 30) abest a Comp. IV. Ms. A. — 31) allegatur: Comp. IV. Aug. — 32) G.: ib. — R.: C. R. 2. H. — 33) concessionem allegavit: Comp. IV. Aug. — cartus exhibuit: Ms. A. B. — 34) ad quam tunc temporis, sicut userunt, ecclesiae memoratae spectabant, cum decimis et pertinentiis suis concesserunt in perpetuum elemosynam, hospitali donationis titulo assignavit: Comp. IV. Aug. — ad quam, sic. ass., tunc temp. ecclesiam hospitali ecclesiae et decimae retinebant, emptionis vel donationis titulo assignaverunt: Ms. A. — ad quam spectabant decimae cum aliis ecclesiis ad se pertinentibus, tunc temp., sicut asserit, in perpet. elemosynam hospitali donationis titulo assignavit: Ms. B. — 35) Coelestini: Comp. IV. Ms. A. B. — 36) transcriptum: Comp. IV. Aug. Ms. A. — 37) volebant: Ms. id. — 38) a reg.: ib. — 39) tempus: Comp. IV. Aug. — 40) possit: Comp. IV. — 41) confirmari: Aug. — 42) aliquod: C. R. 1. H. L., Comp. IV. — add.: beneficium: Aug. — 43) reciperet: id.

*confirmetur, ius episcopale non tollitur; quum de illo non exprimat-
tur ibidem, sed tantum debita decimarum portio, intra parochiam
ecclesias S. Stephani collatarum, secundum terrae consuetudinem
eisdem hospitalariis reservetur; praesertim quum petita decimae
a te in parochia S. Stephani non consistant, quod de plano confessae
est pars adversa. Econtra vero fuit a parte altera replicatum,
quod, quum spatio XXX. annorum tacueris, iuri tuo tacite renun-
ciasse videris. Sed et hoc pars tua visa est repellere allegando,
quod XXX. annorum taciturnitas non in iure communi, sed in pri-
vilegiis nascitur obtinere, unde iure communi, quod habet episcopus
in decimis vel in ecclesiis suae dioecesis, non nisi XL. annorum
taciturnitate privatur.* Nos igitur *his et aliis, quae hinc inde
fuerunt proposita, plenius intellectis,* quum *44)* donatores praedi-
cti conferre non potuerint *45)* aliis quae ipsi de iure non poterant
possidere, et *ex confessione partis adversae liquido nobis constet,*
*petitas decimas et ecclesias intra parochiam sancti Stephani non
concludi, etiamsi praefata donatio teneat, quum* per confirma-
tionem praedicti Clementis super ecclesia sancti Stephani *46)* hospi-
tali cum decimis et aliis pertinentibus *47)* ad se *48)* factam, etiamsi
authenticum apparet, iuri episcopali nullatenus derogetur, *de
fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica* sententialiter
prohibemus, ne fratres hospitalis praesumant ulterius *49)* impe-
dire *50)*, quo minus decimas percipias memoratas, et pacifice possi-
deas in futurum.

CAP. XXXII. ⁵¹⁾

*Domini praediorum cogi possunt, ut praedia dent colenda talibus, a
quibus sine contradictione ecclesia possit decimas consequi. H. d. usque
ad §. Illae — (Illae etc.) Iste §. propter sui breviter non summat.*

Idem in concilio generali. ⁵²⁾

In aliquibus regionibus quaedam permixtae sunt gentes, quae se-
cundum suos ritus decimas de more non solvunt, quamvis censeantur
⁵³⁾ nomine Christiano. His nonnulli domini praediorum ea tri-
buunt excolenda, ut decimis defraudantes ecclesias, maiores inde
reditus assequantur ⁵⁴⁾. Volentes igitur super his ecclesiarum ⁵⁵⁾
indemnitatibus providere, statuimus, ut ipsi domini ⁵⁶⁾, talibus
personis et taliter sua praedia excolenda committant, quod absque
contradictione ecclesiis decimas cum integritate persolvant, et ad
id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam ⁵⁷⁾ compellantur.
Illae quippe decimae necessario solvendae sunt, quae debentur ex
lege divina vel ⁵⁸⁾ loci consuetudine approbata.

CAP. XXXIII. ⁵⁹⁾

*Prius solvendae sunt decimae, quam census seu tributa, et, si prius illa
solvantur, postea decimari debent.*

Idem in eodem.

Quum non sit in ⁶⁰⁾ homine, quid ⁶¹⁾ semen serenti ⁶²⁾ respon-
deat ⁶³⁾, quoniam iuxta verbum Apostoli ⁶⁴⁾, „neque qui plantat,
est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus,
ipsum ⁶⁵⁾, qui de mortificato semine plurimum fructum affert, ni-
mis avare quidam in decimis defraudare nituntur, census et tributa,
quae interdum indecimate praetereunt ⁶⁶⁾, de frugibus primitivis ⁶⁷⁾
deducentes. Quum autem in signum universalis domini quasi quodam
titulo speciali sibi Dominus decimas ⁶⁸⁾ reservaverit, nos, et ⁶⁹⁾
ecclesiarum dispendiis et animarum periculis obviare volentes, statu-
imus, ut in praerogativam ⁷⁰⁾ domini ⁷¹⁾ generalis exactionem
tributorum et censuum praecedat solutio decimarum, vel saltem hi,
ad quos census vel ⁷²⁾ tributa indecimate pervenerint ⁷³⁾, quoniam
res cum onere suo transit, ea ⁷⁴⁾ per censuram ecclesiasticam dec-
imare cogantur ecclesiis, quibus de ⁷⁵⁾ iure debentur.

Cap. XXXI. 44) attendentes, quod donatores: C. H. — 45) potuerunt: Comp. IV. Ms. A. B. — 46) S.: Cont., Böhm. — 47) pertinentiis: C. L. — 48) a se: C. R. 2. L. — 49) te ult.: C. H. — alterius: Comp. IV. Aug. — 50) praepedire: Aug., Ms. B.
Cap. XXXII. 51) c. 53. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 5. — 52) in conc. gen.: desid. in C. H. — 53) censentur: Comp. IV. Ms. A. — 54) exsequantur: C. R. 1. L. — 55) ecclesiae: C. R. 1. — 56) deinde: Comp. IV. Aug. 1—57) censuras ecclesiasticas: ib. — 58) vel ex: Comp. IV.
Cap. XXXIII. 59) c. 54. ib. — Comp. IV. h. t. c. 7. — 60) ab: C. H. — 61) quod: Comp. IV., conc. — 62) desid. ap. Böhm. — 63) redat vel respondent: Comp. IV. Aug. — 64) 1 Cor. III. 7. — 65) ipse: C. H. — ipsum quidem mort.: Cont. — ipsum quidem de mort.: Böhm. — 66) ipso quid afferente: conc. — 67) praetereunt: ib. — 68) primitivis: C. R. 1. L. — et primitivis educentes: conc. — 69) de terris dec.: Comp. IV. Ms. A. — 69) omitt. conc. Ms. — 70) praerogativa: C. R. 1., conc. — 71) domini: conc. Ms. — 72) et: Comp. IV., conc. — 73) pervenerint: Comp. IV. Ms. A. — 74) eam: Comp. IV. — 75) abest a conc.

Cap. XXXIV. 76) c. 55. ib. — Comp. IV. h. t. c. 7. — 77) capitulo: Comp. IV. Aug., conc. — 78) ut . . . non em.: conc. Ms. — 79) debentur: conc. — 80) vel: Comp. IV. Ms. B. — de: Ms. A. — 81) monasterio . . . fundando: conc. Ms. — 82) de novo: id., Comp. IV. — 83) fundatis:

CAP. XXXIV. ⁷⁶⁾

*Cistercienses, templarii et hospitalarii de fructibus possessionum, quas
acquisierunt post concilium generale, de quo hic, decimas solvere tenen-
tur, si de illis possessionibus prius solvebantur decimae.*

Idem in eodem.

Nuper abbates Cisterciensis ordinis in generali concilio ⁷⁷⁾ congregati ad commonitionem nostram provide statuerunt, ne ⁷⁸⁾ de cetero fratres ipsius ordinis emant possessiones, de quibus decimae debeantur ⁷⁹⁾ ecclesiis, nisi forte pro ⁸⁰⁾ monasteriis ⁸¹⁾ noviter ⁸²⁾ fundandis ⁸³⁾, et si tales possessiones eis fuerint pia fidelium devotione collatae, aut emptae pro monasteriis de novo fundandis ⁸⁴⁾, committantur ⁸⁵⁾ aliis ⁸⁶⁾ excolendae, a quibus ecclesiis decimae persolvantur, ne occasione privilegiorum suorum ecclesiae ulterius praegraventur. Decernimus ⁸⁷⁾ „ergo,“ ut de alienis terris et amodo acquirendis, etiamsi ⁸⁸⁾ eas propriis manibus aut sumptibus excolant ⁸⁹⁾, decimas persolvant ecclesiis, quibus ratione praediorum antea solvebantur ⁹⁰⁾ nisi cum ipsis ecclesiis aliter duxerint componendum ⁹¹⁾. Et ⁹²⁾ hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus privilegiis, extendi volumus et mandamus, ut ecclesiarum praelati promptiores et efficaciores existant ad exhibendum eis de suis malefactoribus iustitiae complementum, eorumque ⁹³⁾ privilegia diligentius et perfectius ⁹⁴⁾ studeant observare.

CAP. XXXV.

Gregorius IX.

Interdicimus universis personis ecclesiasticis, ut decimas, detentas ⁹⁵⁾ a laicis, ad alienas ecclesias pertinentes, in pignus recipere ab eisdem laicis non praesumant.

TITULUS XXXI.

DE REGULARIBUS ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

CAP. I. ¹⁾

Non potest quis ad religionem admitti, nisi volens et in aetate idoneus.

Ex concilio Maguntino. ²⁾

Nullus tondeatur, nisi in ³⁾ legitima aetate et spontanea voluntate.

CAP. II. ⁴⁾

Impubes monasterium ingressus post annum a parentibus revocari non potest. H. d. primo. Pufes per vim ingressus post annum exire vel a parentibus revocari non potest. H. d. secundo. Abbas Siculus.

Ex eodem.

Si quis ante annos legitimis tonsuratus est ⁵⁾ sine consensu parentum suorum, „et“ si parentes ipsius ⁶⁾ infra ⁷⁾ annum non „se“ reclamaverint ad principem, aut ad proprium episcopum vel ad missum dominicum: in „ipso“ clericatu permaneat. Si vero post legitimis annos per vim clericus factus est, et nec ipse, nec parentes ⁸⁾ eius infra ⁹⁾ annum ad memoratas personas reclamaverint, in clericatu „ita“ permaneat, sicut is, de quo superius dictum est. „Si vero praefatae personae etc.“

CAP. III. ¹⁰⁾

Clericus saecularis, utens habitu et nomine monachali, cogitur, ut fiat monachus, vel ab hoc desistat.

Ex concilio Toletano.

Ut ¹¹⁾ clerici, qui se fingunt habitu et ¹²⁾ nomine monachos „esse,“

Comp. IV. Aug. — seq.: Et non exat. in conc. Ms. — 84) feudatis: Comp. IV. Aug. — 85) committant excolendas: conc. — 86) omitt. conc. Ms. — 87) Decernimus: Comp. IV. Ms. A. — 88) si: Comp. IV. Ms. A. B., conc. Ms. — 89) excolunt: Cont., Böhm. — excoluerint: Comp. IV., conc. — 90) debebantur: Comp. IV. Ms. A. — 91) componendo: ib. — 92) Nos ergo statutum huiusmodi (omitt. Aug.) ratum et gratum habentes, hoc: Comp. IV. Aug., conc. — 93) ut eorum: Comp. IV. Aug. — 94) et perf.: desid. in C. H.

Cap. XXX. 95) retentus: C. I.
Tit. XXXI. Cap. I. 1) c. 23. conc. Magunt. hab. A. 813. — Comp. I. h. t. c. 3. — 2) Mutien.: C. R. 1. — 3) abest a C. R. L. H. et Comp. I.
Cap. II. 4) Restitutum ex Burch. VIII. 3. (ex conc. Mogunt., cui interfuit Carolus Imp. et Ricolphus archiep. in claustris S. Albani) Iv. Decr. VII. 26., Lips. XVI. 5., Comp. I. h. t. c. 4. — 5) fuerit: C. H. — 6) ipsi: Coll. citt. — 7) intra: Cont., Böhm. — 8) et parentes . . . minime se reclamaverint: Lips., Comp. I. — et infra ann. ad supra mem. personas minime reclamavit (Iv.: reclamaverint): Burch., Iv. — 9) cf. n. 7.
Cap. III. 10) Restitutum ex Cap. Reg. Fr. I. 72. (cf. Cap. A. 789. c. 76.) Burch. VIII. 7., Iv. Decr. VII. 31., Lips. XVI. 4. (ex conc. Tol. Broc. lib. VIII.), Cass. XXVI. 5. (ex conc. Tol. VIII.), Comp. I. h. t. c. 5. — 11) Et cler.: Iv. — Hi cler.: Lips., Cass. — 12) vel: Cap.

et¹³⁾ non sunt, "omnimodis" corrigantur¹⁴⁾ "atque emendantur," ut "vel" veri monachi sint, vel veri clerici.¹⁵⁾

CAP. IV.¹⁶⁾

Novitia, quae sponte se ingerit actibus professorum, per hoc censetur professu. H. d. et est casus multum notabilis.

Ex concilio Arelatensi.

Vidua, si sponte velum¹⁷⁾ conversionis¹⁸⁾, quamvis non sacrum¹⁹⁾, sibi imposuerit, et in ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit nolit, sanctimoniam²⁰⁾ habitum ulterius debet²¹⁾ habere, licet sacramento firmare²²⁾ velit, eo tenore "et ratione" velamen²³⁾ sibi imposuisse²⁴⁾, ut "iterum" deponere possit²⁵⁾.

CAP. V.

Monachos temere ad aliud monasterium transire, vel peculium habere non potest.

Gregorius Anthemio Subdiacono.²⁶⁾

Ioannes frater "et coepiscopus noster directo per Iustum clericum suum capitulari inter alia plura hoc nobis noscitur intimasse, aliquos monachos monasteriorum in Surrentina diocesi positorum de monasterio in monasterium, prout eis liberit, transmigrare, et a proprii abbatis regula desiderio rei saecularis abscedere, sed et, quod non licere notum est, peculiaritatis eorum singulos studere. Propterea experientiae tuae" Praesenti iussione mandamus, ut neque²⁷⁾ monachum²⁸⁾ "ulterius" de monasterio in monasterium temere²⁹⁾ migrare liceat, nec eorum aliquem peculiare quicquam habere "permittas." Sed si "quilibet" hoc praesumpserit, "in" monasterio, in quo ab initio conversatus est, "et" sub abbatis sui regula, "de qua fugerat, cum" competenti coercitione reddatur, "ne si tantam iniquitatem etc."

CAP. VI.³⁰⁾

Ubi est dura congregatio vel religio, requiritur in proficiente plena puerbus, scilicet tempus XVIII. annorum. H. d. habito respectu ad mentem literae, et est textus singularis.

Ex Registro Gregorii.

Quia in insulis dura est congregatio monachorum, "etiam" pueros in eorum³¹⁾ monasteriis ante³²⁾ XVIII. annum suscipi³³⁾ prohibemus. "Vel si qui nunc sunt, tua eos experientia auferat, etc."

CAP. VII.³⁴⁾

Si Cisterciensis sine licentia sui abbatis ad aliud monasterium transit, ad proprium monasterium regredi cogitur.

Alexander III. Archiepiscopis³⁵⁾ et aliis ecclesiarum Fraeatis per Galliam constitutis.

Non est vobis³⁶⁾ dubium "aut incertum, quomodo fratres religionis Cisterciensis ordinis ea praereminent religionem et virtute, quod ex institutione Patrum et praedecessorum nostrorum hi, qui in eorum monasteriis professionem faciunt, sine abbatis sui licentia prohibentur de claustra discedere, et discedentes in aliis monasteriis recipi. Inde est, quod nos eandem institutionem non solum anticum religioni, sed etiam rationi consonam sollicitè conservare volentes,"

Universitati vestrae "per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus monachos vel conversos³⁷⁾ Cisterciensis³⁸⁾ ordinis post "factam in monasteriis" professionem sine licentia abbatum suorum per episcopatus vestros recipi nullatenus permittatis. Et si qui ex eis "fuerint, qui" sine licentia abbatum suorum de monasterio³⁹⁾, "in quo professionem fecerint," exire praesumpserint, et communiti "ad sua monasteria" celeriter non redierint, eos "tam diu appellatione remota censura ecclesiastica percellatis, donec ad monasteria, unde exierint," regredi compellatis.⁴⁰⁾

CAP. VIII.⁴⁰⁾

Professio, facta ante XIV. annum, non obligat; post XIV. vero, si fit per susceptionem habitus professorum, etiam non obligat, nisi detur perseverantia tridui.

Idem Magistro F.⁴¹⁾ Civitatensi Canonico.

Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod eremitae de Montefoll.⁴²⁾ quosdam pueros "infra XIV. annum" seduxerunt⁴³⁾ in tantum, quod quidam "illorum," suasionibus eorum⁴⁴⁾ assensum praebentes, statim⁴⁵⁾ religionis habitum in ipsorum monasteriis susceperunt, quorum unus⁴⁶⁾ T. nomine statim poenituit, quod habitum induisset, "id, quod fecerat, suis parentibus intimavit, qui ad locum ipsum mora postposita accedentes, eum exinde traxerunt. Et quum non stetit ibi nisi per unam noctem, ut accepimus, praefati eremita et quidam alii non permittunt eum quandam puellam ducere in uxorem, quam ipse iuravit in uxorem accipere, ac, sicut dicitur, desponsavit." Quocirca "discretionis tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, "rei veritate diligenter inquisita ac cognita," si "tibi" constiterit, quod praefatus T. ante consummationem XIV. anni susceptum habitum⁴⁶⁾ deposuerit, aut si post XIV. annum habitum ipsum sine probatione susceperit⁴⁷⁾, et infra⁴⁸⁾ triduum deposuerit⁴⁹⁾, eum ab impetitione praedictorum eremitarum "vel aliorum in hac parte, occasione et appellatione cessante" denunciare⁵⁰⁾ "penitus" absolutum, et eam, quam, postquam⁵¹⁾ exivit, iuravit accipere in uxorem, libere posse traducere⁵²⁾, si alia causa rationabilis non obstat.⁵³⁾

CAP. IX.³⁴⁾

Qui recipit habitum professorum, ubi distincti sunt habitus, compellitur ibi vel alibi esse religiosus; sed, si recipit habitum novitiorum, potest ad saeculum redire.

Idem Eliensi⁵⁵⁾ Episcopo.

Super eo, quod quaesitum fuit⁵⁶⁾ "a nobis ex parte tua" de clericis⁵⁷⁾, qui religionis⁵⁸⁾ habitum susceperunt⁵⁹⁾, et ante⁶⁰⁾ professionem ad priorem statum sunt reversi⁶¹⁾, "fraternitati tuae taliter" respondemus, quod, si austeritatem⁶²⁾ religionis, ad quam migrasse⁶³⁾ noscuntur, servare noluerint, ad minorem religionem sunt cogendi transire⁶⁴⁾. Nec amplius in ecclesiis saecularibus debent assumi, ne contra votum "suum," quod Dominus fecerunt, "in animarum suarum periculum" venire probentur⁶⁵⁾. Verum si ante susceptum huiusmodi⁶⁶⁾ habitum in probatione positi recedere voluerint, secundum regulam beati Benedicti non videntur prohiberi ad priorem statum⁶⁷⁾ redire, quae videtur⁶⁸⁾ praecipere, ut in eadem⁶⁹⁾ veste, in qua veniunt⁷⁰⁾, revertantur⁷¹⁾. "Praeterea etc. [cf. c. 1. de conv. con. III. 32.]"

Cap. III. 13) et . . . sunt: desid. in C. R. 1. — 14) omnimodis videri corrigendos atque emendandos esse: Cap. — 15) canonici: Coll. citt., Cap.

Cap. IV. 16) Restitutum ex conc. Trib. (hab. A. 895.) c. 25. — Comp. I. h. t. c. 6. — cf. c. 8. C. XXVII. qu. 1. et Coll. ibi citt. — 17) velamen: Comp. I. — 18) abest ab ead. — conversationis: Cont. — 19) sanctum: Comp. I. Aug. — 20) sanctimoniam: ead. — C. R. 1. — sanctimonialis: C. H. — 21) debeat: conc. — 22) confirmare: Comp. I. — 23) velum: C. H. — 24) imponere: conc. — 25) possit: ib.

Cap. V. 26) Restitutum ex Greg. I. Reg. I. 42. (A. 591.), Comp. I. h. t. c. 1. — 27) ne quem: Cont., Böhm. — 28) monacho: Reg. — 29) abest a Comp. I. et Reg.

Cap. VI. 30) Restitutum ex eod. I. 52. — Comp. II. h. t. c. 1. — 31) eisdem: Reg. — 32) ante XVIII. annorum (anni: Comp. II. Ms. B.) temporis (Ms. A.: spatia): Comp. II., Reg. — 33) recipi: C. R. 1.

Cap. VII. 34) Restitutum ex App. XVII. 6., Lips. XXVII. G., Cass. XXV. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 35) archiep. episcopis etc.: Comp. I. — episcopis, archidiaconis praelatisque aliis etc.: Cass. — ep., archid. et al. ecclesiarum praefectis etc.: App. — 36) nobis: C. R. H. — abest a Lips. — 37) et conv.: Cass. — 38) conscripti: Comp. I. — praedicti: Lips. — praescripti: App., Cass. — 39) monasteriis . . . quibus: App. — 40) compellantur: Coll. citt.

Cap. VIII. 40) Restitutum ex App. XXI. 1., Lips. XVI. 1., Cass. XXVI. 1., Comp. I. h. t. c. 8. — 41) Cuman.: C. R. 2. — Fidentina: Comp. I. — Fidentino: Cass. inscr. — desid. in App. et Lips. — 42) monte Folio: Cont. — Fol.: Comp. I. Ms., — monte Filitano: App. — monte Filitano: Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 43) seduxerint: C. L., App., Lips., Cass. — 44) illorum: Lips. — 45) praebentes, ad ecclesias ipsorum (ec-

clesiam illorum: App., Cass.) accesserunt (accesserint: Lips.). Quos quum statim religionis habitum induissent, unus praedictorum puerorum T. nomine statim poenitens, quod habitum ipsum (omitt. Comp. I.) suscepisset, id, quod etc.: Coll. citt. — 45) unum: C. H. — 46) anni habitum ipsum sine probatione suscepit et susc.: Comp. I. Aug. — 46) habitum ipsum: Lips. — verb.: hab. . . . annum desid. in App. — 47) suscepit: C. H. — 48) intra: Cont., Böhm. — 49) praescriptum habitum deposuit: Lips. — 50) denunciatis: Cass. — 51) postq. ex.: add. Raym. — 52) add.: in uxorem: Comp. I. Aug. — 53) non impedit: Coll. citt.

Cap. IX. 34) Restitutum ex App. XXI. 2., Lips. XVI. 2., Cass. XXVI. 3., Comp. I. h. t. c. 9. — 55) Liern.: Comp. I. Aug. — Helien.: Ms. — Herfordensi: App., Lips. Cass. — 56) erat: App. — 57) utrum sacerdotes: Coll. citt. — 58) religiosum: Cass. — 59) suscepit: Comp. I. Aug., Lips. — suscipiunt: C. H. — 60) et antequam essent vinculo (religionis vel: Cass.) professionis adstricti: Coll. citt. — 61) reversi, permittendi sint (add.: sicut: Cass.) ecclesias et (vel: ib.) curam animarum habere, et un alii (omitt. App., Lips., Cass.) clerici, si monasticum (monasticum: App.) habitum ante oblatum professionis (add.: habitum: Lips.) libellum deseruerint (deseruerunt: ib. — deserunt: App. — desid. in Cass.), ad sacros ordines promoveri et ad gubernationem ecclesiarum (animarum: App.) possint (possunt: ib., Cass.) assumi: Coll. citt. — 62) auctoritate vel austeritate: Cass. mendose. — 63) transisse: App. — 64) pertransire: Comp. I. — 65) comprobentur: Lips., Cass., Comp. I. — 66) omitt. C. H., Coll. citt. — 67) habitum: Cass. — 68) seq videtur regum vestra (omitt. Ms.) praecipere: Comp. I. — sed illa vid. praec.: Cass., App. — secundum regulam, quae vid. praec.: Lips. — 69) in ead.: desid. in Cass. — 70) venerunt: App., Lips., Cass. — 71) redeant: Coll. citt.

CAP. X. 72)

Canonici regularis potest effici monachus, si religio, ad quam transit, est strictior sua; alias secus.

Idem Ambianensi⁷³) Episcopo.

Sane de canonico, qui in ecclesia Aromatensi⁷⁴) professionem fecerat, et fugerat ab eadem, in monachum a quodam abbate recepto id tuae fraternitati significamus, quod, si locus, ubi nunc permanet, maioris religionis, quam ecclesia Aromatensis existat⁷⁵), ipsum in eodem loco cum pura conscientia remanere permittas; alioquin eum ad priorem ecclesiam redire compellas. "Porro etc. [cf. c. 3. de dio. IV. 19.]"

CAP. XI. 76)

Minor XIV. annis profitendo non obligatur religioni, nisi factus maior ratum habuerit.

Idem Belvacensi⁷⁷) Episcopo.

Significatum est nobis⁷⁸), "et pro certo monstratum, quod Guibaldus, nondum incipiens esse XIV. annorum, timore magistri, qui eum literis erudiebat, habitum religionis apud ecclesiam de Resone⁷⁹) suscepit, et inde sicut puer infra annum exiit, et per saeculi vanitates iam sex annis et eo amplius vagabundus discurrit. Unde, quoniam huius rei veritas nobis non constat, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" Mandamus, quatenus "rem ipsam diligenter inquiras, et," si inveneris, quod G.⁸⁰) non fuisset⁸¹) a parentibus oblatum, "nec inceperit esse XIV. annorum, quando ad religionem accessit," et infra⁸²) XIV. annum facti voti poenitentia a religione recesserit⁸³), "si in saeculo voluerit remanere, eum" ab illo⁸⁴) voto professionis, quod⁸⁵) fecit, "auctoritate pontificali" denuncies absolutum⁸⁶), "et absolutionem eius tam ecclesiae de Resone quam populo tuae civitatis studeas publicare." Si autem a parentibus "forte" fuerit⁸⁷) oblatum, seu XIV. annum compleverit⁸⁸), quum religionem⁸⁹) intravit⁹⁰), seu post decimum quartum annum professionem a se prius⁹¹) factam ratam habuerit⁹²), eum ad eandem vel ad aliam religionem "cum omni distributione" transire⁹³) compellas.

CAP. XII. 94)

Si filia, minor XII. annis a parentibus monasterio tradita, maior facta sponte veletur, ad saeculum redire non potest.

Clemens III.

Quum virum, "te prudentem noverimus et discretum, si in quibusdum dubitas consilium a nobis sollicitudine pastoralis requiris, et tibi libenter de iure canonico, quod possumus, respondemus, et prudentiam tuam dignis in Domino laudibus commendamus. Curasti siquidem tua nobis insinuatione proponere," Utrum ea, quae infra⁹⁵) discretionis annos a parentibus monasterio tradita "est, et" habitum religionis induens, benedictionem accepit, et exiens postmodum se cuidam militi copulavit, "ex quo etiam prolem suscepit," ad monasterium redire cogatur, "quum illa se asserat, postquam consentiendi habuit facultatem, dissentias, et benedictionis munus invitae se suscepisse commemoret. Super quo" Consultationi tuae taliter respondemus⁹⁶), quod, quum iuxta concilii Tolletani⁹⁷) censuram monachum aut paterna devotio aut propria professio faciat, quicquid⁹⁸) horum fuerit allegatum, tenebit, revertendi ad saeculum aditu⁹⁹) penitus interdicto. Non enim¹⁰⁰) videtur¹) illa monasticae professionis a se posse iugum excutere, quum eam non constet evidenter contradixisse, quum benedictionem ac-

cepit²), quam "utique" non nisi in aetate discretionis³) recipiunt quae velantur, praesertim si ratihabitione secuta⁴), etsi eam quandoque⁵) contradixisse constiterit, quod ante gestum fuerat⁶) roboratur. Nec obloquitur quod de "sancti viri" praedecessoris nostri Leonis Papae⁷) constitutione per contrarium sensum sumitur⁸), ut puellae, quae coactae parentum imperio virginitalis habitum susceperunt⁹), ipsum possint¹⁰) sine praevericatione deserere, quum de ea recte¹¹) possit¹²) intelligi, quae in aetate nubili noscitur constituta. Tunc enim¹³), quia liberum habet arbitrium, in electione propositi¹³) sequi parentum non cogitur voluntatem.

CAP. XIII. 14)

Valet professio facta sine susceptione habitus religionis.

Idem.¹⁵)

Porrectum nobis ex parte tua petitorium continebat, quod I. canonicus Acherontinus¹⁶), infirmitate¹⁷) gravatus, votum, ut fieret monachus, se asserit¹⁸) emisisse; unde metuens, ne¹⁹) voto deederet non completo, iuncta manibus tibi se reddidit in monachum et in fratrem. "Alii quoque in tua absentia sese in sacerdotium manibus monachos fieri devotes, sani facti ad vomitum redierunt, et, quum familiares monasterii tui antea existissent, quia non fuerunt ad antiquam familiaritatem admissi, adversarii facti sunt pro amicitia. Utrum ergo talium facta dissimulare valeas, ne fiant deterioris, an compellendi sint ad complenda promissa, per nos postulas edoceri. Nos ergo" Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, quum monachum non faciat habitus, sed professio regularis, ex quo a²⁰) convertendo votum emittitur, et recipitur ab abbate, talis, ut fiat monachus, et reddat Domino quae²¹) promissit, erit utique "non immerito" compellendus²²). "Dat. Lat. III. Id. Ian." [1198.]

CAP. XIV. 23)

Si pater se cum bonis suis et filio impubere obtulit monasterio, filius factus maior exire potest religionem et legitimam a monasterio petere.

Coelestinus III.

Quum simus: (Et infra:) Sane "nuper" nostris auribus est relatum, quod, quum B.²⁴) miles "leprae morbo Domino permittente est resperaus," se cum filio suo²⁵) discretionis annos nullatenus attingente²⁶) ad quoddam monasterium, cum bonis suis etiam, "quae a monasterio ipso tenerat," contulisset, dictum²⁷) filium suum fecit habitum suscipere²⁸) monachalem. "Quumque ipsi puero disciplina monastica propter asperitatem regulae displiceret, post X. hebdomadarum spatium a monasterio et habitu taliter suscepto resiliens, bona patris ab abbata illa coepit cum instantia postulare. Et quum super hoc ad dioecesanum episcopum quaestio delata fuisset, et coram eo aliquandiu disputatum, quia plerique dissentire de rigore canonum videbantur, si consanguinei dicti pueri possent testibus comparere, illum, quando fuit oblatum, infra annos discretionis existere, ipsum tali voto nullatenus obligari: dictus abbas ad Maguntinae sedis audientiam appellavit, et quidam de consanguineis eiusdem pueri ad Romanam ecclesiam appellationem, sicut ex literis Aug.²⁹) episcopi comperimus, transulerunt. Ideoque" Discretionis tuae³⁰) taliter respondemus, quod, si dictus puer ad³¹) annos discretionis pervenerit³²), et habitum retinere noluerit monachalem, si ad³³) hoc "ipsum" induci nequiverit, non³⁴) est ullatenus³⁵) compellendus, quia tunc³⁶) liberum sibi erit, eum dimittere, et bona paterna, quae ipsi ex³⁷) successione proveniunt, postulare.

Cap. X. 72) Restitutum ex App. L. 29., Comp. I. h. t. c. 10. — 73) Abiatino: Comp. I. Aug. — Abian.: Ms. — add.: P. C. Quod sedem: Comp. I. — cf. c. 2. de frig. IV. 15. — 74) Aromac.: App. — Aromac.: Comp. I. Aug. — Aromac.: Ms. — Aromanch.: Böhm. — Aromanchensi: Gonzalez. — 75) est: App., Comp. I. — existit: C. R. L. H.

Cap. XI. 76) Restitutum ex App. L. 10., Cass. XXVI. 2., Comp. I. h. t. c. 11. — 77) Beneventano ep. et R.: Cass. — 78) omitt. ead. — vobis: C. H. — 79) ita Aug. — Roson.: Ms. — Russinis: App. — 80) omitt. Coll. citt. — 81) fuerit: App. — 82) intra: Cont. Böhm. — 83) recessit: C. R. L. H. — et eum infra annum XIV. facti (omitt. App.) voti poenituerit, et ab ecclesia ipsa (desid. in App.) recesserit: Coll. citt. — 84) ipso: App. — 85) quam: Cass. — 86) absolvens: Coll. citt. — 87) desid. in App. et Cass. — 88) compleverat: ib. — 89) ad rel.: Cass. — 90) intraverit: C. R. I. — 91) abest a Coll. citt. — 92) habuit: App., Cass. — 93) desid. in Comp. I. Aug.

Cap. XII. 94) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 382., Comp. II. h. t. c. 3. — 95) intra: Cont., Böhm., Luc. — 96) duximus respondendum: Luc., Comp. II. — 97) cf. c. 3. C. XX. qu. 1. — 98) et quod: Luc. — 99) habitus: Comp. II. Ms. B. — 100) omitt. Luc. — 1) de iure: Comp. II. Ms. B. — 2) accepit: C. R. I. — 3) nisi aetate discreta: Luc. — 4) quando: ib. — 5) sequenti: C. R. H., Comp. II. — 6) est: Luc., Comp. II. — 7) propria: Luc. — 8) assumitur: Comp. II. — admittitur: Luc. — cf. c. 8. C. XX. qu. 1. — 9) suscipere: Comp. II. Ms. B. —

10) possent: Luc., Comp. II. Aug. — possent: Ms. B. — 11) abest a C. R., Coll. citt. — 12) posset: C. R. — constet: Luc. — 13) tum, quia: ead. — 13^o) posita: ib.

Cap. XIII. 14) Restitutum ex Reg. Innoc. III. ap. Bal. I. 524. — Comp. II. h. t. c. 4. — 15) abb. de Flore: Reg. — Innoc. III. esse glossa his verbis testatur: Hoc indubitanter est Innocentii, quod enim in compilatione (cf. Rainer. ap. Bal. I. 598.), nisi velis dicere, quod tam Clemens quam Innocentius eisdem verbis eam ediderit. — 16) Acherontinus: Cont., Böhm. — Acherontinus: Comp. II. Ms. B., Reg. — 17) nimia inf.: Comp. II. Ms. A. — 18) asseruit: Comp. II., Reg. — 19) in vot. discederet: Comp. II. Ms. A. — 20) omitt. Comp. II. Ms. B. — ad convertendum: Ms. A. — seq. votum: omitt. Comp. II. Aug., Ms. B., Reg. — 21) quod: Reg. — 22) add.: ut fact monachus comp.: Comp. II. Aug.

Cap. XIV. 23) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 6. — 24) de R.: C. H. — C.: Comp. II. Aug., Ms. A. — G.: Ms. B. — 25) desid. in Comp. II. Ms. B. — 26) agente: Comp. II. — 27) deinde: Comp. II. Ms. A. B. — 28) secum susc.: Ms. A. — 29) Augeri: id. — Augustini: Aug. — 30) vestrae significatione praesentium intimamus: Comp. II. — 31) quum ad: ead. Ms. A. B. — 32) pervenit: Comp. II. Aug., Ms. B. — pervenisset: Ms. A. — 33) ad ipsum tenendum: Ms. id. — 34) verb.: non... quia: desid. ib. — 35) abest a Comp. II. Aug., Ms. B. — 36) extunc: Ms. A. — 37) ipsa recte succ.: Ms. id. — ipsi recte succ.: Aug. — ipsi recte successio: Ms. B.

CAP. XV.³⁵⁾

Furiosus profitendo non obligatur; nisi factus sanae mentis ratum habuerit.

Innocentius III. Episcopo et Capitulo Targitensibus.³⁵⁾

Sicut tenor literarum *vestrarum nobis aperuit, quum P. lator praesentium in sacerdotali esset officio constitutus, et tanta rerum temporalium indigentia laboraret, quod nec sibi nec suis progenitoribus seu fratribus in necessitatibus propriis possit aliquatenus providere: proprii corporis laboribus et maris periculis multis se non dubitavit exponere, ut de suo labore et acquisitione honesta suam et suorum possit indigentiam releare. Contigit autem post haec, quod ipse, longe a vestra civitate consistens, tam gravi coepit aegritudine laborare, quod extra se positus desperaret de vita praesenti, et dum in tali esset articulo constitutus, a quodam simplici monacho indutus fuit habitu monachali, et ad monasterium deportatus. Deinde, paucis diebus elapsis, quum iam esset in principio suae convalescentiae, deposuit habitum, et licentia eiusdem loci abbatis monasterium dereliquit, et cupiens progenitorum suorum indigentiam subvenire, a vobis suppliciter postulavit, ut possit, sicut prius, in sacerdotali officio ministrare et vobiscum pariter conversari. Quid autem super his vobis fuerit faciendum, sacro apostolicae sedis oraculo humiliter petitis edoceri. Nos igitur Consultationi vestrae taliter respondemus⁴⁰⁾, quod, licet ista duo inter se repugnantia videantur, ut quisquam scilicet sit extra se positus et de praesenti vita desperet, si tamen eo tempore, quo⁴¹⁾ P. sacerdos lator praesentium positus extra mentem asseritur, indutus fuit habitu monachali, quum alienatus non sentiat⁴²⁾, ac per hoc non valeat consentire, eum⁴³⁾ denunciatis ab observatione monastici⁴⁴⁾ ordinis absolutum, nisi, postquam mentis suae factus est compos, spontanea voluntate professionem fecerit monachalem. Dat. Laterani. [1198.]*

CAP. XVI.⁴⁵⁾

Professio nec fieri, nec recipi debet infra tempus probationis; sed facta et recepta tenet. Hoc dicit, et est casus notabilis, et quotidie allegatur.

Idem Pisano Archiepiscopo.

Ad apostolicam sedem, *quae disponente Domino cunctorum fidelium mater est et magistra, super diversis articulis quaestiones dubiae referuntur, ut quod ab ea fuerit super earum solutione responsionum indubitanter ab omnibus teneatur. Ex parte signidem tales super susceptis quaestiones, quod, Quum monachum fieri ante unius anni probationem regularis institutio interdicit, monachi et moniales in tua diocesi constituti tam clericos quam laicos utriusque sexus, sanos pariter et infirmos, religionis habitum volentes assumere, nutu etiam aliquo profutentes, interdum absque omni professione recipiunt, quandoque professionem illico facientes. Unde multa mala noscuntur saepius provenire, quum infirmi ad monasterium iam translati, et, emissa professione, postquam de infirmitatibus convalescerint, habitum religionis abiciant, et ad propria recertantur. Contingit etiam tales in propriis domibus remanere, quum monachi per eos, dum vivunt, volunt sua monasteria praeparari. Sani etiam sic sine probatione recepti, retro adspicientes matrimonia contrahunt, relicto habitu regulari; de quibus, si habitum religionis assumunt ante unius anni probationem vel temporis competentis, utrum facta professione a talibus vel omissa monachi debeant reputari, et, si coniugatus converti desiderans recipiendus sit in monachum, nisi uxor perpetuam continentiam repromittat, certificari a sede apostolica postulasti. Nos igitur Quaestionibus tuis taliter *ex ordine* respondemus, quod, licet tempus probationis⁴⁶⁾ a sanctis Patribus sit indultum non solum in favorem conversi, sed etiam monasterii, ut et ille asperitates iustus⁴⁷⁾, et istud⁴⁸⁾ mores illius valeat experiri, (quod utramque⁴⁹⁾ diligenter est observandum, praesertim quum ab utroque de reliquo facta⁵⁰⁾ certa notitia non habetur, si⁵¹⁾ tamen ante tempus probationis regulariter praefinitum is⁵²⁾, qui converti desiderat, habitum recipit et professionem emittit, abbate per se vel*

per alium professionem recipientem monasticam, et monachalem habitum concedente: uterque renunciari videtur ei, quod pro se nascitur introductum. Ideoque obligatur *quidem* per professionem emissam pariter et acceptam ad observantiam regularem, et vere monachus est censendus, quia multa fieri prohibentur, quae, si facta fuerint, obtinent roboris⁵³⁾ firmitatem. Prohibendum est autem⁵⁴⁾ abbatibus, ne passim ante tempus probationis quoslibet ad professionem recipiant, et, si contra formam praescriptam quoslibet indiscrete receperint, animadversione⁵⁵⁾ sunt debita corrigendi, quum in subsidium fragilitatis humanae spatium probationis sit regulariter institutum. *Quum autem vir etc.* [cf. c. 13. de conv. con. III. 32.] *Dat. Lat. IX. Kal. Dec.* [1198.]

CAP. XVII.⁵⁶⁾

Qui professionem fecit, licet in claustrum nunquam permanserit, sed in saeculo, et suis bonis usus fuerit, ad observantiam regularem compellitur.

Idem Aconensi⁵⁷⁾ Episcopo.

Sicut nobis *ex parte tua* fuit⁵⁸⁾ propositum, quidam⁵⁹⁾ clericus, quum aegritudine nimia laboraret, quasi de morte securus, et de⁶⁰⁾ recuperanda sanitate⁶¹⁾ desperans, habitum canonicorum regularium petiit et accepit, *ea in susceptione habitus exprimens et promittens, quae solent in huiusmodi re promitti.* Sed nec ad ecclesiam transiit, *utpote infirmitate gravatus,* nec bonis suis uti cessavit. *Postmodum vero sospitate suscepta post XV. annos et ultra,* videntibus et scientibus⁶²⁾ *venerabili fratri nostro* episcopo⁶³⁾ *et dilecto filio priore, et* canonicis ecclesiae Nazarenensis, a quibus habitum susceperat regularem, *tu, licet eo tempore, quo habitum susceperat in ecclesia Nazarenis, prioris sollicitudinem exerceeres, in memoriam eorum, quae facta fuerant circa ipsum, in Aconensem eum canonicum suscepisti. Quia vero quid super hoc facere debeas per nostras postulas literas edoceri,* Fraternitati tuae taliter respondemus⁶⁴⁾, quod, si regularem habitum se postulante suscepit, et ad observationem religionis canonicae sua se professione ligavit, ad resumendum habitum ecclesiastica est districtio cogendus, quum, quod⁶⁵⁾ tanto tempore extra canoniam⁶⁶⁾ mansit, non in excusationem eius, sed in maioris transgressionis augmentum merito valeat allegari. *Dat. Lat. X. Kal. Ian.* [1198.]

CAP. XVIII.⁶⁷⁾

Potest religiosus zelo sanctioris vitae ad religionem transire strictiorem, petita prius licentia praelati sui, licet non obtenta, etiam si primum monasterium sit privilegium, quod de illo ad aliud etiam arcibus transire non possit. H. d., et est casus notabilis, et quotidie allegatur.

Idem Priori et Conventui Dimoliensi.⁶⁸⁾

Licet quibusdam monachis et canonicis, nec non hospitalariis⁶⁹⁾ et templariis a sede apostolica sit indultum, ne, postquam aliquis professus fuerit apud eos, ad alium locum possit ipsis⁷⁰⁾ invitit arctioris etiam⁷¹⁾ religionis obtentu transire, ut unusquisque secundum Apostolum⁷²⁾ in ea vocatione permaneat, in qua dignoscitur esse vocatus; quia tamen, ubi spiritus Dei est⁷³⁾, ibi libertas, et qui Dei spiritu aguntur non sunt sub lege, quia⁷⁴⁾ lex non est posita iusto: ea ratione videtur hoc illis fuisse concessum, ne quis ex temeritate vel levitate in iacturam vel⁷⁵⁾ iniuriam⁷⁶⁾ sui ordinis sub praetextu maioris religionis ad alium ordinem⁷⁷⁾ transvolarret, sicut frequenter a multis constat esse praesumptum, non quidem⁷⁸⁾ ut ei transeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate ac puritate duxerit postulandam, ut⁷⁹⁾ non ficte, sed vere ad frugem melioris vitae valeat transmigrare. Talis ergo, postquam a praelato suo transeundi licentiam postulaverit, ex lege privata, quae publicae legi praeiudicat, absolutus, libere potest sanctioris vitae propositum adimplere, non obstante proterva⁸⁰⁾ indiscreti contradictione praelati, quia privilegium meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate; quum etiam Romanus Pontifex, qui supremam in ecclesia obtinet potestatem, archiepiscopis et episcopis cedendi licentiam ex iusta causa petentibus sine difficultate conce-

Cap. XV. 38) Restitutum ex Reg. Bal. I. 36. — Comp. III. h. t. c. 1. — 39) Targiten.: Comp. III. — leg.: *Tragurienis (Trau)* cum Reg. — 40) *duximus respondendum*: Comp. III., Reg. — 41) *quod*: Böh. — seq.: *P. sac. lat. praesentis*: desid. ib. — 42) *consentit*: Comp. III. Aug. — 43) *praefatum presbyterum*: Comp. III., Reg. — 44) *monasterii*: Comp. III. Aug.

Cap. XVI. 45) Restitutum ex Reg. Bal. I. 453. — Comp. III. h. t. c. 2. — 46) *professionis*: Comp. III. Aug. — 47) *illius*: Böh. — 48) *illi*: C. L. — *illud*: Böh. — 49) *atruque*: Reg. — 50) *omitt*: C. R., Comp. III., Reg. — 51) *quia*: Comp. III., Reg. — 52) *abest*: C. H. — 53) *omitt*: C. R. L., Comp. III., Reg. — *rata manent*: C. H. — 54) *tamen*: Reg. — *desid.* in C. R. L. — 55) *etiam an.*: C. L. — Cap. XVII. 56) Restitutum ex Reg. Bal. I. 517. — Comp. III. h. t. c. 2. — 57) *Canon*: Comp. III. Aug. — *Aranon*: Ms. — *Aconensi*:

Reg. — 58) *est*: Comp. III. Ms., Reg. — 59) *quod quid*: Aug. — 60) *desid.* in C. R. L. — 61) *sospitate*: Reg. — 62) *et sr.*: desid. in C. H. — 63) *archiepiscopo*: Comp. III., Reg. — 64) *duximus respondendum*: ib. — 65) *quia*: C. R. 2. — *quunque*: Comp. III. Aug. — 66) *canonicum*: Comp. III., Reg., Böh.

Cap. XVIII. 67) Restitutum ex Reg. Brequ. LX. 62. — Comp. III. h. t. c. 4. — 68) *desid.* inser. in C. R. 1. — *Mol.*: C. R. 2. — *Dimolmenen.*: Comp. III. Aug. — *Dimolin.*: Ms. — leg.: *Duchelnensibus (Durham)* cum Reg. — 69) *et hosp.*: Comp. III. Aug. — 70) *eis*: Comp. III. Ms. — 71) *desid.* ib. — 72) 1 Cor. VII. 17. — 73) *et quia*: C. H. — 74) 2 Cor. III. 17. — 75) *et*: Comp. III., Reg. — 76) *minim.*: Comp. III. — 77) *ad aliam transv.*: Comp. III. Aug. — 78) *desid.* in C. H. — 79) *quatenus*: Comp. III., Reg. — 80) *proterva*: Reg. oper. mend.

dat.⁸¹⁾ Quocirca noverint universi, quibus huiusmodi⁸²⁾ privilegium est concessum, se ad concedendam⁸³⁾ licentiam transeundi taliter postulantis de iure teneri, quia, sicut subditus a praelato cum humilitate et puritate debet transeundi licentiam postulare, ne bonum obedientiae contempserit videatur, sic profecto praelatus subdito sine difficultate et pravitate qualibet⁸⁴⁾ debet transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositum impedire divinitus inspiratum. Si vero probabiliter dubitetur, utrum quis velit ad ordinem arctiorem aut⁸⁵⁾ laxiorem ex caritate, an ex temeritate transire: superioris est iudicium requirendum, ne forte angelus satanae in lucis angelum se transformet; illa semper regula inviolabiliter observata, ut nullus "episcopus" absque licentia Romani Pontificis praesumat occasione quacunque deserere⁸⁶⁾ praesulatum, quoniam, sicut maius bonum minori bono praepositum, ita communis utilitas speciali utilitati praefertur. Et in hoc casu recte⁸⁷⁾ praepositum doctrina silentio, sollicitudo contemplationis, et labor quieti. Ad quod utique designandum unigenitus Dei filius Iesus Christus non de Rachele secundum carnem natus est, sed de Lia, nec legitur eum in domum suam Maria⁸⁸⁾ recepisse⁸⁹⁾, sed Martha. Unde, quando⁹⁰⁾ potest episcopus praeesse pariter et prodesse, non debet cedendi licentiam postulare, aut etiam obtinere. Quum ergo "dilectus filius" R. monachus⁹¹⁾ vester ad fratres Cisterciensis ordinis transmigraverit, non ut ordini vestro aliquatenus derogaret, sed ut apud eos vitam duceret arctiorem, "discretionis vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus super eo, quod de⁹²⁾ corde puro⁹³⁾ et conscientia bona⁹⁴⁾ et fide non ficta fecisse dignoscitur, eum nullatenus molestetis, quia caritas est fons proprius, cui non communicat alienus. "Dat. Rom. ap. S. Petr. III. Kal. Mai. Ao. IX." [1206.]

CAP. XIX.⁹⁵⁾

Coniuges religionem profitendo ab invicem divertere possunt; aliter si se abiurant et non continent, illicitum est iuramentum.

Idem Praeposito, et Decano, et Scholastico Demerensibus⁹⁶⁾ Coloniensis⁹⁷⁾ diocesis.

Veniens ad apostolicam sedem G. mulier "latrix praesentium" supplicii⁹⁸⁾ nobis insinuatione monstravit, quod, quum matrimonium cum E. "de Hard. Coloniensis diocesis" in facie ecclesiae contraxisset, et diutius cohabitasset eidem, orta est dissensio inter ipsos in⁹⁹⁾ tantum, ut, quod deinceps alter non requireret alterum, uterque corporaliter praestitit iuramentum, hanc¹⁰⁰⁾ vir ipse divortii causam assignans, quod quandam ipsius mulieris amitam cognovisset, antequam eam diceret in uxorem. Quod¹⁾ licet asserent²⁾ quamplurimi, non "tamen" fuit super hoc ecclesiae facta fides. Quum autem postmodum ad secunda vota convolvasset uterque, secundo viro viam universae carnis ingresso, "adhuc" priore "viro" superstitit, dicta mulier se fecit in arcto loco ad poenitentiam agendam includi, "ubi, sex annis in debitione peccatis, audiens a quibusdam discretis et religiosis personis, quod sic salvari non posset, ad apostolicam sedem accessit, humiliter" postulans "et devote," ut ei dignemur impendere consilium salutare. Nos igitur attendentes, quod illud³⁾ fuit illicitum iuramentum, "discretionis vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus praefatum virum monitione praevia⁴⁾ compellatis⁵⁾, ut, ea, quam superduxit, exclusa, praefatam mulierem recipiat, auditori postmodum, si quid fuerit quaestionis, "et illud appellatione remota debito fine decisuri." Si vero contra matrimonium nihil fuerit "sufficienter" ostensum, et vir saeculo derelicto maluerit ad regularem vitam migrare, vos ei⁶⁾ super hoc licentiam tribuat, ut et illa "sic" possit in suo, "sicut desiderat," proposito permanere⁷⁾. "Nullis literis etc. Dat. II. Kal. Iul." [1205.]

Cap. XVIII. 81) desid. in Comp. III. Ms. — 82) hoc: C. H. — 83) concedendum: Comp. III. Reg. — 84) omitt. Reg. — 85) an: C. R. L., Comp. III., Reg. — 86) dimittere: C. H. — 87) abest a C. R. 1. — 88) Martham: Comp. III. Aug. — 89) excepisse: C. R. 1. H., Comp. III., Reg. — suscepisse: C. L. — 90) quamdiu: Reg. — 91) frater: C. H. — 92) abest a C. R. 1. — 93) bono: Comp. III. Aug. — 94) pura: ead., Ms. —

Cap. XIX. 95) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 111. — Comp. III. h. t. c. 6. — 96) Miren. dioc.: C. R. 1. — de Miten.: C. R. 2. — De Miren.: C. L. — Demiren.: Comp. III. — 97) abest a C. R. 2. L. — Coloniensis: Comp. III. Aug. — praep., dec. et scholastico Hiturien.: (1) Coloniensis dioc.: Reg. — 98) simplici: Comp. III. Aug., Böhm. — 99) ips., et sic, suadente humani generis inimico: Comp. III., Reg. — 100) Hanc tamen vir ipse causam divortii assignabat: ib. — 1) Sed licet hoc: ib. — 2) asseverant: Reg. — 3) huiusmodi: ib. — 4) praemissa: C. R. 2. H. L. — virum monere attentius et inducere procuretis, eum, si necesse fuerit, per distractionem (cens.: Comp. III.) ecl. app. rem. cogentes, ut: Comp. III., Reg. — 5) cogatis: C. R. 1. — 6) eis: C. R. 2. — 7) remanere: Comp. III.

Cap. XX. 8) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 66. — Comp. III. h. t.

CAP. XX.⁹⁾

Qui ad monasterium convertitur sumendo habitum novitii, potest infra tempus probationis redire ad saeculum, nisi appareat, eum vitam voluisse mutare omnino.

Idem Abbati de Affligen.⁹⁾ et Magistro R. et G.¹⁰⁾ Canonicis Traiectensibus.

Consulti sumus¹¹⁾ frequenter a multis, utrum is, qui monasterium ingressus est habitum sumendo¹²⁾ novitii, si ante professionem emissam infra¹³⁾ tempus probationis exire voluerit, licite possit absque apostasiae nota vel noxa, praesertim cum debita morum correctione¹⁴⁾ ad saeculum remeare. Licet autem super hoc senserint¹⁵⁾ diversi diversa, nos tamen credimus distinguendum, utrum is, qui convertitur¹⁶⁾, proposuerit¹⁷⁾ absolute vitam mutare, ut sub habitu regulari omnipotenti Deo de cetero famuletur, an conditionaliter experiri observantiam regularem, ut ita demum, si¹⁸⁾ infra¹⁹⁾ annum sibi placuerit, proficiatur ordinis disciplinam, aut, si forte non placuerit, moribus emendatus ad statum revertatur pristinum. In primo casu debet, ut regulariter vivat, ad laxiorem saltem regulam pertransire. In secundo potest ad saeculum, non tamen²⁰⁾, ut vivat saeculariter, remeare. Ut ergo²¹⁾ quae sit eius intentio plenius agnoscat, propositum suum²²⁾ in principio protestetur. "Hac ergo distinctione diligenti meditatione pensata, circa dilectum filium Traiectensem decanum inquiratis sollicite quae videritis inquirenda, et statuta canonice quae statuenda noveritis, facientes etc. Dat. Lat. Id. Mai." [1204.]

CAP. XXI.²³⁾

Qui, infra annum probationis non facta professione, redit ad saeculum, licite potest ad ordines et beneficia promoveri.

Idem.²⁴⁾

Postulasti (Et infra: ["cf. c. 14. de Iud. V. 6."]) Tertio quaesivisti, utrum illi, qui in annis minoribus constituti novitiorum habitum susceperunt, et infra²⁵⁾ annum postmodum non²⁶⁾ facta professione ad saeculum sunt reversi, et "ab" episcopis²⁷⁾ suis hoc scientibus ad sacros ordines sunt promoti, sustineri debeant in illis ecclesiis ministrare, in quibus sunt²⁸⁾ ab eisdem episcopis instituti. Non "ergo" fraternitati tuae taliter²⁹⁾ respondemus, quod propter hoc non sunt ab ecclesiis ipsis³⁰⁾ amovendi, sed in eis possunt libere ministrare, "nisi prudentia forte suppleverit in illis actatem etc. Dat. Lat. VII. Id. Jun. Pont. nostr. Ao. XV." [1212.]

CAP. XXII.³¹⁾

Qui ultra annum portat habitum monachalem in monasterio, ubi sunt habitus indistincti, censetur professus.

Honorius III. Venetensi Episcopo.

Ex parte tua fuit propositum "curam nobis," quod nonnulli sunt "in diocesi Venetensi," qui, licet pluribus annis gestaverint habitum monachalem, professionem tamen monasticam non fecerunt. Unde, quum super eo, quod habent proprium et alias irregulariter vivunt, a te vel ab aliis arguantur, non erubeant dicere, se ad carentiam proprii, et continentiam, ac alias regulares observantias non teneri, quum habitus non³²⁾ faciat monachum, sed professio "potius" regularis. "Quare super his apostolicum postulasti remedium exhiberi, quum inordinata vita praeparatorum huiusmodi non solum eis periculum, sed etiam scandalum inferat mentibus aliorum." Ideoque fraternitati tuae mandamus³³⁾, quatenus quoslibet tibi lege dioecisana subiectos, qui praedicto modo terram³⁴⁾ duabus viis ingredi non verentur, ut, postquam per annum gestaverint habitum monachalem, regulam "quoque" secundum formam ordinis profiteantur et servent, "monitione praemissa," ecclesiastica censura³⁵⁾ "appellatione remota" compellas.

c. 7. — 9) Affligen.: Cont., Böhm. — 10) omitt. Böhm. — R. canon. Traian.: C. R. 1. — R. can. Trad.: C. R. 2. — abb. de Astigim et mag. R. persona ecl. de Trenis et G. can. Tiniensis: Comp. III. Ms. — abb. de Affligen. et mag. R. a persona ecl. Ceteren. et G. can. Tinnacen.: Aug. — abb. de Affligen. et mag. R. persona ecl. de Genis et Gilberto can. Traiect.: Reg. — 11) fuimus: C. R. 1. — 12) assumendo: Reg. — 13) intra: Cont., Böhm. — 14) correctione: C. H. — 15) sentiant: C. R. 2. — 16) qui conv.: omitt. Comp. III., Reg. — 17) proposuit: C. H. — 18) desid. ap. Böhm. — 19) infra: cf. n. 13. — infr. an.: absunt a Comp. III. et Reg. — 20) desid. in Comp. III. Ms. — 21) omitt. Aug. — 22) abest a C. H. —

Cap. XXI. 23) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 118. — Comp. IV. h. t. c. un. — 24) Legionen. ep.: Comp. IV. Aug. — Lingonensi ep.: Reg. — 25) intra: Cont., Böhm. — 26) abest a Comp. IV. Ms. A., Reg. — 27) ipsis: Comp. IV. Aug. — 28) fuerint: Reg. — 29) breviter: Comp. IV., Reg. — 30) abest a C. H. —

Cap. XXII. 31) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 4. — 32) nequam: Comp. V. — 33) respondententes mandamus: C. H. — 34) terras viis ingrediendo duabus iuxta Prophetam vae sibi (filii: Ms.) et perditionem acquirunt: Comp. V. — 35) per censuras ecclesiasticas: Cir.

CAP. XXIII.

Infra probationis annum libere quis redit ad saeculum, nisi professionem fecerit tacite vel expresse, vel apparent, eum vitam mutare voluisse. Hoc primo. Secundo dicit, quod ad hoc, ut dignoscantur novitii a professis, debet habitus professorum benedicti in locis, ubi habitus non est distinctus.

Gregorius IX.

Statuimus, novitios in probatione positos ante susceptum religionis habitum, qui dari profitentibus consuevit, vel ante professionem emissam, ad priorem statum redire posse libere infra³⁶⁾ annum, nisi evidenter appareat³⁷⁾, quod tales absolute voluerint vitam mutare et in religione perpetuo Domino deservire, quum quilibet renunciare valeat ei, quod pro se noscitur introductum. Nihilominus stantes ad omnem ambiguitatem penitus amovendam, quod, quum in quibusdam locis religiosorum habitus non distinguatur ab habitu professorum, professionis tempore benedicantur vestes, quae profitentibus conceduntur, ut novitiorum habitus³⁸⁾ a professorum³⁹⁾ habitu discernatur.

CAP. XXIV.

Religiosi fugitivi annuatim sunt requirendi, et cogendi, ut ad monasterium revertantur.

Idem.

Ne religiosi, vagandi occasione habentes, salutis propriae detrimentum incurrant, et sanguis eorum de praelatorum manibus requiratur: statuimus, ut praesidentes capitulis celebrandis secundum statutum concilii generalis, seu patres, abbates seu priores fugitivos suos⁴⁰⁾ et eieetos de ordine suo requirant sollicito annuatim. Qui si⁴¹⁾ in monasteriis suis recipi possunt secundum ordinem regularem, abbates seu priores eorum monitione praevia⁴²⁾ per censuram ecclesiasticam⁴³⁾ compellantur⁴⁴⁾ ad receptionem ipsorum, salva ordinis disciplina. Quod si hoc regularis ordo non patitur, auctoritate nostra⁴⁵⁾ provideant, ut apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque gravi scandalo fieri poterit, alioquin⁴⁶⁾ in aliis religiosorum domibus eiusdem ordinis ad agendam ibi poenitentiam talibus vitae necessaria ministrentur. Si vero huiusmodi fugitivos vel eieetos inobedientes invenerint, eos excommunicant, et tandiu faciunt ab ecclesiarum praelatis excommunicatis publice nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter revertantur.

TITULUS XXXII.

DE CONVERSIONE CONIUGATORUM.

CAP. I.)

Si vir de uxoris licentia profletur, et uxor ipsa suspecta nec continentiam vovet, nec religionem ingreditur, episcopus uxori virum restituit. H. d. iuxta literam.

Alexander III. *Ubergensi*²⁾ Episcopo.

Praeterea³⁾, utrum laicus uxoratus, qui, praesentibus sacerdotibus et monachis, ignorante episcopo, de⁴⁾ licentia et permissione uxoris *suae* monasterium *est* ingressus, *et forte* professionem fecit⁵⁾, uxore in saeculari habitu remanente⁶⁾, nec transiente ad religionem, aut perpetuam continentiam vovente, ab episcopo suo possit ad totum revocari uxoris, an illa compellenda⁷⁾ sit continentiam⁸⁾ observare⁹⁾, dicimus, quod, nisi¹⁰⁾ uxor ad religionem transierit, aut¹¹⁾ perpetuo castitatem serva et promiserit, vir *ad eam* potest et debet *ab episcopo* de¹²⁾ monasterio revocari, *quia, quum una caro sint effecti, non debet una pars in saeculo manere, etc.*

Cap. XXIII. 36) *intra*: Cont., Böhm. — 37) *appareret*: C. R. 1. — 38) *abest* a C. R. H. — 39) *professoribus*: C. L. — Cap. XXIV. 40) *desid.* in C. R. L. H. — 41) *abest* a C. H. — 42) *praemissa*: C. L. — 43) *ecclesiastica censura*: C. R. L. H. — 44) *compellant*: ib. — 45) *abest* a C. H. — 46) *omitt.* ib. — TIT. XXXII. Cap. I. 1) *Restitutum* ex App. V. 4, Lips. LVIII. 4., Cass. LVII. 5., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) *Ubergen.*: C. R. — *Ulgem.*: C. H. — *Yleren.*: Comp. I. Aug. — *Ybergen.*: Ms. — *Habersford.*: Lips. — *Herfordensi.*: App., Cass. — *add.*: P. C. *Super eo quod*: Comp. I. — *cf. tit. prox. praec. c. 9.* — 3) *add.*: *sciscitatus*: Cass. — 4) *et de*: ib. — 5) *fecerit*: C. H. — 6) *manente*: Cass. — 7) *compellatur*: ib. — 8) *ad observationem continentiae*: Lips., et *add.*: *pertransire*: Comp. I. — 9) *ad obs. perpetuae continentiae*: App., Cass. — 10) *nisi ubi subest timor incontinentiae*: App. — 11) *vel in conspectu ecclesiae continentiam servare promiserit*: *ead.* — 12) *omitt.* App., Lips., Cass. — 13) *a mon.*: Lips., Cass. — *omitt.* App.

Cap. II. 14) *Restitutum* ex App. V. 1., Lips. LVIII. 1., Cass. LVII. 1., Comp. I. h. t. c. 2. — 15) *add.*: P. C. *Licet praeter*: Lips., Comp. I. — *cf. c. 3. de spons. dnor. IV. 4.* — 16) *ita*: Comp. I. Aug. — 17) *fecerunt*: Cass. — 18) *carnis*: App. — 19) *novit*: Cass. — 20) *licitum esse videtur, ut ad secunda vota possit transire*: Coll. *citt.* — 21) *qui*: Comp. I. Aug. — 22) *sim. et seq.*: *satia*: *desid.* in App. — 23) *Dominum*: App., Cass. — 23) *permanere*: C. R. 1.

CAP. II. 14)

Ante matrimonium consummatum potest alter coniugum, etiam altero invito, religionem ingredi; sed remanens in saeculo potest ad secunda vota transire.

Idem *Salernitano Archiepiscopo*. 15)

Verum post *illum* consensum legitimum de praesenti licitum est alteri, altero etiam¹⁶⁾ repugnante eligere monasterium, sicut *etiam* sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt¹⁷⁾, dummodo carnalis¹⁸⁾ commixtio non intervenerit inter eos, et alteri remanenti, si commonitus continentiam servare noluerit¹⁹⁾, licitum est²⁰⁾ ad secunda vota transire; quia²¹⁾, quum non fuissent una caro simul²²⁾ effecti, satia potest unus ad Deum²³⁾ transire, et alter in saeculo remanere²³⁾.

CAP. III. 24)

Qui invita uxore professionem fecit, et ei postea restituitur, non compellitur mortua uxore ad monasterium redire; matrimonium tamen contrahere non debet.

Idem *Pisano Archiepiscopo*.

Quidam intravit monasterium invita²⁵⁾ uxore, qua²⁶⁾ ipsum repente²⁷⁾ coactus est ad eam redire. Ea²⁸⁾ mortua quaeris, an ipse cogatur reverti²⁹⁾ ad monasterium, an aliam possit ducere in³⁰⁾ uxorem. Consultationi³¹⁾ tuae taliter respondemus, quod³²⁾ votum non tenuit, unde ratione voti ad monasterium non tenetur redire; ulterius vero non poterit³³⁾ uxorem accipere. Promisit enim se non exigere debitum³⁴⁾, quod in eius potestate erat, et ideo quoad hoc³⁵⁾ votum tenuit. Non reddere autem³⁶⁾ non erat³⁷⁾ in eius, sed mulieris potestate. Unde Apostolus: „Vir non habet potestatem sui corporis³⁸⁾, sed mulier.“

CAP. IV. 39)

Uxoratus religionem intrare non potest, nisi etiam uxor ingrediatur, vel nisi suspecta non sit, et continentiam promittat. H. d. et est unum cap. de principalioribus tit.

Idem *Exonensi*⁴⁰⁾ Episcopo.

Quum sis praeditus scientia literarum⁴¹⁾, ignorare non *potes, nec* debes, sanctorum Patrum constitutioni esse⁴²⁾ contrarium, ut vir, uxore sua⁴³⁾ *in saeculo remanente*, aut uxore⁴⁴⁾, viro eius⁴⁵⁾ non assumente religionis habitum, debeat⁴⁶⁾ ad religionem transire, *quia, quum vir et uxor una caro sint, sicut docet Apostolus, non potest unus ad Deum converti, et alter in saeculo remanere.* Inde est, quod auctoritate⁴⁷⁾ apostolica *tibi* prohibemus, ne in episcopatu tuo virum vel uxorem⁴⁸⁾, nisi uterque ad religionem migraverit, transire permittas, *sed, si voluerint ad Deum converti, uterque ad frugem melioris vitae transeat.* Verum si ita uxor senex est et sterilis, quod sine suspitione⁴⁹⁾ possit esse in saeculo, dissimulare poteris, ut, ea in saeculo remanente⁵⁰⁾ et castitatem promittente, ad religionem transeat vir eiusdem⁵⁰⁾.

CAP. V. 51)

Coniugatus non est ordinandus ad sacros ordines, nisi uxor continentiam promittat.

Idem *Strigoniensi*⁵²⁾ et *Colonensi*⁵³⁾ Archiepiscopis.

Coniugatus *ad monasterium converti desiderans, prohibetur suscipi, nisi uxor eius similiter convertatur. Nam, dum unum utrumque corpus coniugii copulatione sit factum, incongruum est, partem converti, et partem in saeculo remanere; nec recipietur apud Deum illius viri conversio, cuius sequitur coniugalis foederis prostitutio. Quum igitur coetus clericorum longe praecemineat coe-*

Cap. III. 24) *Restitutum* ex App. V. 2., Lips. LVIII. 2., Cass. LVII. 2., Comp. I. h. t. c. 3. — 25) *desid.* in Cass. — 26) *eadem*: Coll. *citt.* — 27) *repente*: Ed. Rom. op. vit. — 28) *Ea*... *mon.*: *omitt.* Lips. — 29) *redire*: App., Cass., Comp. I. — 30) *omitt.* Comp. I. — *accipere ux.*: App., Lips., Cass. — 31) *Questioni*: C. R. L. H., App., Lips., Comp. I. — *Quaest.*... *accipere*: *desid.* in Cass. — 32) *desid.* in Lips., et Comp. I. — 33) *potuit*: C. R. 1. L. — *potest*: App., Lips., Comp. I. Aug. — 34) *desid.* ap. Aug. — 35) *quoad hoc*: *omitt.* Coll. *citt.* — 36) *abest* a Lips., Comp. I. — *quia non redd. non*: Cass. — 37) *non erat in ei. potestate, sed in pot. mulieris*: Lips., Cass., Comp. I. — 38) *abest* a C. H. — *cf. I. Cor. VII. 4.*

Cap. IV. 49) *Restitutum* ex App. V. 3., Lips. LVIII. 5., Cass. LVII. 6., Comp. I. h. t. c. 4. — 40) *Exonensi*: App., Cass. — 41) *literali*: C. R. 1. — 42) *abest* a Lips. et Cass. — *constitutione contraditum*: App. — *institutioni obviare*: Comp. I. Aug. — 43) *desid.* in Cass. — *add.*: *oviente*: C. R. 1. — 44) *mulier*: App. — 45) *suo*: C. R. 1., Lips., Cass., Comp. I. — *omitt.* App. — 46) *non deb.*: *ead.* — 47) *cum auct.*: Cass. — 48) *et ux.*: ib. — 49) *susceptione*: ib. — 50) *permanente*: ib. — 50*) *omitt.* Coll. *citt.*

Cap. V. 51) *Restitutum* ex App. V. 6., Lips. LVIII. 6., Cass. LVII. 7., Comp. I. h. t. c. 5. — 52) *Strigon.*: Cass. — 53) *Colonien.*: App. — *Colonen.*: C. R. 2. L., Comp. I. Ms., recte.

tur monachorum, ita, ut aliquando bonus monachus vir bonum clericum faciat. Nullus coniugatorum est ad sacros ordines promovendus, nisi ab uxore continentiam proficiente fuerit absolutus, ut fiat deinceps de carnali copula spirituale coniugium. Sane etc. [cf. c. prox. seq.]

CAP. VI. 55)

Uxoratus in episcopum promoveri non potest, nisi uxor religionem proficiatur.

Idem eisdem. 56)

Sane, si coniugati consenserint ordinari, uxoris etiam voluntas prius requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo religione promissa, postquam pariter conversi fuerint, ordinentur. Quodsi in quibuslibet ecclesiasticis gradibus scienterque curandum est, ut in domo Dei nil sit inordinatum, nihilque praeposterum, multo magis laborandum est, ut in eius promotione, qui super omnes gradus continetur, non erretur. Inde est, quod Fraternitati vestrae auctoritate apostolica prohibemus, ne uxorum praesentatis in episcopum ordinare, nisi uxor prius professa continentiam sacrum sibi velamen imponat, et religionem vestem assumat. Nolumus enim, ut virtus promotio uxori relictae in saeculo fieri perditionis possit occasio.

CAP. VII. 57)

Sponsa de praesenti, non cognita, quae dicit, se velle religionem ingredi, compellitur infra certum tempus profiteri, vel adhaerere marito.

Idem Brixiensi Episcopo.

Ex publico instrumento, quod nobis est presentatum, et ex tuarum literarum tenore nobis innouit, quod, quum venerabilis frater noster O. Veronensis episcopus de mandato nostro causam matrimonii, quae inter A. virum et M. mulierem vertebatur, suscepisset sine canonico terminandam, auditis utriusque partis rationibus et allegationibus, inter eos iudiciali sententia matrimonium approbavit, et eidem mulieri praecepit, ut ad virum suum rediens exhiberet eidem coniugalem affectum. Quod quum renueret, de mandato nostro, sicut accepimus, fuit vinculo excommunicationis adstricta. Ceterum, quia praefata mulier, licet a praefato viro desponsata fuerit, adhuc tamen, sicut asserit, ab ipso est incognita, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus, si praedictus vir mulierem ipsam carnaliter non cognoverit, et eadem mulier, sicut ex parte tua nobis proponitur, ad religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficienti cautione, quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire infra duorum mensium spatium debeat, ipsam contradictione et appellatione cessante a sententia, qua tenetur, absolvas ita, quod, si ad religionem transierit, uterque restituat alteri quod ab eo noscitur recepisse, et vir ipse, ea religionis habitum assumente, ad alia vota licentiam habeat transendi. Sane, quod Dominus in evangelio dicit, non licere viro, nisi ob causam fornicationis uxorem suam dimittere, intelligendum est secundum interpretationem sacri eloquii de his, quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua matrimonium consummari non potest, et ideo, si praedicta mulier non fuit a viro suo cognita, licitum est sibi ad religionem transire.

CAP. VIII. 58)

Summa ut supra eod. cap. Quum sis.

Idem G. Priori et Fratibus sancti Ioannis.

Uxoratus autem sine licentia uxoris inter vos

nullatenus recipiatur, quae integrae fanae et opinio- nis ita existat, quod nulla marito suspicio habeatur, eam ad secunda vota velle migrare, vel quod minus contentiter debeat vivere; quae si, ut praedictum est, talis extiterit, marito eius in consortio vestro recepto, ipsa publice in conspectu ecclesiae continentiam professa, in domo propria cum filiis suis et familia poterit permanere. Si autem talis fuerit, quae suspicione careat, voto continentiae celebrato a saecularium hominum se conversatione removeat, et in loco religioso, ubi Deo serviat, perpetuo commoretur. Nullus vestrum mulierem aliquam audeat tonsurare vel eam ad habitandum secum praesumat assumere.

CAP. IX. 1)

Coniugatus, faciens professionem uxore consentiente, licet nunquam intravit monasterium, si mortuo coniuge cum alia contrahat, non valet matrimonium, et monasterium intrare compellitur.

Urbanus III. Priori sanctae Crucis.

Ex parte dilecti filii nostri abbatis sancti Petri de Romandine ad audientiam nostram pervenit, quod, quum de Cel., in infirmitate positus, consentiente uxore ipsius votum vovens castitatis, monachalem habitum suscepisset, postmodum ab infirmitatis ipsius liberatus molestia, et praedictam suam uxorem retinuit, et aliam ea defuncta sibi temere copulavit. Quia vero, licet praedictus D. uxore sua remanente in saeculo de iure ad religionem nequiverit proficisci, ea tamen sublata de medio votum quidem factum sine salutis suae periculo non potuit violare, mandamus, quatenus, si verum est quod asseritur, praedictum D. per excommunicationem compellas, ut muliere dimissa ad suum monasterium revertatur, sub regulari habitu de cetero Domino serviturus. Dat. Veronae.

CAP. X. 10)

Professus religionem uxore sciente et dissimulante, ea mortua ad saeculum redire non potest. H. d. secundum intellectum veriorum et singularem in materia.

Clemens III.

Consuluit nos G. sacerdos de sancta Columba, utrum vir mercator, negotiationi et uxori propter Deum renuncians, ad religionem transiens, et in ea per annum et amplius moram faciens, uxore sua, postquam ad domum transierat regularem, de praesenti vita sublata, saecularem habitum resumere valeat, quem dimisit, et aliam ducere in uxorem, vel si ductam ei liceat retinere. Consultationi huiusmodi taliter respondemus, quod praedictus vir nec habitum potest abicere, quem assumpsit, nec aliquam sibi matrimonio copulare. Quodsi contraxerit, matrimonium ipsum decernimus dirimendum.

CAP. XI. 17)

Coniux, quae continentiam vovit, tenetur reddere debitum coniugi, licet ad tempus voto consenserit.

Coelestinus III.

Carissimus in Christo filius noster, R. illustris rex Suevorum, apostolatus nostro literis et nuncio humiliter nunciavit, quod, quum esset adolescens, et dilecta uxor eius inuencula, mutua fide voto contrahendi legitimi matrimonii se adstringentes, invicem suum consensum, accedente voluntate parentum, arratum donatione roboraverunt. Postmodum vero, clarae memoriae N.

Cap. V. 54) promittente: C. H.
 Cap. VI. 55) Restitutum ex App. V. 7., Lips. LVIII. 7., Cass. LVII. 8., Comp. I. h. t. c. 6. — 56) eodem: Comp. I. Aug. — 57) verba c. 5. §. 2. Dist. LXI. — 58) tuae: App., Cass. — 59) inhiemus: C. R. 1. — 60) presbyterum: Cass. — 61) religioni congruam: App.
 Cap. VII. 62) Restitutum ex App. V. 8., Lips. LVIII. 8., Cass. LVII. 7., Comp. I. h. t. c. 7. — 63) Brixiensi: Lips. — Brixiensi: Cass. — 64) Mattheum virum et Agatheam mul.: App. — Agatheam vir. et Mattheum mul.: Lips. — Agatheam vir. et mat.: Cass. — Agatheam vir. et Mattheum mul.: Comp. I. Aug. — A. vir. et A. mul.: Ms. — 65) rediret et: Coll. citt. — 66) ei: Comp. I. Ms. — omitt. App., Lips., Cass., Aug. — 67) renuerit: C. R. 1. L. H. — contemnens alias renuerit: C. R. 2. — Verum (Unde: Comp. I. Ms.) quum eadem mulier ad eum (ad eum: desid. in Cass.) iuxta sententiam praedicti episcopi regredi (egredi: App.) nollet: Coll. citt. — 68) vinculis: App. — desid. in App. — 69) fuit: Comp. I. Ms., Cont., Böhm. — 70) adh. tam: desid. in Cass. — 71) ipsa ass.: App. — 72) supradictus: ib. — 73) illam: Lips. — desid. in Cass. — 74) cognovit: C. R. L. H., Coll. citt. — 75) intra: Cont., Böhm. — 76) transire voluerit: Cass. — tr. maluerit: App., Lips., Comp. I. — 77) si qua alter ab altero habuit (Aug. habuerit. — Cass. acceperit): Coll. citt. — 78) dignoscitur: C. H. — 79) licet: App., Cass., Comp. I. Aug. — cf. Matth. V. 32. — 80) causa: App. — 81) interpretationes: Comp. I. Aug. — 82) confirmatum: ead. Ms. — 83) confirmari: ead., C. R. L.
 Cap. VIII. 84) Restitutum ex App. V. 9., Lips. LVIII. 9., Cass.

LVII. 10., Comp. I. h. t. c. 8. — 85) frat. iuxta disciplinam bon. mem. Cleti (Electi: App.) viventibus: App., Lips. — eod. modo, verbis tamen: Cl. vid. omissis: Cass. — add.: P. C. Ad petitionem: Lips., Comp. I. — cf. c. 1. de reg. III. 27. in Comp. I. — 86) Uxoratum . . . recipiatis: Comp. I. Aug. — 87) sane sine: Lips. — 88) nisi quae: ib. — 89) merito: App. — 90) quia: C. H. — 91) quod: App. — 92) desid. in Cass. — 93) remanere: App. — 94) quod: C. H. — 95) desid. in App. — 96) omitt. Lips., Cass. — 97) moretur: App. — 98) abest a C. H. — verb. Natilus . . . ass.: desid. in Lips. — 99) consecrare: Cass. — 100) assumat: App., Lips., Comp. I.
 Cap. IX. 1) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 376., Comp. II. h. t. c. 1. — 2) R.: Comp. II. Ms. A. per tot. — 3) detentus: ib. — 4) omitt. Comp. II. Ms. A. B. — 5) de iur.: desid. in Luc. — 6) non potuit: Comp. II. Ms. A. — 7) nequaquam: Luc. — 8) ut eam (illam: Luc.) mulierem sine dilatione dimittat et ad suum (desid. in Luc.) mon.: Luc., Comp. II. — 9) de cet. sub reg. observantia serviturus: Luc.
 Cap. X. 10) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 11) Coelestinus III.: Comp. II. Aug. — Alex. III.: Ms. A. — 11) P.: Comp. II. Ms. R. — 12) ad religionis habitum transiens et in eo: Comp. II. — 13) traducere: Comp. II. Ms. B. — 14) Cui consult. (Cons. tuae: Ms. B.) taliter duximus respondendum: Comp. II. — 15) in matrimonium: C. R. 2. — in matrimonio: C. R. 1. L., Comp. II. Ms. B. — 16) decrevimus: Comp. II. — 17) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — 18) Clemens III.: C. R. 2. L. H. — 19) ita Aug. — Scotorum: Ms. A. — Hungariae: Ms. B.

patre suo ab inimicis occiso, quum per bellorum adversitatem undique premeretur, et habito cum hostibus suis congressu victis fugatusque fuisset, quia timebat, ne ipsa sponsa sua ab inimicis suis per violentiam raperetur, et alia similitis ei non inventretur in regno, quam sibi posset matrimonialiter copulare, de suorum et eiusdem sponsae parentum consilio factum est, quod in conventu sanctimonialium habitum monasticum sine proposito perpetuiter susceperit retinendi, et ibidem per aliquot annos moram fecit, ne quid ab inimicis iniuriarum pateretur. Quum quum, pace reddita et obtento de inimicis triumpho, solenniter duxisset cum grandi exultatione in uxorem, et ex ea filios suscepisset, unum eorum de communi consensu et electione principum Sueviae sibi instituit successorem. Procedente vero tempore praedicta uxor, gravi infirmitate correpta, quum se de hac vita crederet recessuram, timore mortis inducta continentiam vovit, quumque rex ipse nollet eam contristari, concessit ad tempus; nunc autem se continere non posse proponit, et, quod licite posse fieri arbitratur, ad torum uxoris suae redire cepit. Et ad reprimendas aemulorum suorum detractiones et obloquia petiit a nobis sibi dari in mandatis, ut uxorem suam auctoritate nostra maritali affectione pertractet, non obstante voto continentiae in ea ante ipsam emissio, et ab eodem rege ad tempus approbato. Verum, quia super his ad plenum nos non potuimus elioere veritatem, fraternitati vestrae cognitionem harum et decisionem canonicam duximus committendam, per apostolica scripta mandantes, ut super his inquiratis diligentius veritatem, et, si vobis constiterit, quod praedicta mulier primo fuit inter moniales recepta timore violentiae ac rapinae, et propositum se habuisse nubendi profitebatur, quum inter eas nram faceret, praesertim quum postmodum in sacro ecclesiae publico regi nupserit, et usque ad haec tempora cohabitans ipsi filios ex eo suscepit, eam denunciatis praefato monasterio non teneri. Non enim factum illud matrimonii potest contractum dirimere, etsi forte possit matrimonium contrahendam impedire. De alio vero Fraternitati vestrae mandamus, quatenus, si inveniatis, uxorem regis Sueviae gravi infirmitate depressam²¹⁾ continentiam vovisse, et virum eius ad tempus praebuisse consensum, maxime si non idem vir "peraeque" continentiam vovit²²⁾ perpetuam, eandem viro cohabitare faciat, et utrumque invicem maritali affectione tractare.

CAP. XII.²³⁾

Si alter coniugum altero ignorante religionem profitetur, et propter hoc de monasterio educitur, illo mortuo ad monasterium redire non cogitur.

Idem.²⁴⁾

Placet²⁵⁾ nobis, et tuam prudentiam commendamus, quod in casibus dubiis sedis apostolicae consilium requiris. Licet enim praedictus sis scientia literarum, ad matrem tuam ecclesiam Romanam idcirco devote recurris, ut, habita super quo dubitas responsione candida, quam in similibus formam servare debetis evidenter cognoscas. Per dilectum autem filium W. decanum Catalaunensem apostolatum nostrum Sollicitudo tua²⁶⁾ consulit, utrum mulier, quae²⁷⁾, credens mortuum maritum, habitum religionis assumpsit²⁸⁾, et eo reverso de monasterio educta fuit²⁹⁾, post obitum viri sit ad regularem³⁰⁾ observantiam compellenda. Super quo "discretionis tuae sic" respondemus, quod, licet votum eius usquequaque non tenuerit, eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus se poterat^{30a)} obligare. Promisit enim intrando³¹⁾ monasterium³²⁾, se non exacturam carnis debitum, quod erat in potestate ipsius³³⁾, redire vero ad saeculum, in eius potestate non erat, sed in potestate mariti. Et ideo, quantum ad ipsam; tenuit votum, quod post viri obitum tenere non desiit³⁴⁾, quum ad eum easum³⁵⁾, a quo³⁶⁾ poterat efficax habere principium, pervenisse noscatur³⁷⁾. Consultius³⁸⁾ itaque dicimus et ei congruentius³⁹⁾ ad salutem, "praedecessoris nostri felicitis memoriae Alexandri⁴⁰⁾ Papae vestigia imitantes," ut "vanitatibus saeculi derelictis" ad monasterium redeat, ubi bona ducta intentione professionem fecit et habitum religionis accepit. Si vero ad hoc induci non poterit, ipsam invitam credimus non cogendam.

Cap. XI. 20) ita sollicite discretio fraternitatis discutiat, quod, si inv. eundem gravi: Comp. II. — 21) deprehensam: C. R. I. — 22) voverit: Comp. II.

Cap. XII. 23) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — Mutila exstat in Luc. III. 390. — 24) Clemens III.: Comp. II. Ms. A. — 25) Placuit: Luc. — 26) add.: nos: Cont. Böhm. — 27) omitt. Luc. — 28) assumpsit: Comp. II. — 29) fuerit: ead., C. H. — sit: Luc. — 30) voti: ead. — regulae: Comp. II. Aug. — 30a) potuerit: Luc. — 31) prom. iurando vel intr. m.: Comp. II. Ms. A. — 32) non. non exacturam: Luc. — 33) eius: ib. — 34) desinit: ead. — 35) eam casum: ead. — statum: Comp. II. Ms. A. — 36) in quo: C. H. — 37) redierit: Luc. — 38) Cons. duximus et congr.: Luc. — 39) et quid est congr.: C. H. — 40) cf. supra c. 3. h. t.

Cap. XIII. 41) Restitutum ex Reg. Bal. I. 435. — Comp. III. c. 2. de regul. III. 24. — 42) reliquis: C. H. — 43) neque vitam quoque debet

CAP. XIII.⁴¹⁾

Summa ut supra eod. cap. IV. Quum sis.

Innocentius III. Pisano Archiepiscopo.

Ad apostolicam sedem (Et infra: [cf. c. 16. de regul. III. 31a]) Quum autem vir et uxor una caro sint per copulam coniugalem effecti, nec una pars converti possit ad Dominum, et altera in saeculo remanere, profecto non est alter coniugum recipiendus ad observantiam regularem, nisi reliqua⁴²⁾ perpetuam continentiam reprobmittat. Sed⁴³⁾ et vitam debet mutare, nisi forte sit eius aetatis, ut sine suspitione incontinentiae⁴⁴⁾ valeat in saeculo⁴⁵⁾ remanere. "Dat. Lat. IX. Kal. Dec." [1198.]

CAP. XIV.⁴⁶⁾

Per religionis professionem, non per propositum castitatis servandae in saeculo, dissolvuntur sponsalia de praesenti.

Idem Lugdunensi⁴⁶⁾ Archiepiscopo.

Ex parte tua "nostris" est "auribus" intimatum, quod, quum quaedam mulier "dioecesis tua" velum viduitatis coram duobus abbatibus assumpsisset, benedictione solenni cum celebratione missae ac litania, sicut debuit, accedente, "postmodum" quidam nobilis proponebat⁴⁷⁾, se prius mulierem ipsam mediantibus interfrancii per verba de praesenti, arrha etiam interposita desponsasse. "Audito, quod mulier ipsa velum assumpsisset, misit ad eam, ut desponsationem factam carnalis copula sequeretur. Tu vero, postquam fuit ad tuam audientiam res perlata, inhibere curasti, ne ante discussionem negotii se carnaliter commiserent. Postmodum autem a muliere ipsa in tua praesentia constituta quassivisti, utrum consensisset in illum, et quare ab illa quaereret separari." At illa, se in illum consensisse confessa, dixit, quod audierat, eam esse lepra percussam, et ob hoc eius fuerat⁴⁸⁾ abominata complexus⁴⁹⁾. "Quum autem postmodum per testes idoneos tibi fuerat plenior facta fides, quod ante susceptionem voti mutus intervenerat inter ipsam per verba de praesenti consensus, sedem duxisti apostolicam consulendam, utrum voti susceptio impediat matrimonium inter ipsas." Nos autem inquisitioni⁵⁰⁾ tuae taliter respondemus, quod, etsi possit non inconspicue videri, quod, ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de praesenti contrahitur, illia viventibus in nullo casu possit dissolvi, ut vivente reliquo alter ad secunda vota transmigraret, etiamsi unus fidelium, inter quos est ratum coniugium, fieret haereticus, et nollet permanere cum altero sine contumelia creatoris, nisi forte secus fieret ex revelatione divina, quae superat omnem legem, sicut a quibusdam sanctis legitur esse factum, nos tamen⁵¹⁾ nolentes a praedecessorum nostrorum vestigiis "in hoc articulo subito" declinare, qui respondere consulti antequam⁵²⁾ matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri coniugum reliquo "etiam" inconspicue ad religionem transire, ita, quod reliquus ex tunc legitime poterit alteri copulari, hoc ipsum tibi consulimus⁵³⁾ observandum in articulo praenotato, quavis falsa sit causa, per quam ad susceptionem veli praedicta mulier est inducta, quum sine qualibet tali causa id ipsum religionis obtentu facere potuisset. Porro, licet praedicta mulier videatur in veli susceptione religionis habitum assumpsisse⁵⁴⁾, si tamen velit in domo propria remanere⁵⁵⁾, quasi propositum castitatis in saeculo servatura, nihilominus consummandum est matrimonium⁵⁶⁾ iam contractum, nisi se voto adstrinxerit⁵⁷⁾ ad observantiam regularem, in quo casu compelli potest, ut relicto saeculo religionis propositum exsequatur. "Dat. VI. Id. Ian." [1206.]

CAP. XV.⁵⁸⁾

Maritus, factus monachus, a coniuge adulterata revocari non potest.

Idem Rudinensi⁵⁹⁾ Episcopo.

Constitutus in praesentia nostra H.⁶⁰⁾ Vitalis, lator praesentium, sua⁶¹⁾ nobis confessione monstravit, quod, "quum esset" in acolythatus ordine constitutus, quaedam puellam R. nomine in

mutare: Comp. III., Reg. — 43) in continentia: Comp. III. Ms. — 44) in saec.: omitt. Comp. III., Reg.

Cap. XIV. 45) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 195. — Comp. III. h. t. c. 1. — 46) London.: C. R. I., Comp. III. Ms. — Lundensi: Reg. — 47) qui sex mensibus ante proponebatur (proponebat se: Comp. III.) mul. eandem (ipsam: ib.) ... desp.: Comp. III., Reg. — 48) fuerit: Cont., Böhm. — 49) amplexus: C. R. I. — 50) fraternitati: Reg. — 51) abeat a C. H. — autem: Comp. III. — 52) quod antequam ... licet: Comp. III., Reg. — 53) consumimus: Comp. III. Ms. — 54) susceptio: C. H. — 55) permanere: C. R. L., Comp. III., Reg. — 56) coniugum: Reg. — 57) constrinxerit: ib.

Cap. XV. 58) Restitutum ex Rain. sp. Bal. I. 602., Comp. III. h. t. c. 2. — 59) Niclinien.: Comp. III. Aug. — Nitiniensi: Rain. — 60) Hug.: Comp. III., Böhm. — Hugo: Rain. — 61) humilit: Comp. III. — humilimu ... insinuatione: Rain.

facie ecclesiae duxit uxorem. Quam quum⁶² carnaliter cognovisset, orta discordia inter eum et amicos puellae, "coram te habito diligenti tractatu" ipsa⁶³ fuit euidam alii V.⁶⁴ nomine copulata, et tu memoratum H. usque ad gradum sacerdotii ordinasti, "et eidem ecclesiae concessisti." Quum autem eum sua conscientia remorderet, habitum ordinis Cisterciensis assumpsit⁶⁵; "tandem N. abbati suo omnia praedicta revelavit, qui eum commonuit diligenter, ut super hoc salutem animae suae provideret." Ideoque⁶⁶ "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si res ita se habet, praedictam mulierem⁶⁷, ut a dicto V.⁶⁸ recedat, cui per adulterium est coniuncta, nec praedictum⁶⁹ monachum impetat, quo minus regulare votum valeat adimplere, per censuram ecclesiasticam "sublato appellationis obstaculo" cogere non omittas.

CAP. XVI.⁷⁰

Uxor non potest repetere maritum, de cuius licentia religionem intravit, si post ingressum non continuat, licet ad consentiendum seu ad dandam licentiam dolo fuit inducta.

Idem Pictaviensi⁷⁰) Episcopo et Abbati de Boribarden. Pictaviensis dioecesis.

Veniens ad praesentiam nostram "dilectus filius" L.⁷¹) "lator praesentium" nobis "humiliter" intimavit, quod, quum olim intrandi monasterium propositum concepisset, pluribus sacerdotibus, "militibus et aliis viris" praesentibus, apud uxorem suam "precibus" inagittit, ut super hoc saum impertiret assensum, "eisdem presbyteris primitus exoratis, ne praefatae mulieri exponerent, quod et ipsam oporteret derelinquere saeculum, si viro suo daret licentiam ad monasterium concolandi. Quumque ipsum mulier, ne ab ea discederet, vice mutua precaretur, ipse asserens, quod, nisi ab ea posset super hoc obtinere licentiam, non solum ei se inutilem redderet, sed etiam toti mundo." Ipsa demum⁷²) tam ipsius quam multorum adstantium⁷³) precibus stetitibusque⁷⁴) devicta, caput eius altari supposuit manu sua; qui, ea praesente tonsuratus, ibidem monasterium adiit et finito probationis tempore professionem fecit sollemniter monachalem. Illa vero, in saeculo remanens, inhoneustos amatores admisit, "unde idem L. metuens, ne suae continentiae illius incontinentia imputetur, an in monasterio perverteat debeat, a nobis consilium postulavit." Quocirca "discretionis vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si ita est, praedictum L. in monasterio, quod intravit, "absque inquietatione cuiusquam" perseverare libere permittatis. Licet enim in hoc videatur non modicum deliquisse, quod captiose⁷⁵) asseruit, quia, nisi sibi eadem mulier consentiret, tam sibi quam toti mundo se inutilem redderet, et quum presbyteros exoravit, ne praedictae mulieri exponerent, quod eandem relinquere saeculum oporteret, si forte licentiam daret viro; ex quo tamen eadem "mulier" caput viri altari sponte supposuit, et postmodum, "sicut asseritur," non continuit⁷⁶), super revocatione ipsius non est⁷⁷) aliquatenus audienda; quum ipsius⁷⁸) intentio, "si eundem forte repeteret," exceptione possit⁷⁹) commissae fornicationis elidi, maxime quum, antequam fuerit fornicata, ipsam non duxerit repetendum. "Dat. Lat. III. Non. Apr. Ao. XII. [1209.]

CAP. XVII.⁸⁰)

Uxor maritum professum repetere potest, non obstante licentia profitendi ab ea metu extorta.

Idem.⁸¹)

Accedens ad praesentiam nostram I.⁸²) mulier "lacrimabiliter" proposuit "coram nobis," quod, quum⁸³) V.⁸⁴) vir eius "Eliensis dioecesis" eam sibi "legitime" matrimonio copulasset, "et per viginti fere annorum spatium eidem cohabitans, prolem suscepisset ex ea," volens tandem idem⁸⁵) vir habitum assumere⁸⁶) monachalem⁸⁷), postulabat humiliter ab eadem, ut tam pio proposito faveret ipsius; quae propter multa verbera et alia⁸⁸) "molestationum"

gravamina, quae dictus vir inferebat eidem, se ipsam asserens⁸⁹) dimissurum, annuit votis eius. Quumque idem vir in domo⁹⁰) de Vader.⁹¹) Cisterciensis ordinis religionis habitum assumpsisset⁹²), mulier "ipsa" in domo⁹¹) monialium, nullo ibi habitu religionis assumpto vel voto conversionis emisso, permansit "ihidem, cui pro labore manuum suarum eadem moniales vitae necessaria ministrabant." Processu vero temporis, quum idem vir⁹²) ad saeculum rediens religionis habitum reliquisset, eadem⁹³) mulier se instanter ab ipso petiit reassumi, "ipse illam recipere positus contradicens, praeter verbera, quibus saepius affectit eandem, sibi plurima convitia et graves iniurias irrogavit." Quocirca discretionis vestrae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si res ita se habet, "at dicta mulier illius aetatis existit, ut de lapsu carnis illius merito valeat dubitari," dictum virum, ut eam recipiat, eique affectum exhibeat coniugalem, "monitione praemissa per censuram ecclesiasticam" appellatione remota cogatis. "Nullis literis etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. V. Id. Apr. [1205.]

CAP. XVIII.⁹⁴)

Uxor professi, quae dedit viro licentiam profitendi, non compellitur ingredi religionem, si continens est, et non suspecta.

Innocentius III.⁹⁵) Episcopo, Decano et Thesaurario Lincolnensibus.⁹⁶)

Significavit nobis A.⁹⁷) mulier, quod, quum ipsa F.⁹⁸) "militi" viro suo coram decano S. Quiriaci⁹⁹) "Pruvineasis," vices "bonae memoriae P." archiepiscopi Senonensis in hac parte fungente, licentiam concesserit religionem intrandi, continentiae tamen voto eidem iniuncto, et recepta fide ab ipsa, quod perpetuo contineret, idem decanus post factam professionem a viro praedicto¹⁰⁰) in monasterio, in quo habitum assumpserat monachalem, asseruit, ipsam debere religionem intrare, quanquam id primo non expressisset eidem, et hoc expresso "ipsa" illi licentiam non dedisset, "ac eam ad hoc per venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Senonensem fecit pluries commoveri, propter quod eadem de consensu dicti archiepiscopi nostrum super hoc consilium imploravit." Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, et est talis aetatis¹), de qua suspicio haberi non possit, ipsam votum continentiae observantem intrare monasterium compelli non permittatis invitam²).

CAP. XIX.

Adultera, quam maritus reconciliare non vult, ad agendum poenitentiam in aliquo claustris collocatur.

Gregorius IX.

Gaudemus in Domino (Et infra:) Mulieres vero, quae relicto maritali toro lapsu carnis ceciderunt, si mariti earum, a te diligenter communiti, eas ad frugem melioris vitae conversas noluerint recipere propter Deum, in claustris cum religiosis mulieribus studeas collocare, ut perpetuam poenitentiam ibi agant.

CAP. XX.

Si coniuges se ad invicem absoluerunt continentium promittendo, ut uterque vel alter eorum religionem profitetur, alter alterum repetere non potest.

Idem I. Moniali monasterii de Plauda.³)

Dudum a C. laico mota contra te, quam uxorem suam dicebat, materia quaestionis, R. sanctae M.⁴) in Comidini⁵) diaconum cardinalem dedimus auditorem. Coram quo dictus C. conquerendo⁶) proponens, quod indebite recusabas eidem, cuius uxor eras per consensum de praesenti et carnis copulam subsecutam, matrimonialiter adhaerere, te sibi restitui postulavit. Ad quod fuit responsum, quod ipse pro animae suae remedio pura et spontanea voluntate, praesentibus duobus religiosis sacerdotibus, et adhibitis quinque testibus fide dignis, omni iuri, quod in te habuerat⁷), renunciavit

Cap. XV. 62) quumque aliquandiu cohabitassent inanimul, et ipse eam: Coll. c. 63) praedicta puella: ib. — 64) W.: C. L. — Vitali: Coll. c. 65) et de consilio quorundam religiosorum habitum Cist. ord. assumpsisset, tandem: ib. — 66) abest a C. H. — 67) praed. R.: Coll. c. 68) viro: C. R. 2. — praefato Vitali: Coll. c. 69) praescriptum: Rain.

Cap. XVI. 70) Restitutum ex Reg. Bal. XII. 13. — Comp. III. h. t. c. 2. — 70) ep. Palaven. et abb. de Bovingardenberg (Bonin. Burdenbergen: Ang.) Palav. dioec.: Comp. III. Aug., Reg. — ep. Pictav. abb. Boringardenberg Pictav. dioec.: Comp. III. Ms. — 71) W.: C. R. 2. I. — desid. in C. H. — 72) illa deinde: Reg. — 73) constantium: C. H. — 74) precibusque: Reg. op. mend. — 75) caute: Comp. III. Aug. — 76) viri incontinenter: Comp. III., Reg. — 77) esset: ib. — 78) eius: Reg. — 79) posset: Comp. III., Reg.

Cap. XVII. 80) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 34. — Comp. IV. h. t. c. un. — 81) Eliensi ep. et archid. de Cantabrigie et priori de Harnoeta Eliens. dioec.: Reg. — 82) Juliana: ib. — 83) desid. in Comp. IV. —

84) W.: Comp. IV. Aug., Ms. B., Reg. — 84) desid. in C. H. — 85) suscipere: Comp. IV. Ms. A. — 85) regularem: Reg. — 86) aliarum: Comp. IV., Reg. — 87) asserentis: Comp. IV. Ms. A. — se... dim.: desid. in C. H. — 88) ad domum... accedens ibi (ibi): Aug. — ibidem: Ms. A. B.) rel.: Comp. IV., Reg. — 89) Vand.: C. R. 1. — Vanderii: C. R. 2. — Walde: C. L. — Donandon.: Comp. IV. Ms. A. — Vandon.: Ms. B. — Vendon.: Aug. — Wardon.: Reg. — 90) suscepisset: C. H. — 91) transferens se ad domum monialium: Comp. IV., Reg. — 92) desid. in C. H. — 93) et ead. mul. ... ab eo peteret: Comp. IV., Reg.

Cap. XVIII. 94) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. un. — 95) Honorius III.: C. R. L. H., recte. — 96) abest a C. R. 2. — Lingonen.: C. R. 1. L. — Lingonen.: Comp. V. — 97) H.: C. H. — 98) G.: ib. — 99) Quiriaci: Böh. — 100) a milite antedicto: Comp. V. — 1) desid. ap. Böh. — 2) non leg. ap. Cir.

Cap. XX. 3) Planta: C. R. 1. — Pluta: C. R. 2. — Plonta: C. L. — Plonda: C. H. — 4) Mariae: C. R. L. — 5) Comes: Cont., Böh. — leg.: Cosmidin. — 6) add.: monstravit: C. R. 1. — 7) habuit: C. H.

omnino, resignando illud in manibus alterius ex sacerdotibus supra dictis, qui in personam⁸⁾ ecclesiae resignationem huiusmodi recipere procuravit, et quod idem C. se castitatem servaturum promissit, pauperumque hospitalis de Ponte obsequio se devovit, promittens voto solenni omnia et singula supra dicta, et tribuens tibi licentiam ad monasterium transeundi, te versa vice similiter promittente, ac tribuente illi licentiam, et ias quodlibet resignante: sicut haec omnia dicebantur⁹⁾ per publicum instrumentum esse probata, manu B.¹⁰⁾ notarii Aretinensis¹¹⁾ confectum. Verum praenominatus C. proposuit, quod, casu amisso instrumento praefato, illud in prima persona, quod prius erat in tertia, insertis pluribus in uno, aliter quam in alio fuit ab ipso formatum. Et quum tibi iratus fuisset, sicut verba et verbera indicabant, nondum calore iracundiae quiescente, quidam ipsum deceptorie allexerunt, proponentes eidem, quod in hospitali praedicto cibis ad libitum posset uti, ac proprium retinere, praefato B. sibi nihilominus promittente, quod non solum ardorem, sed etiam appetitum libidinis exstingueret in eodem: propter quod quicquid in hac parte fecisse dignoscitur, iratus, seductus pariter et illectus¹²⁾, et sub spe promissionis, ac sub ea conditione vel modo, si posset continentiam observare, asseruit a se factum¹³⁾. Sed ad ista respondebat e contra, quod, in tabellio in tertia persona instrumentum conficiat, vel¹⁴⁾ in prima, dummodo non mutetur substantia veritatis, nihil interesse videtur. Insuper, quamvis aliquando spes memorato C. data fuisset, per quam¹⁵⁾ ad hoc se proposuit¹⁶⁾ inductum, eo tamen tempore, quo talia facta fuerunt, pure, simpliciter ac voluntarie, pro amore Dei et remedio animae suae solummodo ad votum et ad alia supra dicta noscitur processisse. Propter quod a consortio saecularium hominum debet discedere, vitamque mutare, quum se illius aetatis esse proponat, ut sine suspitione incontinentiae non valeat in saeculo remanere. Nos itaque, habito fratrum nostrorum consilio, te ab impetitione dicti C. sententialiter duximus absolvendam, perpetuum illi super hoc silentium imponentes.

CAP. XXI.

Breve est, sed per alia verba sic potest summari: *Post sententiam divortii quoad torum, latam ob fornicationem spirituales mariti, potest uxor libere religionem intrare.*

Idem.

Mulier, quae in fide remansit, potest, nolente viro, qui ab infidelitate revertitur, propter quam ab eo fuerat iudicio ecclesiae separata, ad religionem libere convolare.

TITULUS XXXIII.

DE CONVERSIONE INFIDELIUM.

CAP. I.¹⁾

Non potest quis illam habere in uxorem, cuius maritum occidit machinatione ipsius mulieris; secus, si sine machinatione. Et est pulcher et quotidianus casus.

Coelestinus III.²⁾

Laudabilem (*Et infra:*) *Ceterum, quod* Interrogasti de Sarracenis, qui, dum³⁾ in captivitate essent, quarundam Christianarum viros earum⁴⁾ insidiis et machinationibus occiderunt, utrum, quia postea per ipsas⁵⁾ ad fidem Christianam conversi sunt⁶⁾, eas de iure possint accipere⁷⁾ in uxores, vel, si duxerint, *ipsum* coniugium teneat⁸⁾ eorundem: hic Triburiensis concilii regula⁹⁾ contenti sumus, asserentis¹⁰⁾, quod, si in mortem¹¹⁾ ipsorum *virorum* ma-

litiöse fuerint machinatae, licet earum studio ad *ecclesiasticam* fidem accesserint, tamen¹²⁾ nec eis adhaerere debent, nec sunt¹³⁾, si adhaeserint etiam, tolerandi. *Non enim hic dispensatio sine periculo posset admitti*, quum tale¹⁴⁾ damnum tali lucro ecclesiae¹⁵⁾ compensare¹⁶⁾ non velit. Ad hoc¹⁷⁾ Sarraceni quidam, *qui* in bello sunt Christianos interfecisse notati, et¹⁸⁾ Christiani similiter Sarracenos, postea vero¹⁹⁾ Sarraceni, ad *catholicam* fidem *a gentilitatis errore* conversi, uxores eorum, quos in belli certamine occiderunt²⁰⁾, sibi matrimonialiter copularunt, et id ipsum Christiani de Sarracenis mulieribus conversis ad fidem fecisse noscuntur: quae *tamen*, postquam de priorum virorum morte²¹⁾ compererint²²⁾ veritatem, divortium instant²³⁾ exposcunt. In his igitur²⁴⁾ respondemus, quod, quum tales²⁵⁾ non procuraverint virorum interitum defunctorum, matrimonium inter huiusmodi personas licite potest contrahi, *cuiusvisque sexus existant*, divortium *post mortem coniugum* nequeunt²⁶⁾ postulare. *Idem etc. Praeterea etc. [cf. c. 27. de test. II. 20.]**

CAP. II.

Si alter infidelium coniugum venit ad fidem, altero remanente in infidelitatis errore, communis proles assignatur converso.

Gregorius IX. *Argenticensi* Episcopo.²⁶⁾

Ex literis tuis accepimus, quod quidam de Iudaicae caecitatis errore ad Christum verum lumen adductus, uxore sua in Iudaismo relicta, in iudicio postulavit instanter, ut eorum filius quadrimus assignaretur eidem, ad fidem catholicam, quam ipse susceperat, perducendus. Ad quod illa respondit, quod, quum puer adhuc infans existat, propter quod magis materno indiget²⁷⁾ solatio quam paterno, sibi que ante partum onerosus, dolorosus in partu, post²⁸⁾ partum laboriosus fuisse nascatur, ac ex hoc legitima coniunctio maris et feminae magis matrimonium quam patrimonium nuncupatur, dictus puer apud eam debet convenientius remanere. (*Et infra:*) Quum autem filius in patris potestate consistat, cuius sequitur familiam, et non matris, et in aetate tali quis non debet²⁹⁾ apud eas remanere personas, de quibus possit esse suspicio, quod salutis vel vitae insidiantur illius, et pueri post triennium apud patrem non suspectum ali debeant et morari³⁰⁾, materque pueri, si eum remanere contingeret apud eam, posset illum adducere ad infidelitatis errorem: in favorem maxime fidei Christianae respondemus, patri eundem puerum assignandum.

TITULUS XXXIV.

DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

CAP. I.¹⁾

Vota possunt eleemosynis redimi, vel in aliud commutari, intercedente superioris auctoritate, et iusta causa redimendi vel mutandi.

Alexander III. *Exonensi*²⁾ Episcopo.

De peregrinationis *quoque* votis, an eleemosynis redimi³⁾ possint vel⁴⁾ pro necessitate in aliud commutari, *tibi* respondemus, quod ab eius, qui praesidet⁵⁾, pendet⁶⁾ arbitrio, ut consideret diligentius⁷⁾ *et attendat* qualitatem personae, et causam commutationis⁸⁾, scilicet⁹⁾ an *id* ex infirmitate, seu affluentia divitiarum *contingat*, an alia¹⁰⁾ causa probabili peregrinatio, an recompensatio melior fuerit et Deo magis accepta; et secundum hoc debet¹¹⁾ exinde¹²⁾ dispensare.

Cap. XX. 8) persona: C. H. — 9) videbantur: C. R. 2. — 10) R. — ib. — G.: C. H. — 11) Aretini: C. R. 2. L. — 12) allectus: C. H. — 13) esse factum: C. R. 1. — 14) an: C. H. — 15) postquam: ib. — 16) proponit: C. R. L.

TIT. XXXIII. Cap. I. 1) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 381., Comp. II. b. t. c. 2. — 2) Initium capituli est in Comp. II. c. 3. de cogn. sp. IV. 6. — cf. c. 1. Ut lite pend. II. 16. — 3) quum: Luc. — 4) eorum: Comp. II. Aug. — essent Christianorum, quosdam viros earum: Luc. — 5) per ipsas: omitt. ead. — 6) fuerint, easdem: ead. — 7) ducere in uxorem: ead. — 8) valent: ead. — an ipsi. con. valeat iterari: Comp. II. Ms. A. — seq. eor.: desid. in Coll. citt. — 9) regulae consentimus: Luc. — 10) asserentis: Luc., Comp. II. Ms. A. — 11) quum mortem: Luc. — in morte: Comp. II. Ms. A. — seq.: ips.: desid. in Luc. — 12) tum: ead. — 13) sunt et seq.: etiam: omitt. ead. — 14) tantum: Luc., Comp. II. — 15) abest a Comp. II. Ms. A. — 16) recompensare: Ms. B. — 17) haec: C. R. L., Luc., Comp. II. — 18) abest a Luc. — 19) desid. ib. — 20) quos certamine bellico neci tradiderant: Luc., Comp. II. Aug., Ms. A. — quos belli cert. occiderint: Ms. B. — 21) de priorum morte: Luc. — 22) compererunt: C. R. 2. H. L., Luc., Comp. II. Ms. B. — compererunt: Aug. — seq.: ver.: desid. in Luc. — 23) constanter: Cont. — 24) abest a C. H. — Respondem. quoque in his: Comp. II. — Respondem. quoque in his: Luc. —

25) quod, quum nec Sarraceni, nec Christiani mortem alterutrorum (alterutrorum: Ms. A.) procurasse noscuntur, matrimonium (matrimonium: Luc. Ms. A.) huiusmodi inter praedictas (inter huiusm. pers.: Ms. B. — int. huiusm. interdictas pers.: Ms. A.) personas licite potest (possunt: Luc., Ms. A.) contrahi: Luc., Comp. II. — 26) non possunt: Comp. II. — iure obtinere vel etiam postulare non possunt: Luc.

Cap. II. 26) indic. ex Greg. IX. Reg. III. 13: ap. Raynald. p. 367. — 27) indigeret: C. H. — 28) ac post: C. R. L. — 29) debeat: Böhm. — 30) commutari: C. H.

TIT. XXXIV. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XXXV. 3., Lips. XXIII. 23., Cass. XXXIX. 2., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Videtur pars eius cap. esse, quod ex App. XXXV. 2. refertur c. 30. de sim. v. 3. — 3) restitui: Cass. — 4) vel aliud pro necessitate impleri: Comp. I., Cass. — vel per al. pro nec. impl.: (App.: adimpleri) App., Lips. — 5) possidet: Cass., Comp. II. Aug. — 6) dependet: Lips. — dependet: App., Cass., Comp. I. — 7) attentius: C. R. 1. — diligenter: C. R. 2. — 8) commigrationis: App. — 9) abest a Cass. — seu id: App. — 10) aut al.: C. R. L. — aut etiam al.: C. H. — et (omitt. Cass., Comp. I.) utrum peregrinatio an rec. utilior (melior: Cass., Comp. I.) fuerit: Coll. citt. — 11) habet: Ed. Rom. op. mend. — 12) inde: Cass., Comp. I.

CAP. II.¹³⁾

Commutat Papa votum ultramarinum, in his maxime, qui in puerili aetate cooverunt.

Idem Ngrvicensi¹⁴⁾ Episcopo.

Venientis ad nos R.¹⁴⁾ clericus narratione accepimus¹⁵⁾, quod, quum in puerili aetate¹⁶⁾ constitutus fuisset, Hierosolymam disposuit¹⁷⁾ proficisci¹⁸⁾, cuidam quoque¹⁹⁾ consocio suo, qui nihilominus sepulcrum dominicum proposuerat visitare, fidem²⁰⁾ dedit, et suam recepit ab eo, quod sibi invicem in via²¹⁾ socii fideles existenter, et bonam societatem servarent. Qui utique sollicita mente revolvens, ad nos accessit, ut sibi nostrum super hoc consilium aperiremus. Nos autem ipsum gravi infirmitate laborare, sicut asserit, intelligentes, et, quod in partibus orientis eius adventus parum utilitatis conferret, diligentius attendentes, praesertim quum non sit licitum, clericum infra sacros ordines constitutum arma sumere, vel sanguinis effusioni vacare, ipsum²²⁾ a voto, quod in aetate tenera, facilitate potius quam ex arbitrio discretionis promisit, absolvimus, et ad propria remittimus absolutum, ita tamen, quod idem votum elemosynis redimat²³⁾, et iuxta consilium nostrum²⁴⁾ toto vitae suae tempore uni pauperum Christi, tam in victu quam in vestitu, dummodo ad hoc suae facultates sufficient, debeat²⁵⁾ providere.

CAP. III.²⁶⁾

Ex sola conceptione boni explicandi non obligatur quis ad bonum conceptum exsequendum.

Idem Magistro A. de Mandeforde.²⁷⁾

Literaturam tuam et prudentiam iam dudum referente fama cognovimus, et saluti tuae tanto attentius considerare volumus et debemus, quanto personam tuam consideratione tuae honestae conversationis et vitae ferventioris caritatis brachiis amplectimur. Relatum est autem auribus nostris ex parte tua, quod, quum ex quadam minutione²⁸⁾ nimio fuisses mortis pavore perterritus, haec verba tecum protulisti: „non diu hic morabor,“ proponens in animo²⁹⁾, quod religionis habitum esses aliquando suscepturus. Sed propter frequentes infirmitates, quae plurimum vitae religiosae restrictionem impediunt, et quia transeuntibus hospitalitatem exhibes, et plura salutaria impendis, quod conceptisti olim in animo opere nondum implevisti, ac per hoc dubitas, ne pro fracta fide voti in districto debeas examine conveniri. Tibi igitur³⁰⁾, licet prudentiam tuam latere non credamus, quid canones in huiusmodi statuati, consulenti³¹⁾ respondemus breviter quod sentimus, praesentium significatione mandantes, quod, si plus non est in voto processum³²⁾, quam praediximus, transgressor iudicari non poteris, et si non impleas quod dixisti. Monemus autem prudentiam tuam attentius et hortamur etc.

CAP. IV.³²⁾

Omne votum mutabile est in votum religionis.

Idem.³³⁾

Scripturae sacras testimonio declaratur, quod spiritualis homo propositum non mutat, quum pro salute animae suae utilius aliquid meditatur. Inde est, quod, vestris iustis postulationibus inclinati, vobis indulsumus, quatenus, si quis sepulcrum dominicum vel alia sanctorum limina proposuerit visitare, et infirmitate vel alia rationabili causa occurrente apud vos habitum religionis assumere atque Deo servire voluerit, libere eos recipere valeatis. Reus fracti voti aliquatenus non habetur³⁴⁾, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis observantiam commutare.

Cap. II. 13) Restitutum ex App. L. 13., Cass. XXXIX. 3., Comp. I. h. t. c. 2. — 14) Nomen ep. mer. Cass. mendose. — add.: in eodem libro: (i. e. libro VIII. Reg.): App. — 14) omitt. App. — 45) Audiendum: App. Comp. I. — Bene audiendum: roll. omissis, Cass. — 46) puerilitate: Comp. I. Aug. — 47) promissio: Cass. — 48) se profecturum: Coll. c. 19) omitt. Cass. — et cuid.: App. — 20) et fid. ded. et sententiam: Cass. mendose. — 21) in via: desid. in Cass. — seq.: socii: omitt. App. — 22) id quod id vol.: Cass. mendose. — 23) redimere debeat: Coll. c. 19) — 24) auxilium vestrum: Cass. non recte. — 25) desid. in App., Cass.

Cap. III. 26) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 27) Monte forti: C. R. I. — Mandeforde: C. L. — Mandeforte: Gont. — Mandefore: Böhm. — mag. M. de l'ad. Forden.: Comp. II. Aug. — mag. M. de l'adeforte: Ms. B. — inser. omitt. Ms. A. — 28) add.: brachii tui: Böhm. — quum ex quadam minutione brachii tui (brachium tuum: Ms. A. B.) minuites (intenuisset: Ms. A.), pavore mortis perterritus: Comp. II. — 29) add.: tuo: C. H. — 30) Licet autem... tibi tamen consulenti breviter respondemus, quod sentimus (tibi diximus respondendum: Ms. A.), praesentium: Comp. II. — 31) progressum: Ib.

CAP. V.³⁵⁾

Executio voti ultramarinum auctoritate Papae potest ex causa differri.

Innocentius III. Strigonensi³⁵⁾ Archiepiscopo.

Non est voti dicendus³⁷⁾ transgressor, qui quod vovit de auctoritate sedis apostolicae, ista tamen ex causa, distulit³⁸⁾ adimplere. Sane, significavit nobis carissimus in Christo filius noster Henricus illustris rex Hungariae, quod, quum in regni perturbatione³⁹⁾ consilium et auxilium tuum sibi senserit haecenus profuisse, utilitati eius non modicam derogaret, si Hierosolymam, sicut ex voto teneris, regno pergeres impacato. Quum igitur nobis imminet de honore ipsius regis et statu regni Hungariae sollicito cogitare, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus non prius iter arripias Hierosolymam adeundi, quam regnum ipsum fuerit tranquillitati pristinae faciente Dominus restitutum, vel super hoc receperis ab apostolica sede mandatum. Dat. Laterani. [1198.]

CAP. VI.⁴⁰⁾

Ecclesia compellit heredem laicum per excommunicationem et honorum subtractionem ad executionem voti ultramarinum, ad quod se obligavit pro defuncto.

Idem Andreas⁴¹⁾ Duci.

Licet universis liberum sit arbitrium in votendo, nec necessitas in votis locum habeat, sed voluntas, usque adeo tamen solutio necessaria est post votum, ut sine proprio⁴²⁾ salutis dispendio alicui non liceat resilire ab his, quae sponte ac solemniter promisit. Accepimus siquidem, quod, quum inclytae recordationis B. quondam rex Hungariae, pater tuus, agens⁴³⁾ in extremis, votum, quod voverat Domino, Hierosolymitanam provinciam in⁴⁴⁾ forti manu et brachio extenso, humili tamen corde et humiliato spiritu visitare, sub interminatione maledictionis paternae commiserit⁴⁵⁾ tuae fidei exsequendum, et tu, intellecta pia voluntate parentis, assumpto⁴⁶⁾ crucis signaculo, te id impleturum⁴⁷⁾ sine dilatione⁴⁸⁾ qualibet promisit. Verum, eodem patre tuo sublato de medio, quum Hierosolymitanum iter te arripere simulasses, assumptas peregrinationis obitus, quam contra inimicos crucis dirigere debueras, in fratrem tuum et regnum Hungariae convertisti aciem bellatorum, et multa contra serenitatem regiam malignorum usus consilio commisisti. Nos autem, quos diebus istis ad pontificatus officium, licet immeritis, Dominus evocavit, tam paci regni Hungariae, quam tuis volentes saluti consulere, nobilitatem tuam rogamus, monemus et exhortamur in Domino, ac per apostolica tibi scripta praecipiendo Mandamus, quatenus, postpositis ceteris sollicitudinibus, usque ad festum exaltationis⁴⁹⁾ sanctae Crucis proximo venturum debitum acceptae crucis exsolvens, propositum iter arripias et humiliter prosequaris, ne, si onus tibi a patre iniunctum et a te sponte acceptum occasione qualibet detrectaveris⁵⁰⁾, paterna te reddas successione indignum, et hereditatis emolumento priveris, cuius recusaveris onera supportare; sciturus, extunc anathematis te vinculo subiicere, et iure, quod tibi, si dictus rex sine prole decederet⁵¹⁾, in regno Hungariae competeat ordine geniturae, privandum, et regnum ipsum ad minorem fratrem tuum appellatione postposita devolvendum. Dat. Lat. IV. Kal. Febr. [1198.]

CAP. VII.⁵²⁾

Commutat Papa votum ultramarinum in sigillas, orationes et ieiunia, tunc maxime, quum cessat causa, quae induxit ad cooverdum; ita etiam, quod expensis fiendae in eundo, morando et redeundo, integraliter mittantur in terrae sanctae subsidium.

Idem Trecenti Episcopo.

Magnae devotionis iudicium et sinceram in Christo tuae fidei esse credimus argumentum, quod, ut novissimam tua Domino consecra-

Cap. IV. 32) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 33) universis abbatibus Cisterciens. (Cistrac.: Aug.) ord. per Angliam constitutis: Comp. II. Ms. A. B. Aug. — monachus Cist. ord.: Ms. A. — 34) nec rei voti fracti habeantur aliquatenus, qui temp. obs. in perpetuum (perpetuum: Aug., Ms. B.)... noscuntur: Comp. II.

Cap. V. 35) Restitutum ex Reg. Bal. I. 5. — Comp. III. h. t. c. 1. — 36) Strigonensis: Comp. III., Reg. — 37) dicendi: C. H. — 38) distulit: Reg. — 39) turbatione: C. R. L., Comp. III., Reg.

Cap. VI. 40) Restitutum ex Reg. Bal. I. 10. — Comp. III. h. t. c. 2. — 41) A.: Comp. III. Ms., Reg. — 42) propriae: C. R. L., Comp. III., Reg. — 43) ageret... extremis, et de sua penitus convalescentia desperaret: Comp. III., Reg. — 44) abest a C. H. — 45) commisit: C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 46) accepto: C. R. I. — 47) te adimpleturum: Comp. III. — 48) diminutione: C. H. — 49) abest a C. R. I. — 50) detrectans: Comp. III. Aug. — 51) decederet: Comp. III. Ms.

Cap. VII. 52) Restitutum ex Reg. Bal. I. 69. — Comp. III. h. t. c. 3.

res, nec senectutis iam imminantis incommoda, nec discrimina viae, nec dubia fides et constans incantantia pelagi terruimus, quia pro salute animae tuae, ac libertate Trecentis ecclesiae et devotione terrae nativitate Domini Hierosolymitanam provinciam disponeres visitare. Quum enim Trecentis ecclesiae, sicut ex tua relatione didicimus, contra libertatem ecclesiasticam indolentis gravaretur angustiis et pressuris, nec per alium, quam per H. quondam Campaniae comitem, tunc in ultramarinis partibus constitutum, eidem ecclesiae credere posse de facili subveiri, confusus de liberalitate ipsius, quem, si ad eam accederes, tibi super necessitatibus ecclesiae tuae credebatur humiliter precituum, praeter consilium carorum tuorum ad ipsum propositi accedere, ac in signum peregrinationis et devotionis terrae orientalis crucem dominicam assumpti. Licet autem, ut non vacuus in conspectu Domini appareres, sed aliquos tecum manipulos in arcam Domini cum exultatione deferres, sermonem ad populum feceris, ut aliqui tecum assumpto crucis signaculo subirent itineris gravitatem, vir unus inter omnes apparuit, qui verbum tecum reciperet et implet. Tu vero, ut laudabile propositum sine claudere meliori, viam aggressus, quum Placentiam pervenisses, super morte ipsius comitis tristes recepisti rumores. Propter familiam tamen dissimulato timore progressus in Tuscaniam, quosdam familiares tuos obvios habuisti, qui te volebant invitum etiam ab itinere resocare, asserentes, iter tuum nec tibi nec ultramarinis partibus expedire, quum, Gallicanis omnibus exinde redeuntibus, terra illa defensanda in Teutonicorum manibus remansisset. Quamvis a defensa audita morte ipsius comitis immensam tristitiam concepisses, et praecipuam intentionem tuam esse conspiceres iam frustratam, nolisti tamen sine consilio apostolicae sedis, quae disponente Domino cunctorum fidelium mater est et magistra, ad propria remeare. Sed ingressus postmodum Urbem, et in nostra praesentia constitutus, intentionis tuae propositum ac status Trecentis ecclesiae nobis humiliter expressisti, nostrum et fratrum nostrorum consilium cum devotione requirens. Venerabilis etiam frater noster Senonensis archiepiscopus metropolitanus tuus status Trecentis ecclesiae, ac dispendium, quod ex absentia tua incurrere poterat, semel et iterum per suas nobis literas intimavit, propter quod disposuimus deliberare cum fratribus nostris, an cum eadem Trecentis ecclesiae misericordiam faramus, te ad agenda ipsius sollicitudinem remittentes, an, sicut tenebaris ex voto, te iter arreptum perficere pateremur, et utrum horum tam saluti tuae quam terrae orientali potius expediret. Et quidem tria praecipue duximus in hoc negotio attendenda, quid liceat, quid debeat, quid expediat. quid liceat secundum aequitatem, quid debeat secundum honestatem, et quid expediat secundum utilitatem. Sane, non videbatur contra votum et tam laudabile propositum licitum, ut venire, quum vox clamet prophetica: Vovete et reddite Domino Deo vestro, ut primum ad consilium, secundum vero ad imperium referatur, et in evangelio: Reddite quae sunt Dei Deo. Votum enim istud non est dubium esse Dei, cui te obligaveras in vovendo. Sed nec decens, quomodo libet videbatur, quum sit scriptum in evangelio: Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retrò, aptus est regno Dei, et in Genesi uxar Loth, quae retro respexit, in salis statuum legatur fuisse conversata, et in actibus Apostolorum Anania et Saphira, qui abierunt retrorsum sancto Spiritui metientes, a conspectu Apostolorum principis mortui scribantur successive delati. Praeterea non videbatur aliquatenus expedire, quum ex absolutio tua, si fieret, scandalum posset laicorum mentibus generari, dicentium: ubi est Deus clericorum? et hoc exemplo credentium, ac ad voti observantiam non teneri, quod viderent per ecclesiarum rectores apostolicae sedis auctoritate deponi, per quod grave dispendium terrae orientali contingeret provenire. Quod enim agitur a praelatis, facile trahitur a subditis in exemplum, iuxta quod Dominus inquit ad Moysen in Levitico: Si sacerdos, qui est unctus, peccaverit, faciet delinquere populum. Verum aetatis vitae senescentis defectus atque canities, quae vix labores et dolores suos tolerare possunt, etiam in quiete, in contrarium allegabant, et ecclesiae Trecentis suspiria, cui vinculo

pastoralis sollicitudinis es ligatus, sine cuius assensu votum peregrinationis emittere forsitan non debueras, et dicti metropolitani tui, qui nos, ut Trecentis ecclesiae misereremur, sollicitè invitabat, instantia nos in partem contrariam non modicum inducebat. Ipsum etiam votum, quod ex sui forma sanctum et honestum erat, ex persona votentis minus licitum videbatur, quod, licet pennas habeat, quibus salagat volare, ita tamen adstrictae sunt nexibus praesidentis, ut liberum non habeant absque ipsius permissione volatum. Quum enim iuxta canonica instituta clericus absque sui episcopi licentia peregrinari non debeat, et episcopus non minus, immo potius sed apostolicae sit adstrictus, videri merito poterat, quod absque assensu generali vel speciali licentia votum peregrinationis, qua te tandiu absentares, emittere non deberes. Minus etiam votum ipsum terrae orientali videbatur expediens, quae plus pugnantium subsidium, quam clericorum, quos et officium et dissuetudo reddit embelles, ministerium in instantis articuli necessitate requirit. Quamvis enim orationibus tuis et aliorum terra illa vehementer indigeat, quia tamen iam impletum est verbum Dei dicentis: Veni hora, et nunc est, quando nec in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabit Patrem, et infra: Spiritus est Deus, et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare: videri poterat, quod non minus in ecclesia tua quam in orientali terra proficeres piis orationibus apud Deum in his, quae pro liberatione ipsius iuste ac humiliter postulantes. Et utinam cum Moysse posses in montem ascendere, ut, te manibus extensis orante, Iosue pugnans in solitudine Amalachitas in ore gladii superaret. Credebatur etiam, quod terrae orientali magis accederet, si, quod in tuis et tuorum clericorum procuracionibus fueras impensurus, secundum alicuius religiosi arbitrium transferretur in subsidium bellatorum. Quum igitur in lege veteri, in qua non minus praeceptum Domini obligabat, quam votum hodie obliget in ecclesia, primogenita, quae Domino maudabantur offerri, quaedam Domino redderentur, ut primogenita Levitarum; quaedam redimerentur, ut aliarum tribuum; quaedam commutarentur in aliud, sicut primogenitum asini, qui pro ovo commutabatur: ex hoc attendentes, quod votum etiam commutari possit in opus aliud pietatis, praesertim quum bonas memoriae Alexander Papa praedecessor noster votum peregrinationis etiam reddidit posse vel in aliud commutari responderit requisitus, non curantes, quod in loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus a tramite veritatis, quum secundum Apostolum gloria nostra sit testimonium conscientiarum nostrarum, et scandalum non curantes, praesertim, quia non in tenebris, sed in luce procedimus, de illius auctoritate securi, qui, quum audisset a discipulis: Nonne scis, quia Pharisaei, audito hoc verbo, scandalizati sunt? respondit: Sinite illos, caeci sunt, et duces caecorum: et iuxta Apostolum: Si hominibus placerem, Christi servus non essem, tibi pro te et sex famulis tuis de omnium fratrum nostrorum et tam archiepiscoporum, quam episcoporum et aliorum prudentium consilio, quos per Dei misericordiam multos nobiscum praesentes habuimus, licentiam concedimus, votum peregrinationis taliter commutare, ut omnes expensas, quas fueras in morando et redeundo factururus, alicui religioso committas, in necessarios usus terrae illius sine diminutione qualibet transferendas. Sic enim et orientali provinciae, quae plus tuis quam te in articulo necessitatis instantis indiget, tua subventionem proficies, et Trecentis ecclesiae tua praesentia et regimine utilius providebis, ac per hoc animae tuae salubrius consulitur. Laborem etiam laboribus recompenses, sollicitius instando vigiliis, devotius vacans orationibus, et in ieiuniis fortius te exercens, ac super grege tuo vigilans sollicitudine pastoralis. Ad hanc autem indulgentiam tibi de benignitate sedis apostolicae faciendam id etiam specialiter nos induxit, quod iter tuum tam non videbatur ultramariniae provinciae fructuosum, a qua fere omnes Gallici remeant, et quum pro salute animae tuae ac libertate Trecentis ecclesiae per dictum comitem asequenda praecipue votum peregrinationis emisisset, eo sublato de medio, quia cessare causae, facilius cessare potuit et effectus. Nulli ergo etc. Dat. Lat. Id. Mart. [1196.]

Cap. VII. 53) afflictionibus eiusdem ecclesiae: Comp. III. Reg. — 54) desid. in C. H. — 55) devotionem: Comp. III. Reg. — 56) super: Reg. — 57) conspiciens: C. H. — 58) Ingressus igitur: Comp. III. Reg. — 59) expositi: Böh. — 60) equidem: C. H. — 61) Psal. LXXV. 12. — 62) decere: Comp. III. Reg. — 63) adspiciens: C. H. — cf. Luc. IX. 62. — 64) solutione: Comp. III. Reg. — 65) credent: C. R. 1. — 66) inunctus: C. H. — cf. Levit. IV. 4. — 67) facit: Reg. — fac. derelinquere: C. H. — 68) in te: C. R. 1. — iam in te: Comp. III. Reg. — 69) poterit: ib. — 70) allegabantur: Reg. — allegabatur:

Comp. III. — seq. et: desid. in Reg. — 71) alligatus, sine ipsius: Comp. III. Reg. — 72) sacrorum can. instituta: ib. — cf. c. 36. Dist. V. de cons. — 73) desid. ib. — 74) in qua: desid. in C. H. — 75) vot. Domini: Comp. III. Ms. — 76) obligat: Reg. — 77) mandabatur: C. R. 2. L. — 78) sicut: C. H. — 79) primogenita: C. R. 1. — 80) quae: Comp. III. Ms. — quod: Reg. — seq. pro: abest a C. R. 2. L. — Comp. III. Ms. — 81) quid: C. H. — 82) dunnodo: C. H. — 83) Matth. XV. 12. — 84) misericorditer licentiam: C. H. — 85) desid. in Comp. III. et Reg. — 86) asequendum: C. R. 2. L. — 87) cessante causa: C. R. 1.

CAP. VIII.⁸⁸⁾

Impedito ad tempus exsequi votum ultramarinum conceditur dilatio; perpetuo vero impedito indicitur redemptio in eo, quod magis expediat terrae sanctae.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Quod super his *sedem apostolicam consuleret decrovisisti, quorum executione spectat ad officium pastorale, fraternitatem tuam in Domino commendamus, sperantes, quod per responsionem nostram instructus ea diligentius exsequaris.* Quaesivisti *sane* de his, qui pro succursu⁸⁹⁾ terrae sanctae signo crucis assumpto, propter infirmitatem vel paupertatem, vel aliam iustam causam votum *peregrinationis* non possunt utiliter adimplere, *quid tibi sit faciendum;* quum *per apostolica scripta* sine distinctione receperis in mandatis, ut eos, qui signum crucis assumptum abiicerunt, ad resumptionem ipsius et executionem voti *per censuram ecclesiasticam appellatione remota* compellas⁹⁰⁾, *non obstante aliqua indulgentia, si qua forte per surreptionem a praecessore nostro fuerat impetrata.* Nos autem inquisitioni tuae taliter respondemus, quod debiles et inopes magis illuc in defectum, quam ad profectum accedunt, quum isti pugnare non possint, et illi mendicare cogantur, nisi forte sint nobiles et magnates, qui suis secum expensis bellatores adducant⁹¹⁾, vel artifices et agricolas, qui de laboribus suis sibi possint⁹²⁾ acquirere necessaria et terrae subsidia ministrare; quamvis non multi talium propter breviter possessionem et paucitatem inhabitantium ibi⁹³⁾ sint⁹⁴⁾ opportuni. Unde⁹⁵⁾ credimus distinguendum inter illos, qui temporalem, et eos, qui perpetuam impedimenti causam creduntur habere, quod⁹⁶⁾ primis indulgentia est dilatio, secundis autem est redemptio iniungenda, ac rerum facultate pensata, quas⁹⁷⁾ possunt⁹⁸⁾ aut quas facturi essent expensas, personarum praeterea compensato⁹⁹⁾ labore, in subsidium terrae sanctae transmittant, exsequentes per alios quod per se nequeant adimplere. Rursus inter illos, qui pro defensione terrae sanctae votum peregrinationis emittunt, et eos, quibus pro satisfactione suorum criminum iter peregrinationis iniungitur, credimus distinguendum, quod¹⁰⁰⁾ circa primos plus terrae sanctae succursus, et circa secundos plus labor itineris sequendum intentionem voventis vel poenitentis debet attendi. Unde, si quis hoc modo voventium est inutilis ad pugnandum, quamvis habilis sit¹⁾ ad eundem, melius est redimere votum quam expensas consumere. Quod et de poenitente, qui propter debilitatem non potest iter iniunctae peregrinationis implere, sane valet intelligi; non autem de illo, qui, quamvis sit impotens ad bellandum, potens tamen est ad eundem. *Super his autem diligens est discretio adhibenda, ne quid prece vel pretio, amore vel odio sine occasione quacunque contra salutem animae vel utilitatem terrae quomodolibet attentetur. Unde per viros religiosos et providos dispensationem huiusmodi volumus provideri.* De mulieribus autem hoc credimus observandum, ut quae remanere noluerint viros suos sequantur *oantes;* ceterae vero²⁾, nisi forte sint divites, quae secum in suis expensis possint ducere bellatores, votum redimant, quod voverunt, *aliis ad terrae sanctae subsidium singulis secundum proprias facultates diligenter inductis.*

CAP. IX.³⁾

Votum ultramarinum certis casibus redimi et commutari potest, non tamen per alium, quam per Papam, vel cum ipsius speciali mandato. H. d. usque ad §. Secundo quaesivisti. — (Secundo etc.): Habiles ad pugnandum, sed inhabiles ad pugnandum, si sunt strenui condilio, vel milites bellatores possunt secum ducere; votum ultramarinum non redimunt. H. d. Abbas Siculus. — (Quod autem etc.): Uxores possunt sequi viros ultra mare, si volunt; sed non tenentur, nisi et ipsae voverint. H. d. Abbas. — (In tanta etc.): Viri sine consensu uxorummittere possunt votum ultramarinum. H. d. Abbas Siculus. — (De clericis etc.): Clerici, tanquam inhabiles ad pugnandum, redimunt votum ultramarinum, nisi in certis casibus. H. d. Abbas Siculus.

Idem eadem.

Ex multa tuae⁴⁾ sollicitudinis providentia credimus provenire, quod, quum ad consultationes tuas multiplices et frequentes responderimus quod sentimus, ex responsione nostra novas elicias quaestiones. Ex consultatione *siquidem,* quam ad inquisitionem tuam super negotio cruce signatorum olim edidimus, viam inve-

nisti ad alias quaestiones, et utrum, quod in ea dicitur, ius constituat generale, ut passim praelatis quibuslibet illos secundum formam expressam absolvi liceat, qui eorum sunt iurisdictioni commissi, sollicite requisiti⁵⁾. Ad hoc igitur *inquisitioni tuae breviter* respondemus, quod in consultatione nostra ius *commune* editur, et, licet ad quales, *et* ad quos tamen specialiter spectet eius executio, nullatenus explicatur: illis autem solummodo ius hoc exsequendum⁶⁾ incumbit, qui super hoc mandatum *nostrum* receperint a sede apostolica speciale. Sic ergo illi est inquisitioni responsum, qua⁷⁾ consequenter tua fraternitas requisivit, de quibus religionis intelligendum hoc⁸⁾ esset, *quod continebatur circa consultationis nostrae medium, in haec verba:* „per viros religiosos et providos dispensationem huiusmodi volumus provideri;“ *utrum scilicet ibi⁹⁾ religioni vocentur ibi tantum, qui religionis habitum susceperant, quorum plures idiotae sunt¹⁰⁾ et iuris ignari, quum tamen in consultatione vestra dicatur: per religiosos et providos;* an episcopi, qui, sicut dignitate praecellunt, sic et religione debent aliis praeminere. Nam ad neutros illius executio iuris spectat, nisi per apostolicam sedem eis specialiter delegetur. Secundo quaesivisti, utrum¹¹⁾ quod dicitur: „si quis voventium est inutilis ad pugnandum, quamvis sit habilis ad eundem, melius est, ut redimat votum, quam consumat expensas,“ generaliter accipi debeat, ut nobiles *etiam* et magnates, qui sunt consilio strenui, et multos secum¹²⁾ possunt trahere bellatores, an minores tantummodo verbum huiusmodi *generale* comprehendat. Verum, si ad superiora oculos tuae considerationis *paulisper* extendas, quaestionem istam invenies in serie consultationis nostrae solutam, ubi dicitur, quod debiles et inopes magis in defectum terrae sanctae, quam ad eius¹³⁾ profectum accedunt, *quum hi pugnare nequeant, et illi necesse habeant mendicare, nisi forte sint nobiles et magnates, qui suis secum expensis bellatores adducant. Et cetera, quae sequuntur: Qui enim debiles hic dicuntur, appellantur inferius inutiles ad pugnandum. Unde par exceptio debet intelligi utrobique,* quamvis possit aliter responderi, quod non sunt inutiles ad pugnandum, qui, etsi per se¹⁴⁾ pugnare non possunt¹⁵⁾, maturitate consilii adesse valent¹⁶⁾ pugnantibus, et personae defectum per alios relevare. *Tertio quoque loco tua fraternitas requisivit, qualiter intelligi debeat quod de mulieribus subinfertur, ut quae remanere noluerint viros suos sequantur oantes; ceterae vero, nisi sint divites, quae secum in suis expensis possint ducere bellatores, votum redimant, quod voverunt. Hoc enim, quod ultimo loco dicitur, videtur tantum de voventibus esse dictum.* Quod¹⁷⁾ autem superius ponitur: „mulieres¹⁸⁾, quae remanere noluerint¹⁹⁾ etc.“ de illis intelligendum esse videtur, quae se ad peregrinationis propositum nullius voti vinculo adstrinxerunt, *quod sic esse dubium non existit. Ex eodem quoque verbo dicitur videri quibusdam, quod viris liceat in hoc articulo sine uxorum suarum assensu vovere posse, ac perficere quod voverunt. Ad hoc dicimus, quod* in tanta quoque necessitate populi Christiani, ne terrae sanctae impediatur subsidium *poenitus vel diutius differatur,* viri praeter uxorum assensum, *ut milititer regi regum,* huius peregrinationis propositum vovere libere²⁰⁾ valent²¹⁾ et quod voverint²²⁾ libere adimplere. Ut autem consentiant, sunt attentius commendandae. De clericis vero *inquisitioni tuae taliter* duximus respondendum, quod, quum clericis officium eos reddat inhabiles²³⁾ ad pugnandum, nisi vel consilio strenui, vel officio praedicationis instructi, aut magnatum sint obsequio²⁴⁾ deputati, aut usque adeo divites fuerint et potentes, ut in expensis suis aliquos secum ducere valeant bellatores, magis ab eis expedit²⁵⁾ redemptionem accipere, quam ad votum illos cogere prosequendum, si necessitas exigit vel utilitas persuadet. Haec²⁶⁾ autem de voventibus dicimus, non de his, quibus labor peregrinationis in poenitentia est iniunctus.

CAP. X.²⁷⁾

Qui vovit religionem ingredi, si voto completo fiat episcopus, renuciare debet, et votum implere. Sic communiter summatur.

Idem²⁸⁾

Per tuas nobis literas intimasti, te²⁹⁾ in Gratianopolitana³⁰⁾ ecclesia suscipiendi habitum regularem votum solenniter emisisse,

Cap. VIII. 88) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 599., Comp. III. h. t. c. 4. — 89) in succursum: Comp. III. Aug. — 90) compelleres: Comp. III. Rain. — 91) adducunt: ib. C. R. 2. H. — 92) possunt: Comp. III., Reg. — 93) abest a Comp. III. Aug. — 94) sunt: C. H. — 95) Verum: Comp. III. — 96) quia: C. R. 1. — 97) ad quos: Comp. III. Aug. — aut quas: Ma. — 98) possunt: C. H. — 99) recompensato: Coll. citt. — 100) quocirca: Rain. — 1) omitt. Coll. citt. — 2) desid. ap. Aug. — Cap. IX. 3) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 5. — 4) abest a Comp. III. Ma. — 5) quaesivisti: C. H. — seq.: Ad hoc: desid. in C. R. 1. — 6) exsequenda: Comp. III. Ma. — 7) quatenus: Comp. III. — 8) desid. ib. — 9) abest a C. H. — 10) sint: ib. — 11) desid. in Comp. III. Aug. —

12) abest a C. H. — 13) in ei. . . accedant: ib. — 14) per se: non exstat in Comp. III. — 15) possunt: C. H. — 16) valeant: Böhm. — 17) sed quod: Comp. III. — 18) omitt. ead. — 19) noluerunt: C. R. 2. — seq.: etc.: abest a Comp. III., Böhm. — 20) non exstat in Comp. III. — 21) valeant: ead., C. R. 2. — 22) voverunt: Comp. III. — 23) inutiles: Comp. III. Ms. — 24) officio: C. R. 1. — 25) desid. in Comp. III. — 26) Hoc: C. R. L. H., Comp. III. — Cap. X. 27) Restitutum ex Reg. Bal. XVI. 93. — Non exstat in Comp. IV. — 28) Gebennensi ep.: Reg. — 29) quod quam . . . emisisses . . . promississes: ib. — 30) Constantinopolitana: C. H. — Garopolitana: Cont.

et postea promississe in manibus praelati²¹) eiusdem ecclesiae, te infra²²) duos menses, postquam ab apostolica sede rediisses, "ad quam eo tempore accedebas," votum, quod emiseras, impleturum. Quumque²³), termino ipso transacto²⁴) non curasses quod voveras adimplere: tandem existens voti²⁵) transgressor, vocatus fuisti ad regimen ecclesiae Gebennensis²⁶), "super quo a nobis tuae salutis postulas provideri." Nos igitur tuae discretioni "breviser respondendo" consulimus, ut²⁷), si tuam "omnino" sanare desideras conscientiam, regimen resignes ecclesiae memoratae, ac reddas Altissimo vota tua, "in hoc tibi gratiam facientes," quod, si capitulum eiusdem Gebennensis ecclesiae te postmodum canonice duxerit eligendum, electionem recipere²⁸) poteris "taliter" de te factam. "Dat. Signiae VI. Id. Aug. Pont. nostr. An. XVI." [1213.]

CAP. XI.²⁹)

Praelatus, etiam professus, potest votum ultramarinum emittere, et in suos usus vigesimam proventuum ecclesiae convertere.

Honorius III. Haresben.³⁰) et Bengad.⁴⁰) Praepositis.

Postulasti a nobis⁴¹), an vobis, professis ordinem regularem, quorum alter cruce signatus est, et reliquis characteribus desiderat insigniri, licet vigesimam proventuum ecclesiarum vestrarum deputatam succursui terrae sanctae deferre vobiscum, "ut per vos proficiat terrae illius succursui, qui parati estis personas vestras exponere servitio Iesu Christi; praesertim quum multi exemplo aemulationis laudabilis provocati ad currendum post vos viriliter accingantur, proelium Domini contra gentes. Quia vero liberationi terrae illius totis viribus aspiramus," Discretioni vestrae taliter respondemus⁴²), quod, si ecclesiae vestrae "alias" pro absentiam vestram enormiter non laedantur, et vos utiles fueritis terrae sanctae⁴³) verbo pariter et exemplo, quod conscientiae vestrae duximus relinquendum, dimissis procuratoribus idoneis in ecclesiis vestris⁴⁴), potestis et tenemini votum peregrinationis implere⁴⁵), et sic potest in usus vestros transire vicissima ecclesiarum vestrarum, terrae sanctae subsidio⁴⁶) deputata.

TITULUS XXXV.

DE STATU MONACHORUM ET CANONICORUM REGULARIUM.

CAP. I.¹)

Diocesanus non debet molestare monasteria, praeterquam pro causa correctionis, nec eis oblati sibi vendicare.

Gregorius²) Archiepiscopo³) Neapolis.

Theodosius "abbas monasterii S. Martini petitoria nobis insinuatione suggestit, quae habetur in subditis, in domo quondam Martini ex eius voluntate decessorem suum Andream abbatem monasterium, in quo monachi habitare debeant, construxisse. Et quia id in honorem B. Petri, Apostolorum principis, et S. Archangeli Michaelis postulati deditur, dilectionem tuam praesentibus apicibus darimus adhortandum, quatenus ad praedictum locum, quum postulaverit, ingravanter accedas, venerandae solennia dedicationis impendens. Et quoties necesse fuerit, a presbyteris ecclesiae tuae, in loco sancto deservientibus, celebrentur sacrificia veneranda missarum, ita, ut "alicui monasterio⁴) nec tu⁵), nec presbyteri tui⁶), praeter diligentiam disciplinae aliquid molestiae inferatis", aut, si quid illic⁷) pro diversorum⁸) devotione "commoditatis" accesserit¹⁰), vobis vendicare aestimetis¹¹), quum

monachis ibi¹²) servientibus debeat proficere quicquid a fidelibus taliter offerri contingit.¹³)

CAP. II.¹⁴)

Monachi non debent poni singuli per parochias. Hoc primo. Si pro monachatu aliquid detur, receptus a sacris ordinibus prohibetur, et recipiens ab officio suspenditur. Hoc secundo. Monachus, habens peculium sine licentia abbatis, ab altaris communione removetur, et, sic decedens, sepultura et fratrum communione privatur. Hoc tertio. Si pecunia confertur pro habendo aliquod officium in monasterio, datus et recipiens deponuntur. Hoc quarto. In prioratibus conventualibus per electionem instituti non sunt removendi sine causa rationabili, et de causa rationabili tria ponit exempla. H. d. comprehendendo substantiam.

Ex concilio Lateranensi.

Monachi non pretio recipiantur in monasterio, nec¹⁵) peculium permittantur habere, nec¹⁶) singuli per villas et oppida, "stoe" per¹⁷) quasque parochiales ponantur ecclesias, sed in maiori conventu, aut cum aliquibus fratribus maneant, nec soli inter saeculares homines spiritualium hostium conflictum¹⁸) expectent, Salomone dicente: "Vae soli quia, quum¹⁹) ceciderit, non est²⁰) qui sublevet eum." Si quis autem exactus pro sua receptione²¹) aliquid dederit, ad sacros ordines non ascendat, is vero, qui eum²²) receperit²³), officii sui suspensione²⁴) mulctetur. Qui²⁵) vero peculium habuerit, nisi ab abbate exactus ei pro iniuncta administratione permittatur, a communione removeatur altaris, et²⁶) qui in extremis cum peculio inventus fuerit, et²⁷) digne non poenituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat²⁸) sepulturam; quod etiam de universis²⁹) religionis praecipuis observari. Abbas autem, qui diligenter ista non caverit³⁰), officii sui iacturam se noverit incursum. Prioratus quoque³¹) seu obedientiae³²) pretii donatione³³) nulli tradatur; alioquin "et" dantes et accipientes³⁴) a ministerio fiant ecclesiastico alieni. Priores autem, quum in ecclesiis conventualibus per³⁵) electionem capitulorum suorum canonice fuerint instituti³⁶), nisi pro manifesta et rationabili causa non mutentur, videlicet si fuerint dilapidatores³⁷), si incontinentes³⁸) vixerint, aut tale aliquid³⁹) egerint, pro quo amovendi merito videantur, aut si etiam⁴⁰) pro necessitate maioris officii de consilio⁴¹) fratrum⁴²) fuerint transferendi.

CAP. III.⁴³)

Monet Cistercienses, ut servent regulam secundum primaeam institutionem. H. d. primo. Et domus religiosae aggregatae Cisterciensibus eorum mores servare tenentur. H. d. secundo.

Alexander III.⁴⁴) Abbatibus et Conventibus⁴⁵) Cisterciensis ordinis.

Recolentes, qualiter haec sancta plantatio, "haec vitis fructifera, haec denique vinea Domini Sabaoth sub primis ordinis patribus pululavit, et, palmites longe lateque producens, ad miferam pellenda circumquaque venena flores protulit et odores effudit, pervigili custodia custodiatis eorum in omnibus inhaerere vestigiis, per quos cooperante Domino in deserto mundi huius flos huiuscemodi plantatus est honestatis. Hi enim monasticae frugalitatis contentissimi, optimum ponentes in paupertate principium, totius sufficientiae assecuti sunt complementum, ecclesiae cari, episcopis et praelatis accepti, atque in conspectu regum ac principum fama et merito gloriosi. Nunc autem, quod Dolentes dicimus, quod⁴⁶), etsi non ab omnibus, neque⁴⁷) in omnibus, a plerisque tamen et in pluribus ab illa sancta institutione dicitur declinatum in fautum, ut⁴⁸) alii qui ex vobis, primae⁴⁹) institutionis obliti "penitus vel ignorantes," contra ordinis vestri regulam villas, "molestina," ecclesias et altaria possident, fidelitates et hominia benigne⁵⁰) suscipiunt, iustitias⁵¹) et tributarias⁵²) tenent, "et omne studium adhibent,

Cap. X. 31) episcopi: Reg. — 32) intra: Cont., Böhm. — 33) ac term.: Reg. — 34) elapsu: C. H. — 24) in voti transgressione huiusmodi: ib. — 35) Bedell.: C. H. — 36) quatenus: Reg. — 37) concedimus, ... ut recipias: ib.

Cap. XI. 28) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 29) Haresberien.: C. R. 1. — Haresbit.: C. R. 2. — Halenen.: C. L. — Halerien.: C. H. — Saliberien.: Comp. V. Cir. — Saresberien.: Ms. — 40) Teregraden.: C. H. — Bregaden.: Comp. V. — Rendingensi: coniectura Cironii. — 41) a nobis: non exstant in C. R. 1. L. — per nostras literas edoceri: Comp. V. — 42) per ap. scr. mandamus, quatenus: ead. — 43) Domini: ead. — 44) desid. in C. H. — 45) adimplere: Comp. V. — 46) subditis: ib.

TIT. XXXV. Cap. I. 1) Restitutum ex Greg. I. Reg. V. 31. — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Gregor. IX.: C. H. — Greg. III.: Cont. — 3) F. episc. Neap.: Comp. I. — Fortunato ep. Neap.: Reg. — 4) in aliquo mon.: Comp. I. — in eodem mon.: Reg. — 5) fraternitas tua: id. — 6) desid. ib. — 7) inferant: Comp. I., Reg. — 8) illis: C. H., Comp. I. Aug. — 9) locorum: C. L. — 10) asseritur: C. R. 1. — 11) sibi existiment (aestiment: Comp. I. Ms.) vendicari: Comp. I., Reg. — 12) sibi: Cont., Böhm. — in eodem loco: Comp. I., Reg. — 13) quicquid a fidelibus offerri (omitt. Aug.) contigerit: ib.

Cap. II. 14) Restitutum ex conc. Lat. III. c. 10. — Lips. 13., Cass. XII. 1. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 15) non: conc. — 16) non: Coll. citt., conc. — 17) ad: conc. — desid. in Lips. et Cass. — 18) conflictionem: conc. — 19) quia si: C. R. L. — si quum: C. H. — quia ... eum: desid. in Cass. — cf. Eccl. IV. 10. — 20) non habet sublevantem: Lips., conc. — 21) redemptione: Cont., Böhm. — 22) omitt: Lips., conc. — 23) accepti: conc. — 24) privatione: Cass., conc. — 25) Si: conc. — 26) qui vero: Lips. — 27) et ... poen.: desid. in conc. — 28) recipiat: Cass., conc. — 29) diversis: conc. — 30) curaverit: C. R. 2., Cass., conc. — fecerit: Comp. I. Ms. — 31) etiam: Cass. — 32) obedientia: Lips. — 33) datione: Lips., Comp. I., conc. — 34) recipientes: Lips., Cass. — 35) per ... can.: desid. in Coll. citt. et conc. — 36) constituti: ib. — 37) lapidatores: C. H., Comp. I. Aug. — 38) nec continenter: conc. — 39) aliud: Lips., Comp. I. Ms. — 40) desid. in Cass. — 41) concilia: Cont. — 42) add.: suorum: C. R. 1.

Cap. III. 43) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 44) Clemens III.: Comp. II. Ms. R. — 45) universis abb. et conversis etc.: Comp. II. — 46) abest a Comp. II. Aug., Ms. A. — quod si non: Ms. B. — 47) neque ... omni.: desid. in Ms. A. — 48) quod: ib. — 49) patriae: Cont. — 50) omitt. Comp. II. — 51) iustitias: Aug. Ms. A. — 52) tributarias: Ms. id.

ut termini eorum dilatentur in terris, quorum conversatio in coelis debet esse. Laeditur hinc ordo penitus et vitatur, nec est mutatio dexterae excelsi, quin immo potius de dextera transeant in sinistram, qui, quum relicto saeculo sub paupertatis habitu Deo militare decreverunt, negotiis denuo saecularibus implicantur. Inde est, quod vobis ab his, qui foris sunt, contentiones et litigia suscitantur, et, abbatibus in causis forensibus occupatis, plurimum in commissis domibus et tepor ordinis et dissolutio nascitur caritatis; maxime quia in paupertate caritas plus proficit, et cupiditatis designata consortium, nisi illa restringatur, haec tepescit." Ideoque "sanctum ac venerabile collegium vestrum" precibus et⁵³⁾ monitis, "quibus possumus," exhortamur, quatenus domus illae, quae a prima sui origine in ipso ordine sunt fundatae, constitutis "et ordinatis" terminis sint contentae; "nec volint inordinatè ad ea manus extendere, quae sine laboribus et periculis multis, et demum sine criminibus et magna confusione non poterant retinere." Si enim relictis originalibus ordinis institutis ad communia volueritis aliorum monasteriorum iura divertere, oportebit "et" vos communi iure conseri, quia dignum est, ut, "si" qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem⁵⁴⁾ sentiant in legibus disciplinam. Ceterum domus illae, quae de⁵⁵⁾ aliis institutionibus ad vestrum ordinem se transtulerint⁵⁶⁾, vestris omnino se satagant⁵⁷⁾ usibus conformare, et relictis possessionibus vel etiam commutatis⁵⁸⁾, quas institutio vestra non recipit, sic se⁵⁹⁾ in omnibus religioni vestrae conparent, ut⁶⁰⁾, quemadmodum gaudent se in societatem ordinis, et habitus "et observantiae regularis" identitatem assumptas⁶¹⁾, sic etiam in paupertate⁶²⁾ saecularium rerum se laetentur vestris institutionibus conformatas⁶³⁾, "quatenus inde et superno conditori magis amabiles, et vobis atque universae ecclesiae merito debeant fieri cariore, sic.

CAP. IV.⁶⁴⁾

Regularis canonicus, qui non resignavit proprium in morte, non debet in coemeterio sepeliri; et, si de facto sepultus fuit, inde debet exhumari, si sine scandalo fieri potest.

Clemens III.

Super quodam canonico regulari, qui, in articulo mortis agens, licet a priore suo⁶⁵⁾ compositus⁶⁶⁾, proprium, quod contra regulam latenter habuerat⁶⁷⁾, noluit⁶⁸⁾ resignare, et sic diem clausit extremum, et⁶⁹⁾ fuit inter alios fratres traditus sepulturae, "nos dixisti necessario requirendos. Quia vero te ignorare non credimus, quid de talibus in regula beati Augustini habeatur statutum, et quod id ipsum in Lateranensi synodo constat inhibuit manifeste," Inquisitioni tuae taliter⁷⁰⁾ respondemus, quod ille canonicus non tantum fuit⁷¹⁾ Christiana sepultura privandus, verum etiam, si sine maximo scandalo potuit⁷²⁾ fieri, de ipsa proici dignus est ecclesiae, "et extra coemeterium ecclesiae sepeliri, quum, sicut in ipsa synodo habetur expressum, nec oblatio pro eo facienda sit, nec inter fratres debeat sepulturam habere." Hoc autem, quum forte contigerit, in similibus est agendum.

CAP. V.⁷³⁾

Canonicus regularis potest praefici ecclesiae parochiali etiam saeculari; sed debet habere socium secum sui ordinis, si commode fieri potest.

Innocentius III. V.⁷⁴⁾ Plebano sancti Gavini.

Quod Dei timorem prae oculis habeas, ex fructibus tuis colligitur evidenter, quum opera, quae facis, testimonium perhibeant veritati. "Unde tuum in Domino propositum commendamus." Sane, "sicut iam dudum auribus nostris insonuit," quondam desiderans ad frugem melioris vitae transire, officium plebani⁷⁵⁾ resignans⁷⁶⁾, coram fratribus S. Victoris Bononiensis promissionem de tua conversione fecisti, neque professionem solennem emittens, neque habitum religionis assumens; sed "nobilis vir, comes Albertus, et" parochiani plebis eiusdem, attendentes, te laudabiliter praefuisse, "ac de recessu tuo eidem loco iacturam non modicam imminere, desiderium tuum hactenus retardarunt," a "venerabili fratre nostro" Florentino episcopo impetraverunt⁷⁷⁾, ut ministrares ibidem⁷⁸⁾.

Hoc etiam "dilectus filius noster" P. basilicae duodecim Apostolorum presbyter cardinalis, tunc apostolicae sedis legatus, "pensata utilitate plebis" proponitur annuisse, quod⁷⁹⁾ iam dicti "comes et" parochiani⁸⁰⁾ a nobis ratum haberi suppliciter postularunt; praevitim quum de licentia prioris sancti Victoris "Bononiensis" noscari⁸¹⁾ hactenus id fecisse. Licet autem in Lateranensi concilio de monachis caveatur, ne singuli per villas et oppida, "seu" per quascunq; parochiales ponantur ecclesiae, "sed in maiori conventu, aut cum aliquibus fratribus maneant, ne soli inter saeculares homines spiritualium hostium conflictum exspectent, Salomone dicente: "Vas soli quia, si ceciderit, non est qui sublevet eum;" quia tamen istud de canonicis regularibus specialiter non cavetur, qui, etsi a sanctorum monachorum consortio non putentur seiuncti, regulae tamen inserviunt laxiori, et per antiquos canones etiam monachi possunt ad ecclesiarum parochialium regimen in presbyteros ordinari, ex quo debeat praedicationis officium, quod privilegiatum est, exercere: sic annuendum duximus postulationi, ut exercens plebani officium, si commode fieri poterit, unum canonicum regularem tecum habeas ad cautelam, cuius in his, quae Dei sunt et regularis observantiae, tam consortio quam solatio perfruaris.

CAP. VI.⁸²⁾

Primo tractat de vestibus monachorum. Secundo de abdicatione proprietatis. Tertio de silentio. Quarto de cois. Quinto de officiis in genere et in specie.

Idem Abbati et Conventui Sublacensibus.

Quum ad monasterium Sublacense "personaliter venissemus:" (Et infra:) Firmiter inhibuimus⁸³⁾, ne quis de cetero monachorum hinc camisia uteretur. "Ad defectum autem hospitalitatis supplendum monasterium unius molendini, concessit, ampliora pro tempore concessurus, ita tamen, quod ad necessitatem pauperum sublevandam elemosyna de cellerario conferatur. Nos autem praefatas ecclesias, quae clericis saecularibus fuerant in beneficium assignatae, ad usum revocavimus infirmorum, concessiones hospitalis, quae facta fuerat episcopo Anagnino, irritam decernentes, et statuente, ne cuiquam ulterius in beneficium concedatur; sed infirmarius disponat de illis ecclesiis, prout ad necessitates infirmorum magis noverit expedire." Prohibemus quoque⁸⁴⁾ districte in virtute obedientiae sub obestatione⁸⁵⁾ divini iudicii, ne quis "de cetero" monachorum propriam aliquo modo possideat; sed, si quis aliquid habeat⁸⁶⁾ proprii, totum in continenti resignet. Si vero post hoc⁸⁷⁾ proprietatem aliquam fuerit deprehensus⁸⁸⁾ habere, regulari monitione⁸⁹⁾ praemissa⁹⁰⁾ de monasterio expellatur, nec recipiatur ulterius⁹¹⁾, nisi⁹²⁾ poeniteat secundum monasticam disciplinam. Quodam proprietatis apud quemquam inventa fuerit in morte, ipsa⁹³⁾ cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilino subterretur, secundum quod beatus Gregorius⁹⁴⁾ narrat in Dialogo se fecisse. "Abbas tamen et prior frequenter inquirant et diligenter explorent, ne quis fratrum proprietatem possit habere." Unde, si quicquam alicui fuerit specialiter destinatum, non praesumat illud accipere, sed abbati, vel priori vel cellerario assignetur. In oratorio vero, refectorio et dormitorio continuum semper silentium observetur, in claustris quoque certis horis et locis, secundum antiquam consuetudinem monasterii laudabiliter observatam, "sed amodo laudabiliter observandam." In refectorio vero⁹⁵⁾ nullus omnino carne vescatur. Nos in quibusdam solennitatibus, sicut aliquando fieri consuevit, conventus exeat cum abbate, paucis ibi relictis, ut extra refectorium edant carnes; quum "in" illis diebus praecipue regularis disciplina sit studiosius observanda. Sed nec extra refectorium, nisi "tantum" in infirmitorio, esum carnium credant sibi licere, quantum ex indulgentia possit abbas interdum aliquos fratrum, nunc hos, nunc illos, prout necessitas postulaverit, advocare, ipsosque secum in camera sua melius et plenius exhibere. Porro debiles et infirmi, qui minutione indigent vel aliqua medicina, non seorsum in cameris, sed omnes in infirmitorio quae necessaria fuerint sibi tam in carnibus quam in aliis recipiant competenter.

Cap. III. 53) desid. ib. — 54) communem: ib. — 55) ab: Comp. II. Aug. — desid. in C. R. 2. — 56) transtulerunt: C. L. — 57) satagunt: Böhm. — 58) vel mutatis: Comp. II. Aug., Ms. B. — poss. vel ministratio: ibid. — 59) desid. ap. Böhm. — 60) et: Comp. II. Ms. A. — 61) assumptos: ib. — Ms. B. — 62) paucitate: Aug. Ms. B. — sic de impunitate: Ms. A. — 63) conformatos: id., Ms. B.

Cap. IV. 64) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 6. — 65) desid. in Comp. II. Ms. B. — 66) adnotatus: ead. Ms. A. — 67) habuit: ead. Ms. B. — 68) noverit: C. R. 1. — 69) quid scil. de illo agendum sit, quum nihilominus fuerit: Comp. II. — 70) praesentibus literis: ead. — 71) fuerit: C. R. 1. — 72) potuerit: C. H., Comp. II. Aug., Ms. A.

Cap. V. 73) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 596., Comp. III. h. t. c. 1. — 74) H.: C. R. 2. — Ubaldo plebano S. Gavini: Rain., Comp. III.

Aug. — Widoni etc.: Comp. III. Ms. — 75) plebano: C. H. — 76) resignasti: Comp. III. Aug. — 77) impetrantes: Comp. III. — 78) idem: C. L. — 79) quo: C. H. — 80) populus: Rain., Comp. III. — 81) dinoscari: ib.

Cap. VI. 82) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 82. (in quo tamen integra non extat) — Comp. III. h. t. c. 2. — 83) inhibuimus: C. R. 2. H. — 84) ergo: Comp. III., Reg. — seq.: districte: desid. in C. R. 1. — 85) ostentationes: C. R. — 86) habere: C. L. — habet: Comp. III., Reg. — 87) posthaec: ib., C. L. — 88) comprehensus: C. R. 1. — 89) admonitione: Comp. III., Reg. — 90) praecia: Cont., Böhm. — 91) nec ... ult.: desid. in C. R. 1. — 92) nisi prius: C. R. 2. — 93) ipse cum ea: Reg. — 94) Dial. IV. 4. — 95) quoque: C. H. — abest a C. R. 2.

Quodsi quis⁹⁶) eorum debilis⁹⁷) fuerit, aut etiam⁹⁸) delicatus, ut non possit communibus cibis esse contentus, sic ei provideatur sine scandalo aliorum, ut, si abbas vel prior voluerit in refectorio misericordiam⁹⁹) facere specialem, cibum aliquem competentem, non ante illum, sed ante se faciat apportari, de quo ipse illi faciat pansionem pro sustentatione naturae. Tales autem ad agenda officia monasterii deputentur, qui fideles fuerint¹⁰⁰) et discreti. Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda, tanquam in sua sibi vita loceatur; sed, quum oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet revocetur. Prior autem prae ceteris post abbatem potens sit in opere et sermone, ut exemplo vitae verboque¹⁰¹) doctrinae fratres suos et¹) instruere²) possit in bono, et a malo etiam³) revocare; zelum religionis habens secundum conscientiam⁴), ut delinquentes corripiat et castiget, obediētes vero⁵) fovet et confortet⁵). Abbas vero, cui omnes in omnibus reverenter obediant, quanto frequentius poterit, sit cum fratribus in conventu, vigilem curam et diligentem sollicitudinem gerens de omnibus, ut de officio sibi commissio dignam Deo possit reddere rationem. Quodsi praevaricator ordinis fuerit aut contemptor, seu negligens aut remissus, pro certo se noverit non solum ab officio deponendum, sed et alio modo secundum regulam *graviter* castigandum; quum offensio non solum propria, verum etiam aliena de suis manibus requiratur. Nec aeatimet abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare; quia abdicatio proprietatis, sicut et custodia castitatis, adeo est annexa regulae monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.

CAP. VII.⁶)

Primo statuit de conciliis regularium provincialibus celebrandis singulis triennii. Secundo moderatur numerum electionum et personarum benemeritum. Tertio disponit de instructoribus et praesidentibus capitulo. Quarto de tempore, quo daret capitulum, et quid ibi fiet. Quinto quod observetur quod ibi fiet. Sexto de capitulo sequenti. Septimo de communi vita ducenda. Octavo de visitatoribus eligendis et ipsorum officio. Nono extendit ad canonicos regulares. Decimo providet super discordiis visitatorum. Undecimo hortatur dioecesanos ad monasteriorum reformationem. Duodecimo praecipit protervos et similes compesci ab offensis monasteriorum. Et haec divisio sufficit pro sumario.

Idem in concilio generali.

In singulis regnis sive provinciis fiat de triennio in triennium, salvo iure dioecesanorum pontificum, commune capitulum abbatum atque priorum, abbates proprios non habentium, qui⁷) non⁸) consueverunt tale capitulum⁹) celebrare; ad¹⁰) quod universi conveniant, praedicationem canonicam non habentes, apud unum de monasteriis ad hoc aptum; hoc adhibito moderamine, ut nullus eorum plus quam sex electiones et octo personas adducat¹¹). Advocent autem¹²) *oavitatis* in huiusmodi¹²) novitatis primordii duo Cisterciensis ordinis vicinos abbates ad praestandum sibi consilium et auxilium opportunum, quum sint in huiusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine plenius informati; qui absque contradictione duos sibi de ipsis¹³) associant, quos viderint expedire, ac¹⁴) ipsi quatuor praesent capitulo universo ita, quod ex hoc nullus eorum sibi auctoritatem praelationis assumat, unde, quum¹⁵) expeditur, provida possit¹⁶) deliberatione mutari. Huiusmodi vero capitulum aliquot certis diebus continue¹⁷) iuxta morem Cisterciensis ordinis¹⁸) celebretur, in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis et observantia regulari. Et quod statutum fuerit illis quatuor approbantibus, *ab omnibus* inviolabiliter observetur omni excusatione *et* contradictione et appellatione remotis, proviso nihilominus, ubi sequenti¹⁹) termino debeat capitulum celebrari. Et qui convenerint²⁰) vitam ducant communem, et faciant proportionabiliter²¹) simul omnes communes²²) expensas ita, quod, si non omnes poterint²³) in eisdem, saltem plures simul in diversis domibus commorentur. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosae ac circumspectae personae, quae²⁴) singulas abbatias eiusdem regni seu provinciae non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi praefixam, vice nostra

studeant visitare, corrigentes et reformantes quae correctionis et reformationis officio viderint indigere, ita, quod, si rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amovendum, deaueoient episcopo proprio, ut illum amovere procuraret. Quod si non fecerit, *ipsi* visitatores hoc referant ad apostolicam²⁵) sedis examen. Hoc ipsum regulares canonicos secundum ordinem suum volumus et praecipimus observare. Si vero in hac novitate quicquam difficultatis emergerit, quod per praedictas²⁶) personas nequeat expediri, ad apostolicam sedis iudicium absque scandalo referatur²⁷), ceteris irrefragabiliter observatis, quae concordati fuerint deliberatione provisae. Porro dioecesani episcopi monasteria sibi subiecta ita studeant reformare, ut, quum ad ea praedicti visitatores accesserint, plus in illis inveniant, quod commendatione, quam quod²⁸) correctione sit dignum, attentissime praecaveant, ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggraventur²⁹), quia, sicut³⁰) volumus superiorum iura observari³¹), ita³²) inferiores nolumus³³) iniurias sustinere. Ad hoc³⁴) districte praecipimus tam dioecesanis episcopis quam personis, quae praerunt capitulis celebrandis, ut per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescant³⁵) advocatos, patronos, vicedominos, rectores et consules, magnates³⁶) et milites, seu quolibet alios, ne monasteria praesument offenderent in personis aut³⁷) rebus, et, si forsitan offenderint, eos ad satisfactionem³⁸) compellere non omittant, ut liberius et quietius *omnipotentis* Deo³⁹) valeant famulari.

CAP. VIII.⁴⁰)

Primo tractat de correctione monachorum. Secundo de correctione abbatum, tertio visitatorum. Quarto de saecularibus in monasteriis beneficiis. Quinto constitutionem extendit ad moniales. Hoc sufficit pro sumario.

Honorius III. Abbatibus et Monachis in Lombardia et Marchia Tervisina⁴¹) constitutis.

Ea, quae pro religionis honestate⁴²) ac religiosorum salute provide ordinantur, apostolice sunt munimine roboranda, ut suscipiantur devotius et diligentius observentur. Quum ergo per dilectum filium abbatem Montisbelli quaedam capitula nobis fuerint praesentata, quae ad castigandum transgressiones multiplices et excessus, quos in quibusdam coenobiis invenerat, videbantur pro salute et honestate vestra laudabiliter statuenda: nos ea examinare et corrigi fecimus, et praecipimus, ut inviolabiliter observetis, quae sigillis venerabilium fratrum nostrorum H. Ostiensis et N. Tusculanensis episcoporum muniri fecimus ad cautelam. Ad haec volumus et praesentium auctoritate praecipimus, ut visitatores ad generale capitulum conveant abbates et priores non habentes abbatibus propriis tam exemptos, quam non exemptos Lombardiae et Marchiae, qui non consueverunt huiusmodi capitulum celebrare, providentes, ut in ipso capitulo generali, canonice impedimento sublato, eos, qui contempserint vel neglexerint convenire, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo censura ecclesiastica compellant, et usque ad satisfactionem condignam sententiam, quam in eos rite tulerint, non relaxent, eadem censura facturi quae in eodem capitulo deliberatione provisae fuerint ordinata firmiter observari, reddiduri tam ipsi quam visitatores et alii iuxta cuiuslibet ministerium Domino, in cuius conspectu nuda sunt omnia et aperta, in extremo examine rationem, si omnem sollicitudinem et diligentiam, quae circa correctionem et reformationem ordinis ac visitationem coenobiorum impendendae fuerint, neglexerint adhibere. Porro, quum visitatores, secundum statutum generalis concilii ordinati a generali⁴³) abbatum capitulo, processerint ad visitationis officium exsequendum, de statu monachorum⁴⁴) et observantia regularibus diligenter inquirent, et tam in spiritualibus quam in temporalibus corrigant et reforment quae viderint corrigenda, ita tamen, quod monachos delinquentes per abbatem⁴⁵) loci corrigi faciant, eisque iniungi poenitentiam salutarem iuxta beati Benedicti regulam et apostolica instituta, non secundum normam pravae consuetudinis, quae quasi pro lege in quibusdam ecclesiis inolevit. Ipsi etiam visitatores monachos, quos contumaces

Cap. VI. 96) quisque: Comp. III. Aug. — quisquam: Ms., Reg. — 97) debilitatus: Reg. — 98) omitt. C. R. — 99) sint: C. R. f. L. H. — Comp. III., Reg. — 100) sermone: C. R. 1. — 1) desid.: ib. — 2) instituire: Comp. III., Reg. — 3) vultat: Reg. — 4) scientiam: C. L. Comp. III., Reg. — 5) reformet: C. H.
Cap. VII. 6) c. 12. conc. Lat. IV. hab. A. 1245. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 7) abbas: C. R. 1. — 8) abest a Comp. IV. Ms. A. — 9) talia capitula: C. R. 1. — 10) at unio: Comp. IV. Ms. A. — 11) adducant: C. H. — 12) abest a Comp. IV. Aug. — 12) auitus: Comp. IV. Aug., Ms. A., conc. — 13) de ipsi: omitt. C. H. — de illis: Comp. IV. Ms. A. — 14) at: C. R. — 15) ut quum: C. L. — 16) possint: Comp. IV. Ms. A., conc. — 17) continis: Comp. IV. Aug. — 18) ducant in Comp. IV. — 19) in seq.: C. H. — 20) conveniant: conc. Ms. — 21) proportionaliter: C. R. L. H., Comp. IV., conc. Ms. — 22) abest a C. H. — 23) poterint: C. R. 1. — 24) potuerint: conc. — 25) quae etiam: Comp. IV. Ms. A. — 25) ad apost. sedem ex-

minandum: conc. Ms. — 26) dictas: Comp. IV. Ms. A. — 27) sine scandalo deferatur: C. H. — 28) abest a Comp. IV. Ms. A., conc. Ms. — 29) praegraventur: C. R. 1. H. — 30) sic: C. R. L. H., Comp. IV. Aug., Ms. B., conc. — 31) servare: C. R. 1. — servari: C. L., Comp. IV., conc. — 32) quod: C. H. — ut: C. R. L., Comp. IV. Aug., Ms. B., conc. — 33) nolimus: conc. — volumus: Comp. IV. Ms. A. H. — 34) Ad haec: Comp. IV. Ms. A. — 35) compellant: C. H. — 36) et magn.: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 37) ac: conc. — aut in reb.: Comp. IV. Ms. A. — 38) satisfaciendum: C. R. L., Comp. IV. Aug., Ms. B. — 39) Domino: Comp. IV. Ms. A., Aug., conc. Ms. — episcopi Domino: Comp. IV. Ms. B.
Cap. VIII. 40) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 4. — 41) Tervisina: Comp. V. Ms. — Tervisiana: Böhm. ex Cont. — Tervisina: C. L. — 42) religione et hon.: C. R. 1. — 43) in gen.: C. R. 2. H. — 44) monasteriorum: C. R. 2. H. L., Comp. V. Cir. — 45) abbatibus: C. H.

invenerint et rebelles, iuxta modum culpae vice nostra regulari censura percillant absque personarum delecta⁴⁶), non parcendo rebellibus ob suam pertinaciam vel potentiam amicorum, quin ovem morbidam eiciant ab ovili, ne inficiat sanas oves. Si verò abbates in corrigendis iuxta visitatorum mandatam et regularia instituta in se ipsis seu⁴⁷) monachis inventi fuerint negligentes, proclamentur et corripiantur, et ita puniantur publice in capitulo generali, quod poena ipsorum sit aliis in exemplum. Quod⁴⁸) si abbas "aliquis" non exemptus fuerit a visitatoribus⁴⁹) nimis negligens et remissus inventus, id loci dioeceseano denuncietur⁵⁰) sine mora, et per illum detur ei fidelis et providus coadiutor usque ad capitulum generale. Si autem⁵¹) dilapidator inventus fuerit vel alias merito amovendus, per dioeceseanum, postquam hoc sibi a visitatoribus denunciatum fuerit, amoveatur absque iudiciorum strepitu a regimine abbatiae, ac monasterio provideatur interim administrator idoneus, qui temporalium curam gerat, donec ipsi⁵²) monasterio fuerit de abbate provisum. Quodsi forsitan episcopus hoc⁵³) adimplere noluerit vel neglexerit, visitatores vel praesidentes "in" capitulo generali defectum episcopi apostolicae sedi non differant intimare. Haec eadem circa exemptos abbates fieri praecipimus per visitatores vel praesidentes "in" capitulo generali, depositione "tantum" ipsorum sedi apostolicae reservata, ita, ut abbate⁵⁴), qui amovendus videbitur, interim per visitatores vel in capitulo praesidentes ab administratione suspensus administrator idoneus monasterio deputetur. Illorum autem excessus et alia, quae visa fuerint intimanda, capitulo praesidentes nobis denuncient per fideles nuncios et prudentes, quibus de communi contributione abbatum iuxta cuiuslibet facultatem sufficienter ministrentur expensae. Sequentes autem visitatores perquirant priorum visitatorum vestigia diligenter, et eorum negligencias et excessus referant sequenti capitulo generali, ut iuxta culpam publice⁵⁵) debitam poenam portent. Idem etiam de abbatibus praesidentibus generali capitulo praecipimus observari. Praecipimus quoque, ut in nullo monasterio ad praebendas recipiant de cetero⁵⁶) abbates et monachi clericos⁵⁷) saeculares, nec hi, qui iam recepti sunt, locum vel vocem in capitulo, dormitorio vel refectorio seu claustro sibi vindicare contendant⁵⁸), seu monachorum coetibus impertite se praesument miscere⁵⁹), sed beneficiis sibi concessis contenti conversentur⁶⁰) honeste, opportuna obsequia in⁶¹) monasteriis fideliter impendentes, nihilque ultra in spiritalibus aut temporalibus exigant in ipsis monasteriis vel usurpent. Si qui vero talium a visitatoribus inventi fuerint criminosi, per dioeceseanum episcopum⁶²) in non exemptis, et per visitatores vel praesidentes generali capitulo in exemptis "monasteriis," beneficiis priventur eisdem. Haec autem omnia etiam⁶³) in monasteriis, quae non habent abbates proprios, sed priores, nec non in monasteriis monialibus, quoad articulos abbatissis et monialibus congruentes, praecipimus observari.

TITULUS XXXVI.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS, UT EPISCOPO¹) SINT SUBIECTAE.

CAP. I.²)

Si dubitatur, in cuius dioecesi sit basilica consecranda, ille episcopus consecrabit, qui prius in illo loco episcopalia exercebat.

Gregorius³) Victori Archiepiscopo Neapolis.

Nunc autem⁴) ad "hanc" basilicam, quae dedicanda est, "illud" debet disquiri⁵), "quis, id est" cuius civitatis⁶) episcopus⁷), antequam "basilica, quae nuper fabricata est," fundaretur, baptizaverit incolas, et⁸) ad cuius consignationem sub annua devotione concurrerint⁹). Non enim terminis haec¹⁰) aut locis convenit definiti, sed "illius facere dioecesis, qui superius continetur, ut constet, commanentes a quo fuerint lavacri regeneratione purgati, et

ideo, fratres carissimi, amotis ambagibus et omni circumsione remota haec vos modis omnibus convenit investigare, ut ille "maxime" ad consecrationem vocetur, cui per hunc modum, quem scripsimus, constat debere¹¹) permitti.

CAP. II.¹²)

Nihil iuris deperit episcopo, in cuius dioecesi sita est ecclesia, quam Papa unit ecclesiae alterius dioecesis. Et est casus quotidianus.

Idem Agapito¹³) Abbati.

Quia monasterium, quod in fundo Marciano "provinciae Campaniae" situm est, "ita" hostilitate faciente "a congregatione funditus" dicitur desolatum, "ut ne unus exinde monachus, qui aliquam illic sollicitudinem vel curam debeat adhibere, remanserit," illud tunc monasterio cum omnibus rebus suis, vel quae ei competunt¹⁴) actionibus¹⁵), "utile" perspeximus¹⁶) uniuendum; "ut res eius tenendi vel a detinentibus vindicandi libera tibi sit et sine aliqua dubietate licentia. In quo etiam studii tui sit monachos deputare, qui illic tempore, quo intervallum de hoste fuerit, et opus Dei celebrare, et decenter debeant deservire. Nec aliqua illud praesumens excusatione negligere, quod ideo curas tuas, ut sollicitudinem illic debeat adhibere, committitur." Ipsum autem monasterium sic tuae nos¹⁷) ordinationi commississe cognoscas, ut tamen iurisdictionem illic non episcopus Surrentinus, in cuius civitate monasterium tuum est situm¹⁸), sed Nucernus¹⁹), cuius est dioecesis, habeat. Nam sic huius loci ordinationem disponimus²⁰), ut tamen iura sua singulis episcopis inviolata servemus.

CAP. III.²¹)

Episcopo subsunt omnia loca pia, et ad eius sollicitudinem debent ordinari ad usum destinatum.

Ex decretis Eugenii Papae.

De xenodochiis et aliis similibus locis per sollicitudinem episcoporum, in quorum dioecesi existunt, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur.

CAP. IV.²²)

Locus, auctoritate episcopi ad usum hospitalitatis deputatus, est religiosus, et ad mundanos usus redire non debet.

Urbanus III. Ariminensis²³) Episcopo.

Ad haec²⁴) "super eo, quod quaesitum est a nobis, utrum hospitalis domus possit in saecularem habitum commutari," inquisitioni²⁵) tuae taliter respondemus, quod, si locus "ille" ad hospitalitatis usum et pauperum provisionem fuerit, sicut moris²⁶) est, auctoritate pontificis destinatus, quem sit religiosus, non debet²⁷) mundanis usibus deputari, sicut de vestibus et ligneis vasis, et aliis utensilibus ad cultum religionis²⁸) per pontificem deputatis, antiqua consuetudo indubitanter observat²⁹), et venerabilium Patrum edocent sanctiones.

CAP. V.³⁰)

Locus religiosus debet reformari de religiosis duntaxat, non de saecularibus, nisi in defectum religiosorum.

Innocentius III. Constantinopolitano Patriarchae.

Inter quatuor (Et infra: ["cf. c. 8. de mai. et ob. l. 33."]) "De monasteriis quosque Graecorum, in saeculares canonicos convertendis, fraternitati tuae taliter respondemus, quod," Quoadiu monasteria³¹) per regulares "vires, sive Graecos sive Latinos," remanere poterint ordinata, non sunt³²) ad saeculares clericos transferenda. Sed si regulares defuerint, propter eorum defectum in eis³³) saeculares clericis poterint ordinari. "Praeterea etc. Dat. Ferentini IV. Non. Aug. Ao. IX." [1206.]

Cap. VIII. 46) add.: vel distinctione: ib. — 47) inst. se ipsis suisve: Comp. V. — 48) Porro: ib. — 49) visitationibus: Böhm. — 50) denunciatur: C. H. — 51) Quodsi dil.: Comp. V. — 52) omitt. C. H. — 53) abest a C. R. I. — haec: C. L., Comp. V. — 54) abbas: C. R. I. — 55) publicam: ib. — 56) de cet.: desid. in C. H. — 57) et monachos et clericos: Comp. V. Cir. — 58) praesument vel cont.: C. R. 2. — 59) immiscere: ib., Comp. V. — 60) abest a C. L. — 61) desid. in C. R. I. — 62) omitt. C. R. L. H., Comp. V. — 63) non exstat in Comp. V.

TIT. XXXVI. 1) episcopi: C. R. 2. — Cap. I. 2) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 1. — 3) Vigorn. archiep.: C. R. 1. — episcopo: Comp. I. — Gregorio VI. adscribitur ab Ughello Ital. sac. VI. 89. — 4) abest a Comp. I. — 5) inquiri: C. H. — 6) desid. in Comp. I. Ms. — 7) omitt. Comp. I. — 8) desid. ib. — 9) concurrerint: Comp. I. Aug. — 10) non exstat in Comp. I. — hoc: C. H. — 11) licere: C. H. — Cap. II. 12) Restitutum ex Greg. I. Reg. XI. 72. — Lips. XXXIV. 2., Comp. I. h. t. c. 3. — 13) Agabin.: C. R. 1. — Ugaten.: C. H. — Agape-

to episc.: Comp. I. Aug. — 14) competant: C. R. 2. — 15) actiones: Comp. I. Ms., Lips., Reg. — 16) perspeximus: C. R., Comp. I., Lips., Reg. — 17) desid. ap. Aug. — 18) omitt. Comp. I. Aug., Lips., Reg. — 19) Nucernus: Comp. I. — Nucernus: Lips. — 20) disponimus: C. R. 1.

Cap. III. 21) Summarium can. 24. conc. Rom. hab. A. 826. — Lips. XXXIV. 1., Comp. I. h. t. c. 2.

Cap. IV. 22) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 4. — 23) Armin.: C. R. 1. — Annon.: Comp. I. Aug. — Urbano IV. tribuitur ap. Böhm. — 24) Ad hoc: C. R. 1. — Licet ad ea, et infra. Ad haec: Comp. I. Aug. — P. C. Licet: Comp. I. Ms. — cf. c. 3. de con. serv. IV. 9. — 25) duximus respondendum: Comp. I. — 26) mos: Comp. I. Ms. — 27) debeat: ead. — 28) Dei: C. R. 1. — add.: habitum: Comp. I. Ms. — 29) observare: Comp. I.

Cap. V. 30) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 140. — Comp. III. h. t. c. 1. — 31) omitt. Comp. III., Reg. — 32) sint: Reg. — 33) in eis: desid. in C. H.

CAP. VI.³⁴⁾

Ecclesia, sibi in dioecesi episcopi, tenetur sibi in episcopaliibus respondere, nisi appareat remissum legitime; et potest episcopus remittendo episcopalia censum sibi retinere.

Idem Abbati et Fratibus Cryptae ferratae.

Constitutus in praesentia nostra "venerabilis frater noster" episcopus Albanensis in ecclesia Castri, quod Pauli dicitur, in qua ius patronatus monasterio vestro recognoscebat, a vobis ius episcopale "duplici ratione" petebat; "primo," quoniam sita erat³⁵⁾ in dioecesi Albanensi, et ideo de iure communi ei tenebatur in episcopaliibus respondere; "secundo," quoniam in multis privilegiis Romanorum Pontificum, distinguentibus fines dioecesis Albanensis, inter alias ecclesias, in quibus iurisdictionem exercet, haec Albanensi ecclesiae auctoritate apostolica confirmatur. Verum oeconomus vester proposuit ex adverso, quod, etsi³⁶⁾ ecclesia sita esset³⁷⁾ in dioecesi Albanensi, "et in privilegio ipsius episcopi non sine subreptionis vitio eius esset nomen inscriptum," ei tamen non tenebatur in aliquo respondere, quum "Albericus, quondam fundator ipsius, de assensu felicitis recordationis B. Papae praedecessoris nostri monasterii Cryptae ferratae saepe dictam ecclesiam contulisset. Praeterea bonae memoriae" Dominicus³⁸⁾ Lavitanus³⁹⁾ episcopus, "de quo non erat contentio inter partes," qui⁴⁰⁾ fuerat episcopus Albanensis, universas ecclesias, ad vestrum monasterium pertinentes, in dioecesi eius⁴¹⁾ sitas, et quicquid iuris tam in monasterio vestro "Cryptae ferratae," quam in eis habebat, in⁴²⁾ emphyteusim sub annua octo denariorum usualium pensione⁴³⁾ monasterio vestro concessit, ita videlicet, ut liceret abbati et fratribus "eiusdem monasterii" a quocumque vellent episcopo tam ordinationem clericorum quam consecrationem altarium in monasterio ipso et praedictis ecclesiis obtinere, in quibus etiam vobis tertiam partem⁴⁴⁾ mortuorum induisit, et C.⁴⁵⁾ Papa praedecessor noster quod ab eo factum fuerat "suo privilegio" confirmavit, "et ex certa scientia statuit in perpetuum observandum." Verum, etsi ecclesia⁴⁶⁾ ipsa fuisset aliquando ecclesiae Albanensi subiecta, monasterium "tamen" vestrum nihilominus legitima se poterat⁴⁷⁾ praescriptione tueri⁴⁸⁾, quum per quadraginta⁴⁹⁾ annos ipsam pacifice possedisset, "quod per testes idem nixus est oeconomus comprobare." Ceterum oeconomus episcopi "memorati ad obiecta respondit, quod concessio fundatoris Albanensi ecclesiae non nocebat, quum fundator solum ius patronatus monasterio concesserit memorato, et ipse super iure patronatus vobis controversiam non moveret;" concessionem "autem" episcopi Lavitani⁵⁰⁾ non tenere dicebat, utpote continentem simoniacam pravitatem. Quum enim tertiam partem⁵¹⁾ mortuorum monasterio concessisset⁵²⁾ "idem," et tam in ordinationibus clericorum quam altarium⁵³⁾ consecrationibus induisset ei plenariam libertatem, "sic videlicet, ut ea possent a quocumque mallent episcopi sine contradictione cuiuslibet obtinere;" non est dubium, quin, quum spiritualia haec existant, eo ipso⁵⁴⁾, quod super his⁵⁵⁾ recompensationem certae pensionis accepit, commiserit⁵⁶⁾ vitium simoniae. Unde contractus huiusmodi, "velut simoniacus," nullam obtinet firmitatem. Confirmatio autem apostolicae sedis fuerat "super hoc" per subreptionem obtentam, quum in ea⁵⁷⁾ de pensione nulla mentio habeatur. (Et infra:) Quum autem⁵⁸⁾ hec insolitum sit, nec novum⁵⁹⁾, ut, quum episcopi ecclesias "aliquas tam in spiritualibus quam in temporalibus" concesserint piis locis, aliquid sibi reservent⁶⁰⁾ in eis nomine pensionis, nos quoque, quum "vel" libertatis privilegium⁶¹⁾, vel protectionis praesidium aliquibus ecclesiis indulgemus, gratis accipimus⁶²⁾ censum gratis oblatum, et in literis nostris ad successorum nostrorum memoriam census exprimamus "et" etiam quantitate: (Et infra:) "Nos igitur," auditis "his et aliis hinc inde" propositis, oeconomum monasterii vestri oeconomo eiusdem episcopi ecclesiae "Lavicanae" nomine in solutionem pensionis praedictae, iuxta ratam, quae contingit ecclesiam praedictam, et restitutionem sub-

tractae a quadraginta annis, secundum ratam eandem, per diffinitivam sententiam condemnamus, et eundem oeconomum vestrum ab impetitione⁶³⁾ oeconomi eiusdem episcopi super aliis redditibus absolutum, perpetuum illi silentium imponentes. "Licet autem in instrumento concessionis etc."

CAP. VII.⁶⁴⁾

Episcopus, petens ecclesiam quoad temporalia et spiritualia, obtinet in spiritualibus eo ipso, quod probat esse in sua dioecesi, si non appareat exempta; sed in temporalibus succumbit, nisi aliter doceat de iure suo. Et in hoc ultimo est casus notabilis.

Idem Abbati et Conventui Farhensibus⁶⁵⁾.

Quum venerabilis frater noster I.⁶⁶⁾ Sabinensis episcopus "coram dilectis filiis nostris Rogerio til. sanctae Anastasiae presbytero et Pelagio sanctae Luciae ad septa solis diacono cardinalibus, quos sibi et Ricardo procuratori vestro concessimus auditores," ecclesiam sancti Angeli de Cauceia⁶⁷⁾ cum suis pertinentiis et possessionibus petiisset, asserens, eam ad se tam in spiritualibus quam in temporalibus pertinere, "primo possessorem et postea petitorum intentando," allegavit ante omnia ius commune: quia, quum constituta⁶⁸⁾ sit in dioecesi Sabinensi, "ut dicebat," sub ipsius debebat consistere potestate "iuxta canonicas sanctiones. Verum, quum ex vestra fuisset parte negatum, eandem ecclesiam in praedicta dioecesi constitutam, idem episcopus ad hoc probandum privilegium bonae memoriae Anastasii Papae praedecessoris nostri coram ipsis exhibuit, in quo mons Tancia pro Sabinensis episcopatus termino ponitur, et inter alias ecclesias Sabinensis dioecesis eadem ecclesia S. Angeli numeratur, ac in praedicto monte dicitur esse constructa, hoc idem per publicum instrumentum, quo procurator vester utebatur, ostendens, in quo dicitur, quod dicta ecclesia sita est in territorio Sabinensi, quum Sabinensis dioecesis longe amplius quam Sabinense territorium extendatur." In temporalibus quoque ad se dictam⁶⁹⁾ ecclesiam pertinere, "idem episcopus" nitentur ostendere per publicum instrumentum, in quo continebatur⁷⁰⁾ expresse, I.⁷¹⁾ Sabinensem episcopum H. Farhensium⁷²⁾ abbati et duabus personis⁷³⁾ post ipsum⁷⁴⁾ dictam ecclesiam cum suis pertinentiis locavisse pro annua⁷⁵⁾ quatuor solidorum Papiensium pensione, "in assumptione beatae Virginis persolvenda." Sed para vestra propositum, instrumento praedicto nullam fidem penitus adhibendam propter superlinearem scripturam et rasuram "in" loco suspecto factam, ubi videlicet annotatio temporis⁷⁶⁾ recensetur⁷⁷⁾. "Fuit insuper ex episcopi parte propositum, quod, quum ab ecclesia S. Angeli nomine monasterii vestri multo tempore fuerit certa pensio ecclesiae Sabinensi soluta, manifeste liquebat, ad eandem ecclesiam, a qua locatio facta fuerat, supradictam ecclesiam iure proprietarii pertinere. Praeterea quum bonae memoriae Lucius Papa praedecessor noster iniunxerit Sabinensibus, ut ad recuperationem Tanciae, quam eo tempore tenebatis, intenderent, et per eundem Petro de Bono, tunc Sabinensis episcopatus procuratori, tam Tancia quam ecclesia S. Angeli fuerit restituta, et nos eandem ecclesiam postea duxeritis occupandam, eiusdem erat episcopo restitutio faciendae, sicut idem episcopus ea omnia per idoneos testes assererat esse probata. Ad haec autem procurator respondebat praedictus, quod, etsi quidam testes se vidisse deponant, ecclesiam S. Angeli pensionem IV. solidorum Sabinensi episcopo persolvisse, nullum tamen ex hoc monasterio vestro poterat praedictum generari, quum non appareat, pensionem ipsam ex parte monasterii fuisse solutam, et quanquam etiam testes asserant, se vidisse multoties praetaxatam pensionem exsolvi, non tamen ostenditur tanto tempore praestita, quod usque ad praescriptionem legum porrigatur. Item, sicut ad rei proprietatem locatio facta non sufficit, ita nec solutio, nec perceptio pensionis. Licet etiam idem Lucius praedecessor noster superscriptum mandatum Sabinensibus dederit circumventus, credens, prout ei suggestum fuerat, ad Sabi-

Cap. VI. 34) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — 35) est: C. R. 2. — 36) quod si: C. R. 1. — 37) erat: C. R. 1. — 38) dominus: Comp. III. Aug. — 39) Lavinensis: Comp. III. Ms. — Lavinianus: Aug. C. R. L. — 40) qui idem fuit (Ms. fuerit): Comp. III. — 41) eadem: Comp. III. Aug. — 42) per: C. H. — 43) Quae apud Aug. (quos quot annis dantes in capite publicum "igitur" instrumentum), et in Comp. III. libro manuscripto (quosdam anni dandos in capite publicum nominet instrumentum) sequuntur, quum sensu omnino sint destituta, et ipsa capitula textu relictis. quotquot annis dantorum in capite: audior quam felicior Gonzalezii conjectura. — Nos quidem, quum in altero, qui ad manus est, codice manu scripto legatur: quos anni dantes in capite publicum nominet instrumentum, scriptum olim fuisse suspicamus, quos annos in capite etc. — 44) omittit: C. R. L. — 45) Item fel. record. Re.: Comp. III. — 46) desid. in C. H. — 47) possit: Comp. III. Ms. — 48) memini: C. H. — 49) LX.: Ib. — 50) Lucan.: C. R. 1. — Lauconii: C. R. 2. L. — cf. n. 39. — 51) omittit: C. R. H. L., Comp. III., Cont. — 52) concessit: Cont., Böhm. — 53) in alt.: C. R. 2. — 54) quoniam eo ipso: Comp. III. — 55) add.: rebus: C. R. 2. — 56) commisit: Comp. III. — 57) eadem:

Comp. III. Aug., Cont., Böhm. — 58) Praeterea nec insolitum est nec novum: Comp. III. — 59) nec nov.: desid. in C. H. — 60) servetur: Comp. III. Aug. — 61) privilegia: C. R. 1. — 62) accipimus... exprimimus: Comp. III. — 63) petitione: C. R. 2.

Cap. VII. 64) Restitutum ex Reg. Bal. XII. 93. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 65) Facen.: Comp. IV. Ms. B. — Farhens.: Ms. A., Aug., Reg. — 66) Joannes: Reg. — 67) Cauceia: Böhm. — Cauca: C. I., Aug. — C. R. Comp. IV. — Tancia: Reg. — 68) constructa: Reg. — 69) praedictam: Comp. IV. Ms. A. — 70) continetur: Comp. IV. Aug., Ms. B., Reg. — 71) Joannem Sab. ep. Hugoni: Comp. IV. Reg. — 72) Feren.: C. R. 2. — Falsan.: Comp. IV. Ms. A. — Farsan: Ms. B. — leg.: Farhensi: cum C. I., Aug. et Reg. — 73) duobus abbatibus: C. R. 1. — 74) ipsum Gualdo Panavello (Gonadio Panullo: Ms. A. — Gualdo Panavero: Ms. B., cum suis pertin. ius dictam eccles. — Comp. IV. — ipsum Gualdum Pontianellam, in quo est dicta ecclesia, cum suis pertin.: Reg. — 75) pro annuis IV. sol. Pap.: persolvendis: Comp. IV. Ms. A. — 76) abest a C. H. — 77) censetur: C. L.

nensem episcopatum praedictum locum et ecclesiam pertinere, ac Farfenses monachi propulantes iniuriam ab eisdem Sabiniensibus irrogatam retinere curaverint ecclesiam memoratam, propter hoc non erat episcopo restitutio facienda, maxime quum a vicino contrariam esset sententiam super petitorio excepturus, et qui petit quod reddidurus est, dolum facere dignoscatur, sicut in civilibus legibus continetur. Medietatem quoque oblationum specialium quorundam dierum idem episcopus in eadem sibi ecclesia vendicabat, quameidem de plano procurator vestri monasterii recognovit. Quia igitur his⁷⁷⁾ et aliis intellectis, quae coram cardinalibus supra dictis pars utraque proponere procuravit, nobis constitit, ecclesiam supra dictam "sancti Angeli" constitutam "esse" in dioecesi Sabiniensi, "de consilio fratrum nostrorum" episcopale ius in omnibus spiritualibus eidem episcopo adiudicavimus in eadem⁷⁸⁾, illis tantum⁷⁹⁾ exceptis, quae per authentica scripta⁸⁰⁾ ei dignoscuntur⁸¹⁾ esse subtracta, "hoc ad cautelam expresso, ut medietatem oblationum praedictarum dierum, quam, sicut dictum est, ipsi procurator recognovit iam dictus, in eadem ecclesia percipiat annuatim." Quia vero instrumentum praedictum, per quod episcopus "supra dictam" ecclesiam intendebat⁸²⁾ "sibi" quoad temporalia⁸³⁾ vindicare, ad faciendam⁸⁴⁾ super hoc fidem invalidum esse cognovimus, utpote propter praedicta de iure suspectum: vos ab impetitione ipsius quoad temporalia eiusdem ecclesiae duximus "sententialiter" absolvendos, "eidem super hoc silentium imponentes. Nulli ergo etc. Dat. Viterbii II. Non. Aug. Ao. XII." [1209.]

CAP. VIII. 85)

Monasterium subiectum est episcopo, in cuius dioecesi situm est, nisi probetur exceptum. H. d. quoad titulum.

Idem. 86)

Quum dilectus⁸⁷⁾ filius * F. Auriensis decanus nuncius venerabilis fratris nostri Auriensis episcopi, et magister Robertus monachus Cellae novae et abbas sui nuncius, ad sedem apostolicam accessissent, nos eis dilectum filium P. sanctae Mariae in Via lata diaconum cardinalem concessimus auditorem, coram quo fuit ex episcopi parte propositum, quod, quum idem episcopus abbatem sibi lege dioecesana subiectum vocasset ad synodum, ipse non solum non accessit ad ipsum, immo etiam sancti Petri et sanctae Columbae prioribus et archipresbytero Cauci in Auriensi dioecesi constitutis prohibuit, ne ad ipsius episcopi synodum accedere attentarent, licet etiam vocarentur. Quumque dictus episcopus, ut saltem humiliter abbatem ad bonum obedientiae revocaret, et vinceret in bono malum, ipsi mandasset, ut eum ad statutum terminum in monasterio expectaret, licet episcopus illuc, iuxta quod promiserat, accessisset, abbatem non reperit, et portas monasterii clausas invenit, nec ad monachos aditus ei est concessus. Propter quod abbatem suspendit, et monasterium interdixit. Verum quum nec propter hoc abbas ipse a suo contumaciae proposito resisteret, nec latus in se ac monasterium sententias observaret, in eum excommunicationis sententiam promulgavit, quam dictus episcopi nuncius a nobis petiit confirmari. Ceterum nuncius partis adversae petitionem eius non esse admittendam proposuit, quia, licet monasterium ipsum infra metas Auriensis dioecesis sit constructum, liberum tamen semper extitit, et ab omni iurisdictione ac iugo Auriensis ecclesiae a tempore suae foundationis exemptum. Praeterea si episcopus aliquam in eo, quod verum non erat, iurisdictionem haberet, quia tamen abbas ab omni gravamine prius ad sedem apostolicam appellarat, sententiam in eum et monasterium postmodum latam nullam idem nuncius obtinere asseruit firmitatem. Conquestus est etiam idem nuncius ex parte capituli Cellae novae, quod dictus episcopus abbatem eorum adeo circumvenit, quod contra immunitatem ipsius ecclesiae ipsis nescientibus ei obedientiam repromisit. Nos igitur super praedictis per memoratum cardinalem instructi, "quia causa ipsa" non poterat in nostra praesentia terminari, "utpote" quum nuncius monasterii super probatione vel ratihabitione literas non haberet: eam vestro duximus examini committendam, "discretioni vestrae per apostolica scripta" mandantes, quatenus, si "vobis" constiterit, abbatem "ipsum" ad sedem

apostolicam "super hoc," antequam episcopus in eum suspensionis vel excommunicationis, et in monasterium interdicti sententias tulerit, legitime appellasse, vel monasterium a iurisdictione episcopi eiusdem⁸⁸⁾ "esse" exemptum, eo non obstante, quod abbas, ab eo⁸⁹⁾, "sicut dicitur," circumventus, praeter fratrum suorum assensum ei⁹⁰⁾ obedientiam repromisit, quum fraus et dolus ei patrocinari non debeant⁹¹⁾, iudicetis illas sententias "appellatione remota penitus" non tenere; "alioquin faciatis eas per censuram ecclesiasticam inviolabiliter usque ad satisfactionem congruam observari." Quodsi "forsan" abbas "ipse" in exemptionis⁹²⁾ probatione defecerit, nec legitima se poterit praescriptione⁹³⁾ tueri, licet probet, se ante praedictas sententias appellasse, nihilominus tamen monasterium "ipsum" iudicetis Auriensi⁹⁴⁾ ecclesiae subiacere, in cuius est dioecesi fundatum. Similiter, eo in probatione⁹⁵⁾ appellationis⁹⁶⁾ deficiente, si vobis constiterit de exemptione⁹⁷⁾ vel legitima praescriptione, tam abbatem, quam monasterium ab impetitione "eiusdem" episcopi "et ecclesiae ipsius penitus" absolutis, "et faciatis quod decreveritis etc. Dat. Lat. VII. Kal. Apr." [1198.]

CAP. IX. 98)

Novam religionem non licet constituere sine auctoritate Romani Pontificis, nec in diversis monasteriis potest quia esse abbas vel monachus. Sic principaliter summatur, licet plura dicta habeat.

Idem in concilio generali.

Ne nimia religionum⁹⁹⁾ diversitas gravem in ecclesiam¹⁰⁰⁾ Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus¹⁾, ne quis de cetero novam religionem inveniat²⁾, sed³⁾ quicunque ad religionem converti voluerit⁴⁾, unam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religiosam⁵⁾ domum de novo fundare⁶⁾; regulam et institutionem accipiat de "religionibus" approbatis⁷⁾. Illud etiam⁸⁾ prohibemus, ne quis in diversis monasteriis locum monachi habere praesumat, nec unus abbas pluribus monasteriis praesidere.

TITULUS XXXVII.

DE CAPELLIS MONACHORUM ET ALIORUM RELIGIOSORUM. 1)

CAP. I.

Ad curam monasterio subiectam non monachi, sed saeculares clerici praeficiuntur, et episcopus subsunt.

Urbanus III. 2)

In ecclesiis, ubi monachi habitant, populus per monachum non regatur; sed capellanus, qui populum regat, ab episcopo per consilium monachorum instituitur, ita "tamen," ut ex solius episcopi arbitrio tam ordinatio eius³⁾ quam depositio, et totius vitae pendeat conversatio.

CAP. II. 4)

Si ecclesia non cathedralis vindicat sibi ius in alia ecclesia, obtinebit solum quoad ea, quae prohibuit sibi deberi praescriptione, vel alio legitimo modo. H. d. secundum communem et verum intellectum.

Innocentius III. Archipresbytero et Clericis sanctae Caeciliae.

Dilectus filius M. syndicus ecclesiae vestrae, "in nostra praesentia constitutus," ab oeconomio sancti Laurentii de Piscinula in scrutiniis, baptismate, "processionibus," et²⁾ capitulis et similibus subiectionem postulans, possessorium et petitorium intentabat. Quum enim ecclesia sancti Laurentii sit in parochia vestra sita, debet de iure communi, "sicut idem syndicus proponebat," ecclesiae vestrae in praedictis omnibus subiacere, "nisi se possit vel speciali privilegio, vel legitima praescriptione tueri," quia³⁾ nec privilegium exemptionis habet, nec praescriptionem pro se poterat allegare, quum illa ecclesia⁷⁾ sanctae Caeciliae praescripserit, sicut per testes dicebat legitime comprobatum. Praeterea, quum "olim" coram

Cap. VII. 77) His igitur ..., quia: Comp. IV. — 78) eandem: Comp. IV. Aug. — 79) duntaxat: Reg. — 80) authenticam scripturam: C. R. 1. — 81) noxantur: C. H. — 82) praetendebat: Comp. IV. Aug. — 83) episcopalia: Comp. IV. Ms. B. — 84) spirituaria: Aug. — 85) faciendam: C. L. — 86) Lucensi episcopo, abbati de Melon. et Petro Iohanni archidiacono Astoricensi: Reg. — 87) dilecti filii: Reg. — 88) ipsius Auriensis: Comp. IV. Ms. B. — 89) ipsius Auriensis: Reg. — 90) ipsius ecclesiae Aur.: Comp. Aug. Ms. A. — 91) ab episcopo: Comp. IV. Reg. — 92) et: Comp. IV. Aug. — 93) debent: ib. — 94) debent: Böhm. — 95) exceptionis: Comp. IV. Ms. A. — 96) exceptione: Comp. IV. — 97) omitt. Ms. A. — 98) Auren.: C. R. 2. — 99) approbatione: Comp. IV. Ms. B. — 100) omitt. ead. et Aug. — 97) exceptione: Comp. IV. Ms. A.

Cap. IX. 90) Restitutum ex c. 13. conc. Lat. IV. hab. A. 1215. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 99) religionis: Cont. — religiosorum: conc. Ms. — 100) ecclesia: C. R. L., Comp. IV., conc. — 1) inhiemus: Comp. IV. Ms. A. — 2) inducat: ib. — 3) immo unam de appr. ass.: Comp. IV. Aug. — 4) voluit: ib. — 5) religionis: conc. Ms. — 6) firmare: Comp. IV. Aug. — 7) unam de appr.: ib. — 8) autem: C. H.

TIT. XXXVII. 1) mon. et regularium: C. R. 1. — Cap. I. 2) Immo Urbanus II. in conc. Claramont. hab. A. 1095. — Comp. I. h. t. c. 1. (Ms. c. 2.) — 3) non exstat in Comp. I.

Cap. II. 4) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. un. — 5) abest a Comp. III. et Böhm. — 6) verum: ib. — 7) quum ecclesiae (ecclesia: Ms.) S. Caeciliae illam praescr.: Comp. III.

"bonae memoriae" C. Papa praedecessore nostro super praedictis inter vestram et praedictam ecclesiam⁸⁾ quaestio verteretur, M.⁹⁾ presbyter eiusdem ecclesiae fuit sponte confessus, quod ecclesiae sanctae Caeciliae scrutinium et baptisma debebat, "sicque ad proprietatem vestram iustitiam recognovit." Quumque pars vestra testes "sufficientes et idoneos," qui se illum diversis temporibus ad capitulum vocasse, ipsumque venisse "firmiter" asserabant, in medium produxisset, eis iurare paratis, praedictus presbyter se vocatum ivisse ad capitulum est confessus. Unde praedictus praedecessor noster ecclesiam vestram capitulo, quo se conquesta fuerat spoliata, salvo iure proprietatis ecclesiae sancti Laurentii revertitur¹⁰⁾ curavit, sicut in eius literis continetur. Per hoc¹¹⁾ ergo "et" proprietatem quoad scrutinium et baptisma, et possessionem quoad capitulum vester¹²⁾ voluit syndicus¹³⁾ comprobare. Ad haec¹⁴⁾ "autem" sancti Laurentii¹⁵⁾ oeconomus ex adverso respondit, quod ecclesia illa¹⁶⁾ nullo medio ad Romanam ecclesiam pertinebat. Quum enim monasterium monialium fuerit, "sicut ex multis scriptis authenticis edocetur," et generaliter servetur in Urbe, ut nullum monasterium titulo sit subiectum, incongruum videbatur¹⁷⁾, ut regulares saecularibus supponantur. Praeterea usque hodie nos in ea institutionem et destinationem liberam exercemus, "quum et bonae memoriae C. Papa praedecessor noster dilectum filium M. scriptorem nostrum archipresbyterum in ea sine contradictione cuiuslibet statuisset. Sic ergo ecclesiam ipsam liberam et in possessione libertatis consistere dictus voluit oeconomus comprobare. Quum ergo pro ea habeat ius commune, in eo videlicet, quod universa monasteria Urbis ad Romanam ecclesiam nullo pertinente mediante, affirmanti contrarium fides non est aliquatenus adhibenda, nisi super hoc privilegium induxerit speciale. Quod autem dicitur in parochia vestra sita, idem oeconomus penitus denegavit. Sed etiam hoc verum esset, sufficienter tamen se poterat praedicta ratione lueri. Confessio autem M. presbyteri super scrutinio et baptismo eidem ecclesiae praedicticare non poterat, quum super his lris contestata in eiusdem praedecessoris nostri praesentia non fuisset, sicut ex forma petitionis et conclusionis apparet. Hac etiam sententia non fuerat hactenus ecclesia vestra usa, sed eam duxerat usque ad haec tempora supprimendam. (Et infra: Nos igitur, auditis propositis¹⁸⁾, "rationibus et allegationibus, instrumentis et attestacionibus plenius intellectis, et cum fratribus nostris deliberato consilio," oeconomum "eiusdem ecclesiae" sancti Laurentii syndico vestro in baptismo, et¹⁹⁾ scrutinio "et processione" condemnamus, ita "tamen," ut per hoc ecclesiae Romanae nullum praedictum generetur, si quando forte ius suum duxerit prosequendum. In institutione autem²⁰⁾ destinatione et capitulo oeconomum ipsum ab impetitione syndici vestri prorsus absolvimus, syndico vestro super hoc perpetuum silentium imponentes.

CAP. III.²¹⁾

In prioratibus monachorum non possunt singuli monachi commorari; etiam si super hoc habeant rescriptum apostolicum, nisi in illo fiat mentio de Lateranensi concilio.

Honorius III. Episcopo Venetensi.²²⁾

Ex parte tua fuit propositum "coram nobis, quod, conquerentibus olim abbate ac conventu Riveni Venetensis dioecesis, quod tu compellere moliebaris eosdem, ut instituerent plures monachos in quibusdam suis prioratibus tuae dioecesis, in quorum singulis singuli monachi hactenus steterant, quum pluribus facultates non suppetant eorundem, nos abbati S. Albini Andegavensis et collegis eius per literas nostras dedimus in mandatis, ut de ipsorum locorum facultatibus inquirentes, in eorum singulis facerent plures institui monachos, si pluribus illorum sufficienter facultates; alioquin tibi auctoritate praesentium inhiherent, ne abbate et conventum praedictos molestares super instituendis pluribus in eisdem. Unde idem Abbas et conventus Rivenensis²³⁾ Venetensis dioecesis occasione litterarum apostolicarum sedis²⁴⁾ asserunt sibi esse concessum, ut²⁵⁾ in singulis "locorum" ipsorum prioratibus²⁶⁾ singuli monachi commorentur, si pluribus non suppetunt²⁷⁾ facultates eorundem. Quum

Cap. II. 8) praedictas ecclesias: C. R. 2. L. — 9) H.: C. R. 1. — Martinus: Comp. III. — 10) reinvestire: Comp. III. Ms. — 11) haec ead.: C. H. — 12) vestram: C. L., Comp. III. Ms. — 13) oeconomus: Comp. ead. — 14) hoc: C. L., Comp. III. Aug. — add.: vero: C. R. 2. — 15) S. Laur.: desid. in C. R. 1. — 16) ipsa: Comp. III. — S. Laurentii: add. C. R. 1. — 17) et (omitt. Aug.) incongruum videatur... patet ecclesiam ipsam liberam existisse: Comp. III. — 18) his et aliis, quae fuerant hinc inde proposita: ib. — 19) omitt. ib. et ap. Bühm. — 20) omitt. Comp. III. Ms. — instit. aut destit.: Aug.

Cap. III. 21) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 22) Venetensi: Comp. V. Ms. — Venenens: C. L. — Venetono: C. R. 1. — 23) Roven.: C. R. 1. — Treverren.: C. L. — verb.: Rio... dioec.: non exstant in Comp. V. — 24) huiusmodi litterarum: ead. — 25) desid. in C. H. — 26) omitt. Comp. V. — 27) suppetant: ead. — 28) vestras: C. R. 1. — 29) quia si: C. R. 2. — 30) derogare: ib.

Cap. IV. 31) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 32) Burdigeni:

autem id obviet Lateranensi concilio, de quo nulla mentio est in literis ante dictis, "postulasti nostro edoceri responso, utrum nostrae intentionis fuerit per huiusmodi literas cum abbate et conventu praedictis contra ipsum concilium dispensare. Nos ergo" Fraternitati tuae²⁸⁾ breviter respondemus, quod "tenoris" huiusmodi literas ab apostolica sede non credimus emanasse. Quodsi²⁹⁾ per occupationem forsitan emanaverint, nolumus per hoc derogari³⁰⁾ concilio supra dicto.

CAP. IV.³¹⁾

Ordinarius compellit abbatem, ut monachos a prioratibus revocet ad claustrum, vel eis socios adiungat.

Idem Burdegalensi.³²⁾ Archiepiscopo.

Ad audientiam nostram "te significante" pervenit, quod nonnulli monachi, lege tibi dioecesa subiecti, in quibusdam prioratibus habitant solitarii contra statutum generalis concilii. Ideoque "fraternitati tuae" mandamus, quatenus ipsorum "monachorum" abbates seu priores, ut vel ipsos ad claustrum revocet, facientes in ipsa ecclesia deserviri per clericos saeculares, vel alios monachos eisdem associet, cum quibus vitam possunt ducere regularem, monitione praemissa per censuram ecclesiasticam³³⁾ "appellatione remota" compellas, "provisio, quod ad exemptos manum occasione mandati huiusmodi non extendas."

TITULUS XXXVIII.

DE IURE PATRONATUS.

CAP. I.)

Si propter discordiam patronorum ecclesia caret administratore, cessatur in ecclesia a divinis, tolluntur reliquiae, et ostia clauduntur, si aliter sine scandalo ecclesiae provideri non potest. H. d. cum cap. sequenti.

Ex concilio Mediolanensi.³⁾

Perlatum³⁾ est "ad nos, quod inter heredes ecclesiae, in rebus propriis constitutae, dividantur, et tanta per eandem divisionem simulata oriatur, ut unus altaris quatuor partes fiant, et singulae partes singulos habeant presbyteros, quod sine discordia et simultate nullo modo geri potest. Unde" Nobis visum est, quod⁴⁾ ecclesia inter heredes patroni dividi non debeat. Et si "in contentione venerint, et" simultates inter eos surrexerint, propter quas⁵⁾ sacerdos suo ibi officio canonice fungi non possit, si⁶⁾ aliter provideri non poterit, praecipiat ab episcopo "civitatis," ut nullo modo ibi missarum solennia celebrentur, donec "illi" ad concordiam⁷⁾ redeant, et "pari voto atque consilio" ecclesia "illa" sacerdotem⁸⁾ canonice habeat, qui libere suum ministerium valeat exercere⁹⁾.

CAP. II.¹⁰⁾

Summatum est in cap. proximo.

Ex concilio Triburiensi.

Quaecunque ecclesia "a compluribus coheredibus sit obsessa, concordia unanimitate a compluribus undique procuretur, ne propter aliquas discipationes servitium Dei minuat, et cura populi irreligiose agatur." Si "vero" contingat pro¹¹⁾ ecclesia dissidere patronos, ut eam uolunt sub uho presbytero procurari, "et propterea iurgia et contentiones tam inter ipsos quam inter clericos incipiant frequentare, quia iuxta Apostolum servos Dei non oportet litigare," episcopus, si¹²⁾ aliter non poterit ipsi consilium, tollat inde reliquias, "et sub magna cura honorifice collocet eas," atque eiusdem ecclesiae claudat ostia, "et sub sigillo consignet ea," ut sacrum mysterium¹³⁾ nullus in ea celebret, antequam "concordia unanimitate" unum "omnes" eligant presbyterum, qui sacrosancta¹⁴⁾ sit idoneus procurare, "et populo Dei utiliter praesse."

C. H. — Edueg.: Comp. V. mendose. — 33) censuras eccl.: Comp. V. Cir.

TIT. XXXVIII. Cap. I. 1) Restitutum ex c. 26. conc. Cabil. (hab. A. 813.) — Burch. III. 42., lvo Decr. III. 46., Lips. LII. 7., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Mediomatricensi: Iv. — Mediomatrici: Burch., Comp. I. — 3) Relatum: Comp. III. Aug. — 4) quod huiusmodi (huiusmodi): Comp. I. ecclesiae inter heredes dividi non debeat: Coll. eitt., conc. — 5) per quas: ib. — 6) verb.: si... pot.: non exstant ib. — 7) communionem: Lips. — 8) add.: suum: C. R. 1. — 9) agere possit: Comp. I. — peragere possit: Burch., Iv., Lips., conc.

Cap. II. 10) Restitutum ex c. 32. conc. Tribur. (hab. A. 886.) — Burch. III. 224., lvo Decr. III. 283., Lips. LII. 8., Comp. I. h. t. c. 2. — 11) pro eo (eo: conc.) participes dissidere, et sub uno (nullo: Iv.) presbytero nolle (omitt. Iv.) eam procurare: Burch., Iv., Comp. I. Lips., conc. — 12) si al... cons.: emblema Raymundi. — 13) mysterium: Comp. I., conc. — 14) sacrosanctum: Comp. I. — sacros. locum: Burch., Iv., Lips., conc.

CAP. III.¹⁵⁾

Si patroni in praesentando discordant, praefertur praesentatus a maiori parte, si est idoneus, et, si hoc sine scandalo fieri non potest, vel patroni infra tempus debitum non praesentant, episcopus ordinabit ecclesiam.

Ex concilio Lateranensi.

Quoniam¹⁶⁾ in quibusdam locis fundatores ecclesiarum aut¹⁷⁾ heredes eorum potestate, in qua eos ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur, *et, quum in Dei ecclesia unus debeat esse qui praesit, ipsi plures sine respectu subiectionis moliantur eligere,* et, quum una ecclesia unus debeat esse rectoris, pro sua dissensione¹⁸⁾ plurimos repraesentant¹⁹⁾: *quocirca* praesenti decreto statuimus, ut, si forte in plures partes fundatorum se vota dividerint²⁰⁾, ille praeficiatur ecclesiae, qui maioribus iuvatur meritis²¹⁾ et plurimorum²²⁾ eligitur²³⁾ et approbatur²⁴⁾ assensu. Si autem hoc²⁵⁾ sine scandalo esse²⁶⁾ nequiverit, ordinet antistes ecclesiam²⁷⁾, sicut melius eam²⁸⁾ secundum Deum viderit ordinandam. Et²⁹⁾ id ipsum etiam faciat³⁰⁾, si de iure patronatus quaestio emerisit inter aliquos, et, cui competat³¹⁾, infra³²⁾ quatuor³³⁾ menses non³⁴⁾ fuerit diffinitum.

CAP. IV.³⁵⁾

Excommunicantur patroni laici, qui clericos instituunt et destituunt in ecclesiis etiam patronatis, vel bona ipsorum aliter administrant. Et clerici, qui institutionem laicorum recipiunt, communione priventur.

Ex eodem.

Praeterea, quia³⁶⁾ in tantum quorundam laicorum processit audacia, ut, episcoporum auctoritate neglecta, clericos instituunt³⁷⁾ in ecclesiis, et removeant *etiam,* quum voluerint, possessionem³⁸⁾ quoque atque alia³⁹⁾ ecclesiastica bona pro sua voluntate plerumque distribuunt⁴⁰⁾, *et tam ecclesias ipsas quam homines earum tallis et exactionibus gravare praesumant,* ipsos⁴¹⁾, *qui amodo ista praesumpserint,* anathemate decernimus⁴²⁾ feriendos. *Presbyter autem sive* Clericus⁴³⁾, qui⁴⁴⁾ ecclesiam per laicos sine proprii⁴⁵⁾ episcopi auctoritate receperit⁴⁶⁾, communione privetur, et, si perstiterit, a ministerio ecclesiastico et ordine deponatur. *Sane quia laici etc.*

CAP. V.⁴⁸⁾

Si patronus laicus successive praesentat duos, et secundum instituitur ab episcopo, vellet institutio. Hoc dicit primo. Patronus non potest clerico vel alteri ecclesiae conferre patronatum, vel alteri donare.

Alexander III. Eboracensi Archiepiscopo.⁴⁹⁾

Quod⁵⁰⁾ autem consulis, si clericus idoneus ad vacantem ecclesiam praesentatus⁵¹⁾ non fuerit ab episcopo dioeceseano admissus, et postmodum alius idoneus praesentatus, et institutus ab episcopo⁵²⁾ possessionem tenuerit⁵³⁾ corporalem, an, primo⁵⁴⁾ clerico ecclesiam petente⁵⁵⁾, debeat posterior removeri⁵⁶⁾, vel posterior priori praeferrri, dubium non est, quin in casu isto⁵⁷⁾ melior sit

conditio possidentis, quoniam, antequam praesentatio per⁵⁸⁾ dioeceseanum episcopum approbetur, ratum non est quod a patrono fuerat⁵⁹⁾ inchoatum. De cetero tuae prudentiae respondemus⁶⁰⁾, quod, si laici clericis⁶¹⁾ vel collegiis de concessionibus vel donationibus instrumenta confecerint⁶²⁾ in haec verba vel similia⁶³⁾: *„concessi vel dedi ecclesiam, et praesenti charta firmavi“*, si consensus episcopi non accesserit, nihil agi⁶⁴⁾ videtur, quia⁶⁵⁾ pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare.

CAP. VI.⁶⁶⁾

Comparans vel emens ius patronatus, eo spoliari debet. Vel sicut: Qui emittit ius patronatus, ut possit praesentare filium vel nepotem, seu quem vult, eo privari debet. H. d. et utraque lectio potest sustentari.

Idem Exoniensi Episcopo.⁶⁷⁾

Quia clerici quidam⁶⁸⁾ *„vestrae iurisdictionis“* advocatias⁶⁹⁾ ecclesiarum, *„sicut accepimus,“* comparant, vel⁷⁰⁾ quocumque modo possunt⁷¹⁾ acquirunt, ut postmodum eorum⁷²⁾ filii vel nepotes ad eandem ecclesiam⁷³⁾ praesententur, *„nos, tam praecam consuetudinem penitus eradicare volentes, nihilominus praesentium vobis auctoritate mandamus atque“* praecipimus, ut⁷⁴⁾ id arctius inhibere procures, eosdem advocatibus taliter acquisitis appellatio- nem postposita spoliando.

CAP. VII.⁷⁴⁾

Ius patronatus, consistens in aliqua universitate temporalium, transit cum ipsa universitate, etiam si universitas transeat tantum quoad utile dominum; nisi ius patronatus specificiter sit exceptum. H. d. et est notabilis casus, et quotidie allegatur.

Idem Herfordensi⁷⁵⁾ Episcopo et Abbati de Forde.

Ex literis I. Salabriensis⁷⁶⁾ episcopi accepimus, quod⁷⁷⁾ defuncta persona ecclesiae⁷⁸⁾ de Laton.⁷⁹⁾ G. miles⁸⁰⁾, qui villam, in qua ecclesia sita est, a monasterio de Vinton.⁸¹⁾ ad firmam tenebat, ad eandem vacantem⁸²⁾ G.⁸³⁾ clericum praedicto episcopo praesentavit⁸⁴⁾. Postmodum⁸⁵⁾ abbatissa praedicti monasterii, *„ad episcopum veniens,“* alium⁸⁶⁾ praesentavit eidem⁸⁷⁾ ad ecclesiam supra scriptam⁸⁸⁾, quo⁸⁹⁾ nolente praesentatum ab ea recipere, apud Cantuariensem archiepiscopum gravem de episcopo⁹⁰⁾ deposuit⁹¹⁾ quaestionem. *„Archiepiscopus, quia visum sibi erat, quod factum militis super praesentatione praefata nullius esset momenti, praedicto episcopo in virtute obedientiae iniunxit, quod personam illam reciperet et in possessionem induceret, quam abbatissa sibi decreverat praesentandam.“* (Et infra:) Mandamus⁹²⁾, quatenus, si vobis constiterit, quod praefato militi praescripta⁹³⁾ villa fuerit non excepto⁹⁴⁾ iure patronatus ad firmam concessa, vel, antequam de iure patronatus inter abbatissam⁹⁵⁾ et militem controversia esset suborta, praefatus G.⁹⁶⁾ *„de Leicester“* in praescripta ecclesia per episcopum⁹⁷⁾ ad praesentationem militis institutus fuisset⁹⁸⁾, ei, dummodo alias sit⁹⁹⁾ idoneus, adiudicetis *„ipsam“* ecclesiam ita, quod, si abbatissa obineat adversus militem, illi de temporalibus debeat respondere.

Cap. III. 15) Restitutum ex c. 17. conc. Lat. III. (hab. A. 1179). — Lips. 18. Cass. XII. 12. Comp. I. h. t. c. 4. — 16) *Quon. nihil fundatores*: Lips. — 17) et: Cass. — 18) *defensione*: Lips., Cass., Comp. I. Aug. conc. — 19) *repraesentent*: C. H. — 20) *diffuderint*: conc. — 21) *studii sui et meritis*: Lips., Cass. — 22) *plurimum*: ib. — 23) *eligitur*: C. H. — 24) *probatur*: Cass., Comp. I., conc. — 25) *desid. in Cass.* — 26) *feri*: ib. — 27) *ecclesiam*: . . . *etiam ordinandas*: Lips. — 28) *abest a conc.* — 29) *desid. ib.* — *Id etiam faciet*: Lips. — 30) *omitt. Cass.* — 31) *competit*: Lips. — *ius competat, si*: Cass. — 32) *intra*: Cont., Böhm. — 33) *tres*: Lips., Cass., Comp. I. Aug., conc. — 34) *nihil*: Lips.

Cap. IV. 35) Restitutum ex eod. c. 14. — Lips. 8. Cass. XII. 17. Comp. I. h. t. c. 5. — 36) *abest a Comp. I. Aug.* — *seq. in desid. in Ms.* — 37) *constituunt*: Lips. — 38) *possessiones*: Lips., Cass., conc. — 39) *omitt. Lips.*, Comp. I. Aug. — 40) *distribuunt*: Cass. — 41) *eos*: Coll. citt. — conc. — 42) *decrevimus*: C. R. 2., Cass. — 43) *esse fer.*: Comp. I. — 44) *quicumque autem*: Lips., Cass. — 45) *add. sive patronatus obtentu, sive alio quocumque modo*: ib. — 46) *propria*: Comp. I. Aug. — 47) *rec. tenendam*: conc. — *repperint . . . priventur . . . persisterint . . . deponantur*: Cass.

Cap. V. 48) Restitutum ex App. XV. 1. 2., Lips. LII. 1., Cass. LIII. 1., Comp. I. h. t. c. 7. — 49) *add. P. C. In eminenti*: Lips. — *P. C. quod incipit Meminimus*: Cass. — *P. C. Relatum est*: Comp. I. — *cf. c. 4. de cler. non resid. III. 4. cum adnot.* — 50) *Quia*: App., Lips., Cass. — 51) *add. et institutus*: Cass. — 52) *add. dioeceseano*: C. R. 1. — 53) *retinuerit*: Lips. — 54) *priore*: Coll. citt. — 55) *tenente*: Cass. — 56) *remov. vel (an: Cass.) post.*: *omitt. App.* — *seq. priore*: *desid. in Lips.* — 57) *hoc*: App. — 58) *a dioeceseano episc. approbaretur*: Cass. — 59) *fuerit*: C. R. 1. L. H., Coll. citt. — 60) *litteris praesentibus intimamus*: Coll. citt. — 61) *clerici vel collegium*: Cass. — *mendose*: — 62) *quocesserint*: C. R. H., App., Cass. — *concesserunt*: Lips., Comp. I. — 63) *consimilia*: C. R. — 64) *dare*: Cass. — *dari*: Lips. — *actum vel datum*: App. — 65) *A laico enim ecclesia donari (dari: App.) non potest: patronatus autem de auctoritate et assensu episcopi certum est a laico in eandem (eandem: Aug. — ecclesia: Cass.) iure conferri*: Coll. citt.

Cap. VI. 66) Restitutum ex App. XV. 4., Lips. LII. 3., Cass. LIII.

2., Comp. I. h. t. c. 8. — 67) *Herefordensi ep. et abbati de Forde*: App. — 68) *omitt. Cass.* — 69) *advocationem*: App. — *advocationes*: Lips., Cass., Comp. I. — 70) *et: Cass.* — *vel alio: C. L.* — 71) *possint*: Comp. I. Aug. — 72) *non exstat in Coll. citt.* — 73) *desid. in Lips.* — 74) *ne id attendere praesumant, universis ecclesiis (clericis: App.) iurisdictionis vestrae (add. ulterius: Aug.) arctius (attentius: Comp. I. Ms.) inhibere curetis, et, si presbyteri ecclesiarum vestrarum advocatibus acquisierint, eos advocatibus, taliter acquisitis, app. rem. (cessante: Cass.) auctoritate apost. spoliatis*: App., Lips., Cass., Comp. I. — 75) *Restitutum ex App. XV. 5., Lips. LII. 4., Cass. LIII. 2., Comp. I. h. t. c. 9.* — 76) *Herefordensi*: Comp. I. Aug. — *S. basilicane XII. apostolor. presbytero cardinali*: App. — 77) *Saled.*: Cass. — *Suben.*: Comp. I. Ms. — *Saluberen.*: C. H. — *Sarisberien.*: C. R. 1. — *Salesbir.*: Lips. — *Saluberien.*: C. L. — *Salesberien.*: Comp. I. Aug. — *Sarenus*: App. — 78) *add. quum*: App. — 79) *ecclesiarum*: Cass. — *desid. in App.* — 80) *Litudum miles*: Cass. — *Laverchon*: App. — *Lauton*: Lips., Comp. I. — 81) *quidam miles*: Cass. — 82) *Wilton*: Cass., Comp. I. Ms. — *Winton*: Aug. — *Wilton*: App. — *Winton*: Lips. — 83) *ecclesiam vacantem*: C. H. — 84) *V. C. R. 1.* — *W. C. R. 2. L.* — *W. de Leicester*: Lips. — *W. de Leicester*: Comp. I. Ms. — *W. de Leicester*: App. — *Wingulm de Leicester*: Cass. — *Willelmum de Leicester*: Comp. I. Aug. — 85) *praesentabat*: App. — 86) *Post aliquantum temporis*: Coll. citt. — 87) *W. de Morablie*: Comp. I. Ms. — *W. de Forde*: Cass. — *W. de Northale*: App. — *Wing. de Northale*: Lips. — *Willelmum de Northale*: Comp. I. Aug. — 88) *ei*: Coll. citt. — 89) *praedictum*: App. — *praescriptam*: Lips., Cass., Comp. I. — *supra dictam*: C. R. 1. L. H. — 90) *Episcopo autem (vero: App.) nolente (add. ante: Lips.) personam praesentatam ab ea rec., tandem (tum: App.) ad ven. f. n. Cant. archiepiscopum abbatissa accessit et apud eum gravem (omitt. App.) querimoniam de episcopo (ipso: App.) deposuit*: Coll. citt. — 91) *ipso*: U. R. 1. — 92) *proposuit*: C. R. 2. — 93) *restitutionem autem facta causam audiatis, ita quidem (omitt. App.) quod*: Coll. citt. — 94) *praefatus*: Cass. — 95) *exempto*: C. R. 1. — 96) *praedictam abb.*: Cass. — 97) *W.*: App., Lips., Comp. I. — *W.*: Cass. — *Guil.*: Böhm. ex Cont. — 98) *per institutionem episcopi*: Coll. citt. — 99) *desid. in C. H.* — 100) *fuerit*: App.

CAP. VIII.¹⁰⁰⁾

Si laicus clerico vel religioso loci concedit ecclesiam sine consensu episcopi, non obstantis tunc concessionem, quae non valet, ad ipsam ecclesiam, quam vacaverit, poterit praesentare, et eam alteri ecclesiae de consensu episcopi concedere. H. d. cum cap. Quum laici, et cap. Suggestum, infra eod.

- Idem Vintoniensi Episcopo.

Illud¹⁾ "vero" praetereundum non duximus, "super quo te intelleximus dubitare," quod, si "aliquis" laicus episcopo inconsulto ecclesiam non vacantem concedit²⁾ "alicui" religioso³⁾ domui, et⁴⁾ postea, quum vacaverit, ad praesentationem⁵⁾ eiusdem laici "aliquis" clericus ibi fuerit per dioecesanum episcopum institutus, prior concessio secundum⁶⁾ institutionem, quo minus habeatur rata et firma, non potest "nec debet" aliquatenus impedire, quum illa concessio de iure nullius possit esse momenti, tum quia de re non⁷⁾ vacante facta est. tum quia laicus sine auctoritate episcopi⁸⁾ nemini potest ecclesiam⁹⁾ dare, licet religioso loco ius patronatus conferendi liberam habeat facultatem. Si vero ius patronatus vacante¹⁰⁾ ecclesia religioso loco contulerit, et aliqua "postea" sine praesentatione fratrum eiusdem loci fuerit in ipsa ecclesia instituta, eius secundum rigorem iuris eat institutio irritanda.

CAP. IX.¹¹⁾

Instituti in ecclesiis patronatus per novos patronos mutari non possunt, nec vicissitudines ecclesiarum per eos fieri.

Idem eidem.¹²⁾

Querimonia "prioris et fratrum de Lauth"¹³⁾ nobis literis destinata audivimus, quod R. quondam de Herford comes ius, quod idem prior et fratres in ecclesia de Wic.¹⁴⁾ ex donatione H.¹⁵⁾ fundatoris ecclesiae suae, et ipsius R. socii habere debeant, coram bonae memoriae I. quondam Wigorniensis episcopo recognovit. Unde episcopus postea iam dictos priorem et fratres nullo reclamante aut contradicente exinde investivit, quam illi deinde quiete et pacifice possederunt. Demum quum inter comitem praefatum et C. uxorem suam, in cuius patrimonio ecclesia illa consistit, divortium per ecclesiasticum iudicium celebratum fuisset, eadem C. W. Pictaviensis nupsit, qui ecclesiae praescriptae fructus memorato priori et fratribus subtraxit omnino, et eos in usus R. sacerdotis eiusdem loci sine episcopali auctoritate convertit. Quumque postmodum, W. de medio sublata, praefata C. tertio viro W. de Mediran.¹⁶⁾ esset matrimonio copulata, idem W. in ea, qua et W. temeritate persistens, iam dictum R. in ecclesia praetaxata contra priorem supra dictum manutene et fovere incepit, dicens, quod praenominatus episcopus I. fecit super ecclesia, quae de uxoris suae adnotatione existit, dum erat in potestate illius viri, a quo postmodum separata fuisse dignoscitur, nullam debere firmitatem habere, praesertim quum patrimonium uxoris suae, sicut asserit, integre sibi restitutum non esset, nisi de ecclesia illa suam possit adimplere voluntatem. Unde, quoniam Absurdum videtur omnino, "et ab ecclesia Dei penitus eliminandum," ut ad singulas patronorum secundum humanam conditionem mutationes ecclesiarum ordinationes mutentur¹⁷⁾, "nec quod a superscripto H. taliter factum fuit alicui successorum licuit revocare, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus rei veritatem diligenter et studiose inquiras," etc.

CAP. X.¹⁷⁾

Patronus ecclesiam clerico conferre non potest, et, si contulerit, potest hoc non obstante ad ecclesiam praesentare rectorem.

Idem Eboracensi Archiepiscopo.¹⁸⁾

Quum laici episcopis nescientibus aut non consentientibus ecclesias clericis concedunt¹⁹⁾, in quibus habent²⁰⁾ ius patronatus, et postea poenitentia ducti alios ad easdem²¹⁾ "ecclesias" episcopis²²⁾ repraesentant²³⁾, et illi ad eorum praesentationem²⁴⁾ in eadem ecclesiis ab episcopis instituuntur²⁵⁾, eorum²⁶⁾ debet institutio stare "et firmiter observari," qui auctoritate sunt²⁷⁾ episcopi instituti, concessione priori, quae nulla est, omnino evacuata. Non enim licet laicis clericos in ecclesiis praesumptione²⁸⁾ propria ordinare.

CAP. XI.²⁹⁾

Religiosi vindicare vel retinere non possunt ecclesias sibi concessas a laicis sine dioecesani consensu, nisi legitime praescripserint, vel postea dioecesanus consenserit.

Idem³⁰⁾ Abbatibus, Prioribus et Clericis³¹⁾ per archiepiscopatum Eboracensem constitutis.

Cura³²⁾ pastoralis "necessitate constringimur, et auctoritate iniuncti nobis officii provocamur, pro statu ecclesiarum vigili studio satagere, et, ne contra iuris ordinem alicui conferri valeant, attentiori sollicitudine providere." Inde est, quod universitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo "Maudamus, quatenus ex donatione laicorum, nisi auctoritas dioecesani episcopi³³⁾ et consensus³⁴⁾ adsit, nullus vestrum aliquas³⁵⁾ sibi ecclesias vindicare praesumat, vel retinere taliter acquisitas, nisi legitima³⁶⁾ fuerit praescriptione munitus, aut³⁷⁾ dioecesani episcopi³⁸⁾ "forte" habuerit postea consensum³⁹⁾. Quum enim laici non possint⁴⁰⁾ in alios nisi ius, quod habent, transferre, "nos" huiusmodi⁴¹⁾ concessionem "viribus carere decernimus, et" irritas penitus⁴²⁾ esse censemus.

CAP. XII.⁴³⁾

Si patroni ecclesiae vacantis infra tempus, a iure concessum, non praesentant, episcopus ordinabit ecclesias.

Idem Lingonensi⁴⁴⁾ Episcopo.

Si vero⁴⁵⁾ "aliquando" ordinatio alicuius ecclesiae ad⁴⁶⁾ tuam institutionem spectat et pro controversia⁴⁷⁾ laicorum de iure patronatus inter se disceptantium "malitiose" prorogatur⁴⁸⁾: fas tibi sit "de auctoritate nostra" appellatione remota⁴⁹⁾ in eadem "ecclesia" personam idoneam instituere⁵⁰⁾, ita, quod "ipsa eadem" repraesentetur^{50*)} ab eo, qui ius evicerit⁵¹⁾ patronatus.

CAP. XIII.⁵²⁾

Si ius patronatus ecclesiae devenit ad exemptos, per hoc in nullo debet laedi ius episcopale.

Idem Hospitalariis.⁵³⁾

Quum saeculum reliqueritis, "ut Creatori nostro possitis in arca contemplationis placere, decet vos ab his, quae sunt obbia rationi, abstinere, vel quae reprehensionem subiaceant, aut vestram opinionem aut famam valeant denigrare. Inde est, quod universitati vestrae districtius per apostolica scripta" Prohibemus, ne, quum ratione feudorum emptorum aliterve acquiritorum, vel etiam alio modo ius patronatus in ecclesiis parochialibus adquisieritis, "in eis

Cap. VIII. 100) Restitutum ex App. XV. 6., Lips. LII. 5., Cass. LIII. 4., Comp. I. h. t. c. 10. — 1) Quomvis simus, et infra: Comp. I. Aug. — P. C. Quamvis: Lips., Cass., Comp. I. Ms. — cf. c. 6. de off. ind. l. 29. — 2) concedat: App. — 3) non relig.: Comp. I. Ms. — 4) desid. in Cass. — 5) ad repraesentationem etiam: Lips. — 6) per sec. instit. . . . infirmari non potest: App. — 7) nec: Cass. — 8) desid. in C. H. — 9) ecclesiam: Lips. — 10) vel eccl. vacante vel non vacante: Lips.

Cap. IX. 11) Restitutum ex App. XV. 7., Lips. LII. 6., Cass. LIII. 5., Comp. I. h. t. c. 11. — 12) Winton.: Comp. I. Aug. — Wing.: Lips. — Wigorn.: App.; Cass., Comp. I. Ms. — 13) ita Aug. et Cass. — Lant.: Comp. I. Ms. — Lamb.: Lips. — Lanch.: App. — 14) ita Aug. — W.: Comp. I. Ms. — Wig.: Cass. — Winea: Lips. — Wica: App. — 15) H. defuncti: Comp. I. Ms. — H. deluti: Aug., Lips. — H. de Lasi: Cass. — H. de Laci: App. — 16) ita Aug. — Wmo de Mediran.: Comp. I. Ms. — W. Wilhelm scil. de Medirano: Cass. — W. scil. de Mediran.: App. — W. scil. de Medirano: Lips. — 16*) debeant mutari: Coll. c. 11.

Cap. X. 17) Restitutum ex App. XV. 3., Lips. LII. 13., Cass. LIII. 6., Comp. I. h. t. c. 12. — 18) P. C. Inter ceteras: Lips. — Inter ceteras, et infra: Comp. I. — cf. c. 4. de resc. l. 3. — 19) concedant: C. H. — 20) etiam habent: C. R. I. — 21) ipsas: App. — ens: Comp. I. — 22) episcopo: ead. Ms. — 23) repraesentent: C. H., Comp. I. Aug. — praesentant: App. — 24) repraesentationem: Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 25) instituuntur: C. H. — 26) et cor.: Cass. — 27) fuerint: App. — 28) praesentatione: C. L.

Cap. XI. 29) Restitutum ex App. XV. 9., Lips. I. M. 14., Cass. LIII. 7., Comp. I. h. t. c. 13. — 30) Idem (i. e. Lucius III.): App. simplicior. — 31) ecclesiis: Cass. — 32) Quia: Cass. — Quum: App. — 33) ep. sui: Cass. — ep. interveniat et cons. adsit: App. — 34) et etiam cons.: C. H. — consensus accesserit: Lips. — 35) desid. in App. — 36) longa: Coll. c. 11. — 37) ac: Cass. — 38) add.: App. — 39) concessum: Lips. — 40) possunt: Cass., Comp. I. — 41) huius: ib. — 42) omitt. Lips.

Cap. XII. 43) Restitutum ex App. XV. 12., Lips. LII. 17., Cass. LIII. 10., Comp. I. h. t. c. 15. — 44) Eug.: Lips. — Lund.: Comp. I. Ms. — London.: Aug. — Lundo: Cass. — Londoniensis: App. — add.: P. C. Ad aures: Cass. (1) — 45) omitt. Lips. — 46) quae ad: C. R. 2. — 47) controversiis: Cass. — 48) differtur: Lips., Cass., Comp. I. — discrepantium ordinationes . . . differtur: App. — 49) nullius appell. vel (et: App. Comp. I. Aug.) contradicit. obstante: Coll. c. 11. — 50) constituere: Cass. — 50*) praesentetur: ead. — 51) evicit: Comp. I. Aug.

Cap. XIII. 52) Restitutum ex App. XV. 13., Lips. LII. 18., Cass. LIII. 11., Comp. I. h. t. c. 16. — 53) dilectis filiis hosp. et templariis: Lips., Cass., Comp. I. — inscr. desid. in App. — 54*) relinquitis: App.

presbyteros nisi per episcopum instituat, nec episcopo ius⁵⁴) parochiale minuere⁵⁵) "aut auferre aliquatenus" praesumat. "Excommunicatos quoque etc."

CAP. XIV. 56)

Sine consensu patroni non potest quis ecclesiam occupare.

Idem.

Ex ininuatione "dilecti filii nostri" O.⁵⁷) clerici accepimus, quod, quum ei⁵⁸) frater eius⁵⁹) ius patronatus, quod in quibusdam ecclesiis, "in Lincolnensi⁶⁰) et Salisberiensi episcopatibus constitutis," habebat, liberaliter contulisset, eas "ecclesias" quidam "presbyteri et alii occasione fratris praedicti O." sine ipsius "voluntate et assensu⁶¹)" per violentiam occuparunt, et "eas iniuste" detinent occupatas. "Quia igitur nostra interest, ea, quae minus ordinate ab aliquibus subiectis attentantur, ad rectitudinis tramitem revocare, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" Mandamus, quatenus, "reverentia diligenter inquisita et cognita," si est ita⁶²), "sicut dictum est, memoratos presbyteros ecclesiarum earum⁶³) detentores⁶⁴), ut easdem praedicto clerico restituant, per eum libere et pacifice⁶⁵) ordinandas, monitione praemissa compellas. "Quodsi praedicti presbyteri communitati tuae acquiescere forte noluerint, etc."

CAP. XV. 66)

Non potest patronus ecclesiam sibi retinere, vel etiam alteri concedere propria auctoritate.

Idem Adonensi⁶⁷) Episcopo.

Consultavit nos "tua fraternitas, quid tibi faciendum sit de clericis, qui ecclesias constructas hereditario iure sibi vindicant, nec tibi volunt exinde respondere, et de laicis, qui praescriptas ecclesias filii vel nepotibus suis dare nituntur." Quum "autem" sanctuarium Dei iure hereditario teneri non possit, "et indignum sit penitus et absurdum, ut quilibet auctoritate propria ecclesiam occupet, vel taliter occupatam detineat," non⁶⁸) decet aliquatenus sustineri, ut "in episcopatu tuo vel" clerici ecclesias a parentibus suis⁶⁹) fundatas propria auctoritate detineant, aut laici filiis vel aliquibus aliis⁷⁰) "ecclesias" concedant easdem⁷¹).

CAP. XVI. 73)

Ius patronatus per se vendi non potest.

Idem.

De iure vero⁷³) patronatus "capellae de Straton hoc tuae discretioni" mandamus, quatenus⁷⁴), si R. "Brito" illud comparavit⁷⁵), quum inconueniens sit "et inhonestum" vendi ius patronatus, quod est spirituali annexum⁷⁶), contractum illum "sublato appellationis remedio" irritum esse decernas⁷⁷), "ipsumque apostolica auctoritate fretus non differas revocare."

CAP. XVII. 78)

Patronus non potest sine episcopi vel Papae consensu etiam loco religioso conferre ecclesiae decimas vel aliud spirituale.

Idem.

Nullus laicus decimas, aut ecclesiam⁷⁹), aut quicquid ecclesia-

stici iuris est, sine concessione sui pontificis monasteriis⁸⁰) vel canonicis conferat. Et si quis episcopus⁸¹) improbitatis vel avaritiae causa consentire noluerit, Romano⁸²) Pontifici nunciatur⁸³), et quod offerendum est⁸⁴) tunc eius licentia offeratur.

CAP. XVIII. 85)

Si quis episcopus in ecclesia alterius dioecesis est patronus, praesentatus ab eo debet admitti, si est idoneus.

Idem. 86)

Significasti (Et infra:) "Ceterum" Si episcopi post promotionem suam praesentationem⁸⁷) personarum ad ecclesias a patronis eorum⁸⁸) pro ecclesiis sibi commissis adepti fuerint, personae idoneae, quas ad eas vacantes praesentaverint⁸⁹), sunt admittendae.

CAP. XIX. 90)

Institutus ad praesentationem eius, qui tunc ius patronatus ecclesiae possidebat, removeri non debet, licet illud ius ab eo postmodum evinctur; secus, si non possidebat, sed tantum credebatur esse patronus.

Idem abbati S. Alberti. 91)

Consultationibus (Et infra: [cf. c. 10. de off. iud. del. I. 29.]) Si aliquis⁹²) clericus ab ordinario iudice in "aliqua" ecclesia fuerit institutus ad praesentationem⁹³) illius⁹⁴), qui eiusdem⁹⁵) ecclesiae⁹⁶) credebatur esse patronus, et postea ius patronatus alius evicerit in iudicio, "clericus, qui institutus est," non debet⁹⁷) ab ipsa "ecclesia" propter hoc⁹⁸) removeri, si tempore praesentationis suae ille, qui eum praesentavit, ius patronatus ecclesiae possidebat, quum⁹⁹) ex hoc ei, qui de iure debet habere, nullum in posterum praecidium generetur. Si vero "tunc" non possidebat "ius patronatus," sed tantum¹⁰⁰) credebatur esse patronus, quum "tamen" non esset, "nec possessionem patronatus habet: secundum consuetudinem Anglicanam" poterit ab eadem ecclesia removeri. "Donationes vero etc. [cf. c. 4. de don. III. 24.]"

CAP. XX. 1)

Valet secunda concessio ecclesiae, facta alteri ecclesiae per episcopum et patronum, non obstante priori, facta per patronum solum.

Idem Eboracensi Archiepiscopo. 2)

Suggestum est "auribus nostris," quod, quum ecclesiae quaedam³) de⁴) assensu domini fundi "et" auctoritate Eboracensis archiepiscopi ecclesiae beati P.⁵) Eboracensis concessae et assignatae sint⁶) in praebendam, canonici de Novoburgo concessionem illam "attenuare et" irritare nituntur occasione donationis, quam sibi asserunt prius factam "fuisse." Unde, licet in donationibus ecclesiarum⁷) requirendus⁸) sit et expectandus patronorum consensus, quia tamen ecclesiae "ipsae," nisi auctoritas intervenerit pontificalis⁹), canonice concedi non possunt: "universitati vestrae" significamus, quod prior concessio, si cum assensu¹⁰) patroni et auctoritate dioecesani episcopi¹¹) facta est, aut eius assensus fuerit¹²) postea subsecutus, posteriori concessioni praefertur; alioquin illa debet praeferrī, quamvis posterior facta "sit," quae consensu domini fundi et episcopi auctoritate fulcitur.

Cap. XIII. 54) add.: ita: App. — 55) imminuere: Lips., Cass., Comp. I. Ms.

Cap. XIV. 56) Restitutum ex App. XV. 44., Lips. LII. 19., Cass. LIII. 12., Comp. I. h. t. c. 1. — 57) E.: C. H. — C.: Cass. — 58) quum ei: desid. in C. H. — ei: omitt. Lips. — 59) tuus: Lips. suus: — App., Cass., Comp. I. — 60) easdem: Coll. citt. — 61) consensu: App. — 62) si ita, sic, dict. est, (omitt. Cass.) esse (desid. in App.) inveneris (Cass.: invenis — App.: cognoveris): Coll. citt. — 63) earundem: Lips., Comp. I. Aug. — 64) detentores (detentatores: Comp. I. Aug.) moneas, monisque omnibus inducas, ut easdem ecclesias praedicto clerico sine mora et difficultate restituant, libere et pacifice ordinandas, et nullum ei exinde molestiam inferant (ferant: Aug.) vel gravamen: Coll. citt. — 65) et pac.: desid. in C. R. H. I. et ap. Cont.

Cap. XV. 66) Restitutum ex App. XV. 43., Lips. LII. 20., Cass. LIII. 13., Comp. I. h. t. c. 18. — 67) Andreis: Cass., Comp. I. Aug. — Andron.: Comp. I. Ms. — inser. desid. in App. et Lips. — 68) nec (non: Comp. I. Aug.) te (omitt. Lips., Comp. I.) decet aliquatenus sustinere: Coll. citt. — 69) desid. in App. — 70) omitt. C. H. — laicis: Cont. — 71) ipsas: Lips., Comp. I. — desid. in App. et Cass.

Cap. XVI. 73) Restitutum ex App. XLVII. 1., Lips. LII. 22., Cass. LIII. 15., Comp. I. h. t. c. 20. — 73) abest a C. H., App. — 74) ut: Coll. citt. — 75) comparaverit: C. R. H. — 76) quod . . . annex: emblema Raymundi. — 77) denunciis manere: Lips., Cass., Comp. I. — denunciis invenem: App.

Cap. XVII. 78) Restitutum ex App. XV. 48., Lips. LII. 23., Cass. LIII. 16., Comp. I. h. t. c. 21. — 79) ecclesiam: Comp. I. Aug. — 80) nec

mon. (in mon.: Comp. I. Ms.) . . . nec can. offerat: Coll. citt. — 81) add.: vel praepositus: C. H. — 82) hoc Rom.: C. R. 1. — 83) intimetur: C. H. — 84) eis: App.

Cap. XVIII. 85) Restitutum ex App. XV. 49., Lips. LII. 24., Cass. LIII. 17., Comp. I. h. t. c. 22. — 86) add.: P. C. Signum: Cass. — P. C. Signific.: Lips. — cf. c. 7. de off. iud. del. I. 29. (1) — 87) repraesentationes: Lips., Cass., Comp. I. — 88) eorum: C. H. — ecclesiarum: Coll. citt. — 89) repraesentaverint: Lips., Cass., Comp. I. Aug.

Cap. XIX. 90) Restitutum ex App. XV. 20., Lips. LII. 25., Cass. LIII. 18., Comp. I. h. t. c. 23. — 91) Albani: App., Comp. I. Aug. — Albini: Lips., Cass. — add.: P. C. Inconsultum: App. — P. C. Consultationibus: Lips., Cass. — 92) quis: App. — 93) repraesentationem: Lips., Cass., Comp. I. — 94) ipsius: App. — 95) eius videbatur patronus: C. H. — 96) abest a C. R. L., Cont. — 97) deberet: Comp. I. Aug. — 98) propter hoc: desid. in App. — 99) quum . . . generetur: emblema Raymundi. — 100) tantummodo: App., Lips., Cass.

Cap. XX. 1) Restitutum ex App. XV. 23., Lips. LII. 27., Cass. LIII. 20., Comp. I. h. t. c. 26. — 2) add.: et capitulo: Lips., Comp. I. Ms. — 3) de Ocha, H. de Horoles, Part. et de Lud.: Comp. I. Ms. — de Ocha, ac de Horoles, Sinter et de Land.: Aug. — de Ocam H. de Ortalis Sarum et de Lauzender: Cass. — de Ocha, H. de Horales Sar. et Land.: Lips. — de Ocha et de Malesart et de Leinder: App. — 4) omitt. Cass. — 5) Petri: Coll. citt., Böhm. — 6) sunt: Lips. — fuerint: C. H. — 7) ecclesiae: Cass., Comp. I. Aug. — 8) expectandus: Cass. — 9) pontificis: Cass. — 10) consensu: App. — 11) desid. in C. R. L. H. — 12) add.: etiam: C. H.

CAP. XXI.¹³⁾

Ab officio et beneficio remouetur qui monitus non dimittit ecclesiam sine consensu episcopi sibi concessam. H. d. — (Ad hoc etc.) Laici, spoliatus ecclesiam, excommunicantur. H. d.

Idem Archiepiscopis et Episcopis¹⁴⁾ per Angliam¹⁵⁾ constituitis.

Relatum est nobis¹⁶⁾, quod nonnulli, "ambitione nimia tracti," occasione laicae¹⁷⁾ recognitionis "vel potentiae saecularis in saeculari foro," non¹⁸⁾ requisita episcopi audientia¹⁹⁾, "patronatus ecclesiarum et" beneficia ecclesiastica sibi praesumunt in vestris parochiis vindicare. Quoniam igitur²⁰⁾ huiusmodi²¹⁾ personae non intrant per ostium, sed aliunde ascendunt²²⁾, ac per hoc indigni sunt pastoris nomine vel²³⁾ praerogativa gaudere, "fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus eos, "quos patronatus ecclesiarum vel ecclesiastica beneficia constitit praedicto modo adeptos," si commoniti praedicta²⁴⁾ minime resignauerint, nisi "praescriptione aut" episcopali concessionis muniti fuerint, "sublato appellationis diffugio" ab officio²⁵⁾ reddatis²⁶⁾ et beneficio²⁷⁾ alieno, "et si nec sic destiterint, vinculo anathematis innodatis, et usque ad dignam satisfactionem teneatis et teneri faciatis adstrictos." Ad hoc²⁸⁾, quoniam quidam laici ecclesiam "terris et aliis" possessionibus spoliant, ut sic viros ecclesiasticos faciant coram saeculari iudice litigare, vobis "praesentium auctoritate" iniungimus, ut id publice²⁹⁾ sub interminatione curetis anathematis prohibere. Si quis autem prohibitionis vestrae³⁰⁾ contemptor extiterit, eum, "si manifestum fuerit, appellatione cessante" excommunicationi subdatis³¹⁾, "et usque ad dignam satisfactionem sicut excommunicatum faciatis attentius curari."

CAP. XXII.³²⁾

Si questio iuris patronatus infra sex menses non terminatur a tempore vacationis, libere potest episcopus sine praesentatione ibidem instituire rectorem. H. d. Sed intellige de patronis ecclesiasticis; nam in laicis sufficiunt quatuor menses.

Idem.

Eam te decet (Et infra: [cf. c. 4. de aet. et qual. I. 14.]) Illas autem ecclesias, de quarum patronatu controversia fuerit³³⁾, si infra sex menses, postquam vacauerint, non fuerit controversia³⁴⁾ terminata, licitum tibi sit de persona idonea "sublato appellationis obstaculo" ordinare. "Ad haec etc. [cf. c. 27. de app. II. 28.]"

CAP. XXIII.³⁵⁾

Patronus ius patronatus propria auctoritate alienare non potest, nec ab ecclesia aliquid temporale exigere, nisi tempore foundationis a dioeceseo illud fuerit sibi reservatum.

Lucius III.

Praeterea, quoniam advocati ecclesiarum "in tantam noscuntur insolentiam prorupisse, ut sacerdotes et alios ecclesiasticos viros pro suae voluntatis arbitrio ecclesiis ipsis instituant atque destituant, et" ius aduocationis donationis vel emptionis titulo, aliisque pro sua voluntate contractibus "etiam" in alios transferre praesumunt, fodrum, albergarias, regium et similia, tanquam a propriis rusticis, ab "ipsis" ecclesiis extorquentes, "et quod ministri ecclesiarum eis inconsultis faciunt iuxta proprium arbitrium in irritum deducunt," praesenti decreto statuimus³⁶⁾, eos, sive advocati³⁷⁾, sive patroni, vel vicedomini, sive custodes, vel guardias³⁸⁾ habentes, seu quocunque alio nomine censeantur, a gravaminibus³⁹⁾ ecclesiarum cessare, nihilque in ipsis praeter antiquos et moderatos redditus a locorum episcopis institutos exigere, aut⁴⁰⁾, si aliud⁴¹⁾ exegerint, excommunicationi subdantur⁴²⁾. Contractus quoque huiusmodi, quos fecerunt vel facient in futurum, "prae-

Cap. XXI. 13) Restitutum ex App. L. 33. 34., Lips. LF. 30., Cass. LIII. 25., Comp. I. h. t. c. 3. — 14) desid. in Cass. — 15) Guilliam: App., Cass., Comp. I. Ms. — 16) desid. in C. R. H. et ap. Cont. — auribus nostris: Coll. citt. — 17) occ. laici: App. — 18) nec: ib. — 19) auctoritate: C. H. — 20) desid. ib. — 21) huius: Cass. — 22) contendunt: App. — 23) ac: ib. — 24) non exstat in Coll. citt. — 25) officii: App., Lips., Cass. — 26) reddas: Comp. I. Ms. — 27) beneficii: App., Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 28) haec: Lips., Cass., Comp. I. — 29) desid. in C. H. — 30) nostrae: C. R. 2. — 31) subiciunt: Cass.

Cap. XXII. 32) Restitutum ex Lips. XIX. 5., Cass. XXX. 4., Comp. I. c. 5. de aet. et qual. I. 8. — 33) vertitur: C. H. — 34) abest a C. R. L. — questio, Coll. citt.

Cap. XXIII. 35) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 29. — 36) add.: P. C. Ad abolendum: Comp. I. — cf. c. 9. de haer. V. 7. — 37) subnectimus, et auctoritate apost. firmamus: Comp. I. — 38) add.: in eisdem: C. R. 1. — 39) a praedictorum gravaminum importunitate cessare, nihilque in ecclesiis, in quibus sibi aliquam de praedictis vindicare potestatem: Comp. I. — 40) et: C. R. 2. L. — 41) aliquid: C. R. 1. — 42) excommunicationis sententiae subiacere. Contractus etiam, quos de alienatione aduocationis, seu patronatus vel (omitt. Ms.) fecerint (fecerunt: Ms.) hactenus, vel facere in futuro praesumpserint: Comp. I.

senti constitutione cassamus, et eos" vim aliquam decernimus non habere. "Ne autem etc."

CAP. XXIV.⁴³⁾

In pluribus successive praesentatis a patrono laico, episcopo datur gratificatio, sed in praesentatis a persona ecclesiastica potior est primo praesentatus. H. d. specialiter, et est unum de principalioribus capituli.

Idem Noricensi Episcopo.⁴⁴⁾

Quum autem⁴⁵⁾ advocatus⁴⁶⁾ clericum "numm" idoneum episcopo praesentaverit⁴⁷⁾, et postulaverit postmodum, eo non refutato⁴⁸⁾, alium neque idoneum in eadem ecclesia admitti: quis eorum alteri praefereatur, iudicio⁴⁹⁾ episcopi credimus relinquendum, si laicus fuerit, cui vis competit praesentandi⁵⁰⁾. Verum si collegium vel ecclesiastica⁵¹⁾ persona praesentationem haberet, qui prior est tempore, iure potior esse videtur.⁵²⁾

CAP. XXV.⁵³⁾

Ex constructione ecclesiae, facta de consensu episcopi, acquiritur ius patronatus. Hoc primo. Patronus non eligit praelatum in conventuali ecclesia, sed in capella sic. Hoc secundo. Patrono debetur processio honoris, et alimentatur ab ecclesia, si vergat ad inopiam. Hoc tertio. Et iste textus est de principalioribus.

Clemens III.⁵⁴⁾

Nobis fuit⁵⁵⁾ (Et infra: [cf. c. 27. de simon. V. 3.]) "Praeterea quaevisisti a nobis, si aliquis efficiatur sola ecclesiae constructione patronus, vel si ad electionem plebani sit cum clericis admitteendus, seu ab ipsa repellendus omnino, tametsi de longa consuetudine allegaverit se electioni interesse debere." Inquisitioni tuae⁵⁶⁾ tale damus responsum, quod, si quis ecclesiam⁵⁷⁾ cum assensu dioeceseo "episcopi" construxit⁵⁸⁾, ex eo ius patronatus acquirit. Ceterum in conventuali ecclesia non electioni praelati⁵⁹⁾ faciendae, sed iam factae honestius⁶⁰⁾ patroni postulat assensus⁶¹⁾, nisi "patronus" aliter⁶²⁾ de sua iurisdictione obtineat, ut partes suas interponere debeat electioni tractandae. Secus tamen est in capella, in qua unus presbyter "instituitur" a patrono⁶³⁾ "quandoque" eligitur, et pro institutione habenda loci episcopo praesentatur. Pro fundatione⁶⁴⁾ quoque ecclesiae⁶⁵⁾ honor processio fundatori servatur, et, si ad inopiam vergat⁶⁶⁾, ab ecclesia illi modeste succurritur⁶⁷⁾, sicut in sacris⁶⁸⁾ est canonibus institutum⁶⁹⁾. "Ad ultimum etc. [cf. c. 27. de simon. V. 3.] Dat. Lat. VIII. Id. Maii."

CAP. XXVI.⁷⁰⁾

Patronus ecclesiae vacantis, quamquam sit clericus, ad eam se praesentare non potest.

Innocentius III. Rothomagensi Archiepiscopo.

Per nostras⁷¹⁾ postulasti literas edoceri, utrum clericus "aliquis" ad vacantem ecclesiam, in qua ius obtinet patronatus, se ipsum, si est idoneus, valeat praesentare. Quum igitur nullus se ingerere debeat ecclesiasticae⁷²⁾ praelationis officii, "inquisitioni tuae taliter" respondemus⁷³⁾, quod nullus se⁷⁴⁾ potest ad personatum alicuius ecclesiae praesentare, quantumcumque idoneus sit, et quibuscunque studiis et meritis adiuuetur. "Dat. Rom. III. Id. Iun. Pont. nostri Ao. I." [1198.]

CAP. XXVII.⁷⁴⁾

Si questio iuris patronatus inter patronos non diffinitur infra quatuor menses, episcopus ordinat ecclesiam sine praedictio eorumdem.

Idem Conuentrensi⁷⁴⁾ Episcopo.

Quum propter discordias laicorum "non debeat ecclesiae praetudicium generari, grave gerimus et indignum, quod, sicut nostro est

Cap. XXIV. 43) Restitutum ex App. XV. 8., Comp. I. h. t. c. un. — 44) add.: P. C. Tua nos: Comp. I. — cf. c. 11. de iureiur. II. 24. — 45) desid. in App. — 46) patronus: C. H. — 47) praesentavit: Comp. I. Aug. — 48) instituto: App. — 49) in iud.: Comp. I. Aug. — 50) patronatus: C. H. — 51) religiosus: App., Comp. I. — 52) merito videtur: ib.

Cap. XXV. 53) Restitutum ex Lnc. ap. Bal. III. 376., Comp. II. h. t. c. 2. — 54) archiepiscopo de S. Marino: Luc. — 55) fuerit: C. H. — 56) Et huc siquidem: Luc. — Ad hoc siquid: Comp. II. Ms. A. — In huiusmodi siquid: Ms. B., Aug. — 57) eccl. consensu: Luc. — 58) construxerit: C. R. L. H., Lnc., Comp. II. — 59) plebani: Coll. citt. — 60) ut hon.: Luc. — 61) consensus: ead. — 62) alius: Comp. II. Ms. A., Luc. — 63) quoniam a patr. el. et per institutionem habendam: Luc. — 64) fund. ecclesiae: Comp. II. Ms. A. — 65) ipsi: Comp. II. — ipsa: Luc. — desid. in C. R. 1. L. — 66) vergit: Coll. citt. — 67) ipsi mod. succurratur: Comp. II. Ms. A. — 68) omitt. O. H., Comp. II. Ms. A., Luc. — 69) constitutum: Coll. citt.

Cap. XXVI. 70) Restitutum ex Reg. Bal. I. 264. — Comp. III. h. t. c. 1. — 71) vestras postulasti: Comp. III. Aug. — 72) ad eccl.: off. cium: Reg. — 73) resp. tibi: C. R. 1. — 74) add.: ipsum: C. H.

Cap. XXVII. 74) Restitutum ex Reg. Bal. I. 521. — Comp. III. h. t. c. 2. — 74) G. Cono. ep.: Reg.

apostolatus reservatum, occasione dissensionis, quae de iure patronatus vertitur inter eos, ecclesiae plus debito remanent rectoribus viduatae, quod in ipsarum grave dispendium noscitur redundare. Verum quia secundum Apostolum instantia nostra quotidiana est omnium ecclesiarum sollicitudo continua: volentes his, quae praemisimus, ex debito pontificalis officii obviare, Fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si de iure patronatus quaestio emerit⁷⁵ inter aliquos, et ab eo⁷⁵, cui competit⁷⁶, infra⁷⁷ quatuor menses non fuerit diffinitum, extunc ecclesiam ipsam appellations remota de persona non differas idonea ordinare, ita, quod illi ex hoc non debeat in posterum praerudicium generari, qui ius evertit patronatus. *Dat. Lut. III. Id. Ian.* [1499.]

CAP. XXVIII.⁷⁸

Legatus de latere ecclesiam, cuius alii ecclesia est patrona, collationi suae reservare potest, licet non vacet, et conferre, quum vacat. Hoc primo. Ex duobus, praesentatis a patrono laico, potest superior institueri secundum. Hoc secundo. Et sic quoad intellectum iste textus habet duo dicta diversa, licet quoad litteram ambo commisceantur.

Idem Archidiacono et Cancellario Altissiodorensibus.⁷⁹

Quum dilectus filius, magister Walterus de Picere pro se ipso, et magister H. de Fernemaco pro decano de Ameli pro ecclesia de Bardville invicem litigarent, illis dilectum filium G. sanctae Mariae in porticu diaconum cardinalem concessimus auditorem. In cuius praesentia idem magister proponendo monstravit, quod, quum olim venerabilis frater noster Hostiensis episcopus, tunc⁸⁰ sedis apostolicae legatus in partibus Gallicanis, W. de Montibus inquisisset caractere clericali, dilecto filio archidiacono Carnotensi mandaverit⁸¹, ut ecclesiam, quam in archidiaconatu suo primo vacare contingeret⁸², donationi suae servaret⁸³, inhibens, ne alicui conferret eandem, de⁸⁴ qua G.⁸⁵ clerico disposuerat providere, et ecclesia de Berovilla⁸⁶ ibi vacasset, idem archidiaconus⁸⁷ contra mandatum eiusdem legati ad ipsam G. subdiaconum praesentavit⁸⁸, cuius facto ab eodem legato cassato, ipse praefatus G. concessit ecclesiam sic vacantem. (Et infra:) Vacante vero quadam praebenda in ecclesia sancti Martini Carnotensis dioecesis, episcopus dictam ecclesiam ad praesentationem archidiaconi H. clerico, praebendam vero praefato G. assignare curavit. Unde ipse H.⁸⁹ supplicabat⁹⁰, eandem sibi ecclesiam confirmari, utpote quam "canonice ac etiam" ad praesentationem archidiaconi⁹¹ veri patroni se dicebat adeptum. "E contra procurator decani respondit, quod, etsi dictus legatus donationi suae reservari mandaverit primo in archidiaconatu Carnotensi ecclesiam vacaturam, circa tamen praedictam ecclesiam hoc facere de iure non potuit, quia talis potestas sibi minime competeat, quum praesentatio clerici ad illam ecclesiam non tanquam clerico, sed quasi laico ratione patronatus, non ture archidiaconatus eidem archidiacono pertineret. Unde quum inhibitionem ipsius in hoc idem archidiaconus custodire minime teneretur, alium ad eandem ecclesiam de iure potuit praesentare, ac praesentatio eius debet, ex quo idonea facta est, firma censeri." Nos igitur, "his et aliis, quae coram eodem auditore fuere proposita nobisque relata fideliter per eundem, diligentius intellectis," attendentes, quod, etsi praefatus archidiaconus memoratum G.⁹² tanquam laicus ad illam ecclesiam⁹³ praesentasset, quia tamen ipse decanus per dioecesanum episcopum⁹⁴ admissus non fuit, sed dictus H.⁹⁵ ab eodem archidiacono praesentatus, a dioecesano fuit episcopo institutus, iuxta statutum "bonae memoriae" Alexandri⁹⁶ Papae "praedecessoris nostri" non primus, sed secundus ius est assecutus in ecclesia memorata⁹⁶, etsi memoratus archidiaconus praefatum G.⁹⁷ tanquam clericus⁹⁸ praesentavit, quoniam in eo, quod tanquam clericus faciebat, suberat iurisdictioni legati⁹⁹, unde, postquam idem legatus donationem illius ecclesiae sibi decreverat reservandam, ad eam tanquam clericus non potuit quempiam praesentare, praesentationem ipsius¹⁰⁰

minus canonice factam "fuisse" decernimus¹) irritam²), et, ea "penitus" non obstante, concessionem eiusdem ecclesiae, factam praenominato H.³), pronunciamus⁴) canonicam existisse, "cassantes nihilominus quod per delegatos a supra dicto archiepiscopo Senonensi post appellationem ad nos legitime interpositam existit attentatum, et" adiudicantes eidem "magistro" praefatam ecclesiam cum fructibus, medio tempore perceptis ex ea⁵), plene ac pacifice possidendam, praedicto G.⁶) super hoc perpetuum silentium imponendo.

CAP. XXIX.⁷)

Si laicus patronus duos successive praesentet, valet institutio de secundo, non obstante appellatione prius facta per primum; episcopus tamen, qui malitiose primum repulit, eidem in competenti beneficio providere compellitur. Et in ultimo est casus singularis.

Idem Eliensi Episcopo.

Pastoralis officii (Et infra: [cf. c. 28. de off. iud. del. I. 29.]) Quum autem saepe contingat, patronos ecclesiarum laicos nunc unum, nunc alium ad vacantes ecclesias praesentare, sollicite Postulasti per sedem apostolicam edoceri⁸), an clericus, ad aliquam ecclesiam a patrono laico praesentatus, si dioecesanus⁹ episcopus¹⁰ ipsum non duxerit admittendum, ex huiusmodi praesentatione aliquid iuris assequatur in illa; et, si forte idem ad sedem apostolicam appellaverit¹¹), et post appellationem ab ipso interpositam idem patronus alium curaverit praesentare, ac secundum¹²) instituit episcopum praesentatum, idem ab ipsa¹³) ecclesia "merito" debeat amoveri. Nos igitur "bonae memoriae" Alexandri Papae "praedecessoris nostri pro sua reverentia" vestigiis inherentes, qui inter¹⁴) praesentatos a clerico et laico patronis¹⁵) distinguens, inter praesentatos a laico conditionem possidentis censuit meliorem¹⁶), dicimus, quod institutio praesentati secundo loco a laico patrono robor obtinet¹⁷) firmitatis. Verumtamen constituimus, ut episcopus, qui praesentatum idoneum malitiose recusavit admittere, ad providendum eidem in competenti beneficio compellatur, quatenus puniatur in eo, in quo ipsum non est dubium deliquisse. "Interrogasti etc. [cf. c. 19. de priv. V. 33.] *Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Ian.*" [1204.]

CAP. XXX.¹⁸)

Si ad praesentationem rectoris ad titulum ecclesiae aliquis fuerit ordinatus, patronus, qui non consensit, ad ipsum, quum vacabit, poterit praesentare.

Idem Auriensi¹⁹) Episcopo.

Postulasti per sedem apostolicam edoceri, ut, quum rectores parochialium ecclesiarum "quandoque" quosdam praesentent ad usum ecclesiarum titulos ordinandos, utrum electio talium ad ipsos rectores pertineat, vel etiam ad patronos; et, si in his patronorum non est requirendus assensus, utrum ius illis salvum maneat²⁰) eligendi, ut, quum ipsas ecclesias vacare contigerit, intitulati²¹) huiusmodi non sint²²) aliis praeferendi. Ad quod "fraternitati tuae" breviter respondemus, quod per intitutionem huiusmodi nullum patronis praerudicium generatur, quin possint alios ad illas²³) ecclesias, quum vacaverint, praesentare, nisi de patronorum²⁴) processisset²⁵) assensu. *Dat. Lat. II. Id. Febr. Pont. nostr. Ao. XI.* [1208.]

CAP. XXXI.

Patronus etiam clericus ecclesiam vacantem conferre non potest, et, si contulerit, potest nihilominus ad illam praesentare.

Gregorius IX. Archiepiscopo Eboracensi.

Transmissae ad nos tuae²⁶) litterae continebant, quod, quum capitulum Eboracense ecclesiam de Gamsforde vacantem, in qua ius obtinent patronatus, R. clerico concessissent²⁷), ipsi postmodum L.²⁸) clericum tibi ad eandem ecclesiam praesentarunt post appel-

Cap. XXVII. 75) evenerit: C. H. — 75) ad eo: omitt. C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 76) competat: C. H. — 77) intra: Cont., Böhm.

Cap. XXVIII. 78) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 3. — 79) et decano Alt. Parisien.: Comp. III. — 80) legationis officio fungeretur: ib. — 81) mandavit: ib. — 82) contigerit: C. R. — 83) reservare curaret: Comp. III. — 84) Quae sequuntur, ita sunt in compendium redacta, ut restitui omnino non possint. Quare ad ipsam tertiam Comp. lectores liceat ablegare. — 85) V.: C. R. 1. — W.: C. R. 2. L., Comp. III. — 86) Foroville: C. R. 1. — Borovilla: Comp. III. — 87) idem arch.: dejid. in C. H. — 88) praesentaverit: ib. — 89) magister: Comp. III. — 90) supplicavit: C. R. 1. — 91) abest a Comp. III. — 92) decanum: ib. — 93) desid. in Comp. III. Aug. — 94) omitt. C. R. H., Cont. — 95) sed alius: Comp. III. — 95) cf. supr. c. 5. — 96) eandem: ib. — 97) decanum: ib. — 98) tanq. cler.: non leg. ib. — 99) quoniam in eo, qui tanquam clericus faciebat, idem erat iurisdictionis legati: Comp. III. Aug. — 100) omitt.

ib. — 1) decrevimus: C. R. 1., Comp. III. — 2) abest a C. R. L. et Comp. III. — 3) de praen. H.: C. H. — magistro W.: Comp. III. Ms. — mag. Waltero: Aug. — 4) pronunciamus: C. L. — 5) et ea... possidendam: C. H. — 6) decano: Comp. III.

Cap. XXIX. 7) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 169. — Comp. III. h. t. c. 4. — 8) explicari: Reg. — 9) abest a C. H. — 10) eius: Reg. — 11) appellavit: ib. — 12) secundo instituerit: Comp. III., Reg. — 13) ipso: Comp. III. Aug. — seq. eccl.: omitt. Comp. III., Reg. — 14) inter... dist.: desid. in Comp. III. Aug. — 15) patrono: C. H. — 16) potorem: Reg. — 17) obtineat: C. R. 1. H.

Cap. XXX. 18) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 258. — Comp. III. h. t. c. 5. — 19) Arel.: G. L. H. — 20) remanent: Comp. III., Reg. — 21) intitulati: Comp. III. Aug. — 22) abest a C. H. — 23) ipsas: Comp. III., Reg. — 24) patroni: Comp. III. Aug. — 25) processisset: Reg. — Cap. XXXI. 26) abest a C. H. — 27) concesserunt: ib. — 28) I.: C. R. 1.

lationem ab eodem R. ad sedem apostolicam interiectam. (Et infra:) Consultationi tuae taliter respondemus, quod, quum ex vi iuris patronatus non concessio, sed praesentatio pertineat ad patronum, praesentatum, si ei aliquid non obstat canonicum²⁹), instituire in ipsa ecclesia poteris utpote potiorum.

TITULUS XXXIX.

DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS¹⁾ ET PROCURATIONIBUS.

CAP. I.²⁾

Ecclesiae fundandae debet pro dote tribui mansus, liber a quolibet servitio temporalis; ad ecclesiasticum tamen tenetur. Sed si aliquid confertur ecclesiae ultra mansum, tenetur ecclesia ex eo solvere onera consueta. H. d. inherendo literae.

Ex concilio apud Guarmaciam.

Sancitum est, ut unicuique ecclesiae unus mansus integer absque ullo³⁾ tribuatur⁴⁾. Et presbyteri in eis constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de areis⁵⁾ vel de hortis iuxta ecclesiam positos, neque de praedicto manso aliquid servitium faciant praeter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus *"suis"* debitum⁷⁾ servitium impendant.

CAP. II.

Solutio tributi arguit subiectionem.

Augustinus super epistola ad Romanos.⁸⁾

„Omnia anima sublimioribus potestatibus subdita sit.“ (Et infra:) Et vos subditi esse debetis. Ideo enim tributa praestatis, quia haec est probatio subiectionis.

CAP. III.⁹⁾

Non potest episcopus novum censum imponere monasterio.

Gregorius Stephano Cantori.¹⁰⁾

Scientes (Et infra:) Asseruit *"autem"* praedictus abbas¹¹⁾, presbyterum *"praedictae"* Massae¹²⁾ novas monasterio *"illi"* consuetudines velle imponere, *"quae ex tempore conditi monasterii per triennale tempus hactenus non fuerunt, siquidem si quid Deo illic munificentiae gratia a fidelibus viris oblatum fuerit, portionem se asserat debere percipere."* Mandamus¹³⁾, quatenus, si ab initio hoc¹⁴⁾ non fuerit¹⁵⁾, etiam labentibus temporibus aliquid¹⁶⁾ noviter non permittas imponi, *"maxime quum exiguae substantiae etc."*

CAP. IV.¹⁷⁾

Caecus et pauper ad collectas non tenentur.

Idem Constantino Episcopo.¹⁸⁾

Licet multum¹⁹⁾ (Et infra: [*cf. c. 1. de rest. spol. II. 13.*]) Dixit²⁰⁾ quoque praedictus caecus, quod ad collectas²¹⁾ inter alios *"civitatis Ianuensis habitatores et ipse"* pariter²²⁾ compellatur. *"Et miramur, quod qui magis misericordia dignus est, vobis praesentibus praegravetur."* Quod²³⁾ fieri non permittas, quia eum, quem caecitas sua gravat, inhumanum est nimis in collectione²⁴⁾ affigere, cui debuerat ex collectis²⁵⁾, si esset *"magna"* necessitas, misereri.

Cap. XXXI. 29) desid. in C. R. 1.

TIT. XXXIX. 1) et ex: C. R. 1. L. — Cap. I. 2) Cap. Reg. Fr. I. 85. (ed. Pertz.) — cf. c. 25. C. XXIII. qu. 8. et Coll. ibi c. 1. — Lips. XVI. 15., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) alio: Cap. — 4) add.: saeculari: C. H. — 5) attribuitur: Cap. — 6) atris: C. H., Lips., Comp. I., Cap. — 7) abest a C. H.

Cap. II. 8) Glos. ord. in Rom. XIII. 1. — Comp. I. h. t. c. 2.

Cap. III. 9) Restitutum (quantum opus fuit) ex Greg. Reg. II. 28. (A. 592.), Comp. I. h. t. c. 4. — 10) ad Steph. Cantuarii: Comp. I. Aug. — Cantuarii: Ms. — chartularium: Cass. — 11) add.: Ferrarini: C. R. 1. — 12) Manasse: ib. — 13) Quod diligenter agnoscat, et si: Comp. I. — Quod magnitudo tua studeat diligenter agnoscere, et si: Reg. — 14) haec C. H. — 15) fuit: C. L. H., Comp. I. Aug., Reg. — add.: impositum: C. L., Comp. I. Ms. — 16) aliud . . . non concedat: Reg.

Cap. IV. 17) Restitutum ex Greg. 1. Reg. IX. 126. (A. 599.) — Comp. I. c. 7. de rest. spol. II. 9. — 18) Constantio ep. Mediolanensi: Reg. — 19) multis: C. H. — 20) Dix. etiam: Comp. I. — Indicavit praeterea superscriptis portitor: Reg. — 21) quod ad collectas: Comp. I. Aug. — quod collecta facta: Reg. — 22) abest a C. H. — 23) Quod si ita est, denno ab eo per quemlibet exigi non permittas: Comp. I. — quod . . . exigi

CAP. V.²⁶⁾

Petens censum debet rationem exprimere.

Paschalis II. Comitissae Mathildae.

Pervenit ad nos, *"quod Fraxinorensis abbas Carpensensem ecclesiam fuerit depraedatus, occasione videlicet cuiusdam census, qui, ad quid solvi debeat, ignoratur."* Inquisitioni²⁷⁾ tuae taliter respondemus, quod census ignorantiae nec divinis, nec humanis legibus invenitur diffinitus; oportet quippe²⁸⁾, ut omnis census ad quid et quando²⁹⁾ persolvi debeat praesciatur. *"Mandamus ergo dilectioni tuae, ut praedam ipsam Carpensis ecclesiae restitui facias, etc."*

CAP. VI.³⁰⁾

Determinat concilium numerum equorum, quos secum ducere possunt praelati visitantes, et prohibet eis tunc uti venationibus, et sumptuosas epulas quaerere. Hoc primo usque ad vers. Prohibemus. — (Prohibemus etc.): — Praelati non debent gravare subditos tallis et exactionibus, permittitur tamen ex iusta causa petere ab eis moderatum auxilium. H. d. usque ad §. Sane. — (Sane etc.): In effectu dicitur, quod numerus equorum statutus in princ. cap. non debet trahi ad augendum numerum, alias solum. Abbas.

Ex concilio Lateranensi.

Quum Apostolus se ac suos propriis manibus decreverit exhibendos, ut locum praedicandi auferret pseudoapostolis, et illis, quibus praedicalat, non existeret onerosus: grave nimis *"et emendatione dignum"* esse³¹⁾ dignoscitur, quod quidam praelatorum³²⁾ ita in procuracionibus graves *"suis subditis"* existant³³⁾, ut *"pro huiusmodi causa ipsa"* interdum ecclesiastica ornamenta subditi exponere compellantur, et longi temporis victum³⁴⁾ brevis hora consumat³⁵⁾. Quocirca statuimus, quod³⁶⁾ archiepiscopi, parochias visitantes, prb diversitate provinciarum³⁷⁾, et facultatibus ecclesiarum XL. vel L.³⁸⁾ evectionum³⁹⁾ numerum, episcopi⁴⁰⁾ autem XX. vel XXX., cardinales *"autem"* XXV. nunquam⁴¹⁾ excedant, archidiaconi vero V. vel VII., decani constituti sub episcopis⁴²⁾ duobus equis⁴³⁾ contenti existant. Nec cum canibus venatoriis et avibus proficiantur, sed ita procedant, ut non quae sua sunt⁴⁴⁾, sed quae Iesu Christi quaerere videantur. Nec⁴⁵⁾ sumptuosas epulas quaerant, sed cum⁴⁶⁾ gratiarum actione recipiant quod honeste ac competenter illis fuerit ministratum. Prohibemus etiam⁴⁷⁾, ne subditos suos⁴⁸⁾ tallis et exactionibus episcopi gravare praesumant. Sustinemus autem⁴⁹⁾ pro multis necessitatibus, quae aliquoties superveniunt, ut, si manifesta ac rationabilis causa extiterit, cum caritate moderatum ab eis valeant auxilium postulare. Quum enim dicat Apostolus⁵⁰⁾: „Non debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis:“ multum longe a paterna pietate videtur, si praepositi subditis suis graves existant, quos in cunctis necessitatibus pastores debent more fovere. Archidiaconi vero sive decani nullas exactiones sive tallias in presbyteros seu clericos exercere praesumant. Sane, quod de praedicto numero evectionis⁵¹⁾ secundum tolerantiam dictum est, in illis locis poterit observari, in quibus ampliores sunt redditus et ecclesiasticae⁵²⁾ facultates. In pauperioribus autem locis tantam volumus teneri⁵³⁾ mensuram, ut ex⁵⁴⁾ accessu maioram minores⁵⁵⁾ merito non doleant se gravari. Nec sub tali indulgentia illi, qui paucioribus equis uti solebant hactenus, plurius sibi credant potestatem indultam.

CAP. VII.⁵⁶⁾

Novus census ecclesiis imponi non potest, nec antiquus augeri. H. d. et est de principalioribus huius tituli.

Ex eodem.

Prohibemus insuper, ne ab abbatibus, *"vel"* episcopis vel aliis praelatis novi census imponantur ecclesiis, nec⁵⁷⁾ veteres augeantur.

vestra sanctitas non permittat: Reg. — 24) collations: Comp. I., Reg. — 25) debuit ex collatione: ib.

Cap. V. 26) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 5. — 27) De quo mirum quum nos archipresbyter interrogaret, quod rationabile nobis videbatur respondemus (respondimus: Aug.). Censum enim: Comp. I. — 28) enim: C. H. — 29) quomodo: Comp. I.

Cap. VI. 30) Restitutum ex conc. Lat. III. (hab. A. 1179.) c. 4. Lips. 5., Cass. I. 5. XII. 6. 7., Comp. I. h. t. c. 6. — 31) fore: conc. — 32) fratrum et coepiscoporum nostrorum: Coll. c. 1. — 33) existant: C. L., conc. — 34) victus: C. R. 1. — vict. quae situm: Comp. I. Ms. — 35) consumit: Cass. — 36) ut: C. H., Lips., Cass., Comp. I. — 37) parochiarum: Cass. — 38) LX. vel L.: C. H. — 39) evectionis: Coll. c. 1., conc. — 40) cardinales vero XXV. non excedant, episcopi XX. vel XXX. nequaquam excedant: conc. — 41) nunquam: Comp. I. — nequaquam: Cass. — 42) ipsis: Comp. I., conc. — 43) duobus equitatis: C. R. 1. — 44) add.: quaerant: Comp. I. — 45) Nec etc.: desid. in Lips., Cass. — 46) abest a C. H. — 47) exan: Lips. — 48) abest a Cass. — 49) etiam: ib. — 50) desid. in Comp. I. Ms. — 2 Cor. XII. 14. — 51) evectionum: C. R. 1. — 52) ecclesiarum: conc. — 53) tenere: Cont. — observari: Cass. — 54) in: C. H. — 55) min. non debeant gravari: conc.

Cap. VII. 56) Restitutum ex eod. c. 7. — Lips. 10., Cass. XII. 10., Comp. I., h. t. c. 7. — 57) vel: C. H.

tur, nec partem reddituum suis usibus appropriare⁵⁸⁾ praesument; sed libertatem⁵⁹⁾, quam sibi maiores conservare⁶⁰⁾ desiderant, minoribus "quoque" suis bona voluntate conservent. Si quis vero aliter fecerit⁶¹⁾, irritum quod egerit habeatur.

CAP. VIII.⁶²⁾

Prælati seu rector ecclesiarum non potest, praesertim post mortem, ecclesiam suam propriis auctoritate constituere censualem.

Alexander III. Vigoriensi⁶³⁾ Episcopo.

Praeterea illi, qui, episcopo ignorante, auctoritate sua pensionem⁶⁴⁾ annuam de ecclesiis quadam illusione⁶⁵⁾ solverint sive receperint, eis defunctis, "nisi ab iis, qui per episcopum vel ministeriales eius auctoritatem instituendi personas habentes tus recipienti canonem receperint," in receptione pensionis non sunt aliquatenus audiendi; "praesertim" si pontificis⁶⁶⁾ aut alterius, qui⁶⁷⁾ de iure id facere potuerit⁶⁸⁾, auctoritatem⁶⁹⁾ et assensum super hoc⁷⁰⁾ non intervenisse constiterit. Non enim simplices sacerdotes vel clerici possunt ecclesias, quibus praesunt, auctoritate sua⁷¹⁾, praesertim post decessum suum, efficere censuales.

CAP. IX.⁷²⁾

Breve est, vel per alia verba summatur sic: *Episcopus ecclesiae, de manu laici per se ereptae, non potest ob hoc censum imponere.*

Idem Carnotensi⁷³⁾ Episcopo.

Ecclesiis "autem," quas de novo episcopi⁷⁴⁾ de manibus laicorum eripiunt, praeter cathedraicum et⁷⁵⁾ iura omnia, quae aliis ecclesiis imponuntur, exactionem prohibemus imponi⁷⁶⁾, "quin nobis exactionibus decreto nostro prohibemus generaliter amodo ecclesias praegravari. Ad haec etc. [cf. c. 8. de testam. III. 26.]"

CAP. X.⁷⁷⁾

Nova pedagia sine consensu principis imponens, communione privatur.

Idem.

Innovamus (Et infra: [cf. c. 2. de treuga I. 34.]) Nec quisquam alicui novas pedagogiorum⁷⁸⁾ exactiones sine⁷⁹⁾ auctoritate et consensu regum et principum statuere, aut statutas tenere aut veteres augmentare" aliquo modo praesumat. Si quis autem contra hoc fecerit⁸⁰⁾, et communio non destiterit, donec satisfaciatur⁸¹⁾, communione careat Christiana.

CAP. XI.⁸²⁾

Qui per collusionem constituit ecclesiam censualem, illi privabitur.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo et eius Suffraganeis.

Quum clerici (Et infra: [cf. c. 6. de pact. I. 35.]) Ad hoc⁸³⁾, quia "sunt" clerici quidam, "qui" cum religiosis "viris" collusionem facta, citra⁸⁴⁾ auctoritatem dioecani episcopi ecclesias, quas tenent, eis⁸⁵⁾ constituunt censuales, ut post decessum eorum⁸⁶⁾ eadem ecclesiae per repraesentationem⁸⁷⁾ eorundem religiosorum "virorum" ad filios vel nepotes clericorum ipsorum⁸⁸⁾ possint transferri⁸⁹⁾; "praesentium auctoritate vobis" praecipimus, ut, si qui "clericorum vestrorum" inventi fuerint facere talia, eos⁹⁰⁾ a praescriptis ecclesiis "auctoritate apostolica" non differatis appellatione postposita⁹¹⁾ remove, "ne de sua fraude vel dolo sideantur fructum reportare."

Cap. VII. 58) applicare: ib. — 59) libertates, quas: conc. — 60) servati: Cass. — conservari: conc. — a maioribus conservari: C. H. — 61) fecerit: Lips., Cass., conc.

Cap. VIII. 62) Restitutum ex App. XXVIII. 9., Lips. VI. 1., Cass. XVIII. 1., Comp. I. h. t. c. 8. — 63) Wigor.: Lips., Comp. I. — Wigoriensis: Cass. — Wigoriensis: App. — add. P. C. Meminimus: App., Lips., Comp. I. — cf. c. 3. Qui cler. vel vov. IV. 6. — 64) add.: suam: Cass. — 65) collusionem facta solvunt vel recipienti, eas personis defunctis: conc. — 66) pontificalem: Coll. citt. — 67) quod: Comp. I. Aug. — seq.: de iur.: desid. in C. H. — 68) potuit: Lips. — 69) et auct.: C. R. — 70) super hoc: non exstat in Coll. citt. — 71) auct. propria post dec.: App.

Cap. IX. 72) Restitutum ex App. II. 8., Lips. XI. 21., Cass. XXI. 30., Comp. I. h. t. c. 10. — 73) Cenomanensis: Lips., Comp. I. — inser. desid. in Cass. — add.: P. C. Tun nos: Comp. I. — cf. c. 1. de cler. peregr. I. 22. — 74) episcopus: . . . eripuit: App. — 75) desid. in C. H. — 76) non videmus exactionem aliam (aliquam): Cass. — desid. in Comp. I. imponendam: Coll. citt.

Cap. X. 77) Restitutum ex conc. Lat. III. (hab. A. 1179.) c. 22. — Lips. 26., Cass. XII. 4., Comp. I. c. 2. de treug. I. 24. — 78) pedagogiorum: Cass. — pedagogiorum: Lips. — 79) sine: . . . princ.: desid. in Lips. — 80) venire praesumpserit: conc. — 81) satisfecerit: Cass.

Cap. XI. 82) Restitutum ex App. XXVIII. 8., Lips. VI. 2., Cass. XVIII. 2., Comp. I. c. 6. de pact. I. 28. — 83) haec: Coll. citt. — 84) sine auct.: App. — circa: Cass., Böhm. — 85) ab eis: Cass. — 86) eorundem

CAP. XII.⁹⁰⁾

Si collectores gravant ecclesias, privati debent officio.

Idem.

Ea, quae de avaritiae⁹¹⁾ (Et infra: [cf. c. 16. de sim. V. 3.]) "Nihilominus etiam vobis praesentium auctoritate inungimus, ut, quum ecclesias ipsas visitaveritis, secundum quod canones praecipunt visitationis officium exerceatis, nec ecclesias visitatione vestra gravetis, ut eas magis intuitu informationis et correctionis, quam affectu comensationis videamini visitare." Quum⁹²⁾ autem propter B. Petri visitationem denariorum collectam per archidiaconatus vestros feceritis, "in collectione facienda praedictas" ecclesias vel parochias non gravetis⁹³⁾ "aliter, sive magis, quam praedecessores vestri tempore sanctae recordationis Innocentii, Eugenio Romanorum Pontificum fecisse noscuntur." Quod si secus praesumpseritis⁹⁴⁾, id, quod videmini habere, auferetur a vobis.

CAP. XIII.⁹⁵⁾

Qui recipit iuramentum de novo censu imposito, ecclesiae persolvendo, compellitur iuramentum absolvoere.

Lucius III.⁹⁶⁾

Significavit nobis T.⁹⁷⁾ rector ecclesiae de Fulgis⁹⁸⁾, quod, quum a "dilectis filiis abbate et" monachis de Castig.⁹⁹⁾ ad regimen ipsius ecclesiae fuisset electus, de solvendo eis¹⁰⁰⁾ annuo censu trium marcharum, quas¹⁾ praedecessor eius²⁾ solverat, praestitit³⁾ "corporaliter" sacramentum, postmodum "venerabilis frater noster Bathoniensis" episcopus dioecesanus⁴⁾, ne ipsum⁵⁾ censum monachus solveret, nisi prius constaret, quod episcopali auctoritate fuisset impositus⁶⁾, in periculum⁷⁾ ordinis sui⁸⁾ "et sub interminatione anathematis" interdixit. "Unde praedictus rector hinc periurii reatum metuit, et inde timet inobedientiae periculum imminere." Quocirca "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, "partibus ante praesentiam vestram convocatis," si "tibi" praefatum censum⁹⁾ "de" auctoritate praesulis, et non de novo impositum¹⁰⁾ fuisse constiterit, episcopo "auctoritate nostra" praecipias, ut prohibitionem sine dilatione relaxet. Si vero census sit de novo impositus, sive auctoritate episcopi hoc factum fuerit sive non, eosdem monachos¹¹⁾, ut clericum a iuramento absolvant, appellatione remota "ecclesiastica districtione" compellas. "Pati enim nec debemus nec volumus, ut ecclesiae census novi exactione vexentur."

CAP. XIV.¹²⁾

Archiepiscopus, visitans provinciam, etiam a monasteriis provinciae procurari debet.

Idem Ravennateensi Archiepiscopo.¹³⁾

Sopitae iudicio sedis apostolicae quaestiones scripto ad memoriam perpetuum commendantur, ne per obliuionem processu temporis valeant suscitari. Ut autem sententia maiorem habeat firmitudinem, apostolice scripti munimine roboratur." Sane, quum inter te et monasteria Bononiae, "tam monachorum quam monialium," super procuratoribus¹⁴⁾, quas ab eis exegeras, controversia verteretur, "causam venerabili fratri nostro H. Arimineni episcopo commisimus audiendam. Postmodum vero dilectus filius noster" abbas sancti Prouculi, omnium aliorum procurator, sicut ex literis, quas portavit, apparuit, "et ipse in manu episcopi iam dicti data fide firmavit, coram nobis et fratribus nostris pro omnibus aliis monachis,

eccel.: ib. — 85) praesentationem: App. — 86) suorum ips.: Lips. — 87) transferre: Comp. I. Ms. — 88) desid. in App. — 89) remota: App. — 90) sublati appell. remedio: Lips., Comp. I.

Cap. XII. 90) Restitutum ex App. II. 5., Lips. I. 1., Cass. XIII. 8., Comp. I. c. 15. de sim. V. 2. — 91) avaritia: Böhm. — 92) Quum autem beati Petri denariorum collectionem: Lips., Cass., Comp. I. Aug. — Quum autem collectas den. B. Petr.: App. — 93) gravare nullatenus praesumat: Coll. citt. — 94) quod si temeritate qualibet (aliqua): App.) id praesumpseritis attentare: ead.

Cap. XIII. 95) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 96) Lincolniensis (leg.: Lincolniensis) ep.: Comp. II. Ms. A. — 97) G.: C. R. — C.: C. H. — 98) Sullig.: C. R. 2. H., Comp. II. Aug. — Felzig.: C. L. — Fullgen.: C. R. 1. — Fullig.: Comp. II. Ms. B. — Cusader: Ms. A. — 99) Clauzig.: Comp. II. Aug. — Clauz.: C. R. 1. — Clauzig.: C. L., Comp. II. Ms. B. — Gustig.: Ms. A. — add.: Artaldus: Ms. id. — 100) sibi: C. R. 2. — non exstat in Comp. II. — 1) quem: Comp. II. — 2) suus: C. H. — 3) praestitit: C. R. 1. — 4) in cuius dioecesi ecclesia ipsa consistit: Comp. II. — 5) ipsis: C. H. — 6) interpositus: ib. — 7) eidem in per.: C. R. 2. — 8) abest a C. R. et Comp. II. — 9) canonem: C. R. L., Comp. II. Aug., Ms. A. — 10) interpositum: C. H. — 11) abbatem (abbates: Aug.) et mon.: Comp. II.

Cap. XIV. 12) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 13) inser. desid. in Comp. II. Ms. A. — 14) petitionibus, quas . . . exigeras: Comp. II. Ms. B.

sancti Damiani et sancti Bartholomaei exceptis, qui super hoc "questionem minus referant," diutius litigavit. "Verum nulla pro parte sua privilegia Romanae ecclesiae vel Ravennatis exhibuit, nec ostendit, longa consuetudine se munivit." Sed tu "firmiter" procuraciones¹⁵⁾ ipsas in aliis monasteriis tuae provinciae asserens tibi¹⁶⁾ sine contradictione praestari, eas praedecessoribus tuis in monasteriis Bononiensibus exhibitas per testes idoneos probavisti. Inde utique "fuit, quod, deliberatione cum fratribus habitata," vidimus, intentionem tuam iure communi¹⁷⁾ et praedecessorum tuorum consuetudine adiuvari. Ea propter, "tuis iustis petitionibus annuente," monasteria supra dicta "de communi consensu fratrum" condemnavimus ad procuracionem¹⁸⁾ secundum facultates eorum tibi tuisque successoribus exhibendam¹⁹⁾.

CAP. XV.²⁰⁾

Patroni etiam clerici novum censum ecclesiae imponere non possunt, nec veterem augere, et, si super hoc iuramenta vel cautiones exegerunt, coguntur absolvere.

Clemens III.²¹⁾

Gravis admodum "et correctione dignissima nuper querela in audientia nostra est proposita, quod salta conscientia sub dissimulatione transire non possumus." Ecclesiasticae²²⁾ personae, quum ecclesias vacare contingit, non aliter quenquam ad ipsarum regimen volunt vocare, nisi aut²³⁾ novum censum ecclesiis²⁴⁾ illis imponant, aut veterem contra²⁵⁾ constitutionem concilii Lateranensis augmentent, ad ipsius solutionem instituendum prebyterum²⁶⁾ iuratoria "quandoque" vel fideiussoria cautione cogentes, "quandam etiam partem suis usibus reditum applicare contendant. Unde saepe contingit, ut, diocessano episcopo excessus huiusmodi ignorante, vel eo minime requisito, in ecclesiis illis inducant pro sua voluntate arbitrio sacerdotes. Quoniam igitur constitutiones praedicti concilii pati nolumus neque debemus aliquorum iniuria violari," Discretionem vestram "per apostolica scripta" mandamus "atque praecipimus," quatenus, "quum super hoc fueritis requisiti, partibus ad vestram praesentiam convocatis," quaecumque constituerit²⁷⁾ contra constitutionem praedictam super ecclesiis²⁸⁾ "illis" vel earum censu "ab aliquibus" a tempore constitutionis huiusmodi²⁹⁾ attentata, "contradictione et appellacione cessante" in irritum revocantes, "ab augmentatione censuum ecclesiarum penitus absolvatis et ad statum debitum reducatis, et" prebyteros, quos super his iuramenta illicita praestitisse noveritis, congrua satisfactione imposita, faciatis absolvi, eos "etiam," qui³⁰⁾ de cetero contra formam canonum super his venite praesumpserint, "sine cuiuscunque personae acceptione sublato appellacionis obstaculo" canonicè punientes.

CAP. XVI.³¹⁾

Qui tenetur procurare fratres alicuius domus, obligatur ad procurandum omnes, licet illorum numerus nunc creverit, sed, si ex hoc gravetur nimium, per iudicis officium sibi providebitur. H. d. secundum lecturam magis communem.

Innocentius III. Abbati et Conventui Bellae villae.

Quanto creatori "vestro sub religionis habitu adstricti estis devotius favulari, tanto sollicitius nos convenit providere, ne per immoderatam oneris gravitatem aliquatenus possit in vobis monastici profectus ordinis impediri." Accepimus "autem vobis, significantibus," quod ab ipso domus "fundationis" vestrae primordio de fundatoris voluntate processit, ut fratribus sancti Irenaei procuracionem unam annis singulis liberaliter exhiberet, quum nihil³²⁾ teneatis ab eis, propter quod huiusmodi procuratio ipsis debeat exhiberi. Verum tunc "temporis" propter fratrum et servientium³³⁾ paucitatem "domum vestram" talis³⁴⁾ procuratio non gravabat, "quum fines levium non excederet expensarum." Sed nunc in tantum crevit numerus eorundem³⁵⁾, quod ad "faciendam" procuracionem vix "modo" quatuor marchae argenti³⁶⁾ sufficerent, quae pro una "sufficenter" fieri consuevit. Indulgemus igitur, "ut³⁷⁾ per

apostolicae sollicitudinis curam vestris possit in parte ista gravaminibus provideri, auctoritate vobis praesentium," ne ultra primam mensuram in procuracione ipsa sitis ulterius praedictis fratribus obligati, sed expensis "illis," quae consueverunt³⁸⁾ sufficere, sint contenti, nisi "forte" facultates ecclesiae in tantum excreverint, quod sine gravamine ampliato fratrum numero ad solvendum debitum procuracionis³⁹⁾ extendi possit quantitas expensarum. "Dat. Rom. ap. S. Petr. Non. Mai. Pont. nostr. Ao. I." [1198.]

CAP. XVII.⁴⁰⁾

Omnes ecclesiae, nisi quae ab hoc per privilegium apostolicum sint exemptae, procurare tenentur legatos sedis apostolicae seu etiam eius nuncios, nec in hoc praescriptione iuvantur. H. d. usque ad §. Sane. — (Sane etc.) Tractat de modo procuracionis ipsorum legatorum et nunciorum. Abbas.

Idem Primicerio et Clero⁴¹⁾ Mediolanensibus.

Quum instantia nostra⁴²⁾ quotidiana "sit secundum debitum apostolicae servitutis omnium ecclesiarum sollicitudo continua," quoties ipsarum negotiis promovendis non possumus personaliter immisceri, per fratres nostros ea expedire compellimur, quos a nostro latere destinamus, illius exemplum in hac parte secuti, qui, discipulis suis in mundum univrsum transmissis, ipse in medio terrae salutem fuit personaliter operatus. Hinc est, quod, quum nuper dilectum filium B. tit. S. Petri ad Vincula cardinalem apostolicae sedis legatum pro negotiis ecclesiae in Lombardiam duximus destinandum, et is, vestram civitatem ingressus, procuraciones a vobis exigeret, quae consueverunt apostolicae sedis legatis et nunciis exhiberi, vos, non attendentes, quod dicitur ab Apostolo: "Si vobis spiritualia seminavimus, non est magnum, si carnalia vestra metamus," "ne vos ad onus procuracionis arctaret, nisi a canonicis maioris ecclesiae se faceret antea procurari, sedem apostolicam appellatis, et, sicut idem cardinalis per suas nobis literas intimavit, in aliis etiam non modicum iniuriosi fultis. Propter quod dilecti filii nostri praepositi S. Nazarii et A. canonicus S. Stephani, syndici et procuratores vestri, cum dilecto filio abbate S. Vincentii ad sedem apostolicam venientes, ut super his statueremus ordinaret et mensuram, ex parte vestra suppliciter postulabant. Licet autem pro eo, quod praedicto cardinali vel potius nobis in ipso contumaciter resistentes, iuxta verbum dominicum: "Qui vos recipit me recipit, et qui vos spernit me spernit," "necessaria denegastis, non pro vobis, sed contra vos potius meruerint exaudiri: quia tamen paternam affectionem, qua nobis propriam est de Romanae sedis clementia misereri semper et parcere, offensi etiam deponere non volumus; de consilio fratrum nostrorum" Postulationi⁴³⁾ vestrae taliter "in huiusmodi" respondemus⁴⁴⁾, quod, quum omnes ecclesiae legatis et nunciis sedis apostolicae procuraciones impendere teneantur, ab earum praestatione nullam⁴⁵⁾ "prorsus" habere⁴⁶⁾ volumus excusationem, nisi forte per speciale privilegium sedis apostolicae, quod non credimus, sit exempta, etiamsi longinquo tempore procuraciones obsequium non impenderint⁴⁷⁾, quum in talibus praescriptio sibi locum nequeat vindicare, quia⁴⁸⁾ nos a provisione pastoralis sollicitudinis circa omnes ecclesias nunquam omnino cessamus. Sane in his exigendis eum modum et ordinem volumus observari, ut nulla ecclesia vel praelatus se indebitè praegravari rationabiliter conqueratur. Si vero de communi⁴⁹⁾ collecta legatorum et nunciorum nostrorum expensas duxeritis faciendas, quod vobis non duximus inhibendum, ex hoc nobis et nostris nullum praedictum volumus generari, quo minus possint a quocumque maluerint procuraciones sibi debitas postulare, ita, quod, si exactus ultra suam gravatus fuerit facultatem, sibi ab aliis restitueretur. Nunciis tamen nostris in necessariis expensis⁵⁰⁾ exhibendis pareat quicumque fuerit requisitus "humiliter et devote," ita "tamen," quod in fraudem nihil penitus attentetur, nec per communes ministros procuraciones obsequium, si noluerint, recipere compellantur. Qui vero contumaciter eis duxerint⁵¹⁾ resistendum, "omni prorsus appellacione remota" districtione sunt ecclesiastica compellendi⁵²⁾. "Super iniuriis autem etc. Dat. Lat. XII. Kal. Mart." [1199.]

Cap. XIV. 15) abest a Comp. II. — 16) desid. ib. — 17) add.: fundari. C. L. — 18) add.: tuum: Comp. II. Ms. A. — 19) non exstat in Comp. II. Aug. — succ., adiudicantes eas exhibendas etc.: Ms. A. — exhibendis adi. eam etc.: Ms. A.

Cap. XV. 20) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 388., Comp. II. h. t. c. 4. — 21) decano Camo. Cen. (Cameracensi!) Luc. — 22) Quum enim eccl. personae ecclesias quamplures in Morinensi dioecesi habeant, quum eas vac. contigerit: Comp. II., Luc. — 23) antea: Luc. — 24) in eccl.: Comp. II. — 25) contr. conc. Lat.: Ms. A. — 26) episcopum presb.: Luc. — 27) noveritis: Comp. II. — 28) ecclesia illa: Luc. — 29) huius: Cont., Bñm. — praedictae: Luc. — desid. in Comp. II. — 30) quos... venire noveritis... censura canonica puniunt: Coll. cit.

Cap. XVI. 31) Restitutum ex Reg. Bal. I. 125. — Comp. III. h. t. c. I. — 32) terras vel redditus non teneatis... propter quos: Comp. III., Reg. —

33) scribentium: Comp. III. Aug. — 34) exhibita: Comp. III., Reg. — 35) sed nunc tantum (quum: Comp. III. Aug. — desid. in Ms.) ibi excrevit numerus servitorum et fratrum: ib. — 36) abest ab iisd. et C. R. L. — 37) Ut igitur... indulgemus: Comp. III., Reg. — 38) consueverunt: ib. — 39) procurandi: Comp. III. Aug., Reg.

Cap. XVII. 40) Restitutum ex Reg. Bal. I. 568. — Comp. III. h. t. c. 2. — 41) capitulo: C. R. L. — 42) vestra: C. R. L., Cont. — 43) post. vestr.: non exstant in Comp. III., Reg. — 44) duximus respondendum: ib. — 45) nullum... excusatum exemptus: Comp. III. Aug. — 46) haberi: C. R. L. H., Reg. — 47) impenderit: C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 48) quum nos... cessamus: Comp. III., Reg. — 49) in comm.: Bñm. — 50) abest a C. R. L. H., Comp. III., Reg., Cont. — 51) duxerit: C. H., Reg. — 52) compellantur: Comp. III., Reg. — per ecclesiasticae districtiois sententiam compescatur: Reg.

CAP. XVIII.⁵³⁾

Si ad unam mensuram solvi solet quod debetur ex voto, ad illum in posterum solvi debet; si vero ad diversas, liberabitur solvens etiam ad minorem.

Idem Zamorensi⁵⁴⁾ et Salamantino Episcopis.

Ex parte venerabilis fratris nostri Compostellani archiepiscopi fuit propositum "coram nobis," quod, quum hi, qui vota beati Iacobi continue persolverunt, ad communem terrae suae mensuram, cum qua videlicet emunt et vendunt, ipsa persolverint⁵⁵⁾ hactenus et persolvant⁵⁶⁾, quidam⁵⁷⁾, quia⁵⁸⁾ longis "retro" temporibus ab eorum solutione cessarunt, nunc, "per vos apostolicae sedis auctoritate ad solutionem eorundem coacti," quandam mensuram exhibent parvissimam et ignotam, "nec etiam communibus usibus deputatam, et ad eandem vota praedicta persolvere moluntur. Unde postulastis a nobis, ut super hoc vos certos reddere dignaremur, utrum hi, qui mensuram ignotam exhibent, ad solvendum vota praescripta sint ad communem terrae suae mensuram, secundum quod illi, qui ea persolverunt continue, fecerunt, compellendi." Quum ergo non constet, ad quam mensuram antecessores eorum praedicta⁵⁹⁾ vota persolverint⁶⁰⁾, credimus distinguendum, utrum habitatores regionis ipsius, qui ex continue persolverunt, ad unam et eandem mensuram huiusmodi vota persolverint⁶¹⁾, an ad varias et diversas. In⁶²⁾ primo enim casu ad eandem et illi solvere sunt cogendi. In⁶³⁾ secundo volentes solvere ad minorem, non aunt "utique" cogendi⁶⁴⁾, ut ad maiorem persolvant, quoniam, quum huiusmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius sunt a viris⁶⁵⁾ ecclesiasticis exigenda, ne tanquam exactores "ninium" videantur lucris temporalibus inhiare. Dat. Rom. ap. S. Petr. X. Kal. Apr. Ao. IX. [1206.]

CAP. XIX.⁶⁶⁾

Ecclesiae tenentur episcopo, in cuius diocesi sunt, respondere de procuracionibus, quarta decimarum et aliis episcopalibus. H. d. quoad titulum.

Idem CaesarAugustensi⁶⁷⁾ Episcopo.

Quum olim "ad aures nostras tuam querimoniam destinasses, quod te dilectus filius abbas S. Ioannis Pinnatensis quartis decimarum, quas in ecclesiis de Luna et de Tausi. debes percipere, multipliciter defraudaret, dilectis filiis . . . praeposito Iaccensi et P. . . Montis Aragonum archidiacono Tyrasonensi causam ipsam duximus committendam, in quorum tua pars praesentia postulavit, ut abbas tibi quartam omnium decimarum sine diminutione persolveret, quam consecristi percipere in ecclesiis antedictis. Contra quod fuit pro abbate responsum, quod, quum ecclesiae supradictae ad monasterium pertineant pleno iure, nihil iuris in eis tibi poterat vendicare. Ex parte autem tua fuit propositum ex adverso, quod tam quarta decimae, quam alia iura episcopalia, pertinebant ad te multipliciter in ecclesiis memoratis, quum siquidem eadem ecclesiae in tua sint diocesi constitutae, de iure communi tam quartam decimae quam alia episcopalia tales petere in eisdem. Compositionem quoque, inter ecclesiam tuam et Pinnatense monasterium mediantibus bonae memoriae B. archiepiscopo Terraconensi et R. comite Barchinonensi imitam proponebas, per quam tibi tam coenam quam quartam decimae ac alia episcopalia in ipsis ecclesiis competere fatebaris, ad quod probandum instrumentum authenticum praesentasti, asserens, quod auctoritate bonae memoriae Alexandri Papae tertii, praedecessoris nostri, eadem exstitit compositio confirmata, sicut in eiusdem authentico perspicitur contineri. Aliam similiter compositionem bonae memoriae G. Pampilonensi episcopo, et dilectis filiis F. de Otien, et D. monacho sancti Iohannis mediantibus imitam, per quam deberi tibi quartam asseruisti, firmiter inducebas, super ea publicum exhibens instrumentum. Ad tuam quoque intentionem fortius roborandam praescriptionem quadragenariam allegasti, asserens, quod, etsi alia defensionis adpudicula non haberes, longi temporis spatio percipiendi quartam decimae saepedictae ius tibi fuerat acquisitum. Ex parte vero abbatis fuit ad ista responsum, quod ecclesiae supradictae de iure communi ad Pinnatense monasterium pertinent pleno iure; si quidem illustris memoriae Sancius Aragonum rex a sede apostolica indulgentiam meruit obtinere, ut, si qua loca in regno

suo de novo populari contingeret, vel de Soracenoribus manibus liberari, ecclesias construndas in ipsis libera concederet cui vellet: Quumque in castrum de Luna habitatores postmodum induxisset, ecclesias de Luna et de Tausi. ibidem constructas monasterio contulit Pinnatensi, ad quas probandum instrumentum super dictis confecta donationibus producebat. Petrus quoque bonae memoriae Pampilonensis episcopus, in cuius diocesi praedictae dicebantur ecclesiae constitutae, cum decimis et aliis iuribus episcopalibus concessit eisdem monasterio memorato, sicut in eiusdem episcopi authentico continetur, et ad hoc probandum supradictus abbas testes induxit, quod in Pampilonensi diocesi sunt eadem ecclesiae constitutae. Proposuit etiam idem abbas, quod bonae memoriae Garvias praedecessor tuus suo monasterio ipsas ecclesias cum omni episcopali iure concessit, praeter consecrationes basilicarum et quaedam alia, quae in authentico exinde confecto plenius continentur, propter quas abbas ipse nihil in praedictis ecclesiis, te posse de iure petere respondebat. Compositionem praeterea, tam primam quam secundam, ex tua parte propositam, ea ratione pars monasterii proposuit reprobendam, quia per impressionem et metum principis saecularis utraque compositio exstitit violenter extorta, quod per depositiones testium ostendere nitetur; allegans nihilominus, quod confirmatio super tam illicita compositioe oblatam non poterat tibi beneficium defensionis afferre; confirmatione siquidem ius inaequum acquiritur, sed acquisitum securus conservatur. Contra praescriptionem quadragenariam, quam tu allegare curasti, pars monasterii respondebat, quoniam huiusmodi praescriptio, etiamsi probata fuisset, ex eo convincitur saepius interrupta, quia propter frequentes super illis ecclesiis controversias emergentes infra quadraginta annorum spatium duae compositiones interpositae comprobantur. Praeterea, quum secundum canonicas sanctiones illicite transigentis vel alienantis tempora debeant de praescriptione deduci, constat praescriptionem quadragenariam minime consummatam, si tempora, quibus postmodum vixit abbas illicite transigens, subducantur. Ad haec fuit ex parte tua firmiter replicatum, quoniam praedicta indulgentia, quae Sancto regi allegatur indulta, nunquam fuit in iudicio praesentata, sed, etsi fuisset exhibita, vel de ipsa certissima facta fides, nullum tibi poterat praedictum generare, quum abbas ipse coram nobis fuerit in iure confessus, quod eadem indulgentia, salvo iure episcopali, fuerit praedicti regi concessa, et hoc ipsum asseruit se coram delegatis iudicibus fuisse confessum. Porro, donationem Pampilonensis episcopi tibi praedictum non posse, tua pars proponebat constanter, quum non sit per testes sufficienter ostensum, quod ecclesiae supradictae in eius sint diocesi constitutae. Contra donationem praedecessoris tui ex tua parte responsum, quod, quum abbas interrogatus in iure responderit, quod idem praedecessor non habuerat potestatem illa spiritualia conferendi, indignum est, ut illius instrumenti occasione commodum consequatur, quod in iudicio non erubuit impugnare, praesertim, quum illud authenticum esse minime constitisset, et maxime, quum, postquam donatio illa proponitur esse facta, monasterium ipsum ecclesiae tuae in decimis et aliis episcopalibus iuribus pro illis ecclesiis certum sit per multa tempora respondisse. Sed et super metu, per quem praenominatae compositiones interpositae proponantur, tua pars proponebat abbatem ipsum nullatenus audiendum. Nam, etsi compositionis tempore metum adhibuit fuisse constaret, quia tamen postmodum tam decimae quam aliorum iurium episcopaliurum spontanea fuit ac libera subsecuta solutio, coactionis obtentu nequeat se idem abbas rationabiliter excusare. His et aliis, quae coram praedictis iudicibus et coram nobis fuere proposita, plenius intellectis, Quia⁶⁸⁾ nobis "plena" fides facta fuit, quod ecclesiae de Luna et de Bes.⁶⁹⁾ in tua sunt⁶⁹⁾ diocesi constitutae, non solum per alia, verum etiam per hoc ipsum, quod in instrumentis compositionum continetur expresse, ut abbas sancti Iohannis Prilatenensis⁷⁰⁾ tam de quarta decimarum, "circa quas tantum asserbat violentiam esse factam," quam de ceteris episcopalibus "rationibus, circa quas nullam querebatur tibi violentiam irrogatam," tibi debeat respondere: "de consilio fratrum nostrorum" abbatem ipsum⁷¹⁾ ad integram solutionem quartae⁷²⁾ omnium decimarum, nulla factis deductionibus, et ad⁷³⁾ praestationem procuracionum, et aliorum episcopaliurum iurium⁷⁴⁾ in praedictis ecclesiis condemnatum. Licet enim ex forma secundae compositionis deductiones essent ali-

Cap. XVIII. 53) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 32. — Comp. III. h. t. c. 3. — 54) Camoren.: C. L. — Zamorinen.: Comp. III. Aug. — Narmarien. et Samoritin. epp.: Ms. — 55) persolvunt: C. H. — 56) persolvunt: ib. — 57) et quid.: C. R. 1. — 58) qui a: Comp. III. Reg. — 59) praescripti: Reg. — 60) solvunt: Comp. III. — 61) persolvunt: ead., Reg. — 62) si enim communiter omnes una et eadem mensura in solutione votorum utuntur: ib. — 63) quodsi communis (omnis): Comp. III. Ms. — desid. ap. Aug.) solutio per mensuras distinguitur (distinguitur: Comp. III.) varias et diversas, et illis volunt: ib. — 64) compellendi: ib. — 65) ministris: C. H.

Cap. XIX. 66) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 143. — Comp. III. h. t. c. 4. — 67) CaesarAugustano: C. L., Comp. III. Aug., Reg. — 68) quum fuerit: Comp. III., Reg. — 69) Rest.: C. R. 1. — Rec.: C. L. — Bulis et de Bules: C. H. — saepedictae eccl.: Comp. III., Reg. — 69) desid. in C. H. — 70) Platen.: C. R. 1. — Prilaten.: C. R. 2. — Placen.: C. L. verb.: S. Io. Pril.: omitt. Comp. III., Reg. — 71) Prilaten.: Comp. III. Ms. — Praematen.: Aug. — Pinnatensen.: Reg. — 72) sol. quam te omnia decimarum in illis factis: Comp. III. Aug. mendose. — 73) desid. in C. H. — 74) omitt. Reg.

quae faciendae, quia tamen compositionem "illam" idem abbas nullatenus approbavit, sed studuit multipliciter impugnare, ex ea non debuit beneficium consequi, cui renunciasset⁷⁵) tacite videbatur. Absolutum erat praeterea, ut negaret, illam ecclesiam in tua dioecesi constitutam, super qua⁷⁶) instrumenta praedecessoris tui ostendebat in iure monasterio⁷⁷) "suo" fuisse concessa⁷⁸), per quae episcopale ius petebat⁷⁹) expresse. "Dat. Ferentini II. Non. Aug. Ao. IX." [1206.]

CAP. XX.⁸⁰)

Solvendi sunt census ad antiquam monetam, in qua instituti fuerint, nisi sit in alterius monetae solutionis praescriptum: H. d. et est casus not. et multum allegabilis.

Idem Spoletano Episcopo.

Olim causam, quam adversus clericos plebis Rupinae⁸¹) super synodatico proponebas, "venerabili fratri nostro" Tudertino episcopo et collegis suis⁸²) commissum terminandam, coram quibus ex parte tua fuit propositum, quod, quum iidem clerici "olim" praedecessoribus tuis tres in festo Nativitatis, et tres in festo Resurrectionis dominicae pro synodatico solverint denarios Papienses, nunc⁸³) tantum tres Lucenses pro singulis denariis Papiensibus persolvebant, quum tamen unus⁸⁴) denarius Papiensis valeat⁸⁵) sex Lucenses. Unde petebas, eos ad Papiensium solutionem "nostra pro eo videlicet auctoritate" compelli, quum, etsi tu Lucenses "ipsos" primo anno receperis, semper tamen ius tuum postmodum fueris protestatus. "Verum pars clericorum proposuit ex aduerso, quod, etsi aliquando praedecessoribus tuis denarii Papienses pro synodatico fuerint persoluti, a XLV. annis et infra tam tibi quam aliis Lucenses exsolvent, sicque partem suam nitebantur praescriptione tueri. (Et infra:) Nos igitur Iacobo tuo et Ioanni presbytero aduersae partis procuratoribus dilectum filium nostrum P. Basilicum XII. Apostolorum presbyterum cardinalem concessimus adhibitorem. Quibus coram eo nil volentibus aut valentibus de novo proponere, quoniam fuerat renunciatum utrinque, quum ipse gesta omnia in nostra et fratrum nostrorum praesentia retulisset, intelleximus per testes tuos fuisse probatum, quod tempore bonae memoriae Lotharii praedecessoris tui, et etiam post decessum ipsius denarii Papienses fuerant pro synodatico persoluti, et exinde tres Lucenses, quorum duo valebant V. de his, qui hoc tempore sunt in usu, aliquamdiu fuisse exhibiti. Et quia a tempore Lotharii XXXIII. vel XXXII. aut XXXV. annorum spatium est elapsum, dicta etiam testium partis aduersae insperimus, per quos voluit comprobare, quod a XL. annis et infra tres Lucenses vel tres medietates in synodaticum solutae fuerint pro singulis Papiensibus, quum Papienses fuissent antea persoluti. Confessus quoque fuerat advocatus ipsius partis in iure, ac eius confessio in scriptis redacta, nec correctae vel revocata per clericos supra dictos, quod tandem clericis Henrici et Lotharii praedecessorum tuorum temporibus tres Papienses pro synodatico solverent bis in anno, et exinde pro singulis Papiensibus tres Lucenses." Quum igitur constet nobis ad plenum per testes utriusque partis, quod Papienses olim pro synodatico solvebantur; quod ex eo etiam⁸⁶) sequitur⁸⁷), quod Lucenses soluti sunt postmodum pro eisdem, quum ex dictis testium "tuorum," et confessione advocati alterius partis non revocata postmodum appareat evidenter, quod tempore L.⁸⁸) praedecessoris tui pro synodatico Papiensis fuit moneta soluta, "quum ex utriusque partis attestationibus habeatur, quod" a tempore dicti⁸⁹) L. non nisi triginta sex annorum ad plus tempus efluxerit, et "per testes tuos" sit legitime comprobatum, quod tres Lucenses, qui pro uno Papiensi post mortem ipsius⁹⁰) L. solvebantur, quinque vel sex valebant ex illis, qui hodie sunt in usu; intelligentes ex hoc, quod per monetae declinationem acciderit, ut usque ad tempus tuum Lucenses dati fuerint pro synodatico, sicut erant in usu, "de consilio fratrum nostrorum" procuratorem aduersae partis nomine clericorum plebis praedictae tibi ad solutionem denariorum Papiensium vel aestimationem⁹¹) eorum⁹²) pro synodatico per diffinitivam sententiam condemnamus.

CAP. XXI.⁹³)

Episcopus, remittens ecclesiae servitia, quae sibi debebat, et statuens, quod aliud servitium non imponatur, procuracionem non intelligitur remisisse.

Idem Priori sancti Stephani.⁹⁴)

Quum venerabilis frater noster⁹⁵) "M." Favensis⁹⁶) episcopus, "et tu in nostra essetis praesentia constituti, et de quaestione, quae inter vos super ecclesia S. Stephani Favensis vertebatur, velletis ad invicem litigare, dilectum filium Ioannem tit. S. Priscae presbyterum et Ioannem S. Mariae in Cosmedino diaconum cardinales vobis concessimus auditores. Coram quibus allegando opponere curavistis, quod, quum praedicta ecclesia S. Stephani quarundam monialium, quae in ea videbantur sub religionis habitu conversari, malitia faciente, fuerit fere ad desolationem redacta, illas bonae memoriae C. Favensis episcopus auctoritate felicitis recordationis Eugenii Papae praedecessoris nostri ab ecclesia memorata removit, et canonicos in ipsa instituit regulares, statuens, ut ordo canonicus perpetuus in ea temporibus debeat observari, et eam ab omni exactione tam sua quam successorum suorum et Favensis ecclesiae prorsus absolvit, retento sibi et ecclesiae suae uno cereo trium librarum, ab ea annis singulis exsolvendo. Et quia praedictus episcopus te super libertate praedicta tam a felicitis memoriae Coelestino Papa praedecessore nostro quam a nobis etiam confirmata multipliciter aggravabat, apostolicum tibi petitiati patrocinium suffragari. Praedictus vero episcopus proposuit ex aduerso, quod privilegium praedicti praedecessoris sui et ecclesiae suae nullum praedictum inferebat, quia eo tempore, quo illud indulsit ecclesiae memoratae, episcopatum renunciaverat, et habitum in ipsa ecclesia receperat regularem, et post tres dies poenitens illud privilegium revocavit; praeterea tu et canonici illius ecclesiae non estis privilegio illo usi, sed omnia obsequia, sicut ante indultum privilegium, sic et post universis successoribus illius episcopi, et sibi praesertim, in hospitibus usque ad haec tempora curavistis sine difficultate qualibet exhibere, asserens confirmationem praedicti praedecessoris nostri fuisse per subreptionem elicitam, et haecenus occultatam; propter quod, si forsitan in aliquo laesa erat Favensis ecclesia, restitutionem sibi fieri humiliter postulabat. Ceterum ad proposita sic respondere curavistis, quod ipsum privilegium de iure valebat, quia episcopus, dum illud concessit, nec episcopatum resignaverat, nec habitum receperat regularem, et ipsum de canonicorum suorum indulserat voluntate, sicut ex eodem instrumento evidenter appareret, in quo nomina canonicorum ecclesiae Favensis sunt subscripta, et idem in palatio Favensi datum fuerit, sicut in eo continetur expressum. Nos autem, quum dicti cardinales ea, quae audierant, nobis fideliter retulissent, dicto instrumento diligenter inspecto, re vera Cognovimus, quod praefatus episcopus spallas, quas ab eadem ecclesia tam ipse quam praedecessores sui recipere consueverant, ecclesiae praefatae⁹⁷) remisit, et statuit, quod aliud ei servitium non imponeret⁹⁸), sibi et ecclesiae suae annuatim trium librarum cereo pensionis nomine reservato. Quia ergo⁹⁹) visitationi annexa est procuratio, "quum nemo suis stipendiis debeat militare, nec os bovi alligandum sit trituranti," et episcopus ratione episcopalis¹⁰⁰) iurisdictionis, quam habet in ea, teneatur causa correctionis ecclesiam visitare praefatam¹), nec intelligatur²) quasi novum imponi quod ab ipsa fundatione de communi fuerat iure impositum, "de consilio fratrum nostrorum" decernimus³), quod idem episcopus, quum ad ipsam ecclesiam⁴) causa correctionis accesserit, moderatam ab ea procuracionem recipiat⁵) bis in anno, sed nihil aliud praeter pensionem et procuraciones praescriptas⁶) "idem episcopus" ab eadem ecclesia exigere⁷) vel extorquere praesumat. "Decernimus ergo etc. Dat. Anagninae V. Kal. Mart." [1204.]

CAP. XXII.⁸)

Ecclesiae de novo conversae in procuracionibus et aliis servabunt consuetudinem vicinarum.

Idem Compostellano Archiepiscopo.⁸)

Super eo, quod fraternitas tua nos¹⁰) consulere voluit, ut, quia fere tota provincia Compostellana de novo est ad iurisdictionem

Cap. XIX. 75) rennuciare, ib. — 76) quam: Cont., Böhm. — 77) monasterii: C. L. — 78) concessam per quod: Reg. — 79) patebat: C. R. 1. Cap. XX. 80) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 5. — 81) rupinum: C. H. — 82) et dil. fil. abbati S. Petri montis Martiani (Marcani: Ms.) Comp. III. — 83) nunc autem: C. R. 1. — 84) abest a C. R. L., Comp. III. Ms. — quum duo Papiensium valeant sex Lucenses: Aug. — 85) valebat: C. L. — 86) desid. in C. H. — 87) sequeretur: Comp. III. — 88) Lotharii: Comp. III. per tot. — 89) abest ab ead. — 90) omitt. ib. — 91) aestimationis: C. H., Comp. III. — 92) eorundem: Comp. III. Cap. XXI. 93) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 27. — Comp. III. h.

t. c. 6. — 94) add.: Favensis: Reg. — 95) tuus: C. L. — 96) Phanensis: Comp. III. — Favensis: Reg. — 97) praedictae: Reg. — 98) impenderet: C. H. — 99) vero: C. R. 1., Comp. III., Reg. — 100) spiritualis: Comp. III., Reg. — 1) praedictum: Reg. — 2) intelligitur: C. H. — 3) decernimus: C. R. 1., Reg. — 4) desid. in C. H. — 5) accipiat: C. R. L. H., Comp. III., Cont. — percipiat: Reg. — 6) praedictas: C. R. 1. — 7) exigere valeat aut etiam extorquere: Reg.

Cap. XXII. 8) Restitutum ex Reg. Bal. X. 76. — Comp. III. h. t. c. 7. — 9) episcopo: C. H. — inscr. in Comp. III. — 10) abest a C. H.

ecclesiae tuae conversa, qualiter tibi provinciam vel partem provinciae visitanti obsequi debeat et servire, nec non et in procuracionibus providere, "te instruere dignemur," tibi taliter duximus respondendum, quod¹¹⁾ illud observare tenetur, quod in vicinis provinciis observatur. "Dat. Viterbii X. Kal. Jul. Ao. X." [1207.]

CAP. XXIII.¹²⁾

Praelati tunc sunt procurandi, quum personaliter visitant, et debent tunc servare concilium Lateranense et praedicationi, correctioni et reformationi curare. Legati et nuncii apostolici pro his diebus tantum, pro quibus moram trahunt, procurari debent, et contra hanc constitutionem exactum restituitur, duplicatum.

Idem in concilio generali.

Procuraciones, quae ratione visitationis debentur episcopis, vel¹³⁾ archidiaconis vel quibuslibet¹⁴⁾ aliis, etiam apostolicae sedis legatis aut nunciis, absque manifesta et necessaria causa nullatenus exigantur¹⁵⁾, nisi quando¹⁶⁾ personaliter¹⁷⁾ officium visitationis impendunt. Et tunc¹⁸⁾ evectio¹⁹⁾ et personarum medioeritatem observent in Lateranensi concilio diffinitam²⁰⁾, hoc adhibito²¹⁾ moderamine circa legatos et nuncios apostolicae sedis²²⁾, ut, quum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere necessariam, ne locus ille²³⁾ propter illos²⁴⁾ nimium aggravetur, procuraciones recipiant moderatas ab aliis ecclesiis vel personis, quae nondum fuerant²⁵⁾ de suis procuracionibus aggravatae, ita, quod numerus procuracionum numerum dierum, quibus huiusmodi moram fecerint, non excedat, et, quum aliqua non suffecerit²⁶⁾ per se ipsam, duae vel plures coniungantur in unam. Porro visitationis officium exercentes non quaerant quae sua sunt, sed quae Iesu Christi, praedicationi et cohortationi²⁷⁾, correctioni et reformationi vacando, ut fructum referant, qui non perit. Qui autem contra hoc²⁸⁾ venire tentaverit²⁹⁾, et quod accepit³⁰⁾ reddat, et ecclesiae³¹⁾, quam taliter aggravavit, tantundem³²⁾ impendat³³⁾.

CAP. XXIV.³⁴⁾

Ecclesia, etiam civitatis, tenetur procurare episcopum visitantem, quanquam ipsum nunquam procuraverit.

Honorius III. de Tiro³⁵⁾ et Isaphat³⁶⁾ Abbatibus.

Venerabili fratre nostro Cenomanensi episcopo accepimus conquerente³⁷⁾, quod, quum causa, quae inter ipsum ex parte una, et abbatem et conventum de Cultura "Cenomanensis diocesis" ex altera super procuracionibus, quas ab eis petit idem episcopus "tam in capite quam in membris," noscitur agitari, "de consensu partium" vobis fuerit ab apostolica sede commissa, dicti abbas et conventus ex eo frustrari intentionem eiusdem episcopi moluntur, quod eorum monasterium in Cenomanensi villa situm esse dignoscitur, et³⁸⁾ ipsi procuracionem³⁹⁾ hactenus non solverunt, "quantum exemptionis privilegium non ostendant, et eidem episcopo competat ius commune. Volentes igitur, ut finis litibus imponatur," Discretioni vestrae mandamus, quatenus, nisi "dicti abbas et conventus" aliud⁴⁰⁾ rationabile ostenderit "et probaverint, propter quod ipsi episcopo exhibere non debeant supra dicta," vos eos ad exhibendum⁴¹⁾ eam⁴²⁾, sicut ius dictaverit, "iuxta priorum apostolicarum litterarum tenorem ratione praevia" compellatis.

CAP. XXV.

Qui iure metropolitano vel legationis visitat provinciam, in provinciales, qui sibi procuraciones negant, potest ferre sententiam.

Gregorius IX.

Quum nuper archiepiscopus Beneventanus Beneventanam provinciam visitaret (Et infra:) Mandamus, quatenus, quum eundem archiepiscopum sive auctoritate propria sive nostra Beneventanam provinciam contigerit visitare, procuraciones, ratione visitationis debitas, iuxta facultates ecclesiarum vestrarum exhibeatis eidem;

alioquin sententiam, quam ipse rite⁴³⁾ tulerit⁴⁴⁾ rebelles, ratam habebimus⁴⁵⁾, et faciemus auctore Domino inviolabiliter observari.

CAP. XXVI.

Ad antiquam monetam, vel, si non est in usu, ad eius aestimationem solvendae sunt pensiones antiquae.

Idem.

Quum canonicis maioris ecclesiae quandam summam pecuniae pro pensione ecclesiae tuae debitam aliquot annis persolveris, et iidem⁴⁶⁾ summam illam ex integro de meliori moneta exigant sibi solvi, tibi⁴⁷⁾ damus nostris literis in mandatis, ut canonicos illos solutione prioris pecuniae, vel, si non sit in usu, aestimatione pensionis antiquae facias manere contentos.

CAP. XXVII.

Propter privatum oratorium procuratio ratione visitationis non debetur.

Idem.

Auctoritate praesentium inhibemus, ne quis pro eo, quod in oratoris, quae in grangiis vestris habetis, interdum aliqui vestrum celebrant, procuraciones, quae ratione visitationis debentur, a vobis exigere vel extorquere praesumat.

TITULUS XL.

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE VEL ALTARIS.

CAP. I.)

Amoto altari vel lapide, continente sigillum, reconsecrabitur altare, non autem ecclesia.

Alexander III.³⁾

Ad haec⁴⁾, si altare motum fuerit, aut lapis ille⁵⁾ solummodo supra positus⁶⁾, qui sigillum continet, contractus, aut etiam⁶⁾ diminutus "existit," debet denuo consecrari. Propter⁷⁾ hoc vero nequaquam reiterare⁸⁾ suam consecrationem ecclesia consuevit, licet id quidam⁹⁾ canones innuere videantur. "Non tamen id facere prohibetur."

CAP. II.¹⁰⁾

Diebus etiam non festis possunt ecclesiae consecrari.

Innocentius III. Tornacensi Episcopo.¹¹⁾

Tua fraternitas "requisivit a nobis, utrum tibi dedicationes ecclesiarum tam diebus dominicis quam privatis liceat celebrare; super quo" Inquisitioni tuae taliter respondemus¹²⁾, quod in dioecesi tua licet tibi ecclesiis dedicationem impendere tam diebus dominicis quam privatis.

CAP. III.¹³⁾

Habet duo dicta, et primo idem dicit, quod cap. supr. eod. Secundum dictum dicit, quod oleum non consecratum potest commisceri oleo consecrato, et totum fit consecratum.

Idem Nidrosiensis Episcopo.¹⁴⁾

Quod in dubiis (Et infra: [cf. c. 30. de sent. ex. v. 39.]) Altare vero, in quo tabula, cui consecrationis benedictio pontificali ministerio adhibetur, si mota vel enormiter fracta fuerit¹⁵⁾, debet non immerito consecrari. Nec negamus, quin oleum non consecratum consecrato possit oleo commisceri. "Clerici autem etc. Dat. ap. civitatem Castellanam VI. Id. Oct." [1198.]

Cap. XXII. 11) quia: Reg.
Cap. XXIII. 12) c. 33. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) Comp. IV. h. t. c. 2. — 13) omitt. Comp. IV. Aug., conc. — 14) quibusdam: C. H. — 15) exigant: C. L. — 16) quum: Comp. IV. Aug. — 17) praesentialiter: conc. — 18) Et tunc: desid. ib. — Et personarum: Comp. IV. Ms. B. — 19) evectio: Comp. IV. Ms. A. — 20) constitutam: Comp. IV. Aug. — 21) habito: C. H. — 22) ap. sed.: C. R. 1. H., Comp. IV., conc. — 23) ipse: Comp. IV. Ms. A. — 24) ipsos: Comp. IV. Ms. B. — 25) fuerunt: Comp. IV., conc. — 26) sufficeret: Comp. IV. Aug. — 27) exhortationi: Comp. IV., conc. — 28) desid. in conc. ap. Mans. — 29) attentaverit: C. R. 1. — praesumpserit: C. R. 2., conc. — 30) acceptat: conc. — 31) ecclesiis, quae tal. aggravantur: conc. Ms. — 32) desid. in Comp. IV. Ms. A. — de suo tant.: C. L. — 33) rependat: conc. ap. Mans.
Cap. XXIV. 34) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 35) Tiron.: C. R. 1. L. — Tyron.: C. R. 2., Comp. V. Ms. — 36) de los.: Comp. V. — 37) referente: ib. — 38) et ipsi procuraciones (procuratores: Ms. male.) se asserunt episcopo hactenus non soluisse: Comp. V. — 39) procuratio-

nes: C. L. — 40) et rat.: Cont., Böhm. — 41) exhibendam: C. H. — 42) es: Comp. V.

Cap. XXV. 43) recte: C. R. 2. — 44) contra reb.: C. L. — 45) habemus: C. H.

Cap. XXVI. 46) desid. in C. R. 1. — 47) omitt. C. R. L.
TIT. XL. Cap. I. 1) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. un. — 2) add.: P. C. Desinant (?): Comp. II. Aug. Ms. B. — 3) hoc: C. L. — 4) desid. in C. H. — 5) superpositus: C. R. 2., Cont. — suppositus: C. H., Comp. II. — 6) enormiter: Comp. II. Aug. — desid. in Ms. A. B. — 7) Propter.: cons.: desid. in Ms. B. — 8) iterare: Comp. II. Ms. A. — 9) contra quidam: C. L.

Cap. II. 10) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — 11) ep.: desid. ap. Aug. — 12) tibi duximus breviter respondendum: Comp. III.

Cap. III. 13) Restitutum ex Reg. Bal. I. 381. — Comp. III. h. t. c. 2. — 14) Nidrosien.: C. H. — Subrosien.: C. L. — Inderocen.: C. R. 2. — Vidrosien.: C. R. 1. — 15) desid. in C. H.

CAP. IV.¹⁶⁾

Reconciliatur ecclesia, quae propter homicidium et vulnera hominum ibidem perpetrata polluta est.

Idem Compostellano Archiepiscopo.

Proposuiti *"nobis in nostra praesentia constitutus"*, quod, venientibus ad ecclesiam sancti¹⁷⁾ Iacobi ex diversis regionibus peregrinis, et volentibus aliis ab aliis¹⁸⁾ per contentiones et rixas altaris de nocte custodiam vindicare, homicidia contingunt fieri¹⁹⁾ interdum, et aliquando vulnera inferuntur; *"propter quod humiliter postulasti, ut alio modo, quam per reconsecrationis beneficium, dignaremur ipsi ecclesiae providere."* Fraternitati tuae taliter²⁰⁾ respondemus, quod, manente ecclesia et altari, ipsa reconciliari poterit per aquam cum vino et cinere benedictam. *"Dat. Viterbii XII. Kal. Jul. Ao. X."* [1207.]

CAP. V.²¹⁾

Plura altaria simul in eadem ecclesia consecrari possunt; et idem in pluribus episcopis.

Idem.

Quum sit²²⁾ (*Et infra*: [*cf. c. 6. de usu et auct. pall. I. 8.*]) *No-veris igitur*²³⁾, quod, *"ubi exposcit necessitas, et"* plura in ecclesia una altaria²⁴⁾ et plures episcopos simul poteris consecrare.

CAP. VI.²⁵⁾

Corruente tacto parietibus illaesis, et mensa altaris non enormiter fracta, nec altare, nec ecclesia consecratur.

*Idem.*²⁵⁾

Ligneis aedificiis ecclesiae vestrae casu *"quodam igne"* consumptis, parietibus tamen illaesis, ac mensa principalis altaris in sua extremitate modice passâ fracturam²⁷⁾, *"quaesivisti per sedem apostolicam edoceri, si propter hoc ipsius altaris, vel etiam totius ecclesiae debeat consecratio innovari. Ad quod"* Inquisitioni tuae taliter duximus respondendum²⁸⁾, quod, quum parietes in sua integritate permanserint; et tabula altaris mota vel enormiter laesa²⁹⁾ non fuerit, ob causam³⁰⁾ praedictam nec ecclesia, nec altare³¹⁾ debet denuo consecrari. *"Dat. Lat. Non. Oct. Pont. nostr. Ao. XV."* [1212.]

CAP. VII.²⁹⁾

Polluitur ecclesia vel coemeterium, si excommunicatus in ea sepelitur.

*Idem Senonensi*³²⁾ *Episcopo.*

Conavulsi³⁴⁾ (*Et infra*: [*cf. c. 14. de foro comp. II. 2.*]) *Coemeteria vero*, in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit³⁵⁾ *"per suorum violentiam propinquorum"*, reconcilianda erunt³⁶⁾ aspersione³⁷⁾ aquae solenniter benedictae, sicut in dedicationibus ecclesiarum fieri consuevit. *"Procuraciones autem etc. Dat. Lat. III. Kal. Mai. Pont. nostr. Ao. XVI."* [1213.]

CAP. VIII.³⁹⁾

Qui fecit ecclesiam consecrari, tenetur eam dotare. H. d. et tene mento hunc casum.

*Honorius III.*⁴⁰⁾ *Reginae Hungariae.*

Quum, sicut ex relatione *"dilectorum filiorum"* capituli Oradiensis⁴¹⁾ nobis innotuit, *"devotionis zelo succensa"* eorum feceris ecclesiam consecrari, *"perfecto speramus, quod zelus ille, qui te ad eiusdem ecclesiae consecrationem induxit, te quoque, nec et dotem ei conferas, debeat animare, et quidem,"* Quum non sit ecclesia,

nisi de dote provisum ei fuerit, consecranda, eo liberalius ad dotandam⁴²⁾ praedictam ecclesiam aperire manus munificentiae tuae debes, quo *"et facilius potes id facere, et"* ad hoc fortius, tanquam⁴³⁾ ex debito, iam teneris.

CAP. IX.⁴⁴⁾

Ecclesia polluta per sacerdotem simplicem reconciliari non potest, etiam si aqua fuerit per episcopum benedicta.

*Gregorius IX. Astoriensis*⁴⁵⁾ *Episcopo.*

Aqua per episcopum benedicta ecclesiam reconciliari⁴⁶⁾ posse per alium episcopum, non negamus, per sacerdotes simplices hoc fieri de cetero prohibentes, non obstante consuetudine provinciae Bracharensis, quae dicenda est potius corruptela; quia, licet episcopos committere valeat quae iurisdictionis existunt, quae ordinis tamen episcopalis sunt non potest inferioris gradus clericis demandare. Quod autem mandantibus episcopis super reconciliatione factum est hactenus per eosdem, misericorditer toleramus. *"Ecclesias etc. [cf. c. 9. de ritum. eccl. III. 49.] Dat. Lat. XII. Kal. Jun. Pont. nostr. Ao. VII."* [1234.]

CAP. X.⁴⁷⁾

Ecclesia, etiam non consecrata, si polluitur, reconcilianda est.

Idem eidem.

Si ecclesia⁴⁸⁾ non consecrata cuiuscunque semine fuerit aut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lavetur, ne divinae laudis *"in ea"* organa suspendantur; est tamen, quam citius fieri poterit⁴⁹⁾, consecranda. *"Dat. Lat. XII. Kal. Jun. Pont. nostr. Ao. VII."* [1234.]

TITULUS XLI.

DE CELEBRATIONE MISSARUM, ET SACRAMENTO EUCHARISTIAE ET DIVINIS OFFICIIS.

CAP. I.²⁾

Presbyter tenetur horis debitis dicere horas canonicas, permittitur tamen sibi ex causis dicere eas usque ad vespers inclusive. H. d. secundum unum intellectum.

*Ex concilio Agathensi.*³⁾

Presbyter, mane matutinali officio expleto, pensum servitutis⁴⁾ suae, *"canendo"* videlicet⁵⁾ primam, tertiam, sextam, nonam vespersamque persolvat, ita tamen, ut horis competentibus *"et signatis"* iuxta possibilitatem⁶⁾ aut a se, aut a scholaribus publice compleantur⁷⁾. Deinde peractis horis⁸⁾ et infirmis visitatis, si voluerit, exeat ad opus rurale ieiunus, ut⁹⁾ iterum necessitatibus peregrinorum et hospitem, sive¹⁰⁾ diversorum commecantium, infirmorum *"quoque"* atque defunctorum succurrere possit usque ad statutam horam, pro temporis qualitate, *"et opportunitatis. Ex dictis Benedicti"* Propheta¹¹⁾ dicente: *"septies in die laudem dixi tibi"*¹²⁾; *"qui"*¹³⁾ septenarius numerus a vobis¹⁴⁾ *"sic"* impletur, si matutini¹⁵⁾, primae, tertiae, sextae, nonae, vespersae et completorii tempore¹⁶⁾ nostrae servitutis officia persolvamus¹⁷⁾, *"quia, sicut Propheta ait: septies in die etc."* Nam de nocturnis vigiliis idem ipse Propheta¹⁸⁾ ait¹⁹⁾: *"Media"* nocte surgebam *"ad confitendum tibi"*, etc.²⁰⁾ Ergo his temporibus laudes creatori nostro super iudicia suae²¹⁾ iustitiae referamus.

Cap. IV. 16) Restitutum ex Reg. Bal. X. 75. — Comp. III. h. t. c. 3. — 17) beati: C. R. L., Comp. III., Reg. — 18) alteris: Comp. III., Reg. — 19) omitt. ib., et in C. R. L. H. — 20) breviter: C. R. L. — Manente igitur ecclesia et altari, fraternitati tuae insinuatione praesentium innotescat, quod ipsa reconciliari: Comp. III., Reg.

Cap. V. 21) Restitutum ex Comp. IV. c. 1. de usu et auct. pall. I. 4. — 22) sit: C. H. — 23) desid. in C. H. — 24) omitt. ib.

Cap. VI. 25) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 166. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 26) archiep. Bisuntino Pont. Ao. XV.: Comp. IV. Aug. — archiepiscopo et capitulo Bisuntinensibus: Reg. — 27) laesuram: Comp. IV. Ms. A. — 28) Ad quod tibi (omitt. Reg.) sic (tunc): Comp. IV. Ms. B. — taliter: Ms. A. dux. resp.: Comp. IV., Reg. — 29) fracta: ib. — 30) causas praedictas: Aug. — casum praedictum: Reg. — seq.: nec: desid. ap. Böhm. — 31) vel alt.: C. R. 1.

Cap. VII. 22) Restitutum ex Reg. Bal. XVI. 26. — Comp. IV. c. 1. de cel. div. off. III. 15. (in Ms. B. est c. 2. tit. de cons. eccl. III. 14.) — 23) Semen: C. R. — Seven.: Comp. IV. Ms. A. — Senicea: Ms. B. — Sevica: Aug. — Stewicensi: Reg. — 24) Postulasti: Reg. — 25) sepeliantur: Comp. IV., Reg. — 26) sunt: C. R. 1. — 27) per aspersionem: Comp. IV. Ms. A. — 28) omitt. Reg.

Cap. VIII. 39) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. un. — 40) reverentissimae in Christo filiae reginae Hung.: Comp. V. — 41) Eradien.: C. R. 1. — leg. W aradiensis. — 42) dotandum: Comp. V. Ms., Cont., Böhm. — 43) desid. in C. H.

Cap. IX. 44) Ex Reg. VII. 119. affertur ap. Raynald. ad A. 1234. — 45) Astoriensis: Böhm. — in it. cap. exstat in c. 55. de sent. exc. V. 39. — 46) conciliari: Reg.

Cap. X. 47) cf. Raynald. ib. — 48) add.: vestra: C. R. 1. — 49) potest: C. H.

TIT. XLI. 1) alius div. off.: C. H. — Cap. I. 2) c. 9. Cap. Hincmari Rem. et c. 16. Reg. Benedicti. — Integrum exstat apud Gratianum c. 2. Dist. XCI. (ex conc. Nannetensi) et ap. Coll. ibi citt. — Comp. II. c. 1. de suffrag. V. 22. — 3) Anaten.: Comp. II. Ms. A. — 4) servituli: C. L. — 5) omitt. Comp. II. — 6) poss. suam: Comp. II. Ms. A. — 7) compellatur: ib. — 8) add.: competentibus: C. R. 1. — 9) et: Comp. II. Ms. A. — 10) desid. in Ms. B. — sequ.: divers.: omitt. Ms. A. — 11) Psalmista: C. R. 1. — cf. Psal. CXVIII. 164. — 12) add.: Domine: C. R. 1. — 13) quia: C. R. 1. L. — 14) vobis: Comp. II. Ms. A. — 15) matutinae: ib., C. R. L. — 16) desid. in C. H. — temporis: Comp. II. Ms. A. — 17) persolvuntur: ib. — 18) Psalmista: C. R. 1. — cf. Psal. CXVIII. 67. — 19) dixit: Comp. II. Ms. A. — 20) add.: autem: Aug. — 21) tuae: Ms. B.

CAP. II.²²⁾

Propter missam specialem missa de feris dimittenda non est.

Ex concilio Triburiensi.²²⁾

Quidam etiam laicorum et maxime matronarum habent in consuetudine, ut per singulos dies audiant evangelium: „In principio erat verbum,“ et missas peculiares, hoc est de sancta Trinitate et²⁴⁾ de sancto Michaeli; et ideo sancitum est in eodem concilio, ut²⁵⁾ ulterius hoc non fiat, nisi suo tempore, et²⁶⁾ nisi aliquis fidelium velit²⁷⁾ propter reverentiam sanctae Trinitatis, non pro alia devotione audire. Sed si voluerint, ut sibi missae cantentur²⁸⁾, de eodem die missas audiant pro²⁹⁾ salute vivorum et etiam³⁰⁾ defunctorum.

CAP. III.³¹⁾

Sufficit sacerdoti semel in die celebrare, et excipit duos casus, scilicet necessitatem et festum Nativitatis.

Innocentius III. Vigorensi.³¹⁾ Episcopo.

Consujiisti nos, utrum presbyter duas missas in eadem die valeat celebrare; super quo tibi Respondemus³²⁾, quod, excepto die Nativitatis dominicae, nisi causa necessitatis³³⁾ suadeat, sufficit sacerdoti semel in die unam missam solummodo celebrare. „Dat. VII. Kal. Febr.“ [1206.]

CAP. IV.³⁴⁾

In missa commemorationis, licet dicatur propria praefatio, non tamen dicitur hymnus angelicus, nec symbolum.

Idem Archiepiscopo Bracharen.³⁴⁾

Consilium nostrum (Et infra: [cf. c. 2. de obs. rei. III. 46.]) „Insuper. Requisti, utrum in diebus profestis, in quibus ad honorem S. Spiritus, B. Virginis, et sanctae crucis missam celebrari³⁵⁾ contingit, hymnus angelicus, symbolum ac praefatio propria debeat decantari, praesertim quum in partibus tuis in honorem B. Virginis in sabbatorum diebus missa solemniter celebratur. Ad quod utique Inquisitioni tuae taliter³⁷⁾ respondemus, quod apud nos in diebus profestis, quum missarum solennia in honorem B. Virginis celebrantur, neque hymnus angelicus³⁸⁾, neque symbolum decantantur³⁹⁾, licet in missa propria praefatio decantetur, ut inter commemorationem et solennitatem differentia ostendatur. Unde⁴⁰⁾ „Te Deum laudamus“ regularius⁴¹⁾ dimittitur, quum dicatur in laudibus matutinis. „Quum autem quaesieris etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. IX. Kal. Mart. Pont. nostr. Ao. IX.“ [1206.]

CAP. V.⁴²⁾

Sacerdos post sumptam eucharistiam perfundat, nisi aliam missam sit dicturus.

Idem Clericis sancti P. Magalonensis.⁴²⁾

Ex parte vestra (Et infra: [cf. c. 1. de obs. rei. III. 46.]) „Insuper postulastis, quomodo sacerdos in missa perfundere debeat, per literas apostolicas edocari. Ad quod Postulationi vestrae⁴⁴⁾ taliter respondemus, quod semper sacerdos vino perfundere debet, postquam totum acceperit⁴⁵⁾ eucharistiae sacramentum, nisi quum eodem die aliam missam debuerit celebrare; ne, si forte vinum perfusionis⁴⁶⁾ acciperet, celebrationem aliam impediret. „Dat. Rom. ap. S. Petr. Non. Nov.“ [1204.]

CAP. VI.⁴⁷⁾

Si qua verba sunt in canone missae, quae ab Evangelistis dicta non fuerunt, credere debemus, quod a Christo Apostoli, et ab Apostolis eorum successores acceperunt. Et hoc dicit usque ad §. Quaesiviati. — (Quaesiviati etc.) In sacramento altaris aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem. H. d. usque ad §. Tertio loco. Abbas Siculus. — (Tertio loco etc.) Oratio, quae dicitur in secreta in festo sancti Leonis, immutata est, quia ubi dicebatur: „annue nobis Domine, ut animae sancti tui Leonis haec prosit oblatio:“ hodie dicitur: „ut intercessione B. Leonis haec nobis prosit oblatio:“ et haec mutatio contingit, quia sancti nostris orationibus non indigent, sed nos suis. H. d. usque ad finem. Abbas.

Idem I.⁴⁸⁾ quondam Archiepiscopo Lugdunensi.

Quum Marthae circa plurima satagentis officio in cura regimini pastoralis pro maiori parte renunciatis, in domo Domini quasi abiectus elegeris habitare cum illis, qui partem optimam elegerunt, sedentes ad pedes Domini cum Maria, in lege eius iugiter meditentur, lippitudini Liae Rachelis pulchritudinem praeferebant: eam in te vigere credimus intelligentiam scripturarum, ut non solum parvulis frangere possis panem, sed profectis etiam cibum solidum ministrare, ac nodos solvere difficilium quaestionum. Verum, quoniam in primatu Apostolorum principis apostolicae sedis magisterium recognoscens, ad eam credis maiores causas ecclesiae referendus: consultationibus tuis, quas non ob commodum utilitatis terrenae, quum civilem non contineant quaestionem, sed animarum profectum, ut videlicet in lucem prodeant obscurae scripturae, novimus te novisse libenter, quod nobis inspirat Dominus respondemus. Quaesiviati „siquidem,“ quis⁴⁹⁾ formae verborum, quam ipse Christus expressit, quum in corpus et sanguinem suum panem transsubstantiavit et vinum, illud in canone missae, quo ecclesia utitur generalis, adiecerit, quod nullus Evangelistarum legitur expressisse. Quum enim in evangelio sic legatur⁵⁰⁾: „Accipiens calicem, gratias agens⁵¹⁾“ benedixit, et dedit discipulis suis, dicens: bibite ex hoc omnes; hic est enim⁵²⁾ sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis, et pro multis aliis effundetur⁵³⁾ in remissionem peccatorum: in canone missae sermo iste, videlicet „mysterium fidei,“ verbis ipsis⁵⁴⁾ interpositus invenitur. Unde quum non⁵⁵⁾ Evangelista Christum⁵⁶⁾ hoc dixisse testetur⁵⁷⁾, „moveris non modicum et“ miraris, quod aliquis asseverare tentaverit, eum aliquid plus dixisse, quam aliquis Evangelistarum asseveret. Verum, si formam ipsius canonis inspicias diligenter, praeter hoc, de quo tua fraternitas requisivit, alia duo, videlicet: „elevatis oculis in coelum“⁵⁸⁾ et „aeterni testamenti,“ poteris in ipso canone reperire, quae in textu evangelico non leguntur. Sane multa tam de verbis quam de factis dominicis invenimus ab Evangelistis omnia⁵⁹⁾, quae Apostoli vel supplevisse verbo, vel facto expressisse leguntur. Paulus enim in actibus Apostolorum sic ait: „Meminisse vos⁶⁰⁾ oportet verbi Domini Iesu⁶¹⁾, qui dixit⁶²⁾: beatus est magister dare⁶³⁾ quam accipere.“ Haec nullus quatuor⁶⁴⁾ Evangelistarum descripsit. Nullus etiam horum expressit, quod Paulus de Christo ad Corinthios scribens ait: „Visus est plus quam quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo; novissime autem, tanquam abortivo, visus est et mihi.“ Ipsi etiam Evangelistae mutuo inter se supplevisse leguntur quae ab eorum aliquo vel aliquibus sunt bmissa. Unde quum tres Evangelistae posuerint⁶⁵⁾: „hoc⁶⁶⁾ est corpus meum,“ solus Lucas adiecit: „quod pro vobis tradetur,“ et quum Matthaeus et Marcus adiecerint: „pro multis, Lucas dicit: pro vobis.“ Matthaeus autem: „in remissionem peccatorum,“ adiunxit⁶⁷⁾. Ceterum ea, quae adduntur in canone missae, possunt et aliis locis evangelii comprobari⁶⁸⁾. Ioannes enim suscitationem Lazari describens⁶⁹⁾, Iesum sarsum oculos levasse asserit⁷⁰⁾, et dixisse: „Pater, gratias ago tibi, quoniam audivisti⁷¹⁾ me.“ „Alibi etiam idem dicit: „Haec locutus est Iesus, et sublevalis oculis in coelum dixit: Pater, clarifica filium tuum.“ Si tunc igitur in coelum oculos levavit ad Patrem, quum ad corpus exanime animam

Cap. II. 22) Restitutum ex c. 10. conc. Salegustad. (hab. A. 1022.) Comp. II. h. t. c. 2. — 23) Alex. III. ex c. Trib.: Comp. II. Ms. B., Aug. — 24) aut: conc. — 25) ut haec (hoc: Ms. A.) ulterius non faciant: Comp. II. — 26) desid. in C. R. 1. — 27) voluerit: Comp. II. Ms. A. — 27) pro reverentia, non pro aliqua divinatione. Et si: conc. — 28) cantetur: Ed. Rom. oper. mend. — missa cantetur: Cont., Böhm. — 29) vel pro sal. . . aut pro def.: conc. — 30) ac defunct.: Comp. II. Ms. A. — vel def.: Aug., Ms. B.

Cap. III. 31) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 201. — Comp. III. h. t. c. 1. — 31) Vigorien.: Comp. III. Ms. — Vigorn.: C. R. L. — Wigornien.: Comp. III. Aug., Reg. — 32) duximus respondendum: Comp. III., Reg. — 33) desid. in Comp. III. Ms.

Cap. IV. 34) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 3. — Comp. III. h. t. c. 2. — 35) Braccaren.: Böhm. — Bracaren.: Comp. III. Ms. — 36) celebrare: Comp. III. — 37) inqu. tal.: omitt. Comp. III., Reg. — 38) desid. in C. H. — 39) canitur: Reg. — 40) Unde etc.: desid. ap. Aug. — 41) regulariter: C. H.

Cap. V. 42) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 150. — Comp. III. h. t. c. 4. — 43) S. Petri in Magdalona: Reg. — Magdalen.: Comp. III. Aug. — Magdalen.: Ms. — 44) post. vestr.: omitt. Comp. III., Reg. — 45) accipit: C. H. — perceperit: Comp. III. Aug., Reg. — 46) profusionis: Böhm.

Cap. VI. 47) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 121. — Comp. III. h. t. c. 5. — 48) desid. in C. H. — Ippuni: Reg. — 49) quae sit forma verborum. . . . quum illud in canone missae: Reg. — 50) legitur: Böhm. — cf. Matth. XXVI. 27. — 51) egit: Reg. — 52) abest a C. R. 2. — seq.: enim: desid. in C. R. 1. — 53) fundetur: Comp. III. — 54) ipsius: Aug. — 55) abest a Comp. III., Reg. — 56) ipsum: C. H. — 57) testatur: C. L. — 58) coelos: Comp. III. Aug. — 59) dimissa: ib. — 60) nos: Cont. — cf. Act. XX. 35. — 61) Dom. nostri Iesu Christi: C. R. 2. — 62) dicentis: C. R. 1. — quoniam ipse dixit: Comp. III., Reg. — 63) desid. in C. H. — 64) 1 Cor. XV. 6. — 65) posuerunt: Cont., Böhm. — 66) Matth. XXVI. 26., Marc. XIV. 22., Luc. XXII. 19. — 67) iniunxit: Comp. III. Aug. — adiungit: Reg. — 68) approbati: C. R. 1. — 69) descripturus: Comp. III., Reg. — 70) Ioan. XI. 41. — 71) exaudivisti: C. R. 1. L.

Lazari revocavit⁷³), probabilius esse videtur, quod tunc oculos levaverit ad Patrem in coelum⁷³), quum panem et vinum in corpus et sanguinem proprium commutavit. Ceterum, sicut superius est expressum, quum in textu evangelico „novi testamenti“ ponatur, hic interponitur: „et aeterni.“ Nam vetus testamentum, quod hircorum et vitulorum fuit sanguine dedicatum, temporalia promittebat; novum autem, quod est Christi sanguine consecratum, promittit aeterna. Et ideo testamentum illud fuit vetus et transitorium; hoc autem novum est et⁷⁴) aeternum. Vel, ut utamur⁷⁵) alia ratione, unde novum, id est ultimum, esse describitur, inde aeternum, id est perpetuum, comprobatur. Novissimum etenim hominis testamentum immobile⁷⁶) perseverat, quia testatoris obitu confirmatur; iuxta quod Apostolus testamentum in morte⁷⁷) asserit confirmatum, alioquin non valet⁷⁸), dum vixerit qui⁷⁹) testatur. Praeterea non solum scriptura, sed etiam promissio dicitur testamentum, iuxta quod Apostolus ipse scribit: „Ideo⁸⁰) novi testamenti mediator est, ut re promissionem⁸¹) accipiant qui vocati sunt hereditatis aeternae.“ Sic ergo intelligi debet quod in ipso canone reperitur: „Hic est⁸²) enim sanguis meus novi et aeterni testamenti,“ id est⁸³) novae ac aeternae promissionis, scilicet⁸⁴) confirmator, sicut Dominus re promittit⁸⁵): „Qui manducat,“ inquit, „carnem meam, et sanguinem meum bibit, habet vitam aeternam.“ Ex eo autem verbo, de quo movit tua fraternitas quaestionem, videlicet „mysterium⁸⁶) fidei“, munimentum erroris quidam trahere putaverunt, dicentes, in sacramento altaris non esse corporis Christi et sanguinis veritatem, sed imaginem tantum, et speciem et figuram, pro eo, quod scriptura interdum commemorat⁸⁷), id, quod in altari suscipitur, esse sacramentum, et mysterium et exemplum. Sed talis ex eo laqueum erroris incurrit, quod nec auctoritates⁸⁸) scripturae convenienter intelligunt, nec sacramenta Dei⁸⁹) auscipiunt reverenter, „scripturas et virtutem Dei pariter nescientes.“ Si enim „ideo,“ quia figura est sacramentum altaris, veritas esse negatur, ergo nec mors, nec resurrectio Christi, quum figura sit, veritas est credenda, siquidem mortem et resurrectionem Christi similitudinem et imaginem esse Apostolus⁹⁰) manifestat: „Christus,“ inquit, „mortuus est pro delictis nostris, et resurrexit propter iustificationem nostram.“ Apostolorum etiam princeps Petrus sic in epistola sua⁹¹) scribit: „Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia eius.“ Sic ergo tam mors Christi quam eius resurrectio est exemplum⁹²), ut et nos, peccato mortui, iustitiae iam⁹³) vivamus. Quare, si non fuit⁹⁴) veritas, quia fuit exemplum: ergo nec vere mortuus fuit Christus⁹⁵), nec vere a mortuis resurrexit. Sed absit a fidelium cordibus error iste⁹⁶), quum Propheta de ipso⁹⁶) testetur, quod vere⁹⁷) languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. Dicitur⁹⁸) tamen mysterium fidei, quoniam „et aliud ibi⁹⁹) creditur quam cernatur¹⁰⁰), et aliud cernitur, quam credatur. Cernitur enim species panis et vini, et creditur veritas carnis et sanguinis Christi“, ac virtus unitatis et caritatis: „Quod autem mysterium fidei dicitur in hoc loco, atibi secundum Ioannem spiritus et vita narratur. Nam spiritus est mysterium iuxta illud: „littera occidit, spiritus autem vivificat“; fides autem est vita, secundum quod legitur: „Iustus meus ex fide vivit, propter quod ipse Dominus dicit: Verba, quae locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.“ Distinguerunt est tamen subtiliter inter tria, quae sunt in hoc sacramento discretas, videlicet formam²) visibilem, veritatem corporis, et virtutem spiritualem. Forma est³) panis et vini, veritas carnis et sanguinis, virtus unitatis⁴) et caritatis. Primum est sacramentum, et non res. Secundum est sacramentum et res. Tertium est⁵) res et non sacramentum. Sed⁶) primum est sacramentum geminae rei. Secundum „autem“ est⁷) sacramentum unius, et alterius res existit. Tertium „vero“ est⁸) res gemini sacramenti. Credimus igitur, quod formam verborum, sicut in canone reperi-

tur, et a Christo Apostoli, et ab ipsis eorum acceperint⁹) successores. „Nam, sicut superius est expressum, multa de verbis et factis dominicis ab Evangelistis omisa, et sermonibus suppleverunt Apostoli et operibus expresserunt.“ §. 1. Quaevisi etiam¹⁰), utrum aqua cum vino in sanguinem convertatur. Super hoc autem opiniones apud scholasticos variantur. Aliquibus enim videtur¹¹), quod, quum de latere Christi duo praecipua¹²) fluxerint¹³) sacramenta, redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua, in illa¹⁴) duo, vinum et aqua, quae commiscerentur in calice, divina virtute mutantur, ut in hoc sacramento plene¹⁵) sit veritas et figura. Alii vero tenent, quod aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem¹⁶), quum in vinum transeat mixta¹⁷) vino, licet physici contrarium asseverent, qui aquam a vino per artificium posse asserunt separari. Praeterea potest dici, quod aqua non¹⁸) transit in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa ita, quod vini saporem assumit. Quod inde convincitur¹⁹), quia, si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur²⁰) in calicem, illud²¹) quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur; sed accidentibus prioris vini commixtum corpori, quod sub eis latet, undique circumfunditur, non madidans, circumfusum. Ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur efficere, quia, si aqua „pura“ fuerit²²) apposita, vini saporem assumit. Contingit igitur accidentia inutare²³) subiectum, sicut et subiectum contingit accidentia permutare; cedit quippe natura miraculo, et virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconveniens creditur aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur, quum legatur de ipsius latere²⁴) processisse. „Illud autem est nefarium opinari, quod quidam dicere praesumpserunt, aquam videlicet in phlegma converti. Nam et de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiantur exisse, non attendentes, quod de latere Christi duo fluxerunt sacramenta, et quod non baptizantur in phlegmate, sed in aqua, iuxta quod Dominus protestatur: „Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei.“ Verum inter opiniones praedictas illa probabilior iudicatur, quae asserit, aquam cum vino in sanguinem transmutari, ut expressius eluceat²⁵) proprietates sacramenti. Nam quum²⁶) aquae multae sicut populi multi, iuxta quod alibi legitur: „Beati, qui seminant²⁷) super omnes²⁸) aquas:“ ideo vino aqua unitur, ut Christo populus adunetur. Per hoc enim, quod „et“ susceptus²⁹) ipse de nostro, et accepimus ipsi de suo, tam³⁰) insolubili nexu coniungimur, ut, qui³¹) est unum cum Patre per ineffabilem unitatem, fiat unum nobiscum per admirabilem unionem, ac³²) per hoc ipsum communiter mediante cum Patre unum efficiamur³³). „Pater,“ inquit³⁴), „sancte, serva eos, in nomine tuo“ quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut³⁵) et nos, non pro his „autem“ roga tantum, sed pro eis, qui crediti sunt per verbum eorum in me, ut et ipsi in nobis unum sint, et mundus credat, quia tu me misisti.“ §. 2. Tertio „vero“ loco fraternitas tua requisivit, „quis mutaverit, vel quando, aut“ quare fuerit mutatum, quod in secreta³⁶) B. Leonis secundum³⁷) antiquiores codices continetur, sic videlicet: „Annue nobis, Domine, ut animae famuli tui Leonis haec prosit oblatio;“ quum in modernis³⁸) sacramentariis³⁹) habeatur: „Annue nobis, quaesumus, Domine, ut intercessione B. Leonis haec nobis prosit oblatio.“ Super quo „tibi taliter“ respondemus, quod, „quis illud mutaverit, aut quando mutatum fuerit, ignoramus. Scimus tamen, qua fuerit occasione mutatum; quia,“ quum sacrae scripturae dicat auctoritas, quod iniuriam facit martyri qui orat pro martyre, idem est ratione consimili de aliis sanctis sentiendum⁴⁰), quia⁴¹) orationibus nostris non indigent pro eo⁴²), quod, quum sint perfecte beati, omnia eis ad vota succedunt. Sed nos potius orationibus eorum indigemus, quos⁴³), quum miseri simus, undique mala nostra⁴⁴) perturbant. Unde, quod⁴⁵) in plerisque orationibus continetur: „prosit“ „videlicet“, vel proficiat huic sancto vel illi talis oblatio ad

Cap. VI. 72) revocabat: Reg. — anima ... revocabatur: Comp. III. — 73) coelis: Comp. III. Aug. — 74) desid. ap. Böhm. — 75) utatur: C. R. 1. — 76) morte immobile: Cont. — 77) mortuus: Reg. — cf. Hebr. IX. 17. — 78) valere: Reg. — valeret: Comp. III. — 79) quod: Aug. — 80) Et ideo: C. H. — cf. Hebr. IX. 15. — 81) remissionem: Comp. III. — 82) desid. in Comp. III. Ms. — seq.: enim non exstat in Reg. — 83) id est: absunt a C. H., Comp. III., Reg. — 84) scilicet: C. R. 1. — 85) re promittit: C. L. — 86) ministerium: Comp. III. — 87) commemorat: Reg. — 88) auctoritatem: Comp. III. Aug. — 89) sacramentum suscipiunt: ead. — 90) esse Ap.: desid. in C. H. — cf. 1 Cor. XV. 3. — 91) desid. ib. — cf. 1 Petr. II. 21. — 92) add.: et figura: C. R. 1. — 93) desid. in Comp. III. — 94) fuerit: ead., C. H. — 95) abest a C. H. — 96) ipse: Comp. III. — 97) ipse propheta de Christo: Comp. III., Reg. — cf. Isa. LIII. 5. — 98) qui vero: C. R. 1. — qui vere: C. R. 2. L. — 99) dicitur: C. L. — 100) desid. in Comp. III. Ms. — verba: ibi ... aliud: omitt. Aug. — 100) cernitur: C. H. — 1) omitt. Comp. III., Reg. — 2) forma visibilis, veritas ... virtus spiritalis: Reg. — 3) abest a Reg. — 4) veritatis: C. H. — 5) omitt. Reg. — 6) Sed primum est unius et alterius res existit: Comp. III. Ms., reliqua omisa. — 7) abest a Reg. — secundum unius; tertium est gemini sacramenti et alterius res existit: Aug. — 8) non exstat in Reg. — 9) ac-

cipiunt: C. R. 1. — 10) praeterea: Comp. III. Ms. — 11) videbatur: C. R. 2. — 12) praecipue: Comp. III. — 13) fluxerunt: Reg. — 14) alia: Comp. III. Aug. — 15) plenius sint: Comp. III. Ms. — plene sint: Aug. — plene sint: Reg. — 16) sanguine: C. R. 1. — 17) aqua mixta: C. R. 2. — 18) desid. in Comp. III. Ms. — 19) commiscetur: C. R. 1. — convinci potest: C. R. 2. — conicitur: C. H., Comp. III. Ms., Reg. — 20) mittitur: C. L. — 21) istud: Comp. III. Ms. — 22) fuit: C. H. — 23) permixtura: Comp. III., Reg. — 24) corpore: C. R. L. H., Cont. — 25) eluceat: C. H. — luceat: C. R. 2., Comp. III. — 26) Nam aquae ... sunt: Comp. III. Ms. — 27) seminant: C. R. L., Comp. III., Reg., Cont. — cf. Isa. XXXII. 20. — 28) omitt. ib. — 29) susceptus: C. R. 1. — 30) tantum: C. R. 2. — 31) quod: Comp. III. Aug. — seq.: unum: desid. in C. H. — 32) desid. ib. — 33) efficiamur: ib. — 34) Ioan. XVII. 20 — 35) ut nos: C. H. — add.: unum sumus: C. R. — 36) secreto: Comp. III. Aug. — 37) secundum quod antiquiores codices (libri: Ms.) continent, videlicet: Comp. III. — 38) modernioribus: Comp. III., Reg. — 39) codicibus: C. R. 1. — 40) sciendum: Comp. III. Aug. — 41) qui: Comp. III. Ms., Reg. — 42) verb.: pro eo ... indigenus: desid. in Comp. III. Ms. — 43) quod: C. H. — 44) multa: Reg. — 45) quum: C. H.

gloriam et⁴⁶⁾ honorem⁴⁷⁾, ita "sano" debet intelligi, ut ad hoc pro-
nit, quod magis ac magis a fidelibus glorificetur⁴⁷⁾ in terris⁴⁸⁾, "aut
etiam honoretur", licet plerique reputent non indignum, sancto-
rum gloriam usque ad iudicium augmentari, et ideo ecclesiam inter-
m sane posse augmentum glorificationis eorum optare. Ver-
rum⁴⁹⁾, utrum in hoc articulo locum habeat illa distinctio, qua do-
cetur, quod defunctorum alii sunt valde boni, alii sunt⁵⁰⁾ valde
mali, alii mediocriter boni, alii mediocriter mali, unde suffragia,
quae sunt a fidelibus⁵¹⁾ in ecclesia pro valde bonis, actiones sunt
gratiarum, pro valde malis consolationes vivorum, expiationes
vero pro mediocriter bonis, et propitiationes pro mediocriter malis,
tua discretio investiget. "De cetero tuis orationibus adjuvari peti-
mus apud Deum. Dat. Lat. III. Kal. Dec. Ao. V." [1202.]

CAP. VII.⁵²⁾

Graviter peccat qui simulat conficere, et non conficit, quam ille, qui
conficit in mortali.

Idem Rectoribus Romanae⁵³⁾ fraternitatis.

De homine (Et infra:) Quaesivistis⁵⁴⁾ "enim a nobis," quid de
incauto⁵⁵⁾ presbytero videatur, qui, quum se sciat⁵⁶⁾ in mortali
crimine constitutum, missarum solennia, quae non potest propter
necessitatem quamlibet intermittere, propter⁵⁷⁾ sui facinoris con-
scientiam dubitat celebrare⁵⁸⁾, "arctatusque graviter e duobus,
dum divinum exsequi ministerium metuit, ne populum illud expec-
tantem offendat, et corpus Christi perficere perhorrescit, ne su-
mens ipsum indigno iudicio sibi manducet et bibat," peractisque
ceteris circumstantiis missam celebrare se fingit, et suppressis ver-
bis, quibus conficitur corpus Christi, panem et vinum tantummodo
pure⁵⁹⁾ sumit, ita credens, per id, quod praetendit, populo satia-
facere, ut per hoc, quod intendit, Deum non debeat provocare.
Quum ergo falsa sint abicienda remedia, quae veris sunt periculis
graviora, licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se in-
dignum, "ab huiusmodi sacramento reverenter debeat abstinere,
ac ideo" peccet graviter, si se ingerat⁶⁰⁾ irreverenter ad illud;
graviter⁶¹⁾ tamen "procul dubio" videtur offendere, qui sic fraudu-
lenter illud praesumpserit simulare, quum ille "culpam vitando,
dum facit," in solius misericordiae Dei manum incidat, iste vero
"culpam faciendo, dum vitat," non solum Deo, cui non veretur il-
ludere, sed "et" populo, quem decipit⁶²⁾, se adstringat. "Dat. So-
rae X. Kal. Oct. Pont. nostr. Ao. XI." [1208.]

CAP. VIII.⁶³⁾

Hic improbat opinionem, quae habet, quod in sacramento altaris aqua
convertatur in phlegma, et probat, Christum fuisse verum Deum et ve-
rum hominem, et quod de ipsius latere exivit vera aqua.

Idem Ferrariensi Episcopo.

In quadam nostra decretali epistola asseris te legisse, illud esse⁶⁴⁾
necarium opinari, quod quidam dicere praesumpserunt, in sacra-
mento videlicet eucharistiae aquam in phlegma converti. Nam "et"
de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiantur
exisse. "Licet autem hoc magnos et authenticos viros sensisse re-
censens, quorum opinionem dictis et scriptis haecenus es secutus,
ex quo tamen in contrarium nos sentimus, nostrae compelleris sen-
tentiae consentire. Sed verbum Ioanni Apostolo multum movere
fateris, dicentis: "Tres sunt, qui testimonium dant in terra, spi-
ritus, aqua et sanguis, et hi tres unum sunt;" "quamvis hoc ulti-
mum in plerisque codicibus minus habeatur, quod dicit ab omnibus
sic expoi, illos videlicet esse unum, id est de una et eadem re, sci-
licet de humanitate Christi testari. Porro si vera fuit aqua, quae
fluxit de latere Christi, et non humani corporis humor, qualiter
per illam probetur, quod Christus sit homo, non vides. Glossa
namque super illum locum sic habet: "Spiritus, id est humana
anima, quam emisit in passione; aqua et sanguis; quae fluxerunt

de latere Christi," quod fieri non posset, si non haberet veram car-
nis naturam. Sic ergo tam ex textu quam ex glossa proponis, per
illam aquam probari, quod Christus sit verus homo, et ideo, si di-
catur, quod illa non existit vera aqua, sed aquaticus humani cor-
poris humor, tam expositoris quam Apostoli verba intelligibilia
tibi esse videntur. Sed dicto, quod fuerit vera aqua, sicut nos
credimus et fatemur, nec ista, nec illa sufficienter intelligis. Unde
nobis humiliter supplicasti, quatenus ad generalem utilitatem le-
gentium, et nebulam de tuo corde tollendam, sufficienter et eviden-
ter hoc exponere dignaremur. Nos igitur ad tuae applicationis
instantiam respondemus, quod quidam dixerunt, sed erraverunt,
Christum non fuisse verum Deum⁶⁵⁾, sed adoptivum, ut miseri Ar-
riani⁶⁶⁾; alii "vero" Christum non fuisse verum hominem, sed
phantasticum, ut impii Manichaei. Sed⁶⁷⁾ adversus huiusmodi
haereses Ioannes Apostolus in epistola sua loquitur, dicens⁶⁸⁾:
"Tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, verbum⁶⁹⁾, et
Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt;" per hoc intendens osten-
dere, quod Christus sit verus Deus. "Et⁷⁰⁾ tres sunt, qui testi-
monium dant in terra, spiritus, aqua, et sanguis;" per hoc inten-
dens ostendere, quod Christus sit verus homo. Nam ad esse homi-
nis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus et anima, ex
quorum coniunctione verus homo subsistit⁷¹⁾. Per hoc autem, quod
in articulo mortis Christus inclinatus capite tradidit spiritum, de quo
voce magna clamaverat⁷²⁾: "Pater, in manus tuas commendo spi-
ritum meum", manifeste probatur, quod ipse spiritum habebat, non
solum flatum vitale, sed animam "quoque" rationalem⁷³⁾, de qua
praedixerat⁷⁴⁾: "Tristis est anima mea usque ad mortem," et⁷⁵⁾:
"Potestatem habeo ponendi animam meam, et iterum sumendi eam."
Per hoc autem, quod unus militum lancea latus eius aperuit, et
continuo sanguis exivit et aqua, probatur aperte, quod Christus
verum corpus habebat. Nam de phantastico corpore, nec sanguis,
nec aqua potuisset exire, unde⁷⁶⁾ ille, qui vidit, testimonium
"quidem" perhibuit, et testimonium ejus est verum, quia tres sunt,
qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua et sanguis. Quod
videlicet Christus sit verus homo, ex anima rationali et humana
carne⁷⁷⁾ subsistens, probatur⁷⁸⁾ ex eo, quod spiritum vitalem⁷⁹⁾,
emisit⁸⁰⁾; et de⁸¹⁾ vero corpore probatur, quoniam ex eo sanguis
exivit et aqua; rationalis quippe anima non posset vivificare, nisi
corpus humanum, ex quibus verus homo consistit. Ceterum sicut
fuit verus spiritus et verus sanguis, ita procul dubio vera aqua,
quum Christus sit veritas, et a veritate omnis fallacia sit penitus
aliena⁸²⁾. Nam si non fuisset aqua⁸³⁾, sed phlegma, quod de la-
tere Salvatoris exivit, ille, qui vidit, et testimonium veritati⁸⁴⁾
perhibuit, profecto non "aquam," sed "phlegma" dixisset. Nec
in hoc verum regenerationis sacramentum fuisset ostensum, quum
per sacramentum baptismi non regeneremur in phlegmate, sed in
aqua. Neque per hoc posset vero⁸⁵⁾ argumento probari, quod in
sacramento eucharistiae admiscenda sit aqua vino, si de latere
Christi non aqua, sed phlegma cum sanguine profluxisset. Sed
nec vera fuisset figura, quae super hac re praecessit⁸⁶⁾ in veteri
testamento, quando "videlicet" Moyses virga percussit silicem, et
ex ea "quidem" non phlegma, sed aqua manavit. Restat igitur, ut,
qualiscunque fuerit illa aqua, sive naturalis sive miraculosa, sive
de novo divina virtute creata, sive de componentibus ex parte ali-
qua resoluta, procul dubio vera fuit⁸⁷⁾; quum naturaliter possit et
compositum in componentia, et elementatum⁸⁸⁾ in elementa re-
solvitur, quemadmodum verum existit sudor ipsius, sicut guttae san-
guinis decurrunt in terram. Quum⁸⁹⁾ autem ad compositionem
humani corporis quatuor elementa concurrant⁹⁰⁾, videlicet terra
"et" aqua, aer et ignis, et ad vegetationem eiusdem corporis qua-
tuor humores illis consimiles⁹¹⁾ conveniant, videlicet sanguis "et"
cholera, phlegma et melancholia, ut veritatem humani corporis
expressius demonstraret, unum ex illis et unum ex istis Ioannes
expressit, illaque⁹²⁾ potius ex illa et ex istis, quae magis myste-
rio⁹³⁾ congruebant, ex elementis⁹⁴⁾ aquam, et ex humoribus san-
guinem; in quibus duobus duo maxime sacramenta, redemptionis
videlicet et regenerationis, elucet⁹⁵⁾.

Cap. VI. 46) vel. Reg. — 47) glorificentur: C. H. — 48) et non: ib. — 49) Utrum tamen: Comp. III., Reg. — 50) omitt. Comp. III., Reg. — 51) add.: nostris: C. R. 2. —
Cap. VII. 52) Restitutio (quantum oportuit) ex Reg. Bal. XI. 146. — Comp. III. h. t. c. 6. — 53) rectoribus Bonon.: C. R. 1. — 54) Quaesivisti: C. R. — 55) cauto: C. H. — 56) se sciens: Comp. III., Reg. — 57) pro... conscientia: ib. — 58) exercere: C. R. 1. — 59) purum: C. R. L., Comp. III., Reg. — 60) ingerit: Comp. III., Reg. — 61) quamvis: Reg. oper. mend. — 62) deceptit: Comp. III. Aug. —
Cap. VIII. 63) Restitutio ex Reg. Bal. XII. 7. — Comp. III. h. t. c. 7. — 64) fuisse: Cont., Böhm. — 65) abest a C. H. — 66) Adriani: Comp. III. Aug. — 67) Adversus has haereses: Comp. III. et Reg. — 68) i Ioan. V. 7. — 69) et filius: C. H. — 70) Vel: Comp. III., Böhm. —

71) consistit: C. L. — 72) Luc. XXIII. 46. — 73) rationabilem: Cont., Böhm. — 74) Matth. XXVI. 38. — 75) Ioan. X. 18. — 76) i Ioan. V. 7. seq. — 77) et hum. carne: omitt. Comp. III., Reg. — 78) quod probatur ex eo, quod spiritum vitalem (desid. in Ms.) emisit ex (et: Ms.) vero corpore, quod inde probatur, quoniam: Comp. III., Reg. — 79) talem: C. H., Reg. — 80) emisit: Reg. — 81) desid. in C. L. H. et verum corpus, quod probatur: C. R. 1. — et ex vero corpore, quod idem probatur: C. R. 2. — ex vero corp., quod inde prob.: Reg. — 82) amota: C. H. — 83) vera aqua: C. R. 1. — 84) verum: Reg. — 85) desid. in Comp. III. Aug. — 86) praecessisset: C. L. — 87) fuerit: Reg. — 88) elementum: C. R. 1. — 89) quum ante comp.: Comp. III. Aug. — 90) concurrerunt: C. L. — 91) similes: Reg. — 92) illa, quae: Cont., Böhm. — 93) ministerio: C. R. — 94) et ex el.: C. L. — 95) elucet: Comp. III. Aug.

CAP. IX.⁹⁶⁾

Præcipit praelatis et clericis in virtute obedientiae, ut nocturnum officium et diurnum studioso celebrent et devote.

Idem in concilio generali.

Dolentes referimus, quod non solum quidam minores clerici, verum etiam aliqui ecclesiarum praelati, circa commensationes superfluas et⁹⁷⁾ fabulationes⁹⁸⁾ illicitas, ut de aliis taceamus, fere⁹⁹⁾ medietatem noctis expendunt, et somno residuum relinquentes, vix ad diurnum¹⁰⁰⁾ concentum avidum excitantur, transcurrendo undique continua¹⁾ syncope matutinum. Sunt et alii, qui missarum solennia vix celebrant quater²⁾ in anno, et, quod deterius est, interesse contemnunt. Et³⁾ si quando, dum⁴⁾ haec celebrantur, intersint⁵⁾, chori silentium fugientes intendunt⁶⁾ exterius⁷⁾ collocutionibus⁸⁾ laicorum, dumque⁹⁾ auditum ad indebitos sermones effundunt¹⁰⁾, aures intentas non porrigunt ad divina. Haec igitur et similia sub poena suspensionis penitus iahibemus, districtè præcipientes in virtute obedientiae, ut divinum officium nocturnum pariter et diurnum, quantum eis Deus dederit, studioso celebrent pariter¹¹⁾ et devote.

CAP. X.¹²⁾

Eucharistia debet mundo servari, et in eius elevatione et delatione populus debet se inclinare; et, quum defertur ad infirmum, debet deforri in decenti habitu et cum lumine; transgressores vero graviter sunt puniendi.

Honorius III.¹²⁾

Sane¹³⁾, quum olim *vas aureum, manna plenum, Christi corpus deitatem praefigurans, in arca foederis auro tecta infra sancta sanctorum fuerit collocatum, ut munde in loco venerabili servaretur, dolemus plurimum et tristamur, quod in plerisque provinciis sacerdotes sanctiones canonicas, immo deivum iudicium contemnentes, sacram eucharistiam incaute custodiunt, et immunde ac indevote contrectant, quasi nec creatorem timeant, vel recreatorem diligant, aut iudicem omnium expavescant, quanquam Apostolus terribiliter comminetur, deteriora illum mereri supplicia, qui filium Dei conculeaverit, vel sanguinem testamenti pollutum duxerit, aut spiritui gratiae contumeliam fecerit, quam transgressorem legis Mosaeicae, qui mortis sententia plectebatur.* Ne *igitur de cetero* propter incuriam sacerdotum *in indevotos* divina indignatio graviter exardescat, districtè præcipiendum mandamus, quatenus a sacerdotibus eucharistia in loco singulari, mundo *etiam* et signato semper honorifice collocata¹⁴⁾, devote ac fideliter conservetur. Sacerdos vero quilibet frequenter doceat plebem suam, ut, quum in celebratione missarum elevatur hostia salutaris, *quilibet* se¹⁵⁾ reverenter inclinet, idem faciens, quum eam¹⁶⁾ defert¹⁷⁾ presbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu superposito mundo velamine ferat, et referat manifeste ac honorifice ante pectus cum omni reverentia et timore, semper *tamen* lumine praecedente, quum sit candido lucis aeternae, ut ex hoc apud omnes fides et devotio augeatur. Praelati autem huiusmodi¹⁸⁾ mandati graviter punire non differant transgressores, si et ipsi divinam et nostram volunt¹⁹⁾ effugere ultionem. *Vos autem sic observari faciatis praedicta, quod non efficiantur vindictae participes, sed coronae. Dat. Viterbii X. Kal. Dec. Pont. nostr. Ao. IV.* [1219.]

CAP. XI.²⁰⁾

In ecclesiis collegiatis debent celebrari duae missae collegialiter, una pro defunctis, alia secundum exigentiam diei, ut pro festo, si festum occurrat, vel pro feria, si feria.

Idem²¹⁾ universis ecclesiarum Praelatis.

Quum creatura non habeat, quid pro meritis respondeat creatori (Et infra: *Quum ergo ecclesia Gallicana, per Dei gratiam tanquam lucerna super candelabrum posita, luceat aliis per exemplum, qui videntes opera eius bona glorificant patrem caelestem,*

*ne, quod absit, tantae negligentiae tenebris obumbratur, et alias consequenter obumbrat: universalitem vestram rogandum duximus et monendam, per apostolica scripta vobis Mandamus²²⁾, quatenus universi et singuli provide attendentes, quod servare Deo regnare est, nullum in vos torporem negligentiae obrepere permittatis, quo minus et pro anniversariis defunctorum, et pro festo vel feria secundum temporum²³⁾ congruentiam, missarum solennia *et* conventualiter celebretis, *et faciatis conventualiter celebrari, etc. Dat. Anagninae IV. Non. Jul.* [1217.]*

CAP. XII.²⁴⁾

In die coenas Domini episcopus tantum in sua ecclesia debet missam celebrare et chrisma conficere.

Idem.²⁵⁾

Te referente *didicimus, quod in die coenas Domini de antiqua teneris consuetudine chrisma conficere in ecclesia Sipontina, sed, quum mane diei eiusdem ad Garganicam ecclesiam accedas, ut ibi, prout moris est, recipias peregrinos, ipsius loci clerus et populus celebrare missam in eadem ecclesia Garganica, priusquam ad Sipontinam redeas, te compellant, super quo nostrum et apostolicae sedis consilium implorasti.* Quam *autem chrisma eo die intra missarum conficiatur solennia, et* cuilibet sacerdoti, quacunque dignitate praefulgeat, unam in die celebrare missam sufficit, (nam et valde est felix, qui celebrat digne unam): fraternitati tuae mandamus, quatenus die coenas Domini²⁶⁾ in ecclesia Sipontina duntaxat, in qua teneris chrisma conficere, missarum studeas solennia celebrare.

CAP. XIII.²⁷⁾

In sacrificio altaris plus de vino quam de aqua ponendum est.

Idem Archiepiscopo Ablatensi.²⁸⁾

Perniciosus *valde, sicut audivimus,* in tuis partibus inolevit abusus, videlicet, quod in maiori quantitate de²⁹⁾ aqua ponitur in sacrificio, quam de vino, quum secundum rationabilem consuetudinem ecclesiae generalis plus in ipso sit de vino quam de aqua ponendum. Ideoque fraternitati tuae mandamus, quatenus id non³⁰⁾ *de cetero* facias, nec in tua provincia fieri patiaris.

CAP. XIV.³¹⁾

Ab officio et beneficio deponitur presbyter, qui sine aqua et igne, vel in pane fermentato vel vase ligno sacrificat.

Idem Episcopo Brixienti.

Litteras tuas recepimus, continentes, quod, quum super excessibus *magistri Mauri* presbyteri ecclesiae sanctae Brigidae Brixienensis³¹⁾ *iuxta debitum officii pastoralis* inquireres, confessus est, quod, quum quadam die hostiam et calicem non haberet, in pane fermentato et *in* scypho ligueo *adstante populo* missarum solennia celebrare praesumpsit. *Quare ipsum suppositi perpetuo interdico, consulens, ut in aliqua ecclesia regulari mutaret in melius vitam suam.* Postmodum *venerabili fratre nostro Hostiensis episcopo, tunc apostolicae sedis legato, ut secum misericorditer ageret, supplicante, idem, ad celebrationem divinarum presbyterorum restituens memoratum, super suspensione beneficii causam S. Salcatoris et S. Lucae praepositis Brixienensibus delegavit, qui ad beneficium restituerunt eundem.* Deinde vero *reversus de partibus transmarinis, intellectu iterum³²⁾, quod praedicta ecclesia per malitiam dicti presbyteri³³⁾ multipliciter laedebatur, inquisitionis officium iterans, ex eius confessionibus inventi, quod idem igne sacrificabat³⁴⁾ et aqua, *quare, quid de ipso agendum sit, nostro petisti edoceri responso.* Quum igitur vel ex aperta³⁵⁾ malitia, vel *ex* nimia desipientia peccasse probetur, *fraternitati tuae* mandamus, quatenus, *si praemissis caritas suffragatur,* officio et beneficio *sublato appellationis obstaculo* perpetuo³⁶⁾ ipsum privet.*

Cap. IX. 96) c. 17. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 2. — 97) vel: Comp. IV. Ms. B. — 98) confabulationes: C. R. L., Comp. IV., conc. — 99) desid. in Comp. IV. Aug. — 100) ad divinum officium ad conc. av.: Comp. IV. Ms. A. B. — 1) continua: Comp. IV. Aug., Ms. A., conc., Com. — 2) desid. in Comp. IV. Aug. — 3) Vel si: Ms. A. — et si quando his evidentior intersunt: Aug. — 4) quum: Böh. — 5) intersunt: Comp. IV. Ms. A. B., conc. — 6) intersunt: Comp. IV. Ms. A. — 7) externis: Comp. IV. Aug. — 8) collocutiones: Böh. — 9) divinamque... sonos extendunt: C. R. 1. — 10) fundunt: Comp. IV. Ms. A. — 11) desid. in Comp. IV. Ms. A. et conc. Ms.

Cap. X. 12) Restitutum ex Orig., quod exstat ap. Raynald. ad A. 1219. — Integra epistola, cuius haec extrema verba sunt, edita est a Martenio Anecd. l. 875. et a Jus. Ant. Rieggero Opusc. (Frib. 1773.) p. 263. — Comp. V. h. t. c. 1. — 12*) ad universos Antiocheni patriarchatus archiepiscopos, episcopos ceterosque praesules: Rayn. — 13) non exstat ap. Rayn. — 14) collata: C. R. 1. — 15) abest ab orig. — 16) eucharistiam:

Ciron. — ipsam: Rayn. — desid. in Comp. V. Ms. — 17) portat: C. R. L., Comp. V., Rayn. — 18) huius: Comp. V., Rayn. — 19) voluerunt: C. R. 1. L. — velat: Ciron.

Cap. XI. 20) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — Indicatur a Raynaldo ex Reg. I. 530. ad A. 1217. — 21) archiepiscopis et episcopis et universis aliis ecclesiarum praelatis (eccl. pr.: desid. in Ms.) et clericis per Franciam constitutis: Comp. V. — 22) mandantes: Comp. V., Böh. — 23) ipsarum: C. R. 1. L.

Cap. XII. 24) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 4. — 25) archiep. Sipontino: Comp. V. — 26) die praedicta: ib.

Cap. XIII. 27) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 5. — Indicatur a Raynaldo ex Reg. V. 172. ad A. 1220. — 28) Ablatensi: Böh. — Ubal.: Comp. V. Ms. — Ubalensi: Cir. — 29) omitt. Cir. — 30) nec: Comp. V.

Cap. XIV. 31) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 6. — 31*) abest a C. R. 1. — 32) desid. in Comp. V. — 33) magistri: ib. — 34) sacrificasse praesumpsit: ib. — 35) acta: C. R. 2. — 36) abest a C. R. 1.

TITULUS XLII.

DE BAPTISMO ET EIUS EFFECTU.

CAP. I.)

Licet puer sit ter mersus in aqua in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti, si non sit dictum: „Ego te baptizo in nomine Patris, etc.“, non est baptizatus.

Alexander III.²⁾

Si quis "sane" puerum³⁾ ter in aqua⁴⁾ immerserit in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti, amen⁵⁾, et⁶⁾ non dixerit⁷⁾: „Ego baptizo te in nomine⁸⁾ Patris, et Filii et Spiritus sancti, amen⁹⁾“ non¹⁰⁾ est puer¹¹⁾ baptizatus.

CAP. II.¹²⁾

Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus, potest baptizari forma hic expressa.

Idem.

De quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur¹³⁾ his verbis praemisissis: „Si baptizatus es¹⁴⁾, non¹⁵⁾ te baptizo¹⁶⁾, sed, si nondum¹⁷⁾ baptizatus es, ego te baptizo, etc.“¹⁸⁾

CAP. III.¹⁹⁾

Sacramentum baptismi utiliter confertur parvulis, licet non credant nec intelligant, et remittitur eis peccatum originale. H. d. usque ad §. *Ferum*. — (Verum etc.) Originale peccatum, quod sine consensu contrahitur, remittitur in baptismo etiam non consentienti, ut parvulis; secus de adultis, quia, sicut non committitur sine consensu, ita non relaxatur. Hoc dicit usque ad §. *Sed adhuc*. Abbas. — (Sed adhuc) Licet in baptismo dimittatur originale peccatum parvulis, qui tamen consentire non possunt, in adultis tamen, amentibus vel dormientibus, qui non consentiunt baptismi, non dimittitur actuale, et item etiam nec originale. H. d. — (Item etc.) Amentes vel dormientes baptizati, si ante demeritum vel dormitionem baptizari volebant, characterem suscipiunt, alius secus; coacti vero causative suscipiunt. H. d. usque ad finem.

Innocentius III. *Arelatensi Archiepiscopo*.²⁰⁾

Maiores ecclesiae causas, praesertim articulos fidei contingentes, ad Petri sedem referendas intelligit²¹⁾ qui eum quaerenti Domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse notabit²²⁾: „Tu es Christus²³⁾ filius Dei vivi“, et pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides eius. Quibusdam²⁴⁾ igitur quaestionibus, quas contra catholicos haeretici²⁵⁾ moverant²⁶⁾, nos postulas²⁷⁾ respondere. Asserunt enim, parvulis inutiliter baptismum conferri, quod punitur „tam ratione quam auctoritate“ probare²⁸⁾, illud primo et praecipue inducentes, quod, quum secundum²⁹⁾ verbum Iacobi Apostoli, dicentis in epistola sua: „Caritas operit multitudinem peccatorum“, et iuxta illud³⁰⁾ testimonium veritatis in evangelio de peccatrice, quae ipsius pedes laverat, perhibentis: „Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum“: non nisi per caritatem et in caritate criminosa dimittantur³¹⁾, parvulis, qui nec sentiunt, nec consentiunt, et caritatem non habent, quae sententibus et consentientibus tantum infunditur, peccatum non dimittitur in baptismo. „Et sic eis baptismum non confertur, quia non est talibus conferendum. In evangelio quoque legitur: „Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit, qui autem non crediderit, condemnabitur; unde parvuli, si fuerint sine non fuerint baptizati, condemnabuntur, utpote non credentes.“ Ad id autem taliter respondemus, quod³²⁾ baptismum circumcissioni successit³³⁾. Absit enim, ut³⁴⁾ in illam damnatam haeresim incidamus, quae perperam affirmabat, legem cum evangelio, et circumcisionem cum baptismo servandam, quoniam secundum Apostolum³⁵⁾, dicentem ad Galatas: „Si circumcidimini, Christus vobis nihil prodest.“

Quum ergo circumcisio tam adultis quam parvulis ex praecepto Domini³⁶⁾ conferretur³⁷⁾, ne baptismus, qui successit³⁸⁾ loco ipsius, et generalior tamen existit³⁹⁾, quum⁴⁰⁾ tam viri quam feminae baptizentur, minoris videatur⁴¹⁾ effectus, tam adultis quam parvulis est conferendus. Sicut enim „olim“ sine distinctione qualibet Mosaica lex clamabat⁴²⁾: „Anima, cuius praepitii caro circumcisio non fuerit, peribit de populo suo“, ita nunc indistincte vox intonat⁴³⁾ evangelica: „Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei“, ab hac generalitate nec sexum, nec aetatem excludens. „Unde, sicut anima circumcisio de populo suo non peribat, sic, qui ex aqua fuerit et Spiritu sancto renatus, regni coelorum introitum obtinebit.“ Cautè tamen notandum⁴⁴⁾ est, quantum plus baptismus hodie conferat Christianis, quam quondam Iudaeis circumcisio contulisset, dictum est in fine praedictae auctoritatis inductae de veteri lege: „peribit de populo suo“ in evangelica vero auctoritate⁴⁵⁾ subiunctum est; „non intrabit in regnum Dei“ quoniam, etiam originalis culpa remittebatur per circumcissionis mysterium⁴⁶⁾, et damnationis periculum vitabatur, non tamen perveniebatur ad regnum coelorum, quod usque ad mortem Christi fuit omnibus observatum⁴⁷⁾; sed per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricati⁴⁸⁾ culpa remittitur, vitatur periculum, et ad regnum coelorum etiam pervenit, cuius ianuam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer reseravit. Absit enim, ut universi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin⁴⁹⁾ et ipsi misericors Deus, qui neminem vult perire, aliquod remedium procuraverit⁴⁸⁾ ad salutem. Ceterum ex vi literarum satis patet, praedictas auctoritates intelligendas esse tantummodo de adultis, qui habent multitudinem peccatorum; quum de parvulis non possit⁴⁹⁾ intelligi, qui peccato tantum originali tenentur. Similiter et illa „alia“ auctoritas est solvenda⁵⁰⁾: „Qui crediderit, et baptizatus fuerit etc.“ quum non possint credere parvuli, sed adulti. Et⁵¹⁾ ob hoc tota auctoritas hic⁵²⁾ intelligenda est „tantummodo“ de adultis, nec ad alios prima, et ad alios secunda clausula referatur; quamvis nonnulli concedant, quod parvuli credunt non per usum, sed per habitum fidei, quem⁵³⁾ suscipiunt in baptismo, sicut et alia multa verba secundum communem usum loquendi non ad actum, sed ad aptitudinem referuntur. Illud vero⁵⁴⁾, quod opposites⁵⁵⁾ inducunt, fidem aut caritatem, aliasque virtutes parvulis, utpote non consentientibus, non infundi, a plerisque non conceditur absolute; quum propter hoc inter doctores theologos quaestio referatur, alii asserentibus, per virtutem baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri; nonnullis „vero“ dicentibus, „et“ dimitti peccatum, et virtutes infundi habentibus illas quoad habitum, non quoad⁵⁶⁾ usum, donec perveniant⁵⁷⁾ ad aetatem adultam. Verum quidam ex hac solutione invenisse se credunt viam ad alias quaestiones, argumentantes ex eo, quod dicimus, parvulis in baptismo peccatum originale dimitti, quod et adultis⁵⁸⁾ dormientibus vel amentibus peccatum⁵⁹⁾, si baptizentur, ratione simili dimittatur. Quum enim neutri sentiant tunc vel consentiant, dicunt, idem in consimilibus⁶⁰⁾ iudicandum. Hic vero dicimus distinguendum, quod peccatum est duplex, originale scilicet et actuale; originale, quod absque consensu contrahitur, „et“ actuale, quod committitur cum consensu. Originale igitur, quod sine consensu contrahitur⁶⁰⁾, sine consensu⁶¹⁾ per vim remittitur sacramenti; actuale vero, quod „cum“ consensu contrahitur, sine consensu minime relaxatur. Sed adhuc quaeritur, quare non saltem originale peccatum amentibus, et dormientibus in baptismo sicut parvulis dimittatur. Ad hoc est taliter respondendum, quod Dominus, qui totum hominem salvum⁶²⁾ fecit in sabbato, opus imperfectionis non novit, et ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit. Praeterea poena⁶³⁾ originalis peccati est carentia visionis Dei; actualis vero poena peccati est gehennae perpetuae cruciatus. Unde, si, dimitteretur alicui primum,

TIT. XLII. Cap. I. 1) Luc. ap. Bal. III. 373. — Comp. II. h. t. c. 2. — 2) Pontio episc. Charomontensi: Manrique ad A. 1176. c. 6. — 3) puerum tunc merserit, dicendo: in nom. etc.: Luc. — 4) in aqua: omitt. Comp. II. Ms. A. B. — 5) abest ab iisd. — 6) si: Luc. — 7) dicit: Comp. II. Aug. — 8) verb.: in nom. — 9) amen: omitt. Luc. — 9) abest a Comp. II. Ms. A. B. — 10) talis immersio non potest dici baptismus: Luc. — 11) non exstat in Comp. II. Ms. B.

Cap. II. 12) Comp. II. h. t. c. 2. — 13) baptizentur: C. R. L., Comp. II. — 14) si... es: omitt. Comp. II. — 15) ego non: C. R. 1. — 16) re-baptizo: C. R. L., Comp. II. — 17) non: Comp. II. Ms. A. — 18) baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen.: C. R.

Cap. III. 19) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — 20) inser. omitt. Comp. III. — 21) intelligit: Comp. III., Cont., Böhm. — 22) vocabatur: C. R. 1 — notavit: C. R. 2., Comp. III. Aug. — notabat: Cont., Böhm. — cf. Matth. XVI. 16. — 23) omitt. Comp. III. — 24) Haec igitur te notasse sollicitè coniectamus evidentem, qui ut haereticos ecclesiam impugnantes melius nostrum (omitt. Ms.) munus auctoritate repellas, quib. quaest.: ead. — 25) abest ab ead. — 26) movebant: C. R. 1. — moverunt: C. L. —

26) postulat: C. L. — 27) prob. tam ratione quam exemplo: C. R. 1. — 28) quod est sec.: Comp. III. — cf. Iac. V. 20. — 29) omitt. C. R. L., Comp. III. — cf. Luc. VII. 48. — 29) dimittuntur: C. R. L. — 30) quod quum: Cont. — 31) successerit: Böhm., Cont. — 32) desid. in C. L. — 33) Gal. V. 2. — 34) abest a C. R. 1. — 35) conferatur: ib. — conferitur: C. L. — 36) succedit: Cont., Böhm. — 37) existit: C. R. 2. — 38) abest a C. L. — ut: C. R. 2. — non: Comp. III. Aug. — 39) videntur: C. L. — 40) Gen. XVII. 14. — 41) insonat: C. R. 2. — cf. Iuan. III. 3. — 42) adnotandum, quantum: Comp. III. — 43) veritate: C. R. 1., Comp. III., Cont. — 44) ministerium: C. R. 1. — 45) consecratum: ib. — observatum: Comp. III. Aug. — 46) rubricatum: C. L. — 47) quando: C. R. 1. — quoniam: C. R. 2. — 48) procuravit: Böhm. — 49) posset: C. R. L. — possent: Comp. III. — 50) Marc. XVI. 16. — 51) sed: C. R. 1. — 52) Anec: ib., Comp. III. — 53) quam: C. R. 1., Comp. III. Aug. — 54) ergo: Comp. III. — 55) proponentes: C. R. 1. — 56) ad: C. R. 2. L. — 57) pervenerint: C. R. L., Comp. III. — 58) quod in ad.: Comp. III. — 59) peccata dimittantur: C. R. 1. — 59) similibus: ead. — 60) trahitur: Comp. III. Ms. — 61) cum cons.: C. R. 2. — per cons.: C. L. — 62) sanum: C. R. 2. L., Comp. III. Aug. — 63) poen... poen.: desid. in Comp. III. Ms.

altero non dimisso, talis non careret visione Dei propter originale dimissum, et cruciaretur in gehenna perpetuo propter reatum criminis actualis; sed haec tanquam incompassibilia⁶⁴⁾ sese minime patiuntur, immo sibi mutuo adversantur. Item⁶⁵⁾ quaeritur, utrum *"hujusmodi"* dormientibus et amentibus sacramenti saltem character in baptisate imprimatur, ut excitati a somno vel ab aegritudine liberati non sint denuo baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicunt, quod sacramenta, quae per se sortiuntur effectum, ut baptismus et ordo ceteraque similia; non solum dormientibus et amentibus, sed invitis *"etiam"* et contradicentibus, etsi non quantum ad rem, quantum tamen ad characterem conferuntur, quum non solum parvuli, qui non consentiunt, sed et⁶⁶⁾ ficti, qui quamvis non ore⁶⁷⁾, corde tamen dissentiant, recipiant⁶⁸⁾ sacramentum. Sed opponitur talibus, quod, qui fuissent inviti et reluctantes immersi, saltem ratione sacramenti ad iurisdictionem ecclesiasticam⁶⁹⁾ pertinere, unde ad servandam regulam fidei Christianae forent rationabiliter compellendi. Verum id est religioni Christianae contrarium, ut semper invitus et penitus contradicens ad recipiendam et servandam Christianitatem aliquis compellatur. Propter quod inter invitum et invitam⁷⁰⁾, coactum et coactum alii non absurde distinguunt, quod is⁷¹⁾, qui terroribus atque⁷²⁾ suppliciiis violenter attrahitur, et⁷³⁾, ne detrimentum incurrat, baptismi suscipit sacramentum, talis *"quidem,"* sicut et is, qui fide ad baptismum accedit, characterem suscipit Christianitatis impressum, et ipse, tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est *"tamen"* ad observantiam⁷⁴⁾ fidei Christianae. In quo casu debet intelligi decretum *"illud"* concilii Toletani, ubi dicitur, quod, qui iam pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisibuti⁷⁵⁾, quia iam constat eos sacramentis divinis associatos, et baptismi gratiam suscepisse, et chrismate unctos esse, et corporis Domini exstitisse participes, oportet etiam, ut fidem, quam necessitate susceperunt⁷⁶⁾, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, et fides, quam susceperunt⁷⁷⁾, vilis ac contemptibilis habeatur. Ille vero, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit sacramenti, quia plus est expresse contradicere quam minime consentire: sicut nec ille notam alicuius reatus incurrit, qui contradicens penitus et reclamans thurificare idolis cogitur violenter⁷⁸⁾. Dormientes autem et amentes, si, priusquam amentiam incurrerent aut dormirent, in contradictione persistere⁷⁹⁾, quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare, etsi⁸⁰⁾ fuerint sic immersi, characterem non⁸¹⁾ suscipiunt sacramenti. Secus autem, si prius catechumeni exstitissent, et habuissent propositum baptizandi; unde tales in necessitatis articulo consuevit ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimi operatio, quum obicem voluntatis contrariae⁸²⁾ non invenit obstantem.

CAP. IV. 83)

Nemo potest se ipsum baptizare, etiam instante necessitatis articulo.

Idem Metensi⁸⁴⁾ Episcopo.

Debitum *"pastoralis officii exsolvis, quum super dubiis iuris articulis responso sedis apostolicae postulas edoceri."* Sane *"per tuas nobis litteras"* intimasti, quod quidam Iudaeus, in mortis articulo constitutus, quum inter Iudaeos tantum existeret, in aquam se ipsum immersit, dicendo: „ego baptizo me in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, amen"⁸⁵⁾. *"Nunc autem quaeris, utrum idem Iudaeus, in devotione Christianae fidei perseverans, debeat baptizari. Nos autem fraternitati tuae taliter"* Respondemus, quod, quum inter baptizantem et baptizatum debeat esse discretio⁸⁶⁾, sicut ex verbis Domini colligitur *"ecidenter,"* dicentis Apostolis: „Ite⁸⁷⁾, baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti," memoratus Iudaeus est denuo⁸⁸⁾ ab alio baptizandus,

ut ostendatur, quod alius est, qui baptizatur; et alius, qui baptizatur. Ad quod etiam designandum ipse Christus non a se ipso, sed a Iohanne voluit baptizari, quamvis, si talia continuo decerneret, ad coelestem⁸⁹⁾ patriam protinus evolasset⁹⁰⁾ propter sacramenti fidem; etsi non propter fidei sacramentum. In baptismo quippe illa spiritualis⁹¹⁾ generatio celebratur, de qua Veritas ait⁹²⁾: „Oportet vos nasci denuo, quia, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum coelorum."⁹³⁾ Sicut ergo in carnali generatione, qua proles ex viro et femina nascitur, alius est, qui carnaliter gignit, et alius *"est,"* qui carnaliter gignitur, sic *"est"* in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua et Spiritu sancto renascitur, alius debet esse, qui spiritualiter generet⁹⁴⁾, et alius, qui, spiritualiter generetur. Sane, quum corpus exterius, sive quum cor interius baptizatur⁹⁵⁾, oportet, ut utrobique paternitas et filiiatio valeat⁹⁶⁾ inveniri, quibus baptizans et baptizatus adinvicem referantur⁹⁷⁾. *"Secundus autem etc. [cf. c. 5. de big. I. 21.] Dat. Ferentini V. Kal. Sept. Ao. IX." [1206.]*

CAP. V. 98)

Ubi deest verbum vel elementum aquae, non est baptismi sacramentum.

Idem Morosiensi⁹⁹⁾ Episcopo.

Non ut apponeres¹⁰⁰⁾ *"tibi scientiam, sicut credimus, sed ut per oraculum verbi nostri tuorum ignorantiam subditorum malus erudires, apostolicum tibi responsum fieri"* Postulasti, utrum parvuli sint pro Christianis habendi, quos, in articulo mortis¹⁾ constitutos, propter aquae penuriam et absentiam sacerdotis aliquorum simplicitas in caput et pectus ac inter scapulas pro baptismo salivae conspersione linivit. Respondimus²⁾, quod, quum in baptismo duo semper videlicet verbum et elementum, necessario requirantur, iuxta quod de verbo Veritas ait³⁾: „Euntes in mundum universum praedicate⁴⁾ evangelium omni creaturae, et baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti," eademque dicat de elemento⁵⁾: „Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum coelorum;" dubitare non debes, illos verum non habere baptismum, in quibus non solum utrumque praedictorum⁶⁾, sed eorum alterum est omissum. *"Dat. Rom. ap. S. Petr. Kal. Mart. Pont. nostr. Ao. IX." [1206.]*

CAP. VI. 7)

Baptizatos a Latinis Graeci rebaptizare non debent.

Idem in concilio generali.

Licet Graecos *"in"* diebus nostris ad obedientiam⁸⁾ sedis apostolicae revertentes fovere ac honorare velimus, mores ac ritus eorum, in⁹⁾ quantum cum Domino possumus, sustinendo: in his tamen illis deferre non volumus¹⁰⁾, nec debemus, quae periculum generant animarum et ecclesiasticae derogant honestati. Postquam¹¹⁾ enim Graecorum ecclesia cum quibusdam complicitibus et fautoribus suis ab obedientia sedis apostolicae se subtraxit, in tantum Graeci coeperunt abominari Latinos, quod inter alia, quae in derogationem¹²⁾ eorum impie committebant, si quando sacerdotes Latini super eorum celebrarent altaria, non prius ipsi sacrificabant¹³⁾ in ipsis¹⁴⁾, quam ea, tanquam per hoc¹⁵⁾ inquinata, lavissent. Baptizatos etiam a Latinis ipsi Graeci rebaptizare ausu temerario praesumebant, et adhuc, sicut accepimus, quidam¹⁶⁾ hoc agere non verentur. Volentes igitur tantum scandalum ab ecclesia Dei amovere, sacro suadente concilio districte praecipimus, ut talia de cetero non praesumant, conformantes se tanquam filii obedientiae sacrosanctae Romanae ecclesiae matri suae, ut sit¹⁷⁾ unum ovile et unus pastor. Si quis autem tale quid¹⁸⁾ praesumpserit, ex communicationis macroue percussus ab omni officio et beneficio ecclesiastico¹⁹⁾ deponatur.

Cap. III. 64) impossibilia: C. R. 1., Comp. III. — 65) Interim: Comp. III. Aug. — 66) omitt. Comp. III. — 67) re: ead. Ms. — 68) recipiunt: Comp. III. — 69) ecclesiae: C. R. 1. — 70) vitam et invitum, coactum et incoactum: C. R. 1. — 71) desid. ib. — 72) absque: ib. — 73) ut ne... suscipiunt: Comp. III. — 74) observationem: ead. — 75) Silebuti: ead. Ms. — cf. c. 5. Dist. XLV. (conc. Tol. IV.) — 76) susceperunt: Comp. III. Ms. — 77) susceperint: Comp. III. — 78) desid. in C. R. L. — 79) perstitierant: C. R. 1. L., Comp. III. — 80) si: C. R. L., Comp. III. — 81) nec: Comp. III. Aug. — 82) vol. contr.: omitt. Comp. III.

Cap. IV. 83) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 159. — Comp. III. h. t. c. 2. — 84) vener. fratri Meb. ep.: Reg. — 85) abest a Comp. III. et Reg. — 86) distinctio personal.: C. R. 1. — differentia: C. L. — 87) ita et: C. L. — abest a C. R. 2., Comp. III. Reg., Cont. — cf. Matth. XXVIII. 19. — 88) omitt. Comp. III. — indubitanter: Reg. — 89) abest a C. R. 2. L., Comp. III., Reg., Cont. — 90) convolasset: C. R. 2. L. — 91) specialis: C. R. 1. — 92) Ioan. III. 5. — 93) Dei: Reg. — 94) verb.: generat...

spir.: desid. in Comp. III. Ms. — 95) baptizetur: C. L. — 96) valeant: Comp. III., Reg. — 97) referatur: C. R. 1., Comp. III.

Cap. V. 98) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 5. — Comp. III. h. t. c. 3. — 99) leg.: Nidrosiensis (Drontheim) cum C. L., Comp. III., Reg. — 100) appones: C. R. 2. L. — 1) abest a Comp. III. Ms. et Reg. — 2) quum igitur in bapt.: Comp. III., Reg. — 3) Matth. XXVIII. 19. — 4) verb.: praed... et: omitt. Comp. III., Reg. — 5) Ioan. III. 5. — 6) praesursorum: Comp. III. Ms.

Cap. VI. 7) c. 4. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. un. — 8) ab obedientia: Comp. IV. Aug. — 9) desid. in Comp. IV. Ms. — 10) nec vol.: Comp. IV., conc. — 11) Postquam... eccl.: desid. in Comp. IV. Ms. A. — 12) derogatione: C. R. 1. — 13) sacrificare volebant: Comp. IV., Reg. — 14) illis: conc. — 15) eas: Comp. IV. Ms. A. — 16) quidam eorum: ib. — 17) sic stat: ib. — 18) aliquid: conc. Ms. — 19) ecclesiae: Comp. IV. Aug.

TITULUS XLIII.

DE PRESBYTERO NON BAPTIZATO.

CAP. I.¹⁾

Si non-baptizatus ordinatur, ordinis characterem non recipit.

Ex concilio apud Compendium.

Si quis presbyter ordinatus deprehenderit, se non esse baptizatum, baptizetur, et iterum ordinetur.²⁾

CAP. II.³⁾

Omissio baptismi non nocet credenti probabiliter, se esse baptizatum.

Innocentius III. Episcopo Cremonensi.⁴⁾

Apostolicam sedem, *"venerabilis frater noster, ut debuisti,"* consulere decrevisti. (Et infra?) Unde inquisitioni tuae taliter⁵⁾ respondemus, presbyterum, quem sine unda baptismatis extremum diem clausisse *"litteris tuis"* significasti, quia in sanctae matris ecclesiae fide et Christi nominis confessione perseveravit⁶⁾, ab originali peccato solutum⁷⁾, et coelestis patriae gaudium esse adeptum, *"ex auctoritate sanctorum Patrum Augustini atque Ambrosii"* asserimus incunctanter. Lege, *"frater,"* super octavo⁸⁾ libro Augustini de civitate Dei, ubi⁹⁾ inter cetera legitur: „Baptismus invisibiliter ministratur¹⁰⁾, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit.“ Librum¹¹⁾ etiam B. Ambrosii de obitu Valentiniани idem asserentis revolve. Sopiis igitur quaestionibus doctorum Patrum sententias¹²⁾ tenas, et in ecclesia¹³⁾ tua iuges preces hostiasque¹⁴⁾ Deo offerri iubeas pro presbytero memorato.

CAP. III.¹⁵⁾

Non baptizatus ordinari non potest, et, si de facto ordinetur, non recipit ordinis characterem, licet credebatur baptizatus.

Idem Ferrariensi Episcopo.

Veniens ad apostolicam sedem *"dilectus filius"* I.¹⁶⁾ lator praesentium nobis exposuit¹⁷⁾, quod, quum *"per singulos ordines usque"* ad gradum sacerdotii ascendisset¹⁸⁾, comperit tandem *"pro certo,"* quod non fuerit¹⁹⁾ secundum formam evangelii baptizatus, unde nos eum *"per venerabilem fratrem nostrum N. Tusulanum episcopum"* rite fecimus baptizari. Quumque super ordinibus²⁰⁾ *"coram nobis"* fuisset diutius²¹⁾ disputatum, quidam in eam declinaverunt sententiam, ut, quum baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum, ante susceptionem baptismi non suscipiatur aliud sacramentum, quoniam, ubi fundamentum non est, superaedificari non potest. Porro econtra²²⁾ videri posset. Nam quum quis non solum per sacramentum fidei, sed per fidem etiam sacramenti efficiatur procul dubio membrum Christi, et qui Christum habet²³⁾ per fidem, etiamsi baptismum non habeat, habet utique fundamentum, praeter quod aliud poni non potest, quod est Christus lesus: superaedificare²⁴⁾ posse videtur²⁵⁾, sicut salutifera opera, sic et quaelibet ecclesiastica sacramenta, quum illud non sit generaliter verum, neque de novis, neque de veteribus sacramentis, quod baptismus sit fundamentum illorum, quoniam et sacramentum coniugii et *"sacramentum etiam"* eucharistiae a non baptizatis recipi potest. Praeterea sacramentum ordinis non solum pontificalis, sed sacerdotalis etiam et levitici ex institutione sua praecessit baptismum, per²⁶⁾ quod forsitan videtur, quod ante baptismum huiusmodi ordines possent²⁷⁾ rite conferri, maxime²⁸⁾ his, qui baptizati esse creduntur. *"Quid enim, si forsitan is, qui baptizatus esse credi-*

tur, et non est, in episcopum saltem de facto fuerit consecratus? Eruntne reordinandi omnes, qui ab eo fuerint ordinati? Et quum de pluribus episcopis nesciatur, an renati fuerint aqua baptismatis, quum hoc nec ipsi reminiscantur, nec alii: dubitatur igitur, an tales sint veraciter in episcopos consecrati? Unde quot et quanta sequantur non solum absona, sed absurda, silendum est potius quam dicendum." Quia vero in concilio apud Compendium²⁹⁾ legitur constitutum³⁰⁾, quod, si quis in presbyterum ordinatus deprehenderit, se non esse baptizatum, baptizetur, et iterum ordinatur: nos circa latorem praesentium in hoc dubitabili casu quod tutius est sequentes, *"fraternitati tuae per apostolica scripta"* mandamus, quatenus ipsam per singulos ordines usque ad sacerdotium promovere prooueres, et permittas, eum in sacerdotio ministrare, quia non intelligitur iteratum quod ambigitur esse factum. Nec male de sacramento sentitur, quum illud non religionis contemptus, sed articulus necessitatis excludit. Et certe de illo, qui natus de Christianis parentibus, et³¹⁾ inter Christianos est fideliter conversatus³²⁾, tam violenter praesumitur, quod fuerit baptizatus, ut haec praesumptio pro certitudine sit habenda, donec evidentissimis forsitan argumentis contrarium probaretur³³⁾. *"Dat. Rom. ap. S. Petr. Id. April. Ao. IX."* [1206.]

TITULUS XLIV.

DE CUSTODIA EUCHARISTIAE, CHRISMATIS ET ALIORUM SACRAMENTORUM¹⁾.CAP. I.²⁾

Eucharistia et chrisma debent fideliter sub clavibus custodiri, et contra facientes sunt puniendi.

Innocentius III. in concilio generali.

Statuimus, ut in cunctis ecclesiis chrisma et eucharistia sub fideli custodia clavibus adhibitis conserventur³⁾, ne⁴⁾ possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia vel⁵⁾ nefaria exercenda⁶⁾. Si vero is, ad quem spectat custodia, ea incaute⁷⁾ reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur, et, si per eius incuriam aliquid nefandum inde⁸⁾ contigerit, graviori subiaceat ultioni.

CAP. II.

Suppellectilia in ecclesiis poni non debent, nisi necessitas urgeat. Hoc dicit primo. Ecclesiae debent sua vasa et vestimenta munde tenere. Hoc secundo.

Idem in eodem.⁹⁾

Relinqui nolumus incorrectum, quod quidam clerici ecclesias sic exponunt¹⁰⁾ suppellectilibus propriis, et etiam alienis, ut potius domus laicae, quam Dei basilicae videantur, non considerantes, quod Dominus non sinebat, ut vas transferretur per templum. Sunt et alii, qui non solum ecclesias dimittunt incultas, verum etiam vasa ministerii, et vestimenta ministerum¹¹⁾, ac pallas altaris, nec non *"et"* ipsa corporalia tam immunda relinquunt, quod interdum aliquibus sunt horrori. Quia vero zelus nos comedit domus Dei, firmiter prohibemus, ne huiusmodi suppellectilia in ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incursum, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes ad eas oporteat¹²⁾ haberi¹³⁾ refugium, sic tamen¹⁴⁾, ut necessitas cessante¹⁵⁾, res in loca pristina reportentur. Praecipimus quoque, ut oratoria¹⁶⁾, vasa, corporalia et vestimenta praedicta munda et nitida conserventur¹⁷⁾. Nimis enim videtur¹⁸⁾ absurdum in sacris sordes negligere, quae dedecent¹⁹⁾ etiam in profanis.

TIT. XLIII. Cap. I. 1) cf. e. 60. C. I. qu. 1. et Coll. ibi citt. — App. L. 45. Lips. XXIV. 3. Comp. I. h. t. c. 1. — 2) add. et omnes, quos prius (ipse) ordinavit: App., Lips. (ex Burch.)

Cap. II. 3) Restitutum ex Lips. XXIV. 1. Cass. XXXVII. 1. Comp. I. h. t. c. 2. — 4) Innoc. II.: Lips., Cass., C. R. L. — 5) breviter resp. et placide: Lips., Comp. I. — 6) perseveraverit: Comp. I., Cont., Bühm. — 7) absolutum: Lips. — 8) octas. Aug. librum: Lips., Comp. I. Aug. — super Augustinum VIII. L.: Cass. — cf. Aug. I. c. XIII. 3. — 9) in quo: Lips. — ibi: Cass. — 10) operator: C. R. 1. — baptismum . . . ministratum: Cass. — cf. Dist. IV. de cons. c. 34. — 11) vel: Cass. — seq. etiam: omitt. Coll. citt. — 12) sententiam: C. R. L., Cont. — 13) et ecclesiae tuae: Coll. citt. — 14) hostiasque pro eo (ipso: Ms.) offerri (offerre: Aug.) iubens: Comp. I. — iuges pro eo (pro eo: desid. in Lips.) prec. et host. offerre iubens: Lips., Cass.

Cap. III. 15) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 54. — Comp. III. h. t. c. un. — 16) desid. in Comp. III. — 17) lacrimabili nobis insinuatione monstravit: Comp. III., Reg. — 18) accessisset: C. R. 2. — 19) fuerit: Reg. — 20) add. suis: C. L. — 21) aliquandiu: Reg. — 22) contra-

rium: C. R. 2. — in Comp. et Reg. omitt. verb.: e contr. . . Nam. — 23) habent: C. R. 1. — 24) superaedificari posse videtur (Comp. III. Aug.: videtur — Ms.: videretur: Comp. III., Reg. — 25) videretur: O. R. L. — 26) per (propter: Comp. III.) quod apparer: Comp. III., Reg. — 27) possunt: ib. — 28) et max.: C. R. 1. — 29) cf. sup. c. 1. — 30) institutum: Reg. — 31) abest a C. R. et Comp. III. — 32) Chr. fid. conversatur: C. R. 2. — conversatur: Reg. — 33) probetur: ib.

TIT. XLIV. 1) De cust. euchar. et chrism. et chrism.: C. R. 1. — de custodia eucharistiae: C. L. — Cap. I. 2) e. 20. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 2. — 3) reserventur: Comp. IV. Ms. A. — 4) ut non: conc. Ms. — 5) et: Comp. IV. Ms. A. — 6) generanda: Aug. — 7) tenerarie: Comp. IV. Ms. A. — 8) desid. ap. Aug. — Cap. II. 9) c. 19. ib. — Comp. IV. c. 1. de immu. III. 17. — 10) disponunt: Comp. IV. Aug. — 11) ministeriorum: C. R. 2. — 12) oportet: C. L. — oporteret: C. R. 1. — 13) habere: Comp. IV. Aug. — 14) desid. in C. R. 2. — 15) cogente: Comp. IV. Ms. A. — 16) ordinaria: Aug. — 17) serventur: C. I., Comp. IV. Aug. — 18) videtur: Aug. — 19) quas dedecent in prof.: id. — quas dedecens est sustinere etc.: C. R. 1.

TITULUS XLV.

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE
SANCTORUM.

CAP. I.¹⁾

Sine Papae licentia non licet, aliquem venerari pro sancto.

Alexander III.²⁾

Audivimus, quod quidam inter vos *sint, qui,* diabolica fraude decepti, hominem quandam in potatione et ebrietate occisum quasi sanctum more infidelium venerantur, quum vix pro talibus in ebrietatibus peremptis³⁾ ecclesia permittat⁴⁾ orare. Dicit enim Apostolus⁵⁾: „*quod* ebriosi *homines* regnum Dei non possidebunt.“ Illum ergo *hominem* non praesumat⁶⁾ de cetero colere, quum, etiam si per eum⁶⁾ miracula *plurima* fierent, non liceret vobis⁷⁾ ipsum⁸⁾ pro sancto absque auctoritate Romanae ecclesiae *publice* venerari.

CAP. II.⁹⁾

Sanctorum reliquiae vendi non possunt, vel passim ostendi non debent, ne circa illas populus decipi possit.

Innocentius III. in concilio generali.

Quum ex eo, quod quidam sanctorum reliquias exponunt venales, et¹⁰⁾ eas passim ostendunt, Christianae religioni detractum sit saepius, ne¹¹⁾ in posterum detrahatur, praesenti decreto statuimus, ut antiquae reliquiae amodo extra capsam nullatenus ostendantur, nec exponantur venales. Inventas autem de novo nemo publice venerari praesumat, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatae. Praelati vero *de cetero* non permittant¹²⁾ eas¹³⁾, qui ad forum ecclesiarum causa venerationis accedunt, variis¹⁴⁾ signis aut falsis documentis decipi, sicut *et* in¹⁵⁾ plerisque locis occasione quaestus fieri consuevit. *Eleemosynarius etc.* [cf. c. 14. X. de poenit. V. 38.]

TITULUS XLVI.

DE OBSERVATIONE IEIUNIORUM.

CAP. I.¹⁾

Vigilia, occurrens in dominica, ieiunari debet in sabbato, et ieiunanda est vigilia B. Matthiae.

Innocentius III. Clericis S. Petri Magalonensis.²⁾

Ex parte vestra quaesitum fuit *a nobis,* utrum, si Nativitatem Domini, vel Assumptionem beatae³⁾ Mariae, vel festivitatem alicuius Apostolorum⁴⁾ in secunda feria contigerit evenire, die sabbati praecedentis⁵⁾ vigilia debeat ieiunari, et utrum in vigilia B. Matthiae Apostoli sit ieiunium iniungendum. Ad quod breviter⁶⁾ respondemus⁷⁾, quod *et* die sabbati festivitates praelibatas secundae feriae praecedentis et B. Matthiae Apostoli debet vigilia ieiunari. *Insuper etc.* [cf. c. 5. de celebr. miss. III. 41.] *Dat. Rom. ap. S. Petr. Non. Nov.* [1204.]

CAP. II.⁸⁾

Non capit congruum ruminationem, et textus in se satis clarus est, et multa sunt dicta, quae patent per §§.

Idem Bracharensi Archiepiscopo.

Consillam nostrum⁹⁾ *super quibusdam articulis requisisti, utrum*

videlicet sit in omnibus Apostolorum vigiliis ieiunandum, quum plures asserant, non esse ieiunandum in omnibus, sed sex tantum. Utrum etiam ieiunandum sit in Adventu, quum inde sentiant diversi diversa, quibusdam dicentibus, sed paucioribus, ieiunandum esse tunc temporis, pluribus vero se ad hoc asserentibus non teneri. Utrum insuper, si festum illorum, quorum vigilia ieiunamus, secunda feria celebrari contingat, in praecedenti sabbato sint vigiliae faciendae. Nos autem super hoc Consultationi tuae¹⁰⁾ taliter respondemus, quod *apud nos* omnium¹¹⁾ Apostolorum vigiliae sunt in observatione ieiunii celebrandae¹²⁾, praeter vigiliae Apostolorum Philippi et Iacobi, et B. Iohannis Evangelistae, quoniam ipsorum¹³⁾ solennitas¹⁴⁾ infra¹⁵⁾ solennitatem¹⁶⁾ paschalem, istius autem infra¹⁷⁾ natalem Domini celebratur. Ieiunium etiam¹⁸⁾ apud nos in adventu Domini agitur¹⁹⁾. Sanctorum²⁰⁾ quoque vigiliae, quorum festivitates oportet secunda feria celebrari, in praecedenti sabbato ieiunandae. De festivitate vero beati Bartholomaei Apostoli, de cuius celebratione²¹⁾ dubietas oritur apud quosdam, *tibi potenti consilium* respondemus, quod in hoc consuetudinem tuae regionis observes²²⁾. (Et infra: [cf. c. 4. de cel. miss. III. 41.]) Quum autem quaesieris, quae sit illis poenitentia iniungenda, qui diebus quadragesimalibus, quo tempore²³⁾ tanta famis inedia ingruebat, quod magna pars populi propter inopiam annonae periret, carnes comedere sunt coacti, *tibi breviter* respondemus, quod in tali²⁴⁾ articulo illos non credimus puniendos, *quos tam urgens necessitas excusavit,* preces tamen Domino pro illis et cum illis effundas, ne ipsis aliquatenus imputetur, quia bonarum mentium est, ibi timere²⁵⁾ culpam, ubi culpa minime reperitur. Item²⁶⁾ de illis, qui propter debilitatem, *quam in se sentiunt,* in sabbato *iuxta terrarum consuetudinem aliarum* carnes sumunt, quod in partibus tuis nullatenus fieri consuevit, quum hoc ab aliis moleste feratur, et oriatur. inde²⁷⁾ illis occasio detrahendi, respondemus²⁸⁾, quod super hoc consuetudinem tuae regionis facias observari, sic tamen, quod debilibus et infirmis propter hoc periculum non emergat. Praeterea *postulasti apostolicum responsum habere* de illis, qui in quadragesima vel in aliis ieiuniis solennibus infirmantur, et petunt sibi esum carnis indulgeri, *quorum quidam promittunt propter hoc eleemosynam se facturos, quidam vero propter necessitatem infirmitatis argentes hoc a te sibi, quasi ex debito, concedi requirunt. Super quo tibi* respondemus²⁹⁾, quod, quum non subiaceat legi necessitas, desiderium infirmorum, quum urgens necessitas exigit, supportare potes et debes, ut maius in eis periculum evitetur. *Dat. Rom. ap. S. Petr. X. Kal. Mart. Pont. nostr. Ao. IX.* [1206.]

CAP. III.³⁰⁾

Si festum Nativitatis occurrat sexta feria, licitum est omnibus carnes comedere, exceptis professis et voventibus.

Honorius III. Pragensi³¹⁾ Episcopo.

Explicari per sedem apostolicam postulasti, *utrum sit licitum illis, qui nec voto, nec regulari observantia sunt adstricti, carnes comedere, quando in sexta feria dies dominicae Nativitatis occurrat. Ad hoc* Respondemus³²⁾, quod illi, qui nec voto, nec regulari observantia sunt adstricti, in sexta feria, si festum nativitatis dominicae die ipso venire contigerit, carnibus propter festi excellentiam vesci³³⁾ possunt³⁴⁾ secundum consuetudinem ecclesiae generalis. Nec tamen hi reprehendendi sunt, qui ob devotionem voluerunt abstinere. *Dat. Lat. IV. Kal. Nov. Pont. nostr. Ao. I.* [1216.]

TIT. XLV. Cap. I. 1) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. un. — 2) monachus Gristanis: ex nimium vaga Baronii et Gonzalezii conjectura. — 3) ebrietate interemptis: Comp. II. Ms. A. — 4) permittit: ib. — 5) I Cor. VI. 10. — 6) illum mirabilia: Comp. II. Ms. A. — 7) omittit. Ms. B. — 8) eum: ib., Aug. — abest a Ms. A.
Cap. II. 9) c. 62. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. c. 2. de immunit. III. 17 (in Ms. B. est c. un. tit. de reliquiis sanctar.) — 10) ut... ostendunt: conc. Ms. — 11) ne in post. fut.: Comp. IV. Ms. A., Aug. — saepius, in posterum praesenti: Ms. B., conc. Ms. — 12) non praesumat nec permittit: Comp. IV. Ms. A. — ne perm.: Ms. B. — 13) illos: Comp. IV., conc. — 14) variis: Comp. IV. Aug., Ms. A., conc. — 15) abest a Comp. IV. Ms. A.
TIT. XLVI. Cap. I. 4) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 150. — Comp. III. h. t. c. 1. — 2) omittit. Comp. III. Ms. — Magalonens.: C. L. — Magol.: Cont. — Petri et Magalon.: Aug. — in Magalona: Reg. — 3) sanctae: Comp. III. Ms. — 4) Apostoli: C. R. 2. — 5) praecedenti: C. L., Comp. III., Reg. — 6) taliter: C. R. 2. — 7) duximus respondendum: Comp. III., Reg.

Cap. II. 8) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 3. — Comp. III. h. t. c. 2. — 8) Bracharic.: C. L. — Bracharen. ep.: Comp. III. Aug. — Bracharen. archiep.: Ms. — Braccaren.: Böhm. — 9) vestrum: C. R. 1. — 10) cons. tuae: omittit. Comp. III. — tibi: Reg. — 11) omnes omnium: Comp. III. Ms. — omnes: Reg. — 12) celebrantur: Comp. III., Reg. — 13) illorum: ib. — 14) festivitas: ib., C. R. 1. — 15) intra: Cont., Böhm. — 16) festivitatem: C. R. 1. — 17) intra: Cont., Böhm. — 18) ipsius: C. R. 1. — 19) celebratur: ib. — 20) et sanct. vigiliis... ieiunamus: Comp. III., Reg. — 21) festivitate: C. R. 1. — 22) ferrea: Comp. III. — 23) tempore illo, quo: ead., Reg. — 24) desid. in Reg. — 25) timere pro culpa, ubi minime rep.: ib. — 26) Idem: Böhm. — 27) in illis: Comp. III. Aug. — 28) tale damus tibi responsum: Comp. III. Reg. — 29) duximus respondendum: ib.
Cap. III. 30) Restitutum ex Reg. I. 44., ex quo affertur ap. Reynald. ad A. 1216. — Comp. V. h. t. c. un. — 31) Ass.: Comp. V. Ms. — Pizocen.: C. R. 2. — Pregon.: C. R. 1. — Parganen.: Cir. — 32) tale damus responsum: Comp. V., Reg. — 33) uti: ib., C. R. L. — 34) possint: Comp. V. Ms.

**TITULUS XLVII.
DE PURIFICATIONE¹⁾ POST PARTUM.**

CAP. UN.²⁾

Mulier post partum statim ingredi ecclesiam, nec tenetur abstinere per aliquos dies secundum legem Mosaicam.

Innocentius III. *Armachana*³⁾ *Archiepiscopo.*

Volens *fraternitas tua per responsum apostolicum adoceri, humiliter a nobis expetit, utrum mulieres statim post partum debeant ecclesias ingredi, vel ab earum ingressu per dies aliquot abstinere.* Licet *autem* secundum legem Mosaicam certi dies determinati fuissent, quibus mulieres post partum a templi cessarent ingressu: quia tamen lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est, *nos, sanctorum Patrum vestigiis inhaerentes,* inquisitioni tuae taliter respondemus⁴⁾, quod, postquam umbra legis evanuit, et illuxit veritas evangelii⁵⁾, si mulieres, post prolem emissam⁶⁾ acturae gratias ecclesiam intrare voluerint, nulla proinde peccati mole gravantur, nec est ecclesiarum eis aditus *aliquatenus*⁷⁾ denegandus, ne⁸⁾ poena illis converti videatur in culpam. Si tamen ex veneratione voluerint aliquamdiu abstinere, devotionem earum nos credimus improbandam. *Dat. Laterani.* [1198.]

TITULUS XLVIII.

**DE ECCLESIIS AEDIFICANDIS VEL
REPARANDIS.**

CAP. I.¹⁾

Habentes beneficium in ecclesia tenentur contribuere ad ipsius reparationem.

Ex concilio Maguntino.²⁾

Quicumque ecclesiasticum beneficium habent, omnino adiuvant ad tecta ecclesiae restauranda³⁾, vel ipsas ecclesias emendandas, *et nonam et decimam reddant.*

CAP. II.⁴⁾

Leprosi permitti debent, sine praedictio antiquarum parochiarum, habere ecclesiam propriam et presbyterum, nec tenentur solvere decimas de hortis vel nutrimentis animalium.

Ex concilio Lateranensi.

Quum dicat Apostolus⁵⁾, *abundantiorum honorem membrum inferioribus deferendum, e contra quidam, quae sua sunt, non quae Iesu Christi, quaerentes, leprosis, qui cum sanis habitare non possunt vel ad ecclesiam cum aliis convenire, ecclesias et coemeteria non permittunt habere, nec propriis curari ministerio sacerdotum. Quod quia procul a pietate Christiana esse dignoscitur, de benignitate sedis apostolicae* Constituimus, ut ubicunque tot simul leprosi sub communi vita fuerint congregati, quod⁶⁾ ecclesiam cum coemeterio sibi construere⁷⁾, et proprio gaudere valeant presbytero, sine contradictione aliqua permittantur habere. Caveant tamen, ut iniuriosi veteribus ecclesiis de iure parochialibus nequaquam existant. Quod enim⁸⁾ eis pro⁹⁾ pietate conceditur, ad aliorum iniuriam noluntus redundare. Statuimus etiam, ut de hortis et nutrimentis¹⁰⁾ animalium suorum decimas tribuere non cogantur.

TIT. XLVII. 1) purgatione: C. R. I. L. — Cap. un. 2) Restitutum ex Reg. Bal. I. 63. — Comp. III. h. t. c. un. — 3) *Armachan. episc.*: Comp. III. Cont. — 4) *taliter tibi* (omitt. Comp. III.) *duximus respondendum*: Comp. III. Reg. — 5) *evangelica*: C. R. I. — 6) *eniam*: Comp. III. Reg. — 7) *ne poenam illis in culpam convertere videamur*: ibid.

TIT. XLVIII. Cap. I. 1) c. 25. conc. Arel. VI. — cf. Cap. V. 158. Burch. III. 30., Ivo Decr. III. 35., Comp. I. h. t. c. 4. — 2) *Magoc.*: Comp. I. Aug. — 3) *restituenda*: Comp. I.

Cap. II. 4) Restitutum ex c. 23. conc. Lat. III. hab. A. 1179. — Lips. 24. Cass. XII. 15., Comp. I. h. t. c. 1. — 5) cf. I Cor. XII. 23. — 6) *qui*: Coll. cit., conc. — 7) *constituere*: conc. — 8) *namque*: conc. — 9) *desid.*: ap. Cont. — ex: C. R. L. — 10) *et de ceteris nutr.*: C. R. I.

Cap. III. 11) Restitutum ex Lips. XIX. 10., Comp. I. h. t. c. 2. — 12) *Lucius III. Eb. archiep.*: Lips. — 13) *Eni.*: Comp. I. Ms. — E.: Lips. — 14) *inundaverint*: Lips., Comp. I. — 15) *eam*: ib. — 16) *valeant*: Böhm. — 17) *parochialis*: Comp. I. — 18) *ministri illius ecclesiae*: C. L. 19) *convenientem*: C. R. I. L., Lips. — 20) *valeant*: C. L. — *vulet*: Cont. — 20*) *in eadem villa fieri capellam patiaris, et sac. ibi*: Lips. — 21) *eius*: Comp. I. Aug. — 22) *providetis*: Lips., Comp. I. — 23) *desid.*: in Comp. I. Ms. — 23*) *presbyteri*: Comp. I. — 24) *matrici*: C. L. — 24*) *dimittas*: Lips.

CAP. III.¹¹⁾

Propter miniam distantiam ecclesiae potest nova ecclesia in ipsius parochia aedificari, et certa portio de antiqua sibi deputari.

Alexander III.¹²⁾ *Eboracensi Archiepiscopo.*

Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod villa, quae dicitur H.¹³⁾, tantum perhibetur ab ecclesia parochiali distare, ut *in* tempore hiemali, quum pluviae inundant¹⁴⁾, non possint parochiani sine magna difficultate ipsam¹⁵⁾ adire, unde non valent¹⁶⁾ congruo tempore ecclesiasticis officiis interesse. Quia igitur dicta¹⁷⁾ ecclesia ita dicitur *in* re ditibus abundare, quod praeter illius villae proventus minister illius¹⁸⁾ convenienter¹⁹⁾ valeat²⁰⁾ sustentationem habere, *fraternitati tuae per apostolica scripta* mandamus, quatenus, si res ita se habet, ecclesiam^{20*)} ibi aedifices, et in ea sacerdotem, sublato appellationis obstaculo, ad praesentationem rectoris ecclesiae maioris cum canonico fundatoris assensu instituas, ad sustentationem suam eiusdem²¹⁾ villae obvenciones ecclesiasticas percepturum, providens²²⁾ tamen, ut competens in ea honor pro facultate loci matrici ecclesiae servetur, quod quidem fieri posse²³⁾ videtur, quum eiusdem villae dominus viginti acras terrae frugiferae velit ad usum sacerdotis²⁴⁾ conferre. Si vero persona matricis²⁴⁾ ecclesiae virum idoneum praesentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, et virum bonum appellationis cessante diffugio instituire non omittas^{24*)}.

CAP. IV.²⁵⁾

Rectores ecclesiarum possunt compelli, ut de redditibus, qui supersunt, teneantur conferre ad constructionem seu reparationem ecclesiae.

Idem *Lexoviensi*²⁶⁾ *Episcopo.*

De his *sane*, qui parochiales ecclesias habent²⁷⁾, *fraternitati tuas taliter* duximus respondendum^{27*)}, quod ad reparationem et institutionem²⁸⁾ ecclesiarum cogi debent, quum opus fuerit, de bonis, quae sunt ipsius ecclesiae^{28*)}, si eis supersint²⁹⁾, conferre, ut eorum exemplo ceteri invitentur.

CAP. V.³⁰⁾

Saecularis ecclesia sine praedictio clericorum ad statum regularem potest reparari, et collegio, quod nondum est, privilegium non conferitur.

Urbanus III.³¹⁾

Ad audientiam nostram *iam pridem* pervenit, quod tu³²⁾ in ecclesia *de Colonia*³³⁾, de qua in episcopum vocatus *et electus* fuisti, regulares canonicos desideras ordinare, *et eorum institutioni de bonis tibi collatis congrue providere.* Inde siquidem est, quod *tuum nos desiderium atque propositum multis in Domino laudibus commendantes*, hoc³⁴⁾ devotioni tuae auctoritate apostolica indulgemus, *ut iuxta votum tuum canonicos regulares in ecclesia praescripta*, *si tibi*³⁵⁾ episcopus dioecesanus consenserit in hac parte, *ad honorem Dei et ecclesiae tuae secundum beati Augustini regulam valeas ordinare, et eos ibidem nullius contradictione et appellatione obstante instituere.* Verum³⁶⁾ si clerici saeculares in ea *fuerint, qui* adhuc superesse noscuntur³⁷⁾, volumus eis, dum vixerint, ibi vel alibi necessaria *secundum consuetudines* provideri. Licet autem nobis instantius supplicaveris³⁸⁾, ut ecclesiae³⁹⁾ praedictae confirmationis privilegium faceremus *de canonice*,⁴⁰⁾ tibi⁴⁰⁾ non possumus de iure deferre, quum nulli canonici adhuc ibidem existant, quibus privilegium concedatur⁴¹⁾. *Eis utique, quum fuerint instituti, etc.*

Cap. IV. 25) Restitutum ex App. XXIX. 2., Lips. XIX. 9., Cass. XXX. 8., Comp. I. h. t. c. 3. — 26) *Lexon.*: C. R. I., Comp. I. Ms. — *Lexovien.*: C. L. — *Exonon.*: Lips., Cass., Comp. I. Aug. — *Id. eid.* (i. e. *Exoniensi ep.*) P. C. *Ad aures supra de sponis*: App. — cf. Comp. I. c. 2. De eo, qui cogn. IV. 13. (*Figorn. ep.*) quod non quadrat. — P. C. *In literis*: Lips. — *In literis et infra*: Comp. I. — cf. c. 9. de off. iud. del. I. 29. — 27) *teneant*: App. — 27*) *respondemus*: Lips., Cass. — 28) *et inst.*: desid. in C. R. I. L. — *et instructionem*: C. R. 2., Cass., Comp. I. Aug. — 28*) *omitt.* App. — 29) *supersunt*: App., Lips., Comp. I.

Cap. V. 30) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — 31) *Truden. archiep.*: Comp. II. Ms. A. — *Truden. archiep. et V. delegato*: Ms. A. — *Triunden. arch. et G. delegato*: Aug. — 32) *quum*: Comp. II. Ms. A. — 33) *ita Aug.* — *Colonia*: Ms. A. — *Colegia*: Ms. B. — 34) *abest a Comp. III.* — 35) *si tibi in hoc episc. dioec. consensit* (consenserit: Ms. B.): Comp. II. — 36) *Unde*: Comp. II. Aug., Ms. A. — 37) *noscuntur, vol. ut . . . provideantur*: Comp. II. — 38) *supplicares*: Böhm. — *licet autem (enim canonice tui vel: Ms. A.) vicini tui nobis instantius supplicarent*: Comp. II. — 39) *quod eccl. praescriptae nostrae conf. etc.*: Comp. II. Ms. A. — *quod eccl. praescriptae iuri conf.*: Ms. B. — *quatenus in eccl. praeser. iure conf.*: Aug. — 40) *tuae in hac parte devotioni*: Comp. II. — 41) *indulgentur*: ib.

CAP. VI.⁴²⁾

Non obstante iuramento de rebus ecclesiae non alienandis, potest episcopus propter indigentiam novam ecclesiam aedificare.

Coelestinus III.

Tua nos⁴²⁾ duxit (Et infra:) Praeterea, quia occasione iuramenti, quod de rebus ecclesiae non alienandis te asseris praestitisse, in locis tui episcopatus, in quibus populi habitantes oratoriis plurimum egere videntur, ne praetextu novarum ecclesiarum commissi tibi ecclesia destitui videatur, ecclesias formidas⁴⁴⁾ erigere, fraternitati tuae praesentium significatione⁴⁵⁾ mandamus, quatenus illius iuramenti occasione nullatenus praetermittas, quin populo indigenti super basilicarum institutione⁴³⁾ studeas salubriter⁴⁶⁾ providere.

TITULUS XLIX.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM, COEMETERII¹⁾, ET RERUM, AD EAS PERTINENTIUM.CAP. I.²⁾

In domibus ecclesiarum non debet iudex laicus iudicare, nec hospitium quaerere.

Ex synodo³⁾ Ioannis Papae.

Ut in domibus ecclesiarum neque missus, neque comes, vel iudex publicus, vel minister quasi pro consuetudine placitum⁴⁾ vel hospitium vindicent, sed in publicis locis⁵⁾ domos constituent, in quibus placitum teneant, et etiam⁶⁾ secundum antiquam consuetudinem⁷⁾ hospitentur.

CAP. II.⁷⁾

Tempore magna necessitatis non debet aliquis excusari a murorum seu civitatis custodia. H. d. secundum intellectum Panorm.

Gregorius Archiepiscopo⁸⁾ Tricensi.

Perventit (Et infra:) Fraternalitas tua nullum neque per nostrae vel ecclesiae auae⁹⁾ nomen ut "quolibet" alio modo excusari¹⁰⁾ a murorum¹¹⁾ vigiliis patiat; sed omnes ad hoc¹²⁾ generaliter compellantur, quatenus cunctis vigilantibus melius auxiliante Domino¹³⁾ valeat civitatis custodia procurari¹³⁾.

CAP. III.¹⁴⁾

Rusticus, adstrictus ad culturam agrorum ecclesiae, non potest illam deserere. H. d. summam generaliter.

Idem Vitali Defensori Sardiniae.

Indicatum est (Et infra:) Dicitur est nobis etiam¹⁵⁾, quod rustici possessionis eiusdem Caralitanae¹⁶⁾ ecclesiae, rura eius¹⁷⁾ deserentes, in privatorum possessionibus culturam laboris¹⁸⁾ exhibeant, ex qua re agitur, ut possessiones ecclesiae, proprio in alia occupato cultore, desereant, atque ad tributa sua persolvenda idoneae non existant¹⁹⁾; quod¹⁸⁾ experientia tua fieri non permittat.

CAP. IV.¹⁷⁾

Laici, collectis imponentes clericis vel ecclesiae, seu iurisdictionem eorum usurpantes, si nonnulli non desistunt, sunt excommunicati cum suis fautoribus; potest tamen episcopus cum clero eis in necessitate praebere subsidium.

Ex concilio Lateranensi.

Non minus pro peccato eorum, qui faciunt, quam pro illorum detrimento, qui sustinent, grave nimis esse dignoscitur, quod²⁰⁾ in

Cap. VI. 42) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 5. — 43) nobis: Comp. II. Aug. — 44) formides: Comp. II. Aug. — 45) instructio: Comp. II. Aug. Ms. B. — constructione: Ms. A. — 46) salubriter: Comp. II. Ms. A.

TIT. XLIX. 1) desid. in C. R. 2. — et coemeterii: C. R. 1. L. — Cap. I. 2) c. 11. Cap. I. Lamberti Imp. (A. 898.) ap. III. Perisiam I. 565. — Comp. I. h. t. c. 1. — 3) concilio: Comp. I. Ms. — 4) nec placitum, nec hosp.: Comp. I., Cap. — 5) vicis: Cap. — 6) omitt. Comp. I., Cap. —

Cap. II. 7) Restitutum ex Greg. I. Reg. VIII. 18. (A. 598.) — Comp. I. h. t. c. 2. — 8) Agnelo ep. Terracineni: Comp. I., Reg. — 9) tunc: C. L. — 10) defendi: Comp. I., Reg. — 11) omitt. Reg. — 12) ad hoc: abest a Comp. I. et Reg. — 13) provocari: Comp. I.

Cap. III. 14) Restitutum ex eod. IX. 64. (A. 599.) — Comp. I. h. t. c. 3. — 15) propria: Comp. I., Reg. — 16) In qua re exper. tua tale aliquid etc.: Comp. — 17) quae re experientiam tuam volumus omnino esse sollicitam, ne tale quidquam fieri post hanc nostram tibi datam auctoritatem permittere dehas: Reg.

Cap. IV. 17) Restitutum ex c. 19. conc. Lat. III. hab. A. 1179. — Lips. 1., Cass. III. 1., Comp. I. h. t. c. 4. — 18) civitatis: Comp. I. — 19) vel: Lips. — 20) ab: ib. — 21) esse vid. — 22) servitibus: Comp. I. Aug. — 23) subiectis: Cass., conc. — 24) publicis: Comp. I. Aug. — 25) ministravit: C. R. L., Coll. citt., conc. — 26) cf. Thron. I. 1.

diversis mundi partibus consules civitatum¹⁸⁾ et¹⁹⁾ rectores, nec non et alii, qui potestatem habere videntur, tot pnera frequenter imponunt ecclesiis, et ita gravibus eas et crebris exactionibus premunt, ut deterioris conditionis factum sub²⁰⁾ eis sacerdotium videatur²¹⁾, quam sub Pharaone fuerit, qui legis divinae notitiam non habebat. Ille quidem omnibus aliis servituti²²⁾ subactis²³⁾ sacerdotes suos et possessiones eorum in pristina libertate dimisit, et eis alimoniam de publico²⁴⁾ administravit²⁵⁾. Iati vero onera sua fere universa imponunt ecclesiis, et tot angariis eas affligunt, ut eis illud, quod Hieremias²⁶⁾ deplorat, competere videatur: „Princeps provinciarum facta est sub tributo;“ sive quidem fossata, sive expeditiones, seu alia²⁷⁾ quaelibet sibi arbitrentur agenda, de bonis ecclesiarum et²⁸⁾ clericorum et pauperum Christi usibus deputata volunt fere cuncta compleri²⁹⁾. Iurisdictionem etiam et auctoritatem episcoporum et aliorum praelatorum ita evacuant, ut nihil potestatis eis in suis videatur³⁰⁾ hominibus remansisse. Super quo dolendum est pro ecclesiis, dolendum etiam est nihilominus pro ipsis, qui timorem Dei et ecclesiastici ordinis reverentiam videntur penitus abiecit. Quocirca sub anathematis distractione³¹⁾ fieri³²⁾ de cetero talia secerius³³⁾ prohibemus, nisi episcopus et³⁴⁾ clerus tantam necessitatem vel³⁵⁾ utilitatem adspexerint³⁶⁾, ut absque ulla³⁶⁾ exactione³⁷⁾ ad relevandas communes utilitates vel³⁸⁾ necessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias existent³⁹⁾ conferenda. Si autem consules aut alii de cetero ista⁴⁰⁾ commiserint, et communiti desistere forte noluerint, tam ipsi quam fautores eorum excommunicationi se noverint subiacere, nec fidelium⁴¹⁾ communionem reddantur, donec⁴¹⁾ satisfactionem fecerint competentem.

CAP. V.⁴²⁾

Causae sanguinis in ecclesia vel coemeteriis agitari non debent.

Lucius III.⁴³⁾

Quum ecclesia Dei secundum evangelicam veritatem domus orationis esse debeat, non spelunca latronum aut sanguinis forum: saeculares⁴⁴⁾ iudices causas, ubi de sanguinis effusione et corporali poena agitur, in ecclesiis vel coemeteriis agitare⁴⁵⁾ sub interminatione anathematis prohibemus⁴⁶⁾. Absurdum enim est et crudele, ibi iudicium sanguinis exerceri, ubi est tutela refugii constituta.

CAP. VI.⁴⁷⁾

Reus criminis, ad ecclesiam fugiens, non est violenter ab ea extrahendus, nec debet amplius praetextu criminis commissi damnari ad mortem vel ad aliam poenam corporalem; est tamen aliter legitime puniendus. Fallit in duobus casibus hic expressis. H. d. primo. Servus, fugiens ad ecclesiam timore domini sui, est domino, de eius impunitate iuranti, restituendus. H. d. secundo.

Innocentius III. illustri Regi Scotiae.⁴⁸⁾

Inter alia, quae nobis regalis providentia suis literis intimavit, quid de illis fieri debeat, qui maleficia perpetrantes confugiunt ad ecclesiam, ut pro reverentia sacri loci debitas poenas valeant evitare, sollicite requisivit. Nos ergo, Tuis quaestionibus⁴⁹⁾ respondentes, iuxta sacrorum statuta⁵⁰⁾ canonum et traditiones legum civilium ita duximus in huiusmodi distinguendum, quod fugiens⁵¹⁾ ad ecclesiam aut liber, aut servus existit⁵²⁾. Si liber, quantumcunque gravia maleficia⁵³⁾ perpetraverit, non est violenter ab ecclesia extrahendus, nec inde damnari⁵⁴⁾ debet ad mortem vel ad⁵⁵⁾ poenam; sed rectores ecclesiarum sibi obtinere debent membra⁵⁶⁾ et vitam. Super hoc tamen, quod inique fecit, est alias⁵⁷⁾ legitime puniendus⁵⁸⁾; et hoc verum est⁵⁹⁾, nisi publicus latro fuerit, vel⁶⁰⁾ nocturnus depopulator⁶¹⁾ agrorum, qui⁶²⁾, dum itinera frequentata⁶³⁾ vel⁶⁴⁾ publicas stratas obsidet aggressionis⁶⁵⁾ insidiis, pro facinoris magnitudine, quam et communem

— 27) desid. in conc. — 28) non exstat ib. — 29) compilari: ib. — compilari: Cass. — 30) add.: penitus: Cass. — 31) distractione: Lips. — 32) ne talia de cetero attentare praesumant: Coll. citt., conc. — 33) vel: Cass. — 34) et: Lips. — 35) respiciant: Cass. — insperant: C. R. 1. L., Lips., Comp. I. — 36) abest a Lips. — omni: Cass. — 37) occasione: Comp. I. Aug. — coactione: C. R. L., Lips., Cass., Comp. I. Ms., conc. — 38) ut. vel. omitt. Lips., Cass., conc. — 39) existant: Lips., Böhm. — per eccl. conferantur: Comp. I. Ms. — 40) id praesumpserint: conc. — 41) nisi: Cass., conc. — add.: ex toto: Cass.

Cap. V. 42) c. 2. Comp. II. h. t. c. 1. — 43) Innoc. III.: C. R. 2. — 44) ne saec. iud. ... agitare praesumant: Comp. II. Aug. — 45) agitari: Comp. II. Ms. B. — tractare: Ms. A. — 46) fieri prohib.: C. R. 1.

Cap. VI. 47) Restitutum ex Reg. Brequ. III. 5. — Comp. III. h. t. c. 1. — 48) Conactiae: C. L. — Conactina: Comp. III. — Conactina: Reg. — 49) inquisitionibus: Reg. — 50) instituta: ib. — 51) confugiens ad eccl. vel lib. vel sero: Comp. III., Reg. — 52) existat: C. R. 1. — 53) molestias: ib. — 54) donari: Comp. III. Ms., Reg. — 55) abest a Reg. — 56) et membra: Comp. III. — 57) omitt. Comp. III., Reg. — 58) compendendum: Reg. — 59) omitt. ib. — 60) qui: ib. — 61) populator: Comp. III., Reg. — 62) omitt. Comp. III. Ms., Reg. — 63) frequentat: Comp. I. Aug., Cont., Böhm. — 64) ut ... obsidat: Reg. — 65) ob transgressionis insidias: Comp. I. Aug.

utilitatem impeditat, et nocere omnino noliatur, ab ecclesia extrahi potest, impunitate non praestita, secundum canonicas sanctiones. Si vero servus fuerit, qui confugerit ad ecclesiam, postquam de impunitate sua dominus eius clericis iuramentum praestiterit, ad servitium domini sui redire compellitur etiam invitus; alioquin a domino poterit occupari. Tu ergo, fili carissime, quum in regno tuo aliquid horum contigerit, etc. Dat. Laterani [1200.]

CAP. VII. 49)

Clerici non debent necessitatibus seu utilitatibus civitatum seu aliorum locorum, etiam ubi laicorum non suppetunt facultates, subvenire, nisi prius Romanus Pontifex consulatur. Hoc primo. Sententiae et constitutiones, editae a laicis collectantibus ecclesiam, sunt ipso iure irritae, nec ullo tempore convallescant. Hoc secundo. Rectores, excommunicati ob gravamina praemissa, remanent excommunicati, etiam post depositum officium; nihilominus excommunicati sunt successores, nisi satisfecerint infra mensem. Hoc tertio. Hoc dicit ad maiorem declarationem et pro novitiis.

Idem in concilio generali.

Adversus consules et rectores civitatum, vel alios, qui ecclesias et ecclesiasticos viros tallis seu collectis et exactioibus aliis aggravare nituntur, volens immunitati ecclesiasticae Lateranense concilio providere, praesumptionem huiusmodi sub anathematis districtione prohibuit, transgressores et fautores eorum excommunicationi subiacere praecipit, donec satisfactionem impenderit competentem. Verum, si quando forte episcopus simul cum clericis tantam necessitatem vel utilitatem perspexerit, ut aliquae illa coactione ad relevandas utilitates vel necessitates communes, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia duxerit per ecclesias conferenda, praedicti laici humiliter et devote recipiant cum gratiarum actione. Propter imprudentiam tamen quorundam Romanus Pontifex prius consulatur, cuius interest communibus utilitatibus providere. Quia vero nec sic quorundam malitia contra Dei ecclesiam conquievit, adiciamus, ut constitutiones et sententiae, quae a talibus vel de ipsorum mandato fuerint promulgatae, inane et irritae habeantur, nullo unquam tempore valiturae. Ceterum, quia fraus et dolus alicui patrocinarum non debent, nullus vano decipiat errore, ut infra tempus regiminis sustineat anathema, quasi post illud non sit ad satisfactionis debitum compellendus. Nam et ipsum, qui satisfacere recusaverit, et successorem ipsius, nisi satisfecerit infra mensem, manere decernimus ecclesiastica censura conclusum, donec satisfecerit competentem, quum succedat in onere qui substituitur in honore.

CAP. VIII. 1)

Praelati, plus debito a subditis extorquentes, praetextu procurrationis vel alterius servitii impensi legato vel alteri, illud restituent, et tantumdem pauperibus erogabunt.

Idem in eodem.

Quia plerique praelati, ut procurrationem aut servitium aliquod impendant legato vel alii, plus extorquent a subditis quam solvant, et in eorum damnis lucra sectantarum quaerunt, praedam potius quam subsidium in subiectis, id de cetero fieri prohibemus. Quod si quis forte praesumpserit, et sic extorta restituat, et tantundem cogatur pauperibus elargiri; superior autem, cui super hoc fuerit querela deposita, si negligens fuerit in huiusmodi executione statuti, canonicae subiaceat ultio.

Cap. VI. 66) poterit: Reg. — 67) confugit: Reg. — 68) compellatur: C. R. 2., Comp. III. Reg. — 69) c. 46. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. c. 3. de cens. III. 18. — 70) et: Comp. IV., conc. — 71) et al.: Comp. IV. Aug. — ecclesiae: Comp. IV. Ms. A. — ecclesiarum: Aug. — cf. supr. c. 4. — 72) praesumptiones: Comp. IV. Ms. A. — praesumptores: conc. Ms. — 73) add.: praesumptores: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 74) praecipit: Comp. IV. Ms. A. — praecipiens: Aug., conc. — 75) impendant: conc. — 76) prospexerit: C. R. L. — prospexerint: Comp. IV., conc. ap. Mans. — inspererint: conc. Ms. — perspererint: Cont. — 80) et: Comp. IV. Aug. — 81) et: C. R. L., Comp. IV. Aug., Ms. B., conc. Ms. — 82) ut ... suppetant: Comp. IV. Aug. — 83) duxerint: Comp. IV., conc., Cont., Böhm. — 84) suscipiant: Comp. IV. Ms. A. — 85) actionibus: Comp. IV. Aug., conc. — 86) impudentiam: Comp. IV. Aug. — 87) Rom. prius consulat Pontificem: conc. — 88) omnibus comm.: Comp. IV. Ms. A. — 89) ab excommunicationis huiusmodi: conc. — 90) vario: Cont. — 91) intra: Cont., Böhm. — 92) quaerent: Cont. — 93) satisfactionem debitam: conc. — 94) recusavit: C. R. 1. — 95) successores: Comp. IV. Aug. — 96) intra: Cont., Böhm. — 97) aheat a Comp. IV. Ms. A. — 98) decernimus: ead. — 99) cogendum: ead., Ms. B. — 100) succedit: Ms. A. — Cap. VIII. 1) c. 34. b. — Comp. IV. c. 4. de cens. III. 18. — 2) exsolvant: Comp. IV. Aug., conc. Ms. — 3) add.: quietam: C. R. 1. — 4) subditis: Comp. IV. Ms. A. — 5) penitus proh.: Comp. IV. — 6) fue-

CAP. IX. 5) Ecclesia non consecrata, in qua divina officia celebrantur, gaudet immunitate.

Gregorius IX. Astoricensi. 2)

Ecclesiae, in qua divina mysteria celebrantur, licet adhuc non exstiterit consecrata, nullo iure privilegium immunitatis admittitur: quia obsequiis divinis dedicata nullius est temerariis ausibus profananda. Si ecclesia etc. [cf. c. 10. de cons. eccl. III. 40.] Dat. Lat. XII. Kal. Jun. [1234.]

CAP. X.

Qui sub spe immunitatis in ecclesiis vel coemeteriis delinquant, immunitate non gaudent.

Idem Toletano et Compostellano Archiepiscopi.

Immunitatem ecclesiasticam (Et infra:) Nonnulli, impunitatem suorum excessuum per defensionem ecclesiae obtinere sperantes, homicidia et mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis vel earum coemeteriis committere non verentur: qui, nisi per ecclesiam, ad quam confugiunt, crederent se defendi, nullatenus fuerant commissuri. (Et infra:) Quum in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat, et frustra legis auxilium invocet qui committit in legem: mandamus, quatenus publice nunciatis, tales non debere gaudere immunitatis privilegio, quo faciunt se indignos.

TITULUS L.

NE CLERICI VEL MONACHI SAECULARIBUS NEGOTIIS SE IMMISCEANT.

CAP. I. 1)

Enumerat concilium multa saecularia negotia, a quibus iubet clericos et monachos abstinere. Et sunt XIV., si recte numerentur.

Ex concilio Maguntino.

Multa sunt negotia saecularia, de quibus pauca perstringamus, ad quae pertinet omnis carnalis concupiscentia. Quicquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum est. Munera iniusta accipere vel etiam dare. Pro aliquo saeculari quaestu pretio aliquid conducere. Contentiones, vel lites, vel rixas amare. In placitis saecularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut viduarum. Conductores saecularium rerum vel procuratores esse. Turpis verbi vel facti esse ioculatorum, vel iocum saecularium diligere. Aleas amare. Ornamentum inconveniens proposito suo quaerere. In deliciis vivere velle. Gulam et ebrietatem sequi. Follera iniusta vel mensuras habere. Negotium iniustum exercere. Nec tamen iustum negotium est contradicendum propter necessitates diversas, quia legimus, sanctos Apostolos negotiatos fuisse, et in regula B. Benedicti praecipitur provideri, per quorum manus negotia monasterii procurantur. Cane et aves sequi ad venandum, et omnibus quibuslibet causis superfluis interesse. Ecce talia et his similia ministris altaris Domini, nec non et monachis omnino contradicimus, de quibus ait Apostolus: „Nemo, militans Deo, implicat se negotiis saecularibus.“

CAP. II. 20)

Clerici non debent esse ministri vel procuratores laicorum; quod si contra fecerint, et reprehendantur in fraude, non subvenitur eis ab ecclesia.

Eugenius Papa Lucanensi Episcopo.

Sacerdotibus autem et clericis tuis denuncias publice, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant.

rat: C. R. 1. — 7) in huius ex. constituti: Comp. IV. Aug. — in exec. statum: Ms. A. — Cap. IX. 5) Restitutum ex Reg. VII. 119. ap. Raynald. ad A. 1234. — 9) Astoricen.: C. R. 2. — Senonen.: Cont. — 10) ministeria: C. R. L. — 11) exstiterint: C. L. — 12) dicata: Reg. — Cap. X. 13) fugerint: Cont., Böhm. — 14) add.: autem: Böhm. — 15) reddiderint: C. L. — TIT. L. Cap. I. 1) c. 14. conc. Magunt. (hab. A. 813.) — Burch. VIII. 90. Iv. Decr. VII. 108., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) de his tamen: Coll. cith. — 3) perstringimus: conc. — 4) ad quae pertinet omnis libido, non solum in (quod) Burch. immunditia carnis, sed etiam in (desid. ap. Burch.) omni concupiscentia carnali: Burch., Iv., conc. — 5) add.: enim: Comp. I. — 6) desid. in Comp. I. Aug. — 7) cont., lit. et rix.: Iv. — et lit. et rix.: Burch. — et lit. vel rix.: conc. — 8) palatius: Böhm. — 9) et vid.: C. R. 1. — 10) desid. ap. Aug. — 11) saeculari: id., conc. — 12) negotiatis: Burch., Iv. — negotiatores: C. R. 1. — 13) praeviders: Coll. cith., conc. — 14) negotium ... transeat: Burch., Iv., conc. — negotia ... transeat: Comp. I. — 15) vel: C. R. L. — 16) et in: Burch., Iv. — in: conc. — 17) superfluum esse: Coll. cith., conc. — 18) add.: nostri: C. R. 2. — 19) implicet: Böhm. — cf. 2 Tim. II. 4. — Cap. II. 20) Restitutum ex App. XXVI. 15., Lips. XI. 16., Cass. XXI. 24., Comp. I. h. t. c. 8. — 21) Lutec.: C. R. L. — Lucan.: Cont. — Lucen. archiep.: Comp. I. Ms. — Lucell. archiep.: Aug. — leg.: Iocellino Surenensi episc. — cf. adn. ad c. 2. de cler. aegr. III. 6.

Quod si postmodum facere²²⁾ praesumpserint, et occasione ipsius administrationis propter pecuniarias²³⁾ causas deprehendantur²⁴⁾ in fraude, indignum est²⁵⁾ eis ab ecclesia subveniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari.

CAP. III.²⁶⁾

Religiosi professi, exeuntes ad audiendas leges vel physicam, nisi infra duos menses ad claustrum redeant, excommunicati sunt, et innulla causa patrocinari possunt, et in choro, et in capitulo et ceteris erant ultimi, et sine dispensatione Pupae non pronoveantur.

Alexander III. in concilio Turonensi.

Nou magnopere antiqui hostis invidia *infirmis membra ecclesiae praecipite laborat, sed manum militi ad desiderabilia eius, et electos quoque nutritur supplentare, dicente scriptura: „Esciae eius electi.”* Multorum siquidem casum operari se reputat, ubi pretiosius aliquod membrum ecclesiae sua fuerit calliditate detractum. Et inde nimirum est, quod in angelum lucis se more solito, transfigurans, sub obtentu languentium²⁷⁾ fratrum consulendi corporibus et ecclesiastica negotia fidelius pertractandi, regulares²⁸⁾ quosdam ad legendas leges et confectiones physiques²⁹⁾ ponderandas de claustris suis educit. Unde, ne *sub* occasione scientiae spiritalis viri mundania rursus actionibus involvantur³⁰⁾, et in interioribus *ex eo ipso deficient, ex quo se alii putant in exterioribus providere, per praesentis concilii assensum* statuimus, ut nulli³¹⁾ omnino post votum religionis, et³²⁾ post factam in aliquo loco religio³³⁾ professionem ad physicam legest³⁴⁾ mundanas legendas³⁵⁾ permittantur³⁶⁾ exire. Si vero exierint³⁶⁾, et ad claustrum suum³⁷⁾ infra³⁸⁾ duorum mensium spatium non redierint, sicut excommunicati ab omnibus evitentur, et in nulla causa, si patrocinium praestare voluerint, audiantur. Reversi autem in choro, capitulo, mensa et³⁹⁾ ceteris ultimi fratrum *semper* existant, et, nisi forte ex misericordia sedis apostolicae, totius spem promotionis amittant.

CAP. IV.⁴⁰⁾

Clericus, generalis procurator vel iustitarius principis saecularis, deponendus est, et, si religiosus est, gravius punietur.

Idem in concilio Lateranensi.

Sed nec procuraciones⁴¹⁾ villarum aut iurisdictiones etiam⁴²⁾ saeculares sub aliquibus principibus et⁴³⁾ saecularibus viris, ut iustitarius⁴⁴⁾ eorum fiat, clericorum quisquam exercere⁴⁵⁾ praecumat. Si quis autem adversus haec⁴⁶⁾ venire tentaverit, quia contra doctrinam⁴⁷⁾ Apostoli⁴⁸⁾, dicentis⁴⁹⁾: „Nemo militans Deo, implicet⁵⁰⁾ se saecularibus negotiis,” saeculariter⁵¹⁾ agit, ab ecclesiastico fiat ministerio alienus pro eo, quod, officio clericali neglecto fluctibus saeculi, ut potentibus⁵²⁾ saeculi placeat, se immergit. Districtus autem decernimus⁵³⁾ puniendum, si religiosorum⁵⁴⁾ quisquam aliquid praedictorum ausus fuerit⁵⁵⁾ attentare.

CAP. V.⁵⁶⁾

Clericus, iudicium sanguinis exercens, ab officio et beneficio deponitur, et excommunicatus est habens officium praepositi saecularis; si monitus non desistat.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Clericis⁵⁷⁾, in sacris ordinibus constitutis, ex concilio Toletano⁵⁸⁾ iudicium sanguinis agitare non licet. Unde prohibemus, ne aut per se truncationes membrorum faciant, aut iudicent inferendas⁵⁹⁾. Quodsi quis tale quid⁶⁰⁾ fecerit, honore privetur et loco. Iube-

mus⁶¹⁾ etiam sub interminatione anathematis, ne quis sacerdos officium habeat vicecomitis aut praepositi saecularis. (*Et infra: [“cf. c. 7. de vita et hon. III. 1.”]*) Si quis autem⁶²⁾ contra hoc⁶³⁾ venire praesumpserit, et commonitus⁶⁴⁾ emendare noluerit, excommunicationi subiaceat.

CAP. VI.⁶⁵⁾

Non licet clericis vel monachis lucri causa negotiari. Hoc primo. Monachi nequeunt nomine proprio conductas possessiones habere. Hoc secundo. Laicis non debet ecclesia titulo conductionis concedi. Hoc tertio.

Idem Londonensi⁶⁶⁾ Episcopo.

Secundum instituta praedecessorum nostrorum sub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici causa lucri negotientur, et⁶⁷⁾ ne monachi *vel* a clericis vel *a* laicis suo nomine⁶⁸⁾ firmas habeant, neque⁶⁹⁾ laici ecclesiam ad firmam⁷⁰⁾ teneant.

CAP. VII.⁷¹⁾

Monachi incorrigibiles de monasterio expelluntur, et reformabitur monasterium de fratribus alterius ordinis, si de monachis eiusdem ordinis reformari non potest.

Idem eidem⁷²⁾

Relatum est *auribus nostris,* quod monachi de H.⁷³⁾ saeculariter vivunt, et alios exemplo suo⁷⁴⁾ corrumpunt⁷⁵⁾. Ideoque mandamus⁷⁶⁾, quatenus eos ad observantiam *monasticae* regulae⁷⁷⁾ appellatione remota compellas, vel⁷⁸⁾, si tibi restiterit ausu temerario, eis eiectionem⁷⁹⁾, fratres alterius⁸⁰⁾ ordinis, si non potest praescriptum monasterium in suo ordine reformari, in illud inducas, ut labores impiorum iusti edant, et illi tandem⁸¹⁾ rubore perfusi⁸²⁾ ad sui ordinis observantiam revertantur⁸³⁾.

CAP. VIII.⁸⁴⁾

Clerici in sacris compellendi sunt per beneficiorum subtractionem, ut desistant a tabellionatus exercitio.

Innocentius III. Esculano⁸⁵⁾ Episcopo.

Sicut te accepimus referente, *quum venerabilis frater noster Hostiensis episcopus olim per tuam transiens civitatem tibi dederit in mandatis, ut presbyteros, diaconos et subdiaconos, quos ibidem invenit partim tabellionatus officium exercentes, excommunicacionis vinculo innodares, et ens, qui ab illis publica recipere instrumenta, tu, licet id feceris, ex mandato tamen episcopi dicti disimulasti postmodum de subdiaconis, donec qualiter contra ipsos et alios in sacris ordinibus constitutos deberes procedere, sedem duces apostolicam consulendam. Quocirca* Fraternitati tuae *per apostolica scripta* mandamus, quatenus clericis⁸⁶⁾ in sacris ordinibus constitutis tabellionatus officium per beneficiorum *suorum* subtractionem appellatione postposita interdicas. *Dat. Lat. VI. Kal. Dec. Pont. nostr. Ao. XIV.* [1211.]

CAP. IX.⁸⁷⁾

Clericus nec dictare nec proferre sententiam sanguinis debet, nec quicquam aliud exercere, per quod ad vindictam sanguinis tendatur, vel purgatione vulgari operi praestare non debet.

Idem in concilio generali.

Sententiam sanguinis nullus clericus dictet aut proferat, sed⁸⁸⁾ nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exercentur intersit. Si quis autem huiusmodi occasione statuti ecclesiam vel ecclesiasticis

Cap. II. 22) feri: Lips., Cass., Comp. I. Aug. — omitt. App. — 23) proprium: App. — 24) a laicis capiuntur: Coll. citt. — 25) add.: enim: Lips.

Cap. III. 26) Restitutum ex c. 8. conc. Tur. (hab. A. 1163.) — App. XXVII. 2., Lips. XIV. 2., Cass. XXIV. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 27) iugentium: Comp. I. Aug. — 28) et reg.: Comp. I. — 29) physicas: App., Lips., Cass. — 30) impliciter: Lips. — 31) nullis: App., Lips., Cass., Comp. I. Ms., conc. — 32) omitt. Coll. citt. et conc. — 33) religionis: C. R. 1. — desid. in Lips. — 34) perlegendas: Cass. — 35) permittantur: Coll. citt., conc. — 36) exierit et ita numero singulari deinceps: App., Lips., conc. — 37) fratrum suorum: C. R. 1. — 38) intra: Cont., Böhm. — 39) ultimus ceteris: Lips. — ultimi ceteris: Cass.

Cap. IV. 40) c. 12. conc. Lat. III. (hab. A. 1179.) — Lips. 12., App. VII. 2., Comp. I. h. t. c. 3. — add.: P. C. Clericum: Comp. I. cf. c. 1. de postul. I. 37. — 41) procuratores: Cass., Comp. I. Aug. — 42) omitt. Lips., Cass. — 43) vel: conc. — 44) iustitarii . . . stant: Coll. citt. — 45) assumere: conc. — 46) hoc: Coll. citt., conc. — 47) disciplinam: Comp. I. Ms. — 48) add.: est: conc. — 49) 2 Tim. II. 4. — 50) implicat: Lips., Comp. I., conc. — 51) et saec.: conc. — 52) potentibus: Coll. citt., conc. — 53) decrevimus: Cass., conc. — 54) add.: virorum: Cass. — 55) audent: conc.

Cap. V. 56) Restitutum ex App. XXVII. 4., Lips. XIV. 4., Cass. XXIV. 4., Comp. I. h. t. c. 6. — 57) Clericis, qui in sacri. ord. sunt con-

stituti: Coll. citt. — 58) cf. c. 30. C. XXIII. qu. 8. (conc. Tol. XI.) — 59) faciendas: Cass. — 60) abest a C. R. 2. L. — Quod si quid tale quidem: Lips. — 61) Inhibemus: C. R. 2. — 62) desid. in Comp. I. — 63) omitt. App. — 64) conventus: C. H.

Cap. VI. 65) Restitutum ex App. XXVII. 3., Lips. XIV. 3., Cass. XXIV. 3., Comp. I. h. t. c. 5. — 66) Lund.: Lips. — Lundo.: Cass. — London.: Comp. I. — Londoniensis: App. — 67) vel: C. H. — 68) suo nom.: omitt. Coll. citt. — 69) vel: App. — 70) firmas: Lips., Cass., Comp. I.

Cap. VII. 71) Restitutum ex App. XXVII. 7., Comp. I. h. t. c. 7. — 72) Lundun.: Comp. I. Ms. — London.: Aug. — Londoniensis: App. — 73) monachi N.: Comp. I. Aug. — de N.: Ms. — de Nestun: App. — 74) omitt. App., Comp. I. — 75) corrumpant: Aug. — 76) Inde est, quod apost. auct. tibi indulgemus, ut eos ad observantiam: App., Comp. I. — 77) regularem: C. R. 1. — 78) ut si: Comp. I. — 79) abiectionis: App. — 80) Cisterciensis ord. in praescriptum monast. inducas: App., Comp. I. — 81) tam de: Comp. I. Aug. — 82) confusi: C. R. L. H., Comp. I. — sufusi: App. — 83) reoventur: C. H.

Cap. VIII. 84) Restitutum ex Reg. Bal. XIV. 129. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 85) Esculano: C. R. 1. — Asculano: Comp. I. Aug. — 86) omitt. Comp. IV. Ms. A.

Cap. IX. 87) c. 18. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 2. — 88) abest a conc. Ms.

personis aliquod praesumpserit inferre dispendium⁸⁹), per censuram ecclesiasticam compescatur. Nec⁹⁰) quisquam clericus literas dictet aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas, unde in curiis principum haec sollicitudo non clericis, sed laicis committatur. Nullus quoque⁹¹) clericus ruptariis⁹²) vel ballistariis, aut huiusmodi viris sanguinum⁹³) praeponatur, nec ullam⁹⁴) chirurgiae artem⁹⁵) subdiaconus, diaconus vel sacerdos exerceat, quae aduactionem⁹⁶) vel incisionem inducit. Nec quisquam purgationi aquae ferventis vel frigidae seu ferri candentis ritum cuiuslibet benedictionis aut consecrationis impendat, salvis nihilominus prohibitionibus, de monomachiis sive duellis antea⁹⁷) promulgatis.

CAP. X.⁹⁸)

Constitutio Turonensis concilii, puniens religiosos audientes leges vel physicam, est canon laetae sententiae, et incidentes in illam debent per ordinarios puniri. Hoc primo. Secundo extendit dictam constitutionem ad habentes dignitates et personatus, et ad presbyteros.

Honorius III.⁹⁹)

Super specula⁹⁹) (Et infra: [cf. c. 5. de mag. V. 5.] "Sane, licet fallax sit gratia ceterarum scientiarum, et vana etiam pulchritudo, quum frumentum electorum et vinum germinans virgines iuxta prophetam sit bonum super omnia et sit pulchrum: quia tamen regulares quidam, claustrale silentium et legem Domini, animas convertentem et sapientiam dantem parvulis, quam super aurum et topazion amare debuerant, respicientes, abeunt post vestigia

gregum, et illicite se convertunt ad pedisequas amplectendas, quae plausum desiderant populorum." Contra religiosas personas¹⁰⁰), de claustris exeuntes ad audiendum leges vel physicam¹), "felicitis memoriae" Alexander²) praedecessor noster olim statuit³) in concilio Turonensi, ut, nisi infra⁴) duorum mensium spatium ad claustrum redierint, sicut excommunicati ab omnibus evitentur, et in nulla causa, si patrociniū praestare⁵) voluerint, audiantur. Reversi autem in choro, mensa, capitulo et ceteris ultimi fratrum existant, et, nisi forte ex misericordia sedis apostolicae, totius spem promotionis amittant. Verum, quia nonnulli ex talibus propter quorundam opiniones diversas excusationis aliquid⁶) assumebant, nos, volentes, ut "tales" de cetero ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, districte⁷) praecipiendo mandamus, quatenus tam a dioecesanis⁸) et capitulis ipsorum, quam "etiam" a ceteris episcopis, in quorum dioecesibus⁹) huiusmodi student¹⁰), tales "sublato appellationis obstaculo" excommunicati¹¹) "et" praedictis poenis obnoxii publice nunciuntur. Quia vero¹²) theologiae studium cupimus ampliari, ut dilatato sui tentorii loco et funiculos suos faciat longiores, ut¹³) sit fides catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat¹⁴) adscendentibus ex adverso: ad archidiaconos, decanos, plebanos, praepositos, cantores et alios clericos personatus habentes, nec non "et" presbyteros, nisi ab his infra¹⁵) spatium praescriptum¹⁶) destiterint, hoc¹⁷) extendi volumus et mandamus¹⁸), et appellatione postposita firmiter¹⁹) observari. "Nam quum sint multi etc. Dat. Viterbii X. Kal. Dec. Pont. nostr. Ao. IV." [1219.]

Cap. IX. 89) gravamen: Comp. IV. Ms. — 90) ne: Böhm. — 91) Nullusque: Comp. IV. Ms. A. — 92) ruptariis: conc. — 93) sanguinis: Comp. IV. Aug. — 94) illam: Comp. IV. Aug., Ms. A., conc. — 95) partem: Comp. IV., conc. — 96) vel ad: Aug. — 97) ante: Cont., Böhm. — cf. conc. Lat. III. c. 20.

Cap. X. 98) Restitutum ex ipsa ep., edita ab Ill. de Savigny (Zeitschrift für geschichtl. RW. VIII. 230.) — Comp. V. h. t. c. un. — 99) venerabilibus fratribus M. patriarchae (ven. fratri nostro, omis. seq.: patr., Comp. V. Ms.) Antiochen. et universis archiepiscopis et episcopis, ne dilectis filiis ceteris ecclesiarum praelatis, in patriarchatu Antiocheno constitutis: Comp. V. — patriarchae Gradensi et suffrag. eius et dil. fil. ceteris ecclesiarum praelatis et capitulis in Gradensi provincia constitu-

tis sal. et ap. ben.: orig. ap. Sav. — 99) speculam: Sav. — 100) contra huiusmodi praesumptores exeuntes: Comp. V., Sav. — quae seq.: de claustris apud sol. Cont. leguntur. — 1) physicus: Comp. V. Ms. — 2) add.: Paps: C. R. 1. — a praed. nostr. olim statutum fuit: C. L. — 3) instituit: Cir. — cf. supr. c. 3. — 4) infra: Cont., Böhm. — 5) praestari: C. L. — 6) excusationes aliquas: Comp. V. — 7) districtius praecipimus et mandamus: C. H. — 8) episcopis: C. H. — dioecesanis episcopis et capitulis: Comp. V. — 9) omitt. Cir., Cont., Böhm. — 10) student: C. R. 1. — 11) excommunicari: C. H. — 12) Quia vero etc.: neque ap. Cir., neque in Comp. V. Ms. exstant. — 13) et: Sav. — 14) valeant: C. L. — 15) intra: Coqt., Böhm. — 16) praedictum: C. H. — 17) haec: Sav. — 18) et mand.: omitt. C. R. L. H., Sav. — 19) inviolabiliter: Sav.

LIBER QUARTUS.

TITULUS I.

DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIIS¹⁾.

CAP. I.

Matrimonium solo consensu contrahitur, nec invalidatur, si consuetudo patris non servetur.

Ex concilio Triburiensi.²⁾

De Francia³⁾ "nobilit" quidam "homo" nobilem⁴⁾ mulierem de Saxonia lege Saxonum⁵⁾ duxit in uxorem, "tenulq; nullis annis, et ex ea filios procreavit." Verum quia non eisdem utuntur legibus Saxones et Francigenae⁶⁾, causatus est, quod eam non sua⁷⁾, id est Francorum lege desponsaverat⁸⁾, "vel acceperat, vel dotaverat," dimissaque illa aliam⁹⁾ superduxit¹⁰⁾. Diffiniuit super hoc sancta synodus, ut ille transgressor evangelicae legis¹¹⁾ subiciatur¹²⁾ poenitentiae, et a secunda coniuge separetur, et ad priorem redire¹³⁾ cogatur.

CAP. II.¹⁴⁾

Sponsalia de futuro dissoluntur, si sponsi se dissolunt, etiamsi fuerint iurata.

Innocentius III.¹⁵⁾ Exonensi Episcopo.

Praeterea hi, qui de¹⁶⁾ matrimonio contrahendo¹⁷⁾ pure et sine omni conditione¹⁸⁾ fidem dederunt¹⁹⁾ "aut iuramentum fecerunt," commonendi sunt "et diligentius exhortandi," et modis omnibus inducendi, ut praestitam fidem "vel iuramentum factum" observent, "et se, sicut promiserint, coniungant." Si autem²⁰⁾ se adinvicem²¹⁾ admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat, ut talem scilicet²²⁾ ducat, quam "semper" odio habet²³⁾: videtur, quod ad iustar eorum, qui societatem "iuramento vel" interpositione²⁴⁾ fidei contrahunt, et postea eandem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari.

CAP. III.²⁵⁾

Si maior septennio duxit in uxorem minorem septennio, et eam tradidit ad domum, oritur ex tali contractu publicae honestatis iniustitia. H. d. inherendo literae. Panorm.

Eugenius Papa.²⁶⁾

Iuvenis "ille," qui puellam nondum²⁷⁾ septennem duxit, quamvis actas repugnaret²⁸⁾, ex humana tamen fragilitate forsitan²⁹⁾ tentavit quod complere non potuit. Quia igitur in his, quae dubia sunt, quod³⁰⁾ certius existimamus³¹⁾ tenere debemus, tum propter honestatem ecclesiae, quia ipsa³²⁾ coniux ipsius fuisse³³⁾ dicitur, tum

propter praedictam dubitationem³⁴⁾, mandamus "tibi," quatenus³⁵⁾ consobrinam ipsius puellae, quam postmodum duxit, dividas ab eodem.

CAP. IV.³⁶⁾

Ex sponsalibus, contractis cum consanguinea, oritur publicae honestatis iniustitia.

Alexander III. Papiensi Episcopo.³⁷⁾

Ad audientiam nostri apostolatus pervenit³⁸⁾, quod, quum H.³⁹⁾ "Albericus," Papiensis civis, filiam⁴⁰⁾ suam cuidam filiorum L.⁴¹⁾ dare vellet uxorem, iuravit, quod, si ille, "cui desponsabatur," eam habere casu aliquo interveniente non posset, alteri filio, quem de alia uxore genuerat, eandem "puellam" matrimonio copularet. Contractis autem a filio priore sponsalibus, quidam, "ad ecclesiam accedentes," consanguinitatem inter eos esse iuramentis interpositis firmaverunt. Ideoque praefatus H. eandem "feminam" dare alteri filio nititur, ut iuravit. Sed quoniam scriptum est, quod sponsam fratris frater⁴²⁾ habere non potest: "discretionis tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus eum suum implere propositum, "quod canonicae rationi obviet," non permittas, sed, ut poenitentiam agat de illicito iuramento, monitione praemissa⁴³⁾, ecclesiastica restrictione compellas.

CAP. V.⁴⁴⁾

Si sponsus de futuro ante copulam ad remota se transfert, sponsa libere cum alio contrahit; si tamen per eam stetit, quo minus matrimonium perficeretur, sibi poenitentia imponitur.

Idem Panormitano Archiepiscopo.⁴⁵⁾

De illis autem, qui praestito iuramento promittunt, se aliquas mulieres ducturos, et postea eis incognitis dimittunt terram, se⁴⁶⁾ ad partes alias⁴⁷⁾ transferentes, hoc tibi⁴⁸⁾ volumus innoscere, quod liberum erit⁴⁹⁾ mulieribus ipsis, si non est amplius in facto processum, ad⁵⁰⁾ alia se vota transferre, recepta tamen de poruio poenitentia, si per eas⁵¹⁾ steterit, quo minus fuerit⁵²⁾ matrimonium consummatum. "Si vero etc. [cf. c. 3. de cond. app. IV. 3.]"

CAP. VI.⁵³⁾

Non omnis violentia impedit contractum matrimonii. H. d. quoad titulum.

Idem Paduano⁵⁴⁾ Episcopo.

De muliere, quae est invita tradita viro et detenta, quum inter vim et vim sit differentia, et utrum postea consensus intercesserit⁵⁵⁾, certum⁵⁶⁾ nobis⁵⁷⁾ nihil postea expressiati, nihil⁵⁸⁾ certum inde tibi possumus respondere. "Illos autem etc. [cf. c. 3. de matr. contr. IV. 16.]"

TIT. I. 1) De sponsalibus: C. H. simpliciter. — add.: et impedimentis eorum: C. R. 2. — Cap. I. 2) Summarium c. 39. conc. Trib. hab. A. 895. — App. XLV. 8., Lips. LIX. 26. (ex conc. Trib., cui interfuit rex Astulphus.), Comp. II. h. t. c. 1. — 3) De Fr.: desid. in Comp. II. Ms. A. — 4) non exstat in App. — seq.: mulierem: omitt. Lips., Comp. II. — 5) desid. in Ms. A. — 6) Franchi: C. R. — Franci: C. L. H., App. Lips. — Comp. II. Ms. A. B. — Francig.: Aug. — 7) sua et non Franc.: Comp. II. Ms. A. — non sua, id est non Fr.: Aug. — 8) desponsaverit: C. R. 2., App., Lips. — 9) alteram: Comp. II. Ms. A. — 10) duxit: Coll. cit. — 11) lectonit: Comp. II. Ms. A. — 12) subingatur: Lips. — 13) priorem recipere: Comp. II. Ms. A., Aug. — priorem sumere: Lips. — Cap. II. 14) Restitutum ex App. VI. 32., L. 43. (in quo tamen priora cap. verb. non nisi mutila exstant.) Lips. LIX. 47., Cass. LVIII. 31., Comp. I. h. t. c. 11. — 15) Innoc. II.: C. R. 2. L. sed Alexandri III. esse dicant App. L. 43. et Cass. I. c. — Innocentii nomen in hunc locum deductum est ex App. VI. 31. — add.: P. C. Super eo, quod a nobis: App. L. 43., quae verba, dummodo fidem mereantur, ad c. 3. de cogn. spir. IV. 11. (Wigorn. ep. Comp. I.) videntur referri posse, quum ipsum, de quo agitur, cap. Wigorniensis episcopi nomen prae se ferat in App. Ms. — Integram clausulam exstat (non ita feliciter) suspicatus est Aug. in c. 1. de sent. exc. V. 39. et c. 6. de homic. V. 12. — 16) in: Cass. — omitt. App., Lips., Comp. I. Aug. — 17) abest a C. H. — 18) contradictione: App., Lips., Cass. — 19) dederint: C. R. 2., Cass., Comp. I. Aug. — 20) Si autem etc.: non leg. in App. VI. 33., Lips. et Cass. — 21) sibi invicem id remittere voluerint: App. L. 43. — 22) sibi: App. — 23) habebat: C. R. 1. — habet: C. R. 2. L., App., Comp. I. — 24) per interpositionem: C. L. — Cap. III. 25) Restitutum ex App. XII. 8., Lips. LX. 8., Cass. LIX.

I., Comp. I. h. t. c. 18. — 26) Eug. III. Sed. presb.: App. — Esculapio presb.: Cass. — Esculapio presb.: Comp. I. — Esculapio episc.: Lips. — 27) nendum: C. L. — 28) repugnet et hum.: Comp. I. Aug. — 29) omitt. App. — 30) quae: Cass. — 31) aestimamus: C. H., App., Comp. I. — aestimavimus: Cass. — existimavimus: Lips. — 32) ipse: Böh. — 33) esse: App. — 34) dubietatem: Cass. — 35) ut ... ab eo dividas: Coll. cit. — Cap. IV. 36) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 1. — 37) Alex. III.: Comp. I. Aug. simpliciter. — Alex. III. I. Papiensi electo: Ms. — 38) noveris pervenisse: C. R. 1. — 39) Hugo: Comp. I., Böh. per tot. — 40) A. filiam: C. H. — 41) Laur.: C. L. — cuidam filio Lantacō. (Ms.: Lactacon.): Comp. I. — 42) desid. in Comp. I. Ms. — 43) diligenter adno-ueas (monetas: Ms.) et eccl.: Comp. I. — Cap. V. 44) Restitutum ex App. VI. 12., Lips. LIX. 22., Cass. LVIII. 12., Comp. I. h. t. c. 4. — 45) Panorm. archidisc.: Cass. — 46) et se ... transferunt: Coll. cit. — 47) alienus: App. — 48) tua discretioni: App., Lips., Comp. I. — tuae prudentiae: Cass. — 49) erat: App. — 50) ad al. vota transire: ead. — 51) si propterea steterit: Cass. — si per eas non steterit: App., Comp. I. — 52) confirmetur: Cass. — consummetur: App., Lips. — Cap. VI. 53) Restitutum ex App. VI. 18., Lips. LIX. 30., Cass. LVIII. 18., Comp. I. h. t. c. 5. — 54) Pavan.: C. L. — Paduen.: C. R. 1. — G. Pad. ep.: Lips., Cass. — Eborando: Comp. I. Ms. — Eborado: Aug. — Eborardo: App. — add.: P. C. Sollicitudini: Comp. I. Ms. — cf. App. I. c. — 55) intervernerit: C. R. 1. — 56) quia cert.: App. — 57) abest a C. L. H. — 58) requisitioni (unde exqu.: Ms.) tuae nihil poss. resp.: Comp. I. — inquisitioni tuae nihil poss. resp.: App., Lips., Cass.

CAP. VII.⁵⁹⁾

Si aliqui, apti ad matrimonium, contrahunt per verba obscura, communem verborum intellectum sequi tenentur.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Ex litteris, quas super causa matrimonii cuiusdam iuvenis R. nomine, et Mariae filiae Gumberti de sancto Leodegario transmisisti, sollicitudo nobis innoluit, quam in ipsius negotii examine servasti. Quia vero absentibus partibus veritatem nequivimus plenarie indagare, nec causam ipsam ad te remittere, a quo pars mulieris ad audientiam nostram noscitur appellasse: eam venerabilibus fratribus nostris Wintoniensi, Herfordensi et Bathoniensi episcopis duximus committendam. Ideoque fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus partes adire eorum praesentiam, quum ab eis fuerint evocatae, et quod ipsi iudicaverint involuntatiter observare contradictione et appellatione cessante compellas. De hoc autem, quod circa finem litterarum consulisti⁶⁰⁾, quid debeat observari, quando⁶¹⁾ inter aliquos sponsalia contrahuntur, nec intelligit alter⁶²⁾ quod alter proponit⁶³⁾, respondemus, quod⁶⁴⁾ inspicendum est iudici, si matrimonium contracturi ad id faciendum sint idonei scientia et aetate. Quo cognito, si alter non⁶⁵⁾ intellexerit⁶⁶⁾, quod⁶⁷⁾ alter proposuit⁶⁸⁾, ad communem verbi intelligentiam recurratur, et cogatur uterque verba prolata in eo⁶⁹⁾ sensu retinere⁷⁰⁾, quem solent recte intelligentibus generare. Quod vero quaesivisti, an debeat appellationi deferri, ubi sub eius praetextu noscitur adulterium vel aliud crimen committendum etc.

CAP. VIII.⁷¹⁾

Inter sponsam et consanguineos sponsi oritur impedimentum publicae honestatis, impediens et dirimens matrimonium inter eos contrahendum.

Idem Vigilantiensi⁷²⁾ Episcopo.

Sponsam alterius, maxime⁷³⁾ si est nubili aetate proxima, nullus consanguineorum aliquo modo⁷⁴⁾ sibi potest matrimonio copulare.

CAP. IX.⁷⁵⁾

Si vir et mulier invicem promittunt, quod ab eo tempore se pro coniugibus habeant, contractum est matrimonium de praesenti. H. d. et est casus notabilis.

Idem Abbatibus sancti Edmundi et Demer.⁷⁶⁾

Ex parte C.⁷⁷⁾ mulieris nobis⁷⁸⁾ intimatum est, quod Andreas sibi coram sacerdote quodam et diacono, et aliis plerisque tam clericis quam laicis ad hoc convocatis, iuramentum praestitit⁷⁹⁾, quod eam⁸⁰⁾ ab eo tempore pro coniuge teneret, et ei sicut uxori suae⁸¹⁾ fidem servaret. Ipsa quoque eidem⁸²⁾ Andreae iuravit⁸³⁾, se illum pro marito habituram, et fidem ei tanquam viro proprio servaturam. Quo facto in eadem domo diu cohabitantes sibi liberos procreaverunt. Procedente vero tempore praenominatus⁸⁴⁾ A.⁸⁵⁾ contra iuramentum praestitum relinquit eandem⁸⁶⁾ et filios ex ea procreatos, et ab eorum cohabitatione recessit. Quia igitur nemini licet uxorem suam sine manifesta causa fornicationis dimittere, et tunc eam sibi vel reconciliare debet, aut ipsa vivente continere, nec nos sustinere debemus, ut praedictus Andreas iuramenti praestitit religionem infringat, discretioni vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus rei veritate diligentius inquisita, si prout superius dictum est, ita esse inveneritis, eundem⁸⁷⁾ Andream, ut suae salutis consulens, et superinducta, quam habet, prius dimissa, ad uxorem

suam redeat, et eam maritali affectione pertractet⁸⁸⁾, et reatum suum condigna satisfactione poenitentiae expiare, monitione praemissa per ecclesiasticam censuram cogatis. Quodsi communioni vestrae acquiescere forte noluerit etc.

CAP. X.⁸⁹⁾

Qui iuravit cum aliqua contrahere, si non subest impedimentum, per censuram ecclesiasticam contrahere compellitur.

Idem Pictaviensi Episcopo.

Ex litteris venerabilis fratris nostri Silvani⁹⁰⁾ episcopi accepimus, quod quum duo nobiles viri sui episcopatus, G.⁹¹⁾ scilicet de Monstra⁹²⁾ et B.⁹³⁾ de Mauritania filios et filias impubescentes haberent, et spe pacis inter eos conciliandae ita inter se convenissent⁹⁴⁾, quod eos⁹⁵⁾ in matrimonium copularent⁹⁶⁾. Et hoc tam patres, quam filii sub iuramento se promissere⁹⁷⁾ facturos, inter⁹⁸⁾ quos quidem G. filiam alterius⁹⁹⁾, consentiente patre, se et iterum¹⁰⁰⁾ iuravit ducere in uxorem. Quo¹⁾ volente ad alia vota migrare, eum episcopus compellere voluit, ut quod iuraverat adimpleret. Ipse ad audientiam nostram appellavit, et, altera parte nuncium suum ad nos destinante, ipse nec venit, nec responsalem aliquem pro se transmisit. Quia igitur praedicto G. periculosum²⁾ est³⁾, contra suum iuramentum venire, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus, quum exinde fueris inquisitus, utramque partem antea convocares praesentiam, et, rationibus hinc inde plenius auditis et agitatis, si hoc⁴⁾ tibi constiterit, eum moneas, et, si non acquieverit monitis, ecclesiastica censura compellas, ut ipsam, nisi rationabilis causa obstiterit, in uxorem recipiat, et maritali affectione pertractet. Si vero rationabilem causam praetendere voluerit, eam cum omni diligentia et studio audias, etc.

CAP. XI.⁵⁾

Per censuram ecclesiasticam pater compellitur restituere filio eius uxorem, quam iniuste detinuit vel detinet.

Idem Archiepiscopis⁶⁾, Episcopis et aliis Praelatis per Angliam constitutis.

Non est vobis, sicut arbitramur, incognitum, qualiter H. illustris⁷⁾ rex Anglorum pro discordia⁷⁾, quae inter ipsum et filios suos peccatis exigentibus⁸⁾ est suborta⁸⁾, uxores eorum detineat, pro quibus sibi restituendis rex Francorum et generi sui preces sollicitas nqhs porrexerunt. Nos itaque attendentes, iustum et honestatum esse, ut viri suas petant uxores, et precibus eorum in omnibus, quae a iustitia non discordant, volentes pro no animo acquiescere, praefatum regem Anglorum studiose satis et attente monuimus, siquae dedimus in mandatis, ut ad commotionem archiepiscopi Cantuariensis et episcopi Conventrens⁹⁾, et Cantuariensis prioris, vel loco eius prioris de Monte Eli⁹⁾ si ipse adesse non poterit, vel duorum ex his, si tres non poluerint interesse, uxores eorum infra XL dies post harrum litterarum susceptionem restituere non postponat. Si vero eas post praedictum terminum viris suis non restituerit, apostolica auctoritate praecipimus, ut tota provincia, infra quam detinentur, et ad quam transferuntur, quamdiu ibi fuerint, donec viris suis restituantur, ab omnibus diocesis officiis praeter baptismum parvulorum et poenitentiam morientium cessent. Inde est, quod unicuique vestrae per apostolica scripta praecipiendo⁴⁾ Mandamus, quatenus eundem gloriosum

Cap. VII. 59) Restitutum ex App. VI. 20. XLI. 3., Lips. LIX. 31., Cass. LVIII. 19. Comp. I. h. t. c. 6. — 60) consulere voluisti: App. — 61) quum inter alios: ead. — 62) aliter quam: Cass. — 63) proposerit: App. — 64) hoc tuam voluisti discretionem tenere, quoniam (quomodo: Cass.) inesp.: Coll. citt. — 65) aliter: ead. — 66) intellexit: C. R. 2. L. — 67) quam: App. — 68) proponit: C. H. — 69) proposerit: App., Lips., Comp. I. — 70) abest a C. R. L. H., Cass., Comp. I. — 71) recipere: Cass. — 72) recipere et retinere: Lips. — 73) recipere et tenere: Cass.

Cap. VIII. 71) App. VI. 4., Lips. LIX. 34., Cass. LVIII. 22., Comp. I. h. t. c. 1. — 72) Wig. ep.: Lips., Comp. I. Ms. — 73) Pigion: Cass. — 74) Vigilanti: Comp. I. Aug. — inser. omitt. App. — add.: P. C. Consultu: Cass. — P. C. Quum sit Romana: Lips., Comp. I. — cf. c. 10. de sim. V. 3. — 75) omitt. Coll. citt. — 74) aliquando: ead.

Cap. IX. 75) Restitutum ex App. VI. 25., Lips. LIX. 36., Cass. LVIII. 24., Comp. I. h. t. c. 8. — 76) abbatibus et Te: Comp. I. Ms. — abb. S. Edmundi et de Mercia: Aug. — abbati S. Edmundi de Ramesia: Lips. — abbatibus S. Edmundi et de Ramesia: Cass. — abbatibus S. Edmundi et de Ramesia: App. — 71) N.: Cass. — E.: C. R. 2., Comp. I. Ms. — Emiae: Aug. — Emiae: App., Lips. per tot. — 78) abest a C. H. — auribus nostris: Coll. citt. — 79) praestiterit: App., Cass. — 80) ipsam: App. — 81) omitt. C. H., Comp. I. — 82) desid. in App. — 83) praestito iuramento promissit: Coll. citt. — 84) praedictus: App. — 85) Andreas: C. R. 1., App., Comp. I. — 86) praenominatus Enniam: Eimian: Aug. — N.: Cass. — E.: Lips.: Coll. citt. — 87) eundem... moneatis studiosus: App., Lips., Comp. I. — eundem... admonetis diligentius: Cass. — 88) tractet: App.

Cap. X. 89) Restitutum ex App. VI. 26., Lips. LIX. 37., Cass. LVIII. 25., Comp. I. h. t. c. 9. — 90) Silvan: C. R. 2. — Sylvanatenen: C. H. — Saboton: Comp. I. Ms. — Saboton: Aug. — Swoon: Lips. — Senon: Cass. — Swoon: App. — leg. vid. Sanctionensis (Sainter). — 91) W.: Coll. citt. — Guil: Cont. — 92) Mond: App. — Mond: Comp. I. Ms. — Monstrand: Aug. — Monstrand: Cass. — Monstrand: Lips. — Demontand: Cont. — 93) R.: C. R. 1. — H.: C. L., Cass. — 94) convenissent: App. — convenissent: C. H., Lips., Comp. I. Aug. — 95) filios et filias: Coll. citt. — 96) sociarent: ead. — 97) promissere: Comp. I. Aug. — 98) int. quos quidem G. prioris filium: App. — 99) praedicti B. (H.: Cass.): Coll. citt. — 100) accipere: Comp. I. Aug. — recipere: App., Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 1) Quumque, ipso volente ad alia vota migrare, eum episcopus sub distractione anathematis compellere voluit, ut secundum quod iuraverat, filiam praefati B. traduceret in uxorem: Coll. citt. — 2) periculum: App., Cass. — 3) existit: App. — existit: Lips., Cass. — 4) si tibi const., quod praefatus G. praestito iuramento firmasset, quod filiam memorati B. (H.: Cass.) duceret in uxorem, eum moneas (comoneatis: Cass.) et auctoritate nostra districte compellas (compellatis: Cass.), ut ipsam (eum: Cass.), nisi rationabilis casus extiterit (restituerit: Lips.), in ux. etc.: ead.

Cap. XI. 5) Restitutum ex Lips. LIX. 51., Cass. LVIII. 35., Comp. I. h. t. c. 13. — 6) archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiasticis praelatis et universo clero per Angliam et cismarinam (cismarinam: Aug.) terram illustris regis Anglorum constitutis: Coll. citt. — 7) per discordiam: C. R. 2. — 8) exorta: C. R., Cass. — oborta: Lips., Comp. I. Aug. — 9) ita Aug. — Dei: Lips.

regem "Anglorum" ad eas restituendas sollicito¹⁰ moneatis "et exhortationibus inductatis, proponentes ei, quod non minus expedit sibi eas restituere, quam viris suis eas recipere." Et, si iuxta "mandatum et" ammonitionem vestram¹¹ filiis suis uxores suas¹² infra¹³ certum¹⁴ terminum non restituerit, ex tunc, in quacunque¹⁵ provinciarum vestrarum¹⁶ detinentur vel transferuntur¹⁷, donec ibi fuerint, nulla divina officia praeter baptismum parvulorum et poenitentias morientium celebretur vel permittatur aliquatenus¹⁸ celebrari "omni appellations cessante, scilicet pro certo, quod, si contra interdictionem nostram, quod non credimus, venire tentaverit, etc."

CAP. XII.¹⁹

Dictum unius, asserentis impedimentum, impedit matrimonium contrahendum non iuratum.

Idem Episcopo sanctae Agathae.²⁰

Practerea de muliere, quae a viro impetitur²¹, cuius consanguineus cum ea se deliquisse proponit, sed²² hoc publice confiteri recusat propter metum et potentiam mulieris, "providentiae tuae" taliter²³ respondemus, ut matrimonium ipsum fieri, nisi iuramento intervenisset, districte prohibeas, ne deterius inde contingat.

CAP. XIII.²⁴

Si mulier invita cum aliquo contrahat, nec in eum postea consentiat, tenet matrimonium, si alteri postea nubit. Ita communiter summatur. Et secundum hunc intellectum esset hic casus apertus, quod matrimonium metu contractum esset ipso iure nullum. Hoc tamen clare non colligitur ex littera.

Idem Procuratori et Canonico Soranis.²⁵

Veniens ad apostolicam sedem Mariota²⁶ "latratrix praesentium" supplicii²⁷ "nobis" insinuatione monstravit, quod, "dum esset in adolescentia constituta," quendam adolescentem "E. nomine" amavit²⁸ in tantum, quod uterque "inter se" de matrimonio contrahendo sub trium personarum testimonio praestitit²⁹ iuramentum. Quod parentes mulieris ipsius ignorantes, eam invitam et reclamantem in uxorem "cuidam" alii tradiderunt³⁰, quem ita exhorruit, quod se ab eo nullo modo cognosci permisit. Quumque publice fateretur³¹, quod a priori viro cognita esset atque iurata, episcopus Soranus, "qui tunc erat, eos ante praesentiam suam fecit venire, et," cognito "atque probato," quod "ita" proxima inter eos esset linea consanguinitatis, "quod insimul non possunt, nec debent de iure coniungi," ipsos ab invicem separavit. Ceterum quum causa ipsa tractaretur, et viro, cui tradita fuerat³² a parentibus, consentire nollet, ipse aliam in³³ uxorem traduxit, et illa³⁴ cuidam "viro" T.³⁵ nomine publice in conspectu ecclesiae nupsit. Tandem³⁶ quum de illo filium genuisset, pater ipsius T.³⁷, "quaerens occasionem divortium facienda," ei opposuit³⁸, quod filium suum non³⁹ potuit in virum habere⁴⁰ eo, quod alii⁴¹, qui "nunc" defunctus est, prius desponsata fuisset. "Quia vero assertioni eius fidem, sicut nec debuimus, non adhibuimus, nec hoc potuimus sub silentio praeterire, eam ad vos duximus remittendam, et discretioni vestrae per apostolica scripta praeciendi." Mandamus⁴², quatenus, "huius rei veritate plenius comperta," si invenieritis, quod praedicta mulier a priori⁴³ viro iudicio ecclesiae fuerit separata, et ab eodem T. sine contradictione ecclesiae in uxorem traducta, et ille⁴⁴, cui a parentibus⁴⁵ "incita et renitens" fuit⁴⁶ copulata, de praesenti vita decessit⁴⁷, praedictum T.⁴⁸ monitione praemissa⁴⁹ compellatis⁵⁰, ut praefatam⁵¹ Mariotam⁵²

"postposita occasione" recipiat, et "sicut uxorem suam diligere" studeat "et" maritali affectione⁵³ tractare⁵⁴. Alioquin eum⁵⁵ et superinductum, et patrem "etiam" eius⁵⁶, si huic rei restiterint⁵⁷, excommunicatione⁵⁸ subdatis, "et usque ad dignam satisfactionem sententiam ipsam faciatis inviolabiliter observari."

CAP. XIV.⁵⁹

Si timetur inferri violentia puellae, de cuius matrimonio agitur, debet iudex sibi providere locum tutum et honestum, donec causa terminetur. H. d. et est textus multum allegabilis.

Idem Papiensi Episcopo.

Quum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit⁶⁰, necesse est, ut, ubi assensus cuiusquam⁶¹ requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur, et, ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate ille⁶² gaudere, cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere quod odit, et sequatur exitus, qui de invitis solet nuptiis provenire. Quo circa "fraternitatis tuae per apostolica scripta praeciendi" mandamus, quatenus puellam, de cuius matrimonio "inter Siderios⁶³ et Canes cives tuos" quaestio ventilatur⁶⁴, in domo, in qua "eam posuisti ila, quod" nihil eam⁶⁵ timere oporteat, facias⁶⁶ honeste teneri⁶⁷, donec praedicta causa "fine canonico" terminata fuerit, et⁶⁸ sententia sine contradictione cuiusquam valeat executioni mandari.

CAP. XV.⁶⁹

Sponsalia de futuro, si secuta est copula, non solvantur per sponsalia de praesenti; alias tenent sponsalia de praesenti, nisi per metum, qui potuisset cadere in constantem virum, contractu sint.

Idem.

Veniens ad nos G.⁷⁰ "lator praesentium" sua⁷¹ nobis relatione monstravit, quod in domo sua mulierem quandam recepit, de⁷² qua prolem⁷³ habuit, et⁷⁴ cui fidem⁷⁵ coram pluribus praestitit, quod eam duceret in uxorem. Interim autem, quum⁷⁶ apud domum vicini sui pernoverat, eius filia nocte illa secum concubuit, quos⁷⁷ pater puellae simul in uno lecto inveniens, ipsum eam per verba de praesenti desponsare coegit. "Qui nuper in praesentia constitutus nos consuluit, cui potius adhaerere deberet. Quia vero nequaquam innotuit nobis, utrum post fidem praestitam primam cognoverit," Ideoque⁷⁸ mandamus, quatenus "rei veritatem diligenter inquiras, et," si invenieris, quod primam post fidem praestitam cognoverit, ipsum cum ea facias remanere; alioquin⁷⁹ secundae, nisi metu⁸⁰ coactus, qui posset in virum constantem cadere, eam⁸¹ desponsaverit, adhaerere facias ut⁸² uxori.

CAP. XVI.⁸³

Qui iuravit cum aliqua contrahere, si vult religionem ingredi, debet primo contrahere, ut iuramentum servetur, et ante copulam carnalem monasterium ingredi poterit.

Idem Exonensi⁸⁴ Episcopo.

Commisum (Et infra:) Significavit nobis fraternitas tua, quod quidam "litalus et nobilitas, quum ad eum paterna hereditas devolveretur," cuidam mulieri "nobilitas" de contrahendo matrimonio fidem dedit "quibusdam praesentibus," et se cum ea infra⁸⁵ biennium per verba de praesenti contracturum, praestitit iuramento⁸⁶ "super sacrosancta evangelia" firmavit; nunc autem privata lege ductus ad frugem melioris vitae transire⁸⁷ suspirat, "tamque super hoc consulens prudentiam, ante matrimonium contractum ad monasti-

Cap. XI. 10) sollicitis monitis: Lips. — 11) nostram: ead. — desid. in Cass. et Comp. I. Aug. — 12) abest a Lips. — 13) intra: Cont., Böhm. — 14) abest a C. R. L. H. — constitutum: Coll. citt. — 15) add. parte: C. R. 2., Böhm. — 16) nostrarum: Cass. — 17) deferentur: C. H. — 18) omitt. Coll. citt.

Cap. XII. 19) Restitutum ex App. I. 30., Cass. LVII. 4., Comp. I. h. t. c. 11. — 20) add.: ex eodem (i. e. Registri) libro XII.: App. — P. C. De muliere: Comp. I. — cf. App. I. c. — 21) appetitur: App., Comp. I. Ms. — petitur: Cass. — 22) si: App. — 23) duximus respondendam: App., Comp. I.

Cap. XIII. 24) Restitutum ex App. I. 31., Cass. LVIII. 2., Comp. I. h. t. c. 11. — 25) canonico Soranen.: C. H. — add.: ex eod. libro: App. — 26) M.: Comp. I. Ms. — 27) sua nobis: C. R. 1. — 28) amavit: Cass. — 29) praestiterit: Cont., Böhm. — 30) tradiderunt: Comp. I. Aug. — seq.: quem ita... traduxit: desid in Cass. — 31) profiteretur: App., Comp. I. — 32) fuit: App. — 33) omitt. App., Comp. I. — 34) ista: Coll. citt. — 35) Tho.: Cass. — Ptolomeo: App., Comp. I. Aug. per tot. — leg. vid.: Tholomeo. — 36) Sanc.: Cass., Comp. I. — 37) illius Ptolomei: App. — 38) opponit: Cass. — 39) nec: App. — non poterit, nec debuerit: Comp. I. — 40) accipere: Cass. — 41) ab alio: C. R. L. H. — ab alio viro: Coll. citt. — 42) mandantes: App. — 43) praedictis: Comp. I. Aug. — 44) desid. in Cass. — 45) a par.: omitt. App. — 46) fegit: C. R. 1. L. — est: Coll. citt. — 47) decesserit: C. L., Comp. I. — 48) Tho.: Cass. — cf. n. 35. — 49) moneatis et districte (omitt. App.) compellatis:

Coll. citt. — 50) cogatis: C. H. — 51) praedictam: App. — 52) mulierem: C. R. 2. — 53) affectu: Coll. citt. — 54) pertractare: C. R. 1. — 55) eam sup.: Cass. — 56) ipsius: Coll. citt. — 57) restitit: C. R. 2. L. H., Coll. citt. — 58) excommunicationis vinculo (excommunicatione: Comp. I.) innodetis: Coll. citt.

Cap. XIV. 59) Restitutum ex Lips. LIX. 56., Comp. I. h. t. c. 19. — 60) interuenit: Böhm. — 61) cuiusque: Cont., Böhm. — 62) abest a C. R. L., Lips., Comp. I. — 63) ita Aug. — Siclicos: Comp. I. Ms. — Siclicos Lips. — 64) sub tuo examine fuit ventilata: Coll. citt. — 65) ipsam: Lips. — 66) add.: eum: Comp. I. — 67) tenere: ead. — 68) ut: Coll. citt. — fuerit et: omitt. C. H.

Cap. XV. 69) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 70) W.: Comp. II. — Gu.: Böhm. ex Cont. — 71) supplicii: Comp. II. — 72) ex: C. R. 2. — 73) filium et filiam: Comp. II. — 74) abest a Comp. II. Aug. — et ei: C. H. — 75) iuramentum: Comp. II. Ms. B. — 76) quum de quadam civitate ad propria remaret... pernoverat, cuius: Comp. II. — 77) et quum pater eius in lecto eos (omitt. Ms. B. — vidi: Ms. A.) simul invenisset, nunno mane invitum ipsum eam desponsare coegit: ead. — 78) abest ab ead. — 79) Quodsi post datum fidem eam non cognoverit: ead. — 80) per metum: C. L. — 81) eandem: Comp. II. Ms. B. — eandem eam: C. R. 2. — 82) tanquam: Comp. II.

Cap. XVI. 83) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — 84) Exonien.: Comp. II., Böhm. — 85) intra: Cont., Böhm. — 86) sacramento: Comp. II. — 87) omitt. C. R. L. H., Cont. — convalare: Comp. II.

cas religionis habitum licite posse transire suspicatur, quia, si contraxisset, ea invita infra duos menses, iuxta veterum canonum statuta nostra constitutione innovata, ad arctioris vitae religionem posset transire. Quia igitur super hoc tua nos duxit fraternitas consulendos, Fraternitati tuae taliter respondemus⁸⁵⁾, quod tutius est ei, religione iuramenti servata, prius contrahere, et postea, si elegerit, ad religionem⁸⁹⁾ migrare; si tamen post "primam" desponsationem copula non dignoscitur intervenisse carnalis.

CAP. XVII.⁹⁰⁾

Qui iuravit cum aliquo contrahere, moneri potius debet, quam compelli, ut contrahat. H. d. inhaerendo literae.

Lucius III. Rapalensi⁹¹⁾ Episcopo.

Requisivit a nobis tua fraternitas, qua censura mulier compelli debeat, quae, iurisiurandi religione neglecta⁹²⁾, nubere, requirit cui se nupturam interposito iuramento firmavit. "Quaesisisti etiam, utrum ea, cuius vir matris torum polluit, ad alia vota, quum mater fieri desideret, viro possit vicente transire." Ad quod "tibi" breviter respondemus⁹³⁾, quod "mulier, quae se nupturam iuravit, quam libera debeant esse "de iure" matrimonia, moneunda est potius quam cogenda, "maxime" quum coactiones "huiusmodi" difficiles soleant exitus frequenter habere. "Illa sane, cuius vir cum matre adulterium et incestum commisit, nec viro suo coniungi carnaliter, nec eo vivente cum alio matrimonium inire debet."

CAP. XVIII.⁹⁴⁾

Litispotentia super matrimonio non impedit secundum matrimonium contrahi, si primum erat nullum.

Urbanus III.⁹⁵⁾

Quum in apostolica "sede, cui licet immeriti praesidemus, magisterium resideat totius ecclesiasticae disciplinae, dignum est et consonum rationi, ut, quoties circa negotium ecclesiae aliquis dubietatis emerit, ad ipsius deliberationis arbitrium recurratur." Intelleximus "siguldem" quod, quum inter villicum⁹⁶⁾ de N.⁹⁷⁾ et uxorem eius "coram te" matrimonii quaestio tractaretur, "productis testibus et attestationibus eorum diligenti examine discussis," ante publicationem testium⁹⁸⁾ "idem" villicus⁹⁹⁾ reversus ad propria, publice inter se et uxorem suam proposuit sententiam divortii iudicio ecclesiae "esse" promulgatam, et sic, falsitate "omnibus" suggesta, quandam aliam "mulierem" facti nesciam sibi copulare praesumpsit. Postmodum vero super prioris matrimonii quaestione literis "a sede apostolica" impetratis, delegati iudices sententiam divortii protulerunt. Verum¹⁰⁰⁾ quia villicum et mulierem, quam superinduxit¹⁾, pendente lite prioris uxoris invicem asseris²⁾ consensisse, "tua nos duxit fraternitas consulendos, utrum tales sint ad matrimonia admittendi. Nos igitur auctoritate praesentium" Consultationi tuae taliter respondemus³⁾, quod, imposita⁴⁾ viro poenitentia competenti, et infra⁵⁾ "ipsius" poenitentiae tempus carnali commercio interdicto, postmodum in maritali copula poterunt⁶⁾ remanere. * Super eo cetero etc. [cf. c. 5. de cond. app. IV. 5.]

CAP. XIX.⁷⁾

Uxor, non certificata de morte viri, contrahere non potest, quanvis ignoret, quid sit de marito, qui longo tempore absuit.

Clemens III.⁸⁾ Caesaraugustensi Episcopo.

In praesentia nostra "positus a nobis" quaesisisti⁹⁾, quid agendum "tibi" sit de¹⁰⁾ "quibusdam" mulieribus "in tua dioecesi constitutis," quae, "quum" viros¹¹⁾ suos causa captivitatis vel peregrinationis absentes "iam" ultra septennium praestolatae fuerint, nec certificari possunt de vita vel de morte¹²⁾ ipsorum¹³⁾, licet super hoc sollicitudinem adhibuerint diligentem, "et" ¹⁴⁾ pro iuvenili aetate seu fragilitate carnis nequeunt continere, petentes aliis matrimonio copulari. "Quum autem dicat Apostolus: „Mulier tam diu alligata est viro, quam diu vir eius vivit,“ Consultationi ergo¹⁵⁾ tuae taliter respondemus, quod, quantumcunque annorum numero¹⁶⁾ ita remaneant, viventibus viris suis non possunt ad aliorum consortium canonice convolare, nec "tu eas" auctoritate ecclesiae¹⁷⁾ permittas contrahere, donec certum nuncium recipiant¹⁸⁾ de morte virorum. * Dat. Laterani.

CAP. XX.¹⁹⁾

Contractus matrimonii cum peccatrice, volente se corrigere, proficit ad remissionem peccatorum.

Idem.

Inter opera caritatis, "quae imitanda nobis auctoritate sacrae paginae proponuntur, sicut evangelica testatur auctoritas," non minimum est, errantem ab erroris sui semita revocare, "ac praesertim mulieres voluptuose viventes et admittentes indifferentem quolibet ad commercium carnis, ut caste vivant, ad legitimum tori consortium invitare. Hoc igitur attendentes, auctoritate apostolica" Statuimus, ut omnibus, qui publicas mulieres de lupanari extraxerint et duxerint in uxores, quod agunt in remissionem proficiat peccatorum. * Dat. Rom. ap. S. Petr. III. Kal. Maii Pont. nostr. Ao. I. [1198.]

CAP. XXI.²⁰⁾

Matrimonium, per vim contractum, cohabitatione spontanea convalescit. H. d. et quotidie allegatur.

Idem.

Ad id, quod per tuas literas intimasti²¹⁾ de quadam parochiana tua, quam suus vitricus cuidam Teutonico matrimonialiter copulavit, taliter²²⁾ respondemus, quod, quamvis undecim²³⁾ annos "adhuc" habens, ab initio invita fuisset ei tradita et renitens, tamen, quia postmodum per annum et dimidium²⁴⁾ sibi²⁵⁾ cohabitans consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire. Nec de cetero recipiendi sunt testes, si quos memorata mulier ad probandum, quod non consenserit²⁶⁾ in eundem²⁷⁾, nominaverit producendos, quum mora tanti²⁸⁾ temporis huiusmodi probationem excludat. Mandamus igitur²⁹⁾, ut propter hoc non omittas, quo minus "appellatione remota per censuram ecclesiasticam" utrumque compellas ad alterum maritali affectione tractandum³⁰⁾, nisi forte vellent³¹⁾ ad religionem pariter convolare, poenitentia³²⁾ eis iniuncta³³⁾ pro eo, quod ad alienos³⁴⁾ et illicitos concubitus uterque transivit³⁵⁾. * Dat. Laterani.

CAP. XXII.³⁶⁾

Sponsalia de futuro, etiam iurata, solvantur per secunda sponsalia de praesenti, non autem per secunda de futuro.

Innocentius III. Fernetino³⁷⁾ Episcopo.

Sicut ex literis tuae fraternitatis accepimus, quum I.³⁸⁾ parochianus tuus P. mulierem se ducturam in coniugem, in manus³⁹⁾ patris eiusdem P. iurantis, quod eam sibi⁴⁰⁾ traderet in uxorem, proprio firmaverit iuramento, nec per virum steterit, sed per mulierem potius, quo minus inter eos matrimonialis sollemnitas sit secuta, quantum postmodum vel quinque annis elapsis, idem I. E.⁴¹⁾ mulierem per verba de praesenti, ut eius consanguinei asserunt, desponsavit, "propter quod frater praedictae P. suam deposuit in tua praesentia"

Cap. XVI. 88) ita consult. tuae respondemus: Aug., Böhm. — 89) distractionem religionis: Comp. II.

Cap. XVII. 90) Restitutum ex App. XLV. 6., Lips. LIX. 48., Cass. LVIII. 32., Comp. I. h. t. c. 12. — 91) Urbanus III.: C. R. 2. — Rupten. — C. L. — Rapiquen. — Cass. — Rapulien.: C. H. — Rapulen.: Comp. I. — Rapien.: Lips. — Capriano: App. — 92) contempta: C. R. 1. — 93) duximus respondendum: Lips., Comp. I.

Cap. XVIII. 94) Restitutum ex App. VI. 21., Comp. I. h. t. c. 20. — 95) Urb. M. Genom.: App. — vid. leg.: Urb. III. Cenomanensis ep. — 96) cf. infr. n. 99. — 97) Urucia: Comp. I. Ms. — Erneia: Aug. — Herneia: App. — Arveia: Böhm. ex Cont. — 98) omitt. App., Comp. I. — 99) W.: Comp. I. Ms., et videtur omnino scribendum esse sive Willicus sive Willelmus. — 100) Unde: App., Comp. I. — 1) superinduxerat: App. — 2) asserit: C. L. — 3) tuae sollicitudini respondemus: App., Comp. I. — 4) imposita (interposita: Aug.) ei: ead. — 5) intra: Cont., Böhm. — 6) poterit: Comp. I.

Cap. XIX. 7) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 368., Comp. II. h. t. c. 3. — 8) Coelestius: C. H. — add.: ex libro I. Reg.: Comp. II. — 9) duxisti necessario requirendum: Coll. c. 11. — 10) abest a C. H. — 11) quae quum viros in captivitatem vel aliam peregrinationem abductos (adductos: Luc., Comp. II. Ms. B.): Coll. c. 11. — 12) vita an morte: Luc. —

13) abest a Coll. c. 11. — 14) qui tamen (quae quum: Luc.) pro iuvenili aetate seu fragilitate carnis humanae continere non possunt: alius experit in matrimonio copulari: ibid. — 15) abest a C. R. L. et Coll. c. 11. — 16) spatium: Comp. II. Aug., Ms. B. — 17) in facie ecclesiae lib. — 18) receperit: Luc.

Cap. XX. 19) Restitutum ex Innoc. III. Reg. ap. Bal. I. 112. — Clementis III. nomine insignitum exstat in Comp. II. h. t. c. 5.

Cap. XXI. 20) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 368., Comp. II. h. t. c. 7. — 21) nobis int.: Comp. II. Ms. A. — 22) consultationi tuae taliter respondemus: C. R. 1. — 23) XII.: Comp. II. Ms. A. — 24) dimidium: Luc. — 25) ei: ead., Comp. II. — 26) consensit: C. H. — 27) eum: Coll. c. 11. — 28) desid. in Comp. H. Ms. A. — 29) Volumus igitur et mandamus: Coll. c. 11. — 30) remeandum: Luc. — 31) contractandum: Comp. II. Ms. A. — 31) velint: Aug. — 32) poenam: Luc. — 33) inflicta: ead., Luc. — 34) et: desid. in Comp. II. Ms. A. — 35) transierit: Luc.

Cap. XXII. 36) Restitutum ex Reg. Bal. I. 29. — Comp. III. h. t. c. 1. — 37) Fernetino: Comp. III. Ms. — Ferenti: Aug. — Ferentinati: C. L. H., Reg. — 38) Laur.: C. L. per tot. — Lau.: Böhm. ex Cont. — 39) manu: C. H., Reg. — 40) ipsi: Comp. III., Reg. — 41) G.: C. R. I. H., Reg. — seq.: mul.: abest a Comp. III.

sentia questionem. Quia vero, quid super his agendum sit, nostro postulas responso educeri, Postulationi tuae taliter respondemus, quod, si tibi constiterit, quod idem I. P. "mulierem" per verba de futuro, E.⁴²) vero desponsaverit per verba de praesenti, imposita ei poenitentia competenti, quia primam fidem irritam fecit, nisi forsam in iuramento suo certum terminum, infra⁴⁴) quem dictam P. duceret in uxorem, praefixit⁴⁵), nec per eum stetit, quia ad statutum terminum matrimonium consummarerit⁴⁶), matrimonium secundo loco contractum legitimum iudices, et ad illud servandum, "si opus fuerit, ecclesiastica districtione" compellas eundem⁴⁷): "nisi forsam aliquid obstiterit, quod ipsum debeat impedire." Quodsi forte per verba de futuro sponsalia⁴⁸) cum utraque contraxit, iuramentum primum, sicut licite factum est, ipsum servare compellas, de⁴⁹) secundo ei poenitentiam iniungitur. Quodsi de his "tibi" non constat⁵⁰) ad plenum, tamen adhuc cognoscat de causa, donec super his sufficienter⁵¹) instruaris. "Quod enim in attestationibus etc. Dat. Lat. V. Kal. Martii Pont. nostr. Ao. I." [1198.]

CAP. XXIII.⁵²)

Mutus et surdus, et omnes, qui non prohibentur, matrimonium contrahere possunt.

Idem Arelatensi Episcopo.⁵³)

Quum apud sedem apostolicam, "cui, licet immeriti, praesidemus, totius ecclesiasticae disciplinae resident magistratus, dignum et consonum est rationi, ut, quodlibet circa negotia varia et diversa quocumque dubitationis emerit, ad ipsius iudicium recurratur, quae disponente Domino inter omnes ecclesias obtinere meruit principatum." Sane, consulti nos "per nuncios et literas tuas," utrum mutus et surdus alicui possint⁵⁴) matrimonialiter copulari. Ad quod "fraternitati tuae" taliter respondemus, quod, quum prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, ut, quicumque non prohibetur, per consequentiam admittatur, et sufficiat ad matrimonium solus consensus illorum⁵⁵), de quorum quarumque⁵⁶) coniunctionibus agitur, videtur, quod, si talis velit contrahere, sibi non possit vel debeat denegari, quum quod verbis non potest⁵⁷) signis valeat declarare. "Dat. Rom. ap. S. Petr. Id. Jul." [1198.]

CAP. XXIV.⁵⁸)

Furiosus matrimonium contrahere non potest.

Idem Vercellensi Episcopo.

Dilectus filius R. "miles Alexandrinus" proposuit "coram nobis," quod "Rufinam" filiam suam cuidam⁵⁹) "Opizoni Lancuoclae" matrimonialiter copulavit, "ignorans, quod Opizo esset furiosus. Unde humiliter postulavit a nobis, ut tam eadem quam ipsius filiae consuleretur dignemur." Quum autem⁶⁰) eadem mulier cum ipso viro, qui continuo furore laborat⁶¹), morari non possit, et propter alienationem furoris⁶²) legitimus non potuerit⁶³) intervenire consensus⁶⁴), "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, "inquisita plenius veritate," si rem noveris ita esse, praefatus personam cures "sublato appellationis diffugio" ab invicem separare. "Dat. Rom. ap. S. Petr. V. Kal. Ian." [1205.]

CAP. XXV.⁶⁵)

Solo consensu legitimum contrahitur matrimonium, sed verba requiruntur quoad probationem, et intelligit: vel alia signa nequippolentia. H. d. secundum intellectum, quem tenet Paucoritanus.

Idem Brixienti⁶⁶) Episcopo.

Tuae fraternitati⁶⁷) (Et infra: [cf. c. 10. de eo, qui cogn. IV. 13.]) Postulasti "ius super educeri," utrum ex solis verbis, et ex

quibus matrimonium contrahatur⁶⁸); "quum ab aliquibus dubitetur spirituale contrahi solis verbis." Nos igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, quod matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri et mulieris consensum; sed necessaria sunt, quantum ad ecclesias, verba consensus exprimentia de praesenti. Nam surdi⁶⁹) et muti possunt contrahere matrimonium per consensum mutuum sine verbis, et pueri ante⁷⁰) annos legitimos per verba sola non contrahunt, quum intelligantur minime consentire. "Dat. Romae etc." [1206.]

CAP. XXVI.⁷⁰)

Si alter contrahentium utitur verbis dubiis, animo decipiendi mulierem, et eam postmodum cognoscit carnaliter, indicatur pro matrimonio in foro iudiciali; secus in poenitentiis. H. d. secundum verum et communem intellectum.

Idem.⁷¹)

Tua nos duxit fraternitas consulendos (Et infra: [cf. c. 7. de cons. et aff. IV. 14.]) Consequenter "autem" quaesivisti, "ut" quum quandam mulierem quidam aliter nequississet, ut sibi commisceretur carnaliter, nisi desponsasset⁷²) eandem, nulla solennitate adhibita vel alicuius praesentia, dixit illi: "te" Ioannes desponsat, "quum ipse Ioannes non⁷⁴) vocaretur, sed finxit se vocari Ioannem, non credens esse coniugium eo, quod ipse non vocaretur hoc nomine⁷⁵), nec haberet propositum contrahendi, sed copulam tantum⁷⁶) exsequendi⁷⁷) carnalem, utrum inter praedictos⁷⁸) sit matrimonium⁷⁹) celebratum, quum mulier consenserit "et consentiat" in eundem, et ille dissenserit et dissentiat, nec aliquid quicquam⁸⁰) egerit, quam "quod" superius est expressum, nisi quod cognoverit⁸¹) eandem. Super quo tibi⁸²) respondemus, quod, quum praefatus vir praedictam⁸³) desponsaverit⁸⁴) mulierem in propria⁸⁵) persona et sub nomine alieno, quo tunc⁸⁶) vocari⁸⁷) se finxit⁸⁸), et inter eos sit carnalis copula subsecuta, videtur forte pro coniugio praesumendum, nisi tu nobis expresse scripsisses, quod ille nec proposuit, nec consentit⁸⁹) illam ducere in uxorem, quod qualiter tibi constiterit non videmus. Nos autem⁹⁰), quid iuris sit rescribentes, "hoc" dicimus⁹¹), quod, si res ita se habuerit⁹²), videlicet, quod ille eam non⁹³) proposuit⁹⁴) ducere in uxorem, nec unquam consensit in praedictam personam⁹⁵), non debet ex illo facto coniugium iudicari, quum in eo nec substantia⁹⁶) coniugalis contractus, nec "etiam" forma contrahendi coniugium⁹⁷) valeat inveniri, quoniam ex altera parte dolus solummodo adfuit, et defuit omnino consensus, sine quo cetera nequeunt foedus perficere coniugale. "Tertio quaesivisti etc. [cf. c. 19. de hom. V. 12.] Dat. Lat. Id. Febr. Pont. nostr. Ao. XIV." [1212.]

CAP. XXVII.⁹⁸)

Ad denunciationem unius honesti viri, qui deserit consanguinitatem, et de fama vel scandalo docet, impeditur matrimonium contrahendum.

Idem Episcopo Belvacensi.

Quum in tua dioecesi (Et infra: [cf. c. 36. de decim. III. 30.]) Sane, quia contingit interdum, quod, aliquibus volentibus matrimonium contrahere, bannis, ut tuis verbis utamur, in ecclesiis edilis "secundum consuetudinem ecclesiae Gallicanae," ac nullo contradictore publice comparente, licet fama prius⁹⁹) impedimentum deferat parentelae¹⁰⁰), quum ex parte contrahentium iuramenta maiorum de sua propinquitate, ut suspicionem tollatur materia, offeruntur¹), quid tibi sit faciendum in casibus huiusmodi quaesivisti. Ad quod²) taliter respondemus, quod, si persona gravis, cui fides sit adhibenda, tibi³) denunciavit, quod hi, qui sunt matrimonio copulandi, se propinquitate contingant, et de fama vel

Cap. XXII. 42) fraternitati: Comp. III., Reg. — 43) G.: C. H., Reg. — 44) infra: Cont., Böhm. — 45) praefixerit... steterit: Comp. III., Reg. — 46) cons., secundum contractum: ib. — 47) eum: ib. — 48) sponsalitia: Reg. — 49) et de secundo ei poenitentiam iniungatur: Comp. III. — 50) constat: Comp. III. — 51) sufficientias: C. R. L. H., Comp. III., Reg.

Cap. XXIII. 52) Restitutum ex Reg. Bal. I. 333. — Comp. I. h. t. c. 3. — 53) archiepiscopo: C. R. 2., Comp. III., Reg. — 54) iussit: Comp. III., Reg. — 55) coram: ib. — 56) quatenus: C. L., Comp. III. Aug. — 57) add.: sultem: C. R. 1.

Cap. XXIV. 58) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 168. — Comp. III. h. t. c. 4. — 59) omitt. Comp. III., Reg. — 60) adest ab iud. — 61) laboraret: Reg. — 62) mentis: C. R. 2. — 63) potuit: Comp. III. — 64) consensus. Quocirca etc.: Comp. III., Reg.

Cap. XXV. 65) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 189. — Comp. III. h. t. c. 5. — 66) Brixin.: Comp. III. Ms. — Brixien.: Aug. — 67) fraternitatis: C. L., Comp. III. Aug., Reg. — 68) matrimonia contrahuntur: C. L. — 69) adest a C. R. L. H., Comp. III. — 70) et ante: Comp. III. Aug.

Cap. XXVI. 70) Restitutum ex Reg. Bal. XIV. 159. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 71) Gebennensi ep.: Reg. — 72) desponsaret: C. R. L. H., Comp. IV., Reg. — 73) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 74) minime: Comp. IV. Aug., Reg. — 75) add.: Ioannes: Comp. IV. Aug. — 76) tantummodo: C. H. — 77) extorquendi: C. R. L. H., Comp. IV., Reg. — 78) eos: C. R. 1. — 79) aliquid matrimonii: Comp. IV. Ms. B. — 80) aliquid: Cont. — 81) cognovit: Comp. IV., Reg., Böhm. — 82) taliter: C. R. 1. L. — tibi taliter: Cont. — tunc fraternitati: C. R. 2., Comp. IV., Reg. — add.: tibi: Comp. IV. Ms. A. — 83) dictam: Reg. — 84) desponsavit: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 85) in propria quidem persona, et si: Reg. — 86) tamen: Comp. IV., Reg. — 87) nominari: Comp. IV. Ms. A. — 88) finxit: C. R. 1. — 89) consenserit: Comp. IV. — 90) tamen: ead., Reg. — 91) desid. in Comp. IV. — 92) habet: Cont., Böhm. — habuit: Comp. IV. Ms. A. B. — 93) nec: Reg. — 94) proposuerit: C. R. L. — 95) inter praedictas personas non deberet: Reg. — 96) add.: erat: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 97) coniugii: Comp. IV., Reg.

Cap. XXVII. 98) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 184. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 99) prius: Comp. IV. Aug., Reg. — 100) parentela: Comp. IV. Ms. A. — 1) offeruntur: C. R. L. H., Comp. IV., Reg. — 2) haec: Reg. — 3) fraternitati tuae: Comp. IV., Reg. — adest a C. R. L.

scandalo doceat, aut etiam per te ipsum possis certificari de plano, non solum debes iuramenta parentum sponte oblata non⁴⁾ recipere, verum etiam eos, qui sic contrahere nituntur, si moniti⁵⁾ induci nequiverint, compellere, ut "vel" a tali contractu desistant, vel contra famam huiusmodi secundum tuae discretionis arbitrium iuramenta exhibeant propinquo- rum. Alioquin, si persona denun- cians non exstiterit talis, ut diximus, vel⁶⁾ de fama vel de⁷⁾ scandalo non poterit edocere, ad desistendum monere poteris, non compellere, contraheentes. "Si vero etc. [cf. c. 6. Qui matrim. acc. IV. 18.] Dat. Lat. IV. Kal. Nov. Pont. nostr. Ao. XV." [1212.]

CAP. XXVIII.⁸⁾

Mulieri, quae negat, se in matrimonium consensisse, non ereditur mari- to probante contrarium; secus, si probat, se consensisse per metum, qui potest cadere in constantem virum.

Honorius III. Episcopo Berguensi.⁹⁾

Consultationi tuae breviter¹⁰⁾ respondemus, quod¹¹⁾ mulieres, quae "de mare" veniant ad valvas ecclesiae benedicendae cum spon- sis, et¹²⁾ ibi reclamantes affirmant, se nunquam in eorum matri- monium consensisse, audiri sponis legitime probantibus contra- rium non oportet, quum legitimis et idoneis testibus non debeat il- larum simplex assertio praevalere. Sane illis, quae benedictione accepta¹³⁾ mox a sponis auferunt ante carnis copulam subsequen- tam, asserentes, se nunquam in illos veraciter consensisse, sed metu illato compulsas verba protulisse consensus, licet animo dis- sentirent, non statim est audientia deneganda; sed de illato metu est cum diligentia inquirendum; et, si talis metus invenitur illa- tus, qui potuit¹⁴⁾ cadere in constantem virum¹⁵⁾, erunt non im- merito audiendae.

CAP. XXIX.

In matrimoniis et sponsalibus debet esse libertas, unde in eis promissio poenae non obligat.

Gregorius IX.

Gemma mulier nobis exposuit, quod, quum T. filia eius cum C. contraxit matrimonium, B. de Alferio¹⁶⁾ ea occasione¹⁷⁾, quod inter P. filium quum et praedictam puellam infra¹⁸⁾ septennium constitutos sponsalia contracta fuerunt¹⁹⁾, poenam solvendam a parte, quae contraveniret, in stipulatione appositam, ab ipsa²⁰⁾ nititur extorquere. Quum itaque libera matrimonia esse debeant, et ideo talis stipulatio propter poenae interpositionem sit merito improbanda²¹⁾, mandamus, quatenus, si est ita, eundem B., ut ab extorsione praedictae poenae desistat, ecclesiastica censura compellas.

CAP. XXX.

Sponsalia de futuro transeunt in matrimonium per carnalem copulam subsequendam, sed non per nisi carnalis copulae tantum. H. d. cum c. fin. infra eodem.

Idem Episcopo Cenomanensi.

Is, qui fidem dedit²²⁾ M. mulieri super matrimonio contrahendo, carnali copula subsequuta, etsi in facie ecclesiae ducat aliam et cognoscat, ad primam redire tenetur²³⁾, quia, licet praesumptum priuum matrimonium videatur, contra praesumptionem tamen hu- iusmodi non est probatio admittenda. Ex quo sequitur, quod nec verum, nec aliquod censetur matrimonium, quod de facto est²⁴⁾ postmodum subsequutum.

CAP. XXXI.

Sponsalia de praesenti non solvuntur per sequens matrimonium, etiam carnali copula consummatum; sed sponsalia de futuro etiam iurata sol- vuntur per sequentia de praesenti.

Idem.

Si inter virum et mulierem legitimus consensus interveniat de praesenti

Cap. XXVII. 4) omitt. Comp. IV. Ms. A. B., Reg. — 5) moniti: Aug., Reg. — 6) et: Reg., Cont., Böhm. — 7) omitt. C. R. L. L., Comp. IV., Reg., Cont.

Cap. XXVIII. 8) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 9) Lesvien.: Comp. V. Ms. — Slesvicen.: Cir. — leg.: Slesvicen.: — 10) desid. in C. R. 1. — 11) omitt. Comp. V. — 12) abest ab ead. — 13) receptus: C. R. L. H., Comp. V. — 14) potuerit: Cir. — 15) abest a C. R. L. H., Comp. V. Ms.

Cap. XXIX. 16) Alphano: C. H. — 17) conditione: C. R. 1. — 18) intra: Cont., Böhm. — 19) fuerint: C. R. 1. — 20) ab ips.: desid. in C. L. — 21) improbata: C. H.

Cap. XXX. 22) dederit mulieri: C. R. 1. — 23) cogatur: C. L. — 24) et: Böhm.

Cap. XXXI. 25) abest a C. R. 2. — 26) desid. in C. H. — 27) iura- mento: C. L. — 28) licet: C. R. L. — 29) qui si: C. L.

TIT. II. Cap. I. 1) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 2. — cf. c. 2. C. XXXI. qu. 2. — 2) Honorius: Böhm. ex Cont. — 3) abest a C. R. L. H. — 4) Tua sanctitas (fraternitas: Ms.) requisivit a nobis, frater venerande:

senti ita, quod unus alterum mutuo consensu, verbis consuetis ex- presso²⁵⁾, recipiat, utroque dicente: „ego²⁶⁾ te in meam acci- pio,“ et: „ego te accipio in meum,“ vel alia verba consensum ex- primitiva de praesenti, sive sit iuramentum²⁷⁾ interpositum sive non: non licet²⁸⁾ alteri ad alia vota transire. Quod si²⁹⁾ fecerit, secundum matrimonium de facto contractum, etiamsi sit carnalis copula subsequuta, separari debet, et primum in sua firmitate manere. Verum si inter ipsos accessit tantummodo promissio de fu- turo, utroque dicente alteri: „ego te recipiam in meam,“ et: „ego te in meum,“ sive verba similia, si alius mulierem illam per verba de praesenti desponsaverit, etiamsi inter ipsam et primum iura- mentum intervenerit, sicut diximus, de futuro: huiusmodi despon- sationis intuitu secundum matrimonium non poterit separari, sed eis est de violatione fidei poenitentia iniungenda.

CAP. XXXII.

Nisi ad copulam non facit sponsalia de futuro transire in matri- monium.

Idem.

Adolescens, qui desponsatam sibi per verba de futuro, licet saepe nisi fuerit, carnaliter non cognoscens, cum alia postmodum per verba de praesenti contraxit, non primam, cum qua nec fuit verum matrimonium ex forma contractus, nec praesumptum, quum cona- tus non habuisset effectum, sed secundam debet habere uxorem.

TITULUS II.

DE DESPONSATIONE IMPUBERUM.

CAP. I.¹⁾

Pater pro filio impubere sponsalia contrahit, pro pubere vero non, nisi consentiat.

Hormisda²⁾ Eusebio Episcopo.

Tua nos³⁾ requisivit fraternitas de filio adulto, quem pater matri- monium vult contrahere⁴⁾, si sine voluntate adulti filii⁵⁾ facere potest. Ad⁶⁾ quod dicimus, si⁷⁾ aliquo modo non consentit filius, fieri non posse; potest⁸⁾ autem filium nondum adultum, voluntas cuius discerni⁹⁾ non potest, pater: cui vult matrimonio tradere. Et postquam filius pervenerit ad perfectam¹⁰⁾ aetatem, omnino¹¹⁾ debet hoc adimplere.

CAP. II.¹²⁾

Impuberes ambo vel alter, nisi pro bono pacis, coniungi non debent.

Nicolaus Papa.¹³⁾

Ubi non est consensus (Et infra: "Huius ergo decreti auctori- tate" Districtius inhihemus, ne "de cetero" aliqui, quorum ulti- que vel alter ad aetatem legibus vel canonibus determinatam non pervenerit¹⁴⁾, coniungantur, nisi forte aliqua¹⁵⁾ urgentissima necessitate interveniente, utpote pro bono pacis, talia coniunctio toleretur.

CAP. III.¹⁶⁾

Puberes sunt quoad matrimonium, qui ex habitu corporis concipere et generare possunt.

Isidorus.

Puberes a pube sunt¹⁷⁾ vocati, id est a pudentia¹⁸⁾ corporis nun- cupati: quia¹⁹⁾ haec loca "tunc" primo lanuginem ducunt. Quidam tamen²⁰⁾ ex annis pubertatem existimant²¹⁾; id est, eum esse puberem, qui XIV. annos implevit²²⁾, quamvis tardissime pubes- cat. Certum²³⁾ autem est, eum puberem esse, qui "et" ex habitu corporis pubertatem ostendit, et²⁴⁾ generare iam potest²⁵⁾. Et puerperae sunt, quae in²⁶⁾ annis puerilibus parvunt.

Comp. I. — 4) ducere: Comp. J. — 5) desid. in Comp. I. Ms. — 6) omitt. ead., C. L. — 7) quoad: C. R. 1. — 8) Possit (posse: Ms.) autem de filio, nondum adulto, voluntas cuius nondum discerni potest, pater, cui vult, in matrimonio copulare (tradere: Ms.), et postquam filius (omitt. Ms.) pervenerit ad perfectam aetatem, omnino servare et adimplere debet: haec omnibus orthodoxae fidei sancimus, et vobis tenenda manda- mus: Comp. I. — 9) discerni: C. R. 1. — 10) legitimam vel perfectam: C. H. — 11) omnimodo: C. R. 2.

Cap. II. 12) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 4. — 13) Initialia cap. verba exstant apud Grat. c. 1. C. XXX. qu. 2. — eorum, quae hic refer- rantur, auctor omnino incertus est. — 14) pervenerint: Comp. I. Ms. — 15) aliquando: Comp. I. Aug.

Cap. III. 16) Isid. Hisp. Btyrn. XI. 2. — Lips. LIX. 18., Comp. I. h. t. c. 7. — 17) omitt. Lips., Comp. I. Ms. — sunt voc.: non leg. ap. Isid. — 18) pudentis: Isid. — 19) quod: id. — 20) autem: Lips., Comp. I. Isid. — 21) aestimant: Böhm. — 22) implevit: Comp. I. — explevit: Lips., Isid. — implevit: Cont. — 23) Certissimum autem eum: Isid. — 24) ut: Lips. — 25) possit: Lips., Comp. I., Isid. — 26) omitt. ib.

CAP. IV. 26)

Ex sponsalibus, contractis cum minore septennio, non oritur impedimentum publicae honestatis; secus, si cum maiore vel minore, consentiente post septennium. Et affinitas sequens dissolvit sponsalia praecedentia de futuro.

Alexander III. Herfordensi²⁷) Episcopo.

Litteras tuae fraternitatis accepimus²⁶), ex quarum tenore perpendimus, quod, quum quidam "parochianus tuus A. nomine" esset perfectae aetatis, quandam puellam in cunabulis desponsavit; procedente vero tempore "idem A." matrem puellae cognovit, et eam in uxorem accepit²⁸). "Unde quia dubitas, an huiusmodi matrimonium stare debeat, a nobis exinde consilium postulasti. Super quo" Consultationi tuae taliter respondemus²⁹), quod, si praefatus³¹) vir matrem "praefatae" puellae, antequam "puella ipsa" septimum³²) annum compleverat³³), in uxorem accepit, matrimonium "ipsum" non dissolvat, "sed eundem virum praefatam mulierem, sicut uxorem, libere tenere permittas," quum desponsationes³⁴) huiusmodi nullae sint, quae in cunabulis fiunt³⁵). Verum si, postquam "praefata" puella septimum annum complevit³⁶), praedictus vir matrem eius accepit "in" uxorem, quum sponsalia extunc placere consueverint, inter eos sententiam divortii non differas promulgare, nec ipsum³⁷) filium, seu matrem "in uxorem" habere permittas³⁸).

CAP. V. 29)

Sponsalia, nulla ex defectu consensus, non creant publicae honestatis iuslitium: sponsalia vero aliquam sic, licet legitimo modo fuerint dissoluta.

Idem Eboracensi Archiepiscopo.

Accessit ad praesentiam nostram "nobilis vir W. filius G. cum literis tuis, ex quarum tenore perpendimus, quod, quum filiam cuiusdam nobilis viri, dum esset minoris aetatis, desponsasset, et postmodum ipsa assensum in hac parte non praebente, antequam ad nobiles annos pervenisset, celebratum est inter eos divortium. Procedente vero tempore, defuncto patre puellae, matrem eius praedictus W. sibi matrimonio copulavit. Quod quidem factum quum sustinere nolles, eum sollicito monuisti, ut ipsam dimitteret, et quia montis tuis in hac parte noluit acquiescere, ipsum excommunicationis vinculo innodasti. Tandem, accepta ab eo cautione, quod nostram adiret praesentiam, et super hoc statutum nostrum firmiter observaret, eundem mandato nostro absolutum denunciasti, et cum literis tuis ad praesentiam nostram misisti. Verum praefatus W. in nostra praesentia constitutus sua nobis assertione proposuit, quod puellam ipsam, dum esset infra septimum annum, desponsavit, postea vero, antequam ad nobiles annos pervenisset, noluit aliquatenus consentire, ut praefatur W. in virum acciperet, et ita cum patre suo, in cuius potestate remanserat, et cum praefato W. ad praesentiam tuam accessit. Et quum ab ore puellae audisses, et per eam cognosceres et per patrem eius, quod memoratum W. in virum volebat, statim illum in plena synodo ab huiusmodi desponsatione publice absolutum denunciasti. Elapsis vero pluribus annis post, mortuo etiam patre puellae, carissimus in Christo filius noster H. Anglorum rex matrem praedictae puellae memorato W. tradidit in uxorem, quam idem W., ut discordia orta inter consanguineos suos et consanguineos mulieris sopiretur, accepit et volemniter desponsavit, et sine contradictione ecclesiae duxit, et ex ea liberos procreavit, et puella fuit alteri viro copulata. Verum licet contineatur in literis tuis, quod puella ipsa esset minoris aetatis, quando huiusmodi desponsatio facta fuit, tamen refert, utrum, quum esset minoris aetatis, fuerit proxima aetati aptae matrimonio, aut infra septennium. Ideoque" Fra-

ternitati tuae "per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, "rei veritate inquisita diligenter et cognita," si tibi constiterit, quod "praefata" puella⁴⁰) non esset septennis, quando "praesentorato" G.⁴¹) desponsata fuit, et postea in eum non consenserit⁴²), et quod idem G.⁴³) ab huiusmodi⁴⁴) desponsatione per te fuerit absolutus, matrimonium, inter eundem G. et matrem puellae⁴⁵) celebratum, praecipias inviolabiliter⁴⁶) observari, et eorum prolem⁴⁷) denuuncias esse legitimam, quia, "sicut discretio tua non ignorat," desponsationes et matrimonia⁴⁸) ante septem⁴⁹) annos fieri non possunt, "praesertim" si consensus postea non accedit⁵⁰). Sane, si praefata puella ante "huiusmodi" desponsationem septimum⁵¹) annum compleverat⁵²), licet praedictus vir a desponsatione ipsius puellae ipso iure fuerit absolutus, quum⁵³) ea in eum consentire noluerit⁵⁴), inhonestum tamen videtur⁵⁵), ut matrem eius habeat, cuius filia fuit⁵⁶) sibi desponsata. "Verum si tibi visum fuerit, ut cum matre puellae remaneat, etc."

CAP. VI. 57)

Si impubes, desponsata et traducta, petit licentiam pubes facta alteri nubendi, non auditur, si vir iurat, se eam cognovisse; nec auditur, si nondum pubes, sed proxima pubertati probetur cognita. Et ex sponsalibus, contractis cum impubere maiore septennio, oritur publica honestas.

Idem Norvicensi⁵⁸) Episcopo.

Continebatur⁵⁹) in literis tuis, quod, quum quaedam puella infra⁶⁰) nobiles annos quidam "viro" in uxorem tradita fuerit⁶¹), et ab ipso traducta, "suis parentibus asserentibus, eam legitimae aetatis existere," haec, ad nobiles annos perveniens, alii⁶²) nubendi licentiam⁶³) postulavit, asserens, se⁶⁴) in eundem "virum" nullatenus consensisse. "Praedictus vero vir econtra proponit, quod, licet eadem puella nondum forte annum XII. attigisset, quum ei tradita fuisset in uxorem, usque adeo tamen aetatis fuit proxima, quod ipsam carnali commixtione cognovit. Inde est, quod, quum ipsa dicit ab eodem viro se incognitam, et tu nos consulisti, utrum alii possit nubere," Consultationi tuae⁶⁵) taliter respondemus, quod, quum in decretis habeatur⁶⁶) expressum, quod, si vir dixerit, quod uxorem suam cognoverit⁶⁷), et mulier negaverit, viri standum est veritati, "unde" praefato viro, qui dicit, se mulierem⁶⁸) ipsam⁶⁹) cognovisse, fides est adhibenda⁷⁰), si id firmaverit iuramento. Si autem⁷¹) fuerit aetatis⁷²) proxima, ut in undecimo vel circa XII. annum, et cum suo assensu "et voluntate parentum" desponsata "et benedicta fuerit," et cognita ab eodem viro, separari non debet⁷³), praesertim quum parentes eius⁷⁴) ipsam fuisse aetatis legitimae faterentur⁷⁵). Si vero puella infra⁷⁶) nobiles annos "et aetati proxima" alicui desponsata fuerit, "benedicta atque traducta," non licet⁷⁷) alicui de consanguinitate ipsius⁷⁸), cui desponsata fuerit⁷⁹), eam ducere in uxorem, nec fas est eidem sponso de consanguinitate sponsae⁸⁰) sibi aliquam "matrimonio" copulare.

CAP. VII. 81)

Si maiores septennio contrahunt sponsalia, neuter ante pubertatem resiliere potest. Hoc primo. Et ille, qui primo sit pubes, alterum expectabit. Hoc secundo. Quod si tempore contractus alter erat pubes, non ille, sed alter factus pubes resiliere potest. Hoc tertio.

Idem Bathoniensi⁸²) Episcopo.

De illis, qui infra⁸³) annos aptos matrimoniis "contrahendis existentes" sponsalia contrahunt, sive uterque sive alter reclamet⁸⁴), antequam ad annos matrimoniis "contrahendis" aptos pervenerint⁸⁵), et postuleat⁸⁶) separari, non sunt ullatenus⁸⁷) audiendi. Si vero alteruter⁸⁸) istorum⁸⁹) ad annos pubertatis⁹⁰) pervenerit,

Cap. IV. 26) Restitutum ex App. XII. 2., Lips. LX. 2., Cass. LIX. 2., Comp. I. h. t. c. 5. — 27) inscr. desid. in App., Lips., Cass. — 28) recipimus: Comp. I. Aug. — suscepimus: App., Lips., Comp. I. Ms. — 29) duxit: App., Lips., Cass. — 30) frat. tuae taliter resp.: Cass. — frat. tuas taliter (omitt. App., Comp. I. Ms.) ducimus respondendum: App., Lips., Comp. I. — 31) memoratus: App., Lips., Cass. — 32) VII. annos habuisset: Cass. — 33) implevit: App. — 34) dispensationes: ead. — 35) factae sunt: ead. — 36) aetatis implevit: C. H. — 37) ipsum: C. R. 2. L. — 38) ut accipere.: Lips., Cass. — 39) Restitutum ex App. VI. 7., Lips. LIX. 4., Cass. LVIII. 5., Comp. I. h. t. c. 6. — 40) desid. in Cass. et Comp. I. Ms. — 41) V.: C. R. 1. H. — W.: C. R. 2. L., Lips., Comp. I. — W.: Cass. per tot. — desid. in App. — 42) consensit: Cass. — 43) abest a Lips. — Wilhelmus: App. per tot. — cf. n. 41. — 44) huius: Cass. — 45) ipsius puellae: ead. — 46) immobiliter: App. Comp. I. Ms. — 47) eorundem proles... legitimas: Coll. citt. — 48) matrimonium: App. — 49) septimum annum: Coll. citt. — 50) intervenit: App., Lips., Comp. I. — intervenit: Cass. — 51) VII. annos: Cass. — 52) compleverit: C. R. L., Comp. I. Aug. — impleverat: C. H. — 53) quum in ea non... volebat: Cass. — 54) volebat: App., Lips., Comp. I. — 55) esse vid., quod: Cass. — 56) fuerat: C. R. 1. H., Coll. citt. — fuerit: C. R. 2. L.

Cap. VI. 57) Restitutum ex App. VI. 10., Lips. LIX. 20., Cass. LVIII. 10., Comp. I. h. t. c. 8. — 50) Wormacensi: Cass., male. — Nerviceni: Comp. I. Aug. — Norvicensi: App., Comp. I. Ms. — 59) add.: autem: Comp. I. — 60) intra: Cont., Böhm. — 61) fuit: Cass. — 62) desid. ib. — 63) diligentiam: Lips. — 64) omitt. Cass. — 65) cons. tunc: non existant in Coll. citt. — 66) habetur: App. — quod in decretis habetur: Comp. I. Aug. — cf. c. 3. C. XXXIII. qu. 1. — 67) cognovit: C. R. 1. L. — 68) puellam: App. — 69) praefatam: Coll. citt. — desid. in C. R. 2. — 70) habenda: App. — 71) Et: Cass. — Et si: App., Lips., Comp. I. — 72) fuerit proxima in (omitt. App., Lips.) XI. (duodecimo anno: App.) vel circa etc.: Coll. citt. — 73) debebant: App. — 14) omitt. ead. — 75) profertur: Comp. I. — 76) intra: Cont., Böhm., Cass. — 77) licet: C. R. 2. — 78) illius: Coll. citt. — 79) fuit: C. H., Lips. — 80) puellae: App. — puellae sibi desponsatae: Lips., Cass., Comp. I. — 81) Restitutum ex App. VI. 29., Lips. LIX. 40., Cass. LVIII. 27., Comp. I. h. t. c. 9. — 82) Baron: Comp. I. Ms. — Baton: Aug. — Barthoniensi: Cont. — 83) intra: Cont., Böhm. — 84) reclamant: App. — 85) perveniunt: ead. — 86) postulaverint: C. R. 2. — postulet: Lips., Cass., Comp. I. — 87) aliquatenus: C. H., App. — omitt. Lips., Cass., Comp. I. — 88) alter: C. R. 1., Cass. — 89) eorum: App. — 90) matrimoniis contrahendis aptos: Coll. citt.

infra⁹⁰) eodem annos altero existente, quum⁹¹) "eadem" sponsalia contrahuntur: si is, qui minoris aetatis est, quum ad annos illos⁹²) pervenerit, reclamaverit, nec in alterum voluerit consentire, iudicio ecclesiae poterunt⁹³) ab invicem separari. Mulier⁹⁴) autem, quae, postquam annos nobiles attingit⁹⁵), ei, qui nondum ad annos aptos matrimoniiis "contrahendis" venerat⁹⁶), nupsit, quum in eum semel consenserit⁹⁷), amplius non poterit⁹⁸) "aliquatenus" dissentire "vel divertere," nisi "forte" ipse⁹⁹), cui nupsit¹⁰⁰), postquam ad legitimam aetatem¹) pervenerit²), in eam³) suum "omnino" negaverit praestare consensum.

CAP. VIII.⁴)

Impuberes, sponsalia contrahentes, ante pubertatem separari non debent, sed post pubertatem possunt, si contradicunt sponsalibus, nisi copula carnalis intervenierit.

Idem eidem.⁵)

A nobis tua discretio requisivit, utrum ijs⁶), qui infra⁷) annos nobiles matrimonii nomine coniunguntur, vel eorum alteri, antequam ad annos aptos matrimonio perveniant⁸), liceat a matrimonio tali discedere. Ad quod "inquisitioni tuae taliter" respondemus, quod pro eo, quod ante nobiles annos conjugalem consensum "de sanctorum Patrum" non habent "auctoritate," usque ad legitimam aetatem expectare tenentur, et tunc aut confirmetur matrimonium, aut⁹), si simul esse noluerint, separantur; nisi "forte" carnalis¹⁰) commixtio ante intervenierit, quum interdum illa tempus anticipare soleat pubertatis. "Si vero alter eorum ad annos etc. ut supra prox. c. 11)

CAP. IX.¹²)

Minores, apti ad matrimonium, ex contractu matrimonii obligantur, nisi violentia intercedat.

Idem Genuensi¹³) Archiepiscopo.¹⁴)

De illis "autem", qui in minori aetate desponsantur, "traduntur et coniunguntur, et processu temporis divorcium postulant, minorem allegantes aetatem, aut vim sibi a parentibus factam, hoc inquisitioni tuae praesentibus literis" Respondemus, quod, si ita fuerint aetati proximi, quod potuerint copula carnali coniungi, minoris aetatis intuitu "ab invicem" separari non debent, si unus in alium visus fuerit consensisse¹⁵), quum in eis¹⁶) aetatem supplevisse malitia videatur. Sed cuiuscunque sint aetatis, se possunt per illatam violentiam excusare, nisi post violentiam consensus accedat. "Illud quoque etc. [cf. c. de praes. II. 23.]"

CAP. X.¹⁸)

Contractus ante pubertatem, etiam cum nisu carnalis copulae, non facit matrimonium.

Urbanus III. Cenomanensi Episcopo.

Attestationes super causa matrimonii, quae inter H. iuvenem et G. mulierem vertitur, "a tua nobis fraternitate transmissas" accepimus, et, ipsis "diligenter" inspectis "et plenius intellectis, manifeste" nobis innovit, quod praedictus iuvenis nondum duodecimum¹⁹) annum attingerat, quum praefatum G.²⁰) accepit²¹) uxorem. Et licet nisus fuisset²²), sicut uterque confessus est, ipsam corrumpere, mulier tamen credit²³), se virginem evasisse. Ve-

Cap. VII. 90¹) intra: Cont., Böhm. — 91) quum ead.: omitt. App. — cum quo ead.: Comp. I. Aug. — 92) desid. in C. H. — 93) debent: Comp. I. Aug. — 94) Utrum autem mul., quae . . . nupsit, ab eo, si quaerat dissidium, debeat separari, consult. tuae tal. resp., quia (quod: App.) quum etc.: Coll. citt. — 95) attingit: Comp. I. Aug. — attingit: C. H., Lips., Comp. I. Ms. — attingit: C. R. I., Cass. — verb.: annos . . . nondum: desid. in App. — 96) venit: App. — pervenerit: Lips., Comp. I. Ms. — 97) consensit: Cass. — 98) potest . . . consentire: App. — 99) ipsi: Lips. — illi nupsit: App. — 100) nupsit: Comp. I. Aug. — 1) ad annos aptos matrimoniiis (matrimonio: Cass.) contrahendis (omitt. Cass.): Coll. citt. — 2) desid. in Comp. I. Ms. — 3) ea: Aug. — eum: App., Lips.

Cap. VIII. 4) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 10. — 5) desid. ap. Cont. — 6) ii: Comp. I. Aug. — 7) intra: Cont., Böhm. — 8) pervenit: C. R. I., Comp. I. Ms. — 9) aut infirmetur, si simul: C. L. — 10) carnalis: C. R. I. H., Comp. I., Cont. — 11) Si vero etc. ex ipsa Comp. I. sunt transcripta, licet, quomodo haec capita inter se cohaereant, vix inde conici possit.

Cap. IX. 12) Restitutum ex App. L. 41., Lips. LIX. 53., Cass. I. VIII. 37., Comp. I. h. t. c. 12. — 13) Januen.: C. R. L. H., Coll. citt. praeter Comp. I. Ms., in qua est: Ravin. — 14) episcopo: Coll. citt. — add.: P. C. Tria fraternitas: Comp. I. — cf. c. 4. de spons. duor. IV. 4. — 15) consentire: C. R. I. — 16) in eis: omitt. Coll. citt. — 17) abest: Cass.

Cap. X. 18) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 13. — cap. initium exstat in c. 18. de spons. IV. 1. — 19) XIV: Comp. I. Ms. — XII. annos: C. H. — 20) abest a Comp. I. — 21) accepit: Aug. — 22) fuerit: C. R. I. — 23) credit: C. R. 2. — 24) Verum, antequam ad annum XIV.

rum²⁴) ipse, antequam ad annum XIV. pervenisset²⁵), a memorata muliere recessit, quem, quum XVII.²⁶) anno habeat²⁷), eadem²⁸) pro viro sibi vindicare contendit. "Sed quum vir XVII. annos habeat, ipsam recipere contradicit. Unde, quia, donec nos super causam ipsam consuleres, non duxisti in prolatione sententiae procedendum," Consultationi²⁹) tuae taliter respondemus, quod, si mulier per idoneos testes probare nequiverit, quod post XIV. annum aetatis suae vel circa finem XIV. anni praedictus iuvenis consensisset in eam, ab ipso iuramento recepto, quod, postquam ad legitimam aetatem pervenit, ipsam habere non consentit in³⁰) uxorem, ab impetitione mulieris eum potes et debes absolvere, et ad alia vota utrique dare licentiam transeundi.

CAP. XI.³¹)

Si maior invita contraxit sponsalia cum minore, non tenetur ipsum expectare, donec veniat ut aetatem adultam.

Idem Pisano Archiepiscopo.

Ex literis tuae fraternitatis³²) accepimus, quod puella³³) quaedam anno³⁴) XII. iurata fuit et desponsata cuidam puero³⁵) IX. vel X. annorum, et tempore procedente de voluntate parentum potius, quam de sua, sicut asserit, ad domum patris "praedicti" pueri adducta³⁶), ubi nolens et invita, "sicut ab ore ipsius te audisse proponis, et tan persuasionibus quam" minis parentum impulsu, moram fecit³⁷) per annum et amplius, et tandem inde recedens³⁸), ad domum propriam est regressa. "Commonita vero a matre sua, et a te postmodum, sicut asseris, ad eum redire penitus contradicit, asserens, quod nunquam eum voluit, nec vult in virum habere, sed nubendi alii postulat facultatem." Quum autem³⁹) "iam" dictus puer, "sicut tuae literae continebant," nondum ad XIV.⁴⁰) annum "aetatis suae" pervenerit, nec "unquam" ad eandem "puellam" carnaliter accessum habuerit⁴¹), discretioni⁴²) tuae taliter⁴³) respondemus, quod, si "memorata" puella "per te ad hoc studiose" commonita, ut, donec compleat idem puer annum XIV. "suae aetatis," expectet, "ad commonitionem tuam" non duxerit expectandum, ei secundum ea, quae proposita sunt, acciperit alium virum "in maritum auctoritate nostra" liberam⁴⁴) tribuas facultatem. "Dat. Verona."

CAP. XII.⁴⁵)

Sponsalia, contracta cum minore septennio, per cohabitationem mutnam post septennium conualescent, et inducunt publicae honestatis iustitiam; solvantur tamen per matrimonium de praesenti.

Clemens III.⁴⁶)

Duo pueri Guilielmus et Guilielma⁴⁷) "in dua dioecesi, quemadmodum accepimus," matrimonialiter⁴⁸) sunt coniuncti, puero⁴⁹) VI., puella vero VII. annum agente⁵⁰); qui simul per tres annos manserunt. Tunc "vero" pater puellae, subtrahens eam sponso "sua," ipsam⁵¹) alteri, M.⁵²) nomine, copulavit, eum quo per VII.⁵³) annos quiete permansit. Ipse⁵⁴) vero tunc reliquit eandem, quia credebat, eam alium virum habere, illum⁵⁵) scilicet, cui prius fuerat desponsata. Prior⁵⁶) autem sponsus, ad annos discretionis perveniens, a "P." praedecessore tuo contrahendi cum alia licentiam impetravit, qui quondam nomine S.⁵⁷) consobrinam prioris in uxorem accepit, et cum ea per aliquod tempus existens, eam "tamen," ut ipse fatetur, carnaliter non cognovit, licet illa⁵⁸) se

pervenisset, ex attestationibus ipsam a memorata muliere intelleximus recessisse, quem eadem mulier instanter nunc repetit, et pro viro: Comp. I. — 25) pervenerit: C. L. — 26) XIX.: C. R. 2. L. — 27) habebat: C. L. H. — 28) eandem sibi pro viro habere: C. H. — 29) hoc a nobis super tua consultatione habens responsum: Comp. I. — 30) omitt. Comp. I.

Cap. XI. 31) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 14. — 32) lit. tuis: Comp. I. Ms. — 33) quod, quum puella quaedam A. nomine iam ad annum XII. pervenisset: Comp. I. — 34) annorum XII.: C. R. — 35) puero, qui erat in anno IX. vel X. et dimidio (medio: Ms.) tempore de voluntate patris et fratrum: Comp. I. — 36) ducta: C. R., L. H., Comp. I. — 37) habuit: Comp. I. — 38) recessit et: ead. — 39) Verum quia quid super hoc agendum sit, a nobis tua fr. requisivit, quum: ead. — 40) XIII.: ead. — 41) habuit: Böhm. — 42) consultationi: C. R. I. — 43) praesentibus literis: Comp. I. — 44) dare potes libertatem: ead.

Cap. XII. 45) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. un. — 46) episc. Clarem: Comp. II. Ms. A. — 47) Fillanu ul. Guilielma: C. R. 2. — W. et W'la: Comp. II. Aug. — W. et W': Ms. A. B. — 48) fuere per verbum de futuro coni. matr.: Ms. A. — 49) Puer autem, sextum annum agens, septimumque puella, postquam fuerunt coniuncti, simul per tres etc.: Comp. II. — 50) attingente: C. R. I. — 51) W': Comp. II. — 52) Messaco: Comp. II. Aug. — Melduico: Ms. A. — Melduico: Ms. B. — 53) W': Ms. A. — 54) Ille: ib. — 55) eum: Ms. B. — Wilhelmum: C. L. — Guiliel.: Cont. — seq.: scilicet desid. ap. Böhm. — 56) Quum autem (quumque: Ms. B.) W. prior sponsus ad annos discretionis postea pervenisset a P. (omitt. Ms. B.) antecessore (praedecess.: Ms. B.) tuo (nostro: Ms. A.) contr.: Comp. II. — 57) Stephanum: Comp. II. Aug., Ms. B., per tot. — Stephanam: Ms. A. — 58) Stephana: Comp. II.

ab eo cognitam assereret⁵⁸). Quum autem pater memoratae Guilielmae eam⁵⁹ vidisset a secundo viro⁶⁰ relictam⁶¹, "vi" prae-nominatum⁶² Guilielmum⁶³, cui prius eam desponsaverat, compulsi, ut S. neptem suam omnino dimitteret, et ad Guilielmam suam desponsatam rediret: qui postmodum⁶⁴ per biennium cohabitavit eidem, "ut fertur." Quia igitur "in his" quid tibi faciendum sit, postulas edoceri, breviter respondemus, quod impedi-diente⁶⁵ puerili aetate matrimonium inter G. et G.⁶⁶ non fuit. Et licet idem⁶⁷, postquam illa nupsit alii, potuerit aliam ducere in uxorem, tamen, quia dictam⁶⁸ S. duxit consobrinam mulieris eiusdem⁶⁹, sive eam cognoverit sive non, non⁷⁰ debet tamen⁷¹ cum eadem S. propter publicae honestatis iustitiam remanere, nec ad primam habere regressum, quia alteri fuit legitime copulata. (Et infra:)⁷² Quum vero⁷³ vir caput sit mulieris, et Guilielmus dicat, se non cognovisse prius S. supra dictam: aliam, si voluerit, poterit ducere in uxorem, et S. viro legitimo⁷⁴ copulari⁷⁵; post separationem vero pro vitando populi scandalo utrique⁷⁶ ad tempus est⁷⁷ poenitentia iniungenda. Si vero legitime constaret, ipsam S. ab eo sive post sive antea cognitam existisse; neutri⁷⁸ vivente altero dabitur licentia contrahendi. Remanebit ergo Guilielma cum M.,⁷⁹ imposita⁸⁰ "lumen" ipsi⁸¹ M.⁸² ad tempus poenitentia competentis, qui pro sua⁸³ opinione sola Guilielmam, iudicio ecclesiae non⁸⁴ requisito, "perniciosae" dimisit⁸⁵).

CAP. XIII.⁸⁶

Accusari non potest matrimonium, quod non est, ut si cum minori septennio sit contractum; denunciari tamen potest impedimentum, ne contrahatur in posterum.

Innocentius III. C. et P.⁸⁷) quondam filiis Malebrancae.

Ad dissolvendum quod factum fuerat inter I.⁸⁸) "filium nobilis viri Leonis de Monamento" et S. "filiam quondam Matthaei de Fortebrachio super matrimonio contrahendo, in nostra et fratrum nostrorum praesentia fuit ex parte vestra propositum, quod, quum dicta puella nondum ad septennium pervenisset, cum ipsa nec matrimonium contrahi nec sponsalia potuerit. Defuit etiam consanguineorum assensus, qui praecipue sunt in talibus requirendi. Quodsi et aetas sufficiens existisset, et consanguineorum intervenisset assensus, personae tamen non sunt legitimae ad matrimonium contrahendum, linea consanguinitatis obstante." Accusatione "vero," pro puella⁸⁹ super consanguinitate proposita, "et tam ex parte invenis quam ex parte puellae consanguinitatis gradibus computatis, quum eam vellet idoneis testibus comprobare," praefatus I.⁹⁰) multas exceptiones proposuit, per quas nitetur vos ab accusatione multipliciter removere. "Quumque super exceptionibus ipsius fuisset utrinque diutius disputatum, auditis et intellectis, quaecumque fuerunt hinc inde proposita, de consilio fratrum nostrorum" Interloquendo pronunciamus⁹¹), inter "dictos" invenem et puellam nec matrimonium, nec sponsalia fuisse contracta, quum constet, puellam nondum ad septennium pervenisse. Quocirca nec accusatio locum habebat, quum non esset quod posset⁹²) legitime accusari; denunciari tamen poterat consanguinitas, ut interdiceret matrimonium contrahendum. Ad denunciationem ergo legitime probandam⁹³) "festum omnium Sanctorum, proxime venturum," terminum⁹⁴) assignamus saltem in exceptionibus, non solum propositis, sed etiam proponendis. Ne vero quicumque in puellam interim⁹⁵) attentetur⁹⁶), auctoritate apostolica interdicimus "firmiter," ne⁹⁷) in "ipso" negotio de novo procedatur ulterius⁹⁸), donec vel a denunciatione cessetur, vel ea⁹⁹) probata ordine iudicarij procedatur. Quodsi contra interdictum nostrum in praedictis ipsius aliquid¹⁰⁰) fuerit attentatum, id¹) irritum esse decernimus²) et viribus omnino carere.

CAP. XIV.³)

Si quis per verba de praesenti contrahit cum impubere, in qua aetate nullitas non supplet, intelligitur non matrimonium, sed sponsalia contraxisse, etiamsi subarrhatio intercesserit.

Idem Episcopo Abbatensi.⁴)

Tuae nobis, exhibitae literae continebant, quod quidam "vir nobilis" filiam suam, circiter XII. annos habentem, cuidam "viro" nobili desponsavit, qui subarrhavit eandem consensu mutuo accedente. "Sed nuptiis aliquantulum prorogatis, pater puellae viam est universae carnis ingressus. Eo autem rebus humanis exempto, puellae avunculus supra dictae ipsam alteri matrimonio copulavit, et ille, qui prius desponsaverat eandem, cum ipsius matre contraxit. Tuus autem praedecessor attendens, quod cum ea non poterat permanere, cuius filiam legitime desponsaverat, inter eos divortii sententiam pronulgavit. Postmodum autem mortuo viro secundo, qui supra dictam puellam duxerat in uxorem, ipsa se tertio copulavit, illo vivente, qui eam primitus desponsarat. Ceterum tam ipsa, quam idem te duxerunt humiliter consulendum, utrum licite simul valeant commorari; tu vero, deliberatione habita, respondisti, quod, sponso primo vivente, alteri non potuit legitime copulari. Sed quia tua ecclesia postulavit, ut super hoc apostolicam sedem consuleres, procedere ulterius distulisti, nobis humiliter supplicans, ut super hoc tibi rescribere dignaremur." Quia vero "per ea, quae superius sunt expressa," nobis "pro certo" constare non potuit; cuius aetatis esset puella, quum eidem⁵) viro exstitit desponsata, quum dicatur, quod circiter XII. annos⁶) habebat, utrumne⁷) prudentia tunc in illa suppleret aetatem: "fraternitati tuae taliter" respondemus, quod, si puella "tunc nubilis erat aetatis, et inter eam et primum virum legitimus intervenit de praesenti consensus, absque dubio inter eos erat legitimum matrimonium contractum, etsi carnalis commixtio non fuerit subsequuta. Si vero puella" nubilis non erat aetatis, quum saepe fatuus vir desponsavit eandem, et aetatem in ea prudentia non supplebat, procul dubio inter eos non coniugium, sed sponsalia contracta fuerunt, quamvis ab ipso viro eadem "puella" fuerit subarrhata. "Quocirca, si iuxta primum modum matrimonium cum illo contraxit: eo vivente non potuit rite cum alio foedus contrahere coniugale etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. IV. Id. Maii Ao. IX." [1206.]

TITULUS III.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

CAP. I.¹)

Pro clandestino matrimonio non praesumitur, sed illud alleganti incumbit onus probandi.

Ex concilio Arelatensi.²)

Si quis clam desponsaverit aliquam, et mulier vel vir negat huiusmodi³) desponsationem, viro "tantum" incumbit probatio.

CAP. II.⁴)

Qui matrimonium clandestine contraxerunt, altero negante vel utroque, non apparente legitima exinde probatione, simul cohabitare ab ecclesia non compelluntur; et, si illud publicaverint, tanquam in conspectu ecclesiae factum comprobatur, nisi rationabilis causa subit, quae impedit. H. d. literae inhaerendo.

Alexander III. Helvacensi Episcopo.

Quod nobis "ex tua parte significatum est, ut de clandestinis matrimonii dispensare deberemus, non videmus, quae dispensatio

Cap. XII. 58*) asserat: ead. Ms. A. — 59) suam filiam: Comp. II. — 60) add.: Mestaco: Comp. II. Aug. — Meldaco: Ms. A. — 61) derelictam: Comp. II. — 62) eundem: Aug. Ms. A. — 63) V.: Aug. — 64) qui postmodum cohabitaverunt simul (sibi: Ms. B.) per biennium: Comp. II. — 65) add.: primo: Comp. II. Aug. — primum: Ms. A. — 66) Guilielmum et Willhelmum: C. L. — 67) W. ipse postquam W. lu. (W. a. Ms. A. — W.: Ms. B.) alii nupsit, aliam potuit accipere: Comp. II. — 68) ipsam: Aug. Ms. B. — 69) cons. prioris: Comp. II. — 70) propter causam publicae honestatis cum Stephana remanere (manere: Ms. B.) non debet, nec ad W. (W. l. am: Ms. B.) regressum habere: ead. — 71) desid. ap. Bohm. — 72) verb.: Et infra: non exstant in Comp. II. — 73) ergo: Comp. II. — 74) legitime: C. R. 2. — 75) desponsari: Comp. II. — 76) poen. utr. ad temp. iniuncta (iniungatur: Ms. B.): Comp. II. — 77) omitt. Comp. II. Ms. B. — 78) neutro viro. alteri: Aug. — 79) Martino: C. L. — Mestaco: Comp. II. Aug. — W. mo. Meldaco: Ms. A. — Meldaco: Ms. B. — 80) poenit. comp. iniuncta: Comp. II. Ms. A. — 81) ei: Aug. — 82) Martino: C. L. — cf. n. 79. — 83) abest a C. H. — 84) minime: Comp. II. Ms. A. — 85) dimiserat: Comp. II.

Cap. XIII. 86) Restitutum ex Reg. Bal. I. 325. — Comp. III. h. t. c. 1. — 87) Corrado (Contardo: Comp. III. Ms.) et Petro quondam filiis Malebrancae (Malebrancae: Aug.): Comp. III. Reg. — 88) A.: C. L. — Joannem: Reg. — 89) pro p.: omitt. Comp. III. Reg. — 90) L.: Comp. III. — Leo: Reg. — 91) pronuciavinus: C. R. L. H., Comp. III. Reg. — 92) possit: C. R. 2. — 93) comprobandam: Comp. III. Ms. Reg. — 94) pro termino: Comp. III., Reg. — 95) add.: carnalis: Comp. III. Ms., Reg. — 96) attentetur: C. H. — 97) ut... non proc.: Comp. III., Reg. — 98) desid. in C. H. — 99) denunciatione: Comp. III. — 100) quicumque: Reg. — 1) illud: Comp. III., Reg. — 2) add.: et inane: Comp. III. Reg.

Cap. XIV. 3) Restitutum ex Reg. Brejn. IX. 70. — Comp. III. h. t. c. 2. — 4) Alberteden.: C. L. — Albertaden.: Comp. III. — Halberstadensi: Reg. — 5) primo: Comp. III., Reg. — 6) annum: C. R. 1. — 7) utrumque: C. R. L. — utrumque: Reg.

TIT. III. Cap. I. 1) Lips. LIX. 8., Comp. I. h. t. c. 2. — 2) ex conc. Agathensi: Lips., Comp. I. — cap. omnino incertum. — 3) non exstat in Coll. edit.

Cap. II. 4) Restitutum ex App. L. 17., Comp. I. h. t. c. 3.

super his sit adhibenda. Si enim matrimonia ita occulte contrahuntur⁵⁾; quod exinde legitima probatio non appareat⁶⁾, ii, qui se contrahunt, ab ecclesia non sunt aliquatenus compellendi. Verum si⁷⁾ personae contrahentium hoc voluerint publicare, nisi rationalis et legitima causa praepediat, ab ecclesia recipienda sunt et comprobanda, tanquam a principio in ecclesiae conspectu contracta⁸⁾. *Si qui autem etc.* [cf. c. 9; Qui filii IV. 17.]

CAP. III. 9)

Quum matrimonia sunt contrahenda, debent per presbyteros in ecclesia edicta proponi, assignato termino, infra quem qui voluerit impedire impedimentum opponat, et, si probabilis coniectura fuerit de impedimento, interdicatur testimonium, donec de hoc cognoscatur. Hoc primo usque ad §. Si quis. — (Si quis etc.) Si in gradu prohibito matrimonium clandestine vel contra interdictum, de quo supra, contractum fuerit, etiam per ignorantes de impedimento, nati ex illo matrimonio sunt illegitimi. Idem est, si ambo parentes sciunt impedimentum matrimonii, licet in conspectu ecclesiae contrahant. H. d. usque ad §. Sane. Abbas. — (Sane etc.) Sacerdos, qui contempserit prohibere matrimonia interdicta, et quilibet clericus etiam regularis, qui interfuit, per triennium a beneficio suspenduntur, et, si culpa exegerit, etiam gravius puniuntur; ipsi etiam contrahentes contra hoc cap. etiam alias licite puniendi sunt, et idem in calumniose denunciabilibus. H. d. usque ad finem. Abbas.

Innocentius III. in concilio generali.

Quum inhibito copulae coniugalis sit in ultimis tribus gradibus revocata, eam in aliis volumus districte servari¹⁰⁾. Unde praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerendo¹¹⁾, clandestina coniugia penitus inhibemus¹²⁾, prohibentes etiam, ne quis sacerdos talibus¹³⁾ interesse praesumat. Quare¹⁴⁾ specialem quorundam locorum consuetudinem ad alia generaliter prorogando statuimus, ut¹⁵⁾, quum matrimoniis fuerint contrahenda, in ecclesiis per presbyteros publice proponantur¹⁶⁾, competenti termino praefinito, ut infra¹⁷⁾ illum, qui voluerit et valuerit, legitimum¹⁸⁾ impedimentum opponat, et ipsi presbyteri nihilominus investigent, utrum aliquod impedimentum obsistat. Quum autem apparuerit probabilis¹⁹⁾ coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expresse, donec, quid fieri debeat super eo, manifestis constiterit documentis. §. 1. Si quis²⁰⁾ vero huiusmodi²¹⁾ clandestina vel interdicta coniugia inire praesumpserit in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta prorsus illegitima censeatur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium, quum illi taliter contrahendo non expertes scientiae, vel saltem affectatores ignorantiae videantur. Pari modo proles illegitima censeatur, si ambo parentes, impedimentum scientes legitimum, praeter omne²²⁾ interdictum, etiam in conspectu ecclesiae contrahere praesumpserunt²³⁾. §. 2. Sane, si parochialis²⁴⁾ sacerdos tales coniunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam²⁵⁾ regularis, qui eis praesumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus, si²⁶⁾ culpae qualitas postulerit. Sed et²⁷⁾ his²⁸⁾, qui taliter praesumpserint etiam in gradu concessio copulari, condigna poenitentia iniungatur. Si quis autem ad impediendam²⁹⁾ legitimam copulam malitiose³⁰⁾ impedimentum obiecerit, canonicam³⁰⁾ non effugiet ultionem.

TITULUS IV.

DE SPONSA DUORUM.

CAP. I. 1)

Contrahens successive per verba de praesenti cum duobus, tenetur adhaerere primae. Si autem primo contraxit per verba de futuro, secundo per verba de praesenti, adhaerebit secundae.

Augustinus²⁾ de fide pactionis et consensus.

Duobus modis dicitur fides pactionis et consensus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debet aliam ducere. Si

aliam duxerit, poenitentiam debet agere de fide mentita; maneat tamen cum illa, quam duxit. Non enim rescindi debet tantum sacramentum. Si autem fecerit fidem consensus, non licet ei³⁾ aliam ducere. Si autem duxerit, dimittet⁴⁾ ipsam, et adhaerebit⁵⁾ uxori priori. Est autem fides pactionis, quando aliquis promittit alicui fidem, quod eam ducet, si permiserit eum rem secum habere, vel etiam pro consensu. Fides autem consensus est, quando, etsi non stringit⁶⁾ manum, corde tamen et ore consentit ducere, et mutuo se concedunt unus alii, et mutuo se suscipiunt.

CAP. II. 7)

Ponit poenitentiam illius, qui alterius sponsam de praesenti sibi accepit in uxorem; nec unquam in uxorem eam habere potest. H. d. iuxta litteram.

Ex Brocardo⁸⁾ libro XXX.

Accepisti illam in⁹⁾ uxorem tibi, quam alter sibi desponsatam habuerat. Dimitte illam, quia nunquam potest tibi fieri legitima, et XL. dies in pane et aqua, quod¹⁰⁾ carinam vocant, cum septem sequentibus annis poeniteas.

CAP. III. 11)

Sponsalia de praesenti non solvuntur per sequens matrimonium, etiam carnali copula consummatum.

Alexander III. Salernitano Archiepiscopo.

Licet praeter solitum et amplius solito multis sinus et variis negotiis praepediti ita, quod non sit nobis facile aliquorum consultationibus respondere, illa tamen speciali gratia, quam ad personam tuam habemus, et caritate cogimur fraterna, quid sentiamus de his, super quibus consuluit nos prudentia tua, tibi, quantumcumque aliis sinus intenti, praesentibus litteris aperire. Consultuisti nos siquidem, utrum, si inter virum et mulierem, praestito vel non praestito sacramento, legitimus consensus intervenit de praesenti, carnali copula non secuta, liceat mulieri alii nubere, vel, si nupsit alii, et carnalis fuerit copula subsequuta, an ab ipso debeat separari. Super hoc autem Consultationi¹²⁾ tuae taliter respondemus, quod, si inter virum et mulierem¹³⁾ legitimus consensus sub ea solemnitate, quae fieri solet, praesente scilicet sacerdote aut etiam notario, sicut etiam in quibusdam locis adhuc observatur, coram idoneis testibus, interveniat de praesenti, ita quidem¹⁴⁾, quod unus alterum¹⁵⁾ in suo¹⁶⁾ mutuo consensu verbis consuetis expresse recipiat, utroque dicente¹⁸⁾: „ego te accipio¹⁹⁾ in meam,“ et: „ego te²⁰⁾ accipio²¹⁾ in meum,“ sive sit iuramentum interpositum²²⁾ sive non, non licet mulieri alii nubere. Et si nupsit, etiam²³⁾ carnalis copula sit²⁴⁾ secuta²⁵⁾, ab eo²⁶⁾ separari debet²⁷⁾, et, ut ad primum redeat, ecclesiastica districtione compelli, quamvis alii aliter sentiant, et aliter etiam a quibusdam praedecessoribus nostris sit aliquando iudicatum. Verum etc. [cf. c. 2. de conv. III. 32.]

CAP. IV. 28)

Ei, qui appellat in causa matrimoniali, interdicti debet, ne alium matrimonium contrahat iure pendente, et si contraxerit, debet separari.

Idem Genuensi²⁹⁾ Archiepiscopo.

Tua fraternitas nos consuluit³⁰⁾, quid de his agere debeas, qui desponsat aliquas mulieres, et processu temporis, antequam eas ducant vel cognoscant, accipiunt alias in uxores. Super quo utique consultationi tuae taliter respondemus, quod, si vir et mulier sese recipiant expresse consensu de praesenti mutuo, neuter eorum altero superstite poterit ad alia vota transire, etsi possit ad nonnosterium transmigrare. Verum si inter ipsos non accepit consensus mutuos de praesenti, sed promissio de futuro, videlicet

Cap. II. 5) contrahantur: App. — 6) legitimi testes non apparent: App., Comp. I. — 7) Verum tamen (omitt. Comp. I. Ms.) ea, quae sic contrahuntur, (contractu sunt: App.) si pers. contr. vol. publ.: ib. — 8) contrahantur: Comp. I. Ms. — contraherentur: Aug., App.

Cap. III. 9) Restitutum ex conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) c. 51. — Comp. IV. h. t. c. un. — 10) conservari: C. R. 1. — observari: conc. — 11) inhaerentes: C. H. — inhaerendo: Comp. IV. Ms. A. — 12) prohibemus inhibendo: ib. — improbanus: C. L. — 13) in tal. esse: C. R. 1. — 14) Quia: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 15) abest a Comp. IV. Aug. — 16) proponatur: C. R. 2. L., Comp. IV. Ms. B., conc. Ms. — 17) intra: Cont., Böhm. — 18) desid. in C. R. 2. — 19) probabiliter: Comp. IV. Ms. A. — 20) qui . . . praesumpserint: Comp. IV. Aug., Ms. B., conc. — 21) abest a conc. Ms. — 22) commune: ib. — 23) praesumpserint: Comp. IV. Aug., conc. — 24) par. sac., qui: conc. — 25) alius: Comp. IV. Ms. A., conc. — alius etiam: Aug., Ms. B. — 26) sicut: conc. Ms. — 27) ia . . . praesumpserit: Comp. IV. Ms. B. — 28) impediendum: Comp. IV. Aug., Ms. B., conc. — 29) malitiosum: C. R. L., Comp. IV., conc. Ms. — 30) ecclesiasticam non effugiet (effugiet: Comp. IV. Ms. A., conc. sp. Mans.) ultionem: Comp. IV., conc.

TIT. IV. Cap. I. 1) Comp. I. h. t. c. 1. — cf. c. ult. C. XXVII. qu.

3. — 2) non exstat ap. Aug. — 3) omitt. Comp. I. — 4) dimittit: Böhm. — dimittit: C. R. 1., Comp. I. Ms. — 5) adhaereat: C. R. 1. — 6) stringat: Comp. I.

Cap. II. 7) Burch. XIX. 5., Lips. LIX. 9., Comp. I. h. t. c. 2. — 8) ex B. l. XIX.: Comp. I. — 9) omitt. Burch., Comp. I. Ms. — 10) quum: C. R. 2. L.

Cap. III. 11) Restitutum ex App. VII. 8., Lips. LIX. 5., Cass. LVIII. 6., Comp. I. h. t. c. 3. — 12) inquisitioni: Coll. cit. — 13) int. . . mul.: omitt. ead. — 14) omitt. Comp. I. Ms. — 15) alium: App., Lips., Cass. — 16) suum: Cass., Comp. I. Aug. — suam: App. — 17) expresse: C. R. L., Lips., Comp. I. — verbis expressis: App. — 18) utriusque (utrumque: Aug.) dicendo: App., Cass., Comp. I. — 19) recipio: App., Lips., Cass. — 20) abest a Cass. — 21) recipio: Lips. — omitt. C. R. L., App., Cass., Comp. I. — 22) desid. in Coll. cit. — 23) et: App. — 24) fuerit: App., Lips., Cass. — 25) subsequuta: C. R. 2. L., Coll. cit. — 26) eodem: Cass. — 27) debeat: C. L.

Cap. IV. 28) Restitutum ex App. L. 41., Lips. LIX. 52., Cass. LVIII. 37., Comp. I. h. t. c. 9. — 29) Ianuen.: C. R. L. H., Coll. cit. — 30) duxit consulendos: App.

quod uterque dixit alteri: „ego te recipiam in vitam,“ et: „ego te in meum,“ si alius mulierem illam desponsaverit et tradiderit, etiam inter primos iramentum fuerit, sicut diximus, de futuro, huius desponsationis intuitu secundum non poterit matrimonium separari, sed eis est de violatione fidei poenitentia iniungenda. De his³¹⁾ vero, qui coram te super desponsatione, facta per consensum mutuum de praesenti, controversiam movent³²⁾, et appellatione pendente³³⁾ quam ante sententiam vel cognitionem causae ad sedem apostolicam interponunt, accipiunt alias in uxores, hoc arbitramur agendum, ut, si amodo in tali casu duxerint³⁴⁾ appellandum, eis in ecclesia³⁵⁾ publice interdicas³⁶⁾ „arctius,“ ne ante decisionem causae aliud contrahant matrimonium. Et si contra interdictum ecclesiae „ita“ publice³⁷⁾ factum venire praesumpserint, matrimonium tam praesumptuose contractum poteris irritare. „De illis autem etc. [cf. c. 9. de desp. imp. IV. 2.]“

CAP. V.³⁸⁾

Qui duas per verba de praesenti desponsat, primam desponsatam habebit in uxorem, etiam si prius secundum cognoverit: nec valet contraria consuetudo. Et hoc ultimum additur ad cap. Licet supra eodem.

Innocentius III. Mutinensi Episcopo.

Tuas³⁹⁾ dudum (Et infra: De consuetudine, quae diu in Mutinensi obtinuit civitate, ut⁴⁰⁾, si quis iuraret⁴¹⁾, se aliquam ducturum⁴²⁾, et citra carnis copulam desponsasset, si consequenter desponsasset aliam et etiam cognovisset, primo cognita adiudicaretur viro, non quae prius exstitit desponsata. (Et infra:)⁴³⁾ Ne vero turpis sit pars, quae suo non congruit universo, et ecclesia Mutinensis tenere⁴⁴⁾ debeat humiliter et servare quod beati Petri sedem et suam metropolim sequi viderit et docere: in matrimoniis de cetero contrahendis illud te volumus observare, ut, postquam inter legitimas personas consensus legitimus⁴⁵⁾ intervenierit de praesenti, qui sufficit in talibus iuxta canonicas sanctiones, et, si solus defuerit, cetera, etiam cum ipso coitu celebrata, frustrantur, si⁴⁶⁾ personae iunctae legitime cum aliis postea de facto⁴⁷⁾ contrahant, quod prius de iure factum fuerat⁴⁸⁾ non poterit irritari.

TITULUS V.

DE CONDITIONIBUS APPOSITIS IN DESPONSATIONE¹⁾ VEL IN ALIIS²⁾ CONTRACTIBUS.

CAP. I.

Defectus turpis conditionis, in contractu matrimonii appositae, non vitiat matrimonium, sed vitiatur.

Ex concilio Africano.³⁾

Quicumque sub conditionis nomine aliquam desponsaverit⁴⁾, et eam „postea“ relinquere voluerit, dicimus quod frangatur conditio, et desponsatio irrefragabiliter⁵⁾ teneatur.⁶⁾

CAP. II.⁷⁾

Servus manumissus ea conditione, ut fiat monachus et monasterio serviat, alias in servitutem redeat, si, hoc acceptato, monachus factus sit, manumittentis voluntatem cogitur observare.

Gregorius Episcopo Spoletano.⁸⁾

Quam sit proprium (Et infra: H.⁹⁾ presbyter „nobis“ conquestus est, diaconum quandam manumississe duo „iuris sui“ mancipia

sub hac conditione, ut monachi fierent¹⁰⁾, et in eo monasterio, ubi ipse fuerat, permaneret, adiciens¹¹⁾, ut, si quis contra faeeret, aerytuti iterum „per omnia“ subderetur; atque unum ex his hac¹²⁾ conditione despecta monasterium „temerario ausu“ deseruisse, et se inter clericos sociasse. Tu¹³⁾ ergo, si ita esse repereris¹⁴⁾, sic te exhibe, ut nec illi monasterium deserendi sit facultas, et manumittentis voluntas „nihilominus conservata“ non valeat praeteriri.

CAP. III.¹⁵⁾

Qui iuravit aliquam in uxorem accipere, si centum sibi donaverit, centum non datis, recipere non tenetur, nisi postea pure consenserit, vel eam cognoverit.

Alexander III. Panormitano Archiepiscopo.

De illis (Et infra: [cf. c. 5. de spons. IV. 1.]) Si vero aliquis sub huiusmodi verbis iuramentum alicui mulieri praestiterit¹⁶⁾: „Ego te in uxorem accipiam¹⁷⁾, si tantum mihi donaveris¹⁸⁾,“ reus periurii non habebitur, si eam, nolentem sibi solvere quod „iuramento“ sibi dari petiit, non acceperit¹⁹⁾ in uxorem, nisi consensus de praesenti aut carnalis sit inter eos commixtio subsequuta.

CAP. IV.²⁰⁾

Res, donata ecclesiae sub modo, statim est ecclesiae, nec revocatur modo non servato, nisi hoc in contractu sit expressum. H. d. secundum variorem intellectum, et est textus multum notabilis, et valde allegabilis. Abbas.

Idem.²¹⁾

Verum quum alicui ecclesiae possessio quaelibet²²⁾ interposita conditione donatur²³⁾, a donatore donum postea revocari non potest, nisi²⁴⁾ forte tali sit conditione collatum²⁵⁾, quod, ea cessante, „possessio“ debeat revocari.

CAP. V.²⁶⁾

Contrahens matrimonium sub conditione non improbat non compellitur matrimonium consummare ante conditionis eventum.

Urbanus III.²⁷⁾

Super eo vero, quod „a nobis similiter“ postulasti, utrum ille, qui in quandam mulierem consensit²⁸⁾, si pater eius „videlicet“ suum praestaret assensum, sit²⁹⁾ ad consummandum matrimonium compellendus, „nihilominus“ respondemus, quod³⁰⁾; quum consensus liber dici non possit, qui in³¹⁾ alieno arbitrio rearsatur, ac conditionem ipsam canonica non improbet instituta, „quae consonet honestati,“ nisi voluntas patris postmodum intercedat, nequaquam cogendus est ad matrimonium contrahendum. Nam licet „felicitis memoriae“ Alexander Papa „antecessor noster in suis consultationibus“ responderit³²⁾, quod sponsalia³³⁾, interposita conditione contracta, „conditio“ ipsa non impleta³⁴⁾, si consensus de praesenti intercedat, vel carnalis copula subsequatur, dissolvi non debent, sed firmiter observari: nequaquam est nostrae definitioni adversum, quum huiusmodi consensus non³⁵⁾ sit de praesenti habendus, licet per verba de praesenti evidentiis exprimat, „qui³⁶⁾ in alieno arbitrio, non habito, sed habendo, consistit.

CAP. VI.³⁷⁾

Qui sub honesta conditione sponsalia contrahit, et ante conditionis eventum desponsatum cognoscit, a conditione recedit.

Innocentius III. Masicano³⁸⁾ Episcopo.

Per tuas „nobis“ literas intimasti, quod, quum „in praesentia tua“ quaedam mulier, P.³⁹⁾ nomine, „quendam nomine“ N.⁴⁰⁾

Cap. IV. 31) aliis: Coll. citt. — 32) moverint: Lips., Cass. — 33) et post appellationem, quam (omitt. App.) ante . . . interponunt, appellatione (et app.: App.) pendente: Coll. citt., Böhm. — 34) aliqui dux.: App. — 35) eis ecclesiam: Cass. — 36) debes interdicare: Lips., Cass., Comp. I. — 37) ita publ. fact.: desid. in Cass.

Cap. V. 38) Rain. ap. Bal. I. 601., Comp. III. h. t. c. un. — 39) Ex parte tua recipimus, quod de cons. dix obtinuit: Rain. — videtur tamen cap. initium esse c. 13. X. de naur. V. 19. — 40) utrum: Cont. — 41) si quis iuraret (iurasset: Rain.) aliquam et citra: Rain., Comp. III. — 42) ducere: C. H. — 43) Et infra: non lex. ap. Rain. — 44) tenent humiliter et observat: Rain., Comp. III. — 45) mutus: Rain. — 46) et si: id., Comp. III. — 47) de facto: desid. in C. H. — 48) fuerit: Rain., Comp. III.

TIT. V. 1) sponsalibus; C. R. — 2) et al. contr.: ib. — vel al. contr.: C. L. — Cap. I. 3) App. VI. 5., Lips. I. IX. 44., Comp. I. h. t. c. 1. — cf. c. 7. C. XXVII. qn. 2. — 4) desponsavit: Lips. — 5) firmiter: App. — 6) observetur: Lips.

Cap. II. 7) Restitutum (quantum opus fuit) ex Greg. I. Reg. IX. 37. — Comp. I. h. t. c. 2. — 8) Grisanto ep. Spoletano (Ms.: Spoletano) Comp. I. — Chrysanto ep. Spolet.: Reg. — 9) Quia vero pariter superscriptus presb. nobis questus est: ib. — Superscriptus presbyter: Comp. I. — pro: H., quod apud Greg. est, leg.: V. (Valentinus.) — 10) debeant (debeant: Reg.) fieri et in eo (eodem: Reg.) mon.: . . . permanere: Comp. I., Reg. — 11) adiacentem, ut si quis contra facere praesumpserit, igno servitutis: Reg. — 12) hanc conditionem omnino (omitt. Comp. I.)

desperisse et: Comp. I., Reg. — 13) fraternitas vestra et hoc subtili indagatione discutat, et si illa repererit, sic sacerdotali se scelo hac in re decenter exhibeat, ut nec . . . et . . . aliqua praeteriri excusatione non valeat: Reg. — 14) reperies: Böhm.

Cap. III. 15) Restitutum ex App. VI. 12., Lips. I. IX. 23., Cass. I. VIII. 12., Comp. I. c. 4. de spons. IV. 1. — 16) praestitit: C. R. L., Cont. — 17) accipio: App. — 18) dederis: Cass. — 19) accepit: C. H., Cass.

Cap. IV. 20) Restitutum ex App. XXIX. 3., Cass. XXVII. 2., Comp. I. c. 2. de consuet. I. 3., c. 3. h. t. — 21) Wigorniensis ep.: cf. c. 3. de don. III. 24. — 22) quaelibet: Cass. — 23) donec: ead., Comp. I. — 24) nisi etc.: desid. in Cass. — 25) donata: Comp. I. L. I. — collata: ead. L. III., App.

Cap. V. 26) Restitutum ex App. VI. 21., Comp. I. h. t. c. 4. — 27) Cenomanen. ep.: App. — P. C. quum sit Romana: Comp. I. — cf. c. 18. de spons. IV. 1. — 28) consentit: C. H. — 29) si . . . sit compell.: App. — 30) quia quum assensus: ead. — 31) qui alieno reserv. arbitrio ac conditioni, ipsum can. non improbant: ead. — 32) videatur respondisse: ead., Comp. I. — 33) desponsata: App. — 34) minime observata: ead., Comp. I. — 35) nequaquam: ib. — 36) quod . . . consistant: App. — ead. add.: alium tamen non potest ducere uxorem.

Cap. VI. 37) Restitutum ex Reg. Bréq. VI. 119. — Comp. III. h. t. c. 1. — 38) Masicano: Comp. III. Ms. — Masicano: Aug., Reg. — 39) Pacifica: Comp. III., Reg. — 40) Nicolaum: ib.

postularet in virum, asserens, inter se mutuam de praesenti consensum intervenisse⁴¹⁾, et carnalem copulam accessisse, vir ipse, quamvis contracta sponsalia et carnalem⁴²⁾ copulam non negaret, assererat tamen, se illam in uxorem ducere non teneri, quia sponsalia inter ipsos sub hac⁴³⁾ fuerunt⁴⁴⁾ conditione contracta, si "videlicet" pater eius et patruus sponsalibus consentirent; sed ipsi, quam cito noverunt⁴⁵⁾, et sponso contradixerunt et sponsae, "quod idem vir idoneis nitebatur testibus comprobare." Verum mulier replicabat, quod, licet fides praestita fuerit ab utroque sub conditione praescripta, non tamen sibi fuerat a patre viri vel patruo aliquando contradicendum, et ante tempus contradicendum⁴⁶⁾, expressum a testibus, et post⁴⁷⁾ "illud" dicebat inter se carnalem copulam accessisse. "Addebat praeterea, quod, licet a principio conditionaliter contraxissent, temporis tamen processu sine conditionis adiectione pure in matrimonium consenserunt, et hoc assererat se testibus probaturam. Receptis itaque testibus utriusque, quum attestaciones mulieris coram te praesentibus duobus examinaturibus faceres publicari, testes, quorum dicta legebantur, illico proclamaverunt, quod ipsi quae legebantur non dixerant, et quae deposuerant scripta non erant. Sed ab uno examinatore tunc contra eos fuit fortiter obviatum. Et ob hoc mulier postulabat, ut iidem testes vel alii super iisdem capitulis iterum audirentur. Tu autem, hac novitate commotus, sequentem diem partibus praefixisti, quibus in tua praesentia constitutis, omnes examinatores convocari iussisti, sub interminatione anathematis illos obtestans, ut dicerent, si essent illae verae attestaciones, quibus obviaverant testes; qui continuo alias attestaciones in medium produxerunt. Quibus quum per advocatum viri fuisset obviatum, sicut prioribus fuerat a testibus obviatum, post allegationes multiplices secundae attestaciones a partibus admissae fuerunt, et attestaciones viri postea publicatae. Porro mulier illi praecipue articulo insistebat, quod ante renunciationem sponsalium et post idem vir carnalem eam cognoverat, et ex ea filiam procreaverat; quod proprio nitebatur ostendere iuramento. Quia vero super his non solum opiniones varias, sed contrarias accepisti, ad magisterium sedis apostolicae recurrere, humiliter postulasti, quid sentiendum sit in talibus edoceri. Nos autem, inspectis attestacionibus, admissis a partibus, quas nobis tuis misisti literis interclusas, Consultationi tuae taliter respondemus, quod, quum liquido constat "per confessionem tam viri quam mulieris," quod⁴⁸⁾ post contracta sponsalia carnalis est⁴⁹⁾ inter eos copula subsecuta, pro matrimonio est "vehementer quidem" praesumendum, quia videtur⁵⁰⁾ conditione appositae⁵¹⁾ recessisse. Nam etsi probatum sit "utrumque per testes," quod, postquam pater et patruus viri contradixere sponsalibus, idem vir mulierem illam carnali coniunctione⁵²⁾ cognoverit⁵³⁾, non est tamen aliquo modo probatum, quod, antequam ipse cognovisset eandem, pater eius et patruus contradicere curavissent. "Dat. Ferentini II. Id. Jul." [1203.]

CAP. VII.

Si in contractu matrimonii apponitur conditio turpis vel impossibilis, habetur pro non adiecta, nisi sit contra substantiam matrimonii, quia tunc vitiat contractum. H. d. hoc capitulum notabile et multum allegabile.

Gregorius IX.

Si condiciones contra substantiam coniugii inserantur, puta, si alter dicat alteri: „contraho tecum, si generationem proles evites," vel⁵⁴⁾: „donec inveniam aliam honore vel facultatibus digniorem," aut: „si pro quaestu adulterandam te tradas," matrimonialis contractus, quantumcumque sit favorabilis, caret effectu; licet aliae⁵⁵⁾ condiciones appositae in matrimonio, si turpes aut

impossibiles fuerint, debeant propter eius favorem pro non adiectis haberi.

TITULUS VI.

QUI CLERICI VEL VOVENTES MATRIMONIUM CONTRAHERE POSSUNT¹⁾.CAP. I.²⁾

Diaconus vel subdiaconus matrimonium contrahere non possunt et, si contraxerint, etiam si facti irregulares, debent separari.

Alexander III. Remensi Archiepiscopo.³⁾

De diacono "vero," qui in sablato sancto "quendam" alium diaconum vulneravit, et uxorem⁴⁾ accepit, hoc tuae prudentiae respondemus⁵⁾, quod, si contrito et humiliato corde⁶⁾ ad ecclesiam redire voluerit, dimissa illa⁷⁾, quam accepit in uxorem, et⁸⁾ absolute obtenta, iniuncta sibi poenitentia de utroque excessu, post eam⁹⁾ peractam dispensative poteris ei diaconatus officium reddere, et, si perfectae vitae et conversationis¹⁰⁾ fuerit, eum¹¹⁾ in presbyterum ordinare. Subdiaconum¹²⁾ autem, sive hominem interfecerit¹³⁾ sive non, matrimonium non posse contrahere, sacrorum canonum censura demonstrat. "Parochianos etc. [cf. c. 26. de dec. III. 30.]"

CAP. II.¹⁴⁾

Subdiaconus matrimonium contrahere non potest.

Idem Cenomanensi Episcopo.

Ex literarum tuarum tenore accepimus¹⁵⁾, quod "F." later praesentium, in subdiaconatus officio constitutus, quandam sibi in coniugem¹⁶⁾ copulavit. "Unde tu, sicut vir providus et discretus," quam¹⁷⁾ "in uxorem duxerat," eundem¹⁸⁾ abstinere fecisti. Super quo "facto" prudentiam tuam in Domino commendamus, "per praesentia tibi scripta" mandantes, quatenus, si ad "canonicam vel" monasticum¹⁹⁾ ordinem²⁰⁾ transire voluerit, et²¹⁾ tibi post laudabilem conversationem ipsius visum fuerit, eum ad maiores ordines promoveri concedas. Quod²²⁾ si ad religionem se transferre²³⁾ noluerit, eum neque²⁴⁾ in subdiaconatu ministrare, neque ad altiores²⁵⁾ permittas ordines promoveri; in minoribus tamen²⁶⁾ ordinibus poterit ministrare.

CAP. III.²⁷⁾

Votum solenne impedit et dirimit matrimonium post contractum; votum simplex tantum impedit contrahendum, sed non dirimit post contractum.

Idem Vigoriensi²⁸⁾ Episcopo.

Meminimus, "nos ex parte tua quaestionem huiusmodi audivisse, scilicet utrum illi, qui se ad religionem coram episcopo devoverunt transitorios, et habitum religionis suscipiunt, si postmodum uxores duxerint, cogendi sint eas dimittere, et ad ecclesiam, cui se contulerint, redire. Super hoc utique" Respondemus²⁹⁾, quod, si quisquam, qui³⁰⁾ se religioni devovit³¹⁾, et habitu suscepto professionem fecit³²⁾, postmodum³³⁾ sibi aliquam copulaverit, est cogendus ab ea recedere, et ad ecclesiam³⁴⁾, cui se contulit³⁵⁾; "debet" sine contradictione transire. Verum, si nec³⁶⁾ habitum suscepit, nec professionem, sed votum solummodo fecit, et se ad religionem transitorium promissit, licet postea matrimonium contraxerit, non est cogendus ad religionem³⁷⁾ transire³⁸⁾, et matrimoniale³⁹⁾ votum rescindere.

Cap. VI. 41) abest ab liad. et C. R. L. — 42) carnis: C. R. L., Comp. III. — contractuum sponsalium et carnis: Reg. — 43) tali vel hac: C. H. — 44) fuerant: Comp. III., Reg. — 45) noverint... contradicere: Comp. III. — 46) conditionis: C. R. L. — 47) postea dicebant: C. L. — 48) quidem: Comp. III. Aug. — 49) fuerit: C. H. — 50) videntur: C. R. L. — 51) interposita: Comp. III., Reg. — 52) commixtione: ib., C. R. L. H. — 53) cognovit: Comp. III., Reg.

Cap. VII. 54) et: C. R. 2. — 53) alias: C. L. H.

TIT. VI. 1) possunt: C. R. 2. Cap. I. — 2) Restitutum ex App. XXVI. 21., Lips. XI. 17., Cass. XXI. 25., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) Rn. episc.: Lips. — Remensi ep.: Cass. — De ipsa inser. quae in App. desid., cf. c. 26. de dec. III. 30. — 4) mulierem uxoris nomine: Coll. cit. — 5) duximus respondendum: ened. — 6) animo: Cass., Comp. I. — 7) ista: Lips., Cass., Comp. I. — 8) quum non possit, sicut nos, contrahere matrimonium, ipsum debes recipere, et absolvere (desid. in App.) a sententia excommunicationis, quam pro violenta iniectioe manuum (manus: Lips.) nocuit incurrisse, et iniuncta: Coll. cit. — 9) poenitentiam peractam poteris... et (add.: etiam: App.) dispensative: ead. —

10) honestatis: C. R. 2. — 11) omitt. Coll. cit. — 12) Subdiaconi: Comp. I. Aug. — 13) homines interfecit: App.

Cap. II. 14) Restitutum ex App. L. 59., Comp. I. h. t. c. 2. — 15) percepimus: C. L., Comp. I. — perpenderit: App. — 16) coniugium: C. R. L., App., Comp. I. Ms. — 17) quem eandem: C. R. L. H. — 18) ipsam eandem, quam: Comp. I. Ms. — ipsum eandem, quam: App. — 19) abest a C. R. L. — 20) ord. religionis: C. H. — 21) post septennem poenitentiam, laudabiliter in claustris peractam, si tibi vel successori tuo idoneam visum fuerit, eum etc.: App., Comp. I. — 22) Qui: C. L. — 23) conferre: C. R. L. H., Comp. I. — 24) desid. ap. Aug. — 25) ulteriores: C. R. H., App., Comp. I. — 26) autem: C. L.

Cap. III. 27) Restitutum ex App. VI. 9., Lips. XVI. 3., Cass. LVIII. 9., Comp. I. h. t. c. 6. — 28) Will'o episc.: Lips. — Wig.: Cass. — Wigor.: Comp. I. — Wigoriensi: App. — 29) durissimum respondendum: Coll. cit. — 30) omitt. Lips. — 31) devoverit: App., Cass. — 32) fecerit: C. L., App. — 33) et postea: Comp. I. Aug. — 34) eam eccl.: Comp. I. — 35) devovit: Cass. — contulerit: Lips., Comp. I. Aug. — 36) non: Coll. cit. — 37) ab ecclesia: Comp. I. Ms. — ad ecclesiam: Aug., App., Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 38) redire: Cass. — 39) nec matr.: C. R. L. — et matrimonii: Coll. cit.

CAP. IV. 40)

Susceptio habitus professorum extra religionem a non habente potestatem incorporandi religioni, impedit in dubio matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. H. d. secundum intellectum, quem tenet Panormitanus.

Idem Lucensi Episcopo.

Consultuit⁴¹⁾ nos tua fraternitas⁴²⁾, quid faciendum sit de nobili muliere, quae post mortem mariti, vestibus pretiosis abiectis, mutavit habitum, et de manu presbyteri velamen assumpsit⁴³⁾, sed non renuntiavit propriis, nec intravit claustrum⁴⁴⁾, nec in manu⁴⁵⁾ alicuius/episcopi, abbatis vel abbatissae, aut super altare professsa est, vel obedientiam promisit; postmodum vero, elapso anno, quum multorum inquietationes ferre non posset, et lapsus incontinentiae formidaret, abiecto religionis habitu, cuidam nobili⁴⁶⁾ solenniter per licentiam ecclesiae nupuit. Super hoc itaque Consultationi tuae taliter respondemus, quod⁴⁷⁾, sicut simplex votum matrimonium impedit contrahendum, et non dirimit iam⁴⁸⁾ contractum, ita⁴⁹⁾ habitus, sine professione susceptus, ne contrahatur impedit, sed contractum⁵⁰⁾ hequaquam⁵¹⁾ dissolvit. De cetero etc. [cf. c. 11. de homic. V. 12.]

CAP. V. 52)

Votum castitatis de praesenti impedit matrimonium contrahendum; ecclesia tamen ex causa matrimonium contrahi quandoque permittit. H. d. inhaerens litterae.

Idem.

Veniens ad praesentiam nostram⁵³⁾ premita sua nobis assertionem proposuit, quod I. mulier⁵⁴⁾ cuidam viro absentis fide data senupturam promisit, sed postmodum, audiens plura de severitate⁵⁵⁾ et inhumanitate ipsius viri, ei noluit⁵⁶⁾ copulari. Quum itaque timeret, ne illi nubere coereretur, in manibus suis simpliciter continentiae votum promisit⁵⁷⁾, non tamen locum aut vestem mutavit. Quo audito praedictus vir aliam sibi copulavit, et ex ea prolem suscepit. Nos itaque, attendentes, tutius esse, ut praefata mulier post fidem et votum simpliciter⁵⁸⁾ oblatum matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrat, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo, mandamus, quatenus, si plus non processit⁵⁹⁾, nec vestem aut locum mutavit, nec professionem fecit, sibi⁶⁰⁾ de fide mentita et voto violato congruam⁶¹⁾ satisfactionem indicas⁶²⁾, et ei, cui vult, nubendi in Domino licentiam tribuere non postponas.

CAP. VI. 63)

Votum simplex impedit sponsalia de futuro, non autem dirimit matrimonium sequens; secus in voto solenni.

Coelestinus III. 63)

Rursus quidam, ut dicitur, votum castitatis emittens, iuravit, se quandam ducturum postea in uxorem. Unde⁶⁵⁾ a fraternitate tua requisiti, consultis viris prudentibus, arbitramur, quod, quum simplex votum apud Deum⁶⁶⁾ non minus obliget quam solenne, pro eo, quod iuravit temere, poenitentiam agat⁶⁷⁾; et votum, quod Deo fecit, studeat observare. Quodam⁶⁸⁾, postquam huiusmodi praestitit iuramentum, ad nuptias iam proprio motu convolasset, quum votum simplex licet matrimonium impediatur contrahendum, non tamen dirimat iam⁶⁹⁾ contractum: nihil ambiguitatis quaestio tua continere⁷⁰⁾ videtur. Ceterum quod etc. [cf. c. 1. de convers. inf. III. 33.]

CAP. VII. 71)

Votum solenne impedit et dirimit matrimonium post contractum.

Innocentius III. Ulisbonensi⁷²⁾ et Colimbriensi Episcopis. Insinuante I. 73) nobili muliere nostro est apostolatui reseratum,

quod dudum puella et in annis teneris constituta, M. Sancii accepit in virum, qui ab inimicis crucis Christi fuit parvo post tempore interfectus. Post cuius obitum a quibusdam curialibus fuit regi Legionensi propius⁷⁴⁾ copula supplicatum. Quod quum ad consanguineorum eius notitiam pervenisset⁷⁵⁾, ut maritum acciperet, ei sub obtestatione⁷⁶⁾ regia suggererunt. Ipsa vero, quod tunc nollet nubere protestans⁷⁷⁾, consilium accepit ab eis, quod votum emitteret⁷⁸⁾ castitatis, quod⁷⁹⁾ in manibus cuiusdam de fratribus sancti Augustini fecit, eo adiecto tenore, ut in domo propria cum omni substantia sua remaneret. Sane in eiusdem ordinis habitu biennio post permansit, licet id se invitam fecisse asserat et coactam, non⁸⁰⁾ tam metu reglo quam parentum. Post haec eidem regi quod fecerat indicavit; quod approhans veluit, ne quis ea volente domum intraret ipsius, vel exinde aliquid asportaret. Interim vero, tempore modico elabente, P. curialis, regias litteras secum portans, et F. Ferdinandi dictae mulieris domum intrantes, ut ipse P. vi saltem eam duceret in uxorem, acceperunt ab ipsa, quod, si eam idem P. duceret, ipsius manibus interiret. Post haec vero, dimissis domo et omnibus, quae habebat, in domo cuiusdam Iudaei per tres, in ecclesia vero S. Mariae de Veiga per sex laulit septimanas, ita, quod exinde propter necessitates humanas etiam egredi non auderet. Tandem se coactam videns et omnibus destitutam, et attendens nihilominus, quod invita votum emiserit⁸¹⁾, eo dimisso, de parentum consilio P. Michaëli⁸²⁾ publice fuit matrimonialiter⁸³⁾ copulata, de quo⁸⁴⁾ quatuor sustulit filios tempore procedente. Verum, quia salutem animae desiderat omnibus anteferre, ac metuens, quod huiusmodi coniunctio licita non existat, quid super his tenere debeat, eloceri responso nostro suppliciter postulavit. Nos igitur, attendentes, quod in emissionem voti, quod⁸⁵⁾ praecessit⁸⁶⁾, nulla vel modica coactio adfuisse, quam patientia et perseverantia sequentis temporis penitus profugavit, et quod sequens coniunctio potius iniqua fuit et violenter extorta, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus, inquisita diligentius veritate, si praemissis veritas suffragatur, praefatam mulierem⁸⁷⁾ ad male dimissum religionis habitum resumendum⁸⁸⁾ et servandum quod vovit monere et inducere procuretis, et, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam coercere. Quod si non ambo etc. Dat. Lat. Kal. Dec. 1199.]

TITULUS VII.

DE EO, QUI DUXIT IN MATRIMONIUM QUAM POLLUIT PER ADULTERIUM.

CAP. I. 1)

Si quis vivente uxore contrahit cum secunda hoc ignorante, prima mortua ad sui petitionem non separabitur a secunda.

Alexander III. Abbati sancti Albani. 2)

Propositum est nobis, quod vir quidam O. uxorem³⁾ habens, sibi aliam, huiusmodi⁴⁾ rei insciam, copulavit, de qua plures filios habuit; sed prima mortua nititur discedere a secunda, asserens, quod uxore sua vivente eam non licuit sibi copulare. Licet autem in canonibus⁵⁾ habeatur, ut nullus copulet⁶⁾ in matrimonio quam prius polluerat⁷⁾ adulterio, et illam maxime, cui fidem dederat uxore sua⁸⁾ vivente, vel quae machinata est in mortem⁹⁾ uxoris¹⁰⁾; quia tamen praefata mulier erat¹¹⁾ inscia, quod ille aliam haberet uxorem viventem, nec dignum est¹²⁾, ut praedictus vir, qui scienter contra canones venerat, lucrum¹³⁾ de suo dolo reportet: consultationi tuae taliter¹⁴⁾ respondemus, quod, nisi praedicta mulier divortium petat, ad petitionem¹⁵⁾ viri non sunt aliquatenus¹⁶⁾ separandi, quum ex suo delicto videretur compodium reportare.

dem): Comp. II. Ms. A. — Quod si per se: Ms. B. — Quod si postea, quam: Aug. — 69) abest a C. H. et Luc. — 69) continet: Luc. — continet: Comp. II.

Cap. VII. 71) Restitutum ex Reg. Bal. II. 232. — Comp. III. h. t. c. 1. — 72) Libonen: Böhm. ex Cont. — Ulisbonen. et Colebica. epp: Comp. III. Ms. — Ulisbonen: Aug. — Ulisbonen: Reg. — 73) F. 16. — 74) relictae: Comp. III. Reg. — 75) devenisset: Reg. — 76) attestatio: Comp. III. Aug. — 77) protestante: Comp. III. Reg. — 78) promitteret: C. R. 2. — 79) Hoc autem: Comp. III. Reg. — 80) abest ab isd. et C. R. L. H. — 81) emiserat: C. R. 2. — 82) Michaelis: Comp. III. Reg. — 83) matrimonio: C. R. 2. — 84) qua: Comp. III. Reg. — 85) quae: Comp. III. Aug. — 86) processit: C. L. — 87) feminum: Comp. III. Reg. — 88) reassumendum: Cont., Böhm.

TIT. VII. Cap. I. 1) Restitutum ex App. VI. 1., Lips. LIX. 1., Cass. LVIII. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Albini: Lips., Cass. — 3) dum ux. haberet: Coll. cit. — 4) huius: ead. — 5) a can.: App. — 6) copuletur matrimonio: quod: ead. — 7) polluit: Cass. — 8) omitt. ead. — 9) morte: Comp. I. Ms. — 10) viri: Cass. — 11) omitt. App. — 12) esset: Coll. cit. — 13) lucra: App. — 14) abest ab ead. — 15) ad pet.: desid. in Cass. — 16) ab invicem: Coll. cit.

Cap. IV. 40) Restitutum ex App. XLV. 4., Lips. LIX. 50.; Cass. LVIII. 34., Comp. I. h. t. c. 1. — 41) Sane cons.: App. — 42) tua dilectio: Lips., Cass., Comp. I. — tua discretio: App. — 43) accepit: C. R. 1. — sumpsit: Cass. — 44) claustra: Comp. I. Aug. — 45) in man. episcopi aut abb. aut: App. — 46) P. nobili: C. R. 2. — add.: P. nomine: C. R. 1. — 47) sed: App. — omitt. Cass. — 48) abest a Coll. cit. — 49) ita sine professione et priorum renunciatione habitus susceptio: App. — 50) consummatum: Coll. cit. — 51) non: Lips., Cass. — 52) Restitutum ex App. V. 10., Lips. LVIII. 13., Cass. LVII. 11., Comp. I. h. t. c. 1. — 53) Murci: Coll. cit., Böhm. — 54) quaedam mul.: App. — 55) senectute: Lips. — 56) nulla ratione voluit: Coll. cit. — 57) compromisit: App. — 58) simplex: Coll. cit. — 59) processerit: Comp. I. Ms., App. — plura non processerunt: Aug. — add.: in facto: C. R. — 60) praedictae mulieri: Coll. cit. — 61) conditionem: Cass. — 62) inducas: C. R. 2.

Cap. VI. 63) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 381., Comp. II. h. t. c. 2. — 64) Clemens: C. R. 2. L. — add.: P. C. Laudabilem: Comp. II. — cf. c. 1. Ut lite pend. II. 16. — 65) Ubi a fr. t. quaesiti: Luc. — Unde a nobis quid sit super hoc agendum frat. t. requirit. Cons. etc.: Comp. II. Ms. A. — 66) Dominum: Comp. II. Aug., Ms. B. — 67) agens, votum: Luc. — 68) Quod si per se quod: ead. — Quod si per se qui (leg.: qui-

trici adhaesit, "et quum ab eius contubernio ad torum non possit legitimam revocari, vos in eum excommunicationis sententiam protulistis." Verum quum "medio tempore" uxor ipsius esset⁹⁷) viam universae carnis ingressa, meretricem, cui adhaeserat, desponsavit. Nos⁹⁸) igitur inquisitioni tuae "secundum formam canonice" taliter respondemus, quod, nisi alter eorum in mortem uxoris defunctae fuerit machinatus, vel ea vivente sibi fidem dederit⁹⁹) de matrimonio contrahendo, legitimam iudices¹⁰⁰) matrimonium supra dictum¹), excommunicato munus absolutionis, si petierit, iuxta formam ecclesiae²) impensurus³). "Dat. Rom. ap. S. Petr. VIII. Kal. Maii." [1198.]

CAP. VII.⁴)

Si quis, vivente prima, secundum huius rei insciam duxerit uxorem, mortua prima licite remanet cum secunda, novo consensu interveniente.

Idem Messanensi⁵) Capitulo.

Veniens ad praesentiam nostram G. laicus "lator praesentium" humili "nobis" insinuatione monstravit, quod, quum "olim" in civitate Lemovicensi⁶) quandam sibi⁷) matrimonialiter copulasset, "et per biennium cohabitasset eidem," ab ea "denum animi levitate" recedens⁸) Messanam advenit, ubi M. mulierem, insciam "penitus," quod "idem G." aliam haberet uxorem, sibi solemniter copulavit, "ex qua duos filios dignoscitur suscepisse." Verum quum eidem poenitentia⁹) fuisse iniuncta, ut ad legitimam rediret, uxorem, et ipse propter hoc in suam patriam rediisset, uxorem suam¹⁰) inveniens carnis debita persolvisse, ad Messanam rediit civitatem, et supra dictae M. tanquam legitimae cohabitavit uxori. "Nunc autem impositam sibi pro priori excessu poenitentiam agens humiliter et devote, cohabitandi eidem M. a nobis licentiam postulavit." Licet autem "praefatus G." vivente uxore legitima praedictam M.¹¹) sibi copulare nequiverit in uxorem, quia tamen, uxore defuncta, utpote a lege ipsius solutus, in eandem M. de novo potuit matrimonialiter consentire, dummodo non praestiterit fidem adulterae, vel machinatus "non" fuerit in mortem uxoris: "discretionem vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si est ita¹²), eidem G. ut supra dictae M. affectu adhaereat coniugali, "subtato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo" licentiam concedatis, "non permittentes, eundem super hoc ab aliquibus indebite molestari."

CAP. VIII.

Contrahens cum secunda, vivente prima, quam tamen non cognovit nec ante contractum, nec post, mortua prima potest contrahere cum secunda.

Gregorius IX. Fratri R.

Si quis uxore vivente fide data promissit, vel cum ipsa de facto contraxit, si nec¹³) ante, nec post legitima eius superstitie cognovit eandem, quamvis utriusque ipsorum pro eo, quod in hoc graviter deliquerit¹⁴), sit poenitentia iniungenda, non est tamen matrimonium, quod cum ea contraxit, post uxoris obitum dirimendum. Ceterum tolerari non debet, si prius vel postea, dum vixerit uxor ipsius, illam adulterio polluisset.

TITULUS VIII.

DE CONIUGIO LEPROSORUM.

CAP. I.¹)

Lepra superveniens non dissolvit matrimonium, nec matrimonii effectum, ideo utroque maritali affectione coniuncti se fructare debent, aut ad perpetuam continentiam vovendam induci.

Alexander III. Cantuariensi Archiepiscopo.

Pervenit ad nos, quod, quum hi, qui leprae morbum incurrunt,

de consuetudine generali a communione hominum²) separentur, "et extra civitates et villas ad loca solitaria transferantur," nec uxores viros, nec viri uxores "suas" taliter aegrotantes sequuntur, "sed sine ipsis manere praesumunt." Quoniam igitur, quum vir et uxor una caro sint, non³) debet alter sine altero esse diutius, "fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus⁴), ut uxores viros, et viri uxores, qui leprae morbum incurrunt, sequantur, et eis coniugali affectione ministrent, sollicitia exhortationibus inducere non postponas⁵). Si vero ad hoc induci non poterunt, eis arctius iniungas⁶), ut uterque altero vivente continentiam servet. Quodsi⁷) mandatum tuum servare contempserint, vinculo excommunicationis adstringas.

CAP. II.⁸)

Coniuges propter lepram separandi non sunt a coniugio, et contrahere possunt matrimonium, et invicem sibi reddere debitum tenentur.

Idem Baionensi⁹) Episcopo.

Quoniam "ex multis auctoritatibus et praecipue ex evangelica veritate" nemini¹⁰) licet, excepta causa fornicationis, uxorem "suam" dimittere: constat, quod, sive¹¹) mulier lepra percussa fuerit¹²), seu alia¹³) gravi infirmitate detenta, non est a viro "suo" propterea¹⁴) separanda, vel etiam¹⁵) dimittenda. "Super hoc vero, quod de latore etc. (Et infra: [cf. c. 3. De eo, qui duxit IV. 7.])" Leprosi¹⁶) autem si continere nolunt¹⁷), et aliquam¹⁸), quae sibi nubere velit, invenerint¹⁹), liberum est eis²⁰) ad matrimonium convolare²¹). Quodsi virum sive uxorem²²) "divino iudicio" leprosum fieri contigerit²³), et infirmus a sano²⁴) carnale debitum exigat, generali praeepto Apostoli quod exigitur²⁵) est solvendum, cui praeepto²⁶) nulla in hoc casu exceptio invenitur.

CAP. III.²⁷)

Sponsalia de futuro praecise non compellunt ad contrahendum matrimonium cum leproso, lepra post sponsalia superveniente.

Urbanus III. Episcopo Florentino.

Litteras "fraternitatis tuae debita benignitate suscepimus, quibus certiores de sinceritate tuae fidei et devotionis effecti, ad honorem et commodum tuum abundantius provocamur. Verum" Quia "a nobis" postulasti, utrum, si²⁸), post²⁹) sponsalia de futuro inter "aliquas" legitimas personas contracta, antequam a³⁰) viro mulier traducatur, alter eorum leprae morbum incurrat, alius³¹) ad consummandam copulam maritalem compelli debeat, "vel se possit ad secunda vota transferre, tuae sollicitudini" respondemus, quod ad eam³²) accipiendam cogi non debet, quum nondum³³) inter eos matrimonium fuerit³⁴) consummatum. "De illa vero etc. [cf. c. 6. de divorc. II. 19.]"

TITULUS IX.

DE CONIUGIO SERVORUM.

CAP. I.¹)

Servus, contradicente domino, matrimonium contrahere potest; sed propter hoc non liberatur a servitio domino debitis.

Adrianus Sancteburgensi²) Archiepiscopo.

Dignum est "et a rationis tramite non discordat, quod ea, quae dubietatis in se videntur scrupulum continere, e ad apostolicas sedis iudicium referantur, ut inde Christi fideles in dubiis certitu-

Cap. VI. 97) fuisse: Reg. — 98) Propter quod a nobis requiritis, quid sit vobis in hoc articulo faciendum. Nos igitur inquisitioni vestrae sec. form. can. respondentes dicr. v. per a. s. mandamus, quatenus, nisi: Comp. III., Reg. — 99) dederint: ib. — 100) iudicetis: Reg. — 1) illud: Comp. III., Reg. — 2) ecclesiasticam: C. H. — 3) impensuri: Reg.

Cap. VII. 4) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 277. — Comp. III. h. t. c. 2. — 5) Messan.: Comp. III. Ms. — 6) Lemovicin.: C. R. 2. — Lemonicen.: C. L., Comp. III. Ms. — 7) desid. in C. H. — 8) recessit, quumque per saeculum evagando Messanam advenit, ibidem M.: Comp. III., Reg., Bbhm. — 9) in poen. — 10) iniunctum: Comp. III. Aug., Reg. — 10) abest a Comp. III. Ms. — 11) S.: C. H. — 12) si praemisissis veritas suffragatur: Comp. III., Reg.

Cap. VIII. 13) sed nec: C. R. 2. L. — 14) deliquerunt: C. H.

TIT. VIII. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XXXVII. 2., Lips. LXI. 1., Cass. LX. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) omnium: Coll. citt. — 3) nec debet alter de: C. H. — 4) quatenus si qui sunt (sint): Cass. in provincia tua viri vel mulieres, qui leprae morbum incurrunt (incurrant: Comp. I. Ms. — incurrerint: Lips.) uxores ut viros et (omitt. Ms.) viri (viro: Cass.) ut (abest a Comp. I.) uxores (add.: suas: App.) sequantur: Coll. citt. — 5) induc. laboribus: App., Lips., Cass. — 6) indicatis: Cass. — iniungatis: App., Lips. — 7) et si qui (add.: contra: App., Lips.) mandatum nostrum servare contempserint (venire praesumpserint: App.) eos contradic. et (c. et: des. d. in Cass.) app. cess. vinculo anathematis constringas (App., Lips.: adstringas): Coll. citt.

Cap. II. 8) Restitutum ex App. XXXVII. 3., Lips. LXI. 2., Cass.

LX. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 9) Iniorum, ep.: Comp. I. Aug. — Bavariensi: Lips., Cass. — Buroniensi ep.: App. (Baionensi: App. Ms.) — Bariensi: Comp. I. Ms. — 10) apparet, nemini licere (Cass.: licet): Coll. citt. — 11) si: Lips. — 12) sit: Cass. — 13) aliqua: Coll. citt. — 14) desid. in Cass. — 15) omitt. Cass. et Comp. I. — vel et dim.: non leg. in App. — seq.: Leprosi... convolare: desid. in Cass. — 16) Leprosi: C. H., App., Comp. I. Aug. — Leprosus: Lips. — 17) noluerint: App., Comp. I. Ms. — noluerit: Lips. — 18) aliquas... velint: C. R. 2. L. — 19) inveniat: App. — invenit: C. R. 1. Lips. — 20) desid. in C. H., Comp. I. — ei: Lips. — 21) matr. contrahendi: Comp. I. — matr. contrahere: Lips. — 22) sine uxore: App., Lips., Cass. — 23) contingat: Cass., Comp. I. Ms. — 24) sana: App., Lips., Cass. — 25) ei quod exegerit: Comp. I. Aug. — quod exigit: Cass. — quod exegerit: App., Lips., Comp. I. Ms. — 26) cuius praeepti (cui praeepto: Comp. I.) nullam in hoc casu (hac casu: App.) invenimus exceptionem: Coll. citt.

Cap. III. 27) Restitutum ex App. L. 63., Comp. I. h. t. c. 3. — 28) desid. in App. — 29) postquam... contracta fuerit: Coll. citt., Bbhm. — 30) desid. in Comp. I. Aug. — 31) alter: App. — 32) accipiendum cum: ead. — 33) non: App., Comp. I. — 34) sit: App.

TIT. IX. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XLV. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Urbanus P. Saltburg. archiep.: C. R. 1. — Hadrian. P. Cantebriegen. archiep.: C. R. 2. — Hadrian. Sandebriegen. archiep.: C. L. — Hadrian. Saltburgen. archiep.: Cont. — Adrian. P. Saltburgen. ep.: Comp. I. Aug. — Adrian. P. Saltburgen. archiep.: Ms. — Hadrian. P. Eberardo Magdeburgen. archiep.: App., quod non aequo placet.

dinem se gaudeant invenire, unde noscuntur magisterium fidei suscepisse. Tua vero fraternitas de servorum coniugiis, quae invitis et contradicentibus dominis contrahuntur, quid fieri debeat, ab apostolatu nostro, si bene meminimus, requisivit; super quo tibi duximus taliter respondendum. Sane, iuxta verbum Apostoli, "prout tua discretio recognoscit," sicut³) in Christo Iesu neque liber, neque servus est, "qui" a sacramentis ecclesiae⁴) "sit" removendus, ita "quoque" nec inter servos matrimonia debent ullatenus prohiberi. Et, si contradicentibus dominis et invitis contracta fuerint, nulla ratione sunt propter hoc "ecclesiastico iudicio" dissolvenda; debita tamen⁵) et consueta servitia non minus debent propriis dominis exhiberi.

CAP. II.⁶)

Separatur matrimonium, quando liber ignoranter cum ancilla contraxerit, nisi postea hoc sciens illum cognovit.

Alexander III. Praeposito et Priori Mortariensi.⁷)

Proposuit nobis M.⁸) mulier "latrix praesentiam," quod, quam vir eius cum ea diutius permansisset, notam ei servilis⁹) conditionis obiecit, asserens, eam esse ancillam, quam liberam esse credebatur, quam eam duxit in uxorem. "Quam autem in praesentia venerabilis fratris nostri Astensis episcopi huiusmodi negotium tractaretur, mulier, quia ibi gravari timebat, ad nostram audientiam appellavit. Quia igitur, tam ea quam viro suo vicente, post aliquantulum moram praefatus vir inconcussa lite recessit, discretioni vestrae per apostolica scripta" Mandamus, quatenus, "quum propter hoc fueritis requisiti, partes ante vestram praesentiam convocetis, et, veritate super his diligentius inquisita, si "vobis" constiterit, quod idem vir praefatam¹⁰) mulierem, postquam illam audivit¹¹) esse ancillam, carnaliter cognovit¹²), ipsum monitione praemissa compellatis¹³), ut eam sicut uxorem "accipiat et" maritali affectione¹⁴) pertractet. Si¹⁵) vero aliter fuerit, et sententiam divortii proferri contingat¹⁶), mulieri pecuniam, quam praefato viro pro dote concessit, "sicut iustum fuerit," restitui faciatis.

CAP. III.¹⁷)

Si consuetudo est in loco, quod partus conditionem patris sequatur, natus ex libero et ancilla liber est, et ut liber matrimonium contrahit.

Urbanus III. Ariminensi Episcopo.¹⁸)

Licet "ad ea, super quibus nos fraternitas tua consulere voluit, te sufficere arbitremur, quia tamen, ad maiorem certitudinem iudicium nostrum pastorali sollicitudine requiris: nos ad inquisitiones tuas officii nostri debito respondemus." Sane, super eo, quod "ex parte tua" fuit propositum¹⁹), an mulier possit divortium postulare, pro eo²⁰), quod vir, cum quo suae conditionis ignara contraxit, servus monasterii proponatur, quum e contra idem vir, patrem suum, cuius conditionem secundum legem²¹) provinciae sequeretur, tempore mortis pro libero se gessisse, et iam elapso decennio nec patris, nec suo nomine se status²²) controversiam passum, constanter affirmet, videtur nobis ratione temporis et favore libertatis pro parte viri securius iudicandum. *Ad haec etc. [cf. c. 4. de rel. dom. III. 36.]*

CAP. IV.²³)

Si liber contraxit cum ancilla ignoranter, et, ex quo scivit, non consentit, separatur matrimonium, et cum aliis contrahere poterit.

Innocentius III. H.²⁴) Episcopo.

Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod "dilectus filius noster" G. "tituli sanctae Mariae trans Tiberim" presbyter cardi-

nalis apostolicae sedis legatus "dilectum filium nobilem virum" R. militem a muliere quadam propter conditionis separavit errorem. Ideoque "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus "inquiras super his diligentius veritatem, et," si "tibi" constiterit, quod miles "ipse" ignoranter contraxit²⁵) cum ancilla, ita, quod²⁶), postquam intellexit conditionem ipsius²⁷), nec facto nec verbo consenserit in eandem, propter quod per cardinalem eundem ab eius fuerit²⁸) consortio separatus, contrahendi cum alia liberam ipsi²⁹) concedas auctoritate apostolica facultatem.

TITULUS X.

DE NATIS EX LIBERO VENTRE.

CAP. UN.¹)

Natus ex libera vel liberta liber est.

Gregorius.²)

Indecens³) esse credimus, ut progeniti ex liberta sive⁴) libera filii ad servitium retrahantur. Propterea tibi "praesenti auctoritate" praecipimus, ut "his ipsis documentis, sicut et nos didicimus, exerto a curis animo diligenter intendas, quatenus," si documenta nulla sint⁵) ab ecclesiae parte, quae documentis huiusmodi⁶) debeant obviare, ab eius molestia⁷) sine aliqua retractatione compeccas⁸) eandem. Durum est enim, ut, si alii⁹) pro mercede "sua" libertates tribuunt, ab ecclesia, a qua tueri debent¹⁰), revocentur. *Iterum ergo etc.*

TITULUS XI.

DE COGNATIONE SPIRITUALI.

CAP. I.¹)

Filii duorum compatrum, per quorum neutrum devenit ad compaternitatem, licite contrahunt, nisi consuetudo repugnet; separantur autem, si per eorum alterum vel utrumque compaternitas est contracta. H. d. cum cap. Super eo, infra eod.

Alexander III. Salernitano Archiepiscopo.²)

Utrum autem filii aut³) filiae ante vel post compaternitatem geniti possint adinvicem⁴) copulari, canones secundum diversorum⁵) locorum consuetudines⁶) contrarii⁷) inveniuntur. Et licet primus canon⁸) exinde editus natos post compaternitatem adinvicem copulari prohibeat, alter tamen canon posterior editus primum videtur corrigere, per quem statuitur, ut, sive ante sive post compaternitatem geniti sunt⁹), simul possint¹⁰) coniungi, excepta illa persona duntaxat, per quam ad compaternitatem venit¹¹). Unde "tolerabilis" nobis videtur¹²), ut secundum¹³) posteriorem canonem debeat observari: nisi consuetudo ecclesiae, quae scandalum generet, aliter se habere noscatur.

CAP. II.¹⁴)

Compaternitus, scienter vel ignoranter superveniens inter coniuges, coniugium non dissolvit.

Idem eadem.¹⁵)

Si vir vel mulier scienter vel ignoranter filium suum de sacro fonte suscepit¹⁶), an propter hoc "ab invicem" separari debeant "et alii copulari, quia nos consulere voluisti," Consultationi tuae taliter¹⁷) respondemus¹⁸), quod, quamvis generaliter sit institutum¹⁹), ut debeant separari²⁰), quidam tamen, humanius "et

Cap. I. 3) omitt. Coll. citt. — cf. Gal. III. 28. — 4) ecclesiasticis sit amovendus: App. — 5) debita tamen et consueta servitia non propter hoc sunt minus propriis dominis exhibenda: Comp. I. — non ex hoc minus sunt propriis dominis exhibenda: App.

Cap. II. 6) Restitutum ex Lips. LIX. 45., Comp. I. h. t. c. 2. — 7) Aug. de fide pactionis et consensus: Lips., quae inser. est c. 1. de spons. duor. IV. 4. — 8) abest a Coll. citt. — 9) omitt. ead. et C. L. H. — 10) cum praefata muliere, postquam illam audivit ancillam, carnalem habuerit (habuit: Comp. I. Ms.) consuetudinem: Coll. citt. — 11) audivit: C. R. 2. — 12) cognoverit: ib. — 13) compellat: C. L., Cont. — cogatis: C. H. — ipsum monere curatis et app. rem. districte compellere: Lips., Comp. I. — 14) cura: ead. — 15) Si vero aliter fuerit, causam diligentius audiat, et eam sine favore et gratia personarum subl. app. rem. infra duos menses sine canonico terminetis, illa tamen, quod, si sententia divortii inter eos data fuerit, mulieri pecuniam: ead. — 16) contigerit: C. R. L.

Cap. III. 17) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 3. — 18) inser. desid. in C. R. I. — 19) propositum nobis accepimus: Comp. I. — 20) eo praetextu: ead. — 21) legem: ead. — 22) sui status: C. L.

Cap. IV. 23) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. un. — 24) H. ep.: desid. in C. R. 1. — N. ep.: C. R. 2. L. H. — Rateburgen. ep.: Comp. III. Aug. — Rureburgen. ep.: Ms., recte. — 25) contraxerit: C. R. L., Comp. III. — 26) et: C. H. — 27) eius: Comp. III. Ms. — 28) fuit: ib. — 29) omitt. Comp. III.

TIT. X. Cap. I. 1) Restitutum ex Greg. I. Reg. I. 55. (A. 591.) — Comp. I. h. t. c. un. — 2) Greg. IX.: Cont. — Greg. Anthemo subdiacono: Reg. — 3) Non solum etc. Et infra: Comp. I. — cf. Reg. — 4) liberta sive: omitt. Comp. I., Reg. — 5) experientiae tuae: Reg. — 6) sunt: Comp. I., Reg. — 6) huius hominis: Comp. I., Reg. — 7) se molestia... suspendat: Reg. — 8) suspendat: Comp. I., omisso seq.: eadem. — 9) aliquid: C. R. 1. — 10) quam tueri has oportuerat: Reg.

TIT. XI. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XXXII. 1., Lips. LXII. 1., Cass. LXI. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) episcopo: C. R. 2. — add. P. C. Licet praeter: Lips., Comp. I. — cf. c. 3. de spons. duor. IV. 4. — 3) et: Lips., Cass., Comp. I. — vel: App. — et fil.: desid. in C. L. — 4) simul ad.: App. — 5) diversus: C. R. 1. — diversum: Lips. — 6) consuetudinem: C. L. — App., Lips., Comp. I. — 7) omitt. App., Cass., Comp. I. — 8) cf. c. 4. 5. C. XXX. qu. 5. — 9) sint: App. — 10) possunt: C. R. 1. L. H., Cass., Cont. — 11) pervenit: App. — 12) videtur: App. — 13) ut (quod: Cass.) secundum poster. canonem ante et post (etiam post: App.) compaternitatem geniti simul (omitt. Cass.) valeant (possunt: App.) copulari praeter illum personam, per quam compaternitas contrahitur, nisi cons. ... aliter se habeat: Coll. citt.

Cap. II. 14) Restitutum ex App. XXXII. 2., Lips. LX. 2., Cass. LXI. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 15) add. in eadem ep.: App., Lips., Cass. — 16) suscepit: App., Comp. I. Ms. — levaverit: Cass. — 17) omitt. App., Lips., Comp. I. — 18) duximus respondendum: Lips. — 19) constitutum: C. R. 2., App. — 20) desid. in App.

potius sentientes, aliter statuerunt²¹⁾. Ideoque nobis videtur, quod²²⁾, sive ex ignorantia sive ex malitia id fecerint, non sunt ab invicem separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint²³⁾ induci: quia²⁴⁾, si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur; si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari vel dolus²⁵⁾.

CAP. III.²⁶⁾

Filii duorum compatrum, per quorum neutrum devenit ad compaternitatem, licite invicem contrahunt matrimonium; si tamen subest consuetudo, impediens et dirimens talia matrimonia, servanda est loci consuetudo. H. d. secundum intellectum magis communem, attingendo mentem capituli.

Idem Vigiliensi²⁷⁾ Episcopo.

Super eo, quod a nobis tua fraternitas requisivit de²⁸⁾ duorum compatrum filiis, respondemus, quod si tales filii fuerint, per quorum alterum vel utrumque parentes ad compaternitatem venerunt²⁹⁾, eos coniungi nulla ratione sustineas³⁰⁾, et coniunctos³¹⁾ pontificali auctoritate ab invicem non differas separare. Ceterum si per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit, de his te volumus consuetudinem tuam metropolitanæ ecclesiæ vel aliarum circumpositarum inquirere et diligentius imitari, ita quidem, quod, si eiusdem³²⁾ ecclesiæ consuetudo habeat inter eos non sustinere coniugium fieri, nec factum firmitatis robur habere, tu simili modo in ecclesia tibi commissa coniugium huiusmodi fieri non permittas, et, si quos taliter coniunctos inveneris, iuxta eandem ecclesiarum consuetudinem ipsos separare³³⁾ ab invicem non omittas. Verum si de consuetudine habeatur³⁴⁾, ut talia coniugia sustineantur et permittantur, id³⁵⁾ in ecclesia tua dissimulare poteris ita, quod nec contradicere, nec tuum videaris prestare assensum, quia, sicut grave est antiquam consuetudinem circumadiacentium³⁶⁾ ecclesiarum super his contemnere, sic quoque gravius videtur, si propter³⁷⁾ eam huiusmodi coniugiis tuum indulges³⁸⁾ assensum, quum posses sic³⁹⁾ in exemplum assumi.

CAP. IV.⁴⁰⁾

Inter patrem baptizati et uxorem levantis, prius ab eo cognitam, contrahitur compaternitas efficaciter ad matrimonium dirimendum.

Clemens III.

Martinus Bertham duxit in uxorem, Tebergam sibi copulavit Lotharius⁴¹⁾, qui Berthæ et Martini filium de sacro fonte suscepit. I. vero et B. sublati de medio, M. cum T. præfata⁴²⁾ contraxit; quærit a nobis tua fraternitas, utrum tales sint ab invicem separandi. Nos autem consultationi tuæ duximus respondendum, quod, quum secundum verbum Domini vir et mulier efficiantur⁴³⁾ per coniugium una caro, liquidum est, Tebergam non posse matrimonialiter⁴⁴⁾ copulari Martino, qui compater eius fuerat, cum quo una caro ipsa Teberga noscitur exstitisse. Super alio etc. [cf. c. 5. de eo, qui cogn. IV. 13.] Dat. Laterani.

CAP. V.⁴⁵⁾

Compaternitas, per catechismum contracta, impedit matrimonium contrahendum, sed contractum non dirimit.

Idem.⁴⁶⁾

Contracto matrimonio inter P. de Regali⁴⁷⁾ et A. uxorem suam, sicut eiusdem P. nobis conquestus patefecit, quum per biennium insimul cohabitassent, et filium ex ipsa uxore memoratus P. suscepisset, quidam⁴⁸⁾ consanguinei eiusdem A., volentes eam sepa-

rari a viro, contra⁴⁹⁾ matrimonium obierunt, asserentes, quod eadem A. in primo sacrati⁵⁰⁾ salis pabulo filium quondam concubinae⁵¹⁾ ipsius P. tenuit, quum fuerit primum in ecclesia inductus; et propter hoc tuam presentiam adeuntis dicebant, ipsam debere a viro per tuum iudicium separari. Tua vero fraternitas, sicut accepimus, causa non cognita, iis carnale commercium interdixit, prohibens ipsi P., ne debitum ab uxore requireret. Verum⁵²⁾, si constaret ecclesiæ, vera esse quæ diximus, non ideo tamen contractum matrimonium solveretur, quæ res utique vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret. Ideoque⁵³⁾ discretioni tuæ per apostolica scripta Mandamus, quatenus præfatus P. auctoritate nostra firmiter iniungas, ut⁵⁴⁾ memoratam A. sicut uxorem propriam maritali⁵⁵⁾ affectione pertractet, et carnale debitum ab⁵⁶⁾ ea licenter exigat et persolvat⁵⁷⁾, sive, quod supra dictum est, ipsam A. ante matrimonium contractum cum P.⁵⁸⁾, sive postea constiterit hoc⁵⁹⁾ egisse; dum⁶⁰⁾ tamen, si in fraudem hoc fecerit⁶⁰⁾ causa matrimonii⁶¹⁾ separandi, poenitentiam⁶²⁾ pro⁶³⁾ præsumptione accipiat, matrimonio in sua firmitate durante.

CAP. VI.⁶⁴⁾

Inter patrem baptizati et levantem seu tenentem baptizatum contrahitur cognatio spiritualis valida ad impediendum et dirimendum matrimonium post contractum.

Innocentius III. Episcopo et Archidiacono Linconiensibus.⁶⁵⁾

Veniens ad apostolicam⁶⁶⁾ sedem C.⁶⁷⁾ Anglicus natione nobis exposuit, quod, quum olim in adolescentia constitutus mulieri cuidam adhaesisset, quam quidam alius ante cognoverat, de consilio matris suæ factum est, ut eadem mulier quendam puerum, quem de alia soluta ipse susceperat, de sacro fonte levarat ad suspicionem et infamiam utriusque delendam. Deinde vero, quum in eius amorem vehementius exarderet, absque consilio amicorum eam clanculo desponsavit. Quumque prolem ex ea procreare non posset, et increpationes a patre suo gravissimas sustineret, quod eam desponsando deliquerat revolvens in animo, ipsa dimissa, causa orationis Hierosolymam est profectus. Verum quum idem rediens de partibus transmarinis prolem eam suscepisse de alio invenisset, ei noluit adhaerere; sed propter adulterium, quod commississe taliter videbatur, ea omnino dimissa, ad longinquam se transferens regionem, et ad Fugubinam tandem veniens civitatem, quandam ibidem cum terra competentem et dote decenti sibi matrimonialiter copulavit, de qua prolem se confessus est suscepisse. Ea propter discretioni vestrae per apostolica scripta Mandamus, quatenus super his inquiratis diligentius veritatem, et, si constiterit, H.⁶⁸⁾ mulierem prædicti viri filium de sacro fonte levasse, antequam eam desponsasset uxorem⁶⁹⁾, vos inter eos divortium, appellatione postposita, celebretis⁷⁰⁾, rei processum nobis per litteras vestras fideliter exponatis etc. Dat. ap. civitatem Castellanam VIII. Id. Oct. [1198.]

CAP. VII.⁷⁰⁾

Si filii duorum compatrum, per quorum alterum devenit ad compaternitatem, matrimonium contrahant, separantur, et tempore contractus scientes impedimentum illud denunciare tenentur.

Idem Magistro S.⁷¹⁾ Canonico Herfordensi.

Tua nos duxit discretio consulendos⁷²⁾, an natus ante compaternitatem filiam compatris patris⁷³⁾ sui vel oomnatris procedente tempore sibi possit matrimonialiter copulare, et, si cum ea contraxit⁷⁴⁾, et pluribus annis simul permanserit, an postea debeant⁷⁵⁾ separari, et⁷⁶⁾ an consilii talis matrimonii teneantur illud

Cap. II. 21) statuunt: App. — instituerunt: Comp. I. Ms. — 22) omitt. Lips., Cass., Comp. I. — 23) possunt: Comp. I. Aug. — 24) Quod si: App. — 25) et dol.: Comp. I. Ms. — nec dol.: C. R. 2.

Cap. III. 26) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 3. — 27) Vigor. episc.: Comp. I. — 28) utrum duorum compatrum filii, post compaternitatem geniti, possint matrimonio copulari, vel, si coniuncti (iuncti: Ms.) fuerint, an (desid. ap. Aug.) eorum sit matrimonium rescindendum, inquisitioni tuæ tale (huiusmodi: Ms.) datum scripto (scriptura: Ms.) continente responsum. Si enim filii tales fuerint: Comp. I. — 29) devenerint: Comp. I. Ms. — devenerunt: Aug. — 30) permittas: Aug. — 31) si coniuncti fuerint: Comp. I. — 32) eadem: Comp. I. Ms. — 33) separari: C. R. L. — 34) haberetur: Comp. I. — 35) tu in eadem ecclesia huiusmodi (desid. in Ms.) coniugia: ead. — 36) circumadiacentium: Böhm. — 37) propter eas: C. R. 1. L. — propterea: Comp. I. — propterea eam: Böhm. — 38) indulgeres: Comp. I. Aug. — 39) abest a Comp. I.

Cap. IV. 40) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 368. Comp. II. h. t. c. 1. — 41) Loth. copulavit. Lotharius Bertæ: Luc. — Loth. copulavit et (omitt. Ms. B.) Loth. Bert.: Comp. II. — 42) omitt. Luc., Comp. II. — 43) efficiantur: ead. — 44) matrimonium: Comp. II. Ms. A.

Cap. V. 45) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 368. Comp. II. h. t. c. 2. — 46) Suront. (Surrentino) archiep.: Luc. — 47) ita Aug. — Ugale:

Comp. II. Ms. A. — Rigale: Ms. B. — 48) quia: Luc. — 49) contracto matrimonio: ead. — 50) sancti: ead. — sacri: Comp. II. Ms. A. — 51) ex concubina: Luc. — 52) Unde: Comp. II. Ms. A. B. — add. quoniam: Aug. — 53) desid. in Comp. II. et ap. Böhm. — 54) quod: Luc. — Comp. II. — 55) recipiat et mar.: Comp. II. Ms. A. — 56) et ab: Luc. — 57) et pers.: desid. in Comp. II. Ms. B. — 57) cum P.: desid. in C. H. — 58) id: Aug. — omitt. Ms. A. B., Luc. — 59) Si tamen: Comp. II. Ms. A. — 60) fecit: Coll. citt. — 61) matrimonium: Comp. II. Ms. A. — 62) poenam: Luc. — 63) pro tanta: C. H.

Cap. VI. 64) Restitutum ex Reg. Bal. I. 380. — Comp. III. h. t. c. 1. — 65) ep. Lincolniensi (Linconien.: Ang.) et decano de Hunteston (Comp. III. Huntestone): Comp. III. Reg. — 66) presentiam nostram: Reg. — 67) F.: C. R. 1. — E.: C. R. 2. H. L. — G.: Reg. — 68) primam: Comp. III. Reg. — 69) in ux.: Aug. — 70) celebrantes: Comp. III. Reg. — Cap. VII. 70) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 1. — Comp. III. h. t. c. 2. — 71) F.: C. R. 1. — mag. Simoni (S.: Comp. III.) de Melan, can. Herfordensi (Aug. Herefranden.): Comp. III. Reg. — 72) fraternitas requirendus: C. H. — 73) abest a Comp. III. — filiam patris sui vel matris: Reg. — 74) contraxerint: C. H. — contraxerit: C. R. 2. Comp. III. Reg. — 75) debeant: Reg. — 76) Quæsiisti etiam, an: Comp. III. Reg.

in publico accusare. Super quo "discretionis tuae taliter" respondemus⁷⁷), quod huiusmodi personae non possunt matrimonium contrahere, et, si contraxerint, "de iuris rigore" possunt ab invicem separari, et, qui contractum sciverint⁷⁸), debent ecclesiae illud nunciare. "Dat. Lat. XV. Kal. Apr." [1202.]

CAP. VIII.

Inter baptizatum et filium baptizantis oritur cognatio spiritualis, impediens et dirimens matrimonium inter eos contrahendum. H. d.

Gregorius IX.

Ex literis vestris accepimus, quod, quum M.⁷⁹) mulier coram officiali Cantuariensi Alanum peteret in virum⁸⁰), et se affidatam ab eo ac carnaliter cognitam per testes idoneos probavisset, dictorum tandem testimonio depositionibus publicatis, idem A.⁸¹) excipiendo proposuit, quod eam habere non poterat in uxorem pro eo, quod ipsum pater mulieris eiusdem, qui sacerdos exstitit⁸²), baptizavit. Sed quum idem officialis, exceptione huiusmodi non admissa, definitivam tulerit sententiam contra ipsum, et idem ad sedem apostolicam appellaverit, mandamus, quatenus, si est ita, eundem A. super hoc ab impetitione mulieris absolutis ipsius, eidem mulieri perpetuum silentium imponentes.

TITULUS XII.

DE COGNATIONE LEGALI

CAP. UN.¹)

Inter adoptatum et filium adoptantis non potest durante adoptione consistere matrimonium.

Nicolaus²) ad consulta Bulgarorum.

Si qua per adoptionem mihi³) soror esse coeperit, quam diu⁴) durat adoptio, "sane" inter me et ipsam nuptiae consistere non possunt. "Si ergo etc."

TITULUS XIII.

DE EO, QUI COGNOVIT CONSANGUINEAM UXORIS SUAE VEL SPONSAE.¹)CAP. I.²)

Affinitas, superveniens post matrimonium contractum, non solvit matrimonium, sed exactionem debiti impedit, et crimen incestus inhabilitat quoad matrimonium contrahendum.

Ex concilio apud Metiam.

Si quis³) cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit, nec a matre debitum petere, nec filiam unquam habere potest uxorem; nec filiastra, nec ille ullo unquam tempore alii⁴) se poterunt matrimonio⁵) copulare. "Attamen uxor eius, etc."

CAP. II.⁶)

Affinitas, superveniens per illicitum coitum, dissolvit sponsalia de futuro, sed non matrimonium; et incestuosus contrahere non potest.

Alexander III. Pictaviensis Episcopo.

Veniens ad nos "P." praesentium lator "nobis fraternalitatis tuae litoras praesentavit, ex quarum tenore perpendimus, quod quandam duxerat in uxorem, quam quidam dissuaserunt ei per mensem,

ex quo eam duxerat, carnaliter cognoscere. Contigit autem, sicut dixit, quod pater iussit uxorem suam, quae sponsae mater erat, in huius lecto iacere, quam diabolo suggerente cognovit. Transacto vero mense tam pater quam alii propinqui coegerunt, ut matrimonium cum sponsa sua consummaret, quod facere noluit, donec tecum super hoc loqueretur. Tu vero audita eius confessione ipsum cum literis tuis ad sedem apostolicam transmisisti, consulens, si illam habere debet pro uxore, cuius matrem cognoverat, et quae tibi esset poenitentia iniungenda." Inquisitioni⁷) tuae taliter respondemus⁸), quod, si "occultum esset huiusmodi peccatum, non posset matrimonium rescindere, quod publice contraxisset. Verum si publicum est, quod matrem⁹) sponsae suae¹⁰) cognovit¹¹), et^{11a}) sponsae nunquam¹²) carnaliter adhaesit, imponenda est ei¹³) poenitentia paulo maior quam pro¹⁴) adulterio, qua peracta¹⁵), vel parte ipsius, poterit ex dispensatione cum alia¹⁶) matrimonium contrahere, "et illa alii nubere, et pater sponsae, si vult, potest factum dissimulare." Ceterum si sponsam cognovit¹⁷), antequam¹⁸) matrem vel post¹⁹), nunquam eam vel aliam²⁰) potest²¹) accipere in uxorem.

CAP. III.²²)

Non separatur matrimonium ad dictum unius, asserentis, affinitatem inter coniuges praecessisse.

Idem.

De illo "autem," qui uxorem fratris "sui," antequam ei matrimonio²³) iungeretur, se proposuit²³) cognovisse²⁴), "hoc tuae prudentiae" respondemus, quod, nisi hoc²⁵) publicum et notorium fuerit aut idoneis testibus comprobatum, praedictum matrimonium occasione illa ipsum²⁶) impetere²⁷) non permittas. "Super eo vero, quod asseris, Sarracenum quandam de muliere Christiana, etc."

CAP. IV.²⁸)

Incestuosus matrimonium contrahere non debet; sed, si contrahit, tenet. Et tunc tenetur reddere, sed non potest debitum exigere et non minus tenetur uxori necessaria administrare.

Coelestinus III.²⁹)

Transmissae nobis tuae literae demonstrarunt, quod G.³⁰) "lator praesentium," uxore sua defuncta, filiam eius, privignam videlicet propriam, copula carnali cognovit; postmodum "vero" aliam "legitimam" accipiens in uxorem, "non iam occulte" cum³¹) privigna "praedicta, sed" publice, tanquam canis ad vomitum rediens, illicitam rem committere non expavit. Quia³²) vero super his consilium requisisti, "de consilio fratrum nostrorum" praesenti pagina respondemus, quod "suae" legitima uxori cohabitans, et necessaria ministrans, non cognoscat eam, quandiu vixerit, nisi ab ea fuerit requisitus, et tunc ad ipsam³³) non sine gravi cordis "sui" dolore accedat; qui etiam pro incestu et adulterio, donec cum ea permanserit³⁴), iuxta moderamen³⁵) tui arbitrii poenitentiam agens, postmodum, si supervixerit ei, perpetuo sine spe coniugii permanebit.

CAP. V.³⁶)

Non reparatur matrimonium ad confessionem coniugum, qui dicunt affinitatem praecessisse, etiamsi rumor viciniae consentiat. Et est casus multum allegabilis et notabilis.

Idem.³⁷)

Super eo³⁸) "vero," quod postulas³⁹), utrum coniugatus, qui ante contractum matrimonium uxoris suae consanguineam "vel

Cap. VII. 77) duximus respondendum: ib. — 78) sciverunt: Böhm. Cap. VIII. 79) Martha: Böhm. ex Cont. — 80) maritum: C. R. L. H. — 81) Ata: C. L. — 82) exstiterat: C. R. L. H.

TIT. XII. Cap. un. 1) c. 2. Resp. Nicolai ad Bulg. — Comp. I. h. t. c. un. — 2) Nic. Papa: C. H. — 3) abest ab orig. — 4) quamdiu quidem constat adoptio (adoptionem esse: Aug.): Comp. I., orig.

TIT. XIII. 1) vel sp.: desid. in C. R. L. H. — Cap. I. 2) c. 2. Cap. Vermer. (A. 753.) ap. III. Pertzium Monum. hist., Leg. I. 22. — Burch. XIX. 40. Comp. I. h. t. c. 1. — 3) Si quis cum filiastra sua fornicatus fuerit (manet: Cap.), nec matrem, nec filiam ipsius (omitt. Burch. Comp. I.) habere potest: nec illa, nec ille aliis se poterunt (alii se poterit: Comp. I.) coniungere ullo unquam tempore: Burch., Comp. I., Cap. — 4) alius: Cont. — 5) matrimonialiter: C. R. 2. L.

Cap. II. 6) Restitutum ex App. XII. 4., Lips. LX. 4., Cass. LIX. 4., Comp. I. h. t. c. 3. — 7) Tuae igitur inquisitioni: App., Lips., Cass. — Tuas igitur inquisitionibus: Comp. I. — 8) duximus respondendum: Lips., Cass. — 9) matri sponsae carnaliter adhaesit, imponenda: App. — 10) omitt. Lips., Cass., Comp. I. — 11) corrupisset: Lips. — cognovisset: Cass. — 11a) si: C. R. 2. L. H., Comp. I. — 12) non: Lips., Cass. — 13) omitt. App. — 14) de ad.: ead. — 15) et exinde peracta poenitentia vel parte ipsius (abest a Lips. et App.) poenitentiae (ips. poen.: desid. in

Cass.): Coll. elt. — 16) aliqua: C. R. 1. — 17) cognoverit: App., Cass., Comp. I. — 18) aut eam vel aliam in uxorem duceret, eam vel aliam vel eam in ux. pot. acc.: Comp. I. Ms. mendose. — 19) postea: Lips., Cass. — 20) filiam: Cass. — 21) poterit: App., Lips., Cass.

Cap. III. 22) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 23) in matrimonio: C. R. 1. — in matrimonium: C. H. — matrimonialiter: C. L. — 23a) proponit: Comp. II. — 24) agnovisse: Comp. II. Aug. — 25) ipsum prius praefatum mulierem carnaliter cognovisse: Comp. II. — 26) omitt. ib. — 27) impeli: Comp. II. Ms. A.

Cap. IV. 28) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — 29) Clemens III.: Comp. II. Ms. B. — 30) C.: Böhm. ex Cont. — 31) utitur privigna: Comp. II. Ms. A. — 32) Quia (Quid: Ms. A.) vero super his quid vobis (q. v.: desid. in Ms. A.) agendum sit, a nobis cons. requisistis: Comp. II. 33) ad ips.: desid. in Comp. II. Ms. A. — 34) permansit: ib. — 35) modum: ib.

Cap. V. 36) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 368., Comp. II. h. t. c. 4. — 37) P. C. Martinus Hertan: Comp. II. Aug., Ms. B. — cf. c. 4. de cogn. spir. IV. 11. Clementis III. nomine insignitum. — 38) alio: Luc., Comp. II. Ms. A. — 39) add.: edoceri: Böhm. — de quo rescriptum apost. sed. postulasti (Comp. II. Ms. B.: postulastis): Luc., Comp. II.

propinquus carnali commixtione cognovit, quum id fateatur⁴⁰ uterque, et aliquis pars viciniae hoc acclamare dicatur, sit ab uxore sua iudicio ecclesiae separandus, tuae fraternitati respondemus⁴¹, quod, *si aliter veritas ordinario iudicio venire non poterit in haec*, propter eorum confessionem tantum vel rumore viciniae separari non debent, quum et⁴² quandoque nonnulli inter⁴³ se contra matrimonium voluit colludere et⁴⁴ ad confessionem incestus facile prosilirent, si sua iudicio crederent⁴⁵ per⁴⁷ iudicium ecclesiae concurrendum. Rumor autem viciniae non⁴⁸ adeo est iudicandus validus, quod, nisi rationabiles et fide dignae probationes accedant, possit bene contractum⁴⁹ matrimonium irritari⁵⁰. *Tertio loco etc.* [cf. c. 3. de praesumpt. II. 23.] *Dat. Laterani.*

CAP. VI.⁵¹

Affinitas superveniens non dissolvit sponsalia de praesenti.
Innocentius III. Praeposito Magdeburgensi.⁵²

Discretionem tuam *in Domino commendamus, quod in his, quae dubia reputas vel obscura, sedem consulis apostolicam, ut in eis de cetero ipsius auctoritate procedas.* Sane *in audientia nostra* ex parte tua fuit propositum, quod quidam *vir* cum muliere quaedam legitime per verba de praesenti contraxit, quam postmodum a se incoguitam cuidam consanguineo suo tradidit, in quantum potuit⁵³ renitentem. Ille vero cum ipsa, licet invita, matrimonii solennia celebravit; sed mulier quam cito⁵⁴ fuit reddita libertati, aufugit⁵⁵ ab eo, et se priori viro *vel priorem sibi* restitui *cum instantia* postulavit. Nos igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, quod et⁵⁶ viro pro tam turpi facinore gravis⁵⁷ est poenitentia iniungenda, et mulier *ipsa* propter publicam honestatem est movenda⁵⁸ sollicite, ut neq. primum repetat, cuius consanguineus eam, licet invitam, cognovit, nec redeat ad secundum, cui non potest propter⁵⁹ reatum adulterii commiseri; sed in continentia maneat, donec prior⁶⁰ fuerit viam universae carnis ingressus. Quodsi forsitan ad id induci nequiverit, vir prior cogatur redire ad ipsam, et maritali eam affectione tractare, quum adulterium ei non possit obicere, qui eam adulterandam tradidit, praesertim invitam. Nam⁶¹ etsi secundum evangelicam veritatem nunquam, nisi propter fornicationis causam, aut vir uxorem, aut uxor possit dimittere virum: non tamen semper propter causam eandem vel uxor virum, vel vir dimittere potest⁶² uxorem, quam possit exceptione vel replicatione legitima impediri. Sed nec affinitas, quae post contractum legitime⁶³ matrimonium inter virum et uxorem inique contrahitur, et debet officere⁶⁴, quae huiusmodi⁶⁵ iniquitatis particeps non existit⁶⁶, quum⁶⁸ suo iure non debeat sine sua culpa privari; quamquam a quodam praedecessore nostro⁶⁷ dicatur in simili casu fuisse distinctum, utrum *videlicet* incestus vel adulterium manifestum fuerit, an occultum, aliis asserentibus, inter gradum proximum et⁶⁹ remotum esse⁶⁹ potius distinguendum.

CAP. VII.⁷⁰

Copula carnalis, habita cum puella septem annorum, dirimit matrimonium postea contractum cum consanguinea. H. d. secundum unum intellectum.

Idem Bisuntinensi⁷¹ Archiepiscopo.

Fraternitati tuae *super tribus capitulis sedem consulenti apostolicam, ad cuius consilium est in rebus dubiis a cunctis fidelibus recurrendum, scriptis praesentibus respondemus.* In primo⁷² Divortii sententiam approbamus⁷³, quam in eum canonice promulgasti,

qui illam sibi postea copulare praesumpsit, cuius antea sororem adhuc septennem, contractis sponsalibus, extraordinaria libidine noscitur polluisse. *Presbyterus etc.* [cf. c. 6. de cler. exc. V. 27.] *Dat. Ferentini XII. Kal. Ian. Ao. VI.* [1203.]

CAP. VIII.⁷⁴

Affinitas, causata ex copula illicita, rumpit sponsalia praecedentia, et privat facultate contrahendi matrimonium.

Idem Episcopo Gerundenensi.⁷⁵

Ex literis fraternitatis tuae accepimus, quod⁷⁶ G. lator earum⁷⁵, matrem puellae, quam infra⁷⁶ nubiles annos desponsaverat in uxorem, carnaliter saepe⁷⁷ cognovit, et post⁷⁸ carnali commixtione puellam tractavit⁷⁹ adultam⁸⁰. *Unde ipsius viri animae provideri humiliter postulasti, et utrum mulieri ad secundas nuptias ipso vicente liceat convolare, quum hoc factum publicum et notorium habeatur.* Nos autem eidem viro poenitentiam iniungi fecimus pro peccato, consultationi tuae taliter respondentes, quod, *si ita res se habet*, eis ab invicem *penitus* separatis, mulier alteri viro non nubat, si, postquam novit viri et matris delictum⁸¹, *se carnaliter* ei⁸² non erubuit commisceri. Vir etiam et mater mulieris *ipsius* nunquam debent ad alias nuptias convolare, sed semper continentiam servare tenentur⁸³, et enorme delere delictum, quod pro⁸⁴ tam nefanda libidine contraxerunt, praesertim si circa personas huiusmodi de lapsu carnis minime timeatur. *Dat. Ferentini XIII. Kal. Jul.* [1203.]

CAP. IX.⁸⁵

Idem quod titulus dicit, quod decretulis supr. proxima.

Idem Archiepiscopo Magdeburgensi.⁸⁶

Veniens ad apostolicam sedem E.⁸⁷ laicus, *humili* nobis⁸⁸ *confessione* proposuit⁸⁹, quod, quum *olim* tempore infantiae suae *de consilio amicorum* quendam puellam se ducturum iuraverit in uxorem, quam cito ad legitimam pervenisset⁹⁰ aetatem, pater puellae, confederatione huiusmodi fideiussorum obligatione hinc inde firmata, cum in propria domo recepit, et⁹¹ nutritivum simul cum puella. Deinde⁹² *vero* ex conversatione nutritiva⁹³, *totius domus familiaritatem adeptus* sorori puellae, *cui se iuraverat fore maritum, instinctu generis seductoris humani* carnaliter se coniunxit. Tandem⁹⁴ amicorum suorum devictus instantia, quam iuraverat in uxorem accepit, et nuptias celebratis, quando se illi opportunitas ingerbat⁹⁵, cognoscebat utramque. Verum licet⁹⁶ in praesentia tua super hoc fuerit accusatus, convinci tamen non potuit, nec suum voluit confiteri delictum; nunc autem reversus ad cor *et* poenitens de commissis⁹⁶, salutis quae consilium requirit impendi, *ne tanquam equus et mulus, quibus nullus est intellectus, in animae suae periculum videatur errare.* Quum igitur non tantum a malo, sed *etiam* ab omni specie mali praecipiat Apostolus abstinere⁹⁷, *fraternitati tuae per apostolica scripta* mandamus, quatenus, praedicto E.⁹⁸ pro huiusmodi enormitatis excessu iniuncta⁹⁹ poenitentia competenti, consulas ei, monens illum salubriter et inducens, ut de cetero abstineat ab utraque. *Dat. Anagninae VII. Id. Oct.* [1203.]

CAP. X.¹⁰⁰

Affinitas superveniens non dissolvit matrimonium.

Idem Archiepiscopo Strigontensi.¹

Tuae fraternitatis devotio postulavit *per sedem apostolicam edoceri*, utrum is, qui cum sorore legitimae coniugis fornicatur, cum

C. p. V. 40) quumque: C. L. — 41) confiteatur: Luc. — 42) rescribimus: C. R. I. H. — Tali responso fraternitati tuae rescribimus: Luc. Comp. II. — 43) quum epim: Luc. — 44) quum inter: Comp. II. Aug. Ms. B. — 45) omitt. Coll. citt. Böhm. — 46) crederetur: Comp. II. Ms. A. — 47) abest a Comp. II. Aug. — praedictum concurrendum: Luc. — 48) non est momentis usque adeo validi (ovide: Luc. — validus: Comp. II Ms. A.) indicandus: Luc. Comp. II. — 49) constitutum: cael. — 50) irritare: C. R. I. H., Comp. II. Ms. A. — vitare: Luc. — 51) Restitutum ex Reg. Rain. ap. Bal. I. 601. Comp. III. h. t. c. 1. — 52) praep. S. Marine Magdeburgen: Comp. III. — episcopo Magdeburgen: Rain. — 53) poterat: Rain. — 54) citius: id., Comp. III. — 55) effugit: C. H. — 56) abest a C. R. L. — 57) quam gravis: Rain. — 58) quomvis gravis: Comp. III. — 59) commovendo: Rain., Comp. III. — 59) praeter: Rain., Comp. III. Ms. — 60) add.: vir: C. H. — 61) desid. in Comp. III. Ms. — 62) valent: Rain. — 63) desid. in C. H. — legitimum: Rain. — 64) obicere: Comp. III. Ms. — obicere: Aug. — 64) huius: Rain., Comp. III. — 65) existat: C. L. — 66) verba: quum suo etc. item leguntur in Reg. Brequ. VIII. 189. cf. infra c. 10. end. — 67) praedecessorum nostrorum: Rain. — cf. c. 2. de consang. IV. 14. — 68) vel: Rain., Comp. III. — 69) abest a C. H.

Cap. VII. 70) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 72. — Comp. III. h. t. c. 2. — 71) abest a C. R. I. — Bisuntino: C. R. 2. — Bisuntino: C. L., Comp. III. Reg. — 72) approbantes: Comp. III. Reg. — Cap. VIII. 73) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 92. — Comp. III. h. t. c. 2. — 74) Gruden.: Comp. III. — Gerundenensi: Cont., Reg. —

75) et G. lator earum (earundem: Aug.) nobis aperta confessione monstravit, quod matrem cuiusdam puellae: Comp. III. Reg. — 75) praesentium: C. R. 2. — 76) intra: Cont., Böhm. — 77) desid. ap. Aug. — 78) postmodum: Comp. III. Reg., Böhm. — 79) tractavit: Reg. — 80) adultam: Aug. — 81) reatum vel del.: C. H. — 82) illi: Reg. — 83) debent: C. R. I. — 84) ex: Comp. III. Reg.

Cap. IX. 85) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 154. — Comp. III. h. t. c. 4. — 86) Burdegalen.: C. R. I. — Galburgen.: Comp. III. Aug. — Gunburgen: Ms. — Salsburgensi: Reg. — 87) C.: C. R. I., Comp. III. — Corradus: Reg. — 88) abest a C. H. — add.: consilio amicorum: C. R. 2. — 89) monst. auit: Comp. III. Reg. — 90) perveniret: Reg. — 91) nutritus: Comp. III. Ms. — eum nutritus: Aug. — ipsum nutritus: Reg. — 92) Denim: Comp. III. Ms., Reg. — 92) diurna: C. H. — 93) Adveniente autem aetate, qua (quin: Aug.) quod iuraverat poterat adimplere, amici sui, eius excessus ignari, pro adimplendo matrimonio institerunt, qui consensu eorum, quae fecerat, quibusdam ex ipsis quod cum sorore puellae commiserat enarravit. Sed, illis nequaquam creditibus verbis eius, et graviter increpantibus eum, ipse (ille: Comp. III.) illorum devictus (victus: Comp. III.) consilio quam iuraverat: Comp. III. Reg. — 94) exhibebat: Reg. — 95) add.: ipse: Comp. III. — 96) commissio: Reg. — 97) abstinendum: ib. — cf. I. Theas. V. 22. — 98) C.: C. R. L., Comp. III. Reg. — 99) add.: ei: Comp. III.

Cap. X. 100) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 189. — Comp. III. c. 3. de consang. IV. 10. — 1) Stringon.: C. R. — Stringonien.: C. L. — Stringonan.: Böhm. — ep. Brien.: Comp. III. Aug. — ep. Brixiensi: Ms., Reg.

uxore possit postmodum commorari, et exigere debitum ac solvere requisitus, "vel propter hoc debeat matrimonium separari." Nos igitur "inquisitioni tuae breviter" respondemus, quod uxor, ut²⁾ a commixtione viri³⁾ abstinere propter publicam honestatem, et in continentia maneat, donec vir viam universae carnis ingressus fuerit, diligentius est monenda. Quodsi forte commotioni parere⁴⁾ recusans talis fuerit, ut de lapsu timeatur ipsius, vir eius poterit et debet, "tamen" cum Dei⁵⁾ timore, debitum ei solvere coniugale, quum affinitas, post matrimonium inique contracta, illi nocere non debeat, quae iniquitatis particeps non existit, "unde iure suo non debet sine culpa privari, quanquam dicatur etc. Consultati etc. [cf. c. 3. Ut lite non cont. II. 6.] Dat. Rom. etc." [1206.]

CAP. XI.

Summatum est supr. capitulo proximo.

Gregorius IX. Episcopo Pictaviensi.

Iordanae mulieris petitio continebat, quod I. laicus cum ipsa, quae nondum decimum aetatis suae annum compleverat, per verba de futuro contraxit, et, ea infra⁶⁾ eiusdem anni spatium carnaliter cognita, matrem ipsius sibi matrimonialiter copulare, et ad damnatae commixtionis amplexus procedere non expavit. (Et infra:) Quare praefata I.⁷⁾ supplicavit, ut, quum carnis stimulis resistere nequeat, sibi, ne iure suo sine sua propria culpa fraudetur, providere salubriter dignemur. Ea propter mandamus, quatenus, si res ita se habet⁸⁾, utrumque ipsorum ad votendam perpetuam continentiam attente moneas et inducas, et, si⁹⁾ ad eam induci nequiverint, memoratum¹⁰⁾ I., iniuncta ei primitus pro commissio incestu poenitentia competenti, ut eidem¹¹⁾ cohabitaret, et coniugale debitum reddat exactus, ecclesiastica censura compellat.

TITULUS XIV.

DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE.

CAP. I.¹⁾

Separatur matrimonium, contractum inter affines primi generis et quarti gradus.

Alexander III. Cassiensi²⁾ Abbati.

Ex literis tuis "ad nos directis" accepimus, quod, quum quidam secreto³⁾ quandam viduam⁴⁾ subarrhasset, et⁵⁾ carnaliter cognovisset⁶⁾, "cohabitasset cum ea per annum, mundualdi virum mulieris traxit in causam, proponens, quod illam, in potestate sua positam, quasi fornicariam cognovisset, tunc vir et mulier iuramento firmaverunt, quod ab anno alter in alterius copulam maritali consenserat, et de cetero sicut vir et mulier inusual cohabitaverunt. Quum autem nec iuramento iam dictae mulieris procurator fidem habuerit, exegit eam publice subarrhari." Tandem⁷⁾ quum vir paratus esset eam in conspectu ecclesiae subarrhate, surrexerunt duo proponentes, quod iste, qui eam subarrhate volebat, priorem virum quarto gradu consanguinitatis attingit. Unus autem, ita se audivisse⁸⁾ iuravit; alius⁹⁾ "autem" noluit id¹⁰⁾ iuramento firmare. "Et ob hoc, licet ille praefatam mulierem subarrhate distulerit, minime tamen ab eius cohabitatione discessit. Processu vero temporis ad instantiam mundualdi praefatus vir publice matrimonium celebravit, et postmodum cum uxore fere per annum

permansit." Nunc "autem" quaestio prima revixit, et iuraverunt duo coram archiepiscopo Plumbarolae¹¹⁾, "velut dicis," quod¹²⁾ primus vir fuit superstiti quinto consanguinitatis gradu coniunctus. "Unde, quia diversi diversa sentiunt, quid agendum sit in hoc casu, nostris literis quaeris edoceri." Quocirca "discretionis tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus utramque partem ante tuam praesentiam convoces, et facias¹³⁾ testes coram te iurare, "et adhuc inquiras, a quibus et quando didicerint quod testantur. Si vero post motam quaestionem didicerint, non est iam dictum matrimonium dissolvendum; similiter nec si ab accusatoribus matrimonii didicerint." Inquisita vero diligentius¹⁴⁾ veritate, si per testes circumspicere¹⁵⁾ et omni exceptione maiores invenieris, quod primus vir superstitem¹⁶⁾ quarto gradu consanguinitatis attingit, non differas¹⁶⁾ divortii sententiam promulgare. Aequum enim, ut canones dicunt, abstinendum est a consanguineis uxoris, ut propriis¹⁷⁾, "usque ad septimum gradum." Ceterum tuam prudentiam volumus non latere, quod "personae idoneae nominandae sunt et gradus distinguendi ab utroque latere et computandi;" non¹⁸⁾ sunt causae matrimonii tractandae per quoslibet, sed per iudices discretos, qui potestatem habeant¹⁹⁾ iudicandi, et statuta canonum²⁰⁾ "super his" non²¹⁾ ignorent.

CAP. II.²²⁾

Affinitas superveniens, de qua saltem constat per famam, solvit sponsalia de futuro.

Urbanus III.²³⁾ Burdegalensi²⁴⁾ Archiepiscopo.

Super eo, quod juvenem "quendam" asseris puellam quandam²⁵⁾ nondum nubilem fide interposita²⁶⁾ desponsasse²⁶⁾, quae, iam²⁷⁾ facta nubilis, eum²⁸⁾ repetit, et ille excipit dicens, se non debere eam²⁹⁾ ducere pro eo, quod, postquam³⁰⁾ puellam affidavit eandem³¹⁾, carnaliter propinquam ipsius³²⁾ cognovit³²⁾, inquisitioni tuae taliter respondemus³⁴⁾, quod, si manifestum est³⁴⁾, eundem³⁶⁾ juvenem³⁶⁾ cognovisse propinquam praedictae puellae, vel, si non est manifestum, fama³⁷⁾ tamen loci hoc habet, quum esset³⁸⁾ sponsa³⁹⁾ tantummodo⁴⁰⁾ de futuro, idem "juvenis" ab eius⁴¹⁾ impetitione "potest et" debet⁴²⁾ absolvi.

CAP. III.⁴³⁾

Si dispensatur cum aliquo, ut possit contrahere in certo gradu alias prohibito, requiritur, quod uterque contrahentium toto gradu distet a stipite, praesertim si hoc habet consuetudo.

Coelestinus III.⁴⁴⁾ 1191-1198

Quod dilectio "tua" (Et infra:) Quaesivisti, utrum is, qui a stipite per descendentem lineam sexto vel septimo gradu distat, possit ei, quae ex altera parte per lineam descendentem ab eodem stipite secundo vel tertio gradu distat, matrimonialiter copulari, propter indulgentiam "felicis memoriae Adriani Papae, tunc Albanensis episcopi, in Norvegiam" apostolicae⁴⁵⁾ sedis legati⁴⁶⁾, qua permissum est hominibus⁴⁷⁾ terrae illius in sexto⁴⁸⁾ gradu coniungi. Quod "tibi" videtur "convenienter" posse fieri secundum regulam, "a quibusdam doctoribus approbatam," qua dicitur: quoto⁴⁹⁾ gradu quis distat a stipite, et a quolibet, per aliam lineam descendentium ab eodem, quum⁵⁰⁾ tamen de consuetudine terrae⁵¹⁾, si quando⁵²⁾ talis casus emerit⁵²⁾, incolae "terrae" propter proximorem gradum⁵³⁾ coniunctos separent⁵³⁾, et impediunt copulari

Cap. X. 2) ux. et: Cont. — ut uxor et: Böhm. — 3) eius; Reg. — 4) abest a C. L. — 5) Domini; Reg.

Cap. XI. 6) intra: Cont., Böhm. — 7) Ior.: C. L. — 8) haberet: Böhm. — 9) ut si: C. H. — 10) tamen mem.: C. R. I. — 11) et eidem: C. H.

TIT. XIV. Cap. I. 1) Restitutum ex App. VI. 82., Lips. LIX. 46., Cass. LVIII. 30., Comp. I. h. t. c. 2. — 2) Cassiaren.: Cass. — Casinen.: Lips. — Cassin.: C. R. 2., Comp. I. Ms. — Cassinen.: C. L., App., Comp. I. Aug. — 3) in secr.: C. L. — 4) mulierem viduam: App. — inductam mulierem: Lips., Cass., Comp. I. — 5) et eam: Cass. — 6) cognoscens: Coll. citt. — 7) Quod quum vir publice (non exstat in Lips., Cass. Comp. I.) paratus esset facere in conspectu ecclesiae, surrexerunt duo proponentes (proponentes: Cass.), praefatae mulieris (mulieri: Aug.) in V. (App. add.: vel sexto) gradu consanguinitatis (Aug. add.: et primo genere affinitatis) sese contingere, quia pater istius (ipsius: Cass. — illius: Aug. — eius: App.), qui eam subarrhate volebat, priorem virum in IV. gradu consanguinitatis attingit: Coll. citt. — 8) vidisse: Comp. I. Aug. — 9) alius autem id iurare voluit: App. — 10) idem: Lips. — 11) archiepiscopo plebano: App. — archiep. Labriol.: Cass. — archiepresh. plebano: Comp. I. Aug. — archiepresh. Pfabanoli: Ms. — archiepresh. Pfabario: Lips. (Palunbariae!) — 12) quod primus vir fuit (fuerit: Cass.) in quinto gradu consanguinitatis patri (patris: Cass.) praesentis viri: Coll. citt. — 13) faciens: Lips., Comp. I. Aug. — 14) diligenter: Coll. citt. — 15) patrem superstitis in V. vel VI. (IV.: Cass.) consanguinitatis (desid. in App.) attingit: ead. — 16) differat: Cass. — 17) ut a propr.: Comp. I. Aug. — ac pr.: App. — et pr.: C. R. 2. H., Lips., Cass. — et propinquus: C. L. — 18) nec: Coll. citt., Böhm. — 19) habent: Cass. — 20) Patrum: Lips. — 21) nequaquam: Coll. citt.

Cap. II. 22) Restitutum ex App. XII. 6., Lips. LX. 6., Cass. LIX.

5., Luc. ap. Bal. III. 376., Comp. II. h. t. c. 1. — 23) Alex. III.: App., Lips., Cass., Luc. — 24) Hurrogan.: Comp. II. Ms. A. — add.: P. C. Constituit: id., Ms. B. — P. C. Consultuit: App., Luc., Comp. I. Aug. — cf. Comp. I. c. 2. Qui matr. acc. IV. 19. — 24) omitt. App. — 25) fidem interpositam: Comp. II. Ms. A. — 26) iurasse: Coll. citt. — 27) dum: App. — nunc: Lips., Cass., Luc. — 28) iterum: Luc. — virum: App., Lips., Cass., Comp. I. — 29) illam: Lips., Cass., Luc. — 30) postquam eam affidavit: App. — postq. illam affidaverat: Lips. — postq. puellam affectaverit: Cass. — postq. puellam illam desponsaverat: Luc. — 31) omitt. Comp. II. — 32) eius: App., Cass., Luc. — Comp. II. — eiusdem: Lips. — 33) cognoverit: Lips. — 34) duximus respondendum: Lips., Cass., Luc. — 35) fuerit: Comp. II. Aug. — seq. eundem. — manif.: desid. in Luc. — 36) desid. in Lips. — 37) et id. fama loci (add.: non: Cass.) habet: App., Cass., Luc. — Comp. II. Ms. B. — et fama idem habet: Comp. II. Ms. A. — etiam id. fama loci non habet: Aug. — id. fama loci habet: Lips. — 38) fuit: Luc. — fuerit: Lips. — 39) sponsa sua: Comp. II. — desponsatio: Luc. — sponsio: App., Lips., Cass. — 40) tantum: Coll. citt. — 41) abest a C. L. — ab impetitione puellae: Luc., Comp. II. — ab affectione puellae: Cass. — ab affectione puellae et impetitione puellae: Lips. — a puella: App. — 42) debuit: Comp. II. Ms. A.

Cap. III. 43) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 14) Clem. III.: C. R. 2. — 45) ap. sed: non leg. in Comp. II. — 46) legato factum: ead. Ms. A. — 47) omnibus: Aug. — 48) septimo: C. L. — 49) quoto gradu quis distat a stipite, toto distat a quolibet descendentium: Comp. II. Ms. — 50) est: Comp. II. Ms. A. — 51) Norvegius: Comp. II. Aug. — Norvegiae: Ms. B. in marg. — Norvegiae: Ms. A. — 52) desid. in eod. Ms. A. — 53) emerit: C. H. — 54) proximitatem gradum: Comp. II. Ms. A. — 55) separent, copulari autem volentes non permittunt inusual copulari: Comp. II.

volentes, "sicut litterarum suarum series demonstravit." Nos itaque⁵⁰ "sic consultationi tuae" respondemus⁵¹), quod indulgentia illa⁵²) sic est intelligenda, quod⁵³) uterque coniungendorum distet a stipite sexto gradu, "cognitione secundum canones computata." Si vero alter sexto vel septimo gradu distat⁵⁴) a stipite, alter autem secundo vel tertio "gradu," coniungi non debent. Unde in hac parte consultius duximus multitudinem et observatae consuetudini deferendum, quam aliud in dissensionem et scandalum populi statuendum, quadam adhibita novitate.

CAP. IV.⁶¹)

Infideles, coniuncti in gradu prohibito a lege canonica, post baptismum non separantur.

Innocentius III. *Archiepiscopo et capitulo Tirenibus.*⁶²)

De infidelibus ad fidem conversis "nos consulere voluistis," utrum, si ante conversionem suam secundum legis veteris instituta "vel traditiones suas" circa⁶³) gradus consanguinitatis, a canone denotatos, coniuncti fuerint, separari debeant post baptismum. "Super hoc igitur" Consultationi tuae⁶⁴) duximus respondendum, quod matrimonium, sic "ante conversionem" contractum, non est post baptismi lavacrum separandum, quam a Iudaeis Dominus requisitus, si liceret⁶⁵) uxorem ex quacunque causa dimittere, ipsis respondit⁶⁶): „Quos⁶⁷) Deus coniunxit homo non separet," per hoc innuens, esse matrimonium inter eos. *Dat. Lat. III. Kal. Ian.* [1198.]

CAP. V.⁶⁸)

Consanguinei mariti cum consanguineis uxoris licite contrahunt. Hoc primo. In gradibus prohibitis non possunt matrimonium contrahi, etiam si hoc habeat consuetudo. Hoc secundo.

Idem *Rosanensis*⁶⁹) *Archiepiscopo.*

Quod super his "artificialis, qui tibi aliquam dubitationem inducunt, nostrum ducis consilium requirendum, et ad ea exsequenda, quae officium postulant pastorale, apostolicas sedis procuras auxilium invocare, sollicitudinem tuam dignis in Domino laudibus commendamus, et postulationibus tuis grato animo respondemus. Significasti siquidem nobis, quod in diocesi tua pater et filius matrem et filiam, duo cognati duas cognatas, avunculus et nepos duas sorores ducunt in coniuges, et maritus et uxor simul baptizant puerum alienum. Quidam praeterea duas diocesis infra tertium et septimum gradum consanguinitatis se contingentes, adinvicem matrimonium contrahunt, hoc sibi licere de antiqua consuetudine asserentes." (Et infra:) Super eo igitur⁷⁰), quod pater et filius cum matre et filia, et duo cognati cum duabus cognatis, avunculus et nepos cum duabus sororibus contrahunt matrimonia, taliter tibi⁷¹) duximus respondendum, quod, licet omnes consanguinei viri sint affines uxoris, et omnes consanguinei uxoris sint viri affines, inter consanguineos tamen uxoris et "consanguineos" viri ex eorumdem, scilicet⁷²) viri et uxoris, coniugio nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. (Et infra:) Ne autem infra⁷³) tuas prohibitos matrimonium contrahatur⁷⁴), debes publice inhibere, et praesumptores ecclesiastica distinctione punire, non obstante consuetudine, quae dicenda est potius corruptela. "Quam autem etc. *Dat. Lat. II. Kal. Ian.*" [1198.]

CAP. VI.⁷⁵)

Non valet dispensatio, obtenta a Papa super matrimonio inter consanguineos contracto, si ibi causa falsa sit expressa, nisi postea eam Papa confirmaret. H. d. secundum verum et communem intellectum.

Idem.⁷⁶)

Quia circa (Et infra: [cf. c. 6. de bigam. I. 24.]) Porro de nobili viro N., pro cuius dispensatione, indulgentia scilicet remanendi

cum ea, quae ipsum quinto consanguinitatis gradu contingit⁷⁷), a sede apostolica obtinenda falsa nobis causa fuerat allegata, proles videlicet, quum tamen ante dispensationem obtentam unica filia, quam habebat, viam fuerit universae carnis ingressa, prout tua consultatio continebat, dissimulare poteris, ut remaneat⁷⁸) in copula sic contracta, quum ex separatione, sicut asseris, grave videas scandalum imminere. "Tu denique etc. *Dat. Signias V. Non. Oct. Pont. nostr. Ao. XVI.*" [1213.]

CAP. VII.⁷⁹)

Testes, qui de consanguinitate deponunt, computationem debent a stipite vel germine incipere.

Idem.⁸⁰)

Tua nos duxit fraternitas consulendos, utrum illorum sufficiat testimonium ad matrimonium dirimendum, qui consanguinitatis gradus ab avunculo et nepote, videlicet fratris filio vel sororis, "quam de fratribus vel superioribus nihil noverint vel audierint," inceperint computare. Nos igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, quum coniugium multum favoris obtineat, testes⁸¹), qui, ad divortium celebrandum producti⁸²), consanguinitatis gradus computant⁸³), a⁸⁴) stipite debent incipere, id est a parentibus vel⁸⁵) germanis, et sic per ordinem distinguere gradus, nominibus propriis vel aequipollentibus indicibus designando⁸⁶) personas, praesertim quum saepius testimonium perhibeant de auditu. Quod quia minus est validum, non est in articulo huiusmodi nimium laxanda facultas, quum, qua ratione computationem inciperent a secundo⁸⁷), eadem "ratione" ab ulterioribus inchoarent⁸⁸). "Consequenter etc. [cf. c. 26. de spons. IV. 1.] *Dat. Lat. Id. Febr. Pont. nostr. Ao. XIV.*" [1213.]

CAP. VIII.⁸⁹)

In secundo et tertio affinitatis genere tollitur prohibitio, quae olim erat in matrimonio contrahendo. Similiter tollitur prohibitio de sobole suscepta ex secundis nuptiis, quae olim non poterat contrahere cum cognatione prioris viri. Et prohibitio coniugii ultra quartum consanguinitatis et affinitatis gradum non extenditur. H. d. iste textus, qui quotidie allegatur, et est singularis in materia sua.

Idem in concilio generali.

Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, praesertim quum urgens necessitas vel evidens utilitas id exposcit⁹⁰), quoniam ipse Deus ex his, quae in veteri testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo. Quum ergo prohibitiones⁹¹) de coniugio in secundo et tertio affinitatis genere minime contrahendo, et de sobole, suscepta ex secundis nuptiis, cognationi viri non copulanda prioris, et difficultatem frequentem inducant, et aliquando periculum pariant animarum, quum⁹²) cessante prohibitionis cesset effectus: constitutiones super hoc editas sacri approbatione concilii revocantes, praesenti constitutione decernimus⁹³), ut sic contrahentes de cetero libere copulentur. Prohibitio quoque copulae coniugalis quartum consanguinitatis et affinitatis gradum de cetero non excedat, quoniam in ulterioribus gradibus iam⁹⁴) non potest absque gravi dispendio huiusmodi prohibitio generaliter observari. Quaternarius vero⁹⁵) numerus bene congruit prohibitioni⁹⁶) coniugii corporalis, de quo dicit Apostolus⁹⁷); quod vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, neque mulier habet potestatem sui corporis, sed vir, quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant⁹⁸) ex⁹⁹) quatuor elementis. Quum ergo iam usque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulae sit restricta, eam ita volumus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus¹⁰⁰) super hoc dudum editis vel ab aliis vel a nobis, ut, si quis¹) contra prohibitionem huiusmodi praesumpserit copulari, nulla longinquitate defendatur²) annorum, quum diuturnitas temporum³) non minuit⁴) peccatum⁵), sed auget⁶), tantoque sunt⁷) graviora crimina, quanto diutius⁸) infelicem animam detinent alligatam⁹).

Cap III. 50) vero: ead. — 51) duximus respondendum: ead. — 52) abest ab ead. — 53) ut... distet: Comp. II. Aug., Ms. B. — quod... distat: Ms. A. — 60) distet: Aug.

Cap. IV. 61) Restitutum ex Reg. Bal. I. 514. — Comp. III. h. t. c. 1. — 62) Tiron.: Cont. — Tūren.: Comp. III. Aug. — Tyren.: Reg. — 63) citra: C. H., Reg. — 64) devotioni vestrae: Comp. III., Reg. — 65) licet: ib. — 66) responderit: Reg. — cf. Marc. X. 9. — 67) quod: Böhm., Reg.

Cap. V. 68) Restitutum (quantum videbatur expedire) ex Reg. Bal. II. 261. — Comp. III. h. t. c. 2. — 69) Roffanen.: Cont. — Rosoni: Böhm. — altera hui. cap. part. existat in c. 9. de M. et O. I. 33. — 70) vero: C. H. — 71) abest a C. R. I. L., Comp. III. Aug. — 72) videlicet: Reg. — 73) intra: Cont. — inter: Böhm. — Item quum in sacris canonibus gradus sint consanguinitatis distincti et per eorumdem inhibentur, ut nullus infra septimum gradum, se (omittit Reg.) consanguinitatis linea contingentem, sibi audeat matrimonium (in matr.: Reg. — matrimonialiter: Comp. III. Ms.) copulare, ne infra gradus eosdem contrahantur (contrahant: Comp. III.), debes etc.: Comp. III., Reg. — 74) contrahant: C. H.

Cap. VI. 75) Restitutum ex Reg. Bal. XVI. 118. — Non existat in Comp. IV. — 76) archiep. Londensi, ap. sed. leg.: Reg. — 77) attingit: C. R. I. — 78) remaneant: Cont., Böhm.

Cap. VII. 79) Restitutum ex Reg. Bal. XIV. 159. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 80) Gebennensi ep.: Reg. — 81) add.: hi: Comp. IV. Aug. — 82) inducitur sunt: Comp. IV. — 83) computent: Comp. IV. Ms. A. B. — 84) quum a: Aug. — 85) vel... disting.: desid. in Comp. IV. Ms. A. — 86) distinguendo: C. R. I. — 87) secundo: Comp. IV. — 88) possent inchoare: Reg.

Cap. VIII. 89) c. 50. conc. Lat. IV. (bab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 3. — 90) idem exposcunt: Comp. IV. Aug. — id exposcant: Ms. A. — 91) prohibitionem: Comp. IV. Ms. A. B., C. L. — 92) ut: conc. — 93) decrevimus: C. R. L., Comp. IV. Ms. A. — 94) tam: Ms. id. — 95) enim: C. R. I., conc. — 96) huiusmodi prob.: Comp. IV. Ms. A. — 97) I Cor. VII. 4. — 98) quod constat: C. R. I., Comp. IV. Aug., conc. — quod et constat: C. L. H. — quod etiam constat: Comp. IV. Ms. A. B. — 99) in: Comp. IV. Ms. A. — 100) consultationibus: conc. Ms. — 1) qui... praesumpserint... defendantur: conc. — 2) defenditur: C. H. — 3) temporis: C. R. I. H., Comp. IV. — 4) minuit: Comp. IV., conc., Böhm. — 5) peccata: Comp. IV. Ms. A. — 6) auget: Aug., conc. — 7) sicut: Comp. IV. Aug., Ms. B., conc. — 8) diuturniora infelices animas... alligatas, Comp. IV. Aug. — diutius infelicem del. alligatum: Ms. B. — 9) alligata: Comp. IV. Ms. A.

CAP. IX.

*Distans a stipite quarto gradu vel ceteriori, cum distante quinto vel ul-
teriori contrahere potest. H. d. cum glossa.*

Gregorius IX.

Vir, qui a stipite quarto gradu, et mulier, quae ex alio latere distat quinto, secundum regulam approbatam, qua¹⁰) dicitur¹¹): quoto gradu remotior differt¹²) a stipite, et a quolibet per aliam lineam descendantium ex eodem, licite possunt matrimonialiter copulari.

TITULUS XV.

DE FRIGIDIS ET MALEFICIATIS, ET IM-
POTENTIA COEUNDI.⁵)CAP. I.³)

Si, marito provocans ad divortium, et se impotentem asserente, mulier hoc idem fatetur, servata solemnitate canonica matrimonium indistincte dividitur. Sed si decipiatur ecclesia, primum matrimonium reparatur. Si vero muliere agente vir asserat se potentem, nisi per aspectum corporis vel alio indubitato modo convincatur, mulier non auditur. Sed si vir hoc idem confitetur vel convincitur, matrimonium separatur, et mulieri contrahendi licentia datur. H. d. secundum Hostiensium.

Ex Brocardico libr. XIX.

Accipisti mulierem, et per³) aliquod tempus habuisti, per⁴) mensem aut per tres, aut "postremo" per annum, et nunc⁵) primum dixisti, te esse frigidae naturae ita, ut non potuisses coire cum illa⁶), nec cum aliqua alia; "et" si⁷) illa, quae uxor tua esse debuit, eadem affirmat, quae tu dicis, et "si" probari potest per verum⁸) iudicium, ita esse ut dicitis, separari potestis, ea tamen ratione, ut, si tu post aliam acceperis, reus periurii diiudicaris, et iterum post peractam poenitentiam priora connubia reparare⁹) debebis¹⁰). Illa autem, si prior post annum aut dimidium ad episcopum aut "ad" eius missum "se" proclamaverit, dicens¹¹), quod non cognovisses eam, "et negat, aliquam commixtionem inter vos esse," tu autem contrarium¹²) affirmas, tibi credendum est eo, quod caput ex mulieris, quia, si "se" proclamare voluit¹³), cur tamquam tacuit? Cito enim¹⁴) et in parvo tempore scire "mulier" potuit¹⁵), si eam coire potuisses. Si autem "se" statim in ipsa novitate, post mensem aut "postremum post" duos, ad episcopum aut "ad" eius missum, proclamaverit, dicens: volo esse mater¹⁶), volo filios procreare, et ideo maritum accepi, sed vir¹⁷), quem accepi, frigidae naturae est, et¹⁸) non potest illa facere, propter quae illum¹⁹) accepi: si probari potest per rectum iudicium, separari potestis, et illa, si vult, nubat in Domino.

CAP. II.²⁰)

Impotens ad copulam est impotens ad contrahendum matrimonium, sive sit impedimentum aetatis sive naturae.

Alexander III. Ambianensi²¹) Episcopo.

Quod sedem "apostolicam consultis super his, quae tibi dubia existunt, gratum gerimus et acceptum, et tua exinde fraternitas non parum commendanda videtur. Ex tua siquidem parte nobis est intimatum, quod quaedam mulier tui episcopatus cuidam viro nupsit, ignorans, quod propter utriusque inguinis rapturam genitalia eius essent abscessa, nec ab eo cognita fuisset, qui utique modo factus leprosus se pariter et sua domui reddidit infirmorum. Mulier vero, ad domum paternam reversa, sicut iuvenis alii viro nubere desiderat et coniugali foedere coniungi. Verum licet Romana ecclesia

Cap. IX. 10) per quam: C. H. — 11) cavetur: C. R. 1. — desid. in C. L. — 12) distat: C. L.

TIT. XV. 1) et imp. c.: desid. in C. H. — Cap. I. 2) Restitutum ex libro poenitentiali, qui exstat ap. Burch. L. XIX. — Comp. I. h. t. c. 1. — 3) cum ea: C. H. — omitt. Burch. — 4) hab. mensem aut tres aut post. annum: Burch. — 5) tunc: Burch. — 6) ea: Burch. — 7) omitt. C. R. 1. — 8) rectum: Burch. — 9) reanovare: id. — 10) debetis: C. R. L. H., Burch., Comp. I. — 11) et dicit: Comp. I. Aug. — et dicit: Ms., Burch. — verb. dic. . . . eam: desid. in C. H. — 12) affirmas, quod uxor tua sit: Burch., Comp. I. — 13) voluerit: Comp. I. Aug. — voluerit: Burch. — 14) non exstat ap. Burch. et in Comp. I. — 15) poterit: Comp. I. Aug. — 16) matrem: ib. — 17) sed quia vir, quem: Burch., Comp. I. Ms. — 18) omitt. ib. — 19) eum: Burch.

Cap. II. 20) Restitutum ex App. I. 28., Comp. I. h. t. c. 3. — 21) Ambian.: C. R. 1. — Ambigen.: C. H. — Abianensi: Comp. I. — Id. in eodem (i. e. XII. libr. Reg.) Ambianensi ep.: App. — 22) quia: Comp. I. Aug.

Cap. III. 23) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 24) XV.: Comp. II. Aug. — 25) verum: Comp. II. — 26) ita: Comp. II. Ms. A. — 27) impedimentum: ib. — 28) quod viro non valet commiseri. Sed quia nobis (abest a Ms. A.) dubium est, an pro culpa viri infirmitas provenierit (per-

non consueverit propter naturalem frigiditatem aut propter aliam maleficia legitime coniunctos dividere, si tamen consuetudo generalis Gallicanae ecclesiae habet, ut huiusmodi matrimonia dissolvantur, nos patienter tolerabimus, si secundum illam consuetudinem eidem mulieri cui voluerit nubendi in Domino concesseris facultatem." Sicut "entm" puer, qui²²) non potest reddere debitam, non est aptus coniugio: sic "quoque" qui impotentes sunt minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur. "Sane de canonico etc. [cf. c. 10. de regul. III. 31.]"

CAP. III.²³)

Naturale impedimentum ad coitum, irreparabile arte medicorum, matrimonium impedit.

Idem.

Ex literis tuis accepimus, quod quidam sedecim²⁴) annorum "vel eo amplius" quandam annorum tredecim duxit "in" uxorem, qui²⁵) quom debitum reddere "deberet, et" non posset, mulier tam²⁶) gravem infirmitatem contraxit, ut omnino viro sit facta inutilis, et instrumentum eius "sit" impeditum²⁷) ita, quod vir²⁸) ei commisceri non potest. Respondemus igitur, quod, si vitium illud mulier a natura contraxit, nec ope medicorum poterit adiuvari²⁹), viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem. "Si vero ex culpa viti hoc provenit, licet non sit tutum indulgeri ei, ut aliam accipiat: tamen sub dissimulatione poteris sustinere etc."

CAP. IV.³⁰)

Contrahens scienter cum impotenti ad copulam, ab ea non separatur.

Lucius III.³¹)

Consultationi tuae, qua nos consulisti³²), utrum feminae clausae, impotentes commisceri³³) maribus, matrimonium possint³⁴) contrahere, et, si contraxerint, an³⁵) debeat³⁶) rescindi, taliter³⁷) respondemus, quod, licet incredibile videatur, quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium, "et quamvis de huiusmodi expressum canonem non habeamus, sacrosancta" Romana tamen³⁸) ecclesia consuevit in consimilibus³⁹) iudicare, ut quas⁴⁰) tanquam uxores habere non possunt habeant ut sorores. "Verumtamen talibus artificio aliquando consuevit succurri, ut valeant apte reddere debitum et accipere."

CAP. V.⁴¹)

Si de impotentia coeundi constet, statim matrimonium separatur; alias cohabitavit coniuges per triennium. Et si cum septima manu propinquorum iurant, quod fecerunt operam carnalis copulae, et non potuerunt coniungi: statim separantur. Ita communiter summatur.

Coelestinus III.⁴²)

Laudabilem (Et infra: [cf. c. 2. Ut lite pend. II. 16.]) "Sollicito quoque ad ultimum" Requisisti, quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis ad experientiam copulae nuptialis⁴³), "in qua si defecerint, separantur." Nos vero, "quamvis in antiquis tam canonibus quam legibus super hoc diversa tempora concedantur, id tamen" in praesenti consultatione sentimus, ut, "si naturaliter frigidus non potest illa, quam duxit, uti pro coniuge," a tempore celebrati coniugii⁴⁴), si frigiditas prius probari non possit⁴⁵), "secundum authenticum legale" cohabitent⁴⁶) per triennium⁴⁷). Quo elapso, si nec tunc cohabitare voluerint⁴⁸), et⁴⁹) iuxta decretum Gregorii⁵⁰) mulier⁵¹), "si" per⁵²) iustum iudicium de viro probare poterit, quod cum ea coire non possit, accipiat alium; si autem ille⁵³) aliam acceperit, separatur. Quod si ambo consentiant⁵⁴) simul esse, vir⁵⁵) eam, etsi non ut⁵⁶) uxorem, saltem⁵⁷)

venit: Aug.), super hoc plenum vel certum dare responsum non valemus. Quodsi (Sed si: Ms. A.) tibi constiterit, quod illud vitium a natura contraxerit: Comp. II. — 29) ivari: ib.

Cap. IV. 30) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 376. — Comp. II. h. t. c. 2. — 31) Alex. III. in Registro. Vigiliensi episc.: Luc. — 32) consuleris voluisti: C. R. 1. L. H., Comp. II. Ms. A. — 33) misceri: Luc. — 34) desid. in ead. — 35) utrum: Comp. II. — omitt. C. R. L. H., Luc. — 36) debeant: C. R. 2. L. — 37) super hoc taliter: C. R. 1. — rescindi taliter contractum, resp.: Comp. II. Ms. A. — 38) mater: Luc. — 39) add.: et talibus: C. H. — 40) ut quae non possunt haberi tanquam uxores, habeantur tanquam sorores: Luc., Comp. II.

Cap. V. 41) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 381., Comp. II. h. t. c. 3. — 42) Clemens III.: C. R. 1. — 43) coniugatis: C. R. 1. L. — 44) contractus: Luc., Comp. II. — 45) posset: Cont., Böhm. — 46) cohabitant: Comp. II. Ms. A. — cohabitent: Luc. — 47) usque ad triennium: Luc., Comp. II. — 48) voluerint: Comp. II. Aug., Ms. A. — coire poterit: Luc. — 49) desid. in Luc. — 50) cf. c. 1. C. XXXIII. qu. 1. — 51) abest a C. H. — 52) super: Comp. II. Ms. A. — 53) vir aliam: Comp. II. Ms. A. — illa alium: Luc. — 54) consentiant: C. R. L., Comp. II. — sentiant: Luc. — 55) si vir eum: Comp. II. Ms. B. — 56) omitt. Ms. A. et Luc. — 57) sed salt.: Aug.

habeat ut sororem. Si autem⁵⁸⁾, quod nunquam se invicem cognoverint, ambo fatentur, cum⁵⁹⁾ septima manu propinquorum vel vicinorum honae fama, et propinqui defuerint, tactis sacrosanctis evangelii uterque iureiurando dicat, quod nunquam per carnis copulam una caro effecti fuissent⁶⁰⁾, et tunc videtur, quod mulier⁶¹⁾ valeat ad secundas nuptias convolare. Verum si ille aliam duxerit, tunc hi, qui iuraverant, rei perituri teneantur⁶²⁾, et peracta poenitentia⁶³⁾ cogantur ad connubia priora redire. *Itemque etc. [cf. c. 1. de except. II. 25.]*

CAP. VI.⁶⁴⁾

Propter arctationem mulieris, si appareat, quod praeter divinum miraculum absque periculo corporali habitus reddi non potest, separatur matrimonium; redintegretur tamen, si postea appareat, ecclesiam fuisse deceptam.

Innocentius III. *Altissiodorensi*⁶⁵⁾ *Episcopo.*

Fraternitatis tuae literas recepinus, continentes, quod G.⁶⁶⁾ mulier cuidam viro⁶⁷⁾ matrimonialiter nupsit, cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipso cognosci. Licet autem per archiepiscopum tuum super hoc fuisses edoctus, tu⁶⁸⁾ tamen, volens *super hoc* habere certitudinem plenior, quasdam matronas suae parochiae providas et honestas ad tuam praesentiam evocasti, districte illis iniungens sub periculo animarum, ut mulierem ipsam prudenter inspicerent, et perquirerent diligenter, utrum idonea esset ad viriles amplexus; quae tandem in fide sua tibi asserebant constanter, quod eadem *mulier* nunquam poterat esse mater aut coniux, tanquam cui naturale deerat instrumentum. Unde inter ipsam et virum *illum* divortium celebrasti, mulierem⁶⁹⁾ *ipsam* inducens, ut ad religionem aliquam se transferret perpetuam continentiam servatura⁷⁰⁾, et viro⁷¹⁾ licentiam tribuisti, ut uxorem duceret *in nomine Domini*, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem postea, quod mulier *eadem* invenit qui seras huiusmodi reserat, et⁷²⁾ abiciens continentiam, quam promisit, *et quae alium virum habuerat*, G.⁷³⁾ lateri praesentium supernupsit, *pro quibus humiliter supplicasti, ut cum eis misericorditer ageremus*. Quamvis igitur semiplene nobis expresseris, quomodo dicta mulier se promiserit continentiam servaturam, utrum videlicet simplici verbo, an voto solemni, utrumve⁷⁴⁾ ad religionem transierit, ut promisit, an contra promissionem suam⁷⁵⁾ in domo remanserit, et qualiter seras illas fecerit reserari, utrum videlicet artificio medici, an concubitu viri, seu alio quolibet modo: nos tamen⁷⁶⁾, perspicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod praeter divinum miraculum per opus humanum atque corporali⁷⁷⁾ periculo potuit removeri, sententiam divortii per errorem, licet probabilem, novimus esse prolata, quum pateat ex postfacto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commiscetur, et ideo inter ipsam *mulierem* et primum virum dicimus matrimonium existisse. Quare inter eam⁷⁸⁾ et praefatum G.⁷⁹⁾ matrimonium non esse censemus, eosque praecipimus ab invicem separari. Et si praedicta mulier ad religionem transivit, sicut asserit⁸⁰⁾ promississe, primus vir, qui non cognovit eandem, cum ea⁸¹⁾ remaneat, cum qua postmodum ecclesiae auctoritate contraxit; alioquin *idem vir*, *ea dimissa, quam postea superdixit*, debet ad illam⁸²⁾ redire, cum qua primo contraxit, nisi se voto mulier illa constrinxerit⁸³⁾ ad continentiam observandam, ut intelligatur per hoc cum praefato G. fornicata fuisse, vel nisi se fornicario modo alii viro miscuerit⁸⁴⁾, ut primus⁸⁵⁾ vir praetextu fornicationis, *quam ipsa commisit*, eius velit consortium declinare⁸⁶⁾. Nam si tantum simplici verbo se promisit continentiam servaturam, et postea in conspectu ecclesiae nupsit memorato G., quamdiu articulus iste dubitabilis erat, praesumi non debet, quod fornicaretur cum illa, sed amodo non debet cum illo aliquatenus remanere. Per haec⁸⁷⁾ autem quaestionem illam *noveris esse solutam*, qua quaeritur, utrum ea⁸⁸⁾, quae adeo arcta est, ut nulli possit carnaliter commisceri, nisi per incisionem aut alio sibi modo violentia inferatur, non solummodo levis, sed forte⁸⁹⁾ tam gravis, ut ex ea mortis pe-

riculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea perhiberi. Similiter illa, quae viri, cui nupsit, adeo arcta est, ut nunquam ab eo valeat deflorari, si ab eo sit⁹⁰⁾ per iudicium ecclesiae separata, et⁹¹⁾ nubat alteri *viro*, cui arcta non sit, et per frequentem usum secundi reddatur etiam apta primo, utrum ad eam⁹²⁾ redire debeat, cum quo prius foedus inierat coniugale. De talibus autem non est facile iudicandum, quum finale iudicium pendeat ex futuro⁹³⁾. *Tu ergo, secundum quod superius est distinctum, facias quod decrevimus per censuram ecclesiasticam applicatione postposita firmiter observari. Dat. Ferentini V. Non. Iul. Ao. IX.* [1206.]

CAP. VII.⁹⁴⁾

Si uxor dicit, virum, cui cohabitavit per triennium, non habere potentiam coeundi, eis hoc irakibus cum septima manu propinquorum, matrimonium separatur. H. d. iuherendo verbis literae.

Honorius III.⁹⁵⁾

Litterae vestrae nobis exhibitae⁹⁶⁾ continebant, quod, quum causa matrimonii, quae inter M.⁹⁷⁾ mulierem et A.⁹⁸⁾ eius virum *Atrahatensis dioecesis* vertitur, vobis fuisset a *bonae memoriae* Innocentio Papa praedecessore nostro commissa, dicta M. proposuit *coram vobis*, quod, quum *iam* octo annis elapsis dicto A. fuisset matrimonialiter copulata, et diu cohabitasset eidem, *nunquam tamen, licet esset viripotens, ab eo cognita fuerat, sed* adhuc integra permanebat, eo, quod praedictus vir eius⁹⁹⁾ non habebat¹⁰⁰⁾ potentiam coeundi; quare petebat, *inter eos* divortium celebrari. Praedictus vero A. *nihilominus* fatebatur, quod illam nunquam cognoverat, *licet ad eius obsequium se facilem exhibuerit et paratam, sed* tamen se habere potentiam cognoscendi¹⁾ alias asserbat. Vos vero, ne id *forte* constiterunt²⁾ in fraudem, a matronis bonae opinionis, fide dignis ac expertis in opere nuptiali, dictam fecistis inspicere mulierem, quae perhibuerant testimonium, ipsam adhuc virginem permanere. Postmodum per praebiterum, de cuius parochia vir *praedictus* existit, fecistis *diligenter* inquiri, utrum *vir* ipse aliquam cognovisset, nec per inquisitionem ipsam vobis constare potuit, aliquam esse carnaliter cognitam ab eodem. Muliere autem³⁾ *instantanter* requirente divortium, et dicente, quod mater esse volebat, et filios procreare, proponente⁴⁾ vero viro, quod paratus erat stare consilio *et voluntati* ecclesiae, iniunxistis eisdem, ut *humiliter reciperent et* agerent poenitentiam de commissis; et⁵⁾ sic forte placeret Deo, qui matrimonii fuit iustitator et auctor, ut opus matrimonii consummarent; qui⁶⁾ post plures terminos, *ad commanendum sibi a vobis indultus*, ad vestram⁷⁾ reversi praesentiam, consona voce dixerunt, quod non poterant carnaliter commisceri. *Propter quod de ipsorum consensu causam huiusmodi apostolico duxistis iudicio relinquendam*. Quocirca⁸⁾ *vobis iterato per apostolica scripta* mandamus, quantum, si illa est⁹⁾, et constiterit vobis, praefatum¹⁰⁾ virum et mulierem infra¹¹⁾ praedictos annos per continuum triennium insimul habitasse, ipsis cum septima propinquorum manu firmantibus iuramento, se commisceri carnaliter nequivisse, proferatis divortii sententiam inter eos.

TITULUS XVI.

DE MATRIMONIO CONTRACTO CONTRA INTERDICTUM ECCLESIAE.¹⁾CAP. I.²⁾

Matrimonium, contra interdictum ecclesiae vel iudicis factum seu contractum, propter hoc solum non dirimitur, imponitur tamen poenitentia sic contrahentibus, et separantur, donec cognoscatur de causa interdicti. H. d. in effectu totus iste titulus.

Alexander III. *Paduano*³⁾ *Episcopo.*

Litterae, quas tua nobis fraternitas destinavit⁴⁾, expresse declarant, quod, quum⁵⁾ quidam *parochianus tuus* sororem suam iam

Cap. V. 58) *Aut si quid nunquam se invicem cognoverint*, Luc. mendose. — *Al vero, si quod etc.* Comp. II. — 59) abest a C. H., Luc., Comp. II. — 60) *sint*: Luc. — 61) abest a Luc. et Comp. II. — 62) *habentur*: C. H. — 63) *poena*: Luc.

Cap. VI. 64) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 104. — Comp. III. J. t. c. un. — 65) *Altissiodorensi*: Comp. III. — *Antissiodorensi*: Reg. — 66) C. C. R. I. — *Odardus*: Comp. III. Ms. — *Odardus*: Aug. — 67) abest a C. R. I. — 68) *volens tamen*: Comp. III. — Reg. — 69) *desid.* in Comp. III. Ms. — 70) *servaturam*: C. R. 2. L. — 71) *viro autem*: Comp. III. — *viro vero*: Reg. — 72) abest a Comp. III., Reg. — 73) *V.*: C. R. 1. — *H.*: C. H. — *V.*: C. R. 2. L. Comp. III. — *Willelmo*: Reg. — 74) *utrumque*: C. H. — 75) abest a C. H., Comp. III., Reg. — 76) *vero*: Comp. III. — 77) *gravi*: C. R. 1. — 78) *ipsam*: Comp. III., Reg. — 79) *virum*: C. R. 1. — *praedictum Willelmum*: Reg. — *Giul.*: Böhm. ex Cont. — cf. n. 73. — 80) *asseritur*: Comp. III., Reg. — *sic. ass. prom.*: desid. in C. R. L. H. — 81) *illa*: Reg. — 82) *illam*: Reg. — 83) *constrinxit*: Böhm. — 84) *inmiscuerit*: Comp. III. — 85) *aud.*: *idem*: ead. — 86) *declinare*: Comp. III. Aug. — *valeat declinare*: Ms. — 87) *huc*: C. R. L., Comp. III., Reg.

— 88) *illa*: Reg. — 89) *etiam*: C. H. — 90) abest a C. R. L., Comp. III., Reg. — 91) non leg. in Comp. III., et Reg. — 92) *illum*: Reg. — 93) *add.*: iudicio: C. H.

Cap. VII. 94) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 95) *episc.* et *magistro H. canonico Ambianen.*: Comp. V. — 96) *transmissae*: Böhm. — 97) *Maldidam*: Comp. V. Ms. — *Maldidam*: Cir. — 98) *Albericum*: Comp. V. — 99) abest a C. H. — 100) *habent*: ib. — 1) *coeundi*: C. R. 1. — 2) *fateantur*: C. L. — *confiteretur*: C. H., Comp. V. — 3) *Ipsa autem viro et muliere frequenter comparantibus coram vobis ac muliere*: Comp. V., Böhm. — 4) *viro autem dicente*: ib. — 5) *si*: Cir. — *et si*: C. H. — 6) *quod*: C. L. — 7) *nostram*: ib. — 8) *Unde*: Comp. V. — 9) *si recolitis rem taliter se habere, et vobis constitit (constiterit) Ms.) vel adhuc constiterit (constitit) Ms.)*: Comp. V. — 10) *praefatos*: C. R. L., Comp. V. Cir. — 11) *intra*: Cont., Böhm.

TIT. XVI. 1) omitt. C. L. — Cap. I. 2) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 2. — 3) *Paduan.*: Cont. — 4) *destinabat*: C. L. — 5) *desid.* in Comp. I. Ms.

nubilem euidam se daturum in uxorem, ea praesente et consentiente, praestito iuramento firmasset, et illa, non post multos dies dona et munera viri secundum morem terrae sponte suscipiens, ipsum tanquam proprium virum saepe amplexata fuisset, tandem mortuo fratre a proprio viri sui fratre se⁷) desponsari permisit, et, quod ab illo cognita fuisset, mendaciter asseverat. Quumque ei⁸) prohibuisset publice, ne cui illorum vel alicui se copularet: ipsa, apertis motibus tuis, alii nubere non expavit⁹). Demum quum "strumque ante te convocasses, et" mulieri praecepisses, ut ad domum matris rediret, ipsa¹⁰) "ad" nostram audientiam appellavit. "Verum quoniam sollicitudini nostrae incumbit excessus et enormitates aliorum corrigere, et ad modum et ad formam rectitudinis revocare, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, "ut superius est enarratum," praefatam mulierem, ne mandatum tuum contemptibile "esse" videatur, ad domum matris "omni appellatione et excusatione cessante" redire compellas, et, imposita sibi de tanto excessu poenitentia condigna, postquam "ea" in domo materna per mensem steterit, ad tertium reverti permittas, "et legitime sibi coniungi."

CAP. II.¹¹)

Sponsalia de futuro, cum una etiam contra interdictum ecclesiae contracta, non habent dirimere matrimonium, postea contractum cum alia.

Idem Vigoricensi et Baroniensi Episcopis.¹²)

Ex literis "venerabilis fratris nostri" Cantuariensis¹³) archiepiscopi "apostolicae sedis legati" ad nos¹⁴) pervenit, quod, quum G.¹⁵) de sancto Leodegario M. filiam suam absentem euidam "iuvenci," R. nomine, desponsasset¹⁶), postmodum, quibusdam ipsius mulieris consanguineis procurantibus, memoratus R. cum ea praesente per verba praesentis temporis contraxit, sicut dicitur, matrimonium; fide hinc inde corporaliter praestita, quod vir mulierem sicut uxorem legitimam de cetero exhiberet, et ipsa reverenter ei sine contradictione sicut viro legitime obediret, nihilque defuit, nisi sollemnitas in facie ecclesiae celebranda, quae propter tempus quadragesimae tunc non potuit effectui mancipari. Postea¹⁶) orta suspicione, quod praefatus R. ad alia desideraret vota transire, ad examen fuit "iam" dicti¹⁷) archiepiscopi causa perlata, qui sub anathematis interminatione prohibuit, ne, "sicut ex literis ipsius accepimus," antequam de praescripto¹⁸) negotio plene constaret, vir ad secunda vota transiret. Sed ipse, praescripta prohibitione contempta, filiam V.¹⁹) "Matildam nomine" in facie ecclesiae sibi sollemniter copulavit uxorem. "Postmodum vero duabus mulieribus et viro coram archiepiscopo constitutis, praefatus R. publice confessus est, se cum Maria, sicut superius dictum est, matrimonium contraxisse, et aliam, scilicet Matildam, prava quorundam suggestione seductum postmodum accepisse. Maria vero constanter asseruit, quod pater eius non moverat de voluntate eius querelam, adiciens, quod inter ipsam et praefatum R., excepta sola fide de contrahendo matrimonio, nulla obligatio intercessest, quam, quia ipse non servaverat, servare minime tenebatur, et ideo, quia eam, quam secundo accepit, relinquebat." Quum autem praefatum R. illa tanquam proprium virum restitui postularet, et archiepiscopus vellet de matrimonio primo²⁰) cognoscere, "ob id maxime, quia mulieres dicebantur sese consanguinitate contingere, ac per hoc tam adulterii quam incestus vitium timebatur," dicta²¹) M.²²) "ad sedem apostolicam" appellationis²³) vocem emisit, "et festum circumcissionis proxime praeteritum terminum appellationis praefixit." Cuius appellationi²⁴) archiepiscopus deferens, eidem "Mariae" sub "periculo animae et" excommunicationis intermina-

tionem districtius interdixit, ne cui nubere, donec causa ipsa "coram nobis, vel coram delegatis ab apostolica sede iudicibus" finem debitum sortiretur. Ipsa tamen, de remedio appellationis confusa, euidam alii, V.²⁵) nomine, "nihilominus" nupsit. "Et super hoc citata coram archiepiscopo noluit propter appellationem, quam obiecerat, apparere. Quum igitur absentibus partibus non videretur nobis negotium finiendum, ipsum, experientiae vestrae, de qua plene confidimus, committentes, praesentium auctoritate" Mandamus²⁶), quatenus, "partibus ante vestram praesentiam convocatis, inquiratis diligentibus veritatem, et," si nihil²⁷) constiterit²⁸), quod impediatur, praeter²⁹) consensum de futuro³⁰), qui inter praefatos³¹) R.³²) et M.³³) asseruit praecessisse³⁴), secunda³⁵) matrimonia inviolabiliter observanda sublato appellationis obstaculo³⁶) iudicetis. Licet enim contra interdictum ecclesiae ad secunda vota transire non³⁷) debuerit, non³⁸) est tamen conveniens, ut ob id solum sacramentum coniugii dissolvatur. Alia³⁹) tamen⁴⁰) poenitentia⁴¹) eis debet⁴²) imponi, quia⁴³) contra prohibitionem ecclesiae hoc fecerunt⁴⁴). "Dat. Non. Febr. 45)

CAP. III.⁴⁶)

Si hi, qui dicebantur consanguinei, contraxerunt contra praecipuum iudicis, debent separari, donec de causa cognoscatur.

Idem Paduano Episcopo.⁴⁷)

De muliere (Et infra: [cf. c. 6. de spons. IV. 1.] Illos autem, qui pro consanguinitate⁴⁸) prohibentur coniungi, et post⁴⁹) contra interdictum ecclesiae se⁵⁰) receperint, excommunicationis debent subiicere, donec tandem separantur, quosque legitime cognoscatur, utrum eorum matrimonium possit et debeat "de" iure⁵¹) stare.

TITULUS XVII.

QUI FILII SINT LEGITIMI.

CAP. I.¹)

Naturalis, ex soluto genitus et soluta, legitimitur per subsequens parentum coniugium, etiam quoad hereditatem.

Alexander III.

Conquestus est nobis (H.²) "lator praesentium," quod, quum³) quandam mulierem "neptem R." in uxorem accepit⁴), "praefatus" R. patruus mulieris⁵) ipsam exheredare conatur⁶) eo, quod ante desponsationem matris suae nata fuerit, licet⁷) postea, "prout dicitur," pater mulieris praefatae matrem ipsius accepit in uxorem. [deoque⁸) "fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, si est ita⁹), "nullius contradictione vel appellatione obstante," eam¹⁰) legitimam "esse" iudicetis, praedicto R. "ex nostra et vestra parte" inhibentes¹¹), ne "saepe" dictae mulieri "et hereditibus suis" hac occasione super hereditate paterna¹²) molestiam inferat vel gravamen. Si autem contra hoc¹³) venire praesumpserit, eum¹⁴) "sublato appellationis remedio" severitate ecclesiastica percussatis.

CAP. II.¹⁵)

Separato matrimonio in facie ecclesiae contracto, filii, geniti vel concepti ante sententiam, sunt legitimi.

Idem.¹⁶)

Quum inter I.¹⁷) Veterem¹⁸) "conciem vestrum" et T. mulierem divortii sententia canonice sit prolata¹⁹), filii eorum, "qui ante

Cap. I. 6) abest a Comp. I. Aug. — 7) suo: C. H. — 8) desid. ap. Böhm. — illi: C. R. 1. — fraternitas tua et prohibuisset: Comp. I. — 9) formidavit: Comp. I. — 10) ipsi: appellaverunt: ead., Böhm.

Cap. II. 11) Restitutum ex App. VI. 23., Lips. LIX. 39., Cass. LVIII. 26., Comp. I. h. t. c. 3. — 12) Wint. Garon. Herfor. epp.: Cass. — Wint. Hrs. Bath. epp.: Lips. — Wigor., Rathon., Herfor. epp.: Comp. I. Ms. — Winton., Rathon., Hereforden. epp.: Aug. — Wintoniensi, Bathoniensi et Herefordensi epp.: App. — 13) R. Cant.: Cass. — 14) ad audientiam apostolatus nostri: Coll. c. 15) C.: C. R. 1. — 15) desponsavit: Lips. — 16) Transacto vero tempore: Cass. — Procedente vero tempore: App., Lips. — 17) desid. in Cass. — 18) scripto: ead. — 19) V.: C. R. 1. — W.: C. R. 2. l. — Hu. de Posted.: Cass. — Ig. de Polst.: Lips. — Hug. de Spolte: Comp. I. Aug. — Hug. de Polstete: Ms. — Hugonis de Polstede: App. — 20) omitt. Cass. — 21) abest a Coll. c. 15. — 22) Maria: ead., Böhm. — 23) omitt. Comp. I. Ms., Cass. — 24) Appellationi autem: Cass. — App. vero: Lips., Comp. I. — Appellationem vero archiepiscopo: App. mendose. — 25) Gu.: Böhm. ex Cont. — W.: Coll. c. 15. — 26) terminandum mandamus: App. — 27) vobis const., quod nihil: C. H. — 28) extiterit: Cass. — 29) propter: ead. — 30) de fut.: non extat in Coll. c. 15. — 31) praefatum: ead., C. R. 1. — 32) W.: C. l. — 33) Mariam: Coll. c. 15., Böhm. — 34) praecessisse: Cass. — 35) secundum matrimonium... observandum: Comp. I. Ms. — 36) Dif-fugio: Coll. c. 15. — 37) nequaquam: ead. — 38) conveniens (ad): tamen: Aug. non videtur: Coll. c. 15. — 39) aliqui: Cont. — 40) enim: App. — 41) poena: App., Lips., Comp. I. — 42) debebat: App. — debet:

Lips. — 43) qui: Cass. — quod: App. — 44) fecerint: Cass. — 45) sub-secr. dedimus ex App.

Cap. III. 46) Restitutum ex App. VI. 18., Lips. LIX. 30., Cass. LVIII. 18., Comp. I. c. 5. de spons. IV. 1. — 47) cf. de cap. inser. adn. ad c. 6. de spons. IV. 1. — 48) pro sanguinitate: Cass. — propter consanguinitatem: App. — 49) postea: Coll. c. 15. — 50) sese: ead. — 51) iuste: C. H.

TIT. XVII. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XXXIII. 3., Lips. LXIII. 1., Cass. LXII. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Henricus: Cass. — Herbertus: Lips. — Herbertus: Comp. I., Böhm. — 3) omitt. App. — 4) accepit: App., Cass. — 5) patr. mul.: omitt. Coll. c. 15., Böhm. — 6) conatus est: C. R. 2. l. — 7) quum: Coll. c. 15. — 8) Infe est, quod: ead. — 9) rei veritate diligenter inquirita et cognita (Aug. et Lugn. et inq.): Coll. c. 15. — add: si vobis constiterit, quod pater memoratae mulieris matrem ipsius accepit legitime in uxorem: Lips. — 10) omitt. Coll. c. 15. — 11) iubentes: Cass., Comp. I. — 12) super hereditatem suam: Comp. I. Aug. — super hereditate sua: Ms., App., Lips., Cass. — 13) haec: C. R. 1. — inhibitionem nostrum: App., Cass., Comp. I. Aug. — inh. vestrum: Lips., Comp. I. Ms. — 14) abest a Coll. c. 15. — contra eum... procedatis: Cont.

Cap. II. 15) Restitutum ex App. XXXIII. 5., Lips. LXIII. 2., Cass. LXII. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 16) abbati Fuldensi: C. H. — canonis et universo clero et populo Templano. Cuius ex libr. Ms. — 17) Johannem: Cass. — 18) virum: Cont., Böhm. — 19) lata: Lips., Cass., Comp. I.

sententiam ipsam nati fuerunt, et ille, qui tunc conceptus erat, non debent²⁰) exinde sustinere iacturam, quum parentes eorum publice et²¹) sine contradictione ecclesiae matrimonium inter se contraxissent noscantur²²). Ideoque²³) sancimus, ut filii eorum, quos ipsi ante divortium habuerunt, et qui concepti fuerant²⁴) ante latam sententiam, non minus habeantur legitimi, et quod in²⁵) bona paterna hereditario iure succedant, et de²⁶) parentum facultatibus nutriantur. Quocirca universitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus praefatos filios memorati I. et praedictae mulieris succedere in bona paterna, etc.

CAP. III.²⁷)

Statur verbo viri et mulieris, qui negant aliquem filium, nisi iudicis et testibus probetur contrarium.

Idem Rothomagensi Archiepiscopo.

Transmissae nobis tuae literae continebant, quod, quum N.²⁸) civis tuus usque ad iuventutem quandam puerum nutritivisset, uxore sua M.²⁹) tunc non³⁰) desponsata sibi³¹) cohabitante³²), postmodum ipsam, sicut dicitur, legitime desponsavit, et filios sustulit ex eadem³³). Quibus paternam hereditatem pententibus, praedictus iuvenis contradidit³⁴), gerens³⁵) se filium et heredem, quamvis a vicinia, quae ipsum filium eorum esse³⁶) credebatur³⁷), spurium³⁸) diceretur. Praedicti³⁹) vero N.⁴⁰) et uxore eius Matilda praefatum iuvenem spurium suum aut legitimum filium esse⁴¹) negabant, sed dicebant, quod eum⁴²) pietatis intuitu nutritivissent. Quum autem quaestio coram te mota esset⁴³), et praedictus iuvenis pro eo, quod ipse stare volebat, vinculo sit excommunicationis adstrictus, quid de hoc agere debeas, nos consulere voluisti. Super hoc itaque Consultationi tuae taliter respondemus, quod in tali casu⁴⁴) standum est verbo viri et mulieris, nisi certis iudicis et testibus tibi constiterit, esse filium⁴⁵) iuvenem memoratum⁴⁶).

CAP. IV.⁴⁷)

Illegitima proles est, quam viro vivente uxor ex adulterio concepit, sive cum adultero sive cum viro moretur.

Idem Exoniensi et Vintoniensi Episcopis, et Abbati Herfordensi.⁴⁸)

Causam, quae (Et infra: [cf. c. 17. de off. iud. dol. l. 29.]) Si, partibus ante praesentiam vestram convocatis, legitime vobis constiterit, quod saepe dicta Agatha de Anelina⁴⁹) muliere, tempore Alani viri sui, ipsa cum eo tanquam cum viro suo morante⁵⁰), vel R.⁵¹) patre dictae Agathae, ipsam A. adhuc habente virum, publice tenente, nata fuit, eam non fuisse legitimam eiusdem R. filiam iudicetis, quia non potuit esse uxor, quae viri sui torum maculans, et alii, dum ille⁵²) viveret, copulari⁵³) et cohabitare⁵⁴) praesumpsit. Ceterum etc. [cf. c. 3. de dol. et cont. ll. 14.]

CAP. V.⁵⁴)

Quaestio natiuitatis, opposita petenti hereditatem coram iudice saeculari, est ad ecclesiasticum iudicem transmittenda. H. d. et est textus multum notabilis et allegabilis.

Idem Exoniensi Episcopo et Abbati Herfordensi.⁵⁵)

Lator praesentium R., non sine multo discrimine sui corporis ad nostram accedens praesentiam, sua nobis quaestione proposuit,

quod, quum avus suus uxores duas habuerit, de quarum una etiam pater processit, de altera Hug. patrum suum sustulit, idem Hug. XL. aeras terrae, quae ipsum et patrem eiusdem R. contigerunt, per violentiam detinet, nec eidem R., qui succedere in bona paternis debet, debitam partem vult exhibere. Quum⁵⁶) autem idem R. H. eorum saeculari iudice super hereditate avi eiusdem R. patris dicti H. traxisset in causam, ille sibi praesumpsit obicere, quod pater eius non fuit⁵⁷) de legitimo matrimonio natus⁵⁸), et ideo de hereditate quondam⁵⁹) avi sui nihil posset⁶⁰) sibi iure⁶¹) successorio vindicare. Tandem vero, quum super quaestione natiuitatis coram venerabili fratre nostro Norwicensi episcopo diu tractatum fuisset, ad⁶²) nostram exstitit audientiam appellatum. Sed, eo veniente, altera pars per se vel per alium suam nobis exhibere praesentiam contempsit. Ideoque⁶³), nolentes causam ipsam diutius protrahi, eam experientiae vestrae committentes, discretioni vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus utramque partem ante vestram praesentiam convocetis, et, rationibus hinc inde plenius auditis et cognititis, ipsam causam super quaestione natiuitatis patris eiusdem R.⁶⁴) infra⁶⁵) duos menses post harum susceptionem literarum sublato appellationis obstaculo⁶⁶) terminetis. Si vero infra⁶⁷) duos menses praefatus H. non poterit probare legitime quod ei de paterna hereditate obicit⁶⁸), extunc saeculari domino, sub cuius iudicio de hereditate causa⁶⁹) vertitur, intimetis⁷⁰), ut pro quaestione natiuitatis non dimittat, quin causam super hereditate audiat et decidat.

CAP. VI.⁷⁰)

Naturales legitimantur per subsequens parentum coniugium, spurii vero non. H. d. inhaerendo verbis literae, et est capitulum ianorum, et quotidie allegatur in utroque foro.

Idem Exoniensi Episcopo.

Tanta est vis matrimonii⁷¹), ut qui antea sunt geniti⁷²) post contractum matrimonium legitimi habeantur. Si autem vir⁷³) vivente uxore sua aliam cognoverit, et ex ea prolem auceperit, licet post mortem uxoris eandem duxerit, nihilominus spurius erit filius⁷⁴), et ab hereditate repellendus; praesertim si in mortem⁷⁵) uxoris prioris alteruter⁷⁶) eorum aliquid⁷⁷) fuerit machinatus, quoniam matrimonium legitimum inter se contrahere non potuerunt.

CAP. VII.⁷⁸)

De causa civili inter laicos non cognoscit ecclesia; cognoscit tamen, an quis sit de legitimo matrimonio natus.

Idem Londonensi et Wigoriensi⁷⁹) Episcopis.

Causam, quae inter R. et F. super eo, quod mater dicti R. dicitur non fuisse de legitimo matrimonio nata, agitari dignoscitur, vobis⁸⁰) iam pridem commissimus terminandam. Verum quia in literis nostris inseri fecimus, ut saepe fato⁸¹) R. possessionem eorum omnium, quorum possessor exstitit, quando avus suus proficiscendi Hierosolymam iter arripuit, ante principalis causae ingressum faceretis⁸²) appellatione cessante restitui, si eadem possessione fuisset per violentiam spoliatus: non attendentes, quod ad regem pertinet⁸³), non ad ecclesiam de talibus possessionibus iudicare, ne videamur iuri et dignitati carissimi in Christo filii nostri Henrici regis, Anglorum principis, detrudere, qui, sicut accipimus, motus est et turbatus, quod de possessionibus

Cap. II. 20) debet: Cass. — 21) omitt. App., Cont. — 22) contraxerunt: Cass., Comp. I. Ms. — contraxerint: Aug., App., Lips. — 23) Inde est, quod auctoritate apostolica statuimus: Coll. c. 24) conceptus fuerit: C. H. — conceptus erit: Cass. — conc. fuerat: App., Lips., Comp. I. — 25) ad: C. H. — 26) et de bonis parentum suorum: Coll. c. 27) Restitutum ex App. VIII. 11, Lips. LXIII. 3, Cass. LXII. 3, Comp. I. h. t. c. 3. — 28) Nicolaus: Coll. c. — add.: Sugentius: Cass. — Sugentius: App. — Sugel: Lips., Comp. I. — 29) Matil.: App., Cass., Comp. I., Böhm. — Matilda: Lips. — seq.: tunc: omitt. Coll. c. 30) nondum: App. — 31) cum eo: Coll. c. 32) habitante: Cass. — 33) de ipsa: Coll. c. 34) contradidit: Cass., Comp. I. — 35) dicens: App. — 36) omitt. App. — esse non: C. H. — 37) credebatur: App. — 38) add.: praedictus: Cass. — 39) praedictus: Coll. c. 40) Nicolaus: App. — 41) omnino: App. — 42) abest a Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 43) est: App., Comp. I. Ms. — seq.: et: abest a Cass. — 44) causa: Comp. I. App. — 45) eorum fil.: App. — 46) praedictum: Coll. c.

Cap. IV. 47) Restitutum ex Lips. LXIII. 4., Comp. I. h. t. c. 4. — 48) leg. sive: de Forde: cum Lips., sive Forde.: cum Comp. I. — 49) Aelina: Coll. c. — 50) commorante: Comp. I. Aug. — 51) vel quod R. filius Savarici iam dictam Aelinaam matrem ipsius Agathae superstiti secundo viro R. scil. de Windsor (Vindescen: Comp. I. Aug. — Videscen: Ms.) publice tenuerit eandem Agatham et si de Rudolfo filio Savarici nata fuerit, non fuisse filiam (omitt. Aug.) legitimam eiusdem R. Savarici filii, omni exceptione et occasione postposito ep. (et ap. Aug.) pronuntiavit: Coll. c. — 52) desid. in C. H. — 53) ungi: Coll. c. — 54) Restitutum ex Lips. LXIII. 5., Cass. LXII. 4., Comp. I. h. t. c. 6. — 55) H. Exon. ep.: Cass. — H. Exon. ep. et abbati Forde.: Lips., Comp. I. — 66) Quum autem H. (B. Cass.) eorum saeculari iudice super hoc tractus fuisset in causam, ei praesumpsit obicere: Coll. c. — 57) fuisset: C. R. L. H., Cass., Comp. I. — esset: Lips. — 58) desid. ap. Aug. — 59) possit: Cont., Böhm. — 60) in succ.: Cont. — 61) de mandato ipsius episcopi idem R. (B. Cass.) testes produxit: quorum (seqq., usque ad verb. produxit: desid. in Lips. et Cass.) testimonio se probaturum credebatur, quod pater eius de legitimo matrimonio fuerit (fuerat: Comp. I. Ms.) natus. H. vero nullo testes adversus eum produxit, sed de termino in terminum causam producere nitentur, cuius itaque (omitt. Comp. I.) tergiversationem considerans ad nostram, sicut asserit (asserit: Cass.), audientiam appellavit: Coll. c. — 62) Nolentes itaque: Coll. c. — 63) patr. eiusd. R.: add. a Raym. — 64) intra: Cont., Böhm. — 65) remedio: Coll. c. — 66) cf. n. 64. — 67) obieverit: Coll. c. — 68) causam: . . . Cass. — causam intravit: Comp. I. — causa agitur: Lips. — 69) significetis: Coll. c.

Cap. VI. 70) Restitutum ex App. XXXIII. 1. (in qua integra ep. extat), Lips. LXIII. 6., Cass. LXII. 5., Comp. I. h. t. c. 6. — 71) sacramenti: App. — 72) generati: Cass. — 73) Verum quoniam P., ultra quam in literis tuis continetur, nobis significavit, quod pater suus vivente uxore matrem R. tenebat, et eum in adulterio procreasset, et quod in mortem ipsius uxoris mater fuerit machinata, fraternaliter tunc etc., quatenus inquirere rei veritatem, et si tibi constiterit, quod vivente uxore pater praedicti R. morte ipsius publice abusus fuisset, cum spurium et ab hereditate repellendum, praesertim si mater ipsius in mortem prioris uxoris fuerit machinata, decernas: App. — 74) add.: eius: C. R. I. — 75) in morte: Comp. I. — 76) ab alterutra parte eorum aliquid machinatum fuerit: Cass. — 77) abest a Lips.

Cap. VII. 78) Restitutum ex App. XXXIII. 4., Comp. I. h. t. c. 7. — 79) Wigorn.: C. R. I. — London. et Wig. ep.: Comp. I. — London. et Wigornien. ep.: App. — agitur de ead. causa, de qua snpr. c. 4. — 80) experientiae vestrae: App., Comp. I. — 81) praefato: Aug. — 82) facultatis: App. — 83) pertingat, non ad ecclesiasticam auctoritatem: App.

scripsimus, quum ipsarum iudicium ad se assortit⁸⁴) pertinere, volumus et fraternitati vestrae per apostolica scripta praei-
pendo mandamus, quatenus regi possessionum⁸⁵) iudicium⁸⁶)
relinquentes, de causa⁸⁷) principali, videlicet utrum mater prae-
dicti R. de legitimo sit⁸⁸) matrimonio nata, plenius cognoscatis, et
causam⁸⁹) huiusmodi secundum aliarum litterarum nostrarum te-
morem appellatione remota terminetis; licet incongruum videat-
ur, ut matrimonium geneticis praefati R. impetratur, quod ea vi-
vente non fuit⁹⁰), ut dicitur, impetatum.

CAP. VIII.⁹¹)

Si mulier, per iudicium ecclesiae separata a primo, vivente illo contra-
hit cum secundo, legitimus erit proles, quam ex illo suscepit.

Idem Episcopo et Archidiacono Vincentino.⁹²)

Perlatum est ad audientiam nostram, quod, quum H.⁹³) filius
quondam Lazari, ad partes Constantinopolitanas⁹⁴) transisset,
et ibi⁹⁵) moram per decennium et amplius faciens, ad I.⁹⁶) ux-
orem suam non rediens⁹⁷), ipsa⁹⁸) apud bonae memoriae I. quon-
dam Vincentinum⁹⁹) episcopum adversus eum¹⁰⁰) querelam de-
posuit, et quod eum non posset diutius expectare, nihilominus
allegavit. Episcopus vero, sicut vir¹) providus et discretus, pa-
rentibus praedicti viri mandavit, ut pro eo mitterent, et ipsum
ad propria revocarent. Quumque, elapso longi²) temporis spatio,
vir praedictus non remearet ad propria, episcopus in conspectu
ecclesiae, auditis rationibus³) mulieris, inter eos sententiam di-
vortii promulgavit, et mulieri, ut alium virum duceret⁴), ple-
nariam facultatem indulsit. Ideoque⁵) quia huius rei veritas
nobis non constat, discretioni vestrae per apostolica scripta prae-
cipiendo mandamus, quatenus rem ipsam diligenter investigetis,
et, si vobis constiterit, quod episcopus inter eos sententiam
divortii tulerit, filios eius, quos sustulit⁶) de alio, ad cuius
copulam⁷) auctoritate praedicti episcopi sine quaestione et con-
tradictione ecclesiae migravit, legitimos⁸) iudicetis, eos hac oc-
casionem ab hereditate non patientes excludi. Et si quis contra
hac nili voluerit, ei auctoritate apostolica silentium penitus im-
ponatis.

CAP. IX.¹⁰)

Filii, nati ex matrimonio clandestino per ecclesiam approbato, sunt le-
gitimi. H. d. inhaerendo litterae.

Idem Belvacensi Episcopo.

Quod nobis (Et infra: [cf. c. 2. de cland. desp. IV. 3.]) Si qui
autem de clandestino matrimonio, postmodum ab ecclesia compro-
bato et rato habito, generati¹¹) fuerint, eos legitimos iudices¹²)
filios et heredes.

CAP. X.¹³)

Nati ex matrimonio, contracto contra publicae honestatis institutum, ille-
gitimi sunt, et ab hereditate parentum excludendi. Et tene meati hunc
casum, quia saepe per ignorantiam accidit.

Coelestinus III.¹⁴) Eboracensi Archiepiscopo.

Referente¹⁵) nobis (Et infra:) Fraternitati¹⁶) tuae taliter re-
spondemus, quod, publicae¹⁷) honestatis iustitia prohibente, ma-
trimonium inter eos contrahi non potuit, et contractum debuit se-

parari, ac per hoc, quum filii nec per ecclesiae permissionem, nec
per paternam ignorantiam excusentur, ad successionem bonorum
paternorum non videntur aliquatenus admittendi.

CAP. XI.¹⁸)

Ad docendum prolem illegitimam non sufficit probare impedimentum
matrimonii, si fuit in facie ecclesiae contractum.

Idem.¹⁹)

Pervenit sane²⁰) ad nos ex insinuatione L.²¹) viduae, quod, quum
inter G.²²) patrem suum, et A.²³) matrem illius²⁴) matrimonium
fuisse legitime²⁵) celebratum, et, quamdiu vixerunt²⁶), quiete
permanerunt²⁷), post illorum decessum quidam asserentes, eam
de²⁸) non legitimo matrimonio fuisse susceptam, a paterna heredi-
tate tanquam illegitimam amovere conantur. Mandamus itaque²⁹)
discretioni vestrae per apostolica scripta, quatenus, si est ita³⁰),
dictam viduam auctoritate nostra legitimum nunciatis³¹).

CAP. XII.³²)

Statur dicto testium, qui probant aliquem legitimum, licet fama vicinitas
et tractatus parentum habeant contrarium.

Innocentius III.³³)

Per tuas nobis³⁴) litteras intimasti, quod³⁵) R.³⁶) ex muliere
quandam, quam secundum opinionem maioris partis vicinitas in
concubinam habebat, prole suscepta, quamdam post³⁷), et aliam,
ea defuncta, duxit in³⁸) uxorem, et ea, de qua prolem suscep-
erat, virum sibi alium copulavit. Processu vero temporis idem R.
in praesentia multorum firmavit proprio iuramento, quod eam,
quam habere visus fuerat concubinam, prius affiderat³⁹) in ux-
orem, quam ex ea⁴⁰) filium genuisset, et postea⁴¹), quum⁴²) per
sex annos et ultra vixisset, dum ageret in extremis, eum, quem
ex ea⁴³) susceperat, in⁴⁴) testamento heredem instituens, legiti-
mum filium appellavit. Quum autem tuae inquisitioni et deci-
sioni⁴⁵) fuisset commissum, an filius sic susceptus legitimus esset
heres ipsius R. et ad eius patrimonium admittendus, tu praeter⁴⁶)
id, quod ex quadam decretali⁴⁷) bonae memoriae Alexandri Papae
praedecessoris nostri standum⁴⁸) esse super hoc verbo viri et mu-
lieris credebatur, receptis⁴⁹) testibus, a filio eiusdem R.⁵⁰) produ-
ctis, quibus legitime comprobavit, praedictum R. matrem tuam in
capella sancti Sergii affidasse, eum⁵¹) ipsius R. heredem esse legiti-
mum⁵²) iudicasti. Nos autem⁵³) attendentes, quod plus est quod
in veritate agitur, quam quod simulat concepitur, licet⁵⁴) dix-
tus R., quum⁵⁵) ea dimissa, quam ut concubinam habuerat, ad
alia vota transiverit⁵⁶), videatur ex ipso facto matrimonium⁵⁷)
quod inter eos celebratum fuerat, denegasse, quia tamen despon-
satio, per testes legitimos comprobata, eos matrimonialiter fuisse
conjunctos ostendit, sive desponsatio ipsa⁵⁸) fuerit⁵⁹) de prae-
senti⁶⁰), ut per consensum legitimum, per verba⁶¹) de praesenti
expressum, copula matrimonii inter eos fuerit⁶²) celebrata, sive⁶³)
per verba de futuro, carnali copula subsequenda⁶⁴), non⁶⁵) tam de-
cretali dicti⁶⁶) praedecessoris nostri, quae in casu dissimili loqui-
tur, quam inductis probationibus inuitentes, te processisse legiti-
me respondemus, sententiam⁶⁷) tuam auctoritate apostolica
confirmantes, et praesentis scripti patrocinio communimus etc.
Dat. Reate III. Non. Aug. [1198.]

Cap. VII. 84) asserat: Comp. I., Böhm. — quum ipsa iud., ut asse-
rit, ad se pertinet: App. — 85) possessorium: C. R. 2. L. — 86) iura: App. —
87) factum de princ. causa: App. — 88) fuerit: ead., App. — 89) et eam
(add. vel aliam: App.) secundum: App., Comp. I. — 90) fuerit: App. —
Cap. VIII. 91) Restitutum ex App. L. 23., Comp. I. h. t. c. 8. —
92) Vincentino: C. R. 1. L., App., Comp. I. — add.: in XII. libro Registri:
App. — ep. et archiepiscopo Vinc.: Cont. non recte. — 93) Herma.: Comp.
I. — Herma.: App. — 94) transiens ibidem... fecit: App. — 95) ubi:
C. H. — ibidem: App., Comp. I. — 96) Wuannum quondam filium (Ovi-
vardi: Comp. I. — Vivianam quondam fil. Obivardi: Ms. — Vivianam
quond. fil. Eulardi: App. — 97) non rediret: C. R. L., Comp. I. — non
rediret: App. — 98) Ipsa vero: App. — 99) Vincentinum: C. R. 2. L., App.,
Comp. I. — 100) virum suum: App., Comp. I. — 1) desid. in C. L. —
2) longo: App., Comp. I. — 3) allegationibus: ib. — 4) traduceret: Comp.
I. — alii nuberet, indulsit: C. H. — 5) Quia igitur: App., Comp. I. —
6) sustulerit: ib. — 7) de Ricardo (App.: Achardo) filio quondam Rad.
(Comp. I. Ms.: R.): ib. — 8) consortium: C. R. L. — 9) ab hereditate
non patiuntini excludi, sed eos legitimos iudicetis: App., Comp. I.
Cap. IX. 10) Restitutum ex App. L. 17., Comp. I. c. 3. de cland.
desp. IV. 3. — 11) geniti: App. — 12) iudicetis: C. H.
Cap. X. 13) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 14) Idem: C. R. 1.
— 15) Referente: Comp. II. Aug. — 16) Tibi: C. R. L., Comp. II. —
17) si publ.: Comp. II. Ms. A.
Cap. XI. 18) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 19) Lincolnensi
ep. et abbat. T.: Comp. II. Aug., Ms. B. — 20) abest a Comp. II. Ms. A.
— 21) Lucius: C. R. H. L., Comp. II. — 22) C.: C. H. — R.: Comp. II.

Ms. A. — 23) L.: C. H. — 24) ipsius: Comp. II. Ms. A. — 25) legiti-
mum: ib. — 26) vixit: C. H. — vixerint: C. R. 1. — vixerat: Comp. II.
Aug., Ms. A. — vixerat: Ms. B. — 27) permanerint: C. R. L. H. — ob-
servatum: Comp. II. — 28) eandem: Comp. II. Ms. A. — 29) abest a C.
R. 1. — 30) si vera sunt quae praemisimus: Comp. II. — 31) iudicetis:
C. R. L.
Cap. XII. 32) Restitutum ex Reg. Bal. 1. 322. — Comp. III. h. t. c. 1.
— 33) Nidrosiensi ep.: Comp. III. Ms. — Hydruntinensi: Aug., Reg. —
24) abest a Comp. III. Aug. — 35) Ruo de Acercia: Reg. — 36) prius:
Reg. — post etiam: Aug. — 37) abest a Reg. — 38) affidaverit: Böhm.
— 39) ipsa: Reg. — 40) et (add. P.: Aug.) quum post iuramentum illud
per sex: Comp. III., Reg. — 41) dum: C. R. L. — 42) illa: Reg. — 43) fi-
lium legitimum appellavit et heredem instituit in testamento: Comp. III.,
Reg. — 44) propter id: ib. — 45) cf. supr. c. 3. — 46) statutum: Comp.
III. Aug. — 47) testes, a filio eiusdem R. productos, provide suscepisti:
Comp. III., Reg. — 48) T.: C. L. — 49) propter quod eum: Comp. III.,
Reg. — 50) legitime: C. R. 1. — 51) igitur: C. R. 1. L. H., Comp. III.,
Reg. — 52) abest a C. H. — 53) transiit: C. R. L., Comp. III., Reg. —
54) quod matrimonium inter eos celebratum fuerit, denegasse: Comp.
III., Reg. — 55) ipsius: C. R. 1. — 56) fuit: Comp. III. Aug. — 57) de
praes.: desid. in C. H. — 58) et veris: Comp. III., Reg. — 59) fuit:
Comp. III. Aug. — 60) verb. sive... subsec. desid. in Comp. III. —
sive de futuro, ut per sequentem carnis copulam matrimonium inter eos
fuerit celebratum: Reg. — 61) sit secuta: C. R. 1. — 62) nos non: Comp.
III. Ms. — 63) abest a C. R. 1., Comp. III. — 64) et sent... confirma-
mus: Comp. III., Reg., Böhm.

CAP. XIII. 65)

In terris ecclesiae Papa potest libere illegitimos legitimare, in terris vero alienis non, nisi ex causis multum arduis, vel nisi in spiritualibus; tunc tamen indirecte et per quantum consequentiam intelligitur legitimare etiam quoad temporalia. Hoc tamen ultimum non est sine scrupulo. H. d. secundum intellectum, qui placet Panorm. et est cap. difficile et multum famosum.

Idem nobili viro G. 66) Montis Pessulani.

Per venerabilem fratrem nostrum, Arelatensem 67) archiepiscopum, "ad sedem apostolicam accedentem," tua nobis humilitas supplicavit, ut filios tuos legitimationis dignemur titulo decorare, quantum eis, quo minus tibi succederent, natalium obiectio non noceret. Quod autem super hoc apostolica sedes plenam habeat potestatem 68), ex illo videtur, quod 69), diversis causis inspectis, cum quibusdam minus legitime genitis, non naturalibus tantum, sed adultere etiam dispensavit. 70) sic ad actus spirituales illos legitimans, ut possint 71) in episcopos promoveri. Ex quo 72) veriamus 73) creditur et probabiliter reputatur, ut eos ad actus legitime valeat saeculares, praesertim si 74) praeter Romanos Pontifices 75) inter homines superiorem alium non cognoscant 76), qui legitimandi habeat potestatem; quia, quum maior in spiritualibus tam providentia 77) quam auctoritas et idoneitas requiratur 78), quod in maiori conceditur licitum esse videtur et in minori. Per simile quoque 79) id videtur posse probari, quum eo ipso, quod aliquis ad apicem episcopalis dignitatis attollitur, eximitur a patria potestate. Praeterea etiam si episcopus scienter servum alterius in presbyterum 80) ordinaret, licet ordinator satisfacere domino "iuxta formam canonicam" teneretur, ordinatus tamen iugum evaderet servitutis. Videretur 81) siquidem monstruosum, ut, qui legitimus ad spirituales fieret actiones, circa saeculares actus illegitimus, remaneret. Unde, quum in spiritualibus dispensatur 82), consequenter intelligitur in temporalibus dispensatum. Id autem in patrimonio beati Petri libere potest apostolica sedes efficere 83), in quo et 84) summi Pontificis auctoritatem exercet, et summi principis exaequitur potestatem. "Quum ergo videatur ex his legitimandi auctoritas non tantum in spiritualibus sed in temporalibus etiam penes Romanam ecclesiam residere, ut super hoc filius tuis gratiam faceremus ob tua et progenitorum tuorum marita, qui semper in devotione sedis apostolicae persistitis, humiliter ex parte tua idem archiepiscopus requirebat." Videbatur autem ex eo trahere maiorem auidiam postulandi, quod "non longe potero cogebatur exemplum, sed in favore petitionis huiusmodi quod nos ipsos in causa simili fecisse dicebat poterat allegare." Quum "enim carissimus in Christo filius noster Philippus" rex Francorum "illustris carissimus in Christo filiam nostram" i. 85) "Francorum" reginam "illustrem" dimiserit, et ex alia postmodum superducta 86) puerum suscepit 87) et puellam, et tu similiter exclusa legitima superduxerit aliam, ex qua filios suscepisti: sicut cum filius regis eiusdem, sic cum tuis credebatur de benignitate apostolicae sedis dispensandum, "praesertim quum maior id necessitas suaderet, et tu nobis specialiter sis subjectus: siquidem rex Francorum ex inclitae recordationis regina Francorum olim legitimum suscepit heredem, qui si optaret et creditur in regni solio successurus; tu vero, ex legitima coniuge masculinum non habes heredem, qui tibi et in devotione nostra et propria hereditate succedat. Insuper, quum rex ipse in spiritualibus tuis subiaceat, tu nobis et in spiritualibus et in temporalibus es subiectus, quum partem terrae tuae ab ecclesia Magalonensi possideas, quam ipsa per sedem apostolicam temporaliter recognoscit, quare Magalonensi ecclesia mediante nobis idem archiepiscopus assererat temporaliter subiaccere." Verum, si veritas diligenter inspicitur, non res similia, sed valde dissimilis invenitur. Nam rex ipse a "praedicta" regina per "bonae memoriae" Remensem 88) archiepiscopum, apostolicae sedis legatum, fuit per sententiam separatus; tu vero uxorem tuam a te, "sicut dicitur," temeritate propria separasti. Ipse quoque, priusquam ad eum prohibito de non contrahendo cum altera pervenisset 89), aliam superduxit, ex qua prolem geminam noscitur suscepisse; sed 90) tu in contemptum ecclesiae aliam superinducere 91) attentasti, "pro-

pter quod ipsa in te gladium exercuit ecclesiasticae ultionis." Praeterea rex ipse "praedictae reginae" contra matrimonium impeditum 92) affinitatis obiecit, et coram praefato archiepiscopo testatus induxit, cuius sententia quia cassata fuit solummodo propter iudicium ordinem non servatum, nos "ei" post restitutionem "praefatae" reginae "super hoc" alios 93) cognitores diximus deputandos. Tu vero uxori tuae nihil, quod divortium induceret, "sicut asseritur," obiecisti, quam, etsi fides tui sit unum de tribus bonis coniugii, non tamen ipsius violatio coniugale vinculum violasset: De filiis ergo 94) eiusdem regis, utrum legitimi vel 95) illegitimi fuerint, quamdiu pendet quaestio affinitatis 96) obiectae, potest non immerito dubitari. Nam si affinitas fuerit comprobata, praedictam reginam non esse regis coniugem apparebit, et per consequens alia videbitur 97) sibi legitime copulata, et filios ei legitimos peperisse. "De tuis vero, quod sint legitimi nati, nec tu ipse proponis, nec ulla praesumitur ratione." Insuper quum rex "ipse" superiorem in temporalibus minime recognoscat, sine iuris alterius laesione in eo se iurisdictioni nostrae subiicere potuit "et subiicit." In quo "forsitan" videretur 98) aliquibus, quod per se ipsum, non tanquam pater cum filiis, sed tanquam princeps cum subditis potuit 99) dispensare. Tu autem nosceris alii subiaccere. "Unde sine ipsorum forsitan iniuria, nisi praestarent assensum nobis, in hoc subdere te non posses, nec eius auctoritatis existis, ut dispensandi super his habeas facultatem." Rationibus igitur his inducti regi gratiam fecimus requiriti, causam tam ex veteri quam ex novo testamento trahentes 100), quod non solum in ecclesiae patrimonio, super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem, verum etiam in aliis regionibus, certis causis inspectis, temporalem iurisdictionem casualiter 1) exercemus, non quod alieno iuri praedificare velimus, "vel potestatem nobis indebitam usurpare, quum non ignoremus, Christum in evangelio respondisse: „Reddite quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo. Propter quod postulatus, ut hereditatem divideret inter duos, quis," inquit, „constituit me iudicem super vos?" sed, quia, sicut 2) in Deuteronomio continetur; „Si difficile et ambiguum 3) apud te iudicium esse perspexeris 4), inter sanguinem et sanguinem, causam et causam, lepram et "non" lepram, et iudicium inter portas tuas "verba" videris variari: "surge et ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus," venies 5) ad sacerdotes Levitici generis, et ad iudicem, qui fuerit illo tempore, "quaeresque ab eis," qui indicabunt tibi iudicii veritatem, et facies quaecunque dixerint, qui praesunt loco, quem elegerit 6) Dominus, "sequerisque eorum sententiam "nec declinabis ad dexteram vel ad sinistram." Qui autem superbi fuerit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministravit 7) Domino Deo tuo, decreto 8) iudicis morietur, "et auferes malum de Israel." Sane, quum Deuteronomium lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur "in hoc," ut quod ibi decernitur in novo testamento debeat observari. Locus enim, quem elegit Dominus, apostolica sedes esse cognoscitur 9) "sic, quod eam Dominus in se ipso e lapide angulari fundavit." Quum enim Petrus urbem fugiens sive iudex existit, cui 10) Dominus inquit in Petro 10): "Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis," et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis." Eius vicarius, qui est sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, constitutus a Deo iudex vivorum et mortuorum. Tripartite distinguit 11) iudicia: primum inter sanguinem et sanguinem, per quod criminale intelligitur et civile; ultimum inter lepram et lepram, per quod ecclesiasticum et criminale notatur; medium inter causam et causam, quod ad utrumque refertur, tam ecclesiasticum quam civile, in quibus quum aliquid fuerit difficile vel ambiguum, ad iudicium eius sedis apostolicae recurrendum, cuius sententiam qui superbiens contempserit observare, mori praecipitur

Cap. XIII. 65) Restitutum ex Reg. Brogu. V. 128. — Comp. III. h. t. c. 2. — 66) Guilelmo: (add.: Domino: Reg.) Comp. III. Reg. — 67) nobilitas: ib. — 68) facultatem: C. R. 1. — 69) quod quum: Comp. III. Reg. — 70) dispensatur: Reg. — 71) possent: C. R. 2. Reg. — 72) Ex quo: omitt. Comp. III. Reg. — 73) similis: Aug. — 74) quum: C. L. — 75) ecclesiae Rom. pontif.: C. R. 1. — Romanum Pontificem: C. L. Reg. — 76) agnoscent: Reg. — 77) prudentia: ib. — 78) requirantur: C. H. — 79) idem quoque: C. H. — quoque idem: Reg. — 80) episcopum: Comp. III. — 81) videtur: ead. C. R. 1. — 82) dispensatur: C. R. L. H. — cum quo in spir. dispensatur: Comp. III. Reg. — 83) desid. in Comp. III. Aug. — 84) et... exerceat: desid. ib. — 85) Ingebungem: Reg. — 86) superinducta: C. R. 2. — 87) suscepit: Cont. — Böhm. — 88) Remensis archiepiscopi... legati fuit sententiam: Reg. — 89) perveniret: ib. — 90) abest ab eod. — 91) su-

perducere: C. H. — 92) affinitatem: Reg. — 93) venerab. fr. n. Octavianum (omitt. Comp. III.) Hostiensem episcopum, et dil. f. Joannem (l. i. Comp. III.) tit. S. Priscae presbyterum card.: Comp. III. Reg. — 94) quoque: Reg. — 95) an: ib. — 96) consanguinitatis obi., poterit: C. H. — 97) videtur: Comp. III. — videretur: Reg. — 98) videtur: C. R. 1. — 99) potuerit: Reg. — 100) tenentes: Comp. III. Ms. Reg. — 1) carnaliter: Comp. III. Aug. — casualiter: Reg. — 2) sic: Aug. — omitt. Reg. — cf. Deut. XVII. 8. — 3) vel amb.: C. R. 1. — desid. in C. H. — 4) propeperis: C. R. L., Comp. III. Aug. — 5) veniensque: Comp. III. Reg., Höhm. — 5) quem elegerint (elegit: Reg.) et docuerint te iuxta legem eius: Comp. III. Reg. — 6) ministraverit: Reg. — 7) et dect.: C. R. L. H., Comp. III. — 8) dignoscitur: C. H. — 9) quum: C. R. 1. — 10) Matth. XVI. 18. — 11) distinguunt: Comp. III., Reg.

"et auferri malum de Israel," id est, per excommunicationis sententiam, velut mortuus, a communione fidelium separari. Paulus etiam¹²⁾, ut plenitudinem potestatis exponeret, ad Corinthios scribens ait: „nescitis, quoniam angelos iudicabitis¹³⁾, quanto magis saecularia? „Porro saecularis officium potestatis interdum et in quibusdam per se, nonnunquam autem et in nonnullis per alios exsequi consuevit.“ Licet igitur cum filiis saepe dicti regis „Francorum“, de quibus, au fuerint legitimi ab initio, dubitatur¹⁴⁾, duxerimus dispensandum: quia tamen tam lex Mosaica quam canonica sobolem susceptam ex adulterio detestatur, testante Domino, quod manzeres¹⁵⁾ et spurii usque in¹⁶⁾ decimam generationem in ecclesiam non intrabunt, canone vero vetante tales ad sacros ordines promoveri, saecularibus quoque legibus non solum repellentibus eam a successione paterna, sed negantibus ipsis etiam alimenta: petitioni¹⁷⁾ tuae non duximus annuendum, „donec, si fieri poterit, et culpa leuior et iurisdictio liberior ostendatur, etc.“

CAP. XIV.¹⁸⁾

Si coniugatus, vivente prima, in facie ecclesiae contrahit cum secunda hoc ignorante, legitima erit eorum proles.

Idem II. et R.¹⁹⁾ Canonice Beneventanis.

Ex tenore literarum vestrarum nobis innotuit²⁰⁾, quod, quum G. vidua hereditatem R.²¹⁾, quondam mariti sui „a Landulfo de Grano et nepotibus suis cum fructibus inde perceptis, in praesentia vestra, qui ex delegatione nostra de causa cognoscebatis eadem“, sibi²²⁾ et pupillo filio suo restitui postularet, pars adversa petitionem eius nitetur excludere pro eo, quod „eundem“ R. maritum ipsius viduae de adulterio genitum assererat, „proponens, quod dicti Roberti pater, vivente uxore legitima, quandam aliam, Maruciam nomine, superduxit, ex qua praefatum Robertum maritum ipsius viduae generavit. E contra vero pars viduae respondebat, quod, quum praefata Marucia, nesciens, quod dicti Roberti pater aliam haberet uxorem, cum ipso in ecclesiae facie contraxisset, et nonnullorum prudentum sententia, quorum consilium requisistis, in hoc invicem discordaret, sedem duxistis apostolicam consulendam. Nos igitur, intellectis his et aliis, quae per vestras nobis literas intimastis, habito cum fratribus nostris diligenti tractatu,“ Intelligentes, quod pater praedicti R. matrem²³⁾ ipsius in facie ecclesiae, ignaram „penitus“, quod ipse aliam sibi matrimonialiter copulasset, duxerit²⁴⁾ in uxorem, et dum ipsa coniux ipsius legitima putaretur, dictum R. suscepit²⁵⁾ ex eadem, in favorem proli potius declinatus, memoratum R. „quoad hoc“ legitimum reputans. „Ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus et vos eum legitimum reputetis etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. Id. Oct.“ [1205.]

CAP. XV.²⁶⁾

Proles infidelium, qui postea convertuntur, legitima est, etiamsi parentes sunt in gradu prohibito lege canonica.

Idem Episcopo Tib.²⁷⁾

Gaudemus (Et infra: [cf. c. 8. de divor. IV. 19.]) Ceterum prolem, de infidelibus²⁸⁾ coniunctionibus natam, qui secundo, tertio²⁹⁾ vel ulteriore gradu secundum opinionem illorum³⁰⁾ matrimoniali contraxerunt affectu, post fidem receptam, utilitate publica suadente, legitimam volumus reputari. „Qui autem etc. [cf. c. 8. de divor. IV. 19.]“

Cap. XIII. 12) enim: Böhm. — 13) iudicabimus: Comp. III., Reg. — cf. I Cor. VI. 3. — 14) dubitatur: C. R. 2. — 15) Dom.: Munzer et spurii: Comp. III., Reg. — cf. Deut. XXIII. 2. — 16) ad: Cont., Böhm. — 17) supersedendum adhuc duximus petitioni praedictae, nec ad praesens super hoc tuis precibus adnuendum: Comp. III., Reg.

Cap. XIV. 18) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 141. — Comp. III. h. t. c. 3. — 19) Hubeto et R.: C. H. — Henrico et Vitali canonice Beneventanis (Aug.: canonice Beneventano): Comp. III. — Henrico et Vitali Collivacioni canonice Beneventanis: Reg. — 20) innotuisse nascatis: Comp. III., Reg. — 21) Roberti: Comp. III., Reg. per tot. — 22) abest a C. H. — 23) saepe dictam M.: Comp. III. — saepedictam Maruciam: Reg. — 24) duxerit: Reg. — 25) suscepit: Comp. III., Reg. — suscepit: Böhm. ex Cont.

Cap. XV. 26) Rain. ap. Bal. I. 604., Comp. III. h. t. c. 4. — 27) Tyb.: C. R. 2. H. — Tiber.: C. L. — Tibu.: Cont. — Tiber.: Böhm. — Tiberia.: C. R. 1. — Tibiadensi: Comp. III. Aug. — Tiberiadensi: Ms., Rain. — 28) proli, de huiusmodi coniunctionibus natam: Rain. — de illorum coniunctionibus natam (desid. in Ma.), qui sec., tertio vel ulteriore gradu in infidelitate vixerint: Comp. III. — 29) vel tert.: C. L. — 30) quae sec.

TITULUS XVIII.

QUI MATRIMONIUM ACCUSARE POSSUNT, VEL CONTRA ILLUD TESTARI.)

CAP. I.³⁾

Quum agitur de foedere matrimonii, reo absente contumaciter, possunt super impedimento matrimonii recipi testes, dummodo sint legitimi; et ad dicta eorum fertur sententia.

Alexander III. Parisiensi³⁾ Episcopo.

Relatum est „nobis ex parte tua“, quod, quum pater cuiusdam puellae eam cuidam civi Parisiensi⁴⁾ nuptui tradidisset, maritus post aliquot⁵⁾ annos, quibus cum uxore permansit, propter homicidium, quod commisit, de civitate timore mortis exivit. Nunc autem dicitur „et videtur legitime“ posse probari, quod pater „praedictae“ puellae „ad Christianitatem invenem tenuit, et, quod est amplius“, eum de sacro fonte levavit; sed literis tuis quaesitum nondum potuit inveniri, licet quinquennium sit transactum⁶⁾. Ceterum⁷⁾ „quia super hoc tua nos duxit fraternitas consulendos“, consultationi⁸⁾ tuae taliter respondemus, quod, si „invenis et puella aliquot annis sine quaestione fuerint simul“, qui praescriptum matrimonium nunc accusant non videntur suspensio carere. Ceterum si „manifestum est quod asseritur, aut legitimi accusatores et testes appareant „omni exceptione maiores“, postquam invenis fuerit cum omni diligentia requisitus, etiamsi nequiverit inveniri, testes recipere poteris⁹⁾, et sine canonico iudicio terminare. „Tu tamen ita procedas, quod amorem aliquem aut commodam temporale nequaquam praepohero iustitiae videaris etc.“

CAP. II.¹⁰⁾

Accusatio et testimonium in causa matrimoniali personaliter, et non per literas, fieri debent.

Clemens III.¹¹⁾

A nobis est „ex parte ecclesiae vestrae“ quaesitum¹²⁾, utrum aliqui, super accusatione matrimonii nihil voce propria depromentes¹³⁾, debeant per solam chartulae conscriptionem admitti. Ad hoc respondemus¹⁴⁾, quod in talibus, nisi quantum ad praesumptionem, nullius momenti est conscriptio quoad sententiam¹⁵⁾ proferendam, nisi alia legitima¹⁶⁾ adminicula¹⁷⁾ suffragentur¹⁸⁾. „Praeterea, quia et hoc consultationi fuit additum, proinde respondemus, quod, qui sponsalibus interfuerunt et tacuere quaesiti, non sunt postea recipiendi, etc. Dat. Laterani.“

CAP. III.¹⁹⁾

In causa matrimoniali super consanguinitate et contractu testificari possunt consanguinei et parentes.

Clemens III. Papa Florentino Episcopo.²⁰⁾

Videtur nobis, „quod secunda, quam contra prohibitionem ecclesiae duxit, non sit uxor, etsi primam non haberet desponsatam. Nam quod contra interdictum et ordinem ecclesiae factum est, ratum non haberi tanquam inordinatum, tam divinae quam humanae legis auctoritas proclamavit. Quia igitur ea, quam inordinale superduxit, prohibitionem renitente uxor non est, cogendum est eam recipere, quam iuravit et desponsavit, atque ex ea prolem genuit, ut iuramentum religio non recipiatur, et fides promissa adinvicem inseruetur, et proles in cultu Dei nutriatur et educetur, et alii exinde occasionem peierandi et alias decipiendi assumere non valeant.“ Quod „autem“ parentes, fratres et cognati utriusque sexus in testificatione²¹⁾ suorum²²⁾ ad matrimonium coniungendum vel

op. illorum (eorum: Rain.) matrimoniali contrahuntur aff.: Comp. III., Rain.

TIT. XVIII. 1) et testificari: C. R. 1. — vel test.: C. L. — et circa illud test.: C. H. — verb.: contra ill.: omitt. C. R. 1. L. — vel contr. ill. test.: desid. in C. R. 2. — Cap. I. 2) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 2. — 3) Parmensi: C. R. 1. H., Comp. I. — 4) Parmensis: ib. — 5) aliquos: Comp. I. Aug. — 6) iam dicitur elapsum: ead. — iam dicitur transactum: Ms. — 7) Quia igitur: Comp. I. — 8) praesentium significatione tibi (non est ap. Aug.) mandamus: ead. — 9) poteris: C. L. — potes: C. H. — 10) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 310., Comp. II. h. t. c. 4. — 11) Coelestinus III.: Comp. II. Ms. A. — 12) requisitum: Luc., Comp. II. — 13) exprimentes: C. L. — deponentes: C. H., Comp. II. Ms. A. — 14) dicimus: Luc. — 15) sententiae calculum proferendum: Luc., Comp. II. — 16) legitima: Luc., Comp. II. Aug. — 17) omitt. C. R. H., Luc., Comp. II. — 18) suffragante: Luc.

Cap. III. 19) Restitutum ex Comp. I. c. 1. de matr. contr. int. IV. 17. — Paleae nomine insignitum exstat ap. Grat. c. 2. C. XXXV qu. 6. — 20) inser. desid. in C. H. — Coelestinus P. (Coel. II. 1) Florentinae ecclesiae: Comp. I. — 21) testificationem: Comp. I. Ms. — 22) filii vel filiae: Comp. I.

dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine quam legibus approbatur, et tam divinis quam humanis legibus similiter approbatur. Ideo enim²³ maxime parentes recipiuntur, et²⁴ si defecerint parentes, proximiores admittuntur²⁵, quoniam unusquisque suam genealogiam cum²⁶ testibus et chartis, tum etiam ex recitatione²⁷ maiorum scire laborat²⁸. Quia igitur aliis melius sciunt, ideo maxime admittuntur. Similiter recipiuntur in testificatione matrimonii gratia coniungendi. Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, et quorum est interesse, ita, ut, si non interfuerint²⁹, et consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur, „pater non recipiatur in causa filii, nec filius in causa patris,“ in criminibus causis³⁰ et contractibus³¹ verum est, in matrimonio vero coniungendo³² et diiungendo ex³³ ipsius coniugii prerogativa, et quia favorabilis res est, congrue admittuntur.³⁴

CAP. IV.³⁵

Invita desponsata, postea sponte cognita, contra matrimonium non auditur.

Idem.³⁶

Insuper³⁷ adiecit, quod aliquis, cum quadam in nubili puella contraxit, quae, tandem aetatis metas³⁸ attingens, et ab illo pluries cognita, post quatuor aut quinque annos, a praefata aetate decursos, contra matrimonium proclamavit³⁹, asserens, se semper ab initio dissensisse ab illo, et quod dicit per testes probat fama et conversatione praeceluros. In hoc itaque casu sentimus, quod adversus matrimonium audiri non debet⁴⁰, quae, ante cognitionem sui⁴¹ legitimum⁴² annum attingens, quum potuit, minime reclamavit⁴³. Sicut enim ante legitimum⁴³ consensum, qui in duodecimo anno spectatur⁴⁴, secundum ipsam canonice potuit dissentire: sic⁴⁵, postquam legitimo tempore accedente semel etiam copulae carnali⁴⁶ consensit⁴⁷, ex ratiificatione sibi super hoc silentium non ambigitur indixisse⁴⁸. Rursus quidam etc. [cf. c. 6. Qui cler. vel vov. IV. 6.]

CAP. V.⁴⁹

Repellitur accusans matrimonium propter quaestum.

Innocentius III. Archiepiscopo, Praeposito et Priori sanctae Mariae de Albanen.⁵⁰ Genuensibus.⁵¹

Significante M.⁵² de Canula⁵³ civis Iannuensis nostro est apostolatus declaratum⁵⁴, quod, quum ipse N.⁵⁵ duxisset legitime in uxorem, S. mater mulieris ipsius nixa est matrimonium accusare, ut ab eo pecuniam extorqueret. Et licet intellectui suo prava non possint opera respondere, nihilominus tamen vult habere pecuniam, ut a matrimonii eiusdem de cetero accusatione desistat. Quum igitur non sit malitia hominum indulgendum, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita⁵⁶, ipsam mulierem ab accusatione ipsius matrimonii repellentes, eidem super hoc silentium⁵⁷ imponatis. Tu frater etc. Dat. Lat. XVII. Kal. Jul. [1204.]

CAP. VI.⁵⁸

Repellitur ab accusatione matrimonii qui denunciationis tempore tacuit, nisi denunciationem probabiliter ignoravit, vel sciret de novo didicisse, et quod non obicit illum malitiose.

Idem.⁵⁹

Quum in tua dioecesi (Et infra: [cf. c. 30. de dec. III. 30.])

Cap. III. 23) In dirimendo enim matr. ideo: ead., Böhm. — 24) stoc: Comp. I. Aug. — et... adm.: desid. in Ms. — 25) admittantur: C. L. — 26) tum: C. R. L. Comp. I. — 27) tum etiam ex recitatione: Comp. I. — 28) laboraret: C. R. 2. — 29) interfuerit... adhibuerit: C. H. — inter-sensit: Comp. I. — 30) omitt. Aug. — 31) in contr.: C. R. 2. — 32) contra-hendo: Comp. I. — 33) et: Comp. I. Ms. — ex: Aug. — 34) admittantur: C. L. — recipiuntur: Comp. I.

Cap. IV. 35) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 381. Comp. H. h. t. c. 3. — 36) Coelestinus III. P. C. Laudabilis (Aug.: Laudabilis) Comp. II. — cf. c. 2. Ut lite pend. H. 46. cum adn. — 37) Idem super adiecit: Luc. — 38) metas: Luc. — 39) proclamaverit: C. L. — allegavit asser-averans: Luc. — Comp. H. — 40) debet: Luc. — 41) matrimonii sui: Comp. II. Ms. A. — 42) cogn., sive ante leg. alligens: Luc. — 43) pro-clamavit: C. L. — 44) abest ab ead. — 45) expectatur: C. R. 1. — spe-ratur: Luc. — Comp. H. — 46) sic: C. R. 1. Ms. A. — 47) maritali: Luc. — 48) consentit: Comp. II. Ms. B. — 49) induxisset: C. R. L. H., Comp. II., Böhm. — induxisset: Luc.

Cap. V. 49) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 92. — Comp. III. h. t. c. 3. — 50) desid. inser. in C. R. 1. — Alban.: C. H. — Alban.: C. L. — Al-ban.: Böhm. — Albano: Comp. III. — 51) Raven.: Comp. III. Ms. — Jannen.: Aug. — C. R. 2. L. H. — archiepisc. et praepos. S. Mariae de Al-bano Iannuensis: Reg. — 52) N.: Reg. — 53) Balinella: C. H. — Ca-villa: C. R. 1. — Cunilla: C. R. 2. L., Comp. III. Aug., Reg. — 54) rese-ratum: C. R. 1. L. — 55) Ms. — Comp. III., Böhm. — J.: Reg. — 56) Si verum est quod proponitur dictam (Comp. III.: praefatam): Comp. III., Reg. 51) perpetuum sit.: Comp. III. Aug.

Si vero post contractum matrimonium aliquis appareat accusator, quum non prodierit in publicum, quando banna⁶⁰ secundum consuetudinem in ecclesiis edebantur, utrum vox suae debeat accusa-tionis admitti, merito quaeri potest. Super quo⁶¹ sic duximus distinguendum, quod, si tempore denunciationis praemissae is, qui iam coniunctus impelit, extra dioecesim exsistebat, vel alias den-unciatio non potuit ad eius notitiam⁶² pervenire, ut puta, si nimiae infirmitatis fervore laborans sanae mentis patiebatur exsilium, vel in annis erat tam teneris constitutus, quod ad comprehensio-nem talium eius aetas sufficere non valebat⁶³, seu alia causa legiti-ma fuerit⁶⁴ impedita, eius accusatio debet audiri.⁶⁵ Alioquin, quum rationabiliter praesumatur, quod denunciationem publice factam idem existens in ipsa dioecesi minime ignoravit⁶⁶, tan-quam suspectus est proculdubio repellendus, nisi proprio firmave-rit iuramento, quod postea didicerit ea, quae obiecerit⁶⁷, et ad hoc ex malitia non procedat⁶⁸, quia tunc, etiamsi didicisset ab il-lis⁶⁹, qui denunciationis tempore siluerunt, claudi non debet⁷⁰ eidem⁷¹ aditus accusandi, quoniam, etai ab impetitione huius-modi culpa de silentio tali contracta illos excluderet, iste tamen amoveri nequiret⁷², quum culpabilis non existat. Utrum autem etc. [cf. c. 44. de test. II. 22.] Dat. Lat. IV. Kal. Nov. Pont. nostr. Ao. XV. [1212.]

TITULUS XIX.

DE DIVORTIIS.

CAP. I.¹)

Homicidium necessarium non privat spe coniugii, sed machinatio in mor-tem coniugis sic.

Ex concilio apud Wormaciam.²)

Si qua mulier in mortem³ mariti⁴ sui cum aliis hominibus con-siliata est⁵, et ipse vir aliquem illorum⁶ se defendendo occi-dit, et hoc probare potest, potest ipse⁷ vir ipsam uxorem dimittere, et post mortem⁸ uxoris, si voluerit, aliam ducere⁹. Ipsa autem insidiatrix poenitentiae absque spe coniugii stet¹⁰ subiecta¹¹.

CAP. II.¹²)

Coniuges propter alterius crimen non separantur, nisi spiritualiter for-nicentur, et tunc durat coniugium, eis etiam separatis.

Alexander III.¹³)

Quaesivit a nobis tua fraternitas, utrum mulier pro latrocinio aut quolibet alio crimine a viro suo debeat separari, et alii nubere, et de viro simili modo quaestionem proposuisti, utrum pro quolibet flagitio possit a coniuge dividi, et aliam sibi legitime matrimonie copulare. Nos¹⁴ itaque taliter respondemus, quod mulier pro furto¹⁵ vel alio crimine viri sui, nisi ipse eam ad maleficia sua trahere nitatur, et fidei suae¹⁵ religionem corrumpere velit, ab eo separari non debet, nec alii aliqua ratione copulari. Verum si coniugium suam ad infidelitatis¹⁶ maleficia traxerit, mulier a viro recedere poterit et separari, ita, quod ei nubere alii non licebit, quia, licet separentur, semper tamen coniuges erunt. In¹⁷ viris quoque praesentis sententiae forma servetur.

Cap. VI. 58) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 184. — Comp. IV. h. t. c. un. — 59) Helocensi ep.: Comp. IV. Aug., Reg. — 60) banni: Comp. IV., Reg. — 61) add.: merito: Comp. IV. Aug. — 62) ad eum: C. H. — 63) valeat: Comp. IV. Ms. A. — 64) fuit: Ms. B. — fuerat: Reg. — 65) impediri: Comp. IV. Ms. A. — 66) ignoraret: Comp. IV. Aug. — igno-ret: Ms. A. B. — ignoravit: C. R. L., Reg. — 67) obiecit: Comp. IV. Ms. A. — obicit: Reg. — 68) procedit: C. R. 1. L. — 69) alius: Comp. IV. Ms. A. — didicerit ex illis: C. R. 1. — 70) deberet: Reg. — 71) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 72) nequirit: C. L.

TIT. XIX. Cap. I. 1) Restitutum ex c. 5. Cap. Vermer. (A. 153.) apud Ill. Pertz., Monum., Leg. I. 22., cf. c. 6. C. XXXI. qu. 1. et Coll. ibi alleg. — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Vermeris: Comp. I. recte. — 3) de morte: C. R. 1. — in morte: C. R. 2. — mulier mortem: Comp. I., Cap. — 4) viri: Cap. — 5) consiliavit: ib. — 6) ipsius hominem: ib. — 7) illes ib. — et si probare potest ipse vir, eam viam esse consilii, potest, ut nobis videtur, ipsam: Comp. I. — 8) post mort. ux.: add. a Raym. — 9) accipiat: Cap. — 10) maneat: Comp. I., Cap. — 11) subiecta: Cap.

Cap. II. 11) Restitutum ex App. I. 22., Comp. I. h. t. c. 2. — 12) Al. III. archiepisc. Comp. I. — Idem in eodem (I. e. XIV. libro Reg.): App. — archiep. Helocensi: Böhm., non sine mendo. — Initium c. est in c. 14. de verb. sign. V. 40. — 13) Nos it.: omitt. App., quae cap. initium muti-lum refert. — Nos itaque tal. duximus respondendum: Comp. I. — 14) fu-ruro: Böhm. — 15) abest a C. R. 1. — fiden religionis: C. H. — 16) omitt. Comp. I. — ad. err. trax. et ad maleficia: App. — 17) Viris quoque praesentis sententia servetur: ead.

cedat. Frater enim vel soror non est servituti subiectus in huiusmodi, et canonem⁷²⁾ etiam, in quo dicitur, "quod" contumelia creatoris solvit ius matrimonii circa eum, qui relinquitur. Si vero alter fidelium coniugum vel labatur in haeresim, vel transeat ad gentilitatis errorem, non credimus, quod in hoc casu is, qui relinquitur, vivente altero possit ad secundas nuptias convolare, licet in hoc casu maior appareat contumelia creatoris. Nam etsi matrimonium verum "quidem" inter infideles existat, non tamen est ratum. Inter fideles autem verum "quidem" et ratum⁷³⁾ existit⁷⁴⁾, quia sacramentum fidei, quod semel est⁷⁵⁾ admissum, nunquam amittitur; sed⁷⁶⁾ ratum efficit⁷⁷⁾ coniugii sacramentum, ut ipsum in coniugibus illo durante perduret. Nec obstat, quod a quibusdam forsitan obicitur, quod fidelis relictus non debeat iure⁷⁸⁾ suo sine culpa privari, quum in multis casibus hoc contingat, ut si alter coniugum incidatur. Per hanc "autem" responsionem quorundam malitiae obviatur, qui in odium coniugum⁷⁹⁾, vel quando sibi invicem displicerent, si⁸⁰⁾ eas possent in tali casu dimittere, simularent haeresim, ut ab ipsa nubentibus coniugibus resisterent. Per hanc ipsam responsionem illa solvitur quaestio, qua quaeritur, utrum ad eum, qui "vel" ab haeresi vel infidelitate⁸¹⁾ revertitur, is, qui permansit⁸²⁾ in fide, redire cogatur. "Dat. Lat. Kal. Maii." [1199.]

CAP. VIII.⁸³⁾

Pagani, iuncti in gradu prohibito lege canonica tantum, conversi ad fidem non separantur. Hoc primo. Si paganus prius plures uxores habuit, post fidem susceptam adhaerebit primae. Hoc secundo. Et, si repudiata uxore cum secunda contraxerit, etiam post baptismum dimittit secundam, et adhaerebit primae repudiatae, etiamsi repudiata cum alio contraxisset; secus si fornicata fuisset. Hoc tertio.

Idem Tiberiadensi Episcopo.

Gaudemus in Domino et in potentia virtutis ipsius, et Patri luminum, a quo est omne datum optimum, et omne donum perfectum, uberes gratiarum exsolvimus actiones, quod, sicut nobis tuis literis intimasti, diebus istis novissimis ille, qui non vult mortem peccatoris, sed ut concertatur et vicat, ut ad Christianam venient fidem, multorum cordibus inspiravit.⁸⁴⁾ Utrum⁸⁵⁾ pagani uxores accipientes in secundo vel tertio, vel ulteriori gradu sibi coniunctas, sic coniuncti debeant post conversionem suam inanimul remanere, vel ab invicem separari, edoceri per scriptum⁸⁶⁾ apostolicum postulasti. Super quo "fraternitati tuae" taliter respondemus, quod, quum sacramentum coniugii apud fideles et⁸⁷⁾ infideles existat, quemadmodum ostendit Apostolus⁸⁷⁾, dicens: "Si quis frater infidelem habet uxorem, et haec consentit habitare cum eo⁸⁸⁾, non illam dimittat," et in praemis gradibus a paganis quoad eos matrimonium⁸⁹⁾ licite⁹⁰⁾ sit contractum, qui constitutionibus⁹¹⁾ canonica non arctantur, ("quid enim ad nos," secundum Apostolum⁹²⁾ eundem, "de his, quae⁹³⁾ foris sunt, iudicare?" in favorem praesertim Christianae religionis et fidei, a cuius perceptione per uxores, se deserit timentes, viri possunt⁹⁴⁾ facile revocari, fideles huiusmodi matrimonialiter copulati libere possunt et licite remanere coniuncti, quum per sacramentum baptismi non solvantur coniugia, sed crimina dimittantur. Quia⁹⁵⁾ vero pagani circa plures inanimul feminas affectum dividunt conjugalem, utrum post conversionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant, non immerito dubitatur. "Quia vero iam patriarchae quam alii iusti viri ante legem pariter et post legem multas uxores inanimul habuisse leguntur, nec contrarium apparet in evangelio vel lege praeceptum, neque pagani subiciuntur canonicis institutis post inventis, quemadmodum est praemissum: videtur, quod nunc etiam iuxta ritum suum licite contrahant cum diversis, quorum coniunctiones legitimas unda sacri baptismatis non dissolvit, et ita patriarcharum exemplo ad fidem Christi conversi pagani coniugiorum pluralitate gaudebunt." Verum absonum hoc videtur et inimicum fidei Christianae, quum ab initio una costa in unam feminam sit conversa, et scriptura divina⁹⁶⁾ testetur, quod propter hoc reliquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una; non dixit: "tres vel plures," sed: "duo"⁹⁷⁾, nec dixit: "adhaerebit

uxoribus," sed: "uxori." "Unde Lamech, qui plures simul uxores legitur habuisse, reprehenditur in scripturis eo, quod ipse prius reprobendam bigamiae speciem introduxit. Licet autem de his non quaesieris, volentes tamen tam te quam alios super his etiam reddere certiores, et quod veritas praevaleat falsitati, sine dubitatione qualibet protestamur, quod" Nec ulli⁹⁸⁾ unquam licuit⁹⁹⁾ inanimul plures uxores habere, nisi cui fuit divina revelatione concessum, quae mos quandoque, interdum etiam fas censetur, per quam, sicut Iacob a mendacio, Israelitae a furto et¹⁰⁰⁾ Samson ab homicidio, sic et¹⁾ patriarchae et alii viri iusti, qui plures leguntur simul habuisse uxores, ab adulterio excusantur. Sane veridica²⁾ haec sententia probatur etiam de³⁾ testimonio veritatis, testantis in evangelio⁴⁾: "Quicumque dimiserit uxorem suam "nisi" ob fornicationem⁵⁾, et aliam duxerit, moechatur." Si⁶⁾ ergo, uxore dimissa, duci "et" alia de iure non potest, fortius et⁷⁾ ipsa retenta; per quod evidenter apparet, pluralitatem in utroque sexu, quum non ad imparia inducentur, circa matrimonium reprobendam. "Ceterum etc. [cf. c. 15. Qui fil. sint leg. IV. 17.]" Qui autem secundum ritum suum⁸⁾ legitimam repudiavit uxorem, quum tale repudium veritas in evangelio reprobarit, nunquam ea vivente licite poterit aliam, etiam ad fidem Christi conversus⁹⁾, habere, nisi post conversionem ipsius illa renuat cohabitare¹⁰⁾ cum ipso, aut etiam consentiat, non tamen absque contumelia creatoris, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum. In quo casu restitutionem petenti, quamvis de iniusta¹¹⁾ spoliatione constaret, restitutio negaretur, quia secundum Apostolum¹²⁾ frater aut soror non est in¹³⁾ huiusmodi subiectus servituti¹⁴⁾. Quodsi conversum ad fidem et illa conversa sequatur, antequam propter causas praedictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compellitur¹⁵⁾. Quamvis¹⁶⁾ quoque secundum evangelicam veritatem qui duxerit dimissam moechatur¹⁷⁾, non tamen dimissor poterit obicere¹⁸⁾ fornicationem dimissae pro eo, quod nupsit¹⁹⁾ alii post repudium, nisi alias fuerit fornicata.

CAP. IX.²⁰⁾

Non licet relictam fratris in uxorem accipere, et de facto ducta separanda est, nisi aliter ecclesia dispenset.

Idem Livoniensi Episcopo, et eis²¹⁾, qui cum ipso sunt, fratribus.

Deus²²⁾, qui ecclesiam suam (Et infra: [cf. c. 11. de vita et hon. III. 1.] Quia "vero in matrimoniis contrahendis" dispar est ritus²³⁾ in Livoniensi ecclesia de novo ad fidem catholicam conversorum a nostro, "quum in consanguinitate vel affinitate distinctionem canonicam non attendant, et relictas fratrum indistincte sibi consueverint copulare: ne propter hoc a bono proposito retrahantur, quum nec quidam eorum voluerint credere, nisi relictas fratrum eos pateremur retinere, nec vos eos, nisi tales dimitterent, recipere volueritis ad baptismum," propter "novitatem et" infirmitatem²⁴⁾ gentis eiusdem²⁵⁾ concedimus, ut matrimoniis contractis cum relictis fratrum utantur; si tamen, fratribus decedentibus sine prole, ut semen defuncti iuxta legem Moisaicam suscitarent, cum talibus contraxerunt; ne tales sibi de cetero, postquam ad fidem venerint, copulent²⁶⁾, prohibentes. "Ad haec etc. Ceterum etc. [cf. c. 1. de poenit. V. 38.]"

TITULUS XX.

DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM, ET DE DOTE POST DIVORTIUM RESTITUENDA.

CAP. I.¹⁾

Separato licite matrimonio dos restituenda est. Ex concilio habito apud Wormactam.²⁾

Mulierem "vero", quum pro aliqua³⁾ licita causa a propriis viris fuerint separatae, totam⁴⁾ dotem praecipimus sibi reddi, "quam in die nuptiali receperunt etc."

Cap. VII. 72; et canon est: C. R. 1. — cf. c. 1. C. XXVIII. qu. 2. — 73) firmum, verum et ratum: C. R. 1. — 74) consistit: Comp. III. Ms. — 75) omitt. Comp. III. Reg. — 76) abest ab iisd. et C. H. — 77) efficitur: C. L. — 78) de iure: Comp. III. Ms. — 79) coniugii: C. H. — 80) et si: Comp. III. Ms. — 81) infideliter: Böhm. — 82) remansit: C. H., Comp. III. Ms. — 83) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 604., Comp. III. h. t. c. 2. — 84) Et quoniam uxores exceperant... coniuunctus utrum: Comp. III., Rain., Böhm. — 85) rescriptum: Rain. — 86) fid. et: desid. ap. Rain. — 87) 1 Cor. VII. 43. — 88) illo: Rain. — 89) omitt. Comp. III., Rain. — 90) legitime: C. H. — 91) in const.: Rain. — 92) 1 Cor. V. 12. — 93) qui: Coll. c. 1. — 94) possent: Comp. III. Aug., Rain. — 95) Et quoniam: Coll. c. 1. — 96) Matth. XIX. 5. — 97) add.: in carne una: C. R. 2. — 98) nulli: Coll. c. 1., Böhm. — 99) licebat: C. H. — licuerit: Comp. III. — 100) omitt. Comp. III. — 1) sic et illi (isti: Rain.) ad adulterio (adulterio: Comp. III. Ms.) excusantur: Coll. c. 1. — 2) iudicis: Comp. III. Aug., Rain. — 3) abest a C. R. L. H., Coll. c. 1. — 4) Matth. XIX. 9. — 5) causam fornicationis: Comp. III. Aug. — 6) Sic: Coll. c. 1.

7) enim: Comp. III. — etiam: Rain. — 8) abest a C. H. — 9) conversam: C. R. 1. — 10) habitare: C. R. L. H., Coll. c. 1. — 11) iusta: C. L. — 12) 1 Cor. VII. 45. — 13) desid. ap. Cont. et Böhm. — 14) servituti: C. L. — 15) compellitur: Comp. III. Aug. — 16) Et quomodo: Comp. III., Rain. — 17) moechetur: Comp. III. Ms., Rain. — 18) opponere: Rain. — 19) nupsit: Comp. III., Rain. — 20) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 604., Comp. III. h. t. c. 3. — 21) desid. ap. Aug. — 22) Is, qui: Comp. III. — 23) ritus Livoniensis de novo etc.: Comp. III. — ritus eorum a nostro: Rain. — 24) infirmitates: C. R. 1. — 25) eisdem: C. L. — 26) copulentur: Comp. III. Aug. — 27) TIT. XX. Cap. I. 1) Restitutum ex App. I. 46., Lips. LXIV. 3., Cass. LXIV. 3., Comp. I. h. t. c. 3. — 2) Cap. incertum, — ex conc. hab. ap. Guarn. Comp. I. — ex c. h. Guarnatiam c. 4. Cass. — ex conc. ap. Guarn. c. 3.: Lips. — ex conc. h. ap. Wormatiam c. 4.: App. — 3) haec vel alia (aliqua: Cass.) licita ratione: Lips., Cass. — hac vel alia lic. causa: App. — aliqua licita ratione: Comp. I. — 4) totam praecipimus recipere dotem: Coll. c. 1.

CAP. II. 5)

Solutio matrimonio cogitur vir dotem restituere, et bona dividere, quas communiter eis obnovent.

Urbanus III. Decano, Cantori et Capitulo Lexoniensibus. 5) Significavit nobis P. 7) mulier, quod H. 8), quem loco viri tepebat, divortio inter eos solenniter celebrato, dotem suam illicite detinet et reddere contradicit, possessiones etiam, quae ipsis, dum simul viverent, cuiuscunque contractus 9) titulo communiter obvenierunt 10), ea 11) prorsus exclusa sibi nititur vindicare. Ideoque "discretionem tuam per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si ita est 12), et non est aliud quod obstat, ipsum 13) ad restitutionem dotis, et "ad" divisionem eorum 14), quae olim communiter habuerunt, districtione ecclesiastica compellatis.

CAP. III. 15)

Delegatus ad causam matrimonii, si ferat sententiam divortii, pronunciare debet dotem restitui. Et eas causas multum allegabilis.

Clemens III. 16)

De prudentia vestra "valde" miramur, quod, quum vobis causam matrimonii 17), quae vertebatur inter H. 18) "Pisanum civem" et M. 19) "mulierem" commissemus "canonice" terminandum 20), et vos, consanguinitatem inter eos "in sexto vel septimo gradu" invenientes, sententiam divortii tulissetis, de dote, quam a viro mulier repetebat, quicquam statuere distulistis 21). Quia igitur "secundum iura" vos, qui 22) de matrimonio principaliter cognovistis, et de dote, quae est causa incidens, accessorie cognoscere valuistis et sententialem diffinire, "discretionem vestram per apostolica scripta" mandamus, quatenus praedictum H. 23) monitione praemissa 24) cogatis, ut praedictae M. 25) totam dotem "suam", sicut canonicum fuerit 26), restituere non moretur.

CAP. IV. 27)

Mulier, propter adulterium a viro separata, perdit dotem.

Clemens III. 28)

Plerumque "accidit, ut proponis, quod in parochia tua mulieres a viris suis causa fornicationis recedunt, et sic usque ad mortem ipsorum permanere noscuntur; ipsis vero defunctis, quum a consanguineis, ad quos hereditates eorum perveniunt, dotem suam cum dotalitio suo repetunt, eis audientiam denegant; et nolunt restituere, ob eam causam, quia eo ipso se indignas fecisse putantur, quod a viris suis causa fornicationis duxerint recedendum. Praeterea etc. [cf. c. 2. de dilat. II. 8.] Quia igitur quid agendum sit in utroque casu apostolico responso desideras edoceri, in primo taliter respondemus, quod, "Si mulier 29) ob causam 30) suae fornicationis iudicio 31) ecclesiae aut propria voluntate 32) a viro "suo" recesserit 33), nec reconciliata 34) postea sit eidem, "eo defuncto" dotem vel dotalitium "suum" repetere non valebit 35). "In secundo etc. [cf. c. 2. de dilat. II. 8.] Dat. Lat. Ao. III." [1190.]

CAP. V. 36)

Cogitur mulier ex officio iudicis, donata sibi a viro propter nuptias pro conversatione illiciti matrimonii relaxare, si talis donatio praestet impedimentum dissolutioni talis matrimonii. H. d. secundum intellectum, qui plus placet Panormitano.

Innocentius III. Compostellano Archiepiscopo et universis 37) Episcopis in regno Legionensi constitutis.

Etsi 38) necesse sit "ut scandala veniant, vas tamen est homini

illi, per quem scandalum venit. Quot enim turbationes et scandala diebus nostris orbi superveenerint universo, hodie plus experimur in facto, quam scriptum reperimus in libro. Necesse est autem ut veniant scandala, non solum scilicet inevitabile, sed et utile: quoniam in quo deficit malus proficit bonus, et aurum in fornace probatur. Inter cetera vero, in quibus scandalizatur hodie populus Christianus, praecipuum est persecutio paganorum, quae tam in oriente quam in occidentem peccatis exigentibus invaluit ultra modum; contra quam utrobique simile quodammodo putaverunt remedium invenire; sed quia Deum ante suum non proposuerunt conspectum, quod inventum est in remedium in periculum est conversum. Sane in oriente una duobus fuit incestuose continentia, in occidente vero unus sibi duas praesumpsit iungere per incestum. Et incestus quidem in oriente commisso non solum consensus, sed et auctoritas clericorum ibi consistentiam intercessit. Sed in detestabilis copula in occidente contracta, licet non absque quorundam ecclesiasticorum virorum assensu fuerit forsitan attentata, auctoritas tamen ecclesiastica nullatenus intervenit. Volens autem Deus natus peccatum vindicare celerius, et a similibus aliis deterere, tam Conradum quondam marchionem, qui ... reginae Hierosolymitanae prius adhaeserat per incestum, gladio, quam Henricum quondam Campaniae comitem, qui ei et in culpa quodammodo et in poena successit, praecipitio, utrumque vero morte imperevisa permisit. Nondum autem in huius iniquitatis auctores in occidente suam exercuit ultionem. Sed quanto longanimitus sustinet, tanto forsitan acrius vindicabit. Licet autem apostolica sedes quod super hoc fuerat in oriente commissum propter malitiam temporis et persecutionem urgentem dissimulare sit visa, ad vindicandum tamen quod in occidente fuerat attentatum rigore canonicae districtio est usa. Nam quum ad bonae memoriae Coelestini Papae praedecessoris nostri audientiam pervenisset, quod rex Legionensis filiam carissimam in Christo filii nostri Portugallide regis illustris incestuose sibi praesumpserat copulare, tam regem ipsum Portugalliae quam incestuose coniunctos excommunicationis sententia innodavit, et Legionensem ac Portugalliae regna sententiae suppositi interdicti, unde quod illegitime factum fuerat est penitus revocatum. Verum dictus rex Legionensis ad deteriora manus extendens, sicut is, de quo dicit scriptura: "Vae homini illi, qui post se trahit peccatum quasi longam vestem, et impius, quum venerit in profundum vitiorum, contemnit." filiam carissimam in Christo filii nostri regis illustris Castellae, neptem videlicet propriam, impudenter sibi contra interdictum ecclesiae copulare praesumpsit. Quod quum ad nostram notitiam pervenisset, dilectum filium fratrem Rainerium, virum scientia et religione pariter reverendum; Deo et hominibus obtentu scientiam et honestatis acceptum, in Hispaniam duximus destinandum, et iuxta verbum propheticum dissolveret colligationes impietatis, solveret fasciculos deprimentes; qui per Dei gratiam ab omni munere manus excussit ita, ut quod legitur de ipso possit vere referri: "Non fuit qui dilaverit Abraham." Ipse igitur quum in Hispaniam pervenisset; dictum regem Legionensem semel et iterum ex parte nostra communiti diligenter, ut a tam detestabili et nefanda copula resisteret, universis colligationibus dissolutis, quae fuerant pro ipsa copula consummanda contractae. Sed quum apud eum nihil prorsus monitis profecisset, certum ei diem assignavit et locum, et quum ipsum etiam ultra terminum expectasset, in eum se contumaciter absentantem iuxta formam mandati nostri excommunicationis sententiam promulgavit, et regnum Legionense interdicto generali conclusit. In memoratum vero regem Castellae vel terram suam in nullo processit, quum idem rex se mandatis eius exponeret, et quod reciperet filiam suam, si sibi redderetur, proponeret assertive. Quod utrum ex animo fecerit, ille plenius noest, qui scrutator est cordium et cognitor secretorum. Nuper autem venerabiles fratres nostri Toletanus archiepiscopus et episcopus Palen-

Cap. II. 5) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 3. — in Comp. I. Ms. alia eaque posteriori manu ad marg. est adscriptum. — 6) Gerunden. C. R. 1. — Lexonien. C. R. 2. — Lexorii: Comp. I. Ms. — dec., cant. et cupierio Lexorii (Lexoviensibus?): Aug. — 7) R.: C. R. 1. — Phu.: Comp. I. Aug. — Phy.: Ms. — 8) Gui. Gacton: Comp. I. Aug. — Gm. W.: Ms. — 9) contractionis: Comp. I. Ms. — 10) advenerint: C. H. — 11) eas solus muliere prorsus: Comp. I. — 12) si verum est quod proponitur: ead. — 13) praedictum Gui.: Comp. I. Aug. — prued. W.: Ms. — 14) abest a C. H. — Cap. III. 15) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 16) Coelestinus III.: C. R. 2., Comp. II. Ms. A. — 17) matrimonium: Comp. II. — 18) H.: ead. — 19) G.: Comp. II. Ms. A. — desid. in Ms. B. — 20) determinandum vos: Comp. II. Ms. A. — 21) noluit: ib. — 22) abest a C. L. H. — quidem: Comp. I. Aug. — 23) B.: Comp. II. — 24) moneatis attentius

et app. cess. (app. re. cess.: Ms. B.) cogatis: ead. — 25) mulieri: ead. — 26) ead.: Comp. II. Ms. A. — Cap. IV. 27) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 370., Comp. II. h. t. c. 2. — 28) Coelestinus III.: C. R. H., Comp. II. — Coel. III. abbati Vixiliacensi (leg.: Visciliacensi, Vexeluy) in III. libro Reg.: Luc. — 29) aliqua mul.: Comp. II. Aug., Ms. A. — 30) ob hunc caus. forn.: Comp. II. Ms. A. — causa forn. suae: Luc. — 31) per iudicium: Luc., Comp. II. Ms. B. — non per iud. eccl. sed: Ms. A. — 32) levitate: Luc. — 33) reced.: ead., Comp. II. — 34) reconciliatur: Comp. II. Ms. A. — reconciliata: Aug., Ms. B. — reconciliatur: Luc. — 35) non potest: Comp. II. Aug., Ms. B. — iure non potest: Ms. A., Luc. — Cap. V. 36) Restitutum ex Reg. Bal. II. 75. — Comp. III. h. t. c. 1. — 37) et univ. episc. Lingon. constitutis: Comp. III. Ms. — 38) Ut sit: C. H.

hinc ex parte ipsius regis Castellae, et ex parte Legionensis venerabilis frater Zamorensis episcopus, ad sedem apostolicam accedentes, postulabant, ut cum eodem rege Legionensi et filia dicti regis Castellae deberemus super tam innotuosa copula dispensare; propter quod, nisi specialis illa gratia, quam ad devotionem dicti regis Castellae habemus, molu nostri animi temperasset, in ipsos ita curassemus severitatem ecclesiasticam exercere, quod nulli de cetero temporibus nostris ad nos repudiatas toties et damnatas petitiones afferrent; quum ipsi etiam novorint, quod id ab eodem praedecessore nostro saepius postulatum fuerit, et ab eo inhibita, non indultum. Tandem vero intelligentes archiepiscopus et episcopi memorati, quod non solum indulgentiam super hoc a nobis, sed etiam possent a nobis audientiam impetrare, interdictum in terram regis Legionensis prolatum tandem a nobis postulare permittit, asserentes, quod ex eo triplex toti regno periculum ab haereticis, Sarracenis et Christianis etiam imminerebat. Ab haereticis: quia, quum per interdictum ipsum clausa essent in partibus illis ora pastorum, non poterant fideles per eos contra haereticos instrui, et ad resistendum eis aliquatenus informari; unde, cum ex hoc, tum quia rex Legionensis ab ecclesia se asserebat aggravatum, eis minime resistebat, invalescebant contra fideles haeretici, et in regno ipso haereses cariae pullullabant. A Sarracenis: quoniam, quum per exhortationes et remissiones ecclesiae Hispaniarum populus consecrasset ad expugnationem paganorum induci, cessante praedicatorum officio populi etiam devotio tepecebat, quia, quum se cum principe suo quoad interdictum eidem videret poenae subiectum, a culpa, cui vel tacendo consenserat, forte se non credebant immunem, propter quod minus circa debellationem Sarracenorum fervebat, ne decederet in peccato. A catholicis: quia, quum clerici laicis spiritualia ministrare non possent, laici clericis temporalia subtraherent, oblationes, primitias et decimas delinquentes, unde, quum clerici ex his pro maiori parte in partibus illis consueverint sustentari, eis substractis non solum mendicare, sed fodere, et servare Iudaicis in ecclesia et totius Christianitatis opprobrium cogebantur. Videbatur autem difficile petitioni eorum annuere, et sententiam ex animo, ordine et causa latae canonice sine satisfactione congrua relaxare. Ex animo siquidem: quia, sicut Deus perhibet testimonium conscientiae nostrae, ad hoc non nisi iustitiae et honestatis obtentu processimus, quum ex contrario potius contra nos oriri praesumptio potuisset, si tam detestabile facinus duxissemus in patientia tolerandum. Ex ordine: quia dictus frater R. post communionem et dilaciones legitimas, tandem distinctione percussit ecclesiasticam contumacem. Ex causa: exemplo, divino videbatur et humano. Divino: quia, quum David in populi numeratione peccasset, Dominus in populum vasa sui furoris effudit, unde idem David dixisse legitur, peccatum Domino confitendo: „Ego sum qui peccavi, ego qui inique egi. Isti qui oves sunt, quid fecerant? Auferatur, obsecro, facies tua, Domine, a populo tuo.“ Humano: quum iam dictus praedecessor noster (ut non longe petantur exempla) in praedictos Portugalliae et Legionensem reges et regna ipsorum praedictas sententias curaverit promulgare. Fisset insuper res mali exempli, quia, si forsitan in alia regna similem non contingeret promulgare sententiam, similis a nobis gratia peteretur, quam si forsitan negaremus, apud nos esse videretur acceptio personarum. Ex hoc etiam de nobis posset apud aliquos oriri suspitio, praesumentibus forte quibusdam, quod ad id noceretur ex causa latenti. Licet igitur ex causis praemissis non videretur dicta petitio admittenda, quia tamen ubi est multitudo in causa, detrahendum est aliquid severitati, ut maioribus malis sanandis caritas sincera subveniat, in eo ad petitionem praedictorum archiepiscopi et episcoporum gratiam de communi fratrum nostrorum consilio durimus facendam, ex quo videbantur impedimenta expressa superiorum provenire. Relaxavimus ergo non in totum, sed in una parte solummodo interdictum, nec perpetuum, sed ad tempus, quamdiu scilicet nobis placuerit et vidorimus expedire, ut probemus interim spiritus, si ex Deo sint, et an (sicut videm archiepiscopus et episcopi asseverant) sperata inde utilitas sequeretur; sic videlicet, ut in regno ipso divina celebrantur officia, sed descendendum corpora sepulturae ecclesiasticae non tradantur. In quo tamen clericis gratiam facimus specialem, in eo videlicet, ut in coemeterio ecclesiastico cessante solemnitate solita tumulentur. Quod licet aliquibus posset absurdum forte videri, ut officio restituto sepultura ecclesiastica denegetur; quia, iuxta ca-

nonicas sanctiones, cui communicavimus viro communicare deberemus et mortuo: recte tamen intelligentibus nihil ex hoc incongruitatis occurrit, quum iuxta Lateranensis instituta concilii decedentes ex torneamentis, etsi per poenitentiam reconcilientur ecclesiae, Christiana tamen sepultura priventur. Ut autem non remittere poenam, sed commutare potius videamus, dictum regem Legionensem et memoratam filiam regis Castellae ac omnes principales eorum consiliarios et fautores excommunicationis curavimus sententia innodare, mandantes, ut ad quamcunque civitatem, oppidum vel villam devenerint, nullus ibidem eis praesentibus divina praesumat officia celebrare. Dicto autem rege Castellae et carissimae uxori nostrae reginae uxori eius dabimus in mandatis, ut, quod sicut mandatis nostris, iuratoriis exhibeant cautionem, et vel expriment in iuramento, quod ad dissolvendam tam illegitimam copulam dent operam efficacem, vel id nos eis faciemus praestito iuramento mandari; nec credimus, quod super hoc se aliquatenus exhibeant contumaces, quum, quod starent mandatis ecclesiae, in manibus praedicti fratris R. (sicut ex litteris eiusdem regis apparet) firmiter promisissent, et impendissent causam sufficientem ad copulam huiusmodi consummandam. Quod si forsitan (quod non credimus) mandatis nostris noluerint obedire, ipsos et principales eorum consiliarios et fautores excommunicari mandabimus, et quocumque derenerint, divina prohibebimus officia celebrari, ut sic saltem ad mandatum ecclesiae revertantur, iuxta quod legitur in Psalmista: „Imple facies eorum ignominia, et quaerent nomen tuum, Domine.“ Quia vero castra quaedam, quae „idem“ rex Legionensis „dictae“ filiae regis Castellae in dotem tradidisse proponitur illa, ut, si eam aliqua occasione relinqueret, ipsa cederent³⁹) in ius eius, impedimentum praestare videntur⁴⁰) huiusmodi copulae dissolvendae, quum⁴¹) castra ipsa non tam ob turpem, quam ob nullam „potius“ causam sint data, utpote, quum inter eos matrimonium non existat, et ideo nec dote, nec donatio propter nuptias⁴²): ne⁴³) ad commodam eis cedat quod debet in poenam eius potius retorqueri, castra ipsa restitui volumus, et ad id puellam „ipsam“ per excommunicationis sententiam coarctari, „auctoritate apostolica discernentes, ut, si ex tam incestuosa et damnata copula proles est vel fuerit quaecumque suscepta, spuria et illegitima penitus habeatur, etc. Dat. Lat. VIII. Kal. Iun.“ [1199.]

CAP. VI.⁴⁴)

Usufructuarius, donans sine consensu domini rem ipsam uxori propter nuptias, non transfert in eam plus iuris quam ipse habebat; idem de eo, qui sub conditione adimentum habet rem in hereditatem vel in feudum.

Idem Archidiacono S. Andreae de Scotia.⁴⁵)

Nuper a nobis tua discretio requisivit, si aliqua terra data fuerit, alicui non in hereditatem vel feudum, sed tantum „sibi“, quoad vixerit, possidenda, et ipse postmodum tertiam partem uxori suae in dotem concesserit, utrum eo⁴⁶) defuncto praefatam dotem uxor⁴⁷) dum vixerit, habere debeat et tenere, quum ecclesia dotes protegere teneatur viduarum. Postulasti praeterea „nostris litteris edoceri“, si qua terra data fuerit alicui et heredi, quem de uxore legitima procrearet⁴⁸), in hereditatem vel feudum, et⁴⁹) ipse, uxori suae quadam parte⁵⁰) ipsius in dotem concessa, decesserit postmodum sine prole, an „ipsa“ mulier dotem eandem de iure possidet⁵¹) habere, „et utrum ecclesia pro ipsa stare debeat in hoc casu, an viro defuncto terra illa sine onere in bona redire debeat concedentis.“ Nos autem⁵²) consultationi tuae taliter respondemus⁵³), quod, quum regulariter nullus plus iuris in alium transferre possit⁵⁴), quam eum constat⁵⁵) habere, vir, cui terra praedicto modo conceditur, non potest uxori relinquere quod ei non licuit⁵⁶), nisi quoad vixerit, possidere. Nec licet uxori suae partem illius terrae in donationem propter nuptias ex viri concessione tenere, nisi „forte“ donationi⁵⁶) „illius“ ille, ad quem spectat⁵⁷) dominium illius terrae, voluerit consentire. Quod autem de prima consultatione dicimus, hoc respondemus etiam de secunda. Nam licet ecclesiae in causis viduarum se favorabilem⁵⁸) debeat⁵⁹) exhibere, contra iustitiam tamen non est eis favor ecclesiasticus concedendus. Illud vero te volumus ignorare, quod uxor dare dicitur viro dotem, vir autem uxori⁶⁰) donationem facere propter nuptias secundum legitimas sanctiones.

Cap. V. 39) concederet: Comp. III. Aug. — 40) videretur: ead. — 41) Unde quum: Comp. III. Ms. — 42) dotem: C. R. I. l. H., Comp. III., Reg. — 43) nec... concedat: Comp. III. Aug.

Cap. VI. 44) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 2. — 45) in Scot.: C. H. — 46) viro: Comp. III. — 47) desid. in Comp. III. Ms. — 48) procreavit: Aug. — 49) at: Comp. III. — 50) quantum partem ipsius ter-

rae in dotem concessit et decesserit: ead. — 51) possit: C. H. — petere possit: Comp. III. — 52) Nos aut. desid. in C. H. — 53) dicimus respondendum: Comp. III. — 54) debeat: Comp. III. — 55) ipsum constat: C. R. I. — 56) quod non licuerit: Comp. III. Aug. — 56) donatione: ead. Ms. — 57) spectabat: Comp. III. — 58) favorabiliorum: Comp. III. Aug. — 59) debeat: ead. Ms. — 60) desid. in C. H.

CAP. VII.⁶¹⁾

Vir, agens pro dote, non omnino excluditur ex eo, quod vergat ad inopiam, nec praevis cogitur satisfacere ultra facultatem propriam; sed dos sibi assignatur sub cautione, quam praestare potest. Et si per illam cautionem non esset sufficienter provisum consumptioni dotis, deponetur dos apud mercatorem, ut de honesto lucro vir sustineat onera matrimonii. H. d. secundum intellectum, quem tenet Panorm. inhaerendo verbis litterae, et est casus notabilis et quotidianus.

Idem Archiepiscopo et Archidiacono Genuensibus.⁶²⁾

Per vestras "nobis" literas intimastis, quod, quum magistrum R.⁶³⁾ super quadam summa pecuniae "Januensis monetae" pro H.⁶⁴⁾ paupere, "latore praesentium," auctoritate nostra curaveritis convenire, quam idem H. pro dote uxoris suae⁶⁵⁾ requirebat ab eo, dictus⁶⁶⁾ R. exceptionem opposuit contra ipsum, quod "videlicet" uxorem suam a se repulerat, et "quod" tacita veritate super hoc "nostras" literas impetraverat⁶⁸⁾; quia⁶⁹⁾, quum super eadem dote "iam" alia vice coram vestrae civitatis consilibus quaestio mota esset, ipsi "iuxta consuetudinem terrae" pronunciaverunt, ut, quoniam idem H. ad inopiam vergere videbatur, dos illa non assignaretur eidem, nisi cautionem idoneam de ipsa non peritura praestaret; unde vos, "communicato prudentum virorum consilio," ei⁷⁰⁾, ut de salvanda dote caveret et uxorem suam reciperet, praecipistis, "et, donec id posset facere, dos ipsa deponeretur, si vellet, in secretario ecclesiae Januensis. Quod quum implere non posset, ad instantiam eius nobis haec rescribere curavistis." Quum ergo satis possit ei⁷¹⁾ modicum credi dotis, cui creditum est corpus uxoris, "discretionem vestrae per apostolica scripta" mandamus, quantum dotem⁷²⁾ assignari faciatis eidem sub ea quam potest⁷³⁾ cautione praerata, vel saltem alicui mercatori⁷⁴⁾ committi, ut de parte honesti lucri dictus vir onera possit matrimonii sustentare, ne⁷⁵⁾ occasione dotis detentae uxor a viro dimissa, seu vir, qui dimisit uxorem, adulterii reatum incurrat. "Dat. Rom. ap. S. Petri. VIII. Id. Mart. Pont. nostr. Ao. IX." [1206.]

CAP. VIII.

Haec decretalis satis se ipsam summat.

Gregorius IX.

Donatio, quae constante matrimonio inter coniuges dicitur esse facta, ex qua alter locupletior, et pauperior alter efficitur, firmitatem non habet, nisi donatoris obitu confirmetur; quae tamen penitus evanescit, si revocetur ab eo tacite vel expresse, vel qui donatum accepit prius debitum naturae persolvat. Sane soluto matrimonio, sicut dos ad mulierem, sic et donatio propter nuptias redit ad virum, nisi de consuetudine secus obtineat, vel ex pacto de lucranda dote vel⁷⁶⁾ donatione propter nuptias, quod aequale sit⁷⁷⁾, quum hinc inde contrarium⁷⁸⁾ inducatur.

TITULUS XXI.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

CAP. I.¹⁾

Secundae nuptiae non benedicuntur, et benedicens puniendus est.

Alexander III.²⁾

Capellanum "nichilominus," quem³⁾ benedictionem cum secunda "tibi" constiterit celebrasse, ab officio beneficioque suspensum cum

litterarum tuarum testimonio "appellatione cessante" ad⁴⁾ sedem apostolicam nullatenus destinare postponas. "Dat. Laterani."

CAP. II.⁵⁾

Dubitans de morte coniugis, nisi prius certificetur, contrahere non debet, et, si contraxit, reddat, sed non exigit debitum. Et si postmodum sciat primum vivere, dimittat secundum. Abbas Siculus.

Lucius III. universis Christianis in captivitate⁶⁾ Sarracenorum positus.

Dominus ac redemptor noster (Et infra:) Sane, super matrimoniis, quae quidam ex vobis nondum⁷⁾ habita obeuntis coniugis certitudine contraxerunt, id vobis "auctoritate apostolica" respondeamus, ut nullus "ex vobis" amodo ad secundas nuptias migrare praesumat, donec ei "firma certitudinē" constet, quod ab hac vita migraverit coniux eius. Si vero aliquis vel aliqua id hactenus⁸⁾ non servavit⁹⁾, et de morte prioris coniugis adhuc sibi existimat dubitandum: ei: quae¹⁰⁾ sibi nupsit, debitum non deinet postulanti, quod a se tamen noverit nullatenus exigendum. Quodsi post hoc de prioris coniugis vita constiterit, relictis adulterinis "illicitisque" complexibus ad priorem "sine dubio" coniugem revertatur¹¹⁾.

CAP. III.¹²⁾

Si unus ex coniugibus fuit alius benedictus, non debent coniuges de novo benedici.

Urbanus III.¹³⁾ Vigiliensi Episcopo.

Vir autem vel mulier, ad bigamiam transiens, non debet a presbytero benedici, quia, quum alia vice benedicti sint¹⁴⁾, eorum benedictio iterari non debet.

CAP. IV.¹⁵⁾

Mulier, nubens infra annum lugubrem, infamiam non incurrit. H. d. cum sequenti Abbas Siculus.

Idem Exonensi¹⁶⁾ Episcopo.

Super illa "vero" quaestione, qua quaesitum est, an "scilicet" mulier possit sine infamia nubere infra¹⁷⁾ tempus luctus secundum leges diffinitum, "solicitudini tuae" respondemus, quod, quum Apostolus dicat¹⁸⁾ "mulier, viro suo¹⁹⁾ mortuo, soluta est a lege viri sui²⁰⁾" "et" "in Domino nubat cui voluerit²¹⁾", per²²⁾ licentiam²³⁾ et auctoritatem Apostoli eius²⁴⁾ infamia aboletur.

CAP. V.²⁵⁾

Summat ut praecedens.

Innocentius III. P.²⁶⁾ nobili mulieri.

Quum secundum Apostolum mulier, mortuo viro suo²⁷⁾, ab eius sit lege soluta, et nubendi cui vult, tantum²⁸⁾ in Domino, liberam habeat facultatem: non debet legalis infamiae sustinere iacturam, quae, licet post viri obitum infra²⁹⁾ tempus luctus, scilicet³⁰⁾ unius anni spatium, nubat, concessa sibi tamen ab Apostolo utitur potestate, quum in his praesertim saeculares leges non dedigentur sacros canones imitari. "Quum igitur ad secunda disponas vota transire, sciens, quod nubere melius est quam uri, tuum in Domino propositum commendamus, etc."

Cap. VII. 61) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 13. — Comp. III. h. t. c. 3. — 62) Januen.: C. R. L. H. — archiepisc. Januen.: Comp. III. Ms. — archiep. et O. archidiacon. Januen.: Aug., Reg. — 63) Riccardum Januensem civem ad persolvendas VIII. libras Januensis monetae Hugoni pauperi latore praesentium: Reg. — 64) Hug.: Comp. III., Böhm. per tot. — Hugoni: Reg. — 65) abest a Comp. III. Aug. — 66) idem: Comp. III., Reg. — 67) Riccardus: Reg. — 68) impetravit: C. L. — 69) quod: C. R. I. — 70) praecipistis, ut idem Hug. uxorem suam reciperet, et iuxta terrae consuetudinem de salvanda dote caveret, et donec: Comp. III., Reg. — 71) abest a Reg. — 72) desid. in C. H. — 73) poterit: ib. — 74) add.: eam: C. R. I. — 75) nec: Böhm. — 76) et: Conf., Böhm. — 77) sit tamen, hinc: iid. — 78) in contr.: C. L. — 79) Tit. XXI. Cap. I. 1) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 370., Comp. II. h. t. c. un. — 2) cf. c. 5. de div. IV. 19. cum adn. — 3) qui: Comp. II. Ms. A. — 4) apud: C. L. — 5) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 3. — 6) civitate: C. H. — 7) non: ib. — 8) desid. ib. — 9) servaverit: ib. — 10) quem: C. L. — 11) convertatur: C. H.

Cap. III. 12) App. IX. 1., Lips. LXIV. 1., Cass. LXIV. 1., Comp. I. h. t. c. 1. — 13) Id. Vigiliensi ep.: Lips. — Id. Wigiliensi ep.: Comp. I. Ms. — Id. Vigiliensi ep.: App., Cass., Aug. — add.: P. C. Quum sit Romanus: Lips., cf. c. 10. de sim. V. 3., quod sub Alexandri III. nomine in hac quoque Greg. collectione refertur. Urbani III. nomen ex c. 2. de don. int. vir. et ux. IV. 20., quod in quibusdam, iisque posterioribus Comp. I. codicibus proxime antecedit, in hunc locum translatum est. — 14) sunt: Comp. I. Aug. — benedicta fuerit: Cass. — 15) Restitutum ex App. IX. 2., Lips. LXIV. 2., Cass. LXIV. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 16) Exonensi: App., Cass. — add.: P. C. In literis: Lips., Comp. I., cf. c. 9. de off. iud. del. I. 29. — 17) intra: Cont., Böhm. — 18) quod Ap. dicit: Cass. — cf. Rom. VII. 2., 1 Cor. VII. 39. — 19) omitt. App. — 20) omitt. App., Lips., Comp. I. Ms. — 21) vult: Cass., Comp. I. Aug. — nubat cui vult, tantum in Domino: Lips. — 22) quia per: C. L. — 23) sententiam: App. — 24) omitt. ead. — 25) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. un. — 26) Nalanti mulieri: C. R. I. — 27) abest a C. H., Comp. III. — cf. loc. alleg. in n. 18. — 28) infra annum: C. H. — 29) intra: Cont., Böhm. — 30) id est: C. L.

LIBER QUINTUS.

TITULUS I.

DE ACCUSATIONIBUS, INQUISITIONIBUS ET DENUNCIATIONIBUS.¹⁾

CAP. I.

De persona accusatoris prius quaerendum est in iudicio.

Felix Papa.²⁾

Si legitimus³⁾ non fuerit accusator, non fatigetur accusatus⁴⁾, "quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debent etc."

CAP. II.⁵⁾

A denunciatione repellitur is, qui non praemonuit.

Idem Episcopis per Galliam⁶⁾ constitutis.

Si quis episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, accusatus fuerit, postquam "ipse" ab eis caritative conventus⁷⁾ fuerit, ut "ipsam" causam emendet⁸⁾, et eam corrigere noluerit: non olim, sed nunc⁹⁾ ad "summos" primates causae¹⁰⁾ eius canonice deferantur¹¹⁾, "qui in congruo loco intra ipsam provinciam etc."

CAP. III.¹²⁾

Criminatio praelati debet tractari coram illis, quorum interest.

Gregorius Duci¹³⁾ Campaniae.

Illi praepositorum (Et infra:) Si vero aliquis est¹⁴⁾ de monasterio praedicti abbatis, qui possit "aliquid" dicere, quod ad culpam reatumque eius pertineat: nos "hoc non negligi, sed magis una quidem" cum eis, quorum interest, causam "omnino" districte "et sollicitè" volumus perscrutari, ut vel¹⁵⁾ condemnetur, vel absolvatur. "Si autem nullus inveniri poterit etc."

CAP. IV.¹⁶⁾

Qui de aliquo crimine accusatur vel denunciatur, interim promoveri non potest.

Idem Constantinae¹⁷⁾ Augustae.

Omnipotens Deus: (Et infra:) "Alia vero perversa illius, scilicet mala corporalia, quae cognovi, vel quia cum pecuniis est electus, vel quia excommunicatus missam facere praesumpsit, propter Deum irriquisita praeterire non possum. Sed opto et Dominum deprecor, quatenus nihil in eo pro his, quae dicta sunt, valeat inveniri, et sine periculo animae meae causa ipsius terminetur. Prius tamen, quam haec cognoscantur, serenissimus dominus discurrante

ussionis praecipit, ut eum venientem cum honore suscipiam. Et Valde grave est, ut vir, de quo tanta et talia nunciantur, quum ante requiri et discuti debeant¹⁸⁾, honoretur. Et si episcoporum causae etc."

CAP. V.¹⁹⁾

Episcopus per exceptionem criminis illum ab accusatione sua repellere non potest, quem ante a sua familiaritate neglexerit separare.

Paschalis Papa.

Nulli episcoporum ab accusatione sua²⁰⁾ repellere liceat, quos, antequam se ab eis impetendum cognosceret²¹⁾, a sua communi familiaritate neglexerit separare.

CAP. VI.²²⁾

Absolutus de certo crimine, de eodem iterum accusari non potest.

Ex concilio Maguntino.

De hiis criminibus, de quibus²³⁾ absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari²⁴⁾.

CAP. VII.²⁵⁾

Cohabitanes inimicis accusati ab accusatione repelluntur.

Stephanus Papa.

Repellantur "etiam" ab accusatione²⁶⁾ cohabitantes²⁷⁾ inimicis, "et omnes laici," quia infestationes²⁸⁾ blasphemiae affectio solet amicitiae²⁹⁾ incitare. "Nec illi in vestra suscipiendi sunt accusatione etc."

CAP. VIII.³⁰⁾

Ponit poenitentiam accusatoris calumniosus, quum sequitur inde mors vel membri debilitatio.

Ex Brocardico libro XLIV.³¹⁾

Accusasti aliquem, et per tuam accusationem occisus est: nisi pro pace hoc³²⁾ feceris, XL. dies in pane et aqua, quod carina³³⁾ vocatur, cum septem sequentibus annis poeniteas³⁴⁾. Si autem per tuam delatum debilitatus est: per³⁵⁾ tres debes quadragesimas³⁶⁾ "per legitimas ferias" poenitere.

CAP. IX.³⁷⁾

Super notorio procedit iudex nemine accusante.

Augustinus³⁸⁾ super Genesi de morte Abel.

Evidentia patratu sceleris non indiget clamore accusatoris.

TIT. I. 1) de acc. et denunc. et inqu.: C. R. 1. L. — Cap. I. 2) ex Pseudo-Felicio II. ep. I. c. 17. — Burch. I. 169. — Iv. Decr. V. 279. Lips. XLIII. 3. Comp. I. h. t. c. 1. — 3) legitimi non fuerint accusatores: Coll. citt. orig. — 4) episcopus: ib.

Cap. II. 5) Restitutum ex Pseudo-Felicio I. ep. 2. — Burch. I. 174. — Iv. Decr. V. 292. Lips. XLIII. 1. Comp. I. h. t. c. 8. — 6) Angliam: C. R. 2. — 7) commonitus: C. I. — 8) emendare debeat: orig. — 9) tunc: Burch. IV. Lips. Comp. I. Ms. orig. Cont. Böhm. — 10) causa: . . . deferatur: Coll. citt. orig. Cont. Böhm. — 11) recurratur vel deferatur: C. H.

Cap. III. 12) Restitutum (quantum expeditur videbatur) ex Greg. I. Reg. X. 11. — Comp. I. h. t. c. 3. — 13) Gnidasculo duri Camp.: Comp. I. Aug. — Gnidasculo: Ms. — Godisculo: Reg. — 14) est, qui de praedicti monasterii abbate possit aliquid dicere: Reg. — 15) abest a Comp. I. Ms. — ut aut feriat vindicta culpabilem, aut absolvat veritas innocentem: Reg.

Cap. IV. 16) Restitutum (quantum opus fuit) ex Greg. I. Reg. V. 21. — Comp. I. h. t. c. 6. — 17) Constantinae: Reg. — 18) debeat: Comp. I., Reg.

Cap. V. 19) cf. c. 14. C. III. qu. 5. — Lips. XLII. 4. Comp. I. h. t. c. 3. — 20) abest a Comp. I. Ms. — 21) impetendos cognoscerent . . . neglexerint: Comp. I.

Cap. VI. 22) §. 1. Tit. VI. B. Lib. I. Sent. Paul. (ed. Arndts) — cf. Cap. Reg. Fr. VII. 163. — Burch. XVI. 9. — Iv. Decr. XVI. 291. Comp. I. h. t. c. 4. — 23) quibus (de quib: Iv.) absolutus est ab eo, qui accusavit: Iv., Paul. — 24) refricari: Burch. IV., Paul.

Cap. VII. 25) Restitutum ex Pseudo-Stephani II. ep. 2. — Iv. Decr. VI. 327. Comp. I. h. t. c. 7. — 26) ab acc: add. a Raym. — 27) habitantes: Iv. — 28) infestationem: Coll. citt. orig. — 29) inimicitiae: Iv.

Cap. VIII. 30) Restitutum ex libro poen: ap. Burch. libro XIX. — Lips. XLII. 6. Comp. I. h. t. c. 9. — 31) LXIII: C. R. 2. L., Böhm. — 32) abest a C. R. 1. — hoc fec.: omitt. C. R. 2. H. L., Burch. Comp. I. — 33) carinam vocant: Burch., Lips., Comp. I. — 34) desid. in C. R. 2. L. — poenitere debes: Burch., Lips., Comp. I. — 35) omitt. Burch., Lips., Comp. I. — 36) add.: super: Comp. I. Aug. — similiter: Ms. — subpoenitentia: Lips.

Cap. IX. 37) ex gloss. interlin. ad c. 4. Gen. — Comp. I. h. t. c. 11. — 38) Eugenius: C. H.

CAP. X.³⁹⁾

Laici vel inimici clericos accusare non possunt.

Alexander III. *Gaitano*⁴⁰⁾ *Electo.*

Quum P.⁴¹⁾ Manconella presbyter ex una parte, et Bonus presbyter et I.⁴²⁾ Bonus Cocci⁴³⁾ laicus frater eius ex altera, in nostra essent praesentia constituti, eundem I.⁴⁴⁾, quia laicus erat, in *tam* dicti P. accusationem non duximus admittendum⁴⁵⁾. Quumque praefatus B.⁴⁶⁾ eundem P. super crimine simoniae constantius accusaret, nos eum, quia in testimonium⁴⁷⁾ illius⁴⁸⁾ causae adductus fuerat⁴⁹⁾, et quia⁵⁰⁾ praedictus I. frater eius ipsum P. coram te prius accusaverat, ab accusatione⁵¹⁾ repulimus, praesertim quum frater P. memoratum⁵²⁾ B. antea de causa consimili accusasset⁵³⁾. Unde⁵⁴⁾ quoniam unus post alterum praedictum P.⁵⁵⁾ instanti vicissitudine accusabant⁵⁶⁾, neutrum ad eius accusationem admisimus, sed utrique⁵⁷⁾ presbytero⁵⁸⁾ de obiectis criminibus purgationem duximus indicendam⁵⁹⁾. Ideoque⁶⁰⁾ *discretionis tuae per apostolica scripta praecipiendo* mandamus, quatenus sterque illorum cum tribus sacerdotibus faciat se purgare. **Purgatores etc. [cf. c. 7. de purg. can. V. 34.]**

CAP. XI.⁶¹⁾

Monachus accusare potest abbatem, et de bonis monasterii expensis litis necessarius habebit.

Idem *Vigoriensi*⁶²⁾ *Episcopo.*

Ex parte tua *huiusmodi quaestio nobis fuit proposita, utrum monachi in accusatione abbatum suorum aliquatenus sint admittendi. Super quo utique* Prudentiae tuae taliter respondemus, quod monachi, nisi alia *manifesta et* rationabilis causa impediatur⁶³⁾, eo, quod de obedientia et subiectione abbatis esse noscuntur⁶⁴⁾, ab eius accusatione sunt nullatenus⁶⁵⁾ repellendi: licet alios accusare non possint. Quibus siquidem, quum proprium non habeant, de rebus monasterii expensae debent necessariae, donec causa debitum finem accipiat⁶⁶⁾, ministrari. **De confirmationibus etc. [cf. c. 2. de confirm. II. 30.]**

CAP. XII.⁶⁷⁾

Presbyter ebrius, missam celebrans non praemissa digestionem, ecclesia privari debet. H. d. ut conveniat omnibus locuturis.

Idem.⁶⁸⁾

Si constiterit, quod *saepe dicto* D.⁶⁹⁾ *praescripta* ecclesia non perpetuo concessa, sed ad tempus fuerit commendata, et⁷⁰⁾ de violentia⁷¹⁾, et quod in taberna pernoctaverit, ita, quod altera die, nulla praemissa dormitione, missam cantasset: (*Et infra:*) **Sed etiam* Si de hoc rationabiliter convictus fuerit in iudicio ante⁷²⁾ episcopum *vel archiepiscopum* suum, sive⁷³⁾ accusatus, vel ad rationem positus sine coactione *coram pluribus* fuerit confessus, ei *nullius appellatione obstante* super eadem ecclesia perpetuum silentium imponatur, ipsum⁷⁴⁾ ab impetitione B.⁷⁵⁾ desistere compellentes. Ceterum si eidem **D.** fuit⁷⁶⁾ ecclesia *ipsa* canonice concessa et tradita, et postea de crimine aliquo non fuit⁷⁷⁾ convictus, propter quod de iure debeat⁷⁸⁾ spoliari, vel post⁷⁹⁾ appellationem, sicut aliquando allegavit, ecclesia illa⁸⁰⁾ fuerit⁸¹⁾ spoliatus: ipsam ei faciat⁸²⁾ restitui et in pace dimitti.

Cap. X. 39) Restitutum ex App. L. 14. Comp. I. h. t. c. 12. — 40) *Galet.*: C. R. 1. — *Galeret.*: C. L. — *Gaitano*: C. R. 2. — *Gaitano*: Comp. I. Aug. — *Guitano*: Ms. — *Guitano* *electo* libro VIII. Reg.: App. (leg.: sive *Gaitano*, *Gneta*, sive *Caiacensi*, *Caiaco*) — 41) *Quum P.* (*Petrus*: App.) *Manconella* (*Manconela*: App.) et *Bonus Cocci* (*Cocci*: App.) presbyteri et *Ioannes Bonus Cocci* (*Cocci*: App.) laicus in nostra etc.: App., Comp. I. — 42) *Io.*: C. L. — 43) *Cocci*: C. L. — *Cocci*: C. R. 2. — 44) *Ioannem*: App. — 45) *nequaquam admisimus*: App., Comp. I. — 46) *Bonus*: C. L. — 47) *ad test.*: Comp. I. Aug. — 48) omitt. App. — 49) *fuerit*: C. L. — *fuit*: App., Comp. I. — 50) *et quia frater eius, I. scilicet, iam dictum P. coram te prius* (desid. ap. Aug.) *accusaverat*: App., Comp. I. — 51) *ab acc.*: desid. in App. — 52) *Bonus Cocci*: Comp. I. — *Bonus Cocci*: App. — 53) *accusaret*: Comp. I. Aug. — 54) *Petrus*: App. — 55) *abest* ab ead. et Comp. I. Aug. — 56) *accusabat*: C. R. 1., App., Comp. I. — 57) *utrisque*: Comp. I. — 58) omitt. ead., App. — 59) *inducendum*: Comp. I. Aug. — 60) *Inde siquidem* (omitt. Comp. I. Ms.) *est, quod . . . mandamus, quatenus utrunque illorum se cum tribus sacerdotibus faciat infra XXX dies post harum susceptionem literarum purgare*: App., Comp. I.

Cap. XI. 61) Restitutum ex App. L. 16. Comp. I. h. t. c. 12. — 62) *Vigor.*: Comp. I. — *Vigoriensi ep. in XII. libro Registri*: App. — 63) *praepediat*: C. R. 2. L. — Comp. I. — 64) *abbatis sunt*: App. — 65) *non sunt ullatenus*: ead., Comp. I. — 66) *recipiat*: App. — 67) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 68) *inser. desid.* in Comp. II. Ms. A. B. — *Coelestinus III.*: Aug. — 69) *A.*: Ms. A. — 70) etc. *Et infra*: Comp. II. — 71) *violentia*: ead. — 72) *apud*: ead. Ms. A. B. — 73) *abest* a Comp. II. Aug., Ms. A. — *suum sive acc. ad rat.*:

CAP. XIII.⁸³⁾

Inimicus etiam a voluntaria exceptione repellitur.

Idem.⁸⁴⁾

Meminimus *tam pridem* tibi *praecipiendo* mandasse, ut *dilectae filiae nostrae* C.⁸⁵⁾ abbatissae *monasterii S. Zachariae*, cuius electionem confirmavimus, munus benedictionis impendere⁸⁶⁾ procurares. Sed quia H.⁸⁷⁾ pro altera parte *ad nostram praesentiam accessit*, a⁸⁸⁾ te *exinde* ad nostram audientiam appellavit, proponens, quod de simonia accusaret eandem⁸⁹⁾, *et ideo* mandatum nostrum distulisti effectui mancipare. Quia vero te non deest in hac parte appellationi eiusdem H. deferre, *quum non liceat laicis contra clericos aut monachos testimonium ferre, et* quum idem *H.* illius⁹⁰⁾ manifestus fuerit inimicus, et contra eam testimonium tulerit: *nos, si bene meminimus, eandem abbatissam benedici mandavimus, et adhuc appellatione remota per apostolica scripta* mandamus, quatenus, quum inde fueris requisitus, praefatae abbatissae *contradictione et appellatione cessante* munus benedictionis non differas impartiri.

CAP. XIV.⁹¹⁾

Dicens, se aliquem accusaturum coram iudice, ante inscriptionem potest sine poena desistere, et non accusare; sed ei desistenti silentium imponitur in perpetuum. Et secundum hoc summarium iste textus est notabilis. Abbas.

Innocentius III. *Archiepiscopo Bisuntino.*

Licet in beato Petro *Apostolorum principe ligandi atque solvendi nobis a Domino sit attributa facultas, quam in subditos iuxta suorum exigentiam meritorum exercere libere debeamus: exemplo tamen illius, qui omnes calcavit, et neminem vult perire, libentius ad solvendum intendimus quam ligandum, etsi nonnullae sint culpa, in quibus est culpa relaxare vindictam.* Sane, quum *olim* ex literis B.⁹²⁾ decani sancti Stephani, et T. I. et M.⁹³⁾ canonicorum ecclesiae Bisuntinae ad apostolicam sedis audientiam pervenisset, te varia crimina commississe, ac ab eis fuisse per easdem literas super perierario, crimine simoniae et incestus⁹⁴⁾ delatus: *felix recordationis* Clemens⁹⁵⁾ Papa praedecessor noster, servata iudiciali gravitate, tibi certum terminum assignavit, quo responsurus obiectis apostolico te conspectui praesentares. Quum autem *tu* iuxta tenorem *factae tibi* citationis ad eadem apostolicam accessisses, *te et dilectis filiis I. et O. archidiaconis apud sedem apostolicam constitutis, expectavimus aliquamdiu, si qui forsitan contra te procederent, et quas de te literis intimaverant proponerent inscribendo. Ceterum quum* nec ullus⁹⁶⁾ appareret, qui te ita⁹⁷⁾ impeteret de praedictis, ne aliquid de contingentibus omittere⁹⁸⁾ videremur, ab⁹⁹⁾ I. et O. archidiaconis in nostra *et fratrum nostrorum* praesentia constitutis quaesivimus diligenter, si quid super praemisissis adversus te pro se vel pro¹⁰⁰⁾ aliis proponere vellet, et quod scripserant legitime demonstrarent¹⁾. Ipsi autem, quod non proposito accusandi haec scripserant, responderunt; sed quia *tu* super quibusdam incorrigibilis videbaris, quaedam de te apostolicae sedi duxerant intimanda; sed nuncios, qui pro literis accesserat²⁾ impetrandis, mandati formam excessit³⁾. Nos igitur, *fauae tuae consulere cupientes*, dictis canonicis⁴⁾ *contra te* super praedictis silentium duximus imponendum, ne te de cetero eius super his⁵⁾ accusare liceat vel etiam⁶⁾ infamare, *illius sequentes exemplum, qui quum mulieri dixisset: „nemo te condemnabit, mulier!“ et illa: „nemo, Domine“, nec ego,“ inquit, „to*

Ms. B. — 74) *et ipsum . . . compellatis*: Comp. II. — 75) *G.*: ead., C. R. L. H. — 76) *fuerit*: ead., C. R. 1. L. — 77) *fuerit*: Comp. II. Ms. A. B. — 78) *debut*: Comp. II. — 79) *vel si*: ead. Ms. A. — 80) *ipsum*: Comp. II. Ms. B. — 81) *fuit*: ead. Ms. A. — 82) *facius*: C. R. 2., Comp. II. Aug., Ms. B.

Cap. XIII. 83) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 380., Comp. II. h. t. c. 2. — 84) *Idem Gaetano ep.*: Luc. — *Alex. III.*: Comp. II. — 85) *Cassiotus*: Comp. II. Ms. A. — *Cassiotus*: Aug., Ms. B., Böhm. — 86) *impenderet*: Comp. II. Ms. A. — *impenderet*: Aug., Ms. B. — seq.: *proc.* *desid.* in Luc. — 87) *F.*: Böhm. — *Henricus*: Comp. II. — 88) omitt. Luc. — *et te*: Comp. II. Aug. — 89) *eam*: Luc., Comp. II. — 90) *memoratae C.*: Luc. — *memoratae Cassiotus*: Comp. II.

Cap. XIV. 91) Restitutum ex Reg. Bal. I. 277. — Comp. III. h. t. c. L. — 92) *G.*: C. R. L. H., Comp. III. Ms., Reg. — 93) *et T. et Io. et M.*: C. L. — *et G. cantoris I. t. I. O. et N.*: Comp. III. Aug. mendose. — *et O. I. N.*: Ms. — *et I. et O.*: Böhm. — *Gerardi cantoris S. Stephani, Ioannis Salinensis, T. de Grai, Io. de Warescu, O. Faverniacensis archidiaconi et Norundini subdiaconi nostri canonicorum*: Reg. — 94) *incestu*: C. R. L., Comp. III., Reg. — 95) *C.*: Comp. III. Ms. — *Cas.*: Aug. — *Caelestinus*: Reg. — 96) *unus*: C. R. L. H., Comp. III. — *unus etiam*: Reg. — 97) *abest* a Comp. III., Reg. — 98) *praetermittere*: Comp. III. Aug. — 99) *a praedictis I. et O.*: Comp. III. — *praedictis archidiaconis vocatis ad praesentiam nostram et in nostra etc.*: Reg. — 100) *abest* a Comp. III., Reg., Böhm. — 1) *demonstrare*: Comp. III., Reg. — 2) *accessit*: ib. — 3) *excesserit*: C. L. — *praesumpsit excedere*: Comp. III., Reg. — 4) *can. et seq. sup. pr.*: desid. in C. L. — 5) *ipsum*: Comp. III., Reg. — 6) *desid.* ap. Aug.

condemnabo; vade iam, amplius non peccare. "Quia vero praedicti canonici citra⁷⁾ vinculum inscriptionis desistere voluerunt⁸⁾, eis de iuris permissione id non duximus imputandum. Ne autem in absolute tua minus⁹⁾ canonice procedere videamur¹⁰⁾, quamvis potius in odore bonae opinionis coepiscoporum nostrorum, quam eorum infamia delectemur: *venerabili fratri nostro* Cabilonensi episcopo et *dilecto filio* abbati de Firmitate inquisitionem famae tuae duximus committendam. *Dat. Romae etc. IV. Id. Iun.* [1198.]

CAP. XV. 11)

Ad prosequendam accusationem criminalem non admittitur procurator, licet possit allegare causam absentiae, seu alias exceptiones, non tangentes crimen propositum; et qui iuravit stare mandato alicuius, non admittitur ad accusandum illum, si virtute iuramenti sibi fuit iniunctum, ut non accusaret. H. d. et ad hoc solet allegari, et in hoc est valde vulgatum.

*Idem Sanctoburgensi*¹²⁾ *Archiepiscopo.*

Veniens *olim* ad sedem apostolicam *dilectus filius* A. Pragensis canonicus contra *venerabilem fratrem nostrum* Pragensem episcopum litera¹³⁾ proposuit coram nobis, quod, quum esset filius sacerdotis, in ecclesiam fuerat¹⁴⁾ Pragensem intrusus, et contra eiusdem ecclesiae privilegium, *imperiali ei liberalitate concessum et per sedem apostolicam confirmatum*,¹⁵⁾ homagium¹⁶⁾ *dilecto filio nobili viro* duci Bohemiae praestitisset, *et regalia recepisset ab eo*, sic subiciens Pragensem ecclesiam servituti. *Proposuit etiam, quod uxorem evidenter haberet, de qua filios generavit; quod sigillum adulterinum confinxit; quod sit ebrius, fornicator, publicus histrio, ita quod quadam vice cum duobus ioculatoribus contra tres alios histriones certamine inito, enormiter fuit laesus in naso, et eo fere, sicut apparet hodie, mutilatus, et unus reliquorum trium ioculatorum, contra quos decebat, qui eidem interit, ab eo creditur interfectus. Ad hoc subiunxit idem A., quod thesauro ecclesiae Pragensis usque ad mille marcas per eum male distracto, consiliariis ipsius ducis usque ad quinquaginta villas et amplius conferre non timuit in grave Pragensis ecclesiae detrimentum, et ipsi duci notabile quoddam castrum dedit, quod eidem ecclesiae pietatis intuitu fuerat ab O. quondam Bohemiae duce collatum.* Unde praedictum episcopum ad festum Resurrectionis¹⁷⁾ dominicae *proximo praeteritum* peremptorie nos meminimus citavisse. Idem vero *episcopus* ad suam excusationem viarum discrimina, consecrationem chrismatis imminuentem¹⁷⁾, et quod filius *nobilis viri* Bohemiae principis esset per ipsum baptizandum tunc temporis, per nuncios et literas allegavit. Licet autem excusationes huiusmodi, sicut erant, frivolas aestimantes¹⁸⁾, ipsum reputavimus¹⁹⁾ contumacem, nec procuratores eius in causa possemus recipere²⁰⁾ criminali: eis tamen *dilectos filios nostros G. sancti Angeli et H. sancti Eustachii diaconos cardinales* concessimus auditores, ut, si possent, illum²¹⁾, aliquatenus excusarent. Quumque praedictus A. coram eis repetiisset obiecta²²⁾, *ei* fuit ex adverso responsum, quod, quum olim super hoc ad *venerabilem fratrem nostrum* Magdeburgensem²³⁾ archiepiscopum literae fuerint²⁴⁾ impetratae, idem A., *qui contra episcopum solus agebat*, in obiectorum se videns probatione deficere, *deponitis vestibus et pedibus nudis* ad pedes eius se humiliter prosternens, veniam postulavit, et, quod adversus eum calumniose processerat, est confessus. Ceterum quum super hoc mandato²⁵⁾ stare eiusdem archiepiscopi iuravisset, ipse praecipit eidem sub debito praestiti iuramenti, ut contra eundem episcopum de cetero proponere talia non auderet. Quam igitur²⁶⁾ nobis ex ipsius²⁷⁾ A.²⁸⁾ confessione constaret, ipsum iuramentum huiusmodi²⁹⁾ praestitisse, ac tale recepisse mandat: super impetitione dicti episcopi silentium ei duximus imponendum, propter contumaciam tamen eidem³⁰⁾ episcopo³¹⁾ citationem et purgationem propter infamiam indicentes.

CAP. XVI. 22)

Denunciator criminis non se inscribit, quin ad correctionem tendit; accusator autem inscribit, quia tendit ad poenam; excipiens verb inscribit ad poenam extraordinariam, si per exceptionem deicitur ab obtento, alias secus. Hoc primo. Secundo dicitur, quod, dum discutitur de crimine per modum exceptionis, potest intervenire procurator.

*Idem Priori sancti Fridiani*²²⁾ *et Magistro B. Canonico Pisano.*

Super his, de quibus nos consulere voluistis, inquisitioni vestrae breviter respondemus, quod tribus modis valet crimen opponi, denunciando, excipiendo et accusando. Quando crimen in modum denunciationis opponitur³²⁾, non est inscriptio necessaria; sed, quum in modum accusationis *obicitur*, oportet inscribi, quoniam ad depositionem instituitur accusatio, sed ad correctionem est denunciatio facienda. Quum autem excipiendo fuerit crimen obiectum, distinguendum est, quare opponatur, et quando. Si autem³³⁾ obicitur, ut ab accusatione vel testificatione aliquis repellatur, non est inscribi necesse. Sed quum opponitur, ut quis a promotione officii³⁴⁾ vel beneficii excludatur, si ante confirmationem obicitur³⁵⁾, non cogitur³⁶⁾ quisquam inscribere, quia crimen, hoc modo probatum, impedit promovendum, sed non deicit iam promotum. Post confirmationem vero, quum scilicet ordinandus³⁷⁾ fuerit aliquis aut etiam consecrandus, quia etiam³⁸⁾ ab obtinendo repellit, et deicit ab obtento, ad extraordinariam *quidem* poenam secundum⁴¹⁾ arbitrium iudicis discreti, citra vinculum *latae* inscriptionis, est excipiens adstringendus⁴²⁾, si defecerit in probando, pro eo, quod, crimine sic probato, perdit quod per electionem et confirmationem ei fuerat acquisitum: sed ob hoc prius habita⁴³⁾ non amittit. Licet enim agatur de crimine, non est tamen huiusmodi quaestio⁴⁴⁾ criminalis, unde per procuratorem potest rite tractari. *Ad hoc etc. [cf. c. 8. de poenis V. 37.] Dat. Lat. III. Id. Febr. Pont. nostr. Aq. V.* [1202.]

CAP. XVII. 45)

Generales inquisitores, si non servaverunt debitum inquisitionis ordinem, prudenter et caute se corrigere debent. Hoc primo. Secundo ponit formam iuramenti, quum inquisitores exigunt ab inquisitis.

*Idem Versellensi*⁴⁵⁾ *Episcopo et Abbati de Tiletio*⁴⁷⁾

Qualiter et quando *debeat praelatus procedere ad inquirendum et puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus novi et veteris testamenti colligitur evidenter, ex quibus super hoc postea processerunt canonicae sanctiones. Legitur enim in evangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi dissipasset bona ipsius, audivit ab illo: „quid haec audio de te? redde rationem villicationis tuae: iam enim non poteris villicare.“ Et in Genesi Dominus ait: „descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.“ Ex quibus auctoritatibus manifeste probatur, quod non solum, quum subditus, verum etiam, quum praelatus excedit, si per clamorem et famam excessus eius ad aures superioris pervenerit, non quidem a malevolis et maledicis, sed a providis et honestis, nec semel tantum, sed saepe, quod clamor innuit et diffamatio manifestat, debet coram ecclesiis senioribus veritatem diligentius perscrutari, ut, si rei poposcerit qualitas, canonica districtio culpam ferat delinquentis, non tamen sit idem actor et iudex, sed, quasi deferente fama vel denunciante clamore, officii sui debitum exsequatur. Licet autem hoc sit diligenter observandum in subditis, diligentius tamen est observandum in praelatis, qui quasi signum sunt positum ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, quum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam vero ligare: frequenter odium multorum incurrununt et insidias patiuntur. Et ideo sancti Patres provide statuerunt, ut accusatio praelatorum non facile admittatur, ne concussis columnis corruat aedificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsae, sed etiam malignae criminacionis*

Cap. XIV. 7) circa: Böhm. — 8) soluerint: C. R. 2. — 9) nimis procedere: Comp. III., Reg. — 10) videtur: Böhm. — 11) Epistola istidem fere verbis concepta (Capitulo Pragensi, Dat. Lat. III. Non. Maii, 1202.) exstat ap. Brequ. V. 29., qua quidem ad hoc cap. restitutum uti sumus. — Comp. III. h. t. c. 3. — 12) Saiburgem: Böhm. ex Cont. — Saiburgem: Comp. III. Aug. — Saiburgem: Ms. — 13) inter al.: non exstant in Reg. — 14) fuerit: Reg. — 15) hominum: ib. — 16) beati Martini proxime tunc futurum... citavisse, sed tandem ad petitionem ipsius usque ad festum Resurrectionis dominicae tunc primo venturum ipsi datas duximus inducias prorogandas: Reg. — 17) invenientem: Comp. III. Aug. — 18) extimantes: C. R. I., Comp. III. — 19) reputaverimus: C. R. L., Comp. III., Reg. — 20) admittit: Reg. — 21) ipsum: ib. — 22) obiectum: C. R. I. — 23) Magdeburgem: Comp. III. Aug. — 24) fuerant: Böhm. ex Cont. — 25) mandatis: Reg. — 26) Nos igitur, intellectis per cardinales eosdem quae fue-

rent hinc inde proposita, quum nobis: Comp. III., Reg., Böhm. — 27) expressius ipsius: Comp. III. — 28) desid. in C. H. — 29) abeat a Comp. III. — 30) omitt. Comp. III., Reg. — 31) canonicam cit.: Cont.

Cap. XVI. 32) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 153. — Comp. III. h. t. c. 3. — 33) Frig.: C. R. 1. — Fridiani: C. L. — sanctae Fridiae: Comp. III. Ms. — 34) add.: ad denunciationem: Comp. III. — 35) enim: Reg. — 36) add.: ut: C. H. — 37) opponitur: ib. — 38) cogatur: C. I. — 39) promovendus: Comp. III. — 40) et: C. R. 1. — desid. in C. R. 2. L. H. — 41) per arb.: C. R. 1. — 42) distringendus: Böhm. — 43) habitum: Comp. III. Aug. — 44) causa: Reg.

Cap. XVII. 45) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 200. — Comp. III. h. t. c. 4. — 46) Versellen.: C. R. 1. L., Cont., Comp. III. — 47) Tiletio: Comp. III. Ms. — Ciletio: Aug. — Versellensi ep., abb. de Tiletio et presbytero Alberto Mantuano: Reg.

ianua praecludatur. Verum ita voluerunt providere praelatis, ne criminarentur iniuste, ut tamen cavere, ne delinquerent insolenter, contra utrumque morbum inoventes congruam medicinam, ut videlicet accusatio criminatis, quae ad diminutionem capitis, id est ad degradationem, intenditur, nisi legitima praecedat inquisitio, nullatenus admittatur. Sed quum super excessibus suis quicumquam fuerit infamatus, ut in tantum iam clamor ascenderit, quod diutius sine scandalo dissimulari non possit, nec sine periculo tolerari: absque dubitationis scrupulo ad inquirendum et puniendum eius excessus non ex odii fomite, sed ex caritatis procedatur affectu, quatenus, si gravis fuerit excessus, et si non degradetur ab ordine, ab administratione tamen amoveatur omnino, quod est secundum evangelicam veritatem a villicatione villicum amoveri, qui non potest villicationis suae dignam reddere rationem. Si⁴⁸) circa "venerabilem fratrem nostrum" Novariensem episcopum debitum inquisitionis ordinem observastis, "intentionem et" discretionem vestram in Domino commendamus. Si vero qualibet occasione⁴⁹) praetermissistis eundem, "ne levi compendio ad grave dispendium veniatur," adhuc⁵⁰) ipsum "ordinem" tempore opportuno⁵¹) volumus observari, ne inde nascantur iniuriae, unde iura nascuntur. Ideoque mandamus⁵²), quatenus ad conscientiae vestrae iudicium recurrentes, si "forte" contra praescriptum ordinem tanquam homines excessistis, non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, ut aliorum corrigatis errores⁵³); quoniam⁵⁴) apud iudicem districtum⁵⁵), in qua mensura mensi⁵⁶) fueritis, remittetur vobis, ita videlicet, ut inveniat occasione aliquam congruentem, per quam, ne vestra vilescat auctoritas, quanto cautius et prudentius poteritis⁵⁷), supersedeatis ad praesens, quoniam ex his, quae inordinate sunt acta, non potest ordinabiliter agi. Si vero praescriptum ordinem custodistis, "volumus et mandamus, quatenus," omni gratia et timore postpositis, Deum solum habentes prae oculis, via regia incedentes, sine personarum acceptione in "hoc" negotio procedatis "iuxta formam, quam vobis in aliis literis duximus exprimendam, nec timeatis aliquem hominem contra Deum, sed Deum potius supra omnem hominem metuat." Formam vero iuramenti, quam a clericis Novariensibus super inquisitione faciendam in hoc negotio receperatis, in similibus volumus observari, ut videlicet iurent clerici, quod super his, quae scribitur vel credunt esse⁵⁸) in sua ecclesia reformanda tam in capite quam in membris, exceptis oculis criminibus, meram et plenam dicant inquisitoribus⁵⁹) veritatem. (Et infra: "Constitutiones vero, quae ad correctionem excessuum, et reformationem morum vos non tam fecistis, quam innovasse cognovimus, adprobamus, volentes, ut eas faciatis a clericis laudabiliter exerceri, praecipientes ex parte nostra praelatis, etc. [cf. c. 17. de iudic. II. 1.] Dat. IV. Kal. Febr." [1206.]

CAP. XVIII.⁶⁰)

Si is, contra quem inquiritur, iuravit respondere tantum ad interrogata, post confessionem auditur volens probare excusationes, quae confessionem non perimunt, sed exponunt; secus si iuraverit, plenum et meram veritatem dicere.

Idem Archiepiscopo Arelatensi et Vallis magnae Abbati.⁶¹)

Quum dilecti filii Cisterciensis abbas et P. et R. monachi⁶²) Fontis frigidi, apostolicae⁶³) sedis legati, ad ecclesiam Agathensem accessissent⁶⁴), ut in ea legationis officium exercerent, quia de "venerabili fratre nostro" Agathensi episcopo per frequentem clamorem multa sibi fuerant insinuata sinistra, voluerunt descendere ac videre, si clamorem opere complevisset; "ideoque tam episcopum quam canonicos iuramentis vinculo adstrinxerunt, ut super statu ecclesiae sibi dicerent veritatem. Quae depositiones eorum redactas in scriptis, quum idem episcopus appellasset, ad nostram praesentiam destinaverunt, praefigentes eidem episcopo terminum competentem, quo nostro se conspectui praesentaret, mandatum apostolicum recepturus. Idem autem episcopus ad praesentiam nostram accedens, postquam confessiones suas et aliorum depositiones audi-

vit, visus est se multipliciter excusare, suas nobis excusationes in scriptis assignans. Nos igitur, habito cum fratribus nostris consilio diligenti, praefatum episcopum ab administratione Agathensis ecclesiae duximus suspendendum pro eo, quod in quibusdam eum culpabiliter deprehendimus, et confessiones ipsius contra eum prima facie faciebant, reddentes nobis eum de iure suspectum, quum nondum suas excusationes probaverit, quas tamen se probaturum firmiter promittebat.* Quia vero nobis⁶⁵) non constitit, sub qua forma⁶⁶) episcopus cum canonicis Agathensibus coram dictis legatis praestiterit iuramentum⁶⁷), utrum videlicet ita iuraverit, ut super statu ecclesiae plenam et meram diceret veritatem, an "ita," ut ad inquisita veraciter responderet: "discretionis vestrae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus eidem legatis ex parte nostra "in virtute obedientiae strictae" mandetis, ut, sub qua forma iuramentum praestiterit, "vobis" studeant fideliter intimare. Et si secundum responsum eorum sub secunda forma iuraverit⁶⁸), aut ipse "coram vobis" sufficienter probaverit, se sub illa forma iurasse, aut⁶⁹) per depositiones⁷⁰) testium; quos produxit "apud sedem apostolicam constitutus, quas vobis sub bulla nostra nullius interclusas," aut etiam aliorum: quum depositiones illae non⁷¹) fuerint publicatae, nec "ipse" productioni testium renunciare curaverit, quoniam secundum eandem⁷²) non teneretur⁷³) ex debito iuramenti nisi ad quaesita⁷⁴) solummodo respondere, vos excusationes suas⁷⁵), "quas vobis sub bulla nostra nullius interclusas, diligenter" audire curetis. Et si eas probaverit "evidenter," quum excusationes huiusmodi confessiones eius⁷⁶) non perimant⁷⁷), sed exponant, quae tales sunt, ut "et" ad bonum et malum valeant retorqueri, et ideo iudicari debent ex causa: eum sublato appellationis obstaculo "penitus" absolutus, quum, etsi reprobatus sit culpabilis in quibusdam, ex labore tamen et pudore punitus, quos propter hanc causam incurrit, huiusmodi levis culpa leviter⁷⁸) ei valeat⁷⁹) indulgeri. Quodam excusationes illas super dilapidatione, naufragio et simonia "sufficienter" probare⁸⁰) nequiverit, aut⁸¹) sub prima forma iuraverit⁸²), quum⁸³) secundum eandem nec⁸⁴) veritatem tacere, nec admiscere debuisset⁸⁵) falsitatem: vos, non obstantibus excusationibus "illis," quas de novo proposuit "coram nobis," quum in confessionibus suis nullam omnino de illis fecerit⁸⁶) mentionem, quamvis firmiter asseruerit, quod⁸⁷) plures ex illis legatis praedictis exposuit, "quas ipsi scribere non curaverunt," quum hoc⁸⁸) per se probare non posset, tanquam qui solus examinabatur ab illis, eum "sublato cuiuscunque contradictionis et appellationis obstaculo" ab administratione Agathensis ecclesiae removere curetis⁸⁹), "facientes eidem ecclesiae cum consilio legatorum ipsorum de persona idonea per electionem canonicam provideri etc. Dat. VIII. Kal. Iun. Ao. VIII." [1205.]

CAP. XIX.⁹⁰)

De veritate criminum non inquiritur, nisi prius constet de infamia, et tunc non iniuncti vel perituri, sed idonei viri ad prosequendum inquisitionem et ad testimonium admittendum, et, non probato crimine, indicitur infamatis purgatio.

Idem Archiepiscopo Terraconensi⁹¹) et Abbati sanctae Mariae de Populeto⁹²) et Archidiacono Barchinonensi.⁹³)

Quum oporteat episcoporum "secundum Apostolum habere bonam testimonium et ab iis, qui sunt intus, et ab iis, qui sunt foris, et secundum legem divinam indumentum ipsius de cocco bis tincto et bysso retorta debeat esse contextum, si aliquando rumor sinister contra episcopum aliquem ad apostolicas aures ascendit, ex sollicitudine officii pastoralis tenemur descendere, ac videre, utrum idem clamorem opere consummaverit." Sane, venientibus ad apostolicam sedem "dilectis filiis" G. Grossi et H.⁹⁴) canonicis Vicentibus⁹⁵) et multa "gravia et" enormia contra "venerabilem fratrem nostrum" Vicensem episcopum proponentibus coram nobis, quia illa non debeamus sub dissimulatione transire, vobis, "frater archiepiscopo et filii archidiacono," inquisitionem illorum duximus committendam, "illius imitantes vestigia, qui, quum ha-

Cap. XVII. 48) Hunc igitur ordinem (add.: quem: Comp. III.) si... observastis: Comp. III., Reg., Böhm. — 49) causa: Comp. III. Aug. — 50) hunc ipsum: C. R. L., Comp. III. Ms. — 51) congruo: Comp. III. Aug. — 52) Et ideo devotionem (discretionem: Comp. III.) vestram rogamus attentius et vovemus, obsecrantes in Christo Iesu, qui venturum est iudicare vivos et mortuos: Comp. III., Reg. — 53) excessus: C. R. 1. — 54) add.: si: Comp. III. Aug. — 55) districtissimum: C. R. 1., Comp. III., Reg. — 56) in qua emens: Reg. — 57) potueritis: ib. — 58) omitt. Comp. III., Reg. — 59) inquisitionis: Comp. III.

Cap. XVIII. 60) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 78. — Comp. III. h. t. c. 5. — 61) archiep. Arel. et Vallis magnae et S. Willemi abbatibus Agath. et Lodovensis dioec.: Reg. — 62) abest a Comp. III. — 63) a sede ap.: Aug., Böhm. — 64) pervenissent: C. R. 1. — 65) abest a Comp. III. Aug. — 66) qua forma coram praedictis legatis praestitit iur.: Comp. III., Reg. — 67) iuraverit: Reg. — 68) iuravit: C. R. 1. — 69) ab-

est a Comp. III. et Reg. — 70) depositionem: C. H. — 71) nondum: C. R. 1., Comp. III., Reg. — 72) easdem: C. R. 2. — 73) tenetur: C. R. 1., Comp. III. Aug. — 74) inquisita: C. R. L. H., Comp. III., Reg., Cont. — add.: veritatem: C. R. 1. — 75) illas: Comp. III., Reg. — 76) illas: ib., Böhm. — abest a Cont. — 77) expriment: omnia. seq.: sed exp.: Comp. III. Aug. — 78) leniter: ib. — 79) valet: ib. — debeat: Reg. — 80) ita prob.: C. R. 1. — 81) add.: si: Comp. III. Aug. — 82) iuravit: Comp. III., Reg. — 83) quod: Comp. III. — quia: Reg. — 84) abest a Comp. III. — 85) debeat: Comp. III., Reg. — 86) faceret: Comp. III. — 87) add.: exceptiones: Comp. III. Aug. — 88) haec: Reg. — 39) removeatis: Comp. III. — omnino removeatis: Reg.

Cap. XIX. 90) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 160. — 91) Terraconen.: Comp. III. Aug. — 92) Populeto: C. R. 2. — add.: Terraconen. dioec.: Reg. — 93) Barchinonen.: C. H. — 94) S.: C. H. — G. de Monte regali: Comp. III., Reg. — 95) Vicen.: Böhm. per tot.

deret villicum, et ille diffamatus fuisset apud eundem, quia dissipasset bona ipsius, cum eo posset rationem. Verum dictus episcopus, antequam ad ipsum vestra⁹⁹) citatio pervenisset, ad praesentiam nostram accedens proposuit *coram nobis*, quod illi, qui enormia *illa* de ipso *nobis* suggererant, typo malitiae potius quam iustitiae zelo ducti, nobis huiusmodi intimarunt⁹⁷), quum ipsi eius sint inimici manifesti⁹⁸), et cum eius hostibus conversentur, consanguineosque suos ac complices intendant ad testificandum⁹⁹) producere contra ipsum, qui ad denunciandum seu testificandum¹⁰⁰) admitti non debent *aliqua ratione*, utpote iuramenti praestitii transgressores, et aliis criminibus irretiti. *Ne vero per saepe compendium ad grave dispendium veniatur*, Discretioni vestrae *per apostolica scripta* mandamus, quod¹), nisi super praedictis²) famam ipsius laesam esse noveritis, vos ad inquisitionem illorum non subito procedatis. Quodsi³) ad inquisitionem fuerit procedendum, praedictos vel alios, quos ipsius esse constiterit inimicos, nec ad prosequendam⁴) inquisitionem, nec ad perhibendum testimonium contra ipsum episcopum admittatis; sed per viros idoneos super his, quae gesta⁵) sunt, inquiratis diligentibus⁶) veritatem, et, si nihil grave probatum fuerit contra ipsum, vos purificationem canonicam indicatis eidem. *Quod si aliquis etc. Dat. Ferentini Kal. Sept. Ao. IX.* [1206.]

CAP. XX. 7)

A denunciatione repellitur publicus concubinaris, excommunicatus et conspirator, et is, qui non praemonuit.

Idem. 8)

Quum dilectus filius⁹) (*Et infra*): *Inquiratis super praemisissis diligentius veritatem, et* Si vobis constiterit, praedictos, quorum¹⁰) nomine sunt excessus huiusmodi de episcopo nuntiati, publice concubinaris tunc fuisse, propter quod in eos fuit excommunicationis sententia promulgata, vel praefatum episcopum de iam dictis excessibus non fuisse praemonitum ab eisdem, vel ipsos conspirasse in eum, a denunciatione *ipsa* repellatis eosdem. Alioquin audiatis quae fuerunt¹¹) hinc inde proposita, eidem episcopo auctoritate nostra nihilominus prohibentes, ne super his, super quibus ad audientiam nostram fuerit legitime appellatum, praefatos clericos indebitè¹²) gravare praesumat, donec causa supra dicta iuxta formam mandati nostri fuerit terminata.

CAP. XXI. 13)

Crimen, probatum per modum inquisitionis, regulariter poena ordinaria non puniatur; sed, si impedit ordinem executionem, sit depositio, sicut in accusatione. Et si impedit tantum beneficium retentionem, sit privatio a beneficio, nec poterit iudex hanc poenam moderari. H. d. usque ad §. Tertium. secundum verum intellectum, non bene declaratum per scribentes — (§. 1.) *Contra non infamatum super veritate criminum inquiri non debet, etiamsi libellus famosus contra eum oblatum fuerit in secreto; nec super principali creditur testi, qui iuratus dicit se illius, contra quem inquiritur, inimicum. Idem, si hoc dicit ante iuramentum, nisi praesumatur hoc dixisse in fraudem.* H. d. usque ad §. Quaesivisti. — (§. 2.) *Non puniatur quis de crimine, de quo non constat, nisi per famam et testimonium credulitatem, et per dicta paucorum non debet quis apud iudicem infamatus reputari.* H. d. usque ad finem.

Idem Episcopo Gebennensi et N. Valentiniensi. 14)

Inquisitionis negotium, quam¹⁵) de *venerabili fratre nostro* episcopo et canonicis Valentiniensibus vobis commisimus terminandam¹⁶), sine conscientiae scrupulo exsequi cupientes, apostolico petitis oraculo edoceri, utrum eorum publicanda sint dicta et nomina, quos interrogari contigit, prout de testibus in publicis causis fieri consuevit; an sola dicta eorum publicari sufficiat, nominibus tacitis, quum idem episcopus et canonici manifesto scient,

qui fuerint inquisiti; et utrum contra dicta eadem debeant exceptiones seu replicationes admitti, quum contra personas dicentium admittantur. Ad quod breviter respondemus, non solum dicta, sed etiam ipsa nomina, ut quid a quo sit dictum appareat, publicanda, et exceptiones seu replicationes legitimas admittendas, ne per suppressionem nominum infamandi, per exceptionum vero exclusionem deponendi falsum audacia praebatur. Secunda quaesivisti¹⁷), quid *a* vobis sit statuendum, si contra quempiam per inquisitionem probatum fuerit tale crimen, quod deponeret¹⁸) accusatum criminaliter et convictum. In quo quidem duximus distinguendum, utrum¹⁹) sit tale *videlicet* crimen, quod ordinis executionem suscepti aut retentionem beneficium etiam post peractam poenitentiam impediret, puta si homicidium commisisset, vel adeptus esset ordinem aut beneficium vitio simoniae. Quo casu erit, sicut in accusationis iudicio, procedendum; alioquin secundum²⁰) personae merita et qualitatem excessus poenam poterit iudicantis discretio moderari. §. 1. Tertium²¹) dubitationis articulus continebat, utrum, quum duo vel plures iurati affirmant, aliquem²²) crimen aliquod²³) eidem videntibus commississe, de quo *tamen* aliqua infamia non laborat²⁴), aliquam²⁵) illi poenam infligere debeatis, et utrum ad petitionem quorundam, quasdam cedulas²⁶) vobis occulte tradentium infamationem episcopi continentem, sit ad inquisitionem eorum, quae in ipsis continentur cedulis, procedendum; et an fides eorum dictis debeat adhiberi, qui, post iuramentum interrogati secreto, utrum sint eorum, de quibus inquiritur, inimici, respondent, quod non diligunt illos, vel directe inimicos se asserunt eorumdem, aut etiam ante iuramentum id publice confitentur, nullas tamen²⁷) inimicitiarum causas probabiles ostendentes. Ad haec²⁸) *autem pariter* respondemus, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, seu²⁹) clamosa insinuatio non processerit³⁰), propter dicta huiusmodi puniendum, quin immo³¹) super hoc depositiones contra eum recipi non debere, quum inquisitio fieri debeat solummodo super illis, de quibus clamorosus aliqui praecesserunt³²). Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto, procedendum est³³) ad inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendam³⁴), aut etiam adversus eos, contra quos sit inquisitio, fides³⁵) adhibenda est dictis eorum³⁶), qui post iuramentum vel ante, tacite vel expresse, inimicos se asserunt eorumdem, nisi forsitan ante iuramentum in fraudem id facere praesumantur. §. 2. Quaesivisti³⁷) etiam, quid statui debeat, si nihil per certam scientiam, sed tantum per famam, et eorum, qui fuerint³⁸) inquisiti, credulitatem iuratum contigerit³⁹) inveniri; et utrum⁴⁰) aliquis super eo crimine⁴¹) reputari debeat infamatus, de quo ipsum duo vel tres vel etiam⁴²) plures dixerint infamatum, licet de ipso nihil sinistri⁴³) in publico⁴⁴) audiat. Ad quod est nostra responsio, quod propter famam et deponentium credulitatem dumtaxat non erit ad depositionis sententiam procedendum; sed infamato canonica poterit iudici⁴⁵) purgatio secundum arbitrium iudicantis, qui propter dicta paucorum eum infamatum reputare non⁴⁶) debet, cuius apud bonos et graves laesa opinio non existit. *Tu tenique etc. Dat. Lat. XIII. Kal. Ian. Pont. nostr. Ao. XV.* [1212.]

CAP. XXII. 47)

Si is, de cuius crimine in iudicio constat, petit restitutionem propter iudicarium ordinem non servatum, non est audiendus, sed eum, tanquam notorium criminiosum, debet superior de novo priore. H. d. et est casus valde notabilis secundum hunc intellectum.

Idem Episcopo et Decano Sylvanectensibus. 48)

Ad petitionem Gallerii⁴⁹) quondam⁵⁰) Corbiensis⁵¹) abbatis *dicti lecti filii magistro scholarum et Magistris⁵²) R. de Carbon* et P. canonicis Noviomensibus⁵³) *eiusdem loci* a nobis dudum cor-

Cap. XIX. 96) nostra: Comp. III. — 97) nunciaverint: Comp. III. Aug. — nunciaverint: Ms. A. Reg. — 98) manifeste: Comp. III. Ms. — manifestissime: Aug., Reg. — 99) testificationem: C. H. — 100) ad test.: Comp. III. — 1) quatenus: C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 2) super his (sive: Aug.), quae nobis sunt proposita contra ipsum, finem eius (Comp. III.: ipsius): Comp. III., Reg. — 3) Quod et si: ib. — seq.: ad inq.: absunt a Reg. — 4) prosequendum: Comp. III., Reg., Böhm. — 5) suggesta: Comp. III. — nobis suggesta: Reg. — 6) sollicite: Comp. III., Reg.

Cap. XX. 7) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 1. — 8) Id. ubi dicitur: C. H. — 9) dilecti filii: C. R. L. — 10) quorum nomine sunt huiusmodi de praedicto episcopo nuntiati: Comp. IV. — 11) fuerint: C. R. L. H. — Alioquin auditis diligenter, quae fuerint etc. eidem: Comp. IV. — 12) indebito molestare: Comp. IV. Ms. A.

Cap. XXI. 13) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 491. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 14) ep. Gebennensi et Viennensi sacristae: Reg. — 15) quod: C. H. — 16) faciendam: C. R. H., Comp. IV., Reg. — 17) quaesivisti: Comp. IV. Ms. A. B. — 18) deponet: Comp. IV. Ms. A. — 19) utrum (add.: si: Böhm.) tale videlicet crimen (add.: quod deponeret accusatum criminaliter: Aug.) contigit (contingit: Comp. IV. Aug., Ms. B. — contige-

rat: Ms. A.) adversus aliquem inveniri: Comp. IV., Reg., Böhm. — 20) si sec.: Comp. IV. Ms. A. — 21) Tertius: ib. — 22) alium: Comp. IV. Aug., Reg. — alium crimen aliquem: Ms. A. H. — 23) abest a C. R. L. — 24) laboret: Cont., Böhm. — 25) an al.: Comp. IV. Aug. — 26) schedulas: Comp. IV. Aug., Ms. A. — scedulas: Reg. — 27) abest a C. R. L. H. — 28) hoc: Comp. IV. Aug. — 29) si clam.: Comp. IV. Ms. A. — 30) praecessit: C. R. H., Comp. IV. Aug., Reg. — praecesserit: Comp. IV. Ms. A. B. — 31) quia immo dep. eorum: Comp. IV. Ms. A. — 32) praecesserint: id., Ms. B. — 33) esse: Reg. — 34) faciendum: Comp. III. Aug. — 35) fidei: adhibendam: Comp. IV. Ms. A. B. — 36) illorum: Reg. — 37) Quaesivisti etiam: Böhm. — Quaesivisti praeterea: Comp. IV. Aug., Reg. — 38) fuerunt: Comp. IV. Aug. — 39) contigit: C. R. L. — 40) utrumque: Reg. — 41) abest a Comp. IV. Ms. A. — 42) omitt. Reg. — 43) sinistrum: Comp. IV., Reg. — 44) etiam publ.: Comp. IV. Ms. A. — etiam in publ.: Aug. — 45) induci: id. — 46) desid. in Comp. IV. Ms. A. — Cap. XXII. 47) Restitutum ex Reg. Bal. XIII. 1. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 48) Sylvanen.: Comp. IV. Aug. — Sylvanectensi ep. et abbati Lutiniensi Parisiensis diocesis et decano Sylvanectensi: Reg. — 49) Gallerii: C. R. 2. — Gallerii: C. R. 1., Comp. IV. — Gualteri: C. I. — Walteri: Reg. — 50) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 51) Carbon.: Comp. IV. — Corbiensis: Reg. — 52) Roberto: Reg. — 53) Novien.: Comp. IV. Ms. B. — Novien.: Aug., Ms. A.

rectione commissa, ipsi bis ad idem monasterium accedentes, quibusdam correctis ibidem nonnullis, quae statuenda fuerant, statuerunt, inquisitionis instantiam quorundam impediendo malitia retardando, ad quorum contumaciam reprimendam saeculare intendebant brachium invocare. Verum dilectus filius noster G.⁵⁴ sanctae Mariae in porticu diaconus cardinalis, tunc⁵⁵ apostolicae sedis legatus, interim ad idem veniens monasterium, supra dicto G.⁵⁶ praesente, nec reclamante, super statu monasterii memorati⁵⁷ coepit inquirere diligenter. Et quum inquisitione finita cum⁵⁸ Parisius⁵⁹ evocasset, propositurum contra inquisitionem eandem si quid rationabiliter duceret proponendum: idem W. praesentiam eius adiens allegavit, quod in monasterii correctione procedere non valebat, quae praedictis iudicibus prius fuerat auctoritate nostra commissa, et cardinalem⁶⁰ ipsum ex iustis causis se asserens habere suspectum, vocem ad nos appellationis emisit; quem⁶¹ cardinalis, inspectis his, quae probata fuerant contra eum, de consilio peritorum amovit a regimine abbatiae, dando fratribus eiusdem loci liberam facultatem alium eligendi, qui dilectum filium Ioannem abbatem Corbeionsem, tunc priorem de Argentolio⁶², virum providum et honestum, elegerunt⁶³ concorditer in abbatem. Quum autem dictus W. postmodum ad sedem apostolicam accessisset, asserens se per cardinalem ipsum quorundam falsis suggestionibus circumventum ad abbatiam sine rationabili causa remolun, nos eiusdem coenobii tranquillitati paterna sollicitudine providere volentes, venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Remensi et Atrabensi episcopo decessus in mandatis, ut ad compositionem inter eundem W. et substitutum ei darent studium et operam efficacem, alioquin tam per iam dictum legatum quam per alios inquirerent diligentius veritatem, et eam nobis usque ad festum sancti Remigii proximo nunc centurum fideliter intimarent, ut per eorum relationem certiores effecti procederemus in eodem negotio, prout procedendum utilius videremus. Qui quum super reformatione pacis proficere nonquiescerent, sicut ex huiusmodi accepimus, processerunt ad inquirendum super praemissis omnibus veritatem, testibus ab utraque parte receptis, et ea, quae tam per se quam per cardinalem inquisitionem invenerant, nobis sub sigillis propriis transmisserunt. Nuper autem praefatus W. atque I. in nostra propter hoc praesentia constituti, idem W. quod a legato post appellationem ad nos interpositam factum fuerat petiti revocari, allegans, quod, quum correctio monasterii fuerit iudicibus memoratis iniuncta, et ipsi, quibusdam correctis et nonnullis statutis ibidem, aliorum correctionem ex causa duxerint rationabili differendam, cardinalis interim de iure non potuit procedere ad eandem, quum generale mandatum non deroget speciali. Ad quod fuit ex adverso responsum, quod quum W. praesente nec reclamante ad inquisitionem processerit cardinalis, idem W. videtur in hoc tacite consensisse, ut inquisitione facta corrigeret cardinalis quae corrigenda videret. Contra quod idem W. taliter proponebat, quod, licet statim, ut coepit inquirere cardinalis, non duxerit reclamandum, credens eum nolle procedere contra ipsum, sed abique sui gravamine aliquid in ecclesia utiliter ordinare, postquam tamen evocatus ab ipso cognovit, quod adverso eum procedere intendebat, eius declinavit examen ad nostram audientiam appellando. Proposuit insuper pars adversa, quod, quum praedicti iudices omisissent in monasterii correctione procedere, ac periculum traheret ad se mora, cardinalis ipse, ad quem spectabat ex iniuncto sibi legationis officio cura eius, ad reformationem ipsius loci interponere potuit partes suas. Quum enim secundum iuris civilis auctoritatem in illis etiam casibus, in quibus solennis ordo iudicarius observatur, in criminali causa ultra biennium a contestatione litis non sit eius instantia protrahenda, et nos quoque, consulti, quamdiu delegatus a nobis, qui sententiam tulerat, iurisdictionem suam interponere valeat, ut sententiae pareatur, respondisse noscitur, quod usque ad annum integrum iurisdictionem sibi commissam ad exsequendum sententiam valeat exercere; dictis iudicibus differentibus in correctione procedere, quum iam decem et septem essent menses elapsi, ex quo noscitur mandatum apostolicum recepisse, ac de criminibus, licet non criminaliter ageret, correctioni non immerito cardinalis insistere potuit memoratae. Sed ad hoc altera pars respondit, quod hoc colorem excusationis haberet, si praedicti iudices a legato commoniti ad correctionem procedere neglexissent. In quo casu eorum forte defectus per diligentiam potuisset legati suppleri, sicut de metropolitano in canoni-

bus legitur, quod tunc deum potest ea facere, quae ad suffraganeos pertinent, quum illa suffraganei negligunt adimplere. His igitur et aliis, quae utraque pars proponere curavit, auditis, inquisitione utraque, cardinalis videlicet et archiepiscopi et episcopi praedictorum, diligenter inspecta, intelleximus ex depositionibus iuratorum, quod, quum tempore promotionis ipsius W. octo millium librarum debito monasterium gravaretur, et non multo tempore post idem debitum usque ad duo millia librarum fuerit diminutum, nunc tamen usque ad sex millium librarum summam excrevit; quum, sicut prius contigerat, de proventibus monasterii debitum potius dimipui debuisset quam augeri, nisi rectoris incuria obstidisset. Et quamvis ad excusationem suam proposuerit idem W., quod propter expensas factas in causa, quam contra Cluniacense monasterium habuit, in qua quendam prioratum eviderit, idem fuerat debitum augmentatum, fuit tamen ei ex adverso responsum, quod propter expensas illas debitum interim augmentari non debuit, quum propter hoc possessiones quasdam eiusdem obligaverit prioratus, maxime quum in eiusdem prosecutione negotii vix expensas fuerint mille librae. Adiecit etiam dictus W., quod occasione eiusdem domus, quam in villa Corbeiae de novo construxerat, debitum supradictum excrevit. Ad quod pars adversa respondit, quod ex proventibus monasterii expensas huiusmodi facere potuit abique onere debitorum, praeterim quum propter hoc non modicum auxilium a burgensibus fuerit eidem impensum. Praeterea quum ex confessione ipsius constiterit, quod in capitulo praestiterat iuramentum, ne debitum de novo contraheret, ac postea contraxerit debitum contra iuramentum proprium veniendo, sicut testes deponunt, argui de periurio videbatur. Ad quod idem W. hoc modo respondit, quod, etsi factum huiusmodi praestiterit iuramentum, postea tamen quoddam iuramentum fuit in capitulo institutum, per quod iuramentum ipsum extitit relaxatum. Sed contra hoc pars altera replicavit, quia, quum non constiterit, quod per tale statutum revocatum fuerit iuramentum, et appareret eundem W. non solummodo iuramentum de debito non contrahendo praestitisse, sed venisse postea contra illud, manifeste liquebat, ipsum reatum periurii incurrisse. Sed et ipsius insufficientia et negligentia dissoluta videbantur manifeste probari. Et quamquam aliqui testium eum, quantum in se, dixerint esse bonum, nulli tamen deposuerunt expresse, quod utilis esset eius provisio monasterio saepedicto. Quum igitur nobis de talibus fuerit sufficiens in tali negotio facta fides, propter quae praefatus G.⁶⁴ erat merito amovendus, etiam restituendus foret propter iudicarium ordinem non servatum, ob causas tamen praedictas ipsum providimus manere privatum regimine abbatiae, supra dictum priorem, quem pro eo, quod, praefato G.⁶⁷ propter iuris ordinem non servatum quondammodo inordinate remoto, intelleximus⁶⁸ ob eandem causam per consequentiam minus legitime substitutum, per sententiam amoventes. Quum quia non propter personae vitium vel scientiae defectum, sed propter iuris solennitatem, sicut praemissum est, praetermissam amovimus, ipsum postmodum restitimus in abbatem, et memorato W. etc. Dat. Lat. VII. Kal. Mart. Pont. nostr. Ao. XIII. [1210.]

CAP. XXIII.⁷⁰

Agenti possessorio adipiscendae in beneficiis non obstat exceptio criminis, nisi de eo sit infamatus; et infamato, accusatore non probante vel non apparente, indicitur purgatio, in qua si defecerit, punitur ut convictus.

Idem.⁷¹

Accedens ad praesentiam nostram G. nepos quondam H. subdiaconi nostri, sua nobis quaestione monstravit, quod, quum idem H.⁷² apud sedem apostolicam viam universae carnis ingressus fuisset, praebendam, quam decedens habuerat in ecclesia Cremonensi⁷³, ei duximus conferendam, venerabili fratri nostro H. episcopo et dilectis filiis capitulo Cremonensi iniungentes, ut eum in fratrem reciperet, et tam stallum in choro quam locum in capitulo, et praebendam eandem ipsi sine difficultate aliqua assignaret; tibi etiam, fili archidiacone, et dilectis filiis praeposito S. Agathae dedimus in mandatis, ut, si episcopus et canonici mandatum apostolicum non implerent, vos illud sublato appellacionis obstaculo exsequi curaretis, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione remota compescentes. Quumque tu et idem praepositus,

Cap. XXII. 54) Guala: Reg. — 55) nunc: Comp. IV. Aug. — 56) Galterio: C. R. 1. — Gualterio: C. L. — Walterio: Comp. IV. Aug. Ms. B. — Walterio: Ms. A., Reg. — 57) praedictum W.: Comp. IV. Ms. B. — praedictum Walterium: Aug. Ms. A. — praedictum Walterum: Reg. — 58) Parisius: C. R. L. — Parisios: Bibm. — 59) cardinalis: Comp. IV. Aug. — 60) Porro cardinalis: ... ipsum amovit: Comp. IV., Reg. — 61) Argentario: Comp. IV. Aug. — 62) elegerint: Comp. IV. Ms. A. B. — seq.: conc.: desid. in Ms. A. — 63) abest a Comp. IV., Böhm.

— ergo: Reg. — 64) W.: Comp. IV., Reg. — 65) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 66) Ioannem nihilominus supradictum: Comp. IV., Reg. — seq.: quem: desid. ap. Cont. et Böhm. — 67) W.: C. H., Comp. IV., Reg. — 68) intelligimus: C. H. — 69) abest a C. H., Comp. IV., Reg. — Cap. XXIII. 70) Restitutum ex Comp. IV. c. 3. de conc. praeb. III. 3. — 71) add.: in registro: Comp. IV. Aug. Ms. B. — 72) dilectus filius noster H. subd.: Comp. IV. — 73) Trecent.: Comp. IV. Ms. A.

sicut ex literis vestris accepimus, monuissetis episcopum et canonicos Cremonenses ad mandatum apostolicum exsequendum, ipsi assenserunt, nostras literas per veri suppressionem obtentas, quum, vivente adhuc subdiacono praedicto, filium cuiusdam nobilis civis Cremonensis in canonicum receperunt, et promississent proximam vacanturam. Adiecerunt etiam, quod ante receptionem literarum nostrarum nuncium suum ad sedem apostolicam destinarunt, et ideo, ne procederetis ulterius, ad audientiam nostram appellarunt. Iuvenis etiam, cui per episcopum et canonicos eadem fuerat praebenda concessa, duxit ad audientiam nostram proclamandum. Unde vos non processistis ulterius, sed quae acta fuerant per vestras nobis literas intimastis. Petebat igitur memoratus G., ut ex eo, quod canonici contra Lateranense concilium fecerant; impedire non pateremur nostrae concessionis effectum, sed praebendam ipsam faceremus eum pacifice possidere. Quae si fuisset etiam iuveni memorato concessa, debebat tamen nostra concessio, quae praecesserat, praevaleere. Verum dilectus filius Bonus Iohannes praedictorum canonicorum et episcopi nuncius proposuit, quod, priusquam ad eos mandatum apostolicum emanasset, praebendam ipsam iuveni concesserant memorato, et subiunxit, quod dictus G. super homicidio et periurio infamia publica laborabat. Unde non solum admittendus non erat ad Cremonensem ecclesiam, sed efficiendus potius etiam, si fuisset admissus. Episcopus quoque per suas nobis literas intimavit, quod, quum pro eodem G. literas apostolicas receperisset, ei consulit, ut, si conscientia salva possit, saltem de periurio et homicidio se purgaret, nisi contra eum appareat legitimus accusator; sed ipse purgationem praestare noluit, nec offerre. Nos igitur, attendentes, quod filius nobilis memorati, sicut episcopi et canonicorum Cremonensium, et executorum nostrorum literae attestabantur, fuit contra Lateranense concilium ad proximam vacanturam admissus, ut postmodum acceperunt, non vacante, quum, priusquam de morte subdiaconi ad Cremonam certus nuncius pervenire potuisset, praedictam praebendam concesserimus memorato G., discretioni vestrae per apostolica scripta Mandamus, quatenus "quod de praemisso iuvene factum est denuncietis irritum et inane, ac," nisi praefatus G. super obiectis eidem in modum exceptionis criminibus, videlicet periurio et homicidio, publice fuerit infamatus, concessionem nostram sibi factam executioni mandetis. Deinde, si legitimus accusator apparuerit, audiat quae fuerint hinc inde proposita, et, si praedicta crimina vel eorum aliquod legitime probatum fuerit contra eum, ipsi super eadem praebenda "perpetuum" silentium "appellatione postposita" imponat. "Quod si probare nequiverint, eam sibi auctoritate apostolica confirmetis." Si vero contra eum legitimus non apparuerit accusator, et ipse super praedictis criminibus dignoscitur respersus infamia, purgationem ei canonice indicatis; in qua si "forte" defecerit, "perpetuum" imponat silentium. Si autem purgationem praestiterit, contradictores ab eius molestia compensent, eos, qui eum nisi sunt impedire, in expensis "ipsi" legitimis condemnent.

CAP. XXIV. 88)

Superior contra subditum, maxime praelatum, de his tantum inquiret, super quibus praecessit infamia, et tunc vocabit eum, et tradet sibi capitula et nomina, et testium dicta publicabit, et ipsius legitimos exceptiones admittet, et, probato gravi crimine, eum ab administratione removebit. In regularibus vero praelatis ad unguem servandus non est hic ordo. Et quoniam in hac summatione mollem vileatur usque differentia inter praelatos et subditos, contra quos inquiritur, tamen faciendum est, ut pulet in litera.

Idem in concilio generali.

Qualiter et quando debeat praelatus procedere ad inquirendum et puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus veteris et novi testamenti colligitur evidenter, ex quibus postea processerunt canonicae sanctiones, sicut olim aperte distinximus, et nunc sacri approbatione concilii confirmamus. Legitur enim in evangelio, quod villicus Me, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi diaspasset bona ipsius, audivit ab illo: „Quid hoc

audio de te? redde rationem villicationis tuae, iam enim non poteris amplius villicare.“ Et in Genesi Dominus ait: „Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.“ Ex quibus auctoritatibus manifeste probatur, quod non solum quum subditus, verum etiam quum praelatus excedit, si per clamorem et famam ad aures superioris pervenerit, non quidem a malevolis et maledicis, sed a providis et honestis, nec semel tantum, sed saepe, quod clamor innuit et diffamatio manifestat, debet coram ecclesiae senioribus veritatem diligentius perscrutari, ut, si rei poposcerit qualitas, canonica districtio culpam feriat delinquentis, non tanquam idem sit accusator et iudex, sed quasi denunciante fama vel deferente clamore officii sui debitum exsequatur. Licet autem hoc sit observandum in subditis, diligentius tamen est observandum in praelatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus compellere, quum ex officio suo teneantur non solum agere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam vero ligare: frequenter odium multorum incurrun et insidias patiuntur. Et ideo sancti Patres provide statuerunt, ut accusatio praelatorum non facile admittatur, ne concussis columnis corrumpat aedificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsae, sed etiam malignae criminationis ianua praecludatur. Verum ita voluerunt providere praelatis, ne criminarentur iniuste, ut tamen caverent, ne delinquerent insolenter, contra morbum utrumque invenientes medicinam congruam, videlicet ut criminalis accusatio, quae ad diminutionem capitis, id est degradationem, intenditur, nisi legitima praecedat inscriptio, nullatenus admittatur. Sed quum super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, "ita" ut iam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit vel sine periculo tolerari: absque dubitatione acrupulo ad inquirendum et puniendum eius excessus, non ex odii fomite, sed caritatis procedatur affectu, quatenus, si fuerit gravis excessus, etiam non degradetur ab ordine, ab administratione tamen amoveatur omnino, quod est secundum sententiam evangelicam a villicatione villicum amoveri, qui non potest villicationis suae dignam reddere rationem. Debet igitur esse praesens is, contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentaverit, et exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi se ipsum. Et non solum dicta, sed etiam nomina ipsa festum sunt ei, ut quid et a quo sit dictum appareat, publicanda, nec non exceptiones et replicationes legitima admittendae, ne suppressio nominum infamandi, per exceptionum vero exclusionem deponendi falsum audacia praebatur. Ad corrigendos itaque subditorum excessus tanto diligentius debet praelatus assurgere, quanto damnabilis eorum offensas desereret incorrectas. Contra quos, ut de notoriis excessibus taceatur, etsi tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denunciationem et inquisitionem ipsorum: ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leve compendium ad grave dispendium veniatur, sicut accusationem legitima debet praecedere inscriptio, sic et denunciationem caritativa monitio, et inquisitionem clamosa insinuatione praevinire, illo semper adhibito moderamine, ut iuxta formam iudicii sententiae quoque forma dicetur. Hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus usquequaque servandum, quae, quum causa requirit, facilius et liberius a suis possunt administrationibus amoveri.

CAP. XXV. 89)

Metropolitani ad correctionem excessuum et reformationem morum singulis annis facere debent provinciale concilium, in quo statuerent debent personas idoneas per singulas dioeceses, quae sollicite investigent, et in sequenti concilio referant corrigenda. Et episcopi debent facere synodos episcopales singulis annis, et publicare agitata in provinciali concilio, et haec negligentes ab executione officii suspendantur. H. d.

Idem in eodem.

Sicut olim a sanctis Patribus noscitur institutum, metropolitani singulis annis cum suis suffraganeis provincialia non omittant con-

Cap. XXIII. 74) praefatus clericus super praedictis criminibus publice fuerit infamatus, concessionem nostram sibi factam per censur. eccl. app. rem. executioni mandetis: Comp. IV. — 75) Denum: Comp. IV. — 76) supra dicta: ead. Ms. A. — 77) fuerint probati, ipsi: Aug. — 78) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 79) si: Comp. IV. — 80) abest a Comp. IV. Ms. A. — 81) esse resp.: C. R. 2. — 82) fama: Comp. IV. — 83) imponere curetis: ead. — 84) abest a C. R. 2. I. H. — sum: C. R. 1. — ipsam: Comp. IV. — 85) desid. in Comp. IV. Ms. B. — 86) compescatis et eos, qui nisi: Comp. IV. — 87) condemnantes: C. L.

Cap. XXIV. 88) c. 8. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 4. — 89) quomodo: conc. ap. Mans. — 90) auctoritates: Comp. IV. — 91) cf. supra c. 17., ex quo haec conc. Lat. verba desumpta sunt. — 92) affirmamus: Comp. IV. Ms. A. — 93) quia: Comp. IV. Aug. — 94) illius: ead. Ms. A. — sua: conc. Ms. — 95) Luc. XVI. 2. — 96) omitt. C. R. 1. L., Comp. IV., conc. — 97) desid. ap. Aug. — cf. Gen. XVIII. 21. — 98) comprobatur: conc. — 99) propter: Comp. IV. Ms. A. — 100) non: Cont. —

1) clamatio: Comp. IV. Aug. — 2) poposcit: ead. — 3) ecclesiastica: Comp. IV. Ms. A. — 4) abest a conc. et Comp. IV. Ms. A. H. — 5) actor: C. R. L. H., Comp. IV. Ms. A. B., conc. — 6) quia: Comp. IV. Aug. — 7) diligenter, ead. — 8) abest a C. R. L., Comp. IV., conc. — 9) nec: Comp. IV. Ms. A. — 10) criminationis: Comp. IV., conc. Ms. — 11) per quam: Comp. IV. Aug. — 12) tenditur: ead. — intendit: conc. Ms. — 13) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 14) de: ead. — 15) desid. ib. — 16) remove: C. R. 2. — 17) absentaret: C. R. L., Comp. IV. Aug., Ms. B. — 18) omitt. Comp. IV. Ms. A. — sunt illi cap.: Ms. B., conc. Ms. — 19) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 20) omitt. Comp. IV. — vel: conc. Ms. — 21) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 22) desineret: ib. — 23) taceamus: ib. — 24) possit: Comp. IV. Aug. — 25) eorum: conc. — 26) verumtamen: ib. — 27) legitimam: ead., Ms. B. — 28) admonitio: conc. — 29) cavillosa: Comp. IV. Ms. A. — 30) qui: ib. — 31) possint: Cont., Böh. —

Cap. XXV. 82) c. 6. conc. eiusd. — Comp. IV. h. t. c. 5.

clis celebrare, in quibus de corrigendis excessibus et moribus reformatandis, praerertim in clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum, canonicas regulas³³⁾, "et" maxime, quae statuta³⁴⁾ sunt in hoc generali concilio, relegentes, ut eas faciant observari, debitam poenam transgressoribus infligendo. Ut autem id valeat³⁵⁾ efficacius adimpleri, per singulas dioeceses statuunt personas idoneas, providas videlicet³⁶⁾ et honestas, quae per totum annum simpliciter et de plano absque ulla iurisdictione sollicite investigent quae correctione vel reformatione sunt³⁷⁾ digna, et ea fideliter perferant ad metropolitanam et suffraganeos et alios³⁸⁾ in concilio subsequenti, ut super³⁹⁾ his et⁴⁰⁾ aliis, prout utilitati et honestati congruerit⁴¹⁾, provida deliberatione procedant, et quae⁴²⁾ statuerint faciant observari⁴³⁾, publicaturi⁴⁴⁾ ea⁴⁵⁾ in episcopaliibus synodis annuatim per singulas dioeceses celebrandis. Quisquis autem hoc salutare statutum neglexerit adimplere, a sui⁴⁶⁾ executione officii suspendatur, "donec per superioris arbitrium eius relaxetur."

CAP. XXVI

Sententiae excommunicationum, suspensionum vel interdicti, latae post denunciationem per abbatem denunciatum vel alium pro ipso in monachos denunciatus vel adherentes sistem, relaxantur. Spoliati restituntur, et instrumenta de tacenda veritate relaxantur, dicta testium denunciatum traduntur; et expensae de bonis monasterii monachis denunciatis ministrantur; et propter hoc ab obedientia abbatibus non extinguntur, sine tamen liti praedictis.

Gregorius IX. Archiepiscopo et Priori sanctae Mariae Rothomagensis.

Olim I. V.⁴⁷⁾ et P. ordinis Tyronensis⁴⁸⁾ (Et infra:) Ne igitur reformatio monasterii valeat retardari, mandamus, quatenus, relaxatis excommunicationum seu suspensionum sententiis, si quas idem abbas protulerit⁴⁹⁾ vel per quoscunque iudices promulgari fecit post inceptum negotium in eos et adherentes⁵⁰⁾ eisdem, ac eis restitutis, quos idem abbas negotio ipso⁵¹⁾ pendente contra iustitiam spoliavit, in negotio de plano et absque iudiciorum strepitu procedentes, quum talibus maxime in hoc casu non deceat Dei servos involvi, inquiratis quae circa⁵²⁾ personas et observantias regulares videritis inquirenda, corrigentes et reformatantes tam in capite quam in membris quae correctionis et reformationis⁵³⁾ officio noveritis indigere, iramentis, si qua de tacenda veritate abbas extorserat⁵⁴⁾, relaxatis, proviso, ut negotio ipso pendente praefati monachi eidem abbati obediant et intendant, ita tamen, quod per hoc prosecutio negotii non valeat impediri. Si vero testes contra eundem abbatem producti fuerint, dictorum ipsorum ei copiam⁵⁵⁾ faciat. Praedictis autem monachis expensas⁵⁶⁾, factas propter hoc, et tribus vel quatuor ex istis, vel aliis, quos idoneos ad dictum negotium prosequendum duxeritis assumendos, faciat de bonis eiusdem monasterii, et⁵⁷⁾ faciendas expensas ad prosecutionem ipsius negotii necessarias, computatis, si qua propter hoc receperunt⁵⁸⁾, de bonis monasterii, quum proprium non habeant, ministrari. Contradictores etc.

CAP. XXVII

Contra praeslatum, denunciatum de dilapidatione, fit commissio super veritate inquirenda, et pendente negotio debet sibi interdicti potestas alienandi.

Idem Episcopo Cister.⁵⁹⁾, de Alde. et de Salen. Abbatibus.

Praelatorum excessus (Et infra:) Sane dilecti filii C. et quatuor alii canonici Frisienses⁶⁰⁾ denunciando monstrarunt, quod Frisiensis episcopus bona sui episcopatus, quem, ut dicunt, fuit minus canonicè assecutus, adeo graviter dilapidat et consumit, quod, nisi celeriter adhibeatur remedium, episcopatus idem per eum ad irreparabile⁶¹⁾ dissolutionis⁶²⁾ opprobrium deducetur⁶³⁾,

nec solummodo rerum, verum etiam famae suae prodigus et salutis, vitam ducit enormiter dissolutam. (Et infra:) Discretionem vestrae mandamus, quatenus personaliter accedentes ad locum inquiratis sollicite veritatem, et eam fideliter conscribentes sub sigillis vestris nobis transmittatis inclusam, eidem episcopo terminum assignantes, quo nostro se conspectui repraesentet pro meritis recepturus, potestate vendendi, dandi, infeudandi seu quomodolibet⁶⁴⁾ alienandi bona ipsius ecclesiae interim eidem penitus interdicta.

TITULUS II.

DE CALUMNIATORIBUS.

CAP. I.¹⁾

Subdiaconus, calumniae accusans diaconum, subdiaconatu privatur, et publice verberibus castigatur, et in exilium mittitur.

Gregorius Anthemio Subdiacono.²⁾

Quum fortius punienda sint crimina, quae insontibus et³⁾ maxime sacratis hominibus inferuntur, quam sitis culpabiles "omnes," qui in causa Iohannis diaconi reseditis, attendite⁴⁾, ut Hilarius⁵⁾, criminatorem ipsius, nulla ex diffinitione vestra⁶⁾ poena conveniendi⁷⁾ castigaret. "Nec illud ad executionem vestram creditis esse idoneum, quod vobis, quasi iudicare volentibus, solus frater et coepiscopus noster Paschasius dicitur distulisse. Nam si zelus in vobis rectitudinis viguisset, facilius uni a multis rationabiliter suaderi, quam multi ab uno poterant sine causa differri." Quia ergo tantae nequitiae malum sine digna non debet ultione transire, iubemus⁸⁾ eundem H.⁹⁾ prius subdiaconatus, quo indignus fungitur, privari officio, et verberibus publice castigatum in exilium deportari, "ut unius poena multorum possit esse correctio etc."

CAP. II.¹⁰⁾

Denunciator, in probatione criminum stesiciens, ab officio et beneficio suspenditur, donec innocentiam suam purget.

Innocentius III. Zamorensi, Segobicensi¹¹⁾ et Abulensi Episcopis.

Quum dilectus filius, magister scholarium Palentinus¹²⁾, ad sedem apostolicam accessisset, et "nobis" de suo¹³⁾ episcopo excessus varios nunciasset, "venerabili fratri nostro quondam episcopo Legionensi, nunc archiepiscopo Compostellano, et dilectis filiis de Valle bona, et de Mataplana abbatibus dioecesis Palentinae" examinationem commissimus excessuum obiectorum. "Qui super simonia duplici, dilapidatione, absolutioe incidentium in canonem sententiae promulgatae, quodque appellationibus ad nos interpositis deferre contemneret, nec non quod in manibus suis ultra tempus in concilio Lateranensi constitutum vacantem tenuerit dignitatem, et quod furtim quoddam subtraxerit instrumentum, in quo a iure canonicorum iura episcopalia distinguuntur, et quibusdam aliis, inquisita per testes plenius veritate, inquisitionem ipsam cum depositionibus testium nobis fideliter transmiserunt." Quum autem processum negotii "et dicta testium" examinaverimus diligenter, nec intelligere potuerimus¹⁴⁾, probatum esse sufficienter aliquid¹⁵⁾ de praedictis, eundem episcopum "de consilio fratrum nostrorum" absolvendum decernimus¹⁶⁾ ab obiectis, vobis¹⁷⁾ "per apostolica scripta" mandantes, quatenus memoratum magistrum scholarium¹⁸⁾, donec canonicè suam purgaverit innocentiam, scilicet quod non calumniandi animo ad huiusmodi crimina proponenda proceasit¹⁹⁾, ab officio et beneficio suspendatis, ut ceteri, simili poena perterriti, ad infamiam suorum facile non protrahantur. "Quod si non omnes etc. Dat. Later. V. Id. Maii Ao. X." [1207.]

Cap. XXV. 33) causas: conc. Ms. — 34) statuta: C. R. 1., conc. Ms. — 35) valeant: adimplere: Comp. IV. Aug. — 36) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 37) sint: C. R. 1. H., conc. — 38) et ad al.: Comp. IV. Ms. B. — omitt. Ms. A. et conc. Ms. — 39) similiter: Comp. IV. Aug. — 40) vel: ead. Ms. B. — 41) congruit: C. R. 1. H., Comp. IV. — 42) quod: conc. Ms. — 43) firmiter obs.: C. R. 1. — 44) publicantes: conc. — 45) ea, quae: C. L. — 46) a suis beneficiis et ex.: conc.

Cap. XXVI. 47) W.: C. R. 1. L. — 48) Cister.: C. R. 2. — Cironen.: C. L. — 49) protulerit: C. R. L. H. — 50) haerentes: Böhm. — 51) desid. ap. Cont. — 52) contra: C. R. 2. — 53) et ret.: desid. in C. H. — 54) extorsit: Cont. — 55) dari fac.: Cont., Böhm. — 56) desid. in C. R. 1. — 57) abest a C. R. L. — 58) receperint: C. H.

Cap. XXVII. 59) Fisetensi ep., Alders. Pachensi et Salemitano abbatibus (Dat. Lat. V. Kal. Maii Ao. I.) Manrique Annal. Cisterc. ad A. 1227. — 60) leg.: Frisingenses — cf. Meichelbeck Hist. Frising. II. 6. seqq. — 61) irreparabiles: C. R. L. H. — 62) dissolutionis: C. R. 2. H. — 63) deducatur: Böhm. — 64) quolibet ulio modo: C. R. 1.

TIT. II. Cap. I. 1) Restitutum ex Greg. I. Reg. XI. 71. — Burch. II. 201., Lips. XI. 5., Comp. I. c. 2. de accus. V. 1. — 2) add.: Campaniae: Reg. — 3) desid. ap. Cont. — 4) uttende: Burch., Comp. I., Reg. — 5) illarum: Lips. — Hilarius: Burch., Reg. — 6) nostra: C. L. — 7) vobis: C. H., Coll. ctt., Reg. — 8) superscriptum (omitt. Lips., Comp. I.) fratrem nostrum Paschasium voluntas admoneri (admonere: Lips., Comp. I.), ut eundem (eum: Lips.) Hilarium (Hilarium: Comp. I.) . . . prius officio atque verberibus publ. cast. faciat in ex. deportari: Coll. ctt., Reg. — 9) I.: C. R. 1. — Ylarium: C. L.

Cap. II. 10) Restitutum ex Reg. Bal. X. 58. — Comp. III. c. 7. de accus. V. 1. — 11) Secobien.: Reg. — Zamoren., Solobien. et Apulen. epp.: Comp. III. Ms. — Zamoren., Secobien., Iupulen. epp.: Aug. — 12) Palentinus: Böhm. ex Cont. — Palatinus: Comp. III. Ms. — Palentinae ecclesiae: Reg. — 13) de ven. fr. nostro Palentinae episcopo suo (desid. in Comp. III.): Comp. III., Reg. — 14) poterimus: C. R. 1. — 15) aliquid: Böhm. ex Cont. — 16) decrevimus: C. R., Comp. III. Aug., Reg. — 17) abest a Comp. III. Aug. — 18) scholarium: Böhm. ex Cont. — 19) proceasit: C. R. 1., Reg.

TITULUS III.

DE SIMONIA, ET NE ALIQUID PRO SPIRITUALIBUS¹⁾ EXIGATUR VEL PROMITTATUR.

CAP. I.²⁾

Episcopus pro ordine ab eo conferendo, vel ministri vel notarii nihil temporale exigere debent.

Gregorius generalit synodo³⁾ praesidens.

In ordinando *episcopo pontifex manum imponit; evangelicam vero lectionem minister legit; confirmationis autem eius epistolam notarius scribit.* Sicut *autem* non debet⁴⁾ episcopus manum, quam imponit, ita nec minister vel notarius in ordinatione eius vocem *suam* vel calamus vendere. Pro ordinatione igitur⁵⁾ vel usu pallii, seu chartis atque pastellis⁶⁾, eum⁷⁾, qui ordinatur, omnino aliquid dare prohibemus⁸⁾. *Ex quibus praedictis rebus etc.*

CAP. II.⁹⁾

Deponendus est qui per pecuniam aliquam eiecit de ecclesia sua, se postea intrudendo.

Ex concilio Maguntinensi.

Qui alium *presbyterum* in ecclesia¹⁰⁾ *legitime* ordinatum per pecuniam expulerit, eamque¹¹⁾ sibi taliter vindicaverit, omnimodo¹²⁾ deponatur¹³⁾.

CAP. III.¹⁴⁾

Quilibet catholicus admittitur ad accusandum de crimine simoniae.

Deodatus Papa.¹⁵⁾

Si Dominus et magister omnium, qui sine peccato fuit¹⁶⁾, accusandi licentiam uni dedit, *quanto magis unius assertione convincendus est, qui Simoniae labe dignoscitur esse pollutus?* Non igitur *in tali* quilibet catholicus est respuendus, sed, ut veritatem asserat ad propalendam¹⁷⁾ simoniacam rabiem, magnis est precibus exorandus¹⁸⁾.

CAP. IV.¹⁹⁾

Simoniacus pendente accusatione ab administratione dignorum prohibetur.

Idem.²⁰⁾

Accusatum simoniacum necesse habuimus *summo per scripta nostra* prohibere, ne missarum solennia celebraret²¹⁾, donec quid esset²²⁾, verius constitisset²³⁾.

CAP. V.²⁴⁾

Idem dicit, quod praecedens, nisi quod illud cap. loquitur in accusatione, istud in inquisitione, et illud loquitur de simoniaco in genere, istud declarat de ordine.

Idem.

Quotiens *contra ecclesiasticam quidgestum dicitur disciplinam, ne nos ante Deum culpa ex dissimulatione redarguat, irrequiritum hoc relinquere non audeamus.* Pervenit *itaque* ad nos, quod per simoniacam haeresim fueris²⁵⁾ ordinatus. *Sed et alia de te multa*

TIT. III. 1) *spirituali*. C. R. 2. — Cap. I. 2) *Restitutum ex conc. Rom. hab. sub Gregorio I., ed. in App. Opp. Greg. I. ed. Manr. — ff. c. 3. § 4 C. l. qu. 2. — Lips. I. 16., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) concilio*. C. H. — 4) *debet episcopum (pontificem) manum... vendere, ita minister vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam vel calamus vendicare*. Coll. cit., Reg. — 5) *vero vel pallio*: Reg. — 6) *pallii*: Comp. I. Aug. — *pas ello*: Reg. — 7) *eundem, qui ordinandus vel ordinatus est*: Reg. — 8) *prohibeo*: ib. — 9) *Exstat in conc. Turon. III. c. 15., conc. Mag. sub Rhab. c. 12., in ep. hab. ad Herib. c. 19. — Reg. I. 338., Burch. III. 110. Ivo Deor. III. 86., Comp. I. h. t. c. 2. — 10) ad ecclesiam*: Reg., Burch., lv., conc. — 11) *expellit et eam*: C. H. — 12) *omnino*: C. R. H. — *omnimodo*: C. l. — *omnimodis*: Comp. I. — 13) in conc. et ap. Reg., Burch., lv. ipsa cap. verba paulo aliter se habent, ad quos lectores liceat ablegare. — 14) *Restitutum ex Lips. I. 11., Cass. XIII. 11., Comp. I. h. t. c. 3. — 15) Paschalis II.*: Lips. — 16) *fuerit*: C. R. 1. — 17) *compellendum*: C. R. — *pellendum*: C. H. — *depellendum*: Lips., Cass. — 18) *exhortandus*: Böhm. ex Cont. — 19) *Sumptum ex ep. Greg. I. ad Maximum VI. 3. cf. c. prox. seq. — Silvestro tribuitur in c. 14. C. II. qu. 5. — Lips. I. 13., comp. I. h. t. c. 4. — 20) Deodatus*: Lips. — 21) *celebrare debuisse*: Lips., Comp. I. Aug. — *celebrasset*: Ms. — 22) *sit*: C. H. — 23) *potuissent addiscere*: Coll. cit. — 24) *Restitutum ex Greg. I. Reg. VI. 3. — Lips. I. 14., Comp. I. h. t. c. 5. — 25) fuisset*: Lips. — 26) *propter quod*: Lips., Comp. I., Reg. — 27) *quicquid*: Lips. — 28) *esset*: Lips., Comp. I., Reg. — 29) *disceremus*: C. H., Comp. I. — *addisceremus*: Lips. — *potuissent addiscere*: Reg.

hic dicta sunt, de quibus unum quam maxime fuit, Proposens²⁶⁾ necesse habuimus, te "per scripta nostra" prohibere, ne missarum solennia celebrare debuisses, donec quid²⁷⁾ sit²⁸⁾ verius diacernereamus²⁹⁾.

CAP. VI.³⁰⁾

Simoniacus est deponendus.

Lucius Papa.³¹⁾

Sicut *enim* simoniaca pestis sui magnitudine alios morbos vincit, ita sine dilatione mox, ut eius signa per aliquam personam claruerint, de ecclesia Dei debet eliminari³²⁾ atque repelli³³⁾. *Petrus enim primus pastor etc.*

CAP. VII.³⁴⁾

Simoniacum accusare potest seruus, meretrix et criminosis.

Deodatus.³⁵⁾

Tanta est labes huius criminis, quod etiam servi adversus³⁶⁾ dominos, et quilibet criminosis admittuntur ad accusationem. Item omnia peccator missam cantare potest, praeter simoniacum, quem *etiam* quilibet, ut ab ordine male accepto removeatur, accusare potest, vel etiam meretrix³⁷⁾.

CAP. VIII.³⁸⁾

Simoniacum est pretium recipere pro ingressu religionis, pro prioratibus vel capellis concedendis, et pro praetulis instituendis, pro concedendis sepultura, pro chrismate, pro oleo sancto, pro benedictionibus nubentium, vel aliis sacramentis; nec valet consuetudo in contrarium. H. d. cum sequenti.

Alexander III. in concilio Turonensi.

Non satis *utiliter a populo avpertia redarguitur, si ab his, qui in clero constituti videntur, et praecipue qui contempto saeculo nomen religiosorum profitentur et regulam, modis omnibus non caventur.* Prohibemus igitur, ne ab illis³⁹⁾, qui ad religionem transire volunt⁴⁰⁾, aliqua pecunia requiratur. Nec⁴¹⁾ prioratus vel capellaniae⁴²⁾ quaelibet monachorum aut clericorum annua⁴³⁾ distractione vendantur⁴⁴⁾. Nec ab eo, cui regimen ipsarum committitur, pro⁴⁵⁾ earum commissione ullum pretium exigatur. *Hoc autem simoniacum esse sanctorum Patrum auctoritas manifeste declarat.* Unde quisquis contra hoc⁴⁶⁾ decretum attentare praesumpserit, tam ille⁴⁷⁾, qui dederit, quam ille, qui receperit vel consenserit⁴⁸⁾, partem se cum Simone non dubitet habiturum. Pro sepultura quoque⁴⁹⁾, et⁵⁰⁾ chrismatis et olei⁵¹⁾ receptione⁵²⁾, nulla cuiusquam⁵³⁾ pretii exactio⁵⁴⁾ attentetur⁵⁵⁾, nec sub obtentu cuiusquam⁵⁶⁾ consuetudinis reatum suum quis⁵⁷⁾ teneatur, quia diuturnitas temporis non diminuit⁵⁸⁾ peccata⁵⁹⁾, sed auget.

CAP. IX.⁶⁰⁾

Summatum est supra in cap. praecedenti.

Ex concilio Lateranensi.

Quum in ecclesiae corpore *omnia debeant ex caritate tractari, et quod gratis receptum est gratis impendi*: horribile nimis est, quod in quibusdam ecclesiis locum venalitate perhibetur habere ita, ut pro episcopis vel⁶¹⁾ abbatibus seu quibuscumque personis ecclesiasticis ponendis in sedem⁶²⁾, sive introducendis presbyteris in ecclesiam⁶³⁾, nec non et⁶⁴⁾ pro sepulturis et exequiis⁶⁵⁾ mortuorum,

Cap. VI. 30) Lips. I. 45., Comp. I. h. t. c. 6. — 31) *ex dictis Iulii P. (?)*: Lips. — 32) *elimari*: C. H. — 33) *propelli*: C. R. L., Comp. I. — 34) *Capellania*: Lips. I. 10., Cass. XIII. 10., Comp. I. h. t. c. 16. — 35) *Dens dedit*: C. R. 2. H., Lips., Comp. I. — *inser. omitt. Cass.* — 36) *apud*: Lips. — 37) *et etiam meretrix publica*: C. H. — 38) *Restitutum ex c. 6. conc. Tur. (hab. A. 1163.) — App. II. 10., Lips. I. 9., Cass. XIII. 9., Comp. I. h. t. c. 7. — 39) ipsius*: Comp. I. — 40) *vulnerint*: conc. — 41) *ne*: Cass. — *nee*: App. — *et ne*: conc. — 42) *capellania*: App. — 43) *decimae destructione*: conc. — 44) *vendatur*: App. — *veniantur*: Lips., Cass., Comp. I. — 45) *ex ear. comm. pretium exigant*: App. — 46) *hoc de cetero*: App., conc. — 47) *tam ille (omitt. conc.) qui dederit (dedit) Aug., quam qui receperit (recepit) et qui consentit*: Aug. — *partem se cum Simone (secum simoniacis)*: Comp. I. Ms. — *non (ne) Aug. dubitet habiturum*: App., Lips., Comp. I., conc. — *tam ille, quam qui consenserit*: Cass. — 48) *vel qui consentit*: C. R. 1. — *vel consentit*: C. l. H. — 49) *quidem*: App. — 50) *abest a conc.* — 51) *ol. sacri*: Lips. — 52) *perceptione*: C. R. l. H., Coll. cit., conc. — 53) *cuiuscumque*: Cass. — *cuiusque*: Comp. I. Aug. — 54) *emptio*: Cass. — 55) *intendantur*: App., Cass., Comp. I. — *intercedat*: Lips., conc. — 56) *aliquis*: C. R. 1. — *huius*: App. — *alicuius*: conc. — 57) *aliquis*: App. — *quisquam*: conc. — 58) *minuit*: Coll. cit., conc. — 59) *peccatum*: App., Lips., Comp. I. Ms. conc. — 60) *Restitutum ex c. 7. conc. Lat. III. (hab. A. 1179.) — Lips. 10., Cass. XII. 9., Comp. I. h. t. c. 8. — 61) et*: Lips. — 62) *sede*: Coll. cit., conc. — 63) *ecclesia*: Lips. — 64) *omitt. Coll. cit., conc.* — 65) *officiis*: Lips.

et benedictionibus nubentium, seu aliis sacramentis⁶⁵) aliquid requiratur⁶⁶) "et non possit ille, qui indiget ista percipere, nisi manum implere curaverit largitoris." Putant autem⁶⁷) plures, ex hoc "sibi" licere, quia legem⁶⁷) mortis⁶⁸) de longa invaluisse⁶⁹) consuetudine arbitrantur, non "satis, quia cupiditate caecati sunt," attendentes, quod tanto⁷⁰) graviora sunt crimina, quanto diutius infelicem animam tenuerunt⁷¹) alligatam. Ne igitur haec⁷²) de cetero fiant, vel⁷³) pro personis ecclesiasticis deducendis in⁷⁴) sedem⁷⁵), vel sacerdotibus instituendis, aut sepeliendis mortuis, seu⁷⁶) benedicendis nubentibus, seu aliis sacramentis conferendis seu collatis⁷⁷) aliquid exigatur, districtis prohibemus⁷⁸). Si quis autem contra hoc venire praesumpserit, portionem cum Giezi se noverit habiturum, "cuius factum exactione turpis muneris imitatur. Prohibemus etc. [cf. c. 7. de cens. III. 39.]"

CAP. X.⁷⁹)

Pro ecclesiarum consecratione nihil est praeter procuracionem exigendum.

Idem Vigiliensi⁸⁰) Episcopo.

Quum sit Romana "ecclesia, cui licet immeriti praesidemus, mater ecclesiarum omnium et magistra, cogimur ex debito suscepti regiminis, prout nobis Dominus dederit, respondere consultationibus singulorum, ut dubiae quaestiones apostolicae sedis providentia penitus enodentur. Quaesivisti autem, frater episcope, tuae fraternitati rescribi, utrum pro ecclesiarum consecratione quicquam praeter procuracionem habere debeas. Et⁸¹) nos" Consultationi tuae taliter respondemus, quod nihil pro ecclesiarum consecratione potes vel debeas praeter procuracionem exigere, "Sed procuracionem moderatam, quum Apostolus dicat: „nemo cogitur suis stipendiis militare," ab eadem ecclesia exigere potes."

CAP. XI.⁸²)

Convictus de simonia deponendus est; idem in infamato, qui se purgare non potest.

Idem Toletano⁸³) Archiepiscopo.

De hoc autem⁸⁴), "quod rex et principes sui a Bernardo quondam Oxomensis episcopo pecuniam recepisse dicuntur, ut eius electioni praestarent assensum, et" quod "idem" episcopus Oxomensis⁸⁵) archidiacono beneficia⁸⁶) "certi reditus," et cuidam clerico ante electionem suam prioratam dicitur promississe, ut uterque "illorum, archidiaconus videlicet et clericus" consentiret eidem⁸⁷), "hoc" tuae prudentiae⁸⁸) respondemus⁸⁹), quod, si⁹⁰) manifestum est, eundem archidiaconum et clericum ob causam illam "tam iniquam et detestabilem" promissa⁹¹) recepisse⁹²), aut⁹³) "si" exinde confessi fuerunt⁹⁴) in iure, vel legitime convicti⁹⁵), ab altaris ministerio sunt⁹⁶) perpetuo deponendi. Si vero id manifestum est⁹⁷), nec tamen inde⁹⁸) convicti vel confessi fuerint, sed tantum⁹⁹) publica¹⁰⁰) laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici¹). In qua si defecerint, tanquam auctores²) tanti sunt sceleris³) puniendi⁴). Regem⁵) autem et principes eius⁶) "solicite monere" debes⁷) "et diligenter" inducere, ut, si qua receperint a praefato episcopo, ut eius electioni praestarent⁸) assensum, ecclesiae Oxomensis⁹) sine diminutione restituant, quum ea sine gravi suae salutis periculo retinere non possint.

Cap. IX. 65) ecclesiasticis, sacr.: Cass. — 66) exigatur: conc. — 67) omitt. ead. — 67) lege: Comp. I. Aug. — 68) moris: Lips., Cass. — 69) invaluisse... moderantur: Cass. — 70) add.: magis: Lips. — 71) retinuerint: Comp. I. — detinent: C. R. 1. H., Lips. — tenuerint: C. R. 2. L., Cass., conc. — 72) hoc... fiat: Coll. citt., conc. — 73) et ut: Cass. — et vel: C. R. 2. L., conc. — 74) ad: Coll. citt., conc. — 75) add.: apostolicam: Aug. male. — 76) seu etiam ben. nub., seu et.: Lips., conc. — 77) conf. seu coll.: omitt. C. R. 1. L. H., conc. — 78) inhihemus: C. R. 1. H., Coll. citt., conc.

Cap. X. 79) Restitutum ex App. II. 4., Lips. I. 1., Cass. XIII. 1., Comp. I. h. t. c. 9. — 80) Vig.: Lips. — Wigilien.: Comp. I. Ms. — Wigilien.: App., Cass., Comp. I. Aug. — 81) Et nos... moderatam: desid. in App.

Cap. XI. 82) Restitutum ex App. II. 13., Lips. I. 2., Cass. XIII. 2., Comp. I. h. t. c. 10. — 83) Tullensi: C. H. — Toletano ep.: Cass. — 84) omitt. App. — 85) Sevicensi: App. — Exon.: Comp. I. Ms. — Exonens.: Aug., Lips. — Exonien.: Cass. — 86) beneficiaria: Coll. citt. — 87) ei: Comp. I. — electioni: Cass. — eius electioni: App., Lips. — 88) paternitatis: App. — 89) duzimum respondendum: Coll. citt. — 90) quod... operis evidenter manifesta aestimatur ita, quod notorium est: App. — 91) promissus res: Cass. — promissam rem: App., Lips., Comp. I. — 92) accepisse: App. — 93) et: Comp. I. Aug. — 94) fuerint: C. R. 1. L. H., Coll. citt. — 95) convinci poterint: Comp. I. Aug. — conv. poterunt: Lips., Cass., Comp. I. Ms. — possunt ab aliquibus convinci: App. — 96) sint: Cass. — 97) non est: ead. — 98) omitt. Lips., Cass., Comp. I. — nec inde: App. — 99) et tamen: Coll. citt. — 100) postea: Comp. I. — 1) iungi: Cass. — 2) actores: C. R. 2., Comp. I. Aug. — 3) criminis: C. H. — 4) add. et deponendi: Cass. — 5) Reges: C. H. — 6) suos: Coll. citt. — 7) debet: Cass. — 8) praebent: ead. — 9) desid. ap. Aug. — Ceronens.: App. — Exon.: Comp. I. Ms. — Exonien.: Lips., Cass.

Cap. XII. 10) Restitutum ex App. II. 14., Lips. I. 3., Cass. XIII. 2., Comp. I. h. t. c. 11. — 11) add.: scilicet legato: App. — 12) vestra: C.

CAP. XII.¹⁰)

Simoniacum est pro temporali obsequio beneficium ecclesiasticum promittere.

Idem Eboracensi Archiepiscopo.¹¹)

Quum essent in nostra¹²) praesentia constituti R. clericus "de Ponte fracto," et nobilis vir V.¹³) "W. filius Godrici pro controversia, quae vertebatur inter eos super quadam ecclesia, quam idem R. asserbat a praefato milite sibi datum fuisse," quia idem V.¹⁴) moram diutius facere non poterat¹⁵), "in recessu suo dilectum filium nostrum magistrum Milonem nuncium tuum" pro se in causa illa sufficientem¹⁶) constituit responsalem. Quumque¹⁷) ab ore praefati R. intellexerimus, quod memoratus¹⁸) miles promiserat ei dare¹⁹) ecclesiam "praescriptam," si quoddam negotium eiusdem "militis" in nostra posset praesentia²⁰) promovere, ac²¹) per hoc promissionem ipsam continere simoniacam pravitatem, eidem R. super eadem ecclesia silentium duximus imponendum. "Ideoque fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus memoratum militem occasione praedictae controversiae a praenominato R. vel aliis super praedicta ecclesia gravari nulla ratione permittas."

CAP. XIII.²²)

Notorius simoniacus in beneficio ab illo deponitur; idem in infamato, qui se purgare non potest.

Idem Cistrensi²³) Episcopo.

Insinuatum est "auribus nostris," quod, "dum episcopatus tibi commissus vacaret," in ecclesia tui episcopatus²⁴) plurimi "sint" clerici²⁵) "instituti, qui" per simoniam habere dicuntur ingressum, et infamia inde²⁶) respergi. Unde²⁷), "quoniam indignum est, ut in tali crimine vel tam turpi suspitione remaneant, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, si qui fuerint²⁸), quos in praedictis ecclesiis publicum et notorium est simoniace intrasse, eos "appellatione cessante" amoveas ab ecclesiis taliter acquisitis. Illis autem, quorum crimen non est publicum et notorium, si publica laborant infamia, cum quinta vel sexta manu sui ordinis, "infra XL. dies post harum susceptionem litterarum," purgationem indicas, in qua si defecerint, beneficiis huiusmodi²⁹) ecclesiarum perpetuo prives eorum³⁰), "provisurus attentius, ut tales personas ad eorum purgationem recipias, de quibus verisimile sit, quod non debeant aliter obtentu decerare."

CAP. XIV.³¹)

Simoniacum est pretio vel favore celare peccatorem, vel reconciliari non poenitentem, vel digne poenitentem a reconciliatione removere.

Idem.³²)

Nemo presbyterorum xenium vel emolumentum quodlibet temporale³³), immo spirituale detrimentum, a quocunque publice peccante "vel incestuoso" accipiat, ut episcopo³⁴) vel ministris eius peccatum illius celet³⁵), nec³⁶) pro respectu cuiusque³⁷) personae "aut" consanguinitatis aut familiaritatis, aliena communicans peccatis, hoc episcopo³⁸) innotescere detrectet. Nec quemquam³⁹) poenitentem vel minus digne poenitentem, gratia vel favore ad re-

L. — 13) W.: C. L., Coll. citt. — 14) praedictus W. quia: App. — 15) poterant: Cass. — 16) idoneum: C. H. — 17) Quumque causae cognitionem dilectus fil. nostr. M. presbytero (add.: et: Lips.) tit. S. Luciae et W. (Vi.: Aug. — omitt. Lips.) tituli (omitt. Lips., Cass., Comp. I.) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono (diaconis: Aug.) cardinalibus (cardinali: App., Lips., Cass.) commissemus, ipsi utramque partem ante suam praesentiam convocerunt et... intellexerunt: Coll. citt., Böhm. — 18) praefatus: App., Lips. — 19) desid. ap. Aug. — 20) curia: Coll. citt. — 21) Unde (add.: et: App.) quum id nobis per eosdem cardinales innotuisset, nos intelligentes, promissionem ipsam (illum: App.) simoniacam pravitatem continere, eidem R. super eadem ecclesia (super ecclesiam: App.) silentium imposuimus: Coll. citt.

Cap. XIII. 22) Restitutum ex App. II. 15., Lips. I. 4., Cass. XIII. 4., Comp. I. h. t. c. 12. — 23) Cistrensi: App. — 24) ead. coll. citt. — 25) omitt. App. — 26) abest ab ead. — 27) omitt. C. R. 1. — 28) si qui fuerint in praedictis ecclesiis (clericis: Comp. I.), quos publicum sit et notorium: Coll. citt. — 29) ecclesiarum sibi commissarum: Coll. citt. — 30) omitt. Coll. citt.

Cap. XIV. 31) Restitutum ex Cap. Hincmari Rem. c. 13. — Reg. I. 212, Burch. XIX. 100., Lips. I. 6., Comp. I. h. t. c. 13. — 32) Alexandri nomine primo hoc caput insignitum est a Burchardo (ex Reg. II. 210.) — 33) desid. in Lips. — 34) ut nobis vel ministris nostris: Hincm. — 35) reticet: Reg., Burch., Hincm. — 36) vel: Cass. — 37) cuiusquam: C. H. — cuiusquam: C. R. 1., Lips., Cass. — 38) nobis: Hincm. — 39) nec a quocunque poenitente aut gratiam, aut favorem aut munus suscipere praesumat, ut minus digne poenitentem ad reconciliationem adducat: Hincm. — nec a quocunque poenitente aut gratia, aut favore aut munus suscipere praesumat, aut minus digne poenitentem ad reconciliat. adducat: Reg., Burch. — nec a quocunque poenitente aut gratia aut favore vel minus digne poenitentem (poenitentiae: Lips.) ad reconc. adducit: Lips., Cass., Comp. I.

conconciliationem adducat, et testimonium⁴⁰⁾ reconciliationis ferat eidem⁴¹⁾, vel⁴²⁾ quocumque livore "alium quemlibet" digne⁴³⁾ poenitentem⁴⁴⁾ a reconciliatione removeat, quia simoniacum est utrumque⁴⁵⁾.

CAP. XV.⁴⁶⁾

Ecclesia emi vel redimi non potest. H. d. quoad literam.

Idem Vigoriensi Episcopo⁴⁷⁾, et Priori de Acra⁴⁸⁾.

Querelam monachorum de Acra⁴⁹⁾ "nobis transmissam" recepimus, quod, quom ipsi quoddam⁵⁰⁾ manerium, "quod dicitur Vella," eum pertinentis suis, et⁵¹⁾ ecclesiam de Genen.⁵²⁾ a monachis de Cardonio⁵³⁾ sub annuo censu⁵⁴⁾ quidecim⁵⁵⁾ librarum fuissent adepti, et inde chartam ab ipsis monachis habuissent, "quidam" prior eorum, capitulo inconsulto, praescriptum manerium⁵⁶⁾ "et ecclesiam" et chartam monachis⁵⁷⁾ de Cardonio⁵⁸⁾ accepta pecunia⁵⁹⁾ resignavit. Unde quia⁶⁰⁾ praefati monachi de Acra⁶¹⁾ se conqueruntur iniuste gravatos, "et nobis imminet corrigendum, si quid minus rationabiliter attentatur, causam ipsam experientiae vestrae committimus, praesentium vobis auctoritate" mandamus⁶²⁾, quatenus, partibus⁶³⁾ "ante vestram praesentiam" convocatis, "quae hinc inde proposita fuerint diligentius audiat, et" praescriptam⁶⁴⁾ causam "sublato appellacionis remedio" concordia vel iudicio terminetis, scituri⁶⁵⁾, quod, sicut emi non potuit, ita nec redimi ecclesia memorata. Si vero monachi de Cardonio⁶⁶⁾ legitime citati ad vestram praesentiam accedere et iudicio vestro⁶⁷⁾ stare contempserint, vos⁶⁸⁾ ipsos⁶⁹⁾ monachos de Acra⁷⁰⁾ in possessionem eorum, de quibus controversia vertitur, "contradictione et appellacione cessante" inducatis⁷¹⁾, nec permittatis eos⁷²⁾ exinde absque ordine iudicario molestari. "Si vero uterque vestrum his exsequendis interesse non poterit, alter nihilominus exequatur."

CAP. XVI.⁷³⁾

Pro chrismate ab ecclesiis pecunia exigi non debet, etiamsi hoc habeat consuetudo.

Idem.

Ea, quae de avaritiae "et cupiditatis radice procedunt, et in speciem simoniacae pravitate erumpunt, penitus sunt extirpanda, et quae de spinis et tribulis procedunt, falce apostolice moderaminis sunt rescandenda." Audivimus "autem," quod nummos pro chrismate ab ecclesiis "ausu temerario" extorquetis⁷⁴⁾, quos "diversis nominibus" nunc cathedraticum, aliquando paschalem praestationem⁷⁵⁾, interdum "vero" episcopalem consuetudinem appellatis. Quia vero hoc⁷⁶⁾ simoniacum esse cognoscitur⁷⁷⁾, "et periculum generat animarum, per apostolica scripta vobis" mandamus "et mandando praecipimus," quatenus "ab ecclesiis sub" praetextu alicuius consuetudinis vel praelationis praescriptos denarios "ulterius" nullatenus exigatis, pro certo scituri, quod, si hoc "ausu temerario" praesumpseritis, periculum ordinis et dignitatis "vestras" poteritis non immerito formidare. "Nihilominus etiam etc. [cf. c. 12. de cens. III. 39.]

CAP. XVII.⁷⁸⁾

Pro habendis spiritalibus homagium facere simoniacum est.

Idem.⁷⁹⁾

Ex diligenti tua relatione "nobis" innotuit, quod H.⁸⁰⁾ Cantuariensis archidiaconus te "nullis promissionibus allexit, et quorun-

dam magnorum virorum commotione ac sollicitudine" induxit, ut ei homagium⁸¹⁾ faceres et fidelitatem praestares, ita "quidem," quod ipse tibi beneficium ecclesiasticum annis singulis exhiberet. Unde, quoniam huiusmodi obligatio illicita "satis," et contra tuae salutis, nec non et suae profectum exsistit, "sicut tua discretio nequaquam ignorat: super hoc" absolvi a nobis instantius "et suppliciter" postulanti, adiiciens, quod ab eo deinceps nihil omnino de beneficio acciperes constituto. Quocirca nos, tuam "in hac parte" petitionem honestam et favorabilem attendentes, te a praefati archidiaconi homagio⁸²⁾ et fidelitate, praesertim quom haec taliter praestita divinis et humanis legibus contraria noscantur⁸³⁾, "ex beati Petri et nostra etiam auctoritate" absolvimus ita, quod ab "aliquo" episcopo vel sacerdote discreto poenitentiam inde condignam recipias, "et Deo secundum eius consilium studeas reconciliari." Verum ne aliqua propter hoc nota vel infamia possis⁸⁴⁾ respergi, absolutionis nostrae literas tibi duximus indulgentias, quibus contra latrantium morsus tutus et praemunitus exsistas⁸⁵⁾, et quas⁸⁶⁾ in testimonium indulgentiae nostrae valeas demonstrare.

CAP. XVIII.⁸⁷⁾

Ordinatio vel consecratio non censetur simoniaca, licet ordinatori aliquid donatum fuerit non ex pacto.

Idem Strigonensi⁸⁸⁾ Archiepiscopo.

Etiam quaestiones tuas de fervore religionis "exsurgere, et ex intima devotionis affectu, quem circa nos et ecclesiam habes," ad nos perferri⁸⁹⁾ nullatenus ignoremus, non tamen tibi est in his⁹⁰⁾ ultra, quam oporteat, dubitandum, quom leges humanae dicant, quod quidam tenni religione "contenti" sacramenta etiam necessaria et legitima exhibere contemnunt, tenuem⁹¹⁾ religionem vocantes, quae in talibus haesitat⁹²⁾, ubi non est aliquatenus haesitandum. "Unde Psalmista dicit: „Trepidaverunt timore, ubi non erat timor.“" In hoc itaque⁹³⁾, quod "dilectus filius noster" P. "tituli S. Laurentii in Damaso" presbyter cardinalis, "tunc vero S. Eustachii diaconus et" apostolicae sedis legatus, pro electione tua, et, ut pallium tibi traderet⁹⁴⁾, ad partes illas accessit, et⁹⁵⁾ "dilectus filius noster Albanus" frater tuus, eius praesciens necessitatem, ei⁹⁶⁾ equum unum, te "penitus" ignorante⁹⁷⁾, transmisit, quoniam per mare veniens nullas aut paucas secum equitaturas adduxit⁹⁸⁾, te nullo modo timere oportet, quom in accipiendis vel dandis muneribus tria hant⁹⁹⁾ maxime attendenda, personae¹⁰⁰⁾ scilicet dantis et accipientis¹⁾ qualitas, quantitas²⁾ muneris, et donationis tempus. Qualitas personarum, ut a quo et cui, videlicet, an a paupere diviti, vel e converso³⁾, sive a divite locupletati datum fuerit, "sollicite consideremus." Aestimatio⁴⁾ muneris et donationis tempus, si⁵⁾ magni vel minoris pretii res data⁶⁾ existat, et an instante necessitate seu alio tempore conferatur, "diligentius inspicimus. Quibus siquidem studiosius inquisitis, in praescripta quaestione tua nil reprehensione dignum invenimus, quod sollicitudini tuae in sequentibus manifestius apparebit." Si ergo⁷⁾ praedictorum cardinalis et fratris tui personam⁸⁾ et qualitatem "recta consideratione" pensamus, non fuit magnum, ab eodem fratre tuo cardinali equum unum transmitti, quem etiam ioculatori non petenti vir tantus et tam abundans forte⁹⁾ donaret. Verum si temporis necessitatem¹⁰⁾ perpenderit, non alia intentione hoc constat factum fuisse, quam ut cardinali subveniretur in articulo praenotato¹¹⁾. "Quare super hoc in conscientia tua nullus unquam debet scrupulus dubitationis emergere, quom res data modici pretii quantum ad personam dantis et accipientis existerit, nec alteruter eorum aliquid in mente habuerit, quod tibi possit vel

Cap. XLV. 40) testamentum: Lips. — 41) ei: Coll. cit., Hincm. — 42) et: Reg., Hincm. — vel quaque: Cass. — 43) dignius: Reg., Burch. — 44) poenitentes: C. H. — 45) abeat a Lips. et Cass. — quia hoc simoniacum et Deo et hominibus abominabile (contrarium: Reg., Burch.) est: Reg., Burch., Hincm

Cap. XV. 46) Restitutum ex App. II. 12. Lips. I. 7., Cass. XIII. 7., Comp. I. h. t. c. 14. — 47) Vigora archidiacono: C. R. I. — 48) prior de Patena: C. R. 2. L. — desid. in C. R. 1. — vener. fratri R. W. episcopo et dil. fil. de Panteia priori: Cass. — R. Vig. epis. et de Pantera priori: Lips. — vener. fratri nostro Vigoren. ep. et dil. fil. de Panteia priori: Comp. I. Aug. (desid. inser. in Comp. I. Ms.) — vener. fr. R. et Wigornensi ep. et dil. fil. priori de Panteia: App. — 49) acra: Cass. — Acra: App. — 50) quondam manerium: App. — quondam manerium: Cass. — 51) ad: Cass. — 52) decimum: Cass. — canonum: Lips. — Gunona: Comp. I. Ms. — Ganonum: Aug. — Gudonum: App. — 53) Cadum: C. R. 2. L. — Cadumo: C. H. — Gudonio: App. — Canonio: Cass. — Comp. I. Aug. — Cadmo: Lips., Comp. I. Ms. — 54) canone: App. — 55) XXXI: Cass. — 56) manerium: App. — manerium: Cass. — 57) omitt. Coll. cit. — 58) cf. n. 53. — 59) personam: App. — 60) Indequae: ead. — 61) cf. n. 49. — 62) mandantes: Coll. cit. — 63) partes... convocantes: Cass. — 64) praedictam: App., Lips. — 65) provisuri, quod sicut emi non putaverunt (putaverunt: Lips., Comp. I. Aug. — add. iura: App., ita (omitt. App.) etiam (non exstat in Cass. et Comp. I. Ms.) nec redimi. Si vero: Coll. cit. — 66) cf. n. 53. — 67) omitt. App. — 68) et vos: Comp. I. Aug. — 69) praedictos: Coll. cit. — 70) cf. n. 49. — 71) inducere festinetis:

App. — inducere minime differatis: Lips., Cass., Comp. I. — 72) ipsos: Coll. cit.

Cap. XVI. 73) Restitutum ex Lips. I. 8., Cass. XIII. 8., Comp. I. h. t. c. 15. — 74) extorquentis: Cass. — 75) procuracionem: ead. — 76) omitt. Coll. cit. — 77) dignoscitur: C. R. I., Comp. I. Ms.

Cap. XVII. 78) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 19. — 79) Breare Ricardo: Comp. I. Aug. — Barre Ricardo: Ms. — 80) G.: C. R. L. H., Comp. I. — 81) hominum: Comp. I. — 82) hominio: ead., C. R. L. H. — 83) noscuntur: C. L. — 84) in posterum possis: C. R. I. — 85) desid. in Comp. I. Ms. — 86) quasi: Aug.

Cap. XVIII. 87) Restitutum ex App. I. I., Comp. I. h. t. c. 20. — 88) Stringon.: C. I. — Strigon. episcopo: Comp. I. — desid. inser. in App. — 89) proferri: C. H. — ad nostram cognitionem perferre: Comp. I. — ad nostr. devotionem perferre: App. — 90) huiusmodi: App. — 91) tenuem enim religionem vocant: App., Comp. I. — 92) haesitant: C. R. I. — qui in talibus haesitant: Comp. I. Aug. — 93) autem: App., Comp. I. — 94) deferret: ead. — 95) abeat ab iisd. — 96) eidem cardinali: ead. — 97) nescente: C. R. I. — 98) adduxerat: App., Comp. I. — 99) sint: App. — 100) pers. scil. dantis et recipientis, et muneris quantitas, qualitas personarum et don. tempus: Comp. I. Aug. — 1) recipientis: App., Comp. I. Ms. — 2) et quant.: C. L. — 3) e contrario: Comp. I. — an e converso: App. — 4) aestimacionem... tempus attendimus: App., Comp. I., Böhm. — 5) desid. ap. Aug. — 6) abeat a C. H. — 7) enim: App., Comp. I. — 8) personam: C. H. — personarum qualitates: C. R. I., App., Comp. I. — 9) omitt. App., Comp. I. — 10) qualitates: Comp. I. Ms. — 11) in tali articulo subo.: App., Comp. I.

Abbat quamlibet vel in modico laesionem inferre, etsi ante electionis examinationem et pallii receptionem, quum te nolente et penitus ignorante sit factum, equis necessitate instante transmissus fuerit et collatus, nec etiam res tanti pretii reputetur, quae accipientis animum nullum movere debeat, aut ab honestatis proposito ad aliud declinare. Quod autem scriptum est¹²): „Beatus, qui excoecit manus suas ab omni munere¹³, de illis donis dictum est, quae accipientis animum allicere vel pervertere¹³ solent, quoniam, si ipsa etiam¹⁴) persona electi offerat ordinatori¹⁵) vel consecratori suo electuarium, „medicinas“ aut de „optimo“ vino sive de aliis¹⁶) huiusmodi, quae modici pretii fuerint¹⁷), et quae voluntatem recipientis inclinare vel movere non debeant, non tamen ecclesia Romana interpretari consuevit, accipientem in his delinquere vel donantem¹⁸), „nisi ista intereirent ex pacto etc.“

CAP. XIX.¹⁹)

Abbas et maiores de conventu, si pro receptione monachi receperint pecuniam ex pacto, ab officio et beneficio suspenduntur, et licet recepta pecunia restituatur, et in aliud monasterium ita receptus transfertur.

Idem.²⁰)

Veniens ad nos F.²¹) presbyter „simplici nobis assertionem“ proposuit²²), quod abbas et fratres sancti R. noluerunt eum in monachum recipere, quousque „illis pro monachatu“ triginta solidos²³) dare convenit²⁴); conventionem autem facta „statim“ sequenti die eum²⁵) monasterium²⁶) habitum induerunt, et²⁷) iidem monachi „capituli“ triginta solidos, abbas vero decem²⁸), et familia²⁹) duodecim pro pastu, asserentes, hoc esse de consuetudine monasterii, postularunt. Quoniam ergo „rei veritas nobis non constat, et“ factum huiusmodi periculosum³⁰) videtur, „fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo“ mandamus, quatenus „rei veritatem diligenter inquiras, et,“ si ita esse inveneris³¹), abbatem et monachos ad restituendam pecuniam praefato F. tam indigne acceptam³²), „constanter admoveas, et cum omni distinctione“ compellas, et, abbatem et maiores personas monasterii pro tanta gravitatis excessu ab officii executione³³) suspendens, praecipias³⁴) dicto F., ut in alio³⁵) monasterio in habitu³⁶) monastico Domino atudeat deservire.

CAP. XX.³⁷)

Si ordinandus praesentatori suo aliquid dedit ex pacto, simoniacum est; non tamen deponitur, si est occultum.

Idem.³⁸)

Ex tuae fraternitatis literis, et ex³⁹) confessione sacerdotis praesentium latoris accepimus, quod, quum ad sacerdotii⁴⁰) ordinem „assumendum“ non aliter voluisset⁴¹) eum eius archidiaconus praesentare, sex⁴²) solidos solvit eidem „archidiacono,“ et sic „postmodum“ ordinem⁴³) ipsum per eum praesentatus accepit. Unde „super eo, de quo nostrum consilium postulasti,“ tibi⁴⁴) sic diximus respondendum, ut, si hoc non est publicum, sed secretum, eundem sacerdotem secreto convenias, monens⁴⁴), „eum“ sine ulla „tamen“ coactione, propensius et⁴⁵) inducens, ut ordinem alicuius religionis assumat, et perpetuo ab officio absterneat, quod „ita“ illicite acquisivit. „Si vero ad religionis ordinem assumendum inducere eum forte non poteris, studeas ei ad sustentationem suam aliquod beneficium ecclesiasticum constituere, ad hoc, ut a sacerdotio debeat in perpetuum abstinere.“ Alioquin non erit tutum, quum⁴⁶) sit secretus eius⁴⁷) excessus, ipsum invitum ab eodem officio coercere⁴⁸). Cui tamen⁴⁹) secretam poenitentiam⁵⁰), secundum quod tibi visum fuerit, iniungere non postponas.

Cap. XVIII. 12) Esa. XXXIII. 15. — 13) vel invertere: C. R. L. H., Comp. I. Ms. — et invertere: App. — vel intervertere: Aug. — 14) abest a Comp. I. Ms. — 15) vel ord.: App. — 16) vel de vino sive aliis: C. H. — 17) fuerunt, ex quo: Cont. — 18) autem: App., Comp. I.

Cap. XIX. 19) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 378., Comp. II. h. t. c. 1. — 20) Gregorio Tridentino ep.: Luc. — 21) Fr.: ead. — 22) monstravit: Comp. II. Ms. A. — 23) libras: Luc., Comp. II. — 24) convenit: Cont., Böhm. — dare permisit: C. R. I. — daret conventui: C. R. 2. — 25) omitt. Luc. — 26) monasterio habitu: Comp. II. Ms. A. — 27) idem vero: Comp. II. Aug. — idem: Ms. A. B. — et demum: Luc. — 28) XL.: Luc., Comp. II. — 29) familiaris: Comp. II. Aug., Ms. B. — 30) vitiosum: C. R. 2. — add.: esse: C. R. 1. — 31) noveris: C. H. — 32) receptam: Comp. II. Ms. A. — 33) ab officio sacerdotii suspendas: Luc., Comp. II. — 34) praedicto autem F. praecipias: Comp. II. — et nobis rei veritatem significas, praedicto F. etc.: Luc. — 35) aliquo: C. R. 2. — 36) in habitu etc.: desid. in C. L.

Cap. XX. 37) Restitutum ex App. XXXV. 2., Luc. ap. Bal. III. 378., Comp. II. h. t. c. 2. — 38) Exoniensis: Luc. — 39) omitt. App., Luc. — 40) sacerdotis: Luc., Comp. II. — 41) voluisset: Comp. II. Ms. A. — 42) nisi VI.: C. L. — V.: Coll. c. 2. — 43) per ord.: Luc. — ord. istum: App. — 44) omitt. App. — seq.: sic: abest a Luc. — 45) monens conve-

CAP. XXI.⁵¹)

Breve est, nec potest brevius summari.

Idem.⁵²)

Ad nostram „noveris audientiam pervenisse, unde, si verum est, plurimum admiramur et aduersus vos iure mouemur, quod in ecclesiis, in vestra iudisdictione constitutis, vicarios, nisi ab eis extorta pecunia, nulla ratione ministrare permittitis, et personas ecclesiarum quasi seruos et cenuarios singulis annis indebitis exactionibus gravare praesumitis, extorquendo ab eis pecuniam et procuraciones, eas diversis nominibus aliquando auxilium episcopi, interdum eiusdem episcopi et vestras consuetudines nunquam. Quas si vobis forte reddere contradicunt, vos eadem personas et ecclesiarum vicarios ab officio suspenditis, et in coram ecclesia divina prohibetis officia celebrari, et inter cetera denarios chris-matis pro voluntate vestra ab eis in vestrae salutis periculum extorquere praesumitis, huiusmodi exactionem, ut nam liberius videamini exigere, quandoque consuetudinem episcopalem, quandoque synodalia, quandoque parochiales denarios appellantes. (Et infra:) Quia vero non decet vos ita vilitate clericis et inhoneste tractare,“ Discretioni vestrae „per apostolica scripta“ mandamus, quatenus „ab eis“ pro ministerio ecclesiastico exercendo, sive pro vicariis assignandis, seu pro chrismate nullatenus pecuniam exigatis, „et eos indebitis exactionibus aut procuracionibus de cetero gravare, vel personas eorum, aut ecclesias sine manifesta ratione et rationabili causa nullatenus interdicto supponere praesumas, etc.“

CAP. XXII.⁵³)

Cum simoniace ordinato, qui simonicus non est, dispensari potest.

Lucius III.⁵⁴)

De simoniace „vero“ ordinatis „iuxta postulationem tuam“ certum tibi non possumus dare responsum, nisi plenius cognoscamus⁵⁵), qualiter fuerint⁵⁶) ordinati, quum quidam, licet secundum quandam speciem simoniae, utpote ipsis⁵⁷) ignorantibus „ordinatis,“ simoniace ordinentur, possunt „tamen,“ quia simoniaci non sunt, in suis ordinibus remanere.

CAP. XXIII.⁵⁸)

Si contradicens electo pro pecunia, de voluntate electi traditus, a contradictione cessat, electus postea confirmatus est simonicus, et beneficio renuciare tenetur.

Idem.⁵⁹)

Matthaeus⁶⁰) cardinalis secreta nobis insinuatione monstravit, quod, quum fuisses ad ecclesiae tuas regimen de voluntate maioris partis fratrum electus, „quia,“ paucis tibi⁶¹) contradicentibus, „non valebas debita pace gaudere,“ quidam amicus tuus⁶²) de conscientia tua et voluntate, turbata⁶³) „tamen,“ ei, qui magister⁶⁴) discordiae videbatur, certae quantitatis munus⁶⁵) exsolvit, et sic, „quam prius sustinebas,“ contradictio conquieuit⁶⁶). Nunc autem dubitas, quod non sis a lahe⁶⁷) simoniae prorsus immunis, donec in administratione volueris remanere⁶⁸). Quia igitur „per iam dictum cardinalem apostolicae sedis“ consilium requisisti⁶⁹), quid tibi sit faciendum⁷⁰): respondeamus⁷¹), quod multum tibi consulis, si administrationem „praedictam“ celeriter ac sponte dimittas⁷²), illius⁷³) verbi „evangelici“ memor existens⁷⁴): „Nihil⁷⁵) prodest homini, si uniuersum⁷⁶) mundum lucretur, animae vero suae⁷⁷) detrimentum patiatur.“

niens: C. R. 1. — 45) desid. in Luc. — 46) quum secutus: Luc. mendose. — 47) omitt. Coll. c. 2. — 48) cohibere: Luc. — 49) Sed tantum: ead. — Sed tamen: App., Comp. II. — 50) poeniam: Luc.

Cap. XXI. 51) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 52) Herefordensi archidiacono: Comp. II. Aug., Ms. B. — Heref. episc.: Ms. A. — Episcopo et archidiacono Hereforden.: Aug. in margine, quod placet.

Cap. XXII. 53) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 18. — 54) Spalaton. (Spalaton. Aug. — leg.: Spalatonensis) ep. P. C. Super eo quod: Comp. I. — cf. c. 2. de big. non ord. I. 21. — 55) noverimus: Comp. I. — 56) fuerunt: Comp. I. Aug. — sunt: Ms. — 57) abest a Comp. I.

Cap. XXIII. 58) Restitutum ex App. XI. 4., Lips. I. 5., Cass. XIII. 5., Comp. I. h. t. c. 21. — 59) Turonensi archiep.: App. — 60) Presbyter card. sua: App. — 61) omitt. Coll. c. 2. — 62) desid. in App. — 63) perturbata: App., Cass., Comp. I. — 64) magis discordare: Cass. — 65) nummos: C. R. 1. — 66) quieuit: App. — 67) a lahe: desid. ib. — 68) permanere: Cass. — 69) quaesivisti: C. R. L. H., Coll. c. 2. — 70) quid... fac.: non exstant in Coll. c. 2. — 71) praesentium tibi significatione mandamus (App.: monstramus): ead. — 72) dimittis: ead. — 73) omitt. App. — 74) Matth. XVI. 26. — 75) Quid: C. R. 1. — 76) totum: C. H. — 77) desid. in App.

CAP. XXIV. 78)

Pro absolvendo excommunicatum pretium aliquod exigi non debet.

Idem.

Ad aures nostras pervenisse noveris⁷⁹⁾, quod, quum C.⁸⁰⁾ de Senovilla⁸¹⁾ propter pecuniam, quam debebat, vinculo fuisse excommunicacionis adstrictus, creditoribus satisfacit⁸²⁾, sed, excommunicatoribus decem libras pro absolvendo quaerentibus, non vultit absolvionis beneficium⁸³⁾ obtinere. Quoniam igitur indignum est et ecclesiasticae rationi contrarium⁸⁴⁾, ut absolvionis beneficium redimatur, discretioni vestrae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si praefatus C. debitum solvit, "pro quo fuerat per sententiam nominatus," ipsum, "nullius appellacione obstante" gratis faciat⁸⁵⁾ "auctoritate apostolica" absolvi, si⁸⁶⁾ excommunicatores id non fecerint requisiti.

CAP. XXV. 87)

Monachi, per simoniam recepti, si sunt simoniaci, ad arctiora monasteria transferuntur; alius post renunciacionem in eisdem vel in aliis monasteriis eiusdem ordinis poterunt collocari.

Clemens III. 88)

De regularibus canonicis seu monachis nos consulere voluisti⁸⁹⁾ qui per simoniam ingressum ipsis scientibus "et machinantibus," habuerunt. Unde⁹⁰⁾, quum super hoc auctoritates multae reperiantur⁹¹⁾ expressae, non aliud, quam statutum est, respondemus, ut locum, quem⁹²⁾ taliter adepti sunt, omnino dimittant, et solitudines⁹³⁾ seu alia monasteria districtiora adeant, in quibus tam⁹⁴⁾ execrabilem excessum sine intermissione deplorent. Si autem ignorantibus ipsis pecunia data fuerit, cogas eos ad renunciandum loco eidem, et postmodum⁹⁵⁾ in ipsum redire⁹⁶⁾, si ibi atque scandalo poterint⁹⁷⁾ remanere, vel⁹⁸⁾ in alio, qui⁹⁹⁾ sit de¹⁰⁰⁾ ordine ipso, ad serviendum Deo¹⁰⁰⁾ poteris collocare.

CAP. XXVI. 1)

Si quis, canonicatum renunciavit, ad quem per simoniam ignoranter assumptus fuerat, postea de novo assumatur ad illum: non potest ex prima receptione sibi aliquid vendicare.

Idem.

Ex insinuacione tua nobis innouit, quod pater tuus interveniente pecunia olim²⁾ tibi praebendae beneficium acquisivit, quumque ad annos discretionis "postmodum" perveniens³⁾, accepisset dominicae crucis signum, "super excessu poenitentia duotus" dictam praebendam in manu⁴⁾ praepositi et fratrum libere resignasti. Sed iidem⁵⁾ "praepositi et fratres," tibi compatiens, de novo te in suum canonicum elegerunt, ita videlicet, quod per⁶⁾ electionem istam⁶⁾ postremum locum in⁷⁾ choro et in aliis "locis" obtineres. "Veterum, quia a nobis humiliter requisisti, utrum iuxta priorem receptionem tuum locum recuperare valeas: tibi" Respondemus⁸⁾, ut indulgentia⁹⁾, quam fratres tui misericorditer tibi fecisse noscuntur, contentus existens, ratione primae receptionis¹⁰⁾ nihil audeas in ipsa ecclesia vendicare.

CAP. XXVII. 11)

Electio simonica est cassanda, si propter hoc electoribus promissa fuit pecunia, quomodo electus ignoret; nisi hoc factum fuerit in fraudem electi. H. d. primo. Cum electo, reprobatum per vitium simoniae, non dispensat episcopus. H. d. secundo. Abbas.

Coelestinus III. 12)

Nobis fuit ex parte tua "cum magna diligentia" intimatum¹³⁾,

quod, quum quatuor essent a capitulo constituti¹⁴⁾, qui debebant¹⁵⁾ quandam eligere in plebanum, amici eius¹⁶⁾, de cuius electione spes¹⁷⁾ habebatur, uni vel omnibus eligentium promiserunt, se pecuniam soluturos, eo tamen ignorante, qui, huiusmodi promissione interveniente postmodum est electus. (Et infra: 18) Quia igitur super hoc consulere nos voluisti, consultationi¹⁹⁾ tuae breviter²⁰⁾ respondemus, quod, nisi "forte" constaret, illos, qui promissum tale fecerunt, per fraudem in dispendium ipsius²¹⁾, qui eligendus erat, id²²⁾ malitiose fecisse, quamvis ipse promissionis conscius non fuerit, eius²³⁾ tamen electio, tanquam simoniaca pravitate praesumpta, est penitus reprobanda. (Et infra: [cf. c. 25. de iure patr. III. 38.] Ad ultimum "super hoc," quod in fine consultationis tuae invenimus, hoc²⁴⁾ duximus respondendum, quod aliquis in "plebanum, seu presbyterum, seu" ecclesiae cuiuslibet²⁵⁾ praefatum electus, et, ut²⁶⁾ dictum est, per pravitatem simoniacam reprobatum, ab episcopo suo dispensationem aliquam obtinere de iure non potest²⁷⁾. "Dat. Lat. VIII. Id. Maii."

CAP. XXVIII. 29)

Qui dat praelato pecuniam, ne ipsum in iure suo de facto molestet, illam repetit, si praelatus promissum non seruet. H. d. inhaerendo literae.

Idem Linconiensis²⁸⁾ Episcopo et Priori de Ponte fracto.³⁰⁾

Dilectus filius "noster" R. praepositus nobis exposuit³¹⁾, quod, quum Eboracensis archidiaconus³²⁾ eum multis gravaminibus "et variis inturiis" afficere non cessaret, promisi ei certam quantitatem pecuniae se daturum, ut ab ipsius desisteret laceracione; verum dictus archidiaconus³³⁾ post receptionem pecuniae "eum, sicut promisit, in pace non dimisit, et" super dignitatibus et beneficiis eius³⁴⁾, ab eius molestia³⁵⁾ non quievit. Ideoque discretioni vestrae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si res ita se habet, archidiaconum³⁶⁾ restituere quod accepit, si eum contra promissionem suam venisse constiterit, "auctoritate nostra appellacione remota" compellatis, "et prohibeatis etiam ipsum archidiaconum ex parte nostra districtius, ne pendente hio praepositum ipsum vel suos molestare praesumat, et, si forte fecerit, per vestram sollicitudinem corrigatur."

CAP. XXIX. 37)

Pro benedictionibus nubentium et exsequiis mortuorum nihil exigi debet.

Innocentius III. Abbati de Iugo Dei et Priori de Silla.³⁸⁾

Suam nobis "dilecti filii" parochiani de Villa franca querimoniam destinarunt, quod "Damianus" capellanus eorum pro exsequiis mortuorum et benedictionibus nubentium minus licite pecuniam ab eis exigit et extorquet. "Quodsi forte cupiditatis eius non fuerit satisfactum, ne possint mortuorum corpora sepeliri, vel benedictio nubentium celebrari, fictitia eis impedimenta fraudulenter opponit. Quia igitur exactiones huiusmodi sacrorum canonum obviant institutis," Discretioni vestrae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus dictum capellanum, ut a tanta praesumptione desistat, et etiam pro excessu satisfaciat competenter, monentis "attentius et efficaciter inducatis," sibi³⁹⁾, si "vestris monitionibus" obedire noluerit, poenam canonicam "appellacione remota" indulgentes. "Dat. etc. II. Kal. Ian." [1198.]

Cap. XXIV. 78) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — 79) agnoveris: Comp. II. Aug., Ms. B. — 80) G.: C. R. L. H., Comp. II. — 81) Senovilla: C. R. I. — Senovilla. Comp. II. Aug. — 82) et creditoribus satisfecisset excomm.: Comp. II. Ms. A. — 83) gratiam: Comp. II. — 84) non consentaneum: Comp. II. Ms. A. — 85) facias: C. R. 2. — 86) si (etsi): Aug.) excommunicatores requisiti id ei noluerint exhibere: Comp. II.

Cap. XXV. 87) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 378., Comp. II. h. t. c. 7. — 88) Idem (i. e. Coelestinus III.) Comp. II. Ms. A. — Clemens III. Caesaraugustano ep.: Luc. — 89) voluistis: Cont., Isföhm., quod Verum: Comp. II. Ms. A., Luc. — 91) invenitur: Comp. II. Aug. — 92) qui: Luc. — 93) solitudines: ead., Comp. II. Ms. A. — solitudinem: Comp. II. Aug. — 94) desid. in C. H. — 95) postm. etiam: C. R. 2. — postm. ipsus in ipsum: Comp. II. Ms. A. — 96) reduces: Luc. — 97) poterunt: C. R. I. H. — poterunt: Comp. II. Ms. A. — 98) aliquo: Luc., Comp. II. Ms. B. — vel in al.: omitt. Ms. A. — aut eos in aliquo, quod: Aug. — 99) quod: Comp. II. Ms. A. — 100) omitt. Luc.

Cap. XXVI. 1) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 389., Comp. II. c. 2. de renunc. l. 5. — 2) omitt. Luc. — 3) pervenisti... accipiens: ead., Comp. II. Aug. — venisti accipiens: Ms. B. — pervenisti recipiens: Ms. A. — 4) desid. in Luc. — 5) idem: ead., Comp. II. — 6) secundum et.: ib. — 6) ipsam: Luc. — 7) et in: Comp. II. Ms. A. — 8) duximus respondendum: Luc., Comp. II. — 9) indulgentiae: Comp. II. Ms. A. B. — 10) redemptio: Luc.

Cap. XXVII. 11) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 378., Comp. II. h. t. c. 9. — 12) Clemens III.: C. R. 2., Comp. II. Ms. A. B. — Clemens III. archiep. de S. Marino: Luc. — 13) propositum: Comp. II. Aug. —

significatum: Luc. — 14) instituti: Comp. II. Ms. A. — 15) debeant: Luc. — 16) illius: Luc. — 17) res: ead. — 18) verb.: Et infra: neque in Luc. neque in Comp. II. exstant. — 19) sollicitudine: Luc., Comp. I. — 20) breviter: C. R. I., Luc. — 21) illius: Luc. — 22) desid. in Comp. II. Ms. A. — 23) tamen electio huiusmodi, tanquam simoniaca, per pravitatem huiusmodi acquisita, est: Comp. II. Aug. — quem electio tanquam etc.: Ms. A. — tamen electio, tanquam simoniaca pravitate huiusmodi acquisita: Ms. B. — tamen et., tanquam simoniace per pravitatem huiusmodi acquisita: Luc. — 24) hoc tibi: C. R. I. — 25) quemlibet: Luc., Comp. II. — 26) desid. in Comp. II. Ms. A. — et si est per pravitatem reprobatum: Luc. — 27) debet: Luc.

Cap. XXVIII. 29) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 10. — 29) London.: C. R. I. — Londonen.: C. H. — Licon.: C. R. 2. — 30) Ferrato: C. H. — Lincon. ep. et priori de Ponte fracto: Comp. II. Ms. A. — Lincon. ep. et priori de Ponte fracto et archidiacon. de Martin.: Aug. — Lincon. ep. et priori de Ponte franco et archidiacon. de Martin.: Ms. B. — similis inser., est c. 5. in Comp. II. Ms. A.: Lincon. (leg.: Lincoliensis) ep. et priori de Ponte fracto et F. archid. de Northant. (leg.: Northampton), quam in cap. 5. ex hoc loco translata suspicamus. — 31) patefecit: Comp. II. — 32) ven. fr. noster G. Eboracen. archiep. (Ms. A.: archidiaconus): Comp. II., videtur tamen omnino de archidiacono sermo esse. — 33) archiepiscopus: ead. — 34) suis: C. R. L. H., Comp. II., Cont. — 35) molestacione: Comp. II. — 36) archiepiscopum: Comp. II. Aug., Ms. B.

Cap. XXIX. 37) Restitutum ex Reg. Bal. l. 220. — Comp. III. h. t. c. 1. — 38) Silla: Böh. — Seillin: Reg. — 39) Quod si forte... noluerit, ipsi app. rem. poenam (add.: canonicam): Comp. III., infligatis: Comp. III., Reg.

CAP. XXX.⁴⁰⁾

Si per accusationem constat, monachum simoniace fuisse receptum, receptus et recipiens deponatur. Si vero per inquisitionem, receptus in arctius monasterium detrudatur; recipienti vero et maioribus poena condigna imponitur, et interim ab executione ordinum sacrorum suspenduntur.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Dilectus filius "magister" A.⁴⁰⁾ nuncius tuus pro parte tua proposuit⁴¹⁾, quod, quum Cantuariensem dioecesim "secundum praedecessorum tuorum consuetudinem" visitans⁴²⁾, "ut quae corrigenda sunt corrigas, et statuas quae secundum Deum videris statuenda," in monasteriis "et canonicis regularibus," et religionis locis pullulasse repereris⁴³⁾ simoniacam pravitatem, ita, quod⁴⁴⁾ in eis multi pretio sunt recepti, qui potius gratis recipi debuissent, immo etiam ad religionis observantiam invitari. Dubitas igitur, an⁴⁵⁾, quia multitudo reperitur⁴⁶⁾ in causa, severitati sit aliquid detrahendum, "an in tales exercere debeas rigorem canonicae disciplinae." Nos "igitur" inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, si adversus eos, qui lahe fuerint huiusmodi maculati, accusatio coram te fuerit canonice instituta, postquam crimen ordine fuerit iudiciario comprobatum⁴⁷⁾, tam in dantes quam in recipientes canonicae severitatis exerceas ultionem. Quodsi de hoc tibi per solam inquisitionem constiterit, eos, qui per simoniacam pravitatem in locis talibus sunt recepti, ab illis amotos ad agendam poenitentiam ad monasteria dirigas arctiora. Abbatibus autem⁴⁸⁾ abbatissis, prioribus, praelatis quibuslibet et⁴⁹⁾ officialibus eorumdem iniungas poenitentiam competentem, et, donec illam peregerint, eos a sacrorum ordinum executione suspendas, iniungens⁵⁰⁾ episcopis tuis, ut hanc formam per suas dioeceses studeant observare. Illud tamen granter recipi poterit, quod fuerit sine taxatione gratis oblatum.

CAP. XXXI.⁵¹⁾

Abbas contra testes, qui deposuerunt contra eum de simonia in iudicio inquisitionis, excipere potest, quod sunt inimici et conspiratores; alius vero exceptiones criminum opponere non potest.

Idem Priori sancti Victoris, magistris I. Bononiensis⁵²⁾ et L. Modicensis⁵³⁾ Canonicis.

Licet Heli summus sacerdos in se "ipso" bonus existeret, quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit, et in se pariter, et in ipsis animadversionis divinae vindictam excepit⁵⁴⁾, dum, filius eius⁵⁵⁾ in bello peremptis, ipse de sella corruens fractus⁵⁶⁾ cervicibus expiravit. Ad corrigendos igitur subditorum excessus tanto diligentius debet praelatus assurgere, quanto damnabiliorum eorum offensas desereret⁵⁷⁾ incorrectas. Contra quos, ut de notoriis excessibus taceatur, etsi tribus modis procedi⁵⁸⁾ possit, per accusationem videlicet, denunciationem⁵⁹⁾ et inquisitionem ipsorum: ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, sicut accusationem legitima⁶⁰⁾ praecedere debet inscriptio, sic et denunciationem caritativa correctio, et inquisitionem clamosa debet⁶¹⁾ insinuatione praevinire. „Descendam," inquit Dominus⁶²⁾, „et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint." Tunc enim clamor pervenit ad praelatum, quum per publicam famam aut insinuationem frequentem subditorum sibi referuntur excessus, et tunc debet descendere⁶³⁾ et videre, id est, mittere et inquirere, utrum clamorem, qui venit⁶⁴⁾, veritas comiteret. Nam iuxta canonicas sanctiones, si quid de quocunque clerico ad aures praelati pervenerit, quod eum iuste possit offendere, non facile credere debet, nec ad vindictam eum res accendere debet incognita, sed coram ecclesiae senioribus diligenter est veritas perscrutanda, ut, si rei poposeerit qualitas, canonica districtio culpam seriat delinquen-

tis; non tanquam sit idem "ipse" accusator et iudex, sed, quae fama deferente vel denunciante clamore, sui officii debitum exsequatur, eo semper adhibito moderamine, ut iuxta iudicii formam sententiae quoque⁶⁵⁾ forma dicitur. Quum igitur de abbate Pomposiano⁶⁶⁾ ea nobis frequenter insinuata fuissent, quae ab honestate regulari nimium dissonabant, monachis⁶⁷⁾ ad praesentiam nostram accedentibus, quidam ex ipsis nobis ipsum de simonia, periurio, dilapidatione ac insufficientia detulerunt. Contra quos quum idem abbas exciperet⁶⁸⁾, quod denunciationem huiusmodi fraterna correctio secundum regulam evangelicam non praecesserat, et⁶⁹⁾ iidem constanter assererent, quod correctionem huiusmodi praemississent: licet ad probandum hoc duorum⁷⁰⁾ monachorum iuramenta fuissent exhibita, quia tamen super hoc ipsi⁷¹⁾ nondum⁷²⁾ contendere desistebant: nos, ut praediximus, frequentibus clamoribus excitati, ex officio nostro volumus inquirere de praemissis, omnes "omnino" monachos, qui vel cum ipso, vel contra ipsum "abbatem" accesserant, iuramenti vinculo adstringentes, ut de propositis plenam⁷³⁾, quam scirent, exponerent⁷⁴⁾ veritatem. Quorum depositiones in scripturis⁷⁵⁾ redactae quum publicatae fuissent, super illis cooperunt multipliciter disputare. Quia vero tum ex assertione monachorum, tum ex ipsius⁷⁶⁾ abbatibus confessione cognovimus, quod idem "abbas" non modicam summam pecuniae, relictam a praedecessore suo, "totam" expenderrat, et in alia summa maiori monasterium obligarat, nos eum "iuxta canonicas et legitimas sanctiones propter has et alias praesumptiones" quasi de dilapidatione suspectum⁷⁷⁾, ab administratione abbatiae duximus suspendendum. Et quia "per testes" simonia multis modis contra ipsum abbatem videbatur esse probata, ipse contra testes multas exceptiones opposuit⁷⁸⁾, super quibus "utrinque" fuit multipliciter disputatum, aliis asserentibus in crimine simoniae, sicut "et" in crimine laesae maiestatis, omnes indifferenter, tam infames quam criminosos, non solum ad accusandum, sed etiam ad testificandum admittendos, quum ad instar publici criminis et laesae maiestatis procedat accusatio simoniae, "multis super hoc et legibus et canonicis allegatis," aliis e contrario respondentibus, quod, licet haec duo crimina quantum ad accusationem quasi paria iudicentur, differunt tamen in nullis; quum "et" alia poena pro uno, et alia⁷⁹⁾ pro altero inferatur, et inter personas accusatorum et testium sit utique distinguendum, quum non per accusatores, sed per testes⁸⁰⁾ crimina comprobentur, "multis nihilominus super hoc et rationibus et argumentis inductis." Ne vero vel innocentiae puritas confusa succumberet, vel simoniae pravitatis effugeret impunita, nos, aequitate pensata, "nec omnes exceptiones contra testes oppositas duximus admittendas, nec repellendas duximus universas, sed" illas duntaxat exceptiones oppositas⁸¹⁾ probandas admisimus, quae "forte" probatae non de zelo iustitiae, sed de malignitatis fomite procedere viderentur, "conspiraciones scilicet et inimicitias capitales etc. Dat. Lat. IV. Non. Dec." [1199.]

CAP. XXXII.⁸²⁾

Hoc capitulum est glossa praecedentis capituli. Nam tendit ad declarationem illius, an et quando testes criminosi admittantur in crimine simoniae, et in effectu idem dicit quod praecedens.

Idem.⁸³⁾

Per tuas nobis⁸⁴⁾ literas intimasti, te "plurimum" dubitare super quadam epistola decretali, quam nos asseris edidisse de testibus admittendis contra simoniacam pravitatem. Noveris igitur "incunctanter," quod nos illam epistolam⁸⁵⁾, quae sic incipit: „Quamvis ad abolendam," nequaquam edidimus, sed aliam⁸⁶⁾, quae sic incipit: „Licet Heli," nos edidisse fatemur. Ad cuius intelligen-

Cap. XXX. 40) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 581., Comp. III. h. t. c. 2. — 40) Andreas: Rain. — 41) fecit in audientia nostra proponi: Comp. III., Rain. — 42) visitas: ib., C. R. 1. H. — 43) reperis: C. R. — 44) ut . . . sint (Aug. sunt): Comp. III., Rain. — 45) utrum: ib. — 46) reperitur: Rain. — 47) patefactum: Cont. — 48) omitt. Comp. III., Rain. — 49) vel: Comp. III. Ms. — 50) Studens autem omnibus per Cant. dioec. (provinciam: Rain.) sub interminatione anathematis, auctoritate etiam tua nostra quam tua, districtius inhibere, ne tulin praesument ulterius attentare, sed illud duntaxat gratanter accipiant, quod sine taxatione fuerit gratis oblatum, iniungens episcopis tuis (omitt. Rain.), ut hanc ipsam formam per suas dioeceses studeant observare: Comp. III., Rain.

Cap. XXXI. 51) Restitutum ex Reg. Bal. II. 220. — Comp. III. h. t. c. 3. — 52) magistris canonico Bon.: C. R. 1. — magistris Io. Bon.: C. R. 2. L. — 53) Moducen.: Comp. III. Aug. — et I. Modic. canonico: C. R. 1. — et L. Modic. canonico: C. R. 2. — et Lauren. Modic. canonico: C. L. — priori S. Victoris, magistris L. Bononien. et Uberto Modic. canonico: Reg. — 54) accepit: Comp. III. Aug. — 55) abest a C. R. 2. — 56) contractis: Reg. — 57) deserit: C. R. 1. — correctionem eorum negligeret: Reg. — 58) procedere: ib. — 59) et den.: C. R. 1. — 60) legitimam: Comp. III., Cont., Böhm. — 61) abest a C. R. 1. — 62) Gen.

XVIII. 21. — 63) descendere i. e. videre et inquirere: Comp. III. Aug. — 64) qui ven.: omitt. Comp. III., Reg. — 65) abest a C. L. — sententia quoque dicit: C. R. 1. — 66) Pomposian.: C. R. 1., Comp. III. Ms. — Pomposianen.: Aug. — 67) inquisitionem eorum viris discretis (prudenteribus: Reg.) commissis faciendam. Qui quum in iudicio processissent, ad iterum saepe clamorem de communi f. n. cons. citavimus ad praesentiam nostram abbatem et monachos, ut, per nos ipsos causis morbi plenius inquisita, plura ipsam melius curarem. Eis (Quum: Aug.) igitur ad praesentiam nostram accedentibus quidam ex monachis nobis ipsum abbatem de simonia, periurio, dilapidatione ac insufficientia detulerunt: Comp. III., Reg. — 68) idem abbas excipit: Comp. III. Aug. — 69) deid. ib. — 70) omitt. Comp. III. — 71) ipso: C. R. 2. L. H., Comp. III., Reg. — 72) necdum: Reg. — 73) plene: Comp. III., Reg. — 74) dicent: C. R. 2. — exprimerent: Comp. III. Aug. — 75) scriptis: Comp. III., Reg. — 76) abest ab iisd. et C. H. — 77) add.: habentes: C. R. 1. — 78) exposuit: C. R. 1. — 79) alia poena: C. R. — 80) vel testes: Comp. III. Aug. — sed testes: Ms., Reg. — 81) exc. opp. omitt. Comp. III., Reg.

Cap. XXXII. 82) Restitutum ex Reg. Broqu. VI. 214., Comp. III. h. t. c. 4. — 83) magistro Roberto (de Courçon?) — 84) deid. in C. R. 2. L. — 85) cf. c. 6. de sim. V. 2. in Comp. II. — 86) illam: C. H. — cf. c. prox. anterced.

tiam credimus distinguendum, utrum is, contra quem agitur de simoniaca pravitate, denunciatur simpliciter⁸⁷⁾, aut⁸⁸⁾ criminaliter accusetur, et utrum agatur secundum iuris rigorem, aut⁸⁹⁾ secundum temperantiam aequitatis. Item utrum ipse sit regularis, qui iam renunciaverit mundo, an saecularis, qui adhuc in mundo existit⁹⁰⁾, et an⁹¹⁾ inferioris gradus, an excellentioris sit dignitatis. Ad haec⁹²⁾, utrum ante fuisset clarae opinionis et bonae fama, an graviter infamatus et valde suspectus, et utrum de facili possit puniri, an sine scandalo nequeat condemnari. Praeterea utrum testes sint honesti, an criminosi, et an⁹³⁾ tam sint emendati de crimine, an adhuc in crimine perseverent. Rursus si⁹⁴⁾ crimina sint eadem vel minora, an paria vel maiora; utrumve testes ex zelo iustitiae, an ex malignitatis fomite deposuisse credantur. Denique utrum⁹⁵⁾ ad pravitatem⁹⁶⁾ simoniacam detegendam sola dicta testium inducantur, an alia etiam adminicula suffragantur. Haec omnia sunt ad intelligentiam illius epistolae distinguenda, sicut ex serie ipsius potest perpendere diligens indagator. Ille quidem⁹⁷⁾ Pomposianus⁹⁸⁾ abbas, qui iam pridem renunciavit mundo, erat de simonia, periurio, dilapidatione ac insufficientia graviter infamatus. Quumque per monachos, qui iuraverant perhibere testimonium veritati, simonia multis modis contra ipsum abbatem videretur esse probata, ipse contra testes multas exceptiones opposuit, conspersiones videlicet et inimicitias capitales, furtum et adulterium, ut eos a testimonio removeret. Nos vero, ne innocentiae puritas confusa succumberet, vel simoniae pravitas effugeret impunita, illas duntaxat exceptiones probandas admittimus, quibus forte probatis testes non de zelo iustitiae, sed de malignitatis fomite processisse constaret, ut conspersiones et inimicitias capitales. Ceteras autem exceptiones oppositas, ut furti et adulterii, propter immanitatem haeresis simoniacae, ad cuius comparationem cetera crimina quasi pro nihilo reputantur, duximus repellendas, quoniam, etsi probatae¹⁰⁰⁾ fidem testium debilitarent in aliquo, non tamen evacuerent ex toto, aliis adminiculis suffragantibus; praesertim quum testes de crimine tam fuerint emendati. Tales igitur contra talem taliter duximus admittendos, non secundum rigorem iuris, sed secundum temperantiam aequitatis, quum ageretur non criminaliter, ut deponeretur ab ordine, sed civiliter, ut ab administratione amoveretur, tanquam immeritus et damnosus. Et utique tales praefati ex levioribus causis possunt ab administrationibus amoveri, maxime per summum Pontificem, qui potestatem habet non solummodo indicandi, sed etiam disponendi, sicut quorundam religiosorum approbata consuetudo deposcit. Unde praedictus abbas, non expectata sententia, quasi male conscius sibi cessit.

CAP. XXXIII.²⁾

Non imputatur electo confirmato, si eo prohibente pro ipsius confirmatione pecunia data fuit.

Idem Abbati Iemblacensi.³⁾

Sicut nobis tuis literis intimasti, quum in Iemblacensi⁴⁾ ecclesia fueris a tenera nutritus aetate, monachus factus ibidem, in aetate matura fuisti tandem⁵⁾ promotus ad regimen ecclesiae Florentis⁶⁾; verum, abbate Iemblacensi⁷⁾ post sublato de medio, ipsa⁸⁾, quae te prius tanquam filium habuerat, inscium et absentem in patrem et pastorem per electionem canonicam te vocavit⁹⁾. Et quia pastore carebat Leodiensis¹⁰⁾ ecclesia cathedralis, postquam per dies aliquot moram feceras in ecclesia Gemblacensi, ad Coloniensem ecclesiam, quae tua est metropolis, proficiscens, ipsius auctoritate in Iemblacensi¹¹⁾ ecclesia interim ministrasti. Ceterum postquam in Leodiensi ecclesia fuit episcopus institutus, is, a te requisitus, electionem de te factam noluit confirmare, aliud non praetendens, nisi quod de minori loco translatus fueras ad maiorem. Verum quum haec tibi fieri¹²⁾ pro ex-

torquenda pecunia comperisses, sub interminatione anathematis vetuisti, ne pro facto huiusmodi aliqua pecunia offerretur¹³⁾. Sed¹⁴⁾ quidam de fratribus, te inconsulto et ignorante contra excommunicationis a te factae sententiam venientes, promiserunt pecuniam, et etiam exsolverunt, sicut tibi postmodum est relatum, et sic ab episcopo invitatus, institutionem ab eo accepisti libere, quemadmodum postulabas¹⁵⁾. Super his ergo nos duxit tua discretio consulendos, si propter promissionem incognitam et prohibitam, quemadmodum est praemissum, tibi peccati macula infligatur, vel, si de promissione, nunc tibi cognita, tu cum fratribus, qui fecerunt eam, debeas poenitere, quum inhaerere nolueris simoniacae pravitati, paratus pro grege Domini subire laborem, vel, quomodo te conscientia non accuset, a suscepto regimine, si decreverimus, abstinere. Quamvis autem secundum sacrorum canonum instituta etiam parvuli, qui cupiditate parentum ecclesias per pecuniam¹⁶⁾ sunt adepti, eas dimittere teneantur, quia tamen longe diversum est non praebere consensum, et expresse¹⁷⁾ aliquid prohibere: taliter duximus respondendum, quoniam ex¹⁸⁾ eo, quod contra prohibitionem et voluntatem tuam, a qua¹⁹⁾ postmodum minime recessisti, aliquis te penitus ignorante promisit pecuniam et exsolvit, praesertim quum is²⁰⁾ nulla sit²¹⁾ tibi consanguinitate coniunctus, nihil debet²²⁾ tibi ad²³⁾ poenam vel culpam²⁴⁾, sicut credimus, imputari, nisi forte postea consueveris pecuniam solvendo promissam, aut etiam reddendo solutam; alioquin contingeret, quod aliculus factum, insidias inimico parantis, ei damnosum existeret, cui penitus displiceret, et sic aliquis de fraude sua commodum reportaret. Illos autem, qui dederunt pecuniam vel etiam receperunt, in tantum constat esse culpabiles, quod, si excessus eorum esset ecclesiae manifestus, quae non iudicat de occultis, poena essent canonica ferienda. Dat. Lat. II. Id. Aug. [1199.]

CAP. XXXIV.²⁵⁾

Si clericus cum pacto confert ecclesiae bona sua, ut in ipsa recipiatur in canonicum, ut illa sibi retineat pro praebenda, simonia committitur; secus, si hoc fiat sine pacto.

Idem Decano Belvacensi.²⁶⁾

Tu nos duxit discretio²⁷⁾ consulendos, si quis alicui ecclesiae de bonis suis quaedam obtulerit, petens, ut in vita sua sibi liceat eadem bona in ipsa ecclesia pro praebenda tenere, an bona recipi debeant sic oblata, et idem clericus assumi valeat in canonicum eiusdem ecclesiae absque vitio simoniae. Nos igitur Devotioni tuae taliter respondemus, quod, si quis clericus cum²⁸⁾ conditione vel pacto largiatur aut offerat bona sua, ut illa postmodum pro praebenda retineat, et ut in canonicum admittatur, huiusmodi oblatio vel receptio fieri non poterit²⁹⁾ sine vitio simoniae, quum in talibus omnis³⁰⁾ pactio aut conventio cessare debeat³¹⁾ iuxta canonicas sanctiones. Si vero pure ac sine pacto vel³²⁾ conditione qualibet offerat aliqua bona sua, rogans humiliter, ut in canonicum admittatur, et ut bona sua³³⁾ retinere sibi liceat pro praebenda, et clerici eiusdem³⁴⁾ ecclesiae pure consentiant: huiusmodi³⁵⁾ receptio procul dubio fieri poterit³⁶⁾ absque scrupulo simoniacae pravitatis. Licet autem taliter duximus³⁷⁾ respondendum, quia³⁸⁾ nobis datum est de manifestis tantummodo iudicare: si tamen is, qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, ut per³⁹⁾ temporalia bona⁴⁰⁾, quae offert, spiritualia valeat adipisci, et clerici, qui eum in fratrem admittunt, non essent eum⁴¹⁾, nisi commoda temporalia perciperent, admissuri sine dubio tam ille⁴²⁾, quam isti apud districtum iudicem, qui scrutator est cordium et cognitor secretorum, culpabiles iudicantur. Dat. Rom. ap. S. Petr. III. Non. Dec. Ao. X. [1207.]

Cap. XXXII. 87) civiliter: Comp. III. Aug. — 88) an: C. R. L. H., Comp. III. Reg. — 89) an: ib. — 90) consistit: Reg. — 91) utrum: Comp. III. Reg. — 92) Adhuc: C. R. 2. L. — 93) utrum: Comp. III. Reg. — 94) utrum: ib. — 95) an: Comp. III. Ms. — 96) haeresim: Reg. — 97) namque: Comp. III. Ms. — 98) Pomposianus: Comp. III. Ms. — 99) vel: C. H. — desid. in Comp. III. — 100) probationes: ead. — probatae fidei testimonium: C. R. 1. — 1) administratione: Comp. III. Aug. — Cap. XXXIII. 2) Restitutum ex Reg. Bal. II. 172. Comp. III. h. t. c. 5. — 3) Gnablet. Comp. III. Ms. — Gerablacen: Aug. per tot. — Gemblacensi: Reg. — 4) Gerblacen: C. R. 1. — quod quum in Blatinen: C. H. — Girablacen: Comp. III. Ms. — cf. n. 3. — 5) consequenter: Comp. III. Reg. — 6) Florin.: Comp. III. — Florinensis: Reg. — 7) cf. n. 3. — Girablacen: Comp. III. Ms. — Ablacen. postmodum: C. H. — 8) Girablacen. eccl.: Comp. III. Ms. — Gerablacen. eccl.: Aug. — Gemblacensi eccl.: Reg. — 9) revocavit: Comp. III. Aug. — desid. in Ms. — nominavit: Reg. — 10) Leodiens.: C. L. — Leoden.: C. R. 1., Comp. III. Ms. — 11) Gerablac.: C. H. — Girabilacen.: Comp. III. Ms. — 12) geri: Böhm. — 13) conferretur: C. H. — 14) Et quum quidam de fratribus, timorem Dei prae oculis non habentes, intervenit numerus ad

ipsius abbatis regimen adspirarent, seniores in ecclesia, quod malum imminens non nisi nullo modo despirarent, te inconsulto et penitus ignorante, contra excommunicationis a te factae sententiam venientes promiserunt pecuniam et etiam exsolverunt (persolverunt: Aug.): Comp. III. Reg. — 15) destinabas: Comp. III. Ms. — aestimabas: Reg. — 16) pecunias: C. L. — 17) expression: C. R. 1., Comp. III. Aug. — expressum: Ms., Cont. — 18) desid. in C. R. 1. — 19) quo: Böhm. — 20) quum aliquis ex his: Comp. III. Aug. — 21) esset: Reg. — 22) debet, et seq.: sicut non exstant in Reg. — 23) quond poenam et (vel: Ms.) culpam: Comp. III. — 24) vel ad culp.: C. L. — Cap. XXXIV. 25) Restitutum ex Reg. Bal. X. 169. — Comp. III. h. t. c. 6. — 26) Belvacensi: Comp. III. Ms. — leg.: Belvacensi (Bevacensi) cum Reg. — 27) fraternitas: C. H. — 28) desid. ib. — 29) poterit: C. R. 1. H. — 30) desid. in Comp. III. Ms. — 31) debeant: Comp. III., Reg. — 32) et: C. R. L. H., Comp. III. Aug. — 33) ipsa: Comp. III., Reg. — 34) abest a C. H. — 35) desid. in C. R. 1. — 36) poterit: C. R. 1., Cont. — poterat: C. L. — 37) duxerimus: C. R. L., Comp. III. Ms., Reg. — 38) quod: C. R. 2. — 39) propter: Comp. III. Aug. — 40) dona: C. R. 2. — 41) desid. in C. H. — 42) illi quam iste: Comp. III. Aug., Böhm.

CAP. XXXV. 43)

Non debet quis ordinem recipere ab eo, quem credit simoniacum; sed ministrare potest in illis, quos prius ab isto recepit.

Idem Priori Cantuariensi. 44)

Per tuas nobis literas intimasti, quod, quum B. 45) in quadam domo Cartusienensis ordinis suscepisset habitum monachalem, "termino suae probationis completo," a dioecetano episcopo fuit in subdiaconum ordinatus; sed postmodum didicit ex relatione quorundam, quod, "licet idem episcopus alias vir esset honestus," multoties "tamen" commiserat vitium simoniae, propter quod idem 46) monachus, "vehementi dolore turbatus," in suscepto formidat ordine ministrare, volens ab eodem episcopo ad superiores ordines 47) promoveri. Unde, quum eidem erumum exire non liceat, nec praefatus episcopus ipsum vel quemquam alium suae dioecesis ab alio episcopo permittat ordinari, postulasti per sedem apostolicam edoceri, quid cum praefato monacho in ordine iam suscepto et suscipiendis superioribus sit agendum. Nos igitur 48) respondemus, ut idem "monachus" in ordine sic suscepto secure ministret; sed contra conscientiam ad superiores ordines non adscendat 49), ne forte aedificet ad gehennam; licet ex eo, quod conscientiam nimis habuerit 50) acrupulosam, in difficultatem huiusmodi sit collapsus, quam utique non evadet, nisi deponat errorem.

CAP. XXXVI. 51)

Pro chrismate vel investitura ecclesiarum nihil exigi debet, nec excusatur consuetudo vel nominis variatio.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

In tantum peccatis exigentibus corda quorundam simoniaci pravitatis depravitavit, "ut in exterminium canonicae sanctionis et in elusionem quodammodo divini iudicii, lucris turpibus inhiantes, ac dicentes in cordis suo: non est Deus, simoniam sub honesto nomine pallient, quasi mutato nomine culpa transferatur et poena. Verum nec Deus secundum Apostolum irridetur, nec tales Simonis sectatores, etsi temporalem in praesenti forsitan eludant, in futuro poenam effugient sempiternam, quum nec honestas nominis criminis malitiam palliabilis, nec vox poterit abolere reatum." Saue pervenit ad audientiam nostram, quod, quum olim quidam suffraganei tui pro chrismate "contra canonicas sanctiones" certam consueverint 52) accipere pecuniae quantitatem, non 53) metuentes poenam canonicam, et correctionem tuam eludere cupientes, tempus faciendae solutionis anticipant 54), recipientes 55) in media quadragesima quod recipere consueverunt 56) post Pascha, et, ut causam recipiendi 57) dissimulent, nomen denariorum variant 58), denarios 59), quos prius chrismates, secundo paschales dicebant, consuetudinem 60) mediae quadragesimae nuncupantes. "Quidam vero nec tempus solutionis, nec solvendarum nomen in aliquo variarunt, veterem per omnia consuetudinem imitantes." Quum 61) vero expressius exprimat venditionis speciem, qui prius recipit 62) pretium, quam rem conferat pretiosam, "quam qui tempus recipiendae mercedis dissimulando distulerit, et dissimulaverit differendo, licet utrumque in talibus periculosum existat," et 63) gratis sit gratia conferenda, "ne ipsam contingat et rem et nomen gratiae demereri: fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus "et districtae praecipimus," quatenus "auctoritate nostra fretus et tua," taliter excessus corrigas supra dictos, suffraganeos tuos et officiales eorum "institutionis praemissa per censuram ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo" a tam illicita exactione compescens, quod "ad nos de cetero super hoc querimonia deferri non possit," aliorum 64) culpa tibi ob tuam negligentiam non imputetur ad poenam. "Eadem quoque auctoritate suffultus" Pravam etiam 65) illam consuetudinem de tua provincia studeas abolere, per quam

pro ecclesiarum investitura archidiaconi marohem argenti, missas vero decani vaccan albam sibi dari postulavit, vel certam solvi pecuniam quantitatem. "Dat. Lat. VI. Kal. Jul." [1199.]

CAP. XXXVII. 66)

Ordinatus in subdiaconum, qui prius praesentatori suo promisit, quod nil ab eo peteret, in suscepto ministrare, vel ad superiores ordines ascendere sine dispensatione non potest, etiam si peccare non crederit.

Idem.

Per tuas nobis literas intimasti, quod, quum D. later praesentium vellet in subdiaconum 67) ordinari, et certum titulum non haberet, quendam presbyterum exoravit, ut ipsum ad ecclesiae suae titulum praesentaret. Quod quum ille facere recusaret, ipse illi firmiter repromisit, quod nunquam, si praesentaret eundem, in ecclesia sua aliquam peteret portionem, et 68) sic ad praesentationem eius existit ordinatus, nec, "ut asserit," se in hoc illicitum egisse aliquid intellexit 69). Unde, quum postmodum vellet in diaconum promoveri, episcopo commoneute, ne quis, interueniente promissionis aliqua, ordinatus accederet: idem recordatus promissionis factae a susceptione ordinis diaconatus cessavit, hoc tibi humiliter confitens, et per te postulans edoceri, utrum ex promissione huiusmodi reus esset, et an liceret eidem in suscepto diaconatus ordine ministrare, et ad ordines adscendere ulleriores, fraternitas tua durit apostolicae sedis oraculum requirendum. Nos "igitur" inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum, nec ad "ordines" superiores adscendere, nec in suscepto debet ordine 70) "secundum rigorem canonice" ministrare.

CAP. XXXVIII. 71)

Simoniam est dare pecuniam pro vicariatu, vel pro alia administratione rerum spirituum seu ecclesiasticarum habendi, et dantes et recipientes ab illa ecclesia sunt eiciendi. H. d. hoc c. per alia verba, licet sit breve.

Idem.

Consulere 72). (Et infra:) Quicumque vicedominatum vel 73) aliam ecclesiasticarum rerum administrationem per pecuniam obtinere voluerint, tam ementes quam vendentes cum Simone "mago" percelluntur 74), et ab illa ecclesia, in cuius contumeliam dare pecuniam et accipere voluerunt 75), iuste excluduntur 76).

CAP. XXXIX. 77)

Simoniacum est aliquid exigere pro consecratione episcoporum et benedictionibus abbatum et ordinationibus clericorum, nec excusatur consuetudo.

Idem in concilio generali.

Sicut pro certo didicimus, in plerisque locis "et" a plerisque 78) personis, quasi columbas in templo vendentibus, fiunt exactiones et extorsiones turpes et pravae pro consecrationibus episcoporum, benedictionibus abbatum et ordinationibus clericorum, estque taxatum, quantum sit isti vel illi, quantumve alteri 79) vel alii persolvendum, et ad cumulum damnationis maioris quidam cupiditatem 80) et pravitatem huiusmodi nituntur defendere per consuetudinem longo tempore observatam. Tantum igitur abolere volentes abusum 81), consuetudinem huiusmodi, quae magis dicenda est corruptela, penitus reprobanus, firmiter statuimus, ut pro his sive conferendis sive collatis nemo aliquid quocunque 82) praetextu exigere aut 83) extorque praesumat; alioquin et qui receperit, et qui dedit huiusmodi pretium omnino 84) damnatum, cum Giesi et Simone condemnentur 85).

Cap. XXXV. 43) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — 44) Cartusien.: C. R. L., Comp. III. Aug. Cont. — episc. Cartusien.: Comp. III. Ms. — 45) G.: C. R. L. H., Comp. III. — 46) abest a Comp. III. — 47) desid. in C. H. — 48) itaque: C. R. L. H., Comp. III. — 49) accedat: Comp. III. Ms. — 50) habuit: Comp. III.

Cap. XXXVI. 51) Restitutum ex Reg. Bal. II. 101. — Comp. III. c. 1. de exc. prael. V. 14. — 52) consueverunt: C. R. L., Cont. — consueverunt: C. L. H., Comp. III. — 53) abest a C. L., Comp. III., Reg. — 54) anticipant: Comp. III. — 55) recipere: ead. Ms. — 56) consueverunt: C. L. — 57) accipiendi: Reg., Comp. III. Aug. — 58) nomen, etiam variantur: Reg. — 59) abest a C. R. L. — 60) consuetudines: C. H. — 61) Quia... exprimit: Comp. III., Reg. — 62) recipit: C. L. — percipit: Reg. — 63) quum: Comp. III., Reg. — 64) nec al. culpa tibi ob tuam negligentiam non imputetur: Comp. III., Reg. — 65) abest a Comp. III. et Reg.

Cap. XXXVII. 66) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 1. — 67) subdiaconum ordinem promoveri: Comp. IV. Ms. A. — 68) abest a Comp. IV. Ms. A. — 69) intellexerit: Böhm. ex Cont. — 70) omitt. Comp. IV. Ms. A. B.

Cap. XXXVIII. 71) Comp. IV. h. t. c. 2. — 72) add.: voluit: C. R. L. — 73) vel (et: Ms. A.) aliam ecclesiasticam administrationem per pecuniam administrare voluerint: Comp. IV. — 74) percelluntur: C. H., Comp. IV. Ms. A. — 75) voluerint: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 76) excludatur: Comp. IV. Ms. A. — excludantur: C. H.

Cap. XXXIX. 77) conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) c. 63. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 78) plurimis: conc. — 79) alterius: C. L. — 80) cupiditatem: conc. — 81) absurdum: Comp. IV. Aug. — 82) quocunque: ead. — 83) ac: conc. — 84) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 85) condemnatur: C. R. L.

CAP. XL.⁸⁵⁾

Rigidosi pretio recepti una cum recipientibus de monasterio expelluntur, et in aetioribus monasteriis ad agenda poenitentiam detrahuntur. Sed recepti ante istud concilium ponebantur sic recepti in aliis locis eiusdem ordinis, nisi multitudo sit in casu, ita tamen, quod renuncient primae receptioni, et de novo recipiuntur.

Idem in eodem.

Quoniam simoniaca labe ad⁸⁶⁾ plerasque moniales infecit⁸⁷⁾, ut vix aliquas⁸⁸⁾ sipe pretio recipiant in sorores, paupertatis praetextu volentes huiusmodi vitium palliare: ne id de cetero fiat, penitus prohibemus, statuentes, ut quaecunque⁸⁹⁾ de cetero talem commiserint⁹⁰⁾ pravitatem, tam recipientes⁹¹⁾ quam receptae, sive sit subdita sive praelata, sine spe restitutionis⁹²⁾ de suo monasterio expellatur, in locum aetioris regulae ad agenda perpetuam⁹³⁾ poenitentiam retrudenda⁹⁴⁾. De his autem, quae ante hoc synodale statutum taliter sunt receptae, ita duximus providendum, ut remotae de monasteriis, quae perperam sunt ingressae, in aliis locis⁹⁵⁾ eiusdem ordinis collocentur. Quodsi forte propter nimiam multitudinem sibi nequiverint commode collocari, ne damnabiliter *forte* in saeculo⁹⁶⁾ evagentur, recipiantur⁹⁷⁾ in eisdem monasteriis dispensative de novo, mutatis prioribus locis, et inferioribus assignatis. Hoc etiam⁹⁸⁾ circa monachos vel⁹⁹⁾ alios regulares decernimus¹⁰⁰⁾ observandum. Verum, ne per simplicitatem vel ignorantiam se valeant excusare, praecipimus, ut dioecesiani episcopi singulis annis hoc faciant per suas dioeceses publicari.

CAP. XLII.¹⁾

Episcopi nihil exigere debent, ut permittant in ecclesiis sibi subiectis clericos institui, monachos profiteri, vel mortuos sepeliri; alioquin exacta restituentur duplicata.

Idem in eodem.

Audivimus de quibusdam episcopis, quod, decedentibus ecclesiarum rectoribus, ipsas interdico subiciunt, nec patiuntur alios in eisdem institui, donec ipsi certa summa pecuniae persolvatur²⁾. Praeterea quum miles aut clericus domum religionis ingreditur, vel apud religiosos eligit sepulturam, etiamsi nihil loco religioso reliquerit, difficultates ingerunt et malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum. Quum igitur non solum a malo, sed *otium* ab omni specie mali sit secundum Apostolum³⁾ abstinendum, exactiones huiusmodi penitus inhibemus. Quod si quis transgressor extiterit⁴⁾, exacta duplicata restituat, inutilitatem⁵⁾ locorum, in quorum⁶⁾ fuerint soluta⁷⁾ dispendium, fideliter convertenda.

CAP. XLIII.⁸⁾

Sacramenta sunt libere conferenda; cogit tamen ordinarius laicos observare laudabiles consuetudines.

Idem in eodem.

Ad apostolicam audientiam frequenti relatione pervenit, quod quidam clerici pro exsequiis mortuorum, et benedictionibus⁹⁾ nubentium et similibus pecuniam exigunt et extorquent, et, si forte eorum cupiditati non fuerit satisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. Econtra vero quidam¹⁰⁾ laici laudabilem consuetudinem erga sanctam ecclesiam, pia devotione fidelium introductam, ex fermento haereticae pravitatis nituntur infringere sub praetextu canonicae pietatis¹¹⁾. Quapropter super his pravitas¹²⁾ exactiones fieri prohibemus, et pias consuetudines praecipimus observari, statuentes, ut libere conferantur ecclesiastica sacramenta; sed per episcopum loci veritate cognita compescantur, qui malitiose nituntur laudabilem consuetudinem immutare.

CAP. XLIII.¹³⁾

Prohibet abbates Cistercienses solemniter installari, et ponit formam obedientiae, quam praestant suis episcopis.

Honorius III. unioeris Abbatibus et Fratibus Cisterciensis ordinis.

Ne Dei ecclesiam¹⁴⁾, quam lavit proprio sanguine Iesus Christus, macula foeditatis coinquinet, ruga duplicitalis deformet, cupid-

latis spurcitia, omnium malorum radix, et venalitate deformitas, quasi ruga sub praetextu consuetudinis contracta, eliminandas aut penitus ab eadem, ut dispensatio mysteriorum Dei, et ipsae mysteria gratis accepta, Civica pravitatis prorsus abolita, caritate gratuita conferantur; quae emere vel vendere quam detestabile quamve periculosum existat, liquido potest perpendi ex eo, quod Dominus vendentes et euentes oves et boves eiecit de templo, et cathedras vendentium et euentium columbas evertit. In eiectione denique vendentium et euentium, facinoris inquinantis utroque exprimitur detestatio, et in cathedrarum eersione monstratur, cui poenas subiaceant hi, qui praesunt, vendentes: Dei dona et ecclesiastica sacramenta. Ut huiusmodi igitur facinus, quod quos coinquinat aequat, praelatos et subditos non possit inficere quoquo modo, auctoritate apostolica districtius inhibemus, ne quis archiepiscopus vel episcopus, archidiaconus vel officialis ipsorum a quoquam, in abbatem electo, pro benedictione, seu installatione vel recipientis professione ab eis, sub consuetudinis praetextu cuiusquam palafredum seu aliud quicquam, quocunque nomine censeatur, exigere vel extorquere praesumat. Vobis etiam sub praetextu huiusmodi exacta taliter interdicens ne praestetis, quum non solum a malo, sed omni specie mali sit abstinendum. Installationis quoque¹⁵⁾ solemnitates in¹⁶⁾ electis abbatibus ordinis vestri fieri prohibentes, adicimus, ut archiepiscopi et episcopi ea sint forma professionis contenti, quae ab origine vestri ordinis noscitur instituta, quae talis est¹⁷⁾: „Ego frater abbas Cisterciensis ordinis subiectionem et reverentiam et obedientiam a sancti Patris constitutionem secundum regulam sancti¹⁸⁾ Benedicti¹⁹⁾, tibi, domine episcope, tuisque successoribus canonicè substituendis, et sanctae aedi apostolicae²⁰⁾ salvo ordine meo perpetuo me exhibiturum peomitto.“

CAP. XLIV.

Recepto in canonicum debetur praebenda et redditus, consuetudine non obstante, quod non servaverit primum consuetudinem de aliquo temporali dando ipsi canonici.

Gregorius IX. Priori S. Thome Esculani.²⁰⁾

Iacobus canonicus Esculanus exposuit²¹⁾, quod, quum ipse in ecclesia Aprutinenasi²²⁾ sit receptus in canonicum et in fratrem, canonici eiusdem ecclesiae²³⁾ partem proventuum ac praebendam sibi assignare recusant, quandam consuetudinem praetendentes, quod prandium habere debeant a canonico recepto de novo. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, dictos canonicos, ut tali consuetudine non obstante sibi, sicut uni ex aliis, in proventibus et praebenda provideant, appellatione remota compellas.

CAP. XLV.

Qui ordinavit aliquem sub promissione de non petendo ab ipso provisionem, ordinatur per triennium a collatione, praesentator vero ab executione ordinum etiam per triennium suspensus sunt; ordinatus vero ab ordine perpetuo sit suspensus, et solum per sedem apostolicam cum eis dispensatur.

Idem.

Si quis ordinaverit seu ad ordinem praesentaverit aliquem, provisionem vel iuramentum ab illo²⁴⁾ recipiens, quod super provisione sua non inquietet eundem, ordinator a collatione, praesentator vero ab executione ordinum per triennium, et ordinatus ab ordine sic suscepto, donec dispensationem super hoc per sedem apostolicam obtinere meruerint, noverint se suspensos.

CAP. XLVI.

Habet duo dicta: secundum ibi, „et ad resignationes.“ Et propter brevitatem et varietatem lectionum ulter non summat.

Idem.²⁵⁾

Mandato nostro recepto, ut cum monachis, qui per simoniam dato aliquo locum in monasteriis sunt adepti, secundum constitutionem generalis concilii dispensares (Et infra:) Consultationi tuae breviter respondentes, dicimus, mandatum apostolicum etiam ad

Cap. XL. 85) c. 64. ib. — Comp. IV. h. t. c. 4. — 86) desid. ap. Aug. — 87) inficit: Comp. IV. Ms. A. — 88) aliquam . . . sorores: ead. — 89) quicunque: Comp. IV. Aug. — 90) commiserit: ead., conc. — 91) recipientes: C. R. L., Comp. IV., conc. — 92) suae rest.: C. H. — 93) perpetuo: conc. Ms. — 94) detrahenda: C. R. 1. — 95) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 96) in saec.: desid. in Comp. IV. Ms. B. — in hoc saec.: Ms. A. — 97) recipiantur: ib. — 98) autem: C. H. — 99) et: C. L. H., conc. — seq. abbas: desid. in Comp. IV. Ms. B. — 100) decernimus: Comp. IV. Ms. A. — Cap. XLII. 1) c. 65. ib. — Comp. IV. h. t. c. 5. — 2) persequitur al. persolvatur: Comp. IV. Ms. B. — exolvatur: C. R. 1. — 3) 1 Thess. V. 22. — 4) extulit: Comp. IV. Ms. A. — 5) utilitates: Comp. IV., conc. — 6) in quo: C. R. 1. — 7) solutae: C. R. 2. L., Comp. IV. Ms. A. H. — Cap. XLIII. 8) c. 66. ib. — Comp. IV. h. t. c. 6. — 9) benedictione: C. L. H., Comp. IV., conc. — 10) quod: Comp. IV. Aug. — 11) puritatis: Comp. IV. Ms. A. — 12) Quapropter. has pravitas: Comp. IV. Aug. — Quopro. et prav. exactiones super his: Ms. A., conc. — Cap. XLIII. 13) Restitutum ex ipsa ep., quae (licet non sine mendis) ex Reg. Honorii edita est a Manriqueo Annal. Cist. IV. 268. (ad A. 1223), et Comp. V. c. 1. de sim. V. 1. — 14) ecclesia: C. R. 1. — 15) in el. . . vestri: omitt. Comp. V. — 16) cuius tenorem ad maiorem evidentiam huic nostrae paginae duximus inserendum: Comp. V. — 17) beati: C. R. 2. — 18) Bernardi: C. R. 1. — 19) omitt. Comp. V. — Cap. XLIV. 20) Esculanen.: Böhm. ex Cont. — 21) add.: conyugendo: C. R. 1. — 22) Aprutina: C. R. 1. — 23) omitt. C. R. 2. L. — Cap. XLV. 24) ab illo: desid. in C. H. — Cap. XLVI. 25) fratibus minoribus: C. H. satis inepte.

47

abbates²⁶) extendi, et ad resignationes²⁷) spiritualium et temporalium, quae nullo pacto, sed affectu animi praecedente utrinque taliter acquiruntur²⁸), in quo casu delinquentibus sufficit per solam poenitentiam suo satisfacere Creatori, eos pro simonia huiusmodi non teneri.

TITULUS IV.

NE PRAELATI VICES SUAS VEL ECCLESIAS SUB ANNUO CENSU CONCEDANT.

CAP. I.¹)

Qui dat pecuniam, ut episcopalem vel spiritualem iurisdictionem exercent, officio suo privatur, et sic conferens illud amplius conferre non poterit, et canonice punietur. Hoc dicit cum sequentibus.

Alexander III. in concilio Lateranensi.²)

Praeterea, quoniam quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur³), qui decani vocantur, et pro certa pecuniae quantitate episcopalem iurisdictionem exercent, praesenti decreto statuimus⁴), ut, qui de cetero hoc⁵) praesumpserit⁶), officio suo privetur, et episcopus conferendi hoc officium potestatem⁷) amittat.

CAP. II.⁸)

Summatum est supra cap. proximo.

Idem in concilio Turonensi.

Quoniam in quibusdam partibus⁹) decani quidam vel archipresbyteri ad agendas vices episcoporum seu archidiaconorum¹⁰), et terminandas causas ecclesiasticas sub annuo pretio statuuntur¹¹), quod ad sacerdotum gravamen et subversionem¹²) iudiciorum non est dubium redundare: id ulterius fieri "districtius" prohibemus. Quodsi¹³) quis de cetero fecerit, "nostra auctoritate" removeatur a clero. Episcopus autem¹⁴), qui "in sua dioecesi" hoc sustinuerit, et ecclesiasticam¹⁵) iurisdictionem sua patitur¹⁶) dissimulatione¹⁷) perverti, districtione canonica percellatur¹⁸).

CAP. III.¹⁹)

Regimen ecclesiae sub annuo censu committi non debet.

Idem in eodem.²⁰)

Quoniam enormis quaedam²¹) consuetudo in quibusdam locis contra sanctorum Patrum institutiones²²) invaluit, ut sub annuo pretio sacerdotes ad ecclesiarum regimen statuuntur, ne id fiat, modis omnibus prohibemus, quia, dum sacerdotium sub huiusmodi mercede venale²³) disponitur, ad aeternae retributionis praemium consideratio non habetur.

CAP. IV.²⁴)

Fructus ecclesiarum sub annuo censu concedi possunt.

Idem Exoniensi Episcopo.

Querelam magistri G.²⁵) recepimus, quod²⁶), quum ecclesiam²⁷) de Chephalati²⁸) a G.²⁹) persona eiusdem "ecclesiae" ad annuum censum tenendam per septennium suscepisset, ipse "sibi", antequam eam per unius anni spatium tenuisset, auferre praesumpserit³⁰), quanquam "idem G." praestita "sibi" fide firmaverit, quod usque³¹) ad statutum³²) terminum nullam ei exinde³³) molestiam vel gravamen inferret. Ideoque "fraternitati tuae per apostolica scripta

praecipiendo" mandamus, quatenus, si "tibi" constiterit ita esse, "appellatione remota" eum³⁴) districte compellas, ut praefatam ecclesiam dicto³⁵) G.³⁶) restituat, et usque ad terminum "inter eos" constitutum³⁷), secundum quod inter se convenerint³⁸), ipsum³⁹) eandem permittat⁴⁰) pacifice possidere.

TITULUS V.

DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID EXIGATUR PRO LICENTIA DOCENDI¹).CAP. I.²)

Ecclesia cathedralis providere debet magistro de beneficio, qui clericos eiusdem ecclesiae et alios pauperes gratis doceat, et vendens licentiam docendi, aut interdicens idoneum ad docendum, beneficio privatur.

Ex concilio Lateranensi.

Quoniam ecclesia Dei "et in his, quae spectant ad subsidium corporis, et in his, quae ad profectum proveniunt animarum, indigentibus," sicut pia mater, providere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus iuvare non possunt, legendi et proficiendi opportunitas subtrahatur, per unamquamque cathedralium ecclesiarum magistro, qui clericos eiusdem "ecclesiae" et scholares pauperes gratis doceat³), competens aliquod beneficium praehatur⁴), "quo doctentia necessitas sublegetur, et discipulis via pateat ad doctrinam. In aliis quoque restituatur ecclesiis seu monasteriis, si retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum." Pro licentia vero docendi nullus "omnino" pretium exigat, vel sub obtentu⁵) alicuius consuetudinis ab eis, qui docent, aliquid quaerat, nec docere quemquam⁶), qui sit idoneus, petita⁷) licentia interdicit. Qui autem contra hoc venire praesumpserit, ab⁸) ecclesiastico fiat beneficio alienus. Dignum quippe⁹) "esse" videtur, ut in ecclesia "Dei" fructum sui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum¹⁰) vendit docendi licentiam, ecclesiasticum profectum niliter impedire.

CAP. II.¹¹)

Pro licentia docendi nihil exigi debet vel promitti, et exactum restitui et promissum remitti debet: et, negligente inferiore praelato ad magistrum constituendum, supplebit hoc superior.

Alexander III. Vintoniensi¹²) Episcopo.

Prohibeas "attentius de cetero," ne in parochia tua pro licentia docendi "aliquos" exigatur aliquid aut etiam promittatur. Si quid vero postea¹³) solum fuerit vel promissum, remitti¹⁴) promissum facias et restitui appellatione cessante solum, sciens¹⁵), quod scriptum est: „Gratis¹⁶) accepistis, gratis date." Sane, si quis¹⁷) "occasione huius prohibitionis" distulerit magistrum¹⁸) in locis congruis instituere, tibi¹⁹) liceat "de concessionem nostra, omni contradictione et" appellatione postposita, ibi²⁰) aliorum instructioni²¹) praeficere viros providos, honestos et discretos²²).

CAP. III.²³)

Pro licentia docendi pecunia exigi non debet, etiamsi hoc habeat consuetudo.

Idem.²⁴)

Quanto Gallicana ecclesia "maiorum personarum scientia et honestate praefulget, et cautius niliter evitare quae confundere videntur ecclesiasticam honestatem, tanto vehementiori" Dignos "eos"

Cap. XLVI. 26) coabbates: C. R. 1. — 27) resignationes: C. H. — 28) acquirunt: ib.

TIT. IV. Cap. I. 1) c. 15. conc. Lat. III. (hab. A. 1179). — Lips. 17. Cass. VI. 1. Comp. I. h. t. c. 1. — 2) add.: P. C. Quum in officio: Comp. I. — cf. c. 7. de testam. III. 26. — 3) statuuntur: Lips. — 4) decrevimus: Cass. — 5) abest a C. H., Lips. — id: Cass., Comp. I. conc. — 6) praesumpserint... prientur: Lips. — 7) potestate privetur: Cass. Cap. II. 8) Restitutum ex c. 7. conc. Turon (hab. A. 1163). — App. II. 1. Lips. II. 1. Cass. XIV. 1. Comp. I. h. t. c. 2. — 9) episcopopatibus: conc. — 10) archiepiscoporum: App. — ep. seu archiepiscoporum vel archid.: Lips. — 11) constituantur: conc. — 12) ad subv.: App., Cass., Comp. I. — 13) Quod si facere praesumpserit quisquam: conc. — 14) quoque: ib. — 15) ecclesiastica iudicia: C. R. L. H. Coll. c. 1. conc. — 16) patitur: App. — 17) sub diss.: C. R. 2. — 18) plectatur: conc. — Cap. III. 19) c. 5. conc. eiusd. — App. II. 2. Lips. II. 2. Cass. XIV. 2. Comp. I. h. t. c. 3. — 20) Idem in Turon. concilio residens ait: App., Cass., Comp. I. — Id. in eodem conc. ait: Lips. — 21) desid.: in Lips. — 22) institutionem: App. — constitutionem: Cass. — 23) venali: C. R. 1. Cap. IV. 24) Restitutum ex App. XXVIII. 1. Lips. II. 3. Cass. XIV. 3. Comp. I. h. t. c. 4. — 25) desid.: in Cass. — W.: App., Lips., Comp. I. Gu.: cont. — Guil.: Böhm. — 26) qui: App. — 27) ecclesiam: Comp. I. Aug. — 28) Capth.: C. R. 1. — Cepha.: C. R. 2. — Capetay.: C. L. — Capelat.: C. H. — Feretia.: App. — Feretia.: Comp. I. — Feretia.: Cass. — Feretia.: Lips. — 29) desid.: in Cass. — C.: C. R. 1. — 30) praesumpserit: App., Comp. I. Ms. — 31) inde: Comp. I. Ms. — 32) constitutum: C. R. 1. Coll. c. 1. — 33) desid.: in C. R. 2. — 34) omitt. Coll. c. 1. — 35) praedicto: App. — praefato: Lips., Cass., Comp. I. — 36) V.: Comp.

I. Aug. — W.: App., Lips., Cass., Comp. I. Ms. — cf. n. 25. — 37) statutum: C. R. 2. — 38) convenit: C. R. — eos convenit: App. — se convenerunt: Lips., Cass., Comp. I. — 39) omitt. Coll. c. 1. — 40) permittant: Cass.

TIT. V. 1) De magistris, et ne aliquid exigatur vel promittatur: C. R. 1. — Cap. I. 2) c. 18. conc. Lat. III. (hab. A. 1179). — Lips. 18. Cass. X. 1. 2. Comp. I. h. t. c. 1. — 3) desid.: in Cass. — 4) assignatur: App. — tribuitur: Lips. — 5) praetextu: C. L. — 6) quempiam: App. — 7) expetita: Lips., Cass., Comp. I. — 8) omitt. Lips. — 9) quidem: App., Lips., Cass. — 10) vendit licentiam docendi, ecclesiarum profectum niliter impedire: App. Cap. II. 11) Restitutum ex App. II. 17. Lips. III. 1. Cass. XV. 1. Comp. I. h. t. c. 2. — 12) Londen.: App., non recte — W.: Cass. — Winton.: Comp. I. Ms. — Winton.: Aug., Lips. — add.: P. C. Nuncios: Comp. I. — cf. c. 6. de dec. III. 30. — 13) post prohibitionem tuam: Coll. c. 1. — 14) promissum remitti, solum reddi facias app. cess. restitui: Comp. I. — promissum remitti, solum reddi facias app. cess.: App. — remitti solum facias app. cess. vel restitui: Cass. — 15) sciens, quod gratis scriptum esse: Cass. — 16) Quod gratis: App. — cf. Matth. X. 8. — 17) aliquis: Coll. c. 1. — 18) add.: congruos: App. — 19) ibidem tibi: Cass. — 20) ibidem: Coll. c. 1. — 21) instructione: Lips. — 22) vir. providos et honestos: C. R. 1. — vir. providos et discretos: C. R. 2. L. H., Coll. c. 1. Cap. III. 23) Restitutum ex ipsa ep. ed. a Martenio Vet. Script. II. 853. — App. II. 18. Lips. III. 2. Cass. XV. 2. Comp. I. h. t. c. 3. — 24) archiepiscopis per Galliam (Gallicana: Cass.) constituitur: Lips., Cass. — Aler. Ep. Serv. Servor. Des venerabilibus fratrib. et episcopis per regnum Francorum constitutis sal. et ap. ben.: Mart.

esse²⁵) animadversione censemus, qui nomen magistri²⁶) scholarum²⁷) et dignitatem assumunt in ecclesiis vestris, et²⁸) sine certo²⁹) pretio ecclesiasticis viris docendi alios licentiam non impendant.³⁰) Quum autem haec³¹) prava et enormis consuetudo a³²) cupiditatis radice processerit, et decorem admodum ecclesiasticae honestatis³³) confundat, providendum vobis est, et summopere satagendum, ut consuetudo ipsa de ecclesiis vestris penitus extirpetur, quum vobis praecipue et specialiter adscribitur, si quid in ecclesiis eisdem laude dignum invenitur vel reprehensione notandum. Nos quoque, qui, licet immeriti, dispensante clementia conditoris suprema fungimur potestate, tantae cupiditatis et rapacitatis vitium nolentes inemendatum relinquere, fraternitati vestrae per apostolica scripta³⁴) mandamus, quatenus³⁵), consuetudine ipsa de vestris ecclesiis extirpata, sub anathematis interminatione hoc inhibere curetis, districte praecipientes, ut, quicumque viri idonei et literati voluerint³⁶) regere studia literarum, sine³⁷) molestia et exactione qualibet³⁸) scholas regere permittantur, ne scientia de cetero pretio videatur exponi, quae singulis gratis debet impendi. Si qui³⁹) vero huiusmodi prohibitionis vel praeepti existerint transgressores, eos⁴⁰) auctoritate nostra et vestra officii et dignitatis spoliatis. Porro, si hoc iuxta mandatum nostrum corrigere neglexeritis, negligentiam vestram gravem habebimus et molestam etc. Dat. Tusculi XIII. Kal. Nov.

CAP. IV.⁴⁰)

In qualibet cathedrali ecclesia, vel alia, in facultatibus sufficienti, debet a praelato vel capitulo unus magister eligi, cui redditus unius praebendae debent assignari; in metropolitana vero ecclesia etiam eligi debet theologus. Et si ad grammaticum et theologum non sufficit, provident ipsi theologo ex redditibus suae ecclesiae, et grammatico faciat provideri in aliqua ecclesiarum suae civitatis vel diocesis.

Innocentius III. in concilio generali.

Quia nonnullis propter inopiam et legendi studium et opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranensi concilio pia fuit constitutione⁴¹) provisum, ut per unamquamque cathedralium ecclesiarum magistrum⁴²), qui eiusdem ecclesiae clericos aliosque scholares pauperes gratis instrueret⁴³), aliquod competens beneficium praebere, quo et docentis relevaretur⁴⁴) necessitas, et via pateret discipulis ad doctrinam. Verum, quoniam⁴⁵) in multis ecclesiis id⁴⁶) minime observatur,⁴⁷) nos, praedictum roborantes statutum, adiacimus, ut non solum in⁴⁸) qualibet cathedrali ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt⁴⁹) facultates, constituatur magister idoneus, a praelato cum capitulo, seu maiori⁵⁰) et saniori parte capituli⁵¹) eligendus, qui clericos ecclesiarum ipsarum et aliarum⁵²) gratis in⁵³) grammatica facultate ac aliis instruat iuxta posse. Sane metropolis⁵⁴) ecclesia theologum nihilominus habeat, qui sacerdotes et alios⁵⁵) in sacra pagina doceat, et in his praesertim informet, quae ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur⁵⁶) autem cuilibet magistrorum a capitulo unius praebendae proventus, et pro theologo⁵⁷) a metropolitano tantundem; non quod propter hoc efficiatur canonicus, sed tam diu redditus ipsos⁵⁸) percipiat, quamdiu perstiterit⁵⁹) in docendo. Quodsi forte de duobus⁶⁰) ecclesia metropolis⁶¹) gravetur, theologo iuxta modum praedictum ipsa provideat, grammatico vero in alia ecclesia suae civitatis sive diocesis, quae sufficere valeat, faciat provideri.

CAP. V.⁶¹)

Praelati et capitula ad studia theologiae scholares dociles transmittere tenentur, qui in absentia redditus praebendarum suarum et beneficiorum per quinquennium integraliter percipient. Et si proprii redditus ad sustentationem studii eis non sufficiunt, debet praelatus cum capitulo eis providere: magistri vero, donec docuerint, integre percipient fructus beneficiorum suorum.

Honorius III.⁶²)

Super specula⁶³) * Domini licet immeriti constituti, dum diligenter

multo intuitu contemplantur statum ecclesiae generatis, dolemus plurimum et tristamur, quod, quum albae sint regiones ad messem plurimam et operarii sint perpauci, plerique vigiles, qui tenentur custodire Domini vineam, dormiunt somnium suum, neque zizania nimium excreverunt in manipulos ad comburendum colligunt, quamvis ea ingiter superseminet inimicus. Quinque lactens et parvulus deficiat in plateis, vix est qui frangat panem parvulis, aut propinet sitientibus aquam sapientiae salutaris, eo, quod modica est in terra scientia Domini, quia plurimi velut luxores filii accepta non modica portione substantiae Iesu Christi comparant sibi de ipsa siliquas vacuas et sonoras, quae non satiant, et aquam hauriant cum silula Samaritanorum de puteo vel torrente aquarum infidelium, qui sitim hydropici non relevant, sed irritant. Tales equidem hortum conclusum, cui non communicat alienus, ubi fons est, et puteum aquarum viventium deserentes, ac fodientes sibi cisternas, quae aquam non praevaleant continere, quasi non inveniunt pascua fastidito manna, dum suspirant ad Aegypti olera et pepones, currunt ad scientias lucraticas, statuentes in terram suos oculos declinare. Ut igitur per increpationes validas tanquam per patris verbera filii aberrantes ad matris ubera revocati veluti pulli aquilarum queant expeditius advolare, ac inoffense atque libentius velint et valeant currere in odorem flagrantis gratiae Iesu Christi ad hauriendum aquas vivas in gaudio de fontibus Salvatoris, quosdam obices amovere cupimus huic itineri obsistentes, et necessaria quaedam annectere his, quae ab antecessoribus nostris edita sunt ab olim ad propagationem propaginis vitae verae. Quum itaque de singulis provinciis puellae speciosae, ac virgines per rege Assuero, qui beatitudo dicitur, per ancillas quaeri debeant, et adduci ad arcem et moenia civitatis, et per manum Aggei mundum muliebrem accipere, necessariorum videlicet fulcimenta, Volumus et mandamus, ut statutum, editum in concilio generali⁶⁴) de magistris theologis per singulas metropoles statuendis, inviolabiliter observetur, statuente⁶⁵) insuper de consilio fratrum nostrorum, ac districte praecipiendo mandantes, ut, quia super hoc propter raritatem magistrorum se possent forsitan aliqui excusare⁶⁶), ab ecclesiarum praelatis et capitulis ad theologica⁶⁷) professionis studium aliqui docibiles destinentur, qui, quum docti fuerint, in Dei ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti, ex quibus postmodum copia possit haberi doctorum, qui, velut stellae⁶⁸), in perpetuas aeternitates mansuri ad iustitiam valeant plurimos erudire, quibus, si proprii proventus ecclesiastici non sufficiunt, praedicti necessaria subministrent. Docentes vero in theologica facultate, dum in scholis docuerint, et studentes in ipsa⁶⁹) integre per annos quinque, percipiant de licentia sedis apostolicae proventus praebendarum et beneficiorum suorum, non obstante aliqua alia⁷⁰) consuetudine vel statuto, quum denario⁷¹) fraudari non debeant in vinea Domini operantes. Hoc autem inconcussus volumus observari, firmiter disponentes, quod feriantur poena debita transgressores. Sane licet etc. [cf. c. 10. Ne cler. vel mon. III. 50.] Dat. Viterbii VII. Kal. Dec. Pont. nostri Ao. IV. [1220.]

TITULUS VI.

DE IUDAEIS, SARRACENIS,¹) ET EORUM SERVIS.CAP. I.²)

Si servus, a Iudaeo emptus, causa mercimonii factus est vel fieri desiderat Christianus, pro XII. solidis redimitur.

Ex concilio Matensi³).

Praesenti concilio *Deo auctore* sancimus, ut nullum Christianum mancipium Iudaeo *deinceps* serviat, sed datis XII. solidis

Cap. III. 25) omitt. Coll. citt. — dignum admiratione videtur, quod illi: Mart. — 26) magisterii: Mart. — 27) scholarium: Cont. — 28) non exstat apud Mart. — 29) desid. in App. — 30) impediunt: Comp. I. Aug. — 31) huiusmodi: Mart. — 32) de: ib. — 33) dignitatis: Cass. — 34) mand., quatenus sub anathematis (sub anath. ergo: Coll. citt.) interminatione prohibere (omitt. Lips., Cass., Comp. I. Aug.) curvetis, ne qui dignitate (dignitatem: Lips., Cass., Comp. I.) illa (omitt. Coll. citt.), si dignitas dici potest, frangentes (frangentes: Lips., Comp. I.) pro (desid. in Cass.) praestanda licentia docendi alios ab aliquo amodo (desid. in Cass. — sub aliquo modo: App) extorquere quicumque audent vel extorquere (exigere aliquid praesumunt: Coll. citt.), sed eis districte praecipiens: Coll. citt., Mart. — 25) volunt: Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 36) eos (eo: Cass. — desid. in App.) fine mol. . . regere patientur: Coll. citt., Mart. — 37) quicumque: Coll. citt. — 38) Si vero vestrae (mostrae: Lips., Cass., Comp. I. Aug.) prohibitionis vel praeepti (Cass.: praeeptionis vel prohibitionis): Coll. citt., Mart. — 39) eorum: C. R. I. Cap. IV. 40) conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) c. 11. — Comp. IV. h. t. e. un. — 41) consideratione vel constitutione: C. R. 2. — institutione: conc. — 42) magistris, qui . . . instruerent: Comp. IV. Ms. A. — 43) instruat: C. R. I. — 44) revelaretur: C. H. — sublevaretur: Comp. IV.

Ms. A. — 45) quia etiam: ib. — 46) desid. ap. Aug. — 47) observetur: Comp. IV. Ms. B. — 48) quaelibet cathedralis ecclesiae: Comp. IV. Aug. — 49) poterint: C. R. I. — poterunt: C. I., Comp. IV. Ms. B. — poterint: Aug. — 50) a mat.: Comp. IV. Ms. A. — 51) canonice: C. H. — 52) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 53) metropolitana: conc. — 54) al. clericos: Comp. IV. Ms. A. — 55) Assignentur: C. R. I. — 56) pro theol.: non exstant in Comp. IV. et conc. — 57) illos: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 58) add.: putrociniuum: Comp. IV. Ms. A. — 59) add.: clericis: C. R. I. — magistris: C. I., conc. ap. Mans. — 60) metropolitana: conc. Cap. V. 61) Restitutum ex ipsa epistola, ed. ab Ill. de Svoigny, Zeltzchr. für geschichtl. Rechtswissenschaft VIII. 230 seqq. — Comp. V. h. t. e. un. — 62) de inser. cf. adn. ad c. 10. Ne cler. vel mon. III. 50. — 63) speculam: Sav. — 64) stat. concilii generalis: C. H. — 65) decernentes: Comp. V. Sav. — 66) excusari: C. H. — 67) theologiae: Comp. V. — 68) desid. in C. H. — 69) in ips.: desid. in C. R. I. — 70) contraria: C. R. I. H., Comp. V., Cont., Sav. — 71) add.: diurno: C. I. TIT. VI. 1) et Sar.: C. R. I. — Cap. I. 2) Restitutum ex Lips. LV. 8., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) Vaticensi: Lips. — Maticensi: Comp. I. — est c. 16. conc. Maticensis I. (hab. A. 581.); cf. c. 18. Dist. LIV., cum adn.

pro quolibet bono mancipio, ipsum *mancipium* quicumque Christianorum, seu ad ingenuitatem seu ad servitium, licentiam habeat redimendi. Et si Christianus fieri desiderat, et non permittitur⁴⁾, idem fiat⁵⁾, quia nefas est quem Christus *Dominus* redemit blasphemum Christi in servitutibus⁶⁾ vinculis detinere.

CAP. II. 7)

Iudaeus Christianum in servum habere non potest, in adscriptitium vero potest.

Gregorius⁸⁾ Episcopo Lucensi.

Multorum ad nos *relations* pervenit, a Iudaeis, in Lunensi civitate degentibus, in servitium Christiana detineri mancipia. Quae res nobis tanto visa est asperior, quanto a fraternitate tua patientius operosior. Oportebat quippe te respectu loci tui, atque Christianae religionis intuitu, nullam relinquere occasionem, ut superstitioni Iudaeae simplices animae non tam suasionibus, quam potestatis iure quodammodo deservirent. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam, ut secundum piissimarum legum tramitem, Nulli Iudaeo liceat Christianum mancipium in suo dominio retinere: sed, si qui apud⁹⁾ eos inventiuntur, libertas eis *tuitiois auxilio ex legum sanctione* servetur¹⁰⁾. Hi vero, qui in possessionibus eorum sunt, licet *et ipsi* legum restrictione sint liberi, tamen¹¹⁾, quia colendis terris eorum diutius adhaeserunt, utpote conditione¹²⁾ loci debentes, ad¹³⁾ colenda rura remaneant, consueta¹⁴⁾ pensiones praedictis viris praebentes. Cuncta etiam¹⁵⁾, quae de colonia vel originaria iura praecipiant, peragant, et¹⁶⁾ nihil eis extra haec oneris *amplius* indicatur¹⁷⁾. Quodsi quisquam Iudaeorum¹⁸⁾ aliquem de his vel ad alium transferre¹⁹⁾ locum, vel ad aliud²⁰⁾ obsequium retinere voluerit: ipse sibi imputet, qui ius colonarium *temeritate sua*, et ius²¹⁾ domini sibi iuris severitate damnavit. *In his ergo omnibus ita te volumus solertiter impendi etc.*

CAP. III. 22)

Iudaei antiquas synagogas retinere possunt, novas erigere non possunt.

Idem Genuensi Episcopo²³⁾.

Iudaei de civitate *vestra huc venientes quasi nobis sunt, quod synagogam eorum, quae Caralis sive est, Petrus, qui ex eorum superstitione ad Christianae fidei cultum Deo volente perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis, sequenti die baptismatis sui, hoc est dominico in ipsa festivitatis paschali, cum gravi scandalo sine vestra occupaverit voluntate; atque imaginem illic genitricis Dei Dominique nostri, et venerandam crucem, et birram album, quo de fonte resurgens indutus fuerat, possidet. Ne qua re et filiorum nostrorum Eupaterii gloriosi magistri militum, atque magnifici pii in Domino praesidis, aliorumque nobilitum civitatis vestrae ad nos haec eadem scripta attestantia incurrerunt. Qui etiam adiecerunt, a vobis hoc praesensum, et praedictum Petrum, ne hoc auderet, fuisse prohibendum. Quod cognoscentes omnino laudavimus, quia, sicut revera bonum deest sacerdotem, nil fieri, unde iusta esset reprehensio, voluistis. Sed quia per hoc, quod minime vos in his, quae prave acta sunt, miscuistis, displicere vobis quod factum est demonstrastis, considerantes haec de re vestrae voluntatis intentum, ac magis iudicium, his hortamur affectibus, ut sublata exinde cum eis, qua dignum est, veneratione imagine atque cruce, debeatis quod violententer ablatum est reformare, quia Sicut legalis definitio Iudaeos novas non patitur erigere synagogas: ita *quoque* eos sine inquietudine veteres habere permittit²¹⁾. *Ne ergo supradictus Petrus vel alii etc.**

Cap. I. 4) permittitur: C. L. — 5) similiter faciat: Lips., Comp. I. — 6) omitt. ead.

Cap. II. 7) Restitutum ex Greg. I. Reg. IV. 21. — Comp. I. h. t. c. 2. — 8) Greg. IX. C. R. 1. — Greg. *Venerabilis* ep. Lunensi (Ms.: *Lucensi*): Comp. I., Reg. — 9) penes: Reg. — 10) observetur: C. R. 1. — 11) desid. in Comp. I. — 12) conditionem: Reg. — 13) ad colenda quae conservarent rura permansant: Reg. — 14) pensiones pr. vir. praebent: ib. — 15) omitt. ead. — et cuncta: Reg. — 16) omitt. Comp. I. — extra quod nihil eis: Reg. — 17) inducitur: C. H. — indicetur: Comp. I. — 18) Iud. al.: omitt. Comp. I., Reg. — 19) migrare: ib. — 20) vel ad obs.: Comp. I. Ms. — vel in obs.: Aug. — vel in obsequio: Reg. — 21) ius vero: Comp. I., Reg.

Cap. III. 22) Restitutum ex Greg. I. Reg. IX. 6. — Comp. I. h. t. c. 4. — tot. cap. desid. in C. H. — 23) Januario ep.: Comp. I. — Januario ep. Calaritano: Reg. — 24) permittant: C. R. 1. — permittat: C. R. 2.

Cap. IV. 25) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 7. — 26) Invenni ep.: C. H. — leg. tamen: *Massiliensi ep.*; cf. c. 16. de decim. III. 30. — 27) indicat: Comp. I. Aug. — edicas: Ms. — 28) apertas: Comp. I., Cont., Böhm. — 29) clavis: Cont., Böhm. — sed eas per totum diem claudunt: Comp. I. — 30) retineant: C. L.

Cap. V. 31) c. 26. conc. Lat. III. (hab. A. 1179.) — Lips. 23., Cass. II. un., Comp. I. h. t. c. 5. — 32) ne: Cass. — 33) omitt. conc. — 34) nec:

CAP. IV. 25)

In die Veneris sancto non licet Iudaeis tenere ostia vel fenestras apertas.

Alexander III.²⁶⁾

Quia super his, *unde nos in litteris tuis de Iudaeis scripsisti, certum canonem non habemus, fraternitati tuae significatione praesentiam intimamus, quod clero tuo in unum pariter convocato, Generaliter tam nostra quam tua auctoritate interdicat²⁷⁾, ut Iudaei ostia vel fenestras in die Parasceves aperta²⁸⁾ non habeant, sed clausa²⁹⁾ teneant³⁰⁾ tota die. *Mancipia quoque Christiana nulla cum eis habitare permittit, sed generaliter cunctis edicas, ne aliquis Christianorum in eorum servitio audeat commorari, ne forte ex ipsorum conversatione ad Iudaismi perfidiam convertantur. De terris vero etc.* [cf. c. 16. de decim. III. 30.]*

CAP. V. 31)

Excommunicari debent Christiani, qui in domo servant Iudaeis, vel Sarracenis sive paganis. Et principes saecularis excommunicari debent, qui Iudaeos baptizatos suis bonis spoliare praesument.

Idem ex concilio Lateranensi.

Iudaei sive Sarraceni neque³³⁾ sub alendorum puerorum suorum³⁴⁾ obtentu, nec pro servitio vel³⁵⁾ alia qualibet causa Christiana mancipia in domibus suis permittantur habere. Excommunicantur³⁶⁾ autem qui³⁷⁾ cum eis praesumpserint habitare. (Et infra: [cf. c. 21. de testib. II. 20.] Si³⁸⁾ qui praeterea Deo inspirante ad fidem se converterint³⁹⁾ Christianam, a possessionibus suis⁴⁰⁾ nullatenus excludantur, quam meliorem conditionis ad fidem conversos esse oporteat, quam, antequam fidem susceperint⁴¹⁾, habebantur⁴²⁾. Si autem secum fuerit factum, principibus seu potestatibus eorum⁴³⁾ locorum iniungimus sub poena excommunicationis, ut portionem hereditatis suae⁴⁴⁾ et honorum suorum ex integro eis faciant exhiberi⁴⁵⁾.

CAP. VI. 45)

Christiani, deferentes Sarracenis merces prohibitas, vel in ipsorum navibus navigantes, excommunicandi sunt, et robus eorum privandi, et efficiuntur capientium servi.

Idem in eodem.

Ita quorundam animos occupavit saeva cupiditas, ut, qui⁴⁶⁾ gloriantur nomine Christiano Sarracenis arma, ferrum et ligam⁴⁷⁾ deferant galearum, et⁴⁸⁾ pares aut etiam superiores in malis tant illis⁴⁹⁾, dum⁵⁰⁾ ad impugnandos⁵¹⁾ Christianos arma eis⁵²⁾ et necessaria subministrant⁵³⁾. Sunt etiam, qui pro cupiditate sua in galeis et piraticis⁵⁴⁾ Sarracenorum navibus regimen et curam gubernationis exercent⁵⁵⁾. Tales igitur, ab ecclesiastica⁵⁶⁾ communione praecisos⁵⁷⁾, et excommunicationi *pro sua iniquitate* subiectos, *et* regum suarum per principes *saeculi* catholicos et consules civitatum privatione mulctari, et capientium fieri⁵⁸⁾ servos, *si capti fuerint*, censemus. Praecipimus etiam⁵⁹⁾, ut per ecclesias maritimarum urbium crebra et solennis in eos⁶⁰⁾ excommunicatio proferatur. *Excommunicationis quoque etc.* [cf. c. 3. de rapt. V. 17.]

CAP. VII. 61)

Iudaei veteres synagogas in priorem statum reformare possunt; de novo erigere non possunt.

Idem⁶²⁾.

Consuluit (Et infra: [cf. c. 29. de app. II. 28.]) Iudaeos *etiam* de novo constrare⁶³⁾ synagogas, ubi *eas* non habuerunt⁶⁴⁾, pati non debent. Verum, si antiquae⁶⁵⁾ corruerint, vel ruinam⁶⁶⁾ minantur⁶⁷⁾, ut eas⁶⁸⁾ reaedificent, potest⁶⁹⁾ aequanimiter tole-

ib. — 35) excommunicetur... praesumpserit: Comp. I. Aug. — 36) omnes, qui: C. R. 1. — hi, qui: C. H. — 37) abest a C. H. — Si qui vero: C. L. — 38) convertere voluerint: C. R. 2. — converterunt: Lips. — 39) parentum: Cass. — 40) susceperunt: C. R. 2. L. H. — susceperunt: Lips., Cass., Comp. I. — accepterunt: conc. — 41) haberentur: Lips. — 42) eorum: Cass. — 43) omitt. Coll. citt., conc. — 44) restitui: Cass.

Cap. VI. 45) Restitutum ex cap. 24. 16. — Lips. 14., Cass. XII. 14., Comp. I. h. t. c. 6. — 46) quum ipsi gloriantur: Cass. — quum gloriantur: Lips., Cass. — 47) lignamina: Lips. — lignamina: Comp. I. Aug., conc., Böhm. — 48) ut: Lips. — 49) eis: conc. — 50) quum: C. R. 1. — 51) expugnandos: Cass. — 52) desid. ib. — 53) subministrant: C. L. — 54) piratis: Cass. — 55) exercent: conc. — 56) ecclesiae: Coll. citt., conc. — 57) suspensos: Cass. — 58) fore: Coll. citt., conc. — 59) autem: Lips., Cass., Comp. I. — 60) in eis: Comp. I. Aug. — desid. in Ms.

Cap. VII. 61) Restitutum ex App. I. 36., Lips. LV. 5., Cass. LIV. 5., Lnc. ap. Bal. III. 379., Comp. II. h. t. c. 1. — 62) Bituricensi archiep., cf. c. 29. de app. II. 28. — 63) constituit: App., Lips., Cass., Luc., Comp. II. Ms. — 64) eas scilicet non habuerint: Lips. — 65) antiqua: C. L. — 66) ruinas: Lnc. — 67) minantur: App. — 68) omitt. Coll. citt. — 69) poterit: C. H. — potes (poteris: Aug.) aequanimiter (unanimititer: Comp. II. Ms. A.) tolerari: (Aug. tolerari): Coll. citt.

reti, non autem, ut eas exaltent, aut ampliores aut pretiosiores faciant, quam antea fuisse noscuntur; qui utique hoc⁷⁰⁾ pro magno debent habere, quod in veteribus synagogis et suis observantiis tolerantur.

CAP. VIII.⁷¹⁾

In familiaris servitio Iudaeorum Christiani esse non debent.

Idem⁷¹⁾.

Ad haec⁷²⁾ praesentium auctoritate mandamus atque praecipimus, quatenus⁷³⁾ omnibus Christianis, qui sunt in iurisdictione vestra⁷⁴⁾, penitus⁷⁵⁾ interdicitur, et, si necesse⁷⁶⁾ fuerit, districtione ecclesiastica compellatis⁷⁷⁾ eosdem⁷⁸⁾, ne ipsi⁷⁹⁾ Iudaeorum servitio se assidue pro aliqua mercede exponant; quod⁸⁰⁾ etiam obstericibus et nutricibus⁸¹⁾ eorum⁸²⁾ prohibere curetis, ne infantes Iudaeorum in eorundem⁸³⁾ domibus nutrire praesumant, quoniam Iudaeorum mores et nostri⁸⁴⁾ in nullo concordant, et ipsi de facili ob continuam⁸⁵⁾ conversationem et assiduum familiaritatem, instigante humani generis inimico, ad suam superstitionem et perfidiam simplicium animos inclinarent⁸⁶⁾. Praeterea etc. [cf. c. 7. de usur. V. 19.]

CAP. IX.⁸⁷⁾

Iudaei inviti non sunt baptizandi, nec ad hoc cogendi, nec sine iudicio puniendi, aut rebus suis spoliandi, vel in suis festivitibus molestandi, nec ipsorum coemeteria violanda, aut eorum corpora exhumanda.

Clemens III.

Sicut Iudaei non debent sine licentia in synagogis ultra, quam in lege permittitur, praesumere, ita in his, quae eis concessa sunt, nullum debent praedicium sustinere. Nos ergo, quum in tua magis velint duritia permanere, quam Prophetarum verba et sanarum scripturarum arcana cognoscere, atque Christianae fidei et salutis notitiam habere, tamen, quia defensionem nostram et auxilium postulant, ex Christianae pietatis mansuetudine et praedecessorum nostrorum felices memorias Calixti, Eugenii [et Alexandri]⁸⁸⁾ Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes ipsorum petitiones admittimus, eisque protectionis nostrae clypeum indulgemus. Statuimus enim, ut nullus Christianus invitos vel⁸⁹⁾ nolentes Iudaeos⁹⁰⁾ ad baptismum per violentiam venire compellat. Si quis autem⁹¹⁾ ad Christianum causa fidei confugerit, postquam voluntas eius fuerit patefacta, Christianus eaque calumnia efficiatur; quippe Christi⁹²⁾ fidem habere non creditur, qui ad Christianorum baptismum non spontaneus, sed invitus cogitur⁹³⁾ pervenire. Nullus etiam Christianus eorum quemlibet sine iudicio⁹⁴⁾ terrena⁹⁵⁾ potestatis vel occidere⁹⁶⁾, vel vulnerare, vel suas illic⁹⁷⁾ pecunias auferre praesumat, aut bonus, quas haecenus in ea, in qua habitant, regione⁹⁸⁾ habuerunt⁹⁹⁾, consuetudines immutare, praesertim in festivitatum suarum celebratione¹⁰⁰⁾ quisquam sustibus vel lapidibus eos nullatenus perturbet¹⁰¹⁾. Neque aliquis ab eis coacta servitia exigit, nisi ea, quae ipsi¹⁰²⁾ tempore praeterito¹⁰³⁾ facere consueverunt. Ad hoc¹⁰⁴⁾ malorum hominum pravitate et avaritiae¹⁰⁵⁾ obviahtes, decernimus¹⁰⁶⁾, ut nemo coemeterium Iudaeorum¹⁰⁷⁾ mutilare¹⁰⁸⁾ aut invadere audeat, sive¹⁰⁹⁾ obtentu pecuniae corpora humata effodere. Si quis autem huiusmodi decreti tenore cognito¹¹⁰⁾ temere, quod absit, contraire praesumpserit, honoris et officii sui periculum patiat, aut excommunicationis sententia¹¹¹⁾ plectatur, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Cap. VII. 70) non exstat in Coll. ctt.
 Cap. VIII. 71) Restitutum ex App. XX. 2., Lips. I.V. 2., Cass. I.IV. 2., Luc. ap. Bal. III. 379., Comp. II. h. t. c. 2. — 71*) add. P. C. Licet: Comp. II. Aug. Ms. B. — cf. c. 22. de test. II. 20. — 72) hoc: Comp. II. Aug. Cass. — 73) nostra: Cont. — 74) desid. in C. R. 2. — 75) opus: App. — 76) prohibentis: App., Lips., Cass. — 77) eos: Comp. II. Aug. Ms. A. — omitt. C. R. L., App., Lips., Cass., Luc., Comp. II. Ms. B. — 78) Obstericibus etiam: App. — Obst. quoque: Lips., Cass. — quia istam obst.: Luc. — 79) mulieribus: Luc. — et nutricibus: desid. in Cass. — 80) Christianis omnibus: App., Lips., Cass. — 81) eorum: Cass. — eorum: App., Lips., Luc., Comp. II. — 82) vestri: Cass. — 83) frequentem: App., Lips., Cass., Luc. — 84) inclinant: App., Cass., Comp. II. Ms. A. B. — inducant: Luc.
 Cap. IX. 85) Alexandri III. nomine insignita atque fideum plane verbis concepta exstat haec generalis constitutio in App. XX. 1., Lips. IV. 1., Cass. LIV. 1. Innovata est post Clementem III. (Comp. II. h. t. c. 2.) ab Innocentio III. anno 1199. (cf. Reg. ap. Bal. II. 302. Dat. Lat. XVII. Kal. Oct. etc.) — Nos quidem in restituendo ipso capite praeter Comp. II. Appendicem, Lips. et Cass. adhibendas duximus. — 86) Calixti, Eugenii, Alexandri, Clementis et Coelestini RR. PP.: Reg. Innoc. III. — 87) et: Cass. — 88) eos: App., Lips., Cass., Comp. II. Aug. — 89) abest a Comp. II. Ms. B. — Sed (abest a Lips.) si eorum quilibet: App., Lips., Cass. — 90) quippe Christiani fidem: Comp. II. — veram quippe Christianitatis fidem: App., Lips., Cass. — 91) cognoscitur: Coll. ctt. — 92) sub iud.: C. R. 2. — 93) pot. tenere vel: Cass. — 94) vel ocl. ... illis: desid. in Comp. II. Ms. A. — 95) habuerunt: Cont., Böhm. — 96) solennitate: Comp. II. Ms. A. — 97) perturbent: C. R. 1. — 98) de-

CAP. X.¹¹²⁾

Ponit duns indulgentias illorum, qui paganis praedicant.

Idem¹¹²⁾.

Quam sit laudabile¹¹³⁾ (Et infra:) Tuis, frater episcopo, petitionibus annuentes, tibi tuisque sociis, quum ad praedicandam¹¹⁴⁾ Christi fidem paganis exhibitis¹¹⁵⁾, apostolica auctoritate¹¹⁶⁾ concedimus, ut vobis his cibus cum modestia et gratiarum actione, servata temporum¹¹⁷⁾ qualitate iuxta canonicas sanctiones, uti liceat, qui¹¹⁸⁾ vobis ab ipsis infidelibus apponuntur. Insuper indulgemus, ut quicumque religiosi¹¹⁹⁾ seu clerici, idonei ad annuncianam¹²⁰⁾ gentibus evangelicam veritatem, requisita et habita praelatorum suorum licentia, tibi¹²¹⁾ voluerint adhaerere, id absque¹²²⁾ contradictione qualibet¹²³⁾ liberam exsequendi habeant auctoritate apostolica facultatem.

CAP. XI.¹²⁴⁾

Pro redimendis captivis licet ire Alexandriam iurantibus, quod nihil deferret auxilii seu subsidii extra redemptionis articulum. Postquam vel mittens etiam post treugas merces prohibitas, excommunicatus est, et pacis appellatione non veniunt treugae.

Idem.

Significavit¹²⁵⁾ nobis tua fraternitas, quomodo aliqui civium tuorum in Alexandriam valeant proficisci pro recuperandis concivibus suis, qui illic in¹²⁶⁾ captivitate tenentur. Hoc arbitramur licite posse fieri, dummodo nihil in¹²⁷⁾ mercibus suis¹²⁸⁾ vel alio modo secum illuc¹²⁹⁾ deferant, unde possit¹³⁰⁾ Sarracenis, excepto redemptionis¹³¹⁾ articulo, aliquid commodum¹³²⁾ aut subsidium provenire, quod etiam coram te prius iuramento firmabatur. Illi quoque qui post treugam in transmarinis partibus factam cum commercio Alexandriam adiverint¹³³⁾, si tulerint¹³⁴⁾ merces prohibitas causa lucrandi, excommunicationis¹³⁵⁾ vinculum non evadunt, sicut nec illi¹³⁶⁾, qui, in personis propriis non euntes, merces¹³⁷⁾ eis per nuncios destinaverunt. Ad ultimum¹³⁸⁾ illos, qui iuraverunt¹³⁹⁾, se amplius in terram¹⁴⁰⁾ Sarracenorum cum mercibus non ituros, nisi pax esset inter Christianos et ipsos, et post treugam factam venerunt illuc, conditio illa de pace aut treuga¹⁴¹⁾ habenda ab excommunicationis vinculo non absolvit¹⁴²⁾.

CAP. XII.¹⁴³⁾

Excommunicati sunt, qui cum Sarracenis tempore guerrae aliquid habent commercium, vel eis praestant subsidium.

Idem.

Quod olim praeeptum fuit (Et infra:) Saue, licet hoc fuerit in concilio Lateranensi districe inhibitu, nos tamen de consilio fratrum nostrorum omnes illos excommunicationi apponimus, qui iam amplius cum Sarracenis mercimonium habuerint¹⁴⁴⁾, vel per se vel per alios navibus, seu quocumque alio ingenio, eis aliqua rerum subsidia seu consilia, quamdiu inter nos¹⁴⁵⁾ et illos guerra duraverit, duxerint impendenda¹⁴⁶⁾. Vestrae igitur discretioni mandamus atque districe praecipimus, quatenus nec per vos, nec¹⁴⁷⁾ per vestras naves¹⁴⁸⁾, nec alio¹⁴⁹⁾ quocumque modo aut ingenio, eis mercimonia¹⁵⁰⁾, consilia vel alia subsidia transmittatis, ne, si forte¹⁵¹⁾ aliqui in sua malitia indurati secus agere praesumpserint, non solum ipso iure incidant in excommunicationem illam, verum etiam illi¹⁵²⁾ iram Dei viventis incurrant.

sid. in Cass. — 99) praefato tempore: App. — praeteritis temporibus: Lips. — 100) haec: App., Lips., Comp. II. — 1) nequitiae: App. — 2) decrevimus: Cass. — 3) eorum Iud.: Lips. — 4) violare... praesumat: Comp. II. Ms. A. — 5) sub: C. H. — nec: Comp. II. Ms. A. — 6) agnito: App. — 7) ultione: Lips., Cass., Comp. II.
 Cap. X. 8) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 383., Comp. II. h. t. c. 4. — 9) Leonensi ep.: Luc. — 10) laudabilis: C. R. 1. — 11) vos ad praedicandam: Comp. II. Ms. A. — 12) exhibitis: C. R. 2. L., Cont. — exhibitis: Böhm. — 13) praesentium auctoritate: C. L. — 14) temporis: Comp. II. Ms. A. — 15) quae: C. H. — 16) viri sui monachi: Comp. II. Aug. — viri monachi: Ms. A. B., Luc. — 17) annuncianam: Comp. II. Ms. A. B. — nunciandam: Luc. — 18) ubi: Comp. II. Ms. A. — si: Luc. — 19) ac subque: C. R. 2. — 20) contrarietate aliqua: Luc. — 21) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 5. — 22) Significavit: C. H. — 23) omitt. Comp. II. Ms. B. — 24) abest a Comp. II. — 25) illic: C. R. 2., Comp. II. — 26) possint: Comp. II. Ms. A. — 27) redemptoris: ead. — 28) quomodo: ib. — 29) adigerunt: C. R. 2., Comp. II. — 30) dederunt: ead. — 31) ab excomm. vinculo: Comp. II. Ms. A. — 32) similiter et illi: Comp. II. Aug. — 33) merces eo (eos: Ms. A.) per alios destinaverunt: Comp. II. — 34) add. vero: C. R. 1. — 35) iuraverunt: C. H. — 36) ad terram: C. L. — 37) de treuga: Comp. II. Ms. A. — 38) absoluitur: ead.
 Cap. XII. 39) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 6. — 40) habuerunt: Cont., Böhm. — 41) vos: C. R. 1. L. H., Comp. II. Aug., Ms. B. — 42) impendunt: Comp. II. — 43) nec per vestri: desid. in Comp. II. Ms. A. — 44) in navibus: Ms. B. — 45) vel alio: C. R. 1. — 46) consilio mercimonia: Comp. II. Ms. A.

CAP. XIII. 47)

Iudaei nutrices vel servientes Christianos habere non debent; contra facientibus interdicitur Christianorum commercium.

Innocentius III. Archiepiscopo⁴⁸) Senonensi et Episcopo Parisiensi.

Etiam Iudaeos, quos propria culpa submitit perpetuae servituti, "quum Dominum crucifixerint, quem sui prophetae praedixerunt ad redemptionem Israel in carne venturum," pietas Christiana receptet, et sustineat cohabitationem illorum, "quos etiam propter eorum perfidiam Sarraceni, qui fidem catholicam persequuntur, nec credunt in crucifixum ab illis, sustinere non possunt, sed potius a suis finibus expulerunt, in nos vehementius exclamantes, eo, quod sustineantur a nobis, qui ab ipso crucis patibulo condemnatum Redemptorem nostrum veraciter confitemur," ingrati tamen nobis esse⁴⁹) non debent, ut⁵⁰) reddant⁵¹) Christianis pro⁵²) gratia contumeliam et de familiaritate contemptum, qui, tanquam misericorditer in nostram familiaritatem admissi, nobis illam retributionem impendunt⁵³), quam, iuxta vulgare proverbium, mus in pera, serpens in gremio, et ignis in sinu suis conseruerunt⁵⁴) hospitibus exhibere. Accepimus⁵⁵) autem, quod Iudaei faciunt Christianas filiorum suorum nutrices, et, quod non tantum dicere, sed etiam nefandum est cogitare, quum in die Resurrectionis dominicae illas recipere corpus et sanguinem⁵⁶) Iesu Christi contingit, per triduum⁵⁷), antequam eos lactent, lac effundere faciunt⁵⁸) in latrinam. Alia insuper⁵⁹) contra fidem catholicam detestabilia et inaudita committunt, propter quae fidelibus est verendum, ne divinam indignationem incurrant, quum eos perpetrare patiuntur indigne⁶⁰) quae fidei nostrae confusionem inducunt. "Rogavimus igitur carissimum in Christo filium nostrum Philippum regem Francorum illustrem, mandavimus etiam nobili viro M. duci Burgundiae, et comitissae Trecenti, ut taliter reprimant Iudaeorum excessus, ne cervicem, perpetuae servitutis iugo submitissam, praesument erigere contra reverentiam fidei Christianae." Inhibemus⁶¹) ergo districte, ne de cetero nutrices vel servientes habeant Christianos⁶²), ne filii liberae filii famulenter ancillae, sed tanquam servi a Domino reprobati, in cuius mortem nequiter coniurarunt, se saltem per effectum operis recognoscant servos illorum, quos Christi mors liberos, et illos servos effecit. "Qui quum iam coeperint rodere more muris, et pungere sicut serpens, verendum est, ne ignis, receptus in situ, corrosa consumat. Quocirca fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus praedictum regem et alios ad hoc ex parte nostra ita diligenter monere ac efficaciter inducere procuretis, quod Iudaei perfidi de cetero nullatenus insolentent, sed sub timore servili praetendant semper reverentiam culpae suae, ac reverentiam honorem fidei Christianae." Si vero "Iudaei" nutrices et servientes non dimiserint⁶³) Christianos⁶⁴), "eos, auctoritate nostra suffulti," sub excommunicationis poena inhibeatis districte omnibus Christianis, ne cum eis commercium aliquod audeant⁶⁵) exercere. *Dat. Id. Iul.* [1205.]

CAP. XIV. 66)

Iudaeus, qui percusserit clericum, temporaliter punitur, et, si de facto puniri non potest, interdicitur sibi Christianorum commercium, donec satisfecerit iniuriam passo.

Idem. 67)

Postulasti "per sedem apostolicam edoceri," qualiter contra Iudaeum procedere debeat, qui manus iniecit in quendam clericum⁶⁸) violentas. Ad quod "fraternitati tuae" breviter respondemus, quod, si dictus Iudaeus tuae iurisdictionis existat, ipsum poena pecuniaria punias, vel alia, secundum quod convenit, temporali, faciens laeso⁶⁹) satisfactionem congruam exhiberi; alioquin eius dominum moneas et inducas, ut passo iniuriam et ecclesiae ab eo

satisfieri faciat competenter. Quod si⁷⁰) dominus eius "id" neglexerit adimplere, tu Christianis omnibus⁷¹) per censuram ecclesiasticam interdicas, ne cum ipso Iudaeo, antequam satisfaciatur⁷²), praesument commercia exercere. "Consequenter etc. Tertio quaesivisti etc. [cf. c. 24. de regul. III. 31.] Dat. Lat. VII. Id. Iun. Pont. nostr. Ao. XV." [1212.]

CAP. XV. 73)

Iudaei et Sarraceni utriusque sexus debent in terris Christianorum uti habitu, per quem a Christianis discernantur, et in die Passionis Domini non debent in publicum progredi, nec in contumeliam Creatoris prosilire.

Idem in concilio generali.

In nonnullis provinciis a Christianis Iudaeos seu Sarracenos habitus distinguit diversitas; sed in quibusdam⁷⁴) sic quaedam inolevit confusio, ut nulla differentia discernatur. Unde contingit interdum, quod per errorem Christiani Iudaeorum seu Sarracenorum, et Iudaei seu Sarraceni Christianorum mulieribus commiscantur. Ne igitur tam damnatae⁷⁴) commixtionis excessus per velamen⁷⁵) erroris huiusmodi ulterioris⁷⁶) excusationis possint⁷⁷) habere diffugium; statuimus, ut tales utriusque sexus in omni Christianorum provincia et omni⁷⁸) tempore qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur,⁷⁹) "quum etiam per Moysen hoc ipsum legatur eis iniunctum." In diebus autem⁸⁰) lamentationis⁸¹) et dominicae Passionis⁸²) in publicum⁸³) minime prodeant, eo, quod nonnulli ex ipsis talibus diebus, sicut accepimus, et⁸⁴) ornatus non erubescunt incedere, ac Christianis, qui⁸⁵) sacratissimae passionis memoriam exhibentes lamentationis signa praetendunt, illudere non formidant. Illud autem districtissime inhibemus, ne in contumeliam Creatoris⁸⁶) prosilire "aliquatenus" praesument. Et⁸⁷) quoniam illius dissimulare non debemus⁸⁸) opprobrium, qui probra nostra delevit; praecipimus praesumptores huiusmodi per principes saeculares condignae animadversionis adiectione compesci, ne crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare praesument.

CAP. XVI. 89)

Praeponeus Iudaeum vel paganum publicis officiis, per concilium provinciale corripitur, et praeposito denegatur Christianorum commercium, donec deposuerit officium, et in usus Christianorum pauperum restituet inde quaesita secundum episcopi providentiam.

Idem in eodem. 90)

Quum sit nimis absurdum, ut blasphemus Christi in Christianos vim⁹¹) potestatis exerceat, quod super⁹²) hoc Toletanum⁹³) concilium provide statuit, nos⁹⁴) propter transgressorum⁹⁵) audaciam in⁹⁶) hoc generali concilio innovamus, prohibentes, ne Iudaei publicis officiis⁹⁷) praeferantur, quoniam sub tali praetextu Christianis plurimum sunt infesti. Si quis autem eis officium tale commiserit, per provinciale⁹⁸) concilium, quod singulis annis praecipimus celebrari, monitione praemissa districtione, qua convenit, compescatur⁹⁹). Officiali vero huiusmodi tamdiu Christianorum communio in commerciis et aliis denegetur, donec in usus pauperum Christianorum secundum providentiam dioecesei episcopi convertatur quicquid fuerit a Christianis¹⁰⁰) adeptus¹⁰¹) occasione officii sic suscepti, et officium cum pudore dimittat, quod irreverenter assumpsit. Hoc idem extendimus ad paganos.

CAP. XVII. 2)

Concilium generale repetit concilium Lateranense supra eod. Ita, et addit poenam satisfactionis, tempore absolutionis impendendum.

Idem in eodem.

Ad liberandam terram sanctam (Et infra:) Excommunicamus praeterea et anathematizamus illos falsos et impios Christianos,

Cap. XIII. 47) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 121. — Comp. III. h. t. c. un. — 48) ep. Parisiensi: C. H. — 49) existere non deberent: Reg. — 50) unde: C. H. — 51) redderent: Comp. III. — rependerent: Reg. — 52) de: Reg. — 53) impendant: C. R. 1. — 54) consuevit: Comp. III. Ms. — 55) Accepimus autem, quod Iudaei, quos gratia principum in suis terris admisit, facti sunt (fecit: Comp. III.) adeo insolentes, ut illos committant excessus in contumeliam fidei Christianae, quos non tantum dicere, sed etiam nefandum est cogitare. Faciunt enim Christianas filiorum suorum nutrices, quum (et quum: Comp. III., Böhm.) in die etc.: Comp. III. Reg., Böhm. — 56) omitt. Reg. — 57) add: Domini nostri: C. R. 1. — 58) quod per trid: C. L. — 59) Et alii etiam: C. R. 1. — alia multa: C. R. 2. — 60) impune: Reg. — 61) inhibentes districtius: Comp. III. Reg. — et inhibemus districtius: Böhm. — 62) Christianos: C. R. L. — 63) dimiserunt: C. R. 2., Comp. III. Aug. — 64) Christianus: C. R. 1. — 65) habeant nec audeant: C. R. 2.

Cap. XIV. 66) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 118. — non existat in Comp. IV. — 67) episc. Lingonensi: Reg. — 68) presbyterum: Reg. — 69) percussit: h. — 70) Et si: C. R. 1. — 71) abest a C. R. L. H., Reg. — 72) satisfecerit: C. R. 1.

Cap. XV. 73) c. 68. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c.

1. — 74) add: partibus: C. R. 2. — 74) damnanda: C. H. — 75) velamentum: Comp. IV. Ms. A., conc. — 76) omitt. Comp. IV. Aug., Ms. B. — ulterius: C. R. L., Comp. IV. Ms. A., conc. — 77) possit: C. H., Comp. IV. Aug., Ms. A. — 78) in omni: Comp. II. Ms. A. — 79) distinguatur: ead., Ms. B. — 80) omitt. Comp. II. Ms. A. — 81) lamentationum: ead., conc. Ms. — 82) Resurrectionis: C. R. 1. — 83) publice minime procedentes: Comp. IV. Aug. — 84) omitt. conc. — etiam: Comp. IV. Ms. A. — 85) quae: ead. — 86) Redemptoris: Comp. IV., conc. — 87) Quare quoniam: conc. Ms. — 88) possunt: Comp. IV. Ms. A.

Cap. XVI. 89) c. 69. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 2. — 90) add: aliquis: Comp. IV. Aug., Ms. A. — 91) iura: Comp. IV. Aug. — 92) sicut: ead. Ms. A. — 93) cf. c. 14. Dist. LIV. — 94) omitt. Comp. IV. Aug., Ms. B. — 95) transgressoris: C. R. 2. — 96) et hoc: Comp. IV. Aug. — in hoc capitulo: conc. ap. Mans. — 97) iudicis vel officiis: C. H. — 98) principule: C. H. — 99) compescantur: C. L. — 100) a Chr.: omitt. Comp. IV. Ms. A. — 1) adentum: Aug.

Cap. XVII. 2) Exstat in constit. de expeditione pro recuperanda terra sancta, quae promulgata est in conc. Lat. IV. Ao. 1215. et edita a Manso Tom. XXII. — non reperitur in Comp. IV.

qui contra ipsum³⁾ Christum et populum Christianum Sarra-
cenis arma, ferrum et ligamina⁴⁾ deferunt galearum; eos etiam⁵⁾, qui
galeas eis vendunt vel naves, quique⁶⁾ in piraticis Sarra-
cenorum navibus curam gubernationis exercent, vel "in" machinis aut
quibuslibet aliis aliquod eis impendant consilium vel auxilium in
dispendium terrae sanctae; ipsosque rerum suarum privatione
multari, et capientium servos fore censemus, praecipientes⁷⁾, ut
per omnes urbes maritimas diebus dominicis et festivis huiusmodi
sententia publice innovetur. Et talibus gremium non aperiatur
ecclesiae, nisi totum, quod ex commercio tam⁸⁾ damnato⁹⁾ per-
ceperint, et tantundem de suo¹⁰⁾ in subsidium terrae sanctae¹¹⁾
transmiserint, ut aequo iudicio in quo deliquerint puniantur.
Quodsi forte solvendo non fuerint, sic alias reatus talium casti-
getur, quod in poena ipsorum aliis interdiciatur audacia similia
praesumendi.

CAP. XVIII.

*Judaei vel pagani publicis officiis praeficiendi non sunt, et, si eis regalis
iura venduntur, ad ea colligenda praeficiendus est Christianus non
suspectus.*

Gregorius IX. *Astoricensi et Lucensi*¹²⁾ *Episcopis.*

Ex speciali, quem erga illustrem regem Portugalliae gerimus,
caritatis affectu¹³⁾ (*Et infra:*) Mandamus, quatenus regem ipsum
sollicite inducatis, ne in officiis publicis Iudaeos Christianis praefi-
ciat, sicut in generali concilio continetur, et, si forte reditus
suos Iudaeis vendiderit vel paganis, Christianum tunc deputet de
gravaminibus inferendis clericis et ecclesiis non suspectum, per
quem Iudaei sive Sarraeeni sine Christianorum¹⁴⁾ iniuria iura rega-
lia consequantur.

CAP. XIX.

Se ipsum summat.

Idem.

Nulli Iudaeo baptizatum vel baptizari volentem emere liceat vel in
suo servitio retinere¹⁵⁾. Quodsi quem, nondum ad fidem conver-
sum, causa mercimonii emerit, et postmodum factus sit vel fieri
desideret¹⁶⁾ Christianus, datis pro eo XII. solidis ab illius servitio
protinus subtrahatur. Si autem infra¹⁷⁾ tres menses ipsum venal-
em non exposuerit, vel ad sibi serviendum emerit eundem, nec
ipse vendere, nec alius audeat comparare, sed nullo dato pretio
perducatur ad praemia libertatis.

TITULUS VII.

DE HAERETICIS.

CAP. I.¹⁾

*Infidelis est, qui non habet certitudinem fidei, et infideli non est creden-
dum in praedictum alterius.*

Stephanus Papa omnibus *Episcopis.*

Dubius in fide infidelis est, nec eis omnino credendum est, qui
fidem veritatis ignorant, "nec rectae conversationis vitam du-
cunt etc."

CAP. II.²⁾

*Errare in fide convincitur, qui alios errantes, quum potest, ab errore
non revocat.*

Leo Papa.³⁾

Qui alios, quum potest⁴⁾, ab errore non revocat, se ipsum errare
demonstrat. "Dat. XII. Kal. Aug. Calepio et Ardabure VF. CC.
Coss." [447.]

CAP. III.⁵⁾

*Haereticus perseverans aeternaliter damnatur; cui nec prodest bap-
tismus, nec eleemosyna, vel martyrium, vel aliud quodcumque bonum,
quoad hoc, ut consequatur vitam aeternam.*

Augustinus de *fide catholica*.⁶⁾

Firmissime tene et nullatenus dubites, omnem haereticum vel⁷⁾
schismaticum, "quavis nullas eleemosynas faciat, vel etiam pro
Christo sanguinem fundat," cum diabolo et angelis eius aeterni
ignis incendio participandum, nisi ante finem "huius" vitae ca-
tholicae fuerit incorporatus et redintegratus ecclesiae. (*Et post
paucos*) Omni "enim" homini, qui ecclesiae catholicae non tenet
unitatem, neque baptismus, neque eleemosyna quantumlibet
copiosa, neque mora pro nomine Christi suscepta proficere poterit
ad salutem.

CAP. IV.⁸⁾

Damnato uictore damnantur eius scripturae et libri et opera.

Gregorius Anastasio⁹⁾ *Antiocheno.*

Fraternitatis¹⁰⁾ tuae (*Et infra:*) "Praeterea, dum de sanctorum
conciliorum custodia tua fraternitas loqueretur, sanctam Ephesi-
nam synodum primam se custodire professus est. Sed quia ex anno-
tatione haeretici codicis, qui ad me ex regia urbe transmissus est,
agnovi per hoc, quod quaedam capitula catholica cum haereticis
fuerant reprehensa, quia quidam illam Ephesinam primam syno-
dum in eadem urbe existimant, quae quondam ab haereticis tradi-
tur esse composita, omnino necesse est, ut caritas vestra eandem
synodum apud S. Alexandrinam atque Antiochenam ecclesiam re-
quirat, et qualiter in veritate habeatur inveniat; vel, si placet,
hinc dirigitur, quae ab antiquitate servata in scriptis habemus.
Illa enim synodus, quae sub imagine primae Ephesinae facta est,
quaedam in se oblata capitula asserit approbata, quae sunt Coele-
stii atque Pelagii praedicamenta. Et Quum Coelestinus¹¹⁾ atque
Pelagius in Ephesina¹²⁾ synodo sint damnati, quomodo poterunt¹³⁾
illa capitula recipi, quorum damnantur¹⁴⁾ auctores?"

CAP. V.¹⁵⁾

*Episcopus, instituens heredem haereticum consanguineum, vel extraneum,
vel paganum, etiam post mortem excommunicatus nunciatur. H. d. so-
cundum communem et veriorum intellectum, et, ut faciat ad tit., potest
intelligi, quod ex hoc praesumatur haereticus.*

Ex concilio Africano.

Si quis episcopus heredes instituerit¹⁶⁾ extraneos a consanguini-
tate sua, vel haereticos, etiam consanguineos, aut paganos per-
tulerit¹⁷⁾, saltem post mortem ei¹⁸⁾ anathema dicatur, atque eius
nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur. "Nec excusari
possit, si intestatus decesserit etc."

CAP. VI.¹⁹⁾

*Loquitur de eadem materia cum praecedenti, et extenditur, quod ibi
dictum fuit de episcopo, ad presbyteros et alios clericos.*

Ex eodem.²⁰⁾

In eos, qui catholici "Christiani" non sunt, etiam si consanguinei
fuerint²¹⁾, "per donationes rerum suarum" episcopi vel presby-
teri²²⁾ nihil conferant. Denique²³⁾ hoc, quod de episcopis et
presbyteris dictum²⁴⁾ est, debet²⁵⁾ de reliquis "quoque" cleri-
cis exaudiri.

Cap. XVII. 3) desid. in C. R. — 4) lignamina: C. R. L., Mans.,
Böhm. — 5) omitt. C. H. — 6) quicumque: C. R. 2. — 7) Praecipimus
autem: C. R. 2. — 8) desid. ap. Böhm. — 9) damnando: C. R. 1. —
damno: C. H. — substituit tam damnata: Const. cit. — 10) sua:
ead. — 11) praedictae: ead.

Cap. XVIII. 12) Astoricen. et Lincon.: C. R. 2. — Astorin. et Lu-
cen.: C. R. 1. — 13) effectu: C. H. — affectum: C. R. 1. — 14) aliorum:
C. R. 1.

Cap. XIX. 15) remanens: C. R. 1. — 16) etiam debeat vel desiderat:
C. R. 2. — 17) intra: Cont., Böhm.

TIT. VII. Cap. I. 1) Exstat in Pseudo-Sixti ep. I. — Burch. I.
144., IV. Decr. V. 257., Comp. I. h. t. c. 1.

Cap. II. 2) Leonis I. ep. 15. in Reg. ed. Baller. — Comp. I. h. t.
c. 2. — 3) Toribio Asturicensi ep.: Comp. I. — leg.: Turribio Asturi-
censi. — 4) quum pot.: omitt. Reg. et Comp. I.

Cap. III. 5) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 13. — sumptum est, li-
cet verbis hic illic immutatis, ex Fulgentii libro de fide ad Petrum dia-
conum, quem Augustini vulgo dicunt. — 6) omitt. Comp. I. — 7) et: C. R.
1. — et etiam: C. R. 2.

Cap. IV. 8) Restitutum (quantum e re esse videbatur) ex Greg. I.
Reg. IX. 49. — Comp. I. h. t. c. 4. — 9) add.: episcopo: Reg. — 10) Fra-
ternitati: C. L., Comp. I. Aug. — 11) Coelestinus: Reg. — 12) ea: Comp.
I., Reg. — 13) poterant: ib. — 14) damnabantur: ib.

Cap. V. 15) c. 82. canon. Africanor. a Dionys. Ex. collectorum. —
Comp. I. h. t. c. 8. — 16) omitt. Comp. I., conc. — 17) ecclesiae praetu-
lerit: conc. — 18) eius: C. R. 1. L. — desid. ap. Böhm.

Cap. VI. 19) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 9. — 20) c. 22. ap. Dio-
nysium. — 21) sunt: Comp. I. Aug. — 22) clerici: Comp. I., conc. —
23) Denique etc.: non exstant in conc. — 24) disputatum: Comp. I. —
25) de rel ... exaudiendum est: ead.

CAP. VII.²⁶⁾

Christus fuit verus Deus et verus homo, sentiens oppositum haereticis est et excommunicatus.

Alexander III. Remensi²⁷⁾ Archiepiscopo.

Quum Christus perfectus Deus et²⁸⁾ perfectus sit homo, mirum est, quia temeritate quisquam audeat dicere, quod Christus non sit aliquid secundum quod est homo. Ne autem tanta possit in ecclesia Dei dici suboriri abusio vel error induci, fraternitati tuae per apostolica scripta Mandamus, quatenus convocatis magistris Parisiensium et Remensium et aliarum circumpositarum civitatum, auctoritate nostra sub anathemate interdicas, ne quis de cetero audeat dicere, Christum non esse aliquid secundum quod²⁹⁾ homo, quia, sicut³⁰⁾ Christus verus est Deus, ita verus est³¹⁾ homo, ex³²⁾ anima rationali et humana carne subsistens. Dat. XII. Kal. Maii.

CAP. VIII.³³⁾

Haeretici, receptores et fautores eorum excommunicati sunt, et decedentes in hoc peccato, in coemeterio ecclesiae sepeliri non debent, nec pro eis orari.

Ex concilio Lateranensi.

Sicut ait beatus Leo, licet ecclesiastica disciplina, sacerdotali contenta iudicio, eruentas effugiat ultiones: catholicorum tamen principum constitutionibus adiuventur, ut saepe quaerant homines salutem remedium, dum corporale metuerint super se supplicium evenire. Ea propter, Quia in Fasconia, Albigeo et³⁴⁾ partibus Tolosanensis³⁵⁾, et aliis locis ita haereticorum, quos alii Catharos³⁶⁾, alii Publicanos, alii Patarenos³⁷⁾, et alii aliis nominibus vocant, invaluit damnanda³⁸⁾ perversitas, ut iam non in occulto, sicut alibi, nequitiam suam exerceant, sed errorem suum publice manifestent, et ad consensum suum simplices attrahant et infirmos, et eos, et defensores et receptores³⁹⁾ eorum anathemate decernimus⁴⁰⁾ subiacere, et sub anathemate prohibemus, ne quis eos⁴¹⁾ in domo⁴²⁾ vel in terra sua tenere⁴³⁾ vel fovere, aut negotiationem⁴⁴⁾ cum eis exercere praesumat. Si autem in hoc peccato decesserit⁴⁵⁾, neque⁴⁶⁾ sub privilegiorum nostrorum quibuscunque⁴⁷⁾ indulgentiarum obtenta, neque sub alia quacunque occasione aut oblatio pro eo⁴⁸⁾ fiat, aut inter Christianos⁴⁹⁾ accipiat⁵⁰⁾ sepulturam. De Brabantionibus etc.

CAP. IX.⁵⁰⁾

Haereticus, male sentiens vel male docens de sacramentis ecclesiae, excommunicatus est, et conductus, nisi se correxerit et errorem abjurerit, si clericus est, degradetur, et curiae saeculari tradatur, per quam etiam laicus puniatur. Eadem etiam est poena suspectis de haeresi, si non correxerint, et relapsis omnino audientia denegatur. Saeculares principes, qui iurare nolunt de ecclesia contra haereticos defendendo, excommunicantur, et terrae eorum supponuntur interdicto: civitates vero ipsorum resistentes aliarum commercio et episcopali dignitate privantur; exempti vero subsunt ordinibus super his, quae contra haereticos instituantur.

Lucius III.⁵¹⁾

Ad abolendam diversarum haeresium pravilitatem, quae in plerisque mundi partibus modernis coepit temporibus pullulare, vigor debet ecclesiasticus excitari, cui nimirum imperialis fortitudinis suffragante potentia, et haereticorum protervitas in ipsis falsitatis suae conatibus elidatur, et catholicae simplicitatis veritas in ecclesia sancta resplendens, eam ubique demonstrat et omni execratione falsorum dogmatum expiatur. Ideoque nos carissimi filii nostri Friderici, illustris Romanorum imperatoris et semper Augusti praesentia pariter et vigore suffulti, de communi fratrum nostrorum consilio, nec non aliorum patriarcharum, archiepiscoporum multorumque principum, qui de diversis partibus imperii conveniunt, contra ipsos haereticos, quibus diversa capitula diversarum indidit professio falsitatum, praesentis decreti generali sanctione consurgimus, et omnem haeresim, quocunque nomine censeatur, per huius constitutionis seriem auctoritate apostolica condemnamus. Imprimis ergo Catharos et Patarenos et eos, qui se Humiliatos vel Pauperes de Lugduno falso nomine men-

tiuntur, Passaginos, et Iosephinos, Arnaldistas perpetuo decernimus anathemati subiacere. Et quoniam nonnulli, sub specie pietatis virtutem eius, iuxta quod ait Apostolus, denegantes, auctoritatem sibi vendicant praedicandi: quum idem Apostolus dicat: „quomodo praedicabunt, nisi mittantur?“ omnes, qui vel prohibiti, vel non missi, praeter auctoritatem, ab apostolica sede vel episcopo loci susceptam, publice vel private praedicare praesumpserint, et⁵²⁾ Universos⁵³⁾, qui de sacramento corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de baptismo, seu de peccatorum confessione⁵⁴⁾, matrimonio vel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire aut docere non metuunt, quam sacrosancta Romana ecclesia praedicat et observat, et generaliter, quoscunque eadem Romana ecclesia vel singuli episcopi per dioeceses suas cum consilio clericorum, vel clerici ipsi⁵⁵⁾ sede vacante cum consilio, si oportuerit⁵⁶⁾, vicinorum episcoporum haereticos indicaverint, pari⁵⁷⁾ vinculo perpetui⁵⁸⁾ anathematis innodamus. Receptores et defensores eorum, cunctosque pariter, qui praedictis haereticis ad fovendam in eis haeresim pravilitatem patrocinium praestiterint aliquid vel favorem, sive consolati, sive credentes, sive perfecti, seu quibuscunque superstitiosis nominibus nuncupentur, simili decernimus sententiae subiacere. Quia vero peccatis exigentibus quandoque contingit, ut severitas ecclesiasticae disciplinae ab his, qui virtutem eius non intelligunt, contemnatur, Praesenti nihilominus ordinatione sancimus, ut, quicunque manifeste fuerint in haeresi⁵⁹⁾ deprehensi, si clericus est vel cuiuslibet religionis⁶⁰⁾ obambratione fucatus⁶¹⁾, et⁶²⁾ totius ecclesiastici ordinis praerogativa nudetur, et sic omni⁶³⁾ pariter officio et beneficio⁶⁴⁾ spoliatus ecclesiastico, saecularis relinquatur arbitrio potestatis, animadversione debita⁶⁵⁾ puniendus, nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei catholicam unitatem sponte recurrere, et errorem suum ad arbitrium episcopi regionis publice consenserit abiurare, et satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, quem aliqua praedictarum pestium notoria vel privata culpa resperserit, nisi, prout dictum est, abiurata haeresi et satisfactione exhibita confestim ad fidem confugerit orthodoxam, saecularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinorosis ultionem. (Et infra:)⁶⁶⁾ Qui vero inventi fuerint sola ecclesiae suspicione notabiles, nisi ad arbitrium episcopi iuxta considerationem suspicionis qualitatemque personae propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, simili sententiae subiacent. Illos quoque⁶⁷⁾, qui post abiurationem erroris, vel, postquam se, ut diximus, proprii antistitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abiurata haeresim recidisse, saeculari iudicio sine ulla penitus audientia decernimus⁶⁸⁾ relinquendos, bonis damnatorum clericorum ecclesiis, quibus describebant, secundum sanctiones legitimas applicandis. Sane praedictam excommunicationis sententiam, cui omnes haereticos praecipimus subiacere, ad omnibus patriarchis, archiepiscopis et episcopis in praecipuis festivitatibus, et quoties solemnitates habuerint vel quilibet occasionem, ad gloriam Dei et reprehensionem haereticae pravilitatis decernimus innovari, auctoritate apostolica statuente, ut, si quis de ordine episcoporum in his negligens fuerit vel desidiosus inventus, per triennale spatium ab episcopali habeatur dignitate et administratione suspensus. Ad haec de episcopali consilio et suggestionem culminis imperialis et principum eius addecimus, ut quilibet archiepiscopus vel episcopus per se, vel archidiaconum suum, aut per alias honestas idoneasque personas, bis vel semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit haereticos habitare, circumeat, et ibi tres vel plures boni testimonii viros, vel etiam, si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat, quod, si quis ibidem haereticos scierit vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu a communi conversatione fidelium vitu et moribus dissidentes, eos episcopo vel archidiacono studeat indicare. Episcopus autem vel archidiaconus ad praesentiam suam convocet accusatos, qui, nisi se ad eorum arbitrium iuxta patriae consuetudinem ab obiecto reatu purgaverint, vel, si post purgationem exhibitam in pristinum relapsi fuerint perfidiam, episcoporum iudicio puniantur. Si qui vero ex eis, iurationem superstitutione damnabili respicientes, iurare forte noluerint, ex hoc ipso haeretici indicentur, et poenis, quae praenomi-

Cap. VII. 26) Restitutum ex ipsa ep., ed. a Mansio Tom. XXI. p. 1082. — App. XLIX. 20. Comp. I. h. t. c. 5. — 27) Wilhelmo Remensi archiep. orig. — 28) abeat a Comp. I. Aug. et orig. — 29) add.: cat. Comp. I. Ms. — 30) sicut verus Deus: orig. — 31) omitt. App., Comp. I. — 32) et: App.

Cap. VIII. 33) Restitutum ex c. 27. conc. Lat. III. (hab. A. 1179). — Lips. 3. Cas. I. 3. Comp. I. h. t. c. 6. — 34) Tolosanensis: C. H. — Tr. Iosephinis: Lips. — Tolosanensis: App., Cas., Comp. I. Ms. — 35) Gasarum: Rühm. ex Cont. — 36) Patrinus: conc. — Paterinos: Lips., Cas., Comp. I. — 37) damnata: conc. — 38) receptores: Coll. cit., conc. — 39) decernimus: C. R. L., Cas. — 40) ipsos: Lips., Cas. — 41) dominibus: Cont. — 42) retinere: C. R. 2. — 43) negotiationes: Cas. — 44) decesserint: Coll. cit., conc. — 45) non: Cas., conc. — 46) cui-

libet: conc. — cuiusque: Lips. — 47) eis: Coll. cit., conc. — 48) alios: Cas. — 49) accipiant: Lips., Cas., Comp. I. — recipient: conc.

Cap. IX. 50) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 11. — cf. Pagi Crit. in Baron. ad hunc ann. — 52) Universa, quae: Comp. I. Ms. — 53) seu peccatorum confessione (remissione: Aug.) aut de matrimonio: Comp. I. — 54) episcopo: Comp. I. Aug. — 55) si op.: desid. in Comp. I. Ms. — 56) perpetuo: C. I. — 57) haereticus: C. R. 1. — superdictis erroribus: Comp. I. — seq.: depr.: desid. in Ms. — 58) desid. ib. — 59) fucatus: ead., Cont. — 60) ab omni: C. R. 1. — 61) et ben.: desid. ib. — 62) omitt. Comp. I. Ms. — 63) verba: It infra ap. solum Gregorium leguntur. Seqq.: Qui vero... subiacent desid. in C. R. H. — 64) sententiam: Comp. I. — 65) decernimus: C. R. 1.

natae sunt, percillantur." Statuimus insuper, ut comites, barones, rectores et consules civitatum et aliorum locorum, iuxta compositionem "archiepiscoporum et" episcoporum, praestito corporaliter iuramento promittant, quod "in omnibus praedictis" fideliter⁶⁶) et efficaciter, quum ab eis "exinde" fuerint requisiti, ecclesiam contra haereticos et eorum complices adiuvabunt "et student" bona fide iuxta officium et posse suum "ecclesiastica simul et imperiali statuta circa ea, quae diximus, executioni mandare." Si vero id observare noluerint, honore, quem obtinent, spolientur, et ad alios nullatenus assumantur, eis⁶⁷) nihilominus excommunicatione ligandis, et terrae ipsorum interdicto ecclesiae supponendo. Civitas autem, quae his "decretalibus" institutis duxerit resistendum, vel contra compositionem episcopi parere neglexerit resistens, aliarum earum commercio civitatum, et episcopali se noverit dignitate privandam. "Omnes etiam fautores haereticorum, tanquam perpetua infantia condemnatos, ab advocacione et testimonio et aliis publicis officiis decernimus repellendos." Si qui vero fuerint, qui, a lege dioecesanæ⁶⁸) iurisdictionis exempti, soli substantent sedis apostolicae potestati, nihilominus in his, quae "superius" sunt⁶⁹) contra haereticos instituta, "archiepiscoporum vel" episcoporum subeant iudicium⁷⁰), et eis in hac parte, tanquam a sede apostolica delegatis, non obstantibus libertatis suae privilegii, obsequantur⁷¹). "Praeterea etc. [cf. c. 23. de iure patr. III. 38.]"

CAP. X.⁷²)

Bona haereticorum confiscantur, et in terris ecclesiae applicantur fisco ecclesiae, in terris imperii iudicis secularis fisco, et procedit, etiam in catholicos habent filios.

Innocentius III.⁷³)

Vergentis in senium⁷⁴) saeculi corruptelam "non solum sapiant elementa corrupta, sed etiam dignissima creaturarum ad imaginem et similitudinem condita Creatoris, praetata privilegio dignitatis volucris coeli et bestiae universae terras testatur, nec tantum eo quasi deficiente iam deficit, sed et inficit et inficitur scabra rubiginis vetustatis. Peccat enim ad extremum homo miserimus, et, qui non potuit in sui et mundi creatione in paradiso persistere, circa sui et orbis dissolutionem degenerat, et proli suae redemptionis circa fines saeculorum oblitus, dum variis ac vanis quaestionibus se naribus ingerit, se ipsum laqueis suae fraudis innectit, et incidit in fossam, quam paravit. Ecce etenim, inimico hominis messi dominicae supereminente semen iniquum, segetes in zizaniam pullulant, vel putius polluantur, triticum arescit, et evanescit in paleas, in flore lineae et vulpes in fructu demoliri vineam Domini moluntur. Nova signidem sub novo testamento Achor progenies de spoliis Iericho lingulam auream palliolumque furatur, et Abyron, Dathan et Chore volentes detestanda novis thuribus fermentatum thymiana novis volent altarium adolere, dum nos nocti scientiam indicat, dum caecus praebet caeco ducatum, dum haereses pullulant, et quem divinae reddit hereditatis expertem, suae constituit haereticus haeresis et damnationis heredem. Hi sunt capones, qui aquam vino commincent, et virus draconis in aureo calice Babylonis propinant, habentes, secundum Apostolum, speciem pietatis, virtutem autem eius ponitis obnegantes. Licet autem contra vulpes huiusmodi parvulas, species quidem habentes diversas, sed oves ad inicicm colligatas, quia de vanitate comosant in id ipsum, diversa praedecessorum nostrorum temporibus emanaverint instituta: nondum tamen usque adeo pestis potuit mortificari mortifera, quin, sicut cancer, amplius serperet in oculo, et iam in aperto suae virus iniquitatis effundat, dum palliata specie religionis et multis decipit simplices, et quosdam seducit astutos, factus magister erroris, qui non fuerat discipulus veritatis. Ne autem nos, qui, licet circa horam undecimam inter operarios, immo terris super operarios vineae Domini Sabath Sabath a patrefamilias evangelico deputati, et quibus ex officio pastoralis sunt oves Christi commissae, nec capere vulpes demolientes vineam Domini, nec arcere lupos ab ovibus videamur, et ob hoc merito vocari possimus canes muti non valentes latrare, ac perdamur cum malis agricolis et mercenario comparemur: contra defensores, duximur, factores et credentes haereticorum aliquid severius verum statuerendum, ut, qui per se ad viam rectitudinis revocari non possunt,

in suis tamen defensoribus, receptoribus et fautoribus, ac etiam credentibus confundantur, et, quum se viderint ab omnibus evitari, reconciliari desiderent omnium unitati. De communi ergo fratrum nostrorum consilio, assensu quoque archiepiscoporum et episcoporum apud sedem apostolicam existentium, districtius inhibemus, ne quis haereticus receptare quomodolibet vel defensare, aut ipse favere vel credere quoquo modo praesumat, praesenti decreto firmiter statuentes, ut, si quis aliquid horum facere praesumpserit, nisi primo secundoque commonitus a sua super hoc curaverit praesumptione cessare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia vel consilia civitatum, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus praeterea ipsi cogatur super quocumque negotio responderi. Quodsi forte interierit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causae aliqua ad eius audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius sint penitus momenti, sed cum auctore damnato damnentur. In similibus etiam idem praecipimus observari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio et beneficio deponatur, ut, in quo maior est culpa, gravior exercentur vindicta. Si quis autem tales, postquam ab ecclesia fuerint donotati, contempserit evitari, anathematis se noverit sententiam incurrisse." In terris vero, temporalis nostrae iurisdictioni subiectis, bona haereticorum⁷⁵) statuimus publicari, et in aliis idem praecipimus fieri per potestates et principes saeculares, quos ad id exsequendum, si forte negligentes extiterint, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compelli volumus et mandamus. Nec⁷⁶) ad eos bona eorum⁷⁷) ulterius revertantur, nisi eis, ad eorum revertentibus⁷⁸) et abnegantibus haereticorum consortium, misereri aliquis voluerit, ut temporalis saltem poena corripiat quem spiritualis non corrigit⁷⁹) disciplina. Quum enim secundum legitimas sanctiones, reis⁸⁰) laesae maiestatis punitis capite, bona confiscantur eorum, aliis suis⁸¹) vita solummodo ex misericordia conservata: quanto magis, qui aberrantes in fide Domini⁸²) Dei filium Iesum Christum⁸³) offendunt, a capite nostro, quod est Christus, ecclesiastica debent distractione praecidi⁸⁴), et bonis temporalibus praetextu debet nullatenus impedire, quum in multis casibus etiam secundum divinum iudicium filii pro patribus temporaliter puniantur, et iuxta canonicas sanctiones quandoque feratur ultio non solum in auctores⁸⁵) scelerum, sed etiam in progeniem damnatorum. "Decernimus ergo etc. Dat. Lut. VIII. Kal. Apr. Pont. nostr. An. II." [1199.]

CAP. XI.⁸⁶)

Adventi vel notarii, haereticis vel eorum defensoribus faventes, aut sub eis litigantibus, patrocinantes, et pro eis instrumenta scribentes, infames sunt, et ab illo officio suspensus.

Idem.⁸⁷)

Si adversus nos⁸⁷) terra consurgeret "et iniquitates vestras coeli sidera revelarent, et manifestarent vestra scelera toti mundo, ut non solum homines, sed ipsa etiam elementa coniararent in vestrum excidium et ruinam, et a terrae facie vos delerent, non parentes sexui vel aetati, ut essetis cunctis gentibus in opprobrium sempiternum, ultio de vobis quum non posset sufficiens vobis digna. Vos enim nec Deum timetis, nec hominem formidatis, nec discernitis inter profanum et sanctum, sed ponitis lucem tenebras, et tenebras lucem, quae impingunt ossa, et nomen bonum, quod multis dicitis antefertur, procurare contemnitis, et de infamia non curatis, quum sitis atrilae frontis et impudibundam frontem assumperitis meretricis. Computruistis namque in peccatis, sicut immenta in stercore suo, ut fumus ac fumus putrefactionis vestrae iam fere circumiacentes regiones infecerit, ac ipsum Dominum, ut credimus, ad nauseam provocaverit. In peccatis quidem excellitis universos, facti perfidiores Iudaeis et crudeliores paganis. Iudaei signidem semel Dominum crucis patibulo affixerunt, sed vos, in membris suis ingiter crucifigentes eundem, approbris ipsum et contumeliis laceratis, et, quum illi credant, licet sub caecitate pec-

Cap. IX. 66) fortiter: Comp. I. Ang. — 67) nihilominus excommunicatione ligandis, et terrae ipsorum interdicti sententiae supponuntur: Comp. I. — 68) dioecesanæ: Comp. I. Ms. — 69) desid. ib. — 70) substantent iudicio: C. L. — 71) consequuntur: Comp. I. Ms.

Cap. X. 72) Restitutum ex Reg. Bal. II. 1. — Comp. III. h. t. c. 1. — 73) clero, consulibus et populo Viterbiensi: Reg. — 74) senium: C. H. — 75) omnia: Comp. III. Reg. — 76) ut nec: Böhm ex Cont. — 77) ipsorum: Reg. — 78) reddentibus: ib. — 79) corripit: C. L. — 80) rxi ... pu-

niuntur capite: Comp. III. Ms. — 81) eorum, ipsorum filiis: ead. — ipsorum, eorum filiis: Aug., Reg. — 82) Deum: Reg. — 83) abest a C. R. L. — 84) praecidendi: C. R. 2. — 85) auctores: C. R. L. H., Comp. III. Ms.

Cap. XI. 86) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 85. — Comp. III. h. t. c. 2. — 86) illustri regi Arragoniae: Comp. III. Aug. Böhm., omnino male. — universi populo Viterbiensi spiritu consilio sanioris: Reg. — 87) vos: C. R. L. H., Comp. III. Ms., Reg.

cati, Deum Patrem omnia visibilia et invisibilia condidisse, plerique vestri a Lucifero visibilia credunt esse condita et creata. Pagani furebant in perimendis Christianorum corporibus et maculandis, sed vos necare intenditis totum hominem, animas fidelium latenter Christo subripientes et utrumque hominem pariter perimentes. Verum, nec isti, nec illi Christum Domini cognoverunt, propter quod habere videntur excusationem aliquam in peccatis, sed vos, tanquam filii Effrem intendentes arcum, Christi fuistis caractere insigniti, et adhuc in publico Christiana vultis professione censeris, corde tamen abeuntes retrorsum ac recedentes a fide, conversi estis in arcum percussum, haereticorum laqueis irretiti, ac eorum pravis dogmatibus deformati. Unde, vere in vobis verbum propheticum est impletum: „Lamiae nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos.“ Potati enim estis non vino compunctio-nis, sed felle draconis, vobis ab haereticis propinato in aureo calice Babylonis. Iam enim inundaverunt aquae, operueruntque capita vestra peccata demersa in barathrum vitiorum. Iam absorbit vos profundum, et urget super vos os suum puteus infernalis. In lacum desperationis siquidem incidistis, quum contemnatis resurgere a profundo. Unde, merito formidamus, ne in filios diffidentiae coniat ira Dei, et iam exacuat sicut fulgur gladium suum, et agat de vobis iudicium manus suae, nec in die furoris existat misericordiae suae memor. Nos autem, vestris miseriis compati-entibus, imminenti ruinae vestrae occurrere volumus et viam salutem exterminii vestri praeccludere, si valeamus, pulsantes Deum precibus, et Abrahae vestigia imitantes, qui a Domino, volente subvertere Sodomam et Gomorham, multiplicatis intercessionibus impetravit, quod pro decem iustis non perderet universos. Experiri siquidem volumus, utrum inter vos aliqui fideles remaneant, qui ante Baal sua genua non curaverint, et, Ninivitarum exemplo sacco et cinere prosternati, iram Domini mitigent et favorem, ut parcat multos pro paucis, nec simul pereant universi. Si quis igitur Dei est, adiungat se nobis, nam gestare volumus gladium Phinees, et animadversionem Mosaicam imitari, ac cum Mathathia punire daemonibus immolantes, ut auxiliante Domino eliminentur de templo perfidi et indigni, et fermentum haereticae pravitate de massa conspersione dominicae salubriter expurgetur. Ideoque per apostolica vobis scripta mandamus et districte praecipimus, quatenus, quum quidam vestri concives filii Belial in odium Christi et contemptum apostolicae sedis et nostrum, post inhibitionem a nobis factam, quosdam credentes Patavenorum in consules eligere attentaverint, ipsum etiam haeresiarcliam, videlicet I. Timosi perditionis filium, qui exigentibus iniquitatibus suis de mandato nostro tam dudum vinculo existit excommunicationis adstrictus, et adhuc in contumacia sua perdurat, camera-rium instituire non timentes, in electos ipsos et electores pariter ac eorum complices viriliter insurgatis, resistentes eis magnanimit-er et potenter, ac eosdem acriter expugnantes, et, ne valeant rad-icari firma radice, primos ipsorum conatus frustrare ac contun-dere laboretis. Ut autem exculis radicibus stipes arescat penitus et sicceatur, sub interminatione anathematis districtius inhibemus, ne aliquis eis iurare tanquam consulibus vel rectoribus vel alio mo-do praesumat. Illos vero, qui eis aliquo iuramento tenentur ad-stricti, vel qui eis iurare post electionem huiusmodi praesumpser-unt, quum nulla esse debeat participatio Christi ad Belial, vel luc-ic ad tenebras, et fidelis apostatae, qui fidem violavit temere creatoris, tenere fidem nullo modo teneatur, quum hoc cautum in canonibus habeatur, eos a tali iuramento duximus absolvendos. Licet autem a nobis et praedecessoribus nostris contra haereticos multa sint edita et statuta, nec habeatis aliquam excusationem in peccatis, quasi antiquorum fueritis obliiti mandatorum, et? Quia plus timeri solet quod specialiter iniungitur, quam quod generali-ter imperatur: vobis⁸⁸⁾ advocatis et scriniariis firmiter inhibemus, ne „praefatis“ haereticis⁸⁹⁾, „dum fuerint in sua contumacia et errore, Paterinis vel“ credentibus, fautoribus vel⁹⁰⁾ defensoribus⁹¹⁾ eorumdem, „ullo tempore“ in aliquo praestetis auxilium, consilium vel favorem, nec eis⁹²⁾ in causis vel in factis, vel ali-quis litigantibus sub eorum examine vestrum patrocinium prae-beatis, et pro ipsis publica instrumenta „condere“ vel „aliqua“ scripta facere nullatenus attentetis. Quodsi „forte“ contra „fa-cere“ praesumpseritis, ab officio vestro suspensus perpetuae⁹³⁾ vos decernimus infamiae subiicere. „Ceterum ne iudices etc. Datum etc.“ [1205.]

CAP. XII⁹⁴⁾

Laici non praedicent, nec occultu conventicula faciant, nec sacerdotes reprehendant.

Idem universis Christi fidelibus, tam in urbe Melensi⁹⁵⁾ quam in eius dioecesi constitutis.

Quum ex iniuncto nobis apostolatus officio facti simus, secundum Apostolum, sapientibus et insipientibus debitores, pro universorum salute nos oportet esse sollicitos, ut et malos retrahamus a vitiis, et bonos in virtutibus focemus. Tunc autem opus est discretione maiori, quum vicia sub specie virtutum occulte subintrant, et an-gelus Satanae se in angelum lucis simulat et transformat. Sane, significavit nobis venerabilis frater noster episcopus Melensis per literas suas, quod tam in dioecesi quam urbe Melensi laicorum et mulierum multitudo, non modico tracta quodammodo desiderio scripturarum, evangelia, epistolae Pauli, Psalterium, Moralia, Iob et plures alios libros sibi fecit in gallico sermone transferri, translationi huiusmodi adeo libenter, utinam autem et proferenter, intendens, ut secretis quaestionibus talia inter se laici et mulieres eructare praesumant et sibi invicem praedicare; qui etiam eorum aspernantur consortium, qui se similibus non immiscant, et a se reputant alienos qui aures et animos talibus non apponunt. Quos quum aliqui parochialium sacerdotum super his corripere voluis-sent, ipsi eis in faciem resisterint, conantes rationes inducere de scripturis, quod non ab his deberent aliquatenus prohiberi. Qui-dam etiam ex eis simplicitatem sacerdotum suorum fastidiunt, et, quum ipsis per eps verbum salutis proponitur, se melius habere in libellis suis, et prudentius se posse id eloqui, submurmurant in occulto. Licet autem desiderium intelligendi divinas scripturas, et secundum eas studium adhortandi, reprehendendum non sit, sed potius commendandum: in eo tamen apparent quidam laici⁹⁶⁾ me-rito arguendi, quod „tales“ occulta conventicula „sua“ celebrant, officium praedicationis Christi⁹⁷⁾ sibi usurpant, sacerdotum sim-plicitatem eladunt, et eorum consortium aspernantur, qui⁹⁸⁾ ta-libus non inhaerent. Deus enim lux vera, quae omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, in tantum odit opera tene-brarum, ut Apostolos suos in mundum universum praedicaturos evangelium omni creaturae missurus, eis praeeperit⁹⁹⁾, aperte dicens¹⁰⁰⁾: „Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine“, et, quod in aere auditis¹⁰¹⁾, praedicate super tecta¹⁰²⁾, „per hoc manifeste denuncians, quod evangelica praedicatione non in occultis conventi-culis, sicut haeretici faciunt, sed in ecclesiis iuxta morem catho-licum est publice proponenda. Nam iuxta testimonium veritatis omnis, qui male agit, odit lucem, et ad lucem non venit, ne eius opera arguantur. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Propter quod, quum pontifex interrogasset Iesum de discipulis suis, et de doctri-na eius, respondit: „Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga et in templo, in quo omnes Iudaei conveniunt, et in occulto locutus sum nihil.“ Porro, si quis obiciat, quod iuxta praeeceptum dominicum non est sanctum dandum canibus, neque margaritae mittendae sunt ante porcos, quum et ipse Christus non omnibus quidem, sed solum Apostolis dixerit: „Vobis datum est nos-se mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis.“ intelligat, canes et porcos non eos esse, qui sanctum gratanter accipiunt et margaritas libenter acceptant, sed illos, qui sanctum dilacerant et margaritas contemnunt, quales sunt, qui evangelica verba et ec-clesiastica sacramenta non ut catholici venerantur, sed abominan-tur potius ut haeretici, oblatrantes semper et blasphemantes, quos Paulus Apostolus post primam et secundam commotionem docet esse vitandos. Arcana vero fidei sacramenta non sunt passim omni-bus exponenda, quum non passim ab omnibus possint intelligi, sed eis tantum, qui ea fidei possunt concipere intellectu; propter quod simplicioribus inquit Apostolus: „Quasi parvulis in Christo lac po-tum dedi vobis, non escam; maiorum est enim solidus cibus, sicut aliis ipse dicebat: „Sapientiam loquimur inter perfectos, inter vos autem nihil iudicavi me scire, nisi Iesum Christum, et hunc crucif-ixum.“ Tanta est enim divinae scripturae profunditas, ut non solum simplices et illiterati, sed etiam prudentes et docti non plene sufficiant ad ipsius intelligentiam indagandam. Propter quod dicit scriptura: „Quia multi defecerunt scrutantes scrutatio.“ Unde recte fuit olim in lege divina statutum, ut bestia, quae montem ta-tigerit, lapidetur, ne videlicet simplex aliquis et inductus praesu-

Cap. XI. 88) omitt. Comp. III. Reg. — 89) electis: Reg. — 90) et: Comp. III. Reg. — 91) defensoribus: Reg. — 92) nec eis in aliquibus causis litigantibus: Comp. III. Ma. — nec eis in aliquibus causis vel factis, vel aliis (aliquibus: Aug.) litigantibus: Aug., Reg. — 93) perpetuo: Comp. III., Reg.

Cap. XII. 94) Restitutum ex Reg. Bal. II. 141. — Comp. III. l. t. c. 3. — 95) urbe veteri: C. L. — 96) quid. laici: omitt. Comp. III., Reg. — 97) omitt. ib. et in C. R. L. H. — 98) quod: C. H. — 99) praeeperit: C. R. L. — praeeperat: Comp. III. Aug. — 100) Matth. X. 27. — 1) lucas: C. H. — lucem: Cont. — 2) auditis: Comp. III. Aug.

mat ad sublimitatem scripturae sacrae pertingere, vel etiam alibi praedicare. Scriptum est enim: „Altera te ne quaesieris.“ Propter quod dicit Apostolus: „Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.“ Sicut enim multa sunt membra corporis, omnia vero „membra“ non eundem actum habent, ita multi sunt ordines in ecclesia, sed non omnes idem habent officium, quia secundum Apostolum „alios quidem“ Dominus dedit apostolos, alios prophetas, alios autem doctores, etc. Quum igitur doctorum ordo sit quasi praecipuus in ecclesia, non debet sibi quisquam indifferenter praedicationis officium usurpare. Nam secundum Apostolum: „quomodo praedicabunt, nisi mittantur?“ et veritas ipsa praecipit Apostolis: „Rogate Dominum messis, ut mittat operarios“ in messem suam. Quodsi forte quis argute respondeat, quia tales invisibiliter mittuntur a Deo, etsi non visibiliter mittantur ab homine, quum invisibilis missio multo sit dignior quam visibilis, et divina longe melior quam humana, unde Ioannes Baptista non legitur missus ab homine, sed a Deo, sicut Evangelista testatur: „Quia fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes,“ potest et debet utique rationabiliter responderi, quod, quum interior illa missio sit occulta, non sufficit cuiquam nude tantum asserere, quod ipse sit missus a Deo, quum hoc quilibet haereticus asseveret: sed oportet, quod adstruat illam invisibilem missionem per operationem miraculi, vel per scripturae testimonium speciale. Unde, quum Dominus vellet mittere Moysen in Aegyptum ad filios Israel, ut crederet ei, quod mitteretur ab ipso, dedit ei signum, ut converteret yirgam in colubram, et „calceum in“ virgam iterum reformaret. Ioannes quoque Baptista speciale suae missionis testimonium protulit de scriptura, dicens: „sacerdotibus et Levitis, qui missi fuerant ad interrogandum, quis esset, et quare baptizandi officium assumpsisset.“ Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domino, sicut ait Esaias Propheta. „Non est ergo credendum ei, qui dicit se missum a Deo, quum non sit missus ab homine, nisi de se speciale proferat testimonium de scripturis, vel ostendens miraculum operetur. Nam et de his, qui missi leguntur a Deo, Evangelista testatur, quod ipsi profecti praedicabant ubique, Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis.“ Licet autem scientia sit valde necessaria sacerdotibus ad doctrinam, quia iuxta verbum propheticum „labia sacerdotis“ custodiunt scientiam, et legem exquirunt ex ore eius: non est tamen simplicibus sacerdotibus etiam a scholasticis detrahendum, quum in eis sacerdotale officium debeat honorari, propter quod Dominus in lege praecipit: „Diis non detrahes,“ sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis et officii dignitatem deorum nomine nunciantur. „Iuxta quod alibi dicit de servo, volente apud dominum remanere, ut dominus offerat eum diis. Quum enim iuxta verbum Apostoli servus suo domino stet aut cadat, profecto sacerdos ab episcopo, cuius correctioni est subiectus, debet in mansuetudinis spiritu castigari, non autem a populo, cuius est correctioni praepositus, in spiritu superbiae reprehendi, quum iuxta praecipit dominicus pater et mater non debeant maledici, sed potius honorari. Quod de spirituali patre multo fortius debet intelligi quam carnali.“ Nec quisquam suae praesumptionis auidaciam illo defendat exemplo, quod asinus legitur reprehensus Prophetam, vel quod Dominus ait: „Quis ex vobis arguet me de peccato? Et, si male locutus sum, testimonium perhibe de malo;“ quum aliud sit fratrem in se peccantem occulte corrigere, quod „utique“ quisque tenetur efficere secundum regulam evangelicam (in quo casu sane potest intelligi, quod Balaam fuit correptus ab asino), et aliud est patrem suum „etiam“ delinquentem reprehendere, manifeste, ac praecipue fatuam pro simplici appellare, quod utique nulli licet secundum evangelicam veritatem: „nam qui etiam dicit fratri, fatue, reus erit gehennae ignis.“ Rursus aliud est, quod praelatus sponte, de sua confusa innocencia, subditorum se accusationi supponit, in quo casu praemissum Domini verbum debet intelligi; et aliud est, quod subditus non tam animo reprehendi, quam detrahendi exurgit temerarius in

praelatum, quum ei potius incumbat necessitas obsequendi. Quodsi forte necessitas postularet, ut sacerdos tanquam inutilis et indignus a cura gregis debeat removeri: agendum est ordinate apud episcopum, ad cuius officium tam institutio quam destitutio sacerdotum noscitur pertinere. Illud autem, tanquam de supercilio Pharisaeorum procedens, debet ab omnibus aspernari, quod tanquam ipsi soli sinit iusti, ceteros aspernatur etc. Datum Laterani. [1199.]

CAP. XIII. 38)

Excommunicati sunt omnes haeretici, quibuscumque nominibus nominentur. H. d. usque ad §. Damnati. — §. 1. Damnati de haeresi per saecularem iudicem puniuntur, et bona laicorum haereticorum confiscantur, et clericorum bona applicentur ecclesiae, ubi beneficiati erant. H. d. usque ad §. Qui autem. Abbas Siculus. — §. 2. Si suspectus de haeresi se non purgat, ad arbitrium superioris excommunicatur, et existens per annum in excommunicatione, ut haereticus, damnatur. H. d. usque ad §. Moneatur. Abbas Siculus. — §. 3. Potestates saeculares perpetuae vel temporales iurare tenentur universos haeceticos ab ecclesia damnatos pro viribus exterminare, et temporalis dominus, non purgans terram suam haereticis, excommunicatur. Et si perstitit in excommunicatione per annum, nunciatur Papae, qui fideles eius a iuramento absolvet, et eius terram fidelibus exponet, salvo iure principalis domini; nisi et ipse sit in culpa. H. d. usque ad §. Catholici. Abbas Siculus. — §. 4. Cruce signati ad exterminationem haereticorum, gaudent privilegio concessio cruce signatis in subsidium terrae sanctae. H. d. usque ad §. Credentes. Abbas. — §. 5. Ibi ponitur poena creditum, receptorum, et defendentium haereticos, primo laico, secundo clericorum, usque ad §. Quin. Abbas. — §. 6. Nullus debet sibi officium praedicationis assumere, nisi super hoc sibi a iure vel a sede apostolica vel a diocesano episcopo licentia concedatur; alius excommunicatur, et, nisi resipuerit, alia poena imponitur. H. d. usque ad §. Adversus. Abbas. — §. 7. Archiepiscopi et episcopi, inferiorum suorum provinciarum et diocesis suspectos habentes de haeresi, saltem semel in anno per se vel per alios idoneos visitent; qui etiam debent, si hoc expedire videbitur, exigere iuramentum ab illis de vicinis ad revelandos haereticos et occultis conventibus celebrantibus, quos reosatos relapsos canonice puniant, et renitentes iurare, ut haereticos condemnentur. H. d. usque ad §. Polimus. Abbas. — §. 8. Episcopus negligens in haeresi persurgenda, a dignitate episcopali est removendus, et alius idoneus est surrogandus. H. d. usque ad finem Abbas Siculus.

Idem in concilio generali.

Excommunicamus itaque et anathematizamus omnem haeresim, extollentem se adversus hanc sanctam, orthodoxam et catholicam fidem, quam superius exposuimus, condemnantem haereticos universos, quibuscumque nominibus censeantur, facies quidem diversas habentes, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in id ipsum. §. 1. Damnati vero praesentibus saecularibus potestatibus aut eorum ballivis relinquuntur animadversione debita puniendi, clericis prius a suis ordinibus degradatis, ita, quod bona huiusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscantur: si vero clerici, applicentur ecclesiae, a quibus stipendia receperunt. §. 2. Qui autem inventi fuerint sola suspitione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis qualitateque personae propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriuntur, et usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur, ita, quod, si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc velut haeretici condemnentur. §. 3. Moneantur autem et inducantur, et, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellantur saeculares potestates, quibuscumque fungantur officiis, ut, sicut reputari cupiunt et haberi fideles, ita pro defensione fidei praesentibus publice iuramentum, quod de terris suae iurisdictioni subiectis universos haereticos, ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita, quod amodo, quoadcunque quis fuerit in potestatem sive perpetuam sive temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. Si vero dominus temporalis, requisitus et monitus ab ecclesia, suam terram purgare neglexerit ab hac haeretica foeditate, per metropolitanum et ceteros comprovinciales episcopos excommunicationis vinculo innodetur, et, si satisfacere contempserit, infra annum significetur hoc summo Pontifici, ut ex tunc ipse vasallos ab eius fidelitate absolvet, et terram exponat catholicis.

Cap. XII. 3) omitt. C. R. H., Comp. III. — 4) Eph. IV. 11. — 5) add.: ecclesiae: C. R. 1. — 6) Rom. X. 15. — 7) Matth. IX. 28. — 8) add.: una: C. H. — 9) insertis resp.: C. R. 1. — 10) a Deo... mittantur: desid. in Comp. III. Ma. — 11) et non in invisibiliter ab homine: Aug. — 12) ratione praeterea: Comp. III. Reg. — 13) desid. in C. H. — 14) asseveraret: C. H. — asseveret: C. R. 2. l. — 15) ut: Reg. — 16) crederetur: Comp. III. Reg. — cf. Exod. VII. — 17) ipse... scriptura: desid. ap. Aug. — 18) respondens: Comp. III. Reg. — cf. Ioa. I. 28, Esa. XI. 3. — 19) qui: H. d. — 20) Malach. II. 7. — 21) sacerdotum: C. H. — 22) Exod. XXXI. 28. — 23) Num. XXXI. — 24) Ioa. VIII. 48. — 25) corrigere: C. R. 1. — 26) desid. in Comp. III. Ma. — 27) fratrem: Comp. III. — 28) corrigere et reprehendere: C. R. 1. — 29) Ma th. V. 22. — 30) dixerit: Reg. — 31) omitt. ib. — 32) desid. in C. H. — 33) corrigendi: Reg. — 34) eum... moneat: Reg. — 35) incumbit: C. R. 1. — 36) postulat: C. R. 1. — 37) aut: Comp. III. Reg.

Cap. XIII. 38) c. 3. conc. Lat. IV. (hab A 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 2. — 39) igitur: Comp. IV. Aug., Ms. B. — omitt. Ms. A., conc. — 40) omitt. conc. — 41) huius: Comp. IV. Ms. A. — huius: C. R. 1., conc. Ms. — huius: conc. ap. Maas. — 42) add.: vero: Comp. IV. Ms. A. — 43) sunt: ib. — 44) persepserunt: Comp. IV., conc. — 45) considerationem: conc. — 46) ignorantiam: Comp. IV. Aug., Ms. B. — innocentiam congruam purgationem: Ms. A. — 47) p. nullo: C. R. 1. — 48) Commoneantur: Comp. IV. Ms. A. — 49) saeculi: C. R. l. H., Comp. IV., Cont. — 50) cuiuscumque officii, et sicut: conc. Ms. — 51) huius: desid. in Comp. IV. Ms. A. — 52) studeant: conc. Ms. — 53) spiritualium: conc. — 54) cum: Comp. IV. Aug. — 55) serpare: ead., Ms. B. — 56) et provinciales: Comp. IV. — et comprov.: conc. Ms. — 57) sententias: Comp. IV. Ms. A. — 58) innodentur... contempserit: C. R. 1. — 59) infra: Cont., H. d. — 60) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 61) esse abs.: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 62) fidelibus: Comp. IV. Ms. A.

occupandam, qui eam, exterminatis⁶³) haereticis, absque ulla contradictione possideant, et in fidei puritate conservent, salvo iure domini principalis, dummodo super hoc ipse⁶⁴) nullum praestet obstaculum, nec aliquod⁶⁵) impedimentum opponat, eadem⁶⁶) nihilominus lege servata circa eos, qui non habent dominos principales. §. 4. Catholici vero, qui, crucis⁶⁷) assumpto caractere, ad haereticorum exterminium se accinxerint⁶⁸), illa gaudeant indulgentia, illoque⁶⁹) sancto⁷⁰) privilegio sint muniti, quae⁷¹) accedentibus in terrae sanctae subsidium conceduntur. §. 5. Credentes⁷²) praeterea; receptatores⁷³), defensores⁷⁴) et fautores haereticorum excommunicationi⁷⁵) decernimus⁷⁶) subiacere, firmiter statuentes, ut, postquam⁷⁷) quis⁷⁸) talium fuerit excommunicatione notatus⁷⁹), si satisfacere⁸⁰) contempserit infra⁸¹) annum, ex⁸²) tunc ipso iure sit factus⁸³) infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad⁸⁴) huiusmodi, nec ad testimonium admittatur⁸⁵). Sit etiam⁸⁶) intestabilis, ut nec⁸⁷) testandi liberam habeat facultatem⁸⁸), nec ad hereditatis successionem accedat⁸⁹). Nullus praeterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alius⁹⁰) respondere cogatur. Quodsi⁹¹) forte iudex exstitit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causae aliquae ad eius audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur; si⁹²) tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius⁹³) sint momenti, sed cum auctore⁹⁴) damnato damnentur. Et in similibus⁹⁵) idem praecipimus observari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio et beneficio⁹⁶) deponatur⁹⁷), ut, in quo maior est culpa, gravior⁹⁸) exerceatur⁹⁹) vindicta. Si qui autem tales, postquam ab ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint, excommunicationis sententia usque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane, clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus¹⁰⁰) ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianae praesumant tradere sepulturae, nec eleemosynas aut¹) oblationes eorum percipiant²), alioquin suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto³) sedis apostolicae speciali. Similiter quilibet regulares, quibus etiam hoc infligatur, ut eorum privilegia in illa dioecesi non serventur, in qua tales excessus praesumpserint perpetrare. §. 6. Quia vero nonnulli sub specie pietatis virtutem eius⁴), iuxta quod Apostolus ait, abegantes, auctoritatem sibi vendicant praedicandi, quum idem Apostolus dicat⁵): „Quomodo praedicabunt, nisi mittantur?“ omnes, qui prohibiti, vel non missi⁶), praeter auctoritatem ab apostolica sede vel catholico⁷) episcopo loci susceptam⁸), publice vel privatim praedicationis officium usurpare praesumpserint, excommunicationis⁹) vinculo innodentur, et, nisi quam citius¹⁰) resipuerint, alia competentis poena plectentur¹¹). §. 7. Adiciamus insuper¹²), ut quilibet archiepiscopus vel episcopus per se aut per¹³) archidiaconum suum, aut alias honestas¹⁴) idoneasque personas, bis aut saltem¹⁵) semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit haereticos habitare, circumeat, et ibi tres vel plures boni testimonii viros, vel etiam, si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat, quod, si quos¹⁶) ibidem haereticos sciverit¹⁷), vel aliquos occulta conventuula celebrantes, seu a communi conversatione fidelium vita et moribus dissidentes, eos episcopo studeat¹⁸) indicare. Ipse autem episcopus ad praesentiam suam convocet accusatos, qui, nisi se ab obiecto reatu purgaverint, vel, si post purificationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi¹⁹) perdiam, canonice puniantur. Si qui²⁰) vero ex eis, iuramenti religionem²¹) obstinatione²²) damnabili respuentes²³), iurare forte noluerint, ex hoc ipso tanquam haeretici reputentur. §. 8. Volumus igitur²⁴) et mandamus, et in virtute obedientiae districte²⁵) praecipimus, ut ad haec efficaciter²⁶) exsequenda episcopi per dioeceses suas diligenter invigilent,

si canonicam velint²⁷) effugere ultionem. Si quis enim episcopus super expurgando de sua dioecesi haereticarum pravitate fermento negligens fuerit vel remissus, quum id certis indiciis apparuerit, ab²⁸) episcopali officio deponatur, et in locum ipsius alter²⁹) substituitur idoneus, qui velit et possit haereticam confundere pravitatem.

CAP. XIV.

Laici, cuiuscunque professionis sint, praedicare non debent.

Gregorius IX. Archiepiscopo Mediolanensi.³⁰)

Sicut in uno corpore (Et infra:) Quum igitur nonnulli laici praedicare praesumant, et verendum nimis³¹) existat, ne vitia sub specie virtutum occulte³²) subintrent, nos, attendentes, quod doctorum ordo est in ecclesia Dei³³) quasi praecipuus, mandamus, quatenus, quum alios Dominus apostolos dederit, alios prophetas, alios vero doctores, interdicas laicis universis, cuiuscunque ordinis censeantur, usurpare³⁴) officium praedicandi.

CAP. XV.³⁵)

Hoc cap. usque ad §. Si qui autem, habetur in c. Excommunicamus. supr. eod. tit. in princ., unde summa et declarata, prout ibi fuit dictum. — §. 1. Si in haeresi deprehensi nolent redire ad fidem, detrudendi sunt in perpetuo carcere ad poenitentium peragendam, et credentes erroribus haereticorum haeretici sunt. H. d.

Idem.

Excommunicamus et anathematizamus universos haereticos, Catharos³⁶), Patarenos³⁷), Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos³⁸), Arnaldistas, Speronistas, et alios, quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diversas, sed causas adinvicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in id ipsum. Dammati vero per ecclesiam saeculari iudicio relinquuntur, animadversione debita puniendi, clericis prius a suis ordinibus degradatis. §. 1. Si qui autem de praedictis, postquam fuerint deprehensi, redire noluerint ad agenda condignam³⁹) poenitentiam, in perpetuo carcere detrudantur, credentes autem eorum erroribus haereticos similiter iudicamus.

CAP. XVI.

Liberantur ab omni obligatione qui haereticis tenebantur adstricti.

Idem.

Absolutos se noverint a debito fidelitatis hominii⁴⁰) et totius obsequii, quicunque lapsis manifeste in haeresim aliquo pacto, quacunque firmitate vallato, tenebantur adstricti.

TITULUS VIII.

DE SCHISMATICIS ET ORDINATIS AB EIS⁴¹).CAP. I.⁴²)

Irritae sunt ordinationes, beneficiorum collationes, et ecclesiasticarum rerum alienationes per schismaticos factas, et a dignitate et ordine suspenduntur qui schisma tenere iurant.

Ex concilio Lateranensi.

Quod a praedecessore nostro "felicis memoriae Papa Innocentio factum est innovantes," ordinationes ab Octaviano et⁴³) Guidone⁴⁴) haeresiarchis, "nec non et Joanne Strumensi, qui eos secutus est," factas, et ab ordinatis ab eis, irritas esse censuimus, adicientes

Cap. XIII. 63) extirpatis: C. R. 1. — 64) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 65) aliquid: Böhm. — aliquo: Comp. IV. Ms. B. — ullum: Ms. A. — 66) et ead.: Ms. id. — 67) militis: ead. — 68) adstrinxerint: C. R. 2. — attraxerint: Comp. IV. Ms. B. — 69) illo: C. H. — illo quoque: Comp. IV. Ms. B. — quarum privilegia sunt muniti: Aug. — 70) omitt. C. R. L. H., Comp. IV., conc. Ms. — 71) quod... conceditur: conc. — 72) add.: vero: conc. apud Mans. — 73) receptoris: conc. — 74) et def.: C. R. 1. — 75) excommunicationi: Comp. IV. Aug. — 76) discernimus: conc. Ms. — decernimus: Comp. IV. Ms. A. — 77) ut priusquam quilibet tali non fuerit excommunicatione notatus, satisfacere: Comp. IV. Aug. — 78) quilibet: C. R. L. H., Comp. IV., conc. — 79) notatus: C. R. L. — 80) et sat.: Comp. IV. Ms. A. — 81) intra: Cont., Böhm. — 82) et ex: Comp. IV. Ms. A. — 83) desid. ap. Aug. — 84) omitt. Comp. IV. Ms. A. — deletum est in conc. Ms. — 85) admittantur: C. R. 2. L., Comp. IV. Aug., Ms. B., conc. Ms. — 86) enim: Comp. IV. Ms. A. — 87) ne: conc. Ms. — 88) factionem: Comp. IV., conc. Ms. — 89) admittantur: C. R. 1. — 90) alii: conc. Ms. — 91) Qui si: C. R. 1. — 92) desid. ap. Aug. — 93) add.: penitus: Comp. IV. Ms. A. — 94) actore: ib., C. R. 2. L. — 95) subiectis: conc. Ms. — 96) ben. ecclesiastico: Comp. IV. Ms. A. — 97) suspendantur: Comp. IV. Ms. A. — 98) gravius: Böhm. — maior: Comp. IV. Ms. A. — 99) habeatur: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 100) postulantis: C. R. 2. — 1) nec: conc. Ms. — 2) accipiant: Comp. IV. Ms. A., conc. — 3) indulgentia: Comp. IV. Ms. A. — 4) desid. ib. — cf. 2 Tim. III. 5. — 5) Rom. X. 15. — 6) admissi: C. H. — 7) ab aliquo ep.: Comp. IV. Ms. A. — 8) subsecutaria: Comp. IV. Aug., Ms. B. —

9) excommunicationis: Aug. — 10) quantocius: C. R. L. H., Comp. IV. Aug., Ms. B., conc. — 11) plectantur: C. R. 1. L., Comp. IV. Ms. A., conc. — 12) tamen: Comp. IV. Aug. — itaque: Ms. B. — 13) omitt. Aug. et Ms. H. — 14) ut idoneus pers.: Aug. — vel idoneas personas honestas: conc. — 15) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 16) quis: Comp. IV., conc. — 17) sciverint: C. L. — 18) student: C. L. H., Comp. IV. Ms. A. — 19) lapsi: Comp. IV. Aug. — 20) quis: C. R. 1. H. — 21) iuramentum: Comp. IV. Aug. — iriudicacionem: Ms. B. — iurationem: Ms. A., conc. Ms. — 22) superstitione: Comp. IV. Ms. A. — 23) respuens... noluerit... computatur: C. R. — 24) desid. ap. Aug. — 25) desid. ib. et in Ms. B. — 26) fideliter: C. H. — 27) volunt: C. L., Comp. IV. Aug., Ms. B. — voluerint: Ms. A., C. R., conc. — 28) et ab.: C. R. L. H., Cont., conc. ap. Mans. — 29) alius: C. H.

Cap. XIV. 30) inser. desid. in C. H. — 31) abest a C. R. L. — 32) desid. ap. Cont. — 33) non exstat in C. R. L. H. — 34) omitt. C. R. L. H. — Cap. XV. 35) Integra constitutio edita est a Rayn. ad A. 1231. p. 377. — 36) Gazaros: C. R. 2. L. — 27) Paterinos: C. R. 1. — Putharenos: C. R. 2., Cont., Böhm. — 38) Tosepinos: C. R. 1. — Tosepinos: Böhm. ex Cont. — Josephinos: C. R. 2. — 39) desid. in C. R. 1.

Cap. XVI. 40) homagii: C. L. — TIT. VIII. 1) et... eis: desid. in C. R. L. — Cap. I. 2) Restitutam ex c. 2. conc. Lat. III. (hab. A. 1179.) — Lips. 27., Cass. XII. 5., Comp. L. h. t. c. 2. — 3) omitt. Lips. Cass., Comp. I. — 4) Widome: Lips. — cf. e. ult. conc. Lat. II. hab. A. 1129.

etiam, ut, *si* qui dignitates⁶⁾ ecclesiasticas seu beneficia per dictos⁶⁾ schismaticos acceperunt⁷⁾, careant impetratis. Alienationes quoque *sive invasiones*, quae⁸⁾ per eosdem schismaticos, seu *quae* per laicos⁹⁾ factae sunt de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate, et ad ecclesias¹⁰⁾ sine omni¹¹⁾ onere revertantur. Si quis autem contraire praesumpserit, excommunicationi se noverit subiacere. Illos vero, qui sponte iuramentum de tenendo¹²⁾ schismate praestiterint¹³⁾, a sacris ordinibus et dignitatibus decernimus¹⁴⁾ manere¹⁵⁾ suspensos.

CAP. II.¹⁶⁾

Ordinatus a schismatico ab officio est repellendus, nisi probet secum dispensatum per habentem potestatem.

Innocentius III. *Bisuntino Archiepiscopo.*

Fraternitati tuae (Et infra: [*cf. c. 7. de eo, qui cogn. IV. 13.*]) Priorem *quoque*, quem a schismatico asserit ordinatum, ab officio poteris repellere incunctanter, nisi legitime probaverit secum fuisse misericorditer dispensatum et ab ea persona, quae¹⁷⁾ super hoc potestatem habuerit¹⁸⁾ dispensandi. *Dat. Ferentini XII. Kal. Jun.* [1203.]

TITULUS IX.

DE APOSTATIS ET REITERANTIBUS BAPTISMA¹⁾.CAP. I.²⁾

Clericus, qui dimisso habitu et tonsura immiscet se enormitatibus, perdit privilegium canonis: Si quis suadente, unde eum deprehendentes non incidunt in canonem, scil. excommunicationem.

Alexander III.³⁾

Praeterea clerici, qui, relicto ordine clericali⁴⁾ et habitu suo⁵⁾, in apostasia tanquam laici conversantur⁶⁾, si in criminibus comprehensi⁷⁾ teneantur, per censuram⁸⁾ ecclesiasticam⁹⁾ non praecipimus liberari. *Tales enim inter apostatas numerandos sanctorum Patrum statuta declarant. Sacerdotibus etc.* [*cf. c. 2. Ne cler. vel mon. III. 50.*]

CAP. II.¹⁰⁾

Si crimen acolythi, qui rebaptizanti praebuit ministerium, est occultum, promoveri potest; si publicum, non, nisi cum eo religionem intrante dispensetur.

Idem Abbati S. Genovesae.¹¹⁾

Ex literarum tuarum tenore perpendimus, quod quidam, aegritudine longa confectus¹²⁾, insano¹³⁾ sortilegarum mulierum ore denuo conilio, ut sanaretur, per iterationem fecit iniuriam baptismatis sacramento. *Adstilit autem huic sacrilegio adolescens quidam bonae, ut videtur, indolis, acolythus, frater carnalis illius, in quo baptismus asseritur iteratus, et ministerium in respondendo exhibuit presbytero baptizanti, et cooperator extitit rei nefandae.* Quia ergo tua nos duxit prudentia¹⁴⁾ consulendos, qualiter puniri debeat *vel purgari* acolythus, quem *etiam* minor aetas et intentio fraternae¹⁵⁾ salutis *corporeae* excusare videtur *aliquantulum*, discretioni¹⁶⁾ tuae praesentibus literis respondemus, quod, *quamvis multum non videatur poena plectendus*, ad superiores *tamen* ordines promoveri, si publicum est quod proponitur, non valebit, nisi ad religionem¹⁷⁾ transire voluerit, ut favore religionis ipsius¹⁸⁾ circa eum valeat¹⁹⁾ dispensari. Si vero occultum est, promoveri poterit, et excessum suum dignis poenitentiae fructibus expiare.

Cap. I. 5) dign. seu ben. ecclesiastica: Cass. — 6) praedictos: Coll. citt., conc. — 7) acceperunt: Cass. — acceperint: Lips., Comp. I. Aug., Böhm. — receperunt: conc. — 8) desid. in Lips. — 9) alios: ib. — 10) ecclesiam: Lips., Cass., Comp. I. Aug., conc. — 11) add.: eius: Coll. citt., conc. — 12) detinendo: Lips. — 13) praestiterunt: ead., Comp. I., Cont. — 14) decepinus: Lips., conc. — 15) esse: Cass.

Cap. II. 16) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 72. — Comp. III. h. t. c. un. — 17) qui: Reg. — 18) habet: Comp. III.

TIT. IX. 1) et de iterantibus bapt.: C. R. 1. — et de iterandis baptismatis: C. L. — et iterantibus baptismum: C. H. — Cap. I. 2) Restitutum ex App. XXVI. 16., Lips. XI. 15., Cass. XXI. 23., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) de vera inscriptione (Eugen. III. locellino Sarenis ep.) cf. adn. ad c. 2. de cler. aegr. III. 6. — 4) omitt. C. R. L. H., Coll. citt. — 5) add.: lapsi: App. — 6) versantur: ead. — 7) deprehensi: ead. — 8) iustitiam: Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 9) apostolicam: Cass.

Cap. II. 10) Restitutum ex App. XXVI. 1., Lips. XI. 1., Cass. XXI. 1., Comp. I. h. t. c. 2. — 11) Xenophesae: Cass. — desid. inacr. in App. — 12) detentus: C. H. — 13) accepit (cepit: App.) consilium a sortilegis (sacrilegis: Cass.) mulieribus, ut, si sanari vellet, se iterum permitteret baptizari (rebaptizari: Cass.), qui insano credens consilio, ut san., per iterationem (iterationem: App., Comp. I. Ms.) iniuriam fecit sacramento: Coll. citt. — 14) fraternitas: C. H. — 15) supernae: C. R. 2. —

CAP. III.²⁰⁾

Infamatus de apostasia compellitur se purgare.

Innocentius III.²¹⁾

Tuae fraternitati²²⁾ (Et infra: [*cf. c. 3. de cler. per. I. 22.*]) *Alii quoque, quos fama publica monachos asserit vel canonicos regulares, in saeculari habitu incedentes se saeculares monachos mentiuntur, de quibus, quam probari non possit, quod vitam religiosam sint professi, responsum apostolicum expetisti, utrum ad partes remitti debeant cismarinas, et episcoporum illorum et abbatum monasteriorum illorum, in quibus dicuntur regularem habitum assumpsisse, literis duceant, se non esse monachos vel canonicos regulares, vel debeant potius in saeculari habitu tolerari. Nos autem etc.* [*cf. c. 3. de cler. peregr. I. 22.*] Super secundo *vero* articulo inquisitioni tuae duximus respondendum, quod²³⁾ clerici, qui sunt de apostasiae crimine infamati, qui²⁴⁾ videlicet abiecerunt habitum clericalem, non sunt in saeculari habitu tolerandi, sed per districtiorem ecclesiasticam coactionem, donec, deficiente probatione, ad infamiam abolendam purgationem canonicam curaverint exhibere. *Quaestivisti etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. II. Kal. Febr. Ao. IX.* [1207.]

CAP. IV.²⁵⁾

Baptizati alterius sectae vel fidei ritus dimittere compelluntur.

Idem in concilio generali.

Quidam, sicut accepimus, qui ad sacri undam baptismatis voluntarii²⁶⁾ accesserunt, veterem²⁷⁾ hominem omnino non exuunt, ut novo²⁸⁾ perfectius induantur, ²⁹⁾ quum, ³⁰⁾ prioris³¹⁾ ritus reliquias retinentes, Christianae religionis decorem tali commixtione confundant. Quum autem³²⁾ maledictus sit homo, qui terram duabus viis ingreditur, et indui veste³³⁾ non debeat lino lanaque contexta: statumus, ut per praelatos ecclesiarum talia³⁴⁾ observantia veteris ritus³⁵⁾ omnimode compescatur, ut, quos Christianae religionis liberae voluntatis arbitrium obtulit, salutiferae coactionis necessitas in eius observatione conservet; quum minus malum existat viam Domini non agnoscere, quam post aguitam retroire.

CAP. V.³⁶⁾

Apostatas incarcerari et affligi possunt, ut habitum reassumant.

Honorius III. *Archiepiscopo Turonensi.*³⁷⁾

A nobis expetiit³⁸⁾ tua fraternitas edoceri, quid de apostatis³⁹⁾ sit agendum, quum in custodia detinentur, qui⁴⁰⁾ minus vel blanditiis nullatenus possunt⁴¹⁾ induci, ut abiectum *monachalem* habitum reassumant. Ad quod tibi breviter respondemus, quod tales, si voluerint⁴²⁾, poteris⁴³⁾ sub gravi custodia carcerare, ita, quod solummodo vita sibi misera reservetur, donec a suae praesumptionis nequitia respiscant.

CAP. VI.⁴⁴⁾

Monachus, in apostasia ordinatus, non potest sine dispensatione Papae in suscepto ordine ministrare.

Idem Archiepiscopo Lugdunensi.⁴⁵⁾

Consultationi⁴⁶⁾ tuae breviter⁴⁷⁾ respondemus, quod monachus, aliquem sacrum ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suo fuerit reconciliatus abbati, et receperit poenitentiam, absque *tamen* dispensatione Romani Pontificis ministrare non poterit⁴⁸⁾ in ordine, sic suscepto. *Inquisitionis etc.* [*cf. c. 7. de usu et auct. pall. I. 8.*] *Dat. Reate III. Id. Aug.* [1225.]

16) dilectioni: App. — ob quam rem discretioni: Comp. I. Ms. — 17) a religione: Cass. — 18) illius: App. — 19) debuit: Coll. citt.

Cap. III. 20) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 254. — Comp. III. h. t. c. un. — 21) Hierosolymitano patriarchae ap. sed. leg.: Reg. — 22) fraternitatis: C. R. 2. L., Comp. III., Reg. — 23) quoniam: Reg. — 24) quod ... abiecerint: ib.

Cap. IV. 25) c. 70. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. c. 3. de Iud. V. 4. — 26) voluntarie: C. R. 2., Cont. — 27) et vet.: C. R. 1. — 28) novum: Comp. IV. Ms. A. B., conc. — 29) induant: conc. — 30) ead prioris reliquias intactas retinentes: Comp. IV. Aug. — 31) primi: Comp. IV. Ms. B. — 32) addit.: scriptum sit: conc. — cf. Eccl. III. 28. Deut. XXII. 11. — 33) vestis: conc., Comp. IV. Aug., Ms. A. — vestes: Ms. B. — 34) tales ab observantia ... compescantur: Comp. IV. Ms. A., conc. — 35) iuris: C. L.

Cap. V. 36) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 37) Tyrensi: Comp. V. Cir. — Tyrensi: Ms. — Lundensi: Rayn. ex Reg. II. 4067. ad A. 1218. — 28) expetit: Cir. — 39) haereticis: Comp. V. Ms. — 40) eo, quod: Comp. V. — 41) possint: ead. Ms. — 42) noveris: C. H. — 43) potes: C. R. L., Comp. V.

Cap. VI. 44) Integra ep. edita est a Rayn. ex Reg. X. 16. ad A. 1225. — Comp. V. h. t. c. 2. — 45) Lundunensi: Comp. V. Ms. — Lundensi: Cir., Reg. — 46) Ad aliam vero consult. tuam: Reg. — 47) tulit: C. L. — 48) potest: C. R. 1. H., Comp. V., Reg.

TITULUS X.

DE HIS, QUI FILIOS OCCIDERUNT.

CAP. I.¹⁾

Mulier, occidens sponte filium, debet perpetuo in monasterio poenitere; si tamen timetur de innocentia, datur vel saltem non denegatur sibi licentia nubendi.

Alexander III. Tornacensi Episcopo.²⁾

Veniens ad nos M.³⁾ mulier "latrrix praesentium" lacrimabili nobis confessione monstravit, quod, quum de quodam⁴⁾ filium genuisset⁵⁾, et ille sibi saepe turgido vultu impropereasset, quod filius eius non esset, ipsa, iracundiae calore⁶⁾ "et furore animi" ducta, eundem filium interfecit. "Quo comperto comes Flandrensis eam totam terram usque ad septennium abfurare coegit, nisi de nostra licentia remaneret. Quumque se nostro aspectui praesentasset, et, quod crucem suscepisset Hierosolyman profectura, nobis assertionem suam proposuisset: nos eam, quia in partibus illis praesentia sua non posset esse utilis, sed damnosa, ab Hierosolymitano itinere revocantes, ipsam fraternitati tuae duximus remittendam, praesentium tibi auctoritate" Mandamus⁷⁾, quatenus eam⁸⁾ "mulierem" labores inducere, ut ad aliquod monasterium "tui episcopatus" transeat, in quo⁹⁾ peccata sua perpetua poenitentia deploret. Si autem repugnante carnis fragilitate ad hoc induci noluerit, ei licentiam in Domino nubendi tribuas, quia tutius nobis videtur, ut in Domino nubat "et" uni soli, quam¹⁰⁾ inhoneste multos¹¹⁾ admittat.

CAP. II.¹²⁾

Mulier, occidens filium, propter hoc a viro separari non debet; sed alia poenitentia sibi imponitur.

Lucius III. Parisiensi Episcopo.

Intelleximus "ex literis tuis," quod¹³⁾, "quum" M. mulier "latrrix praesentium" filiam parvam "haberet," furore accensa diabolico "tandem ipsam, suggerente eo, qui de fidelium perditione laetatur, letali vulnere" iugulavit, propter quod dominus terrae maritum eius et ipsam¹⁴⁾ compulit abire. Quia vero illum alios¹⁵⁾ habere filios intimasti, "unde circa ipsius exsilium debeat dispensari: nos, de discretionem tua plenam fiduciam obtinentes, eam tuas duximus prudentiae remittendam, per apostolica scripta" mandamus¹⁶⁾, quatenus ita super hoc provideas, quod¹⁷⁾ sui sceleris poenam luat, et salutem eius ac filiorum "ipsius" per tuam providentiam "in Domino" consulatur, et¹⁸⁾, non obstante "proposito" iuramento, quod a viro¹⁹⁾ dictus dominus proponitur extorsisse²⁰⁾, eam, sicut²¹⁾ expedire videris, eidem²²⁾ viro "suo et rebus suis" restituas ita, quod filios suos libere possit et pacifice gubernare.

CAP. III.²³⁾

Se summat, ponens poenitentiam parentum, circa quos pueri reperiuntur oppressi.

Idem.²⁴⁾

De infantibus autem, qui mortui reperiuntur cum patre et matre, et non apparet, utrum a patre, vel a matre oppressus²⁵⁾ sit ipse, vel²⁶⁾ suffocatus, vel propria morte defunctus, non debent inde securi esse parentes, nec²⁷⁾ etiam²⁸⁾ sine poena; sed tamen consideratio debet esse pietatis, ubi non voluntas²⁹⁾, sed eventus mortis causa fuerit³⁰⁾. Si autem eos non latet, ipsos³¹⁾ interfectores esse, scire debent³²⁾, ac graviter deliquisse, "quod Ancyritano concilio probatur." Quidam autem poenitentiam trium annorum indicant³³⁾ esse debere, quorum unum peragant in pane et aqua.

TITULUS XI.

DE INFANTIBUS ET LANGUIDIS EXPOSITIS¹⁾.

CAP. UN.

Infans, expositus a patre vel alio, eo consentiente vel ratum habente, hoc ipso a patria potestate liberatur. Idem in servo et liberto, qui ab praedictam causam liberantur a dominica potestate. Et idem iuris est in praedictis languidis cuiuscunque aetatis sic expositis, vel si eis alimenta denegantur; hi tamen, quae praedictis alimentis praestiterint, nullum ius in eis acquirunt.

Gregorius IX.

Si²⁾ a patre, sive ab alio, sciente ipso³⁾ aut ratum habente, legato pietatis officio infans expositus extitit⁴⁾: hoc ipso a potestate fuit patria liberatus. Nam et hoc⁵⁾ casu in ingenuitatem liberatus, et servus in libertatem eripitur, quod et de praedictis cuiuscunque aetatis languidis, si⁶⁾ expositi fuerint, vel si⁷⁾ alicui eorum alimenta impie denegari⁸⁾ contigerit, est dicendum. Sane, qui hos suscipiunt, non possunt propter hoc in eorum personis ius aliquod vindicare.

TITULUS XII.

DE HOMICIDIO VOLUNTARIO VEL CASUALI.

CAP. I.¹⁾

Homicida incorrigibilis debet deponi, et tradi curiae saeculari, ut moriatur.

In Exodo.²⁾

Si quis per industriam occiderit proximum suum et per insidias, ab altari meo eveles³⁾ eum, ut moriatur.

CAP. II.⁴⁾

Ponit poenitentiam occidentis latronem, quum se poterat aliter liberare; si vero aliter liberare se non poterat, non tenetur agere poenitentiam, nisi ad cautelam.

Ex poenitentiali Romano.⁵⁾

Interfecisti furem aut latronem, ubi comprehendi poterat absque occisione⁶⁾, "et tamen interfecisti;" quia ad imaginem Dei creatus est⁷⁾, "et in nomine eius baptizatus et sanguine eius redemptus est," per⁸⁾ XI. dies non intres "in" ecclesiam, et⁹⁾ lanea veste indutus, ab¹⁰⁾ eacis et potibus, qui interdicti sunt, et a toro, "a" gladio et "ab" equitatu¹¹⁾, illos¹²⁾ supra dictos dies "te" abstineas. In tertia¹³⁾ autem et quinta feria et "in" sabbato aliquo genere leguminum, vel oleribus, "et" pomis, et¹⁴⁾ parvis¹⁵⁾ pisciculis cum mediocri cerevisia utere "et" temperate. Si autem sine odii meditatione te tuaque liberando huiusmodi¹⁶⁾ diaboli membra interfecisti: secundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei, si aliquid icionare volueris, bonum est tibi, et eleemosynam¹⁷⁾ fac largiter. Si presbyter eadem fecerit, non deponatur¹⁸⁾; tamen¹⁹⁾, quamdiu vivit²⁰⁾, poenitentiam agat.

CAP. III.²¹⁾

Non occiditur fur diurnus sine culpa, sed nocturnus sic.

Augustinus super Exodo.²²⁾

„Si "autem" perfodiens inventus fuerit fur, et percussus mortuus fuerit, non est illi²³⁾ homicidium imputandum²⁴⁾. Si autem

TIT. X. Cap. I. 1) Restitutum ex App. L. 12. Comp. I. h. t. e. 1. — 2) add.: in eodem libro (i. e. Registri libro I.): App. — 3) desid. in App. — 4) N. quodam: Comp. I. Ms. — 5) suscepisset: C. R. 1. — 6) furore: C. H. — 7) mandantes: App. Comp. I. — 8) praedictam: ib. — 9) et ibi: ibid. — 10) quam nullis adhaerent: App., Comp. I. — 11) add.: amatores: C. H.

Cap. II. 12) Restitutum ex App. L. 25. Comp. I. h. t. e. 1. — 13) quod M. latrrix diabolico furore accensa quandam filium suam multoties animo perinendi aggressa, tandem etc.: App. — 13) sum: C. R. 2. — seq. et: omitt. C. R. L., Cont. — 14) ipsam terram: Comp. I. Ms. — 15) ipsam coegit abire: App. — 15) omitt. Comp. I. Aug. — illam habere filios pariter: Ms. — illum et illum pariter filios habere: App. — 16) mandantes: App., Comp. I. — 17) ut: App. — 18) nec: App., Comp. I. Ms. — 19) ab ipso: Comp. I. — ab ea: App. — 20) extorsisset: C. H. — 21) si: App. — 22) omitt. App., Comp. I.

Cap. III. 23) Restitutum ex Comp. II. h. t. e. un. — 24) Alexander III.: Comp. II. — 25) oppressus sit vel extinctus vel suffocatus: C. R. 2. — oppressi sint ipsi vel suffocati vel... defuncti: Comp. II. Ms. A., Böh. — 26) et: C. R. 1. — 27) desid. in Comp. II. Ms. A. — 28) omitt. Comp. II. — 29) non solum vol.: C. R. 2. — non est vol.: C. R. 1., Comp.

II. Ms. A. — 30) fuit: C. H., Comp. II. Aug., Ms. A. — 31) desid. in C. R. 2. — puerorum ipsorum: Ms. id. — 32) debet: C. R. 1. — debeant: C. R. 2. — 33) indicant: Comp. II. Aug. — sibi indicant: Ms. A.

TIT. XI. 1) De inf. langu. et exp.: C. L. — Cap. un. 2) Sive: C. H. — 3) abest a C. R. 2. — 4) extitit: C. R. 2. L. — 5) in hoc: C. R. L. — 6) sive: C. H. — 7) sive: C. R. 1. — 8) negari: C. R. L., Cont.

TIT. XII. Cap. I. 1) Exod. XXI. 14. — 2) in libro Exodi: C. R. 2. — 3) uelles: Comp. I. Ms.

Cap. II. 4) Restitutum ex libro poen. ap. Burch. I. XIX. — Lips. VIII. 9. Comp. I. h. t. e. 4. — cf. e. 32. C. XIII. qu. 2. — 5) ex spectuli poen. Rom.: C. H. — 6) occasione: Burch., Comp. I. — 7) omitt. Burch. — 8) omitt. Burch., Lips., Comp. I., Böh. — 9) non exstat ap. Burch. in Lips. et in Comp. I. — 10) et ab: Comp. I. Aug. — 11) equitatus: C. R. 2. — 12) per ill.: Böh. — 13) in 11. autem et VI. fer.: Comp. I. Ms. — 14) vel: Burch. — 15) parvulis: Böh. — 16) omitt. Burch., Lips., Comp. I. — 17) eleemosynas: Burch. — 18) deponatur: Lips. — 19) omitt. Comp. I. Aug. — 20) dixerit: C. R. — videt: Burch.

Cap. III. 21) Restitutum ex Aug. I. e. quaeest. 84. — Iv. Decr. X. 53., Lips. VIII. 10., Comp. I. h. t. e. 5. — 22) Exod. XXII. 2. — 23) illius: C. R. 1. — ibi: C. H. — 24) omitt. Coll. cict. et Aug.

oriatur²⁵) sol super eum: reus erit²⁶), "et morte morietur."⁴⁴ Intelligitur ergo, "tam non pertinere ad eum homicidium²⁷), si fur nocturnus occidatur²⁸); si autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinere. Hoc est enim, quod ait: „si oriatur²⁹) sol super eum, etc."³⁰), quia poterat³¹) discernere, quod ad furandum, non ad occidendum venisset, et ideo non debet³²) occidi. Hoc etiam in³³) antiquis legibus saecularibus³⁴), quibus ista "tamen" est antiquior, invenitur, impune scilicet³⁵) occidi nocturnum furem quoquo modo³⁶), diurnum autem³⁷), si se "cum" telo defenderit. Iam enim plus est quam fur.

CAP. IV.³⁸)

Sub generali pollicitatione seu permissione, etiam iurata, non venit illicitum.

Hieronymus.³⁹)

Cum iuramento pollicitio est Herodes saltatrici dare quodcumque postulasset⁴⁰) ab eo; si ob iusiurandum fecisse se dicat⁴¹), si patris matrisve⁴²) interitum postulasset, facturus esset⁴³), an non? Quod ergo in suis⁴⁴) repudiaturus fuit, contemnere debuit "et" in propheta.

CAP. V.⁴⁵)

Homicidu est, qui facit vel dat sortilegium, vel venena sterilitatis.

Ex concilio Guarnacensi.

Si aliquis causa explendae libidinis vel odii meditatione⁴⁶) homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non possit⁴⁷) generare, aut concipere, vel uasci soboles⁴⁸), ut homicida teneatur.

CAP. VI.⁴⁹)

In poenitentia imponenda index debet attendere circumstantias, ex quibus augetur vel minuitur delictum. Hoc dicit usque ad §. Illi autem. — §. 1. Socians homicidam animo occidendi, licet non apponat manum, si tamen ex sua causa mors secuta est, tenetur fere pari poena cum homicida. Hoc dicit usque ad §. Illi etiam. Abbas Sic. — §. 2. Qui sociat homicidam tantum animo prohibendi ne impediatur, tenetur paulo minori poena. H. d. usque ad §. Qui vero. — §. 3. Incitans alium ad homicidium, multius puniatur quam homicida, secus autem, si incitavit ad certum homicidium. Nam, eo secuto, tenetur ut homicida. H. d. usque ad §. Hi quoque. — §. 4. Custodientes sarcinas occidentium, scientes, eos esse sicarios, non sunt immunes a poena homicidii. H. d. usque ad §. Eos insuper. Abbas. — §. 5. Occupans bonu occisi, non per hoc tenetur de homicidio, et non sufficit occupanti, quod erogat illi pauperibus, quum poterit restituere eis, quorum constat fuisse. H. d. usque ad §. Illi praeterea. Abbas. — §. 6. Participantes interfectoribus in excommunicatione, diversimode puniuntur iuxta modum participationis. H. d. usque ad §. Clericos. Abbas. — §. 7. In isto §. usque ad fin. ponitur poenitentia clericorum, praestantium praedictae morti auxilium, consilium vel favorem. Hoc dicit. Abbas Siculus.

Alexander III. Exoniensi⁵⁰) Episcopo.

Sicut dignum est et omni rationi consentaneum, graves et difficiles quaestiones ad examen apostolicae sedis deferri, ita etiam nobis ex ministerio susceptae sollicitudinis inminuet, eandem quaestiones, prout nobis Dominus dederit, solvere, et singulis a nobis consilium postulantiibus respondere, ut providentia Romanae ecclesiae, quae

ubique terrarum obtinet Domino disponente principatum, quaestiones soloantur, et removeatur in his ambiguitas de cordibus singulorum. Licet autem super quaestionibus, quas nobis tua discretio solvendas direxit, te non dubitemus providum et circumspexitur existere: cogimur tamen ex susceptis servitutis ministerio iuxta discretionem et providentiam nostram tibi exinde respondere. Sane, quum vir "litteratus et sapiens et" discretus "et in his plurimum exercitatus" existas⁵¹), plenius nosti, quod⁵²) in excessibus singulorum non solum⁵³) quantitas et qualitas delicti, sed aetas, "et" scientia, "et" sexus⁵⁴) atque conditio delinquentis⁵⁵) sunt attendenda, et⁵⁶) non solum secundum praedicta, sed secundum locum et tempus, quo delictum committitur, unicuique poenitentia⁵⁷) debet indici⁵⁸), quum, "sicut tu ipse non ignoras," idem excessus magis sit in uno quam in alio puniendus ("Et infra:"). §. 1. Illi⁵⁹) autem, qui animo occidendi, feriendi aut capiendi illum sanctum et reverendum⁶⁰) virum quondam⁶¹) Cantuariensem archiepiscopum citra manu iniectionem se fatentur venisse, si de illa captione mora eius secuta fuisset, pari poenitentia⁶²), vel fere pari existerent⁶³) puniendi. §. 2. "Et" Illi etiam⁶⁴), qui non, ut ferirent, sed, ut percussoribus opem ferrent, si forte⁶⁵) per aliorum violentiam impediuntur, paulo minori debent poena mulctari, quia, quum scriptum sit⁶⁶): „qui potuit hominem liberare a morte, et non liberavit, eum occidit," constat⁶⁷) "eos" ab homicidii reatu innumes non esse, qui occisoribus opem contra alios praestare venerunt⁶⁸), nec⁶⁹) caret scrupulo societatis occultae, qui, "quum possit," manifesto facinori desinit⁷⁰) obviare. §. 3. Qui vero⁷¹) se asserunt⁷²) animum regis inflammasse ad odium, unde "forte" homicidium fuit⁷³) secutum⁷⁴), "satis" dure et aspere, sed non ita severe sunt puniendi, nisi forte regem ipsum ad illud⁷⁵) homicidium suis suggestionibus⁷⁶) provocassent. §. 4. Hi quoque non sunt⁷⁷) a culpa liberi, nec a poena⁷⁸) debent esse immunes, qui, licet fuerint⁷⁹) illius "iniquas" machinationis ignari, tamen eis⁸⁰), quos sicarios esse sciebant, "vel" in sarcinis "vel in armis eorum" custodiendis ministerium praebuerunt. §. 5. Eos insuper⁸¹), qui dicuntur⁸²) illius sancti viri et suorum post mortem⁸³) eius spolia occupasse, si nihil aliud in tanto facinore commiserunt, a poena mortis eius arbitramur⁸⁴) esse immunes; sed, quae occuparunt⁸⁵), eis, quorum fuerunt⁸⁶), tenentur in integrum restituere, si habent⁸⁷) in facultatibus⁸⁸), unde possint ea reddere⁸⁹). Et ipsa ex hoc⁹⁰) "tamen" moderata est poenitentia⁹¹) iniungenda⁹²), quia, licet quaedam⁹³) ex his, quae⁹⁴) occupaverunt⁹⁵), fateantur⁹⁶) se pauperibus "in elemosynam" erogasse, non tamen aliena⁹⁷), quum ipsa potuissent eis, quorum fuerint⁹⁸), restituere, deheuerunt⁹⁹) pauperibus erogare. §. 6. Illis¹⁰⁰) praeterea, qui sola excommunicatorum participatione se reos esse¹) cognoscunt, considerata temporis mora²), quo³) in eadem nequitia perdurarunt⁴), et iniquo "etiam," si eis timore⁵) vel affectione communicaverint scienter vel ignoranter, "secundum hoc" est⁶) poenitentia⁷) indicenda. §. 7. Clericos autem, quos constat armatos interfuisse⁸), tanto facinori, et illos "etiam clericos," qui consilium "illud" dederunt⁹), ut sanctus vir caperetur, perpetuo non solum ab¹⁰) altaris ministerio¹¹) deponendos esse censemus, sed "ita" etiam, quod in ecclesiis¹²) nullo unquam tempore lectiones legant, vel¹³) responsoria in choro separatim¹⁴) cantent; sed in psalmis apud Deum¹⁵) de

Cap. III. 25) oritur: Iv. — orietur: Lips., Comp. I. Aug. — 26) est: Iv., Aug. — 27) ad hom.: Coll. citt., Aug. — 28) occiditur, si autem diurnus, pertinere: ib. — 29) oriatur: ib. — 30) omitt. Iv., Aug. — 31) poterat quippe: ib. — 32) deberet: ib. — 33) omitt. Lips. — 34) i. e. XII. Tab.; cf. fr. 4. §. 1. D. ad leg. Aqu. — 35) omitt. Iv., Aug. — 36) quomodo: Iv., Comp. I. Aug. — 37) desid. ap. Iv.
 Cap. IV. 38) Hieron. in c. 14. Matth. — Burch. XII. 16, Iv. Decr. XII. 73, Comp. I. h. t. c. 6. — 39) Item: C. R. 2. — 40) postulare: Comp. I. Aug. — 41) dicit: Coll. citt., Hier. — 42) matrisque: Burch., Iv. — si matris: Hier. — 43) erat: Iv. — fuerat: Hier. — 44) in se: id.
 Cap. V. 45) Exstat ap. Reg. II. 89, Burch. XVII. 57, Comp. I. h. t. c. 13. — 46) med., ut non ex eo soboles nascatur: Coll. citt. — 47) posset: Comp. I. Aug. — 48) vel nasc. sub.: omitt. Coll. citt.
 Cap. VI. 49) Restitutum ex App. XXXV. 1, Lips. X. 1, Comp. I. h. t. c. 1. — 50) H. Exon. ep. — Comp. I. Ma. — Bartholomaeo Exon. ep.: Aug. — 51) sis: Coll. citt. — 52) quia: ib. — 53) non sol. del. quilibet, sed quantum et actus: App. — 54) sensus: ead. — 55) omitt. Coll. citt. — 56) Quia (quare: App.) non solum secundum qualitatem et quantitatem facinoris, sed secundum ea, quae praedixerimus (diximus: App.), et secundum: ead. — 57) poena: Lips. — 58) iniungit: App. — 59) Illi autem, qui animo occidendi illum sanctum et reverendum virum (Thomam: App.) Cantuariensem quondam archiepiscopum, aut feriendi, aut capiendi, si (ut: App.) de illa captione mors eius (et: App.) subsequuta fuisset, citra (circa vel citra: Comp. I. Ma. — et citra: Aug.) manu iniectionem se fatentur venisse, pari poena (poenitentia: Comp. I. Ma.) vel fere pari (pariter: Lips. — vel f. p.: omitt. App.) puniendi sunt: Coll. citt. — 60) reverentissimum: C. R. 1. — 61) abest a C. H. — 62) poena: ib. — 63) exstiterint: C. R. 1. — 64) omitt. Lips. — et alii: App. — 65) si forte violentiam (violentia: Ma.), quam quidam moliri debebant, impediuntur, paulo minori poena mulctari: Comp. I. — si forte violentiam quidem debebant impedire, paulo maiori poena mulctari: Lips. — si forte violentia, quam quidam moliri debebant, impediuntur, paulo minori poena mulctari: App. — 66) sicut scriptum est: App. — 67) add.: quoque: ead. — 68) ferre venerint: ead. — 69) non: C. R. 1. — sumpt. ex c. 55. C. II. qu. 1. — 70) non desinit: Cont. — 71) Illi vero: Coll. citt. — 72) asseruntur: C. H. — 73) fuerit: C. R. 2, Comp. I. — 74) subsecutum: Coll. citt. — 75) ipsum: App. — 76) suis arg.: desid. in ead. — 77) fuerunt: C. R. L., App., Comp. I. Aug. — fuerint: Ma. — Illi vero, qui non fuerunt: Lips. — 78) reatu: App. — 79) sint: C. R. 1. — 80) tamen si eos (si eos: desid. ap. Aug.) sicarios esse sciebant, qui (omitt. Lips.) in sarcinis: Lips., Comp. I. — sicarios tamen, si eos sicarios etc.: App. — 81) vero: Lips., Comp. I. — Illos vero: App. — 82) dicunt: Comp. I. — 83) per mortem spolia: App. — 84) arbitrantur: C. H. — seq.: esse: omitt. App. — 85) occupaverint: C. R. 2. — occupaverant: Comp. I., Cont., Bähm. — sed haec, quae occupaverant, tenentur eis in integrum restituere, quibus ablata fuerunt: App. — 86) fuerunt: Lips. — 87) habent: C. H., App. — 88) add.: suis: C. R. 2. — tantum: Lips. — 89) restituerit: C. R. 1. — 90) ex hinc: App. — 91) poena: Lips. — 92) indicenda: ead., Comp. I. — 93) quidam: C. R. 1. L., Comp. I. — 94) ea, quae: ead. — 95) occupaverant: C. R. 2. — 96) fatentur: Coll. citt. — 97) alienas res, quum ipsas: ead. — 98) fuerunt: C. R. L. H., Lips., Comp. I. — 99) deb. erogasse (Et infra: Lips. — 100) Illi: C. R. L. — Illi vero: App., Comp. I. — 1) omitt. Lips. — 2) qualitate: App. — 3) in quo: Comp. I. Aug. — seq.: in omitt. Lips. — 4) perdurant: Comp. I. Aug. — perdurarunt ignoranter: App. — 5) si amore: ead. — 6) est eis: Cont. — 7) poena ind. (Et infra: Lips. — 8) arm. esse et inter. fuisset: App. — 9) dederant: C. R. 2. — 10) omitt. Lips. — 11) officio: App. — 12) eccl. illis: Lips. — 13) non responsoria cantent: Lips. — nec responsoria seu antiphonas cantare in choro: App. — 14) omitt. Aug. — 15) Dominum: App., Lips.

commissio satagant veniam impetrare¹⁶⁾. Insuper¹⁷⁾ "autem electi ipsi" in districto¹⁸⁾ claustrum monachorum vel canonicorum regularium¹⁹⁾, si fieri poterit, sunt recludendi²⁰⁾, ita "quidem", quod usque²¹⁾ ad septennium²²⁾ vel quinquennium debeant ab ecclesiarum introitu coerceri²³⁾.

CAP. VII.²⁴⁾

Homicidium casuale imputatur ei, qui dedit operam rei licitae, si non adhibuit diligentiam, quam debuit.

Idem.²⁵⁾

Presbyterum²⁶⁾ "autem aliam", qui quendam puerum introitu disciplinae percussit in capite "et vulneravit", quum post paucos dies, "sicut asseris", exspirasset, tam²⁷⁾ ab omni altaris ministerio debes perpetuo removere, quam²⁸⁾ ab officio sacerdotali depone, si ex ipsa percussione interit, vel aliam infirmitatem incurrit²⁹⁾, de qua³⁰⁾ noscitur exspirasse.

CAP. VIII.³¹⁾

Homicidium casuale imputatur ei, qui dedit operam rei illicitae vel etiam licitae, secundum alium intellectum, si non adhibuit omnem diligentiam, quam debuit.

Idem Cusentiniensi³²⁾ Archiepiscopo.

Continebatur in literis tuis³³⁾, quod, quum³⁴⁾ diaconus, praesentium lator³⁵⁾, et quidam alii clerici a vineis ecclesiae opere commutato redirent, levandi³⁶⁾ laboris gratia quendam ludum imitati³⁷⁾ "sunt" viatorum, "proicientes" baculos suos "in longum"; studebant "enim" iacere in directum, et alter alterius fustem³⁸⁾ ferire. Cuius³⁹⁾ ludi, "sicut asserunt", solet esse conditio⁴⁰⁾, ut, qui alterius baculum percuteret⁴¹⁾, quasi victor⁴²⁾, pro equo alio⁴³⁾, "cuius baculum percussus esset", uteretur; sed praefati clerici, equitanti licentia non utentes, sola erant⁴⁴⁾ iactione⁴⁵⁾ contenti, "ut, dum alacrius ad baculos suos concurrerent, laborem itineris non sentirent." Quidam autem laicus⁴⁶⁾, "sicut praedictus diaconus asserit," dum⁴⁷⁾ baculum eiusdem diaconi percussisset⁴⁸⁾, incautus⁴⁹⁾ in eum equitaturus insiliit, et sic a falce illius⁵⁰⁾ diaconi, qua erat accinctus⁵¹⁾, mortale vulnus accepit, de quo post dies octo exspiravit. Ideoque⁵²⁾ mandamus, quatenus eundem diaconum⁵³⁾ sine licentia Romani⁵⁴⁾ Pontificis ad superiorem gradum⁵⁵⁾ non adscendere⁵⁶⁾, vel⁵⁷⁾ in diaconatus officio nullo unquam⁵⁸⁾ tempore ministrare permittas⁵⁹⁾, sed eum dispensative⁶⁰⁾ ministrare in subdiaconatus officio patiaris⁶¹⁾.

CAP. IX.⁶²⁾

Homicidium casuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa.

Idem Exoniensi Episcopo.⁶³⁾

Lator praesentium P. clericus⁶⁴⁾ nobis "viva voce" proposuit, quod, quum quadam die casu⁶⁵⁾ cum quodam clerico luderet, contigit⁶⁶⁾, quod ille proiecit istum⁶⁷⁾ ad terram, cuius cultellus⁶⁸⁾, quem ad latus suum⁶⁹⁾ habebat, in alterum incidit⁷⁰⁾, et fortuito⁷¹⁾

casu occubuit vulneratus. Ideoque⁷²⁾ mandamus, quatenus, "rei veritate comperta", si ita res se habuit⁷³⁾, et alia iusta causa non impedit, praedictum P.⁷⁴⁾ libere permittas⁷⁵⁾ ad sacros ordines promoveri.

CAP. X.⁷⁶⁾

Is, ex cuius opera illicita sequitur homicidium, irregularis efficitur.

Idem abbati S. Benedicti de Vebia.⁷⁷⁾

Suscipimus literas tuas, per⁷⁸⁾ quas cognovimus, quod, quum⁷⁹⁾ lator praesentium in custodia⁸⁰⁾ cuiusdam domus cum altero fratre maneret, ingredienti de nocte quidam latrones ad eos, turpiter ipsos in⁸¹⁾ personis affligere, et denudare⁸²⁾ vestimenta propria praesumpserunt. In quos isti resumptis⁸³⁾ viribus inausgentes, ligaverunt illos, et detinere usque ad notitiam capituli⁸⁴⁾ voluerunt. Quum autem⁸⁵⁾ iste, rem ad tuam audientiam perlaturus⁸⁶⁾, ligatos eos in fratris sui⁸⁷⁾ custodia dimisisset⁸⁸⁾, et fures se solvere niterentur, frater illos, ne ipse ab eis⁸⁹⁾ interimeretur, occidit. Verum⁹⁰⁾ quoniam⁹¹⁾ expediebat potius post tunicam "etiam" relinqueret pallium, et rerum sustinere iacturam, quam pro conservandis⁹²⁾ vilibus rebus et transitoriis tam acriter in alios exardescere: abstineat iste⁹³⁾ humiliter ab altaris ministerio⁹⁴⁾, et uterque peccatum suum, "quibus modis" ad⁹⁵⁾ arbitrium tuum⁹⁶⁾ "potuerit", student expiare. Constat enim⁹⁷⁾, eos contra "regularem" mansuetudinem "et" ecclesiasticam "disciplinam" ex utriusque ope⁹⁸⁾ interemptos.

CAP. XI.⁹⁹⁾

Dans causam homicidio irregularis est.

Idem Lucensi Episcopo.¹⁰⁰⁾

De cetero noveris, quod diaconus, "quem literatum et honestate praeditum asseris," qui homicidio¹⁾ causam dedit videtur, "sicut ex tenore litterarum tuarum perpendimus," non videtur²⁾ ad sacerdotium promovendus.

CAP. XII.³⁾

Homicidium casuale imputatur ei, qui dedit operam rei licitae, si non adhibuit diligentiam, quam debuit.

Clemens III.⁴⁾

Ad audientiam apostolatus nostri "ex parte vestra" pervenit, quod, quum⁵⁾ quidam presbyter, volens corrigere quendam de familia sua, "eo" cingulo, quo cingi solebat, ipsum⁶⁾ verberare tentaret⁷⁾, contigit, quod cultellus de vagina, quae cingulo adhaerebat, elapsus, eum in dorso⁸⁾ aliquantulum vulneravit; postmodum vero, quum ille vulneratus aliquamdiu vixisset, et "iam" convalescisset a vulnere, alia⁹⁾ graviori, ut dicitur¹⁰⁾, infirmitate percussus¹¹⁾, "cum sana mente ac devotione debita" viam est¹²⁾ universae carnis ingressus. Quia vero, utrum occasione vulneris decessisset, dubium habetur¹³⁾: "eodem presbytero ab omni officio

Cap. VI. 16) implorare: App., Lips., Comp. I. Aug. — 17) add.: etiam: C. R. 2. — 18) obstructo: App. — 19) omitt. ead. — can. reg. per quinquennium debent ab ecl. introitu coerceri: Lips. — 20) reducendi: C. R. 2. Comp. I. Ms. — includendi: App. — 21) ipsi in: App. — 22) sept. vel: desid. in Comp. I. Ms. — 23) cohiberi: App.

Cap. VII. 24) Restitutum ex App. XXVI. 7., Lips. XI. 7., Cass. XXI. 11., Comp. I. h. t. c. 8. — 25) missa est: Salernitano archiep. — cf. c. 3. de spons. duor. IV. 4., quod cap. initium est, et c. 1. de corp. vit. I. 20., quod proximo praecedit. — 26) Presbyter: Cass. — 27) abest a Coll. c. 1. — 28) unquam: ead. — 29) incurrit: C. R. L. H., Cass., Comp. I. Ms. — 30) per quam: Lips. — de qua etc.: desid. in Comp. I.

Cap. VIII. 31) Restitutum ex App. XXVI. 12., Lips. XI. 13., Cass. XXI. 11., Comp. I. h. t. c. 9. — 32) Escentium ep.: Cass. — Consentium: Comp. I. Aug. — leg.: Cusentino cum App., Lips., Comp. I. Ms. (Cosenza.) — 33) quas nobis tua devotio destinavit: Coll. c. 1. — 34) omitt. C. H., App., Lips. — 35) lator iste (omitt. App., Cass.) et quidam clerici, qui rogati ad vineas ecclesiae putandas (putandos: Cass.) perrezerant, (perrezerant: Cass.) circa (et quum circa: App. — dum circa: Lips. — quum circa: Cass.) vesperis opere consummato (add.: quum: Aug.) redierunt (App.: redierunt): Coll. c. 1. — 36) levandi: App., Böhm. — 37) iniituti: Lips. — 38) baculum: Cass. — 39) Huius autem ludi: Coll. c. 1. — 40) talis conditio est: App. — 41) percussisset: Cass. — 42) victo: App. — pro equo victo alio: C. R. 1. — 43) eo: Coll. c. 1. — 44) sunt: App. — 45) intentione: C. R. L., App., Cass., Comp. I. Ms. — 46) alacris: Cass. — 47) quum: Conat., Böhm. — 48) praedicti diaconi percussit: App. — 49) incaute: ead. — incautus: Cass. — 50) ipsius: Coll. c. 1. — 51) adstrictus: Cass. — 52) Indo est, quod commonemus fratrum tuam atque mundanum: Coll. c. 1. — 53) eund. diac.: desid. in Lips. — 54) summi: App. — 55) ordinem: C. L. — desid. in Cass. — sequi: non: omitt. C. R. 1., Coll. c. 1. — 56) suscipere: Comp. I. Aug. — 57) et: Lips. — 58) abest a C. R. 1. — 59) perm. . . ministrare: desid. in Lips. — 60) cum dispensatione: C. R. 2., App. — 61) permittas: Comp. I. Aug.

Cap. IX. 62) Restitutum ex App. XXVI. 14., Lips. XI. 12., Cass. XXI. 18., Comp. I. h. t. c. 10. — 63) inser. desid. in App. — B. Exon. et ep. et abb.: Comp. I. Ms. — B. Exon. ep. et abb.: Aug. — capitulo Bur-

degulensi: Cass. — Eug. III. capitulo Burdegulensi: Lips., quod placet. — 64) P. cler.: omitt. Coll. c. 1. — 65) desid. in Lips. — 66) contigit: Cont. — ludere contigit, ille proiecit: Cass. — 67) illum: App. — 68) et cultellus: Coll. c. 1. — 69) omitt. App. — 70) incidit: Cass. — 71) fortuito: Lips. — seq.: Cass. omitt. C. R. 1., Coll. c. 1. — 72) Eandem itaque (igitur: App.) ad vos duximus remittendum, discretioni vestrae per ac. scr. (p. a. s.: desid. in App.) mandantes (Cass.: mandamus) quatenus (quod: App.) rei etc.: Coll. c. 1. — 73) habuerit: C. R. L. H., Lips., Comp. I. — 74) D.: App., Comp. I. Aug. — diaconum: Cass., Comp. I. Ms. — 75) permittatis: Coll. c. 1., Böhm.

Cap. X. 76) Restitutum ex App. I. 27., Cass. XXI. 19., Comp. I. h. t. c. 11. — 77) de Veb.: desid. in C. R. 2. — Venetia: C. R. 1. — Nabaria: Cass. — Nebia: C. L., Comp. I. Ms. — Nebia: Aug. — Id. in eodem (i. e. XII. libr. Reg.) abb. S. Ben. de Vebia: App. — 78) et cogn. ex earum tenore: Coll. c. 1. — 79) dum D.: C. H. — 80) custodium: Cass. — 81) et in: ead. — 82) nudare: ead. — 83) praesumptis viribus: ead. — 84) sui cap.: C. R. 1. — 85) Quumque: App. — 86) protulurus: Cass. — 87) omitt. ead. — 88) dim., fures se absolere nil.: ead. — 89) ab illis: App. — 90) Unde: Coll. c. 1. — 91) add.: illis: C. R. 2. — 92) cons. rebus transitoriis opere tum . . . in aliquos: Cass. mendose. — 93) desid. in C. R. 1., Cass. — 94) obsequio: Comp. I. Aug. — officio et peccatum . . . ad arbitrium tuum poterint uterque student expiare: Cass. mendose. — 95) ad arb. tuum: desid. in C. H. — 96) abest a Comp. I. Ms. — 97) equidem: Cass., Comp. I. — 98) opere: C. H., Cass., Comp. I.

Cap. XI. 99) Restitutum ex Comp. I. c. 12. h. t. et c. 7. Qui cler. vel vor. IV. 6. — 100) add.: P. C. Consultit: Comp. I. c. 12. — cf. c. 4. Qui cler. vel vor. IV. 6. — 1) homicidii: Comp. I. c. 7. — 2) est: C. R. 2. H., Comp. I. Aug. c. 7.

Cap. XII. 3) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 368., Comp. II. h. t. c. 1. — 4) Absentis (1) ep. et abbati de Bergis (1): Luc. — 5) omitt. Luc., Comp. II. Ms. A. — 6) illum verb. tentavit et (omitt. Comp. II. Aug., Ms. B.) contigit: Luc., Comp. II. — 7) tentasset: C. R. L. H. — 8) add.: suo: Aug. — 6) omitt. C. R. 1. L. H., Luc., Comp. II. — 10) creditur: Luc. — 10) detentus: C. H. — 11) sit: Comp. II. Ms. A. — 12) habebatur: Luc., Comp. II. Aug., Ms. A.

beneficiumque suspensus, quid super hac vobis esset agendum, apostolicam sedem consulere voluistis. Nunc itaque vestrae¹³⁾ discretioni duximus respondendum, quod, quum in dubiis semitam¹⁴⁾ debeamus eligere tutiorem, vos¹⁵⁾ convenit iniungere presbytero memorato, ut¹⁶⁾ "de cetero" in sacris ordinibus non ministret; inluncta¹⁷⁾ tamen "ei" poenitentia congruenti, sibi¹⁸⁾ poteritis¹⁹⁾ concedere, ut "in" minoribus ordinibus "ministrare" sit contentus. Si vero "vobis legitime constiterit, quod" ille²⁰⁾ ex alia infirmitate obierit, "de vestra licentia" poterit, sicut erat solitus, divina²¹⁾ officia ministrare²²⁾. "Dat. Laterani."

CAP. XIII.²³⁾

Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitae, nec fuit in culpa.

Innocentius III. Episcopo Lingonensi.²⁴⁾

Dilectus filius A. capellanus, in nostra praesentia constitutus, sua nobis confessione²⁵⁾ proposuit²⁶⁾, quod, quum quadam corporis molestia gravaretur "ita, quod et cibi et somni desiderium raptum videretur ab eo," ut comedendi appetitum aliquantulum excoitaret, equum, quem nutrebat²⁶⁾, adscendit. Qui quum bene non²⁷⁾ pareret habentis, sed praeter sensoris arbitrium "suis" saltibus lasciviret, ipse²⁸⁾, ut eius refrenaret impetum, "et" freno vim intulit, equumque calcariibus stimulavit. Quumque fracto freno equus, "quasi" proprio arbitrio relictus, curreret festinanter, "et" quaedam mulier, veniens ex obliquo "et" infantulum baiulans, obviam, in quam equus irruens, procal abiecto sensore, puerum praedictum oppressit, "et capellanus ipse ex repentino casu vix mortis periculum evitavit, sed ad ultimum convalescens postmodum divina celebrare non prassumpsit." Ideoque²⁹⁾, "quia nobis non constitit de praemisitis, fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus "super his inquiras diligentius veritatem, et" si ita est³⁰⁾, quum idem capellanus nec voluntate nec actu homicidium perpetravit³¹⁾, nec dedit³²⁾ operam illicitae rei, non impedias, quo minus divina possit officia celebrare. "Dat. Lat. VI. Id. Nov." [1200.]

CAP. XIV.³³⁾

Summatur ut supr. cap. prox.

Idem Metensi Episcopo.³⁴⁾

Ex literis tuae fraternitatis accepimus, quod, quum "lator praesentium" H. presbyter foenum vellet de curru deponere, pernicem superius alligatam, "quum neminem circa currum videret," proiecit in terram, et, quum foeno insisteret deponendo, quidam³⁵⁾, "prope ipsum accedens," puerum quendam iuxta currum reperit semivivum, in quo praeter modicum livoris in fronte nihil inveniri³⁶⁾ potuit laesionis. Nos autem ab eodem quaesivimus sacerdote, si, priusquam iaceret³⁷⁾ pernicem, circumspexisset³⁸⁾ sollicite³⁹⁾, an esset aliquis circa⁴⁰⁾ currum; qui, quod⁴¹⁾ diligenter circumspexit⁴²⁾, asseruit, sed, quod vidisset aliquem, denegavit. Ad te igitur remittentes eundem, "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si res ita se habet, nisi contra⁴³⁾ eundem "presbyterum" grave scandalum sit exortum, vel tanta laboret infamia, quod deficiente accusatore⁴⁴⁾ oporteat eidem canonicam purgationem iudici, ipsum libere permittas exsequi officium sacerdotis. "Dat. Lat. VIII. Kal. Dec. Ao. III." [1200.]

CAP. XV.⁴⁵⁾

Summatur etiam, ut supr. eod. cap. Dilectus.

Idem Bisuntino Archiepiscopo.⁴⁶⁾

Ex literis tuae⁴⁷⁾ fraternitatis accepimus, quod quidam monachus "puer tuae dioecesis" ad deponendam de campanili campanam

subserviens, quia quoddam⁴⁸⁾ lignum "casu" corruit, ipso movente⁴⁹⁾ in ecclesia sub campanili quendam puerum⁵⁰⁾ oppressit et occidit. "Unde a nobis humiliter postulabas, quid tibi esset super hoc faciendum, potens, ut cum ipso misericorditer dispensetur." Quocirca "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si monachus ipse rem necessariam agebat et utilem, et in loco, per quem aliquem transire non crederet, vel ibidem existere, vel etiam illuc de consuetudine venire, quando lignum movisse dignoscitur, satis poterit, praesertim in monasterio, ad altiores ordines promoveri. "Dat. Rom. ap. S. Petr. Non. Apr. Ao. IX." [1206.]

CAP. XVI.⁵¹⁾

Summatur, ut supr. eod. cap. Dilectus.

Idem episcopo Paduano.

Significasti nobis⁵²⁾ "per literas tuas," quod, quum F. clericus "cum archipresbytero sancti Fidantii" equitaret, equus, cui insidebat, tam se quam ipsum proiecit in aquam. Unde clericus ipsum graviter calcariibus stimulavit; equus vero, "ut literarum tuarum verbis utamur," quum existeret bucca durus, praeter voluntatem sensoris raptus in cursum, "et male parens habentis," quendam mulierem, quam obviam habuit, ex improviso pedibus interfecit. Quumque nos ab eodem clerico fecissemus inquiri, utrum equi vitium prius acivisset: illud asseruit se ignorasse. Ideoque "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus "inquiras super his diligentius veritatem, et," si ita est⁵³⁾, ad "maiores" cautelam iniungas eodem "clerico" poenitentiam competentem⁵⁴⁾, qua peracta non⁵⁵⁾ impedias, quo minus "et" in susceptis ministret ordinibus, et ad maiores valeat promoveri.

CAP. XVII.⁵⁶⁾

Non censetur homicida is, qui prohibente et causam non dante a consanguineis homicidium committitur.

Idem.⁵⁷⁾

Petrus, diaconus et monachus sancti Ioannis de Puna⁵⁸⁾, sua nobis insinuatione monstravit, quod, quum ipsum⁵⁹⁾ quondam⁶⁰⁾ in saeculari habitu "constitutum," in ecclesia de Rigelo⁶¹⁾ beneficium "quoddam" obtinentem, abbas illius ecclesiae eodem beneficium spoliasset, cognati et amici eius⁶²⁾ "abbati saepius supplicarunt, ut beneficium restitueret sibi memoratum; quo nolente ipsum praedictum acquirescere," irati plurimum⁶³⁾ et commoti, nocte quadam in domo diaconi convenerunt, et coena facta dicebant, quod vindictam volebant⁶⁴⁾ sumere de abbate. Inhibiti autem expressae ab eodem diacono, ne abbatem occiderent, aut aliquid sibi⁶⁵⁾ facerent, unde ordinis sui discrimen⁶⁶⁾ incurreret⁶⁷⁾ et animae detrimentum, nihilominus irruerunt in eum, et plagis impositis abierunt, semivivo relicto, qui⁶⁸⁾ post dies aliquot⁶⁹⁾ exspiravit⁷⁰⁾. "Ab illo autem tempore usque hodie praedictus diaconus, de eo, quod contigerat, tristis effectus, ab administratione cessavit, et, nondum expleto biennio, habitum induit monachalem. Unde a nobis suppliciter petit edoceri, utrum possit in officio diaconi ministrare, et, si hoc ei liceret, an possit ad maiorem ordinem promoveri. Licet autem, si praemisitis veritas suffragatur, praefatus diaconus super abbatis interitu non videatur esse culpabilis; quia tamen bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est, quod ab administratione officii se propria voluntate suspendit, vel habitum induit regularem, sibi non ad peccatum adscribitur, sed ad meritum reputamus." Quocirca "fraternitati vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si praemissa noveris⁷¹⁾ veritate subnixae, saepe dicto⁷²⁾ diacono non solum in diaconatus officio ministrare, sed etiam⁷³⁾ ad ordinem presbyteratus adscendere⁷⁴⁾, si aliud⁷⁵⁾ canonicum

Cap. XII. 13) tuae: Cont., Böhm. — vestrae discretionis industrie: Luc., Comp. II. — 14) viam: C. H. — 15) nos: C. R. 1. L. H. — te: Cont., Bö m. — 16) ut ... non audeat ministrare: Comp. II. Ms. B. — ne ... min. praesumat: Ms. A. — ut ... ministrare non praesumat: Aug. — ne ... administrare accedat: Luc. — 17) et eidem inluncta poen.: Cont., Böhm. — 18) abest a C. R. 1. L., Comp. II. Ms. B. — ei: Aug., Ms. A., Luc. — 19) poteris: Comp. II., Cont., Böhm. — poteritis: Luc. — 20) omitt. C. R. 1., Luc., Comp. II. — 21) abest a Comp. II. Ms. A. — 22) celebrare: Coll. c. i.

Cap. XIII. 23) Restitutum ex Reg. Brequ. III. 19. — Comp. III. h. t. c. 1. — 24) Lugdunensi: Cont. — Lincolnensi: Reg. — 25) monstravit: Comp. III., Reg. — 26) nutriverat: ib. — 27) non plene: ib. — 28) et ipse: C. L. — 29) Quia oero: Comp. III., Reg. — 30) si rem invenis taliter processisse: ib. — 31) perpetraverit: ib. — 32) dederit: Comp. III. Ms., Reg.

Cap. XIV. 33) Restitutum ex Reg. Brequ. III. 34. — Comp. III. h. t. c. 2. — 34) Hertranno Metensi ep.: Reg. — 35) desid. ap. Cont. — 36) invenire: Comp. III., Reg. — 37) deiceret: ib. — proliceret: C. L. — 38) circumspexit: C. R. L. H., Comp. III. — 39) attente: C. B. 1. — 40) iuxta: Reg. — 41) quum: C. R. 1. — 42) circumspexerit: C. R. 2. —

circumspexisset: C. R. t. H. L., Comp. III., Reg. — 43) circa: Comp. III. Ms., Cont., Böhm. — 44) actore: C. H.

Cap. XV. 45) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 42. — Comp. III. h. t. c. 3. — 46) inscr. desid. in Comp. III. — Halberstadensi ep.: Reg. — 47) tuis: C. H. — 48) omitt. Comp. III., Reg. — 49) momento: Comp. III. — 50) puerulum: Reg.

Cap. XVI. 51) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 594., Comp. III. h. t. c. 4. — 52) abest a C. R. L. — 53) si rem invenis taliter processisse: Comp. III., Rain. — 54) congruentem: C. R. 1. — 55) nequaquam: Comp. III., Rain.

Cap. XVII. 56) Restitutum ex Reg. Bal. I. 323. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 57) Oscensi et Tirasonensi epp.: Reg. — 58) Ponia: Comp. IV. Ms. A. B. — Pinnu: Reg., Böhm. — 59) illum: Reg. — 60) adhuc: ib. — omitt. Comp. IV. — 61) Riglo: Comp. IV. Aug. — Riglo: Ms. A. B. — Rigulo: Reg., Böhm. — 62) ipsius: Comp. IV., Reg. — 63) nimium: Comp. IV. Ms. A. — 64) vellent: C. L. — 65) ei: Comp. IV. Ms. A., Reg. — 66) damnum: C. R. 1. — 67) incurrerent: Cont., Höhm. — 68) unde: Comp. IV., Reg. — 69) aliquos: C. R. 1., Cont. — 70) spiritum exhalavit: Reg. — 71) noveritis: Comp. IV. Ms. A., Reg. — 72) saepe dictum diaconum: Comp. IV., Reg. — 73) abest a C. H. — 74) accedere: Comp. IV. — 75) aliquid: C. R. 2.

non obstiterit⁷⁶), liberam⁷⁷) concedas⁷⁸) auctoritate apostolica facultatem, praesertim si super hoc non fuerit⁷⁹) respersus⁸⁰) infamia; quum ei non debeat imputari, quod contra prohibitionem eius expressam, eo causam vel occasionem non dante, ausu sacrilego fuit⁸¹) ab ipsius⁸²) consanguineis attentatum, "divina scriptura testante, quod anima, quae peccaverit, ipsa morietur etc. Dat. Reate II. Non. Aug. Pont. nostr. Ao. I." [1198.]

CAP. XVIII. 82)

Irregularis censetur, qui alium letaliter percussit, licet ab aliis fuerit exsuscitatus; idem, si apparet, an letaliter, si etiam percussus ab aliis obiit, et non apparet, ex cuius vulnere decesserit. Idem est, si percussus non letaliter, si minimum occidendi habuit, et ex uliorum vulneribus percussus exspiravit. H. d. notabiliter. Abbas.

Idem Abbati S. Trinitatis de Meldenberg. 84)

Significasti nobis "per literas tuas," quod, quum quidam maleficus, ingressus ecclesiam "de Bleiseio, Dei timora posthabito" eucharistiam cum altarium⁸³) ornamentis et libris ecclesiasticis extra "ipsam" ecclesiam asportasset, "dilectus filius" L.⁸⁵) presbyter "lator praesentium" ecclesiae " tuae" canonicus regularis, "quem in praefata ecclesia de Bleiseio institueras capellanum," praefatum iniquitatis filium fossorio arrepto percussit⁸⁶). Sed, si ad mortem fuit⁸⁷) ictus huiusmodi, tu et ipse penitus ignoratis⁸⁸); quem⁸⁹) parochiani ecclesiae ornamenta ecclesiae asportantem, arreptis⁹⁰) gladiis et fustibus in eodem loco protinus⁹¹) occiderunt. Praefatus vero Laurentius de sua salute praecogitans, evoluto anno sub titulo confessionis tibi ret ostensionem revelavit, pro quo nobis humiliter supplicasti, ut cum eo misericorditer agere dignaremur. Licet autem contineatur in canone, quod, si quatuor homines aut quinque vel plures contra unum hominem rixati fuerint, et ab eis mortuus fuerit vulneratus, quicumque illorum et plagam imposuerit, homicida secundum statuta canonum iudicetur; quia tamen in alio canone dicitur de presbytero, qui diaconum equitatem percussit, et ipse, cadens ex equo, cervice fracta interiit: quod non ad mortem percussus est, incaute agenti missarum est poenitentia indicenda, ita, quod aliquanto tempore a missarum suspensus solenniter, denuo ad sacerdotale officium recertatur, quod si veraciter quacunque percussione presbyteri mortuus est diaconus, nulla hic ratione more sacerdotis permittendus est ministrare, etiamsi voluntatem non habuit occidendi: Nos in praemisso casu credimus distinguendum, utrum constare possit, quod praefatus⁹²) sacerdos non infixit percussorem letalem, de qua "videlicet," si aliorum non fuissent vulnera subsecuta, percussus minime interiisset, et si⁹³) percussor voluntatem non habuerit⁹⁴) occidendi, neque ipsius studio, consilio⁹⁵) vel mandato processerint⁹⁶) alii contra illum. Et quidem, si hoc ita se habet, quod forsam ex eo posset⁹⁷) ostendi, si certa apparuisset⁹⁸) percussio ab eodem inflicta tam modica et tam levis, in ea parte corporis, in qua quis de levi⁹⁹) percussus non solet ad mortem, ut peritorum iudicio medicorum talis percussio assereretur¹⁰⁰) non fuisse¹) letalis, quum de ceteris credendum sit ipsi "sacerdoti," qui non accusatur²) vel denunciatur ab aliquo, sed per se ipsum, "de sua salute sollicitus," consilium appetit³) salutare, post poenitentiam⁴) ad cautelam iniunctam in sacerdotali poterit⁵) officio ministrare, maxime⁶) religionis accedente favore, quum sit canonicus regularis, et sine omni⁷) scandalo possit sacerdotale officium celebrare⁸). Quod si discerni non possit⁹), ex cuius ictu percussus interiit: in hoc dubio tanquam homicida debet¹⁰) haberi sacerdos, etsi forte homicida non sit, a sacerdotali¹¹) officio abstinere debet¹²), quum in hoc casu cessare sit tutius quam temere celebrare, pro eo, quod in altero nullum, in reliquo vero magnum periculum timeatur. "Utrum autem de illis sit simile sentiendum, quorum unus, sed quis omnino nescitur, homicidium perpetravit, si forsam ad recipiendos sacros ordines praesententur, utrum omnes sint

pariter repellendi, quum discerni non possit, qui debeant culpabiles iudicari, diligens investigator advertat, quamvis hic casus sit ab illo valde diversus." Si vero, quemadmodum perhibetur, sacerdos iste prius ab illo percussus sacrilego, mox cum cum ligone in capite reperisset, quamvis vim vi repellere omnes leges et omnia iura permitant; quis tamen id debet¹³) fieri cum moderamine iaculatae tutelae, non ad sumendam vindictam, sed ad iniuriam propulsandam: non videtur idem¹⁴) sacerdos a poena homicidii penitus excusari¹⁵), tum ratione instrumenti, cum¹⁶) quo ipse percussit, quod, quum grave sit, non solet leviem plagam inferre, tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de medico ictu quis letaliter solet laedi, "maxime quum secundum vulgare proverbium asseratur, quod, qui ferit primo, ferit tangendo, qui ferit secundo, ferit dolendo. Unde, pensatis omnibus, ei creditur expedire, ut cum humilitate absteineat a sacerdotali officio exequendo. Dat. Viterbii Kal. Iul. Pont. nostr. Ao. XII." [1209.]

CAP. XIX. 17)

Religiosus, chirurgiam exercent, si ex ea mors sequitur, irregularis est; etiamsi sit peritus et diligens, et hoc fecerit causa pietatis; sed cum eo post satisfactionem misericorditer dispensari potest. H. d. usque ad §. Ad ultimum. — §. 1. Qui iudici saeculari dedit intersignia furis, a quo fuit vulneratus, irregularis non est, licet ille postmodum occidatur. Abbas Siculus.

Idem. 18)

Tua nos duxit fraternitas consulendos (Et infra: [cf. c. 7. de cons. et aff. IV. 14.]) "Tertio" Quaesivisti "per sedem apostolicam explicari," quid ait de quodam monacho sentiendum¹⁹), qui²⁰), credens, se quamdam mulierem a gutturis tumore curare, ut chirurgicus²¹) cum ferro tumorem illum aperuit, et, quum tumor "ille" aliquantulum resedisset, "monachus" ipse²²) mulieri praecipit, ne se vento exponeret ullo modo, ne forte ventus, subintrans²³) gutturis apertionem, sibi causam mortis inferret; sed mulier, eius mandato contempto, dum menses colligeret, vento se exposuit incaute, et sic per apertionem gutturis sanguis multus²⁴) effluxit, et mulier diem ultimum²⁵) sic²⁶) finivit, "quae tamen confessa est, quod, quia vento exposuit semetipsam, ipsa sibi dederat causam mortis;" utrum videlicet, quum praedictus monachus sit sacerdos, liceat ei sacerdotale officium exercere. Nos igitur fraternitati tuae²⁷) "taliter" respondemus, quod, licet ipse monachus multum²⁸) deliquerit alienum officium usurpando, quod sibi minime congruebat, si tamen causa pietatis, et non cupiditatis id egerit²⁹), et peritus erat in exercitio chirurgiae, omnemque studuit, quam debuit, diligentiam adhibere, non est ex eo, quod per culpam mulieris contra consilium eius accidit, adeo³⁰) reprobandum, quod non³¹) post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit, ut divina valeat celebrare; alioquin interdicenda³²) est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore. [§. 1. Ad ultimum fuit ex parte tua propositum³³) "coram nobis," quod quidam scholaris, metuens, ne latrones in hospitio suo³⁴) essent, "parvo assumpto gladio, ut ignem quaereret," de strato concurgens³⁵), "quum venisset ad ostium, ignarus" reperit ibi furem, qui, "cum scholaris incipiens collectari," non solum ipsum scholarum prostravit ad terram, sed "etiam" paene ad mortem vulneravit eundem. "Scholaris vero, provocatus ab illo, vim vi in contententi repellens, extorto latroni gladio, eundem servato iuris moderamine repercutit, qui perterritus fugam, quam cito potuit, maturavit." Mane itaque "lucescens," scholares latronem quaesiverunt eundem, quem³⁶), vulneratum inventum, potentati Vincentiae³⁷) tradiderunt, coram quo constanter negavit, quod praemissa minime perpetravit³⁸). Unde praefatus³⁹) potestas ad eundem scholarum "suos" nuncios destinavit, ut exponeret, si qua sciret de fure praedicto, vel traderet intersignia⁴⁰); qui cultrum⁴¹),

Cap. XVII. 76) obstat: C. H. — 77) libere: Aug. — 78) concedatis: Reg. — 79) sit: C. H. — 80) similiter resp.: Comp. IV. — 81) proponitis: ead. — proponitur: Reg. — 82) resp.: Comp. IV. Aug. — omitt. Ms. A. B. Reg.
Cap. XVIII. 83) Restitutum ex Reg. Bal. XII. 59. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 84) Maleboen.: Comp. IV. Ms. A. — Malebon.: Ms. B. — Maleleon: Aug. — Muloleone: Reg. — 85) ecclesiae: Comp. IV. Ms. A. — 85) Laurentius: Comp. IV. Reg., Böhm. — 86) percussit: Aug. — 87) fuerit: Reg. — 88) ignoratis: C. R. 2. — 89) Quum autem parochiani ecclesiae memorantur, praedictum maleficum ornamenta viderent (audirent: Aug. eccl. asportantem ipsum arreptis: Comp. IV. Reg. — 90) receptis: C. H. — 91) penitus: Comp. IV. Ms. A. — 92) probatus: ib. — 93) quodsi: Comp. IV. — quodque: Reg. — 94) habuit: C. H., Comp. IV. Ms. B., Reg. — 95) vel cons.: C. L., Comp. IV. Aug., Ms. A. — 96) processerunt: C. R. L. H., Comp. IV. Ms. B., Reg. — 97) possit: C. R. 1. — 98) apparuerit: Comp. IV. Ms. A. — 99) leviter: Reg. — 100) asseratur: Comp. IV. Ms. A. — asseretur: Ms. B. — 1) esse: C. R. 1. — 2) accusatus vel denunciatus: Reg. — seq. ab al.: desid. in C. H. — 3) expetit: Reg. — 4) add.: ei: C. R. 2. — eidem: Comp. IV. Aug. — 5) poterat: C. R. 1. — posset: Reg. — 6) abest a Comp. et Reg. — 7) sine

causa possit scandali: Comp. IV. Ms. A. — 8) ministrare: C. R. L. — exercere: Comp. IV. Reg. — 9) poterit: C. R. 2. — 10) debet haberi tunc sacerdos: Comp. IV. — hom. haberi ipse sacerdos: Reg. — 11) tamen a sac. off. humiliter: C. R. 2. — 12) debet: C. R. 1. — 13) decet: id. — 14) iste: id. — 15) excusatus: Aug. — excusandus: Reg. — 16) desid. in C. H.

Cap. XIX. 17) Restitutum ex Reg. Bal. XIV. 459. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 18) Gebennesi ep.: Reg. — 19) faciendum: Comp. IV. Ms. A. — 20) qui quum: C. R. 2. — 21) ut ch.: desid. in Comp. IV. Ms. A. — 22) ille: ib. — 23) intrans: Comp. IV. Aug. — 24) sanguinis multum: ead. Ms. A. — 25) extremum: Aug., Reg. — 26) omitt. Comp. IV., Reg. — 27) tibi: Reg. — 28) omitt. C. R. L., Comp. IV., Reg. — 29) egit: Comp. IV., Reg. — 30) ideo: Comp. IV. Ms. A. — 31) quin: Reg. — 32) interdicta: C. R. L., Comp. IV. — 33) quaesitum: C. H. — 34) in domo sua: Comp. IV. Aug. — 35) surrexit, et: Comp. IV., Reg. — 36) qui: C. R. 1. L., Comp. IV. — 37) Vincentiae: C. R. 1. — Vincentiae: C. L., Comp. IV., Reg. — 38) perpetravit: Verum: Reg. — 39) praefatus: Cont., Böhm. B. — 40) intersignia: C. R. L., Comp. IV. — 41) cultellum: C. R. 1., Reg. — cultrum, quod: Comp. IV.

quem ipsi⁴²) latroni abstulerat⁴³), et sotulares ab eodem in ipsius domo dimissos, quos abstraxerat "sibi," ne pedum strepitus audiretur, nunciis tradidit memoratis, super eodem facto se nihil amplius intromittens. Potestas igitur, receptis talibus intersignis⁴⁴), latronem ipsam⁴⁵) apparitoribus suis tradidit puniendum, qui sibi amputaverunt virilia, et oculos eruerunt; latro vero "se ad quoddam cbenobium transtulit, et ibi per triduum" ira et dolore commotus nec potum sumpsit, nec cibum, et sic de medio est sublatus⁴⁶). Unde per nostrum oraculum postulas edoceri, utrum praefatus scholaris ad sacros valeat ordines promoveri. Nos igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, si praefatus⁴⁷) scholaris dignis meritis adiuvatur, propter praescriptum eventum a susceptione sacrorum ordinum nullatenus est arcendus. "Dat. Lat. Id. Febr. Pont. nostr. Ao. XIV." [1211.]

CAP. XX.⁴⁸)

Qui dat causam abortioni, homicida est, si conceptum erat vivificatum animal rationale; alias secus.

Idem Priori et Fratribus Carthusiensibus.

Sicut ex literarum vestrarum tenore accepimus⁴⁹), quum⁵⁰) quidam presbyter vestri ordinis, qui prius fuerat⁵¹) niger monachus, quandam mulierem praegnantem, cum qua contraxerat consuetudinem inhonestam, et quae asserebat, se concepisse ex eo⁵²), per zonam arripuerit⁵³), quasi ludens, ipsa "mulier postmodum" per hoc sic se asseruit⁵⁴) esse laesam, quod occasione huiusmodi abortivit; propter quod idem presbyter, proborum virorum usus consilio, se ipsum duxit ab altaris ministerio sequestrandum. "Quare nobis humiliter supplicastis, ut cum eo agere misericorditer digneremur." Nos vero devotioni vestrae insinuatione praesentium respondemus, quod, si nondum erat vivificatus conceptus, ministrare poterit; alioquin debet⁵⁵) ab altaris officio⁵⁶) abstinere. "Dat. Lat. IV. Non. Oct. Pont. nostr. Ao. XIV." [1211.]

CAP. XXI.⁵⁷)

Non imputatur clerico, civiliter iustitiam petenti de laico, si iudex in laicum exercet vindictam sanguinis.

Idem S.⁵⁸) Episcopo.

Postulasti: (Et infra: [cf. c. 14. de for. comp. II. 2.]) Quaesivisti praeterea⁵⁹), utrum contra quosdam, contempta excommunicationis sententia debitas decimas subtrahentes, tibi regiam implorare liceat potestatem, quum ad⁶⁰) solutionem ipsarum vix absque sanguinis effusione valeant coarctari. Ad quod⁶¹) "brevis" respondemus, quod, si, te huiusmodi querimoniam⁶²) simpliciter⁶³) deponente, rex, cui ad honorum laudem, vindictam⁶⁴) vero malorum⁶⁵), gladius est commissus, in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatem, eorum erit duritiae aut malitiae⁶⁶) imputandum. "Coemeteria etc. [cf. c. 7. de cons. eccl. III. 40.] Dat. Lat. III. Kal. Mai. Pont. nostr. Ao. XVI." [1213.]

CAP. XXII.⁶⁷)

Homicidium casuale non imputatur ei, qui non occidit, nec fuit in culpa, etiamsi ad cautelam veniam postulaverit,

Honorius III. Episcopo Eboracensi.⁶⁸)

Exhibita nobis "humilis" I.⁶⁹) clerici confessio patefecit, quod, quum in puerili esset constitutus aetate, cum quibusdam coaetaneis suis ludens, et insequens unum ex illis, lapidem post eum non animo "quidem" laedendi, sed timorem incutiendi proiecit; qui, licet ex projecto lapide percussus non fuerit, neque tactus, ad alium tamen lapidem corruens, et caput offendens, tum propter imperitiam medicantis, tum propter patris incuriam, qui "ex tunc campestribus" laboribus et sudoribus ipsam exposuit, "post XL. dierum spatium" exspiravit. Quia vero dictus clericus, ut mitigaretur dolor patris defuncti, "tanquam puer inscius ab amicis inductus," veniam super hoc postulavit ab ipso, tu⁷⁰) eum "hac occasione" a sacrorum

ordinum susceptione repellis, quanquam idem⁷¹) defuncti pater, in extremis laborans, tibi et "archidiacono tuo, nec non" presbytero, cui suam aperuit conscientiam, confessus fuerit, et praestito firmaverit iuramento, nihil ipsum in morte filii sui, prout sibi "plena" constiterat⁷²), commisisse. Quare idem clericus "tam suppliciter quam humiliter" postulavit a nobis, ut, quum⁷³) de illius obitu laesam non habeat conscientiam, dignemur agere misericorditer⁷⁴) cum eodem. Quocirca "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, "inquisita super his sollicitate veritate," si constiterit ita esse, ipsum propter hoc a receptione sacrorum ordinum non repellas.

CAP. XXIII.⁷⁵)

Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitae, nec fuit in culpa.

Idem Episcopo et Capitulo Venetensibus.

Ioannes sacerdos humili nobis insinuatione monstravit, quod, quum "die quadam" pulsaret campanas, ut signo dato conveniret populus fidelium ad divina, cadens tintinnabulum percussit quandam "manentem" puerum coram eo, qui, "licet vulneratus in capite per mensum curam receperit medicorum, post unum tamen," quum⁷⁶) vulnus esset mortale, decessit. "Unde nobis humiliter supplicavit, ut misericorditer agentes cum ipso, permittat ei sibi exsequi officium sacerdotis." Nos igitur attendentes, quod dicto sacerdoti, qui dabat operam rei licitae, nihil potuit imputari, si casus omnes fortuitos non praevидit, discretioni vestrae mandamus, quatenus, si "vobis" constiterit, "rem" ita esse, dictum sacerdotem, "si aliud canonicum non obsistit," sacerdotale officium "sublato cuiuslibet appellationis obstaculo" exsequi permittatis.

CAP. XXIV.⁷⁷)

Clericus pugnando etiam contra inimicos fidei catholicae, si quemquam percussit, et de interfectione ipsum remordet conscientia, a ministerio altaris abstinere debet.

Idem Pelagio⁷⁸) Presbytero.⁷⁹)

Petitio tua nobis exhibita continebat, quod, quum inimici dominicae crucis ac blasphemii nominis Christiani castrum quoddam, in quo morabaris, graviter invasissent, exeuntibus inde⁸⁰) habitatoribus⁸¹) tam clericis quam laicis contra eos, ac invicem⁸²) confidentibus, hinc inde occisi quam plurimi exstiterunt⁸³). Unde, quum pro eo, quod aliquos percussisti, irregularitatem metuas incurrisse, "nobis humiliter supplicasti, ut, quid agere debeas, tibi scribere digneremur. Quocirca discretioni tuae" mandamus, quatenus, si de interfectione cuiusquam in illo conflictu tua conscientia te remordet, a ministerio altaris abstineas⁸⁴) reverenter, quum sit consultus in huiusmodi dubio abstinere, quam temere celebrare.

CAP. XXV.

Idem dicit, quod cap. Ioannes sup. eod., et tantum ponit diversitatem in facto.

Gregorius IX.

Quidam, ut asseris, ad aedificationem ecclesiae in adiutorium a presbytero evocatus, ruens cum laqueari, quod idem presbyter solvere nitentur, hac occasione rebus est humanis exemptus. (Et infra:) Attendentes igitur, quod sacerdos ipse dabat operam licitae rei, studuit etiam, quam⁸⁵) debuit, diligentiam adhibere, circumstantibus⁸⁶), quibus periculum imminerebat, ita tempestive et alta voce praemonitis, quod et intelligere et fugere potuerunt, inquisitioni tuae taliter respondemus, quod ob hanc causam, vel quia omnes casus fortuitos, qui praevideri non possunt, forsitan non praevидit, non debet quoad officium vel beneficium impediri.

Cap. XIX. 42) ipse: C. R. 2., Comp. IV. Aug. — 43) abstulerint: Comp. IV. Ms. A. — 44) intersignis: C. R. L., Comp. IV. — 45) omitt. Reg. — 46) subtrahat: Comp. IV., Reg. — 47) desid. in C. H.

Cap. XX. 48) Restitutum ex Reg. Bal. XIV. 107. — Comp. IV. h. t. c. 4. — 49) nobis innotuit: Comp. IV. Aug. — perpendimus: Reg. — 50) quod quum: C. H. L. — 51) fuit: Comp. IV. Aug. — 52) ab eo: C. R. 2. — 53) arripuit: C. R. 2. L. — attraxit: Comp. IV. Ms. A. — 54) sic ex (omitt. Comp. IV. Ms. A.) se asserit fore laesam: Comp. IV., Reg. — 55) debuit: C. H. — 56) ministerio: Comp. IV. Aug.

Cap. XXI. 57) Restitutum ex Reg. Bal. XVI. 26. — Comp. IV. c. 3. de for. comp. II. 2. — 58) Slesvicensis ep.: Reg. — cf. n. ad c. 14. de for. comp. II. 2. — 59) pariter: Comp. IV. Aug. — 60) quod: ib. — 61) quae tibi duximus respondendum: Reg. — 62) de huiusmodi querimonia: Comp. IV., Reg. — 63) suppliciter: Comp. IV. Ms. A. — 64) tandem vind.: Comp. IV. Aug. — 65) malefactorum: Comp. IV. Ms. A. B. — et

malefactorum vindictam: Reg. — 66) aut mal.: omitt. C. R. L., Comp. IV., Reg.

Cap. XXII. 67) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 68) Ebricenis: Comp. V. Ms. — Ebroicenis: Cir. — 69) Ioannis: Comp. V., Böhm. — 70) tu autem: C. R. 2. — 71) eiusdem: ib. — 72) constitit: ib. — 73) ut quum de scientia et vita laudabili commendetur, nec de illius: Comp. V., Böhm. — 74) misericordium: Cir.

Cap. XXIII. 75) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 3. — 76) quia... erat: Comp. V.

Cap. XXIV. 77) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 4. — 78) add.: Serot.: Comp. V. Ms. — Serotino: Cir. — 79) episcopo: C. L. — 80) exinde: Comp. V. Ms. — 81) inhabitatoribus: C. H. — 82) ad vicem: C. R. 1. — 83) exstiterant: C. R. 1. — 84) sustineas: ib.

Cap. XXV. 85) quantum: C. H. — 86) add.: etiam: ib.

TITULUS XIII.
DE TORNEAMENTIS.

CAP. I.¹⁾

Torneamenta fieri non debent, et vulnerato in eis conceditur poenitentia; sed, si moritur, denegatur ei sepultura ecclesiastica, si accessit animo pugnandi; secus, si accessit alia causa, ut puta ut debita sibi exigeret. Hoc dicit cum cap. sequ.

Ex concilio Lateranensi.

Felicia memoriae *Papae* Innocentii et Eugenii²⁾ praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, detestabiles illas³⁾ nundinas vel ferias, quas vulgo⁴⁾ torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto convenire⁵⁾ solent, et ad ostentationem virium suarum et audaciae⁶⁾ temere congressi⁷⁾, unde mortes hominum et animarum pericula saepe proveniunt, fieri prohibemus. Quodsi quis eorum ibi⁸⁾ mortuus fuerit, quamvis ei poscenti poenitentia⁹⁾ non negetur¹⁰⁾, ecclesiastica tamen careat sepultura.

CAP. II.¹¹⁾

Idem dicit, quod in superiori cap.

Alexander III. *Anatensis*¹²⁾ *Episcopo.*

Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod, quum quidam ad locum, deputatum torneamenti, causa requirendi *sua* debita *a quibusdam militibus, quos eo venturos putabat,* accessisset, *accidit, ut violenter et inconsiderate ab equo, in quo sedebat, super eum cadente compressus et mortuus est, sed prius dominicum corpus suscepit, et sacri olei perunctione perunctus est. Unde pro eo, quod in torneamento mortem accepit, sepultura ei fidelium prohibetur.* Nos *vero* attendentes, quod his tantum, *sicut credimus,* ecclesiastica sepultura debeat¹³⁾ interdicti, qui, ad torneamenta animo id faciendi tantum accedentes, decedunt ibidem, fraternitati tuae mandamus, quatenus, si tibi constiterit, quod *praefatus I.* ad praedictum torneamentum non animo ludendi, sed¹⁴⁾ percipiendi credita, pervenisset, licet ibi fortuito casu obierit, corpus eius dispensatione¹⁵⁾ ecclesiasticae¹⁶⁾ tradi facias sepulturae, maxime¹⁷⁾ si dominicum corpus susceperit, et sacri olei fuerit¹⁸⁾ unctione perunctus.

TITULUS XIV.

DE CLERICIS PUGNANTIBUS IN DUELLO.

CAP. I.¹⁾

Clericus, iniens duellum, sive obtulerit sive susceperit, deponendus est; poterit tamen episcopus cum eo dispensare, si mors vel mutilatio membri non sit inde secuta.

Alexander III.²⁾

Porro, si clericus alicui sponte duellum obtulerit, vel, *si* oblatum susceperit *et subierit,* sive³⁾ victor sive victus fuerit⁴⁾, de rigore iuris est merito deponendus. Sed, quantumcunque eius in hoc⁵⁾ gravis sit et enormis excessus, evadere potest⁶⁾ depositionis sententiam, si cum ipso suus episcopus duxerit misericorditer dispensandum; dummodo ex ipso⁷⁾ duello homicidium vel membrorum⁸⁾ diminutio non fuerit⁹⁾ subsequuta.

TIT. XIII. Cap. I. 1) c. 20. conc. Lat. III. hab. A. 1179. — Lips. 28. Cass. IV. un. Comp. I. h. t. c. 1. — 2) cf. c. 12. conc. Rem. hab. A. 1131, c. 14. conc. Lat. II. hab. A. 1139, qui repetitus est in conc. Rem. sub Eug. III. A. 1148. — 3) omitt. Cass. — 4) vulgus. . . vocat: ead. — 5) venit: ead., Lips., conc. — 6) audaciam, C. H., Lips. — 7) congressiuntur: Coll. citt., conc. — 8) ibidem: ib. — 9) venia: conc. — 10) add.: nec eucharistia: Lips., Cass.

Cap. II. 11) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. un. — 12) *Anathemen.*: Cont. — *Aburien.*: Comp. II. Aug., Ms. B. — *Albuten.*: Ms. A. — *Ambianen.*: Aug. in marg. — 13) debet: Böhm. — 14) si: Comp. II. Ms. A. — add.: animo: Aug. — 15) dispensatio: id., Böhm. — 16) ecclesiae: C. H., Comp. II. Ms. B. — 17) omitt. Comp. II. Ms. A. — 18) fuit: C. H., Comp. II. Ms. B.

TIT. XIV. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XXVI. 5., Lips. XI. 5., Cass. XXI. 9., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) add.: *P. C. Licet praeter*: Comp. I. — cf. c. 4. de spons. duor. IV. 6. (*Salernitano archiep.*) — 3) et: App. — 4) existit: Cass. — 5) in hac parte: Coll. citt. — seq. gravis: desid. in Cass. — 6) potest: ead. — 7) illo: App. — 8) desid. in Cass. — 9) sit: Coll. citt.

Cap. II. 10) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. un. — 11) *Clemens III.*:

CAP. II.¹⁰⁾

Irregularis est clericus, non solum si ipse interficit per se, sed etiam si pugil, ab eo datus, adversarium occidat; nec excusat consuetudo. Poterit tamen cum eo circa beneficium habendum dispensari:

Coelestinus III.¹¹⁾

Henricus presbyter *lator praesentium* notis humiliter intimavit¹²⁾, quod, quum laicum quendam super furto in saeculari placito¹³⁾ convenisset, *ipse,* quia testes sui defecerant, pugilem secundum pravam terrae consuetudinem introduxit¹⁴⁾, qui reum usque adeo ictibus¹⁵⁾ *gladii* vulneravit, quod coactus est *nocte proxima* expirare. Quia igitur super hoc nos consulere voluisti, ambiguitatem¹⁶⁾ tuam responsione huiusmodi removemus, quod tales pugiles homicidae veri existunt, nec praedictus sacerdos, licet non¹⁷⁾ ipse, sed alius¹⁸⁾ pro eo¹⁹⁾ in duello pugnaverit, debet in sacris ordinibus ministrare, sicut²⁰⁾ *etiam* tradunt sacrorum canonum instituta. Homicidium autem²¹⁾ tam facto quam praeepto, sive consilio aut defensione non est dubium perpetrari; poterit²²⁾ tamen cum eo circa habendum beneficium misericorditer dispensari.

TITULUS XV.

DE SAGITTARIIS.

CAP. UN.¹⁾

Excommunicandus est sagittarius et ballistarius contra Christianos. Hoc dicit.

Innocentius III.²⁾

Artem *autem* illam mortiferam et *Deo* odibilem³⁾ ballistariorum et sagittariorum adversus Christianos⁴⁾ et catholicos exerceri de cetero sub anathemate prohibemus.

TITULUS XVI.

DE ADULTERIIS¹⁾ ET STUPRO.

CAP. I.

Stuprans virginem tenetur eam dotare et ducere in uxorem, et, si non vult cum ea contrahere, ultra dotem corporaliter castigabitur. H. d. cum cap. sequenti.

In Exodo.²⁾

Si seduxerit quis virginem nondum³⁾ desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, et⁴⁾ habebit *eam* uxorem. Si vero⁵⁾ pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere⁶⁾ conauerunt.

CAP. II.⁷⁾

Summatum est supra capitulo proximo.

Gregorius Sipontino⁸⁾ *Episcopo.*

Pervenit ad nos, quod Felix *nepos tuus* quamdam⁹⁾ virginem, *quod nefas est dici,* stupro decept¹⁰⁾ Quod si verum est, quamvis *grave* esset de lege poena plectendus, nos *tamen,* aliquatenus legis duritiam mollientes, hoc modo disponimus¹¹⁾, ut aut¹²⁾ quam stupravit¹³⁾ uxorem habeat, aut *certe,* si renuendum putaverit, *districtius ac* corporaliter castigatus excommunicatus-

C. R. 2. L. — 12) *ad nos cum literis tuis humiliter accedens intimavit:* Comp. II. — 13) *palatio:* Comp. II. Ms. B. — 14) *induxit:* ead. — *inducit:* Aug. — *conduxit:* Ms. A. — 15) *desid. in C. R. 1. L. H.* — 16) *ad ambiguitatem huiusmodi respondemus:* Comp. II. Ms. A. — 17) *venia:* ead. — 18) *aliquis:* ead., Aug. — 19) *ipso:* Comp. II. Ms. B. — 20) *Nam sicut:* ead. — 21) *etiam:* C. R. L. H. — omitt. Comp. II. — 22) *poteris . . . dispensare:* ead.

TIT. XV. Cap. I. 1) Restitutum ex c. 29. conc. Lat. II. hab. sub Innoc. II. A. 1139. — Comp. I. h. t. c. un. — 2) *Innoc. II.:* Comp. I. — 3) *et od.:* desid. in Comp. I. Ms. — 4) *Chr. et:* desid. ib.

TIT. XVI. 1) *De adulterio:* C. L. — Cap. I. 2) *Exod. XXII. 16* seq. — Comp. I. h. t. c. 1. — 3) *nedum:* Comp. I. Ms. — *nedum:* Aug., C. R. L., Vulg. — 4) *vel:* C. R. 2. — 5) *abest a Comp. I. et Vulg. — 6) recipere:* C. H.

Cap. II. 7) Restitutum ex Greg. I. Reg. III. 43. — Lips. I. IX. 13., Comp. I. h. t. c. 2. — 8) *Felici Sipontino ep.:* Reg. — 9) *Euglerii (Euglerii):* Lips. *disconi tui filium:* Lips., Comp. I. — *Perv. autem ad nos, quod suprascriptus Felix Evangelii disconi tui fil.:* Reg. — 10) *deceperit:* ib. — 11) *huiusmodi disponendo, s. e.:* Lips., Comp. I. — *huiusmodi disponendo praecipimus:* Reg. — 12) *eam:* C. H. — 13) *stupraverit:* C. R. 1.

que, in monasterio¹⁴⁾, in quo agat¹⁵⁾ poenitentiam, retrudatur¹⁶⁾, de quo "ei" nulla sit egrediendi sine "nostra" praeceptione¹⁷⁾ licentia. "Ita igitur fraternitas tua ut haec compleantur student etc."

CAP. III.¹⁸⁾

Maritus, retinens adulteram coniugem non peracta poenitentia, particeps est delicti; secus, si egerit poenitentiam; non tamen debet eam saepe recipere.

Ex concilio Arelatensi.¹⁹⁾

Si vir sciens²⁰⁾, uxorem suam deliquisse, quae non egerit poenitentiam, sed permanet²¹⁾ in fornicatione "sua," vixerit²²⁾ cum illa: "vir" reus erit et eius peccati particeps. Quodsi mulier dimissa²³⁾ egerit poenitentiam, et voluerit ad virum suum²⁴⁾ reverti, debet, sed non saepe, recipere peccatricem, "quae poenitentiam egit."

CAP. IV.²⁵⁾

Maritus propter suspicionem potest accusare uxorem de adulterio, et in accusando praefertur ceteris.

Ex concilio Parisiensi.²⁶⁾

Maritis "sane" etiam²⁷⁾ ex²⁸⁾ suspicionem uxores accusare permittitur, et ipsi plus ceteris de adulterio et²⁹⁾ accusare possunt et defendere.

CAP. V.³⁰⁾

Ad solam mulieris confessionem, asserentis, se commisisse adulterium cum sacerdote, non debet sacerdos puniri, sed sibi infamato potest indici purgatio; quam si praestiterit, absolvitur, deficiens vero suspenditur ab officio.

Alexander III.³¹⁾

Significasti nobis, quendam presbyterum cum alterius coniuge "instinctu diabolico" infra³²⁾ ecclesiam "frequenter, sicut asseris," dormivisse, quae "atque" se et illum cuidam sacerdoti huiusmodi delictum confessos fuisse, publice tibi detexit, et hoc ipsum idem sacerdos, nomen adulteri celans³³⁾, in praesentia tua dixit³⁴⁾. Super quo³⁵⁾ quid fieri debeat, quum, negante adultero, mulier in confessione persistat³⁶⁾, "ab apostolica sede" consilium requisisti. Ideoque³⁷⁾ mandamus, quatenus³⁸⁾ condignam³⁹⁾ poenitentiam praefatae imponens adulterae, ecclesiam "praehatam" per asperionem⁴⁰⁾ aquae benedictae reconciliare procures. Praedicto autem sacerdoti, ne contra Apostolum infirmorum corda mala fama ipsius percussantur⁴¹⁾, et ne⁴²⁾ vituperetur ministerium nostrum, neque⁴³⁾ securiores presbyteri existentes in peccatum licentius⁴⁴⁾ prolabantur, cum⁴⁵⁾ vicinis quinque presbyteris, quos se nolle peierare cognoveris⁴⁶⁾, iuxta arbitrium tuum purgationem indicas. Quem⁴⁷⁾, si purgare se poterit⁴⁸⁾, in officio suo⁴⁹⁾ ministrare⁵⁰⁾ permittas; alioquin⁵¹⁾ ab officio suo ipsum suspendere non postponas.

CAP. VI.⁵²⁾

Coniux coniugem de adulterio impetere non potest, si et ipse adulterium commisisse convincatur.

Innocentius III. Turonensi Archiepiscopo.⁵³⁾

Intelleximus "tam per literas venerabilis fratris nostri Pictacensis episcopi, quam per ea, quae coram dilecto filio Andrea subdiacono et capellano nostro, super hoc auditore concessio, subposita pro partibus extiterunt," quod, quum S.⁵⁴⁾ laicus H.⁵⁵⁾ uxorem

suam a maritali consortio "sine causa rationabili" depulisset, "idem episcopus" dioecesanus eorum, audiens, "mulierem" eandem cum quodam adultero fornicari, eam et illum vinculo excommunicationis adstrinxit, quae, tandem adulterum⁵⁶⁾ abiurans, absolute recepta coram episcopo memorato praedictum virum sibi restitui postulavit. At ille, "huiusmodi" obiciens ei adulterium⁵⁷⁾, "de quo prolem genuisse dicebat eandem," et quod ab ipso non expulsus⁵⁸⁾, sed spontanea recessisset, restitutionem sui proposuit "ei esse" minime faciendam; quod mulier "memorata prorsus" inficiens, replicavit in ipsum, quod fuerat fornicatus, "et de fornicatione sobolem procrearat, propter quod tali exceptione uti non poterat contra ipsam. Quum autem, utrique parti probandi haec facultate concessa, praefata mulier per quosdam testes eiusdem viri adulterium probavisset, quos vir ipse dicebat tanquam minus idoneos reprobandus, tandem ab eo fuit ad nostram praesentiam appellatum." Quocirca "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, nisi tibi constiterit, vel per evidentiam rei⁵⁹⁾, vel per confessionem legitimam mulieris, quod adulterata sponte⁶⁰⁾ fuisset, adulterii etiam, quod vir dicitur commississe, probatione cessante, ipsum recipere compellas eandem. Quodsi praedicto modo de mulieris fornicatione constiterit, nisi testes, per quos viri adulterium est probatum, fuerint probati, quum matrimonii ius in utroque laesum⁶¹⁾ consistat, et paria delicta mutua compensatione tollantur: nihilominus eum cogas, ut eam recipiat, et maritali affectione pertractet; alioquin mulieri "praedictae" silentium imponere non postponas. "Dat. Lat. VI. Kal. Maii Ao. XI." [1208.]

CAP. VII.⁶²⁾

Non debet separari matrimonium quoad torum propter adulterium, quando ambo coniuges fuerint adulterati.

Idem Episcopo Ambianensi.

Tua fraternitas requisivit "a nobis," utrum, aliquo denegante⁶³⁾ uxori suae in adulterio deprehensae debitum coniugale, si postmodum ipso cum alia perpetret adulterium manifeste, "an uxore agente poenitentiam de commisso et veniam humiliter postulante, vir" cogi debeat, ut eandem maritali affectione pertractet (Et infra:⁶⁴⁾ Super quo tibi "taliter" respondemus, quod, quum paria⁶⁵⁾ criminis compensatione mutua deleantur, vir huiusmodi fornicationis⁶⁶⁾ obtentu suae uxoris⁶⁷⁾ nequit consortium declinare. "Dat. Anagninae Id. Iun. Ao. XI." [1208.]

TITULUS XVII

DE RAPTORIBUS, INCENDIARIIS ET VIOLATORIBUS ECCLESIAE.

CAP. I.²⁾

Ratione rapinae sortitur quis forum non sui iudicis, et ab eo poterit puniri proprio iudice suffragante.

Ex concilio Meldensi.³⁾

De illis autem, qui "intra parochiam beneficium aut hereditatem habent, et alterius episcopi parochiani sunt, et" de loco ad locum iter faciunt, et ibi⁴⁾ rapinas et depraedationes peragunt, placuit, ut ab illius loci praelato⁵⁾ excommunicentur, nec ante ex⁶⁾ parochia illa⁶⁾ exeant, quam digne quae perpetrarunt emendant; quorum excommunicatio "seniori eorum et" proprio episcopo significanda est, ne⁷⁾ eos recipiat⁸⁾, antequam illuc redeant, ubi rapinam fecerint⁹⁾, et omnia plene¹⁰⁾ emendant.

Cap. II. 14) monasterium: Reg., Cont. — 15) ubi peragat: Reg. — 16) detrudatur: Böh. — 17) praecepto: Cont.

Cap. III. 18) Restitutio ex Comp. I. h. t. c. 3. — 19) Aurelianen.: Comp. I. — est tamen desumptum ex libro, qui dicitur Pastor, cf. c. 7. C. XXXIV. qu. 1. 2. — 20) sciverit uz. deliquisse, et non egerit poen. mulier: Comp. I. — 21) permanens: C. H. — 22) et vivit: Comp. I. Aug. — et vixerit: Ms. — 23) din. fornicatione: C. H. — 24) omitt. Comp. I.

Cap. IV. 25) Sumptum est ex interp. ad c. 2. Theod. Cod. I. h. t. c. 3. — 26) Alex. III. episc. Parisiensis: Comp. I. Aug., omnino male. — 27) autem: C. H. — 28) ex sola susp.: Comp. I. Aug. — 29) omitt. ead.

Cap. V. 30) Restitutio ex App. L. 21., Cass. XXI. 7., Comp. I. h. t. c. 6. — 31) Carantensi ep. in XII. libr. Reg. Pars illius cap.: Quum sacrosancti Romani (!) App. — Introveniens (Conventrensis) ep., in registro XII. f. Cass. — 32) inter eccl.: Böh. — in ecclesia: App. — 33) adulterii: Cass. — 34) dicitur deposuisse: Cass., Comp. I. — 35) de quibus: Cass. — super quibus: Comp. I. — 36) existat: C. R. 1. — 37) Nos (illos: Cass.) igitur (ergo: App.) iuxta sanctorum Patrum decreta volumus: Coll. cit. — 38) ut: oned. — 39) dignam: Comp. I. Aug. — 40) per asperionem atque sanctificatione: Cass. — per aspera: quum sanctificatione reconcilias: App., Comp. I. — 41) percussantur: C. R. I. L. — 42) et non: Comp. I. Aug. — 43) ne: Cass. — 44) libentius: C. H. — 45) cum et: quinque: omitt. Cass., Comp. I. — 46) noveris... purga-

tionis iudices: Cass. — 47) Qui: Comp. I. — Quod: App. — 48) poterit: Comp. I. — 49) desid. in Cass. — 50) add. ipsum: App. — 51) Si vero non poterit (poterit: App.), ipsum (omitt. Cass.) ab officio suo suspendere nulla ratione postponas: Coll. cit.

Cap. VI. 52) Restitutio ex Reg. Bal. XI. 70. — Comp. III. h. t. c. 1. — 53) Tullensis ep.: Cont. — 54) Helendus: C. H. — 55) Elisabeth: Comp. III. Ms. — Elisabeth: Aug. — Helizabeth: Reg. — 56) adulterium: C. H. — eum, qui dicebatur vius adulter: Comp. III. Reg. — 57) compulsas: C. R. 1. — repulsa: C. R. 2. — 58) omitt. Reg. — 59) facti: C. H. — add. vel per evidentiam facti: C. L. — 60) quod taliter adulteratu fuisset: Comp. III. Reg. — 61) omitt. C. R. L. H. Comp. III. Reg.

Cap. VII. 62) Restitutio ex Reg. Bal. XI. 101. — Comp. III. h. t. c. 2. — 63) deneganti: Böh. — 64) superflua sunt haec verba, quum nihil desideretur. — 65) quod compariis: Ed. Rom. oper. mend. — 66) de forn.: Comp. III. Aug. — 67) uxori: C. R. 1.

TIT. XVII. 1) De raptoribus et incendiariis: C. R. 1. — De raptoribus, praedonibus et incendiariis et violatoribus ecclesiarum: C. H. — Cap. I. 2) Restitutio ex Lips. VIII. 7., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) Immo ex Cap. Reg. Fr., cf. c. ult. C. VI. qu. 3. et Coll. ibi cit. — 4) non exstat in Comp. I. — et ibi: omitt. Lips. — 5) ab ill. l. pr.: add. a Raym. — 6) de: Lips. — 6) omitt. Coll. cit. — 7) nec: Comp. I. Ms. — 8) recipiatur: Coll. cit. — 9) fecerunt: ead., C. R. L. H. — 10) pleniter: Coll. cit.

CAP. II.¹¹⁾

Manifestus raptor vel ecclesiae violator, si restituit vel de restituendo cavet, in vita et in morte ad poenitentiam et ad sepulturam admittitur. Si vero noluit cavere, quum posset, et in morte non posset, clerici eius sepulturae interesse non debent, et clerici, intereuntes vel iniungentes poenitentiam contra hanc dispositionem, deponuntur ab officio et beneficio.

Eugenius III.¹²⁾

Super eo vero¹²⁾, "quod de raptoribus et ecclesiarum violatoribus, atque presbyteris, qui poenitentiam eis iniungere vel eorum oblationes contra statutum nostrum suscipere attentaverint, a nobis communi deliberatione statutum in concilio cum fratribus nostris statutum in constitutione ipsa, sanctorum Patrum vestigia subsequentes, auctoritate Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli pariter confirmamus," Statuimus¹⁴⁾ ut quicumque ex his "raptoribus," qui "in Urbe suggerente diabolo" violenter surrexerint¹⁵⁾ in rapinam¹⁶⁾, sive in ecclesiarum violatione¹⁷⁾ manifeste fuerit deprehensus¹⁸⁾, nisi prius ablata restituat, si poterit, vel emendandi¹⁹⁾ firmam et plenam securitatem fecerit, poenitentiae beneficium ei penitus denegatur. Si vero usque ab obitum, "quod absit," in contumacia sua duraverit²⁰⁾, et in extremis positus remedium poenitentiae humiliter postulaverit, si emendationem²¹⁾ vel emendandi securitatem praestiterit, "ac fideiussores, qui ablata restituere debeant, idoneos dederit," ei²²⁾ poenitentia et sepultura ecclesiastica concedatur²³⁾. Qui autem in sanitate²⁴⁾ obstinata mente²⁵⁾ non poenituerit vel emendaverit, et in morte securitatem "ac fideiussores, sicut diximus," praestare nequiverit, solennitas poenitentiae²⁶⁾ "quidem" parum prodesse videtur²⁷⁾, sicut credimus; sed de peccato contrito²⁸⁾ viaticum non negetur²⁹⁾, ita tamen, ut nullus clericorum sepulturae illius intersit, nec eius elemosynam praesumat³⁰⁾ accipere. Quodsi qui presbyterorum vel clericorum³¹⁾ contra hoc³²⁾ in vita vel in morte poenitentiam³³⁾ dare, aut sepulturae "illorum" interesse, vel eorum³⁴⁾ elemosynas accipere attentaverint³⁵⁾, seu³⁶⁾ huiusmodi³⁷⁾ rapinae participes inventi fuerint: ordinis sui damnium irrecuperabiliter³⁸⁾ patiantur, et ecclesiastico beneficio careant.

CAP. III.³⁹⁾

Excommunicari debent qui capiunt vel spoliunt fideles, ex iusta causa navigantes. H. d. primo. Excommunicati sunt spoliantes naufragium patientes, nisi ablata restituant. Hoc secundo.

Ex concilio Lateranensi.⁴⁰⁾

Excommunicationi⁴¹⁾ "quoque" subdantur, qui Romanos aut alios Christianos, pro negotiatione vel aliis⁴²⁾ honestis causis navigio vectos, aut capere aut rebus suis spoliare⁴³⁾ praesumunt. Illi etiam⁴⁴⁾, qui Christianos naufragium⁴⁵⁾ patientes, quibus secundum regulam fidei auxilio esse⁴⁶⁾ tenentur, damnata⁴⁷⁾ cupiditate spoliant⁴⁸⁾ rebus suis, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se noverint subiacere.

CAP. IV.⁴⁹⁾

Ex principis delegatione possunt praelati de raptu et aliis criminibus iudicare; poenam tamen sanguinis infligere non possunt.

Alexander III. Panormitano Archiepiscopo.

In archiepiscopatu tuo "dicitur contingere" quandoque, "quod" Sarraceni mulieres Christianas et pueros rapiunt, et eis abuti praesumunt, et quosdam etiam, "quod auditu est terribile," interdum

occidere non verentur⁵⁰⁾. Quum autem excessus huiusmodi "carrissimus in Christo filius noster, illustris rex Siciliae "Willelmus" tibi et aliis episcopis⁵¹⁾ commiserit⁵²⁾ puniendos, "quid de Sarracenis agendum sit, qui fuerint in tam nefario scelere intercepti, tua nos duxit prudentia consulendos. Super quo utique" Consultationi tuae taliter respondemus, quod tales⁵³⁾, in iurisdictione tua existentes, pecuniaria poteris poena mulctare, et etiam flagellis afficere⁵⁴⁾, ea "tamen" moderatione adhibita, quod flagella in vindictam sanguinis transire minime videantur. Si vero ita fuerit⁵⁵⁾ "super hoc" gravis "Sarracenorum" excessus, quod mortem vel detractionem⁵⁶⁾ membrorum debeant sustinere, vindictam "ipsam exercendam" reserves regiae potestati.

CAP. V.⁵⁷⁾

Incendarius ecclesiae, in morte poenitens et absolutus, in coemeterio sepelitur, et heredes compelluntur ad satisfaciendum iuxta facultatem defuncti. Hoc dicit.

Idem Claremontensi⁵⁸⁾ Episcopo.⁵⁹⁾

In⁶⁰⁾ literis tuis, "quas I. lator praesentium exhibuit," continebatur, quod, quum H.⁶¹⁾ multis fuisset criminibus irretitus, qui ecclesiarum incendium⁶²⁾ diabolo instigante commiserat, tandem in "ultima" aegritudine constitutus, "se confessus est peccatorem, et," accepta poenitentia de commissis, per manum capellani sui fuit a sententia anathematis absolutus, sed moriens ecclesiasticam sepulturam habere nequivit. Quapropter, si ita res se⁶³⁾ habet, "fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, ut⁶⁴⁾ corpus eiusdem "patris I. supra dicti" appellatione cessante facias in⁶⁵⁾ coemeterio sepeliri, et heredes eius moneas et compellas, ut his, quibus ille⁶⁶⁾ per incendium vel alio modo damna contra iustitiam irrogaverat⁶⁷⁾, iuxta facultates suas condigne satisfaciant, ut sic a peccato valeat liberari.

CAP. VI.⁶⁸⁾

Raptus non dicitur, ubi volens pro matrimonio abducitur; raptor tamen cum rapta matrimonio contrahere potest, et post consummationem matrimonii alter sine consensu alterius religionem ingredi non potest. H. d. cum cap. sequenti.

Lucius III.⁶⁹⁾ Burgeni Episcopo.

Quum causam⁷⁰⁾, quae inter E.⁷¹⁾ militem "latorem praesentium" et uxorem eius vertitur⁷²⁾, "tuae commississemus experientiae terminandam, E. miles repelens, mulierem legitime sibi nupsisse, per probationes canonicas constanter se asseruit probaturum. Femina vero proposuit, quod dominorum et parentum suorum suggestione alteri viro tradita, ab illius militia amore divertit, qui a parentibus eam prius rapuerat, illa tamen volente, ut dicitur, et postmodum, priusquam eam cognosceret, desponsavit, deinde inclusa est in monasterium monialium, ubi etiam detinetur. Unde, quoniam super his prudentia tua duxit sedem apostolicam consulendam, significatione praesentium tibi" Respondemus, quod, quum ibi raptus dicitur⁷³⁾ admitti, ubi nil autem de nuptiis agitur, iste raptor dici non debet, quum habuerit mulieris assensum⁷⁴⁾, et prius eam desponsaverit⁷⁵⁾, quam cognoverit; licet parentes "forsitan" reclamarent, a⁷⁶⁾ quibus eam dicitur, rapuisse. Praeterea quum post matrimonium, carnis commixtione⁷⁷⁾ perfectum, teste Apostolo⁷⁸⁾ uxor sui corporis potestatem non habeat⁷⁹⁾, sed maritus, et e converso: si praecessisse matrimonium vel ex probationibus viri "canonicis," vel ex mulieris confessione claruerit⁸⁰⁾, postmodum⁸¹⁾ sine assensu viri non potuit ipsa⁸²⁾ monasterium ingredi,

Cap. II. 11) Restitutum ex App. XXXIV. 1., Lips. VIII. 1., Cass. XX. 1., Comp. I. h. t. c. 5. — 12) Eug. III. (omitt. Cass.) universo clero: Coll. c. 13) abest a Coll. c. 14) Statuentes: Coll. c. 15) subtraxerint: Comp. I. Aug. — subreperint: Ms. — subreperit: Lips. — 16) rapina: App., Lips., Comp. I. — 17) violationem: Cass. — sive ecclesiarum violatione: Cont., Böhm. — 18) comprehensus: C. R. 1. — deprehensus est vel amodo fuerit: Coll. c. 19) emendandum: Cass. — seq. firmam et: omitt. App. — 20) perduraverit: C. H. — 21) emendationis: Lips. — 22) eis: Cass. — 23) concedatur: C. R. 1. L., Coll. c. 24) add.: constituti: Cass. — 25) mente poenitentiam vel emendaverint... nequiverint: ead. — 26) poenitentiam: Cass., Comp. I. Aug. — poenitentia: Ms., Lips. — 27) videntur: Lips. — 28) add.: corde: Cont. — de p. c.: omitt. Coll. c. 29) denegatur: C. R. 1. — denegatur eis: Cass. — 30) praesumunt: C. H. — 31) vel cl.: omitt. ib. — 32) contra statutum nostrum: App. — contra statutum nostra: Lips., Cass., Comp. I. — 33) poenitentiam: Comp. I. Aug. — 34) abest a C. R. 1. — 35) tentaverit: C. L. — attentaverit: C. R. 1., Lips., Comp. I. — 36) si: Comp. I. Aug. — 37) huius: Cass. — 38) irrecuperabile: C. R. 2. — irr. et rationabiliter: Lips.

Cap. III. 39) c. 24. conc. Lat. III. (hab. A. 1179.) — Lips., 12., Cass. XII. 14., Comp. I. h. t. c. 2. — 40) add.: P. C. Quorundam: Comp. I. Ms. — P. C. Ita quorundam: Aug. — cf. c. 6. de Ind. V. 6. — 41) Excommunicationis quoque poenae subdantur: Coll. c. 11., conc. — 42) pro al.: Cass. — 43) exspoliare: ead. — 44) autem: C. H. — 45) naufragia: conc. — 46) desid. in Lips. — 47) damnanda: Coll. c. 11., conc. — 48) spoliave-

rint: C. R. 2. — spoliare (exspoliare: Cass.) praesumunt: ib.

Cap. IV. 49) Restitutum ex App. L. 48., Comp. I. h. t. c. 3. — 50) occidunt: App., Comp. I. Aug. — 51) personis ecclesiasticis, quae pontifici sunt praeditae (supereminet: App.) dignitate: App., Comp. I. — 52) commisit: App. — 53) quod, si tales in iurisdictione tua sunt, vel in posterum (sunt vel postmodum: App.) fuerint intercepti, eos pecuniaria: App., Comp. I. — 54) affigere: C. R. 1. h. — 55) fuerint... graves: App. — 56) truncationem: ead., C. L.

Cap. V. 57) Restitutum ex App. XXXIV. 2., Lips. VIII. 2., Cass. XX. 2., Comp. I. h. t. c. 6. — 58) Claremontino: Cass. — Claremontino: App., Lips., Comp. I. — Claremontensi: Böhm. — 59) archiepiscopo: C. R. 1. — 60) omitt. App. — 61) pater eius: Coll. c. 11. — 62) excidium: C. R. 2. — qui (quae: Aug.) per appositionem ignis ecclesiarum excidium (incendium: App., Cass.) diabolo instigante (suggerente: App.) commiserat: Coll. c. 11. — 63) desid. in Cass. — 64) quatenus: Coll. c. 11. — 65) omitt. Lips. — 66) desid. ap. Aug. — 67) irrogaverit: Cass., Comp. I. Aug. — irrogavit: Ms., App., Lips.

Cap. VI. 68) Restitutum ex App. L. 34., Comp. I. h. t. c. 4. — 69) Alex. III.: C. R. 2. — Nebenen.: App. — Noesbergen. ep.: Comp. I. Ms. — Nonhebergensi: Aug. — (Numburgensi) — 70) causa: C. R. L., Cont. — 71) R.: C. R. 1. — (I.: C. R. 2. — 72) est: App. — 73) dicitur: Comp. I. — 74) consensum: C. R. 2. per tot. — 75) desponsavit: C. L. — 26) a... rap.: add. a Raym. — 77) permixtione: App. — 78) 1 Cor. VII. 4. — 79) habet: App. — 80) declaravit: Aug. — 81) post matrimonium: Böhm. ex Cont. — 82) femina: App., Comp. I.

aut aliter⁸³) continentiam profiteri. Non⁸⁴) ergo pro eo, quod post matrimonium consummatum rapta per vim⁸⁵) in⁸⁶) monasterio fuerit, viri⁸⁷) poterit consortium declinare; maxime si⁸⁸) probari nequeat, virum, ut mulier profiteretur⁸⁹) continentiam, assensisse.

CAP. VII.⁹⁰)

Rapta potest matrimonium contrahere cum raptore, ubi dabitur libera facultas in contrahendo.

Innocentius III. *Episcopo Saronensi.*⁹¹)

Accedens ad apostolicam sedem (*Et infra: [cf. c. 24. de praeb. III. 5.]*) Rapta puella legitime contrahet⁹²) cum raptore, si prior dissensio transeat postmodum in consensum, et quod ante displicuit tandem incipiat complacere, dummodo ad contrahendum legitimae sint personae.

TITULUS XVIII.

D E F U R T I S.

CAP. I.

*In Exodo.*¹)

Qui furatur hominem, et vendiderit eum, convictus noxae morte moriatur.

CAP. II.²)

Furibus et latronibus in peccato obeuntibus sacramenta ecclesiastica deneganda sunt; secus, si in morte eos poenituit.

Ex concilio Triburiensi.

Fures et³) latrones si in furando vel⁴) depraedando⁵) occidunt⁶), visum est, pro eis non esse⁷) orandum. Sed⁸) si comprehensi aut vulnerati presbytero vel diacono confessi fuerint, communionem⁹) eis non negamus¹⁰).

CAP. III.¹¹)

Committens furtum ex necessitate non multum argente, peccat, sed non graviter; unde imponenda est ei levis poenitentia. H. d. secundum communem intellectum.

Ex poenitentia Theodori.

Si quis¹²) propter necessitatem famis aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem vel pecus, poeniteat hebdomadas tres¹³), et, si reddiderit, non cogatur ieiunare.

CAP. IV.¹⁴)

Non indicans furem propter lucrum, quod ab eo consequitur, reus peccati est.

Hieronymus super Parabolas.

„Qui cum fure partitur, occidit¹⁵) animam suam.“ Non fur solum, sed ille reus tenetur, qui, furti conscius, quaerente possessore non indicat.

CAP. V.¹⁶)

Fur occultus potest post restitutionem et poenitentiam ad sacros ordines promoveri.

Alexander III. *Cremonensi Episcopo.*

Ex literis tuis, „si bene meminimus, auribus nostris“ innotuit, „et dilecti filii I. subdiaconi nostri diligenti relatio patefecit,“ quod B.

„lator praesentium“ calicem quandam in ecclesia minus caute dimissum¹⁷) rapiens, longo tempore detinere¹⁸) praesumpsit. „Postea tamen poenitentia ductus presbytero in confessione excessum suum humiliter et reverenter aperuit, et ecclesiae iuxta eiusdem presbyteri consilium, prout dignum fuit, exinde satisfecit. Unde quoniam propter hoc ipsum tuae fraternitatis discretio dubitat ordinare, prudentiae tuae per apostolica scripta praecipiendo“ Mandamus, quatenus, si „praedictus B.“ sponte¹⁹) confessus fuerit „huiusmodi praesumptionis excessum,“ et exinde ecclesiae, cuius calix fuerat²⁰), satisfecerit, nec est super hoc nota vel infamia manifesta respersus, post peractam poenitentiam aut congruam partem poenitentiae, dummodo alias idoneum ipsum esse cognoscas, ad sacros ordines non dubites promovere.

TITULUS XIX.

D E U S U R I S.

CAP. I.¹)

Usura est lucrifacere fructus rei pignorate; fallit in casu hic excepto.

Alexander III. *in concilio Turonensi.*²)

Plures clericorum³), „et, quod moerentes dicimus, eorum quoque, qui praesens saeculum professione vocis et habitu reliquerunt, dum communes usuras, quasi manifestius damnatas, exhorrent, commodata pecunia indigentibus, possessiones eorum in pignus accipiunt, et provenientes fructus percipiunt ultra sortem. Idcirco“ Generalis concilii decrevit⁴) auctoritas, ut nullus „amado“ constitutus in clero vel hoc vel aliud genus usurae exercere praesumat. Et si quis⁵) „hactenus“ alicuius possessionem⁶) data pecunia sub hac specie vel conditione⁷) in pignus acceperit, si sortem suam⁸) deductis expensis de fructibus⁹) iam perceperit¹⁰), absolute¹¹) possessionem restituat debitori. Si autem aliquid minus habet, eo recepto¹²), possessio libere ad dominum revertatur. Quodsi post huiusmodi constitutum¹³) in clero quisquam exstiterit¹⁴), qui detestandis¹⁵) usurarum lucris insistat, ecclesiastici officii¹⁶) periculum patiatur¹⁷), nisi forte ecclesiae beneficium fuerit, quod redimendum ei hoc modo¹⁸) de manu laici¹⁹) videatur.

CAP. II.²⁰)

Idem in effectu dicit cum praecedenti cap., sed addit tacite item esse in laicis. Nam in praecedenti capite tantum fuit facta mentio de clericis.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo et eius Suffraganeis.

Quoniam non solum viris ecclesiasticis, sed etiam quibuscumque aliis periculosum est usurarum lucris intendere, auctoritate „tibi“ praesentium duximus iniungendum²¹), ut eos²²), qui de possessionibus vel arboribus, quas tenere in pignore noscuntur, sortem „suam“ deductis expensis „inde iam“ receperunt, ad eadem pignora restituenda sine usurarum²³) exactione²⁴) ecclesiastica districtione compellas.

CAP. III.²⁵)

Manifesti usurarii ad communionem altaris et ecclesiasticam sepulturam et oblationem offerendam admitti non possunt, et clerici, contra hoc facientes, puniuntur, ut hic dicitur.

Idem in concilio Lateranensi.

Quia in omnibus fere locis ita crimen²⁶) usurarum invaluit, ut multi²⁷), aliis negotiis praetermissis, quasi licite usuras exerceant, et qualiter utriusque testamenti pagina condemnentur²⁸), nequam²⁹) attendant: ideo³⁰) constituimus³¹), quod³²) usurarii ma-

Cap. VI. 83) alter: Comp. I. Ms. — 84) Nec: Aug. — 85) virum: App. — 86) de: ead., Comp. I., C. R. I. — 87) eius: App., Comp. I. — 88) dummodo: ead. — 89) proficitur: Aug.

Cap. VII. 90) Comp. III. h. t. c. un. — 91) Glacien.: Comp. III. (cf. c. 24. de praeb. III. 5.) — 92) contraheret: C. R. I. I.

TIT. XVIII. Cap. I. 1) Exod. XXI. 16. — Comp. I. h. t. c. 1. Cap. II. 2) cf. c. 31. C. XIII. qu. 2. et Coll. ibi alleg. — App. XXXIV. 2. (ex conc. Turonensi), Comp. I. h. t. c. 4. — 3) vel: C. H. — 4) et: App., Comp. I. — 5) praelaudato: App. — 6) occidantur: C. R. 2. — 7) omitt. App., Comp. I. — 8) et: App. — omitt. Comp. I. — 9) add.: et sepulturam: C. H. — 10) denegamus: App., Comp. I. Ms.

Cap. III. 11) Reg. II. 431., Burch. XIX. 56., Iv. Decr. XIII. 42., Comp. I. h. t. c. 5. — 12) Si quis per necessitatem (pro necessitate: Aug.) furatus fuerit cibaria vel vestem vel pecus per (propter: Burch., Comp. I. Ms.) funem aut per (omitt. Burch., Comp. I. Ms.) nuditatem: Coll. citt. — 13) IV.: Reg. — seq.: Et: omitt. Coll. citt.

Cap. IV. 14) Gloss. ord. in Prov. XXI. 24. — Comp. I. h. t. c. 6. — 15) odit: Comp. I. I. Vulg.

Cap. V. 16) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 7. — 17) dimissum invenit, quem licet avaritiae cupiditate rapuerit, et insipienter longo tempore detinuerit: Comp. I. — 18) retinere: C. R. 2. — 19) spontanea voluntate sui animi: Comp. I. — 20) fuerit: ead., C. L.

TIT. XIX. Cap. I. 1) Restitutum ex c. 2. conc. Tur. (hab. A. 1163.) — App. XVI. 9., Lips. IX. 5., Cass. XX. 8., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Alex. III. Winton. ep.: C. H. — 3) clericos: Cass. — 4) decernit: Lips., Comp. I., conc. — 5) aliquis: App., Comp. I. Aug. — 6) possessiones: Lips. — 7) vel cond.: omitt. C. R. I. I. H., Coll. citt., conc. — 8) omitt. App. — 9) de fr.: desid. in Lips. — 10) percepit: Cont., Böhm. — 11) absolutum: Lips., Cass. — 12) eo rec., quod deest, possessionem ei resignet: App. — 13) constituta: Comp. I., conc. — post haec (hoc: Cass.) constitutus: Lips., Cass. — Si autem quis in clero exstiterit: App. — 14) constiterit: C. R. I. — 15) de debeat.: Cass. — detest. sibi: App. — 16) beneficium: App. — 17) incurrat: Lips., Cass. — 18) hoc in.: omitt. App. — 19) laicali: ead. — laica: conc.

Cap. II. 20) Restitutum ex App. XVI. 3., Lips. IX. 2., Cass. XX. 5., Comp. I. h. t. c. 4. — 21) respondendum: C. R. I. — 22) ut liceat tibi clericos tuos... compellere: Coll. citt. — 23) omitt. Lips., Cass., Comp. I. — 24) dilutione: Cass.

Cap. III. 25) c. 25. conc. Lat. III. (hab. A. 1179.) — Lips. 16., Cass. IX. 1., Comp. I. h. t. c. 2. — 26) tantum us. inolevit: conc. — 27) multis: Aug. — 28) condemnentur: Lips., Cass., Comp. I. Aug. — 29) nequaquam: Lips., Cass., conc. — 30) Ideoque: Lips. — 31) statuimus: C. R. I. — 32) ut: C. R. L. H., Coll. citt., conc.

affesti nec ad communionem admittantur altaris, nec Christianam, si in hoc peccato decesserint, accipiant sepulturam, sed nec oblationes³³⁾ eorum quisquam³⁴⁾ accipiat³⁵⁾. Qui autem acceperit³⁶⁾, vel³⁷⁾ Christianae tradiderit sepulturae, et "ea," quae acceperit³⁸⁾, reddere compellatur; et, donec ad arbitrium episcopi sui³⁹⁾ satisfaciatur⁴⁰⁾, ab officii sui maneat executione suspensus.

CAP. IV.⁴¹⁾

Potest intelligi dupliciter, primo in mutante, secundo in recipients usuris, et secundum primum intellectum hoc dicit: Etiam pro opere pio non licet usuris recipere, quando per receptionem datur causa usurarum committendae. H. d. Vel sic et clarius: Non licet inducere quem ad exercendum usuras etiam pro pio opere. Et ista lectura colligitur ex decisa.

Idem Panormitano Archiepiscopo.

Super eo vero, "quod a nobis tua dilectio postulavit, utrum possit in recipienda pecunia ad usuram dispensatio fieri, ut pauperes, qui in Saracenorum captivitate tenentur, per eandem possint pecuniam liberari, praesentibus tibi litteris" Respondemus⁴²⁾, quod, quam usurarum crimen utriusque testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam⁴³⁾ posse fieri non videmus, quia, quam scriptura sacra prohibeat, "vel" pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus⁴⁴⁾ est quis, ne⁴⁵⁾ etiam pro⁴⁶⁾ redimenda vita captivi usurarum crimine involvatur.

CAP. V.⁴⁷⁾

Usurarii, qui sunt solvendo, coguntur per poenas Lateranensis concilii usuras restituere, etiam quos ante concilium receperunt; et facultatibus non exstantibus debent possessiones, emptae ex pecunia foenebris, vendi, et debentibus recipere satisfieri.

Idem Salernitano Archiepiscopo.

Quam tu, "sicut asseris," manifestos usurarios, "scilicet qui in illo peccato decesserint," iuxta decretum nostrum, quod⁴⁸⁾ nuper in concilio promulgatum est, communionem altaris et ecclesiastica praeciperis sepultura privandos, donec reddant⁴⁹⁾ quod tam prave receperant⁵¹⁾; quidam eorum "dicunt, ad solvendas perceptas usuras proprias non sufficere facultates. Alii vero promittunt, se partes usurarum, quae habent prae manibus, reddituros; sed usuras alias, quas extorserant, quam de his possessiones comparatae sunt, et eorum filiis vel parentibus traditae, se non posse reddere confitentur. Alii vero" ad excusandas excusationes in peccatis impudent⁵²⁾ affirmant, illas duntaxat usuras restituendas, quae sunt post interdictum nostrum receptae, "nec aliquos ad solvendas usuras, quas ante interdictum nostrum receperant, debere compelli." Super his fraternitati tuae taliter respondemus⁵³⁾, quod, sive ante sive post interdictum nostrum⁵⁴⁾ usuras extorserint⁵⁵⁾, cogendi⁵⁶⁾ sunt per poenam⁵⁷⁾, quam statuimus in concilio, eas his, a quibus extorserunt^{57*)}, vel eorum heredibus restituere, vel, his non superstitibus, pauperibus erogare; dummodo in facultatibus habeant⁵⁸⁾, unde ipsis⁵⁹⁾ possint eas restituere, quam iuxta verbum⁶⁰⁾ B. Augustini non remittatur⁶¹⁾ peccatum, nisi restituatur ablatum. Illi autem, qui non habent in facultatibus⁶²⁾, unde⁶³⁾ usuras valeant restituere, non debent ulla⁶⁴⁾ poena mulctari; quum eos nota paupertas⁶⁵⁾ evidenter excuset. Possessiones vero, quae de usuris comparatae sunt, debent vendi, et ipsarum⁶⁶⁾ pretia his, a quibus usurae sunt extortae, restitui, ut sic⁶⁷⁾ non solum a poena "illa," sed etiam a peccato⁶⁸⁾ possint, quod per usurarum⁶⁹⁾ extortionem incurrerant⁷⁰⁾, liberari.

Cap. III. 33) obligationes: Böhm. — oblationem: conc. — 34) quispian: Aug. — 35) recipiat: Cass. — 36) receperit: C. R. 2. — 37) et: Lips. — aut eos: conc. — 38) accepit: Aug. — 39) dioecesiani: Cass. — 40) satisfecerit: C. H.

Cap. IV. 41) Restitutum ex App. XVI. 1., Lips. IX. 1., Cass. XX. 4., Comp. I. h. t. c. 3. — 42) diximus respondendum: Coll. cit. — 43) aliquam non videmus (videmus: Cass.) adhibendum: Coll. cit. — 44) prohibendum est, ne quis: App. — 45) ut: Böhm. — seq.: etiam non existat in Coll. cit. — 46) in red.: App.

Cap. V. 47) Restitutum ex App. XVI. 5., Lips. IX. 3., Cass. XX. 6., Comp. I. h. t. c. 5. — 48) Salernitano archiepiscopo: Cass. — 49) quod et seq.: est: omitt. App. — 50) reddatur: Lips., Cass., Comp. I. — 51) receperint: App. — 52) imprudenter: Lips., Cass., Comp. I. — 53) discretioni tuae diximus respondendum: Coll. cit. — 54) omitt. Lips. — 55) receperint: App. — 56) desid. in Lips. — 57) sub poena: App., Lips., Cass. — 57) extorserint: App., Cass., Comp. I. — extorserunt: Lips. — 58) habent: Cass. — 59) ipsas: C. R. I. H. — ipsas restituere possint: Coll. cit. — 60) verba: Cass. — cf. c. I. C. XIV. qu. 6. — 61) remittitur: Coll. cit., Cont., Böhm. — 62) facultates: Cass. — de fac.: Lips., Comp. I. Aug. — 63) de quibus: Coll. cit. — 64) illa: ead. — 65) paupertas: C. L., App. — seq.: evid.: desid. in App. — 66) ipsa: App. — 67) omitt. Cass. — 68) peccatis: . . . quae: Lips., Cass., Comp. I. — 69) usurae: Cass. — 70) extortionem incurrerunt: App.

Cap. VI. 71) Restitutum ex App. XVI. 2., Lips. IX. 7., Cass. XX.

CAP. VI.⁷¹⁾

Vendens rem plus, quam valet, quia solutionem differt, peccat, nisi dubium sit, an tempore solutionis erit valor rei variabilis, et venditor non erit venditurus tempore, quo vendidit. H. d. secundum communem intellectum.

Idem Genuensi Archiepiscopo.⁷²⁾

In civitate tua dicit saepe contingere, quod, quum⁷³⁾ quidam piper, seu cinamonum⁷⁴⁾, seu alias⁷⁵⁾ merces comparant, quae tunc ultra quinque libras non valent⁷⁶⁾, et⁷⁷⁾ promittunt⁷⁸⁾ "per publicum instrumentum," se illis⁷⁹⁾, a quibus illas⁸⁰⁾ merces accipiunt⁸¹⁾, sex libras statuto termino⁸²⁾ soluturos. Licet autem⁸³⁾ contractus huiusmodi ex⁸⁴⁾ tali forma non possit censeri nomine usurarum, nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt, nisi dubium sit, merces illas⁸⁵⁾ plus minusve solutionis tempore⁸⁶⁾ valituras. Et ideo cives tui⁸⁷⁾ salutis suae bene consulere⁸⁸⁾, si a tali contractu cessarent, quum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occulari.

CAP. VII.⁸⁹⁾

Usurarius monitus, non desistens, si clericus est, ab officio et beneficio suspenditur; si laicus, excommunicatur.

Idem.⁹⁰⁾

Praeterea parochianis tuis⁹¹⁾ usuras recipere "omnibus modis" interdicas⁹²⁾, "quia usurarum crimen utriusque testamenti pagina detestatur." Qui⁹³⁾ si "monitis vestris" parere contempserint, si clerici sint⁹⁴⁾, eos ab officio beneficioque suspendas⁹⁵⁾; si "vero" laici "fuerint," usque ad dignam satisfactionem ipsos⁹⁶⁾ vinculo excommunicationis adstringas⁹⁷⁾.

CAP. VIII.⁹⁸⁾

Fructus rei pignoratæ computari debent in sortem, et excipit unum casum.

Idem Abbati et Fratribus S. Laurentii.

Conquestus est nobis C.⁹⁹⁾ clericus¹⁰⁰⁾ "praesentium lator, quod, licet de quadam terra, quam pater suus vobis obligavit, sortem vestram deductis expensis receperitis, terram tamen ipsam non sine derogatione vestrae salutis, honestatis et famae nihilominus detinetis. Indo est, quod" Discretionis vestrae "per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus, si terram ipsam titulo pignoris detinetis, et de fructibus eius sortem "vestram" recepistis, praedictam terram clerico memorato "dilatione et appellatione cessante" reddatis, "et in paco et quiete dimittatis," nisi "forte" terra ipsa de feudo sit monasterii vestri.

CAP. IX.¹⁾

Heres, usurarii filius vel extraneus, usuras, extortas per defunctum, restituere compellitur.

Idem Episcopo Placentino.

Tua nos duxit fraternitas consulendos, quid sit de usurariorum filii observandum, qui eis, in crimine usurarum defunctis, succedunt, aut de²⁾ extraneis, ad quos bona usurariorum asseris devoluta. Tuae igitur quaestioni literis praesentibus respondemus, quod filii ad restituendas usuras ea sunt districtione cogendi, quae parentes sui³⁾, si viverent, cogenterent. Id ipsum etiam contra heredes extraneos credimus exercendum.

10., Comp. I. h. t. c. 8. — 72) Iannensi ep.: App. — Ianneni archiep.: C. R. I. H., Lips., Cass., Comp. I. — add.: P. C. (add.: quod incipit: Cass.) Fraternitas tua: Coll. cit. — cf. c. 4. de spons. duor. IV. 4. — 73) omitt. Coll. cit. — 74) cymmonum: App. — 75) add.: speciales: Lips. — 76) valebant: Lips., Comp. I. — 77) omitt. Cass. — 78) promittunt: Lips. — 79) eis: Lips., Cass. — 80) istas: Cass. — omitt. App. — 81) acceperunt: Cass. — 82) tempore: ead. — numero: Lips. — 83) a te: Aug. — 84) ex forma: App., Lips., Comp. I., C. R. I. H. — forte: Cass. — 85) istas: Cass. — 86) tempore, quo pretium debent recipere: Coll. cit. — 87) vestri: Cass. — 88) consulunt: Aug.

Cap. VII. 89) Restitutum ex App. XX. 2., Lips. I.V. 2., Cass. LIV. 2., Luc. ap. Bal. III. 378., Comp. I. h. t. c. 9. — 90) add.: P. C. Licet universis: Comp. I. — cf. c. 23. de test. II. 20. cum adn. — 91) vestris usurarum (usuras: Lips., Luc., Comp. I. Ms.) accipere: Coll. cit. — 92) inhiabit: Luc. — interdictus: Coll. rell. — 93) quodis: Coll. cit. — 94) sunt: ead., C. R. I. L. H. — 95) suspensos cum literis (add.: vestris: App.) rei veritatem (usuram: Luc.) continentibus ad praesentium nostrum mittere non differatis: Coll. cit. — 96) eos: App. — 97) adstringatis: App., Luc. — constringatis: Lips., Cass., Comp. I.

Cap. VIII. 98) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 10. — 99) B.: C. R. 2. — E.: C. L. — G.: C. R. I. H., Comp. I. — 100) desid. in Comp. I. Ms.

Cap. IX. 1) Comp. I. h. t. c. 11. — 2) omitt. Comp. I. — 3) abest a C. H. et Comp. I.

CAP. X.⁴⁾

Mutuans ea mente, ut ultra sortem aliquid recipiat, tenetur in foro animae ad illud restituendum, si ex hoc aliquid consecutus est. Idem in non dante parabolam iuramenti, nisi aliquid inde recipiat. Et idem in oedente rem plus, quam vult, quia differt solutionem.

Urbanus III.⁵⁾

Consultat nos tua devotio, "in quo sacerdotis officii sollicitudinem commendamus," an ille in iudicio animarum quasi usurarius debeat iudicari, qui non alias mutuo traditurus, eo proposito mutuum pecuniam credit⁶⁾, ut, licet omni conventionem cessante, plus tamen sorte recipiat; et utrum eodem reatu criminis involvatur, qui, ut vulgo dicitur, non aliter⁷⁾ parabolam iuramenti, concedit, donec, quamvis sine exactione, emolumentum aliquod inde percipiat⁸⁾; et⁹⁾ an negotiator poena consimili debeat condemnari, qui merces suas longe maiori pretio distrahit, si ad solutionem faciendam prolixioris¹⁰⁾ temporis dilatio prorogetur, quam si ei in continenti pretium persolvatur¹¹⁾. Verum quia, quid in his casibus tenendum sit, ex evangelio Lucae manifeste cognoscitur, in quo dicitur¹²⁾: „Date mutuum, nihil inde sperantes:“ huismodi homines pro intentione lucri, quam habent, quam omnis usura et superabundantia prohibeatur in lege, iudicandi sunt male agere, et ad ea, quae taliter sunt accepta¹³⁾, restituenda, in animarum iudicio efficaciter inducendi.

CAP. XI.¹⁴⁾

Manifestus usurarius, appellans ad subterfugiendum restitutionem, audiendus non est.

Innocentius III. Praelatis in regno Franciae constitutis.¹⁵⁾

Quam perniciosum sit vitium usurarum, discretionem vestram non credimus ignorare, quum praeferat constitutiones canonicas, quae in earum odium emanarunt, per Prophetam detur intelligi, eos, qui suam dant pecuniam ad usuram, a tabernaculo Domini repellendus, et tam in novo quam in veteri testamento prohibita sint usurae, quum ipsa veritas praecipiat: „Mutuum date, nihil inde sperantes, et per Prophetam dicatur: „Usuram et omnem superabundantiam non accipias.“ Inde est, quod univertitati vestrae per apostolica scripta Mandamus, quatenus manifestos usurarios, eos maxime, quos usuris publice renunciassent constituerit, quum aliquis eos convenerit¹⁶⁾ de usuris, nullius permittatis¹⁷⁾ appellationis¹⁸⁾ subterfugio se tueri. *Dat. Lat. V. Kal. Nov.* [1198.]

CAP. XII.¹⁹⁾

Per subtractionem communionis Christianorum et per principes saeculares cogendi sunt Iudaei ad usuras restituendas.

Idem Narbonensi Archiepiscopo.²⁰⁾

Post miserabilem²¹⁾ (Et infra: „Si qui vero proficiscentium illuc ad praestandas usuras iuramento tenentur adstricti, vos, fratres archiepiscopi et episcopi, per vestras dioeceses creditores eorum sublato appellationis obstaculo eadem restrictione cogatis, ut eos a sacramento penitus absolventes, ab usurarum ulterius exactione desistant. Quod si quisquam creditorum eos ad solutionem coegerit usurarum, eum ad restitutionem earum sublato appellationis obstaculo restrictione simili compellatis.“ Iudaeos vero ad remittendas Christianis²²⁾ usuras per vos, filii principes et potestates²³⁾ compelli praecipimus saeculares. Et, donec eis remiserint, ab universis Christi fidelibus tam²⁴⁾ in mercimoniis quam in²⁵⁾ aliis per excommunicationis sententiam eis iubemus communionem²⁶⁾ omnimodam denegari. *Ab hoc igitur opere nullus omnino se subtrahat etc. Dat. Reate XVIII. Kal. Sept.* [1198.]

CAP. XIII.²⁷⁾

Non obtinente iuramento de non repetendis usuris, per debitorem praestito, potest iudex ex officio suo usurarium ad restituendas usuras compellere.

Idem Mutinensi Episcopo.

Tuas²⁸⁾ dudum recepimus quaestiones²⁹⁾, quod quidam usurarii tuae dioecesis eos, quibus dant pecuniam ad usuram, praecitare faciunt iuramentum, quod usuras non repetant, et super his, quas solverint³⁰⁾, nullam moveant quaestionem. Nos igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, ut usurarios ipsos monitione praemissa per³¹⁾ censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas, ante usurarum solutionem ab earum exactione desistere, vel restituere ipsas, postquam fuerint persolutae, ne de dolo et fraude sua contingat eos commodum reportare, qui ad hoc praestari faciunt iuramentum, quod super usuris non valeant molestari.

CAP. XIV.³²⁾

Non auditur usurarius repetens usuras, nisi prius restituat extortas.

Idem.

Quia frustra legis auxilium invocat qui committit in legem: statui- mus, ut, si quis usurarius a nobis literas impetraverit super restituendis usuris, vel fructibus computandis³³⁾ in sortem, nisi prius ipse restituerit usuras, quas ab aliis noscitur recepisse, auctoritate literarum ipsarum³⁴⁾ nullatenus audiatur.

CAP. XV.³⁵⁾

Convictus de usuraria pravitate per formam et alia argumenta, potest manifestari usurarius, et tanquam manifestus usurarius compesci secundum dispositionem Lateranensis concilii.

Idem Altissiodorensi³⁶⁾ Episcopo.

Quum in dioecesi tua sint quam plurimi usurarii, de quibus minime dubitatur, quin sint usurarii manifesti, contra quos propter timorem principum et potentum³⁷⁾, qui tentant eandem, nullus accusator apparet³⁸⁾, nec iidem sunt³⁹⁾ per sententiam condemnati, qualiter procedere valeas contra ipsos, oraculum duristi sedis apostolicae requirendum. Nos autem Fraternalitati tuae taliter respondemus, quod, licet contra eos⁴⁰⁾ non appareat accusator, si tamen aliis argumentis illos constiterit esse usurarios manifestos, in eos poenam in Lateranensi concilio contra usurarios editam⁴¹⁾ libere poteris exercere. *Dat. Lat. XVII. Kal. Iun. Ao. X.* [1207.]

CAP. XVI.⁴²⁾

Maritus, recipiens pignus pro dote promissa, non tenetur fructus in sortem computare. H. d. et est casus singularis, et alibi non probatur.

Idem.⁴³⁾

Salubriter (Et infra: „Sane generum ad fructus possessionum, quae sibi a socero sunt pro numerata dote pignori obligatae, computandos in sortem non credimus compellendum, quum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii supportanda.

CAP. XVII.⁴⁴⁾

Repetens usuras non auditur, nisi restituat extortas per se, vel per alium, a quocunque causam habeat.

Idem Episcopo Bononiensi.

Michael laicus suam nobis querimoniam detinavit, quod M.⁴⁵⁾ et quidam alii Bononienses cives multa extarserunt ab eo⁴⁶⁾, et a patre suo, cuius heres extatit⁴⁷⁾, nomine usurarum. (Et infra: „) Attentius provisurus, ne auctoritate nostra in negotio procedas eo-

Cap. X. 4) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 12. — 5) *Briziensi presbytero*: Comp. I. — 6) *credidit*: C. L. — 7) *alias*: Comp. I. — 8) *recipiat*: Comp. I. Ms. — 9) *Item*: ead. — *Item et*: Aug. — 10) *prolixior*: C. R. 2. L. Comp. I. — 11) *solvatur*: C. H. — 12) *Luc. VI. 35.* — 13) *adepti*: Comp. I. Ms.

Cap. XI. 14) Restitutum ex Reg. Bal. I. 399. — Comp. III. h. t. c. 1. — 15) *archiepiscopi* (desid. in Comp. III.), *episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, in regno Franciae constitutis*: Comp. III. Reg. — 16) *convenit*: Comp. III. Aug. — 17) *permittit*: C. R. — 18) *desid. ap. Aug.*

Cap. XII. 19) Restitutum quantum expedire videbatur, ex Reg. Bal. I. 336. — Comp. III. h. t. c. 2. — 20) *add. et suffraganeis eius, comitibus et baronibus, et universo populo, in Narbonensi provincia constituto*: Comp. III. — *Narb. archiep. et suffraganeis eius, abbatibus quoque et prioribus et aliis ecclesiarum praelatis, comitibus etiam et baronibus etc.*: Reg. — 21) *miserabile Hierosol. regionis excidium*: Reg. — 22) *ipsis*: Reg. — 23) *potestatem saecularem*: id. — 24) *tam etiam*: Comp. III. Aug. — 25) *omitit*: Reg. — 26) *communicationem*: C. R. 1.

Cap. XIII. 27) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 584., Comp. III. h. t. c. 3. — 28) *Tuas dudum ex parte tua*: Comp. III. — *Dudum ex parte tua*: Rain. — 29) *quaestiones*: id. — 30) *solvant*: C. H. — 31) *et per*: Rain.

Cap. XIV. 32) Comp. III. h. t. c. 4. — 33) *non comp.*: C. L. — 34) *nostrorum null. audiantur*: C. H.

Cap. XV. 35) Restitutum ex Reg. Bal. X. 61. — Comp. III. h. t. c. ult. — 36) *Altissiodoren.*: Comp. III. — *Autissiodoren.*: Reg. — *eiusd. ep. pars est in c. 12. de cler. non resid. III. 4.* — 37) *potestatum*: Comp. III. Aug. — 38) *apparet*: Comp. III. — *non apparet aliquis*: Reg. — 39) *sint*: C. H. — 40) *ipsos*: Reg. — 41) *statutum*: C. L.

Cap. XVI. 42) Comp. IV. h. t. c. 1. — 43) *electo V. de Octonen.*: Comp. IV. Aug. — *electo Ydrothom.*: Ms. A. — *el. Ydrotonen.*: Ms. B. (leg. Hydruntino? Otranto?).

Cap. XVII. 44) Comp. IV. h. t. c. 2. — 45) *N.*: Comp. IV. Aug. — 46) *eadem*: ead. — 47) *existit*: Comp. IV.

dem, nisi dictus conquerens restituerit vel adhuc restituat, si quas aliquando ipse vel pater eius extorsit⁴⁸⁾ usuras.

CAP. XVIII.⁴⁹⁾

Etiā Iudaei compellendi sunt ad restituendas usuras extortas a Christianis, et ad solvendas decimas vel oblationes de eorum possessionibus.

Idem in concilio generali.

Quanto amplius Christiana religio ab exactione compescitur⁵⁰⁾ usurarum, tanto gravius super his⁵¹⁾ Iudaeorum perfidia inolevit, ita, quod brevi tempore Christianorum exhauriunt⁵²⁾ facultates. Volentes igitur in hac parte prospicere⁵³⁾ Christianis, ne a Iudaeis⁵⁴⁾ immaniter⁵⁵⁾ aggraventur, synodali decreto statuimus, ut, si⁵⁶⁾ de cetero quocumque⁵⁷⁾ praetextu Iudaei a Christianis graves immoderatave⁵⁸⁾ usuras extorsissent⁵⁹⁾, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato gravamine satisfecerint competenter. Unde Christiani⁶⁰⁾, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellantur ab eorum commercii abstinere. Principibus autem iniungimus⁶¹⁾, ut propter hoc⁶²⁾ non sint Christianis infestis, sed potius a tantō gravamine studeant cohibere⁶³⁾ Iudaeos. Hac⁶⁴⁾ eadem poena Iudaeos⁶⁵⁾ decernimus⁶⁶⁾ compellendos ad satisfaciendum⁶⁷⁾ ecclesiis, pro decimis et oblationibus debitis, quas a Christianis⁶⁸⁾ de domibus et possessionibus aliis percipere consueverant⁶⁹⁾, antequam ad Iudaeos quocumque⁷⁰⁾ titulo devenissent, ut sic ecclesiae conserventur⁷¹⁾ indemnes.

CAP. XIX.

Usurarius est, qui a debitore recipit aliquid ultra sortem, etiamsi suscipiat in se periculum. H. d. primo. Non est usurarius emptor rei minus iusto pretio, si tunc verisimiliter dubitetur, an tempore solutionis plus vel minus sit res valitura. H. d. secundo. Propter dubium excusatur is, qui ex eo, quod differt solutionem pretii, vendit rem plus, quam valeat, si non erit eam alius venditurus. Hoc dicit tertio.

Gregorius IX. Fratri R.

Naviganti vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniae quantitatem, pro⁷²⁾ eo, quod suscipit in se periculum, recepturus aliquid ultra sortem, usurarius est censendus. Ille quoque, qui dat X. solidos, ut alio tempore totidem sibi grani, vini vel olei menaurae reddantur, quae licet tunc plus valeant, utrum plus vel minus solutionis tempore fuerit valiturae, verisimiliter dubitatur, non debet ex hoc usurarius reputari. Ratione⁷³⁾ huius dubii etiam excusatur, qui pannos, granum, vinum, oleum vel alias merces vendit, ut⁷⁴⁾ amplius, quam tunc valeant, in certo termino recipiat pro eisdem; si tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus.

TITULUS XX.

DE CRIMINE FALSI.¹⁾

CAP. I.

Testis falsidicus tres laedit, Deum, iudicem et partem, et falsus est non solum, qui mendacium dicit, sed etiam, qui veritatem occultat.

Augustinus.²⁾

Falsidicus testis tribus personis est obnoxius, primum³⁾ Deo, cuius praesentiam contemnit; deinde⁴⁾ iudici, quem mentiendo fallit; postremo innocenti, quem falso testimonio laedit. Uterque reus est, et qui veritatem occultat, et qui mendacium dicit, quia et ille prodesse non vult, et iste nocere desiderat.

CAP. II.⁵⁾

Sententia, lata per falsas literas, non debet executioni mandari.

Lucius III. Vigoriensi⁶⁾ Episcopo.

Super eo vero, quod sententiam auctoritate literarum falsarum

latam noluit executioni mandare⁷⁾, tuam "plurimum" prudentiam⁸⁾ commendamus, mandantes, ut quoties aliqua scripta sub nomine nostro destinata⁹⁾ redarguenda videris falsitatis, nullam eis adhibeas fidem, et quod per ipsas mandatum fuerit non observes, sed eum, qui¹⁰⁾ praesentaverit, retineri facias diligenter.¹¹⁾

CAP. III.¹²⁾

Clericus, falsans sigillum principis, depōnitur. Item ei character imprimitur, et in exilium mittitur.

Urbanus III.

Ad audientiam nostram te significante pervenit, quod, quomdam "percursos" clericos, qui falsaverant¹³⁾ sigillum "carissimū in Christo filii nostri Philippi" regis "illustris" Francorum¹⁴⁾, carcerali custodiae mancipaveris¹⁵⁾, "quid faciendum sit tibi de ipsis, a sede apostolica duxisti consilium inquirendum. Unde nos" Fraternitati tuae "de fratrum nostrorum consilio" taliter¹⁶⁾ respondemus, ut eis nec membrum auferri, nec poenam infligi facias corporalem¹⁷⁾, per quam periculum mortis possint incurrere; sed eis "prius" a suis "propriis" ordinibus degradatis, in signum maleficii characterem aliquem imprimi¹⁸⁾ facias, quo inter alios cognoscantur, et provinciam ipsam eos¹⁹⁾ abiurare compellens²⁰⁾, abire permittas.

CAP. IV.²¹⁾

Exsistens in curia literas apostolicas non recipiat, nisi de manibus Papae, vel officialium ab ipso deputatorum; personae tamen solennes per nuncios recipere poterunt, de manibus tamen praedictorum. Contra faciens, si laicus est, excommunicationi subiacet; si clericus, ab officio et beneficio deponitur. Hoc dicit usque ad §. Adicientes. — §. 1. Per excommunicationis poenam dicitur contra non resignantes, nec destruentes literas falsas infra XX. dies; et absolutio Papae reservatur, et contra factum non tenet. H. d. Abbas.

Innocentius III.²²⁾

Dura saepe mandata "et institutiones interdum iniquas a sede apostolica emanare multi arguunt et mirantur, et in hoc ei culpam imponunt, in quo sinceritas eius culpae prorsus ignara per innocentiam excusatur. Nos etenim circa maiora negotia frequentius occupati, et curam universorum ex officio nostro gerentes, per quod sumus omnibus debitores, quum omnibus apud nos instantibus in continenti satisfacere non possimus, quidam eo, quod a iustitia semita aberrantes aut ultra, quam permittit honestas, auae petitionis licentiam extendentes, exaudiri non possunt, in motum propriae voluntatis irrumpunt, et ad sua ingenia falsitatis et artes perditionis cum animi exquisita malitia recurrentes, per falsae astutiam speciei candorem puritatis apostolicae denigrare ac depravare nituntur. Ex cuius falsitatis ingenio quot et quanta mala proveniant, quum per eam et innocentes quoadque damnentur, et rei ab obiectis criminibus absolvantur, nec non et apostolicae sedis laetudine auctoritas, ipsa rei evidens malitia protestatur. Licet autem huiusmodi falsitas aliquandiu possit cum operibus tenebrarum abscondi, tamen, quia per eam beatis Apostolis speciatim inferitur iniuria, ille, a quo in persona eorum Romana ecclesia auctoritate super ecclesiis universis accepit, vado et bulla nostra, per quam totius negotia Christianitatis aguntur, capitum ipsorum caractere praesignatur, perniciem tanti sceleris non patitur in tantum praedictum eorum diutius occultari. Accidit enim nuper in Urbe, quod quidam, falsitatis astutiam perniciosius exercens, in suis fuere iniquitatibus deprehensus, ita, quod bullas tam sub nomine nostro, quam bonas memoriae Coelestini Papae praedecessoris nostri, quas falso confinxerat, et quam plures literas bullis signatas invenerimus apud eos, ipsosque captos adhuc in carcere detinemus. Nos autem, semper honori Romanae ecclesiae et utilitati omnium paterna volentes sollicitudine providere, de communi fratrum nostrorum consilio" Statuimus, et sub excommunicationis poena et suspensionis ordinis et beneficii districtius inhibemus, ne quis apud selem apostolicam "de cetero" literas nostras

Cap. XVII. 48) extorserat: Comp. IV. Ms. A.

Cap. XVIII. 49) c. 67. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 3. — 50) compellitur: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 51) huiusmodi: C. R. 1. — 52) exhauriuntur: Comp. IV. Aug. — 53) providere: C. R. 1. — proficere: Comp. IV. Ms. A. — 54) a Iud. desid. in Comp. IV. Aug., Ms. B. — 55) tenaciter: Comp. IV. — 56) si quando: C. L. — 57) quocumque: Comp. IV. Aug. — quoc. praedicti: Ms. B. — 58) et imm.: Comp. IV., conc. — 59) extorsissent: Aug. — 60) Christiani quoque: conc. — 61) Praecipimus autem et iniungimus: Comp. IV. Aug., Ms. B. — iniungimus principibus: Ms. A. — 62) haec: Cont., Böhm. — 63) prohibere: Comp. IV. Aug. — 64) Ac: conc. — 65) ipsos: C. L. — 66) decrevimus: C. R. 1. H., Comp. IV. Ms. A. — 67) nisi factionem: C. R. 1. — 68) quas Christianis de domibus aliis: Comp. IV. Aug. — 69) consueverint: ead. — consueverunt: Ms. A. B. — 70) quoquo: Comp. IV. Aug. — 71) serventur: ead. Ms. A.

Cap. XIX. 72) desid. ap. Cont. et Böhm. — 73) quia ratione: C. H. — 74) quod: ib.

TIT. XX. 1) De falsariis: C. R. 1. — Cap. I. 2) Immo Isidorus, cf. c. 80. C. XI. qu. 3. — Comp. I. h. t. c. 2. (Eng.: Comp. I. Ms.) — 3) primo: C. H. — 4) inde: Cont., Böhm.

Cap. II. 5) Restitutum ex Comp. II. c. 4. de sent. et re iud. II. 18. — 6) Vig.: Comp. II. Aug., Ms. A. — Vigor.: Ms. B. — Vigorn.: C. R. 1., add.: P. C. Ex literis: (1) Comp. II. — 7) demandare: C. R. 2. — 8) Fraternitatem: Comp. II. Ms. B. — 9) impetrata: Comp. II. Aug. — desid. in Ms. B. — 10) add.: ead.: C. R. 1. — 11) omitt. Comp. II. Ms. A. B.

Cap. III. 12) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 13) falsaverunt: Cont., Böhm. — 14) Franciae: C. R. — 15) mancipari fecisti: C. R. 1. — 16) omitt. Comp. II., Böhm. — 17) desid. in Comp. II. Ms. A. — 18) add.: in fronte: C. R. — 19) desid. ap. Böhm. — 20) compellat et: Comp. II.

Cap. IV. 21) Restitutum ex Reg. Bal. I. 235. — Comp. III. h. t. c. 1. — 22) W. Kenen, archiep. S. Sabinae cardinali et suffraganeis eius: Reg.

nisi a nobis, vel de manibus illorum recipiat, qui de mandato nostro ad illud sunt officium deputati. Si vero persona²⁴⁾ tantae auctoritatis existierit, ut ipsam²⁴⁾ deceat per nuncium literas nostras recipere, nuncium *ipsum* ad cancellariam nostram vel ad nos ipsos mittat idoneum, per quem literas apostolicas iuxta formam²⁵⁾ praescriptam recipiat. Si quis autem in hac parte mandati nostri transgressor existierit, si laicus fuerit excommunicationi subiacet; si clericus²⁶⁾, officii et beneficii *sui* suspensione damnatur. *Verum quia, sicut a falsariis ipsis accepimus, tam ad partes vestras, quam ad ceteras regiones per literas transmissas ab eis suae iniquitatis falsitas multipliciter est diffusa, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus et districte praecipimus, quatenus provinciale concilium eocetis, in quo solemniter et generaliter statuat, ut per singulas parochias publice proponatur, quod, si quis a sedo apostolica literas impetrauerit, quarum tenor possit esse suspectus, et eis uli voluerit, ut statutam poenam evadat, primo fiat collatio de falsa bulla cum vera, et si eam inuenit falsitate notandam, episcopo dioecesano, abbati vel archidiacono loci eandem literas non differat praesentare, qui veritate comperta illum, qui tales literas reportavit, si laicus fuerit, excommunicationis subiciat; si clericus, eum ab officio beneficiisque suspendat.* §. 1. *Ad haec* Adicientes statuimus, ut generale excommunicationis sententiam promulgetis, quam per singulas parochias faciatis frequentius innovari, quod, si quis falsas literas se habere cognoscit²⁷⁾, infra²⁸⁾ viginti²⁹⁾ dies literas illas aut destruat, aut resignet, si poenam excommunicationis voluerit evadere; quam, nisi forsan in mortis articulo, sine speciali mandato nostro a quoquam³⁰⁾ nolimus relaxari. Nec, etiam praesumpta³¹⁾ fuerit contra hoc absolutio, quicquam habeat firmitatis, *ne forte post tempora nostra falsitas interim occultata cuiquam valeat praevindicium generare. Ceterum etc. Dat. Romae ap. S. Petr. XII. Kal. Iun. Pont. nostr. Ao. I.* [1198.]

CAP. V.³²⁾

Ponit novem modos falsandi literas papales.

Idem Archiepiscopo³³⁾ et Canonicis Mediolanensibus.

Licet ad regimen *apostolicae sedis, quas dante Domino universarum ecclesiarum mater est et magistra, insufficientes nos vira et scientia repulsemus, quantum tamen nobis Dominus in sua miseratione concesserit, ab his proposuimus abstinere, per quas nobis possit merito derogari; quamquam ex infirmitatis humanae defectu non sic formam perfectionis semper et in omnibus imitari possumus, quin aliquid aliquando in nostris subrepat operibus, quod minus circumspicuae providentiae valeat imputari; quod tamen non ex industria vel scientia corda, sed interdum ex ignorantia vel nimia occupatione contingit. Significasti siquidem nobis per literas vestras, quod, quum quaedam vobis fuissent literas praesentatae, per quas vobis districte praecipere videbamur, ut I. de Civitan. clericum ecclesiae vestrae in canonicum reciperetis et fratrem, nec alii quem alium in canonicum vocaretis, donec ipse praebendae beneficium plenarie fuisset adeptus, earum tenore diligenter inspecto vis eas creditistis de nostra conscientia processisse, vel, si etiam processerunt, per nimiam fuisse importunitatem obtentas. Ceterum quum eandem literas, sicut viri providi et discreti ad nostram remisissetis praesentiam, ut ex earum inspectione plenius nosceremus, utrum ex nostra conscientia processissent, plus in eis inveniimus, quam vestra fuisset discretio suspicata. Nam licet in stilo dictaminis et forma scripturae aliquantulum coeperimus dubitare, bullam tamen veram invenimus, quod primum nos in vehementem admirationem induxit, quum literas ipsas sciremus de nostra conscientia nullatenus emanasse. Bullam igitur hinc inde diligentius intuentes, in superiori parte, quae filo adhaeret, eam aliquantulum tumentem reperimus. Et quum filum ex parte tumentis sine violentia qualibet aliquantulum attrahi fecissemus, bulla in filo altero remanente, filum ex parte illa fuit ab ipsa sine qualibet difficultate avulsus, in cuius summitate adhuc etiam incisionis indicium apparebat. Per quod liquido deprehendimus, bullam ipsam ex aliis literis extractam fuisse, ac illis per vitium falsitatis insertam, sicut ex literis ipsis plenius agnoscebatis, quas ad maiorem

certitudinem vobis duximus remittendas. Quum igitur tantus excessus relinqui non debeat aliquatenus impunitus, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus et districte praecipimus, quatenus dictum I., nisi infra XX. dies post harum susceptionem a vobis commonitus ad praesentiam nostram cum testimonio literarum vestrarum satisfactorius accesserit, extunc ab omni ecclesiastico beneficio et clericali officio, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, suspendatis, vel, si beneficio caret, anathematis eum sententia innodetis, quum ab hac culpa non de facili sit credendus immunis, quum nec per fratres, nec per consanguineos nostros nos, licet saepius rogatos, potuisset inducere, ut super hoc nostras vobis literas mitteremus. Ex quo fraudem auctoris, etsi principalis falsarius ipse non fuerit, sufficienter agnoscere potuisset, praesertim quum eo tempore praesens fuisse dicitur, quo contra falsarios de communi fratrum consilio publice constituimus inter cetera, sub poena excommunicationis firmiter inhibentes, ne quis literas apostolicas nisi de manu nostra vel bullataris nostri reciperet, illis duntaxat exceptis, quibus propter dignitates excellentiam indulgimus, ut per nuncios fideles et notos id ipsum possent efficere. Ut autem varietates *huiusmodi* falsitatis circa nostras literas³⁴⁾, quas hactenus deprehendimus, vos ipsi de cetero³⁵⁾ deprehendere valeatis, eas³⁵⁾ vobis praesentibus literis³⁶⁾ duximus exprimendas. Prima species falsitatis haec est, ut falsa bulla falsis³⁷⁾ literis apponatur. Secunda, ut filum de vera bulla³⁸⁾ extrahatur ex toto, et per aliud filum immisum falsis literis inseratur. Tertia, ut filum ab ea parte, in qua charta plicatur, incisum, cum vera bulla falsis literis immittatur³⁹⁾, sub⁴⁰⁾ eadem plicatura cum filo similis canapis restauratum⁴¹⁾. Quarta, quum⁴²⁾ a superiori parte bullae altera pars filii sub plumbo rescinditur⁴³⁾, et per idem filum literis falsis inserta reducitur infra⁴⁴⁾ plumbum. Quinta, quum literis bullatis et redditis, in eis aliquid per rasuram tenuem immutatur⁴⁵⁾. Sexta⁴⁶⁾, quum scriptura literarum, quibus fuerat apposita vera bulla, cum aqua vel vino universaliter abolita seu deleta, eadem charta cum calce et aliis iuxta consuetum artificium dealbata de novo rescribitur. Septima, quum chartae⁴⁷⁾, cui fuerat apposita vera bulla, totaliter abolita vel abrasae, alia subtilissima charta eiusdem quantitate scripta cum tenacissimo glutino coniungitur⁴⁸⁾. Eos etiam a crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitutionem nostram⁴⁹⁾ scienter literas *nostras* non⁵⁰⁾ de nostra vel bullataris nostri manu recipiunt. Illos⁵¹⁾ quoque, qui, accedentes ad bullam⁵²⁾, falsas literas caute proiciunt, ut de vera bulla cum aliis sigillentur. Sed haec duae species falsitatis non possunt facile⁵³⁾ comprehendi⁵⁴⁾, nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturae, vel qualitate chartae falsitas cognoscatur. In ceteris autem diligens indagator falsitatem poterit *diligentius* intueri, vel⁵⁵⁾ in adiunctione florum, vel in collatione bullae, vel motione vel obtusione, praesertim si⁵⁶⁾ bulla non sit aequalis, sed alicubi⁵⁷⁾ magis *sit* tumida, et alicubi⁵⁸⁾ magis depressa. *Si vero etc. Dat. Spoleti II. Non. Sept.* [1198.]

CAP. VI.⁵⁹⁾

Falsae sunt literae papales, in quibus episcopus vocatur filius, vel inferior frater, vel uni scribitur in plurali.

Idem Attinacensi⁶⁰⁾ Episcopo.

Quam gravi poenae subiacent, *qui literas apostolicas falsare non timent, et veras a nobis impetratas literas occultantes, falsis uti literis non verentur, fraternitatem tuam credimus non latere. Ad audientiam siquidem nostram ex literis carissimam in Christo filii nostri Wulcani Duciae regis illustris, nec non et tenore literarum tuarum, quas dilecto filio Ioanni capellano nostro apud Durachium direxisti, noveris pervenisse, quod quum Dominicus, quondam Saurenensis episcopus, qui coram eodem capellano et dilecto filio S. subdiacono nostro, tunc in partibus illis gerentibus legationis officium, fuerat de homicidio accusatus, et in concilio apud Antivarum pontificalem resignaverat dignitatem, ad nostram olim praesentiam accessisset, a nobis rediens quasdam tibi literas praesentavit, quas de verbo ad verbum in literis iam dicto capellano nostro ex parte tua directis perspeximus contineri, quibus asse-

Cap. IV. 23) aliquis: Comp. III. Aug. — 24) et ipsam: C. L. — ipsum: Comp. III. — eum: Reg. — 25) add.: ecclesiae inde: C. R. 1. — 26) add.: fuerit: Comp. III. Aug. — 27) cognoscit: C. L. — 28) intra: Cont., Böhm. — 29) XV.: Comp. III. Aug., Reg. — 30) quocumque: Comp. III., Reg. — 31) praesumptum: C. R. 1. — Cap. V. 32) Restitutum ex Reg. Bal. I. 349. — Comp. III. h. t. c. 2. — 33) archiep. et archipresb. et can. Med.: Comp. III. Aug. — archipresb. et can. Med.: Ms. — archidiacon., archipr. etc.: Reg. — 34) circa l. n.: omitt. Comp. III., Reg. — 35) desid. ap. Aug. — 36) add.: nostris: C. R. 1. — 37) omitt. Comp. III., Reg. — 38) desid. in Comp. III. Ms. — 39) immutatur: C. R. 1. — inseratur: C. H. — 40) et sub: Comp. III.

Aug. — 41) restauratur: ead. — 42) quae: ead. — qua: Ms., Reg. — 43) rescinditur: C. L. — 44) intra: Cont., Böhm. — 45) immittatur: C. R. 2. Comp. III. Aug. — 46) Sexta... coniungitur: non exstant in Reg. et Comp. III. — 47) charta... abolita et abrasa: C. R. 1. — 48) canonicus: C. R. L. H. — 49) praenissimus: Comp. III., Reg. — 50) nisi: ib. — 51) eos: ib. — 52) bullas: ib. — 53) de facili: C. L. — 54) deprehendit: Comp. III., Reg. — 55) ut vel: C. R. 1. — 56) quum: C. H. — 57) et alicubi: C. R. 2. L. — 58) alicubi: Cont., Böhm.

Cap. VI. 59) Restitutum ex Reg. Broqu. III. 37. — Comp. III. h. t. c. 3. — 60) Antivaren.: Comp. III. Aug. — Antivaren.: Ms., Reg. —

rebat tibi a nobis pontificale officium restitutum. Tu vero, literis illis fidem adhibens, venerabilem fratrem nostrum, quem in Saanenem episcopum electum diceris canonicis consecrasset, ab eadem ecclesia removisti, praefato Dominico occasione litterarum falsarum in ipsa ecclesia restituto. Praefatus autem rex, sicut suis nobis literis intimavit, non credens, literas illas ex nostra conscientia emanasse, tam ipsum Dominicum quam praefatum episcopum nostro praecepti conspectui praesentari, humiliter petens rescripto apostolico edoceri, quicquid de ipso duceremus negotio statuendum. Nos vero literas, quae tibi sub nostro nomine praesentatae fuerunt⁶²), diligentius intuentes, in eis tam in continentia quam in dictamine „manifeste“ deprehendimus falsitatem. Ac in hoc fuimus „non modicum“ admirati, quia⁶³) tu tales literas a nobis credideras emanasse, quum „praesertim“ scire debeas, apostolicam sedem consuetudinem in suis literis hanc tenere, ut „universos“ patriarchas, archiepiscopos et episcopos „fratres“, ceteros autem, „sive“ reges „sint sive“ principes⁶⁴), vel alios „hominum“ cuiuscunque ordinis⁶⁵), „filios“ in nostris literis appellentur⁶⁶), Et quum uni tantum personae nostrae litterae dirigerentur⁶⁷), nunquam ei loquimur in plurali, ut „vos“ sive „vester“ et his similia in ipsis literis⁶⁸) apponamus⁶⁹). In falsis autem literis, tibi praesentatis, in salutatione „dilectus in Christo filius“ vocabaris, quum in „omnibus“ literis, quas aliquando tibi transmissimus, te videre potueris a nobis „fratrem venerabilem“ appellatum. Propter quod „sic te esse volumus in consimilibus circumscriptum, ut per falsas literas denuo nequeas circumveniri vel falli, sed“ sic literas apostolicas studeas „diligentius“ intueri tam⁷⁰) in bulla, filo et charta, quam in stilo, quod veras pro falsis, vel⁷¹) falsas pro veris literis⁷²) modo aliquo non admittas. „Scire namque etc. Dat. Lat. Non. Dec. Pont. nostr. Ao. III.“ [1200.]

CAP. VII.⁷³)

Qui per se, vel per alios literas Papae falsant, excommunicati sunt cum suis futuribus, et clerici officiis et beneficiis privati sunt, et degradandi et tradendi curiae saeculari, per quam laicus legitime puniatur. Qui vero falsis literis utitur, si clericus est, officio et beneficio privatur; si laicus, excommunicatus est. H. d.

Idem.⁷⁴)

Ad falsariorum confundendam⁷⁵) malitiam „iam alia vice recolimus apostolicas literas destinasse, in quibus falsitatis modos, ne quis se possit per ignorantiam excusare, neminimus plenius distinxisse. Quia vero nunquam evenit, ut falsas literas exhibentes, postquam super his fuerint redarguti, ad excusationem suam dicant, se huiusmodi literas per alios impetrasse.“ De communi fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, ut, qui literis nostris uti voluerint, eas primo⁷⁶) diligenter examinent, quoniam, si falsis literis se usos dixerint ignoranter, eorum sera poenitentia evitare nequibit⁷⁷) poenas inferius annotatas⁷⁸). Nos enim omnes falsarios litterarum nostrarum⁷⁹), qui per se vel „per“ alios vitium falsitatis exercent, cum fautoribus et defensoribus⁸⁰) suis anathematis vinculo decernimus⁸¹) innodatos, statuentes, ut clerici, qui⁸²) falsarii fuerint deprehensi, omnibus⁸³) officiis et beneficiis ecclesiasticis perpetuo sint privati, ita, quod, qui per se⁸⁴) falsitatis vitium⁸⁵) exercuerint, postquam⁸⁶) per ecclesiasticum iudicem fuerint degradati, saeculari potestati tradantur secundum constitutiones legitimas⁸⁷) puniendi, per quam et laici, qui fuerint de falsitate convicti, legitime puniantur⁸⁸). Qui⁸⁹) vero sub nomine nostro literis falsis utuntur, si clerici fuerint⁹⁰), officiis et beneficiis ecclesiasticis spoliuntur; si laici, tandem maneat excommunicationi subiecti, donec satisfaciant competenter, ita tamen, ut in istis et in illis⁹¹) malitia gravius quam negligentia puniatur, quod et de his, qui falsas literas impetrant, statuimus observandum⁹²).

CAP. VIII.⁹³)

Non praesumitur quis falsare literas de simplici iustitia, nec puniatur, si hoc comperto, destiterit illis uti.

Idem.⁹⁴)

Accedens ad praesentiam nostram P. presbyter lator praesen-

tium sua nobis insinuatione monstravit, quod, quum olim missus ab archipresbytero et clericis de Casali novo pro quibusdam causis, super quibus a te se fatebantur indebitè praegravari, ad nostram praesentiam accessisset, nec posset pro eo, quod tunc temporis nos eramus infirmitate gravati, suas literas obtinere, moram apud sedem apostolicam faciendo post paucos dies contigit ipsum etiam infirmari. Dum autem esset in lecto aegritudinis constitutus, accessit ad eum quidam clericus de Casali novo, Azo nomine, qui tunc temporis morabatur in Urbe, et sub spe dilectionis et gratiae promisit ei se quas a nobis postulabat literas obtenturum; qui credidit verbo eius, et expensas tribuit, quas pro literis ipsis se expensurum praefatus clericus proponebat. Tandem ad eum quasdam commissionis literas ad venerabilem fratrem nostrum Transensem archiepiscopum et dilectum filium abbatem de Coronata portavit, quas praedictus presbyter credens veras esse et de nostra conscientia emanasse, ad iudicis detulit delegatos. Quumque in praesentia ipsorum iudicum tu literas argueres falsitatis, et sacerdos ipse et alii clerici de Casali novo eas veras esse proponerent, tu easdem literas sub sigillo praedictorum iudicum ad nostram praesentiam direxisti, quas utique falsas esse deprehendimus manifeste, pro quo tibi per scripta nostra mandavimus, ut illum, qui praefatas literas impetravit, officio beneficiisque suspensus ad nostram praesentiam dirigeres puniendum. Verum quum sacerdotem praedictum sua redderet conscientia innocentem, postquam tu eum officio et beneficio suspendisti, ad nostram festinanter accessit praesentiam ad suam innocentiam excusandam. Sed quum apud nos moram faceret longiorem, et a nobis misericordiam postularet, praefatas falsitatis omnimodam ignorantiam proponendo, ipsum tamen cum literis nostris ad te duximus remittendum, ut misericordiam inveniat, quam precatur. Inde est, quod Fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si literae apostolicae⁹⁵), in quibus falsitas fuerit⁹⁶) deprehensa, de simplici iustitia formam habeant⁹⁷), quum praesumi non debeat, quod pro⁹⁸) talibus literis, quae possunt facile⁹⁹) „a quibuslibet“ obtineri¹⁰⁰), fraudem quis¹) commiserit falsitatis, „ab ipso presbytero canonica purgatione recepta, quod conscius non fuerit falsitatis,“ nec literis „illis“ usus est, postquam eas falsas esse²) cognovit³), tu, ei „dicinae pietatis intuitu“ officium beneficiumque restituens⁴), ipsum super hoc ulterius non molestes, „quia sicut iustum est etc.“

CAP. IX.⁵)

Propter paucarum litterarum rasuram in loco non suspecto rescriptum non probatur falsum.

Idem.⁶)

Ex continentia „litterarum dilectorum filiorum abbatis sanctae crucis de Waltham et magistri Simonis de Sella nobis innotuit, quod, quum olim quaestio, quae vertebatur inter dilectos filios M. Phil. de Ludelese ex una parte, Robertum et Vincentium clericos ex altera super ecclesia de Streton, ipsi et quondam abbati de Straford. a bonae memoriae C. Papa praedecessore nostro commissa fuisset, eodem abbate pariter et praedicto Vincentio de hac luce subtractis, praenominati duo indices iuxta tenorem rescripti apostolici procedentes, attestatores et allegationes utriusque partis diligentius audierunt; et tandem, quum renunciatum eis ab utraque parte fuisset, et secundum allegata definitio esset sententia promulganda contra magistrum P., adversa pars literas apostolicas arguit falsitatis, et eas esse falsas sub periculo causae se firmiter asseruit probaturam, sibi legem imponens, ut a causa caderet, nisi probaret evidentius falsitatem, et, ne ultioris indices in causa procederent, sedem apostolicam appellavit. Suscepit autem Phil. exhibente illum, per quem literas impetravit, et firmiter promittente, quod eas veras esse probaret, memoratus R. ab eisdem iudicibus requisitus, ut aliquam notam exprimeret falsitatis, propter quam falsas esse literas proponebat, nihil aliud specificare voluit, nisi quod eas falsas dixit, et asseruit a cancellaria nostra nullatenus emanasse. Supradicti vero indices, ab ipso R. iuratoria cautione recepta, quod accusationem falsitatis prosequeretur,

Cap. VI. 61) Nos vero rescriptum (scriptum: Aug.) litterarum falsarum diligentius: Comp. III., Reg. — 62) fuerint: C. H. — 63) quod: Reg. — 64) et pr.: C. R. — 65) add.: sint: Comp. III., Reg. — 66) appellamus: C. H. — 67) litterae ap. dirigantur: Reg. — 68) omitt. C. H. — 69) sive „vos“ sive „vester“ vel his similia in ipsis literis apponatur: Comp. III., Reg. — 70) tam in bulla quam filo, tam etiam in charta quam in stilo: Reg. — 71) et: Reg. — 72) omitt. Comp. III., Reg.

Cap. VII. 73) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 514., Comp. III. h. t. c. 4. — 74) Decretum eiusdem in constitutione Lateranensis palatii promulgatum: Rain. — 75) confutandum: C. R. I., Comp. III., Rain. — 76) prius: Comp. III., Rain. — seq.: dil.: desid. ap. Aug. — 77) nequit: id. — 78) denotatus: Rain. — 79) lit. nostr.: omitt. Comp. III., Rain. — 80) et def.: desid. in C. R. I. — 81) decrevimus: C. R., Rain. — 82) ut quod clerici fals.: C. R. I. — 83) omnibus... exercuerint: desid. ap. Rain. — 84) per se: desid. in C. R. I. — 85) falsitatem: Comp. III. Ms.

— 86) postquam et seq.: fuerint: omitt. Rain. — 87) canonicus: id. — 88) puniuntur: C. L. — puniuntur: Comp. III. Ms. — 89) Qui... utuntur: desid. in Comp. III. — 90) sint: C. H. — 91) aliis: Comp. III. — 92) faciendum: C. R. I.

Cap. VIII. 93) Restitutum ex Reg. Bal. I. 456. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 94) Id. in Registro: Comp. IV. Aug., Ms. B. — Sipontino archiep.: Reg. — 95) praedictae: Comp. IV. Aug. — praefatae: Ms. A. B., Reg. — 96) fuerat: C. H., Aug. — fuit: Reg. — 97) habuerant: Reg. — 98) abest a C. R. 2. — 99) de facili: Comp. IV., Reg. — 100) detineri: Aug. — 1) omitt. Comp. IV., Reg. — 2) abest a Comp. IV. Ms. A. B. — 3) desid. in C. H. — 4) restituit et eum: Comp. IV., Reg.

Cap. IX. 5) Restitutum ex Reg. Bal. I. 404. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 6) Id. in Registro episc. Inn.: Comp. IV. Aug. — Id. in Reg. ep. Ronen.: Ms. B. — Id. ep. Renen.: Ms. A. — episcopo Rossensi, archidiacono Bathoniensi et magistro IV. de sancta fide canonico Wellen.: Reg. —

sicut superius est expressum, sequentem diem post dominicam, qua cantatur „Laetare Hierusalem,“ proximo praeteritam, ad prosequendum coram nobis appellationem interpositam utriusque parti terminum praefixerunt. Ceterum praefatus Robertus in termino praetaxato ad praesentiam nostram accedens, super falsitate litterarum ac processu negotii veritate suppressa (ut dicitur) a nobis ad praedictos iudices literas impetravit, et nihil prorsus de falsitatis accusatione proponens, a sede apostolica furtive recessit.* Verum nos literas ipsas, quae redargutae fuerant falsitatis, diligentius intuentes, nullum in eis falsitatis signum vel suspicionis invenimus, nisi paucarum litterarum rasuras, quae nequaquam sapientis animum in dubitationem vertere debuerunt. Unde⁸⁾ „discretionem vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus inquiratis super his diligentius veritatem, et,“ si vobis constiterit, iam dictas literas a nobis fuisse veritate laetia impetratas, et praedictum R.⁹⁾ obligasse se sub periculo causae, quod literas¹⁰⁾ illas¹¹⁾ falsas esse probaret, quum „inter ipsum et adversarium suum quaestio personalis agatur, et“ quilibet ad renunciandum¹²⁾ iuri suo liberam habeat facultatem, ipsi R. super dicta¹³⁾ ecclesia silentium imponatis. „Alioquin partibus convocatis etc. Dat. Lat. XIII. Kal. Nov.“ [1198.]

TITULUS XXI.

DE SORTILEGIIS.¹⁾

CAP. I.

Sortilegia pro futuris inveniendis vel divinationibus faciendis prohibentur, et contra facientibus poena imponitur.

Ex poenitentia Theodori.²⁾

In tabulis³⁾ vel codicibus⁴⁾ aut aliis⁵⁾ sorte furta⁶⁾ non sunt requirenda, aut nullus in psalteria vel in evangelio vel in aliis rebus sortiri, nec divinationes aliquas in aliquibus rebus quis⁷⁾ observare praesumat. Qui autem contra⁸⁾ fecerit, quadraginta dies⁹⁾ poeniteat.

CAP. II.¹⁰⁾

Presbyter, qui per inspectionem astrolabii furta requirit, ad tempus suspenditur ab altaris ministerio. Ita communiter summatur; sed in veritate haec summatio non est indistincte vera, quia acrius potest puniri.

Alexander III. Grandensi¹¹⁾ Patriarchae.

Ex tuarum tenore litterarum accepimus, quod V.¹²⁾ presbyter, „lator praesentium, juvenili levitate usus,“ cum quodam infami ad privatum locum „immundum spiritum invocaturus“ accessit. Unde tu enim, quia propter hoc infamia laborabat, et facinus publicum et notorium erat, ab officio et beneficio ecclesiastico suspendisti. Ipse autem coram nobis viva voce proposuit, quod non¹³⁾ ea intentione, ut¹⁴⁾ vocaret¹⁵⁾ daemonium¹⁶⁾, „erat,“ sed ut inspectione¹⁷⁾ astrolabii furtum cuiusdam ecclesiae posset recuperari¹⁸⁾. Verum¹⁹⁾, licet hoc ex bono zelo et „ex“ simplicitate se fecisse proponat: id tamen gravissimum fuit, et non modicum inde maculam peccati²⁰⁾ contraxit²¹⁾. „Sed quoniam tuius est in dexteram quam in sinistram, et in misericordiam quam in severitatem declinare, ipsum fraternitati tuae duximus remittendum.“ Mandamus²²⁾, quatenus „sibi infra octo dies post harum susceptionem litterarum ecclesiam cum universis ablatis restituas, et“ talem ei pro expiatione illius delicti poenitentiam²³⁾ imponas, quod per annum et amplius, si tibi visum fuerit, „ita tamen, quod biennium non

excedat,“ eum ab altaris ministerio²⁴⁾ praecipias abstinere, et extunc²⁵⁾ liberum sit ei exercere officium sacerdotis²⁶⁾.

CAP. III.²⁷⁾

Non solum electio per sortes fieri non debet, sed etiam electiones compromissariorum per sortes assumi non debent.

Honorius III. Capitulo Lucanensi.²⁸⁾

Ecclesia vestra „nuper“ episcopo destituta, „sicut comperimus,“ vos²⁹⁾, convenientes in unum, ut de futuri³⁰⁾ tractaretis electione pontificis, „circa modum electionis diversos incipientes habere tractatus,“ unam tandem elegistis ex vobis per sortem, qui tres auctoritate vestra elegit, per quos vice omnium Lucanensi providere ecclesiae de pastore; quorum duo tertium, magistrum³¹⁾ R.³²⁾ scilicet³³⁾, elegerunt, quod expresse licebat eisdem secundum traditam a vobis omnibus potestatem. Procuratoribus igitur vestris super his in nostra praesentia constitutis, nos, tali examinato processu, licet nota non careat, quum immo multa reprehensionem sit dignum³⁴⁾, quod sors in talibus intervenit³⁵⁾, „propter praerogativam tamen morum et litteraturam magistri R. concanonici vestri, in quem vota ecclesiae vestrae praeficiendum episcopum concurrerunt, et affectionem, quam ad eandem habemus ecclesiam,“ electionem celebratam de ipso ad gratiam confirmationis admittimus³⁶⁾, sortis usum in electionibus³⁷⁾ perpetua prohibitione damnantes.

TITULUS XXII.

DE COLLUSIONE DETEGENDA.¹⁾CAP. I.²⁾

Accusatore desistente ab accusatione, potest index ex officio suo inquirere super crimine illato.

Gregorius universis Episcopis de Corintha.³⁾

Scripta fraternitatis vestrae relegentes agnovimus, quod hi, qui contra Hadrianum episcopum⁴⁾ aliqua dixerant, modo cum eodem „episcopo“ in amicitiam convenissent, „et magna nobis ad praesens facta est de eorum unitate laetitia. Sed, quoniam ea, quae dicta sunt, indiscussa manere non patimur, sed nostrae diaconum ad ea investiganda dirigimus.“ Quia vero⁵⁾ nuntiati facinoris qualitas nos vehementer impellit⁶⁾, ut ea, quae audivimus, dissimulare nullatenus⁷⁾ debeamus, praesertim quum accusatores et accusatum inter se fecisse gratiam indicaveritis⁸⁾, hoc „nobis“ necesse est subtilius⁹⁾ perscrutari, ne¹⁰⁾ forte non ex caritate, sed ex praenio eorum sit concordia comparata.

CAP. II.¹¹⁾

Desistente accusatore et accusato index prosequitur.

Idem.

Crimina semel audita Gregorius indiscussa nullo modo praeteribat¹²⁾, etiam si accusatus cum accusatore in gratiam redisset.

CAP. III.¹³⁾

Colludens in causa beneficii privari debet beneficio.

Alexander III. Norwicensi¹⁴⁾ Episcopo.

Audivimus¹⁵⁾, „in episcopatu tuo et in aliis episcopatibus Angliae“ usque adeo clericorum malitiam excrevisse, ut¹⁶⁾ interdum, inter se collusione facta super beneficiis, quae possident, se sustineant¹⁷⁾ ab aliis molestari, et postea, ut quaestioni cedatur¹⁸⁾, et iidem

Cap. IX. 7) crimine falsitatis: C. H. — 8) Ideoque: Reg. — 9) saepeditum Robertum: ib. — 10) desid. ap. Aug. — 11) priores: Reg. — 12) abrenunciando: Comp. IV. Ms. B. — abrenunciandi: Ms. A., Reg. — 13) praedicta: Comp. IV., Reg.

TIT. XXI. 1) De sortilegiis: C. R. — Cap. I. 2) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 1. — 3) tollitis: Ed. Rom. oper. mend. — 4) in cod.: Aug. — 5) aut al.: omitt. Comp. I. — 6) futura: Aug., Böh. — add.: facta: C. H. — 7) omitt. Comp. I. — 8) add.: hoc: C. L. H. — omitt. Comp. I. — 9) diebus: C. R. 1.

Cap. II. 10) Restitutum ex App. L. 6., Comp. I. h. t. c. 3. — 11) Granden.: C. R. 2., App., Comp. I. — add.: in eodem (i. e. secundo Reg.) libro: App. — 12) Io.: C. H. — 13) non tamen: C. R. 1. — 14) quod: Aug. — 15) invocaret: C. R. H., App., Comp. I. — 16) daemonem: App. — 17) per inspectionem: ead. — 18) recuperare: C. R. 1. L., App., Comp. I. — 19) Unde: Comp. I. — 20) omitt. App. — 21) contraxisset: Aug. — 22) monentes atque mandantes: App., Comp. I. — 23) poenitentiam: C. L. H., Comp. I. Ms. — 24) ministratio: Comp. I. — administratio: App. — 25) ezinde: App. — 26) sacerdotale: App., Comp. I.

Cap. III. 27) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. un. — 28) Lucan.: Cont. — 29) omitt. Comp. V. — 30) futura: C. L. — 31) desid. in C. R.

1. — 32) Ricardum: Comp. V., Böh. — 33) add.: sibi: C. H. — 34) dignissimus: C. H. — 35) intervenisset: C. R. 2. — 36) admittimus: C. R. 1. — 37) in talibus: Comp. V.

TIT. XXII. 1) abest a C. R. 2. H. L. — Cap. I. 2) Restitutum ex Greg. I. Reg. III. 39. — App. XLVIII. 2., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) universis de Corin.: C. H. — 4) fratrem et coepiscopum nostrum: App., Comp. I., Reg., Böh. — 5) omitt. App., Comp. I., Reg. — seq.: nunc.: desid. in App. — 6) impulit: C. R. 1. — compellit: C. L. — 7) non debemus: App. — 8) indicastis: App. — indicatis: Comp. I., Reg. — 9) subtiliter: C. L., App. — 10) ne forte eorum (illorum: Aug.) comparata concordia, quod abest, non ex caritate, sed ex praenio facta (sed praenio facta esse: App.) constiterit: App., Comp. I. — ne fortasse eorum sit comparata concordia, quos si, quod abest, non ex caritate, sed ex praenio facta constiterit, maiori hoc emendatione plectendum est: Reg.

Cap. II. 11) Ioannes Diac. in vita Greg. IV. 32. — Comp. I. h. t. c. 2. — 12) praeteriebatur: Aug.

Cap. III. 13) Restitutum ex App. XXVIII. 12., Lips. VI. 5., Cass. XVIII. 5., Comp. I. h. t. c. 3. — 14) Norwicensi: Cass. — 15) Audivimus: ead. — 16) quod: App. — 17) sustinent: Coll. citt. — 18) cedant: C. H.

clerici¹⁹) beneficia quiete possideant, quasi nomine transactionis solvant aliis de *ipsis* beneficiis annuum pensionem, ut post mortem eorum in beneficiis illis²⁰), super quibus est *inter eosdem clericos* collusio facta, ius sibi valeant vindicare. Unde, *quia, quid sit tibi exinde faciendum, nos consulere voluisti, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo* mandamus, quatenus, si quos clericos²¹) tuae iurisdictionis per²²) collusionem huiusmodi fraudem legitime tibi constiterit commississe, eos beneficiis, super quibus collusum fuerit²³), non differas *appellatione remota* perpetuo spoliare, quia satis esset indignum *et absurdum*, si fraus et dolus, quae in praedictum tui iuris²⁴) et aliorum nituntur committere, in eorum non redundarent incommodum et iacturam.

CAP. IV.

Absolutio de criminibus illatis, per collusionem facta, non impedit facultatem iterum accusandi et inquirendi de illis criminibus.

Gregorius IX. *Barensi*²⁵) *Archiepiscopo et Fratri Iosaph Monacho Florentino.*

In tantum clamor, qui ascendit contra Acherontinum²⁶) archiepiscopum, invalescit, quod dissimulare ipsum ulterius sine scandalo non valemus, nec sine periculo tolerare. (*Et infra:*) Licet autem sedes apostolica frequentibus²⁷) clamoribus excitata inquisitionem quorundam excessuum suorum duxerit committendam, propter tergiversationes²⁸) tamen ipsius, ut dicitur, eodem cum inquisitoribus et examinadoribus colludente, nec non corruptis testibus et inquisitoribus ac examinadoribus supra dictis, non solum praedicti excessus remanserunt hactenus incorrecti²⁹), verum etiam peiora prioribus committere non expavit. (*Et infra:*) Discretionem vestram mandamus, quatenus, si de huiusmodi collusionem ac corruptione constiterit, ex integro super praemissis et aliis, aliquid super novis duntaxat inquiretis, quae videritis inquirenda.

TITULUS XXIII.

DE DELICTIS¹) PUERORUM.CAP. I.²)

Impuberes praeter vitium carnis delinquere possunt; puniuntur tamen mitius quam adulti.

Gregorius.³)

Pueris grandisculis peccatum nolunt attribuere quidam, nisi ab anni XIV., quum pubescere coeperint. Quod merito crederemus, si nulla essent peccata, nisi quae membris genitalibus admittuntur⁴). Quia vero audeat affirmare, furta, mendacia et⁵) periuria non esse peccata? At his plena est puerilis aetas; quamvis in eis non ita, ut in maioribus, punienda videantur.

CAP. II.⁵)

Puer non debet ita severe puniri, sicut maior, nec pater ex delicto filii impuberis tenetur.

Alexander III. *Hermonensi*⁶) *Episcopo.*

Referente nobis H.⁷) *latore praesentium* intelleximus⁸), quod, quum filius⁹) eius, *qui* decennis *erat*, cum aliis pueris sagittaret, quidam nepos eiusdem H. sagitta percussus interiiit, quod idem filius eius, quum inter alios luderet, fortuito casu dicitur peregrisse, *licet id habeatur incertum*. Propter quod¹⁰) *dilectus filius noster* abbas sancti Remigii a praefato H. secundum consuetudinem illius terrae centum solidos instantius requirebat. (*Et infra:*) Unde¹¹), quoniam in pueris relinqui solet inultum quod in

aliis¹²) provectoris aetatis humanae leges dicant severius corrigendum, *fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo* mandamus, quatenus *rem ipsam diligentius inquiras, et, si tibi* constiterit, filium praedicti H. infra¹³) XIV. aetatis suae¹⁴) annum eundem excessum commississe, memoratum¹⁵) abbatem moneas¹⁶) et *auctoritate nostra appellatione remota* compellas, ut ab eodem H. praedictos centum solidos propter illam¹⁷) consuetudinem non exigit, nec ab ipso pro temporali poena requirat. *Quodsi praenominatus abbas eum super hoc post communionem tuam duxerit impetendum, tu H. et filium suum ab eius impetitione sublato appellationis remedio auctoritate nostra fregit absolvas.*

TITULUS XXIV.

DE CLERICO VENATORE.

CAP. I.¹)

Clerico prohibetur venatio, et contra facienti poena imponitur. Hoc dicitur cum sequenti.

Ex concilio Aurelianensi.

Episcopum, presbyterum aut diaconum canes aut accipitres aut²) huiusmodi *res* ad venandum habere non licet. Quodsi quis talium personarum in hac voluptate³) saepius detentus⁴) fuerit, si episcopus est, tribus mensibus a communione *suspendatur*; si presbyter, duobus; si⁵) diaconus, ab omni officio suspendatur⁶).

CAP. II.⁷)

Summatum est supra capitulo proximo.

*Ex eodem.*⁸)

Omnibus servis Dei venationes et silvaticas vagationes⁹) cum canibus, et accipitres aut falcones¹⁰) interdicimus¹¹).

TITULUS XXV.

DE CLERICO PERCUSSORE.

CAP. I.

Clericus, saepe alium percurrens, et monitus non desistens, deponendus est.

*Ex concilio Agathensi.*¹)

Si quis in aliquo gradu²) sacro percussor extiterit, corripatur a crimine, et³), si non⁴) emendaverit, deponatur.

CAP. II.⁵)

Duobus mensibus a missarum administratione suspenditur episcopus, qui crudeliter aliquem fustigari fecit.

Gregorius *Tarentino*⁶) *Episcopo.*

Praeterea, quoniam mulierem *de matriculis* propter⁷) delictum suum contra ordinem sacerdotii caedi crudeliter fustibus deputasti, quam licet exinde, quum post octo menses decesserit, minime arbitraveris⁸) fuisse⁹) defunctam, tamen, quia ad ordinem tuum¹⁰) noluit habere respectum, *propterea* duobus te mensibus ab administratione missarum statuimus abstinere, *in quibus ab officio tuo suspensum flere te convenit quod fecisti etc.*

Cap. III. 19) *cl., qui . . possident:* Cont. — 20) omitt. C. H. — 21) *clericorum:* Coll. citt. — 22) *sur. tuae collusionem huius fraudis:* App. — 23) *collusio fuerint:* ead. — 24) *tuae iurisdictionis:* App.

Cap. IV. 25) *Varen.:* C. R. 2. — 26) *Acherontinum:* C. R. 1. L. — *Archerontinum:* C. R. 2. — 27) *frequentius:* C. H. — 28) *tergiversationem:* ib. — 29) *incorrupti:* Cont.

TIT. XXIII. 1) *delicto:* C. H. — Cap. I. 2) *Comp. I. h. t. c. 1. — 3) Greg. IX.:* C. R. 1. H., Cont. — *Augustinus:* Comp. I. Aug. — *Eng.:* Ms. — 3*) *committuntur:* C. H. — 4) *abest a Comp. I.*

Cap. II. 5) *Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 2. — 6) Hermonen.:* C. R. 1. — *Hermonien.:* Comp. I. — 7) *Referente nobis Aide:* Aug. — 8) *ad audientiam ap. sed. pervenit:* Comp. I. — 9) *N. filius:* Böhm. ex Cont. — 10) *Quis vero . . . requirebat, ad nostram audientiam appellavit. Unde etc.:* Comp. I. — 11) *Verum:* C. R. 1. — 12) *quod universis:* Comp. I. — 13) *intra:* Cont., Böhm. — 14) *aetatis suae annum existere, quum eundem excessum, ut dicitur, commississet:* Comp. I. — 15) *commemoratum:* Aug. — 16) *mon. et:* desid. in Comp. I. Ms. — 17) *ullam:* C. R. 2. L., Comp. I.

TIT. XXIV. Cap. I. 1) cf. D. XXXIV. c. 2. (conc. Agath. c. 55., Epau. c. 1.) et Coll. ibi alleg. — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) *aut hui. res.:* desid. in Comp. I. Ms. — 3) *voluntate:* C. L. — 4) *delectus:* Comp. I. — 5) *abest a Comp. I. Ms. — diaconus vero:* Aug. — 6) *suspendantur:* C. R. 1.

Cap. II. 7) Immo Cap. Reg. Fr.; cf. Dist. XXXIV. c. 3. et Coll. citt. — Comp. I. h. t. c. 2. — 8) *Idem:* Comp. I. — 9) *fatigationes:* Cont. — 10) *et accipitribus et falconibus:* C. R. 1. — *aut nec:* Comp. I. Aug. — *et ut acc.:* Ms. — 11) *add: habere:* Cont., Böhm. — *habent, interdicimus:* Comp. I.

TIT. XXV. Cap. I. 1) Non exstat in Agath. — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) *ecclesiastico gradu acutus:* Comp. I. — 3) omitt. ead. — 4) *se non:* C. H. — *non se:* C. R. 2. L.

Cap. II. 5) *Restitutum ex Greg. I. Reg. III. 43. — Comp. I. h. t. c. 2. — 6) Carentinien.:* Cont. — *Andrae Tarentino:* Comp. I. — *Andrae Tarent. ep.:* Reg. — 7) *pr. del. suum:* non exstant in Comp. I. et Reg. — 8) *arbitratur:* C. R. 1. — *quum licet post octo menses exinde minime arbitratur (arbitror:* Comp. I.) *fuisse defunctam:* Comp. I., Reg. — 9) *esse:* C. H. — 10) *ordinis tui:* Comp. I., Reg.

CAP. IV.²²⁾

Excommunicati vel interdicti celebrantes deponi debent, nisi propter multitudinem mitigetur poena.

Idem Toletano Archiepiscopo.

Latores praesentium, cum tuis literis ad nostram accedentes praesentiam, suam nobis²²⁾ excessum plinius intimarunt, sci-licet, quod tam ipsi quam multi alii, postquam interdicti vel excommunicati fuerunt²³⁾, divina praesumpserunt²⁴⁾ officia celebrare. Quoniam vero cum eis magnam multitudinem in hoc peccasse dicebant, nec nobis, quis eorum magis vel minus deliquerit, innotescere potuit, negotium ipsum tuae discretionis arbitrio durimus remittendum. Fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo mandamus²⁵⁾, quatenus, rei veritate diligentius inquisita, si Xl. solummodo vel pauciores in his deliquisse constiterit, omnes in perpetuum ab officio sacerdotali deponas. Si vero multitudinem magnam in hoc peccasse cognoveris, eos, quos magis causam delicti esse constiterit, perpetua depositione condemnes, et alios, qui non tantum deliquerunt²⁷⁾, ab officio ad tempus suspendas, et omnibus poenitentiam secundum discretionem tibi a Deo datam iniungas.

CAP. V.²³⁾

Si habens notitiam excommunicationis per solum famam celebrat, debet de rigore deponi, licet cum eo possit misericorditer dispensari. H. d. et est causus notabilis.

Innocentius III. Herbipolensi Capitulo.²³⁾

Illud Dominus in beato Petro. (Et infra:) Venerabilis frater noster quondam Hildesemensis episcopus, imperialis aulae cancellarius, non attendens, quod nulla sunt, quae praeter speciale auctoritatem apostolicae sedis de iure non possent nec deberent impune ab aliquibus attentari, utpote cessiones et translationes episcoporum, et alia, quae nota sunt vobis, licentia non solum non obtenta, sed nec etiam postulata, ecclesia Hildesemensi relicta Herbipolensem ecclesiam occupavit²⁶⁾. (Et infra:) Unde nos, praesumptionem ipsius debita volentes animadversione punire, venerabili fratri nostro Magdeburgensi episcopo²¹⁾ et alia quibusdam in Teutonia constitutis dedimus in mandatis, ut, quum factum ipsum²²⁾ non posset in partibus illis non esse notorium, nisi dictus episcopus infra²³⁾ XX.²⁴⁾ dies post susceptionem litterarum, quas super hoc ipsi direximus, ab Herbipolensis ecclesiae administratione cessaret, eum excommunicatum publice nunciaret²⁵⁾, et excommunicationem eius faceret pulsatis campanis et candelis accensis festis diebus et dominicis innovari, quod idem Magdeburgensis studuit adimplere. (Et infra:) Ipse vero episcopus, in nostra postmodum praesentia constitutus, etsi suum recognosceret²⁶⁾ et confisteretur excessum, et non iudicium, sed misericordiam postularet: hoc tamen inter alia in sua excusatione²⁷⁾ proposuit, quod, quum dictus Magdeburgensis non esset ordinarius iudex eius, non²⁸⁾ crederet, quod monitione²⁹⁾ non praemissa auctoritate delegata posset procedere contra ipsum, aut sententiam in eum aliquam promulgare. Unde, quum nec ante factum monitorias³⁰⁾, nec post factum³¹⁾ literas ab eo aliquas accepisset, peccare non credit³²⁾, si³³⁾ divina officia quantumcunque solenniter celebravit, praesertim quum ei non nisi per famam de sententia contra eum prolata constaret. Quod autem, postquam se novit excommunicatum a nobis, divina sibi fecerat officia celebrari, et fidelium communioni se ingesserat frequenter, id non in contemptum sedis apostolicae vel etiam lauti sacramenti, sed spe veniae asserit se fecisse, ne videlicet induresceret amplius, vel durius eius animus protervere, si nunquam divinis officiis interesset; licet in diebus sollemnibus se nunquam celebrationi divinarum inges-

serit, et cum paucis in angulo alicuius ecclesiae occulte non festivo diebus divina sibi fecerit. Interdum officia celebrari. Licet autem in hoc³⁴⁾ non videatur omnino culpabilis existisse, quia tamen in dubiis via est tutior eligenda, etsi de lata in eum sententia dubitaret, debuerat tamen potius se³⁵⁾ abstinere, quam sacramenta ecclesiastica pertractare. Illud autem, quod sub spe veniae divina sibi fecit, postquam se a nobis excommunicatum noverat, celebrari, et communioni³⁶⁾ fidelium se ingessit, potius contra eum facere credimus, quam pro eo, quum³⁷⁾ sub³⁸⁾ fiducia poenitentiae non debuerit³⁹⁾ deliquisse, et excommunicato⁴⁰⁾ non vitare multo magis, quam non vitari periculosum existat; non vitare siquidem⁴¹⁾, quum in eo sit, excommunicatus sine delicto non potest, sed, quum, ex aliis pendeat⁴²⁾, sine suo delicto poterit non vitari. (Et infra:)⁴³⁾ Cum eo misericordiam facientes, poenam, quam canon infligit⁴⁴⁾ his, qui post excommunicationem divina praesumpserint officia celebrare, vel se celebrationi ingesserint divinarum, ei non duximus infligendam.

CAP. VI.⁵⁴⁾

Excommunicatus celebrans a beneficio deponitur.

Idem Bisuntino Archiepiscopo.

Fraternitati⁵⁵⁾ tuae (Et infra: [cf. c. 7. de eo, qui cogn. IV. 13.]) Presbyteros autem et alios clericos diocesis tuae, qui pro⁵⁶⁾ suis excessibus a te nexibus⁵⁷⁾ anathematis canonice innodati praesumpserunt vel⁵⁸⁾ praesumpserunt officia⁵⁹⁾ celebrare divina, rationabiliter poteris⁶⁰⁾ omnibus beneficiis ecclesiasticis spoliare.⁶¹⁾ Priorem etc. Dat. Ferentini XII. Kal. Iun. Ao. VI. [1203.]

CAP. VII.⁶²⁾

Collatio beneficii excommunicato facta non tenet, et scienter talibus conferens a beneficiis collatione suspenditur. — (Quaesivisti etc.) Celebrans in loco interdicto, si est clericus saecularis, beneficiis privatur; si monachus, in arctius monasterium detruditur. H. d.

Idem Decano⁶³⁾ et Priori Coloniensibus.

Postulasti per sedem apostolicam edoceri (Et infra:) Consequenter etiam quaesivisti, utrum clericis, qui, dum essent excommunicationis vinculo innodati, ecclesiastica beneficia sunt adepti, eadem, postquam absolutio⁶⁴⁾ beneficium obtinuerunt, licite valeant retinere, postulantes nihilominus per sedem apostolicam explicari, qua poena corrigi debeant abbates et abbatissae, et alii ecclesiarum praelati, qui scienter clericis excommunicationi subiectis ecclesiastica beneficia contulerunt. Ad quae Consultationi vestrae respondemus⁶⁵⁾, quod, quum excommunicatis communicari non debeat, clericis excommunicationis vinculo innodatis ecclesiastica beneficia conferri non possunt, nec illi valent ea retinere licite, nisi forsitan cum eis fuerit misericorditer dispensatum, quum ea⁶⁶⁾ non fuerint canonice consecuti⁶⁷⁾. Illi vero, qui scienter illa⁶⁸⁾ beneficia talibus contulerunt⁶⁹⁾, tandiu debent a beneficiis collatione⁷⁰⁾ suspendi, donec super hoc veniam conaequi mereantur, ut puniantur in hoc, in quo delinquere praesumpserunt. Quaesivisti praeterea, qualiter puniri debeant clerici ac⁷¹⁾ monachi vel⁷²⁾ moniales ecclesiarum conventualium, qui post latam interdicti⁷³⁾ sententiam in locis suppositis interdicto praesumpserunt⁷⁴⁾ hactenus, et adhuc etiam non verentur divina officia celebrare, quamvis propter hoc sint excommunicationis vinculo innodati. Ad hoc⁷⁵⁾ breviter respondemus, quod clerici, qui talia praesumpserunt, sunt ecclesiasticis beneficiis spoliandi; monachi vero vel moniales in arctioribus monasteriis ad peragendam⁷⁶⁾ poenitentiam detrudendi⁷⁷⁾. Insuper etc. Dat. Lat. Id. Maii Ao. X. [1207.]

Cap. IV. 22) Restitutum ex App. L. 51., Comp. I. h. t. c. 4. — 23) desid. in C. H. — 24) fuerant: App. — fuerint: Comp. I., Cont., Böhm. — 25) praesumpserint: ib. — 26) mandantes: App., Comp. I. — 27) deliquerint: Cont., Böhm.

Cap. V. 28) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — 29) aliam hui. cap. partem vide in c. 5. de M. et O. l. 33. — 30) cf. c. 3. de transl. ep. l. 7. — 31) archiepiscopo: C. H., Comp. III. — 32) desid. in C. L. — illud: C. R. l. — 33) intra: Cont., Böhm. — 34) XXX.: Comp. III. Ms. — 35) nunciarent: Comp. III., Böhm. — 36) cognosceret: C. R. l. — 37) suam excusationem: id., Comp. III. — 38) nec: ead. — 39) admonitione: ead. — 40) communitarius: ead. — 41) crederet: C. R. 2. — 42) sed: C. H. — 43) in primo capitulo: Comp. III. — 44) omitt. C. H., Comp. III. — 45) orationis se inserit: Comp. III. Aug. — 46) quod: C. H. — 47) desid. ap. Aug. — 48) debuerat: C. H. — 49) excommunicatos: C. L., Comp. III., Böhm. — 50) add.: utros: C. R. l. — 51) depen-

dent: C. H. — desid. in C. R. 2. — 52) non vitari. Et ita cum eo: Comp. III. — 53) minatur: Cont., Böhm. — desid. in Comp. III.

Cap. VI. 54) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 72. — Comp. III. h. t. c. 2. — 55) Fraternitatis: C. R. l. — 56) desid. in C. H. — 57) nexu: Reg. — 58) praes. vel: omitt. C. H. — 59) abest a Reg. — 60) potes: ib. — 61) priores denunciare: ib.

Cap. VII. 62) Restitutum (quantum expedire videbatur) ex Reg. Bal. X. 62. — Comp. III. h. t. c. 3. — 63) maiori decano etc.: Comp. III., Reg. — 64) taliter resp.: C. R. l. — vobis taliter diximus respondendum: Comp. III., Reg. — 65) ipsa: ib. — 66) assecuti: Reg. — 67) ipsa: ib. — 68) contulerint: C. R. 2. — 69) collationibus: C. R. l. — 70) nec non et: Comp. III. — nec non etiam: Reg. — 71) desid. ap. Aug. — 72) praes. etc. etiam: desid. in C. H. — 73) quod: Reg. — 74) agendam: C. R. l. — 75) recludendi: Aug. — retrudendi: Reg.

CAP. VIII.⁷⁶⁾

Valet collatio beneficii ei facta, qui prius fuit excommunicatus, sed absolutus tempore collationis.

Idem Decano⁷⁷⁾ et Subdiacono Pictavensibus et Magistro P. Canonico Petragoricensi.

Proposuit "olim" coram nobis⁷⁸⁾ "dilectus filius" magister P. "Boiol" clericus "venerabilis fratris nostri" episcopi Tuscolanensis, quod "dilecto filio" G. sanctae Mariae in porticu diacono cardinali in partibus illis apostolicae sedis legationis fungente officio⁷⁹⁾, quidam de⁸⁰⁾ Lemovicensibus "canonicis" ei⁸¹⁾ humiliter supplicarunt, ut eorum ecclesiam⁸²⁾, quae debito⁸³⁾ fraudabatur clericorum servitio, ordinaret, pro se ac magistro eodem "scriptore nostro" preces⁸⁴⁾ specialiter porrigentes⁸⁵⁾. Ipse vero, Lemovicensem⁸⁶⁾ civitatem ingressus, canonicos "interpositis precibus" monuit, ut illos reciperent in socios⁸⁷⁾ et in fratres, maxime quum praebendae V. vel IV. ab ultima ipsius ecclesiae ordinatione vacarent, quibus⁸⁷⁾ post petitas et concessas deliberationis inducias non curantibus respondere, de praebenda Lemovicensi cardinalis praedictus eosdem clericos investivit. (Et infra:) "Si vero probaret, ipsum excommunicatum tunc temporis existisse, non postponeret quod de ipso factum fuerat revocare, qui, mandatum apostolicum exsequentes, utriusque partis receptis testibus, et confessionibus et allegationibus intellectis, eandem causam sufficienter instructam ad nostrum remisit examen." Quum⁸⁸⁾ autem dictus magister et Lemovicensis poenitentiaris in nostra fuissent praesentia constituti, et acta iudicii⁸⁹⁾ inspicere fecerimus⁹⁰⁾ diligenter, per poenitentiarium testes intelleximus "factam fidem," quod⁹¹⁾ Lemovicensis episcopus pluribus annis, antequam idem magister investitus fuerit, "et" clericos et burgenses castri Lemovicensis⁹²⁾ et⁹³⁾ eundem P. nominatum, quem eorum dicebant consiliarium et factorem, vinculo excommunicationis adstrinxit. Per testes vero magistri P. probabatur⁹⁴⁾, quod, etsi dictus episcopus in burgenses et eorum fautores tam clericos quam laicos Lemovicenses excommunicationis sententiam protulisset, eos tamen per tres annos absolvit⁹⁵⁾, antequam⁹⁶⁾ dictus magister fuerit investitus, "quibusdam presbyteris usque ad certum tempus in excommunicatione retentis, qui contra sententiam interdicti praesumpserant celebrare," et quod idem episcopus dicto⁹⁷⁾ magistro communicavit⁹⁸⁾ postea in ecclesia et in mensa. Quia vero⁹⁹⁾ "iuxta mandati nostri tenorem" saepe dictum¹⁰⁰⁾ magistrum "P." investiturae suae tempore a praefato¹⁾ episcopo existisse²⁾ excommunicatum, dictus poenitentiaris, sicut obtulerat, non probavit, quum ex adverso de absolute et communione³⁾ dicti episcopi fuerit facta fides: quod per dictum legatum de memorato magistro "P." factum est, "de fratrum nostrorum consilio" per diffinitivam sententiam duximus approbandum. "Quocirca etc. Dat. Lat. VI. Kal. Febr. Ao. XIII." [1210.]

CAP. IX.

Suspensus vel excommunicatus ignoranter celebrando nulla indiget dispensatione respectu irregularitatis; alius secus.

Gregorius IX.⁴⁾ I. et I.⁵⁾ Canonice Pragensesibus.

Apostolicae sedis (Et infra:) Verum, quia tempore suspensionis ignari celebrastis divina, vos reddit ignorantia probabilis excusatos. Ceterum, si forte ignorantia crassa et supina aut erronea fuerit, propter quod dispensationis gratia egeatis, eam vobis de benignitate apostolica indulgemus.

CAP. X.

Excommunicatus minori celebrans non est irregularis, sed peccat, et potest eligere, et ea, quae sunt iriudictionis, exercere, licet non eligi; et, si confert sacramenta, licet peccet, tamen collatio tenet et suum habet effectum.

Idem.

Si celebrat minori excommunicatione ligatus, licet graviter peccet, nullius tamen⁶⁾ notam irregularitatis incurrit, nec eligere prohibetur⁷⁾, vel ea, quae ratione iurisdictionis sibi competunt, exercere. Si tamen scienter talis electus fuerit, eius electio est irritanda pro eo, quod ad susceptionem eorum eligitur, a quorum perceptione a sanctis Patribus est privatus. Peccat autem conferendo ecclesiastica sacramenta; sed ab eo collata virtutis non caret effectum, quum non videatur a collatione, sed participatione sacramentorum, quae in sola consistit perceptione, remotus; dummodo non in contemptum ecclesiasticae disciplinae, videlicet contra prohibitionem superioris, communioni excommunicatorum pertinaciter se ingesserit, in quo casu est anathemate feriendus.

TITULUS XXVIII.

DE CLERICO¹⁾ NON ORDINATO MINISTRANTE.CAP. I.²⁾

Clericus, ministrans in pertinentibus ad ordinem, quem non habet, deponendus est, et amplius non ordinandus.

Hormisda³⁾ Papa.

Si quis baptizaverit aut aliquod divinum officium exercuerit⁴⁾ non⁵⁾ ordinatus, propter temeritatem abiciatur⁶⁾ de⁷⁾ ecclesia, et nunquam ordinetur.

CAP. II.⁸⁾

Diaconus, missam celebrans, ad sacerdotium non promovetur, et a diaconatu suspenditur ad tempus; sed in beneficio poterit ad tempus dispensari.

Urbanus III. Legionensi⁹⁾ Episcopo.

Ex literis tuae fraternitatis innotuit nobis¹⁰⁾, quod I.¹¹⁾ diaconus "praesentium lator, volens ante tempus in presbyterum ordinari, asseruit, se propter ordinationem tuam gradum sacerdotalem adeptum, et," quum non imposuisses¹²⁾ ei manum, missarum celebrationem usurpare praesumpsit; "postmodum vero Domino inspirante rediit ad se ipsum, et proprium recognoscens excessum, in tanto sibi periculo consulti humiliter postulavit. Quia igitur super hoc tua nos duxit fraternitas consulendos, literis praesentibus" Consultationi tuae¹³⁾ respondemus¹⁴⁾, quod¹⁵⁾ ad sacerdotis¹⁶⁾ officium non poterit¹⁷⁾ promoveri; a diaconatu quoque¹⁸⁾ biennio vel triennio pro¹⁹⁾ tua maneat provisione suspensus. De beneficio autem misericorditer agatur cum eo²⁰⁾, ne sustentatione privatus ad saeculi negotia²¹⁾ revertatur. Ut autem securius ei possis hanc misericordiam facere, de agenda "imposita" poenitentia diligentem²²⁾ circa eum curam non desinas exhibere²³⁾. Salubrius²⁴⁾ autem sibi absque dubio providebit, si ad regularem vitam se duxerit transferendum.

Cap. VIII. 76) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. un. — subser. dedimus ex App. ad Reg. Bal. XIII. 201. — 77) decano et subdecano Pictaven. et magistro P. amico de Longovado canonico Pictagoricen.: Comp. IV. Aug. — decano ... magistro P. de Longovado Ms. A. — decano et subdecano de Longovado canonico Perragon.: Ms. B. — decano et subdecano Pictavensensi et magistro Americo de Longovado can. Petragoricen.: Reg. I. c. — 78) eorum nobis: desid. in C. R. 1. l. — coram dil. fil. Pelagio (P.: Comp. IV.) sanctae Luciae ad septu. solis diacono cardinali, quem sibi et poenitentiarium Lemovicensi (Lemonoli: Comp. IV. Ms. B. — Lemovicen.: Ms. A.) concessimus audire. Comp. IV., Reg. I. c. — 79) officii: Comp. IV. Ms. A. — 80) de civitate Lemon.: C. R. 1. — de Lim.: C. R. 2. — de Lemonicen.: C. L. — de Lera.: Comp. IV. Ms. B. — de Lemovicinio: Cont., Böhm. — 81) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 82) ut in eorum ecclesia, quae debito fraud. (fundabatur: Ms. A.) servitio clericorum (clericos: Ms. A.) canonicos ordinaret (can. ord.: desid. in Comp. IV. Ms. B.). Comp. IV. — 83) quae debito numero fraud. canonicorum serv.: C. R. — 84) desid. in Comp. IV. Ms. B. — 85) offerentes: C. H. — 86) Lemocen.: Comp. IV. Ms. A. — Lemovicen.: Ms. B. — Lemonicen.: C. R. 1. l. — 87) canonicos: C. R. 1. — 87) qui, monitione ipsa devote suscepta, deliberationis inducias petierunt, post quas primo et secundo concessas, non curantibus respondere, de (add.: quibus: Aug.) praebendis Lemovicen. (Lemovicen.: Ms. A. — add.: ecclesiae: Aug.) cardinalis: Comp. IV. — 88) Quum autem propter hoc tam saepedictus magister quam poenitentiaris (alii: Ms. A. — add.: memoratus: Ms. B.) in nostra etc.: Comp. IV.

— 89) ipsa: ead. — 90) faceremus: C. H. — 91) add.: W. fr. noster: Aug. — 92) Lemon.: Comp. IV. Ms. B. — Lemovicen.: Ms. A. — 93) contra: Aug. — 94) probatur: Comp. IV. Aug., Cont., Böhm. — 95) absolvent: ib. — 96) quam magister: Aug. — 97) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 98) communicaverit: C. L. — 99) His igitur et aliis, quae utraque pars proposuit (add.: coram nobis: Aug.), intellectis, quia (et qu.: Ms. A.) iuxta: Comp. IV. — 100) praedictum: C. R. 1. — superscriptum: Aug. — seq.: magistr.: desid. in Comp. IV. Ms. A. — 1) praedicto: Aug. — 2) fuisse: C. H. — 3) communicatione: Comp. IV. Aug., Ms. B.

Cap. IX. 4) Gregorius VIII.: Cont. — 5) I. et L.: C. R. 1. l. — desid. in C. H. et ap. Cont. — aliam hui. epist. partem vide in c. 9. de except. II. 25.

Cap. X. 6) desid. in C. R. l. H. — 7) prohibemus: C. R. 2. TIT. XXVIII. 1) omitt. C. R. l. H. — Cap. I. 2) Lips. XXXII. 6., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) Honorius: C. R. — 4) celebraverit: C. H. — 5) nisi: C. R. 1. — 6) eiiciatur: C. H. — 7) ab: Comp. I.

Cap. II. 8) Restitutum ex App. l. 62., Cass. XXI. 2., Comp. I. h. t. c. 2. — 9) Lingon.: C. R. 2. — 10) omitt. C. H. — 11) desid. in App. et Cass. — 12) imposuisset illi: Cass. — 13) Cons. tuae: non exstant in Coll. cit. — 14) taliter resp.: Cont., Böhm. — 15) desid. in Cass. — 16) sacerdotii: ead. — 17) potest: C. R. 1. — 18) desid. in Cass. — 19) pro tua man.: omitt. ead. — 20) cum eo: omitt. Aug. — 21) negotia: Cass. — 22) diligenter: C. R. 1., Aug. — 23) adhibere: C. L. — 24) salubriter: C. H.

TITULUS XXIX.

DE CLERICO PER SALTUM PROMOTO.

CAP. UN.¹⁾

Qui ignoranter per saltum de subdiacono fit presbyter, post poenitentiam in diaconum ordinatur, et postea potest secum in sacerdotio dispensari.

Innocentius III. *Nononiensi*²⁾ Episcopo.

Tuae nobis praesentatae literae continebant, quod, sicut ex relatione quorundam bonorum virorum receperas³⁾, P. presbyter lator praesentium, diaconatus ordine praetermissio, se fecit ad sacerdotii ordinem⁴⁾ promoveri, quumque super hoc ab ipso quaesisses diligentius veritatem, ipse tibi quoque⁵⁾ secreto humiliter confensus est, se pro certo nescire, si res taliter se haberet, sed, ex quo boni viri hoc asserebant, inter quos fuerat conversatus, credebatur assertioni eorum, eo, quod ipse tempore, quo ordines inferiores susceperat⁶⁾, infra⁷⁾ annos discretionis fuerat constitutus. Tu igitur, ipsum ad apostolicam sedem transmittens, a nobis humiliter supplicasti, ut cum eo misericorditer agere dignaremur. Nos igitur, eius miseriae condolentes, fraternitatis tuae per apostolica scripta Mandamus, quatenus condignam poenitentiam pro huiusmodi negligentia iniungas eidem; qua⁸⁾ peracta, quia non intelligitur iteratum quod factum esse nascitur, ipsum in diaconum ordinare procures, et sic de misericordia eundem ministrare permittas in ordine⁹⁾ sacerdotis. Dat. Rom. ap. S. Petr. XII. Kal. Ian. [1205.]

TITULUS XXX.

DE EO, QUI FURTIVE ORDINEM SUSCEPIT.¹⁾CAP. I.²⁾

Qui furtive recipit ordinem, si contra hoc facientes lata erat excommunicatio, sine dispensatione Papae in sic suscepto ministrare vel ad superiorem ascendere non potest; sed, si excommunicatio lata non erit, episcopus et abbas poterunt dispensare. H. d. cum duobus sequentibus.

Alexander III. *Lingoniensi*³⁾ Episcopo.

Veniens ad nos⁴⁾ P. lator praesentium nobis exposuit, se⁵⁾ antiqui hostis versutia circumventum, furtive diaconatus ordinem suscepisse. Unde fraternitati tuae⁶⁾ respondemus, quod, si forte non fuit⁷⁾ a te, vel ab aliquo⁸⁾ archidiaconorum vel praelatorum tuorum⁹⁾ sub anathematis interminatione prohibitus, tu ipse in promotione ipsius¹⁰⁾ ad sacerdotale officium condigna¹¹⁾ satisfactione imposita¹²⁾, nisi alia¹³⁾ impediunt, pro arbitrio tuo dispensas¹⁴⁾. Si vero interminatio anathematis super hoc facta est, moneas¹⁵⁾ eum, sicut et nos fecimus, ut in¹⁶⁾ aliquo monasterio¹⁷⁾ seu canonica¹⁸⁾ habitum suscipiat¹⁹⁾ regularem; cui²⁰⁾ iuxta admonitionem, ex quo in habitu illo aliquanto tempore fuerit laudabiliter conversatus, poteris misericorditer²¹⁾ providere; alioquin nulla ratione concedimus, eum ad sacerdotalem ordinem promoveri²²⁾.

CAP. II.²³⁾

Summatum est supra capitulo proximo.

Coelestinus III.²⁴⁾

Quum H. lator praesentium, sicut nobis sua²⁵⁾ quaestione²⁶⁾ mon-

stravit, ad tuam ordinationis causa²⁷⁾ praesentiam accessisset, iuxta²⁸⁾ consuetudinem patriae sibi²⁹⁾ quatuor minores ordines contulisti; quibus non contentus, subdiaconatum etiam³⁰⁾ eodem die, inter alios latens te inscio, et diaconatum temerario ausu recepit. Quia vero idem clericus in hoc³¹⁾ facto multum excessit, mandamus, quatenus eum in minoribus duntaxat³²⁾ ordinibus celebrare³³⁾ permittas. Si vero domum religionis intraverit, et vita et mores eius exegerint: abbas suus, si voluerit³⁴⁾, etiam in aliis cum eo poterit ordinibus dispensare.

CAP. III.³⁵⁾

Summatum est supra capitulo primo.

Idem.

Innotuit nobis ex tenore tuarum litterarum, quod G. clericus³⁵⁾ lator praesentium et alii duo de dioecesi tua ad G.³⁶⁾ quondam Seguntium³⁷⁾ episcopum, ut³⁸⁾ ordines ab eo reciperent, accesserunt³⁹⁾; quumque⁴⁰⁾ ab eodem episcopo sub⁴¹⁾ excommunicationis sententia fuisset inhibitum, ne quia⁴²⁾ se ad duos ordines suscipiendus ingereret, praedicti clerici nihilominus subdiaconatus et diaconatus ordinem⁴³⁾ clandestine⁴⁴⁾ susceperunt. Quia igitur, quid tibi faciendum sit, pro his tua nos duxit fraternitas consulendus, Consultationi⁴⁵⁾ tuae taliter respondemus, quod taliter ordinati in susceptis ordinibus de iuris rigore ministrare non debent⁴⁶⁾. Verum tamen⁴⁷⁾, si ad religionem aliquam voluerunt⁴⁸⁾ se transferre, et, peracta poenitentia pro arbitrio tuo eis iniuncta, ibidem laudabiliter⁴⁹⁾ fuerint conversati, processu temporis cum eis poteris de nostra licentia dispensare, ut postmodum susceptorum ordinum executione laentur. Praeterea pro praedicto G., quum in persona propria laboraverit, fraternitatem tuam rogamus attentius et monemus etc.

TITULUS XXXI.

DE EXCESSIBUS PRAELATORUM ET SUBDITORUM.

CAP. I.¹⁾

Monet praelatos abstinere a gravaminibus subditorum, et aliqua enumerat, et geminatam poenam imponit contra facientibus.

Alexander III.

Pervenit ad audientiam nostram, unde, si verum est, miramur plurimum, et aduersus vos de iure movemur, quod in presbyteros, qui sunt in vestra iurisdictione constituti, singulis annis, quasi in seruos et mercenarios, talliam facitis, quibus, nisi ad voluntatem vestram pecuniam solcerint, dicinum officium interdicitis, et eos effliter et inhoneste tractatis in tantum, quod ipsos laicos despicabiles reddidistis. Quum autem²⁾ presbyteros quasi filios et fratres benigna³⁾ ac fraterna⁴⁾ debeatis caritate fovete, mandamus⁵⁾, quatenus in eos huiusmodi tallias et exactiones indebitas exercere nullatenus⁶⁾ praesumatis, nec de cetero irrationabiliter gravetis vel inhoneste tractetis eosdem⁷⁾, aut sine iudicio capituli sui⁸⁾ suspendere⁹⁾, vel eorum ecclesias interdicto subicere¹⁰⁾ attentis, neque duas matrices¹¹⁾ ecclesias, quarum unam sibi sufficere videbitis, permittatis illos¹²⁾ tenere¹³⁾, nec aliquem¹⁴⁾ excommunicare sine ordine iudiciorum praesumatis, scituri¹⁵⁾ pro certo, quod, si huiusmodi rumores de vobis iterum¹⁶⁾ ad aures nostras pervenerint, pro tantis excessibus vos¹⁷⁾ auctore Domino

TIT. XXIX. Cap. un. 1) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 192. — Comp. III. c. un. h. t. — 2) Clementin.: C. R. 2. — Clarem.: C. H. — Olomucen.: Comp. III. — leg.: Olomucen. (Olmütz) cum C. L. et Reg. — 3) acceptas: Reg. — 4) gradum: ib. — 5) omitt. Comp. III., Reg., Böhm. — 6) suscepit: Reg. — 7) intra: Cont., Böhm. — 8) ea: Comp. III. Ms. — et ea: Aug., Reg. — 9) ordines: Ed. Rom. oper. mend.

TIT. XXX. 1) recepit: C. H. — Cap. I. 2) Restitutum ex App. XXVI. 9., Lips. XI. 9., Cass. XXI. 14., Comp. I. h. t. c. 1. — 3) F. Linon. ep.: Lips. — F. Lenovensis: Cass. — G. Livonensis: App. — Linconen.: Comp. I., Cont. — 4) ad nos: desid. in Lips., Cass., Comp. I. — ap. Aug. capituli initium est: Lator praesentium nobis exposuit. — 5) quod... suscepit (Cass.: suscepit): Coll. citt. — 6) fr. tuae: omitt. C. R. L. H. — Unde ita (tibi) diximus respondendum: Coll. citt. — 7) fuerit: ead. — 8) alio: Böhm. — 9) nostrorum: Cass. — 10) illius: Lips. — 11) cum cond.: Aug. — 12) interposita: Cass. — 13) aliqua: Coll. citt. — 14) dispensa: Lips. — 15) communes: App., Lips., Comp. I. — admoneas: C. L., Cass. — 16) omitt. Cass. — 17) monast. monasticum seu canonicum habitum suscipiant regularem: ead. mendose. — 18) seu canonica: Lips., Comp. I. Aug. — seu regulari canonica: Comp. I. Ms. — 19) recipiat: C. R. 1. — 20) qui: Lips., Cass., Comp. I. — 21) add.: ei: ead. — 22) promovendum: Lips., Comp. I.

Cap. II. 23) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 384., Comp. II. h. t. c. 1. — 24) Clemens III.: Comp. II. — Idem (i. e. Clem. III.) Euronensis ep. in eodem libro: Luc. — 25) tuas: Comp. II. Ms. A. B. — 26) conquestione: Luc., Comp. II. Ms. A. — 27) tempore: Luc. — 28) tua: Fraternitas iuxta cons. patriae illi (ei: Luc.) quat. min. ord. contulit (Comp. II. Ms.

A.: contulerit), quibus nullatenus contentus: Coll. citt. — 29) ei: C. R. 1. — 30) omitt. Coll. citt. — 31) isto: ead. — 32) omitt. ead. — 33) ministrare: ead., C. H. — 34) si vol.: omitt. Luc., Comp. II. Aug., Ms. A.

Cap. III. 34) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 35) desid. in Comp. II. Ms. A. — 36) C.: C. R. 1. — 37) Saguntin.: Aug., Ms. B. — 38) ut... rec.: omitt. ib. — 39) accedentes: Aug. — desid. in Ms. B. — 40) accedens, licet ab eodem episcopo sub excommunicationis sententia (causa: Ms. A.) fuisset districte (omitt. Ms. B.) prohibitum, ne: Comp. II. — 40*) desid. in C. R. 1. — per exc. sententiam: C. H. — 41) quis ad duos... accederet: Comp. II. Ms. B. — 42) ordines: ib. — 43) clandestino: ib. — clanculo: Aug., Ms. A. — 44) tibi auctoritate apostolica: Comp. II. Aug., Ms. B. — tibi praesentium auctoritate: Ms. A. — 45) debeant: Böhm. — 46) Verum, lanets: id. — 47) voluerint: Comp. II., Cont., Böhm. — 48) desid. in C. R. 2.

TIT. XXXI. Cap. I. 1) Restitutum ex App. II. 7., Lips. IV. 2., Cass. XVI. 2., Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Ideo vero (Ideoque: Cass.) haec, si vera sunt, gravi debent ultione (poena: Cass.) puniri, quum eosdem presb.: Coll. citt., Böhm. — 3) benigne: C. R., App., Lips., Comp. I. — 4) summa: App. — 5) Discr. igitur vestrae (Unde vobis: App.) per ap. scr. praec. mandamus, ut (quatenus: Cass., Comp. I.) in praedictos presbyteros: Coll. citt. — 6) non: App. — 7) eos: Coll. citt. — 8) susp. praesumatis (add.: nec hos de cetero: Cass.) vel eorum eccl. interdicto subiciatis: Coll. citt. — 8*) supponere: C. R. 1. H. — 9) eos: ead. — 10) habere: Cass. — 11) eos: App. — 12) sciatis: ead. — 13) abest a Comp. I. — 14) nos: App., Cass.

taliter puniemus, quod timore¹⁵⁾ poenae vestrae¹⁶⁾ ceteri a similibus abstinebunt.

CAP. II.¹⁷⁾

Non potest episcopus sine causa ecclesiam alteri subiectam ab illius subiectione et obsequio liberare.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Ad haec, quoniam "praedictus" episcopus, "sicut accepimus," plures ecclesias, "et praecipue ecclesiam de Nortun.," a consuetudine et obsequio archidiaconorum liberas constituit¹⁸⁾ et immunes, per¹⁹⁾ quod redditus diminuit eorundem "et attenuavit: nihilominus tibi praesentium significatione" mandamus²⁰⁾, quatenus, "si res ita se habet," factum episcopi super²¹⁾ hoc "appellatione remota" corrigas²²⁾ et emendes, et ita provideas, quod²³⁾ praefatis archidiaconis²⁴⁾ consuetudines, quas presbyteri in ecclesiis²⁵⁾ suorum archidiaconatum²⁶⁾ debent, plenarie conserventur, et illis²⁷⁾ debitam²⁸⁾ reverentiam exhibeant et honorem.

CAP. III.²⁹⁾

Habens subiectionem seu collationem beneficii, illud pro suo usu retinere non potest, seu sibi conferre.

Idem Exoniensi³⁰⁾ Episcopo.

Ad aures nostras pervenit, quod quidam archidiaconi tui se in ecclesiis³¹⁾, quae in suis archidiaconatibus vacant, auctoritate propria intrudere non verentur, "et sic ipsas ecclesias delinere non erubescunt. Attendentes itaque absonum et omni rationi contrarium tantae praesumptionis excessum, nec volentes incorrectum relinquere, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipimus" Mandamus, quatenus eos³²⁾, "si qui archidiaconi sunt in episcopatu tuo," qui tali modo ecclesias³³⁾ occupant vel occupatas detinent, ad eas³⁴⁾ dimittendas "omni occasione et appellatione cessante" censura³⁵⁾ ecclesiasticam compellas, et easdem ecclesias de³⁶⁾ personis idoneis "et honestis" ordinans³⁷⁾, praefatos archidiaconos pro tanta praesumptione debita cures animadversione punire.

CAP. IV.³⁸⁾

Contra naturam incontinentes, si sunt clerici, deponuntur, et in monasterio detruduntur; si laici, excommunicantur.

Idem in concilio Lateranensi.

Clerici *in sacris ordinibus constituti, qui mulierculas in domibus suis sub incontinentiae nota tenuerint, aut abiciant eas et continenter vivant, aut ab officio et beneficio ecclesiastico fiant alieni." Quicumque "autem" illa³⁹⁾ incontinentia, quae contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiae et quinque civitates igne consumpsit, deprehensi fuerint laborare⁴⁰⁾, si clerici fuerint, deiciantur⁴¹⁾ a clero, vel⁴²⁾ ad agendam poenitentiam in monasteriis detrudantur; si laici⁴³⁾, excommunicationi subdantur, et a coetu fidelium fiant penitus⁴⁴⁾ alieni.

CAP. V.⁴⁵⁾

Subditus non tenetur parere superiori, aliquid exigenti vel praecipienti contra tenorem sui privilegii.

Idem.⁴⁶⁾

Sane, si episcopi aliquid⁴⁷⁾ ab abbatibus praeter debitam obedientiam contra libertatem ordinis a praedecessoribus nostris et a nobis

indultam exigunt, liberum sit "eisdem" abbatibus auctoritate apostolica quod petitur denegare, "ne occasione ista ordi iste, qui hactenus liber existit, perpetuae servitutis laqueo vinciat." "

CAP. VI.⁴⁸⁾

Vicarius ecclesiae, usurpans sibi ipsius ecclesiae personatum contra praestitum iuramentum, ad officii sui executionem admitti non debet.

Idem Norwicensi⁴⁹⁾ Episcopo.

Illud etiam de⁵⁰⁾ vicariis, qui personis fidei et sacramento⁵¹⁾ obligati sunt, duximus statuendum, quod, si "fidei et sacramenti religione contempta" personatum sibi falso assumptum⁵²⁾, contra personas⁵³⁾ se erexerint, et super hoc in iure confessi fuerint vel convicti⁵⁴⁾, de cetero in eodem episcopatu ad officii sui executionem nullatenus⁵⁵⁾ admittantur.

CAP. VII.⁵⁶⁾

Excommunicatio, lata contra subditum, quia non parat contra privilegium sibi a superiori concessum, non tenet.

Clemens III.⁵⁷⁾

Quum ad quorundam "multitiam coercendam in concilio fuerit Lateranensi multa deliberatione statutum, ut archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, archipresbyteri etiam et decani eorum electionis numerum et personarum in ecclesiarum visitationibus non excedant: quia, sicut audivimus, quidam ex praedictis personis id in ecclesiis vestris nequaquam observant, super hoc commoditati vestrae attentius duximus salubriter providendum." Ideoque discretioni vestrae apostolica⁵⁸⁾ auctoritate concedimus, ut, si ecclesiarum praelati⁵⁹⁾ numerum electionis⁶⁰⁾ et personarum in Lateranensi⁶⁰⁾ concilio constitutum⁶⁰⁾, quum ecclesias⁶¹⁾ visitant, excedere forte praesumpserint, et pro illis procuracionem⁶²⁾ exegerint, liberum sit vobis⁶³⁾ auctoritate apostolica denegare, et, si propter⁶⁴⁾ hoc in ecclesias vestras vel clericos "vestros" aliquam sententiam promulgaverint, ipsam "auctoritate apostolica" decernimus⁶⁵⁾ non tenere. "Nulli ergo etc. Dat. Rom. ap. S. Petrum."

CAP. VIII.⁶⁶⁾

Praelatus inferior citra episcopum non potest suam ecclesiam vel sibi subiectam alteri unire sine episcopi consensu, etiam metropolitani auctoritate interveniente. H. d. et est casus multum allegabilis.

Coelestinus III.⁶⁷⁾ Faustino⁶⁸⁾ Episcopo.

Sicut unire episcopatus atque potestati subicere⁶⁹⁾ alienae, ad summum⁷⁰⁾ Pontificem pertinere dignoscitur: ita⁷¹⁾ episcopi est ecclesiarum suae dioecesis unio et subiectio earundem. Quum itaque, "sicut nobis innotuit," prior Grandensis⁷²⁾ monasterium suum, quod est in tua dioecesi, et de tuo debet ordinari consensu, monasterio de Accato⁷³⁾, tuo assensu minime requisito, subiecerit sive unierit⁷⁴⁾, "fraternitati tuae per apostolica scripta mandavimus atque indulgemus, ut," quod fecit "super hoc" te inconulto, tibi liceat auctoritate nostra, sicut iustum⁷⁵⁾ fuerit, infirmare, non obstante assensu vel⁷⁶⁾ confirmatione, quam metropolitanus interposuisse proponitur, quum in dioecesi sui suffraganei absque ipsius⁷⁷⁾ assensu non debeat⁷⁸⁾ aliquid⁷⁹⁾ "huiusmodi" contra constitutiones canonicas attentare, nos quoque id decernimus⁸⁰⁾, "prout dictum est," irritandum, "statuentes etc."

Cap. I. 15) pro tim. — Cass. — 16) omitt. App.
Cap. II. 17) Restitutum ex App. XXIV. 4., Lips. XII. 4., Cass. XXII. 4., Comp. I. h. t. c. 2. — 18) constituit: Comp. I. — 19) propter quod: C. H. — et in hac parte redditus eorum dim.: Coll. c. 1. — 20) in iungimus, ut: Coll. c. 1. — 21) omitt. App. — 22) corripis: C. H. — 23) ut: App. — 24) praefato archidiacono: Coll. c. 1. — add.: G. App. — 25) ecclesiam: Cass. — 26) sui archidiaconatus: Coll. c. 1. — 27) illi: App., Lips., Cass., Comp. I. Ms. — 28) gratam: Aug.
Cap. III. 29) Restitutum ex App. XXIV. 3., Lips. XII. 3., Cass. XXII. 3., Comp. I. h. t. c. 3. — 30) Exonen.: Comp. I. — H. (i. e. Bartholomaeo) Exon. ep.: Lips. — 31) ecclesiam: Cass. — 32) ipsos: Coll. c. 1. — 33) ecc. occupatos detinent: App. — 34) easdem: Böhm. ex Cont. — 35) districtione: App. — 36) omitt. Coll. c. 1. — 37) ordines et: ead.
Cap. IV. 38) Restitutum ex c. 11. conc. Lat. III. (hab. A. 1179). — Lips. 20., Cass. XI. 1., Comp. I. c. 12. de cohob. cler. III. 2. — 39) in illa: Lips., Cass. — 40) lab. . . fuerint: desid. in C. H. — 41) deiciantur: conc. — 42) et: Lips. — 43) si laici etc.: desid. in Comp. I. Aug. hoc loco, et posita sunt in c. 8. de vit. et hon. cler. III. 1. — 44) prorsus: conc.
Cap. V. 45) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 46) universis abbatibus: Comp. II. Aug., Ms. B. — 47) aliquid ab abb. aliquid: Comp. II. Aug. — quandoque aliquid ab abb.: Ms. A.
Cap. VI. 48) Restitutum ex App. XXXIX. 4., Comp. II. c. 1. de iu-

rei. II. 16. — 49) Roman.: C. H. — Novicen.: Comp. II. Ms. B. — add.: P. C. Consultit: (1) Coll. c. 1. — cf. c. 4. de off. vic. l. 28., quod in App. proxime antecedit. — 50) in: App. — 51) iuramento: Comp. II. Ms. A. — 52) asserentes: App. — 53) personam: Comp. II. Ms. A. — 54) in iure convicti fuerint: App. — 55) non: App. Comp. II.
Cap. VII. 56) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 371., Comp. II. h. t. c. 3. — eadem ex existat in Reg. Bal. I. 140. — 57) Coelestinus III. abbatibus et conventui Virsiluensis: Luc. — abbatibus et conv. Virsiluensis (leg.: Virsiluensis, Feslay): Reg. Innoc., quae inscr. a Luc. editore in eum, quo allata est, modum videtur transmutata esse. — 58) praesentium: Luc., Comp. II. — 59) praenominatae personae: ead. — 60) electionum: C. R. I. H. L. — 60) desid. in Luc. — 60) statutum: C. R. I. — cf. c. 6. de cens. III. 39. — 61) eas: Luc. — 62) prodigum pro: Comp. II. Ms. A. — 63) omitt. Luc. — 64) per: ead. — 65) decrevimus: C. R. H.
Cap. VIII. 66) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 4. — 67) Clemens III.: C. R. I. L. — 68) Faustino: Comp. II. Ms. A. — Faustino: Aug., Ms. B. — 69) subdere: Comp. II. Ms. A. — 70) supremum: ib. — 71) itaque: ib. — 72) Gauden.: ib. — 73) Aterato: C. R. I. — 74) Aterato: C. R. 2. — 75) Aterato: C. I. — 76) Aterato: Comp. II. Ms. B. — 77) Cerat.: Aug. — 78) Ticeruco: Ms. A. — 74) subiecerit, nulle frat.: Comp. II. Ms. A. — 75) visum: C. H. — 76) desid. in Comp. II. Ms. A. — 77) sui episcopi: Comp. II. — 78) debuit: C. L. — 79) aliquid: Comp. II. Ms. B. — 80) decrevimus: C. R. I.

CAP. IX.⁸¹⁾

Suspendi debet clericus, qui de suo crimine publice gloriatur.
Innocentius III. Archiepiscytero⁸²⁾ sancti Andreae de
Pall.⁸³⁾

Quam sit grave crimen in clericis, quum malefecerint, gloriari *"et in rebus pessimis exultare,"* nullus sanae mentis ignorat. Accepimus sane⁸⁴⁾, *"quod non sine dolore referimus,"* quod, quum R. Deserien.⁸⁵⁾ P.⁸⁶⁾ filiam suam cuidam I.⁸⁷⁾ nomine tradiderit⁸⁸⁾ in uxorem, P.⁸⁹⁾ diaconus *"ecclesiae S. Petri, filius A. sacerdotis,"* non erubuit publice confiteri, se mulierem⁹⁰⁾ praedictam carnaliter cognovisse; unde factum est, quod *"praedictus"* vir ad propria eam remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Ideoque⁹¹⁾ *"tibi per apostolica scripta"* mandamus, quatenus, si tibi constiterit de praemissis, *"omni contradictione et"* appellatione cessante praefatum clericum ab officio et beneficio suspendere non postponas, compellens virum, ut uxorem suam recipiat, eique, sicut iustum est, officium exhibeat maritale. *"Dat. IV. Id. Maii Pont. nostr. Ao. I."* [1198.]

CAP. X.⁹²⁾

Clericus, auctoritatem vel consilium directe vel indirecte homicidio praestans, irregularis efficitur.

Idem Episcopo Hiponensi⁹³⁾ et Abbati de Tileto⁹⁴⁾,
Visitatoribus Lombardiae.

Ex literis vestris accepimus, quod, quum ad Albiganensem⁹⁵⁾ ecclesiam una cum *"venerabili fratre nostro"* Pisano⁹⁶⁾ archiepiscopo, tunc episcopo Vercellensi, accessissetis visitationis officium impleturi, Albiganensis⁹⁷⁾ episcopus inter cetera, quae proposita fuerant contra ipsum, *"hoc vobis"* ore proprio est confessus, quod, quum quidam in villa quadam, ad eius⁹⁸⁾ iurisdictionem spectante, infamaretur de furto, et idem illud inficiaretur omnino, offerens, quod candidatis ferri iudicio se purgaret⁹⁹⁾, et¹⁰⁰⁾ ut suspensio puniretur, si deficeret in eodem, dictus episcopus requisivit a iudice, quid super hoc videretur¹⁾ eidem. Et quum iudex responderet, ut ferret, sicut sur ipse²⁾ dixerat, ferrum candens in ipsius praesentia episcopi est allatum. Quod quum accepisset fur ille, combustus est; unde iudex³⁾ pavefactus⁴⁾, quid sibi super hoc videretur, consuluit episcopum memoratum. Qui⁵⁾ respondit, quod, si fur *"idem"* sic evaderet, malum esset; quoniam *"per literas, quas idem episcopus nobis modo direxit,"* affirmet, se verbis talibus usum fuisse: „Auditis, quantus est clamor populi, omnes dicunt, *"quod"* malum est, si sic⁶⁾ evaserit⁷⁾ impunitus.“ Et sic episcopus et iudex villam ipsam cum multitudine sunt ingressi⁸⁾, in quorum praesentia praedictus fur est *"auctoritate ipsius episcopi"* suspensus; propter quod ipsum cum literis vestris ad sedem apostolicam destinasti⁹⁾. Sed idem *"in praesentia nostra constitutus"* nihil *"unquam"* super his proposuit coram nobis, nec literas vestras vidimus, licet idem se nobis illas asserat praesentasse. Quin immo *"statim,"* quum dictus archiepiscopus ad sedem apostolicam accessit¹⁰⁾, qui nobis huiusmodi¹¹⁾ rei seriem plenarie indicavit, idem episcopus a nostra diacessit praesentia, et perquisitus non potuit inveniri. Nos autem¹²⁾ *"super his cum fratribus nostris deliberavimus diligenter, et,"* quia¹³⁾ idem episcopus non solum in iudicio candidatis ferri, verum etiam in furis suspensio¹⁴⁾ graviter noscitur deliquisse, quum his non tantum auctoritatem praestiterit, verum etiam praesentiam exhibuerit corporalem, ipsum indignum altaris ministerio reputamus¹⁵⁾. Quum igitur pontificale officium sine altaris¹⁶⁾ ministerio non valeat adimpleri¹⁷⁾, *"discretionis vestrae per apostolica scripta"* mandamus, quatenus, ut episcopatus cedat, moneatis eundem; alioquin ipsum *"auctoritate apostolica"* ab Albiganensi¹⁸⁾ ecclesia *"sublato appellationis obstaculo"* amoventes, faciatis eidem per electionem canonicam de persona idonea provideri, *"contradictores etc. Dat. Lat. Id. Dec. Pont. nostr. Ao. XI."* [1208.]

CAP. XI.¹⁹⁾

Collatio beneficii facta indigno occultis cassari debet, et conferens secundo ante cassationem prius collationis privari debet ea vice potestate conferendi.

Idem Archiepiscopo et maioris monasterii et sancti Iuliani Abbatibus Turonensibus.

Inter dilectos filios B. et P.²⁰⁾ canonicos Pictavenses super succentoria Pictavensis ecclesiae quaestione suborta, *"eorum"* utroque²¹⁾ *"firmiter"* asserente, succentoriam ipsam se per Pictavensem cantorem, ad quem eius donatio pertinebat, canonice assecutum, *"praedictus Bocardus propter hoc ad sedem apostolicam veniens, coram dilecto filio nostro Guala sanctae Mariae in Porticu diacono cardinali, quem sibi et procuratori praedicti Petri dedimus auditorem, affirmans sibi succentoriam ipsam canonice fuisse collatam, adiecit, quod, etsi cantor eam memorato Petro alias canonice contulisset, donatio tamen ipsa propter indignitatem personae consequi non debebat effectum, quum idem Petrus esset publicus aleator et usurarius manifestus. Licet autem post altercationes multas non solum ad hoc, sed etiam ad principale probandum praefatus Bocardus induxerit quosdam testes, quia tamen tam ipse quam pars adversa super principali et incidentibus testes producere intendebat, dilectis filiis decano et cantori sanctae Radegardis Pictavensis et Toarcensi decano causam commixtam sine canonico terminandam, attestaciones praedictas eis sub bulla nostra transmittentes inclusas. Coram quibus postea partibus constitutis, quum iam dictus Bocardus testes suos recipi postularet, fuit ex adverso responsum, quod non erat aliquatenus audiendus, utpote qui per dilectos filios archiepiscyterum, magistrum scholarum, et magistrum P. Parvum canonicum Bituricensis, iudices delegatos a nobis, sententia erat excommunicationis adstrictus pro eo, quod ad mandatum eorum Hugonem clericum in canonicum Fayensem admittere recusabat. Quumque postmodum idem Bocardus super absolute sua literas corundem iudicum praesentasset, adversa pars eas coepit arguere falsitatis eo, quod clausula finalis earum tam in incausti colore quam in literarum forma a scriptura reliqua discordabat, allegans eundem B. tanquam reum criminis falsitatis ab intentione sua penitus repellendum. Porro post contentiones multiplices et diversas iudices ipsi de voluntate partium testes tam super principali quam incidentibus receperunt. Sed eodem B. postmodum ad nostram audientiam appellante, iudices ipsi partes cum attestacionibus et actis iudicii sigillis propriis consignatis ad nostram praesentiam reniserunt. Partes itaque propter hoc nuper apud sedem apostolicam constitutae coram dilecto filio nostro Cynthio tituli sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, quem ipsis deputavimus auditorem, aliquandiu litigarunt.* Nos²²⁾ igitur, attestacionibus utriusque partis *"diligenter"* inspectis, invenimus *"evidenter"* esse probatum, eundem P. publicum aleatorem esse ac usurarium manifestum; utpote qui undecim denarios pro duodecim *"publice"* mutuaverat in ludo²³⁾. Unde, licet ad palliandum tantae praesumptionis excessum proposuerit *"idem Petrus,"* quod hoc fecerat²⁴⁾ iuxta consuetudinem Gallicorum clericorum, qua²⁵⁾ fere universi clerici mutant sic frequenter et ludunt: nos tamen, qui ex officii nostri debito pestes huiusmodi extirpare proponimus²⁶⁾, atque ludos voluptuosos, occasione quorum sub quadam curialitatis imagine ad dissolutionis²⁷⁾ materiam devenitur, penitus improbamus, excusationem praedictam, quae per pravam consuetudinem, quae²⁸⁾ corruptela dicenda est *"potius,"* palliatur, frivolam reputantes²⁹⁾; quum in illis magis plectibilis sit offensa, per quos ad excusandas excusationes in culpis delinquenti auctoritas usurpatur, quod circa eundem P. de succentoria *"praedicta"* factum esse dignoscitur, propter indignitatem et vilitatem³⁰⁾ ipsius duximus irritandum, quum personis vilibus et indignis portae dignitatis³¹⁾ patere non debeant iuxta legitimas³²⁾ sanctiones. Praeterea contra praefatum B. fuit manifeste per testes³³⁾ probatum, quod de conscientia iudicum *"praedictorum Bi-**

Cap. IX. 81) Restitutum ex Reg. Bal. I. 143. — Comp. III. h. t. c. 1. — 82) archidiacono: C. R. 2. — archiepiscopo: C. H. — 83) Pall.: Böhm. ex Cont. — Pollian.: Comp. III. Aug. — Pallian.: Mr. Reg. — 84) autem: C. R. 1. — 85) R. de Settone: Comp. III. — Riccius de Gerone: Reg. — 86) R.: Aug., Reg. — 87) Joanni: Reg. — 88) tradidit: C. H. — tradiderat: C. H. — 89) Petrus: Reg. — 90) feminam: Comp. III., Reg. — 91) Quapropter: ib.

Cap. X. 92) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 187. — Comp. III. h. t. c. 3. — 93) Ponet.: Comp. III. Aug. — Ypon.: Ms. — Hipponen.: Cont., Böhm. — Hypriensi: Reg. — 94) Tiseno: Comp. III. Aug. — Tiscido: Ms. — Tolet.: Cont., Böhm. — Tileto: Reg. — 95) Alligaoien.: C. L. — Ambigan.: Comp. III. Ms. — Ambigaven.: Aug. — 96) Peduano: C. H. — 97) Ambigan.: C. R. 1. — Ambigaven.: Comp. III. — 98) ipsius: Reg. — 99) vel purg.: Comp. III. Ms. — excusaret se vel purgaret: Aug. — 100) aut susp.: C. H. — adiciendo ut: Comp. III., Reg. — 1) vid., et eadem quum: Comp. III. Ms. — 2) ipsemet: Comp. III., Reg. — 3) iud. ille: C. H. — 4) expavefactus: Comp. III., Reg. — 5) add.: sibi: Comp.

III. — 6) omitt. Reg. — 7) evaderet: C. R. 1. — 8) egressi: C. H., Comp. III., Reg. — 9) destinatis: Comp. III. Ms. — 10) accessisset: C. H. — 11) huius: Reg. — 12) add.: attendentes: C. R. 1. — 13) quum: Comp. III. — 14) suspensione: C. R. 1. — 15) reputavimus: C. R., Comp. III. Ms. — 16) add.: etiam: Aug. — 17) exerceri: C. H. — 18) Abugen.: Comp. III.

Cap. XI. 19) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 264. — Comp. III. h. t. c. 4. — 20) P. Chol.: Comp. III. Ms. — P. Choet: Aug. — Bocardum et Petrum Coeth.: Reg. — 21) eorum utroque coram nobis firmiter assererat: Comp. III. — 22) Qui quum nobis quae audierat fideliter retulisset, nos utriusque etc.: Reg. — 23) in lud.: desid. in Comp. III. Ms. — 24) fecerit: C. L. H. — 25) quoniam: Comp. III. Ms. — secundum quam: Reg. — 26) volumus: Comp. III. Ms. — 27) add.: etiam: Aug. — 28) desid. in Comp. III. Ms. — 29) deputantes: C. R. 1. — 30) inutilitatem: Aug. — 31) port. dign.: desid. in Comp. III. Ms. — 32) canonicas: ead. — 33) per test.: omitt. C. R. L. H., Comp. III., Reg.

turicensium ultima clausula inserta non fuerat in³⁴⁾ literis eorumdem, sicut in ipsorum depositionibus exprimitur evidenter; *Robertus quoque diaconus, ad hoc probandum testis inductus, illud idem deposuit, et adiecit, quod, quum deberet easdem literas sigillare, illas diligenter insperit, nec eandem clausulam appositam tunc invenit.* Unde pars altera proponebat, quod, quum praedictus B. scierit usus fuerit literis sic falsatis, debebat³⁵⁾ *merito* tanquam falsarius omnino repelli. Verum nos, attendentes, quod, etsi constaret *evidentissime*, quod dicta clausula literis illis fuisset appposita praeter conscientiam iudicum praedictorum³⁶⁾, quia tamen fides nobis facta non fuit, quod dictus B. illam clausulam apposuerit, vel procuraverit, ut ab alio poneretur, vel etiam, quod scierit usus fuerit literis sic falsatis, ab huiusmodi falsitatis obiectu eundem duximus absolvendum; maximo quum, postquam sibi hoc obiectum fuit, praetermiserit³⁷⁾ *penitus* uti eis. *Ad haec per testes Bocardi super principali negotio productos fuit satis sufficienter ostensum, quod quinta feria et, ut loquamur expressius, die Iovis post festivitatem sancti Michaelis, biennio iam elapso, succentoria sibi concessa fuerat supradicta; sed per confessionem eiusdem apparuit, quod idem festum eodem anno die Iovis fuerat celebratum, sique fuit per consequentiam comprobatum, quod octavo die post festum ipsum eidem B. dicta donatio facta fuit. Ceterum per sex testes, cantorem scilicet, Oliverium, W. Gerru, R. Agnellum, J. Marium, P. de Marcai, quos supradictus P. ad probandum, quod donatio sibi facta praecesserat, introduxit, existit manifeste probatum, quod anteriori tempore sibi fuerat succentoria saepedicta collata, quum Oliverius, W. et I. manifeste dicant, quod secunda vel tertia, et cantor, quod tertia vel quarta die post dictum festum, et P. quod in hebdomada post idem festum eidem Petro donatio facta fuit. Verum per testes, quos Bocardus ad probationem testium iam dictorum induxit, Oliverius et Willelmus fuerunt tanquam manifesti fornicarii reprobati. Cantor quoque per multos testes convincitur esse periurus, quia, quum iuratus dixerit, quod Bocardo succentoriam nunquam dederat supradictam, per multos testes probatum est ex adverso, quod ipsis praesentibus cantor investivit eundem. Insuper R. Agnellus nihil deposuisse dignoscitur super negotio principali, licet pars Petri, dicens ipsum amphibologice fuisse locutum, ostendere nisa fuerit, quod idem testis super principali dixerit illud idem, quod Riverius et Willelmus. Duo vero residui, scilicet I. Marinus et P. de Marcai, remanserunt, qui nequicerunt rationabiliter reprobari, quia, licet dixerit pars Bocardi, quod ipse P. testimonio fides habenda non erat, quoniam in causa Petri fuerat procurator, quod ex eo nitebatur adstruere, quia testes eiusdem Bocardi dixerant, quod idem I. literas Petri portaverat, quaesierat testes, et quaedam huiusmodi fecerat, quia tamen nobis non constitit, quod eiusdem P. fuerit procurator, eius testimonio fidem censuimus adhibendam. Sed et illud frivolum reputavimus, quod proposuit eadem pars Bocardi, videlicet, quia, quum Petrus de Marcai dixerit, quod in hebdomada post praedictum festum saepedicto Petro donatio facta fuit, innuitur, quod donationem ipsius B., quae octavo die post idem festum facta fuerat, eadem Petri donatio minime praecessisset. Nam quum hebdomada vel septimana nequaquam ultra diem septimum extendatur, apparet, quia donatio, quae facta fuerat in hebdomada vel etiam septimana, ceteriori ulique tempore fuit facta quam illa, quae facta fuit postmodum in octavo. Quum igitur per depositiones *saltem* duorum testium, *qui nullatenus reprobati fuerunt*, nobis constiterit *evidenter*, quod concessio P. facta praecesserit, quamquam propter indignitatem eiusdem *P.* meruerit³⁸⁾ reprobari, concessionem postmodum³⁹⁾ B.⁴⁰⁾ factam irritam decernimus⁴¹⁾ et inanem. Quia vero cantor⁴²⁾, *ad quem ipsius succentoriae donatio spectare proponitur, ut de ipsius periurio taceamus*, adeo⁴³⁾ inconstanter se habuit in hoc facto, ut, *sicut praemissum est*, prima donatione non reprobata secundam facere attentaverit⁴⁴⁾, et dignum sit, ut in eo quis puniatur, in quo visus est deliquisse, in hoc eius duximus varietatis inconstantiam puniendam, ut concedendi succentoriam ipsam hac vice nullam habeat facultatem, praesentium vobis auctoritate mandantes concedimus⁴⁵⁾, quatenus eandem, auctoritate nostra suf-*

fulti, *sublato appellationis obstaculo* personae idoneae assignentis, *contradictores etc.*"

CAP. XII.⁴⁶⁾

Cognoscere de causa matrimoniali, item poenitentias publicas et indulgentias concedere spectat ad dignitatem episcopalem; unde inferior praelatus de his se intrinittere non debet, nisi ei compelat de iure speciali.

Idem in concilio generali.

Accidentibus ad nos de diversis mundi partibus episcoporum querelis, intelleximus graves et grandes⁴⁷⁾ quorundam abbatum excessus, qui, suis finibus non contenti, manus ad ea, quae sunt episcopali dignitatis, extendunt, de causis matrimonialibus cognoscendo, iniungendo publicas poenitentias, concedendo etiam⁴⁸⁾ indulgentiarum literas, et similia praesumendo, unde contingit interdum, quod vilescit episcopalis auctoritas⁴⁹⁾ apud multos. Volentes igitur in his⁵⁰⁾ et episcoporum dignitati et abbatum providere salutem, praesenti decreto firmiter prohibemus, ne quis abbatum ad talia se praesumat extendere, si proprium voluerit⁵¹⁾ periculum evitare; nisi forsitan quisquam eorum speciali concessione vel alia legitima causa super huiusmodi⁵²⁾ valeat se tueri.

CAP. XIII.⁵³⁾

Ad revelandum peccatorem, sive peccatum in poenitentia confessum, sacerdos compelli non potest.

Honorius III. P. tit. sanctae Pudentianae Presbytero cardinali, Vicario nostro.⁵⁴⁾

Dilectus filius Ioannes, *sancti Thomae de Parione* presbyter, exposuit⁵⁵⁾ *coram nobis* conquerendo⁵⁶⁾, quod rectores fraternitatis Urbis ipsum ad revelandum fures, et *id.*, quod super quodam furto⁵⁷⁾ sibi tanquam sacerdoti fuerat revelatum, vel ad satisfaciendum exinde damnus passo arcere nitentes, in eum, nisi alterum praemissorum *intra octo dies* efficeret⁵⁸⁾, tulerunt sententiam interdicti. Quia igitur perniciosum⁵⁹⁾ esset, praedictum presbyterum sibi taliter credita revelare, ac *iterum iniquum*, cogi ad id, quod non rapuit, exsolvendum, discretioni tuae *per apostolica scripta* mandamus, quatenus praefatos rectores *nam te* conveniens, iniungas eidem, ut a memorati presbyteri *super hoc* gravamine penitus conquiescant.

CAP. XIV.⁶⁰⁾

Privati homines regulariter nequeunt constituere collegium et habere signum collegii, nisi eis aliter concedatur.

Idem Praeposito⁶¹⁾ R. et T. Archidiacono Suesstonensibus.

Dilecta in Christo filia abbatissa Iotrensis⁶²⁾ nobis insinuare curavit, quod, quum presbyteri et clerici Iotrensis ecclesiae Meldensis dioecesis non consueverint proprium habere sigillum, nec sint unum corpus ita, quod capitulum appellaretur⁶³⁾, nihilominus *tamen* contra voluntatem ipsius *abbatissae*, quae ipsorum caput est et patrona, sigillum habere contendunt *in ipsius praesudicium et gravamen; quare id eis a nobis petiti inhiberi. Quia vero nobis non constitit de praemissis*. Discretionis vestrae mandamus, quatenus, *inquisita super his diligentius veritate*, si⁶⁴⁾ vobis constiterit ita esse⁶⁵⁾, dictis presbyteris et clericis auctoritate nostra inhibeatis⁶⁶⁾ expresse, ne praesumant vel de novo fabricare sigillum, vel uti eo, si forte noviter fuerit fabricatum⁶⁷⁾, *ipsos, si contra prohibitionem nostram venire praesumpserint, a praesumptione huiusmodi per censuras ecclesiasticas appellatione postposita compescentes*."

CAP. XV.⁶⁸⁾

Qui contra iuramentum negat praelatum dominum suum, vel coram iudice saeculari de ipso conqueritur vel ipsum invadit, deponi debet.

Idem S. Auberti⁶⁹⁾ Archidiacono, Abbati de Annona⁷⁰⁾ et Praeposito Cameracensi.⁷¹⁾

Gravem et dolore non vacuam, *ac toti clero contumeliarum aculeis circumfertam recepimus questionem, quod, quum venerabilis*

Cap. XI. 34) omitt. Reg. — 35) *debet*: C. R. 2., Comp. III. — 26) *abest* a C. R. I. H. — 37) *praetermiserit*: Comp. III. — 38) *meruit*: Böhm. ex Cont. — 39) omitt. Reg. — 40) *Bocardo*: Comp. III. Aug. — Bocardo: Ms., Böhm. — 41) *decrevimus*: Reg. — 42) *actor*: Aug. — 43) *add.*: *tamen*: Comp. III. — 44) *attentaret*: ead., C. L. H. — 45) omitt. C. R. L. H., Comp. III., Reg., et videtur omnino delendum esse.

Cap. XII. 46) c. 60. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. un. — 47) *et gr.*: desid. in C. R. 1. — 48) omitt. conc. Ms. — 49) *dignitas*: Comp. IV. Ms. A. — 50) *et in his*: Aug. — 51) *add.*: *sui ordinis*: C. H. — 52) *his*: Aug.

Cap. XIII. 53) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 54) *Id. vicario*

nostro: Comp. V. Ms. — verb.: *vic. nostr.*: desid. ap. Cont. — 55) *proposuit*: C. R. 1. — 56) *conq.*: omitt. C. R. L., Comp. V. — 57) *furto quod*: C. R. 1. — 58) *effecerit*: Comp. V. Ms. — 59) *periculoum*: C. H.

Cap. XIV. 60) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 61) *presbytero*: C. R. 2. — seq.: R.: desid. in C. H. — 62) *Iotrensis*: Böhm. ex Cont. — 63) *appellatur*: C. R. 4. H. L. — *appellatur*: C. R. 2., Comp. V. — 64) *si*... *auct.*: desid. in Comp. V. Ms. — 65) *rem taliter se habere*: Cir. — 66) *inhibens*: C. R. 1. — 67) *fabricarunt*: Comp. V.

Cap. XV. 68) Restitutum ex Comp. V. c. un. de purg. can. V. 13. — 69) *abb. S. Auberti*: C. R. 2. — *abb. S. Alberti*: C. R. 1. I., Comp. V. — 70) *archid. de Annona*: C. R. L., Comp. V. — leg.: *Hannonia (Hannant)* — 71) *Carbacen.*: C. H. — *Camarac.*: Comp. V. Ms.

frater noster Ambianensis episcopus quoddam beneficium vacans, quod altare dicitur de Villeyco, euidam idoneo, prout ad se spectare credebat, absente tamen Ambianensi archidiacono contulisset, idem archidiaconus, stipatus caterua Manasseri fratris sui et quorundam aliorum, accedens ad episcopum memoratum, et proponens, quod ei iniuriatus fuerat super hoc, institit apud eum, ut sine causae cognitione a beneficio ipso prorsus amoveretur ab episcopo instituto. (Et infra:) Discretioni vestrae mandamus, quatenus, si vobis constiterit, archidiaconum "saepes dictum" semel et secundo contra fidem homagii praestiti ac debitam reverentiam episcopo suum esse dominum negasse⁷²), vel in foro saeculari⁷³) deposuisse contra eum super rebus spiritualibus quaestionem, aut tam in vasoribus⁷⁴) episcopi et sociorum eius, quam fratri eius vel⁷⁵) complicitibus suis causam vel consilium praebuisse, ipsum, tanquam membrum putridum, "ne sua contaminet alios corruptela," ab Ambianensi ecclesia perpetuo abscindatis "et removeatis omnino," beneficia sua⁷⁶) facientes personis idoneis per illos, ad quos donatio "eorum" pertinet, assignari; "alioquin, quia publica fama laborat, et manifestus praesumptiones apparent, purgationem ei super praeviusis canonicam cum manu decima eiusdem dignitatis et ordinis eiusdem provinciae indicatis etc.

CAP. XVI.

Ponit XV. gravamina, illata religionis, a quibus praecipit praelatos abstinere.

Gregorius IX. unicersis ecclesiarum Praelatis.

Nimis iniqua (Et infra:) Quum religiosi⁷⁶) viri, abnegantes salubriter semet ipsos, elegerint in paupertate Christo pauperi ad placitum famulari, tanquam nihil habentes, et omnia possidentes: non desunt plerique tam ecclesiarum praelati quam alii, qui, caeca cupiditate seducti, propriae aviditati subtrahi reputantes quicquid praedictis fidelium pietas elargitur, quietem ipsorum multipliciter inquietant. Volunt namque contra regulam a sede apostolica approbatam⁷⁷) et sui ordinis instituta⁷⁸) ipsis⁷⁹) invitis eorum confessiones audire, ac eis iniungere poenitentiam, et eucharistiam exhibere; nec volunt, ut corpus Christi in eorum oratoriis reservetur. Et fratres ipsorum⁸⁰) defunctos apud ecclesias suas compellunt sepeliri, et eorum exaequias celebrari, et, si quis decedentium fratrum alibi quam in suis ecclesiis eligat⁸¹) sepulturam, funus primo ad ecclesias suas deferri cogunt, ut oblatio suis usibus cedat. Nec sustinent⁸²), eos habere campanam, vel coemeterium benedictum, certis tantum temporibus permittunt ipsos celebrare divina. Volunt quoque in domibus eorum certum numerum fratrum, sacerdotum clericorum et laicorum, nec non cereorum, lampadarum⁸³) et ornamentorum pro voluntate sua taxare, ac residuum cereorum, quando noviter apponuntur, exigunt ab eisdem. Nec permittunt, quod⁸⁴) novi sacerdotes eorum alibi quam in ecclesiis suis celebrent primas missas, eos nihilominus compellentes, ut in quotidianis missis, quas in suis locis et altaribus celebrant, oblationes ad opus eorum recipiant et reservent; quicquid etiam eis, dum celebrant missarum solennia, intra domorum suarum ambitum pia fidelium devotione donatur, ab ipsis extorquere oblationis nomine contententes, quod eisdem tam in ornamentis altaris⁸⁵) quam in libris ecclesiasticis⁸⁶) absolute contentur, vendicant perperam iuri suo. Quocirca mandamus, quatenus universi et singuli a praenotatis gravaminibus desistatis, subditos vestros ab huiusmodi arctius compescendo.

CAP. XVII.

Ponit XII. gravamina Praedicatorum et Minorum, a quibus praecipit praelatos abstinere.

Idem unicersis ecclesiarum Praelatis.

Nimis prava (Et infra:) Quum quidam viri⁸⁷) religiosi, utputa fratres Praedicatores et Minores, quorum ordinem et regulam sedes

apostolica noscitur approbasse⁸⁸), in arctissima⁸⁹) paupertate Christo pauperi famulentur: plerique praelati et alii eos ad synodos suas cogunt accedere, ac suis constitutionibus subiaccere. Nec his contenti, capitula et scrutinia in locis fratrum pro his corrigendis facturos se comminantur, fidelitatem iuramento firmatam ab eorum ministris et custodibus exigentes. Eis quoque, ut tam extra civitates quam intra cum eis processionaliter veniant, ex levi causa mandantes, excommunicationis sententiam fulminant in benefactores⁹⁰) ipsorum, et id ipsum fratribus comminantes, eos de locis, in quibus Domino famulantur, satagunt amovere, nisi eis obediunt in omnibus supra dictis. Ad hoc, ne⁹¹) fratres ad honorabiliores civitates et villas, ubi religioe ac honestate valeant commorari, a populis devote vocati accedere audeant inhibentes, tam in accedentes fratres quam in receptores eorum praesumunt excommunicationis sententiam promulgare. Ab eis etiam de horticulibus decimas, nec non de habitaculis fratrum, sicut de ludaeorum domibus, contendunt redditus extorquere, asserendo, quod, nisi fratres morarentur ibidem, ab aliis habitatoribus proventus aliqui solverentur; et, ut ipsos suae subdant totaliter ditioni, eisdem ministros et custodes volunt praeficere pro sua⁹²) arbitrio voluntatis. Quocirca mandamus, quatenus universi et singuli a praenotatis⁹³) gravaminibus desistatis, subditos vestros ab huiusmodi arctius compescendo.

CAP. XVIII.

Non servans interdictum, suspensus est ab officio et beneficio, et omni iurisdictione. H. d. secundum verum intellectum.

Idem Archiepiscopo Bracarenensi.⁸⁴)

Tanta est clavis Petri (Et infra:) Ad confusionem P. episcopi quondam Colubriensis non potest in memoriam non venire, quantum in nos et ecclesiam Romanam deliquerit, despexerit Petri claves, et ecclesiasticam laeserit potestatem, quum non solum interdicti sententiam, quam servaverat ab initio, temere violavit⁹⁵), verum etiam induxit alios, immo compulsi, non servare, et quos inducere monitis et flectere minis ac terroribus ad violandam interdicti sententiam nulla potuit ratione, post atroces iniurias, amissionem honorum, spoliacionem⁹⁶) parentum, dignitatibus, praebendis et beneficiis spoliatis, coegit miserabiliter exulare, ea suis in hac parte fautoribus non absque praesumptione temeraria conferendo, quae omnia idem episcopus in nostra et fratrum nostrorum praesentia publice recognovit. Licet autem memoratus episcopus in manibus nostris spontanea cesserit voluntate: nolentes tamen, ut hi, qui huiusmodi sententiam interdicti non sunt veriti temeritate propria violare, ac recipere dignitates, praebendas ac beneficia aliorum, qui absque culpa et sine causa rationabili eis fuerant spoliati, severitatem effugiant canonicae ultionis, ne facti perversitas transeat praesumptorum in exemplum, auctoritate Dei omnipotentis omnem institutionem, destitutionem, collationem praebendarum, beneficiorum ac dignitatum praesumptas per eundem episcopum, et excommunicationis seu interdicti sententiam, in quoscunque hac occasione prolatas ab eo post interdicti violationem eiusdem, decernimus irritas et inanes. Quia vero, ubi magis exceditur, ibi est severius vindicandum⁹⁷), mandamus, quatenus omnibus, quos praedictus episcopus in supra dicta beneficia, praebendas et dignitates intrusit, non solum a beneficiis ipsis, praebendis et dignitatibus, verum etiam ab aliis beneficiis, si qua obtinent, et ecclesiis prorsus amotis, tam praesumptores eadem, quam omnes alios, qui praefatum interdictum damnabiliter violaverunt, suspendas⁹⁸) auctoritate apostolica ab officio et beneficio. Illos quoque, quos in personas et res praedictorum canonicorum, praelatorum et clericorum manus temerarias constiterit extendisse, ad nostram venire compellas praesentiam, pro meritis sententiam⁹⁹) recepturos, invocato ad hoc; si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Cap. XV. 72) denegasse: C. R. L., Comp. V. — 73) saeculari super rebus spiritual. deposuisse contra episcopum quaestionem (desid. ap. Cir.), attendendo, quod sibi responderet (respondet: Ms.) ibidem, uut invasioni (invasionis: Ms.) episcopi et sociorum eius, quam M. frater eius cum complicitibus suis fecit, causam: Comp. V. — 74) invasori: Cont., Böhm. — 75) cum: C. R. 1. H. L. — 76) ben., quas idem detinet: Comp. V.

Cap. XVI. 76) quidam religiosi: C. R. 1. — 77) comprobata: C. R. 2. — 78) institutam: C. H. — 79) ipsis etiam: C. R. 1. — 80) desid. in C. H. — 81) eligit: C. R. 1. — elegerit: C. R. 2. H. — 82) susti-

nent: C. R. 1. — 83) lampadum: Böhm. — 84) ut: C. R. L. H. — 85) desid. in C. H. — 86) scholasticis: ibid.

Cap. XVII. 87) desid. in C. H. — 88) comprobasse: ibid. — 89) arctissima: C. L. — 90) et subiiciunt eos et benefactores: C. R. 2. — 91) nec: C. H. — 92) suo: C. R. 2. — 93) praenominatis: ibid.

Cap. XVIII. 94) Bracharen.: Cont., Böhm. — 95) violaverit: C. H. — 96) et spol.: C. R. 1. — 97) iudicandum: C. H. — 98) suspensas ab officio et beneficio censemus: C. R. 1. — suspensas ab officio et beneficio denunciare auctoritate apostolica non postponas: C. R. 2. — suspensas ab officio: L. — 99) omitt. C. R. L. H.

TITULUS XXXII.

DE NOVI OPERIS NUNCIATIONE.

CAP. I.¹⁾

Etiam ecclesia aedificata post nunciationem novi operis destruenda est expensis constructentis. H. d. cum sequenti.

Lucius III. Paduanò Episcopo.²⁾

Intelleximus ex literis tuis, quod, quum causa, quae vertitur inter "dilectos filios nostros," priorem S. Cypriani "de Fenelia" et clericos de Rodigio³⁾ super capella, quae in praeiudicium baptismalis ecclesiae⁴⁾ de Costa ab eisdem clericis est constructa, "sicut nobis eiusdem prioris relatio demonstravit," fraternitati tuae "a sede apostolica" delegata fuisse "fine canonice terminanda, partibus ad tuam praesentiam convocatis, per testes sufficienter tibi innovuit, quod praefata ecclesia de Rodigio⁵⁾ eandem capellam post appellationem ad nos factam, et post denunciationem novi operis aedificare coeperat, et ob hoc praefatus prior in iudicio postulabat, quicquid in snepe dicta capella post appellationem ad nos factam, et post denunciationem novi operis factum fuerat, penitus demoliri. Super quo discretioni tuae dubium videbatur, utrum ad haec canonice procedi posset iudicio, et, quum nihil de nunciatione novi operis sit in canonibus definitum, duxisti sedem apostolicam consulendam." Quia vero, sicut "humanae" leges non dedignantur sacros canones imitari, ita et sacrorum statuta⁶⁾ canonum "priorum" principum constitutionibus adiuvantur, fraternitati tuae "praesentibus literis" mandamus⁷⁾, quatenus diligenter considerans, quod post denunciationem novi operis, sive iure sive iniuria aliquid construat⁸⁾, "de" legalibus debet constitutionibus demoliri. Et quia nulla ecclesia in praeiudicium est alterius construenda⁹⁾, "adacitis tibi viris prudentibus" negotium ipsum secundum legem et canonum statuta¹⁰⁾ "appellatione remota" non differas terminare. "Nam quum te credamus in utroque iure peritum: securius duximus, causam per tuam sollicitudinem terminari etc.

CAP. II.¹¹⁾

Summatum est supra capitulo primo.

Innocentius III. Cantuariensi¹¹⁾ Archiepiscopo.

Quum ex iniuncto "nobis apostolatus officio locum eius licet immeriti teneamus, qui iuxta verbum propheticum liberavit pauperem a potente et inopem, cui non erat adiutor, diligenti studio satagere nos oportet, ne minores a maioribus opprimantur, sed ut praelati sic exerceant acceptam iurisdictionem in subditos, ut prodesse poterint potius quam praesse. Haec ergo secundum officii nostri debitum attendentes, districta dudum tibi iussione mandavimus, ut in negotio capellae de Lamhee iuxta formam in literis apostolicis comprehensam ab oppressione monachorum Cantuariensium omnino cessares. Super quo venientes ad praesentiam nostram dilecti filii B. de Boxleia et W. de Ponte Roberti abbates, nuncii tui, fraternitatem tuam nitebantur multipliciter excusare. In primis siquidem proponentes, quod, quum bonae memoriae Theobaldi Cantuariensis archiepiscopus et gloriosus Thomas successor ipsius, attendentes, quod nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus, et volentes monachos Cantuarienses relictiis dicinis officiis ad negotia saecularia se transferre, ad honorem protomartyris Stephani aedificandi ecclesiam voluntatem et propositum habuissent, et in ea saeculares clericos ordinandi, de suis proventibus et ecclesiis eis redditibus assignandis, per quos tam apud apostolicam sedem quam apud curias saeculares sua possent negotia expedire, laudabile propositum obitus festinatus, secundi longum exsiliam impedito, sicut in literis venerabilis fratris nostri I. quondam Lugdunensis archiepiscopi plenius continebatur expressum, quae in nostra et fratrum nostrorum fuerunt praesentia recitatae. His bonae memoriae Balduinus Cantuariensis archiepiscopus ita propositum ut officio, voluntate ut dignitate succedens, prope suburbium civitatis Cantuariensis quasi per stadia tria vel quatuor ad honorem praefati protomartyris et beati Thomae construere coepit ecclesiam, felix recordationis Urbani Papae praedecessoris nostri super hoc indulgentia primitus impetrata. Cuius sibi fuit auctoritate concessum, ut in honorem ipsorum martyrum et aedificare posset ecclesiam, et de personis idoneis ordinare, quibus in

ecclesiasticis beneficiis canonice provideret; sic tamen, quod ecclesiae debitis obsequiis et necessariis stipendiis minime fraudarentur. Et licet idem Urbanus adversus dictum B. praedecessorem tuum super demolitione operis suas saepius literas destinasset, quia in eis non faciebat de concessa iam indulgentia mentionem, ei dicebant per rescripta frequentia nullatenus derogatum, quae praeterea proponebant et per falsi suggestionem et veritate tacita impetrata, et ad ipsius archiepiscopi notitiam minime devenisse. Unde, si eis non paruerat, de iure non poterat reprehendi. Rescriptum quoque sanctae memoriae Gregorii Papae praedecessoris nostri pro se pariter producebant, qui, quum per literas indulserit generales, ut rescripta, quae a tribus mensibus ante obitum praedicti Urbani praedecessoris sui fuerant impetrata, eandem firmitatem haberent, non obstante obitu mandatoris, quam obtinere, si tunc riberet, debuissent, negotia, quae ipsum archiepiscopum et eius clericos contingebant, sub praemissa noluit generalitate concludi, per quod nimirum rescriptum praedecessoris sui dicebant literis derogatum, quas adversus archiepiscopum direxerat ad instantiam monachorum. Quibus siquidem literis, et etiam bonae memoriae Clementis successoris sui, qui eius in hac parte fuerat imitator, per factum tunc temporis amicabilem compositionem de partium voluntate inter archiepiscopum et monachos memoratos per carissimum in Christo filium nostrum R. Anglorum regem illustris, et venerabilem fratrem nostrum Wallerum Rothomagensis archiepiscopum, et quosdam episcopos et abbates, dicebant penitus derogatum. Quum enim tempore praefati B. Cantuariensis archiepiscopi praemissi rex, archiepiscopus et episcopi et abbates Cantuariam accessissent, in eos fuit tam de constructione ipsius ecclesiae quam institutione prioris et quibusdam aliis quaestionibus a partibus compromissum. Ipsi autem diligenti deliberatione praemissa pariter iudicabant, quod ipse archiepiscopus rationabiliter aedificaverit ecclesiam memoratam. Ipse tamen pro bono pacis concessit ad praedicti regis instantiam et etiam aliorum, quod canonicorum collegium ad locum transferret alium, quem eligeret competentem. Per hanc ergo compositionem dicti nuncii tui renunciasse dicebant monachos rescriptis praecedentibus a sede apostolica impetratis, quum exinde dictus archiepiscopus loco priore dimisso, ubi aedificare non potuerat sine scandalo monachorum, ad locum de Lamhee per quinquaginta miliaria distantem a civitate Cantuariam, suum propositum transtulisset, ubi et ecclesiam, sicut prius fecerat, aedificare coepit ad honorem martyrum praedictorum, ut sic propter nimiam locorum distantiam nulla remaneret monachis materia congerendi. Cui postea tu succedens, quod ab ipso minus factum fuerat perficere voluisti, et quod ipsum tibi liceret ex rescripto literarum bonae memoriae Coelestini Papae praedecessoris nostri ostendere nitebantur, qui anno pontificatus sui septimo et extremo ad omnem inter ecclesias Cantuariensem et de Lamhee discordiam sopiendam, et ne canonici de Lamhee facultatem haberent contra cathedralem ecclesiam insurgendi, disponendi de ipsa ecclesia de Lamhee interius et exterius, non obstantibus literis ad venerabilem fratrem nostrum Cicestrensem episcopum et dilectos filios de Waltham et de Radinges abbates obtentis, concessit tibi liberam facultatem. Per has ergo literas praecedentia scripta sua, quae his videbantur adversa, dicebant penitus revocata. Intentionem ergo suam probare dicti tui nuncii satagebant per laudabile propositum Theobaldi et gloriosi Thomae martyris pontificum praesentium, et per Urbani, Gregorii et Coelestini Romanorum Pontificum indulgentias et rescripta, et praemissam compositionem factam de partium voluntate. Verum praemissis rationibus ex parte monachorum fuit ex ordine taliter obicitum, quod de oculis hominum voluntatibus, quas sibi tantum Dominus reservavit, qui renes et corda scrutatur, a nobis iudicari non poterat nec debebat, nec ipsi valebant ad talia respondero, quae proponere in iudicio nihil aliud erat, quam de secretis cordium divinare. Sane per indulgentiam Urbani Papae praedecessoris nostri, de qua praemisimus, iuri suo in nullo dicebant penitus derogatum, quia canonice beneficiorum assignatio per eam Cantuariensi archiepiscopo servabatur, qui iuxta constitutionem canonice sine tractatu et assensu monachorum procedere non valebat, qui nedum quod ipsius factum in hac parte consenserint, verum etiam contradixerint expresse, sicut sequentia docuerunt, et adhuc in eodem proposito perseverant. Eis ergo contradicentibus, superioris fuerat iudicium exspectandum. Idem etiam ea ratione ostendere nitebantur, quia iuxta sanctiones legitimas, si quando alicui conceditur beneficium principale, puta libera factio testa-

TIT. XXXII. Cap. I. 1) Restitutum ex Comp. II. c. 3. de eccl. aedif. III. 26. (Comp. II. Ms. A.: c. 1. de op. nov. nunc.) — 2) archiepiscopo: C. H. — 3) Radigio: C. L. — Rodigo: C. R. 2., Comp. II. Aug. — Rodigo: Ms. A. — Rogio: Ms. B. — 4) eccl. et ab: Comp. II. Ms. A. — 5) ita Aug. — Radico: Ms. A. B. — 6) instituta: Comp. II. Ms. A. — 7) re-

spondemus, quod: Comp. II. — 8) constituitur: C. H., Comp. II. Aug. — construitur: Ms. A. — 9) debet construi: Comp. II. — 10) instituta: C. H.

Cap. II. 11) Restitutum ex Reg. Bal. I. 432. — Comp. III. h. t. c. un. — 11) Huberto Cant. arch.: Reg.

menti, nihil videtur aliud indulgeri, quam ut modo testetur legitimo, et etiam consueto. Ille quoque, qui, ut in loco publico aedificare posset, a principe similiter impetravit, aedificare cum alterius incommodo non valebit, nisi et hoc ipsum a principe postulatum fuerit et concessum. Per sequentes etiam ipsius Urbani litteras exsecutorias, quibus opus ipsum maledictum haberi voluit et profanum, asserebant praescriptas indulgentiae derogatum, quae sive coram eodem Urbano fuerit ostensa, proponebant eam penitus abrogatam, quum ea non obstante demolitio ipsius ecclesiae fuerit demandata, sive fuerit praetermissa, sibi debuit imputari, quum iure civili etiam caveatur, quod sub praetextu instrumentorum postea reperiuntur lites non debeant restaurari. Id ipsum per litteras pie recordationis Clementis Papae praedecessoris nostri probare volebant, in cuius praesentia nunciis partium constitutis, quum dictus B. praedecessor tuus opus maledictum et profanum voluisset contumaciter et pertinaciter consummare, ad exemplum Urbani Papae praedecessoris sui praefato archiepiscopo de consilio fratrum districte praecepit, ut quicquid fecerat in ecclesia nominata curaret sine dilatione qualibet demoliri, quod de instituendis canonicis et aliis fuerat perperam attentatum, in irritum penitus revocato, ubi, sive ommissa fuerit praemissa indulgentia, vel etiam allegata, eorum non poterat ratione praemissa propositum impedire. Per ipsam vero compositionem, de qua praemisimus, tanquam regio metu violenter extortam, partem suam in nullo gravari posse dicebant. Quum enim dictus Clemens Papa praedecessor noster pro sedanda discordia inter archiepiscopum et monachos Cantuariensis exorta bonae memoriae Iohannem Anagninum tunc temporis lit. sancti Marci presbyterum cardinalem, apostolicae sedis legatum, postea vero episcopum Praenestinum, in Angliam specialiter destinasset, postquam illic transfretavit, factum fuit dicto B. Cantuariensi archiepiscopo procurante, quod apud portum Doveriae contra voluntatem suam per dies plurimos teneretur, quod in gravem ecclesiae Romanae iniuriam redundavit, nec ante permissum fuit Cantuariam proficisci, quam per dictum regem Anglorum, qui eodem tempore cum episcopis suis Cantuariam venerat, in pace, quam fecerunt cum archiepiscopo monachi, vim passi fuerunt, et compulsi sunt omnia sustinere. Quod ideo quum prope positus audisset, et postea praesens apud Cantuariam cognovisset, scripto mandare curavit, ut rei veritas omnibus innotesceret, et quod factum fuerat non generaret praecedendum iustitiae monachorum, et, si archiepiscopus ipse vel aliquis de successoribus eius scripturam super forma pacis quandoque proferret, scriberetur ab omnibus, eam fratribus iam dictae ecclesiae nec consentientibus nec scientibus fuisse confectam, nec sibi exhibitam postulanti, qui ad causam fuerat a summo Pontifice destinatus. Unde vel rem gestam confirmare debuerat, si iustitiam concordaret, vel, si aliter facta fuerat, infirmare. Sic ergo cognoscens intercessisse illi facto violentiam manifestam, auctoritate, quaungebatur, apostolica statuit, quod nec concordia sic facta valeret, neque compromissio violenter extorta, neque scriptum aliquod sic conceptum, et quod ipsis monachis in posterum praecedendum non afferret, quum omnium eo praesente ac contradicente fuerint adimpleta, sicut in suis literis patentibus continetur, quos coram nobis facimus recitari. Post haec, quum bonae memoriae Coelestinus Papa praedecessor noster omnia, quae per memoratum B. archiepiscopum circa monachos vi vel metu acta fuerant, auctoritate apostolica in irritum revocaret, nominatim ea, quae legato Romanae ecclesiae praesentis et contradicente contra mandatum sedis apostolicae facta proponebantur, sicut in authentico eiusdem legati, I. videlicet Anagnini quondam presbyteri cardinalis ob causam ipsam in Angliam destinati, continebantur expressa, viribus carere decrevit, et quaecumque contra ius monachorum vel tenorem privilegiorum apostolicae sedis idem archiepiscopus impetrarat. Insuper statuens, ut nullus hominum quae male gesserat ad consequentiam traheret, nec ea, quae a sede apostolica obtinuerat tacita veritate, iuri monachorum vel privilegii ullo unquam tempore in aliquo praecedendum generarent; quemadmodum nobis et fratribus nostris ex ipsorum constitit continentia litterarum. Ex ipsa quoque maiore loci distantia sibi asserebant monachi multum praecedendum generatum, quia, quum in eorum defectum, sicut a tuis nunciis dicebatur, saeculares clerici fuerint evocati, vix possent per eos vicinus Cantuariensis ecclesiae monachis absentibus procurari, quae ipsis procul positus et captata eorum absentia sine monachorum conscientia tractarentur et eis penitus inconsultis,

unde Cantuariensis ecclesia dispendium tuereretur et iacturam. Sic ergo per hoc nihil eis accessit, eadem contradictionis causa manente. Ultimum quoque rescriptum dicti Coelestini Papae praedecessoris nostri carere viribus asserebant, utpote per suppressionem veritatis surreptum, quoniam in eo nulla fiebat mentio mandatorum, quae ab Urbano Papa et Clemente processerant, nec etiam confirmationis illius, quam ipsemet super cassatione compositionis praedictae concessit; et praesertim, quum rescriptum illud indulsisse dicatur eo tempore, quo eum infirmitas admodum praegravabat. Ad fundandam sane intentionem suam praedictorum Urbani, Clementis et Coelestini Romanorum Pontificum rescripta, nec non et nostrum post illa, iidem monachi producebant, quibus urgentissime mandabatur, ut, quicquid de praefata capella fuerat attentatum, haberetur irritum et inane. Quum autem quae praemisimus in nostra fratrumque nostrorum praesentia prudenter essent a nunciis allegata: nos, qui tempus accepimus institutam iudicandi, volentes illius vestigiis inhaerere, apud quem non est acceptio personarum, cuius locum licet indigni tenemus in terris, et ita via regia prudenter incedere, ut non declinemus ad dextram vel sinistram, praedecessores quoque nostros Urbanum, Clementem et etiam Coelestinum credentes amplius imitandos in illis maxime, quae deliberatione praevia stulerunt, de communi fratrum nostrorum consilio. Fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus et in virtute obedientiae districtae praecipimus, quatenus, omni contradictione et excusatione et appellatione cessantibus, infra XXX. dies post receptionem praesentium quicquid aedificatum est in ecclesia de Lamech¹²⁾ post¹³⁾ novi operis nunciationem, expensis tuis facias penitus demoliri, (eo¹⁴⁾ non obstante, si etiam absens ab ecclesia tua exstiteris, quum¹⁵⁾ cautum sit etiam legitima sanctione, ut, si is, cui opus novum fuerat¹⁶⁾ nunciatum, ante remissionem aedificaverit, deinde agere coeperit, ius sibi¹⁷⁾ esse ita aedificatum habere, sibi debeat actio denegari, reducens prorsus in irritum quicquid de instituendis ibi¹⁸⁾ canonicis¹⁹⁾ et aliis ad ipsam ecclesiam pertinentibus a te vel a praedecessore tuo cognoscitur ordinatum, eorum reductibus ad statum pristinum revocatis, quos ab obligatione praestiti iuramenti, pro eo, quod ibidem instituti fuerunt, auctoritate nostra per te denunciari praecipimus²⁰⁾ absolutos. Quum enim amodo non teneat principale, quicquid ex eo²¹⁾ vel ob id secutum est, sub praemissa restrictione decernimus irritandum, sicut sancitum est traditione canonica et civili. Clericos praeterea, qui in capella ipsa post inhibitiones apostolicas divina officia celebraverunt, sicut nos per alia scripta nostra mandavimus, tandiu habeas pro suspensis, quousque super hoc satisfecerint competenter, et universa, quae in praedictorum monachorum sunt attentata gratamen, exeniorum videlicet et ecclesiarum et aliorum incassatione, quae ante appellationem habuerant, non differas dictis monachis resignare; ac de cetero circa statum monasterii contra prohibitionem nostram huius occasione negotii non praesumas aliquid innovare. Si vero (quod non credimus) praecceptum nostrum, sicut praemisimus est, vel contempseris vel distuleris adimplere, a pontificali officio ex tunc noveris te suspensum, et pro contemptu mandati apostolici ad nostram venire te volumus praesentium responsurum. Insuperabilibus quoque fratribus nostris Cantuariensis ecclesiae suffraganeis de consilio fratrum nostrorum in virtute obedientiae districtae praecipiendo mandamus, quatenus, nisi tu infra praemissum tempus mandatum nostrum duxeris ad effectum, ipsam nullam tibi impendant obedientiam vel reverentiam, quia iustum est, quod ei non obediatur a subditis, qui suo contemnit obedire praelato. Quod si forte nec sic te poterimus ad bonum obedientiae revocare, propter quod malum nunquam committitur, bonum autem debet saepius intermitteri, maiorem tibi animadversionem noveris imminere, quum ferro sint abscindenda vulnera, quae fomentorum non sentiant medicinam. Sane super praemissis, in quibus salca conscientia non poteramus alio modo procedere, fraternitatem tuam rogamus nullatenus contristari, quia (teste Deo) non ex indignatione aliqua processerunt, sed quia, quum simus, licet insufficientes, in sede iustitiae constituti, unde iura sua servare tenemur singulis illibata, fraternitati tuae, quam sincerius amplexamur, quam te inter fratres et coepiscopos nostros honorabile membrum et in domo Domini columnam immobilem habeamus, non potuimus sine gravi offensae creatoris deferre. Nec nobis in hac parte potes aliquid imputare, quum secundum traditionem canonicam, quando non nisi peccando alicui consulti potest, tunc aestinare debet homo, quid

Cap. II. 12) Melch.: C. R. 1. — Lamech.: C. R. 2. — Melech.: C. I. — eccl. memorata: Comp. III., Reg. — de ead. eccl. de Lamech agitur in c. 52. de app. II. 28. — 13) post . . . nunc.: add. a Raym. — 14) ea: Comp. III. Ms. — 15) exstiteris. Quum autem sit etiam legitima sanctione sancitum:

Aug. — 16) fuerit: C. R. I. — 17) ius sibi aedificatum debere: Aug. mendose. — 18) ibidem: Comp. III., Reg. — 19) canonice: Comp. III. Ms. — 20) facimus: C. H. — 21) ab eo: Comp. III.

faciat non habere. In ipso etiam legibus saecularibus invenitur, ut quae facta laedunt pietatem, aestimationem, verecundiam nostram, et generaliter quae bonis moribus adversantur, nec posse nos facere sit erendum." Super eo quoque²²) non sufficimus admirari, quod, quum "dicta ecclesia iam dudum quasi lapis offensivus fuerit et petra scandali, pro qua nos et praedecessores nostri adversus te tuosque praedecessores ita graviter sumus moti, et viri religiosi pariter et prudentes, monachi Cantuarienses, qui omnia dimiserunt pro Christo, tot laboribus et doloribus, tot timoribus et periculis personas et res non dubitaverunt²³) frequenter exponere, quod "procul dubio tam illi quam isti, ut dictum est, non fecissent, nisi cognoscerent praemissa respicere in grave Cantuariensis ecclesiae detrimentum, "ut de aliis omittamus, tu saltem pro vitando tam gravi scandalo proximorum ab huiusmodi etiam tibi prohibitis non cessasti, quum sacrae scripturae testimonio²⁴) debueras²⁵) didicisse, quod²⁶) licet opera illa, quae sine mortali peccato omitti²⁷) non possunt, non sunt²⁸) pro vitando scandalo dimittenda, nec ea debeant pro scandalo vitando committi, quae sine mortali peccato committi non possunt: ab his tamen, quae sine mortali peccato committi possunt pariter et dimitti²⁹) sit pro scandalo tollendo³⁰) cessandum, et eis etiam pro vitando scandalo insistentum. Unde Apostolus³¹) "dicit": „Si scandalizatur³²) frater³³) non comedam³⁴) carnes³⁵) in aeternum, et Dominus in evangelio contra eos, qui scandalum praestant materiam: „Vae,“ inquit³⁶) „homini illi, per quem scandalum venit; melius est ei, ut suspendatur mola asinaria ad collum eius, et demergatur in profundum.“ Et licet maiorum scandalum sit vitandum, vitandum³⁷) est etiam scandalum pusillorum, iuxta testimonium veritatis³⁸) „qui scandalizaverit,“ inquit, „unum de pusillis istis minui sunt, qui in me credunt, etc.“ Finis ergo his, "quae praemissa sunt, de cetero" taliter a te³⁹) imponitur, quod praeteritae contradictionis rebellio per virtutem sequentis obedientiae valeat "non immerito" expiari. "Dat. Lat. Kal. Dec. Pont. nostr. Ao. I." [1198.]

CAP. III. 40)

In optione est nunciantis novum opus, an intra tres menses de praedictio suo debeat ostendere, et interim cessatur ab opere; an vero recepta cautione de opere demolendo statim aedificari permittat. H. d. cum sequ.

Honorius III. 41)

Significantibus canonicis sanctae Opportunae 'Parisiensis' innouit nobis, quod, quum super eo, quod N. 42) "Rufus" civis Parisiensis in quadam platea ecclesiae suae, "intra claustrum ipsorum sita," eis prohibentibus in suum aedificabat praedictum et gravamen, deposuerunt⁴³) coram officiali Parisiensis archidiaconi⁴⁴) quaestionem, eis offerentibus in continenti probare praedictum et plateam ad suam ecclesiam pertinere, ac petentibus "insuper," ut⁴⁵) non obstante, quod dictus N. cautionem de demolendo opere offerbat, aedificium prohiberi. Et quia idem officialis interloquendo decrevit⁴⁶) probationes eorum admittendas esse, ac ab opere interim quiescendum, idem N. ad Senonensem ecclesiam⁴⁷) provocavit. Sed quum Senonensis officialis, "Nicolai praedicti cognatus," eadem interlocutoria "pro suae duntaxat voluntatis arbitrio" revocata, decreverit, ad opus sub cautione de demolendo ipso⁴⁸) non admissis eorum probationibus, procedendum, praedicti canonici nostram audentiam appellarunt, "unde petebant, ut ipsorum probationes recipi, ac prohiberi aedificium mandarem." Ideo quae "discretionem vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si est ita, revocato in irritum⁴⁹) quicquid post appellationem huiusmodi "temere" inveneritis attentatum, "super hoc quod iustum fuerit appellatione postposita statutis, facientes" etc.

CAP. IV.

Summatum est supra capitulo proximo.

Gregorius IX.

I, cui opus novum te nunciaste proponis, non obstante cautione,

quae offertur ab ipso de opere destruendo, si non iure aedificatum existat, tenetur te per trium mensium spatium expectare, iuris tui praedictum probare volentem.

TITULUS XXXIII.

DE PRIVILEGIIS ET EXCESSIBUS
PRIVILEGIATORUM.

CAP. I. 1)

Episcopalis dignitas non debet tribui, nisi locis insignibus et populosis.

Leo Papa. 2)

Episcopalia gubernacula non nisi maioribus populis et frequentioribus civitatibus praesidere³) oportet⁴), ne, "quod sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta vultuerunt, viculis et possessionibus vel obscuris et solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastidium, et" honor, cui debent⁵) excellentiora committi, "ipsa" sui numerositate vilescat. "Quod nunc etc. Dat. IV. Id. Aug." [446.]

CAP. II. 6)

Non obstante privilegio fori potest laicus ecclesiae malefactor per ecclesiam puniri.

Gregorius 7) P. 8) Subdiacono.

Sicut⁹) in iudiciis¹⁰) laicorum privilegia turbare nolimus¹¹), ita eis praedictantibus nobis¹²) moderata volumus auctoritate resistere. Violentos itaque¹³) laicos coercere non contra legem¹⁴) est agere, sed legi facere¹⁵) subsidium. "Quia igitur Deus dedit etc."

CAP. III. 16)

Religiosi etiam exempti ecclesias et decimas non debent a laicis recipere, sine consensu diocesanorum. Hoc dicit usque ad §. Excommunicatos. — §. 1. Excommunicati et interdicti omnino non debent admitti ad divina, etiam per religiosos exemptos. H. d. usque ad §. In ecclesiis. Abbas Siculus. — §. 2. Religiosi etiam exempti in ecclesiis, non pertinentibus ad eos, pismo iure non institunt nec destituunt inconsultis episcopis; sed rationem exigunt in temporalibus ab institutis. H. d. usque ad §. Quodsi. — §. 3. Hospitalarii et Templarii semel in anno celebrant in ecclesia, posita in loco interdicto; ibi tamen non sepeliuntur corpora mortuorum. H. d. usque ad §. De confratribus. Abbas. — §. 4. Confratres exemptorum, seu ipsorum obliti, qui in totum non se transulerunt, iudicari possunt ab ordinariis locorum. H. d. usque ad fin. Abbas Siculus.

Alexander III. in concilio Lateranensi.

Quum et¹⁷) plantare sacram religionem, et plantatam fovere modis omnibus debeamus, nusquam¹⁸) hoc melius exsequimur¹⁹), quam si nutrire ea²⁰), quae recta sunt, et corrigere²¹), quae profectum virtutis²²) impediunt, commissa nobis "a Deo" auctoritate curemus. Fratrum autem et coepiscoporum nostrorum "vehementi" conquestione comperimus, quod fratres Templi et Hospitalis²³), et²⁴) alii "quoque" religiosi²⁵), indulta sibi ab apostolica sede²⁶) privilegia excedentes, contra episcopalem auctoritatem multa praesumunt²⁷), quae et²⁷) scandalum faciunt²⁸) "populo Dei" et grave pariant periculum animarum. "Proposuerunt enim, quod ecclesias recipiant de manibus laicorum, excommunicatos et interdictos ad ecclesiastica sacramenta et sepulturam admittant in ecclesiis suis praeter eorum conscientiam, et instituant et amoveant sacerdotes, et fratribus eorum ad eleemosynas quaerendas euntibus, quum indultum sit eis, ut in eorum adventu semel in anno aperiantur ecclesiae atque in eis divina celebrentur officia, plures ex eis, de una sive diversis domibus ad interdictum locum saepius accedentes, indulgentia privilegiorum in celebrandis officiis et sepeliendis mortuis abutuntur, et tunc mortuos apud interdictas ecclesias sepelire praesumunt. Occasione quoque fraternitatem, quas in pluribus locis faciunt, robur episcopalis auctoritatis enerant, dum contra eorum sententiam sub privilegiorum aliquorum obtentu munire cunctos intendunt, qui ad eorum fraternitatem voluerint se conferre. In his autem, quia non tam de maiorum conscientia vel

Cap. II. 22) vero: C. H. — 23) dubitaverint: C. R. — dubitaverant: C. L. — 24) testamento: Aug. — 25) abruerit: Reg. — 26) quis: C. H. — 27) dimitti: C. R. 2., Comp. III. Aug. Reg. — 28) iint: Comp. III. Aug. Reg. — 29) omitti: C. R. 2. — 30) tolerando: C. L. — 31) 1 Cor. VIII. 13. — 32) scandalizetur: Reg. — 33) add.: C. H. — 34) comederem: Reg. — 35) carnes: Comp. III., Reg. — 36) Matth. XVIII. 7. — 37) praecipue tamen vit. est: Reg. — 38) Matth. XVIII. 6. — 39) u te: desid. in Comp. III.

Cap. III. 40) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 41) decano, praeposito seniori ecclesiae et magistro Michaeli canonico S. Nicolai Ambian. (desid. in Ma.) Comp. V. — 42) Nicolai: ead., Böhm. — 43) deposuerint: C. L., Comp. V. — 44) Parisiensis et archidiacono: Cir. — 45) omitt. Comp. V., Böhm., recte. — 46) decreverit: Comp. V. — 47) curiam: ead., C. R. 2. — 48) operes: C. H. — 49) in irr.: omitt. C. R. L. — in statum debitum: Comp. V.

TIT. XXXIII. Cap. I. 1) Restitutum ex Reg. Leonis I. ap. Baller.

ep. 12. — Comp. I. h. t. c. 1. — cf. Dist. LXXX. c. 4. et Coll. c. 2) ep. Africae provinciae Mauritaniae Caesariensis: Reg. — 3) praeficere: C. L. — 4) oportet: Reg. — 5) debentur: C. R. 2.

Cap. II. 6) Greg. I. Reg. III. 5. — Comp. I. h. t. c. 2. — 7) Gregorius IX.: Cont. — 8) Petro: Comp. I. Aug., Böhm. — Petro subdiacono Campaniae: Reg. — 9) Sic: Aug. — 10) iudicio: C. R. 1. — 11) non cupimus: Reg. — 12) abest ab eod. et Comp. I. — 13) namque: Reg. — seq.: laicos: desid. ap. Aug. — 14) leges: Reg. — 15) ferre: ib.

Cap. III. 16) Restitutum ex ipso c. 9. conc. Lat. III. (hab. A. 1179.) — Lips. 22., Cass. XII. 13., Comp. I. h. t. c. 3. — 17) omitt. Lips. — 18) nunquam: C. H., Coll. c. 1., conc. — 19) exsequitur: Cass. — exsequuntur: conc., C. R. 1. L. — 20) omitt. conc. — 21) add.: eu: Cass. — 22) veritatis: conc. — 23) hospitalarii: C. L. — 24) omitt. conc. — 25) religiosae professionis: Coll. c. 1., conc. — 26) auctoritate: Cass. — 27) praesumant: ead. — 27) omitt. Lips. — 28) generant: conc.

consilio, quam de minorum indiscretionibus quorundam exceditur, et removenda ea, in quibus excedunt, et quae dubitationem faciunt decrevimus declaranda." Ecclesias²⁹) igitur³⁰) et decimas de³¹) manu laicorum sine consensu episcoporum tam illos quam etiam³²) quoscunque alios religiosos recipere prohibemus, dimissis³³) etiam, quascunque³⁴) contra tenorem³⁵) istum aliquo³⁶) tempore receperunt. §. 1. Excommunicatos quoque³⁷) et nominatim interdictos tam ab illis quam ab aliis omnibus³⁸) iuxta episcoporum³⁹) sententiam statuimus evitandos. §. 2. In ecclesiis vero⁴⁰) suis, quae ad eos pleno iure non pertinent, instituendos presbyteros episcopis⁴¹) repraesentent⁴²), ut eis "quidem" de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Institutos etiam⁴³) inconsultis episcopis non audeant remove. §. 3. Quodsi⁴⁴) Templarii vel Hospitalarii⁴⁵) ad ecclesiam⁴⁶) venerint interdictam, non nisi semel in anno ad ecclesiasticum officium admittantur, nec tunc⁴⁷) ibi sepeliantur⁴⁸) corpora defunctorum. §. 4. De confratribus⁴⁹) "autem" hoc constitutum⁵⁰) est, ut, si non se praedictis fratribus omnino reddiderint⁵¹), sed in proprietatibus suis omnimodo⁵²) duxerint remanendum, propter hoc ab episcoporum suorum⁵³) sententia nullatenus eximantur, sed potestatem suam in eos, sicut in alios parochianos suos exerceant, quum pro suis fuerint excessibus corrigendi. Quod autem de praedictis fratribus dictum est, ab⁵⁴) aliis quoque religiosis, qui praesumptione sua episcoporum percipiunt⁵⁵) iura, et contra canonicas eorum sententias et tenorem⁵⁶) privilegiorum nostrorum⁵⁷) venire praesumunt, praecipimus observari. Si enim⁵⁸) contra institutum⁵⁹) hoc venerint, et ecclesiae, in quibus ista praesumpserint, subiaceant interdicto, et quod egerint irritum habeatur "et vacuum."

CAP. IV.⁶⁰)

Suis privilegiis privandus est qui alienis derogat.

Idem Archiepiscopis et Episcopis⁶¹), ad quos litterae istae pervenerint.

Dilecti⁶²) filii "nostri" fratres Hospitalis Hierosolymitani transmissa nobis inquisitione monstrarunt, quod vos eis⁶³) de malefactoribus suis iustitiam facere⁶⁴) non vultis⁶⁵), privilegia ipsorum⁶⁶) recipere⁶⁷) contemnentem⁶⁸), "nec ipsos elemosynas quaerere in vestris parochiis, aut fratres eorum sepelire aliquatenus permittatis. Quoniam igitur fratres multis sunt libertatibus et privilegiis a Romanis Pontificibus praemuniti, quae ut nostris temporibus infringantur nolumus sustinere, fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus iam dictis fratribus in his, quae sibi ab ecclesia Romana noscuntur indulta fuisse, nullam prorsus molestiam faciatis, nec ea sibi contradicere vel denegare aliquatenus attemptetis. Si enim de vobis in veritate de cetero talia poterimus comperire," Pro certo sciatis, quod non concessa vobis privilegia decurtabimus⁶⁹), quum "nostris et" ecclesiae Romanae scriptis authenticis obviare minime timeatis.

CAP. V.⁷⁰)

Etiam privilegiati non possunt admittere excommunicatos ad sepulturam, et, si admiserint, debent inde eos eicere, et, si non fecerint, episcopus supplebit.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Ad haec⁷¹) "in beatorum Apostolorum principis cathedra Domino disponente quanquam immeriti sumus constituti, ut plantare debeamus quae ad divinum spectant decorem, et evellere et eradicare

curamus quae obvia sunt rationi et profectum impediunt salutis. Intelleximus sane, quod Hospitalarii nominatim excommunicatos contra prohibitiones episcoporum ecclesiasticae praesumunt tradere sepulturae, non cogitantes, quam grave sit istis in morte communicare, quos, dum viverent, ecclesia a suo sinu pro eorum excessibus segregarat. Unde, quoniam huiusmodi praesumptionem et temeritatem nolumus nec debemus aliquatenus tolerare, fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" Mandamus, quatenus⁷²) Hospitalariis praecipias, ut, si quos in excommunicatione defunctos in coemeteriis ecclesiarum⁷³) sepelierint, eos extra coemeteria "ipsa penitus" eiciant. Quodsi⁷⁴) facere noluerint, tu hoc "ipsum" de his, quos in excommunicatione defunctos esse "tibi" constiterit, "auctoritate nostra remoto appellationis obstaculo" exsequaris⁷⁵).

CAP. VI.⁷⁶)

Contra privilegium ecclesiae praescribitur spatium XXX. annorum, hodie vero XL. ut infra. cod. Accedentibus.

Idem Abbae et Monachi S. Andreae⁷⁷) Cisterciensis ordinis⁷⁸).

Si de terra, quam habetis in parochia canonicorum de Plautio⁷⁹), per XXX. annos eis decimas persolvitis, eas sibi de cetero integre "et sine molestatione occasione et appellatione postposita" persolvatis, et quas noscimini subtraxisse integre restituitis. Licet enim privilegiorum Romanae ecclesiae beneficio fratribus Cisterciensis ordinis⁸⁰) indultum fuerit⁸¹), quod de laboribus suis nullas⁸²) decimas "vel primitias" persolvere debeant: de⁸³) privilegio tamen "vobis" indulto tanto tempore vobis⁸⁴) detrahere⁸⁵) voluistis, quum liberum⁸⁶) sit unicuique suo iuri renunciare⁸⁷), eoque modo non potestis vos in hac parte tueri. "Sane nisi nos vos et ordinem vestrum tantum diligeremus, etc."

CAP. VII.⁸⁸)

De privilegiis non est iudicandum, nisi eorum tenore inspecto, et secundum continentiam eorum ab omnibus subditis sunt servanda.

Idem Ambianensi⁸⁹) Episcopo.

Porro, quamvis⁹⁰) Templarii et Hospitalarii multa sint libertatis praerogativa donati⁹¹), non dubitamus, quin aliam libertatem habeant in locis, in quibus, antequam pervenissent ad eos, fuerant habitatores, quod totum ex inspectione privilegiorum "suorum" plenius advertere potes⁹²), et secundum quod inveneris, ita observes. Sic enim⁹³) eos volumus privilegiorum suorum servare⁹⁴) tenorem, quod eorum metas transgredi minime videantur.

CAP. VIII.⁹⁵)

Per solutionem census, quae fit Romanae ecclesiae, non probatur exemptio a iurisdictione episcoporum.

Idem I.⁹⁶) apostolicae sedis Legato.

Recepimus litteras, quas de ecclesiis censualibus "episcopatus venerabilis fratris nostri Novariensis episcopi" direxisti⁹⁷), "et ex eorum tenore perpendimus, qualiter ad iura nostra servanda vigilas existas." Ceterum diligentiam tuam volumus non latere, quod, sicut non omnes, qui⁹⁸) specialiter beati Petri iuris existunt⁹⁹), annuatim apostolicae sedi¹⁰⁰) censum exsolvunt, ita non omnes "nostri" censuales ab episcoporum subiectione habentur immunes. Inspicienda sunt ergo "ipsarum" ecclesiarum privilegia, et ipsorum tenor est diligentius attendendus, ut, si fuerit deprehensum, quod ecclesia²), quae censum solvit, specialiter B. Petri iuris ex-

Cap. III. 29) ecclesiam: Aug. — 30) sane: Coll. c. 1. — 31) quia de: Cass. — 32) abest a conc. — 33) admissis: C. L. — 34) quas: conc. — quotunque: C. L. — 35) morem: Lips. — 36) moderno: Coll. c. 1. — 37) omitt. ib. — 38) hominibus: Lips., Comp. I. — 39) add. suorum: Cass. — 40) abest a Coll. c. 1. et conc. — 41) episcopo: . . . ut ei: Lips. — 42) praesentem: conc. — 43) vero: Lips., Comp. I. — autem: Cass., conc. — 44) Si vero: Comp. I. Aug., conc. — 45) vel hosp.: desid. in Lips. — 46) ad ecclesiasticum: . . . interdictum: conc. mendose. — 47) tamen: Lips. — 48) sepeliant: Comp. I., conc. — 49) fratribus: C. H. — fraternitatibus: Coll. c. 1., conc. — 50) statuimus: Comp. I. Aug., conc. — 51) reddiderunt: C. L. — 52) omnino: Lips., Comp. I. — omitt. Cass., conc. — 53) eorum: Lips. — omitt. Comp. I., conc. — 54) et: C. H. — de: conc. — 55) praecipiant: Comp. I. Aug. — subripunt: Cass. — praecipiant: Lips., conc. — 56) tenores: Aug. — 57) suorum: C. H. — 58) autem: Coll. c. 1., conc. — 59) praecipiant: . . . venerit: Cass.

Cap. IV. 60) Restitutum ex App. XLIV. 6., Lips. XII. 1., Cass. XXIII. 1., Comp. I. h. t. c. 4. — 61) et ep.: desid. ap. Cont. — venerabil. fratribus archiepiscopis et episcopis (et ep.: omitt. Cass., Comp. I. Aug. — arch. et ep.: desid. in Lips. — et ceteris: add. App.), ad quos etc.: Coll. c. 1. — 62) Dilectissimi: Cass. — 63) eadem: Aug. — 64) exhibere: App. — 65) velitis et priv.: Cass. — 66) eorum: App., Cass. — 67) respicere: C. R. L. H. — inspicere: Coll. c. 1. — 68) contemnit: Lips., Cass., Comp. I. — 69) decidemus: App.

Cap. V. 70) Restitutum ex App. XXXI. 5., Lips. XII. 3., Cass. XXII. 3., Comp. I. h. t. c. 6. — 71) hoc: Coll. c. 1. — 72) quatenus pra-

dictos fratres moneas ne hosteris (adhorteris: Lips.), et eis (omitt. App.) ex parte nostra praecipias: ead. — 73) eorum: C. R. L. — omitt. App. — eccl. suorum: C. L. — 74) add. ipsi: Cass. — 75) obsequaris: ead., quae solita editoris culpa extremam hui. cap. particulam sensu plane destitutam refert.

Cap. VI. 76) Restitutum ex App. XXXVIII. 4., Comp. I. h. t. c. 9. — 77) S. Gauden.: C. R. 2. — 78) Cist. ord.: omitt. App., Comp. I. — 79) Placio: C. R. — in parochia de V. (de N.: Ms.) iam per XXX. annos decimas canonicis de Plautio persolvitis: Comp. I. — in parochia de Breteville iam per XXX. annos vel eo amplius decimas sine reclamationem aliqua solveritis, et hoc anno eas canonicis de Plautio post appellationem ad nos factam contra iustitiam subtraxeritis: App. — 80) Cisterciensibus: C. R. L. H. — de Cister.: Comp. I. — 81) sit: ead. — 82) nulli: ead., App. — 83) ex: Comp. I. — 84) omitt. Aug. — 85) subtrahere: App. — 86) licitum: C. R. L. — 87) abrenunciare: Aug.

Cap. VII. 88) Comp. I. h. t. c. 10. — 89) Abian.: Comp. I. Ms. — Ambian.: Aug., Böhm. — add.: P. C. Quod sedem: Comp. I. cf. c. 2. de frig. IV. 15. — 90) quoniam: Comp. I. — 91) dotati: C. R. L. — 92) poteris: Aug. — 93) Sic enim etc.: desumpta sunt paucis immutatis ex Comp. I. h. t. c. 7. — 94) conservare: C. R. L. — observare: C. R. 2. H.

Cap. VIII. 95) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 96) A.: C. R. 1. — desid. inser. in Comp. II. Ms. A. — 97) desid. ib. — transmissi: C. H. — 98) quae: Aug. — 99) add. defensores: Comp. II. Ms. A. — 100) sedis: ib. — 1) nec: Aug. — 2) ab eccl.: Comp. II. Ms. B. — eccl. illa: Ms. A.

sistat, et ad iudicium³⁾ perceptae⁴⁾ libertatis census annuus conferatur, non immerito poterit speciali praerogativa gaudere. Si vero ad iudicium³⁾ perceptae protectionis census persolvitur, non ex hoc iuri dioecesei episcopi aliquid videtur⁵⁾ esse subtractum. *Quum igitur constet, presbyterum S. Petri praefato episcopo obedientiam promississe in ordinatione sua, sicut in iure confessus asseruit, nolumus, quod cum vel aliquos tuearis, etc.*

CAP. IX. 7)

Privilegium, uni concessum, non potest ad alium extendi propter identitatem rationis. H. d. et solet quotidie allegari.

Idem.

Sane (Et infra:) Temerarium est et indignum, aliquem sibi sua auctoritate praesumere, quod Romana ecclesia alicui, certa ratione inspecta, singularibus voluit beneficiis indulgere.

CAP. X. 5)

In oratorii privati campanae publicae teneri non possunt etiam per religiosos. H. d. et tene menti hunc textum, quia quotidie allegatur et est in usu.

Coelestinus III. Abulensi⁹⁾ Episcopo. 10)

Patentibus¹¹⁾ literis *nostris* certiscari desideras¹²⁾, utrum Templarii, Hospitalarii et alii, oratoria in domibus suis habentibus, liceat campanas in eis¹³⁾ ponere publiceque pulsare. Respondemus autem consultationi tuae, *quam facis, et dicimus,* quod non licet¹⁴⁾ eis hoc agere¹⁵⁾; quin potius per te per censuram ecclesiasticam appellatione remota coercendi¹⁶⁾ sunt, ut ita sint suo iure contenti, quod iustitiam non impediatur aliorum.

CAP. XI. 17)

In tota provincia exhortationis officio privantur Hospitalarii, qui mittunt pro eleemosynis cruce falso signatos, et, si missi sunt laici, excommunicantur; si autem clerici, ab officio et beneficio suspenduntur. Et eadem suspensione puniuntur qui ante reconciliationem in polluta ecclesia celebrant; et suspensi per episcopos exemptos absolvi non possunt; et fratres privilegiorum, qui ad eos se omnino non transferunt, privilegiati non sunt.

Innocentius III. Archiepiscopo Lugdunensi. 12)

Tuarum nos tenor edocuit literarum, quod¹³⁾ fratres Hospitalis sancti Iohannis laicos et illiteratos mittunt pro eleemosynis colligendis, *quas populus ex devotione pro sustentatione pauperum praefato loco mittere consuevit. Quia vero non sufficiunt per se loca omnia circumiri, sibi clericos, sacerdotes, laicos etiam rudes, non religiosos, sed in nequitia exercitatos assumunt, eorum pectoribus crucis characterem imponentes. Quumque gulae et ebrietatis deseriant, se valde inhonestos in aliis ostendentes, clericorum et populum graviter scandalizant, quum ipsi laicos prioratum fungantur officis, et tam clericis quam sacerdotibus praepoantur, et non solum officios inobedientes existunt, verum etiam quasdam immunitates, tanquam ab apostolica sede sibi indultas, praesumunt sibi temere vindicare.* Quum *enim* in quadam ecclesia baptismali, eis a praedecessore tuo collata, quidam eorum²⁰⁾, *nuper* percussit vicarium sacerdotem, ipsam ecclesiam sanguinis effusione foedasset²¹⁾, usque ad reconciliationem divina ibidem interdixisti officia celebrari; sed nihilominus ipsi in ea divina officia²²⁾ celebrarunt. *Sacerdotes insuper, undecunque venientes ad eos, de quorum etiam conversatione et ordinatione nulla certitudo prorsus habetur, ad divinum officium sibi celebrandum recipiunt, episcoporum assensu minime requisito.* Alios²³⁾ vero presbyteros ab officio suspensos per episcopos suos *pro duorum exigentia meritorum,* iidem, quum sint laici, ad divina²⁴⁾ officia restituunt exsequenda. Quosdam²⁵⁾ praeterea, qui cum uxoribus suis²⁶⁾ in domibus propriis commorantur, eo, quod eis de²⁷⁾ suis aliquid conferunt annuatim, ita emancipare contendunt, ut aliqui-

bus secundum legem²⁸⁾ terrae de sibi obiectis respondere minime teneantur. Verum, quia privilegium meretur amittere qui permissa sibi abutitur potentate²⁹⁾, fraternitati tuae *per apostolica scripta* mandamus, quatenus, si quos clericos, *sex sacerdotes* aut laicos a dictis³⁰⁾ fratribus pro colligendis eleemosynis cruce falso signatos inveneris, his, a quibus ipsos missos esse³¹⁾ constiterit, per totam provinciam tuam *nostra fretus auctoritate* exhortationis *huiusmodi* officium interdicis, missos *etiam,* si laici fuerint, excommunicationis mucrone percillas, si clerici *vel presbyteri fuerint,* ab officio beneficisque suspendas, nullo prorsus privilegii beneficio vel appellationis remedio³²⁾ praevaleante. Eos vero, quos in praedicta ecclesia, lege tibi dioeceseana subiecta³³⁾, post interdictum tuum divina celebrare³⁴⁾ cognoveris, eadem³⁵⁾ poena suspensionis involvens³⁶⁾, in ea, donec reconciliata fuerit³⁷⁾, *quemadmodum sacra praecipunt instituta,* officia non permittas celebrari³⁸⁾ divina; presbyteros etiam, suspensos ab episcopis suis, et per³⁹⁾ praedictos⁴⁰⁾ fratres⁴¹⁾ ad officia sua temere restitutos, in eandem sententiam suspensionis *nostra fretus auctoritate* reduces. Illos⁴²⁾ vero, quos⁴³⁾ ad respondendum aliis secundum legem terrae pro praemis causa asserunt⁴⁴⁾ non teneri, nolumus excusari, quin eos ad respondendum sublato appellationis impedimento compellas. *Dat. Lat. V. Id. Dec. [1198.]*

CAP. XII. 45)

Contenta in instrumento perditio probari possunt per testes, qui illud perlegerunt, si deponunt de tenore, et quod erat sine vitio. H. d. et non est alibi casus ita clarus.

Idem Abbati et Conventui S. Petri Eugubini. 46)

Quum olim essemus apud Perusium⁴⁷⁾ constituti, et⁴⁸⁾ tu, fili abbas, privilegium⁴⁹⁾ *bonae memoriae* Lucii Papae *praedecessoris nostri* nobis humiliter praesentans, postulaveris⁵⁰⁾ innovari: propter contradictionem *venerabilis fratris nostri Marci* Eugubini episcopi, *qui tunc temporis supervenit,* asserentis hoc in suum praedictum redundare, non fuit effectui mancipatum. *Quumque alter vestrum de altero in nostro auditorio quereretur, venerabili fratri nostro Assisinati episcopo causam sub ea forma commisimus audiendam, ut vos et iam dictum episcopum curaret ad concordiam revocare; alioquin audiret utrinque proposita, et omnia in scriptis redigens, nobis processum negotii fideliter reseraret. Qui quum indulta vobis a sede apostolica privilegia inspexisset, intellecto, quod monasterium vestrum ad Romanam ecclesiam specialiter pertineret, in causa non durit ulterius, sicut accepimus, procedendum. Consequenter vero ad venerabilem fratrem nostrum Callensem episcopum et dilectum filium Ar. abbatem sanctae Mariae Vallis pontis ad postulationem praefati episcopi Eugubini literae nostrae fuerunt super mutuis quaestionibus destinatae. Sed quia pendente iudicio Iohannes monachus privilegia, chartas alias et thesaurum monasterii vestri rapuit, te, abbas, ad nostram oportuit praesentiam iterum laborare, ubi literas impetrasti, quod per excommunicationis sententiam, qui de amissione privilegii scirent aliquid, cogenterur dicere veritatem. Sed quoniam neque sic amissa potuisti privilegia reperire, ad nos denovo es reversus.* Te igitur *cum testibus tuis* et praefati episcopi *Eugubini* procuratoribus in nostra praesentia constitutis, *dicto filio nostro* B. 31) basilicae XII. Apostolorum presbytero cardinali dedimus in mandatis, ut super amissione ac tenore privilegiorum⁵²⁾ testes reciperet *diligenter,* quos duces producendos⁵³⁾, qui *mandati nostri diligens exsecutor praesentibus praefatis procuratoribus* fideliter redegit in scriptis depositiones X. testium iuratorum, quorum depositionibus publicatis *iam* dicti⁵⁴⁾ procuratores ad producendos testes *episcopi,* per quos inductos a parte adversa repellerent, inducias postularunt; quas *praefixo termino peremptorio* sub eo tenore illis duximus concedendas, ut apud sedem apostolicam probarent⁵⁵⁾ quae vellent, ubi⁵⁶⁾ onus

Cap. VIII. 3) iudicium: Comp. II. Ms. B. — 4) receptus: C. H. — 5) iudicium: C. L., Comp. II. Ms. B. — 6) intelligitur: Comp. II. Ms. A. — seq. esse: omitt. Comp. II.
Cap. IX. 7) Incausum hoc c. in ant. Comp. quaevisimus.
Cap. X. 8) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 2. — 9) Irbul.: C. R. 2. — Ambulens.: Comp. II. Aug. — 10) desid. in C. H. — 11) Parentibus: ead. Ms. A. — Praesentibus: Ms. B. — 12) postulus: ead. Ms. A. — 13) esidem: Comp. II. Aug., Ms. B. — eis disponere: Ms. A. — 14) liceat: C. R. 1. — 15) facere: Aug. — 16) compellendi: C. R. 1.
Cap. XI. 17) Restitutum ex Reg. Bal. I. 450. — Comp. III. h. t. c. 1. — 18) Lidon.: Comp. III. Aug. — London.: Ms., C. R. 1. — Lundensi: Reg. — 19) quod fratres . . . laici et illiterati ad parvas illas mittuntur: Comp. III., Reg. — 20) omitt. ib. — 21) defoedasset: Aug. — 22) desid. ab eund. — 23) Et al.: C. H. — Al. etiam: Reg. — 24) omitt. C. R. L. H., Comp. III., Reg. — 25) Quidam praeterea cum ux. suis . . . comm., quos illos quidem: Comp. III.) eo: Comp. III., Reg. — 26) omitt. C. H. — 27) eis de: desid. in C. H. — 28) institiam: C. R. 1. — ut alius secun-

dum leges terrae: Comp. III., Reg. — 29) libertate: Reg. — 30) praedictis: Comp. III., Reg. — 31) fuisse: Reg. — 32) refugio: ib. — oblativo vel remedio: C. H. — 33) subiectos: Comp. III. — 34) celebrasse: ead., Reg. — 35) eiusdem: ib. — sub eadem: C. R. 1. — 36) desid. in Comp. III. Ms. — 37) fuerint: ib. — 38) celebrare: Comp. III. — 39) desid. in C. R. 1. et ap. Cont. — 40) dictos: Comp. III. Aug., Reg. — 41) add.: suos: C. H. — 42) Alior.: Comp. III., Reg. — 43) qui . . . se asserunt: C. L. — 44) asseris: Comp. III.
Cap. XII. 45) Restitutum ex Reg. Bal. II. 79. — Comp. III. h. t. c. 2. — 46) Eugubini: Comp. III. Ms. — Rainerio abbati etc.: Reg. — 47) Perusium: Comp. III. — 48) tu . . . repraesentans et postulans illud suppliciter innovari, quod propter contr. . . asserentis (asserens: Aug.), hoc in suum praedictum redundare etc.: Comp. III., Reg. — 49) privilegii: C. R. 1. — 50) postulaveras: C. L. — 51) P.: C. R. L., Comp. III. — Pand.: Reg. — 52) privilegii: C. R. 1. — 53) prod. (Et infra:) Mandati etc.: Comp. III. — 54) desid. in C. H. — 55) approbarent: ib. — 56) nisi: Comp. III.

probationis pars altera subisset. (*Et infra:*)⁵⁷ Nos vero, tam per depositiones testium quam "per" assertiones quorundam fratrum nostrorum liquido cognoscentes, talem dicti privilegii fuisse tenorem, quod videlicet⁵⁸ coenobium vestrum⁵⁹ nullo mediante ad Romanam ecclesiam pertineret, et quod non liceret alicui episcopo eidem monasterio et eius ecclesiis excommunicationem indicere, ut fratres, illic Domino servientes, ab omnium⁶⁰ potestate liberi, Romanae ecclesiae libertatis gratia potirentur, et quod nulla in eis⁶¹ mentio dioecesanii episcopi habebatur, illud etiam "nihilominus" attendentes, quod, "sicut ex dictis quorundam testium intelleximus evidenter, et plerique de nostris fratribus, tempore illo praesentibus, recolebant," quum tu, fili abbas, tempore "bonae memoriae" Coelestini praedecessoris nostri ad ipsius praesentiam accessisses, ipse, inspectis ecclesiae tuae privilegiis, te, licet excommunicatus ab Eubulino⁶² episcopo dicereris, tanquam non ligatum admisit ad oculum, quod praesumitur non fecisse, nisi monasterium vestrum cognovisset ad Romanam ecclesiam specialiter pertinere, "de communi fratrum nostrorum consilio promuncandum" decernimus⁶³, privilegium illud "bonae memoriae" Lucii Papae "praedecessoris nostri," quod sine reprehensione bullae, chartae vel litterae apparebat, quando fuit nobis ostensum, illius fuisse tenoris, cuius per depositiones testium et assertiones fratrum nostrorum noscitur⁶⁴ existisse. "Decernimus ergo etc. Dat. Lat. II. Kal. Iun." [1199.]

CAP. XIII.⁶⁵

Innovatio privilegiorum novum ius non tribuit, sed antiquum conservat.
H. d. quoad titulum.

Idem *Cathalanensis*:⁶⁶ *Electo et Abbati trium Fontium.*

Ex parte abbatissae ac sororum Iotrensis⁶⁷ ecclesiae "nostris" existit⁶⁸ "auribus" intimatum, quod "venerabilis frater noster" Meldensis⁶⁹ episcopus commissionis occasione cuiusdam⁷⁰, per litteras⁷¹ ad iudices delegatos obtentae, in qua nulla mentio habebatur de ipsarum privilegiis, quae illas et earum ecclesias⁷², clerum et populum Iotrensem⁷³ ad apostolicam sedem nullo mediante spectare declarant⁷⁴, quorum ipse non erat ignarus, eas⁷⁵ incepit⁷⁶ graviter molestare, obedientiam ab ipsis ac a clero et populo Iotrensi⁷⁷, "qui secundum privilegia sedis apostolicae gaudent consimili libertate," subiectionem omnimodam "impedendam sibi" requirendo⁷⁸. "Unde, quum ab eisdem iudicibus citarentur, ipse non contestando litem, sed excipiendo potius contra eos, nos sibi specialem in iudicio dominum esse dixerunt, et se nullam obedientiam episcopo Meldensi debere, quia, quum venerabilis frater noster O. Hostiensis episcopus, tunc apostolicae sedis legatus, earum privilegiis diligenter inspectis, cognoverit monasterium earum ad ius et proprietatem sedis apostolicae pertinere, ipsi abbatissae, quae tunc temporis noxiter erat electa, eice nostra munus benedictionis impendit, et obedientiam nobis et ecclesiae Romanae fecit ab ea specialiter reprimi, requirens ab ea propter hoc et accipiens sacramentum." Verum, quum iudices "et assessores eorum" ipsas valde gravarent "in eo, quod negarent dilationem eisdem ad exhibenda privilegia libertatis, quum procuratores earum illis iuramentum offerrent, se tunc privilegia non habere, nec procuratum dolo fuisse, quominus eadem ad eorum praesentiam detulissent, et ipsi eis breves inducias dare nollent," ad appellationis beneficium convalarunt, "contra iudices excipientes eosdem, tum quia eos asserabant esse suspectos, et praesertim ipsum Parisiensem episcopum, qui contra dilectum filium abbatem S. Genovesiae consimilem causam habebat, et ideo ipsum credebant aliam sententiam nolle dare, quam vellet ab aliis pro se dari, tum quia, quum absque consuetudine suo voluisset prius interlocutoriam promulgare, procuratoribus abbatissae dicentibus, se velle consuetudinem eius esse praesentem, responderat illis, eum in nullo profecturum eisdem, quia, quum ille veniret, nihil faceret, nisi quod vellet et ipse; tum quia illis

postmodum rationabiles inducias donabatur; tum quia occasione litterarum illarum non debebat in causa procedere pro eo, quod Meldensis episcopus per litteras illas obedientiam debitam, quam abbatissa soli Pontifici Romano tractur impendere, ab ipsa, clero et populo Iotrensis sibi requirebat impendi, quam per privilegia ecclesiae Romanae constaret, illi eos in aliquo non teneri, et de privilegiis suis nulla in eisdem literis mentio haberetur." Sed iudices "ipsi," appellationi⁷⁹ non deferentes, nec fragilitati sexus compatiens eorum, in abbatissam excommunicationis⁸⁰, et⁸¹ in clerum et in populum Iotrensem⁸² interdicti sententias protulerunt. Sane, quum nuncii⁸³ Iotrensis ecclesiae praedicta et alia "multa" in nostra praesentia retulissent, "quibus eas et suos contra libertatem, eis concessam, gravatos aiebant," privilegium⁸⁴ nobis apostolicum ostenderunt, per quod ecclesiam Iotrensem constabat ad Romanam ecclesiam specialiter pertinere. Nos autem, eosdem⁸⁵ nuncios propter appellationem praedictam diutius detinentes, quia tandem nullus apparuit idoneus responsalis, qui partem defensaret adversam, "licet postmodum quidam simplex nuncius super hoc nobis praedictorum Parisiensis episcopi et Latinianensis abbatissae litteras praesentasset:" privilegium apostolicae sedis ecclesiae Iotrensi concessum duximus innovandum, ita tamen, ut per innovationem ipsius eidem ecclesiae non⁸⁶ plus iuris accrescat, quam per privilegia praedecessorum nostrorum obtinuit, quum per hoc non novum ei concedere, sed antiquum ius conservare velimus. "Quia vero etc. Dat. Lat. IV. Id. Ian. Ao. V." [1203.]

CAP. XIV.⁸⁷

Ecclesia, utens duplici privilegio exemptionis, licet succumbat ex uno, potest nihilominus ex alio se iuvare et obtinere; nec tenetur exemptus promittere obedientiam dioecesanio; vigore tamen exemptionis non potest sine licentia dioecesanii ecclesiam construere in loco non exempto; et, si exemptus de facto in loco non exempto construxit ecclesiam, cedit iuri episcopi.

Idem *Colubriensis*:⁸⁸ *Episcopo.*

Quum olim "ad apostolicam sedem accessisses, et" propter quaestiones⁸⁹, quas adversus "dilectos filios" priorem et canonicos monasterii⁹⁰ sanctae Crucis habebas, pro quibus ad audientiam nostram fuerat appellatum, moram feceris longiorem: quia pro parte altera nullus comparuit responsalis, eisdem⁹¹ certum terminum duximus praefigendum, in quo venirent vel mitterent super privilegiis omnibus⁹² et libertatibus, quae a Romanis Pontificibus⁹³ vel ab M.⁹⁴ quondam Colubriensi episcopo se habere dicebant, et super aliis quaestionibus, adversus eos a Colubriensi ecclesia intentatis, diffinitivam sententiam recepturi. "Ut autem veritas facilius appareret, authentica et originalia cum bullis suis nobis usque ad eundem terminum sub eadem distinctione praecipimus exhiberi;" Interim autem utrique parti liceret coram dilectis filiis (tuis⁹⁵) de Alcobacia⁹⁶ et de Serra⁹⁷ abbatibus, et F. "Meuende" monacho Alcobaciae, quibus "sub certa forma" causa prius fuerat delegata, "et testes utriusque producti," proponere ac probare, si quid aliud proponendum duceret⁹⁸ ac probandum. (*Et infra:*) Iudices autem⁹⁹ sufficienter actum esse de causa credentes, "attestationibus et rationibus utriusque partis diligenter inspectis," monasterium sanctae Crucis in expensis, quas per quadriennium occasione huiusmodi negotii iuraveras te fecisse, "et quae quinquaginta marcarum auri summam attingunt, tibi de praedictum consilio" damnarunt¹⁰⁰, infrimantes sua sententia libertatem, quam dictus¹ M. Colubriensis episcopus "in enorme detrimentum Colubriensis ecclesiae" contulerat monasterio S. Crucis, canonicorum assensu per "praekonem episcopi et" portarium regis extorto. Praeteris, quia idem M. praedecessor tuus² fuerat³ canonicus regularis, et duo millia Marabulinorum⁴, quae adquisierat in episcopum iam promotus, monasterio dederat memorato, "monasterium" ipsum ad restitutionem eorum iudices condemna-

Cap. XII. 57) Ceterum quoniam infra datum terminum et receptum in producendis testibus defecerunt, nos tamen (vero: Böhm.) ead., Reg., Böhm. — 58) omitt. C. R. 1. — 59) ipsam: Comp. III., Reg. — 60) omni: Böhm. ex Cont. — 61) eo: Reg. — omitt. C. R. 1. — 62) Eubulino: Comp. III. Ms. — 63) decrevimus: C. R. 1., Comp. III. — 64) praemisimus: Catalisae: Comp. III., Reg.

Cap. XIII. 65) Restitutum ex Reg. Breuj. V. 137. — Comp. III. h. t. c. 3. — 66) Cathalauben.: Comp. III. Aug. — Cathalauben.: Ms. — Cathalaunen.: Reg. — 67) Uten.: Aug. — 68) fuit: Comp. III., Reg. — 69) Meldenen.: C. R. 1. — 70) cui. ad ven. fr. n. Parisien. episc. et dil. fil. abbatem de Latinico (Lantun.: Comp. III. Aug. — Latun.: Ms.) a nobis obtentae: Comp. III., Reg. — 71) per lit.: omitt. C. R. L. — 72) ecclesiarum: Comp. III. Ms. — ecclesiam: Aug., Reg. — 73) villae Iotrensis: Reg. — 74) declararent: Aug. — 75) eos: Cont., Böhm. — 76) incepit: Cont. — 77) villae Iotrensis: Comp. III., Reg. — 78) requirens: ib. — 79) appellationem: Reg. — 80) add. vinculum: Aug. — 81) omitt. Comp. III. Ms., Reg. — seq. in cler. et: desid. ap. Aug. — 82) villae Iotrensis: Comp. III., Reg. — 83) iam nuncii: Böhm. ex Cont. — 84) privilegia... per quae: C. L. — 85) eos propter: Comp. III., Reg. — 86) ni-

hil: Comp. III., Reg.

Cap. XIV. 87) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 4., etenim, quominus integritati suae ex Reg. Breuj. VI. 109. redderetur immensus ipsius ep. ambitus impedit. — 88) leg.: Colubriensi: cum C. L., Reg. per tot. (Colubria). — 89) super quaestionibus: Reg. — 90) ecclesiae: ib. — desid. in Comp. III. — 91) eisdem (eisdem: Aug.) priori et fratribus in virtute obedientiae districte praecipimus, ut usque ad festum omnium SS. proximo tunc (nunc: Comp. III. Ms.) futurum, per se, vel sufficientes (per suff.: Aug.) et idoneos responsales, ad nostram praesentiam accederent, super privilegiis: Comp. III., Reg. — 92) et aliis omnibus: C. R. 1. — 93) Romano Pontifice: C. L. — 94) a bon. mem.: Aug. — 95) omitt. Comp. III., Reg. — dil. fil. G.: C. R. 1. — 96) Alcobatia: C. R. 1. — Alcobaria: C. R. 2. — Alcobatia: Comp. III., Reg., Böhm. — 97) Serra: C. R. 1. — Sarra: C. R. 2., Cont. — Seiza: Comp. III. Aug. — Seiza: Ms. — Seiza: Reg. — 98) ducerent: Comp. III., Reg. — 99) ergo: Reg. — 100) condemnarunt: ib. — 1) omitt. Comp. III. — praedictus Col. ep.: Reg. — 2) praed. tuus: non sunt in Comp. III. et Reg. — 3) etiam fuerat: Aug. — 4) Marabulinorum: C. R. 1. — Marabulinorum: C. L. — Marabulinorum: Comp. III. Aug. — Marabulinorum: Ms., Reg. —

runt. Insuper "tam decimas quam" ecclesias omnes, quas "de manu regis vel aliorum, laicorum sive clericorum," monasterium praeter episcopi Colubriensis assensum "receperat, et quas in Latren. vel aliis locis, in attestacionibus comprehensis," propria auctoritate fundarat, quia pars sanctae Crucis nec praescriptione, nec defensione alia⁵⁾ probationibus contra se factis obatiterat, iudicantur in ius Colubriensis ecclesiae cum fructibus medii temporis revocari. (Et infra:) Tandem "vero, quum tu et pars altera propter hac ad sedem apostolicam venissetis," procurator monasterii "sanctae Crucis" proposuit, sententiam non⁶⁾ valere nec tenere. Quodsi alias etiam sententia memorata teneret⁷⁾, quia tamen monasterium fuit⁸⁾ indefensum, "sicut ipsi iudices per suas literas protestarunt," nec exhibita fuerant coram eis privilegia libertatis, ne delictum⁹⁾ personae in damnum ecclesiae redundaret, debet ad exhibitionem privilegiorum suorum admitti, quod sibi concedi de solita benignitate sedis apostolicae postulavit. Nos igitur attendentes, quod eadem privilegia non solummodo pro libertate monasterii faciebant, sed etiam¹⁰⁾ exprimebant ius nostrum et ecclesiae Romanae iustitiam tuebantur, ne in nos monasterii laesio redunderet, ad privilegia exhibenda partem eius de gratia diximus admittendam. "Ut autem plenius de processu iudicium possumus intelligere veritatem: gesta omnia, sicut acta fuerant coram nobis, utrinque nobis iussimus exhiberi." Distinguentes itaque¹¹⁾ inter libertatem, per praedictum episcopum ecclesiae ipsi concessam, et libertatem, quam ei longe ante tempus ipsius episcopi apostolica sedes indulisit, "sicut patet ex privilegiis ante dictis," quia nobis constat¹²⁾ "evidenter," extortum fuisse in episcopi concessione canonicorum assensum, et concessione paginam in aliquot¹³⁾ lineis habuisse rasuras¹⁴⁾, et subscriptiones singulas fuisse singulis subscribentium manibus adnotatas, scriptum autem, quod nobis exhibitum fuerat, nec rasuram praetendere, nec esse¹⁵⁾ variis subscriptionum¹⁶⁾ manibus variatum, sed a primo ad ultimum eadem "potius" manu conscriptum, libertatem, ab ipso episcopo concessam per extorsionem¹⁷⁾, irritam decernimus et inanem, super hoc sententiam delegatorum iudicium confirmantes. Quia vero evidenter agnovimus¹⁸⁾ ex privilegiis, ante dictis¹⁹⁾ praedecessores nostros ecclesiae sanctae Crucis libertatis privilegium²⁰⁾ indulisse, et quod in ea possessione tamdiu fuerat libertatis, quod aliis etiam cessantibus praescripisset: libertatem ei²¹⁾ a praedecessoribus nostris indultam auctoritate apostolica confirmamus, tibi super hoc silentium imponentes. Super²²⁾ hoc autem in nullo sententiae delegatorum iudicium derogamus, quum ipsi de hac non cognoverint libertate. (Et infra:) Quumque²³⁾ libertatem, a praedecessoribus nostris²⁴⁾ indultam monasterio, confirmamus²⁵⁾, ad ius professionis, quod est contrarium libertati, monasterium decernimus²⁶⁾ non teneri, nec derogantes iudicibus delegatis, quibus libertatis privilegia non fuerant praesentata. "Ceterum super eo, quod iidem iudices decreverant, ut pro domibus portae novae, in quibus parochialis ius ecclesiae Colubriensis habuerat, monasterium tandem recompensaret eidem in loco alio competenti, quantum amiserat in domibus memoratis, omnino corrigimus sententiam, quam tulerunt, ad id censentes monasterium non teneri." In ceteris autem latam a praedictis iudicibus²⁷⁾ sententiam "tum" pro Colubriensi ecclesia "quam monasterio S. Crucis auctoritate apostolica" confirmamus. "Nulli ergo etc. Dat. Ferentini VI. Kal. Jul. [1203.]

CAP. XV.²⁷⁾

Contra privilegia ecclesiae minori spatio quadraginta annorum non praescribitur. H. d. et est textus notabilis et multum allegabilis.

Idem Episcopo et Magistro G. Lemovicensibus.²⁸⁾

Accedentibus ad praesentiam nostram "dilectis filiis magistro Zacharia" abbatia et conventus Naugiensis²⁹⁾ ex una parte, et "fratre Petro" Templariorum de Toen.³⁰⁾ ex altera procuratoribus, "dilectum filium I. subdiaconum et capellanum nostrum dedimus auditorem, coram quo" procurator "abbatis et" monacho-

rum proposuit, quod, quum decimas terrarum de Sarcole³¹⁾ diu quiete³²⁾ possederint, antequam ad Templariorum "potestatem et" dominium pervenissent, et "etiam" postquam Templarii terras acquisiere praedictas, decimas earundem³³⁾ per XL. annos et amplius pacifice possedissent³⁴⁾, nunc eis ipsas "decimas" subtrahere non verentur, "in aliis eisdem graves iniurias irrogantes, et licet super his nostras literas impetrarint, et interdum in arbitros fuerit compromissum, Templariorum impediendo malitiam nequiverunt hactenus suam iustitiam obtinere. Ex adverso vero Templariorum proposuit procurator, quod, quum privilegiis Romanorum Pontificum sint muniti, ne de terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, decimas solvere teneantur, praedicti abbas et monachi ipsos super hoc indebite molestare non cessant, in aliis eis iniuriis plurimum existentes. Quumque causam, quae inter ipsos et praefatos monachos super decimis ipsis vertitur, venerabilibus fratribus nostris Bituricensi archiepiscopo et episcopo Claramontensi duxerimus committendam, dum coram illis questio tractaretur, quidam monachi adhibita sibi multitudine armatorum, terras ipsorum violenter intrantes, de segetibus eorum pro sua voluntate arbitrio asportarunt, igne residuum comburentes. His igitur et aliis, quae coram praedicto capellano fuere proposita, plenus intellectus, quia de ipsis nobis non potuit fieri plena fides, Discretionis vestrae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, "inquisita plenius veritate," si abbas et monachi sufficienter ostenderint, quod a Templariis decimas de terris praedictis per XL. annos continue perceperint sine lite, vos ad praesentationem³⁵⁾ "decimarum" ipsarum³⁶⁾ Templarios "appellatione postposita" compellatis. Quum enim tanto tempore contra indulta privilegia decimas solverint, eis³⁷⁾ renunciassent tacite praesumuntur. Quodsi³⁸⁾ "forte" in probatione defecerint, ab ipsorum impetitione³⁹⁾ Templarios absolvatis, ipsis super hoc "appellatione postposita" silentium perpetuum⁴⁰⁾ imponentes; "super aliis autem auditis quas hinc inde duxerint proponenda, etc. Dat. Ferentini Kal. Jul. Ao. IX." [1206.]

CAP. XVI.⁴¹⁾

Exemptus ratione certae rei vel certi loci non censetur exemptus respectu alterius rei vel loci. H. d. et est textus notabilis et multum allegabilis.

Idem Episcopo Lingonensi.

Quum capella "nobilitis viri" ducis Burgundiae⁴²⁾ gaudere dicatur huiusmodi privilegio, quod nullus archiepiscopus vel episcopus in personis canonicorum eiusdem capellae⁴³⁾ suspensionis vel excommunicationis aut "etiam" interdicti sententias⁴⁴⁾ audeat promulgare, "decanus Christianitatis et" quidam "alii" capellae supra dictae canonici, qui parochiales ecclesias a te tenent, occasione privilegii praelibati in his etiam, quarum⁴⁵⁾ iurisdictio ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, ut, quantumcunque graviter interdum⁴⁶⁾ excedat, tuae correctioni recusant et sententiae subiacere. "Unde a nobis doceri humiliter postulasti, qualiter tibi sit erga rebelles huiusmodi procedendum." Quocirca "fraternitati tuae praesentium auctoritate" non teneri, in quantum exempti sunt eiusdem ratione capellae, apostolicis privilegiis deferens reverenter; sed, in quantum ratione parochialium ecclesiarum vel alias⁴⁷⁾ iurisditionem tuam respicere dignoscantur⁴⁸⁾, officii tui debitum in eisdem libere prosequaris. "Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Mart. Ao. IX." [1206.]

CAP. XVII.⁴⁹⁾

Per exemptionem, concessam monasterio, capellae sibi subiectae non censetur exemptas.

Idem Abbati et Fratribus Evasensis⁵⁰⁾ coenobii.

Ex ore sententis in throno procedit gladius his acutus, quoniam ex ore Romani Pontificis, "qui praesidet apostolicae sedi," rectissima debet exire sententia, quae⁵¹⁾ contra iustitiam nulli pareat, sed

Cap. XIV. 5) omitt. Reg. — 6) non tenere: C. R. L., Comp. III., Reg. — 7) tenent: Comp. III. — 8) fuerat: Reg. — 9) debitum: Aug. — 10) omitt. C. R. L., Comp. III., Reg. — 11) Nus igitur his et aliis auditis et intellectis, quae fuerant hinc inde proposita, distinguentes etc.: Comp. III., Reg., Böhm. — 12) aliquibus: C. R. L. — 13) rasuram: Reg. — 14) omitt. Comp. III., Reg. — 15) subscriptionis: Comp. III., Reg. — 16) per extors. omitt. C. R. L., Comp. III., Reg. — 17) cognovimus: Reg. — seq.: ex: omitt. Aug. — 18) ante dictis: Comp. III., Reg., Böhm. — 19) privilegia: C. R. L. — 20) desid. ib. — 21) Per: C. R. L., Comp. III. — In: Reg. — 22) Quum autem: Comp. III., Reg., Böhm. — 23) praedecessores nostros: Comp. III. — 24) confirmamus: Böhm. ex Cont. — 25) decernimus: C. L., Reg. — 26) desid. ap. Aug.

Cap. XV. 27) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 111. — Comp. III. h. t. c. 5. — 28) Lemovicen. canonico: C. L. — episc. et magistro Guidoni archidiacono Lemovicensibus et abbati Hiltensi Lemovicensis dioeceseos: Reg. — 29) Naugin.: C. R. 2. — Nadiacen.: Cont., Böhm. — Mangrucen.:

Comp. III. Aug. — Mangiacen.: Ms. — Mauvicensis: Reg. — 30) de Tor.: desid. in C. R. 1. — Cucen.: C. R. 2. L. — Torn.: Comp. III. Aug. — Torren.: Ms. — Torrela: Reg. — 31) Satrol.: C. R. 1. — Sartule: C. L. — Saucol.: Reg. — 32) in quiete: Comp. III., Reg. — 33) eorumdem: C. R. 1. — 34) percepissent: Reg. — 35) a praesentatione: C. R. 2. — 36) ipsorum: Reg. — 37) ipsis: Reg. — 38) Si vero: ib. — Quod etiam: Comp. III. — 39) petitione: Comp. III. Aug. — 40) abest a C. R.

Cap. XVI. 41) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 265. — Comp. III. h. t. c. 6. — 42) Hunonen.: Comp. III. Ms. — Bohemine: Aug. — Divonensis: Reg. — 43) ecclesiae sive capellae: Aug. — 44) sententiam: Comp. III., Reg. — 45) quorum: Reg. — 46) interdictum: ib. — 47) alia: Comp. III., Reg. — 48) dignoscantur: C. L.

Cap. XVII. 49) Restitutum ex Reg. Brequ. VIII. 204. — Comp. III. h. t. c. 7. — 50) Evasin.: C. R. 1. — Evasien.: C. L. — Evasinen.: Comp. III. Aug. — Eveshamon.: Ms., Reg. — 51) qua: Aug.

reddat unicuique quod suum est. Quum igitur inter vos et "venerabilem fratrem nostrum" Vigoriensem⁵²) episcopum super monasterii vestri subiectione ac libertate controversia verteretur, "et nos eandem terminandam commissemus iudicibus delegatis: causam eandem sufficienter instructam ad nostram praesentiam remiserunt, certum partibus terminum praefigentes, quo cum instrumentis et attestationibus nostro se conspectui praesentarent sententiam recepturae. Partibus igitur in nostra praesentia per procuratores idoneos constitutis, audientiam praebuimus liberam et benignam. Et quidem" monasterii vestri propositum procurator, quod idem monasterium ab ipsa sui fundatione liberum exstitit et exemptum; ad hoc probandum privilegia praedecessorum nostrorum inducens, unum Constantini⁵³) et alterum Alexandri, nec non indulgentias Clementis et Coelestini, quorum usum continuum a longis retro temporibus per depositiones testium ostendere nitebatur.⁵⁴) In primo siquidem privilegio Constantini continebatur expressum, quod sanctae recordationis Egowini, Wigorniensis episcopi, ad apostolicam sedem accedens, visionem quandam, quae ab beata Maria manifestavit eidem, praefato praedecessori nostro reverenter exposuit, et tunc temporis Anglorum reges Kenredus et Offa, cum quibusdam dictus episcopus Apostolorum limina visitavit, in loco visionis ostensae de bonis suis plurima beneficia in praesentia eiusdem praedecessoris nostri regia liberalitate donarunt, quas ipse auctoritate apostolica confirmavit, quatenus in eodem loco monachorum congregatio secundum beati Benedicti regulam, quae minus in illis partibus tunc vigeat, ad divini nominis constitueretur honorem; unde praefatus Pontifex Brithwaldo Britanniarum primati per apostolica scripta mandavit, ut condonato concilio constitueret ovile, divinitus ostensum, apostolica auctoritate muniret, et regia liberalitate donatum sibi et successoribus suis, memorato Egowino episcopo assistente, curam animarum eiusdem ecclesiae praecipue iniungendo, ut ab omni pervasorum impulsu et tyrannorum incurso potestate sibi tradita defensaret; si quid vero sinistrae partis inibi comperiretur oriri, eiusdem primatis auribus potius deferretur, quam per alicuius occultam sententiam locus sanctus depravaretur iniuste. Ipsum ergo locum quoniam antedicti reges libertate donarunt, et idem praedecessor noster apostolicae sedis auctoritate donavit, ut nullus cuiuscunque ordinis homo quod ipse constituerat depravare et diminuire attentaret. In secundo vero privilegio eiusdem Constantini Papae perspicitur contineri, quod ipse praefato primati per apostolica scripta mandavit, ut ecclesias Dei per Britanniam constitutas protegeret et foveret, inter quas eam, quae nuperrime nunc a venerabili viro Egowino episcopo apostolica et regia auctoritate fuerat constituta, ditioni eius praecipue submittebat, ut eam ab omni adversariorum impugnatione liberam in perpetuum reddere procuraret, constitueret, ut idem locus sub monarchia proprii abbatis ab omni tyrannica exactione sit liber, et nullus cuiuscunque ordinis homo aliquid ibi gravamen inferre praesumat. Abbas autem secundum auctoritatem canonicam vel de ipso monasterio, vel de parochia Wictiorum a fratribus eligatur, qui libere ac canonice sine aliqua exactione in eadem ecclesia benedictus, ob reverentiam venerabilis Egowini, qui, episcopali sede dimissa in eodem monasterio factus est abbas, annulo in celebratione solummodo missarum utatur, primumque locum semper obtineat post praesulem Wictiorum. Ex horum ergo privilegiorum capitulis monasterii vestri procurator nitebatur ostendere, quod ipsum monasterium a prima sui fundatione ab omni episcopali iurisdictione fuit prorsus exemptum; tum, quia dicitur apostolica tantum et regia auctoritate constructum, unde non nisi ad apostolicam sedem in spiritualibus et regiam coronam in temporalibus intelligitur pertinere, quum summus Pontifex non consueverit aliquod monasterium ut sua construat auctoritate mandare, nisi quod in fundo sibi donato fuerit construendum; tum, quia locum ipsum, quem reges donasse dicuntur regia liberalitate, et ipse donavit, ut, sicut illi donaverunt eum libertate, quantum ad temporalia, sic et iste, quantum ad spiritualia intelligatur libertate donasse, quum ad illos utique temporalia et ad istum spiritualia pertinerent; tum etiam, quia curam animarum eiusdem ecclesiae praecipue iniunxit Britanniarum primati, quam et ditioni eius praecipue dicitur submitnisse, ut, si quid ibi oriretur sinistra, per ipsius corrigeretur industriam et cautelam, unde videtur correctionem ipsius loci et solummodo commisisse, sicque ad alium minime pertinere: tum, quia praefatum locum sub monarchia proprii abbatis manere decrevit, unde, quum monarchia in-

terpretetur unicus principatus, videtur, quod abbas ipsius loci solus in eodem loco principalem obtinet potestatem. Quod autem verba privilegiorum ipsorum intelligi debeant tali modo, sequentia privilegia manifestius declarare videntur; nam in privilegio felicitis memoriae Innocentii continetur, ne aliquis episcopus in ipsa abbacia vel capellis ipsius synodum vel capitulum, ordinationes vel missas publicas, nisi invitatus ab abbate et fratribus ipsius loci, celebrare praesumat, et, quum abbas in eodem monasterio fuerit electus, absque omni exactione a quocunque maluerit episcopo in ipsa benedicatur ecclesia, dummodo catholicus fuerit et gratiam habeat apostolicae sedis. Idem etiam Innocentius, Constantini vestigiis inhaerendo, decrevit, ut solummodo penes abbatem ipsius loci totius domus et ecclesiae aliorumque locorum ad eandem ecclesiam pertinentium pastoralis cura consistat, et eorundem ordinatio in ipsius tantum potestate permaneat, sicut est hactenus observatum. In privilegio vero Alexandri Papae perspicitur contineri, ut chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, ordinationes clericorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a quocunque maluerint episcopo, communionem et gratiam apostolicae sedis habente, fratres ipsius loci suscipiant, statuto, ut Wigorniensis episcopi aliquid ab eis iniuste non exigant, sed iis tantum contenti permaneant, quae antecessores eorum antecessoribus suis constat rationabiliter impendisse. In fine vero subiungitur, "ut salva sit apostolicae sedis auctoritas," nec dicitur, "quod diocesani episcopi canonice sit salva iustitia," quum in monasteriis non exemptis secundum approbatam ecclesiae Romanae consuetudinem dioecetano episcopo canonice iustitia conservetur. In indulgentiis autem bonae memoriae Clementis et Coelestini patenter innuitur, quod idem coenobium ad iurisdictionem beati Petri nullo pertineat mediante, quum, hoc in proemio praemittentes, sic inferant consequenter: "Hac itaque ratione inducti, usum chirothecarum et annuli, dalmaticae, tunicae, sandaliorum et milrae tibi diximus concedendum." Per id ergo, quod pastoralis cura totius domus et ecclesiae penes abbatem solummodo decernitur permanere, illud dilucidatur ab Innocentio, quod fuerat a Constantino statutum; ut videlicet idem locus sub monarchia proprii abbatis liber existat; unde, quum pastoralis cura totius domus et ecclesiae penes abbatem solummodo debeat permanere, patet profecto, quod episcopus pastoralis ibi curam exercere non debet, quum et abbas illius loci absque omni exactione infra suam ecclesiam debeat benedici. Unde nec professio, nec obedientia debet ab illo requiri. Quia vero quaedam ad pastorem sollicitudinem pertinentia per se ipsum abbas exercere non potest, ut nihil ei desit, quod pertineat ad plenitudinem libertatis, conceditur illi ab Alexandro, ut ecclesiastica sacramenta libere percipiat a quocunque maluerit episcopo, communionem et gratiam apostolicae sedis habente. Per id autem, quod idem locus asseritur ad iurisdictionem beati Petri solummodo pertinere, sicut innuitur in indulgentiis Clementis et Coelestini, videtur illud manifestius declaratum, quod Constantinus Papa locum ipsum dicitur libertate donasse, tutelam eiusdem Britanniarum primati tanquam suo vicario vel legato committens.⁵⁵) Porro in privilegio⁵⁶) Constantini quiddam contineri perspicitur⁵⁷), per quod idem coenobium videtur ad iurisdictionem episcopi pertinere, videlicet, quod abbas eiusdem "monasterii" primum locum post Vigoriensem⁵⁷) praesulem semper obtineat⁵⁸). Unde, quum locum ipsum⁵⁹) obtinere non possit⁶⁰) in generali concilio neque in provinciali, quoniam absonum esset, ut abbas primus post illum super alios episcopos resideret: relinquatur ergo⁶¹), quod locum illum⁶²) in episcopali synodo intelligatur habere, quare tenetur ad synodum episcopalem accedere, ac per hoc ipsius statuta recipere ac servare. In privilegio vero Alexandri papae quiddam aliud⁶³) continetur, per quod dioecesanus episcopus in eodem coenobio iurisdictionem suam, etsi non in omnibus, in quibusdam tamen retinuisse videtur: quum in illo dicatur, quod⁶⁴) Vigorienses⁶⁵) episcopi ab eiusdem loci fratribus aliquid iniuste non exigant, sed his tantum contenti permaneant, quae praedecessores eorum antecessoribus suis constat rationabiliter impendisse. Unde constat, quod abbatibus episcopis aliqua⁶⁶) de suis exhibere tenentur⁶⁷). Nos igitur, his et aliis diligenter auditis "et perspicaciter intellectis," quum a neutra parte "per testes" sit probata praescriptio, "de communis fratrum nostrorum consilio" sententialiter diffinimus⁶⁸), quod Evansense⁶⁹) coenobium liberum est in capite, tanquam ab episcopali iurisdictione prorsus exemptum, et⁷⁰) soli "Romano Pontifici et" Romanae ecclesiae subiectum, tutela tamen ipsius Cantuariensi

Cap. XVII. 52) Wigornien.: C. R. 1. L. — Wigorien.: Comp. III. Ms. — Wigornien.: Aug., Reg. — 53) duo videlicet Constantini, unum Innocentii et alterum Alex.: Comp. III., Reg., Böhm. — 54) nitebantur: C. L., Comp. III. — 55) privilegia: C. R. — 56) prospicitur: C. R. 1. L. — 57) Wigorien.: Comp. III. Ms. — Wigornien.: Aug., C. R. L. — Wictiorum: Reg. — 58) obtinebat: Comp. III. — 59) ipse: Böhm. — istum: Reg. — 60) posset: Comp. III. Ms. — 61) desid. in C. R. L. — 62) istum:

Reg. — 63) quoddam quid: C. R. 1. — quoddam aliud: C. R. 2. — 64) ut: Comp. III., Reg. — desid. in C. R. L. — 65) leg.: Wigorienses: cum Comp. III., Reg. — 66) aliquis de suis rationibus: Reg. — 67) tenerentur: Böhm. ex Cont. — 68) diffinimus: Aug. — 69) Eovsin.: C. R. 2. — Evansen.: C. L. — Eoashamense: Comp. III. Aug. — Eoashamense: Ms., Reg. — 70) omitt. Reg.

archiepiscopo reservata. In membris autem, *videlicet illis*, quae non probantur exempta, dioecesano episcopo ipsum subiaccere decernimus⁷¹⁾, propter quod abbas ad synodum eius debet accedere, primumque locum post Vigoriensem⁷²⁾ episcopum obtinere. Pro ipsis quoque membris, *ut diximus*, non exemptis, idem abbas tenetur Vigoriensi⁷³⁾ episcopo exhibere reverentiam, obsequium et honorem, quibus Vigoriensis⁷⁴⁾ episcopus sibi competenter exhibitis debet manere⁷⁵⁾ contentus. *Quia vero etc. Dat. XV. Kal. Febr.* [1206.]

CAP. XVIII.⁷⁶⁾

Receptus sub protectione Papae per hoc non censetur exemptus. Hoc dicit.

Idem Ausonensi⁷⁷⁾ Episcopo.

Ex parte tua fuit quaesitum *a nobis*, utrum clerici et⁷⁸⁾ laici, qui literas protectionis ostendunt, in quibus personae suae⁷⁹⁾ expresso⁸⁰⁾ nomine cum omnibus rebus suis sub apostolica protectione consistere declarantur, a iurisdictione episcopi dioecesani sint exempti. Nos autem tibi⁸¹⁾ super hoc *taliter* respondemus, quod per literas huiusmodi, *quas quandoque aliquibus personatiter indulgemus*, ab episcoporum suorum potestate minime subtrahuntur⁸²⁾. *Dat. Rom. ap. S. Petr. Id. Dec.* [1204.]

CAP. XIX.⁸³⁾

Religiosi, quibus a Papa concessum est, ut ecclesias eis subiectas possint in proprios usus convertere, non auctoritate propria, sed a dioecesano loci possessionem illarum ecclesiarum recipere debent, nisi in privilegio aliud exprimat.

Idem Elidensi⁸⁴⁾ Episcopo.

Pastoralis officii *(Et infra: [cf. c. 28. de off. ind. del. I. 29.])* Interrogasti *praeterea*, utrum viris⁸⁵⁾ religiosis, quibus a sede apostolica est indultum, ut ecclesias suas in proprios usus possint convertere, decedentibus personis earum⁸⁶⁾, liceat auctoritate propria possessionem earundem *ecclesiarum* intrare, vel per dioecesanum episcopum⁸⁷⁾ in ipsa⁸⁸⁾ sint potius inducendi. Ad quod *utique* respondemus⁸⁹⁾, quod, nisi forte in⁹⁰⁾ indulgentia summi Pontificis id contineatur expressum, suo episcopo inconsulto in possessionem ipsarum eis non est licitum introire, quia per indulgentiam huiusmodi episcopali iuri non credimus derogari. *Sollicito etc. [cf. c. 9. de his, quae fiunt III. 13.] Dat. Rom. ap. S. Petr. XIV. Kal. Ian.* [1204.]

CAP. XX.⁹¹⁾

Si is, propter cuius delictum positum est interdictum, illud non servat, alii nihilominus servare tenentur; secus, si ille non servat, in cuius favorem latum fuit.

Idem Episcopo et Capitulo Tripolitani.

Petistis per sedem apostolicam edoceri, utram, quum propter⁹²⁾ Hospitalarios vel⁹³⁾ Templarios civitas vestra generali supponitur interdicto, eidem⁹⁴⁾ non servantibus, vos illud teneamini observare. Ad quod *sic* duximus respondendum, quod illorum excessus vobis non praebet licentiam excedendi. Sed si praefati⁹⁵⁾ Hospitalarii vel Templarii privilegiorum suorum fines excesserint, violando temere interdictum, quod pro eis⁹⁶⁾ fuerat⁹⁷⁾ promulgatum: ne *ipsi* videantur de aliorum fletu ridere, vos in poenam praesumptionis eorum, quamdiu ipsi violaverint interdictum⁹⁸⁾, de nostra licentia celebretis. *Dat. Signiae XIV. Kal. Oct. Pont. nostr. Ao. XV.* [1212.]

CAP. XXI.⁹⁹⁾

Privilegium concessum monasterio, ut eius monachi excommunicari non possint, intelligitur de monachis, existentibus in monasterio, vel in ecclesiis sibi subiectis utroque iure. Hoc dicit, et est casus quotidianus.

Idem.

Quoniam, *sicut nobis per tuas literas intimasti*, per confessionem constat partis adversae, quod Nepesinus¹⁰⁰⁾ episcopus ius episcopale percipit in ecclesia sancti Blasii¹⁾ de Flagen.²⁾, *ac per hoc eadem ecclesia non pertinet ad monasterium pleno iure*: credimus, quod, non obstante illo capitulo privilegii, quod *ipsi* monasterio³⁾ est indultum, ut nullus episcopus ecclesias utroque iure illi subiectas interdicto supponere, vel monachum seu⁴⁾ clericum eiusdem monasterii synodare vel excommunicare praesumat, praefatus episcopus possit interdicere dictam ecclesiam, et excommunicare monachum seu⁵⁾ clericum vestrum ad eius regimen deputatum, quum alterutrum de iure fuerit⁶⁾ faciendum; quoniam illud capitulum esse intelligendum videtur de monachis aut clericis in ipso monasterio permanentibus, vel ad ecclesias destinatis, utroque iure sibi subiectas.

CAP. XXII.⁷⁾

Episcopus, remittens alicui ecclesiae decimas episcopales indefinite, remississe videtur non solum praeteritas, sed et futuras. Et est casus notabilis.

Idem Londonensi⁸⁾ Archiepiscopo, apostolicae sedis Legato.

Quia circa *(Et infra: [cf. c. 6. de big. I. 21.])* *Subsequenter etiam* Quaesivisti, utrum monachi omnium Sanctorum⁹⁾ privilegium *bonae memoriae E.* praedecessoris tui super episcopalibus decimis retinendis indultum, extendere valeant ad possessiones acquisitas¹⁰⁾, et postmodum¹¹⁾ acquirendas. Super quo tale damus *tae fraternitati* responsum, quod, si decimarum illarum remissio decimis existit¹²⁾ secundum canonicas sanctiones, praedecessor tuus indefinite decimas episcopales monasterio remittendo, quum nihil exceperit et poterit¹³⁾, excepisse, ac in beneficiis plenissima sit interpretatio adhibenda, nec debeat una eademque substantia diverso iure censi, intellexisse videtur non solum de¹⁴⁾ decimis possessionum illius temporis, sed futuri. *Sane etc. Porro etc. [cf. c. 6. de cons. et. aff. IV. 14.] Dat. Signiae V. Non. Oct. Pont. nostr. Ao. XVI.* [1213.]

CAP. XXIII.¹⁵⁾

Ponit concilium ordinem quatuor patriarchalium sedium, usque ibi: Servata, ubi ponit tria privilegia ipsarum. Primum, quia dant pallium. Secundum ibi: Dominicae, quia ante se crucem deferri faciunt, praeterea quam in casibus, hic exceptis. Tertium ibi: In omnibus, quia ad ipsos appellatur. Et in hoc protestatur ibi: Salvis.

Idem in concilio generali.

Antiqua patriarchalium¹⁶⁾ sedium privilegia renovantes, sancta¹⁷⁾ universali synodo approbante sancimus, ut post Romanam ecclesiam, quae disponente Domino super omnes alias ordinariae potestatis obtinet principatum, utpote mater universorum Christi fidelium et magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena¹⁸⁾ tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineat¹⁹⁾, servata²⁰⁾ cuilibet propria dignitate ita, quod, postquam antistites earum²¹⁾ a Romano Pontifice receperint²²⁾ pallium, quod est plenitudinis officii²³⁾ pontificalis²⁴⁾ insigne, praestito sibi fidelitatis et obedientiae iuramento, licenter et ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, et pro Romana ecclesia sponsonem obedientiae ab eisdem. Dominicae vero crucis vexillum ante se faciant ubique deferri, nisi in urbe Romana, et ubicunque²⁵⁾ summus Pontifex praesens²⁶⁾ extiterit,

Cap. XVII. 71) decrevimus: C. R. 1. — 72) Wigorniensem: Comp. III, Reg. — 73) Wigorniensis: ib. — 74) Wigorniensis: ib. — 75) renuere: Reg.

Cap. XVIII. 76) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 177. — Comp. III. h. t. c. 8. — 77) Auton.: Comp. III. Aug. — Ausonens.: Ms. — 78) vel: Reg. — 79) personas suas: declaratur: ib. — 80) ex nomine: Comp. III. Reg. — 81) inquisitioni tuae: ib. — 82) subtrahantur: Comp. III. Ms.

Cap. XIX. 83) Restitutum ex Reg. Brequ. VII. 169. — Comp. III. h. t. c. ult. — 84) Helgen.: C. R. — Heligeni: Comp. III. Reg. — 85) viri religiosi: C. R. 1. L. — Comp. III. — 86) ecclesiarum: C. R. 1. — 87) omitt. C. R. L. — Comp. III. Reg. — 88) in ipsa: desid. in C. R. 1. — in ipsam: Reg. — 89) breviter resp.: C. R. 2. — 90) abest a Comp. III. Ms.

Cap. XX. 91) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 162. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 92) per: Comp. IV. Aug. — 93) et: ead. — desid. in Ms. B. — 94) add.: ipsum: Aug. — 95) praedictis: Id. — praefati: Ms. A. — 96) illis: Comp. III. Reg. — 97) fuerit: Reg. — 98) interdicta: Comp. IV. Ms. A.

Cap. XXI. 99) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 4. — 100) Nepesinus: Cont. — Vespesinus: Comp. IV. Ms. A. — Nepesinus: Ms. B. — 1) Blasii: Cont. — Blasii: Comp. IV. Ms. B. — 2) Fragan.: C. R. 2. — Frano: Comp. IV. Aug., Ms. B. — Stanno: Ms. A. — 3) add.: vestra: C. R. 1. — 4) vicarium vel: Aug. — 5) seu cler. vestr.: omitt. Comp. IV. — 6) fuerat: ead. Ms. A. B.

Cap. XXII. 7) Restitutum ex Reg. Bal. XVI. 118. — Comp. IV. h. t. c. 5. — 8) Londin.: Comp. IV. Aug. — Lugdun.: Ms. B. — Lundun.: Ms. A. — Lundens.: Reg. — 9) mon. de H.: Aug. — 10) postmodum acq.: Comp. IV. Ms. A. — 11) vel postm.: C. R. 1. — et in postum: Reg. — 12) existit: Aug. — 13) poterit: Cont., Böhm. — poterat: Comp. IV., Reg. — 14) decimas: C. R. 2.

Cap. XXIII. 15) c. 5. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215). — Comp. IV. h. t. c. 6. — 16) patriarcharum: C. R. 2. — 17) sacra: conc. — 18) Antiochia: Comp. IV. Ms. A. — 19) obtineat: Comp. IV. Ms. A. B. conc. — 20) reservata: conc. Ms. — 21) eorum: Comp. IV. Ms. A. B. conc. — desid. ap. Aug. — 22) acceperint: Comp. IV. Ms. A. — 23) omitt. conc. Ms. — 24) pastoralis: Comp. IV. — 25) ubi: Aug. — 26) desid. in C. L.

aut eius legatus, utens insignis apostolicae dignitatis. In omnibus autem provinciis, eorundem iurisdictioni subiectis, ad eos, quum necesse fuerit, provocetur, salvo appellationibus ad sedem apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum.

CAP. XXIV.²⁷⁾

Privilegium religionis concessum, ut possint sepelire confratres suos tempore interdicti, intelligitur de illis confratribus, qui, licet maneat in saeculo, obtulerunt se tamen ordina, mutato habitu saeculari, vel de illis, qui bona sua eis dederunt usufructu retento. Hoc primo. Privilegium religionis concessum, quo eis, venientibus ad locum interdictum, semel in anno aperiuntur ecclesiae, ut celebrentur in eis divina, intelligitur, quod una tantum sola ecclesia aperiatur in loco. Hoc secundo.

Idem in eodem.

Ut privilegia, quae quibusdam religionis "personis" Romana concessit²⁸⁾ ecclesia, permaneant inconcussa²⁹⁾, quaedam in eisdem duximus declaranda, ne minus sanc intellecta pertrahantur³⁰⁾ ad abusu, propter quem³¹⁾ possint³²⁾ merito revocari, quia privilegium meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate. Sane quibusdam regularibus apostolica sedes induluit, ut his, qui fraternitatem eorum assumpserint, si forsitan ecclesiae, ad quas pertinent, a divinis officiis fuerint interdictae, ipsosque mori contingerit³³⁾, sepultura ecclesiastica non negetur, nisi excommunicati vel nominati fuerint³⁴⁾ interdicti, suos³⁵⁾ quoque confratres, quos ecclesiarum praelati apud ecclesias suas non permiserint sepeliri, nisi excommunicati vel interdicti fuerint nominatim, ipsi³⁶⁾ ad ecclesias suas deferant tumulandos. Hoc³⁶⁾ autem de illis confratribus³⁷⁾ intelligimus, vel qui adhuc manentes in saeculo eorum ordini sunt obliti, mutato habitu saeculari, vel eis, qui bona sua dederant³⁸⁾ inter vivos, retento sibi, quamdiu in hoc³⁹⁾ saeculo vixerint, usufructu; qui tamen sepeliantur⁴⁰⁾ apud ipsorum regularium vel aliorum⁴¹⁾ non interdictas ecclesias, in quibus elegerint sepulturam⁴²⁾, ne, si de quibuslibet ipsorum fraternitatem assumptibus fuerit intellectum, pro duobus aut tribus denariis annuatim sibi collatis⁴³⁾ dissolvatur pariter et vilescat ecclesiastica disciplina; certam tamen et ipsi remissionem obtineant, ab apostolica sibi sede concessam. Illud etiam, quod huiusmodi regularibus est indultum, ut, si qui fratrum suorum, qui ab eis missi fuerint ad recipiendas fraternitates sive collectas, in quamlibet civitatem, castellum⁴⁴⁾ vel vicum advenerint, si forte locus ille⁴⁵⁾ a divinis officiis sit interdictus, in eorum iucundo adventu semel in anno aperiuntur ecclesiae, ut exclusi excommunicatis divina ibidem⁴⁶⁾ officia celebrentur, sic intelligi volumus, quod in eadem civitate, aut castro aut villa una tantum ecclesia eiusdem ordinis fratribus semel⁴⁷⁾, ut dictum est, aperiatur in anno; quia, licet pluraliter dictum sit, quod in eorum iucundo adventu ecclesiae aperiuntur, non tamen ad ecclesias eiusdem loci⁴⁸⁾ divisioni, sed praedictorum locorum coniunctim⁴⁹⁾ sano referendum est intellectum, ne, si hoc modo singulas eiusdem loci visitarent ecclesias, nimium vilipendi contingeret⁵⁰⁾ sententiam interdicti. Qui vero contra declarationes⁵¹⁾ praedictas⁵²⁾ quicquam sibi usurpare praesumpserint, gravi subiaceant ultioni⁵³⁾.

CAP. XXV.⁵⁴⁾

Tempore generalis interdicti episcopi non prohibiti, qui non fuerint culpabiles interdicti, clam celebrare possunt, et hodie istud non est privilegium episcoporum, sed ius commune, ut in c. fin. de sent. excomm. in 11. et ibi plene habetur, an et quando et qualiter possit celebrari tempore interdicti.

Idem in eodem.

Quod nonnullis est religionis indultum, in favorem pontificalis officii ad episcopos extendentes⁵⁵⁾ concedimus, ut, quum commune terrae interdictum fuerit, excommunicatis et interdictis ecclesiam possint⁵⁶⁾ quandoque ianuis⁵⁷⁾ clausis "et" suppressa voce et⁵⁸⁾ non pulsatis campanis divina celebrare officia⁵⁹⁾, nisi et⁶⁰⁾ hoc ipsum eis⁶¹⁾ expresse fuerit interdictum. Verum hoc illis⁶²⁾ con-

cedimus, qui causam aliquam non praestiterint interdicto, nec quicquam doli vel⁶³⁾ fraudis ingesserint, tale compendium ad iniquum dispendium pertrahentes⁶⁴⁾.

CAP. XXVI.⁶⁵⁾

Privilegia non sunt violanda etiam indirecte. N. d. generaliter.

Honorius III. *Archiepiscopis et Episcopis, in quorum dioecibus monasteria et prioratus Cluniacensi⁶⁶⁾ monasterio subiecta consistunt⁶⁶⁾.*

Quanto amplius (*Et infra*): Sane dilecti filii abbas et conventus Cluniacensis gravem nobis querimoniam obtulerunt, quod quidam vestrum et vestrorum officiales, quum in eos et sui ordinis monachos non possint excommunicationis et interdicti proferre sententias, eo, quod super hoc apostolicae sedis privilegiis sunt⁶⁷⁾ muniti, in eos, qui molunt in molendinis vel coquant in furnis eorum, quicquid⁶⁸⁾ vendendo seu emendo aut alias eis communicant, sententias proferunt memoratas, et sic apostolicorum privilegiorum non vim et potestatem, sed sola verba servantes, dicti ordinis monachos quodammodo excommunicant, dum eis alios communicare non sinunt. Ex quo illud etiam evenit inconveniens, ut ipsi monachi, quantum ad hoc, iudicentur iudicio Iudaeorum, et qui eis communicant in praedictis maiorem excommunicationem incurrant, quam etiam excommunicatis communicando fuerint⁶⁹⁾ incursum. Nolentes igitur haec crebris ad nos clamoribus iam perlata ulterius sub dissimulatione transire, vobis universis et singulis mandamus, quatenus huiusmodi sententias in fraudem⁷⁰⁾ privilegiorum nostrorum de cetero non feratis, quia, si super hoc ad nos denuo clamor ascenderit, non poterimus conniventibus oculis pertransire, quin promulgatores talium sententiarum severitate debita castigemus.

CAP. XXVII.⁷¹⁾

Qui in habitu et tonsura et ceteris ut laici conversantur, deprehensi in maleficiis se pro clericis non defendunt. Ita communiter summat.

Idem V.⁷²⁾ quondam Anglorum Reginae illustri.

Ex parte tua fuit propositum "eorum nobis," quod nonnulli literati, quos nec habitus nec tonsura clericos proferunt, in terra tuae iurisdictioni subiecta degentes, quum deprehendantur in aliquibus forisfactis, ut iurisdictionem tuam eludant et debitam pro delictis ultionem evadant, assumunt seu etiam resumunt tonsuram abiectam⁷³⁾ seu habitum clericalem, licet ante pro laicis ab omnibus haberentur, "et sic eorum delicta remanent impunita." Ne igitur tonsura vel habitu sic resumpto malitia foveatur, si tuam iurisdictionem exerceas⁷⁴⁾ in huiusmodi delinquentes, qui⁷⁵⁾ sine tonsura et habitu in delicto fuerint deprehensi, aequanimiter duximus⁷⁶⁾ tolerandam, quum malitiis hominum indulgeri non debeat, sed potius obviari.

CAP. XXVIII.⁷⁷⁾

Parisiis et in locis vicinis ius civile legi non debet.

Idem⁷⁸⁾.

Super specula⁷⁹⁾ (*Et infra*: [*cf. c. 5. de mag. V. 5.*]) Sane, licet sancta ecclesia legum saecularium non respuat famulatum, quae "salis" aequitatis et iustitiae vestigia imitantur: quia tamen in Francia et nonnullis provinciis laici Romanorum imperatorum legibus non utuntur, et occurrunt raro ecclesiasticae causae tales, quae non possint⁸⁰⁾ statutis canonicis expediri⁸¹⁾, ut plenius sacrae paginae insistatur, "et discipuli Helisei liberius iuxta fluentia plenissima resideant ut columbae, dum in ianuis scalas non invenerint, ad quas divaricare valeant pedes suos," Firmiter interdicimus et districtius inhibemus, ne Parisiis⁸²⁾, vel⁸³⁾ in civitatibus seu aliis locis vicinis quisquam docere vel audire ius civile

Cap. XXIV. 27) c. 57. ib. — Comp. IV. h. t. c. 7. — 28) concesserit: Comp. IV. Ms. A. — 29) inconcussa: conc. — 30) pertrahant: C. R. L. — 31) quae: id. — 32) possent: Comp. IV. Ms. A. — 33) contingat: conc. — 34) abest a Comp. IV. Ms. A. — 35) ipsi: ead. — 36) Haec: Aug. — 37) fratribus: id., Ms. B. — 38) dederunt: Comp. IV., conc. — 39) omitt. ib. — 40) sepeliantur: Comp. IV. Ms. A. — 41) laicorum: ib. — 42) sepulturam: C. R. 1. — 43) collectis: C. 1. — 44) vel cast.: Aug. — 45) desid. ap. eund. — 46) sibi: Comp. IV. Ms. A. — 47) ibi: Aug., Ms. B., conc. — 48) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 49) loci, quos visitarent, sed praedictorum coniunctim referendus est intellectus: Aug. — 49) con. referendum est intellectum: Comp. IV. Ms. A. — 50) contigerit: ead., C. R. 2. — 51) declarationis: Comp. IV. Ms. A. — 52) praescriptas: ead., conc. — 53) disciplinae: Comp. IV., conc. Ms. A. — 54) c. 58. ib. — Comp. IV. h. t. c. 8. — 55) extendendum: Comp. IV. Ms. A. — 56) celebrant: conc. Ms. — 57) ianuis: Comp. IV. Ms. A. — 58) abest a C. R. 2. L., Comp. IV., conc. — 59) desid. in Comp. IV. Ms. A. B. — 60) omitt. Comp. IV., conc. — 61) illis: Aug. —

62) illi... praestiterit: ib. — 63) doli vel: omitt. C. R. L., Comp. IV., conc. — 64) trahentes: Comp. IV. Ms. B. — 65) protrahentes: Aug. — 66) distrahentes: Ms. A., conc. Ms. —

Cap. XXVI. 65) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 66) Dunac: Comp. V. Ms. — 67) Duniac: Cir. per tot. — 68) constituit: C. R. 2. — 69) sint: Cir. — 68) quique: Comp. V. — 69) fuerant: ead., C. R. 2. — 70) add.: iactas: C. R. 1. —

Cap. XXVII. 71) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 72) omitt. Comp. V. Ms. — B. (i. e. Berengariae): Cir. — cf. c. 9. de cler. con. III. 3. — 73) tons. abiectu seu: C. R. 1. — 74) exercens: C. R. 1. — exerceri: Comp. V. Ms. — 75) quum: Comp. V. — 76) ducimus: ead. —

Cap. XXVIII. 77) Restitutum ex ipsa ep. od. ab Ill. de Savigny Zeitschr. für geschichtl. Rechtswissenschaft., VIII. 230. — Comp. V. h. t. c. 3. — 78) de inser. vide adn. ad c. 10. Ne cler. vel mon. III. 50. — 79) Speculum: Sav. — 80) possunt: C. R. L. — 81) expedire: Sav. — 82) Parisiis: Cont., Böh., Cir., Sav. — 83) et: Cir. — vel civitatibus aliis vicinis: C. R. 1. —

praesumat. Et qui contra fecerit, non solum a causarum patrocinii interim excludatur, verum etiam per episcopum loci *appellatione postposita* excommunicationis vinculo innodetur. *Vos autem, fratres et filii, sic diligentius praescripta servetis et faciatis studiosius ab aliis observari, quod veri amici sponsi possitis merito comprobati, etc. Dat. Viterbis VII. Kal. Dec. Pont. nostr. Ao. IV.* [1219.]

CAP. XXIX.⁸⁴⁾

Innovatio privilegii ius novum non inducit, sed vetus conservat.

*Idem Episcopo Baiocensi*⁸⁵⁾.

Quia intentionis nostrae *non existit, ut per innovationem, quam facimus cuiusdam scripti monasterii S. Stephani Cadomensis, quod in registro bonae memoriae Alexandri Papae praedecessoris nostri reperimus contineri, derogaretur iuri ecclesiae Baiocensis:* Quum innovatio nec ius novum conferat, nec etiam tollat vetus, te⁸⁶⁾ in eo statu esse volumus, in quo tempore impetratae innovationis dignosceris existitisse. Ceterum nullum per hoc intendimus iuri, alias eidem monasterio competenti, praeiudicium generari.

CAP. XXX.⁸⁷⁾

Privilegiati, ut ubique possint cum altari viatico celebrare, hoc possunt sine licentia praelatorum.

*Idem*⁸⁸⁾

In his, quae ad cultum divinum facere dignoscuntur, non maligna, sed benigna esset potius interpretatio facienda. Unde mirari compellimur, quod, quum fratribus Praedicatoribus et⁸⁹⁾ Minoribus duximus⁹⁰⁾ indulgendum, ut, ubicunque fuerint, sine parochialis iuris praeiudicio cum altari valeant viatico celebrare, quidam, *sicut nuper fuit propositum coram nobis,* nimis stricte interpretando indulgentiam nostram, nituntur asserere, quod per eam praedicti fratres praeter *episcoporum, abbatum et aliorum* praelatorum assensum facere hoc non possint, propter quod eos celebrare iuxta indulgentiam apostolicam non permittunt. Quum autem, *si res taliter se haberet,* nihil eis conferret memorata indulgentia, sine qua id *episcopis et aliis* praelatis annuentibus liceret eisdem: fraternitati tuae mandamus, quatenus interpretatione huiusmodi reprobata, dum tamen ab aliis, quae iure parochialis proveniunt, *se* prorsus abtineant, datam eis sic licentiam celebrandi auctoritate nostra non differas publicare, ita, quod dicti fratres aliquam ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consecuti.

CAP. XXXI.

Privilegium de decimis novalium non solventis non comprehendit decimas tempore privilegii impetrati possessas ac aliis, nisi de possessione alterius in privilegio fiat mentio.

Gregorius IX. maioris ecclesiae et Christianitatis Decano et Archidiacono Linconiensibus.

Dudum inter priorem et conventum de Butele⁹¹⁾ ex parte una, et priorissam et moniales de Campesse⁹²⁾ ex alia super decimis lite mota (*Et infra:*) De consilio fratrum nostrorum decernimus, inri praedictorum prioris et conventus super decimis novalium, in quarum erant possessione tempore illo, quo indulgentiae apostolicae impetratae fuerunt, a parte altera de decimis novalium non solventis, non debere per eas, non facientes de hoc aliquam mentionem, praeiudicium generari.

CAP. XXXII.

Confratres privilegiatorum, nisi se ad eos in totum transtulerint, ad episcopalia iura tenentur.

Idem.

Quidam, sicut asseris, in privilegiatorum fraternitate recepti,

nolunt tibi de iuribus episcopalibus respondere. Verum, quamdiu huiusmodi fratres moram in domibus suis fecerint⁹³⁾, eos compellere poteris ad dicta iura tibi integre persolvenda.

CAP. XXXIII.

Quoad privilegium retentionis decimae semel novale semper est novale.

Idem Arelatensi Capitulo.

Consultationi vestrae breviter respondemus, quod terra, de qua non exstat memoria, quod aliquando culta fuisset, redacta per religiosos viros noviter ad culturam, perpetuo debet quoad immunitatem de non solventis decimis novalium⁹⁴⁾ iure censeris, quam alias nonnunquam contingeret indulgentiam de novalibus plus eis dispendii quam utilitatis afferre.

TITULUS XXXIV.

DE PURGATIONE CANONICA.

CAP. I.¹⁾

Infamatus fide dignus per iuramentum se purgat; alias secus, et censor non idoneus enormiter peccans.

Ex concilio Triburiensi.

Nobilis homo vel ingenuus, si in synode accusatus²⁾ crimen negaverit, si³⁾ fidelem eum esse sciverit⁴⁾, cum duodecim ingenuis se expurget. Si autem⁵⁾ antea deprehensus fuerit in furto, aut periurio aut falso testimonio non admittatur⁶⁾ ad iusiurandum; sed⁷⁾ ei, sicut qui ingenuus non est, purgatio indicatur.

CAP. II.⁸⁾

Infamatus, tertio monitus se non corrigens, usque ad purgationem ab officio suspenditur.

Ex concilio Agathensi.

Si quis presbyter, negligens vitae suae, pravis exemplis mala⁹⁾ de se suspicari permiserit¹⁰⁾, et populus, ab episcopo¹¹⁾ iuramento seu banno Christianitatis adstrictus¹²⁾, infamiam eius patefecerit, certique¹³⁾ accusatores criminis eius defuerint, admoveatur primo aeternum¹⁴⁾ ab episcopo, deinde sub duobus vel tribus testibus, et¹⁵⁾, si non emendaverit, *in conventu presbyterorum* episcopus eum publica¹⁶⁾ increpatione admonet. Si vero nec sic se¹⁷⁾ correxerit, ab officio¹⁷⁾ suspendatur usque ad condignam¹⁸⁾ satisfactionem, ne populus fidelium in eo scandalum patiat¹⁹⁾.

CAP. III.²⁰⁾

Etiam regulares purgant se de delicto secundum regulam canonicam.

Ex concilio Meldensi.

Moniales, si libidinibus inservire accuserent²¹⁾, et manifesto detegit non valuerint, erga regulam²²⁾ suae opinionis malam famam canonicam²³⁾ purgare cogantur.

CAP. IV.²⁴⁾

Si delictum est probabile, non indicitur purgatio; alias secus. H. d. quoad titulum.

Ex eodem.

Si quis de gradu ecclesiastico raptoribus alienarum sponsarum se consensorem vel interventorem manifeste prodiderit, a proprio gradu repellatur²⁵⁾, et, si verisimilibus exinde suspicionibus fuerit compulsatus, canonicè se expurget²⁶⁾.

Cap. XXIX. 84) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 5. — 85) Baiocensi: C. R. 1. — 86) totum in eo... dignoscitur exist.: Cir.

Cap. XXX. 87) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 6. — 88) ep. Parisiensis: Comp. V. — 89) praed. et: omitt. ead. — 90) duzerinus: C. R. 1., Comp. V.

Cap. XXXI. 91) Buelle: C. R. 1. — Buceleina: C. R. 2. — Botele: C. L. — Butele: Cont. — eorumdem locorum mentio fit in c. 10. de except. II. 25. — 92) Cupececia: C. R. 2.

Cap. XXXII. 93) morantur in domibus suis: C. R. 2.

Cap. XXXIII. 94) novalis, C. L.

TIT. XXXIV. Cap. I. 1) cf. c. 15. C. II. qu. 5. et Coll. ibi alleg. — Lips. XXXVIII. 4., Comp. I. c. 1. de purg. vulg. V. 30. — 2) accusatur et neg.: Lips., Comp. I. — 3) ut si: C. R. 2. — 4) sciveris: C. L. — sciverint: C. R. 1. — 5) omitt. Lips., Comp. I. — 6) admittitur: Lips. — 7) sed sicut qui... est, ferventi aqua aut candenti ferro se expurget: ead., Comp. I.

Cap. II. 8) Exstat in conc. Mogunt. hab. A. 851. c. 8. ed. ab III. Pertio inter Mon., Leg. I. 413. — Burch. II. 281., IV. Decr. VI. 226., Lips. XXXVIII. 2., Comp. I. h. t. c. 1. — 8) malum: C. R. 2. — 9) permittit: Lips., Comp. I. Aug. — 10) ipso: Aug. — 11) constrictus: id., Burch., IV., Lips., conc. — 12) et ceteri: conc. — et certi: Coll. citt. — 13) desid. in Lips. — 14) omitt. Coll. cit., conc. — 15) cum publ.: C. R. 1. — 16) omitt. IV., Comp. I. Ms. — 17) ab off.: desid. in C. R. 1. — ab episcopo: Lips. — 18) dignam: Coll. citt., conc. — 19) quae seq. vide in c. 12. C. II. qu. 5.

Cap. III. 20) c. 70. conc. Meld. — Burch. VIII. 50., Ivo Decr. VII. 68., Lips. XXXVIII. 1., Comp. I. h. t. c. 2. — 21) accusantur: Lips., Comp. I. Aug. — 22) ecclesiam: Burch., IV., conc. — 23) legaliter: conc.

Cap. IV. 24) c. 68. ib. — Burch. IX. 32., IV. Decr. VIII. 170., Comp. I. h. t. c. 3. — 25) repellantur: Burch. — 26) purget: Coll. citt. — et canonicè nequiverit approbati, secundum SS. Patrum statuta se purgare cogatur: conc.

CAP. V. 27)

Infamatus, contra quem crimen probari non potest, debet se purgare iuramento de veritate, compurgatores vero de veritate.

Innocentius Papa Aquilegensi Patriarchae et Mantuano Episcopo 28).

Quoties "frater nostrus A. Tridentinus 29) episcopus in hostia et vestra praesentia de simonia impetita sit 30), vos 31) latere non credimus 32), sed accusatores, scriptum 33) afferentes, testes secundum formam canonicam 34) producere nequiverunt 35), scilicet quod 36) ecclesiam sancti Petri 37) presbytero P. 38) dederit 40) pro quatuor 41) modis frumentis 42), quos ab eadem ecclesia acceperit. Verum quoniam nec accusatores nec testes secundum formam canonum et sanctorum Patrum statuta in causa ipsa procedere potuerunt, Communi 43) fratrum nostrorum 44) consilio iudicamus 45), ut tertia manu sui ordinis et quarta 46) abbatum et 47) religiosorum sacerdotum de supra dicta 48) simonia, in vestra praesentia debeat 49) se purgare 50). Poitro purgationis 51) tenor erit huiusmodi 52): "Idem episcopus iurabit 53) primum super sancta Dei 54) evangelia, quod 55) pro ecclesia sancti Petri 56) presbytero P. danda nec ipse per se, nec per submissam personam, nec aliquis 57) pro eo se scientie pretium recepit 58); deinde vero 59) compurgatores 59) super sancta 60) Dei evangelia iurabunt 61), quod ipsi credunt, eum verum iurasse. "Nos itaque etc." [cf. v. 11. c. II. qu. 5.]

CAP. VI. 62)

Episcopus parochianum suum infamatum compellit ad se purgandum, nisi ab eo legitime appellaverit.

Alexander III. Genuesi 63) Episcopo.

Nos 64) inter alios "praeceminemus in prima, licet inmeriti, dignitate, ut quae dubia sunt debeamus declarare, et singulorum consultationibus, quantum nobis Dominus ministraverit, sollicite respondere, ut quaestiones sub examine Romanae ecclesiae terminentur, quae inter alias ecclesias disponente Domino oblinet principatum. Unde, Quia nos tua fraternitas consulere voluit, utrum episcopus parochianum tuum, "publica fama eum accusante," ad purgationem cogere possit, consultationi tuae taliter respondemus, quod, si de aliquo crimine publica laborat infamia, accusatore 65) et testibus deficientibus ad purgationem est per ipsum 66) episcopum compellendus, nisi forte super ipso 67) ad superiorem iudicem 68) duxerit appellandum. Sane, si appellaverit, eius parebit iudicio, ad cuius examen causam voluerit 69) per appellationem transferre.

CAP. VII. 70)

Compurgatores debent esse honesti, et notum habere eum, quem purgant, nec debent a iudice vel alio impedi; et deficiens in purgatione punitur ut convictus.

Idem Galetanensi 71) Electo.

Quum P. Manconella 72) presbyter (Et infra: [cf. c. 10. de accus. v. 1.]) Purgatores vero illius honestatis et opinionis esse volumus, quod verisimile sit, eos velle amare vel odio seu obsequio pecuniae deterrere 73). Ut autem idonei appareant, necesse est;

ut eum, quem purgare debent, vitam et conversationem assuescant 74). Deficientem vero 75) in purgatione omni officio et beneficio ecclesiastico private procores, tibi omnibus modis praecaveas; quod, si qui 76) purgando 77) in sua voluerint 78) purgationem sustinere 79), nullam eis malevolentiam vel indignationem ostendas; nec eos aliquo modo 80) impediās, vel ab aliis, quantum in te est, impediri permittas.

CAP. VIII. 80)

Absolutio, facta secundum purgationem vulgarem, non tenet, et ea non obstante potest iudici de novo purgatio, et admittitur accusatio.

Lucius III. 81)

Ex tuarum intelleximus continentia literarum, quod, quum 82) H. presbyterum latorem praesentium, quia infamabatur de homicidio, communicato fratrum consilio in episcopatu tuo, a sacerdotali officio suspendisses, bonae memoriae praedecessoris tui litteras tulit in medium, quibus apparuit, eum iudicio aquae frigidae suam innocentiam purgavisse, et episcopum suis eam 84) litteris absolvisse, scholaris etiam, qui homicidium instigante diabolo perpetraverat, immunem se ipsum a crimine, tactis sacrosanctis evangelis, affirmavit. Quia 85) vero peregrina iudicia sunt inhibita, purgationem, quam praestitit, sufficere non putantes, "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si accusatores idonei non apparuerint 86), qui eum de homicidio convincere possint, ut cum septima aut quinta manu sui ordinis, sicut expedire cognoveris, per purgationem canonicam innocentiam suam ostendas, tibi 87) iniungas; quam quum praestiterit, suspensionem sine mora et difficultate relaxes, et eum testimonii boni virum 88) annuncians, ab infamia homicidii nullius contradictione vel appellatione obstante auctoritate nostra fretus 89) absolvas. Is autem, qui infamatur, sese immunem a crimine homicidii praestito iuramento firmabit, et purgatores, quod eum credant verum iurasse, iurare debent.

CAP. IX. 89)

Sufficit, quod compurgator sit toleratus ab ecclesia bonae famae, nec de crimine suspectus condemnatus.

Idem Vintoniensi 90) Episcopo.

Constitutus in praesentia nostra P. diaconus de Bohem sua nobis assertione monstravit (Et infra:) Praeterea illud nobis non modicam admirationem inducit 91), quod purgationem oblatam recipere 92) noluisti, nisi prius commendasses nomina singulorum, qui iam dictum P. purgare volebant, et de nationibus 93) et ceteris 94) circumstantiis 95) prius inquirereres diligenter, tanquam esses ordinationis 96) facturus: utinam sic discuteres ordinandos! Sane in purgationibus faciendis, quum satis sit illis 97), qui pro purgando exhibent iuramentum, secundum 98) propriam conscientiam et opinionem iurare, quod purgandus a crimine sit immunis, vel quod bonum 99) exhibuit iuramentum, si purgatores ab ecclesia tolerentur, et sint 100) bonae famae in suis ordinibus ministrantes, nec in iudicio pro crimine condemnati: praeval dubio sunt 1) absque ullius 2) indagine admittendi.

Cap. V. 27) Restitutum ex App. L. 51., Lips. XXXVII. 7., Comp. I. h. t. c. 4. — 28) Aquil. patr.: App. simpliciter. — Aquil. patr. et Mantuani.: Comp. I. Ms. — P. Aquileg. patriarchae et M. Mantuano et G. Feltrensi, I. Vicentino et R. Curcensi (Cunensi) epp.: Lips., quae inscr. egregie cum illa concinit, quam ex Decr. collectione Brugensi Theinerus protulit (Recherches p. 21.): ven. frat. P. Aquileg. patr., M. Mantuano, R. Feltrensi, L. Vicentino et P. Cunenensi epp. — idem caput exstat inter Paleas Decr. c. 17. C. II. qu. 5. — 29) Adispertinus Tudertinus: App. — 30) fuerit: App. — 31) prudentiam tuam: App., Comp. I. Ms. — frud. vestram: Lips., Aug. — 32) cred., cuius causa in nostra (vestra) Lips.) tandem ventilata praesentia, producti sunt (omitt. Lips.) accusatores et testes, viva voce et scripto accusantes (add.: eum eo: App.), quod ead. App. Lips. — cred., cuius causam in praesentia nostra ventilavimus, producti sunt apud eum accusatores et una (viva: Ms.) voce scriptum afferentes (asserentes: Ms.) nec testes secundum formam canonum producere poterunt, quod ead. App. Lips. — 33) sic scr.: C. R. 2. — 34) canonum: C. R. 1. — 35) nequiverunt: C. R. 1. — 36) qui: C. R. 2. — 37) beati: C. R. L., Comp. I. — 38) add.: de Pasorum: Comp. I. Aug. — Passor.: Ms. — Pasio: App. — Pas.: Lips. — 39) Paulo: Coll. citt., Böhm. per tot. — 40) dederat: C. R. 1. — dedit: App. — 41) mittendis quatuor: ead. — 42) de frumento: Aug. — 43) de comin.: C. R. 2. — 44) omitt. App. — 45) indicavimus: C. R. Lips., Comp. I. Ms. — 46) quatuor: Comp. I. — quarta manu: App. — 47) vel: Lips. — 48) praedicta: App. — 49) deberet: Comp. I. Ms. — 50) expurgare: Lips., Aug. — se expurgat: conc. — 51) expurgationis: Lips., Aug. — 52) hic: App. — 53) iuravit: Lips. — 54) omitt. Aug. — 55) desid. ib. — 56) add.: de Pa.: Comp. I. — de Pauli ad presb. Paulo, nec: Lips. — de Pauli a presb. Paulo de Ada: App., utraque mendosa. — 57) alius: App., Lips. — 58) acceperit: App. — receperit: C. R. 2., Lips., Aug. — 59) purgatores: C. R. 1., App., Comp. I. — expurgatores: Lips., Comp. I. — 60) sacrosancta: Lips. — seq.: Dei: desid. ap. Aug. — 61) iur. similiter, quod ipsi credunt, quod verum iuravit: Comp. I. — quod ipsi credunt verum esse quod ipse

iuraverat: App. — quod, sicut ipsi credunt, hoc verum est, quod ipse iuravit: Lips. — Cap. VI. 62) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 7. — idem refertur ib. in c. 4. de off. et pot. prael. l. 23. — 63) Euriensi: Comp. I., sed in cit. c. 4. leg.: Gen. ep. — 64) Ideo: ib. — leg.: Nos ideo, — 65) accusatoribus: C. R. 1. — 66) dioecesanum: Comp. I. — 67) super ipsa causa: ead. — 68) desid. in C. R. 1. — 69) voluit: Comp. I. — Cap. VII. 70) Restitutum ex App. L. 14., Comp. I. c. 12. de accus. V. 1. — 71) de inscr. cf. adm. ad e. 10. de acc. V. 1. — Galetani: C. R. 1. — 72) Manconella: C. R. 2. — Petrus Manconellus: App. — 73) peiorare: App., Böhm. Cont. — 74) assuescant: App. — 75) quodsi uterque illorum vel alter in purgatione defecerit (defecerint: Aug.), tu deficientem omni off. . . privas: App., Comp. I., Böhm. — 76) desid. in App. — 77) memorato P.: App., Comp. I. — 78) voluerit: App. — 79) consistere: C. R. 1. — Cap. VIII. 80) Restitutum ex App. L. 50., Comp. I. h. t. c. 5. — 81) Chrensi ep. in Registro: App. — 82) abest a Comp. I. Ms. — 83) pbatmodum praed.: C. R. 1. — 84) illum: App. — nisi cum eum lit.: Comp. I. Ms. — 85) Quia vero, quum peregrina iudicia a (omitt. Aug.) sacris canonibus sint inhibenda, purgationem . . . non putamus: Comp. I. — Quia vero, quum per. iud. a sacris canonibus sint inhibita, purg., quom praestiterunt, sufficere non putamus: App. — 85) minime: ead., Comp. I. — 86) inventi fuerint: Aug. — 87) abest a Comp. I. — 88) viri: C. R. 1. — omitt. C. R. 2. L., App., Comp. I. — Cap. IX. 89) Restitutum ex App. VIII. 21., Comp. I. h. t. c. 6. — 90) Winc.: Comp. I. Ms. — Winton.: Aug. — Luc. III. simpliciter: App. — 91) adducit: App. — 92) accipere: ib. — 93) maioribus: ib. — 94) singulis: C. R. 1. — 95) omitt. App. et Comp. I. in qua leg.: et de ceteris supradictis prius. — 96) ordinationem: Aug. — 97) ut illi: App. — sit illi, qui purgando exhibet: Aug. — 98) sic sec. . . iuravit: id. — si sec. . . iuravit: Comp. I. Ms. — si sec. . . iuraverint: App. — 99) et bonum: App., Comp. I. — 100) sunt: Comp. I. — 1) sint: C. R. 1., Comp. I. Ms. — 2) ulla: App.

CAP. X. 3)

Propter magnitudinem criminis infamatus suspendi potest, non ab officio, sed aliena a beneficio, donec se purgaverit. Hoc primo. Et dicitur propter hoc numerus compurgatorum. Hoc secundo. Et causa interdum post purgationem praesentiam suspenditur quasi ad tempus. Hoc tertio. Et deficiens in purgatione puniatur convictus. Hoc quarto.

Innocentius III. Senonensi Archiepiscopo.

Inter sollicitudines nostras illa debet esse praecipua, ut capiamus vulpeculas, quas moluntur vineam Domini demoliri, species quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in id ipsum. Hi sunt namque capites, qui aquam vino commiscunt, qui virus draconis in aurea calceis Babylonis propinant, qui iuxta verbum propheticum arena rem amarum intendunt, ut sagillent innoxios in occultis, quorum error pergit ut cancer ita, quod, nisi botrus in flare laedatur, fructum non solum amarum, sed etiam pestiferum germinabit. Hos Apostolus egregius praedicator in epistola sua propheticis sermonibus describit, et docet omnibus modis vitandas, contra quas sacerdotes tibi argenteis clangere debent, ut conclamante populo, arca foederis praecedente, muri corruant Hiericho, quae iam fuerat perpetuo anathemate condemnata, ita, quod, si quis ex ea vel regulam auream furari praesumpserit, cum Achar filio Charmi lapideis obruatur. Tu ergo sicut vir providus et discretus veri pastoris adimple officium, et super grege tibi commisso pura ac plene sollicitudine pastoralem exerceas, dum et legem Christi zelaris, et haereticorum impugnantem errorem, in fautores ipsorum exteris gladium canonicae ultionis. Vigilans enim vigilas super grege tua, ne relicto veri pastoris ovili, quod est unum, ares aberrant, post vestigia gregum, qui non sunt ex eo, temere abeunt; vel ne lupus eas rapiat, et dispergat, quas veritas in eodem ovili sub uno pastore fidei catholicae cupivit. Inter praecipuos quidem venas domini Sabaoth agricolas deputatus vulpeculas, quas descripsimus, non pateris eius species demoliri: sed eas vel capere potius satagis vel fugare. Sane, sicut ex hleris tuae fraternitatis accepimus, quum ad preces venerabilis fratris nostri Altissiodorensis episcopi ad villam, quae Charitas dicitur, accessisses, praesentibus eodem et venerabilibus fratribus nostris Nivernensi et Meldensi episcopis in unum fecisti eiusdem villae populum congregari, ubi de haereticis et eorum dogmatibus inquisitione diligenti habita, inter alios, quas super haeretica pravitate reperisti publice infamatos, decanum Nivernensem communi didicisti opinione gravari, et in eo et per eum non modicum fuisse scandalum catholicorum animis declaratum. Unde propter vehementem infamiam et grave scandalum ipsum ab officio et beneficio suspendisti, apud Altissiodorum et diem certum assignans, quo tuo se conspectui praesentaret ab obiecto crimine defensurum. Quumque statuto termino ad tuam praesentiam accessisset, praesentibus dictis Altissiodorensi et Nivernensi episcopis, ac pluribus in utroque iure peritis, quum certus accusator contra eum minime compareret, tu ex officio tuo testes tam pro ipso quam contra ipsum recipi ac diligenter examinari fecisti, et attestaciones etiam publicari. Quumque postmodum non ad concessum ei diem tuo se conspectui praesentasset, quum facultatem ei liberam indulisisses in testes ac eorum dicta dicendi ac proponendi tuas in medium rationes, quibusdam propositis probationibus et allegationibus tandem renunciatis, sententiam postulavit. Tu vero cum venerabilibus fratribus nostris Trecentis ac dictis Altissiodorensi et Nivernensi episcopis sedens in unum, inspectis attestacionibus diligenter, et adhibito plurium consilio sapientium, quia crimen contra eum liquido probatum non erat, ipsum non duxisti de haeresi condemnandum. Verum quoniam ex dictis testibus multa erat praesumptio contra eum, utpote quum esset manifeste probatum, eum familiaritatem haereticorum non solum habuisse, sed etiam captasse scienter, quum publica etiam laboraret infamia, et tantum suscitatum esset scandalum contra ipsum, quod non posset canonica purgatione deleri, nec ipsum absolvere, nec purgationem, quam obtulerat ab initio et tunc etiam offerebat, recipere voluisti, sed ipsum cum literis tuis ad sedem duxisti apostolicam destinandum, intelligens, quod ex concessa nobis plenitudine potestatis citra poenam canonicam dispensare possimus, et

illam eum rigorem severitatis augere. Ceterum ei postmodum in nostra praesentia constituto communem audientiam in consistorio nostro concessimus, ubi se multipliciter nisus est excusare, illud praesertim allegans, quod, quum non apparente accusatore legitimo purgationem offerret, testes contra eum non fuerant aliquatenus admittendi. Licet ergo ecclesiastica constitutio tales ab officio tantum usque ad purgationem canonicam doceat suspendendos, quia tamen etiam a beneficio propter immanitatem criminis suspendisti, nolimus improbare; nec illud etiam improbamus, quod, licet contra eum nullus accusator legitimus appareret, ex officio tuo tamen, fama publica deferente, voluisti plenius inquirere veritatem. Attendentes autem vulgatum infamiam, grave scandalum, et vehementem suspicionem ex testium dictis obortam, quas contra eundem decanum facere videbantur, quum propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicenda, et servantes iustitiam et molientes rigorem, de consilio fratrum nostrorum, archiepiscoporum et episcoporum apud sedem apostolicam existentium, purgationem ei quatuordecim manuum sui ordinis duximus indicendam. Ipsum igitur ad te cum literis apostolicis remittentes, ut ibi purgetur, ubi noscitur infamatus, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, accitis tecum Nivernensi et venerabili fratre nostro Parisiensi episcopis, indictam ei a nobis purgationem accipias, ita tamen, ut, qui ad eius purgationem processerint comprobantur, sint fidei catholici et vita probati, qui conversationem et vitam ipsius non tam modo tempore noverint quam transacto; purgatione vero recepta beneficium ei restituere non postponas, ne cogatur in clerici approbationem mendicare. In poenam autem familiaritatis illius, quam cum haereticis scienter habuisse dignoscitur, eum ab officio volumus manere suspensum, donec scandalum solvatur, ita tamen, ut publice familiaritatem haereticorum abiuret. Praecipias insuper ei districte, ut in praedicta et alijs villis circumpositis profiteatur et praedicet fidem catholicam, ac confundat et detestetur haereticam pravitatem, sic deinceps vitam suam bonis adornans operibus, ut infamia convertatur in bonam famam, et quae scandalum et suspicio de catholicorum mentibus deleatur. Quodsi forsitan in purgatione defecerit, eum ecclesiasticae disciplinae mucrone percillas, et ab officio et beneficio depositum ad agenda poenitentiam in arcum monasterium detrudere non omittas. Dat. Lat. Non. Maii. [1199.]

CAP. XI. 15)

Brevi est, nec potest aliter sumari.

Idem Abbati sancti Dionysii et Presbytero S. Martini.

Quum dilectus (Et infra.) Illud autem vos attendere volumus et mandamus, ut tales ad purgationem huiusmodi admittantur personae, quae iocundae sint et honestae. Quod si non omnes etc. Dat. Lof. X. Kal. Apr. [1207.]

CAP. XII. 19)

Si infamia ortum non habet ex probabilibus consuetudinibus, non est de necessitate indicenda purgatio; potest tamen iudici ad instantiam purgandi.

Idem.

Quum in iuventute sua (Et infra.) Quia vero pater filium, quem diligit, corrigit, non quinque ecclesiensi episcopo per literas nostras ad maiorem cautelam iniunximus, ut ab illius familiaritate cessando apud Deum et homines taliter se haberet, quod sinistra de ipso suspicio non possit haberi. Sed inimicus homo, rescriptum literarum illarum purripimus, apud praedictum regem et regni magnates ipsum requirit publicavit, ut sic idem episcopus deberet amplius infamari, quum videretur esse nobis incredibilis et suspectus. Unde non tantam aemulorum nequitiam attendentes, licet pulsati fuimus multoties contra eum, nunquam tamen adversarium ipsum potuimus commoveri, scientes, quod dictum unius facile sequitur multum. Ubi vero idem episcopus ad Strigoniensem metropolim exstitit postulatus, quidam, qui super ipsa postulatione adversa-

Cap. X. 3) Restitutum ex Reg. Bal. II. 63. — Comp. III. h. t. c. 1. — 4) Nos igitur literarum scientiam et honestatem morum in te vitare: Comp. III. puriter attendentes, licet eccl.: Comp. III. Reg. — 5) suspendendos, quod (quos) Comp. III. tamen etiam eum (quon): Comp. III. a beneficio propter immanitatem criminis, ut credimus, suspendisti, nolimus improbare, nec illud etiam propter causam improbamus eandem, quod, licet nullus contra eum legitimus accusator appareret, ad detegendam (tegendam) Aug. tamen huius (huiusmodi) Comp. III. mortiferae pestis, immo pestiferae mortis (pestiferi morbi) Comp. III. radice, ex officio tuo, fama: ibid. — 6) a te: Aug. — 7) omitt. Comp. III. Reg. — 8) accitis: Comp. III. — 9) Mutinens: C. R. 2. — Muvnen.: Aug. — Nivernensium: C. L. — 10) accesserint: C. R. 2. — 11) ipsi: Comp. III. Reg. — 12) in famam: C. R. L., Comp. III.,

Reg. — 13) omnia scandali suspicio: Comp. III. Ms. — 14) retrudere: Aug., Reg. — Cap. XI. 15) Restitutum (quantum e re esse videbatur), ex Reg. Brequ. V. 12. — Comp. III. h. t. c. 2. — 16) abbati S. Dionysii et priori S. Martini de Campis et Iovino (I.: Comp. III.) magistro scholarum Arrabian.: Comp. III., Reg. — 17) ad: filius: C. R. 1. — 18) sunt: Aug. — Cap. XII. 19) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 113. — Comp. III. h. t. c. 3. — 20) Cenadiensi ep. et abbati de Ckedor: Reg. — 21) nos eundem episcopum per literas nostras corrumpimus (corrumpimus): Aug., in iungentes eidem ad maiorem cautelam: Comp. III., Reg. — 22) possit: C. R. L., Comp. III. Ms., Reg. — 23) tantum: Aug. — 24) omitt. Comp. III. — quod facile dominum sequitur multitudo: Reg. — 25) Antigonien.: Comp. III. Aug. — Antigonien.: Ms.

bantur eidem, ut promotionem ipsius facilius impedirent, illius criminationis carbones reaccendere sunt moliti. Unde quidam procurator ipsius, "in nostra praesentia constitutus", de consilio "quorundam" amicorum suorum, qui super hoc bonum "quidem" zelum habebant, sed non secundum scientiam, coepit "a nobis in praesentia fratrum nostrorum" cum instantia postulare, quatenus eidem episcopo purgationem canonicam faceremus iudici, ut suam innocentiam²⁵ demonstraret. Nos autem, postulationem huiusmodi minus providam, "immo nimis improvidam" reputantes, procuratorem ipsum ab ea saepe volumus revocare, "tum quia saepe fatus episcopus non videbatur apud bonos et graves de illo crimine infamatus, quum coepiscopi sui, super hoc ex mandato apostolico requisiti, laudabile testimonium de ipso nobis curaverint perhibere, tum quia talis infamatio videbatur ab inimicis et aemulis processisse, sicut superius est expressum. Unde quum ante acta vita eius commendabilis appareret, et huiusmodi facinus incredibile videretur: non credebamus, ei purgationem aliquam amodo indicendam." Ceterum, quia procurator instabat, compulsi fuimus, non iuris necessitate, sed importunitate petentis, ut per vos ei purgationem canonicam cum duobus "episcopis et tribus" abbatibus mandarem iudici, quamvis "eidem procuratori" fuerimus protestati, quod ex alia "quoque" causa talia petitio minus provide tunc fiebat, quia "videlicet" Strigoniensis ecclesiae suffraganei vix eo tempore purgarent eundem, qui²⁶ in facto postulationis contradicebant eidem, et suffraganei Colocensis ecclesiae ipsam minime tunc purgant, quia inter eum et Colocensem archiepiscopum de Strigoniensi metropoli contentio vertebatur. Unde, quum non sint alii pontifices in Hungaria, merito videbatur, quod per episcopos regni sui non posset in illo articulo se purgare. "Propterea etc. Dat. Ferentini Non. Iul. Ao. IX." [1206.]

CAP. XIII.²⁷)

Compurgator iurat de credulitate.

Idem Tyronensi²⁸) Archiepiscopo.

De testibus (Et infra: [cf. c. 29. de test. II. 20.]) Illi vero, qui ad purgandam alicuius infamiam inducuntur, id solum tenentur iuramento firmare, quod veritatem credunt²⁹) eum "iuramento" dicere, qui purgatur. "Dat. Lat. IV. Non. Ian." [1199.]

CAP. XIV.³⁰)

Infamatus super defectu natalium non debet promoveri, nisi prius se purget.

Idem Florentino Episcopo.

Accedens ad praesentiam nostram "dilectus filius" T.³¹) diaconus, parochianus tuus, humili nobis insinuatione monstravit, quod, quum a suis aemulis diceretur, quod esset filius sacerdotis, tu eum³²) nec promovere "ad presbyteratus ordinem" voluisti, nec permisisti ab alio promoveri, "quamquam vel id vel aliud probatum non fuerit contra ipsum." Quocirca "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si "diaconus ipse" publice³³) fuerit "huiusmodi" nota respersus, et de ipsa tibi legitime constare non poterit, purgatione ab ipso recepta, "dummodo aliud canonicum non obstat," ipsum non differas propter hoc ad sacerdotis officium promovere, quia, etsi³⁴) non sit nota delicti, est tamen nota defectus impediens ad sacros ordines promovendum³⁵). Dat. Rom. ap. S. Petr. VIII. Id. Febr. Ao. IX." [1207.]

CAP. XV.³⁶)

Super notorio crimine non est indicenda purgatio, et, pendente causa super criminibus coram Papae delegato, purgatio ab ordinario super eis recepta non tenet.

Idem Abbati Eugen. et Scholastico Mutinensi³⁷).

Quum dilectis filiis H. presbytero et G. procuratori O. clerici "constitutis in praesentia nostra dilectum filium" T. "subdiaconum et" capellanum nostrum concesserimus³⁸) auditorem, idem procurator

proposuit "coram eo," quod, quum dictus presbyter super incestus criminis fuisset publice infamatus, bonae memoriae Constantiensis episcopus, ordinarius iudex, ei³⁹) purgationem indixit; qui, quum se purgare nequivisset, ab ipso⁴⁰) fuit "in plena synodo" suis ecclesiis sententialiter destitutus, quas ipse nihilominus detinuit "aliquandiu" per violentiam occupatas. Quumque "postmodum" idem presbyter cuiusdam consanguinei sui uxorem "adductam in domo" publice detineret, ad petitionem "H." plebani de Heniso⁴¹), et quorundam aliorum clericorum Constantiensis dioecesis iudicibus⁴²) "nostras" dicimus "sub hac forma" literas destinasse, ut "videlicet", si dictus⁴³) presbyter super crimine adulterii et incestus coram ipsis se purgare non posset, ipsum poena debita castigarent. Qui⁴⁴), "iuxta mandati nostri tenorem in negotio procedentes," quum constitisset eidem, quod idem presbyter pro eo, quod in purgatione defecerat, ab episcopo memorato fuerat "in synodo" condemnatus, ipsum, utpote contumacem, praedictis ecclesiis per sententiam privaverunt⁴⁵), maxime quum de incestus⁴⁶) et adulterii crimine, tanquam de notorio, "quam manifeste" liqueret eisdem, "dilecto filio" abbati sancti Galli, ad quem illarum ecclesiarum donatio pertinebat, potestatem liberam concedentes, ecclesias illas⁴⁷) personis aliis conferendi, qui eas postea supra dicto O.⁴⁸) clerico assignavit. "Verum idem presbyter ad sedem apostolicam veniens, et falso se asserens praetermissio iuris ordinis spoliatus, ad abbatem de domo S. Petri et suos coniudices alteri parti omnino suspectos nostras literas reportavit. Qui eidem O. literarum ipsarum copia denegata et probationem ipsius super literarum falsitate admittere recusantes, iuris ordine praetermissio post appellationem ad nos legitime interpositam restitutionis sententiam pro eodem presbytero protulerunt, quod se loco et tempore probaturam per legitimos testes proponebat." Dicitur vero presbyter inter⁴⁹) cetera "ex adverso" respondit, quod, "licet super praesentis criminibus ab inimicis fuisset aemulis infamatus et a Constantiensi capitulo propter hoc eidem indicta purgatio, ipsam tamen nullus recipere voluit, licet eam paratus fuerit infra praefixum sibi terminum exhibere, adiciens, quod" processus iudicium praedictorum debebat⁵⁰) merito retractari, quum lite non contestata "et post appellationem ad nos interpositam" procedere praesumpserint⁵¹) contra eum. "Praeterea dicitur presbyter proposuit conquerendo, quod, quum a praedicto O. et complicibus suis praedictis ecclesiis fuisset per violentiam spoliatus, et ad praedictum abbatem de domo sancti Petri ac coniudices suos primo, et secundo ad electum Constantiensem restitutionis literis impetratis, per utroque restitutionis meruerit beneficium obtinere, idem O. eum non est veritus saepius spoliare. Unde quum propter hoc ipse cum complicibus suis excommunicationis sententia innodatus in sua contumacia perduraret, praedicto electo et coniudicibus suis dedimus in praecipuis, ut auctoritate nostra suffulti districtius inhiherent, ne in locis, in quibus eidem excommunicati praesentes existerent, divina officia dicerentur, et eisdem tandem appellatione cessante suspendent a divinis, donec saepedicto presbytero de damnis et iniuriis irrogatis satisfacerent competenter, vel responsuri de tanto contemptu nostro se conspectus praesentarent. Sed ipsi ad appellationis diffugium convolantes, contra prohibitionem ipsorum iudicium divina celebrant interdicti, nec ad nostram praesentiam responsalem transmittere curaverunt." Adiciens⁵²), quod "ad abolendam omnem infamiam" purgationem indictam⁵³) ab electo Constantiensi curaverit exhibere, "saeps dicti tamen aemuli eum non desinunt infamare. Unde nobis humiliter supplicavit, ut ab illorum petitionibus absolutum, faceremus ipsum praedictarum ecclesiarum pacifica possessione gaudere, illos legitime punientes, qui excommunicati et interdicti divina praesumpserunt officia celebrare. Ad haec procurator adiecit, quod dicta purgatio fuit ab electo recepta absente parte altera et penitus ignorante, quod etiam se asseruit probaturum. His igitur et aliis, "quae fuerunt coram capellano praedicti proposita," plenius intellectis, licet literae illae, quae ad praedictos⁵⁴) iudices impetratae dicuntur, vel ipsarum transcriptum ostensum non fuerit coram nobis, quia tamen ex tenore relationis ipsorum⁵⁵), quam dictus procura-

Cap. XII. 25) add.: super hoc: C. R. 2. — 26) quia: Comp. III., Reg. Cap. XIII. 27) Restitutum ex Reg. Bal. I. 513. — Comp. III. h. t. c. 4. — 28) Tyrensi: Comp. III., Reg. — Tiron.: Böhm. — 29) credant: C. R. 2. L., Comp. III., Reg.

Cap. XIV. 30) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 256. — Comp. III. h. t. c. 5. — 41) F.: Reg. — 32) ipsum: Reg. — 33) publico: C. L. — 34) licet: Reg. — 35) promoveri: ib.

Cap. XV. 36) Restitutum ex Reg. Bal. X. 188. — Comp. III. h. t. c. 6. — 37) abbati Argentin. et Magistro G. scholastico Cucien et de Valle: Comp. III. Aug. — abbati Evigen. et magistro G. scholastico Mutien. et C. decano de Valle: Ms. — abbati Augensi et Conrado de Wlde Constantiensis dioecesis, et magistro Conrado, scholastico Curien: Reg. — 38) com-

missus: Comp. III. Ms. — concessimus: Aug. — concesserimus: Reg. — 39) eidem: Comp. III., Reg. — 40) ab episcopo: C. R. 1. — ab eodem ep.: Comp. III., Reg. — 41) de Ponte: Cont. — de Heniso: Aug. — de Heniso: Reg. — 42) fil. de Scennis et de Ustrou (Wstun): Comp. III. Ms. — Testronen.: Aug. decanis: Comp. III., Reg. — 43) praedictis: Reg. — 44) quod: C. R. 1. — 45) privaverant: Comp. III. Ms. — 46) incestu: Comp. III., Reg. — 47) ipsas: Aug., Reg. — 48) desid. in Reg. — 49) inter cet.: omitt. ib. — 50) debeant: Comp. III. — 51) praesumpserant: Comp. III. Ms. — 52) Ad. insuper, quod licet idem presbyter: Comp. III. — Licet autem idem presbyter: Reg. — 53) indicam sibi (omitt. Comp. III.) ab eodem electo, non tanquam delegato, sed ordinario curaverit exhibere: Comp. III., Reg. — 54) de Scennis et de Ustrou decanis: Reg. — 55) ipsarum: Aug.

tor exhibuit, ac si⁵⁶⁾ literae ipsae ostensae fuissent, nobis constitit evidenter, iudices ipsos praetermissis iuris ordine processisse: tam processum eorum, quam concessionem⁵⁷⁾ ecclesiarum a⁵⁸⁾ praedicto abbate de mandato ipsorum factam, auctoritate apostolica retractamus, praesertim quum relationis ipsius series repugnantia contineat et adversa. Dicitur enim, quod crimen eiusdem presbyteri usque adeo publicum fuerat⁵⁹⁾ et notorium, quod nullus inficiationi⁶⁰⁾ locus penitus existebat, utpote cuius universae⁶¹⁾ viciniae populus testis erat, et tamen ibidem⁶²⁾ praemittitur, quod eidem presbytero terminum peremptorium praefixerunt⁶³⁾, in quo, si posset, super infamia praedictorum criminum canonice se purgaret; quum nimirum, si crimen notorium existebat, non erat "antiquo" illi indicenda purgatio, sed in eam condemnationis sententia promulganda. "Restitutionis quoque sententiam pro eodem presbytero a diversis iudicibus latam duximus approbandam, praesentium vobis auctoritate mandantes, quatenus eundem presbyterum in corporalem possessionem praedictarum ecclesiarum sub lato cuiuscumque contradictionis et appellationis obstaculo inducatis et defendatis inductum; contradictores, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes, et facientes eidem presbytero tam de fructibus medio tempore perceptis ex ecclesiis memoratis, quam de damnis et iniuriis irrogatis satisfieri competenter. Facta vero restitutione plenaria, si legitimus apparuerit contradictor, qui possit et velit legitimus comprobare, quod idem presbyter, pro eo, quod in legitime indicta sibi purgatione defecit, condemnatus fuit a praedicto episcopo et saepedictis ecclesiis spoliatus, vos eidem super ecclesiis ipsis perpetuum silentium imponatis, facientes eidem, per eos ad quos pertinet, de personis idoneis canonice provideri." Si vero nullus apparuerit legitimus accusator, et ipsum inveneritis apud bonos et graves super⁶⁴⁾ praedictis criminibus vel ipsorum altero infamatum, purgationem ei canonice indicatis, non obstante, quod coram praedicto electo dicitur se purgasse; quum, iudicio pendente coram iudicibus delegatis, non debuerit ordinarius purgationem indicere infamato. "In qua purgatione etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. IV. Id. Ian. Ao. X." [1208.]

CAP. XVI.⁶⁵⁾

Non sufficit praelato, de criminibus infamato, iurare, quum se purgat, quod sit immunis ab illis criminibus; sed iurare debet, quod post suam promotionem illa crimina non commisit.

Idem.⁶⁶⁾

Accepimus⁶⁷⁾ literas, quibus nobis⁶⁸⁾ intimare curastis, quod apostolico mandato super indicenda purgatione "venerabili fratri nostro" archiepiscopo Bisuntino recepto⁶⁹⁾, ipsum citastis ut decuit; qui ad diem praefixum comparuit coram vobis, iuramentum purgationis offerens sub hac forma, videlicet, quod immunis erat ab illis criminibus, super quibus se purgare debebat. "Quumque vos diceretis, hanc non esse formam canonicam, et super hoc fuisset aliquandiu disputatum, ipse tandem ad nos vocem appellationis emisit, cui de prudentum virorum consilio detulistis." Ipse vero ad praesentiam nostram accedens humiliter supplicavit, ut saltem super purgatione incontinentiae dignaremur temperare rigorem, quia non deberet asserere, quod a nativitate sua nunquam passus fuerit lapsus carnis. Porro, quum ab eo⁷⁰⁾ non credatur exactum fuisse huiusmodi iuramentum, potius forte praesumimus, quod alia de causa volebat sub praescripta forma iurare, videlicet, quod immunis erat ab illis criminibus, de quibus fuerat infamatus, tanquam, dimissis per poenitentiam, iam esset immunis ab illis. Sed hoc iurare non parvae temeritatis existeret, quum beatus Iob dicat⁷¹⁾: „Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorat anima mea,“ "et Salomon: „Quis potest dicere, mundum est cor meum et purus sum a peccato? Unde Psalmista dicebat: „Delicta quis intelligit, ab occultis munda me, Domine,“ Apostolo attestante: „Nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc iustificatus sum.“ Ideoque prae-

scriptam purgationis formam, secundum quam idem archiepiscopus obtulit se purgare, reprobamus, utpote indiscretam, temerariam et ineptam, iniungentes eidem, ut, si voluerit et potuerit secundum hanc formam se purgare⁷¹⁾, secundum sanum intellectum, quem ei duximus exprimendum, videlicet quod illa crimina graviora, id est simoniam⁷²⁾, venditionem iustitiae atque incontinentiam, de quibus infamatus existit⁷³⁾, iuret se minime commisisse, postquam ad archiepiscopalem promotus est dignitatem; et compurgatores sic iurent, quod credunt⁷⁴⁾, eum verum iurasse. Quo facto, vos illum dimittatis in pace. Alioquin etc. "Dat. Lat. IV. Non. Ian. Pont. nostr. Ao. XVI." [1214.]

TITULUS XXXV.

DE PURGATIONE VULGARI.

CAP. I.¹⁾

Duella et alias purgationes vulgares prohibentur, quia per eos multoties condemnatur absolvendus, et Deus tentari videtur. H. d. totus titulus.

Coelestinus III.²⁾

Cura suscepti regiminis "nos inducit, ut fratrum nostrorum debeamus consultationibus respondere, et ab eis, quantum humana permittit fragilitas, dubitationis scrupulum amputare. Hinc est, quod, Quum³⁾ tua fraternitas duxerit sedem apostolicam consulendam, utrum super⁴⁾ ecclesiarum possessionibus⁵⁾ duella debeant sustineri, tuae duximus sollicitudini respondendum, quod in eo casu, vel "in" aliis etiam hoc⁶⁾ non debes aliquatenus tolerare⁷⁾. "Dat. Rom. ap. S. Petr."

CAP. II.⁸⁾

Summatum est supr. cap. proximo.

Innocentius III. Priori S. Sergii⁹⁾ Spolentani.

Significantibus V. laico et fratribus eius ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod, quum quidam eos super furti crimine accusaret, cum eo "praeter terrae consuetudinem" coacti sunt inire duellum, in quo, aliis peccatis suis praepedientibus, ceciderunt¹⁰⁾, propter quod "post appellationem ad nos interpositam" per consules Spolentanos bonis fuerunt propriis spoliati. Nunc vero furtum apud alios est inventum, et, quod ipsi fuerint innocentes, est faciente¹¹⁾ Domino revelatum. Unde consilibus ipsis dedimus in mandatis, ut ablata "eis" restituant universa. "Ideoque discretioni tuae etc. Dat. Lat. VI. Kal. Apr." [1203.]

CAP. III.¹²⁾

Summatum est supra cap. 1.

Honorius III.

Dilecti filii noviter in Livonia baptizati gravem ad nos querimoniam destinarunt, quod fratres Templariorum "ordinem in Livonia profitentes," et alii "quidam advocati et iudices," qui temporalem in eis¹³⁾ potestatem exercent, si quando de aliquo alio¹⁴⁾ crimine infamantur, eos ferri candentis iudicium subire compellant, quibus, si qua exinde sequatur adustio, civilem poenam infligunt, "qua re conversis et convertendis scandalum incutimus et terrorem." Quum igitur huiusmodi iudicium "secundum legitimas et canonicas sanctiones" sit penitus interdictum, utpote in quo Deus tentari videtur; mandamus, quatenus dictos fratres et alios, ut ab huiusmodi conversorum gravamine omnino desistant, "monitione praemissa" per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellat.¹⁵⁾

Cap. XV. 56) ac si etiam: C. R. L. — si etiam: Comp. III. Reg. — 57) concessionis: Comp. III. Ms. — 58) praedicto abbati: Aug. — 59) fuerit: id., C. L. — 60) inficiationis: Comp. III. Reg. — 61) universus: Aug. Reg. — 62) illud praetermittitur: Comp. III. — 63) praefixerant: ead., Ms. — 64) de: C. L.

Cap. XVI. 65) Restitutum ex Reg. Bal. XVI. 158. — non existat in Comp. IV. — 66) Lingonensi episcopo et abbati Morimundensi Cisterciensis ordinis Lingonensis diocesis: Reg. — 67) Receptum: id. — 68) abest a C. R. L. — 69) suscepto, ad diem etc.: Reg. — 70) eis: Cont. — 70) Iob. IX. 21. — 71) debent se purg.: C. L. — 72) simoniacam: C. R. I. — 73) existit: Cont., Böhm. — 74) credent: C. L.

TIT. XXXV. Cap. I. 1) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 370. Comp. II. h. t. e. un. — 2) Pamenis (I) ep.: Luc. — 3) quod luc. fr. duxit: Comp. II. Ms. A. — 4) pro: ib. — 5) praesentationibus: Luc., Comp. II.

— 6) omitt. Comp. II. Ms. A. — in Luc. haec extr. cap. particula ita se habet: quod quia in eo casu, nec etiam in aliis monomachias debent abstinere, quum eas sacri repellant canones et a Christi debeant fidelibus, quantum in te fuerit, omnino extirpari. — 7) sustinere: Comp. II. Ms. B.

Cap. II. 8) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 26. — Comp. III. h. t. e. un. — 9) Gregorii: Reg. — 10) ceciderant: Comp. III. Ms. — 11) favente: Aug.

Cap. III. 12) Restitutum ex Comp. V. h. t. e. un. — Inducatur (ex Reg. VII. 220.) a Raynaldo ad A. 1222.; eisdem fere verbis repetita est a Gregorio IX. (Dat. Lat. VI. Id. Sept. Pont. Ao. VI. 1232.), cf. Manrique Ann. Cist. IV. 448. — 13) eos: Comp. V. Cir. — 14) abest a C. R. L. et Comp. V. — 15) cogatis: Comp. V. Ms.

TITULUS XXXVI.

DE INIURIIS ET DAMNO DATO.

CAP. I.¹⁾

Propter eius brevitatem non summatur.

In Exodo.²⁾

Si rixati fuerint homines, et percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, et ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lecto³⁾, "si surrexerit et ambulaverit foris super baculum suum: innocens erit," qui percusserit, "ita tamen, ut" operas eius et impensas in medicos restituat.

CAP. II.⁴⁾

Breve est, et ideo non summatur.

Ibidem.

Si quis apernerit cisternam, et foderit, et non operuerit eam, cecideritque bos vel asinus in eam⁵⁾: dominus cisternae reddet⁶⁾ pretium iumentorum; quod autem mortuum est, ipsius erit.

CAP. III.⁷⁾

Breve est, et ideo non summatur.

Ibidem.

Si bos alienus⁸⁾ bovem alterius vulneraverit, et ille mortuus fuerit, vendent bovem vivum, et dividunt pretium; cadaver autem mortui inter se disperdunt. Si autem sciebat, quod bos⁹⁾ corruptus fuerit¹⁰⁾ ab heri et nudius tertius, et non cyathodivit eum dominus suus¹¹⁾: reddet bovem pro bove, et cadaver integrum accipiet.

CAP. IV.¹⁰⁾

Ibidem.

Si laeserit quisquam agrum vel vineam, et dimiserit iumentum suum, ut depascat¹²⁾ aliena: "quicquid optimum habuerit in agro suo vel vinea," pro damno aestimationem¹³⁾ restituet.

CAP. V.¹³⁾

Breve est, et non summatur.

Ibidem.

Si egressus ignis¹⁴⁾ invenerit spinas, et¹⁵⁾ comprehenderit acervos frugum sive stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem succenderit.

CAP. VI.¹⁴⁾

Breve est, et quasi idem cum praecedenti.

Ex poenitentiali Romano.

Si quis domum vel aream cuiusquam¹⁶⁾ incenderit voluntarie, sublata et¹⁶⁾ incensa omnia restituat, et tres annos poeniteat.

CAP. VII.¹⁷⁾

Haecularis potestas, quae clericum damnat, condemnari debet per iudicem ecclesiasticum secundum aestimationem iniuriae in expensis et damnis. Et hodie addit poenam in Clem. 1. de poenis.

Honorius III. Episcopo Bononiensi.

Olim scribens vobis "venerabili fratri nostro," episcopo Mutinensi, ut, "accedens personaliter Florentiam," potestatem, consilio¹⁸⁾ et populum civitatis Florentinae¹⁹⁾ "moneret efficaciter et induceret" ad satisfaciendum²⁰⁾ de damnis et iniuriis, irrogatis "venerabili fratri nostro" episcopo et ecclesiae Fesulanae²¹⁾, "et, si necesse foret," censura ecclesiastica coaretaret, idem "Mutinensis, mandatum nostrum quoad monitionem diligentius ex-

secutus, datis induciis²²⁾ testes, lite non contestata, recepit. Quare nos, eius processum, "quoniam ad receptionem testium lite non contestata processerat," penitus²³⁾ revocato, communi Florentinum, quia hanniaverat²⁴⁾ eundem²⁵⁾ episcopum Feaulanum contra Deum et ecclesiasticam²⁶⁾ libertatem, propter iniurias²⁷⁾ hanni, et²⁸⁾ expensas, et damna tali occasione secuta, taxatione iuramento praemissa, in mille libris usualis monetae praedicti episcopo "Feaulano" sententialiter duximus condemnandum.

CAP. VIII.²⁸⁾

Qui iurat statutum super non repetendis damnis, hoc non obstante, expensas repetere poterit. H. d. vel sic: Statutum super dampnis non repetendis ad expensas non extenditur.

Gregorius IX.²⁹⁾

In nostra et fratrum nostrorum praesentia proposuisti³¹⁾, quod olim cives Brixienses pro restorationibus³²⁾ damnorum illatorum ad invicem, quae propter multas vitales discordias incurrerant plurimum aggravati, statutum "per venerabilem fratrem nostrum patriarcham Antiochenum, tuque Brixiensem electum" editum, "videlicet" de non petendo vel recipiendo in posterum restorationes³³⁾ huiusmodi a communi, generaliter approbarunt et firmarunt etiam iuramento. "Nuper vero non sine nostro labore et sollicitudine procurasti, quod super discordia, quae graviter eos ipsos exagitat, consules et conditium praecipue ac absolute iuramentum, se mandatis tuis omnibus parituros, quem tamen, nisi per commune Brixiense damna passis saltem in expensis, quas huiusmodi occasione fecerunt, provideri contingat, perfecte sapere non potes quin sustineat recidivum. Super quo apostolicum [postulasti] remedium adhiberi." Quum igitur aliud sit damnorum restauratio quam satisfactio expensarum, et ideo in iuramento exhibito super damnorum articulo intelligi non debeat³⁴⁾, quod factum expensarum fuerit comprehensum: "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, iuramento non obstante praedicto, auctoritate nostra provideas, quod dictum commune pro bona concordiae ad expensarum satisfactionem aliquid³⁵⁾ contribuat iuxta tuae discretionis arbitrium, a te, sicut expedierit, moderandum. "Dat. Lat. XV. Kal. Apr. Bepf. nostr. Ao. IV." [1230.]

CAP. IX.

Habet plura dicta, et se summat.

Idem.

Si culpa tua datum est dampnum vel injuria irrogata, seu illis irrogantibus opem forte tulisti, aut haec imperitia tua sive negligentia evenerunt: iure super his satisfacere te oportet, nec ignorantia te excuset, si scire debuisti, ex facto tuo iniuriam veriusculiter posse contingere vel iacturam. Quodsi animalia tua nocuisse proponas, nihilominus ad satisfactionem teneris, nisi ea dando passis dampnum velis liberare te ipsum; quod tamen ad liberationem non proficit, si fera animalia, vel quae consueverunt³⁶⁾ nocere, spiserint, et quam debueras non curasti diligentiam adhibere. Sane, licet qui occasionem dampni dat dampnum videatur³⁷⁾ dedisse: necus est tamen in illo dicendum, qui, ut non accideret, de contingentiis nil omisit.

TITULUS XXXVII.

DE POENIS.

CAP. I.

Toties puniendus est criminisus, quoties delictum iterat.

Ex concilio Toletano.¹⁾

Ea, quae frequenti praevaricatione iterantur, frequenti sententia condemnentur.

TIT. XXXVI. Cap. I. 1) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 1. — 2) Exod. XXI. 18 seq. — 3) lectulo: Vulg. — 4) Comp. I. h. t. c. 3. — Exod. ib. 33 sq. — 5) ea: Aug. — 6) reddidit: Comp. I. Ms. — 7) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 4. — Exod. ib. 35 seq. — 8) esset: C. R. L., Comp. I., Vulg. — 9) eius: C. R. 1. — 10) depascatur: Vulg. — 11) pro damni aestimatione: Comp. I., Vulg. — 12) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 6. — Exod. XXII. 6. — 13) Comp. I. Ms. — 14) Comp. I. h. t. c. 7. — cf. Reg. II. 435. — 15) cuiusque: C. R. L., Comp. I. Ms. — 16) vel: C. L., Comp. I. — 17) Similis existat ep. ap. Ughellium Ital. Sacr. III. 249. dat. VI. Id. Ian. Ao. VIII., (venerabili fratri episcopo Faventino, et dilectis filiis abbati Nonantulae Mutinensis seu nullius diocesis, et magi-

stro Tanredo canonico Bononiensi.) — Comp. V. h. t. c. un. — 18) consiliarii: C. R. 2. — 19) eiusdem: Comp. V. Cir. — omitt. Ms. — 20) satisfactionem: C. L. — 21) Fesulan.: C. R. 1. — 22) iniquus: C. R. 2. — 23) omitt. Comp. V. — 24) ecclesiae: Comp. V. Cir. — 25) iniurias: C. R. 2. — 26) omitt. C. R. L., Comp. V. Ms. — in exp.: Cir. — 27) Cap. VIII. 28) Restitutum ex orig. ed. a Mansio in App. ad Mier. Bal. III. 399. — 29) episcopo Brixiensi: ib. — 30) fuit ex tua parte positum: orig. — 31) Brixi. restauratoribus damna: id. non sine mend. — 32) restauratores: id. — 33) debebat: C. R. 1. — 34) abbat: C. R. 2. — 35) omitt. C. R. L., orig. — 36) Cap. IX. 32) consueverunt: C. R. L. — 33) videtur: C. R. 1. — 37) TIT. XXXVII. Cap. I. 1) Comp. I. h. t. c. 1. — non existat in Toletanis.

CAP. II.²⁾

Interfectis presbyterum puniendus est, et poenas pars ecclesiae, cui praefuit, alia pars pro eius anima distribuitur.

Ex concilio Triburienst³⁾

Presbyteri interfecti compositio episcopo, ad cuius parochiam pertinet, solvatur, ita "videlicet," ut medietatem "verigeldi episcopus eius" utilitatibus ecclesiae, cui praefuit, tribuat, "et" alteram⁴⁾ "medietatem" in eius eleemosynam⁵⁾ iuste dispertiat, quia nullus⁶⁾ "nobis" eius heres proximior videtur⁷⁾, quam "illo," qui ipsum Domino sociavit.

CAP. III.⁵⁾

Non debent praelati pro criminosis sustinendis pecuniam exigere, nec etiam correctionis causam ex cupiditate poenam pecuniariam imponere.

Alexander III. Cantuariensis⁶⁾ Archiepiscopo.

Licet iuxta Apostolum "arguere, obsecrare et increpare debeantur, ite tamen dedemus excessus corrigere singulorum, ut probdemur, non quae nostra sunt, sed quae Iesu Christi quaerere, et in correctione faciendis vitium modestiam et naturam servare." Accepimus "autem," quod archidiaconi Conventrensis¹⁰⁾ episcopatus pro corrigendis¹¹⁾ excessibus et criminibus puniendis a clericis et laicis poenam pecuniariam¹²⁾ exigunt, "et in examinatione ad ignem et aquam triginta denarios a cetero et nullum quaverere praesumunt," et pro annua exactione pecuniae¹³⁾ personas quandoque suspendunt, "et" ecclesiam interdicunt¹⁴⁾, a vicariis "quoque decem denarios, ut eos¹⁵⁾ in ecclesia cantare permittant, exigere non formidant, et alia agunt, quae canonum¹⁶⁾ obviant inutilitati, et de rade cupiditatis et avaritiae prodire videntur. "Quia igitur sollicitudini nostrae incumbit pastoralis diligentia providere, ne ad delectationis personis tuae provocationis aliquid agatur, quod reprehensio subiaceat, vel ecclesiasticam honestatem denigret: fraternalitati tuae per apostolica scripta praecipiendo" mandamus, quatenus archidiaconus¹⁷⁾ praedicti episcopatus "ex parte nostra et tua" hoc¹⁸⁾ districtius¹⁹⁾ interdicas; si autem contra "prohibitionem tuam ausu temerario" venire praesumpserint, eos "omni occasione et" appellatione cessante²⁰⁾ ecclesiastica censura²¹⁾ compellas²²⁾, "et sententiam ipsam usque ad dignam satisfactionem facias inviolabiliter observari."

CAP. IV.²²⁾

Victus condemnatur victori praesenti in expensis, etiam in causis pecuniariis, et unum casum excipit.

Idem in concilio²³⁾ Turonensi.

Calumniam et audaciam temere litigantium condemnando in expensis²⁴⁾, et alio²⁵⁾ multiplici remedio sanctio imperialis compeccit. Quoniam igitur²⁷⁾ sacris institutis consonare dignoscitur, praecipimus, ut de cetero in causis pecuniariis²⁸⁾ victus victori in expensis condemnatur, nisi²⁹⁾ "forte, sicut cautum est," sententia pro absente feratur.

CAP. V.³⁰⁾

Clericus, causam seu operam praebens bello, deponendus est.

Innocentius III. Nidrosiensis³¹⁾ Archiepiscopo.

Quod in dubiis (Et infra: [cf. c. 30. de sent. exc. V. 39.]) Quia vero tam sacerdotes, qui gubernant naves ad pugnam, quam qui personaliter exercent "pugnae" conflictum, et hi, qui alios incitant³²⁾ ad pugnandum³³⁾, omnes "quidem" enormiter peccant, de rigore canonico eos credimus deponendos. "Hi praeterea etc. [cf. c. 8. de renunc. I. 9.] Dat. ap. civ. Castellanam VI. Id. Oct." [1498.]

CAP. VI.³⁴⁾

Clericus pro magno scelere ab eo commisso deponi debet, et in monasterio detrudi ad agendam poenitentiam.

Idem Londonensis³⁵⁾ Episcopo.³⁶⁾

Tuae discretionis prudentiam (Et infra:) Ad illud "praeterea," quod a nobis tertio requisisti, qualiter clerici in latrocinis vel aliis magnis sceleribus deprehensi puniri debeant, respondemus, quod a suis ordinibus degradati detrudi debeant³⁷⁾ in aereis monasteriis ad poenitentiam peragendam. "Ceterum etc. Dat. Lat. VI. Id. Nov. Pont. nostr. Ao. V." [1202.]

CAP. VII.³⁸⁾

Si uterque contrahentium venit contra contractum: uterque potest exigere poenam, adinvicem promissam ex conventionione.

Idem Abbati et Fratribus Cryptae ferratae

Constitutus in praesentia nostra (Et infra: [cf. c. 6. de rel. dom. III. 36.]) Licet autem in instrumento "concessionis praedicti" episcopi Lavitani³⁹⁾ expressa fuerit certa poena, quam pars contractum non servans solveret observanti, quum tamen utraque pars venire contra illam ex confessione propria convincatur, quum et pars vestra subtaxerit episcopo pensionem, et episcopus procuracionem exegerit ab eadem ecclesia, sicut oeconomus proposuit memoratus: utramque partem ab ea reddimus absolutam.

CAP. VIII.⁴⁰⁾

Si tertius propter ducillationem incarcerationis, infamiam non incurrit.

Idem Priori S. Fridiani et Magistro B. Canonico Pisano.

Super his, de quibus nos consuleri voluistis (Et infra: [cf. c. 16. de acc. V. 1.]) "Ad hoc nosse vos volumus, quod super negotio, pro quo vobis nobis literas destinavistis, in praesentia nostra fuerit causa coepta." Clericus autem, qui pro eo, quod variaverat et vacillaverat coram vobis⁴¹⁾, de mandato nostro⁴²⁾ captus est et detentus, infamiam non incurrit. "Ceterum etc. [cf. c. 8. de test. cog. II. 24.] Dat. Lat. III. Id. Febr. Pont. nostr. Ao. V." [1203.]

CAP. IX.⁴³⁾

Obligatus ad certam quantitatem, certa die sub poena solvenda, si partem infra terminum solvit, ad poenam integram non tenetur.

Idem Spoletano Episcopo.

Suam ad nos "G. et A." rectores clericorum⁴⁴⁾ "plebatus" sancti Fortunati querimoniam transmiserunt, quod, quum tibi essent in XL. libris⁴⁵⁾ per quoddam arbitrium condemnati, essetque "ipsa" poena XXX. librarum apposita, nisi eas⁴⁶⁾ "tibi" solverent in termino constituto⁴⁷⁾, tandem XXXIII. libris⁴⁸⁾ in "ipso" termino persolutis, occasione septem residuarum "librarum" per⁴⁹⁾ quasdam nostras literas, veritate tacita impetratas, obtinuisti eos in praefatis XXX. libris tibi per "dilectum filium Paulum, subdiaconum nostrum," delegatum iudicem condemnari. Quia igitur te non decet in tantum pontificalis modestiae oblivisci, ut inhonestis quaestibus anhelando desideres cum aliena iactura ditari, "fraternitati tuae per apostolica scripta" mandamus "et districte praecipimus," quatenus "praedictarum" septem⁵⁰⁾ librarum solutione contentus, super poena XXX. librarum memoratos rectores de cetero non⁵¹⁾ molestes, "sicut per dilectum filium nostrum G. S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem fuit sententia liter diffinitum. Dat. Rom. ap. S. Petr. III. Id. Ian. Ao. IX." [1207.]

Cap. II. 2) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 2. — 3) Immo ex Cap. Reg. Fr. IV. 15. — cf. c. 26. C. XVII. qu. 4. et Coll. ibi cit. — 4) aliam: C. R. 1. — 5) eleemosyna: Comp. I. — 6) desid. in Comp. I. Ms. — 7) vid. esse: C. R. 1.

Cap. III. 8) Restitutum ex App. II. 3., Lips. IV. 1., Cass. XVI. 1., Comp. I. h. t. c. 3. — 9) R. Cant. archiep.: App., Lips., Cass. — 10) Conventrensis: App. — 11) omitt. Coll. cit. — 12) pecuniarum exigunt: App. — 13) personae: ead. — desid. in C. R. L. — 14) intendunt: Cass. — 15) ut in ecclesiis fornum: App. — 16) canonicis: C. R. 2. — 17) archidiacono: Cass. — 18) haec: C. R. 1. — omitt. Coll. cit. — 19) districtius videtur, ne pro excessibus corrigendis aut criminibus puniendis a clericis vel (add.: a: Cass.) laicis poenam pecuniariam, nec (ne: Cass.) pro examinatione (examine: Comp. I.) ignis vel (et: App.) aquae denarios amplius exigere audeant, vel alia, quae dicta sunt, quomodolibet exercera: ead. — 20) remota: App. — 21) districtione: ead. — 22) percellas: ead., Cass., Comp. I. Aug.

Cap. IV. 23) Exstat inter canones (c. 9.) conc. Tur., post Martenium recens ed. a Mansio XXI. 1183. — App. III. 2., Lips. XL. 4., Comp. I. h. t. c. 5. — 24) in conc. Tur.: omitt. App., Comp. I. Aug. — ex conc. Tolet.: Lips. — 25) expensis: App., Lips., conc. — 26) et alia multiplicia iuris remedia: Lips. — 27) add.: hoc: ead. — 28) pravis: conc. —

pec. vel ecclesiasticis, quae inter clericos agitabantur: Lips. — 29) Quodsi autem solvendo non fuerit, cum episcopi sui arbitrio puniendum relinquimus: Lips.

Cap. V. 30) Restitutum ex Reg. Bal. I. 381. — Comp. III. h. t. c. 1. — 31) leg.: Nidrosiensis (Drontheim) cum C. R. 1. L., Comp. III. Reg., Cont. — 32) excitant: C. R. 1. — 33) pugnam: Comp. III. Aug.

Cap. VI. 34) Restitutum, quantum expedire videbatur, ex Reg. Brequ. V. 101. — Comp. III. c. 3. de vita et hon. cler. III. 1. — 35) London.: C. R. 1., Comp. III. — 36) archiep.: C. R. L., Comp. III. — Lugdunensi archiep.: Reg. — 37) retrudi debent: Reg.

Cap. VII. 38) Restitutum ex Comp. III. c. 2. de rel. dom. III. 23. — 39) Luicani: C. R. L., Comp. III.

Cap. VIII. 40) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 153. — Comp. III. c. 3. de acc. V. 1. — 41) nobis: Comp. III., Reg. — 42) vestro: C. R. 2.

Cap. IX. 43) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 212. — Comp. III. c. 2. Ne cler. vel mon. III. 38. — 44) ecclesiarum: C. R. 1. — 45) libras: Reg. — 46) praetaxatas XL. libras: Comp. III., Reg. — 47) statuto: C. R. 2. — 48) omitt. C. R. L., Comp. III., Reg. — 49) a nobis quasdam literas veritate tacita impetrasti, quibus obtinuisti: Comp. III., Reg. — 50) omitt. Comp. III. — 51) molestare non praesumas: ead., Reg.

CAP. X.⁵²⁾

Occidentes praelatum privantur beneficiis et feudis, quae habent ab ecclesia, cui praeerat praelatus ille, nec eis vel heredibus restituentur, nec alia de novo concedi debent. Et hodie in occidente, capiente vel banniente episcopum auctas sunt similes poenae, de quibus in Clem. Si quis suadente eod. tit.

Idem.⁵³⁾

Ad aures nostri apostolatus pervenit, quod, quum⁵⁴⁾ quidam parochiani tui ausu diabolico bonae⁵⁵⁾ memoriae I. "quondam" Vincentinum⁵⁶⁾ episcopum praedecessorem tuum nequiter permisissent, feuda et beneficia, quae illi a Vincentina⁵⁷⁾ ecclesia obtinebant, ipsis per sententiam fuerant cum multa deliberatione sublata. Quia igitur maiori "etiam" sunt animadversione plectendi, nos, "bonae memoriae Coelestini Papae praedecessoris nostri vestigiis inhaerentes," tam tibi quam successoribus tuis auctoritate apostolica⁵⁸⁾ prohibemus, ne ipsis aut heredibus eorum beneficia praedicta restituantur "ulterius," seu⁵⁹⁾ de novo eis⁶⁰⁾ alia quaelibet conferantur. "Si quis autem etc. Dat. Lat. XII. Kal. Apr." [1198.]

CAP. XI.⁶¹⁾

Prorumpens contra iudicem, arbitrio superioris punitur.

Idem.⁶²⁾

Dilectus filius "Iacobus," electus⁶³⁾ sancti P.⁶⁴⁾ ad Montes, "ad apostolicam sedem accedens, gravem querelam contra dilectos filios Molismensem abbatem et I. archidiaconum Cathalaunensem exposuit, asserens, eos aduersus ipsum in causa sua, quas fuit illis commissa, perperam processisse. Quumque dilectus filius T. clericus cum literis eorundem, continentibus causae processum, ad nostram praesentiam accessisset, et idem Iacobus intereretur processum ipsum multipliciter improbare, relationem eorum in quibusdam asserens esse falsam, nos, quia praefatus clericus non habebat nisi ad contradicendum vel impetrandum mandatum, ad maiorem cautelam processum ipsum nec confirmandum duximus nec cassandum, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus partibus convocatis et auditis hinc inde propositis, si praefatos iudices inveneritis rationabiliter processisse, ipsorum confirmetis processum, et faciatis illum per censuram ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo firmiter observari. Alioquin eo, sicut iustum fuerit, irritato, iuxta formam priorum literarum in causa procedatis eadem, facientes quod decreveritis firmitatem debitam obtinere. Si quos autem ex monachis propter hoc inveneritis excommunicationis vinculo innodatos, secundum formam ecclesiae absolutis, iniungentes eisdem quod de iure fuerit iniungendum. Quia vero saepe contingit, quia contra falsam assertionem iniqui iudicis innocens litigator veram non potest negationem probare, quum negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio: ne falsitas veritati praerudicet aut iniquitas praevaleat aequitati, necessarium videtur et aequum, ut, quum quis legitimam exceptionem proponit, illam probare paratus vel ad declinandum iudicium vel ad intentionem alterius elidendam, si forsitan verbo vel facto ab illa recesserit, vel eam non probaverit infra terminum competentem a iudice praefigendum, modestus iudex non ante procedat, quam super hoc instrumentorum vel testium cautelam adhibeat opportunam, per quam, si necesse fuerit, possit de veritate constare, ut, si contra relationem seu processum ipsius fuerit suborta contentio, huiusmodi probationibus ipsius iudicis possit assertio corroborari, quatenus, hoc adhibito moderamine, sic honestis et discretis deferatur iudicibus, quod per improvidos et iniquos innocentium iustitia non laedatur. Et, Ne iudicialis evanescat⁶⁵⁾ auctoritas, quum de litigatoris improbitate constiterit, aduersus assertionem iudicis temere prorumpentis, iuxta superioris arbitrium digna poterit animadversione puniri. "Testes autem etc. Dat. Lat. Non. Ian. Ao. XIII." [1211.]

CAP. XII.⁶⁶⁾

Patroni, advocati vel vicedomini, vendicantes sibi in ecclesiis plus quam iura permittant, per censuram ecclesiasticam compescantur, et, si occidant praelatum vel clericum ecclesiae per se vel per alios, perdamt quod habent ab ecclesia, et eorum posteri usque ad quartam generationem non admittuntur ad clerum, nec in religionibus praeficiuntur.

Idem in concilio generali.⁶⁷⁾

In quibusdam provinciis ecclesiarum⁶⁸⁾ patroni et advocati seu⁶⁹⁾ vicedomini se in tantam insolentiam erexerunt⁷⁰⁾, quod non solum, quum vacantibus debet ecclesiis de pastoribus idoneis providi, difficultates ingerunt et malitias, verum etiam de possessionibus aliisque bonis ecclesiasticis⁷¹⁾ pro sua voluntate ordinare⁷²⁾ praesumunt, et, quod horrendum est dicere, in necem praelatorum prorumpere non formidant. Quum igitur quod ad defensionis subsidium est inventum ad depressionis dispendium non debeat retorqueri, prohibemus expresse, ne patroni vel advocati seu vicedomini super praemissis de cetero plus usurpent, quam reperitur⁷³⁾ in iure permissum⁷⁴⁾, et, si contra praesumpserint, per⁷⁵⁾ severitatem canonicam districtissime compescantur.⁷⁶⁾ Sacri nihilominus concilii approbatione⁷⁷⁾ statumimus, quatenus⁷⁸⁾, si patroni, vel advocati, aut feudatarii, seu vicedomini aut alii beneficiati⁷⁹⁾ alicuius ecclesiae rectorem vel clericum alium ipsius ecclesiae per se vel per⁸⁰⁾ alios occidere vel mutilare ausu nefando praesumpserint, patroni ius patronatus, advocati advocatiam, feudatarii feudum, vicedomini vicedominatum, et⁸¹⁾ beneficiati⁸²⁾ beneficium prorsus amittant. Et ne minus vindictae quam excessus memoria prorogetur, non solum de praemissis nihil perveniat⁸³⁾ ad heredes, sed etiam usque ad quartam generationem posteritates⁸⁴⁾ talium in clericorum collegium nullatenus admittantur, neque in domibus regularibus alicuius praelationis assequantur honorem, nisi cum eis fuerit misericorditer⁸⁵⁾ dispensatum.

CAP. XIII.⁸⁶⁾

Domino excommunicato manente, subditi fidelitatem non debent, et, si longo tempore in ea persistiterit et monitus non paruerit ecclesiam, ab eius debito absoluntur.

Honorius III. Praeposito, Archidiacono et H.⁸⁷⁾ Canonico Suessionensibus.

Gravem "dilectorum filiorum" capituli Lund.⁸⁸⁾ recepimus quaestionem, quod, quum "nobilis vir" comes Registrensis⁸⁹⁾ pro multis iniuriis, quas irrogarat eisdem, per iudices a sede apostolica delegatos excommunicationis vinculo fuerit innodatus, idem, "iam" per duos annos et amplius in excommunicatione persistens, iuri parere pertinaciter renuit, claves ecclesiae "in suae salutis dispendium et plurimorum scandalum" contemnendo. Licet igitur huiusmodi pertinacia non careat scrupulo haereticae pravitatis: volentes tamen nobilitati parcere comitis supra dicti, "si forsitan ad cor revertens a suo respiscat errore," discretioni vestrae mandamus, quatenus, si comes praedictus⁹⁰⁾ "a vobis diligenter communitus, infra quindecim dies" post commotionem vestram⁹¹⁾ non paruerit plene iuri, vos "excommunicationis sententiam latam in eum, sicut rationabiliter est prolata, facientes usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari, et totam terram ipsius eo loca, in quibus idem comes fuerit commemoratus, supponentes ecclesiastico interdico," ecclesias, in quibus aliquod⁹²⁾ ius habere dignoscitur, ab eius debito "sublato cuiuscumque contradictionis et appellationis obstaculo" absolventes, fideles ipsius, quamdiu in excommunicatione perstiterit, ab eius⁹³⁾ fidelitatis iuramento⁹⁴⁾ denunciatis penitus absolutos. "Quodsi forsitan nec sic tribuat ei vexatio intellectum etc."

Cap. X. 52) Restitutum ex Reg. Bal. I. 57. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 53) *Vicentino ep.*: C. R. 2., Reg. — 54) *desid. ap. Aug.* — 55) *bon. mem.*: omitt. C. R. L. — 56) *Vicentinum*: Reg. — 57) *Vicentina*: Reg. — 58) *auct. ap.*: omitt. Comp. IV. Ms. A. B., Reg. — *seq. proh. aut ipsi*: *desid. in Comp. IV. Ms. B.* — 59) *sed nec*: Aug. — 60) omitt. Comp. IV.

Cap. XI. 61) Restitutum ex Reg. Bal. XIII. 196. — Comp. IV. c. 1. de prob. II. 6. — 62) *episcopo et Gervasio archidiacono Suessionensi, et abbati Vallis clausae Cisterc. ordinis, Laudunensis diocesis*: Reg. — 63) *desid. in Comp. IV. Ms. A.* — 64) *Petri*: Comp. IV., Reg., Böhm. — 65) *valescat*: Reg.

Cap. XII. 66) c. 45. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 2. — 67) *const. X. concilii gen.*: Comp. IV. Aug. — *const. XLV.*: Ms. A. B. — 68) *et ecl.*: Aug. — 69) *et*: id. — 70) *add. et audaciam*: id. — 71) *ecclesiae*: C. L. — *ecclesiarum*: C. R. 1. — 72) omitt. C. R. 2. L.,

Comp. IV., conc. — 73) *reperitur*: C. R. 2., Comp. IV., conc. — 74) *expressum*: Aug. — 75) *canonica districtione*: conc. Ms. — 76) *compelluntur*: Comp. IV. Ms. A. — 77) *provisione*: conc. Ms. — 78) *quod*: Aug. — 79) *beneficiarii*: Comp. IV. Ms. A. B. — 80) *abeat ab iisd.* — 81) *vel*: Comp. IV. Ms. A., Aug. — omitt. Ms. B., conc. — 82) *beneficiali*: Comp. IV. Ms. A. — 83) *proveniat*: ib. — 84) *posteritas . . . assumatur*: conc. Ms. — 85) *abeat a Comp. IV. et conc. Ms.*

Cap. XIII. 86) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 87) *add. de Parisiis*: Comp. V. — 88) *Lundin.*: Böhm. — *Laudun.*: C. R. L., Comp. V. — 89) *Registrern.*: C. R. 1. — *Registern.*: C. L. — *leg. Registernensis (Rhetel.)*: cum Comp. V. — 90) *supra dictus*: Böhm. ex Cont. — 91) *nostram*: Comp. V. Cir. — 92) *aliquid iuris*: ib. — 93) *eiusdem*: ead. — 94) *fidelitate*: C. R. L., Comp. V.

TITULUS XXXVIII.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS.

CAP. I.

*Pro manifesto peccato poenitentia publica imponi debet.*Alexander Papa.¹⁾Manifesta peccata non sunt occulta correctione²⁾ purganda.

CAP. II.

*Ponit poenitentiam occidentis presbyterum.**Ex concilio Maguntinensi.³⁾*

Qui presbyterum occiderit, XII. annorum poenitentia ei secundum canones imponatur, *aut, si negaverit, si liber est, cum LXXXII. iuret, si autem servus, super duodecim vomeres ferventes se expurget.* Convictus *noxa* usque ad ultimum tempus vitae suae militiae cingulo careat, et absque spe coniugii maneat.⁴⁾

CAP. III.⁵⁾*Consideratis circumstantiis arbitraria poenitentia indicenda est ei, qui modum excessus se defendendo.*Alexander III. Mediolanensi Archiepiscopo et Suffraganeis⁶⁾.

Significavit nobis vir nobilis⁷⁾ P., quod F.⁸⁾ dicto imperatori, quum olim rediret ab Urbe, castrum Vernicae⁹⁾ negavit. (*Et infra:*) Unde contigit¹⁰⁾, quod, IV. castris destructis, plusquam duo millia domorum destructa fuerunt¹¹⁾ et multi homines interfecti, et¹²⁾ alia mala ibi commissa *dicuntur*, quae longum esset per singula enarrare. Quoniam igitur praefatus P. Deo exinde reconciliari desiderat, *et poenitentiam dignam suscipere, fraternitati vestras per apostolica scripta* mandamus, quatenus *eidem super hoc consilium detis, et* ipsi poenitentiam, secundum quod visum fuerit¹³⁾, misericorditer imponatis¹⁴⁾, attendentes, quod pro libertate sua et *pro* ecclesiae devotione hoc¹⁵⁾ fecit. Quare¹⁶⁾ in his debetis¹⁷⁾ talem discretionem habere¹⁸⁾, ut alii et ipse idem pro austeritate poenitentiae a servitio ecclesiae nullatenus retardentur, nec aliquod salutis¹⁹⁾ periculum *merito* debeant formidare.

CAP. IV.²⁰⁾*Indulgentiae, quae conceduntur per praefatos non subditis, non prosunt, nisi proprii iudices hoc concedant.*Idem Archiepiscopo Cantuariensi²¹⁾.

Quod autem consulisti, utrum remissiones, quae fiunt in dedicationibus ecclesiarum aut conferentibus²²⁾ ad aedificationem pontium, aliis prosint, quam his, qui remittentibus subsunt, hoc volumus tuam fraternitatem²³⁾ *firmiter* tenere, quod, quum a non suo iudice ligari nullus valeat vel absolvi, remissiones praedictas prodesse illis tantummodo arbitramur, quibus, ut prosint²⁴⁾, proprii iudices²⁵⁾ specialiter indulserunt. *Et in hoc eam intelligas quaestionem solutam, in qua quaeritur, utrum is, qui excommunicato communicat, a suo episcopo vel excommunicati absolutionis gratiam debeat implorare.*

CAP. V.²⁶⁾*Non est vere poenitens qui peccandi animum non deponit; tamen recipitur eius confessio.*Idem Helvacensi²⁷⁾ Episcopo.Quod²⁸⁾ quidam, *sicut asseris*, ad confessionem de criminibus

veniunt²⁹⁾, et, quamvis constiteri velint, se tamen asserunt abstinere³⁰⁾ non posse, consultationi tuae taliter respondemus, quod eorum confessionem recipere³¹⁾ debes, et eis de criminibus consilium exhibere, quia³²⁾, licet non sit vera huiusmodi³³⁾ poenitentia, admittenda est tamen³⁴⁾ eorum³⁵⁾ confessio, et crebris et salubribus³⁶⁾ monitis³⁷⁾ poenitentia *est* indicenda.

CAP. VI.³⁷⁾*Qui ex poenitentia debet certa die in pane et aqua ieiunare, potest deficiente pane aliis cibariis uti.*Idem Triburiensi Archiepiscopo³⁸⁾.

Licet tam veteris quam novi testamenti pagina (*Et infra:* [cf. c. 3. de fer. II. 9.]) Si autem illi, qui aliquos dies in pane et aqua ex³⁹⁾ iniuncta sibi poenitentia tenentur peragere, panem, quo vescantur, non habent: leguminibus aut⁴⁰⁾ piscibus aut aliis cibariis reficiantur, si necessitas id⁴¹⁾ exposcat⁴²⁾, discretionem⁴³⁾ tamen adhibita, quod his non ad⁴⁴⁾ delicias, sed ad *necessariam solummodo* sustentationem utantur.

CAP. VII.⁴⁵⁾*Sacerdoti Graeco procuranti, vel studiose negligenti oppressionem suorum, non imponitur poenitentia publica, sed debet abstinere ab altaris officio, et aliter in secreto agere poenitentiam; sed, si delictum est publicum, debet publice agere poenitentiam.*Clemens III.⁴⁶⁾

Quaesitum est *a nobis*, utrum sacerdotibus Graecis, quibus legitimo matrimonio licet uti, poenitentia publica sit imponenda, si eam sibi postulent pro filiis oppressis iniungi. Huic igitur consultationi tuae⁴⁷⁾ taliter respondemus, quod, si ipsis procurantibus vel studiose negligentibus filii in lectis reperiuntur oppressi, ab officio altaris debent⁴⁸⁾ perpetuo abstinere, et eis gravior quam laicis, non tamen publica, nisi in publicum id veniat, poenitentia debet imponi; *qui tamen non solum a sacrarum ordinum executione cessabunt, verum etiam, si sunt infra ipsos, ad eos minime assumantur.* Verum *etiam*, si ex incuria⁴⁹⁾ ipsorum⁵⁰⁾ mortui inveniantur in cunis, et illud fuerit occultum, eis poenitentia⁵¹⁾ pro arbitrio poenitentiarum imponatur, et in terrorem aliorum ad tempus abstinere a celebratione missarum. *Dat. Laterani.*

CAP. VIII.⁵²⁾*Sacerdos poenitentiam arbitrari debet, secundum quantitatem excessus, poenitentis contritionem, et alias circumstantias. H. d. quoad titulum.*Innocentius III. Livoniensi⁵³⁾ Episcopo, et eis⁵⁴⁾, qui cum ipso sunt, Fratribus.

Deus, qui ecclesiam suam (*Et infra:* [cf. c. 11. de vita et honor. III. 1.]) Ceterum, quum poenitentia non tam secundum quantitatem excessus, quam poenitentis contritionem per⁵⁵⁾ discreti sacerdotis arbitrium sit moderanda, pensata qualitate personae super fornicatione, adulterio, homicidio, periurio⁵⁶⁾ et aliis criminibus, consideratis circumstantiis omnibus et praesertim novitate Livoniensis⁵⁷⁾ ecclesiae, competentem poenitentiam delinquentibus imponatis⁵⁸⁾, prout saluti eorum videritis expedire. Apostoli autem vestigiis inhaerentes, dicentis⁵⁹⁾, *ut praedixerimus*: „lac vobis potum dedi, non escam,“ paulatim eos instruat in fide, confessionis formam, orationem dominicam et symbolum illos⁶⁰⁾ sollicito⁶¹⁾ edocentes. Interim tamen corporis et sanguinis Domini⁶²⁾ sacramentum renatis fonte baptismatis consuetis festi-
tibus et in mortis articulo tribuat.

TIT. XXXVIII. Cap. I. 1) Calixtus P.: C. R. 1., Comp. I. — Alex. P. III.: C. R. 2. — est tamen Gregorii, ep. ad Felicem Messan. ep., XIV. 11. — Comp. I. h. t. c. 1. — 2) *correctione*: Comp. I. h. t. c. 1. — 3) Restitutum ex Comp. I. c. 2. de purg. vulg. V. 30. — cf. c. 24. C. XVII. qu. 4. et Coll. ibi c. 1. — 4) c. 24. conc. Mog. hab. A. 847.

Cap. III. 5) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 2. — 6) *et suffr.*: omitt. C. R. L., Comp. I. — 7) *desid.* ap. Aug. — 8) *Frider.*: Böhm. — 9) *Ferruciae*: Comp. I. Ms. — *Ferruciae*: Aug. — 10) *contingit*: Cont. — 11) *fuert*: Comp. I. — 12) *alia etiam mala ibidem*: ead. — 13) *add.*: tibi: C. R. 2. — 14) *imponas*: ib. — 15) *haec*: C. R. 1. — omitt. Comp. I. — 16) *quia*: Aug. — 17) *debet*: C. R. 2. — *debeat*: C. L., Comp. I. — 18) *adhibere*: Comp. I. — 19) *desid.* in Comp. I. Ms.

Cap. IV. 20) Restitutum ex App. XXXV. 4., Comp. I. h. t. c. 3. — 21) *add.*: P. C. Nos (omitt. Aug.) in eminenti: Comp. I. — cf. Comp. I. c. 26. de app. II. 20. — 22) *conferendis*: C. R. 2. — 23) *discretionem*: App. — 24) *professent*: C. R. 2., App. — *professet*: Comp. I. — 25) *pastores*: App.

Cap. V. 26) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 27) *Beloen.* ep.: Comp. II. Ms. B. — *desid.* in Ms. A. — 28) *Clerici*: ib. — 29) *convenient*: Comp. II. Aug. — 30) *sustinere*: Comp. II. Ms. B. — 31) *accipere*: Comp.

II. — 32) *et*: ead. — 33) *omitt.* ead. — 34) *enim*: C. R. 2. — *desid.* ap. Aug. — 35) *omitt.* id. — 36) *salutaribus*: Aug. — 37) *monitionibus*: C. R. 1.

Cap. VI. 37) Restitutum ex Comp. II. c. 3. de fer. II. 5. — 38) cf. not. ad c. 3. de fer. II. 9. — 39) *omitt.* Comp. II. Ms. A. — 40) *et*: ead. — 41) *omitt.* Comp. II. — 42) *exposcit*: ead. — *exposcit*: C. R. L. — 43) *moderata tamen* (desid. in Ms. B.) *discretionem habita*: Comp. II. — 44) *desid.* in Comp. II. Ms. A.

Cap. VII. 45) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 370., Comp. II. h. t. c. 3. (Aug. c. 2.) — 46) *Al. III.*: Comp. II. Aug. — *Cel. III.*: Ms. A. — 47) *omitt.* Luc., Comp. II. — 48) *debeant*: Comp. II. — 49) *extra incuriam*: Comp. II. Aug. — *ex vicinis*: Ms. A. — 50) *omitt.* Luc., Comp. II. — 51) *poena*: Luc.

Cap. VIII. 52) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 604., Comp. III. h. t. c. 1. — 53) *Livionen.*: Comp. III. Ms. — 54) *et eis etc.*: desid. in C. R. 1. — 55) *et*: Comp. III. Ms., Rain. — *et discretionem sacerdotis arbitrio*: Aug. — 56) *omitt.* C. R. L., Comp. III., Rain. — 57) *Livionen.*: Comp. III. Ms. — 58) *iniungatis*: Rain. — 59) 1 Cor. III. 2. — 60) *ipso*: Comp. III. — *ipsium*: Rain. — 61) *sollicitus*: Comp. III., Rain. — 62) *dominici*: Rain.

CAP. IX.⁶³)

Auditor mulieris confessio, quae sibi partum alienum suppositum, vel proprium ex adulterio suscepit, nec illud marito vult detegere.

Idem sancti⁶⁴) Laurentii in Lucina Presbytero cardinali apostolicae sedis Legato.

Officii (Et infra: [⁶⁵cf. c. 38. de elect. I. 6.]⁶⁵) Significasti⁶⁵) "praeterea," quandam mulierem in poenitentia tibi⁶⁶) fuisse confessam, quod timens, ne viri possessio devolveretur ad alios, "inducta cuiusdam consilio veneficae mulieris," quarundam herbarum "quotidie" succum potavit⁶⁷), et sic venter eius intumuit, et inde gravidam se ostendens, "tandem" sibi partum suppositum alienum; timensque maritum, non vult facinus⁶⁸) ipsi detegere, qui prolem credit sine dubitatione qualibet esse suam. Quoniam igitur "per nostras" postulas "literas" edoceri, utrum ei hac fraude durante sit poenitentia iniungenda: *inquisitioni tuae taliter* respondemus, quod, sicut mulieri, quae ignorante marito de adulterio prolem suscepit, quamvis id viro suo timeat confiteri, non est poenitentia deneganda, ita nec illi debet poenitentia denegari, maxime si per alios intelligas⁶⁹) alienos, ad quos timeat possessionem viri devolvi; sed competens satisfactio per discretum sacerdotem ei debet iniungi. *Postremo etc. [cf. c. 42. de sent. excomm. V. 39.]*"

CAP. X.⁷⁰)

Abbatissu moniales benedicere, confessiones audire et publice praedicare non potest.

Idem Valentino⁷¹) et Burgensi Episcopis, et Abbati de N. Cisterciensis ordinis.

Nova quaedam "nuper, de quibus miramur non modicum," nostris sunt⁷²) auribus intemata, quod abbatissae "videlicet, in Burgensi et in Palentinensi dioecesi constitutae," moniales proprias benedicunt, ipsarum⁷³) quoque confessiones⁷⁴) in criminibus audiunt, et legentes evangelium praesumunt publice praedicare. Quum igitur id absolum sit pariter et absurdum, "nec a nobis aliquatenus sustinendum, discretioni vestrae per apostolica scripta" mandamus, quatenus, ne id de cetero fiat, "auctoritate" curetis "apostolica" firmiter inhibere, quia, licet beatissima virgo Maria dignior et excellentior fuerit Apostolis universis, non tamen illi, sed istis Dominus claves regni coelorum⁷⁵) commisit. *Dat. Lat. III. Id. Dec. Ao. XIII.* [1210.]

CAP. XI.⁷⁶)

Tempore generalis interdicti conceditur poenitentia et viaticum morientibus. Hoc primo. Clerici, qui servarunt interdictum, possunt cum silentio in coemeterio sepeliri. Hoc secundo. In conventualibus ecclesiis clerici bini vel trini possunt horum submissa voce dicere. Hoc tertio. Crucis signatis et peregrinis tempore interdicti poenitentia concedi potest.

Hoc quarto.

Idem.

Quod in te⁷⁷) (Et infra: "*Verum quoniam a quibusdam intelleximus dubitari, utrum, quum clericis vel laicis dandum sit viaticum in extremis, an etiam inunctio impendenda, et an cum aliis sacramentis indulgentia sit decedentibus sepultura; utrum etiam in conventualibus ecclesiis demissa voce, ianuis clausis, interdictis exclusis, divina possint officia celebrari; similiter an suscipientibus signum crucis et sanctorum limina visitantibus sit poenitentia iniungenda: ambiguitatem huiusmodi de dubitantium cordibus volumus amputare.*" In illo "enim" verbo, per quod poenitentiam morientibus non negamus, viaticum etiam, quod vere⁷⁸) poenitentibus exhibetur, intelligi volumus, ut nec ipsum "etiam" decedentibus denegetur. Licet autem per generale interdictum denegetur omnibus tam unctio quam ecclesiastica sepultura, concedimus tamen⁷⁹) ex gratia, ut clerici decedentes, qui tamen⁷⁹) servaverint⁸⁰) interdictum, in coemeterio⁸¹) ecclesiae sine campanarum

pulsatione, cessantibus solemnitatibus⁸²) omnibus, cum silentio tumulentur. Et in conventualibus ecclesiis bini et bini, vel similes, hunc canonicis valeant legere, non cantare⁸³), ianuis clausis, interdictis⁸⁴) et excommunicatis⁸⁵) exclusis, et voce ita demissa, quod exterius audiri non possint; quum et regularibus secundum privilegium⁸⁶) sedis apostolicae sit indultum, ut, quum generale interdictum terrae fuerit, liceat eis, ianuis clausis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce celebrare divina. Recipientibus autem signum crucis non negamus, quo minus eis⁸⁷) ob reverentiam crucifixi poenitentia, quum postulaverint, iniungatur, quod⁸⁸) et aliis peregrinis potest misericorditer indulgeri.

CAP. XII.⁸⁹)

Famosum est et multum allegabile, et hoc dicit. Quilibet doll capax tenetur saltem semel in anno confiteri proprio sacerdoti, vel de eius licentia alteri, et eucharistiae sacramentum ad minus in Pascha recipere. Et sacerdos, revelans confessionem, deponendus est, et in monasterio ad agendum perpetuam poenitentiam detrundendus.

Idem in concilio generali.

Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, et iniunctum sibi poenitentiam propriis viribus⁹⁰) studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha eucharistiae sacramentum, nisi forte de proprio sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi⁹¹) perceptione duxerit abstinendum; alioquin et vivens ab ingressu ecclesiae arceatur, et moriens Christiana⁹²) careat sepultura. Unde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne quiaquam ignorantiae⁹³) caecitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet et obtineat a proprio sacerdote, quum aliter ipse illum⁹⁴) non possit⁹⁴) absolvere⁹⁵) vel⁹⁶) ligare. Sacerdos autem sit discretus et cautus, ut more periti medici superfundat⁹⁷) vinum et oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens et peccatoris circumstantias et peccati, quibus⁹⁸) prudenter intelligat⁹⁹), quae debeat ei¹⁰⁰) praebere¹⁰¹) consilium, et cuiusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad salvandum¹⁰²) aegrotum. Caveat autem omnino¹⁰³), ne verbo aut signo aut alio quovis modo aliquatenus prodatur¹⁰⁴) peccatorem. Sed, si prudentiori consilio indigerit, illud absque ulla expressione personae¹⁰⁵) caute requirat, quoniam, qui peccatum in¹⁰⁶) poenitentiali iudicio sibi detectum praesumpserit revelare, non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus¹⁰⁷), verum etiam ad agendam perpetuam poenitentiam in arctum monasterium detrundendum¹⁰⁸).

CAP. XIII.⁹)

Medici, vocati ad infirmos, debent ante omnia inducere infirmum ad confessionem, nec quicquam persuadere pro salute corporis, tendens in animarum periculum.

Idem in eodem.

Quum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proveniat, dicente¹⁰⁹) Domino languido, quem sanaverat: "*Vado, et amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat,*" praesenti decreto statimus, et districte praecipimus medicis corporum, ut, quum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moveant¹¹⁰) et inducant, ut medicos advocent animarum, ut, postquam¹¹¹) fuerit infirmo¹¹²) de spirituali¹¹³) salute provisum, ad corporalis¹¹⁴) medicinae remedium salubrius procedatur, quum causa cessante cesset¹¹⁵) effectus¹¹⁶). Hoc quidem¹¹⁷) inter alia huius causam dedit edicto, quod quidam, in aegritudinis lecto iacentes, quum eis a medicis sanadetur¹¹⁸), ut de animarum salute disponant, in desperationis articulum incidunt, unde facilius mortis periculum incur-

Cap. IX. 63) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 262. — Comp. III. h. t. c. 2. — 64) B. tit. 8. Laur. etc.: Comp. III. Aug. — C. tit. etc.: Ms. — Cynthio tit. 8. Laur. etc.: Reg. — 65) desid. in Comp. III. Ms. — 66) abest a Comp. III. et Reg. — 67) potat: Comp. III. Ms. — 68) fac. illud: Comp. III. — 69) intelligit: C. R. 1.

Cap. X. 70) Restitutum ex Reg. Bal. XIII. 187. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 71) Placen. et Brixen. epp. et abb. de Arcude Cist. ord.: Comp. IV. Ms. A. — Pluc. et Burgen. epp. et abb. de Avundo Custrens. ord.: Ms. B. — Palentin. et Burgen. epp. et abb. de Arc. Cist. ord.: Aug. — Palentino et Burgeni episcopis, et abbati de Morimundo Cisterciensis ordinis: Reg. — 72) fuerunt: Aug. — 73) ipsarumque: Comp. IV. Reg. — seq.: quoque: omitt. C. R. 2. — 74) conf. criminatos: Comp. IV. Aug., Ms. B. — conf. criminatum: Ms. A., Reg. — 75) omitt. Comp. IV. Ms. A.

Cap. XI. 76) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 3. — 77) re: Comp. IV. Aug. — autem: Ms. A. — 78) add.: credentibus: ib. — 79) desid. ib. — 79) dum: C. R. 2. — 80) servaverunt: C. R. 2., Comp. IV. — 81) coemeteriis: C. R. 1. — 82) desid. in Comp. IV. Ms. A. — 83) legere potius quam cantare: C. R. L., Comp. IV. — 84) et int.: Comp. IV. Ms. A. —

85) et exc.: omitt. ead. et Aug. — 86) privilegia: Comp. IV. Ms. A. — 87) cum eis: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 88) quae: C. R. 1.

Cap. XII. 89) c. 21. conc. Lat. IV. hab. A. 1215. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 90) pro virili: Comp. IV. Aug. — pro viribus: Ms. A., B., conc. — 91) ab eis: C. R. L., Comp. IV., conc. — 92) ecclesiastica: Comp. IV. Ms. A. — 92) ex ign.: C. R. L., Comp. IV. — 93) ille ipse: conc. ap. Mans. — ille ipse: conc. Ms. A., Comp. IV. — 94) possit: C. R. 2. — 95) solvere: Comp. IV., conc. C. R. L. — 96) nec: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 97) similiter inf.: Aug. — 98) per quas: Comp. IV., conc. — 99) intelligit: Comp. IV. Ms. A. — 100) illi: Comp. IV., conc. — 1) praestare: Comp. IV. Ms. A. — exhibere: conc. — 2) sanandum: C. R. L., Comp. IV., conc. — 3) omnis sacerdos: C. R. 2. — omni studio: Aug. — 4) perdat: Comp. IV. Ms. A. — 5) omitt. Comp. IV. Aug., Ms. B. — 6) desid. ap. Aug. — 7) deprecimus: Comp. IV. Ms. A. — 8) retrahendus: Aug.

Cap. XIII. 9) c. 22. ib. — Comp. IV. h. t. c. 4. — 10) Ioa. V. 14. — 11) moveant: C. L. — 12) postquam fuerit de salute animarum provisum: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 13) infirmis: conc. — 14) special: Comp. IV. Ms. A. — 15) corporale: Comp. IV. Aug. — 16) cessat: ead., Ms. B. — 17) affectus: Ms. id. — 18) autem: Comp. IV. Ms. A. — 19) consultur: C. L.

runt. Si quis autem medicorum huius²⁰) nostrae constitutionis, postquam per praelatos locorum²¹) fuerit publicata, transgressor extiterit, tamdiu ab ingressu ecclesiae arceatur, donec pro transgressione huiusmodi²²) satisfecerit competenter. Ceterum, quum animus sit multo pretiosior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali²³) salute aliquid aegroti²⁴) suadeat²⁵), quod in periculum animae convertatur.

CAP. XIV.²⁶)

Eleemosynarum quantitates sine apostolicis vel dioecesanorum literis admitti non debent, nec tunc proponant ultra id, quod in ipsis literis continetur. Hoc primo. Et debent esse modesti, et a locis et expensis incongruis abstinere. Hoc secundo. In translatione basilicae ultra annuum, et in annuacione doctores, et in literis indulgentiarum, concessis ab alio quam a Papa, ultra XL. dies remissio excedere non debet. H. d. usque ad fin.

Idem in eodem.

Quum ex eo (Et infra: [cf. c. 2. de relig. et ven. sanct. III. 45:] Eleemosynarum²⁷) quoque quaestores, quorum quidam ac²⁸) alios mentione abusiones nonnullas in sua praedicatione²⁹) proponunt, admitti, nisi apostolicas vel dioecesiani episcopi literas veras exhibeant, prohibemus, et³⁰) tunc praeter id, quod in ipsis continebitur literis, nihil populo proponere permittantur. Formam vero, quam communiter³¹) talibus apostolica sedes indulget, duximus exprimendam, ut secundum eam dioecesiani episcopi³²) suas literas moderentur. Ea³³) siquidem talis est: „Quoniam, ut ait Apostolus³⁴), omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in³⁵) corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messonis extremae misericordiae operibus praevinire, ac aeternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu colligere³⁶) debeamus in coelis, firmam spem fiduciamque rectam³⁷) tenentes, quoniam qui³⁸) parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam aeternam. Quum igitur ad sustentationem fratrum et egenorum³⁹) ad tale confluentium hospitale propriae non suppetant facultates, universitatem vestram monemus et exhortamur⁴⁰) in Domino, atque in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus⁴¹) de bonis vobis a Deo collatis pias⁴²) eleemosynas et grata eis caritatis subsidia erogetis, ut per substitutionem vestram⁴³) ipsorum⁴⁴) inopiae consulatur, et vos per haec⁴⁵) bona et per⁴⁶) alia, quae Domino inspirante feceritis, ad aeterna possitis gaudia⁴⁷) pervenire. Qui autem ad quaerendas eleemosynas destinatur, modesti sint et discreti⁴⁸) et, nec⁴⁹) in tabernis aut in⁵⁰) aliis locis incongruis⁵¹) hospitentur, nec inutiles faciant aut sumptuosas expensas, caventes omnino⁵²) ne falsae⁵³) religionis habitum gestent. Ad haec, quia per indiscretas et superfluas indulgentias, quas quidam ecclesiarum praelati facere non verentur, et claves ecclesiae contemnuntur, et poenitentialis satisfactio enervatur, decernimus⁵⁴), ut, quum dedicatur⁵⁵) basilica⁵⁶), non extendatur indulgentia ultra annum, sive ab uno solo⁵⁷) sive a pluribus episcopis dedicetur, ac deinde⁵⁸) in anniversario dedicationis tempore XL. dies de iniunctis poenitentibus⁵⁹) indulta remissio non excedat. (Et infra⁶⁰):) Hanc quoque dierum numerum indulgentiarum literis⁶¹) praecipimus moderari, quae pro quibuslibet⁶²) casibus⁶³) aliquoties conceduntur, quum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc in talibus moderamen consueverit observare.

CAP. XV.⁶⁴)

Archiepiscopus infra provinciam suam potest concedere indulgentius secundum formam concilii generalis. H. d. et loquitur de cap. praeced. in fine.

Honorius III.⁶⁵)

Nostro postulati certificarum responso, utrum per tuam provinciam

possis concedere remissionis literas generales. Nos igitur fraternitati tuae breviter respondemus; quod per provinciam tuam libere potes huiusmodi concedere literas, ita tamen, quod statutum generalis concilii non excedas.

CAP. XVI.

Episcopus et alii, de quibus in litera, possunt sine licentia superiorum sibi eligere providum confessorum.

Gregorius IX.

Ne pro dilatione poenitentiae periculum imminuat animarum, permittimus episcopis et aliis superioribus, nec non minoribus praelatis exemptis, ut etiam praeter sui superioris licentiam providam et discretum sibi possint eligere confessorum.

TITULUS XXXIX.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

CAP. I.¹)

Impubes, qui clericum percussit, ab episcopo absolvi potest, et qui ioco vel causa disciplinae percussit clericum, etiamsi sit maior, excommunicatus non est; qui vero ex odio, sic, et per Papam absolvitur.

Alexander III. Senonensi²) Archiepiscopo.

Super eo vero³), quod "a nobis" consilium postulasti, "utrum scholares, si se invicem percusserint in plena vel minori aetate, clerici aut religiosi viri in claustris, secundum canonem illum, quo statutum est, ut illi, qui in clericos violentas manus iniiciunt, mittantur ad apostolicam sedem absolventi, debeant pro sua absoluteione ad eandem sedem venire, inquisitioni tuae taliter" respondeamus, quod, si clerici infra puberes annos⁴) adiuvicem, aut⁵) unus alterum⁶) percusserint⁷), non sunt ad apostolicam sedem mittendi, quia eos aetas excusat⁸). Nec "etiam" clerici, si sunt⁹) plenae aetatis, et¹⁰) non "de" odio, vel "de" invidia, vel "de" indignatione, sed levitate iocosa se adiuvicem percussere contingat¹¹), neque magister¹²), si scholarem clericum inaitu disciplinae vel correctionis¹³) percusserit¹⁴), quia non potest in ipsis iniectio manuum¹⁵) violenta notari. Ceterum si ex¹⁶) odio iidem scholares vel saeculares¹⁷) clerici sese percusserint, pro sua absoluteione debent ad apostolicam sedem venire.

CAP. II.¹⁸)

Monachos, se adiuvicem percussentes, absolvit abbas. Idem in canonicis regularibus; et, abbatis discretionem deficiente, recurritur ad episcopum.

Idem eidem.¹⁹)

Monachi vero et canonici regulares²⁰), quocumque modo se in claustris percusserint, non sunt²¹) ad apostolicam²²) sedem mittendi, sed secundum providentiam "et discretionem" sui²³) abbatis disciplinae subdantur, et, si discretio abbatis non sufficit²⁴) ad eorum²⁵) correctionem, est²⁶) providentia dioecesiani episcopi adhibenda.

Cap. XIII. 20) abest a C. l. et Comp. IV. Aug. — 21) omitt. ead. — laicorum: Ms. B. — ecclesiarum: C. R. l. — 22) desid. in C. H. — 23) corporis sanitatis: Comp. IV. Ms. A. — 24) aegro: C. R. L. H., Comp. IV. Aug., Böhm. — 25) student: Comp. IV. Ms. A.

Cap. XIV. 26) c. 62. ib. — Comp. IV. h. t. c. 5. — 27) ecclesiarum: C. H. — 28) quum et: Comp. IV. Ms. A. — 29) in suas praedicationes: C. R. l. — 30) quum et: Comp. IV. Ms. A. — 31) add. omnibus: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 32) abest ab iisd. — 33) Ru... est: desid. in C. H. — 34) 2 Cor. V. 10. — 35) desid. in C. H. — 36) recolligere: Comp. IV. Ms. A. — 37) omitt. C. R. L. H., Comp. IV., conc. — 38) 2 Cor. IX. 6. — 39) et eg. desid. ap. Aug. — 40) hortamur: C. R. — 41) quod: Comp. IV. Aug. — 42) aliquas: ead., Ms. B. — 43) nostram: Comp. IV. Ms. A. B. — 44) temporum: Aug. — 45) hoc: Comp. IV. Ms. A. — 46) felicitatis gaudia: conc. Ms. — 47) et discr.: desid. ap. Aug. — 48) in tab... non hospitentur: id. — 49) omitt. Comp. IV. Ms. A. — in al.: omitt. conc. Ms. — 50) inhonestis: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 51) omitt. ib. — 52) falsum: Comp. IV. Ms. A. — 53) decrevimus: ead. — 54) consecratur: Aug. — 55) ecclesiam: C. R. l. — 56) add.: episcopo: Comp. IV. Ms. A. — 57) inde: C. H. — demum: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 58) desid. ib. — 59) nihil desideratur; nec tamen haec verba, ommissa a Mansio, relictienda arbitramur; legendum enim est, ut oratio bene procedat, cum conc. Ms.: Et infra hunc quoque dierum numerum etc. — Et infra. Ad hunc: Aug. — 60) literas: C. L., Comp. IV., conc. — 61) quibusdam: C. R. l. — 62) causis: C. H., conc.

Cap. XV. 63) Comp. V. h. t. c. un. — 64) abb. et conventui S. Petri de Pyell. Lexon. dioc.: Comp. V. Ms. — abbati et conv. de Praxellis (leg. Praxellis, de Preaux*) Lexovien. dioc.: Cir. — Relicienda tamen est haec capitis inser.; etenim non ad abbatem, quem nec provinciam habere neque a S. Pont. fratris nomine appellari omnes norunt, sed ad episcopum videtur directum fuisse.

TIT. XXXIX. Cap. I. 1) Restitutum ex App. XIV. 7., Lips. VII. 9., Cass. XIX. 9., Comp. I. h. t. c. 2. — 2) Exon. ep. P. C. (add.: quod incipit: Cass.) Sicut dignum: Coll. citt. — cf. c. 6. de hom. V. 12. — 3) omitt. App. — 4) esse: Coll. citt. — 5) ut: Böhm. — desid. in Comp. I. Ms. — 6) alium: Cass. — 7) percusserit: Coll. citt., Coar., Böhm. — 8) excusavit: App. — 9) sint: App., Lips. — si sunt etiam: Comp. I. Ms. — 10) si: App. — 11) contigerit: Cass. — se invicem percusserint: App. — 12) magistris: ead. — magistrum: Comp. I. — 13) correctionis, omisso seq.: perc. Aug. — 14) percussisset: App. — 15) manus: App. — 16) omitt. Cass. — 17) saec.: omitt. C. R. l. — vel saec.: non leg. in Lips. — vel saec. cler.: omitt. App.

Cap. II. 18) Restitutum ex App. XIV. 8., Lips. VII. 10., Cass. XIX. 10., Comp. I. h. t. c. 3. — 19) Item: Comp. I. Aug. — Idem: Ms. — Id. eid. ead. ep.: Lips. — Id. eidem in ead. ep.: Cass. — Idem eidem in ead. ep.: App. — 20) saeculares: App. — 21) add.: super hoc: ead. — 22) eandem: Lips., Cass., Comp. I. — 23) desid. in App. — 24) sufficit: App., Lips., Cass. — 25) desid. in C. R. 2. — 26) erit: App.

CAP. X.⁴⁾

Ponitur forma praecepti, quod sub virtute iuramenti fieri debet illi, qui pro violenta manuum iniectioe in clericum excommunicatus absolvitur.

Idem Genuensi⁵⁾ Archiepiscopo⁶⁾.

Ex tenore literarum tuarum nobis innotuit, quod B. canonicus 'S. Mariae de Fines' in quandam subdiaconum manus iniicit⁷⁾ violentas. (*Et infra:*) Mandamus itaque⁸⁾ "fraternitati tuae", quatenus, recepto ab eo⁹⁾ "canonico" iuramento, quod tuo debeat mandato parere, ipsum vice nostra a sententia, qua tenetur, absolvas, sibi in virtute iuramenti praecepissis, ne¹⁰⁾ de cetero in clericum, monachum, "Hospitalarium" vel alicuius religionis conversum manus iniiciat¹¹⁾ violentas, nisi se defendendo, aut de¹²⁾ mandato suorum fecerit praelatorum, vel nisi super eum praelationis ministerium aut magistrerium¹³⁾ habeat, aut cum ipso in eadem ecclesia socius esse noscatur¹⁴⁾.

CAP. XI.¹⁵⁾

Excommunicatum pro percussione clerici absolvit episcopus, si sine periculo Papam adire nequit; debet tamen sibi mandare, quod adeat Papam impedimento cessante.

Idem Cenomanensi¹⁶⁾ Episcopo.

De cetero noveris, quod, si quis¹⁷⁾ pro violenta manuum iniectioe in clericum est¹⁸⁾ vinculo excommunicationis adstrictus¹⁹⁾, si habens²⁰⁾ capitales inimicitias, vel²⁰⁾ alias iustas excusationes²¹⁾, quibus ab itinere rationabiliter excusetur²²⁾, ita²³⁾, quod sine periculo apostolico se nequeat²⁴⁾ conspectui praesentare, licet dioecesano episcopo, recepto²⁵⁾ iuramento secundum morem ecclesiae sibi²⁶⁾ absolutionis gratiam impertiri. Sed est illi sub iuramento debito iniungendum, ut, quam citius opportunitatem habuerit, Romanum Pontificem²⁷⁾ adeat, mandatum apostolicum suscepturus.

CAP. XII.²⁸⁾

Quum Papa absolutionem excommunicati delegat, mandat recipi cautionem de parendo mandatis ecclesiae.

Urbanus III. Senonensi²⁹⁾ Archiepiscopo.

Ad haec autem, quum "nonnunquam" inter aliquos proebianos tuos, vel inter eos et alios controversas coram delegatis iudicibus agitur, saepius a iudicibus ipsis, ut asseris, auctoritate apostolica tibi iniungitur, ut alteram partium, forte parere iudicio contententem, vel ob aliam causam rationabilem ecclesiastica districtione percellas. Illi vero, qui subiace re excommunicationi mandantur, ad alios iudices literas ab apostolica sede impetrant, a quibus nihilominus auctoritate apostolica tibi mandatur, ut eos, qui de priorum iudicium mandato excommunicati fuerant, habeas absolutos. Super quo tua discretio dubitat, quid tibi in diversitate huiusmodi sit agendum. Ad quod breviter respondemus, quod, si literae, ad secundos iudices impetratae, tacita veritate oblatas non fuerint; eos ad mandatum eorum absolutos habere debes; praecipue quum Romana ecclesia absolutionem sententiae delegatorum iudicium nequaquam consuevit³⁰⁾ aliis delegare, nisi in literis commissionis³¹⁾ contineatur³²⁾ expresse de sufficienti cautione praestanda ab his, qui absolvi debent, quod iudicio ecclesiae debeant³³⁾ obedire.

CAP. XIII.³⁴⁾

Excommunicatus per canonem: "Si quis suadente, sit dives vel pauper, per Papam absolvendus est vel eius legatum; fultis in muliere, sene, infirmo vel mutilato, qui per episcopum absolvi possunt.

Clemens III.³⁵⁾

Ea noscitur (Et infra:) "Quod utique fraternitas tua diligenter

attendens, certificari humiliter postulavit de his, qui violentas manus in clericos aliqua temeritate iniiciunt, nec eis suppulent facultates, ut ad sedem apostolicam valeant laborare, quomodo huius scilicet possit salubriter provideri. Super quo Consultationi tuae³⁶⁾ taliter duximus respondendum, quod³⁷⁾ mulieres, "quae sexus fragilitas impedit", senes³⁸⁾ et valetudinarii, seu "alii," membrorum destitutionibus impediti, licet ad apostolicam sedem non veniant³⁹⁾, ab episcopis⁴⁰⁾ valeant⁴¹⁾ "salutis remedium accipere, et ex eorum officio" fidelium communioni restitui, satisfacto iuxta facultates⁴²⁾ his, quibus per eos conatiter iniurias irrogatas; alios autem, sive pauperes sive divites, sedi apostolicae vel legato eius, ut beneficium absolutionis obtineant, necesse est praesentari. Si vero "huiusmodi" infirmitatis tempore timore mortis beneficium fuerit absolutionis indultum, iuramento praestito⁴³⁾ iniungatur eadem, ut, postquam sanitati fuerint restituti, ad Romanam ecclesiam vel eius legatum accedant, mandatum apostolicum⁴⁴⁾ super talibus⁴⁵⁾ recepturi.

CAP. XIV.⁴⁶⁾

Ante denunciationem vitandus est excommunicatus pro violenta manuum iniectioe in clericos, nisi sit occultus. Hoc primo. Interficiens clericum, qui, contempto clericali habitu, se enormitatibus immiscuit, excommunicatus non est. Hoc secundo.

Idem.⁴⁷⁾

Quum non ab homine (*Et infra:*) "A nobis itaque fuit ex parte tua quaesitum, an teneris abstinere a communione illius, qui pro temeraria manuum iniectioe in sententiam incidit, antequam excommunicatus publice nunciatur, et an incidant in canonem latae sententiae interfectores clericorum et presbyterorum illorum, qui, abiecto suscepti ordinis ministerio, in publicis bellis vel etiam praeter bella se homicidiis pollueri non verentur, quum in comestationibus, et in ebrietatibus, atque rapinis et aliis enormitatibus aequo sunt, ut laici, vel deterius debacchantes. In secunda igitur Consultatione taliter respondemus⁴⁸⁾, quod a communione illius⁴⁹⁾, qui pro⁵⁰⁾ sacrilega manuum iniectioe in⁵¹⁾ clericum in⁵²⁾ edictum excommunicationis incidit, licet denunciatus non sit, "adhuc" debes⁵³⁾ abstinere, nisi forte idi tibi soli pateret. In quo casu ipsum privatim⁵⁴⁾ tantummodo evitabis, quamdiu ab ecclesia toleratur, ut saltem verecundiae rubore suffusus⁵⁵⁾ pro latentis excessu "taliter" satisfacere compellatur. In articulo vero tertiae quaestiois respondemus, quod occisores clericorum aut presbyterorum, qui, "ut dictum est," contempto clericali habitu tyrannidi et enormitati se inverecunde immiscant⁵⁶⁾, in odium clericalis excessus, et⁵⁷⁾ "in" terrorem atque correctionem similium, canone⁵⁸⁾ latae sententiae "laici" minime coeroentur⁵⁹⁾; iniungatur tamen eis poenitentia competens aliquidantum asperior⁶⁰⁾, quam si "omnino" in laicos talia commisit. "Praeterea, quia nemo desperandus est, dum fuerit in mortali corpore constitutus, etc."

CAP. XV.⁶¹⁾

Ante absolutionem communicandum non est excommunicato, licet iuraverit parere mandatis ecclesiae, vel composuerit cum offenso. Hoc dicit primo. Infamato de excommunicatione communicandum non est, nisi se purget, vel ad cautelam absolvatur. H. d. secundo.

Idem.⁶²⁾

Quum desideres, "quid tua fraternitas observare debeat super his, quae dubietatem continent, apostolicae sedis rescripto plenius edoceri: nos, qui, licet immeriti, ex suscepto administrationis officio consultationibus respondere cogimur singulorum, interrogatorum tuarum nodos praesenti rescripto solvere volumus, et tuam in hoc prudentiam commendamus, qui, quum iuris canonici peritiam habeas, et prudentum consilio perfruaris, ad maiorem tamen evi-

Cap. X. 4) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 15. — 5) Januen.: C. R. L. H., Comp. I. — 6) episcopo: Aug. — 7) ingesserit: C. R. I. — iniicit: C. H., Comp. I. Ms. — 8) abeat a C. R. L. — 9) eodem: Comp. I. Ms. — 10) quod: ead. — quia: Aug. — 11) non ini.: Comp. II. — 12) omitt. C. R. L. — 13) aut mag.: desid. in C. H. — 14) socius fuerit: Comp. I.

Cap. XI. 15) Restitutum ex App. XIV. 13., Lips. VII. 13., Cass. XIX. 13., Comp. I. h. t. c. 16. — 16) Cenoniensi P. C. Tuae: Lips. — Cenaniensi P. C. quod incipit. . .: Cass. — add.: P. C. Tuae nos: Comp. I. — cf. c. 1. de cler. perogr. I. 22. — 17) laicus: Coll. cit. — 18) desid. ap. Aug. — 19) affectus: Lips. — 20) habet: Cass. — 20^a) et: C. R. 2. — 21) causas: App., Lips., Cass. — 22) excusetur: C. L. — 23) si sine per.: Lips. — ut sine per.: App. — 24) nequiorant: Cass. — 25) accepto: App. — 26) omitt. Coll. cit. — 27) add.: advenendi: Aug.

Cap. XII. 28) Restitutum ex App. L. 61., Comp. I. c. 8. de reser. I. 2. — 29) Cenoniensi ep.: Comp. I. Ms. — Cenomanensi ep.: Aug. — add.: P. C. Quum in apostolica: Comp. I. — cf. c. 18. de spons. IV. 1. — 30) consuevit: App., Comp. I. — 31) commissis. expresse: Comp. I. Aug. — commiss. sit expresse: Ms. — 32) habeatur: C. H. — desid. in C. R. I. L. — 33) debent: Comp. I. Aug.

Cap. XIII. 34) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 1. — 35) Coel. III.: Comp. II. Ms. A. — 36) tibi: Comp. II. — 37) ut: ead. — 38) omitt. C. H. — 39) veniant: Comp. II. Ms. A. — venerint: Aug. Ms. B. — 40) add.: suis: Ms. A. — 41) valent: C. R. I. L. H. — 42) add.: eorum: C. L. — 43) nos: Comp. II. Ms. A. — 44) sub iuramento: C. R. I. — per iuramentum: C. L. H., Comp. II. Aug. — iuramentum: Ms. A. B. — 44) omitt. Comp. II. — 45) hoc: ead., Ms. A.

Cap. XIV. 46) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. 3. — prior cap. particula (Quum ratio ab homine. Et infra. In secunda . . . compellatur) extat in Luc. ap. Bal. III. 373. — 47) Vidrosiensi archiep.: Luc. — leg. Nidrosiensi (Droutheim*) — 48) ita sentimus: Luc. — 49) eius: ead., Comp. II. — 50) per sacrilegam manuum extensionem: Luc. — 51) in cl.: omitt. ead. — 52) interdictum: Comp. II. Aug. — 53) debeas: Comp. II., Luc. — 54) privato: Luc. — 55) perfusus: C. H., Luc. — 56) commiscuit: Comp. II. — 57) abeat a Comp. II. Ms. A. B. — 58) canonice: Comp. II. Aug. — rigore canonum: Ms. A. — 59) coeroentur: Comp. II. Aug. — coarctantur: Ms. B. — 60) gravior: Luc.

Cap. XV. 61) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 099., Comp. II. h. t. c. 4. — 62) Aquileiensi patriarchae: Luc.

dentiam et formam ceteris praefigendam sacrosanctae Romanae ecclesiae matris tuae consulta requirit, in quo spiritum consilii et fortitudinis, sicut vir discretus et prudens, te habere ostendat. Fuit autem primae quaestionis tenor huiusmodi, utrum aliqui⁶³⁾ excommunicato, qui mandato ecclesiae stare iuravit, et ante absolutionem episcopus ei communionem reddidit, sit communicandum ab aliis, et an episcopus id facere debeat. Cui "siquidem" quaestioni taliter respondemus⁶⁴⁾, quod, quum cautio iuratoria, quam hodie qui excommunicati sunt praestant, potius ad cautelam ac consuetudine ecclesiae, quam "ex" rigore canonum sit inducta, neque momenti tam validi reputetur, quod⁶⁵⁾, nisi absolutiois beneficium subsequatur, ille, qui excommunicatur⁶⁶⁾, debeat communioni aliorum restitui, praesertim quum ex eo iuramento absolutionem consecutus non sit, et constet, eum excommunicatum fuisse, et verum sit, absolutum non⁶⁷⁾ esse, nec⁶⁸⁾ episcopus nec⁶⁹⁾ alii debent communicare eidem, nisi fuerit secundum formam ecclesiae post iuramentum praestitum absolutus, quia "secundum Apostolorum canones et Fabiani statuta Pontificis," qui cum excommunicato seienter communicaverit⁷⁰⁾, "est communione privandus, immo iuxta Isidorum statim" excommunicationis poenam contrahit⁷¹⁾ cum eodem⁷²⁾. Secundae quaestioni, "statuta canonum et praecipue piae memoriae Alexandri III. praedecessoris nostri sequentes," hunc finem duximus imponendum, quod⁷³⁾, si publica fama est, aliquem verberasse clericum, nec episcopum, nec alium⁷⁴⁾ communicare sibi debet, nisi "legitime" ad arbitrium episcopi de hoc se purgaverit, vel ad "maiores" cautelam absolutionis beneficium consequatur⁷⁵⁾. Tertio loco tua discretio requisivit, si clericus, verberatus "ab aliquo, querimoniam apud suum episcopum deposuerit, et testes producere phratus fuerit, et" episcopo mediante⁷⁶⁾ cum suo verberatore composuerit, et ille reconciliatus sibi fuerit, an per hoc is debeat ad aliorum communionem admitti. Super quo tibi breviter respondemus, quod, licet ille, qui violentas manus iniicit, ei, quem laesit, satisfecisse taliter⁷⁷⁾ videatur, ecclesiae tamen, quam⁷⁸⁾ offendit⁷⁹⁾, ex hoc non satisfecisse dignoscitur, et⁸⁰⁾, nisi forma ecclesiae⁸¹⁾, quae pro absolutione talium, "ut supra diximus," introducta est, observetur, non est communicandum eidem.⁸²⁾ "Ultimae praeterea quaestionis omnes perplexiones resolvimus, quod in pari stilo criminis conquadrat, qui clericum captivum detinet, etc."

CAP. XVI.⁸³⁾

Sacerdos, cuius regularem de ecclesia, officia divina turbantem, excommunicatus non est.

Idem.

Venias ad sedem apostolicam I.⁸⁴⁾ later praesentium sua⁸⁵⁾ nobis assertionem "proposita" monstravit, quod, quum matutina officia celebraret, quaedam monialis, ecclesiam "ipsam" ingrediens, cum alio⁸⁶⁾ clerico ludendo impedimentum praestabat⁸⁷⁾, quo minus Deo divinum posset obsequium exhibere; unde memoratus sacerdos commotus, ut liberius posset circa⁸⁸⁾ divinorum celebrationem vacare, manibus in eam apposis, ut⁸⁹⁾ extra⁹⁰⁾ ecclesiam poneret⁹¹⁾, quum nollet exire, in⁹²⁾ trahendo ipsam coegit eandem⁹³⁾ extra⁹⁴⁾ ecclesiam residere. Sed tu illum propter hoc tanquam excommunicatum⁹⁵⁾ evitasti⁹⁶⁾, et facis ab aliis evitare. Ideoque "per apostolica tibi scripta" mandamus, quatenus⁹⁷⁾, si res ita se habet, eum de cetero non evites, quum ex hoc ipsum excommunicatum nullatenus videamus⁹⁸⁾.

Cap. XV. 63) utrum si: Comp. II. Ms. A. — 64) duximus respondendum: Luc. Comp. II. — 65) ut: ead. — 66) excommunicatus est: Luc. — 67) desid. ap. Böhm. — 68) non potest episcopus nec debet ei communionem reddere (dare: Comp. II. Aug. Ms. B.), nec alii eidem (add.: debent: Comp. II. Ms. A.) communicare: Luc. Comp. II. — 69) ecclesiasticam: ead. — 70) communicat: C. R. 1. — cf. c. 16. C. XI. q. 3. — 71) contrahit: Luc. — 72) eo: ead. Comp. II. — 73) quis: Comp. II. Ms. A. — 74) nec alii ei comm. debent: Coll. ead. — 75) accepit: ead. — 76) mediante et communicante ei, qui clericum (ipsum: Luc.) verberavit, amicablem cum eo composuerit (composuit: Luc., Comp. II. Ms. B.), et reconciliatus ei fuerit (fuit: Luc.), an ei communicandum sit ab aliis. Super quo taliter resp.: ead. — 77) omitt. ead. — 78) gratiam: Luc. — 79) laesit: Comp. II. Ms. A. — 80) omitt. Coll. ead. — 81) ecclesiastica: ead. — 82) ei: Comp. II. Aug., Ms. B. — desid. in Ms. A. — non est comm. eid.: omitt. Luc. Cap. XVI. 83) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 369., Comp. II. h. t. c. 5. — 84) desid. in C. H. — L.: Comp. II. Aug. — Iacobus: Ms. A., Luc. — 85) omitt. Luc. — 86) aliquo: C. R. 1. — 87) parabat: Luc. — 88) curra: C. L. — cura divinorum celebrationi officiorum vacaret: C. R. 2. — 89) ut eum: C. R. 1. M. — 90) intra: C. H. — 91) apponeret: Comp. II. Aug. — 92) si: ead. — 93) tandem: ead. — 94) intra: Luc., Comp. II. — 95) excommunicatus: Comp. II. Ms. A. — 96) vitasti: C. R. L., Luc., Comp. II. — 97) quod: Luc. — 98) nullatenus videamus (iudicamus: Aug.) detineri: Comp. II. — videamus aliquatenus non teneri: Luc.

CAP. XVII.⁹⁹⁾

Excommunicati pro levi manuum iniectione in clericum possunt per episcopum absolvi. H. d. secundum communem lectionem, et est textus singularis.

Idem.¹⁰⁰⁾

Pervenit ad nos (Et infra: [cf. c. 5. de test. cog. II. 21.]) *Illos autem, qui valetudine praepediti pro absolutionis beneficio ad sedem apostolicam nequeunt laborare, recepto ab eis, sicut moris est, iuramento, potes absolvere ita, quod sanitati pristinae restituti apostolico se conspectui repraesentent. Sexui vero femineo, et pueris ac senibus super hoc satis te credimus posse libere dispensare. Ecclesias insuper, quae sanguinis vel seminis sunt effusione pollutae, civitatis clericis convocatis cum processione et aquae benedictae aspersione, prout in ordinario habetur scriptum, poteris emundare."* De his "etiam" absolventia¹⁾, qui²⁾ clericia non enormem, sed modicam et levem iniuriam irrogant³⁾, tuae fraternitatis arbitrio duximus committendum⁴⁾.

CAP. XVIII.⁴⁾

Clericus, qui scienter et sponte participat excommunicato in divinis officiis, excommunicatus est excommunicatione minori, et tantum absolvendus per Papam. H. d. secundum Panorm.

Idem.⁵⁾

Significavit nobis (Et infra: Verum clericos "illos," qui scienter et sponte participaverunt excommunicatis a nobis, et ipsos in officiis receperunt, eadem excommunicationis⁶⁾ sententia cum ipsis non dubitamus involvi; quos⁷⁾ etiam pro beneficio absolutionis habendo ad nos volumus cum literarum tuarum insinuatione remitti⁸⁾).

CAP. XIX.⁹⁾

Excommunicatus pro iniectione manuum in clericum, vel incendiarius post publicationem a solo Papa absolvitur.

Idem.

Tua nos duxit fraternitas consulendos, "an si soli sint ad sedem apostolicam destinandi, qui, in latae sententiae canonem incidentes, manus in clericos inverterunt violentas, et utrum non possint ab eadem sententia, nisi per Romanum Pontificem liberari. Unde" Fraternitati tuae taliter¹⁰⁾ respondemus, quod non solum "is," qui in clericos temerarias manus iniiciunt¹¹⁾, sed etiam incendiarii, ex quo sunt per ecclesiam¹²⁾ sententiam publicati, pro absolutionis¹³⁾ beneficio ad apostolicam sedem sunt mittendi¹⁴⁾, "et non nisi per Romanum Pontificem absolventi. Illi vero, qui ecclesiastica beneficia de manibus praesumptum laicorum accipere, non commoverunt pro tali excessu ad sedem apostolicam laborare. De sacerdotis etc. [cf. c. 4. de cler. negr. III. 6.]"

CAP. XX.¹⁵⁾

Legiti de latere absolvere possunt excommunicatos pro iniectione manuum in clericos.

Idem.¹⁶⁾

Ad eminentiam sedis apostolicae "est recurrendum, quoties articulus dubitationis emergit, ut tanto quis promptiori conscientia recipiat et observet quod super re dubia sibi fuerit a sede apostolica responsum, quanto praerogativa dignitatis illius certiori auctoritate ipsius sententia veritatis roborata, quae in B. Petro Apostolorum principe praef. aliis omnibus amplitudinem praelationis accepit." Sicut "autem" ex parte tua¹⁷⁾ nostris est auribus intimatum, tibi exstat¹⁸⁾ dubium; utrum absolutionis beneficium assequantur qui

Cap. XVII. 99) Restitutum ex ipsa ep. ed. a Manrique in Annal. Cist. III. 223. — Luc. ap. Bal. III. 374., Comp. II. h. t. c. 6. — 100) Segori ep.: Luc. — Seguntino ep.: orig. — 1) omitt. Coll. ead., orig. — 2) qui non fratri enormem iniuriam irrogat, tuae fr. arb. dux. relinquendum: Luc. — 3) irrogaverint: C. R. 1., orig. — 4) relinquendum: orig. Cap. XVIII. 4) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 377., Comp. II. h. t. c. 7. — 5) Coelestinus Anconitano ep. in III. libr. Reg.: Luc. — 6) omitt. Luc., Comp. II. — 7) add.: nos: Comp. II. Ms. A. — 8) transmitti: Luc., Comp. II. Cap. XIX. 9) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 384., Comp. II. h. t. c. 8. — 10) breviter: Comp. II. — desid. in Luc. — 11) mittunt: Luc. — 12) ecclesiasticam: ead., Comp. II. — 13) add.: suae: Comp. II. Ms. A. — 14) destinandi: Luc., Comp. II. Cap. XX. 15) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 369., Comp. II. h. t. c. 9. — 16) Coelestinus III.: Comp. II. Ms. A. — Coel. III. Rothomagensis archiep.: Luc. — 17) fraternitatis tuae: Luc., Comp. II. — 18) exstitit: Cont., Böhm. — dubium tibi (tale: Comp. II. Ms. A.) exstat (existit: Aug.), utrum si sint pro absolutis habendi (pro absolutionis habendi beneficio: Aug. — hi sunt qui absolutionis adepti beneficium), Ms. B. qui quum (omitt. Luc.) pro iniectione (proiectione: Comp. II. Ms. A.) manuum in clericos vel alias religiosas personas excommunicationem incurrerunt (incurrerint: Aug. — incurrerent et: Luc.), a legatis cardinalibus, qui a latere Rom. Pont. destinantur, sunt (fuerint: Aug. — omitt. Ms. B. — sint: Luc.) pro tempore absoluti: Coll. ead.

pro iniectione manuum in clericos vel alias religiosas personas excommunicationem incurrerunt¹⁸⁾, et a legatis cardinalibus, qui a latere Romani Pontificis destinantur pro tempore, absolvuntur, quum iidem legati mandatum "sibi" super hoc¹⁹⁾ non ostendant²⁰⁾ expressum. Super quo id a te "ac tuis suffraganeis" volumus observari, ut eos habeas²¹⁾ absque omni²²⁾ haesitationis scrupulo absolutos, quos constitit talibus beneficium "fuisse" absolutio- nis adeptos. "Dat. Laterani."

CAP. XXI.²³⁾

Generalis excommunicatio non ligat, nisi subditos proferentis.

Idem.²⁴⁾

A nobis fuit ex parte tua quaesitum, utrum²⁵⁾, si quis ita pronun- ciaverit: „quisquis²⁶⁾ furtum fecerit, excommunicatus sit:“ haec generalis clausula²⁷⁾ ad ipsius excommunicatoris²⁸⁾ subditos referatur²⁹⁾, an generaliter extendatur ad omnes, qui non sunt de iurisdictione illius³⁰⁾. Ad quod "utique" dicimus, quod hac sen- tentia non nisi subditi obligantur³¹⁾, nisi forte plus³²⁾ "ei" contu- lerit maior et largior³³⁾ auctoritas delegantis.

CAP. XXII.³⁴⁾

Qui cum effractione spoliant ecclesias, excommunicati sunt, et per Pa- pnam tantum post denunciationem absolvuntur.

Idem.³⁵⁾

Conquesti sunt nobis "dilecti filii" Reginenses³⁶⁾ canonici, quod I. de Malafrena et³⁷⁾ eius sequaces "ecclesiam de Viliaco³⁸⁾ et alias" quasdam ecclesias Reginensis episcopatus violenter confrage- runt, easque spoliaré minime dubitarunt, "et quosdam homines Reginensis ecclesiae depraedari nullatenus dubitaverunt." Quo- niam igitur "haec" gravia sunt, nec clausis debent oculis praeter- iri: mandamus, quatenus, si est ita, memoratos sacrilegos, "pub- lico accessis candellis, appellatione cessante" excommunicatos nunciatis³⁹⁾, et faciatis sicut excommunicatos arctius evitari, donec passis iniuriam congrue satisfaciunt, et⁴⁰⁾ damna pro eis⁴¹⁾ data resarciant, et cum literis vestris rei veritatem continentibus apostolica se conspectui⁴²⁾ repraesentent.

CAP. XXIII.⁴³⁾

Percutiens vel etiam interficiens clericum, se, dimisso clericali habitu, saevius enormitatibus immiscens, non tenetur ire pro absolutioe ad se- dem apostolicam. Ita generaliter sumari potest.

Idem.⁴⁴⁾

Perpendimus ex literis tuis, quod quidam sacerdos "tuae diocesis" pro eo, quod se filium regis falso⁴⁵⁾ nominare praesumpsit, et armis acceptis⁴⁶⁾, "in provincia" seditionem fecit et guerram, a "dilecto filio" B.⁴⁷⁾ comite "per viros" iussus⁴⁸⁾ est fustigari; qui postea eius⁴⁹⁾ mandato traditus patibulo expiravit. "Quia igitur tam ipsum comitem quam alios huius facti participes velle super hoc satisfacere intinasti, praesenti pagina" Fraternitati⁵⁰⁾ tuae duximus respondendum, quod, si memoratus sacerdos tali modo excessit, et "arma ferens" non propulsendo⁵¹⁾, sed inferendo iniuriam fuit occisus, non videtur nobis, quod interfectores eius⁵²⁾ propter hoc⁵³⁾ ad obtinendam absolutionem apostolicam sedem adire cogantur; tu vero; qui merita personarum bene⁵⁴⁾ nosti, poenitentiam eis competentem iniungas. "Ceterum etc. [cf. Comp. II. c. 4. de vot. III. 21.]"

Cap. XX. 18) incurrunt: C. H. — 19) his: Luc. — 20) extendunt: Comp. II. Ms. A. — 21) habentis: Luc. Comp. II. — 22) omnis: Luc. Cap. XXI. 23) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 371., Comp. II. h. t. c. 10. — 24) Oeolest. III. Luc. — Id. (i. e. Coel. III.) Rothomagensi de- cano: Comp. II. Ms. A. — 25) omitt. C. H., Luc. — 26) quod quisq.: Comp. II. Ms. A. — 27) sententia: Luc. — 28) excommunicantis: Comp. II. Ms. A. B. — 29) restringatur: Luc., Comp. II. Ms. A. — 30) ipsius: ib. — 31) ligatur: C. H. — 32) postea: Comp. II. Aug., Ms. B. — 33) amplior: C. R. I. Cap. XXII. 34) Restitutum ex Comp. II. h. t. e. 11. — 35) Alex. III.: Comp. II. Ms. A. — Coelestinus III.: Aug. — 36) Regini: C. R. L., Comp. II. Ms. B. per tot. — Reginens: Ms. A. B. per tot. — 37) vel: C. R. I. — e. I. filius Cavalea et eorum sequ.: Comp. II. Aug. — et W. fil. Canalea (de Canalea: Ms. B.) et eor. sequ.: Ms. A. B. — 38) ita Comp. II. Ms. A. B. — Miliator: Aug. — 39) denunciatis: C. R. I., Comp. II. — 40) add.: illata: Aug. — 41) pro eis: omitt. C. R. L. H., Comp. II. — 42) apostolice sedis conspectui: C. R. L., Comp. II. Aug., Ms. B. Cap. XXIII. 43) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 385., Comp. II. h. t. c. 12. — 44) Coelestinus III.: Comp. II. Aug., Ms. B. — Idem (i. e. Alex. III.): Ms. A. — Clemens III. Albocensi (Hutocensi) episcopo electo: Luc. — 45) omitt. Luc., Comp. II. — 46) assumptis: C. R. I. — arreptis: Luc. — 47) G.: C. R. — H.: Luc., Comp. II. Aug., Ms. B. — 48) vias: Luc., Comp. II. Ms. A. B. — 49) de eius: C. H. — 50) frat. t.: omitt. Luc. — 51) non propulsendo iniuriam, sed eam inferendo: ead., Comp. II. Aug., Ms. B. — non propulsenda iniuria, sed inferenda: Ms. A. —

CAP. XXIV.⁵⁵⁾

Iudex ecclesiasticus, faciens percussio clericum per suum, etiam causa disciplinae; excommunicatur, et ipse, et verberans pro absolutione tenentur ire ad Papam.

Idem.⁵⁶⁾

Universitatis vestrae consultationem accepimus, qua⁵⁷⁾ nos⁵⁸⁾ requisistis, utrum "ille" laicus incidat⁵⁹⁾ in excommunicationis edic- tum, qui ad iussionem abbatis, in cuius servitio commoratur, in clericum, "aut" monachum, aut conversum temerarias manus praesumit⁶⁰⁾ iniicere⁶¹⁾, maxime ubi causa non subest, propter quam⁶²⁾ debeat⁶³⁾ verberari. Nobis autem videtur, quod, nisi causa regularis disciplinae hoc faciat⁶⁴⁾ abbas in⁶⁵⁾ propria per- sona, vel, si⁶⁶⁾ necessitas urget, per clericum vel monachum fieri iubeat, tam⁶⁷⁾ qui tales verberari praecipit⁶⁸⁾, quam illi, qui verberant⁶⁹⁾, etiam si causa subesset, excommunicationis sententiam, donec ad apostolicam sedem veniant, nequaquam evadunt⁷⁰⁾.

CAP. XXV.⁷¹⁾

Clericus, ut laicus incedens, tertio monitus non respiciens, perdit pri- vilegium clericale.

Idem.⁷²⁾

In audientia nostra talis fuit ex parte tua proposita consultatio, utrum clerici, qui arma militaria relicta⁷³⁾ habitu clericali ge- stare nullatenus erubescunt, si eis⁷⁴⁾ fuerit iniuria corporalis illata, vel se a captione⁷⁵⁾ redemerint, illa clericorum debeant im- munitate gaudere, qua pro temeraria manuum iniectione, facta in clericum, excommunicatus⁷⁶⁾ quis ipso iure notatur⁷⁷⁾. Ad haec tibi breviter respondemus, quod, quam⁷⁸⁾ frustra ecclesiae⁷⁹⁾ im- ploret⁸⁰⁾ auxilium⁸¹⁾, qui committit in ipsam, et lex saecularium principum huic responso⁸²⁾ satis efficax⁸³⁾ asserat⁸⁴⁾ argumen- tum, qua⁸⁵⁾ manifeste cautum habetur⁸⁶⁾, matronam, cuius pudicitia attentata fuerit, non posse iniuriarum agere, si in veste me- retricali⁸⁷⁾ fuerit deprehensa, huiusmodi clerici, si "suarint" a praelatis suis tertio comoniti, "et" militaria⁸⁸⁾ noluerint⁸⁹⁾ arma deponere, de privilegio clericorum⁹⁰⁾ subsidium aliquod⁹¹⁾ habere non debent.

CAP. XXVI.⁹²⁾

Excommunicatus propter iniectionem manuum in clericum, impeditis ire ad curiam, potest ab inferiore absolvi; sed inpedimento cessante tenetur curiam visitare, suscepturus mandatum apostolicum.

Idem.⁹³⁾

Quod de his "etiam, in quibus non dubitas, et quid de his ipsis ob- servari debeat plurimum agnovisti, sedis apostolicae responsa requir- ri, tanto fraternitatem tuam magis in Domino collaudamus, quanto in his, quae sacrorum canonum institutionibus sunt expres- sa, auctoritate nostra procedere desideras et disponis. Sane, re- quisivit a nobis fraternitas tua, utrum is, qui se constituit in latae sententiae canonem incidisse, nec ad hoc potest induci, ut ad sedem apostolicam veniat absolvendus, ab episcopo vel etiam a simplici presbytero absolutionis beneficium possit vel debeat promereri, et utrum presbyteris bigamis vel viduarum maritis, eorum uxori- bus viam universae carnis ingressis, missarum liceat solemnia cele- brare. Verum, licet, quid de his observare debeat, sacris cano- nibus sit definitum, hoc tamen" Fraternitati tuae "ad praesens" duximus respondendum, quod is, qui asserit, se⁹⁴⁾ in canonem

52) eisdem: Luc., Comp. II. — 53) hunc: Luc. — 54) melius nunti, et alium possum competentem adiungas: Luc. Cap. XXIV. 55) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 373., Comp. II. h. t. c. 13. — 56) Coelestinus III.: Comp. II. — Coelestinus FM. capitulo Biniaco (Bianotino): Luc. — 57) quod: Luc. — 58) abest a C. R. L. — a nobis requisitis: Luc. Comp. II. — 59) incidit: Aug. — 60) praesumpsit: Comp. II. Ms. A. — 61) mittens: Luc. — 62) quare: ead. — 63) debeat: Comp. II. Aug., Ms. B. — debeant: Luc. — 64) facit: Luc. — 65) et tunc in pr.: Comp. II. Ms. A. — 66) ubi eum: Aug. — 67) add.: ille: C. H. — 68) praecipit: C. R. L. — 69) verberaverint: ib. — 70) evadunt: Comp. II. Cap. XXV. 71) Restitutum ex Reg. ap. Bal. III. 373., Comp. II. h. t. c. 14. — 72) Coelestinus III.: Comp. II. — Clemens III. praeposito Falc.: Luc. — 73) et rel.: Comp. II. Ms. A. — etiam rel.: Aug., Ms. B. — 74) ei: Aug. — 75) captore: Luc. — 76) excommunicatione: C. H. — 77) nate- tur. Ad hoc: Luc. — 78) omitt. Comp. II. Ms. A. — 79) legis: ead. — 80) invocat: C. R. L., Luc., Comp. II. — 81) suffragium: Luc. — 82) huic resp.: desid. in Comp. II. Ms. A. — 83) efficacis: ... argumenta, quo: Luc. — 84) offerat: Comp. II. — asserat: Halm. — cf. fe. 15. §. 15. D. de iniur. — 85) in qua: Comp. II. Ms. A. — 86) est: C. H. — 87) meretricis: Luc. — 88) omitt. ead. — 89) volunt: Comp. II. Ms. A. — 90) aliorum cler.: Comp. II. Aug. — illorum cler.: Ms. B. — 91) subs. al.: desid. in Luc. Cap. XXVI. 92) Restitutum ex Luc. ap. Bal. III. 380., Comp. II. h. t. c. 15. — 93) Coelestinus III.: Comp. II. — Coel. III. Brugna (Brugna- tenci) Brugato*) ep.: Luc. — 94) omitt. Luc.

latae sententiae incidisse, non aliter⁹⁵), quam per sedem apostolicam vel eius legatum absolutio potest beneficium obtinere, nisi forte in mortis "sit" articulo⁹⁶) "constitutus," vel paupertate, aut infirmitate vel senectute tanta gravaretur⁹⁷), quod ad ecclesiam Romanam laborem subire⁹⁸) non valeat veniendi, vel ab⁹⁹) hoc alio impedimento canonico retrahatur¹⁰⁰). Ceterum ab his in¹) forma sacramenti exigi consuevit, ut²) resumtis viribus et opportunitate concessa Romanam ecclesiam in propria³) persona debeant⁴) visitare. "De presbyteris etc. [cf. c. 3. de bigam. non ord. l. 21.]"

CAP. XXVII.⁵)

Ligatus pluribus excommunicationibus, licet ex eodem facto, obtinens absolutioem expressa una causa seu una excommunicatione, non habetur pro absoluto quoad aliam.

Innocentius III. Archiepiscopo, Decano et Praeceptorum Lugdunensibus.⁶)

Quum pro causa, quae inter "dilectos filios" G. et F. Cabilonensis⁷) ecclesiae archidiaconos vertebatur, eis "dilectum filium G. sancti Hadriani diaconum cardinalem" concesserimus⁷) auditorem, procuratorem G. "archidiaconi inter alia" allegavit, quod, quum F. archidiaconus in succentorem "Cabilonensis ecclesiae, diaconatus fungentem officio," in communi dormitorio manus iniecerit temere violentas, et eum⁸) traxisset verberando per claustrum, tu, frater archiepiscopo, eum ob violentam manu iniectioem et violationem⁹) immunitatis ecclesiae fecisti excommunicationem publice nunciari. (Et infra: [*cf. c. 6. de proc. l. 38.]* "Nos igitur, causam ipsam vestro examini committentes," Discretionis vestrae "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si vobis constiterit, dictum F. archidiaconum ob duplicem causam excommunicatum fuisse, et expressisse tantum alteram in literis, quas super absoluteione sua "a sede apostolica" impetravit, ipsum tanquam excommunicatum satisfacere ecclesiae suae pro altera, monitione praemissa "per censuram ecclesiasticam appellatione remota" cogatis. "Praedictas vero etc. Expensas etc. [cf. c. 6. de proc. l. 38.]*"

CAP. XXVIII.¹⁰)

Excommunicato, decedenti in excommunicatione, quantumcunque contritus decesserit, non est communicandum ante absolutioem, nec pro eo orandum, licet sit quoad Deum absolutus. "Sed si constat ecclesiae de contritione praecedenti, absolvetur etiam post mortem ab eo, a quo vivus fuerat absolvens; et heredes eius compelluntur per ecclesiam ad satisfaciendum pro eo.

Idem Abbati S. Andreae.

A nobis est saepe quaesitum, utrum, si aliquis excommunicatus, in quo indicia fuerint poenitentiae manifesta, nec per eum steterit, quo minus reconciliaretur¹¹) ecclesiastica¹²) unitati, non suscepto beneficio absolutiois decesserit, pro absoluto ab ecclesia sit habendus, et utrum pro tali recipienda sit eleemosyna, et a fidelibus sit orandum. "Ut autem quod intendimus per suppositionem exempli apertius exprimamus, quidam presbyter et canonicus regularis, sicut per tuas nobis literas intimasti, quum publica laboraret infamia, quod ad quandam conjugatam accederet, maritus mulieris et consanguinei eius in eum manus iniecerunt temere violentas; propter quod per episcopum denunciati sunt excommunicationis sententiae subiaccere. Verum ipsi, postmodum ad eundem episcopum accedentes, praestito in manibus eius, quod parerent iudicio ecclesiae, corporaliter iuramento, in mandatis receperunt ab ipso, quod propter hoc apostolico se conspectui praesentarent. Quumque unus illorum se ad iter accingeret veniendi, a quibusdam suis aemulis est peremptus, et extra coemeterium ecclesiae tumulatus. Et licet contra interfectores amici et consanguinei interfecti graviter sint commoti, eis tamen omnem rancorem remitterent et offensam, dummodo interfecti cadaver traderetur ecclesiasticae sepulturae. Videretur igitur forsitan in hoc casu quibusdam,

quod, quum sacramentum non necessitatis articulus, sed contemptus religionis excludat, et iudicium ecclesiae divinum possit et debeat iudicium imitari, quum in interfecto praedicto manifesta poenitentiae signa praecesserint, et propter hoc absolutus apud Deum esse credatur, absolutus etiam ab ecclesia sit habendus; sed e contrario, quum ex sola culpa ligetur quis quoad Deum apud triumphantem ecclesiam, ex sola vero sententia ligetur quoad hominem apud ecclesiam militantem, quando vinculum culpae remittitur, absolvetur apud Deum, sed apud homines non absolvetur, nisi quando vinculum sententiae relaxatur; alioquin ecclesiae absolutio nullatenus necessaria videretur, si in sola cordis contritione praeter sacerdotale officium rigor relaxaretur ecclesiasticae disciplinae." Nos igitur consultationi tuae "de communi fratrum nostrorum consilio" breviter¹³) respondemus, quod iudicium Dei veritati, quae non fallit, nec fallitur, semper innititur; iudicium autem ecclesiae nonnunquam opinionem sequitur¹⁴), quam et fallere saepe¹⁵) contingit et falli. Propter quod contingit interdum, ut qui ligatus est apud Deum apud ecclesiam sit solutus¹⁶), et qui liber est apud Deum ecclesiastica sit sententia innotatus. Vinculum ergo, quo peccator ligatus est apud Deum, in culpae remissione dissolvitur; illud autem, quo ligatus est apud ecclesiam, quum sententia remittitur, relaxatur, quod in suscitatione Lazari sermo evangelicus manifestat, quem prius Dominus suscitavit, et Apostolus praecipit postmodum solvere suscitatum. Unde, quantumcunque se quis¹⁷), iuramento praestito, quod ecclesiae mandato pareret, humiliare curaverit, quantumcunque¹⁸) poenitentiae signa praecesserint; si¹⁹) tamen morte praeventus absolutiois non potuerit²⁰) beneficium obtinere, quamvis absolutus apud Deum fuisse credatur: nondum tamen²¹) habendus est apud ecclesiam absolutus. Potest tamen et debet ei ecclesiae beneficio subveniri, "scilicet" ut, si²²) de ipsius viventis poenitentia per evidens signa constiterit, defuncto etiam²³) absolutiois beneficium impendatur. Nec obstat, quod ecclesiae legitur attributa potestas ligandi atque solvendi homines super terram, tanquam non possit solvere et ligare²⁴) sub terra sepultos, et quod legitur, "Non²⁵) communicetur mortuo, cui non est communicatum et vivo," quum²⁶) etsi communicatum non fuerit, communicandum tamen illi fuisset, quem non contemptus religionis, sed necessitatis articulus impedit, et in certis casibus a canonibus denotatis ligasse legatur ecclesiae mortuos et solvisse²⁷). Ut autem in uno pariter et eodem²⁸) negotio et servemus rigorem, et mansuetudinem ostendamus: statuimus, ut illius mortui absolutio a sede apostolica requiratur, qui, quum viveret, ab ea²⁹) fuerat³⁰) absolvens; aliorum autem absolutioem ex praemissa causa³¹) ceteris indulgemus, a quibus, dum viverent, fuerant absolvens. Absolutiois autem forma servetur, ut fiat cum poenitentiali psalmo, et tam oratione dominica quam alia consueta³²). Heredes quoque³³) ipsius ad satisfaciendum pro ipso, si monitione³⁴) praemissa noluerint, per distractionem³⁵) ecclesiasticam compellantur. "Dat. Lat. II. Non. Maii" [1199.]

CAP. XXIX.³⁶)

Detinens clericum in custodia vel vinculis sine laesione, excommunicatus est. H. d. primo. Communicatus excommunicato scienter in crimine excommunicatus est, et, nisi difficultas impediatur, absolvi debet ab excommunicatore cum iuramento. Communicatus vero extra crimine reconciliari potest per simplicem sacerdotem sine iuramento. H. d. usque ad finem.

Idem Vratislaviensi³⁷) Episcopo.

Nuper a nobis tua discretio requisivit, quid de illis laicis sit faciendum³⁸), qui³⁹) clericos "violenter", sine laesione⁴⁰) tamen, in custodia detinent publica vel privata, vel etiam detrudunt in vincula⁴¹), "utrum in canonem latae sententiae incidant, ut ipso facto sint excommunicationis vinculo innotati, sicut illi, qui manus iniiciunt in clericos temere violentas;" et utrum, qui nominatim

Cap. XXVI. 95) non nisi per sed. ap. absolutiois potest beneficium promereri: ead., Comp. II. — 96) periculo: Luc. — 97) gravaretur: Cont., Böhm. — 98) sustinere: C. R. 2. — 99) ob hoc: Comp. II. Ms. A. — 100) retrahantur: ead. Ms. B. — 1) add.: huiusmodi: ead. Ms. A. — 2) omitt. ead. — 3) a pers.: ead. — 4) debeat: ead., Luc.

Cap. XXVII. 5) Integrum exstat in c. 6. de proc. l. 38., ad quod lectores nunc alegare liceat. — Comp. III. h. t. c. 1. — 6) London.: Comp. III. Aug. — Lundun.: Ms. — 7) Cabilon.: C. I. — Cabilon.: C. R. 2. — Gabilonen.: Böhm. — 7) concessimus: Comp. III., Reg. Böhm. — cf. c. 6. de proc. cit. — 8) quum: C. L. — 9) et violentum vel viol.: Aug.

Cap. XXVIII. 10) Restitutum ex Reg. Bal. II. 61. — Comp. III. h. t. c. 2. — 11) reconcilietur: Comp. III. Ms. — 12) add.: disciplinae: Comp. III. — 13) taliter: C. R. 1. — 14) persequitur: Reg. — 15) semper: Aug. — 16) absolutus: C. R. 1. — 17) dictus: Comp. III. Ms. — dictus vir:

Aug. — praedictus: Reg. — 18) quantumcunque: C. R. 1., Comp. III. — quantumcunque: Reg. — 19) quis: Comp. III., Reg. — 20) potuit: ib. — 21) desid. in Comp. III. Ms. — 22) quum: Comp. III., Reg. — 23) omitt. C. H. — 24) et fig.: desid. ib. — 25) ne: C. R. I., Comp. III. Ms. — cf. c. 12. de sepult. III. 28. — 26) quum, etsi excommunicato non fuerit communicandum, tamen illi fuisset: Comp. III. Aug. — quum etsi excommunicato non facile erit communicandum, tamen etc. Ms. — 27) add.: ligatus: C. H. — 28) in eod.: Comp. III. — 29) ab apostolica sede: Comp. III., Reg. — 30) erit: Comp. III. Ms. — 31) eam: Aug. — 32) alii consuetis: C. L. — 33) tantum: Comp. III. Aug. — tamen: Ms., Reg. — 34) commotione: Comp. III., Reg. — 35) censuram: C. L. — 36) Restitutum ex Reg. Bal. II. 66. — Comp. III. h. t. c. 3. — 37) Vratislaven.: Comp. III. Ms. — Wineglanien.: Aug. — 38) sentiendum: Reg. — 39) add.: quandoque: C. H. — 40) add.: corporati: C. R. 2. — 41) vinculis: Comp. III. Ms.

excommunicatis scienter⁴²⁾ communicant, absolvi ab⁴³⁾ excommunicatione possunt per confessionem a simplici sacerdote, vel episcopi seu archiepiscopi⁴⁴⁾ sit ab eis absolutio expectanda⁴⁵⁾; "et, si post actam poenitentiam cum illis valeas dispensare, qui, etsi bigami de iure non sunt, de facto saltem bigami nuncupantur eo, quod in sacris ordinibus constituti more nuptiali secundas in contubernium sibi mulierculas adiunxerunt." Nos igitur inquisitioni tuae taliter ex ordine respondemus⁴⁶⁾, quod in primo consultationis articulo non credimus laicos poenam excommunicationis evadere, quamvis per⁴⁷⁾ eorum factum corporalis laesio non fuerit subsecuta, citra quam violentia saepius circa⁴⁸⁾ clericos nequiter perpetratur. In secunda vero questione credimus distinguendum, an⁴⁹⁾ is, qui nominatim excommunicato communicat⁵⁰⁾, scienter in crimine communicet criminioso, et consilium impendendo, auxilium vel favorem, aut alias in oratione vel osculo, aut orando⁵¹⁾ secum, aut etiam comedendo⁵²⁾. In primo quidem articulo, quum talis et communicet criminari, et participet criminoso, ac per hoc ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui⁵³⁾ damnatus, ab eo vel eius superiore merito⁵⁴⁾ delicti tunc erit absolutio requirenda, quum iuxta canonicas sanctiones⁵⁵⁾ facientem⁵⁶⁾ et consentientem per poenam constingat. In secundo vero casu s. suo episcopo vel a⁵⁷⁾ proprio sacerdote poterit absolutio beneficium obtinere. Quamvis enim et tunc non iudicia, sed iuris sententia excommunicato communicans⁵⁷⁾ sit ligatus, quia tamen conditor canonis⁵⁸⁾ eius⁵⁹⁾ absolutioem⁶⁰⁾ sibi⁶¹⁾ specialiter non refrinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi. In autem, qui iuxta primum modum excommunicato communicat, cum iuramento debet absolvi; qui vero iuxta secundum modum illi participat, reconciliari poterit sine iuratoria cautione. Verum, si difficile sit ex aliqua iusta causa, quod ad ipsum excommunicatorem absolvendus accedat: concedimus indulgendo, ut, praestata iuxta formam ecclesiae cautione⁶²⁾, quod excommunicatoris mandato parebit, a suo absolvatur episcopo vel proprio sacerdote. "Tertius etc. [cf. c. 4. de big. non. ord. l. 21.] Dat. Lat. XVII. Kal. Jun. [1199.]

CAP. XXX. 62)

Iuramentum excommunicatis de stando mandatis ecclesiae non habet vim absolutiois. H. d. primo. Excommunicato nullus communicare tenetur praeter personas exceptas; alias communicans excommunicato incurrit minorem, et est excommunicandus maiori, nisi ille esset excommunicatus cum participibus suis, qui tunc esset excommunicatus maiori.

Idem Strigonsensi Archiepiscopo⁶³⁾.

Quod in dabilis nostro postulae certificari rescripto, ut iuxta illud tuas discretionis arbitrium modereris, fraternitatem tuam dignis in Domino laudibus commendamus. Sans consuluit nos tua fraternitas, utrum altare, in quo excommunicatus divina celebrare praesumpsit, reconsecrari debeat, et an sit communicandum excommunicato, qui, quod staret mandato ecclesiae, iuratoriam praestitit cautionem, sed nondum absolutiois beneficium est adeptus, et si excommunicato communicare aliqui, et qui etiam tenentur. Quaesivit etiam, quae poena eis fuerit iniungenda, qui excommunicatis nolentes communicant vel invit, et quid de presbyteris sit agendum, qui gubernant navea ad pugnam, et pugnant, etiam, qui alios incitant, sed non pugnant. Ad haec autem fraternitati tuae taliter Respondemus, quod excommunicato⁶⁴⁾, licet, quod stet mandato ecclesiae, iuramento firmaverit, communicari non debet, donec per ecclesiam fuerit absolutus; alioquin post iuramentum non esset absolutio necessaria. "Utrum autem, si absolutiois beneficium non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excluderit, tali vel saltem in morte communicare sit licitum, quia minime per tuas literas requisisti, ad praesens non dubitamus respondendum." Nullus autem scienter "omnino" nominatim excommunicato communicare tenetur, nisi quaedam personae, quae per illud Gregorii Papae capitulum: „Quoniam mul-

tes⁶⁵⁾, specialiter excusantur. Illi autem, qui nominatim excommunicatis praesumptuose participant, praeter personas a⁶⁶⁾ dicto canone annotatas⁶⁷⁾, nisi ab eorum participatione communis forte destiterit, excommunicationis vinculo sunt inmodandi⁶⁸⁾; socus autem, si scienter ei communicant, qui cum participibus suis est vinculo excommunicationis sententialiter innotatus⁶⁹⁾. Tunc enim et ipsi sententiam excommunicationis incurrunt. "Quia vero etc. [cf. c. 5. de poen. l. 37.] Dat. ap. civ. Castellamm VI. Id. Oct. [1199.]

CAP. XXXI. 70)

Excommunicato communicare tenentur qui prius erant et obligati ad obsequium familiare; alii vero non tenentur de necessitate, licet interdum possint de necessitate urgente.

Idem Dyetroribus decretorum⁷¹⁾ Bononiensibus⁷²⁾.

Inter alia, quae venerabilis frater noster Strigonsiensis⁷³⁾ archiepiscopus "adum apostolatus nostro" proponi fecit "humiliter consulendo, illud etiam, si bene meminimus, requisivit, utrum excommunicato communicare quis, et qui etiam tenentur; cui Nos⁷⁴⁾ "super illo" recolimus "articulo" respondisse, quod nullas "omnino" nominatim excommunicato scienter communicare tenetur, nisi quaedam personae, quae per illud Gregorii Papae capitulum: „Quoniam multos⁷⁵⁾, specialiter excusantur. Verum ex hac "nostra" responsione "magna quibusdam, sicut accepimus," orta⁷⁶⁾ est occasio disputandi, aliis concedentibus, quod excommunicato communicare tenentur⁷⁷⁾ personae in praedicto capitulo nominatae, praesertim quae prius ad communionem eorum ex debito tenebantur, aliis asserentibus, eos "excommunicatis" communicare licite posse, si velint, non tamen ad hoc ex necessitate teneri. Ut igitur, unde ius prodiit, interpretatio quoque procedat, ambiguitatem huiusmodi taliter duximus absolvendam⁷⁸⁾, quod, quum quaedam personae, in praemisso capitulo "prius" denotatae, illis⁷⁹⁾, in quos lata fuerit⁸⁰⁾ excommunicationis sententia "subsequenter," ante prolationem ipsius obsequio tenerentur familiariter⁸¹⁾ adherere, neque postmodum ad contrarium⁸²⁾ tenentur, quum⁸³⁾ adhuc "ipsum" debitum duret, beneficio canonis id agente, a⁸⁴⁾ priore non sunt⁸⁵⁾ obnoxietate solutae, sed ad familiare tenentur obsequium, et ita per consequens⁸⁶⁾ ad communionem "quoque" tenentur⁸⁷⁾, sine qua illud nequeunt exhibere. Illud autem non ad omnes personas capituli credimus referendam, ut videlicet obnoxietati huiusmodi sint subiectae, quum viatores, peregrini et mercatores a communionem talium personarum, nisi articulus necessitatis imminet, debeant abstinere, ut in fine⁸⁸⁾ colligitur manifeste, sed ad illas duntaxat, quae talibus arctiori tenentur obnoxietate constrictae, quibus tamen in his, pro quibus sunt excommunicatione notatae, ut in criminibus, communicare non debent⁸⁹⁾, sed ab eis penitus abstinere. "Unde prudenter in praemissa consultatione respondemus, non omnes personas, sed quasdam, quae per illud Gregorii capitulum specialiter excusantur, ad communionem huiusmodi praemisso modo teneri etc."

CAP. XXXII. 90)

Si excommunicatus pro manuum iniectione scienter recipit ordinem, et est clericus saecularis, deponendus est; si regularis, ab executione ordinis est suspensus. Qui, ignorans ius vel factum, sic excommunicatus recipit ordinem, si est clericus saecularis, dispensat cum eo solus Papa; si regularis, dispensat abbas, si ignorantia est probabilis, et factum non est grave.

Idem⁹¹⁾.

Quum illorum absolutio, qui pro violenta manuum iniectione in clericos labem excommunicationis incurrunt, "praeterymas" in quibusdam casibus, a praedecessore nostro⁹²⁾ exceptis, sed duntaxat apostolicae reservetur: nonnulli⁹³⁾, ecclesiasticam sententiam negligentes, in excommunicatione positi ecclesiasticis ordinibus accipere non formidant. Quid autem de his⁹⁴⁾ fieri debeat, apostolicum saepius oraculum imploratur⁹⁵⁾. Circa quos credimus,

Cap. XXIX. 42) desid. in C. H. — 43) desid. in Comp. III. Ms. — 44) archipresbyteri: Reg. — 45) expectanda: C. L. H., Comp. III. Ms. — 46) ducimus respondendum: Comp. III., Reg. — 47) omitt. C. R. H., Comp. III., Reg. — 48) contra: Aug. — 49) aut: C. H. — 50) scienter communicat: C. R. L., Comp. III., Reg. — 51) in or.: C. L. — 52) in eadem: Aug. — 53) quod: Comp. III. Ms. — 54) abest a C. H. — 55) facientes et consentientes: Comp. III., Reg. — 56) omitt. Comp. III., Reg. — 57) communicationis: Comp. III. Ms. — 58) canonis: Comp. III., Reg. — 59) ei: C. H. — 60) solutionem: Comp. III., Reg. — 61) qui: Comp. III. Aug. — desid. in Ms. — 62) eiusdem cautione: C. R. 2.
Cap. XXX. 62) Restitutum ex Reg. Bal. I. 384. — Comp. III. h. t. c. l. — 63) episcopo: C. R. — Nidrosiensis archiep.: Reg. — 64) nec excomm. . . comm. debet: Comp. III. — quod nec altare, in quo excommunicatus celebrat, debet, nisi aliud interveniat, consecrari, nec exc. . . comm. debet: Reg. — 65) multi: Comp. III. Ms. — cf. c. 106. G. XI. qu. 3.

— 66) omitt. Comp. III., Reg., B6hm. — 67) denotatae: Reg. — 68) innotati: Comp. III. Ms. — 69) sunt . . . innotati: Aug.
Cap. XXXI. 70) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 589. Comp. III. h. t. c. 4. — 71) omitt. C. R. I. H. — 72) Bononiense: C. L., Aug. — 73) Nidrosiensis: Comp. III. Aug. — Nidrosiensis: Ms., Rain. — 74) omitt. Goll. cit. — 75) multi: Comp. III. Ms. — cf. c. 103. G. XI. qu. 3. — 76) exortit: Rain. — 77) tenentur: Comp. III. — 78) amovemus: C. H. — 79) omitt. Comp. III. — 80) fuerat: C. R. 2. H. — fuit: Rain. — 81) et fami: Comp. III. Ms. — 82) contraria: ead. — necessaria: Aug. — 83) duntaxat: Comp. III. Ms. — 84) omitt. Rain. — 85) sine: Comp. III. — 86) consequentiam: ead., Rain. — 87) desid. in C. H. — 88) add.: capituli: C. R. I. — sicut eiusdem canonis serie: Rain. — 89) debent: id.
Cap. XXXII. 90) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I. 592. Comp. III. h. t. c. 5. — 91) Bisidem: Rain. — 92) praedecessoribus nostris: Coll. cit. — 93) add.: tamen: C. R. I. — 94) huiusmodi: Rain. — 95) imploratur: C. R. I.

"sicut reperitur in subditis," distinguendum, quod tales vel sciunt, excommunicationis se vinculo⁹⁶) irretitos, vel non recolunt factum, pro quo in latae sententiae canonem inciderunt, vel factum quidem scientes, iuris ignari nesciunt exinde⁹⁷) se teneri. Primos⁹⁸), si fuerint saeculares clerici⁹⁹), a susceptis¹⁰⁰) ordinibus censensus in perpetuum deponendos; in reliquis casibus tam archiepiscopi quam episcopi absque mandato sedis apostolicae speciali dispensandi facultatem se noverint non habere, quibus etiam¹) est absolutio talium interdicta, quum²) maiora intelligantur illis prohibita, quibus vetita sunt minora. Poterunt tamen huiusmodi³) Romani Pontificis auribus intimari, ut ab eo secundum rigorem⁴) vel aequitatem responsum prodeat, prout discretio sua viderit faciendum. Qui si⁵) claustrales huiusmodi fuerint, licet a *"bonae memoriae praedecessore nostro"* Alexandro Papa fuerit constitutum⁶), quod monachi et canonici regulares, quocumque modo se in claustris percusserint, non sunt⁷) ad apostolicam sedem mittendi, sed secundum *"discretionem et"* providentiam sui⁸) abbatis disciplinae subdantur, et, si abbatibus discretio ad eorum correctionem⁹) non sufficit, providentia est dioecessani episcopi adhibenda; et alibi dicitur¹⁰), quod de saeculo fugientes, qui religionis habitum in monasterio receperunt, et inter cetera postmodum confitentur, se tale commississe delictum, per quod¹¹) ipso actu excommunicationis sententiam incurrerunt, sine licentia Romani Pontificis abbas non potest nec debet eos¹²) absolvere, quamvis praesumptionem delinquentium debita¹³) possit animadversione punire: nos tamen in¹⁴) religionis favorem, et¹⁵) ut evagandi materia subtrahatur, maiorem¹⁶) eis gratiam exhibere¹⁷) volentes, eorum¹⁸) praelatis¹⁹), quod etiam talibus absolutionis beneficium impertiri valeant, indulgemus, nisi excessus ipsorum extiterit *"adeo"* difficultas et enormis, utpote si ad mutilationem membri vel effusionem²⁰) sanguinis est processum, aut in episcopum aut *"in"* abbatem violenta²¹) *"sit"* manus iniecta, quum excessus tales et similes nequeant sine scandalo praeteriri. Si vero claustralis aliquis in religionem personam²¹) alterius claustris manus iniecerit violentas, per abbatem proprium, et eius, qui passus est iniuriam, absolvat. Quodsi clericum percusserit saecularem, non nisi per apostolicam sedem, ut scandalum evitetur, absolutionis gratiam poterit promereri. Si autem *"et"* hos ad ordines promovendi contingat, iuxta praemissam distinctionem²²), qui scienter in contemptum ecclesiasticae disciplinae se fecerint ordinari, ab executione suscepti ordinis et²³) officii decernimus²⁴) manere suspensos. Circa reliquos vero, facti memoriam vel iuris peritiam non habentes, monasteriorum utilitate pensata, post iniunctam²⁵) regularem²⁶) poenitentiam et peractam abbatibus ipsorum poterunt dispensare, nisi grave fuerit et notabile²⁷) factum, aut is, qui fecit, adultus fuerit et discretus, ut violententer *"et valide"* contra oblivionem vel ignorantiam praesumat. Praecipimus autem abbatibus, ut formam istam diligenter observent, ne privilegium mereatur²⁸) amittere, qui sibi permessa abutitur potestate.

CAP. XXXIII.²⁹)

Monialis, percussus monialem seu conversum, vel clericum saecularem, incidit in excommunicationem, et ab episcopo loci absolvi potest.

Idem Pistoriensi Episcopo.

De monialibus tua a nobis fraternitas requisivit, per quem eis sit beneficium absolutionis impendendum, si vel in se³⁰) invicem vel conversos³¹) vel conversas suas, aut clericos etiam, *"in suis monasteriis servientes,"* manus iniecerint temere violentas. Super hoc³²) igitur tuae consultationis taliter respondemus, ut³³) *"auctoritate nostra"* per episcopum, in cuius dioecesi *"eorum"* monasteria fuerint, absolvantur. *"Dat. Lat. III. Kal. Mart. [1202.]"*

CAP. XXXIV.³⁴)

Contractus etiam, qui sine communione explicari non potest, non dissolvitur, seu impeditur per excommunicationem, supervenientem in eum, qui tenetur aliquid praestare non excommunicato.

Idem universis³⁵) Crucesignatis.

Si vere *"vos poenitet de commisso, et plene proponitis satisfacere de peccato, Deum vobis credimus, immo novimus, iam placatum. Si ergo Veneti ad satisfactionem induci et absolutionis beneficium meruerint obtinere, secure cum eis navigare poteritis, et praesidium Domini praesidiari."* Quodsi Veneti³⁶) forte nec satisfacere voluerint, nec absolvi, *"utpote qui non dolere, sed gaudere dicuntur porcus de commisso:"* vobis permittimus, ut cum ipsis usque in terram Sarracenorum vel *"Hierosolymitanam"* provinciam, iuxta quod inter vos convenit et ipsos, vel honeste convenierit, navigio transeat, quanto minus poteritis, cum dolore tamen³⁷) et amaritudine cordis, et sub spe veniae communicantes eisdem. Quum enim iam³⁸) a vobis maiore navis receperint³⁹) quantitatem, nec ad eam possint reititendam induci aut etiam coarctari: si aliter fieret, videremini vos damnum ex poenitentia⁴⁰) ipsi vero praecipuum ex contumacia reportare, quum ad hoc debitum exsolvendum ipsi vobis maneant obligati, et ab excommunicatione exigi possit et recipi quod debetur. Est autem cautum in iure, quod, si quisquam per terram haereticorum aut quorumlibet excommunicatorum transierit, necessaria emere ac recipere poterit⁴¹) ab eisdem. Praeterea, si paterfamilias domus excommunicationis sententia fuerit innodatus, a participatione illius⁴²) familia excusatur. Licet ergo dux Venetorum dominus navium tanquam paterfamilias domus in excommunicatione persistat, vos tamen, tanquam ipsius familiam⁴³), dum in navibus eius fueritis, ipsius excommunicatio non continget⁴⁴), et excusabiles eritis apud Deum, si in excommunicatorum navibus existentes cum dolore cordis sub spe poenitentiae *"excommunicatis"* communicaveritis ipsis, in quibus eorum communionem⁴⁵) non potueritis⁴⁶) evitare. *"Verum etc."*

CAP. XXXV.⁴⁷)

Praelatus potest et debet clericum, subiectum incorrigibilem, incarcerare, et laici citra metum excommunicationis de praelatorum licentia capere possunt clericos, et ad iudicium ducere.

Idem Londonensi⁴⁸) Episcopo.

Ut famae tuae *"consulas et saluti, et sic malorum audaciam comprimis, ut ab eis bonorum innocentiam tuearis, super his nos humiliter consulis, quae officium pastorale contingunt, ut de nostra responsione securus iniunctae tibi sollicitudinis debitum laudabilis exsequaris."* Sane consuluisti⁴⁹) nos, utrum clerici graviter excedentes, qui tute non possunt⁵⁰) monasteriis ad agenda⁵¹) poenitentiam deputari, quoniam, quum non poeniteant de commissis, opportunitate fugiendi captata carcerem fugerent claustris, et prioribus se sceleribus scelestius⁵²) immiserent, a te vel alii praelatis suis arctae possint⁵³) custodiae mancipari, *"et utrum laici, si clericos in magnis sceleribus deprehendant, in canonem incident latae sententiae, quum nec comprehendere, nec ad iudices trahere ipsos possint, nisi manus in eos iniecerint violentas. Ad primum igitur"* Respondemus, quod, quum praelati excessus corrigere debeant subditorum, et publicae utilitatis⁵⁴) intersit, ne crimina remaneant impunita, et⁵⁵) per impunitatis audaciam fiant⁵⁶) qui nequam fuerant nequiores, non solum possunt, sed debent etiam *"superiores"* clericos, postquam fuerint de crimine canonice condemnati, sub arcta custodia detinere, qui, quum sint incorrigibiles, nec in monasteriis valeant custodiri, ad similia vel peiora facile⁵⁷) laberentur. Laici vero citra excommunicationis sententiam capere clericos, et ad iudicium trahere possunt⁵⁸), si oporteat, etiam violententer, dum tamen id de mandato faciant praelatorum, quorum illi sunt iurisdictioni subiecti, et quorum est corrigere criminosos,

Cap. XXXII. 96) vinculis: Comp. III. — sententia: Rain. — 97) inde: id. — 98) Primo: Comp. III. Ms. — Cont. — 99) omitt. C. R. L. H., Coll. citt. — 100) surreptis: Aug., Rain. — 1) desid. in Comp. III. Ms. — 2) et: C. R. L. H., Coll. citt. — quum et: C. L. — 3) haec: Rain. — 4) add.: C. R. L. — 5) Quodsi: C. R. L. H. — 6) cf. supra c. 2. — 7) sint: Rain. — 8) desid. ap. eund. — 9) correptionem: Rain. — 10) dicat: Coll. citt. — 11) propter quod: C. R. L. — 12) omitt. Rain. — 13) condigna: C. R. L. — 14) ob: C. L. — 15) omitt. Coll. citt. — 16) uberiorem: Rain. — 17) adhibere: C. H. — 18) atque eorum: C. R. L. — 19) abbatibus: Coll. citt. — 20) effusionis: C. R. L. — 21) violententer: Aug. — 21) in religiosis alt.: id. — 22) distinctionem: Rain. — formam: C. R. L. — 23) ordinis et: desid. ap. Rain. — 24) decrevimus: C. R. L., Comp. III. Ms. — 25) add.: sibi: C. H. — 26) desid. in Comp. III. Aug. — et reg.: Ms. — 27) enorme: C. H. — 28) mercantur... abusi fuerint: Rain.

Cap. XXXIII. 29) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 1. — Comp. III.

h. t. c. 6. — 30) sive in se inv.: C. R. L. — 31) in conv.: C. R. — 32) quo: C. R. L. — 33) quod: C. R. 2.

Cap. XXXIV. 34) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 192. — Comp. III. h. t. c. 7. — 35) omitt. Reg. — 36) omitt. Comp. III., Reg. — 37) abest a C. H. — 38) desid. ib. — 39) perceperint: C. R. L. — 40) add.: incurrisse: Aug. — 41) possit: C. R. L. — 42) ipsius: Comp. III., Reg. — 43) familia: ib. — 44) contingit: C. R. L., Comp. III. Aug. — 45) communicationem: Böhm. ex Cont. — 46) poteritis: C. R., Cont. — nequiveritis: Reg.

Cap. XXXV. 47) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 183. — Comp. III. h. t. c. 8. — 48) Triburien.: C. R. L. — London.: C. L., Comp. III. — Lundensi archiep.: Reg. — 49) nos tua frat. duxit consulendos: Comp. III., Reg. — 50) possent: Comp. III., Reg. — 51) agenda: Cont., Böhm. — 52) celerius: Comp. III. — 53) possunt: C. R. — 54) auctoritatis: Reg. — 55) et ne: C. L. — 56) faciant: Aug. — 57) de facili: Comp. III., Reg. — 58) poterunt: Reg.

quam hoc non ipsi, sed illi, et quorum auctoritate id faciant, facere videantur; dum tamen non amplius eorum violentia se extendat, quam defensio vel rebellio potius exigit⁵⁹) clericorum. *Dat. Anagninae IV. Id. Dec.* [1203.]

CAP. XXXVI.⁶⁰)

Excommunicatus est qui in clericum, etiam volentem, manus iniecerit violentas, etiamsi hoc faciat in satisfactionem praecedentis iniuriae. H. d. et est casus notabilis.

Idem Bracharensi⁶¹) Archiepiscopo.

Contingit interdum *in partibus tuis, et de consuetudine regionis habetur, sicut tua nobis fraternitas intimavit,* quod clerici, si quem offendat⁶²), et satisfacere velint offenso, secundum morem patriae, quem inter se laici *iam* observant, corpora sua sponte supponunt XXX. *vel XL.* seu pluribus aut paucioribus percussioibus fustium, *quas frequenter non coacti suscipiunt, sed volentes, non solum de aliorum clericorum manibus, sed etiam laicorum. Unde nos humiliter consulebas, utrum huiusmodi percussiones in canonem incidant sententiae promulgatae.* Nos autem⁶³) fraternitati tuae super hoc⁶⁴) *taliter* respondemus⁶⁵), quod huiusmodi manus iniectio, etsi non⁶⁶) violenta, tamen iniuriosa videtur, quum ille canon non tam in favorem clerici ordinati, quam in favorem ordinis clericalis⁶⁷) fuerit promulgatus⁶⁸). Ideo et volumus et mandamus, ut id de cetero prohibeas attentari *per provinciam Bracharensis*⁶⁹). Si quis autem clericus post prohibitionem huiusmodi sponte se subiecerit *tali poenae, vel laicus in eum talem poenam iniecerit,* excommunicetur *utroque,* proviso, ut⁷⁰) clericus iniuriam passus sine iniuria clericali satisfaciat competenter, quatenus inter eos pax valeat rationabiliter reformari. *Dat. Rom. ap. S. Petr. VII. Kal. Mart. Pont. nostr. Ao. IX.* [1206.]

CAP. XXXVII.⁷¹)

Servus excommunicatus pro iniectio manu in clericum, tenetur pro absolute iure ad sedem apostolicam. Sed, si ex hoc dominus, qui non fuit in culpa, grave damnum patiat, vel servus hoc faciat in eius fraudem, absolvi potest ab episcopo, si laesio non fuit enormis.

Idem Lugdunensi⁷²) Archiepiscopo.

Relatum est nobis, quod, quum aliqui servi *tuae provinciae* propter iniectio manu in clericum violentam in canonem incidunt sententiae promulgatae, allegantibus dominis eorundem, quod carere mancipiis suis nolunt, venire ad sedem apostolicam absolventi non curant, per occasionem huiusmodi eludentes ecclesiasticam disciplinam. Quocirca *fraternitati tuae per apostolica scripta* mandamus, quatenus eos venire compellas ad sedem apostolicam absolventes, quum plus sit Deo quam homini deferendum; nisi fecerint hoc in fraudem, ut subtrahant se obsequio⁷³) domino, aut ipsi⁷⁴) domini propter hoc sine culpa sua grave damnum incurrant⁷⁵). Tunc enim⁷⁶) in utrolibet⁷⁷) casu poteris eos ex indulgentia nostrae provisionis⁷⁸) absolvere, quum nimis sint ab apostolica sede remoti, sed in recompensationem⁷⁹) laboris, quem in itinere sustinerent, alia⁸⁰) eis satisfactio iniungatur, dumquod non sit tam gravis et enormis excessus, ut propter vitandum scandalum et tollendum exemplum huiusmodi servi ad servum servorum Dei⁸¹) venire debeant absolventi. *Dat.*⁸²) *Rom. ap. S. Petr. Id. Ian. Ao. VIII.*

CAP. XXXVIII.⁸³)

Excommunicatus propter participationem cum excommunicato, licet eum postea impugnet, ex hoc solo pro absoluto non est habendus.

Idem Strigonensi⁸⁴) Archiepiscopo.

Sacris est canonibus institutum *(Et infra: [cf. c. 12. de sepult. III. 28.]).* Licet *autem* is, qui voluntarius excommunicatus illis

communicaverat⁸⁵), qui cum omnibus fautoribus et participibus suis excommunicationis sententia sunt adstricti, ad eor *postmodum* rediens, de mandato ecclesiae excommunicatus⁸⁶), quos prius⁸⁷) foverat, expugnaverit⁸⁸): non tamen prius, quam absolutionis gratiam perceperit, habendus est absolutus, nec, si occumbat in huiusmodi bello, sunt⁹⁰) absolutiones⁹¹) vel oblationes recipiendae pro eo⁹²), vel orationes Domino⁹³) porrigendae, nisi quum de ipsius viventis poenitentia per evidenti signa constiterit, et⁹⁴) iuxta cuiusdam⁹⁵) constitutionis nostrae tenorem defuncto⁹⁶) etiam absolutionis beneficium impendatur.

CAP. XXXIX.⁹⁷)

Semel excommunicatus debet vitari semper ut excommunicatus, nisi legitime probet, se fuisse absolutum.

Idem Assuntinensi⁹⁸) Episcopo.

Sicut nobis *tuis literis intimasti, quum aliquos tuae dioecesis clericos vel laicos, culpis suis exigentibus, excommunicationi supponis, ipsi, postmodum ad te, nulla satisfactione praemissa, sine testimonialibus literis redeuntes, dicunt, se absolutionis beneficium accepisse; quibus si credi debeat in hac parte, per nos instrui suppliciter postulasti, quum propter causam huiusmodi, sicut dicit, tuae sententiae a subditis contemnantur. Nolentes itaque malitiam hominum indulgere,* paternitati tuae taliter respondemus, quod, nisi excommunicati a te super absolutione sua literas nostras, vel illius, cui vices nostras in hac parte commisimus, reportaverint⁹⁹), aut alio modo legitime de illorum absolutione tibi constiterit, tu¹⁰⁰), *eorum absolutioni fide non habita,* ipsos pro excommunicatis ut prius habeas et facias vitari. *Dat. Lat. II. Id. Aug.* [1199.]

CAP. XL.¹)

Si excommunicatus ab episcopo metropolitanum appellat, ab eo absolvi potest; metropolitanus tamen, volens suo suffraganeo deferre, potest illum sibi remittere, quando propter manifestum excessum fuit excommunicatus. Et ante absolutionem non auditur volens probare, se iniuste excommunicatus; secus, si probare vult, sententiam esse nullam.

Idem Senonensi Archiepiscopo.

Per tuas literas *nobis intimasti, quod, quum venerabilis frater noster Autissiodorensis episcopus in dilectum filium Autissiodorensis archipresbyterum excommunicationis sententiam promulgasset, archipresbyter tuo se conspectui praesentavit, et, quod stare mandata ecclesiae, sufficientem obtulit cautionem, petens humiliter, ut absolutionis ei beneficium exhiberes; tu vero, volens episcopo memorato deferre, ipsum saepius monuisti, ut absolvet archipresbyterum memoratum. Sed quia monitis non parebat, excommunicatum absolvere curavisti, quem episcopus pro absoluto non habet, utpote qui proponit, quod ad te illius absoluto non spectabat. Unde quaeris, quid in similibus de cetero sit agendum.* Videtur *enim* aliquibus, quod, quum ad metropolitanum per appellationem quaestio non defertur, excommunicatus autem vocem non habeat appellandi, utpote ab ecclesia separatus, sive appellaverit sive non, metropolitanus ei non debet absolutionis beneficium exhibere. Verum ex verbis cuiusdam epistolae²), quam *dicunt* scholastici *decretalem, et* a *bonae memoriae* Alexandro Papa *praedecessore nostro* emanasse proponunt, habetur, quod, si ante appellationem in aliquem excommunicationis sententia fuerit promulgata, metropolitanus, ante litis ingressum ab eo iuramento recepto secundum ecclesiae consuetudinem, debet ipsum absolvere, nisi voluerit episcopo dioecetano deferre, ipsaque ad eum³) remittere absolventum. Ubi etiam consequenter infertur, quod nec excommunicati sunt audiendi, priusquam fuerint absoluti, nec sunt ad illos, a quibus appellaverant, remittendi. In Sardicensi⁴) autem⁵) concilio reperitur, ut is, qui ab episcopo est abiectus⁶), finitimos episcopos interpellat, et⁷) causa eius audiatur et diligen-

Cap. XXXV. 59) exegerit: id., Comp. III. Ms. Cap. XXXVI. 60) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 4. — Comp. III. h. t. c. 10. — 61) Braccaren.: Böhm. — 62) offendant: C. H. — 63) igitur: C. R. 2. — 64) haec: Aug. — 65) duximus respondendum: Comp. III. — 66) add.: sit: C. H. — 67) desid. in Comp. III. Ms. — 68) introductus: C. R. 2. — 69) sponte subierit: Comp. III. — 70) quod: Comp. III. Aug. — desid. in Ms. Cap. XXXVII. 71) Restitutum ex Reg. Brequ. IX. 11. — Comp. III. h. t. c. 11. — 72) Ludon.: C. L. — Londonen.: Comp. III. — Lundensi: Reg. — 73) ab obs.: Comp. III. — 74) ipsis: Aug. — sequi: dom.: non exatit in Comp. III. et Reg. — 75) incurrerent: Comp. III. Aug. — incurrerint: Ms., Reg. — 76) et in: Comp. III., Reg. — 77) utroque: C. L., Aug. — 78) permissionis: Comp. III., Reg. — 79) recompensatione: Comp. III. — 80) aliam eis satisfactionem iniungas: ead., Reg. — 81) omitt. Comp. III. — 82) haec subscr. an admitti possit, non sine iure nostro dubitamus. Etenim ep., quae proxime antecedit, data est Kal. Mart. Ao. IX.

Cap. XXXVIII. 83) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 12. — 84) Indrosien.: Comp. III. Aug. — Nidrosien.: Ms., Böhm., recte. — cf. c. 12. de sepult. III. 28. et c. 5. de his, quae vi I. 40. — 85) communicaverit: C. R. 2. — 86) illos: Comp. III. — 87) omitt. C. R. L. H., Aug. — 88) expugnavit: C. R. 2. — expugnaret: Comp. III. — 89) omitt. Comp. III. — 90) sint: ead. Ms. — 91) abs. vel: omitt. C. R. L. H., Comp. III. — 92) pro eo: or. Dom. fundendae vel porrigendae: Comp. III. Ms. — 93) pro eo: C. R. 2. — 94) omitt. Comp. III. — 95) desid. in C. H. — cf. supr. c. 28. — 96) de fide: ead. Ms. Cap. XXXIX. 97) Restitutum ex Reg. Bal. II. 166. — Comp. III. h. t. c. 13. — 98) Assinini: Comp. III. — Assinini: Reg. — 99) reportaverunt: C. R. 2. — 100) desid. ib. Cap. XL. 1) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 157. — Comp. III. h. t. c. 14. — 2) cf. Comp. II. c. 1. de off. iud. ord. — 3) illum: Reg. — 4) cf. c. 14. C. XI. qu. 3. — 5) omitt. Comp. III. Ms. — 6) eiectus: C. R. 2. — 7) ut: ib.

tas pertractetur; episcopus autem, qui iuste vel iniuste abiecit eundem, patienter accipiat, ut discutiatur negotium, quatenus vel probetur⁸⁾ eius a pluribus sententia, vel etiam emendetur, prius tamen, quam omnia diligenter *ac fideliter* examinata fuerint, nullus ante causas⁹⁾ cognitionem communioni eum sociare praesumat, qui fuerat communionem privatus. Nos igitur credimus distinguendum, utrum quis¹⁰⁾ proponat, se post appellationem legitimam¹¹⁾ interpositam excommunicatione fuisse¹²⁾ notatum, vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem fuisse¹³⁾ patenter expressum; in quibus casibus ad probationem eorum, etiamsi absolutionem non petat, debet admitti; sed donec de ipsis¹⁴⁾ constiterit, in aliis¹⁵⁾ evitari debet¹⁶⁾, quamquam apostolica sedes etiam tales consueverit absolvere ad cautelam. Verum¹⁷⁾ in aliis, nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri, ne sententiam ecclesiasticam contemnere videatur, et per hoc amplius ex suo¹⁸⁾ contemptu ligetur. Quodsi absolutionis beneficium humiliter postulaverit, metropolitanus eum debet absolvere, nisi suo duxerit suffraganeo deferendum; cui tamen si suffraganeus absolutionis beneficium iuxta formam ecclesiae non fuerit exhibere, ipse nihilominus illum¹⁹⁾ absolvat; cautione recepta, quod suo debeat parere mandato, ac deinde²⁰⁾ causam audiat, et quod canonicum fuerit iustitia mediante decernat. Quodsi forsan episcopus subditum suum propter manifestum excommunicasset²¹⁾ excessum, metropolitanus non debet ipsum²²⁾ absolvere, nisi suffraganeus requisitus malitiose sibi absolutionis beneficium denegaret. *Dat. Lat. XIII. Kal. Mart. Pont. nostr. Ao. V.* [1202.]

CAP. XLI.²³⁾

Si Papa suis literis excommunicatum salutet, non propter hoc eum absolvit.

Idem.²⁴⁾

Si aliquando forte contigerit²⁵⁾, quod eis²⁶⁾, qui auctoritate apostolica sunt excommunicationi subiecti, nostrae litterae cum salutationis alloquio destinantur²⁷⁾, non propter hoc excommunicationis ereditur sententia relaxata, quum per ignorantiam vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel²⁸⁾ etiam *per* subreptionem contingat²⁹⁾ huiusmodi literas impetrari, *sicut nuper in Placentinis dicitur contigisse. Qui quum sint propter iniquitatem, quam in Deum et eius ecclesiam commiserunt, excommunicationis vinculo innotati, se quasi absolutos per huiusmodi literas, quas eis pro Templariis misisse dicuntur, gloriantur, etc. Dat. Rom. ap. S. Petr. IX. Kal. Mart. [1205.]*

CAP. XLII.³⁰⁾

Excommunicatus a pluribus praelatis ob plures causas non est communioni restituendus, licet de una causa velit satisfacere, et, si impetratur absolutio tacitis aliis causis, non valet absolutio.

Idem C.³¹⁾ sanctorum Laurentii in Lucina Presbytero cardinali apostolicae sedis Legato.

Officii (Et infra: [cf. c. 38. de elect. l. 6.]) Postremo quaesivisti, utrum is, qui propter plures excessus a pluribus praelatis, ius in ipsum habentibus, excommunicationis est vinculo innotatus, et uni praelatorum de uno tantum satisfacere vult excessu, ab eo sit absolvens, de quo satisfacere vult eidem, et, quum de alio non satisfecerit, alii³²⁾ absolutus valeat nunciari. *Quia vero super hoc inter scholasticos diversae sunt sententiae diversorum: nos ad praesens, nulli praediacare volentes, id solummodo tibi* Super hoc articulo respondemus, quod supprimenti veritatem absolutio subrepta non prodest, et veritatem intelligens absolutionem huiusmodi exhibere³³⁾ non debet.

CAP. XLIII.³⁴⁾

Excommunicatis et interdictis praedicanum potest licite verbum Dei. Hoc primo. Et tempore generalis interdicti concedi potest baptismus et christiatio in fronte, et poenitentia morientium. H. d. secundo.

Idem Ferrariensi Episcopo.

Responso nostro postulas edoceri, an³⁵⁾, quum Ferrarienses cives

excommunicationis et interdicti sententiis sint ligati, liceat tibi viros et mulieres semel in hebdomada vel in mense apud aliquam ecclesiam convocare, quibus praedices verbum Dei, et eisdem ad correctionem inducas. Super quo³⁶⁾ *fraternitati tuae taliter* respondemus, quod sine scrupulo conscientiae hoc facere poteris, quum videris expedire, dummodo contra formam interdicti nullum eis divinum officium celebretur. Praeterea quaesivisti, quum Ferrariensis civitas sit interdicto *et excommunicationi* supposita, et ideo sint ibidem, praeter baptismata parvulorum et poenitentias morientium, universa sacramenta ecclesiastica interdicta, an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus consignare. Super quo *tibi taliter* respondemus³⁷⁾, quod, sicut baptizari possunt pueri, sic et baptizati ad confirmationem in frontibus a te possunt sacro chriamate deliniri.

CAP. XLIV.³⁸⁾

Si coniux scit pro certo impedimentum matrimonii, non debet reddere debitum, sed potius excommunicationem pati; si autem hoc credat ea causa probabili et discreta, potest reddere debitum, non autem exigere; sed si ex levi et temeraria causa, deposita conscientia potest reddere et exigere.

Idem.³⁹⁾

Inquisitioni tuae *breviter* respondentes⁴⁰⁾ credimus distinguendum, utrum alter coniugum pro certo sciat impedimentum coniugii, propter quod sine mortali peccato non valeat⁴¹⁾ carnale commercium exercere, quamvis illud apud ecclesiam probare non possit, an *impedimentum huiusmodi* non sciat pro certo, sed credit. In⁴²⁾ primo *itaque* casu debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. In secundo *vero casu* distinguimus, utrum habeat conscientiam huiusmodi ex credulitate levi et temeraria, an probabili et discreta; et quidem⁴³⁾ ad sui pastoris consilium, conscientia levis et temerariae credulitatis explosa, licite potest non solum reddere, sed exigere debitum coniugale. Verum quum conscientia pulsat animum ex credulitate probabili et discreta, quamvis non evidenti et manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet, ne in alterutro vel contra legem coniugii, vel contra iudicium conscientiae committat offensam. *Tu ergo iuxta responsum praescriptum super illo procedas articulo, de quo nos consuleri voluisti.*

CAP. XLV.⁴⁴⁾

Per dimissionem habitus et tonsurae non perdit clericus ante trinam monitionem privilegium clericale.

Idem.⁴⁵⁾

Contingit interdum, *quod, dum clerici caractere insigniti ad turpia lucra divertunt, et saecularibus se negotiis immiscunt, clericale nomen abominabile reddunt cordibus infirmorum.* Sane, sicut accepimus, insinuante⁴⁶⁾ *nobili viro* comite Flandrensi *et nobili muliere Mathilda relicta quondam Philippi Flandrensis comitis*, in dioecesi tua quidam existunt, qui nec in modo tonsurae, nec in vestimentorum⁴⁷⁾ forma, nec in qualitate negotiorum de clerico⁴⁸⁾ quicquam ostendunt, ad poenae subterfugium se clericos exhibentes. Quum enim⁴⁹⁾ super excessibus, quos saeculari luxu committunt, ad publica iudicia pertrahantur⁵⁰⁾, circumcisus crinibus, ut possint circumvenire vindictam, se pro clericis praeaesentant, clericalis fori privilegium⁵¹⁾ labia allegantes, qui factis paulo ante negaverant clericatum, *dumquos repentina tonsura poenas eludunt, quas intonsi perversis actibus meruerunt, per impunitatis fiduciam nutritur in eis audacia delinquendi, et, dum impune delinquent, quibusdam efficiuntur in scandalum et aliis in exemplum.* Verum⁵²⁾, quia privilegium meretur amittere qui permittitur⁵³⁾ sibi abutitur potestate, ac frustra legis auxilium invocat qui committit in legem: volumus et mandamus, ut tales, si tertio a te communiti se ipsos contempserint⁵⁴⁾ emendare, illius efficiantur immunitatis extorres⁵⁵⁾, quae pro clericorum tutela et laicorum violentia coercenda dignoscitur⁵⁶⁾ instituta. *Tu denique etc. Dat. Lat. V. Id. Ian. Pont. nostr. Ao. XV.* [1213.]

Cap. XL. 8) approbatur: C. H. — 9) omitt. Comp. III. Reg. — 10) non exstat ib. — 11) legitime: ib. — 12) omitt. Comp. III. — 13) esse: Reg. — 14) his: C. R. 1. — 15) ceteris: Reg. — 16) omitt. Comp. III. Reg. — 17) Verumtamen: C. H. — 18) et propter hoc amplius in suo: Aug. — 19) ipsum: Comp. III. — 20) demum: C. R. 2., Comp. III. Ms. — 21) excommunicat: C. R. 2. — 22) eum: Reg.

Cap. XLI. 23) Restitutum ex Reg. Bregu. VII. 224. — Comp. III. c. 2. de reser. l. 2. — 24) Universis Christi fidelibus per Lombardiam constitutis: Comp. III. Reg. — 25) contingat: C. R. 2. H., Comp. III. Aug. — contingit: C. R. 1. L., Comp. III. Ms., Reg. — 26) ab eis: Aug. — 27) obtinentur: Comp. III. — 28) vel... subr.: desid. in Comp. III. Ms. — 29) contingit: Böhm.

Cap. XLII. 30) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 262. — Comp. III. h. t. c. 15. — 31) Cynthis: Reg., Böhm. — 32) abest a C. R. 2. — 33) prohibere: Comp. III. Ms.

Cap. XLIII. 34) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 267. — Comp. III. h. t. c. 16. — 35) desid. in Comp. III. Ms. — 36) Sup. quo: desid. in C. H. — 37) diximus respondendum: Comp. III., Reg.

Cap. XLIV. 38) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 269. — Comp. III. h. t. c. 17. — 39) inscr. pariter ac subscr. desid. in Reg. — 40) respondeo: Aug. — 41) valet: Böhm. ex Cont. — valet: C. H. — possunt: Comp. III. — possit: Reg. — 42) In quo utique: Comp. III. — 43) Si quidem: Aug.

Cap. XLV. 44) Restitutum ex Reg. Bal. XV. 202. — non exstat in Comp. IV. — 45) Morinensi ep.: Reg. — 46) insinuantibus: ib. — 47) vestitum: ib. — 48) se clericos: C. R. 2. — 49) abest a C. R. L. — quia quum: Reg. — 50) pertrahantur: Böhm. — 51) privilegia: C. R. 1. — 52) Unde: Reg. — 53) commissa: C. R. 2. — 54) contemnant: C. R. 1. — 55) extorres: Cont. — expertes: Reg. — 56) noscitur: Reg.

CAP. XLVI.⁵⁷⁾

Ab excommunicati denunciations repellitur qui non praevenit, et ei communicavit.

Idem.

In praesentia⁵⁸⁾ dilecti filii (*Et infra:*) Nec⁵⁹⁾ canonici suo⁶⁰⁾ decano excommunicationem possunt⁶¹⁾ obicere, quum super hoc nec communitus⁶²⁾, nec impetitus⁶³⁾ fuerit, neque ipsi⁶⁴⁾ propter hoc eum duxerint evitandum, sed episcopus in mensa, et canonici communicaverint⁶⁵⁾ ei⁶⁶⁾ etiam in divinis.

CAP. XLVII.⁶⁷⁾

Excommunicatus est dolosus permittens clericum percuti, ex quo poterat prohibere, et non prohibuit.

Idem⁶⁸⁾.

Quanta praesumptio et temeritas⁶⁹⁾ existat in rectores ecclesiae⁷⁰⁾ manus infligere violentas, "in evangelio Dominus pretestatur, qui se in ministeriis suis affligi asserit, et in Apostolorum principe alicui perhibuit se iterum crucifigi. Hoc etiam poenae qualitas manifeste declarat, quum excommunicationis sententia in ipso actu feriat delinquentes, si non solum in fratres et coepiscopos nostros, sed etiam in minoris ordinis clericos violentiam praesumpserint operari." Ne autem solus violentiae huiusmodi⁷¹⁾ auctores aliquorum praesumptio existimet⁷²⁾ "esse" puniendos⁷³⁾, facientes et consentientes pari poena plectendos⁷⁴⁾ catholica⁷⁵⁾ condemnat auctoritas⁷⁶⁾, eos "etiam" delinquentibus favere interpretans⁷⁷⁾, qui, quum possint, manifesto faciori⁷⁸⁾ desinunt obviare. "Quod bonae memoriae C. Papa praedecessor noster haecenus diligenter attendens, auctores et fautores captivum et detentionis venerabilis fratris nostri Salernitani archiepiscopi excommunicationis nunciasset vinculo inodatos etc."

CAP. XLVIII.⁷⁹⁾

Praelatus excommunicare non debet subditum, nisi competente monitione praemissa, et ex causa manifesta et rationabili; et contra facientem imponitur poena hic expressa. Item puniuntur subditus, qui falso conquisitur, se excommunicatum iniuste, et subicit, quid iuris, si praelatus, dicens se errasse, vult excommunicatum absolovere, et adversarius appellat, ne absolvatur.

Idem in concilio generali.

Sacro approbante concilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione⁸⁰⁾ praemissa, et⁸¹⁾ personis praesentibus idoneis, per quas⁸²⁾, si necesse fuerit, possit probari monitio, promulgare praesumat. Quod⁸³⁾ si contra praesumpserint, etiamsi iusta fuerit excommunicationis sententia, ingressum ecclesiae per mensem unum sibi noverit interdictionem, alia nihilominus poena mulctandus, si visum fuerit expedire. Caveat etiam diligenter, ne ad excommunicationem cuiusquam absque manifesta et rationabili causa procedat. Ad quam si taliter forte processerit, et requisitus humiliter processum huiusmodi non curaverit absque gravamine revocare, gravatus apud⁸⁴⁾ superiorem⁸⁵⁾ deponat de iniusta excommunicatione querelam, qui, si⁸⁶⁾ absque periculo morae potest, ad excommunicatorem illum cum suo mandato remittat, infra⁸⁷⁾ competentem terminum absolvendum; alioquin ipse⁸⁸⁾ per se, vel per alium, prout viderit expedire, sufficienti cautione recepta munus ei absolutionis impendat. Quumque adversus excommunicatorem de iniusta excommunicatione constiterit, excommunicator⁸⁹⁾ condemnetur ad interesse excommunicato; alias nihilominus, si culpae qualitas postulaverit, superioris arbitrio puniendus, quum non levis sit culpa tantam infligere poenam insonti, nisi forsitan erraverit ex causa probabili, maxime si laudabilis opinionis

existat. Verum, si contra excommunicationis sententiam nihil rationabile fuerit a conquerente probatum⁹⁰⁾, idem et⁹¹⁾ super iniusta excommunicationis⁹²⁾ molestia per poenam ad interesse⁹³⁾, vel alias⁹⁴⁾ secundum superioris arbitrium condemnetur⁹⁵⁾, nisi forsitan et ipsum probabili error excuset; et⁹⁶⁾ super eo, pmo quo fuerit iusta⁹⁷⁾ excommunicatione ligatus⁹⁸⁾, per cautionem receptam satisfacere compellatur, vel in pristinam reducatur⁹⁹⁾ sententiam usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observandam. Si vero iudex, suum recognoscens errorem, paratus sit talem revocare sententiam, et is, pro quo lata fuerat¹⁰⁰⁾, ne absque satisfactione revocet illam, appellet: appellatio non dederat in hac parte, nisi talis sit error, de quo merito debeat¹⁾ dubitari; et tunc, sufficienti cautione recepta, quod coram eo, ad²⁾ quem appellatum extiterit³⁾, vel delegato ab ipso iuri parebit⁴⁾, excommunicatum absolvat. Siquae poenae praescriptae⁵⁾ minime subiacebit, cavens⁶⁾ omnino, ne voluntate perversa in alterius praedictum mentiat errorum, ai districtiois canonicae vult⁷⁾ effugere ultionem⁸⁾.

CAP. XLIX.⁹⁾

Excommunicat haereticos et quoscumque violatores ecclesiasticae libertatis.

Honorius III. Episcopo Bononiensi.

Noverit fraternitas tua, "quod nos nuper in basilica principis Apostolorum, praesente carissimo in Christo filio nostro Frederico illustri Romanorum imperatore semper Augusto et rege Siciliae, in celebratione missarum, postquam capiti eius impositum imperii diadema, de consilio fratrum nostrorum accensis candelis" Excommunicamus¹⁰⁾ "ex parte Dei omnipotentis, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri et Pauli et nostra," omnes haereticos utriusque sexus, quocumque nomine censeantur, et fautores et¹¹⁾ receptatores et defensores eorum, nec non et qui de cetero servari fecerint statuta edita et¹²⁾ consuetudines "vel potius abusiones," introductas contra ecclesiae libertatem, "et" nisi ea de capitularibus suis¹³⁾ infra¹⁴⁾ duos menses post huiusmodi publicationem sententiae fecerint amoveri. Item excommunicamus¹⁵⁾ statuarios¹⁶⁾ et scriptores statutorum ipsorum, nec non potestates, consules, rectores¹⁷⁾ et consiliarios locorum, ubi de cetero huiusmodi statuta et¹⁸⁾ consuetudines editae fuerint vel servatae, nec non et illos, qui secundum ea¹⁹⁾ praesumpserint indicare, vel in publicam formam scribere iudicata. "Dat. Lat. II. Non. Ian. Pont. nostr. Ao. V." [1221.]

CAP. L.²⁰⁾

Fratres hospitalis Hierosolymitani, excommunicati pro iniectiois manuum in clericum seu confratrem, absolvi possunt per eorum priorem, nisi excessus fuerit difficilis et enormis.

Idem Magistro et Fratribus hospitalis Hierosolymitani.

Canonica²¹⁾ constitutione cavetur, quod monachi et canonici regulares, quocumque modo se "in claustrum" percuiderint, non sunt ad apostolicam aedem mittendi, sed secundum discretionem²²⁾ et providentiam sui abbatis disciplinae subdantur. Quodsi abbas²³⁾ discretio ad eorum correctionem non sufficiat²⁴⁾, providentia est dioecessani episcopi adhibenda, nisi excessus difficilis fuerit²⁵⁾ et enormis, propter quem merito ad ecclesiam Romanam sit recursus habendus. Nos ergo, "vestris supplicationibus inclinati," ad vos statum huiusmodi duximus extendendum, auctoritate praedicta²⁶⁾ statuentes, ut in tali casu, nisi maioris sit providentia requirenda, per priorem vestrum²⁷⁾, qui, sicut audivimus, presbyter esse debet, fratribus vestris absolutionis beneficium impendatur.

Cap. XLVI. 57) Restitutum ex Comp. IV. h. t. c. 2. — 58) add.: nostra: Comp. IV. Ms. A. — 59) ne: Comp. IV. — 60) subdecano: ead. Ms. A. — 61) possit: Comp. IV. Aug., Ms. B. — 62) monitus: Aug. — 63) impeditus: Comp. IV. Ms. B. — 64) requisitus: Aug. — 64) ipse... duxerit: id. — 65) communicaverunt: C. H., Comp. IV. Ms. B. — 66) sibi: Comp. IV. Ms. A. — desid. in Ms. B.
Cap. XLVII. 67) Restitutum ex Reg. Bal. I. 24. — Comp. IV. h. t. c. 3. — 68) Spirensi, Argentinensi et Wormaciensi epp.: Reg. — 69) et tam.: desid. in C. R. L. H. — 70) ecclesiarum: Comp. IV. Aug. — 71) huius: Reg. — 72) crederet: id. — credit: Comp. IV. Ms. A. — 73) puniendos: Reg., Comp. IV. Ms. B. — 74) plectendo: id., Ms. A. — puniendos: C. R. 2. — 75) canonica: C. H., Comp. IV. Ms. A., Reg. — 76) sententia: Reg. — 77) interpretatur: Böhm. ex Cont. — 78) criminis: Comp. IV.
Cap. XLVIII. 79) c. 47. conc. Lat. IV. (hab. A. 1215.) — Comp. IV. h. t. c. 5. — 80) communiōne: Comp. IV. Aug. — monitione: C. R. 2. H. — commonitione: conc. — 81) abest a Comp. IV. Ms. A. — 82) quos: Aug. — 83) Quia: Comp. IV. — 84) ad: C. R. 2. — 85) add.: iudicem: C. H., Comp. IV. — 86) quod si: Comp. IV. Aug., Ms. B., conc. — 87) intra: Cont., Böhm. — 88) vel per: Aug. — 89) excommunicatus: Comp. IV. Ms. A. — 90) prolatum: C. L. — 91) omitt. conc. Ms. — 92) conqu-

tionis: conc. — excommunicatores: C. R. 1. L. H. — 93) add.: punietur: C. L. — 94) aliam: Comp. IV. — ad aliam: conc. Ms. — 95) omitt. C. R., Comp. IV., conc. Ms. — 96) desid. ap. Aug. — 97) iusto fuerat excommunicatus: Comp. IV. Ms. A. — 98) notatus: C. R. 1. — 99) revocetur: C. H. — redigatur: Comp. IV. Ms. A. — 100) fuerit: C. R. 2. L. — 1) possit: C. H., conc. — debuit vel valeat: Comp. IV. — 2) apud: C. R. 1. — 3) existit: C. R. 2., Comp. IV., conc. — 4) parat: conc. Ms. — 5) subscriptae: Aug. — 6) caveat tamen omnino: id. — 7) velit: Comp. IV. Ms. A. — 8) disciplinam: conc. Ms.
Cap. XLIX. 9) Restitutum ex ipso orig., ed. a Rayn. ad A. 1220. — Comp. V. c. 2. de const. I. 1. — 10) excommunicavimus: Comp. V., orig. — 11) omitt. C. R. L., Comp. V., orig. — 12) vel: C. R. 2. — 13) omitt. Comp. V. — 14) intra: Cont., Böhm. — 15) excommunicavimus: Comp. V., orig. — 16) statuarios: Comp. V. Ms., orig. — 17) et rect.: Cir. — 18) vel: Comp. V., orig. — 19) add.: coput: Comp. V. Ms. — capitularis: Cir.
Cap. L. 20) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 21) cf. supra c. 2. — 22) discretionem: C. H. — 23) sui abb.: C. R. 2. — 24) sufficit: C. R. 1. L., Comp. V. — 25) sit: C. R. 2. — 26) praesentium: Comp. V. — 27) omitt. C. H.

CAP. LL²⁸)

Excommunicatus vel suspensus absolvi non debet, nisi prius iuramento praestito; si tamen sine scandalo iuramentum haberi non potest, poterit fieri absolutio per manuales promissionem.

Idem tituli²⁹) sanctae Praxedis Presbytero cardinali³⁰) apostolicae sedis Legato.

Super eo³¹), quod monachi Graeci et Eremitae, propter inobedientiam suam³²) suspensionis et excommunicationis ligati, nolunt ad mandatum ecclesiae nisi per manuales promissionem redire, hoc tibi duximus respondendum, quod, si nullatenus possunt induci ad praestandum iuxta formam ecclesiae iuramentum, ipsos hac vice cum promissione poteris recipere manuali, quum interdum³³), consideratis locorum et temporum qualitatibus³⁴), severitati sit aliquid detrahendum.

CAP. LII³⁵)

Quum de viribus sententiae dubitatur, potest quis absolvi ad cautelam iuramento praestito.

Idem Bituricensi et Carnotensi Decanis et Subdiacono³⁶) Arelatensi³⁷).

Venerabili fratre nostro Cenomanensi episcopo et dilecto filio H. canonico Turonensi, procuratore venerabilis fratris nostri Turonensis archiepiscopi, in nostra praesentia constitutis pro quadam suspensionis sententia, in praefatum episcopum ab eodem archiepiscopo promulgata, nos, auditis et intellectis quae super hoc fuerunt ab eis proposita coram nobis, quia partes dissentiebant in facto ita, quod de illo plene constare non potuit, sententiam ipsam de gratia relaxavimus ad cautelam, ipso³⁸) episcopo in praesentia dicti procuratoris praestante corporaliter iuramentum, quod parebit mandatis, quae idem archiepiscopus sibi propter hoc fecerit, si constiterit, ipsum episcopum in eo, pro quo fuit lata praedicta sententia³⁹), culpabilem existisse.

CAP. LIII⁴⁰)

Excommunicantur officiales locorum, in quibus sunt statuta contra ecclesiasticam libertatem, nisi ea deleri fecerint; et statutarii feudis ecclesiae sunt privati.

Idem Episcopo Senensi⁴¹)

Gravem venerabilis fratris nostri Pisani archiepiscopi recepimus questionem, quod A. B. et quidam alii cives Pisani, deputati a potestate ac populo ad statuta civitatis edenda, tanquam perverse sapiant, talia in derogationem apostolicae sedis et subversionem ecclesiasticae libertatis edere praesumpserunt, quod, si quis clericus vel laicus contra quemcunque laicum Pisani districtus ad iudicem ecclesiasticum literas apostolicas impetraverit, in mille solidis⁴²), nisi huiusmodi renunciarerit literis, condemnentur, nec redditus possessionum suarum reddantur eidem, vel agri excolantur illius⁴³), sed banno potius⁴⁴) subiaceant⁴⁵) potestatis, quae nullum ad regimen civitatis suscipiet, nisi hoc se iuraverit facturum; et haec et quaelibet alia potestas, quae pro tempore fuerit, successores suos iurare faciet supra dicta. Statuerunt illi praeterea, ut clerici suis sumptibus castrum Ripae fractae faciant custodiri. Quod si renuerint, contra eos potestas procedere teneatur, iuxta quod dictaverit consilium civitatis, quae omnia is, qui nunc praesentem civitati praedictae, observatum se firmiter iuraverit firmavit. Ideoque⁴⁶), quum tota civitas Pisana, quae alias tandem Dei timorem abiicit, quod infecta tam errore vel infectioni proxima praesumatur, et tam statutarios quam potestatem eandem non sit dubium propter hoc excommunicationis sententiam praeter notam infamiae incurrisse: fraternitati tuae mandamus, quatenus⁴⁷) in consiliarios et officiales civitatis ipsius, nisi statuta ipsa de capitularibus suis⁴⁸) deleri fecerint, et idonee, sicut exigit res, caveri, quod similia de cetero non debeant attentare⁴⁹), excommunicationis sententiam promulgare procures. Ceterum, quum iidem⁵⁰) statutarii multa de bonis ecclesiasticis⁵¹) tenere dicantur in feudum, ipsos fore nihilominus privatos feudis huiusmodi nunciare⁵²) procures.

Cap. LI. 28) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 29) omitt. Comp. V. Ms. — P. titulo: C. R. 1. — II. titulo: Comp. V. Cir., Böhm. — 30) desid. in C. R. 2. — 31) add.: vero: C. R. 1. — 32) vinculo: Comp. V. Cir. — 33) undique: ib. — 34) qualitate: C. L.

Cap. LII. 35) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 4. — 36) subdecano: C. H., Comp. V. — 37) Aurelianen.: C. R. L., Comp. V. — 38) desid. in C. R. 1. — 39) desid. ap. Cir.

Cap. LIII. 40) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 5. — 41) Senon.: Comp. V. Ms. — 42) in mille sol.: desid. in ead. — 43) ipsius: Comp. V. — 44) desid. in Comp. V. Ms. — 45) subiaceant: C. R. L. — 46) Quum autem etc.: Comp. V. — 47) quatenus eos excommunicatos publice nunciet, et facias ab omnibus arctius evitari, donec absolutio beneficii per sedem apostolicam mereatur, contra consiliarios et officiales civitatis ipsius, nisi statuta ipsa de capitularibus deleri fecerint, et idonee,

CAP. LIV.

Alloquens excommunicatum in tendentibus ad salutem animae, etiam alia verba interponat, excommunicatio non est. — §. 1. Praedicatores, praesertim qui alias sustentari non possunt, ab excommunicatis et detinentibus bona aliena eleemosynam recipere possunt. Hoc dic. — §. 2. Punit quosdam casus, in quibus percussio clericum excommunicatus non est.

Gregorius IX.

Quum voluntate ac proposito maleficia distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit⁵³) qui excommunicato in his, quae ad absolutionem vel alias ad salutem animae pertinent, in locutione participat⁵⁴), licet etiam alia verba incidenter, ut apud eum magis proficiat, interponat⁵⁵). §. 1. Praedicatores quoque, qui penes excommunicatos vel alios alienarum rerum detentores in praedicationibus et confessionibus quasi gerunt causam vel curam⁵⁶) eorum, ad quos res ipsae spectare noscuntur, eleemosynas licite possunt ab illis recipere, praesertim si alias non valeant in illo loco sustentationem habere. §. 2. Si qui vero ratione officii, quod in ecclesia obtinent, aut etiam alii clerici seniores zelo devotionis pueros vel adolescentes, in minoribus ordinibus constitutos, turbantes divinum officium, et hi, qui obtentu praelationis vel magisterii subditos et scholares correctionis causa leviter forte percusserint, excommunicationis sententiam non incurunt. Quod et de his dicendum est, qui aliquos de familia sua vel propinquos inferiorum graduum simili modo, ut cohibeantur a suis inscientiis, et scientia bonisque moribus informantur; duxerint corrigendos.

CAP. LV⁵⁷)

Communicans excommunicato in crimine damnabili incidit in excommunicationem maiorem.

Idem Astoricensi Episcopo.

Si concubinae publicae clericorum ecclesiasticae censurae distractione notentur, eosdem concubenarios non est dubium sententia maioris excommunicationis involvi, qui post latam sententiam communicant in eodem crimine criminosis⁵⁸). Aqua etc. [cf. c. 9. de cons. eccl. III. 40.] Dat. Lat. XII. Kal. Iun. Pont. nostr. Av. VII. [1234.]

CAP. LVI.

Excommunicatus minori potest ab excommunicatione aliquem absolvere.

Idem.

Duobus collata potestas, ut a minori excommunicatione, si in ipsam incidere⁵⁹), invicem se absolvant, utroque ligato vinculo⁶⁰) excommunicationis huiusmodi⁶¹), non exspirat.

CAP. LVII.

Permittitur ministris ecclesiarum semel in hebdomada celebrare tempore interdicti, concurrentibus his, quae exprimentur in textu.

Idem.

Permittitur ecclesiarum ministris semel in hebdomada tempore interdicti, non pulsatis campanis, voce submissa, ianuis clausis, excommunicatis et interdictis exclusis, missarum solennia celebrare causa conficiendi corpus Domini⁶²), quod decedentibus in poenitentia non negatur.

CAP. LVIII.

Satisfaciens clerico, quem verberavit, non potest propter hoc ab episcopo absolvi, nisi in certis casibus hic expressis.

Idem.

Quamvis incidens in canonem latae sententiae propter violentam manu iniectionem iuxta proprias facultates eis satisfaciat, quibus iniurias irrogavit: non tamen aliter, quam per sedem apostolicam vel eius legatum absolutionis potest beneficium obtinere, nisi imminente⁶³) mortis articulo, infirmitate, inimicitia⁶⁴) aut⁶⁵) inopia, puerili vel senili aetate, fragilitate sexus seu alia corporis

sicut exigit (exigit: Ms.) res, caveri, quod similia de cetero non debeant attentare, similiter processurus: ead. — 48) desid. in C. R. L. — 49) attentent: C. H. — 50) desid. ibid. — 51) ecclesiae: C. R. 2., Comp. V. Cir. — 52) denunciare: C. L.

Cap. LIV. 53) incurunt: C. R. 1. — 54) participant: ibid. — 55) proficiant, interponant: C. R. 1. — 56) vel curam: desid. in C. R. L. — 57) Integr. ed. est a Raynaldo ad A. 1234. ex Reg. VII. 119. — 58) criminosis: Rain.

Cap. LVI. 59) incidere: C. R. 1. — incidant: C. H. — 60) sententia: C. R. 2. — 61) add.: potestas: C. L.

Cap. LVII. 62) Christi: C. L. — 63) in imm.: C. R. 2. — 64) vel inim.: ibid. — 65) desid. in C. H.

impotentia, sive quolibet impedimento canonico retrahatur, quo minus Romanus Pontifex possit adire, vel nisi iuris beneficio a labore huiusmodi excusetur. Ceterum quibusdam praedictorum, videlicet qui temporali impedimento laborant, exceptis pueris, sub debito iuramenti, quod secundum ecclesiae formam praestare tenentur, consuevit iniungi, ut impedimento cessante ad apostolicam sedem accedant, mandatum ipsius humiliter susceperunt.

CAP. LIX.

Excommunicatio simpliciter lata intelligitur de maiori. H. d. et est textus notabilis, et quotidie allegatur.

Idem.

Si quem sub hac forma verborum: „illum excommunico,“ vel simili, a iudice suo⁶⁶⁾ excommunicari contingat, dicendum est, eum non tantum minori, quae a perceptione sacramentorum, sed etiam maiori excommunicatione, quae a communione fidelium separat, esse ligatum.

CAP. LX.

Beneficium, indultum ratione minoris aetatis, postquam coepit habere locum, non extinguitur, licet minor pervenerit ad maiorem aetatem.

Idem.

Pueris, qui in canonem inciderent sententiae promulgatae, sive ante sive post pubertatem postulent se absolvi, potest dioecesanus episcopus absolutionis beneficium impertiri, quum propter defectum aetatis, in qua fuit commissus excessus, rigor sit mansuetudine temperandus.

TITULUS XL.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE¹⁾.

CAP. I.

Novale est terra noviter ad culturam redacta.

Hieronymus²⁾ super Osee.

„Innovate novale.“ Novale est ager nunc primum praecisus.

CAP. II.³⁾

Appellatione patris veniunt in lata significatione omnes ascendentes.

Idem super Danielelem.

„Nam et⁴⁾ rex Nabuchodonosor, pater tuus,“ id est, proavus, more scripturae, quae avos et deinceps patres appellat.

CAP. III.⁵⁾

Non dicitur natus qui statim decessit.

Idem in Parabolis.⁶⁾

„Nam et ego unigenitus fui⁷⁾ coram matre mea.“ Quare⁸⁾ unigenitum se „coram matre“ nominat, quem fratrem uterinum praecessisse scriptura testatur, nisi quia ille mox, natus sine nomine, quasi nunquam esset, de vita decessit?

CAP. IV.⁹⁾

Dictio „antequam“ non semper implicat.

Idem super Matthaeum.

Quod dicitur: „antequam convenirent,“ non sequitur, ut¹⁰⁾ postea convenirent¹¹⁾; sed scriptura quod factum non sit ostendit.

CAP. V.¹²⁾

Primogenitus dicitur qui primo nascitur, etiamsi nullus sequatur eum.

Idem in eodem.

„Ioseph non cognovit Mariam¹³⁾, donec peperit filium suum primogenitum.“ Ex¹⁴⁾ hoc loco quidam perversissime suspicantur, et alios filios Mariam habuisse, „dicentes, primogenitum non dici, nisi qui habeat et fratres,“ quum „hic“ mos divinarum scripturarum sit, ut primogenitum non „eum“ vocent, quem fratres sequuntur¹⁵⁾, sed eum, qui primo natus fuit¹⁶⁾.

CAP. VI.¹⁷⁾

Verba sunt intelligenda non secundum quod sonant, sed secundum mentem proferentis.

Hilarius.

Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus.

CAP. VII.¹⁸⁾

Non vitatur factum, vario modo narratum, ubi idem in substantia concluditur.

Augustinus super Matthaeum.

Nihil obstat narrandi diversitas, ubi eadem dicuntur¹⁹⁾, maxime quum quisque²⁰⁾ evangelistarum eo ordine credat²¹⁾ se dicere²²⁾, quo²³⁾ Deus voluit.

CAP. VIII.²⁴⁾

Sensum, non verba considerare debemus.

Gregorius²⁵⁾

Propterea, si prolixam²⁶⁾ epistolam meam ad interpretandum accipere te²⁷⁾ fortasse contigerit, rogo, non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferri²⁸⁾, quia plerumque, dum proprietates verborum attenditur, sensus²⁹⁾ veritatis amittitur.

CAP. IX.³⁰⁾

Dicit, quis proprie sit praepositus.

Isidorus.

Quamvis omnes, qui praesunt³¹⁾, praepositi rite vocentur³²⁾, usus tamen obtinuit, eos vocari praepositos, qui quandam prioratus curam super alios gerunt³³⁾.

CAP. X.³⁴⁾

Non recipit congruam summationem.

Idem in libro Etymologiarum.

Forum³⁵⁾ est exercendarum litium locus, a fando dictus, sive a Foroneo³⁶⁾ rege, qui primus Graecis legem dedit. „Qui locus et prorostra vocatur ab eo, quod ex bello Punico captis navibus Carthaginensium rostra ablata sunt, et in foro Romano praefixa, ut essent huius insigne victoriae.“ Constat autem forus causa, lege et³⁷⁾ iudicio³⁸⁾. Causa a casu, quo venit³⁹⁾, dicitur⁴⁰⁾. Est enim materia et origo negotii, necdum discussionis examine patefacta, quae, dum proponitur, causa est; dum discutitur, iudicium „est“; dum finitur, iustitia. Vocatur⁴¹⁾ autem⁴²⁾ iudicium quasi iurisdictionis, et iustitia quasi iuris status. Iudicium autem prius inquisitio vocabatur, unde et⁴³⁾ auctores iudiciorum „et“ praepositos quaestores vel quaesitores vocamus⁴⁴⁾. Negotium „autem“ multa significat, modo actum alicuius rei, cuius contrarium est otium, modo actionem causae, quod⁴⁵⁾ est iurgium litis, et dictum est⁴⁶⁾

Cap. LIX. 66) desid. ap. Cont.

TIT. XL. 1) obligationibus: C. H. — Cap. I. 2) Gloss. interlia. ad Ose. X. 12. — Comp. I. h. t. c. 14.

Cap. II. 3) Gloss. interlia. ad Dan. V. 11. — Comp. I. h. t. c. 1. — 4) desid. ap. Aug.

Cap. III. 5) Gloss. ord. in Prov. IV. 3. — Comp. I. h. t. c. 2. — 6) in parabola Salomonis: C. R. 2. — 7) sun: C. H. — 8) Quia: Comp. I. Aug.

Cap. IV. 9) Hier. in Matth. I. 18. — Comp. I. h. t. c. 3. — 10) quod: C. H. — 11) convenerint: Hier., Böhm.

Cap. V. 12) Restitutum ex Hier. ad Matth. I. 23. — Comp. I. h. t. c. 4. — 13) omitt. Comp. I. — 14) quod: C. H. — 15) sequantur: Comp. I. Aug., Hier. — 16) sit: Comp. I., Hier.

Cap. VI. 17) Hilar. libro IV. de Trin. — Comp. I. h. t. c. 5.

Cap. VII. 18) Simile est in c. 21. de consensu Evangelistarum libr. II. — Comp. I. h. t. c. 6. — 19) ut eadem dicantur: Comp. I. Aug. —

20) quis: C. R. 1. — 21) credit: Comp. I. — 22) debere ire: Comp. I. Aug. — 23) quod: C. R. 2.

Cap. VIII. 24) Greg. I. Ep. I. 29. — Comp. I. h. t. c. 7. — 25) Aristobolo expraesefecto et antigrafo: Greg. — 26) Praeterea si longam: C. H. — 27) omitt. Comp. I., Greg. — 28) transferre: ib. — 29) sensuum virtus: Greg.

Cap. IX. 30) Simile est ep. Isid. Etym. X. 206. — Comp. I. h. t. c. 8. — 31) praesint: Comp. I. Aug. — 32) vocantur: Comp. I. — 33) gerant: Comp. I. Aug.

Cap. X. 34) Restitutum ex Isid. Etym. XVIII. 15. (Ed. in Lindemannii Corp. Gram. Lat. Tom. III.) — Comp. I. h. t. c. 10. — 35) Forum: Comp. I. Ms. — 36) Foroneo: Comp. I. Aug. — verb. sive... dedit: non existant ap. Isid. — 37) add. etiam: C. R. 1. — 38) iudice: Isid. — 39) evenit: id. — 40) omitt. C. R. L. — vocata: Comp. I., Isid. — 41) iust. vocatur. Appellatur: C. H. — vocatum: Isid. — 42) non existat in C. R. 2. L. — 43) omitt. Isid. — 44) nominamus: Isid. — 45) quae: id. — 46) omitt. id., Comp. I.

negotium "quasi nec otium," id est sine⁴⁷) otio. Negotium autem in causis, negotiatio in commerciis dicitur, ubi aliquid datur, ut maiora lucrentur. Iurgium dicitur⁴⁸) quasi iuris garrum, eo, quod hi, qui causam dicunt, iure disceptant⁴⁹). Lis autem⁵⁰) a contentione limitia prius⁵¹) nomen sumpsit, de qua Virgilius⁵²). *Limes erat positus, litem ut diacereret agris*⁵³). Causa⁵⁴) aut argumento, aut probatione constat. Argumentum nunquam testibus, nunquam tabulis dat probationem, sed sola investigatione invenit veritatem, unde "et" dictum est⁵⁵) argumentum, quasi⁵⁶) argute inventum. Probatio autem testibus et fide tabularum constat. In omni quoque⁵⁷) negotio hae⁵⁸) personae quaeruntur⁵⁹): iudex, accusator, reus et tres testes. Iudex dicitur⁶⁰) quasi ius dicens populo, sive quod iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Non est ergo⁶¹) iudex, si non est in eo iustitia. Accusator vocatur⁶²) est quasi causator⁶³), quia⁶⁴) ad causam vocat eum, quem appellat. Reus a re, quae⁶⁵) petitur⁶⁶), nuncupatur⁶⁷), quia, quamvis conscius sceleris non sit, reus tamen dicitur, quamdiam in⁶⁸) iudicium pro re aliqua petitur. Testes antiquitus superstites dicebantur eo, quod super causae statu⁶⁹) proferebantur⁷⁰); nunc parte ablata nominis testes vocantur⁷¹). Testes autem considerantur⁷²) conditione, natura et vita. Conditione, si liber, non servus. Nam saepe servus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non femina. Nam varium et mutabile testimonium⁷³) semper femina producit⁷⁴). Vita, si innocens et integer actu. Nam, si vita bona defuerit, fides carebit⁷⁵). Non enim potest iustitia cum scelerato homine⁷⁶) habere commercium⁷⁷). "Duo sunt autem genera testium, aut dicendo id, quod viderunt, aut profrendo id, quod audierunt. Duobus autem modis testes delinquant, quum aut falsa promant, aut vera silentio legunt."

CAP. XL⁷⁷)

Dicit, quid sit pactum, et unde dicatur.

Idem.

Pactum dicitur inter partes ex pace conveniens scriptura, legibus ac moribus comprobata⁷⁸): "et" dictum⁷⁹) pactum, quasi ex pace factum.

CAP. XII⁸⁰)

Hic Isidorus ponit etymologiam iuris, prout habetur in re, non prout est generalis nomen.

Idem in eodem.

Ius dictum est⁸¹) a iure⁸²) possidendo. Hoc enim iure possidetur, quod iuste, hoc bene, quod bene; quod autem male possidetur, alienum est. Male autem possidet, qui⁸³) vel suis⁸⁴) male utitur, vel aliena praesumit.

CAP. XLI⁸⁵)

Quicquid fidelis offert ecclesiae, oblationis nomine continetur, et a saecularibus possideri non debet.

Paschalis II. 86) Canonici 87) sancti Martini.

Causa Carpena⁸⁸) plebis (Et infra:). Ceterum primitiae, decimae et⁸⁹) oblationes in solis ecclesiarum bonis praecipue numerantur. Oblationes vero decimae, quaecumque de propriis et licitis rebus ecclesiae a fidelibus offeruntur. Quicunque igitur eas per "manum vel" potestatem saecularem obtinet, procul dubio contra⁹⁰) Deum⁹¹) et "contra" sanctorum Patrum nititur sanctiones⁹²); quin immo et qui accipit, et qui tradit, raptor et sacrilegus iudicatur.

Cap. X. 47) quasi sine: C. R. 2. — 48) dictum: Isid. — 49) disceptant: id. — 50) omitt. id., Comp. I. — 51) abest a C. R. 1. — 52) Virg. Aen. XII. 898. — 53) agri: C. R. L., Comp. I., Isid. — 54) add.: autem: Comp. I. — 55) omitt. Isid. — 56) non exstat in C. H. — i. e. argutum inventum: Comp. I., Isid. — 57) autem: Comp. I. — omitt. Isid. — 58) sex: id., Comp. I. — 59) quaerunt: Böhm. — 60) add.: est: C. R. 2., Aug. — 61) autem: Comp. I., Isid. — 62) vocatur: Isid. — app.: est: omitt. Comp. I. — 63) advocator: Comp. I. Ms. — advocator: C. R. L., Aug., Isid. — 64) qui: Böhm. — desid. in C. H. — 65) qua: Isid. — 66) impetitur: C. L. — 67) nuncupatus: Comp. I. — 67) desid. ap. Aug. — in iudicio: Isid. — 68) statum: id., Comp. I. — add.: vel parte: C. L. — 69) referantur: C. L. — referantur: C. H. — 70) vocari: Isid. — 71) consideratione considerantur: C. R. 1. — 72) abest a C. R. L. — 73) Comp. I., Isid. — 73) omitt. Comp. I., Isid. — cf. Virg. Aen. IV. 568. — 74) non creditur: Comp. I., Aug. — 75) omitt. id., Isid. — 76) societatem: Isid. — 77) Cap. XL. 77) Isid. ib. v. 24. — Comp. I. h. t. c. 14. — 78) appropinquat: C. R. 1. — 79) omitt. Comp. I. Ms. — add.: est: C. R. 2. — 80) Cap. XII. 80) Isid. ib. 26. — Comp. I. h. t. c. 12. — 81) omitt. Comp. I. Ms. — dict. est: non exstat ap. Isid. — 82) iustus: Comp. I., Isid. — 83) quod: Aug. — 84) eaq.: Isid. — 85) Cap. XIII. 85) Restitutum ex Comp. I. h. t. c. 13. — 86) Pascha-

CAP. XIV. 92)

Sedis sacerdos potest sacramentum extremas unctionis infirma conserva. H. d. — §. 1. In anno bissextili servari debet loci consuetudo circa diem S. Matthiae festandum, dum tamen vigilia continetur festo. Hoc dicit.

Alexander III. 93)

Quaerit "a nobis" fraternitas tua, "utrum sacerdos uno clerico tantum praesente infirmum debeat unguere, et qua die festum beati Matthiae in anno bissextili debeat observari, praesertim quum quidam inter vigiliam et festum velint diem interponere, et verum mulier etc. [of. c. 2. de div. IV. 19.]" Nos itaque⁹⁴) tibi taliter⁹⁵) duximus respondendum, quod⁹⁶) sacerdos uno praesente clerico et etiam solus potest infirmum unguere⁹⁷). §. 1. Festum vero beati Matthiae iuxta consuetudinem⁹⁸) ecclesiasticam vigilia eatenus praecedat⁹⁹), ut nec pro bissexto, nec pro¹⁰⁰) quolibet alio modo inter se et solemnitatem aliam diem admittat, in qua utique vigilia, nisi venerit¹⁰¹) in dominica "die," ieiunium celebratur¹⁰²). Ipsum autem festum sive fiat in praecedenti¹⁰³) die sive¹⁰⁴) in sequenti, qui duo quasi pro uno reputantur, nullus error, sed consuetudo ecclesiae teneatur. "Quod autem mulier pro furto etc. [of. c. 2. de div. IV. 19.]"

CAP. XV. 9)

Per verbum: „statuo et praecipio“ diffinitiva sententia ferri potest.

Coelestinus III.

In his, quae "in se" ambiguitatem continent, "ad sedem apostolicam ex debito recursus habetur, ad quam se vera, tanquam matrem et copul omnium ecclesiarum, maiores et difficiliores quaestiones, sicut ab antiquis Patribus constitutum est, et moribus utentium recte approbatum, usquequaque conferri debent." Innotuit "siquidem" apostolatus nostro, quod, quum "de controversia, quae" inter magistrum M. 6) et conversos hospitalis sancti Simpliciani⁷) super eodem hospitali "haberetur," in praesentia "venerabilis fratris nostri O." Mediolanensis archiepiscopi quaestio⁸) verteretur, ipse archiepiscopus post cognitionem causae in prolatione sententiae his verbis non fuit usus, "ut secundum ius civile diceret:" „talem partem condemno, vel" talem absolvo, "sed pronuntiavit ita: „statuo et praecipio," "ne de cetero, et reliqua, quae expressim continentur in instrumenta. Quoniam igitur, sicut ex relatione dilecti filii nostri Cynthii S. Laurentii in Lucina, et Ioannis S. Priscae presbyterorum cardinalium didicimus, quos ad hoc concessimus auditores, super hac fuit prolatione sententiae dubitatum: nos," Attendentes igitur¹¹), quod hoc¹²) verbum „statuo" "secundum legem" rem perfectam significat, et cum effectu, non¹³) verbotenus accipitur, item "quod" secundum Gregorium quod praecipitur imperatur, et quod imperatur necesse est fieri, et¹⁴) aliquando, si non fiat, poenam habet, considerantes nihilominus, quod "iuxta eundem Gregorium" non debet aliquis considerare verba, sed voluntatem "et intentionem," quum¹⁵) non intentio verbis, sed verba intentioni debeant deservire, interpretamur¹⁶) "in praesenti articulo de fratrum nostrorum consilio," procuratoribus utriusque partis praesentibus, et diffinimus, quod praefati¹⁷) archiepiscopi verba, tali¹⁸) forma prolata, perpetuo validiores sententiae obtineant firmitatem. "Nos itaque sententiam ipsam licet appellationis obstaculo hucusque fuerit impedita, praesenti pagina sedis apostolicae confirmamus, etc."

CAP. XVI. 10)

Beneficium principis latissime interpretari debet.

Innocentius III. Patriarchae Grandensi. 10)

Olim tibi scripsisse recolimus, ut, ai "dilectus filius archiepiscopus et" canonici Paduani, "quibus super hoc scripta nostra direximus,

sus: Comp. I. Ms. rell. omittis. — Ruscharius Papa II. etc.: Aug. — 87) canonico: C. R. 1. — duobus canonicis: C. H. — 88) Carpen.: Comp. I. Ms. — 89) omitt. Comp. I. — 90) et contra: C. R. 2. — 91) Dominus Aug. — 92) institutiones: Comp. I. — Cap. XIV. 92) Restitutum ex App. L. 22., Comp. I. h. t. c. 9. — 93) Idem in eodem: App., non ita bene, ut videtur. — in sac. cap. 24. haec est: Carnotensi ep. in XIV. libro Reg. pars illius cap. (quum sacrosancta Romana: App. — 94) utique: Comp. I. Ms. — 95) omitt. Aug. — 96) desid. in Comp. I. — 97) unguere: App. — 98) regulam: ead. — 99) praecedat: C. L. — 100) abest a C. R., App., Comp. I. — 1) euenit: App. — 2) celebratur: ead. — 3) praesenti: ead., Comp. I. — 4) vel: Comp. I. — Cap. XV. 5) Restitutum ex Comp. II. h. t. c. un. — 6) I.: C. H. — H.: Comp. II. Ms. A. — Mech.: Ms. B. — Muth.: Aug. — 7) Spoliciani: Comp. II. Ms. A. — 8) contentio: ib. — concertatio: Aug. — in Ms. B. leg.: arch. converteretur. — 9) et: Comp. II. — 10) Si: ead. Ms. A. — 11) add. a Raym. — 12) quod quum super hoc verbum: Comp. II. Ms. A. — 13) nec: ead. — 14) aliquis: Comp. II. Ms. A. B. — cf. Grat. ad c. ult. C. XIV. qu. 1. — 15) quia intentio non debet verbis inservire, sed verba intentioni: Comp. II. — 16) et secundum intentionem verba interpretantur: Comp. II. Ms. A. — 17) praedicti: ead. — 18) sub: vel: ead. — Cap. XVI. 10) Restitutum ex Comp. III. c. 6. de re script. l. 2. — 20) Gradani: Comp. III. Ms., recte.

Effecto fido magistro G. canonico Paduano³¹⁾, praebendam, quae tantum³²⁾ residentibus de communi confertur, sicut uni ex aliis de communibus proventibus et manualia beneficia *omni dilacione postposita* non conferrent, tu eos ad id appellatione cessante³³⁾ compellere procurares. Quia³⁴⁾ vero, *sicut nostro apostolatus reseratum est*, quidam mandatum nostrum interpretari aliter, quam deceat, molliantur, quum beneficia principum sint interpretanda largissime: *volentes a mandato nostro dubietatem auferre, non quaestionis scrupulum reservare, ut quae mandamus diligentibus et liberius exsequaris*, nostrum *tibi in eo* aperiendum duximus intellectum, videlicet, quod praebendam, quae tantum residentibus in victu et vestitu de communi confertur, ipsi magistro G. plene, sicut uni ex aliis residentibus, iniunximus conferendam. *Quocirca fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus in negotio ipso malitiosam interpretationem aliquam non attendens, sic, quod de praefato magistro tibi praecipimus, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo exsequi studeas diligenter.*

CAP. XVII.³⁵⁾

Generale dicitur interdictum, quod fertur nedum in provinciam, sed in villam vel castrum.

Idem Colubriensi³⁶⁾ et aliis Episcopis in regno Portugalliae constitutis.

Quum in partibus vestris *peccatis exigentibus* saepe contingat diversa loca interdicto supponi, quando generale vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium revocari, quum illi, qui ab ecclesia Romana decorari privilegio meruerunt³⁷⁾, videlicet, ut, quum generale interdictum terrae fuerit, liceat eis, ianuis clausis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et³⁸⁾ interdictis, suppressa voce divina officia celebrare, interdicto particulari se asserant non arctari, dicentes³⁹⁾ *illud* interdictum generale duntaxat, quum⁴⁰⁾ regnum, vel saltem provincia tota subiicitur interdicto. *Propter quod et iustitia saepius deperit, et praetorum sententiae contemnuntur, quum in aliis provinciis interdictis divina celebrant, et, suspensis organis aliorum, ipsi pulsatis campanis et apertis ianuis quoslibet passim recipiant ad divina.* Quum autem⁴¹⁾ in privilegiis⁴²⁾ de regno vel provincia nil expresse dicatur, nomine terrae non solum regnum vel provinciam intelligi volumus, verum etiam villam et castrum, ut et in his locum habeat quod⁴³⁾ de generali dicitur interdicto, *videlicet ut, quum villa vel castrum generali subiicitur interdicto, praescripta privilegii forma debeat observari.* Dat. Lat. VII. Id. Febr. [1199.]

CAP. XVIII.⁴⁴⁾

Privilegium contra consuetudinem, iuri communi obviantem, large est interpretandum. H. d. secundum intellectum abbatis antiqui, et est casus not. secundum hunc intellectum.

Idem Altissiodorensi⁴⁵⁾ Episcopo.

Quum tibi de benignitate sedis apostolicae sit indultum, quod ordinatio rerum clericorum ab intestato decedentium *libere* in tua *potestate ac* dispositione permaneat, *volens omnem materiam scandali removere, quod aliquando inter te et tuos est subortum super duobus*, nos consulere voluisti⁴⁶⁾, *primo*, an appellatio vocabuli clericorum tam ad canonicos quam ad non canonicos extendatur; *Secundo, an illis, qui in voluntate et dispositione alterius suam committunt ultimam voluntatem, nil per se penitus ordinantes nec determinantes, quid cui loco vel personae conferri debeat, dicantur decedere intestati.* *Prima* igitur Consultationi tuae taliter⁴⁷⁾ respondemus, quod appellatio clericorum non solum alios, sed etiam canonicos comprehendit⁴⁸⁾. *In secunda etc.* [cf. c. 13. de testam. III. 26.] Dat. Lat. [1202.]

Cap. XVI. 21) mag. G. can. Pad.: desid. in C. H. — 22) canonici: ib. — 23) ap. cens.: Cont. — 24) Verum, quia: Comp. III. Aug. — Verum noster etc.: Ms.

Cap. XVII. 25) Restitutum ex Reg. Bal. I. 354. — Comp. III. h. t. c. 1. — 26) Colubrien.: Comp. III. — Colimbrien.: Reg. — Colubrien. episcopo: C. R. 2. — 27) meruerint: Comp. III. — 28) desid. in Comp. III. Ms. — 29) asserentes: Comp. III. Reg. — 30) quando: ib. — 31) Ne autem diversa interpretatio discordiae causam inter vos ulterius et ommi foemitem valeat ministrare (admin.: Aug., Böhm.), vel quod interdictum dici debeat generale, amodo in dubium revocetur, significatione vobis praesentium intimamus, quod quum in pri.: Comp. III., Reg., Böhm. — 32) privilegio: C. R. 1., Comp. III. Ms. — privilegium: Aug. — 33) add.: et: Comp. III.

Cap. XVIII. 34) Restitutum ex Reg. Brequ. V. 40., Comp. III. h. t. c. 2. — 35) Altissiodoren.: Comp. III. — Altissiodorensi: Reg. — 36) studuisti: Reg. — 37) tuae duximus respondendum: Comp. III., Reg. — 38) comprehendat: Comp. III.

Cap. XIX. 39) Restitutum ex Reg. Brequ. VI. 106. — Comp. III. h.

CAP. XIX.³⁹⁾

Iurans obedire praelato et ecclesiae, non clero dioecetano, sed capitulo ecclesiae cathedralis obedire tenetur.

Idem Praeposito⁴⁰⁾ et Capitulo Placentino.⁴¹⁾

Quum clerici Placentini iuramentum praestant⁴²⁾ sub hac forma verborum: „Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero et obediens *sanctae* Placentinae ecclesiae, et domno meo, episcopo Placentino, *per vestras* nos *litteras* consulere voluistis⁴³⁾, utrum intelligi debeat clerus totius dioecesis, an capitulum tantum ecclesiae cathedralis. Nos igitur *discretioni vestrae praesenti pagina* taliter⁴⁴⁾ respondemus, quod per ecclesiae Placentinae vocabulum in forma iuramenti praescripti non debeat⁴⁵⁾ intelligi totius⁴⁶⁾ dioecesis clerus; et, si capitulum intelligatur ecclesiae cathedralis, is tamen, qui praestat huiusmodi iuramentum, episcopo, tanquam capiti, principaliter obligatur. *Dat. Ferentini VI. Non. Iul.* [1203.]

CAP. XX.⁴⁷⁾

Appellatione ecclesiasticae censuras comprehenditur excommunicatio, suspensio et interdictum.

Idem Priori S. Fridiani Lucani.

Quaerenti, quid per censuram ecclesiasticam debeat⁴⁸⁾ intelligi, quum huiusmodi clausulam in nostris literis apponimus, respondemus, quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis et excommunicationis sententia valet⁴⁹⁾ intelligi, nisi⁵⁰⁾ iudex discretus, rerum et personarum circumstantiis indagatis, ferat quam magis viderit⁵¹⁾ expedire.

CAP. XXI.⁵²⁾

In privilegiis de decimis novalium non solvendis illud appellatur novale, de cuius cultura non est memoria, et quod prius modicum vel nullum fructum afferebat.

Idem Cassaraugustano Episcopo.

Quid per „novale“⁵³⁾ vocabulum intelligi debeat, *a nobis* tua fraternitas requisivit. Licet autem quidam dixerint, quod novale sit terra praecisa, quae anno cessat, aliis asserentibus, quod ex silva, quae arboribus⁵⁴⁾ extirpatis ad cultum redigitur, feri⁵⁵⁾ novale dicatur, quarum utraque interpretatio ex civilibus legibus colligitur: Nos igitur⁵⁶⁾ inquisitioni tuae *taliter* respondemus, quod eam credimus praedecessorum nostrorum intentionem fuisse, quum piis locis indulgentiam de novalibus concesserunt, ut novale intellexerint agrum, de novo ad cultum redactum, de quo non existat⁵⁷⁾ memoria, quod aliquando cultus fuisset. Sed nec⁵⁸⁾ de quolibet tali novali credimus eis indulgentiam fore concessam, nisi de illo duntaxat, cuius decimam⁵⁹⁾ religiosus potest conventus absque gravi detrimento parochialis ecclesiae detinere⁶⁰⁾, quum talis sit saepe locus incultus, de quo parochialis ecclesia magnos percipit decimarum ratione proventus. *Dat. Viterbi XI. Kal. Sept. Ao. X.* [1207.]

CAP. XXII.⁶¹⁾

Si ecclesia, subiecta episcopo, unitur alteri, vel gubernanda committitur, salvo iure matricis ecclesiae: per matricem ecclesiam intelligitur cathedralis, et non Romana.

Idem Abbati F. et B. Monachis Alcobaciae.⁶²⁾

Venerabili fratri nostro Colubriensi⁶³⁾ episcopo didicimus conquerente, quod, quum fratres sanctae Crucis monasterii de Argariis⁶⁴⁾ sub protectione sua nuper receperint, quod sua praedecessoribus episcopalia iura conauerat ab antiquis⁶⁵⁾ temporibus

t. c. 3. — 40) archidiacono, praep. etc.: Reg. — 41) Palat.: C. R. 2. — 42) praesent: C. R. 1. H., Reg. — 43) voluisti: C. R. 1. — 44) tibi tal.: ib. — 45) debet: C. R. 1. H. L., Comp. III., Reg. — 46) totus: Comp. III. Aug.

Cap. XX. 47) Comp. III. h. t. c. 4. — 48) debet: Böhm. — 49) valet: id. — 50) ut: C. R. 1. L. H., Comp. III. — 51) videat: C. R. 1. — Cap. XXI. 52) Restitutum ex Reg. Bal. X. 110. — Comp. III. h. t. c. 5. — 53) novalis: Comp. III., Reg. — 54) ex arb.: Reg. — 55) fieri nov. dic.: desid. ib. — 56) tamen: C. R. 1. H., Comp. III., Reg. — 57) erat: C. L. — 58) non: C. H. — 59) decimas: Comp. III., Reg. — 60) retinere: Reg.

Cap. XXII. 61) Restitutum ex Reg. Bal. I. 222. — Comp. III. h. t. c. 6. — 62) abbati de Alcobacia et F. et P. monachis Alcobaciae: Comp. III. Aug. — abbati de Alcobacia, F. et P. monachis Alcobaciae: Ms. — abbati de Alcobacia, fratri Menendi et P. Exod. monachis Alcobaciae: Reg. — 63) Colimbriensi: Reg. — 64) Argariis: C. L. — Ergariis: C. R. 1. — Argariis: Comp. III. Aug. — Anargariis: Ms. — Argariis: Reg. — 65) add.: retro: Aug.

exhibere, nunc⁶⁶) quodam de canonicis suis sine suo consensu ibi facto priore, occasione cuiusdam privilegii, a "bonae memoriae" C.⁶⁷) Papa "praedecessore nostro" veritate tacita impetrati, eidem episcopo "debitam" obedientiam denegat⁶⁸) exhibere, inde sumpta occasione, quod per matricem ecclesiam non cathedralem intelligit⁶⁹), sed Romanam. "Quia vero non est nostrae intentionis, ut iura fratrum nostrorum temporibus nostris indebite minuantur, causam ipsam mandamus duximus committendam." Ideoque⁷⁰) "per apostolica scripta" mandamus, quatenus, si aliud vobis non occurrerit, propter quod dictus prior non debeat dioeceseo episcopo respondere⁷¹), vos eum ad eam praestandam eidem, sicut praedecessores sui praedecessoribus episcopi praestiterunt⁷²), per censuram ecclesiasticam compellatis, non obstante privilegio in praedictum Colubriensis⁷³) ecclesiae per subreptionem obtento. Nos enim per matricem ecclesiam cathedralem intelligi volumus, non Romanam. "Quod si non omnes etc. Dat. Romae III. Kal. Iun." [1198.]

CAP. XXIII.⁷⁴)

Excommunicatus vel interdictus pro contumacia vel offensa dubia absoluitur cautione praestita de stando iuri. Si vero fuit excommunicatus vel interdictus pro manifesta offensa, tunc prius debet satisfacere, antequam absolatur. Et dicitur manifesta, de qua constat per confessionem vel probationem legitimam vel rei evidenciam. H. d. cum cap. sequ.

Idem Abbati sanctae Genovefae, Decano et Cancellario Parisiensibus.

Ex parte⁷⁵) in Christo dilectae filiae "nobilis mulieris" comitissae Blesensis "nuncii, ad nostram praesentiam destinati, sibi postularunt audientiam exhiberi, ut audiremus iniurias, quas ei et suis infert ecclesia Carnotensis, quibus et dilecto filio B. Veto canonico Carnotensi, qui pro ipsa stabat ecclesia, dilectum filium R. tit. S. Anastasiae presbyterum cardinalem dedimus auditorem. In cuius praesentia" Proposuerunt nuncii comitissae, quod, quum ipsius "comitissae" praepositus "de Firmitate de villa Voba"⁷⁶) quendam latronem ceperit, "qui furtum commiserat," et iustitia fuerit⁷⁷) inde facta, latro fuit "a comitissae ballivis" per capitulum Carnotense post factam iustitiam requisitus, quia eum⁷⁸) in terra sua captum fuisse dicebant, "asserentibus ballivis e contra, ipsum fuisse captum in terra, in qua ius capiendi latrones et alios malefactores habet eadem comitissa, quoniam vir eiusdem, antequam signaculum crucis assumeret, erat in possessione iuris illius, ut in loco illo, in quo captus ab ipso capitulo dicebatur, huiusmodi iurisdictionem haberet; quod erant probare parati." Verum⁷⁹), quum super hoc de parendo iuri comitissa cautionem offerret, canonici Carnotenses nihilominus terram eius⁸⁰) fecerunt interdicto supponi, quod relaxare noluerunt, nisi prius solveretur emenda. "Consequenter venerabilis frater noster Carnotensis episcopus super hoc requisitus, et per literas metropolitanitani sui monitus diligenter, ut terram comitissae taliter absolveret, sicut de iure poterat et debebat, idem, a capitulo iam dicto prohibitus, hoc facere recusavit." Dicebant enim⁸¹), "hoc" in Carnotensis ecclesiae privilegiis⁸²) contineri, quod nemini liceat excommunicatis vel nominatim interdictis pro canonicis Carnotensibus absque congrua satisfactione absolutionis beneficium indulgere. "Videntes autem nuncii comitissae, quod data cautione absolvi non poterant, ut deberent, tam super hoc quam aliis causis, inter comitissam et capitulum agitatam, metropolitanam audientiam appellaverunt, tam ipsam comitissam quam terram et ballivos ipsius sub eius protectione ponentes. (Et infra:) Metropolitanus autem, quum partes essent in die praefixa praesentes, privilegio diligenter inspecto testes hinc inde recepit, quibus ab officiali examinatis ipsius, et die partibus iterum assignato, procurator comitissae cum instantia

postulabat publicari attestaciones receptas, ex abundantia de iuri parendo sufficientem offerens cautionem, ut relaxaretur sententia interdicti. Sed procurator capituli e contrario allegabat, quod iam dicti privilegii ratione ab ipsa terra non poterat nec debebat absolvi, nisi prius capitulo facta fuisset emenda, interpretando verbum illud, quod in privilegio continetur, videlicet, "satisfactione congrua," pro emenda. Litigato igitur diutius super huiusmodi clausula, interloquutus est metropolitanus iam dictus, se velle huiusmodi expositionem apostolico examini reservari, et super hoc diem partibus assignavit. (Et infra:) Ad intelligendam autem clausulam privilegii memorati credimus distinguendum, utrum in aliquem interdicti vel excommunicationis sententia sit prolata pro⁸³) contumacia tantum, quia scilicet citatus stare noluit iuri; vel etiam pro offensa, quia videlicet iussus noluit maleficium emendare. In primo casu credimus congrue satisfieri, ut "huiusmodi" sententia relaxetur, si prius⁸⁴) sufficiens standi iuri cautio tribuatur; in secundo vero "casu," si offensa est manifesta, non⁸⁵) credimus satisfieri congrue, ut "huiusmodi" relaxetur sententia, nisi prius sufficiens praestetur emenda. Si vero dubia est offensa, sufficere⁸⁶) credimus ad relaxandam eandem, si parendi mandato ecclesiae⁸⁷) competens satisfactio⁸⁸) praebatur.

CAP. XXIV.⁸⁹)

Summatum est supr. cap. proximo; vel dic: manifestum dicitur, quod per confessionem vel probationem legitimam vel evidenciam rei constat.

Idem Comitissae Blesensi⁹⁰).

Quum olim pro canonicis Carnotensibus quoddam capitulum contra te fuerit⁹¹) allegatum, quod dicebant⁹²) in ecclesiae suae privilegiis contineri, ut videlicet nemini liceat excommunicatis vel nominatim interdictis pro canonicis Carnotensibus absque congrua satisfactione absolutionis beneficium indulgere, quoniam fuit in quaestionem deductum, "quae foret congrua satisfactio, ad intelligendum clausulam illam meminimus distinxisse, utrum in aliquem esset interdicti vel excommunicationis sententia promulgata pro contumacia tantum, quia videlicet citatus noluit stare iuri, vel etiam pro offensa, quia videlicet iussus noluit maleficium emendare, in primo casu credentes congrue satisfieri, ut huiusmodi relaxaretur sententia, si sufficiens standi iuri cautio praeretur, in secundo vero, si manifesta foret offensa, dicentes, nequaquam satisfieri congrue, ut relaxaretur sententia, nisi prius sufficiens exhiberetur emenda, et si forsitan esset dubia, sufficere reputantes ad relaxandam eandem, si parendi mandato congruens satisfactio praeretur." Quia vero, dum ansam solvimus, nondum dicimur ligavisse, propter⁹³) hoc, quod, eisdem canonicis, velut asseris, prononitibus, illam offensam esse manifestam, non quae iudici, nec⁹⁴) quae alii, sed quae sibi tantummodo manifesta videtur⁹⁵): "maior ex illa dictione, videlicet: "manifesta," scrupulus quaestionis emerit, tuis humilibus precibus inclinati" offensam illam nos rescribimus intelligere manifestam, quae vel per confessionem, vel probationem legitime⁹⁶) nota fuerit, aut "etiam" evidenciam⁹⁷) rei, quae nulla possit tergiversatione eclari. "Dat. Lat. VIII. Kal. Iun. Ao. X." [1207.]

CAP. XXV.⁹⁸)

Verba privilegiorum debent intelligi, ut aliquid asserant, et non remaneat ambiguitas, et ideo verba: "secundum" et "iuxta," videntur apposita causative, non conditionabiliter. H. d. Panorm.

Idem Episcopo et Cantori Atrebatensibus⁹⁹).

Abbate sancti Silvani Alciatensis¹⁰⁰) "olim" viam universae carnis ingresso, quum eiusdem loci monachi elegissent quendam de ipsius

Cap. XXII. 66) numero: Comp. III. — 67) Coelestino: C. L. — Clemente: Reg. — 68) denegant: C. R. 2. — 69) intelligunt: Comp. III., Reg. — 70) committit., per ap. scr. mandantes: ib. — 71) responderet, eam ad praestandum dicto episcopo debitam reverentiam, sicut praedecessores sui praedecessoribus episcopi praestiterunt, app. rem. per cens. eccles. compellatis. Nos enim per matricem ecclesiam cathedralem intelligere volumus, non Romanam, non obstantes privilegio, in praedictum Colubriensis (Colubrien.: Comp. III.) ecclesiae per subreptionem obtento: Comp. III., Reg. — 72) consueverunt vel praestiterunt: Cont. — 73) Colubrien.: C. L.

Cap. XXIII. 74) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 1. — 75) Ex parte N.: C. R. 1. — 76) ita Comp. III. Aug. — Vobo: Ms. — 77) sententiae: Comp. III. Ms. — fuit: C. R. L. — 78) quia capitulum., dicebat: Comp. III. — 79) Verum quum (omitt. Ms.) super hoc parendi (parendo: Ms.) iuri sufficientem cautionem offerrent canonici Carnotenses, nihilominus terram eiusdem comitissae fecerunt per Diocem. (Dimen.: Ms. — Divionensem.) archidiaconum interdicto supponi, qui postmodum requisiti, ut, ab eis sufficienti cautione recepta iuri parendi, terram absolverent, eam recipere noluerunt, nisi prius solveretur emenda: ead. — 80) suam: C. H.

— 81) etiam: C. R. 2. — Dicebat enim capitulum: Comp. III. — 82) privilegio: ead. — in Carnot. ecclesia privilegium: C. R. 1. — 83) ex: Comp. III. — 84) omitt. ead. — 85) nec: C. R. 2. — 86) satisfacere: Comp. III. Ms. — 87) abeat a C. R. H. L., Comp. III. — 88) satisfactio: C. L. — sufficiens cautio: C. R. 1.

Cap. XXIV. 89) Restitutum ex Reg. Bal. X. 66. — Comp. III. h. t. c. 8. — 90) nobili mulieri con. Bles.: Reg. — 91) fuerat: Comp. III. — fuit: Böhm. ex Cont. — 92) dicebat: Comp. III. — dicebatur: Reg. — 93) per: Reg. — 94) non: Comp. III., Reg. — 95) videntur: Comp. III. — 96) legitimam: ead., Reg. — 97) evidenciam: Comp. III. Ms., Reg.

Cap. XXV. 98) Restitutum ex Comp. III. h. t. c. 10. — 99) Decretalis, eiusdem fere verbis concepta, (abbati et conventui S. Bertini) extat ap. Bal. XII. 33. — Retinendam tamen esse inacr., quae huic capiti est praefixa, ex his patet, quae post illam esse loquuntur: Scriptum est episcopo et cantori Atrebatensi et abbati de monte S. Eligii Atrebatensis in modum executionis usque assumi. Quocirca electionem etc. — 100) Alciac.: Comp. III. — (leg.: Silvini Alciacensis, Auxi-le-Chateau).

ecclesiae¹⁾ gremio in abbatem, et "eiusdem" confirmationem electionis a "bonae memoriae" Morinensi episcopo nequivissent aliquatenus obtinere, "per procuratorem suum" eam²⁾ a sede apostolica petierunt. Ceterum procurator monasterii sancti Bertini proposuit ex adverso, quod, quum secundum approbatam consuetudinem et privilegia³⁾ Romanorum Pontificum⁴⁾ abbas Alciatensis debeat de monasterio sancti Bertini semper assumi, huiusmodi electio erat non immerito reprobanda, utpote contra consuetudinem diuturnam⁵⁾ et contra privilegium⁶⁾ sedis apostolicae attentata, et Alciatenses monachi debeant⁷⁾ de iure compelli, ut de monasterio sancti Bertini personam idoneam sibi eligerent⁸⁾ in abbate. (Et infra:) Nos igitur, depositionibus testium, coram delegatis a nobis iudicibus productorum, diligenter inspectis, invenimus, "sufficiens" esse probatum, quod a XL. annis et infra monachi Alciatenses abbatem sibi de S. Bertini monasterio elegerunt, "ita, quod infra praescripti temporis spatium de praefato coenobio septem fuerunt in Alciatenses abbatibus assumpti." (Et infra:) Et quum quadam vice Guarinum⁹⁾ Alciatensem monachum elegissent, eius¹¹⁾ electio robur habere non potuit, donec apud monasterium S. Bertini professione facta, post aliquantum temporis, quando scilicet eiusdem loci abbati et conventui placuit, in Alciatensem existit abbatem assumptus. Ex privilegiis¹²⁾ quoque Romanorum Pontificum "monasterio sancti Bertini concessis" argui poterat¹³⁾ "evidenter," Alciatensem abbatem fore de sancti Bertini collegio eligendum. Nam¹⁴⁾ privilegio¹⁵⁾ "felicitis recordationis" Paschalis Papae "praedecessoris nostri" huiusmodi capitulum apparet insertum: „Subrogationem abbatis penes monasterium sancti Silvani apud Alciatenses monachos¹⁶⁾ iuxta praeteriti temporis morem in vestra semper concedimus dispositione persistere¹⁷⁾," "cuius verbis bonae memoriae Innocentius Papa praedecessor noster prorsus inhaesit." In privilegio etiam Calixti "secundi Papae" huiusmodi capitulum invenitur: „Porro iuxta "domini praedecessoris nostri sanctae memoriae" Paschalis Papae decretum abbatis subrogationem penes Alciatensem¹⁷⁾ non aliunde quam de vestro monasterio fieri apostolica auctoritate decernimus¹⁸⁾," "Ad hoc autem pars adversa respondit, quod, si etiam¹⁹⁾ "evidenter per depositiones testium" probaretur, quod infra praedicti temporis spatium de monasterio sancti Bertini semper fuerit²⁰⁾ abbas²¹⁾ Alciatensis assumptus, ex hoc "tamen nullum Alciatensi monachis praesudicium parabat, quum hoc non ex necessitate aliqua factum fuerit, sed ex libera voluntate. (Et infra:) Sed" dici non²²⁾ poterat, quod "ex eo" consuetudo aliqua quasi contradictio²³⁾ iudicio fuerit introducta, quum²⁴⁾ in memorati Guarini electione pro bono pacis extra iudicium processum taliter dignoscatur. (Et infra:) Praeterea, quum Paschalis Papa subrogationem abbatis sancti Silvani monasterio²⁵⁾ S. Bertini iuxta morem praeteriti temporis duxerit concedendam, nec de²⁶⁾ more praeteriti temporis "sua consuetudine" fiat fides: per eius privilegium et similia nullum super hoc Alciatensi monasterio poterat²⁶⁾ praesudicium generari. Contra quod fuit ex adverso responsum, quod haec determinatio, „secundum praeteriti temporis morem," et causalis, et conditionalis potest intelligi, et tam ad personale quam ad impersonale verbum referri. Si enim²⁷⁾ impersonale verbum determinet, conditionalis²⁸⁾ intelligitur, et "taliter" est sensus: „Concedimus subrogationem abbatis sancti Silvani²⁹⁾ apud Alciatense monasterium³⁰⁾ in vestra semper dispositione consistere, secundum praeteriti temporis morem; id est: si mos praeteriti temporis talis fuerit³¹⁾. Si vero verbum determinet³²⁾ personale, causaliter debet intelligi, ut³³⁾ sit sensus: „Concedimus secundum praeteriti temporis morem," id est: quia mos praeteriti temporis sic obtinuit, subrogationem, "videlicet abbatis S. Silvani apud Alciatensem in vestra semper dispositione consistere." Hic autem sensus rectior esse videtur, quia, quum privilegium sit lex privata, et lex non debeat³⁴⁾ esse

obscura vel captiosa, sed certa et manifesta, nec esset privata, nisi aliquid specialiter indulgeret³⁵⁾, profecto sic intelligenda sunt illa verba, ut res, de qua agitur, valere possit potius quam perire, maxime quum supra dictus C.³⁶⁾ Papa, qui eidem Paschali³⁷⁾ vicino successit, verbis aequioribus usus, determinationem illam prorsus amoverit, ut ambiguitas tolleretur³⁸⁾, et, quod dicebatur in concessionem Paschalis, ut³⁹⁾ videlicet surrogatio abbatis sancti Silvani⁴⁰⁾ apud Alciatensem⁴¹⁾ in dispositione abbatis et fratrum sancti Bertini semper existeret, ipse mutaverit, decernens, surrogationem ipsius⁴²⁾ abbatis non aliunde quam de monasterio sancti Bertini faciendam, "ut electio ad ius commune possit ex una quidem parte reduci. Eadem quoque verba sic esse interpretanda, subsequens consuetudo declarat, quae perhibetur esse legum interpretres." His igitur "et aliis, ad eandem causam spectantibus," diligenter auditis⁴³⁾ "et perspicaciter intellectis, de consilio fratrum nostrorum" monasterio sancti Bertini adiudicavimus huiusmodi dignitatem, ut, quoties in Alciatensi monasterio abbatis electio imminet facienda, Alciatenses monachi de coenobio⁴⁴⁾ S. Bertini personam idoneam sibi eligant in abbatem, ita videlicet, ut tam diu monasterium ipsum hac honoris debeat praerogativa gaudere, donec ibidem⁴⁵⁾ vigerit observantia regularis, ut⁴⁶⁾ idoneae personae inveniantur in illo, qui⁴⁷⁾ possint in abbatem⁴⁸⁾ assumi. "Quocirca electionem etc. Dat. Lat. II. Kal. Maii Pont. nostr. Ao. XII." [1209.]

CAP. XXVI.⁴⁹⁾

Dicit, qui dicuntur haeretici manifesti. Secundo, quae sint pedagia, guidagia et salinaria interdicta. Tertio dicitur, quomodo intelligitur praescriptum, factum laico, quod de se conquerentibus in ecclesiastico foro respondeat. H. d.

Idem Comiti Tholosano.⁵⁰⁾

Super quibusdam mandatorum articulis, "tibi a bonae memoriae Milone, notario nostro, tunc temporis apostolicae sedis legato, factorum, apud quosdam dubitatione suborta," tua devotio⁵¹⁾ postulavit a nobis, qui sint dicendi haeretici manifesti. Super quo tibi duximus⁵²⁾ respondendum, illos "in hoc casu" intelligendos esse⁵³⁾ manifestos haereticos, qui contra fidem catholicam publice praedicant, aut⁵⁴⁾ profitentur, seu defendunt eorum⁵⁵⁾ errorem, vel qui coram praelatis suis convicti sunt vel confessi, vel ab eis sententialiter condemnati super⁵⁶⁾ haeretica pravitate; quorum bona propria confiscantur⁵⁷⁾, et ipsi iuxta sanctiones legitimas puniuntur⁵⁸⁾. Praeterea, quum pedagia, guidagia "et" salinaria⁵⁹⁾ tibi legatus interdixit⁶⁰⁾ memoratus: auctoritate apostolica⁶¹⁾ duximus declarandum, illa esse pedagia, salinaria⁶²⁾ "et" guidagia interdicta, quae non apparent imperatorum, vel regum, vel Lateranensis⁶³⁾ concilii largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine a tempore, cuius non exstat memoria, introducta. (Et infra:)⁶⁴⁾ Quum⁶⁵⁾ autem⁶⁶⁾ a legato receperis in mandatis, ut de te conquerentibus secundum suum, vel alterius legati, vel iudicis ordinarii, vel "etiam" delegati arbitrium iustitiam exhiberes: hoc taliter intelligendum esse censemus, ut in omni causa, quae ratione personarum vel rerum ad ecclesiasticum forum pertinet⁶⁷⁾, ac super universis capitulis, quae pro pace servanda sunt per "iam" dictum legatum statuta, vel auctoritate apostolica statuenda, item viduis, pupillis, orphanis et personis miserabilibus tenearis in iudicio ecclesiastico respondere. "Volumus insuper etc. [cf. Comp. IV. c. 1. de cens. IV. 18.] Dat. Laterani." [1209.]

CAP. XXVII.⁶⁸⁾

Clericus traditur curiae saeculari, quia degradatus saeculari potestate praesente, cui denunciatur, ut in suum forum illum recipiat. H. d. usque ad §. Pro illo. — §. 1. Iste §. non facit ad titulum, sed ponit gratiam secundum quosdam.

Idem Episcopo Parisiensi.

Novimus expedire, ut⁶⁹⁾ verbum illud, quod "et" in antiquis ca-

Cap. XXV. 1) omitt. Comp. III. — 2) confirmationem ipsius: ib. — 3) privilegium: C. R. L. — 4) Romani Pont.: Böhm. ex Cont. — 5) diuturna privilegia: Comp. III. Ms. — 6) privilegia: C. R. L., Comp. III. — 7) debebant: C. R. L. — 8) beati: Comp. III. — 9) eligant: C. H., Comp. III. Aug. — 10) Gannun.: C. R. 1. — Garrinum: C. R. 2., Comp. III. Ms. — Garnium: Aug. — 11) eis: Comp. III. Ms. — 12) privilegio: C. L. — 13) poterit: Comp. III. — 14) Nininum: ead. — 15) in prio.: C. R. L. — 16) abest a C. R. L. H., Comp. III. — monast.: C. R. 2. in margine. — 17) consistere: C. H. — 17) leg.: Alciatensem. — 18) decernimus: C. R. 1. — 19) abest a Comp. III. — 20) fuit: C. H. — 21) omitt. Aug. — 22) nec dici: Comp. III., Böhm. — 23) contradictorio: C. R. — contradictio: Comp. III., Ms. — 24) si de praedicto monasterio existit in memorati Garini (Gatini: Ms.) electione processum, quum illud pro bono pacis factum extra iudicium dignoscatur: Comp. III. — 25) de mon.: C. L. H., Böhm. — 26) omitt. Cont., Böhm. — 26) desid.: C. H. — 27) vero: C. H. — 28) conditionale: Comp. III. Ms. — 29) Siloini: Comp. III. — 30) omitt. Comp. III. — 31) fuit: ead., C. H. — 32) terminet: C. R. 2. — 33) et: ib. — 34) debet: C. H., Comp. III. — 35) indulgeretur: C. L. — 36) Calixtus: Comp. III., Böhm. — 37) vicino: Comp. III. Aug. — 38) prorsus tollatur: C. H. — 39) omitt. Comp. III. — 40) Siloini:

ead. — 41) leg.: Alciatensem. — 42) illius: Comp. III. — 43) inspectis et auditis: C. R. 1. — 44) monasterio: ib. — 45) abest a C. H. — 46) vel: ib. — 47) quae: C. R. L., Comp. III. — 48) abbatibus: Comp. III.

Cap. XXVI. 49) Restitutum ex Reg. Bal. XII. 155. — Comp. IV. h. t. c. 1. — 50) Tolosano: Comp. IV. Aug. — Tolosano: Ms. A. — nobili viro (i. e. Raymundo) comiti Tolosano: Reg. — 51) add.: explicari: Aug. — 52) add.: taliter: Comp. IV. Ms. A. — 53) omitt. Comp. IV. Aug., Ms. B., Reg. — 54) et: Comp. IV. Ms. A. — 55) suum: C. L. — omitt. C. R., Comp. IV., Reg. — 56) sunt: Comp. IV. Ms. A. — 57) confiscantur: Reg. — 58) puniuntur: C. R. 2., Comp. IV. Ms. A. B., Reg. — 59) salinarias: Comp. IV. Ms. A. B. — salinarias: Reg. — 60) interdixit: Comp. IV. Ms. A. — 61) praesentium: Comp. IV., Reg. — 62) cf. n. 59. — 63) ante Lat. concilii concessionem: Reg. — cf. c. 22. conc. Lat. III. — 64) nihil desideratur. — quae seq., habentur in Comp. IV. c. 1. de foro comp. II. 2. — 65) Rursus quum ab eodem acceperis (receptis: Comp. IV.) in mand.: Comp. IV., Reg. — 66) abest a C. H. — 67) pertineant: Comp. IV. Ms. A.

Cap. XXVII. 68) Restitutum ex Reg. Bal. XI. 267. — Comp. IV. h. t. c. 2. — 69) et: Aug.

nonibus, et in nostro "quoque" decreto contra falsarios edito⁷⁰) continetur, videlicet ut clericus, per ecclesiasticum iudicem degradatus, saeculari tradatur curiae puniendus, apertius exponamus. Quum enim⁷¹) quidam antecessorum⁷¹) nostrorum, super hoc consulti, diversa responderint⁷²), et quorundam sit opinio a pluribus approbata, ut clericus, qui propter hoc vel aliud flagitium grave, non solum damnabile, sed⁷³) damnosum, fuerit degradatus, tanquam exutus privilegio clericali saeculari foro per consequentiam applicetur, quum ab ecclesiastico foro fuerit proiecetus; eius est⁷⁴) degradatio celebranda saeculari potestate praesente, ac pronuntiandum⁷⁵) "est" eidem⁷⁶), quum fuerit celebrata⁷⁷), ut in suum⁷⁸) forum recipiat⁷⁹) degradatum, et sic intelligitur⁸⁰) tradi curiae saeculari; pro quo tamen debet ecclesia efficaciter intercedere⁸¹), ut citra mortis periculum circa eum sententia⁸²) moderetur. §. 1. Pro illo vero falsario⁸³) scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum⁸⁴), ut in perpetuum carcerem ad agendam poenitentiam ipsum⁸⁵) includas, pane⁸⁶) doloris et aqua angustiae sustentandum, ut commissae defleat, et stenda ulterius non committat. "Dat. Lat. XIV. Kal. Mart. Pont. nostr. Ao. XI." [1209.]

CAP. XXVIII.⁸⁷)

Si Papa indulget reo, qui propter absentiam actoris possessionem recuperare non potest, quod et lapsus anni non noceat: intelligitur haec indulgentia secundum ius commune.

Honorius III. Archiepiscopo Turonensi⁸⁸).

Dilecto filio Iacobo Barba⁸⁹), "procuratore ecclesiae sancti Marci de Venetiis, olim nobis humiliter supplicante, ut, quum paratus esset tibi iustitiae plenitudinem exhibere super ecclesia sancti Marci de Tyro et rebus aliis, de quibus inter te et Venetos, ac vicarium Venetorum quaestio mota fuit, possessionem ipsius ecclesiae, quae per felicis memoriae I. Papam praedecessorem nostrum tibi fuit causa custodiae assignata, sibi restitui faceremus." Quia, te pro causa necessaria tunc absente, possessio⁹⁰), tibi tradita causa custodiae, restitui parti adversae non potuit: "nos" eidem indulsumus, ut sibi lapsus temporis non obsisteret, quo minus possessionem ipsam recuperare valeret⁹¹). Quoniam vero tantum temporis ante concessionem ipsius indulgentiae dicitur effluxisse, quod tibi sufficere posset⁹²) ad verae possessionis effectum secundum statuta concilii⁹³) generalis, "et, si forte tempus ipsum tantum ante praedictam indulgentiam non effluerit, videtur, quod eadem ad veram possessionem viam tibi pracludat, quum simpliciter continueatur in ipsa, quod de cetero ipsi procuratori lapsus temporis non obsistat, quo minus possessionem recuperare valeat memoratam: nos, quorum fuit intentio, iuri dicti procuratoris et ipsi ecclesiae sine tua et ecclesiae tuae iniuria subvenire." Auctoritate praesentium declaramus, quod nostrae intentionis non fuit per ipsam indulgentiam ius perimere, quod tibi competit⁹⁴) ex⁹⁵) possessione praeterita, vel post reditum tuum competierit⁹⁶) ex futura. Sibi enim imputare poterit pars adversa, si negligens fuerit⁹⁷) in sua iustitia prosequenda, quum, absentiae tuae impedimento cessante, conveniendi te habuit⁹⁸) facultatem.

CAP. XXIX.⁹⁹)

Oblationis nomine intelligitur quicquid offertur ecclesiae quocumque modo, in missa vel extra, et in ecclesia vel extra.

Idem Priori et Clericis¹⁰⁰) sanctorum Ioannis et Pauli Tudertinis.

Quum inter vos dudum ex parte una, et abbatem sancti P.¹) de Monte Spoletanae dioecesis ex altera super tertia parte oblationum "et possessionum" capellae sancti Hilarii, "et cellarum ipsius et

quibusdam aliis coram bonae memoriae Angelo, sancti Andreae diacono cardinali, tunc subdiacono et capellano felicis recollectionis I. Papae praedecessoris nostri, ab eodem praedecessore partibus audire concessis, quaestio verteretur, et²) a vobis probatum fuerit, per XL. annos et amplius tertiam partem oblationum eiusdem capellae vestram ecclesiam recepisse a clericis institutis per abbatem de Monte, tuisque, filii prior, eandem tertiam³) te commississe aliquando colligendam⁴): bonae memoriae I.⁵) Papa praedecessor noster ipsam tertiam ecclesiae vestrae adiudicans, statuit, ut tibi, prior⁶), liceret per eosdem clericos, sicut fuerat consuetum, partem colligere memoratam, "prout in eiusdem praedecessoris literis perspeximus contineri." Verum, quia postmodum sacerdos praedictae capellae, asserens, oblationum nomine minime contineri ea, quae ipsi capellae in festivitate omnium sanctorum mittuntur, vel portantur ad illam, seu ad domum sacerdotis eiusdem⁷) intuitu defunctorum, nec non, quae in cimilini⁸) ponuntur, quod de altari suscipit, et facit per ecclesiam "in fraudem ab aliquo" deportari⁹), et quae¹⁰) ante crucem, et in missa Trinitatis, et ea, quae pro desponsatis dantur¹¹), et lampades cum oleo, quae praedictae capellae ab aliquibus offeruntur, vel quae dantur nuncio, qui ad recipienda talia per praefatae capellae parochiam destinatur, "et" de his omnibus vobis tertiam partem¹²) denegans exhibere, de aliis, nomine tertiae partis¹³) persolvendis, pro rata vestram¹⁴) ecclesiam contingenti, retinere nitebatur ad expensas, capellae ipsius necessarias faciendas: dictus praedecessor, "ut omnis materia scandalii tolleretur, tam" de omnibus supra dictis, "quam oblationibus aliisque" absque subtractione aliqua integre persolvi voluit et mandavit tertiam portionem. At¹⁵) capellani praedictae capellae, "volentes adhuc alterius defensionis fontem suscitare, ac" dicentes, primitias et decimas, vel ea, quae offeruntur pro missis mortuorum sacerdotibus, et¹⁶) quae pro septimis¹⁷), et tricesimis¹⁸), et anniversariis, panes¹⁹) et alia, quae infra²⁰) hebdomadam offeruntur, et mortuorum iudicia oblationum nomine minime contineri, de his²¹) omnibus tertiam partem solvere vobis nolunt. Volumus igitur²²) et mandamus, ut per vestrum clericum, a vobis in eadem ecclesia institutum, de²³) omnibus supra dictis et "de" aliis oblationibus, quocumque titulo ad ecclesiam "ipsam" pervenerint, sine diminutione aliqua integre tertia²⁴) vobis portio persolvatur.

CAP. XXX.²⁵)

Lis dicitur mota, quum fuerit contestata.

Idem Episcopo F. et B. Bertrandi²⁶).

Ex parte vestra fuit propositum "coram nobis," quod "dilecti filii" praepositi et canonici Aretinenses²⁷) sententiam, quam "felicis memoriae" I.²⁸) Papa praedecessor noster super "ecclesia sancti Gregorii, quibusdam terris et parte molendinorum Cupreus ac Castris saxi et" molendino, "posito supra montem" de Calianen.²⁹), ac aliis "diversis" articulis "in eadem sententia comprehensis, inter vos et eorum canonicam" promulgavit, "per interpretationem sinistram" in recidivae quaestionis scrupulum reducere molientes, asserunt, capitulum illud eiusdem sententiae, quo dicitur, ne canonica ipsa impediatur, quo minus monasterium vestrum molendinum praefatum de Calianen. reaedificari valeat in eo statu, in quo fuisse dignoscitur tempore motae litis, esse referendum ad tempus, quo lapillus in denunciatione³⁰) novi operis iactus fuit; vobis e contrario³¹) asserentibus, illud esse intelligendum de tempore, quo lis super hoc inter vos et praefatam canonicam exstitit contestata. "Quare humiliter supplicastis, ut altercationem huiusmodi per interpretationem capituli supra dicti decideri dignaremur." Nos igitur, considerata eadem sententia "diligenter," quod in praefato capitulo dicitur de tempore motae litis,

Cap. XXVII. 70) cf. c. 7. de crim. fals. V. 20. — 71) et: Comp. IV. Reg. — 71^a) praedecessorum: C. R. 2., Reg. — 72) responderunt: Comp. IV. Ms. A. — 73) add.: etiam: ib. — 74) omitt. Comp. IV. Ms. B. — eius enim est: Aug. — et eiusd. degr. est: Ms. A. — cuius utique est: Reg. — 75) praenuntiandum: Comp. IV., Reg. — 76) et: ib. — 77) celebranda: ib. — 78) omitt. Comp. IV. Ms. A. — 79) accipiat: Reg. — 80) intelligatur: C. R. 1. — 81) interdicere: Comp. IV. Ms. A. — 82) sententiam: Comp. IV., Reg. — 83) add.: clerico: Aug. — 84) respondendum: Comp. IV. Ms. A. — 85) omitt. id., Ms. B. — eum: Aug. — 86) et pane: Comp. IV. Ms. A.

Cap. XXVIII. 87) Restitutum ex Comp. V. c. 1. de eo, qui mitt. II. 8. — 88) Tiren.: Comp. V. Ms. — Tyren.: Cir. — 89) Barbo: Comp. V., Böhm. — 90) ei assignari non poterat possessio postulata: Comp. V. — 91) valeat: C. R. 1. — valet: Comp. V. Ms. — 92) possit: Comp. V. Cir. — 93) conc. Lat. IV. c. 40. — 94) competeat: C. R. H., Comp. V. — 95) ex ipsa: C. H. — 96) competierat: C. R. 2., Comp. V. Cir. — 97) fuit: Comp. V. Cir. — 98) habuerit: C. R. L. H., Comp. V.

Cap. XXIX. 99) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 1. — 100) desit. in C. H. — 1) Petri: C. R. L., Comp. V. — 2) et eidem constitit auditori, a vobis probatum fuisse: Comp. V. — 3) eadem tertio... colligendo:

C. R. 1. — 4) colligendam: praedecessor praefatus ipsam tertiam ecclesiam sanctorum Ioannis et Pauli adiudicans: Comp. V. — 5) Innocentius: C. L. — 6) prior: Comp. V. Cir. — 7) add.: mittuntur: C. R. 1. — 8) cimilini: Comp. V. Ms., Cont., Böhm. non recte. — 9) baularii: Comp. V. Ms. — 10) omitt. C. H. — 11) cantatur: C. R. 2. — canitur: C. R. 1. L., Comp. V. — 12) omitt. Comp. V. — 13) abest ab ead. — 14) pro rata partis vestrae: C. R. — pro rata partis vestram: C. L., Comp. V. — 15) Ac: Comp. V. Ms. — 16) omitt. Comp. V. — 17) septenariis: C. H. — 18) tricesimariis: C. R. 1. — 19) panes: C. R. L., Comp. V. — 20) intra: Cont., Böhm. — 21) et his: Böhm. — 22) Ut igitur huiusmodi scandalorum materia totius pullulationum radicibus evellatur, vol. et mand.: Comp. V., Böhm. — 23) tam de... quam de: Comp. V. Ms. — 24) desit. in ead.

Cap. XXX. 25) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 2. — 26) add.: archidiacono CaesarAugustan.: Comp. V. — veram inser. ex ipso Honorii Reg. ed. Ciron.: abbati et conventui monasterii S. Florae Aretinae. — 27) Aretini: C. L. — 28) Innocentius: C. R. L. — 29) Casien.: C. R. 1. — Taliano: Comp. V. Ms. — Caliano: Cir. — 30) denunciationem: C. R., Comp. V. — 31) in contrarium: C. R. 2. — e converso: C. R. 1. L., Comp. V. Ms.

interpretamur esse referendum ad tempus, quo litis contestatio facta fuit.

CAP. XXXI.³²⁾

Constitutio legati, de solvenda tertii mortuarius episcopo, intelligi debet de his mortuariis, in quibus de iure communi debetur.

Idem Praelatis³³⁾ universitatis Francigenarum Constantinopolitanae.

Ex parte vestra fuit propositum "coram nobis," quod "venerabilis frater noster" patriarcha vester, occasione constitutionis cuiusdam, quam "venerabilis frater noster" Albinensis³⁴⁾ episcopus, tunc "apostolicae sedis" legatus in partibus Romaniae, super legatis edidit defunctorum, "et dilectus filius³⁵⁾ I. tit. sanctae Praxedis presbyter cardinalis, dum ibidem legationis fungeretur officio, innovavit, de quibusdam, quae vobis et ecclesiis vestris legantur a decedentibus, tertiam "indebito" a vobis exigit portionem. Quum igitur ipsi³⁶⁾, sicut ex eorum interpretatione accepimus, non intellexerint, quod de his, quae in ornamentis ecclesiasticis, vel ad fabricam ecclesiae, reparatione indigentis, aut ad ecclesiae luminaria, nec³⁷⁾ non "et" de his, quae pro anniversario, septimo, tricesimo ac vicesimo faciendis, vel de his, quae personis specialiter, nisi forsitan id fiat ecclesiae ratione, a quocunque legantur, aliqua deberet solvi portio ecclesiae cathedrali: nos, interpretationem eorum ratam habentes, secundum ipsam constitutionem praefatam praecipimus observari, firmiter iuhentes, ne in praedictis aliquid fraudulentum in praedictum cathedralis ecclesiae procuratur.

CAP. XXXII.³⁸⁾

In privilegio de percipiendis fructibus beneficiorum appellatio beneficiorum etiam maiora beneficia comprehendit, quando privilegium est concessum episcopo pro honesta et favorabili causa. H. d. cum supplementatione Panormitani.

Idem Episcopo Tolonensi.³⁹⁾

Tua nobis fraternitas intimavit, quod, quum tibi pro relevatione oneris debitorum, "quo premeris," duxerimus indulgentum, ut fructus beneficiorum, quae interim in dioecesi tua vacare contigerint, tibi liceat biennio retinere, quidam apostolicae gratiae privilegium sinistra interpretatione restringere molientes, asserunt, praebendas et maiora beneficia nequaquam beneficiorum nomine contineri; super quo interpretationem apostolicam postulasti. Nos igitur, "interpretationem huiusmodi sententiam reprobantes," auctoritate praesentium declaramus, quod in hoc casu⁴⁰⁾ praebendae ac alia beneficia generali beneficiorum nomine continentur.

CAP. XXXIII.

Verbum moderationis diminutionem continet, non augmentum.

Gregorius IX. Decano et Sacristas Engo.⁴¹⁾

Transmissae nobis⁴²⁾ literae continebant, quod, significantibus episcopo et capitulo Xantonensi⁴³⁾, quod quadragenarius canonicorum numerus, institutus in eorum ecclesia, non poterat observari, pro eo, quia non sufficiebant ecclesiae facultates, vobis dedimus in mandatis, ut canonicorum et praebendarum numerum iuxta facultates ecclesiae moderantes, statueretis eundem firmiter observari. Vos vero invenistis, praedictae ecclesiae facultates a tempore statuti numeri adeo excrevisse, quod absque mutilatione praebendarum maior haberi posset numerus in eadem: quare quaesistis, an per "moderationis" verbum, literis nostris appositum, eundem numerum augmentare vel minuere deberetis. Quocirca mandamus, quatenus, si veteres non sunt minutae⁴⁴⁾ praebendae, quum moderatio locum non habeat, ipsarum et canonicorum

numerum dimittatis in eodem statu, in quo hactenus dignoscitur existisse, in utilitatem eiusdem ecclesiae convertentes augmentum suorum reddituum, donec duxerimus aliter disponendum.

TITULUS XLI.

DE REGULIS IURIS.

CAP. I.¹⁾

Non potest brevius sumari.

Ioannes Chrysostomus²⁾.

Omnis res, per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur.

CAP. II.³⁾

Dubia in meliorem partem interpretari debent.

Beda in Homiliis.⁴⁾

„Estote misericordes, etc.“ Hoc loco nihil aliud nobis praecipio existimo⁵⁾, nisi ut ea facta, quae dubium est quo animo fiant, in meliorem interpretemur. Quod enim scriptum est⁶⁾: „Ex fructibus eorum cognoscetis eos,“ de manifestis dictum est⁷⁾, quae non possunt bona animo fieri, ut stuprum⁸⁾, blasphemiae, furta, ebrietates⁹⁾ et similia, de quibus nobis permittitur iudicare.

CAP. III.¹⁰⁾

Propter scandalum evitandum veritas non est omittenda.

Idem.

„Qui scandalizaverit¹¹⁾ etc.“ Utilius scandalum nasci permittitur¹²⁾, quam veritas relinquatur.

CAP. IV.¹³⁾

Propter necessitatem illicitum efficitur licitum.

Idem super Marcum¹⁴⁾

Quod non est licitum lege, necessitas facit licitum. Nam et sabbatum custodiri praecipuum est; Maccabaei tamen sine culpa sua¹⁵⁾ in sabbato pugnabant¹⁵⁾; sic et hodie, si quis ieiunium fregerit aegrotus, reus voti¹⁶⁾ non habetur¹⁷⁾.

CAP. V.

Illicite factum obligationem inducit.

Gregorius VII.¹⁸⁾

Quod latenter¹⁹⁾, aut per vim, vel alias illicite introductum est, nulla debet stabilitate²⁰⁾ subsistere²¹⁾.

CAP. VI.²²⁾

Tormenta, indicia non praecedentibus, inferenda non sunt.

Idem Variensi²³⁾ Episcopo.

Quum in contemplatione: (Et infra:) In ipso causae²⁴⁾ initio non est a quaestionibus²⁵⁾ inchoandum.

CAP. VII.²⁶⁾

Sacrilegus est offendens rem vel personam ecclesiasticam.

Stephanus Papa.²⁷⁾

Quae multotiens²⁸⁾ usurpantur necesse est ut saepius replicentur et prohibeantur. Nam quicquid in sacratis Deo rebus et episcopis iniuste agitur, pro sacrilegio reputatur²⁹⁾, quia sacra sunt, et a quoquam³⁰⁾ violari non debent.

Cap. XXXI. 32) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. 3. — 33) universitatis praelatis Franc. et Constantinop.: C. R. 1. — praelatis universitatis Franc. Constantinopolitanae constitutis: C. R. 2. — praelatis et capitulis universitatis Constantinopolitanae (Constantinopolis: Ms.): Comp. V. — 34) Albanensis: C. R. L. Comp. V. Böhm. — 35) frater: Comp. V. Cir. male. — 36) ipsi legati: C. H. — episcopus et cardinales praedicti: Comp. V. — 37) nec inde his: Comp. V. Ms.

Cap. XXXII. 38) Restitutum ex Comp. V. h. t. c. ult. — 39) Tolonensis: Cont. Böhm. — Tullensis: Comp. V. — 40) in hoc casu: omitt. Comp. V.

Cap. XXXIII. 41) Englon.: C. R. 1. — Eugen.: C. R. 2. — Engonimen.: C. L. — Leg.: Engolismensi (Angouleme) — 42) omitt. C. H. — add.: vestrae: C. L. — 43) Xantonen.: C. L. — Santonen.: C. R. 2. — leg.: Sanctionensi (Santes) — 44) diminutae: C. R. 2.

TIT. XLI. 1) Comp. I. h. t. c. 1. — Cap. I. 2) Immo auctor operis imperfecti, cf. c. 4. C. XXVII. qu. 2. — inser. desid. ap. Aug.

Cap. II. 3) Comp. I. h. t. c. 7. — 4) Beda in Luc. VI. 26. — 5) aestimo: C. H. — 6) Matth. VII. 20. — 7) digne dict. est: C. R. 1. — 8) se-

cuti sunt supra: Beda. — 9) vel ebrietas: id. — ebrietas: Comp. I. Aug.

Cap. III. 10) Beda in Marc. IX. 41. — Comp. I. h. t. c. 9. — 11) scandalizatur: Comp. I. Aug. — 12) permittitur: ead.

Cap. IV. 13) Gloss. ord. in Marc. II. 21. ex Beda. — Comp. I. h. t. c. 12. — 14) Matthaeum: C. H. — Matthaeo: C. R. 1. — 14^o) omitt. Comp. I. — 15) pugnant: ead. — pugnarunt: C. L. — 16) reus voti: desid. ap. Aug. — 17) tenetur: Comp. I.

Cap. V. 18) Immo Greg. I. Ep. III. 56. (Ioanni ep. Ravennati) — Comp. I. h. t. c. 4. — 19) Quod latenter, per vim et illicite: Comp. I. — Unde quod latenter subintroductum est: Reg. — 20) firmitate: Comp. I. Ms. — 21) persistere: Greg.

Cap. VI. 22) Greg. I. Ep. I. 6. — Comp. I. h. t. c. 5. — 23) Narniensis: Comp. I. Ms. — Parmensis: Aug. — Nursae patricio: Greg. — 24) omitt. Comp. I. Ms., Greg. — 25) quaestibus: Greg.

Cap. VII. 26) Restitutum ex Pseudo-Stephani I. ep. 2. — Comp. I. h. t. c. 8. — 27) inser. desid. in Comp. I. — 28) lotiens: orig. — 29) reputabitur: id. — 30) quocunque: C. H. — a quoqu.: desid. ap. Aug. — quia quae sacra sunt a quoquam viol.: Comp. I. Ms.

CAP. VIII.³¹⁾

Qui facit aliter quam debet, facere non dicitur.

Augustinus.³²⁾

Qui ex timore facit praeceptum, aliter quam debeat facit, et ideo iam³³⁾ non facit.

CAP. IX.³⁴⁾

Committens unum peccatum, reus est omnium quoad vitam aeternam.

Idem in libro de poenitentia.³⁵⁾

Defleat³⁶⁾ peccator, quis, offendens in uno³⁷⁾ factus est omnium "per ingraviditatem" reus.

CAP. X.³⁸⁾

Ignorantia non excusat praelatum in peccatis subditorum. H. d. quoad mydientem et moralem intellectum.

Gregorius in Registro.³⁹⁾

Quamvis causae "consideratio me movet, ad scribendum tamen et caritas impellit, quia et vobis et beatis sanctissimo fratri meo domino

Ioanni scripsi, sed non etis epistolam recepi. Alter enim saecularis mihi sub eius nomine loquebatur, quae, si epistolae eius fuerunt, ego vigilans non fui, qui longe de eo aliter credidi quam invenni. De causa enim reverendissimi viri Ioannis presbyteri scripseram, atque de quaestionibus monachorum Isauriae, quorum unus, et in sacerdotio positus, in ecclesia vestra fustibus caesus est, et rescripsit mihi, sicut ex nomine epistolae agnosco, sanctissima fraternitas tua, quia nescierit, de qua causa scriberem. Ad quod rescriptum vehementer obstupui, necum tacitus revolvens, si verum dicit. Quid esse deterius potest, quam ut agantur talia contra servos Dei, et ipse nesciat, qui praesto est? Non⁴⁰⁾ "enim" potest esse pastoris exonsatio, si lupus oves comedit, et pastor nescit. "Si autem scivit sanctitas vestra etc."

CAP. XI.⁴¹⁾

Pro spiritualibus homagium non praestatur.

Lucius III.⁴²⁾

Indignum est et a Romanae ecclesiae consuetudine alienum, ut pro spiritualibus facere quis⁴³⁾ homagium compellatur.

Cap. VIII. 31) Comp. I. h. t. c. 40. — 32) Exgenius P.: C. R. L. — Cap. incertum. — 33) desid. in Comp. I. Ms.
Cap. IX. 34) Restitutum ex Aug. in libro de ver. et falsa poen. c. 14. — Comp. I. h. t. c. 1. — 35) sapientia: Cont. — vera et falsa poen.: Böh. — 36) Defleat etiam, quoniam: Aug. — 37) add.: praescepto: Comp. I.

Cap. X. 38) Restitutum ex Greg. I. Reg. III. 53. — 39) Ioanni ep. Constantinop.: Reg. — 40) Quae: Reg.
Cap. XI. 41) Exstat in c. 2. extr. Comp. II. de ens. prael. V. 13. — Comp. I. h. t. c. 13. — 42) Eborac. archiep. et London. decano et abb. de Filien.: Comp. II. Aug. — Eborac. archiep. et decano London. et abb. de Fi.: Ms. B. — inser. desid. in Ms. A. — 43) quisquam: Comp. II.

LIBER SEXTUS
DECRETALIUM

D. BONIFACII PAPAE VIII.

SUAE INTEGRITATI RESTITUTUS.



LIBER SEXTUS
D E C R E T A L I U M
DOMINI BONIFACII PAPAE VIII.

BONIFACIUS,

Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis doctoribus et scholaribus universis Bononiae commorantibus salutem et apostolicam benedictionem.

Sacrosanctae Romanae ecclesiae, quam imperscrutabilis divinae providentiae altitudo universis dispositione incommutabili praetulit ecclesiis et totius orbis praecipium obtinere voluit magistratum, regimini praesidentes, curis sollicitamur continuis, et assidua meditatione urgemur, ut iuxta creditae nobis dispensationis officium subditorum commodis, in quorum prosperitate utique prosperamur, iugi, quantum nobis ex alto concessum fuerit, sollicitudinis studio intendamus. Amplectimur quippe voluntarios pro ipsorum quiete labores, et noctes quandoque transimus¹⁾ insomnes, ut scandala removeamus ab ipsis, et, quas humana natura, novas semper deproperans edere formas, lites quotidie invenire conatur, nunc antiquorum declaratione, nunc vero novorum editione iurium, prout nobis est possibile, reprimamus. Sane, quum post volumen decretalium, a felicis recordationis Gregorio Papa IX. praedecessore nostro tam provide quam utiliter compilatum, nonnullae ab eo et ab aliis Romanis Pontificibus successive super diversis dicerentur articulis editae decretales, de quarum aliquibus, an decretales exsisterent, earumque auctoribus dubitabatur sollicite in iudiciis et in scholis: nos, ad apicem summi pontificatus superna dispositione vocati, super hoc cum instantia requisiti a multis, ambiguitatem et incertitudinem huiusmodi, dispendium pluribus afferentem, omnino tollere, ac elucidare, quae de decretalibus ipsis teneri, quaeve deberent in posterum refutari, gratia suffragante divina pro utilitate publica desiderabiliter affectantes,

1) *transigimus*: Böhm.

per venerabiles fratres nostros Guilielmum archiepiscopum Ebrudunensem, et Berengarium episcopum Biterensem, ac dilectum filium magistrum Richardum de Senis, sanctae Romanae ecclesiae vicecancellarium, iuris utriusque doctorem, decretales huiusmodi diligentius fecimus recenseri, et tandem, pluribus ex ipsis, quum vel temporales, aut sibi ipsis vel aliis iuribus contrariae, seu omnino superfluae viderentur, penitus resecatis, reliquas, quibusdam ex eis abbreviatis, et aliquibus in toto vel in parte mutatis, multisque correctionibus, detractionibus et additionibus, prout expedire vidimus, factis in ipsis, in unum librum cum nonnullis nostris constitutionibus, in quibus ad correctionem morum subditorumque quietem multa statuuntur salubria, fructus uberes Deo propitio in domo Domini allatura, et plurima in iudiciis et extra frequentata dubia deciduntur, redigi mandavimus, et sub debitis titulis collocari. Quem librum, quinque libris aliis dicti voluminis decretalium adnectendum, sextum censuimus nuncupari, ut idem volumen senarium, qui numerus est perfectus, librorum illo adiuncto numerum²⁾ comprehendens, perfectam in rebus agendis formam tribuat³⁾ et in moribus disciplinam. Nec sine causa morem praedecessorum nostrorum, qui, quum constitutiones aliquas promulgabant noviter, eas⁴⁾ mandabant sub antiquarum⁵⁾ serie situari, omisimus in⁶⁾ hac parte servare. Haec⁷⁾ enim fecimus, ne infinitos libros destrui, et alios non sine maximis dispendiis, laboribus et expensis de novo fieri oporteret. Universitati vestrae igitur⁸⁾ per apostolica scripta mandamus, quatenus librum huiusmodi cum multa maturitate digestum, quem sub bulla nostra vobis transmittimus, prompto suscipientes affectu, eo utamini de cetero in iudiciis et in scholis, nullas alias praeter illas, quae inseruntur aut specialiter reservantur in eo, decretales aut constitutiones, a quibuscunque nostris praedecessoribus Romanis Pontificibus post editionem dicti voluminis promulgatas, recepturi ulterius aut pro decretalibus habituri.

2) in universum: Ms. — 3) tribuant: id. — 4) et eas: Böh. — 5) antiquorum: Ms. — 6) et in: id. — 7) hoc: id. — 8) omitt. id.

SEXTI DECRETALIIUM

LIBER PRIMUS.

TITULUS PRIMUS.

DE SUMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA.

CAP. UN.

Spiritus sanctus aeternaliter a Patre et Filio tanquam ab uno principio et unica spiratione procedit. Ioann. Andr.

Gregorius X. in generali concilio Lugdunensi.¹⁾

Fideli ac devota professione fatemur, quod Spiritus sanctus aeternaliter ex Patre et Filio, non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex uno principio, non duobus²⁾ spirationibus, sed unica spiratione procedit. Hoc professus est haecenus, praedicavit et docuit, hoc firmiter tenet et³⁾ praedicat, prodestur et docet sacrosancta Romana ecclesia, mater omnium fidelium et magistra; hoc habet orthodoxorum Patrum atque doctorum Latinorum pariter et Graecorum incommutabilis et vera sententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilia praemissae veritatis ignorantiam in errores varios sunt prolapsi: nos, huiusmodi erroribus viam praeccludere cupientes, hoc⁴⁾ sacro approbante concilio damnamus et reprobumus omnes, qui negare praesumpserint, aeternaliter Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere, sive etiam temerario ausu asserere, quod Spiritus sanctus ex Patre et Filio tanquam ex duobus principiis, et⁵⁾ non tanquam ex uno procedat.

TITULUS II.

DE CONSTITUTIONIBUS.

CAP. I.

Novae constitutio principalis tollit primam contrariam, quamvis id non exprimat; speciales consuetudines et statuta rationabiles non tollit, nisi id exprimat. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Licet Romanus Pontifex, qui iura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere, constitutionem condendo posteriorem priorem, quamvis de ipsa mentionem non faciat, revocare noscitur: quia tamen locorum specialium¹⁾ et personarum singularium consuetudines et statuta, quum sint facti et in facto consistent, potest probabiliter ignorare: ipsis, dum tamen sint rationabilia, per constitutionem a se noviter editam, nisi expresse caveatur in ipsa, non intelligitur in aliquo derogare.

CAP. II.

Duo sunt dicta: primum, quod statuta ordinariarum non ligant probabiliter ignorantes; secundum, quod statutum episcopi extra suam diocesim subditum non ligat. Ioann. Andr.

Idem.

Ut animarum periculis obvietur, sententiis per statuta quorumcumque ordinariarum prolatis ligari nolumus ignorantes: dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit aut supina. Statuto episcopi,

quo in omnes, qui furtum commiserint, excommunicationis sententia promulgatur, subditi eius, furtum extra ipsius dioecesis committentes, minime ligari noscuntur, quum extra territorium ius dicenti non pareatur impune.

TITULUS III.

DE RESCRIPTIS.

CAP. I.

Rescriptum, impetratum ab excommunicato, est ipso iure nullum, ac quicquid inde actutum est, nisi in casu excommunicationis vel appellationis.

Gregorius IX.

Ipo iure rescriptum, vel processus per ipsum habitus, non valet, si ab excommunicato super alio quam excommunicationis vel appellationis articulo fuerit impetratum.

CAP. II.

Per clausulam: Quidam alii, possunt soli quatuor conveniri, quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne variationi sit locus. Ioann. Andr.

Innocentius IV. in concilio Lugdunensi.¹⁾

Quum in multis iuris articulis iniquitas reprobetur, provide duximus statuendum, ut per illam²⁾ generalem clausulam: „Quidam alii,“ quae saepe in literis nostris inseritur, ultra tres vel quatuor in iudicium non trahantur, quorum nomina in primo citatorio exprimat impetrator, ne locus fraudi forsitan relinquatur, si circa ea possit libere variare³⁾.

CAP. III.

Si actor contra reum super pluribus personalibus literas impetrat ad diversos, non valent literae, nec processus earum, et reo condemnabitur in expensis. Et idem in reo, conveniente vel reconventionis actorum, eodem durante iudicio. Ioann. Andr.

Idem in eodem.⁴⁾

Dispensatio litium aequitatis compendio volentes qua possumus industria coarctare, statutum felicis recordationis Gregorii Papae IX.⁵⁾ praedecessoris nostri super hoc editum ampliantes, decernimus, ut, si quis contra alium plures personales movere voluerit quaestiones, non ad diversos iudices, sed ad eandem super omnibus⁶⁾ huiusmodi quaestionibus literas studeat impetrare. Qui vero contrarium fecerit, omni⁷⁾ commodo careat literarum, nec processus habitus valeat per eandem, reo⁸⁾, si eum per ipsas citaverit vel⁹⁾ fatigaverit, in expensis legitimis condemnandus. Reus quoque, si eodem durante iudicio actorem sibi obnoxium duxerit¹⁰⁾, reconventionis beneficio vel conventionis, si contra eum literas impetrare maluerit, de iure suo debet apud eosdem iudices experiri, nisi eos ut suspectos poterit recusare, simili poena, si contra hoc¹¹⁾ fecerit, puniendus.

TIT. I. Cap. un. 1) conc. Lugd. II. c. 1. — 2) ex duobus: conc. Ms. — non duobus, sed ex uno: Sext. Ms. — 3) et: omitt. conc. — et praed.: desid. in Sext. Ms. — 4) abest a conc. — 5) desid. in Sext. Ms.

TIT. II. Cap. I. 1) non exstat in Sext. Ms.

TIT. III. Cap. II. 1) c. 1. conc. Lugd. I. Decr. Innoc. IV. h. t. c. 1. — 2) omitt. Innoc. IV. — 3) variari: Sext. Ms.

Cap. III. 4) c. 8. conc. oisud. — Decr. Innoc. IV. h. t. c. 2. — 5) Innocentii P. III.: Decr. Innoc. IV. Ms. — est tamen reprimenda vulgaris lectio, cf. c. ult. X. de resc. I. 3. — 6) omitt. ead. — 7) omnium: Sext. Ms. — 8) alias vero reo: Innoc. IV. ap. Mans. Sext. Ms. — alias reo: Innoc. IV. Ms. — 9) cit. vel: desid. ib. — 10) dixerit: Sext. Ms. — 11) desid. in Sext. Ms.

CAP. IV.

Receptus per literas facultatis, si ad recipientes spectabat receptio, ipsorum, et non Papae auctoritate intelligitur esse receptus, nisi in literis aliud esset expressum. Si autem receptio non spectabat ad eos, tunc apostolica auctoritate dicitur receptus. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Quum aliquibus recipiendi aliquem in canonicum alicuius ecclesiae, non obstantibus eiusdem ecclesiae privilegiis, consuetudinibus vel statutis, iuramento, confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, per nostras literas concedimus facultatem: si canonicorum receptio alias in ipsa ecclesia non spectat ad eos, quibus huiusmodi literae diriguntur, sed ex earum viribus recipiunt potestatem: is, qui recipitur, auctoritate apostolica dignoscitur esse receptus. Si vero canonicorum receptio alias pertineat ad eandem, non apostolica, sed recipientium censetur auctoritate receptus, nisi, quod eum auctoritate nostra recipent, in nostris literis caveretur¹²⁾ expresse.

CAP. V.

Rescriptum papale, quod concedit promotio retentionem primorum beneficiorum usque ad beneficium Papae, extinguitur mortuo Papa; scilicet, si ibi dicitur: „usque ad beneficium apostolicae sedis.“ Nec intelligitur tale rescriptum de beneficiis, prius non canonice detentis. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Si gratiose tibi a Romano Pontifice concedatur, ut beneficia, quae tempore tuae promotionis obtinebas¹³⁾, posses¹⁴⁾ usque ad suae voluntatis beneficium retinere: huiusmodi gratia per eius obitum, per quem ipsius beneficium omnino extinguitur, eo ipso expirat. Secus autem, si usque ad apostolicae sedis beneficium gratia concedatur praedicta. Tunc enim, quia sedes ipsa non moritur, durabit perpetuo, nisi a successore fuerit revocata. Praetextu vero talis concessionis, quae debet, quum sit ambitiosa, restringi, ea solum beneficia, quae canonice obtines, potes licite retinere.

CAP. VI.

Vacatio per mortem et vacatio per renunciationem sunt diversa, et ideo in literis, ad beneficia impetratis, uno expresso, non venit reliquum.

Idem.

Susceptum ab apostolica sede mandatum, ut, ab aliquo beneficio, quod obtinet, resignatione recepta, ipsum alteri conferas et assignes, adimplere non potes, si ille, antequam resignet, rebus extimar humanis, quum non per resignationem vacaverit, sed per mortem; nisi de intentione mandantis aliud appareret expresse. Si duo super eodem beneficio literas impetrent, primo eorum, per illius obitum, qui tenebat, secundo vero, per cessionem eiusdem ipsum proponente vacare: secundus, quum beneficium ipsum cessione, non morte vacaverit, debet primo in ipsius assecutione praeferrri.

CAP. VII.

Licet ignorans, beneficium sibi collatum, in impetratione alterius illius mentionem non fecerit, valent literae; alterum tamen eligit, si de iure simul teneri non possint. Ioann. Andr.

Idem.

Gratia, quam super beneficio a sede apostolica te impetrasse proponis, vitiosa reputari non debet, quamvis de alio beneficio, ab episcopo tuo antea tibi absenti et ignoranti collato, nullam, quam tempore impetrationis nescires, feceris mentionem. Utrumque tamen, si talia sint beneficia, quae simul nequeant de iure teneri, habere non potes; sed eligas quod ex eis malueris¹⁵⁾ retinere.

CAP. VIII.

Si restituatur quis ad gratiam revocatum, sine alterius praedictio intelligitur restitutus; unde alteri, ante restitutionem impetranti, praeferrri non debet. Ioann. Andr.

Idem.

Quamvis is, cuius gratia, per quam mandabatur in certa ecclesia provideri sibi de beneficio proxime vacaturo, per nos fuerat¹⁶⁾ revocata, restituatur a nobis denuo ad eandem: non tamen ei, cui post revocationem, et ante restitutionem praedictas similis in ea-

Cap. IV. 12) caverentur: Sext. Ms. — caveatur: Böhm.

Cap. V. 13) obtines: Sext. Ms. — 14) possis: ib.

Cap. VII. 15) malueras: Sext. Ms.

dem ecclesiae gratia facta fuit¹⁷⁾, nisi de¹⁸⁾ hoc expresse dixerimus, anteferrri debet, quum talis restitutio, ubi aliud non¹⁹⁾ exprimitur, intelligatur fieri sine iuris praedictio alieni.

CAP. IX.

In literis ad beneficia impetratis inspicitur tempus datum. Unde per illas beneficium curatum obtinere non poterit, qui, licet nunc sit maior, illo tempore minor erat. Ioann. Andr.

Idem.

Si eo tempore, quo tibi de beneficio eum cura vel sine cura mandavimus provideri, ad obtinendum curatum beneficium idoneam non habebas aetatem; tibi, licet nunc legitime effectus sis aetatis, auctoritate literarum huiusmodi, quum tempore datae ipsarum adhuc non essem idoneus, de beneficio curam animarum habente nequaquam poterit provideri. Beneficium autem sine cura, quum ad ipsum sufficientem tunc aetatem haberes, per eas licite poteris obtinere.

CAP. X.

Gratia generalis non praedictio speciali, et debet facere mentionem de praecedenti privilegio, consuetudine vel statuto. H. d. Zenzel.

Idem.

Si propter tua debita persolvenda fructus beneficiorum primi anni, quae in tua vacabant dioecesi, tibi, non obstantibus quibuslibet consuetudinibus, privilegiis vel statutis, per quae nostra impediri posset²⁰⁾ concessio, usque ad quinquennium de speciali gratia concedimus²¹⁾: intentionis nostrae nequaquam existit, si fructus huiusmodi²²⁾, ecclesiae tuae fabricae vel alteri²³⁾ usui, non cuiuscunque singulari personae de speciali consuetudine, privilegio vel statuto forsitan debeantur, quod eis per concessionem ipsam, nisi hoc expresse caveatur in ea, praedictio aliquod generetur.

CAP. XI.

Causae ab apostolica sede vel eius legato committi debent dignitatem obtinentibus vel canonicatum ecclesiae cathedralis. Nec tractari debent, nisi in civitatibus vel locis insignibus. H. d. usque ad §. Quum vero. — §. 1. Actor et reo eiusdem dioecesis existentibus, causa committi non debet extra illam, nisi in rebus casibus, in quibus tamen non trahitur ultra unam diocetam, et, nisi in duobus ultimis casibus impetrans per iuramentum fitem fecerit de illa, repellitur a iudice, et in expensis condemnatur. Hoc dicit usque ad §. Quum autem. Dominicus. — §. 2. Actor contra reum diversae dioecesis debet impetrare delegatum vel in dioecesi rei, vel in ultra non propria, nec ultra unam diocetam distante. Dominicus. — §. 3. Delegatus extra locum commissionis nec partes citare, nec causam cognoscere potest sine expresso partium consensu, nec subdelegare locis vel personis aliis, quam hic expressis. Ioann. Andr. — §. 4. Delegatus nihil debet a partibus recipere, nisi esculentum et poculentum fibere oblatum, quod paucis possit consumi diebus, vel moderatas expensas, si non sunt pauperes, quando pro necessitate vel utilitate, non malitiose, extra domicilium pergeret. Dominicus. — §. 5. Delegatus, nisi indigeat, non assumat assessorem; alias de suo illi provideat. Si eget, non suspectum partibus assumet, cum moderato salario a partibus solvendo. — §. 6. Delegatus taxare debet salarium notariorum, nec participare debet cum ipsis vel assessoribus in salario. Dom. — §. 7. Delegatus, recipiens aliquid contra prohibitionem huius capituli, tenetur restituere, non obstantis dantis remissione. Ioann. Andr. — §. 8. Delegatus non debet vocare testes, nisi statu causae requirente, et producens illis administrare debet expensas in veniendo, stando et redeundo. Dominicus. — §. 9. Gestu contra hanc decretalem sunt ipso iure nulla. H. d. et non dividitur.

Idem.

Statutum, quod circa iudices a sede apostolica deputandos²⁴⁾ nuper edidimus, quum quaedam contenta in eo, quae pro communi utilitate credebantur inducta, sicut experientia docuit, tendere dignoscantur ad noxam, sanctione praesenti, quam irrefragabiliter observari mandamus, suadente utilitate in melius duximus reformandum. Sancimus igitur, ut nullis, nisi dignitate praeditis, aut personatum obtinentibus seu ecclesiarum cathedralium canonicis, causae auctoritate literarum sedis apostolicae vel legatorum eiusdem de cetero committantur, nec audiantur alibi, quam in civitatibus vel locis insignibus, ubi possit commode copia peritorum haberi. §. 1. Quum vero eiusdem civitatis seu dioecesis fuerint actor et reus, extra ipsas causa non committatur, nec conveniatur aliquis eorundem, nisi ab episcopo contra aliquem de sua dioecesi, vel ab aliquo contra eum, aut contra eius capitulum, seu contra universitatem civitatis, villae aut castri fuerit actio dirigenda, vel nisi actor, eandem civitatem seu dioecesim intrare non audens, aut

Cap. VIII. 16) fuerit: Sext. Ms. — 17) fuerit: ib. — 18) absent ab eod. — 19) nisi aliud exprimitur: ib.

Cap. X. 20) possit: Sext. Ms. — 21) concedamus: ib. — 22) huius: ib. — 23) alterius: ib.

Cap. XI. 24) deputatos: Sext. Ms.

sui adversarii potentiam merito perhorrescens, cum infra²⁵) ipsa nequeat convenire secure. In his quippe casibus extra dietas civitatem et dioecesim possit contra praedictos causas committi; nullus tamen eorum ultra unam dietam a fine suae dioecesis valeat conveniri. Sed et in duobus ultimis casibus, nisi impetrans de praedicto timore, quem in literis commissionis exprimere teneatur, primo fidem iudici faciat saltem per proprium iuramentum, index ipse nullatenus in causa procedat, sed partes a sua iurisdictione dimittens, impetrandum eundem in expensis legitimis alteri parti condemnet. §. 2. Quum autem actor²⁷) et reus civitatum et dioecesium fuerint diversarum, si actor in civitate vel dioecesi rei iudicem habere recuset, ipsam non in sua, sed in alia civitate vel dioecesi libere impetrare valeat, reumque trahere ad eandem; dummodo locus, ad quem eum traxerit, ultra unam dietam, sicut in casu alio praemittitur, minime sit remotus. §. 3. In nullo quoque casuum praedictorum index extra civitatem seu dioecesim, in quibus deputatus fuerit, citet partes, nec de causa sibi commissa cognoscat, nisi ad id expressus accesserit earundem assensus²⁸); neque alibi, quam infra²⁹) illas, et personis duntaxat designatis superius committat quomodolibet vices suas. §. 4. Insuper, ut gratis et cum omni puritate iudicium coram ipso procedat; nullum munus vel quicquid³⁰) aliud, nisi forsitan esculentum vel³¹) poculentum mera liberalitate oblatum, quod³²) paucis consumi possit diebus, vel nisi, quum ipsum propter causam sibi commissam contigerit extra suum domicilium proficisci, moderatas expensas recipere ab eisdem partibus qualitercunque praesumat, provisurus attente, quod in ipsis expensis modum nequaquam excedat, nec plus ab una parte quam ab alia exigat, quum commune gerat negotium utriusque; quodque, ubi causae³³) sibi commissae utilitas vel necessitas non exegerit, occasionem propter habendas expensas proficiscendi extra domicilium non assumat; sed et, ubi notabiliter fuerint pauperes litigantes, etiam pro expensis nihil prorsus exigat ab eisdem. §. 5. Assessorem autem, ut quandoque faciunt aliqui fraudulenter, nisi eo indigeat, quod conscientiae relinquatur eiusdem, sibi nequaquam adiungat; alioquin de suo proprio providere teneatur eidem. Si autem indigeat: ipsam neutri parti suspectum assumens, ei de competenti salario, provide moderando ab eo, faciat a partibus communiter provideri. §. 6. Notarium vero vel notarios, in causa sibi commissa scribentes, qui ut plurimum in exigendo salario metas rationis excedunt, ut ad ipsius spectat officium, prudenter refrenet, nec cum ipsis aut cum assessore praefato lucrum participet ullo modo. §. 7. Si quid autem contra constitutionem praesentem receperit, ad ipsius restitutionem integram teneatur, nulla eorum, quibus restituitio facienda fuerit, remissione ullatenus profutura eidem. §. 8. Pro ferendo quoque testimonio, praetextu cuius aliqui alios fraudulenter interdum a iudicibus vocari procurant, ut eos laboribus et expensis fatigent, aut extorqueant aliquid ab eisdem, nullum ullatenus convocet, nisi quando conditio et status causae requirent. Sed nec tunc, nisi a producente, competentes vocato³⁴) pro testimonio veniendo, stando, et redeundo faciat ministrari expensas. §. 9. Quicquid autem contra praemissa vel eorum aliquod contigerit³⁵) attentari, sit ipso iure irritum et inane.

CAP. XII.

Sola praeventa praesentatio et receptio in canonicum secundi impetrantis in eadem ecclesia, non excludit primum impetrandum a praebenda vacante tempore suae receptionis, vel post a vacante ante suam receptionem vel praesentationem; et hoc, si per processum executoris vel interpositionem decreti pro primo impetrante affecta extiterat, nisi dolo vel negligentia excluderetur ab eadem. H. d. Dominicus.

Idem.

Tibi, qui gratiam in Biturensi³⁶) ecclesia impetrasti a nobis, certo exsecutore concessa, qui te in canonicum recipi faceret, et de praebenda tibi, si qua in eadem ecclesia tunc vacabat, alioquin de vacatura proxime provideret, alius, similem gratiam post tuam impetrationem obtinens in eadem, licet prius quam tu suas literas praesentaverit, et in canonicum sit receptus, in praebenda tempore tuae receptionis, vel etiam post vacante, ex quo alteri ante tuam receptionem collata non extitit, anteferri non debet. Idem quoque, si ante receptionem tuam in canonicum vacavisset praebenda per processum tui executoris, qui ei, ad quem praebendae collatio pertinebat, notificaverat, quod eam volebat per huiusmodi potestatem conferre, aut interdixerat, ne conferret eandem, seu illam

suae reservaverat collationi, praesertim cum interpositione decreti affecta; tunc enim tibi et non alteri³⁷) debet praebenda huiusmodi assignari. Quia immo si ante receptionem et praesentationem etiam³⁸) tuam praebenda vacavit³⁹), idem erit censendum, si in huiusmodi gratia tibi facta decretum a nobis fuerat irritum et inane quod contra ipsam contingeret⁴⁰) attentari. In praedictis itaque casibus debes tu praebendam vacantem potius quam impetrator ultimus obtinere; dum tamen dolus tibi non possit vel notabilis negligentia imputari.

CAP. XIII.

Si primo sub conditione providendi mandatur, et secundus, pure impetrans, priusquam veniat conditio, a Papa vel exsecutore suo canonicatum obtineat: in assecutione praebendae primo praefertur. Ioann. Andr.

Idem.

Si pro te alicui directa fuerint scripta nostra, ut tibi de canonicatu et praebenda ecclesiae Biturensis⁴¹), si ad id accederet episcopi et capituli ecclesiae⁴²) praelibatae assensus, auctoritate apostolica provideret; alter, postmodum impetrans, qui ex collatione apostolicae sedis vel executoris super hoc deputati provisione, priusquam episcopi et capituli praedictorum assensus⁴³) ad provisionem tibi accederet faciendam, canonicatum obtinuit Biturensis⁴⁴), licet tu, interveniente postea praedictorum assensu, dicti prioris mandati auctoritate in canonicum ipsius ecclesiae sis receptus, in praebenda vacante tibi merito antefertur.

CAP. XIV.

Haec est solennis decretalis, et per Ioannem Andream subtiliter glossata, et potest sic secundum eum summari: Si inter duos impetrantes non apparet prioritas. Haec decretalis duo membra distinguit, et in secundo subdistinguit. Et partes patet secundum Ioannem Andream, licet glossa prima latius summet.

Idem.

Duobus super provisione simili, sibi facienda in eadem ecclesia, literas a nobis obtinentibus una die, certis eis exsecutoribus deputatis, si non appareat, quis primo impetraverit ex eisdem, is eorum, cui canonicatum contulimus, est in praebenda praefendus alteri, qui a nobis canonicatum non extitit assecutus, licet prius quam alius eis, ad quos spectat canonicorum receptio et collatio praebendarum, suas praesentaverit⁴⁵) literas, et ab eis in canonicum sit receptus. Si vero neutri eorum vel utriusque canonicatum contulimus, tunc, ex quo in gratia sunt aequales, is, qui primo praesentaverit, erit potior in praebenda. Quodsi forsitan ambo simul in praesentando concurrant, hi, ad quos, ut praemittitur, spectat canonicorum receptio et collatio praebendarum, vel eorum maior pars, ex eis alterum, quem voluerint, eligere teneantur. Quo electo, alius omnino careat impetratis, nisi ex tenore litterarum ipsius expresse appareat, quod utrique ipsorum voluerimus⁴⁶) providere.

CAP. XV.

Omnes indulgentiae concessae a Bonifacio, vel suis praedecessoribus, clericis, de percipiendis perpetuis fructibus suorum beneficiorum in absentia, sunt revocatae. Et proficetur Papa, se illas in posterum non daturum. Ioann. Andr.

Idem.

Quia per ambitiosam importunitatem petentium tam nos quam nonnulli praedecessores nostri Romani Pontifices indulgentias perpetuas multis concessimus de percipiendis fructibus beneficiorum suorum, distributionibus quotidianis duntaxat exceptis, sive in scholis essent, sive in ecclesiarum suarum altera residerent, aut in Romana curia moram traherent, seu alio certo loco, vel etiam ubi cunque, ex quo insolentiae oriuntur vagandi, et dissolutionis praeparatur materia, minuitur cultus divinus, quem desideramus augeri, et officium plerumque, propter quod beneficium ecclesiasticum datur, omittitur; nos volentes emendare praeterita, et quantum possumus adversus futura cavere, omnes huiusmodi et similes indulgentias, personis, non ecclesiis vel dignitatibus datas, penitus revocamus, et earum concessionem nostris volumus exulare temporibus. Quodque nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus.

Cap. XI. 25) intra: Böh. — 26) dicto: Ms. — 27) idem actor: ib. — 28) consensus: ib. — 29) intra: Böh. — 30) quicquam: id., Böh. — 31) et: Ms. — 32) quae: ib. — 33) quodque ubi, nisi causas util. aut nec. exegerit: ib. — 34) vocatis: ib. — 35) contigit: ib. — 36) Biturensis: Sext. Ms. — (log. vol: Biturrensi [Bosiers])

vol: Biturrensi [Bosiers]) — 37) alii: ib. — 38) desid. ib. — 39) vacaverit: Böh. — 40) contigerit: Ms. — 41) Biturensis: Sext. Ms. — cf. n. 36. — 42) desid. ib. — 43) consensus: ib. — 44) Biturrensis: ib. — 45) praesentavit: Sext. Ms. — 46) volumus: ib.

**TITULUS IV.
DE CONSUETUDINE.**

CAP. I.

Praelexu consuetudinis etiam iuratae, vel quocumque tempore observatae, non potest quis nisi unicum personatum, dignitatem, vel aliud perpetuum officium, simul cum canonica et praebenda in aliqua ecclesia absque dispensatione sedis apostolicae obtinere, vel iam obtenta tenere; et contra praesumptum irritum est omnino. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Consuetudinem, quam in vestra ecclesia servatam asseritis tanto tempore, quod in contrarium memoria non existit, videlicet, quod ipsius ecclesiae canonici duos personatos, aut duas dignitates, vel praepositorum seu administrationes, aut duo officia vel eorum alterum cum reliquo iussum et praebendam possint in ea licite absque dispensatione sedis apostolicae obtinere, corruptelam, quum sacris sit inimica canonibus et de ambitionis radice processerit, merito reputantes, eam auctoritate apostolica reprobamus, vosque ad ipsius observantiam, etiam si iuramento firmata extiterit, (quum iuramentum iniquitatis vinculum non existat), decernimus non teneri, statuantes, ut, (quum unum officium vix digne valeat aliquis adimplere,) nulli liceat de cetero, nisi unicum personatum, vel dignitatem, aut praepositorum, sive administrationem vel officium perpetuum¹⁾, quocumque nomine censeantur, cum praebenda insimul absque dispensatione dictae sedis in eadem ecclesia obtinere, vel iam obtenta tenere. Quodsi a quoquam secus praesumptum fuerit, irritum sit omnino.

CAP. II.

Non valet consuetudo, quod ab officio episcopi ad episcopatum appellatur. Ioann. Andr.

Idem.

Non putamus illam consuetudinem, quocumque tempore de facto servatam, consonam rationi, quod ab officiali episcopi ad eundem episcopatum valeat appellari: ne ab eodem ad se ipsum, quum sit idem auditorium utriusque, appellatio interposita videatur.

CAP. III.

Valet consuetudo praescripta, quod episcopus in inquirendo, puniendo, et corrigendo subditorum excessus sui capituli consilium requirere non teneatur. Ioann. Andr.

Idem.

Non est, dum tamen alias sit praescripta canonice, consuetudo, quam allegat episcopus, reprobanda, quod in inquirendis, puniendis et corrigendis subditorum excessibus consilium sui capituli requirere minime teneatur.

CAP. IV.

Per scriptum apostolicum, quo de praebenda primo vacatura mandatur alicui provideri, laudabilis illius ecclesiae consuetudo non tollitur. Hinc est, quod, si ibi est consuetudo, quod antiquiores canonici vacantes praebendas possint optare gradatim, illo non obstante mandato, poterit antiquior vacantem optare praebendam, et, expectatis per XX. dies optare volentibus, executor de non optata providebit eidem. Si autem praebendam vacantem in curia Papa conferret, tunc illum antiquior optare non poterit. Ioann. Andr.

Idem.

Quum tua in ecclesia, in qua consuetudo habetur, quod antiquiores canonici gradatim meliores, si voluerint, possint, quum vacant, per se vel per alios optare praebendas, provideri mandamus alicui de praebenda, nulli alii de iure debita, proximo sibi vacatura: huiusmodi non obstante mandato poterunt ipsi antiquiores iuxta consuetudinem eandem optare, quum praebenda vacabit, et illa, quae optata non fuerit, si nulli sit debita, erit illi, pro quo scripsimus, conferenda. In praebendis vero apud²⁾ sedem apostolicam vacantibus, quum de ipsis per Romanum Pontificem ordinatur³⁾, locus praedictae consuetudini non existit. Ne autem praetextu eiusdem consuetudinis provisiones, auctoritate apostolica factae, ultra debitum differantur: statuimus, ut executores, super

ipsis provisionibus deputati, optare volentes per viginti dies demtaxat expectent, quibus elapsis libere in non optatis ad exsequenda sibi mandata procedant, praefata consuetudine non obstanti.

TITULUS V.

DE POSTULATIONE PRAELATORUM.

CAP. UN.

Si quis eligat postulando, vel postulandum, vel in postulandum, vel postulet eligendo, vel eligendum, vel in eligendum: talis electio vel postulatio est irrita ipso iure. Si autem dicat: „Eligo et postulo, prout melius de iure vultis potest,“ idem; nisi probabiliter dubitaretur, ut esset eligendus vel postulandus. Et tunc consensus tempore eligat alteram viam, electionis scilicet vel postulationis; qua electa ad alteram redire non poterit. H. d. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Perpetuo prohibemus edicto, ne sub aliqua ex¹⁾ his formis, quas perniciosa curiositas adinvenit: „Eligo postulando,“ et²⁾: „Postulo eligendo,“ aut: „Eligo postulandum,“ seu: „Postulo eligendum,“ quum nec vera electio, nec vera postulatio resultet ex ipsis, quin sibi potius invicem adveniant³⁾, aut sub illis verbis⁴⁾: „Eligo in postulandum,“ vel: „Postulo in eligendum,“ quum rem imperfectam significare noscantur⁵⁾, ad faciendas electiones vel postulationes de cetero procedatur, si secus actum fuerit, eo ipso irritum decernentes. Sub ea etiam forma: „Eligo et postulo, prout potest melius de iure valere,“ quum incertitudinem contineat, quemquam postulari vel eligi prohibemus, statuantes, quod contra factum fuerit viribus omnino carens, nisi quando probabiliter dubitatur, utrum quis sit eligendus, vel potius postulandus. Quo casu is, qui sic postulatus fuerit aut⁶⁾ electus, consensus tempore viam⁷⁾ electionis vel postulationis, ne in incerto gaudeat, eligere necessario teneatur, redeundi ad aliam, postquam unam elegerit, sibi licentia penitus interdicta.

TITULUS VI.

DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

CAP. I.

Si aliquid opponatur contra provisionem, electionem vel postulationem, factam ad personatum, dignitatem vel canonicam, in personam vel formam, et ab hoc fuerit appellatum ad Papam, appellans et defendens, et quorum interest, a die obiectionis infra mensem arripiant iter euntis ad Papam. Ioann. Andr. — §. 1. Si pars altera, expectata per XX. dies post adventum alterius, non venerit, in negotio procedatur. Ioann. Andr. — §. 2. Non probans, quod in formam opponit, condemnatur parti alteri in expensis; non probans, quod obicit in personam, est a beneficiis triennio suspensus, et perpetuo privatus, si se interim ad illa miscuerit. Illius poenae locum non habent, si legitime pateat, eum calumniosum non fuisse. Ioann. Andr.

Innocentius IV. in concilio generali Lugdunensi¹⁾.

Statuimus, ut, si quis electionem, postulationem vel provisionem factam impugnat, in formam²⁾ obiectionis aliqui vel³⁾ personam, et propter hoc ad nos appellari contigerit⁴⁾, tam is, qui opponit⁵⁾, quam qui defendit, et generaliter omnes, quorum interest, et quos causa contingit, per se⁶⁾ vel per procuratores⁷⁾ ad causam instructos ad sedem apostolicam a die obiectionis iter arripiant infra⁸⁾ mensem. §. 1. Sed si pars altera⁹⁾ non venerit, per viginti dies post adventum alterius expectata, in electionis negotio, non obstante cuiusquam absentia, sicut de iure fuerit¹⁰⁾, procedatur¹¹⁾. Haec¹²⁾ autem in dignitatibus, personatibus et canoniis¹³⁾ observari volumus et mandamus. §. 2. Adiciemus¹⁴⁾, ut, qui plene non probaverit¹⁵⁾ quod in formam¹⁶⁾ opponit¹⁷⁾, ad expensas, quas propter hoc pars altera se fecisse docuerit, condemnatur. Qui vero in probatione defecerit eius, quod obicit in personam, a beneficiis ecclesiasticis triennio noverit se suspensus. Ad quae, si infra¹⁸⁾ illud tempus propria temeritate se ingesserit, eis¹⁹⁾ ipso iure perpetuo sit privatus, nullam super hoc²⁰⁾ de misericordia spem aut fiduciam habiturus, nisi manifestissimis constiterit documentis²¹⁾, quod ipsum a calumniae vitio causa probabilis et sufficiens excusaret²²⁾.

TIT. IV. Cap. I. 1) perpetuo: Sext. Ms.

Cap. IV. 2) desid. ap. Böhm. — 3) ordinatur: Ms.

TIT. V. Cap. un. 1) iis: Böhm. — 2) seu: Sext. Ms. — 3) adversantur: ib. — 4) omitt. id. — 5) noscatur: ib. — 6) et: ib. — 7) vel viam et... vel viam post.: ib.

TIT. VI. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. 1. — 2) forma: Decr. Innoc. IV. Ms. — 3) vel-ix: ead. — 4) contingat: ead. — 5) se opp.

quam qui se def.: ead. — 6) vel per: Sext. Ms. — 7) procuratores idoneos ad caus. sufficienter instr.: Innoc. IV. ap. Mans. — 8) infra: id. Böhm. — 9) aliqua: Sext. Ms. — 8) fut: Innoc. IV. ap. Mans. — 9) procedetur: id. Ms. — 10) Hoc: Innoc. IV., Sext. Ms. — 10) canonicis: Innoc. IV. ap. Mans. — 11) Adiciemus etiam: Innoc. IV. — 11) probavit: id. ap. Mans. — 12) formam: id. Ms. — 12) opposuit: id. ap. Mans. — 13) intra: Böhm. — 14) illis: Innoc. IV. Ms. — tunc illis: Mans. — 15) haec: id. Ms. — 15) argumentis: Mans. — 16) manifeste excusat: id.

CAP. II.

Vota conditionalia et alternativa et incerta in electionibus reprobandur, et habentur pro non adiectis, et recidunt in pure consentientes.

Ioann. Andr.
Idem. 16^o)

In electionibus et¹⁷⁾ postulationibus, ac scrutiniis, ex quibus ius oritur eligendi, vota conditionalia, alternativa vel¹⁸⁾ incerta penitus reprobandur, statuentes, ut, huiusmodi votis pro non adiectis^{18^o)} habitis, ex¹⁹⁾ puris consensibus celebretur electio, voce illorum, qui non²⁰⁾ pure conseruerint, ea vice in alios²¹⁾ residente^{21^o)}.

CAP. III.

Ponitur causa constitutionis et iuris veteris conservatio. Ioann. Andr. — §. 1. Ponitur, quomodo debeat fieri Romani Pontificis electio, quando moritur in ciuitate, in qua cum sua curia residebat. — §. 2. Quid iuris, quando moritur Romani Pontifex extra ciuitatem, in qua erat curia. — §. 3. Dat executores huic iuri cum poenis. Ioann. Andr. — §. 4. Obstat curia cardinalis, ut in electione Romani Pontificis deponant omnem priuatum affectum, et casant omnia pacta, obligationes, et iuramenta, quae antea vel facta essent de aliquo eligendo. — §. 5. Monet omnes fideles, ut statim, audita summi Pontificis morte, eius celebrent exsequia, et quousque erant pro vigili, concordati et utili provisione Romanae ecclesiae; praeterea autem in suis praedicationibus ipsa subditos ad hoc hortentur, et eis frequentiam orationum et obseruantiam ieiuniorum indicant. Ioann. Andr.

Gregorius X. in generali concilio Lugdunensi. 22)

Ubi periculum maius intenditur, ibi procul dubio est plenius conuulendum. Quam gravibus autem sit onusta²³⁾ dispendiis, quot et quantis sit plena periculum ecclesiae Romanae prolixa vacatio, exacti²⁴⁾ consideratio temporis edocet, et considerata prudenter illius temporis discrimina manifestant²⁵⁾. Hiuc nos evidens euocat ratio, ut, dum reformandis etiam minoribus nostra sollerter vacat intentio, ea, quae periculosa sunt, nequaquam absque remedio reformationis accommode²⁶⁾ relinquamus. Ideoque omnia, quae pro vitanda discordia in electione Romani Pontificis a nostris sunt praedecessoribus, et praecipue a felice recordationis Alexandro Papa III. 27) salubriter instituta, omnino immota in sua firmitate manere censentes²⁸⁾, (nihil enim detrudere illis intendimus, sed quod experientia deesse probavit praesenti constitutione supplere.) §. 1. Hoc sacro concilio approbante statuimus, ut, si eundem Pontificem in ciuitate, in qua cum²⁹⁾ sua curia residebat, diem claudere contingat extremum, cardinales, qui fuerint³⁰⁾ in ciuitate ipsa praesentes, absentes expectare decem diebus tantummodo teneantur. Quibus elapsis, siue absentes venerint siue non, extunc omnes conueniant in palatio, in quo idem Pontifex habitabat, contenti singuli singulis tantummodo seruentibus clericis vel laicis, prout duxerint eligendum. Illis tamen, quibus patens necessitas id suggerit indulgeri, duos habere permittimus, eisdem³¹⁾ electionis arbitrio reservato. In eodem autem palatio unum conclauem, nullo intermedio pariete seu alio velamine, omnes inhabitent³²⁾ in communi, quod³³⁾, reservato³⁴⁾ libero³⁵⁾ ad secretam cameram aditu³⁶⁾, ita claudatur undique, ut nullus illud^{36^o)} intrare valeat vel exire. Nulli ad eosdem cardinales aditus pateat, vel facultas secrete loquendi³⁷⁾ cum eis, nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi eos, qui de voluntate omnium cardinalium imbi³⁸⁾ praesentium pro his³⁹⁾ tantum, quae ad electionis instantis negotium pertinent, vocarentur. Nulli etiam fas⁴⁰⁾ sit, ipsis cardinalibus vel eorum alicui nuncium mittere vel scripturam; qui vero contra⁴¹⁾ fecerit, scripturam mittendo vel nuncium, aut eam aliquo ipsorum secrete loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. In conclavi tamen praedicto aliqua fenestra competens dimittatur, per quam eadem cardinalibus ad victum commode necessaria ministrentur; sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus. Verum si, (quod absit,) infra⁴²⁾ tres dies, postquam, ut⁴³⁾ praedicitur, conclauem praefatam⁴⁴⁾ iidem cardinales intraverint, non⁴⁵⁾ fuerit ipsi ecclesiae de pastore provisum, per⁴⁶⁾ spatium quinque dierum immediate sequentium singulis diebus tam

in prandio quam in coena uno solo ferculo sint contenti; quibus⁴⁷⁾ provisione non facta decursis, extunc tantummodo panis, vinum et aqua ministrentur eisdem, donec eadem provisio subsequatur. Provisionis quoque huiusmodi pendente negotio, dicti cardinales nihil de camera Papae recipiant⁴⁸⁾, nec de aliis eidem ecclesiae tempore vacationis obuenientibus undecunq; sed ea omnia ipsa vacatione durante sub eius, cuius fidei et diligentiae camera eadem est commissa, custodia maneant, per eum dispositioni futuri Pontificis reservanda. Qui autem aliquid receperint⁴⁹⁾, teneantur extunc a receptione⁵⁰⁾ quorumlibet redituum ad eos⁵¹⁾ spectantium abstinere, donec de receptis taliter plenariam satisfactionem impendant. Idem quoque cardinales accelerandae provisioni sic vacent attentius⁵²⁾, quod se nequaquam de alio negotio intrumittant, nisi forsitan necessitas adeo⁵³⁾ urgens incideret, quod eos oporteret de terra ipsius ecclesiae defendenda vel eius parte aliqua providere, vel nisi aliquod tam grande et⁵⁴⁾ tam evidens⁵⁵⁾ periculum immineret, quod omnibus et singulis cardinalibus praesentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum. Sane, si aliquis ex⁵⁶⁾ praedictis cardinalibus conclauem praedictam, ut supra exprimitur, non intraverit, aut intrans absque manifesta causa infirmitatis exierit: ipso minime requisito, nec in eiusdem electionis negotio ulterius admittendo, per alios ad eligendum summum⁵⁷⁾ Pontificem libere procedatur. Si vero infirmitate superveniente idem conclauem ex eis aliquem exire contingat⁵⁸⁾, ipsa etiam infirmitate durante perit, eius suffragio non requisito, ad electionem⁵⁹⁾ procedi. Sed si ad alios post sanitatem sibi redditam seu ante⁶⁰⁾ redire voluerit, vel etiam si alii absentes, quos per decem dies diximus expectandos, supervenerint re integra, videlicet antequam eidem ecclesiae sit de pastore provisum: in eodem negotio in illo statu, in quo ipsa invenerint, admittantur, praemissa tam de clausura, quam de servientibus, cibo ac potu et reliquis⁶¹⁾ cum⁶²⁾ aliis servaturi. §. 2. Porro, si quando Romanum Pontificem extra civitatem praedictam, in qua erat cum sua curia residens, contigerit ab hac luce migrare, teneantur cardinales in ciuitate, in cuius territorio seu districtu idem Pontifex obiit⁶³⁾, convenire, nisi sit forsitan interdicta, vel contra ecclesiam Romanam in aperta rebellionem persistat, Quo⁶⁴⁾ casu in alia viciniore conveniant, quae similiter nec interdicto subiaceat, nec sit, ut praedicitur, aperte rebellis. In hac etiam ciuitate tam quoad expectationem absentium, quam quoad habitationem communem, clausuram⁶⁵⁾ et cetera omnia in domo episcopali, vel alia qualibet eisdem⁶⁶⁾ cardinalibus deputanda, eadem⁶⁷⁾ obseruentur, quae superius, obeunte dicto Pontifice in ea, in qua cum sua curia residebat, sunt expressa. §. 3. Praeterea, quia parum est iura condere, nisi sit, qui eadem teneatur, adiciendo sancimus, ut domini⁶⁸⁾ alique rectores et officiales civitatis illius, in qua Romani Pontificis electio fuerit celebranda, auctoritate nostra, et eiusdem approbatione concilii potestate sibi tradita, praemissa omnia et singula plene ac inviolabiliter sine fraude ac dolo aliquo faciant observari, nec cardinales ultra, quam⁶⁹⁾ praemittitur, arctare praesumant. Super his autem taliter observandis statim, audito summi Pontificis obitu, coram clero et populo universo⁷⁰⁾ civitatis ipsius, ad hoc specialiter convocanda, praesentent corporaliter iuramentum. Quodsi^{70^o)} praemissa diligenter non observaverint, aut fraudem in eis vel circa ea commiserint, cuiuscunque sint praesentiae, conditionis aut status, omni cessante privilegio eo ipso sententiam excommunicationis incurrant⁷¹⁾, et perpetuo sint infames, nec unquam eis portae dignitatis pateant, nec ad aliquod publicum officium admittantur. Ipsos insuper feudis et bonis ceteris, quae ab eadem Romana ecclesia⁷²⁾ vel quibuscumque aliis ecclesiis obtinent, ipso facto decernimus esse privatos, ita, quod ad ecclesiam ipsam plene ac libere revertantur, administratorum⁷³⁾ earundem ecclesiarum arbitrio sine contradictione aliqua disponenda. Civitas vero praedicta non solum sit interdicto supposita, sed et pontificali dignitate privata. §. 4. Ceterum quia, quum arbitrium vel inordinatum captivatus affectus⁷⁴⁾, vel ad certum aliquem⁷⁵⁾ obligationis cuiusque⁷⁶⁾ necessitas adigit⁷⁷⁾, cessat electio, dum libertas admittitur⁷⁸⁾ eli-

Cap. II. 16^o) c. 3. conc. Lugd. I. — Decr. Innoc. h. t. c. 2. — 17) seu: Innoc. IV. Ms. — 18) et: Innoc. IV. Sext. Ms. — 18^o) votis: Innoc. IV. ap. Mans. — 19) et: Innoc. IV. Ms. — 20) nec: id. — 21) alius: id. — alio: Sext. Ms. — 21^o) recedente: Innoc. IV. ap. Mans.
Cap. III. 22) c. 2. conc. Lugd. II. — 22) oneratu: conc. Ms. — 24) exacta: Sext. Ms. — 25) manifestat: conc. Ms. — 26) accomodat: conc. ap. Mans. Böh. — 27) Papa IV.: conc. Ms. — sed cf. c. 4. X. de elect. l. 6. — 28) censens: id. — 29) desid. in Sext. Ms. — 30) fuerunt: conc. Ms. — 31) eiusdem: Sext. Ms. — 32) habitus: conc. — 33) quo: id. Ms. — 34) serento: conc. Sext. Ms. — 35) libere: conc. Ms. Sext. Ms. — 36) aditus: conc. Ms. — 36^o) illuc: conc. ap. Mans. — 37) loquendo: Sext. Ms. — 38) ibi: conc. Ms. — 39) iis: Böh. conc. ap. Mans. — 40) copia: conc. Ms. — 41) contrarium: ib. — 42) iatra: Böh. — 43) prout: conc. Ms. — 44) praedictum: conc. — 45) nisi: conc. Ms. — 46) tunc per: ib. — 47) quibus vero: ib. — 48) percipient: ib. — 49) percipient: ib. —

50) perceptione: conc. — 51) ipsos: id., Sext. Ms. — 52) hactenus: Sext. Ms. — 53) ad eos: arg. inc. adeo: conc. Ms. — 54) omitt. conc. Ms. — 55) efficac evidens: Sext. Ms. — 56) de: conc. — 57) substituendum: conc. ap. Mans., Sext. Ms. — et substituendum: conc. Ms. — 58) contigit: id. — 59) ad el.: omitt. conc. Ms., Sext. Ms. — 60) seu ante: non leg. in conc. Ms. — seu antea: conc. ap. Mans. — 64) add.: tamen: conc. Ms., Sext. Ms. — 62) omitt. conc. Ms. — 63) obierit: id. — 64) in quo: id. — 65) et el.: ib. — 66) et eius: Sext. Ms. — 67) nec non et quacunque alia eadem omnia obs.: conc. Ms., Sext. Ms. — 68) domiaus: conc.: Sext. Ms. — 69) add.: iam: Sext. Ms. — 70) omitt. conc. — 70^o) Quodsi forte in praemissis vel circa ea fraudem commiserint, aut ipsa diligenter non observaverint: conc. ap. Mans. — 71) excommunicationis sicut vinculo inmodati: conc. — 72) omitt. id., Sext. Ms. — 73) administratione: conc. Ms. — 74) effectus: Sext. Ms. — 75) aliquid: id., conc. — 76) cuiuscunque: conc. Ms., Sext. Ms. — 77) exigit: conc. Ms. — 78) admittitur: Sext. Ms.

gendi: cardinales eosdem obsecrantes per viscera misericordiae Dei nostri, per adspersionem sui pretiosi sanguinis obtestamur, ut pensantes attentius, quid eis imminet, quum agitur de creatione vicarii Iesu Christi, successoris Petri, rectoris universalis ecclesiae, gregis dominici directoris, omni privatae affectionis inordinatione deposita, et cuiuslibet pactionis, conventionis⁷⁸⁾, obligationis necessitate, nec non conducti⁸⁰⁾ et intendimenti contemplatione cessantibus, non in se reciprocant considerationis intuitum vel in suos, non quae sua sunt quaerant, non commodis privatis intendunt, sed, nullo arctante ipsorum in eligendo iudicium nisi Deo, puris et liberis mentibus, nuda electionis conscientia, utilitatem publicam libere prosequantur, omni conatu et sollicitudine, prout possibilitas patitur, id acturi tantummodo, ut eorum ministerio acceleretur utilis et pernecessaria totius mundi provisio, idoneo celeriter eidem ecclesiae sponso dato. Qui autem secus egerint, divinae subiaceant ultioni, eorum⁸⁰⁾ culpa, nisi gravi propter hoc peracta poenitentia, nullatenus abolenda. Et nos nihilominus pactiones, conventiones, obligationes⁸¹⁾, conductas⁸²⁾ et intendimenta omnia, sive iuramenti⁸³⁾ sive cuiuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis annexa⁸⁴⁾, cassamus, irritamus⁸⁵⁾ et viribus decernimus omnino carere ita⁸⁵⁾, quod⁸⁶⁾ nullus ad illa observanda quomodolibet sit adstrictus, nec quisquam ex eorum transgressione notam⁸⁷⁾ vereatur fidei non servatae⁸⁸⁾, sed non indignae laudis titulum potius mereatur, quum lex etiam humana testetur, Deo magis transgressiones huiusmodi⁸⁹⁾, quam iurisiurandi observationes acceptas. §. 5. Quia vero fidelibus non est tam de sollicita quantumcunque inventione fidendum, quam de instantia orationis humilis et devotae sperandum: huic adiciamus sanctioni, ut in omnibus civitatibus ceterisque locis insignibus, ubi⁹⁰⁾ primum de memorati Pontificis obitu certitudo claruerit, a clero et⁹¹⁾ populo, solennibus pro eo exaequius celebratis, singulis diebus, donec de ipsius ecclesiae provisione indubitanter⁹²⁾ rumor pertulerit veritatem, humiles preces fundantur ad Dominum, apud⁹³⁾ eum devotis orationibus insistatur, ut ipse, qui concordiam facit in⁹⁴⁾ sublimibus suis, sic efficiat eorundem cardinalium corda in eligendo concordia, quod provisio celer, concors et utilis, prout animarum salus exigit et totius orbis requirit utilitas, ex ipsorum unanimitate sequatur. Et ne tam salubre praesentis sanctionis edictum ignorantiae negligi praetextu contingat: districte praecipimus, ut patriarchae, archiepiscopi, episcopi et alii ecclesiarum praelati, ceterique, quibus concessum⁹⁵⁾ est proponere verbum Dei, clerum et populum, propter hoc specialiter frequentius congregandos, in suis sermonibus ad supplicum precum suffragia pro celeri et felici exitu tanti negotii frequentanda⁹⁶⁾ sollerter hortentur, et ipsis eadem auctoritate non solum orationum frequentiam, sed⁹⁷⁾ observantiam, prout circumstantiae pensandae suaserint, ieiuniorum indicant⁹⁸⁾.

CAP. IV.

Appellantes contra electiones, postulationes vel provisiones, omnia, quae obicere intendunt contra personam vel formam, tenentur exprimere, et iurare, quod illa credunt veru esse, et ea se posse probare. Super non expressis ipsi, vel adherentes eis, non audientur, nisi de novo emergant vel perveniant, vel superveniat probandi facultas, super quo iurare debebunt. Statutum Innocentii, editum contra non probantes quos obiciuntur in personam vel formam, in suo robore conservatur.
Ioann. Andr.

Idem in eodem.⁹⁹⁾

Ut circa electiones, postulationes et provisiones ecclesiasticas viam malitias, prout est possibile, praecludamus, ne¹⁰⁰⁾ diutius periculose vacent ecclesiae, vel personatum, dignitatum¹⁰⁰⁾ et aliorum ecclesiasticorum beneficiorum provisio differatur: edicto perpetuo providemus, ut, si quando aliqui electionibus, postulationibus vel provisionibus¹⁾ se opponunt, proponendo aliquas contra electionis, postulationis seu provisionis formam, aut personas eligentium vel electi, sive illius, cui erat provisio faciendae sive facta, et propter hoc contigerit appellari: appellantes in instrumento publico seu literis super appellatione confectis omnia et singula exprimant, quae in formam²⁾ intendunt obicere vel personas, coram personis authenticis aut persona, quae super hoc testimonium perhibeat³⁾ veritati, corporali praestito iuramento,

Cap. III. 79) conjunctionis: id. — et conv.: conc. Ms. — 80) conditi: id. — conducti: Sext. Ms. — 80) et eor.: conc. Ms. — 81) omitt. Sext. Ms. — 82) condita: conc. Ms. — 83) iuramenta: Sext. Ms. — 84) innexa: ib. — 85) et irrit.: conc. Ms. — 85) omitt. conc. ap. Mans. — 86) ut: conc. Ms. — 87) votum: conc. Ms. — 88) servare: id. Sext. Ms. — 89) huius: Sext. Ms. — omitt. conc. Ms. — 90) nisi: id. — 91) et a: id. — 92) indubitanus: conc. — 93) et ap.: id. Ms. — 94) desid. in Sext. Ms. — 95) commissum: conc. Ms. — 96) frequentia: id. — 97) sed et: conc., Sext. Ms. — 98) inducant: conc. Ms.

Cap. IV. 99) c. 3. ib. — 99) nec: conc. ap. Mans. — 100) aut dign.: conc. Ms. — 1) add.: huiusmodi: id. — 2) forma: id. — 3) perhibeat: id. — 4) obicienda: Böhm. — 5) fuerunt: conc. Ms. — 6) provenerint:

quod credant ea, quae sic exprimunt esse vera, et se posse probare. Alioquin tam opposites, quam tempore appellationis interpositae vel postmodum adhaerentes eisdem, obiciendi⁴⁾ aliqua, quae non fuerint⁵⁾ in huiusmodi literis vel instrumentis expressa, potestatem sibi noverint interdictam; nisi aliquid postea forsan emerit, vel super antiquis supervenerit probandi facultas, aut aliqua antiqua in opponentium notitiam de novo pervenerint⁶⁾, quae appellantes appellationis tempore emissae⁷⁾ verisimiliter ignorare potuerint⁸⁾, et etiam ignorarint. Super huiusmodi autem ignorantia et superveniente facultate probandi fidem per proprium praestandum corporaliter faciant iuramentum, hoc⁹⁾ adiciendo in iuramento eodem, quod ad ea probanda credunt se sufficientes probationes habere. Illa sane, quae felicia recordationis Innocentius Papa IV. contra non plene probantes ea, quae in formam vel personam obiecerant, statuit¹⁰⁾, in suo volumus robore permanere.

CAP. V.

Electus ante confirmationem administrare non debet per se vel per alium in totum vel in partem sub quocunque colore; qui contra fecerint, ipso iure privati sunt iure ex electione quaesito. Ioann. Andr.

Idem in eodem.¹¹⁾

Avaritiae caecitas et damnandae ambitionis improbitas aliquorum animos occupantes, eos in illam temeritatem impellunt, ut quae sibi a iure interdicta noverint exquisitis fraudibus usurpare conentur. Nonnulli siquidem ad regimen¹²⁾ ecclesiarum electi, quia eis iure prohibente non licet se ante confirmationem electionis, celebratae de ipsis, administrationi¹³⁾ ecclesiarum, ad quas vocantur, ingerere, ipsam sibi tanquam procuratoribus seu oeconomis committi procurant. Quum itaque non sit malitias hominum indulgendum, nos, latius providere volentes, hac generali constitutione sancimus, ut nullus de cetero administrationem dignitatis, ad quam electus est, priusquam celebrata de ipso electio confirmetur, sub oeconomatus vel procuratoris¹⁴⁾ nomine, aut alio de novo quaesito colore, in spiritualibus vel temporalibus, per se vel per alium, pro parte vel in totum, gerere vel recipere, aut illis¹⁵⁾ se immiscere praesumat¹⁶⁾, omnes illos, qui secus fecerint, iure, si quod eis per electionem quaesitum fuerit, decernentes eo ipso privados.

CAP. VI.

Eligentes, quam cito commode possunt, electionem electo praesentent. Electus infra mensem consentiat; alius priusquam est iure quaesito, nisi conditio personae ipsum excuset. Post consensum confirmationem petat infra tres menses; alius electio viribus vacuetur. Ioann. Andr.

Idem in eodem.¹⁷⁾

Quam sit ecclesiae¹⁸⁾ ipsarum dispendiosa vacatio, quam periculosa etiam esse solet animabus, non solum iura testantur, sed etiam magistra¹⁹⁾ rerum efficax experientia manifestat. Cupientes itaque competentibus remediis vacationum diuturnitatibus obviare, hoc perpetuo decreto statuimus, ut, si quando fuerit electio in aliqua ecclesia celebrata, electores electionem ipsam, quam citius commode poterunt²⁰⁾, electo praesentare, ac petere consensum ipsius procurant²¹⁾, electus vero illum adhibere infra²²⁾ mensem a tempore praesentationis huiusmodi²³⁾ teneatur. Quem si electus ipse²⁴⁾ ultra praestare distulerit: iure, si quod ei ex sua electione fuerit²⁵⁾ acquisitum, exlunc se noverit eo ipso privatum; nisi forsan ea sit electae²⁶⁾ personae conditio, ut electioni²⁷⁾ de se celebratae absque superioris sui licentia ex prohibitione seu quavis provisione sedis apostolicae consentire non possit. Quo casu idem electus seu electores ipsius consentiendi licentiam ab eius superiore cum ea²⁸⁾ celeritate, quam superioris ipsius praesentia vel absentia permiserit, petere studeant et habere; alioquin, si, lapsa tempore, pro²⁹⁾ eiusdem superioris praesentia vel absentia, ut praemittitur, moderando, huiusmodi licentiam eos nequaquam obtinere contingat, electores extunc ad electionem aliam procedendi liberam habeant facultatem. Ceterum quisvis electus infra tres menses post consensum, electioni³⁰⁾ de se celebratae praestitum, confirmationem electionis ipsius³¹⁾ petere non omittat. Quodsi iusto impedimento cessante infra huiusmodi³²⁾ trimestre tempus omiserit: electio eadem eo ipso viribus vacuetur.

Sext. Ms. — 7) obmissae: id. — 8) potuerunt . . . ignorarunt: ib. — 9) haec: conc. Ms. — 10) statuerit: Sext. Ms. — cf. supra c. 1.

Cap. V. 11) c. 4. ib. — 12) regimen: conc. Ms. — 13) administrationem: ib. — 14) portionis: Sext. Ms. — 15) illi: id., conc. Ms. — 16) intermittere praesumant: conc. Ms.

Cap. VI. 17) c. 5. ib. — 18) ecclesiarum: conc. Ms. — 19) mag. vel magistrarum: id. — 20) poterunt: id. — 21) desid. ib. — 22) intra: et hoc loco et paulo post: Böhm. — 23) huius: Sext. Ms. — 24) omitt. id. — ipsi: conc. ap. Mans. — 25) fuerit: Sext. Ms., Böhm. — 26) electi: Sext. Ms. — 27) electionem: conc. Ms. — 28) cum ea: omitt. id. — 29) per . . . praesentiam vel absentiam: id. — 30) elect. . . praestitum: omitt. id. — 31) abest ab eod. — 32) hoc: id.

CAP. VII.

Si non sequatur electio, non est quis ex consensu, in scrutinio scienter habito in indignum, eligendi potestate privatus. Hoc dicit Ioann. Andr.

Idem in eodem. 33)

Perpetuo³⁴⁾ sanctionis oraculo declaramus, quod scienter in electionibus nominantes indignum, propter suffragium in scrutinio praestitum, nisi adeo in eo perstiterint, quod ex votis eorum communis electio subsequatur, nequaquam eligendi potestate priventur³⁵⁾; licet pro eo, quod indignum nominando scienter contra conscientias suas agunt, et divinam vindictam et³⁶⁾ apostolicae ultionis metum³⁷⁾, quem³⁸⁾ qualitas facti suaserit, possint non immerito formidare.

CAP. VIII.

Eligens, vel electioni consentiens, contra electum, nisi ex nova causa, vel noviter si pandita, se nequit opponere vel renunciare. Ioann. Andr.

Idem in eodem. 39)

Nulli licere decernimus, postquam in scrutinio nominaverit aliquem, et electio fuerit subsecuta, vel postquam praestiterit electioni de ipso ab aliis celebratae consensum, illum super electione ipsa, nisi ex causis postea emergentibus, impugnare, vel nisi ei morum ipsius antea celata de novo pandatur improbitas, seu aliquis alterius latentis vitii vel defectus, quae verisimiliter ignorare potuerit, veritas reveletur. De⁴⁰⁾ huiusmodi autem ignorantia fidem faciat proprio iuramento.

CAP. IX.

Contra electum a duplo maiori parte, vel electores ipsius, nil a reliqua parte potest opponi, quod votum extenuet; sed id bene opponitur, quod votum annullat. Ioann. Andr.

Idem in eodem. 41)

Si quando contigerit, duabus electionibus celebratis partem alteram eligentium duplo maiorem numero inveniri, contra⁴²⁾ electores, qui partem reliquam sic excedunt⁴³⁾, ad extenuationem zeli, meriti vel auctoritatis⁴⁴⁾ ipsorum, reliquis vel electo ab eis aliquid opponendi⁴⁵⁾ omnem praesenti decreto interdicens facultatem. Si quid autem opponere voluerint⁴⁶⁾, quod votum illius, cui opponitur, nullum redderet⁴⁷⁾ ipso iure: id eis non intelligimus interdictum.

CAP. X.

Appellatio iudicialis vel extra devolvit causas electionum episcoporum et superiorum ad Papam, si in scriptis et ex causa probabili fuerit interdicta; alias non. Et ab eis possunt partes sine pravitate recedere, priusquam Papae praesentata fuerit. Et an in recessu intervenierit pravitas, inferiores iudices ante omnia debent inquirere. Quam si repererint, de causa non cognoscant, sed statuent partibus terminum, in quo cum actis et munimentis se apostolico conspectui repraesentent. Ioann. Andr.

Idem in eodem. 48)

Quamvis constitutio felices recordationis Alexandri Papae IV. praecessoris nostri causas electionum episcopaliu, seu super electionibus episcoporum exortas, non immerito maioribus causis adnumerans, cognitiones ipsarum per appellationes quaslibet devolvi asserat⁴⁹⁾ ad apostolicae sedis examen; nos tamen, et temerariam appellantium audaciam et effrenatam appellationum frequentiam refrenare volentes, hac generali constitutione duximus providendum, ut, si extra iudicium in praedictis electionibus, vel in aliis dignitatibus⁵⁰⁾ episcopatu maioribus celebratis, expressa causa manifeste frivola contigerit appellari, per appellationem huiusmodi nequaquam ad sedem⁵¹⁾ eandem negotium devolvatur. Sed quum⁵²⁾ in electionum earundem negotiis in iudicio vel extra iudicium appellatur in scriptis ex causa probabili, quae probata deberet legitima reputari: ad sedem ipsam huiusmodi negotia deferantur. Ceterum in praemissis omnibus casibus liceat partibus ab huiusmodi appellationibus, nulla tamen interveniente pravitate, recedere⁵³⁾,

antequam praefatae sedi fuerint praesentatae. Inferiores autem iudices, quorum erat ipsarum causarum cognitio appellatione cessante, an in hoc pravitas intercesserit ante omnia diligenter inquirent, et, si eam intercessisse repererint, se de causis ipsis⁵⁴⁾ nullatenus intromittant, sed praefigant dictis partibus terminum peremptorium competentem⁵⁵⁾, in quo cum omnibus actis et munimentis⁵⁶⁾ suis apostolico se conspectui repraesentent.

CAP. XI.

Si inter reliqua, quae obiciuntur promovendo ad dignitatem, obicitur evidens defectus scientiae vel personae, illud ante omnia examinari debet. Et si reperitur falsum, opponens a prosecutione negotii repellitur, et punitur perinde, ac si defecisset in probatione omnium obiectorum. Ioann. Andr.

Idem in eodem. 57)

Si forte inter cetera, quae obiciuntur electo aut postulato, seu alias⁵⁸⁾ promovendo ad aliquam dignitatem, evidentem scientiae vel alium personae defectum opponi contingat: in discussione obiectorum illum statuimus ordinem incommutabiliter observandum, ut promovendus super defectu ipso ante omnia subiiciatur examini, cuius eventus examinandis aliis aut dabit initium⁵⁹⁾, aut negabit. Ceterum si praemissi examinis exitus huiusmodi oppositiones docuerit veritate destitui: opposentes omnino⁶⁰⁾ a prosecutione causae, in qua talia obiecerunt, excludimus, et perinde puniri decernimus, ac si penitus in probatione omnium, quae obiecerant, defecissent.

CAP. XII.

Qui gravaverit aliquam personam ecclesiasticam, vel eius consanguineos, vel ecclesias seu bona, pro eo, quod eum, pro quo rogabatur, eligere nohuit, ipso facto excommunicatus est. Ioann. Andr.

Idem in eodem. 61)

Sciunt cuncti, qui clericos vel quaslibet alias personas ecclesiasticas, ad quos in aliquibus ecclesiis, monasteriis aut aliis piis locis spectat electio, pro eo, quod rogati seu alias inducti eum, pro quo rogabantur sive inducebantur, eligere noluerint⁶²⁾, vel consanguineos eorum, aut ipsas ecclesias, monasteria, seu loca cetera, beneficiis sive aliis bonis suis per se vel per alios⁶³⁾ spoliando seu alias iniuste persequendo⁶⁴⁾ gravare praesumpserint⁶⁵⁾, se ipso facto excommunicationis sententia innodatos.

CAP. XIII.

Primo punit usurpantes de novo custodiam vacantium ecclesiarum. Secundo punit clericos et monachos, hoc fieri procurantes. Tertio punit clericos, se talibus non opponentes. Quarto punit, qualiter debeant se habere habentes talem custodiam ab antiquo. Ioann. Andr.

Idem in eodem. 66)

Generali constitutione sancimus, universos et singulos, qui, regalia, custodiam sive guardiam, advocacionis seu defensionis titulum in ecclesiis, monasteriis seu quibuslibet aliis piis locis de novo usurpare conantes, bona ecclesiarum, monasteriorum aut locorum ipsorum vacantium occupare praesumunt⁶⁷⁾, quantaeunque dignitatis honore praevaldeant, clericos etiam ecclesiarum, monachos monasteriorum, et personas ceteras locorum eorundem, qui hoc⁶⁸⁾ fieri procurant, eo ipso excommunicationis sententiae decernimus⁶⁹⁾ subiicere. Illos vero clericos⁷⁰⁾, qui se, ut debent⁷¹⁾, talia facientibus non opponunt, de proventibus ecclesiarum seu locorum ipsorum pro tempore, quo praemissa sine debita contradictione⁷²⁾ permiserint, aliquid percipere districtius inhibemus. Qui autem ab ipsarum ecclesiarum ceterorumque locorum fundatione, vel ex antiqua consuetudine iura sibi huiusmodi vendicant, ab illorum abusu sic prudenter absterneant, et suos ministros in eis sollicitate faciant abstinere, quod ea, quae non pertinent ad fructus sive redditus, provenientes vacationis tempore, non usurpent, nec bona cetera, quorum se asserunt habere custodiam, dilabi⁷³⁾ permittant, sed in bono statu conservent.

Cap. VII. 33) c. 6. ib. — 34) Praecipuae: conc. Ms. — Perpetuae: conc., ap. Mans. Sext Ms. — 35) privantur: id., conc. — 36) omitt. conc. Ms. — 37) notum: id. — 38) quam: Sext. Ms.

Cap. VIII. 39) c. 7. ib. — 40) De hui. etc.: desid. in conc. Ms. — 41) extendunt et: ib. — 42) auctoritate: ib. — 43) opponere debent: ib. — 44) volunt: ib. — 47) reddent: Sext. Ms.

Cap. X. 48) c. 9. ib. — 49) offerat: conc. ap. Mans. — 50) desid. in conc. Ms. — de dign.: conc. ap. Mans., Sext. Ms. — 51) add.: apostolicam: conc. Ms. — 52) quum eorundem vel electionum earundem negotiis:

Sext. Ms. — 53) recedant: id. — 54) abest a conc. Ms. — 55) desid. ib. — 56) instrumentis: Sext. Ms.

Cap. XI. 57) c. 10. ib. — 58) omitt. conc. Ms. — 59) nuncium: id., Sext. Ms. — 60) desid. in Sext. Ms.

Cap. XII. 61) c. 11. ib. — 62) noluerunt: conc. — 63) alium: conc. Ms. — 64) prosequendo: Böhm. — 65) graviter praesumpserant: conc. Ms.

Cap. XIII. 66) c. 12. ib. — 67) praesumpserint quantocunque: Sext. Ms. — 68) haec: conc. ap. Mans. — 69) omitt. conc. — 70) desid. ap. Böhm. — 71) debent: conc. — 72) traditions: Sext. Ms. — 73) dissipari: conc. Ms.

CAP. XIV.

Parochialis ecclesie nomen conferatur qui non sit idoneus scientia, moribus et aetate, et, si conferatur non alliganti XXV. annum, non valet collatio. Ille autem, cui talis ecclesia collata fuerit, teneatur personaliter residere, et infra annum sacerdos fieri; si autem promotus non fuerit elapso anno, privatus est ipso iure. Super residentia autem praeterea eius ad tempus poterit dispensare. Ioann. Andr.

Idem in eodem. 78)

Licet canon, a felicitis recordationis Alexandro Papa III. 75) praedecessore nostro editus inter 76) cetera statuerit, ut nullus regimen ecclesiae parochialis suscipiat, nisi XXV. annum aetatis attigerit, ac scientia et moribus commendandus existat, quodque talis ad regimen assumptus huiusmodi, si monitus non fuerit praefixo a canonibus tempore in presbyterum ordinatus, a regiminis eiusdem amoveatur officio, et alii conferatur; quia tamen in observatione canonis memorati se multi exhibent negligentes: nos, periculosam illorum negligentiam volentes iuris executione supplere, praesenti decreto statuimus, ut nullus ad regimen parochialis ecclesiae assumatur, nisi sit idoneus moribus, scientia et aetate; decernentes, collationes de parochialibus ecclesiis his 77), qui non attigerint 78) XXV. annum, de cetero faciendas viribus omnino carere. In eam, qui ad huiusmodi regimen assumetur, ut gregis sibi 79) crediti 80) diligentius curam gerere possit, in parochiali ecclesia, cuius rector extiterit, residere personaliter teneatur, et infra 81) annum, a sibi commissi regiminis tempore numerandum, se faciat ad sacerdotium promoveri. Quodsi infra idem tempus promotus non fuerit, ecclesia sibi commissi, nulla etiam praemissa monitione, sit praesentis constitutionis auctoritate privatus. Super residentia vero, ut praemittitur faciendam, possit ordinarius gratiam dispensationis 82) ad tempus facere, prout causa rationabilis id exposcit 83).

CAP. XV.

Parochialis ecclesia non commendetur, nisi constituto in aetate legitima et sacerdotio; et tunc nisi una: et illa tunc demum, quum necessitas vel utilitas exigat. Talis autem commendatio ultra sex menses non duret. Quod contra praedicta factum fuerit, est irritum ipso iure. Ioann. Andr.

Idem in eodem. 84)

Nemo deinceps parochialem ecclesiam alicui, non constituto in aetate legitima et sacerdotio, commendare praesumat, nec tali etiam nisi unam, et 85) evidenti necessitate vel utilitate ipsius ecclesiae suadente. Huiusmodi autem commendam, ut praemittitur, rite 86) factam, declaramus ultra semestris temporis spatium non durare, statuentes, quicquid secus de commendis ecclesiarum parochialium actum fuerit, esse irritum ipso iure.

CAP. XVI.

Haec decretalis fuit multum utilis suo tempore, antequam Papa reservaret sibi provisiones episcopatum. Glossa prima ponit summarium, et secunda divisionem. Dominicus.

Nicolaus III.

Capietes ecclesiarum vacationibus periculis occurrere, ac malignantium subterfugiis obviare, iam provisus remediis alia, quae patenter ipsa 87) rerum experientia ad earum expeditionem indicavit utilia, remedia experta subiungimus, et, quod felicitis recordationis Gregorius Papa X. praedecessor noster de electionibus praesentandis electis, et ipsorum electorum petendo ac adhibendo consensu salubriter statuit, in sua robore cum infra scripti temporis moderatione in praesentandis electionibus permanere volentes; sed, quod de trimestri tempore post consensum ad petendas confirmationes instituit, quoad illas, quae petuntur vel peti debent a sede apostolica, temperantes, quum interdum aliquorum locorum vicinitas minus exigat, aliquorum distantia prolixius tempus exposcat: haec generali et in perpetuum valitura constitutione sancimus, ut omnes electi cathedralium vel regularium ecclesiarum, quorum electionum confirmationes vel infirmationes ad ipsius sedis examen deducit immediata subiectio, vel appellatio interiecta devolvit, infra 88) unum mensem post consensum vel post obtentam

de ipsorum electione notitiam, si eam debito tempore non contigerit praesentari, ad sedem ipsam iter arripiant 89), et extunc, sive infra praescriptum tempus iter arriperint sive non, absque fraude, quam cito poterunt commode, locorum considerata distantia, petitori suarum electionum confirmationes vel prosecreturi electiones suas, quibus poterunt modis licitis, comparere cum omnibus actis, iuribus et munimentis suis, et 90) processus suos contingentibus eorum nobis personaliter teneantur. Quodsi per viginti dies post lapsum ex qualitate locorum moderandi temporis 91) expectati, sive eligentes sive opposites venerint 92) sive non, personaliter compareto, et suorum electionum confirmationem, vel prosecretionem seu executionem petere nulla iusta causa interveniente contempserint, de qua infra praedictis viginti dies proposita infra quatuordecim dies post tempus huiusmodi eorum nobis vel alio seu aliis deputando 93) vel deputandis a nobis, si admittenda videbitur, teneantur apud sedem ipsam facere plenam fidem, nisi vel 94) infra eosdem viginti dies, seu praedictis quindecim, eo casu tantum, quum ad praedictam causam propositam, ut praedictum, et admissam probandam concessi fuerint, talia et tam verisimilia proponi contingeret, quae iudicio praesidentis electos ipsos ad infra scripta poena merito excusarent, et propter quae 95) forsitan videretur eidem ad praedictam comparitionem tempus prolixius indulgendum. Insuper etiam eo casu, quo ad personale electorum comparitionem excusandam aliquam iustam causam propositam contigerit vel admitti, nisi tunc infra idem tempus, iusto impedimento cessante 96), per procuratorem ad praemissa omnia sufficienter instructum, et nihilominus, ipsa causa cessante, ut praemittitur, se personaliter praesentaverint: electiones de ipsis factas, eo ipso viribus vacuantes, ipsos omni iure, si quod eis per electionem huiusmodi quaesitum esset, decernimus esse privatos. Electos vero, qui se sine actis, iuribus et munimentis suis, et processus suos contingentibus personaliter vel per procuratorem, ut praemittitur, praesentaverint, ea 97) volumus ex contemptu constitutionis huiusmodi eo casu poena percipi 98), ut pro exhibendis illis alibi, quam apud sedem ipsam, nisi ex iusta causa, non possint dilationem aliam 99) obtinere. Ad haec, ut diligens inquisitio super electionibus, et 100) eligentibus, et electis ac aliis praemissa contingentibus, plena informatio possit haberi, (quam informationem per procuratores, qui ut plurimum constituuntur absentes et processus ignari, cursus causarum non sentit de facili provenire, 1) de ipsis electoribus duae personae ad minus, super negotio ipso, ut de electis praemittitur, sufficienter instructae, quando electionem concordem esse contigerit, infra idem tempus per capitulum expensis bonorum ad praedictam ipsius ecclesiae, de cuius electione agitur, pertinentium, si sint discreta, aliqui communium vel per ipsum capitulum aliunde provisorum, si de ipsis discretis vel communibus tunc haberi 2) non possint, ad omnia instructae 3) plenarie 4) transmittantur. Si vero in discordia electio vel electiones ipsae processerint: tunc duae personae ad minus de parte qualibet, (quum sint plures,) vel de parte electi, (quum electio una processerit,) 5) necessarii et moderatis expensis electorum. Quas si electi exhibere contempserint, nisi forsitan ipsos facultatum impotentia pro qualitate negotii excusaret, omni iure ipsis ex tali electione quaesito priventur. Et quando unicus est electus, cui aliquis vel aliqui se opponunt: eo 6) casu tam opponens quam opposites huiusmodi, si duo tantum, vel si plures, duo ad minus ex ipsis opposentibus, expensis ipsorum opponentium propriis, plene (ut dictum est,) cum actis et munimentis instructae 7) compareant, ut per praemissas personas vel negotium plenarie instrui, vel sedes eadem valeat informari, an 8), ecclesiarum utilitate pensata et aliis inspectis circumstantiis, super habeendis aliquibus probationibus seu quibusdam etiam aliis sit alibi faciendam commissio, vel acquiescit suadente partes potius apud sedem ipsam 9) in probationibus et aliis sint tractandae. Ceterum si eligentes electiones ipsas, concorditer vel in discordia celebratas, infra octo dies, postquam commode 10) poterunt, electis praesentare distulerint: ipsos, qui culpabiles in hoc extiterint, quoad se a processu prosecretione totaliter excludentes, omnibus beneficiis suis, quae in ipsa ecclesia, de cuius electione agitur, obtinent, per triennium continuum extunc inchoandum volumus eo ipso fore suspensos; ad quae si infra illud tempus

Cap. XIV. 74) c. 12. ib. — 75) Pap. IV. conc. Ms., Sext. Ms. — cf. tamen c. 7. de elect. l. 6. — 76) infra: Böhm. — 77) iis: id., conc. ap. Mans. — 78) attigerunt: conc. ap. Mans. — 79) sui: id. — 80) traditi: conc. Ms. — 81) infra: et hoc loco et infra: Böhm. — 82) dispensativa: conc. — 83) exposcit: id.

Cap. XV. 84) c. 14. ib. — 85) omitt. conc. Ms. — 86) alicui rite: id.

Cap. XVI. 87) sparium: Sext. Ms. — 88) infra: et hoc loco et paulo post: Böhm. — 89) accipiant: Sext. Ms. — 90) omitt. id. — 91) spatium temporis: id. — 92) non veniunt, sive electi non pers.: id. — 93) depu-

tato vel deputando vel dep.: id. — 94) omitt. id. — 95) quod: id. — 96) vacante: id. — 97) eos: id. — 98) procelli: id. — 99) aliquam: id. — 100) abest ab eod. — 1) in exp. de bonis... pertinentibus, aliqui de communibus vel per ips. cap. uliunde provisus: id. — 2) adhiberi: Böhm. — 3) instructi: Sext. Ms. — 4) inquam plenarie: Böhm. — 5) desid. ap. eund. — 6) impensis ipsorum opponentium plene propriis, in eo casu tam opponens quam opposites huiusmodi, si duo tantum, vel si plures, duo ad minus ex ipsis opposentibus expensis ipsorum opponentium plene etc.: Sext. Ms. — 7) instructi: id., Böhm. — 8) vel: Sext. Ms. — 9) eandem in prob. aliis: id. — 10) desid. ib.

se propria temeritate vel alio quocumque colore ingesserint, illis¹¹) ipso iure perpetuo sint privati. Vel si personas instructas, ut praemittitur, (etiam si opposites vel electi mittere vel venire, seu expensas ministrare contempnant¹²), destinare neglexerint, (nisi eos capituli vel contradicentium paucitas, seu alia iusta et probabilis causa evidenter excuset, in quo casu procuratorem sufficienter instructum mittere, et nihilominus cessante causa dictas personas dirigere teneantur,) et a totali quoad se prosecutione processus, et a preventuum beneficiorum, quae in ecclesia ipsa obtinent, per triennium continuata perceptione priventur; oppositis vel opponentium, quum¹³) unicus est electus, contumacia simili poena plectenda. Nihilominus tamen in praemissis casibus, quibus eligentes vel opposites quoad se prosecutione priventur¹⁴), electis super¹⁵) hoc in prosecutione sui iuris nullum praedictum generetur. Denique, quum ad postulationem concordem vel discordem procedi contigerit, et aliqui, patientes in ordinibus vel aetate defectum, vel¹⁶) his similes postulentur, (non qui, aliis ecclesiis alligati, liberum non habent¹⁷) sine nostra permissione volentem, circa quos taliter alligatos nihil de veteris iuris observantia immutamus,) postulatorem huiusmodi et postulantem¹⁸) eosdem ea moderata distinctione perstringimus, ut, (eo salvo, quod postulati huiusmodi nec suis postulationibus praestare consensum, nec, ut de electis dictum est, exhibere expensas aliquibus teneantur, sed postulantes ipsi concorditer vel discorditer expensas ipsas personis talibus subministrant,) postulatorem in veniendo, si non dissenserint¹⁹), et postulantem in²⁰) mittendo personas instructas, ut in concordia vel discordi electione, per omnia, ut supra praemittitur, moderatio praemissa constringat, et negligentes statuta ibidem simili poena percellat; nec per hoc, quod de postulatis pro ceteri ecclesiarum expeditione statuitur, postulationes ipsae minus dependere intelligantur²¹) a gratia, quam antea dependebant. Porro in singulis casibus supra dictis, in recuperandis vel reddendis expensis eligentium, electorum, postulantium et etiam postulati, illud servari decernimus, quod iustum fuerit seu aequitas canonum iudicabit.

CAP. XVII.

Glossa prima distiñt, et summat totum textum. Vide eam, Dominicus.

Idem.

Fundamenta militantis ecclesiae in montibus sanctis Propheta memorans, per montes Apostolos et praedicatorum patenter insinuat, quibus tota huiusmodi aedificii fabrica confidenter inuititur. Qui firmas bases ecclesiae super fundamento, praeter quod nemo aliud ponere potest, quod est Christus Iesus, veluti summo angulari lapide solidantur, ut veritas, quae antea legis et Prophetarum praeconio rehebatur, per apostolicam tubam in salutem universitatis exiret, sicut scriptum est²²): „In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.“ Huius autem muneris sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum voluit officium pertinere, ut in beato Petro Apostolorum omnium summo principatiter collocaret, ut ab ipso, quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet. Hunc enim, in consortium individuae unitatis assumptum, id, quod ipse erat, Dominus voluit nominari, dicendo²³): „Tu es Petrus, et super hanc petram²⁴) aedificabo ecclesiam meam,“ ut aeterni templi structura, Deo aedificante constructa, mirabili munere gratiae Dei in Petri consistere firmitate, cui Salvatoris nostri miranda provisio beatum Paulum in apostolatu²⁵) gentium per dexteram societatis adiunxit. Isti sunt, per quos evangelium Romae resplendit. Isti sunt eius patres verique pastores. Isti sunt, qui una die pro merito, uno loco pro gloria sub uno persecutore pro parili virtute compassi, Urbem ipsam glorioso cruore martyrii Christo Domino consecrarunt. Isti sunt, qui illam²⁶) in hanc gloriam proleverunt, ut sit gens sancta, populus electus, civitas sacerdotalis et regia, per sacram beati Petri sedem caput totius orbis effecta. Ne autem ipsa mater ecclesia in congregatione et pastura fidelium temporalibus careret auxiliis, quum potius ipsis adiuta spiritualibus²⁷) semper proficeret incrementis: non absque miraculo factum esse concipitur, ut occasionaliter Constantini monarchiae a Deo provisae, sed curata²⁸) baptismalibus fomentis infunderet, quandam quasi adiceret ipsi ecclesiae firmitatem, qui quarto die sui baptismatis una cum omnibus satrapis et²⁹) universo senatu, optimatibus etiam et cuncto populo, in

persona beati Silvestri, sibi Romanam concedendae urbem relinquens, ab eo et successoribus eius per pragmaticum constitutum disponendam esse, decernens³⁰) in ipsa³¹) Urbe utriusque potestatis monarchiam Romanis Pontificibus, declararet, non iustum arbitraretur, ut, ubi sacerdotii principatum et Christianae religionis caput imperator coelestis instituit, illic imperator terrenus habeat potestatem; quin magis ipsa Petri sedes, in Romano iam proprio³²) solio collocata, libertate plena in suis agendis per omnia potiretur, nec ulli subesset homini, quae ore divino sanctis dignoscitur esse praelata. Decet namque ipsi Romano Pontifici per fratres suos, sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinales, qui sibi in executione officii sacerdotalis coadiutores assistunt, libera³³) provenire consilia. Decet ipsos nullo modo vacillare iudicia, ut fratres ipsos nullus saecularis potestatis motus exterreat, nullus temporalis favor oborbeat, nullus eis terror imminet, nihil eos a veri consilii soliditate removeat, quia, quum per ipsam Romanam Pontificem in quibuscunque negotiis contingeret eorum peti consilia in consulendo, per omnia liberi eidem Romano Pontifici in omnibus, quae pro tempore imminant³⁴), libere consulant et assistant, ipsaque Romani Pontificis vicarii Dei quae suis temporibus occurrunt³⁵) electio, et eorumdem cardinalium, quum expedierit, faciendam promotionem, in omni libertate procedant. Dignae itaque ad Urbem ipsam eiusque regimen aciem nostrae considerationis extendimus, ut felici ducta regimine praeservetur a noxiis, et optatis semper proficiat incrementis. Numquid obdixit oblitio, quae Urbi, quae incolis non haec destructio moenium, deformatio proveniens ex ruinis luce clarior manifestant? Numquid³⁶) non haec fidelium contractata deposita? Numquid non haec ipsa veneranda Dei templa praesidentis manu sacrilega diebus nostris nefarie violata proclamant? Quid plura? Nonne ipsius Urbis obstinacis temporibus incurrupta constantia sub regentis eo tempore nefando subversa est³⁷) regimine, ipsaque³⁸) Urbem, speculum fidei, tanta respersit infamia, ut a matre sua Romana ecclesia filia praedilecta deviana compulsa, quondam Conradinum, qui de venenosa radice Frederici³⁹) quondam Romani⁴⁰) imperatoris, colubri tortuosi, iusto ipsius ecclesiae iudicio reprobat, proditiae videbatur in regulam⁴¹), quique ad exterminium Romanae matris ecclesiae manifestis iudiciis una cum suis famulis adspirabat, et⁴²) in contemptum Dei et suae matris, ac ipsius Urbis opprobrium patenter recipere⁴³), recepto favore, constitutum se per haec⁴⁴) tam patens hostis suae matris ecclesiae filiam adiutricem? Hoc ipsi Romanae praestiterant senatores incogniti, hoc⁴⁵) praesides improvisi, ut gloriosa civitas redderetur ingloria, sua stabilitas vocaretur⁴⁶) instabilitas, aequae constantiae antiquata soliditas linguis hominum vocaretur infirma. Proinde officii nostri debitum circa huiusmodi tam periculosos eventus ad libram moderaminis erigentes, tantae subversionis occasiones ita salubris remedii appositione praecidimus, ne illorum, qui ipsam rempublicam laudabiliter hactenus gubernaverunt, videamur gloriam singulare vel merita, quae illis apud infallibilem⁴⁷) et scientem omnia retributorem de iam perlatas quaesita laboribus salsa persistant. Ut ergo circa regimen ipsum talis adhibeatur in omnibus cum discretione sollicitudo, per quam ipsi Romanae ecclesiae plena libertas, quae in omnibus et per omnia sibi debetur, optata proveniat, vitentur iam experta pericula, et Romanus⁴⁸) populus ab opprimentium protectus incursum sedeat, sedendo quiescat in pulchritudinem⁴⁹) pacis, in tabernaculis fiduciae et temporalium requie opulenta: de fratrum nostrorum consilio hac irrefragabili et in perpetuum validura constitutione sancimus, ut, quoadcunque et quotiescunque senatoris electio vel alterius, quocunque nomine censeatur, qui quocunque modo vel⁵⁰) quocunque titulo ipsius Urbis debeat praeesse regimini, in posterum imminet, nullus imperator seu rex Romanorum, aut alius imperator, vel rex, princeps, marchio, dux, comes aut baro, vel quicumque⁵¹) alterius notabilis praecminentiae, potentiae⁵²) seu potestatis, excellentiae vel dignitatis existat, frater, filius vel nepos eorum ad tempus vel in perpetuum, seu quivis alius ultra annale spatium quovis modo, colore vel causa, per se vel⁵³) aliam personam quomodolibet submittentem, in senatorem, capitaneum, patricium aut rectorem, vel ad eiusdem Urbis regimen seu officium nominetur, eligatur seu alias etiam assumatur absque licentia sedis apostolicae speciali, per ipsius sedis⁵⁴) literas concessionem licentiae huiusmodi specialiter

Cap. XVI. 11) absq. ab eod. — 12) contemporant: id. — 13) quoad: id. — 14) preventur: id. — 15) per: id. — 16) vel: ad. — 17) habeant: id. — 18) add.: et postulantur: id. — 19) consenserint: id. — 20) omitt. id. — 21) intelliguntur: ib.
Cap. XVII. 22) Psal. XLIII. 5. — 23) Matth. XVI. 18. — 24) omitt. Sext. Ma. — 25) apostolatum: id. — 26) desid. ib. — 27) in temporalibus: id. — 28) creata: id. — 29) desid. ib. — 30) decernens: id. — 31) declaravit: id. — 32) omitt. id. — 33) libere: id. — 34) annuunt: id.

id. — 35) occurreret: id. — 36) man. Non contractata deposita? id. — 37) omitt. id. — 38) ipsam: id. — 39) Frederici: Böhm. — 40) Romanorum vel Romani: id. — 41) regimen: id. — 42) omitt. id. — 43) recipere: id. — 44) hoc: id. — 45) hoc praes.: desid. ib. — 46) vocareturque: id. — 47) ineffabilem: id. — 48) ut Romanorum pop. opprimentium: id. — 49) pulchritudine: id. — 50) omitt. id. — 51) qui: id. — 52) notabilis potentiae: id. — 53) vel per: id. — 54) sed. apostolicae: id.

experiments. Quodsi secus factum⁵⁵) fuerit, nominationem, electionem et assumptionem huiusmodi decernimus esse nullas ac carere omni⁵⁶) robore firmitatis, et non solum nominatores, electores et assumptores, verum etiam nominati, electi et assumpti, si huiusmodi nominationi, electioni seu⁵⁷) assumptioni consenserint, aut se de ipsis quolibet modo intromiserint, intendentes et obediētes eisdem, et in hoc omnes⁵⁸), dantes ipsis⁵⁹) nominatoribus, electoribus⁶⁰), assumptoribus, aut nominatis, electis vel⁶¹) assumptis auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, cuiuscunque dignitatis vel⁶²) praeeminentiae, conditionis aut status extiterint, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant, ac nihilominus ipsos nominatos, electos seu assumptos, si contra constitutionem praesentem praedictis nominationi, electioni vel assumptioni consenserint, aut se quoque modo illis ingesserint, et eorum posteros in perpetuum omnibus feudis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, gratiis et honoribus, quae a praedicta seu aliis tenent ecclesiis, censemus esse privatos ita, quod illi, ad quos eorum collatio, concessio seu dispositio pertinet, resumendi ea aut⁶⁶) retinendi, concedendi seu conferendi aliis, seu de ipsis etiam disponendi, prout ad eos pertinet, liberam habeant potestatem. Et ne taliter nominati, electi vel assumpti de sua pertinacia vel contemptu valeant gloriari: nos quaelibet mandata, praeccepta, ordinationes et statuta, quae fecerint, omnesque sententias, quas tulerint, et quicquid penitus in contractibus et obligationibus seu quibuscunque aliis Urbis nomine vel tanquam senatores, capitanei, patricii aut rectores vel officiales ipsius egerint, irrita prorsus exnunc⁶⁴) et vacua nunciamus. Indices vero et tabelliones, qui super his aut eorum aliquibus contra praesentis constitutionis edictum patrocinari vel instrumenta conficere forte praesumpserint, indicatus et tabellionatus officii se noverint esse privatos. Contemptores quoque seu violatores praemissorum, vel aliquorum vel alicuius eorum, ab huiusmodi excommunicationis sententia, praeterquam in mortis articulo, absolvi non possint⁶⁵), nisi per Romanum Pontificem, vel de ipsius petita et obtenta licentia speciali, non obstantibus aliquibus privilegiis, indulgentiis, concessionibus, constitutionibus, consuetudinibus et statutis quacunque firmitate vallatis, quae in praemissis omnibus nolumus aliquibus vel alicui suffragari, sed omnia quoad illa decernimus non tenere. Ut autem cives Romanorum⁶⁶), qui ex ipsa Urbe naturalem duxisse noscuntur originem, aut quivis alii, qui in ipsa eiusve territorio non advenae, sed continui habitatores exstiterant⁶⁷), quoad honores ipsius Urbis aut regimen gratiosis functionibus⁶⁸) potiantur: non intendimus, quod praesens constitutio tales excludat, quin ad unum annum duntaxat, vel ad⁶⁹) aliud tempus brevius nominari ad ipsius regimen et officium eligi valeant ac assumi, etiamsi praedictorum principum et aliorum fratres, filii vel nepotes existant, aut etiamsi extra Urbem et ipsius territorium sub nomine comitatus, baroniae seu cuiuscunque alterius tituli in hominibus vel locis aliquibus iurisdictionem seu potestatem aliquam temporalem vel perpetuam obtinerent; dummodo praedicta iurisdictione vel potestas, extra Urbem et territorium praefata consistens, non tantae praeeminentiae vel notabilis potentatus existat, quod eam⁷⁰) obtinentes eius occasione vel causa cum aliis, exclusis a dicto Urbis regimine, ut praemittitur, praesentis constitutionis oraculo rationabiliter includantur.

CAP. XVIII.

Canonici cathedralis ecclesiae ipso iure vel per sententiam, praeterquam in casu negligentiae, eligendi potestate privati, ad Papam ius devolvitur eligendi; in inferioribus ecclesiis semper ad proximum superiorem devolvitur. II. d.

Bonifacius VIII.

Quamquam in casu negligentiae sit statutum a iure, ut ecclesia cathedrali vacante, si per eos, ad quos spectat, non fuerit electio de praelato⁷¹) infra⁷²) tempus debitum celebrata, eligendi potestas ad superiorem proximum devolvatur: hoc tamen non est ad casum alium extendendum. Igitur si electores in huiusmodi ecclesia vel ipso⁷³) iure, quam eligunt scienter indignum, vel per sententiam, quam formam traditam in generali⁷⁴) concilio non observant⁷⁵), eligendi potestate priventur: non⁷⁶) ad dictum superiorem, sed ad Romanum Pontificem potestas eadem devolvitur. Secus autem in inferioribus ecclesiis est censendum.

Cap. XVII. 55) actum: id. — 56) omnino: id. — 57) et: id. — 58) abest ab eod. — 59) eisdem: id. — 60) et el. et ass.: id. — 61) et: ib. — 62) omitt. id. — 63) desid. ib. — 64) extunc: Böhm. — 65) possunt nisi a Romano Pont.: Sext. Ms. — 66) Romani: id. — 67) exstiterint: id. — 68) fructibus: id. — 69) omitt. id. — 70) abest ab eod.

Cap. XVIII. 71) devoluta: Sext. Ms. — 72) intra: Böhm. — 73) ab ipso: Sext. Ms. — 74) cf. c. 44. X. de elect. l. 6. — 75) observent: Sext. Ms. — 76) nec: id.

Cap. XIX.

Constitutione Ut circa non satisfacit appellans, qui disjunctive iuravit, se credere opposita esse vera, vel quae sufficere deberent ex eis. Ioann. Andr.

Idem.

Is, qui contra electionis formam vel electi personam aliqua obiectis ad sedem apostolicam appellavit, corporali a se praestito⁷⁷) iuramento, quod illa, quae in appellatione sua expresserat, vel ea, quae de ipsis deberent sufficere, vera esse credebatur, et se posse probare, non est super obiectis vel expressis huiusmodi audiendus, quum non simpliciter, sicuti tenebatur iuxta constitutionem felicis recordationis Gregorii Papae X.⁷⁸) praedecessoris nostri, editam in concilio generali⁷⁹) Lugdunensi, iuraverit, expressa eadem⁸⁰) seu obiecta se credere vera esse, et se posse probare, sed indeterminate illa, vel ea, quae deberent sufficere de eisdem.

CAP. XX.

Qui contra certam personam, ne eligatur, appellat, constitutionem: Ut circa servare tenetur. Ioann. Andr.

Idem.

Qui contra certam et nominatam personam, ne ab aliis eligatur, ad sedem apostolicam, antequam fiat electio, duxerit appellandum, debet per omnia in appellando⁸¹) servare formam constitutionis felicis recordationis Gregorii Papae X.⁸²) praedecessoris nostri: Ut circa, editae in concilio Lugdunensi, ac si electione iam facta eum contingeret appellare; alioquin non observans⁸³) poenae constitutionis eiusdem se noverit subiaccere.

CAP. XXI.

Si compromissum est in plures, ut eligant, per unam facienda est electionis pronuntiatio, sicut quando proceditur per formam scrutiniis; aliter electio facta non tenet. Ioann. Andr.

Idem.

Sicut, quum per formam scrutiniis ad electionem proceditur, est per unum pronuntianda et facienda communis electio secundum canonica instituta: sic et per unum debet fieri, quum per formam proceditur compromissi; quamvis in arbitris compromissariis lex humana innuat⁸⁴), quod ab eis omnibus sit pronuntiatio facienda. Alioquin a pluribus compromissariis facta simul electio eo ipso viribus non subsistat⁸⁵).

CAP. XXII.

Decretalis supra eodem, Licet canon, in collegiatis parochialibus ecclesiis et assumptis ad ipsarum regimen locum non habet. Ioann. Andr.

Idem.

Statutum felicis recordationis Gregorii Papae X.⁸⁶) praedecessoris nostri de his⁸⁷), qui ad parochialium ecclesiarum regimen assumuntur, promovendis ad sacerdotium infra⁸⁸) annum, alioquin eisdem ecclesiis sint privati, quod, quum sit poenale, restringi potius convenit⁸⁹) quam laxari, declaramus ad collegiatis ecclesiis, etiamsi alias parochiales exstiterint, et assumptos⁹⁰) ad earum regimen non extendi, sed antiqua iura servari debere potius in eisdem.

CAP. XXIII.

Si compromissarius secundum traditam sibi metam, scrutatis et in scriptis reductis voluntatibus singulorum, illum eligat, in quem non maior pars capituli, sed plures aliorum comparatione consenserint: non tenet electio, quum praeter formas concilii fuerit celebrata. Ioann. Andr.

Idem.

Si cui⁹¹) eligendi potestas data fuerit sub hac forma, ut ipse, secreto et sigillatim votis singulorum de capitulo exquisitis et in scriptis reductis, illum eligat⁹²), in quem plures de capitulo partium comparatione minorum consenserint, licet consentientes maiorem partem totius capituli non attingant, ipseque, facto huiusmodi scrutinio et in scriptis reducto, iuxta traditam sibi formam eum, in quem non maior pars, sed plures de dicto capitulo, quam in quemquam alium direxerant⁹³) vota sua, duxerit eligendum: talis ele-

Cap. XIX. 77) corporaliter praest.: Sext. Ms. — 78) omitt. id. — cf. sup. c. 4. — 79) abest ab eod. — 80) desid. ib.

Cap. XX. 81) appellations: Sext. Ms. — 82) omitt. id. — cf. sup. c. 4. — 83) servans: id.

Cap. XXI. 84) statuat: Sext. Ms. — 85) subsistit: id.

Cap. XXII. 86) omitt. Sext. Ms. — cf. sup. c. 14. — 87) iis: Böhm. — 88) intra: id. — 89) consuevit: Sext. Ms. — 90) ad ass.: Böhm.

Cap. XXIII. 91) alicui: Sext. Ms. — 92) eligeret: id. — 93) direxerint: id.

ctio, quum praeter formas, quas generale concilium servari statuit in electionibus celebrandis, decernens eas, si aliter fierent, non valere, fuerit attentata, robur non obtinet firmitatis.

CAP. XXIV.

Ex vocatione, quocumque modo facta in discordia de religioso mendicante ad praelaturam extra administrationem sui ordinis, non acquiritur illi ius, nec consentire poterit etiam de praelati licentia. Idem de vocatione, facta a minori parte numero ad quamlibet praelationem de religioso non mendicante, et secus factum irritum decernit. Et ponit istud cap. unum speciale in mendicantibus. Ioann. Andr.

Idem.

Quorundam oculos sic vitium ambitionis excaecat, quod quasi suae professionis immemores, qua, contemptis honoribus, abiectis divitiis apretisque deliciis arbitrium proprium subiugarunt alterius ditioni, retro respiciunt⁹⁴) ad aratum manu missa, dum praecipitanter ruunt in litigiorum anfractus, et⁹⁵) causarum strepitibus se involvunt, et⁹⁶) extra administrationes proprii ordinis solum praelaturae concendere moliantur, electionibus, postulationibus seu provisionibus de se in discordia celebratis improvide praestando consensum, praebendi⁹⁷) assensum a suo superiore nunquam extorta licentia potius, quam obtenta, ex quo animarum et ecclesiarum dispendia nocimus provenisse, et proventura maiora⁹⁸) in antea verisimiliter formidamus. Volentes igitur huic pesti salubri remedio obviare, praesenti constitutione sancimus, ut nulli religioso⁹⁹) Praedicatorum, Minorum, Eremitarum sancti Augustini, aut quorumlibet mendicantium ordinum ex electione, postulatione, provisione seu vocatione ad aliquam extra administrationem¹⁰⁰) sui ordinis praelaturam, in discordia de se facta, ius de cetero acquiratur; nec eorum aliquis tali electioni, postulationi, provisioni aut vocationi quoquo modo valeat consentire, etiamsi magistri aut ministri vel prioris generalium eorumdem ad id accesserit licentia vel consensus. Circa religiosos quoque alios, cuiuscunque conditionis vel status existant, volumus hoc servari, ut¹) nec ipsi electionibus, postulationibus, provisionibus aut vocationibus, a minori parte numero ad praelationes quaslibet de se factis, (quae hoc ipso, quod a minori parte processerint, nullum prorsus tribuant ius eisdem,) suum²) audeant praestare consensum, etiamsi super hoc assensus³) vel licentia suorum intervenerit praelatorum. Nos enim, quicquid contra praemissa vel eorum aliquod a quoquam contigerit attentari, omnino decernimus irritum et inane.

CAP. XXV.

Non potest electus duas electiones prosequi, petendo confirmationem ex illis, etiamsi protestetur se contentum altera, per quam consequi possit suas intentionis effectum. Necessario ergo habet alteram eligere, qua electa ad alteram redire non poterit. Ioann. Andr.

Idem.

Ut quis duas electiones, de se in aliqua ecclesia celebratas, prosequatur insimul, et confirmationem petat ex eis, quum non nisi ex una ipsarum valeat ius habere, rationi consonum non putamus⁴), etiamsi se contentum esse velle altera, per quam suae intentionis⁵) consequi possit effectum, in initio protestetur. Oportet⁶) ergo eum, ne cum ipsis ecclesiae vel sui adversarii, si quem habet, dis crimine in incerto vagetur, eligere, quam prosequi velit ex illis, et confirmationem petere tantummodo ex eadem, regressum ad aliam, cui per electionem alterius renunciare, sibi ius ex ea non competere profiteri videtur, nullatenus habiturum⁷).

CAP. XXVI.

Si electus non consentit, vel post consensum renunciat, vel moritur, vel propter occultum sui vitium electio cassatur, eligentes ad eligendum ex tunc integrum tempus habebunt, nisi circa id egerint fraudulenter. Ioann. Andr.

Idem.

Si electio ex eo non sortiatur effectum, quia electus consentire recusat, vel post consensum renunciat iuri suo, aut forte diem claudit extremum, seu propter occultum eius vitium irritatur: electores, qui iam fecerant quod spectabat ad ipsos, infra⁸) iuris terminum eligendo, habebunt a dissensu, renunciatione, morte vel irritatione praedictis, ac si vacatio nova⁹) esset, tempus integrum

ad electionem aliam celebrandam, dummodo nil fraudulenter egerint in praemissis.

CAP. XXVII.

Si religiosus, non obtenta licentia, consentit electioni de se factae extra suum monasterium: non valet consensus, et irrita est electio. — §. 1. Superior sine conventu dare potest suo religioso consentiendi et transeundi licentiam. H. d.

Idem.

Si religiosus, cuius arbitrium non ex sua, quum velle vel nolle non habeat, sed ex illius, quem vice Dei supra caput suum posuit et cuius imperio se subiecit, voluntate dependet, electioni, de se ad praelationem aliquam extra suum monasterium vel suam ecclesiam celebratae, sui superioris, qui dare ipsam valeat, non petita licentia et obtenta, praesumpserit consentire: consensus sic praestitus non teneat, et in poenam praesumptionis illius electio eadem ipso facto viribus vacuetur omnino. §. 1. Quia vero, utrum religiosus consentiendi electionibus de se factis, et ad praelationes, ad quas electi fuerint, transeundi a suis superioribus sine fratrum consilio licentia dari possit, quum iura super hoc sint varia, dubitatur interdum: nos ad huiusmodi dubitationem tollendam, et ut ordinationes ecclesiarum ac monasteriorum, in quibus tales electi¹⁰) extiterint, celerius et facilius valeant expediri, decernimus, ut iidem superiores, suis irrequisitis conventibus, electis huiusmodi consentiendi et transeundi liberam dare valeant facultatem.

CAP. XXVIII.

Monachus in abbatem eligi non potest, nisi sit expresse professus; ad dignitatem autem episcopalem et in saeculari et in regulari ecclesia talis eligi poterit.

Idem.

Nullus religiosus ad abbatiam seu praelaturam suae vel alterius religionis de cetero eligatur, nisi antea fuerit ordinem regularem expresse¹¹) professus. Quodsi secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur. Ad dignitatem vero episcopalem, ad quam¹²) novitii eliguntur interdum, tales in saecularibus vel regularibus ecclesiis eligi minime prohibemus.

CAP. XXIX.

Forma electionis, tradita per decretalem supra eod. Quum dilectus, non est sublata per sequens concilium Quia propter. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Quum expediat concordare iura iuribus, et eorum correctiones, si sustineri valeant, evitari: decretalem felicis recordationis Innocentii Papae III. praedecessoris nostri¹³), quae innuit sub ea forma posse in electionibus licite compromitti, ut compromissarii, secreto et sigillatim voluntatibus omnium inquisitis, illum, in quem maior et sanior pars capituli¹⁴) consenserit, eligere teneantur, declaramus abrogatam non esse per subsecutum concilium¹⁵) generale; immo potest in ipsis electionibus ut prius procedi licite¹⁶) per eandem.

CAP. XXX.

Accedens ad sedem apostolicam pro instruendo negotio electionis per decretalem Cupientes, eundo hac de causa, stando et redeundo integre, praeter quotidianas distributiones, percipit fructus beneficiorum, quos percipere possit in ipsa ecclesia residendo. Ioann. Andr.

Idem.

Quum non deceat alicui suum officium esse damnosum, statuimus, ut ii, qui iuxta constitutionem¹⁷) felicis recordationis Nicolai Papae tertii praedecessoris nostri super hoc editam ad apostolicam sedem venerint, eam¹⁸) circa imminendum electionum negotia instruat, quum tales, ecclesiarum suarum prosequentes utilitatem, censeri debeant residentes, fructus beneficiorum suorum, quae obtinent in illis¹⁸) ecclesiis, quarum negotia prosequuntur, et etiam aliorum, quos recipere vel possent recipere in ipsis ecclesiis residendo, integre, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, recipiant, ad sedem propterea veniendo eandem, ibidem¹⁹) hac de causa morando, et ad ipsas ecclesias redeundo, ac si personaliter in eisdem ecclesiis residerent, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus vel statutis ecclesiarum suarum²⁰) con-

Cap. XXIV. 94) adipsiunt: Sext. Ms. — 95) omitt. id. — 96) qui: id. — 97) praebendo: id. — 98) abest ab eod. — 99) religiosas personas: id. — 100) administrationes: id. — 1) aut: Böhm. — 2) nec suum: Sext. Ms. — 3) consensus: id.

Cap. XXV. 4) putantes: Sext. Ms. — 5) intentioni: id. — 6) Oportet: id. — 7) habiturus: id.

Cap. XXVI. 8) intra: Böhm. — 9) omitt. Sext. Ms.

Cap. XXVII. 10) clerici: Sext. Ms.

Cap. XXVIII. 11) omitt. Sext. Ms. — 12) add.: etiam: id.

Cap. XXIX. 13) cf. c. 32. X. de elect. I. 6. — 14) omitt. Sext. Ms. — 15) c. 42. X. de elect. I. 6. — 16) licuerat al. licite: Sext. Ms.

Cap. XXX. 17) cf. supr. c. 16. — 18) desid. in Sext. Ms. — 19) ipis: id. — 20) ibidemque: Böhm. — 21) ipsarum: Sext. Ms.

traria, seu privilegia quibuscunque, per quae praemissorum effectus posset quomodolibet impediri.

CAP. XXXI.

Is, qui opponit evidentem defectum scientiae vel personae contra promovendum ad aliquam dignitatem, poenitere non potest. Causam reddat. Ioann. Andr.

Idem.

Ab eo, qui contra electum vel postulatam seu promovendam ad aliquam dignitatem inter cetera, quae obicit, evidentem, notorium seu²¹⁾ manifestum scientiae vel aliam personae defectum opponit, ipsius defectus oppositio vel eius qualitas nequeunt postea revocari. Quum enim opponens, si quod de defectu apposuit huiusmodi destitui veritate contingat, a prosecutione causae debeat omnino excludi, et puniri perinde, ac si in probatione omnium, quae obiecerat, defecisset, iustum est, ut, postquam ad oppositionem eandem procedit²²⁾, nequeat in praedictum eius, contra quem opposuit²³⁾, ulterius poenitere.

CAP. XXXII.

Canonici impubes, ad electionem non vocatus, non agit de contemptu. — §. 1. Non professi cum professis, vel conuersi laici cum clericis electioni interesse non debent. H. d.

Idem.

Ex eo, quod ad electionem episcopi, quae, te in pupillari constituto aetate, in tua ecclesia existit celebrata, cum ceteris eiusdem ecclesiae canonicis non fuisi admissus, de contemptu conueni aut electionem²⁴⁾ eandem impugnare non potes, quum tam iuris quam rationis existat, ut tales, quum discretionem careant, ad praestandum in electione suffragium nullatenus admittantur. §. 1. In ecclesiis quoque regularibus vel monasteriis hi, qui non sunt tacite vel expresse professi, non debent²⁵⁾ cum professis, vel conuersi laici cum clericis²⁶⁾ electionibus interesse.

CAP. XXXIII.

Si ab electione cathedralis vel regularis ecclesiae in scriptis ex causa probabili appellatur ad Papam, ea pendente confirmatio facta per ordinarium non valet. Requirit decretalis. Cupientes non solum, quod electus veniat, sed quod usque ad finem negotium prosequatur, et habeat locum etiam, quum appellatur a confirmatione vel provisione. Ioann. Andr.

Idem.

Si, postquam ab electione in cathedrali vel regulari ecclesia celebrata fuerit in scriptis ex causa probabili, quae probata deberet legitima reputari, ad sedem apostolicam appellatum, electionem ipsam per ordinarium confirmari contingat; huiusmodi confirmatio, nisi prius fuerit canonice ab appellatione ipsa recessura, quum sit²⁷⁾ ab eo, qui non potuit, de facto praesumpta, nullam obtinebit²⁸⁾ roboris firmitatem. Si vero electus, qui iuxta constitutionem²⁹⁾ felicitis recordationis Nicolai Papae tertii praedecessoris nostri ad dictam sedem venerat³⁰⁾ pro electionis suae negotio prosequendo, de Romana curia sine licentia recesserit, antequam huiusmodi negotium sit finitum: eius electio auctoritate constitutionis ipsius, quae non solum ut quis veniat, sed etiam ex sui mente exigit, quod usque ad finem negotium prosequatur, eo ipso vtihus evacuatur³¹⁾ omnino. Quum autem ab electionis confirmatione vel facta provisione per eum, ad quem propter inferiorum negligentiam fuerat devoluta eligendi potestas, ad sedem appellatur eandem: constitutionem praedictam in veniendo et mittendo³²⁾ et alia, quae perstringuntur in ea, convenit observari.

CAP. XXXIV.

Dispensare possunt episcopi et superiores cum habentibus parochiales ecclesias sibi subiectas, quod usque ad septennium studendo non teneantur ad sacerdotium promoveri; ad subdiaconatum tamen debent promoveri infra annum; alia sunt privati. Et, illo durante septennio, debet in illa ecclesia idoneus parricidarius, de fructibus ecclesiae sustineri. Elapso septennio debet rector infra annum in presbyterium promoveri.

Idem.

Quum ex eo, quod felicitis recordationis Gregorius Papa X.³³⁾ praedecessor noster statuit in concilio Lugdunensi, ut ad regimen pa-

rochialium ecclesiarum³⁴⁾ assumpti se ad sacerdotium promoveri faciant infra³⁵⁾ annum a sibi commissi regimini tempore connumerandum³⁶⁾, et personaliter resideant in eadem, alioquin, si infra idem tempus promoti non fuerint, huiusmodi ecclesiis absque³⁷⁾ monitione alia sint privati, nonnullis extunc parochiales ecclesias recusantibus acceptare, legendi et proficiendi, quum eis facultates non suppetant, nec ab ecclesiarum praefatis de aliis beneficiis in plerisque mundi partibus interdum provideatur eisdem, opportunitas sit sublata in grande universalis ecclesiae, quae ad sui regimen viris literatis permaxime noscitur indigere, dispendium et iacturam: nos, super hoc multorum instantia excitati frequenter, volentes cupientibus in scientia proficere, ut fructum in Dei ecclesia suo tempore offerre valeant opportunum, utiliter providere, praesenti constitutione sanimus, ut episcopi eorumque superiores cum his³⁸⁾, qui huiusmodi subiectas sibi ecclesias obtinent vel obtinuerint, in futuram dispensare possint libere, quod unque ad septennium literarum studio insistentes promoveri minime teneantur, nisi ad ordinem subdiaconatus duxerint, ad quem infra praedictum annum recipiendam, (ne³⁹⁾, sicut a multis de Christi patrimonio sublimatis olim⁴⁰⁾ factum esse dignoscitur, a statu retrocedere valeant clericali,) omnino adstringi⁴¹⁾ volumus, et, nisi receperint, poena contenta in dicto concilio⁴²⁾ eo ipse percipi. Porro septennio praedicto durante iidem episcopi et superiores sollicitè providere procurent, ut per bonos et sufficientes vicarios, ab eis in huiusmodi ecclesiis deputandos⁴³⁾, animarum cura diligenter exerceatur, et deserviat laudabiliter in divinis, quibus de ipsarum ecclesiarum praeventibus necessaria congrue ministrentur. Elapso vero dicto septennio hi, cum quibus fuerit, ut praemittitur, dispensatum, ad diaconatus et presbyteratus ordines infra⁴⁴⁾ annum se faciant promoveri, alioquin extunc dictam poenam, nisi iuxta de⁴⁵⁾ causa ad omnes sint, ipso iure se noverint incursumos.

CAP. XXXV.

Quatuor dicit. Primo, quod ad poenam privationis rectoris parochialis ecclesiae non promoti requiritur, quod annus integer sit completus. Secundo, quod annus ille non currit iuste impedito. Tertio, quod post privationem ecclesiae eidem conferri non potest. Quarto, quod non promotus, si eo animo recuperat ecclesiam, ut fructus anni perciperet, tenetur ad restitutionem ipsorum. Et qui ea mente contulit, ecclesiam servare debet indemnem. Ioann. Andr.

Idem.

Commissa tibi parochialis ecclesia, quamquam tantum de anno transiverit, quod infra⁴⁶⁾ ipsum nequeas iuxta statutum generalis⁴⁷⁾ concilii Lugdunensis ad sacerdotium promoveri, non est, nisi tunc demum, quum ex toto fuerit ipse annus elapsus, censenda vacare, nec potest alteri antea se notante conferri. Annus autem huiusmodi, qui a tempore illo inceptus⁴⁸⁾, quo ipsius ecclesiae regimen commissum tibi existit, et possessionem eius pacificam habuisti, vel per te stetit, quo minus haberes eandem, tibi non currit, si⁴⁹⁾ promoveri iusto impedimento detentus infra tempus huiusmodi nequivisti. Porro si infra dictum tempus non fueris rationabili causa cessante promotus, tibi ecclesia ipsa, qua dicti statuti auctoritate iam privatus existis, ne statutum ipsum fiat ludibrio debitoque frustraret effectu, et non rebus, sed verbis, quum sit potius contrarium faciendum, lex imposita videatur, nullatenus ea vice poterit iterato conferri. Ceterum si promoveri ad sacerdotium non intendens, parochialem receperis⁵⁰⁾ ecclesiam, ut fructus ex ea per annum percipias⁵¹⁾, ipsam postmodum dimisurus, nisi voluntate mutata promotus fueris: teneberis ad restitutionem fructuum eorundem, quum eos receperis fraudulenter. Illum autem, qui eam tibi contulit, quum te non crederet ad huiusmodi ordinem promovendum, praeter divinam, quam exinde incurrit, offensam ad nervandam indemnem eandem ecclesiam decernimus obligari.

CAP. XXXVI.

Abbas exemptus eligitur in episcopum, sed transire non potest sine licentia Papae vel legati de latere. — §. 1. Legatus de latere potest confirmare electiones episcoporum exemptorum; reliqui non sine specialis mandato. Ioann. Andr.

Idem.

Si abbatem ecclesiae Romanae immediate subiectum in vestram episcopum elegistis, reprehendi exinde nulla ratione potestis; si tamen ab alio, quam a nobis vel ab⁵²⁾ apostolice sedis legato, si

Cap. XXXI. 21) seu etiam: Sext. Ms. — 22) processit: Böhm. — 23) opponit: Sext. Ms. — Cap. XXXII. 24) hanc et.: Sext. Ms. — 25) debeant: id. — 26) vel conuersi clericis: id. — Cap. XXXIII. 27) fit: Sext. Ms. — 28) obtinet: id. — 29) et. supr. c. 16. — 30) venerit: Sext. Ms. — 31) vacauerit: id. — 32) in mitt.: id. — Cap. XXXIV. 33) omitt. Sext. Ms. — cf. supr. c. 14. — 34) parochiae: id. — 35) intra: Böhm. per tot. — 36) connumerandum: Sext. Ms. —

37) et absque: id. — 38) iis: Böhm. — 39) nec: Böhm. — 40) quum olim: Sext. Ms. — 41) restringere: id. — 42) dicta constitutione: id. — 43) deputatos: id. — 44) inter: Böhm. — 45) iudic. in Sext. Ms. — Cap. XXXV. 46) infra: Böhm. per tot. — 47) cf. supr. c. 14. — 48) incipit: Sext. Ms., Böhm. — 49) ubi alius si: Sext. Ms. — 50) recipis: id. — 51) recipias: id. — Cap. XXXVI. 52) omitt. Sext. Ms., Böhm.

sit in provincia de latere nostro missus, dari non potest licentia suam deserendi monasterium, et ad vestram ecclesiam transeundi. §. 1. Huiusmodi vero legatus, qui natus omnibus post Romanum Pontificem in provincia sibi decretis imperium censetur habere, archiepiscoporum, episcoporum et exemptorum electiones potest ex officio confirmare. Alii autem legati hoc nequeant, nisi id eis a sede ipsa specialiter sit commissum.

CAP. XXXVII.

Si compromissarius non eligat infra tempus iuris, ad superiorem devolvitur potestas providendi. Si eligat, sed indignum, indistincte redit ad compromittentes, nisi id scierit ratum habuerint. Item, si electus idoneus non consentit. Si compromissarius scierit eligi indignum, ipse solus ab ecclesiasticis beneficiis triennio est suspensus, nisi id compromittentes scierit ratum habuerint. Et poena praedicta suspensionis non habet locum in episcopo compromissario, nec in electione inferiorum episcoporum. Et restringitur illa poena ad beneficia, quae obtinet in ecclesia offensae. Et idem in beneficiis illius, qui deficiit in probatione eius, quod obicit in personam. Ioann. Andr.

Idem.

Si compromissarius, in quem defuncto episcopo transfertur eligendi potestas, negligenter infra⁵³⁾ tempus a iure statutum eligere praetermittat, ad superiorem proximum⁵⁴⁾ potestas devolvitur providendi, sibi quae compromittentes imputent, qui⁵⁵⁾ in talem potestatem huiusmodi transtulerunt. Si vero eligat, sed indignum: tunc, sive scierit id fecerit, (quum dolus ipsius eis, qui non sunt in culpa, non debeat imputari,) sive etiam ignoranter, (quum suo sit functus officio,) eligendi potestas, nisi et ipsi scierit electionem talem ratam habuerint, libere revertitur ad eundem. Idem fit, quum eligat idoneum, sed electus renuit consentire. Porro eo casu, quum⁵⁶⁾ scilicet indignus eligatur ab eodem, compromittentes, quos illius odio non convenit praegravari, nequaquam, nisi, sicut praemittitur, ratum habuerint, puniuntur; sed ipse, (ut poena suam auctorem teneat,) a beneficiis ecclesiasticis triennio iuxta Lateranense concilium suspenditur ipso iure. Huiusmodi quoque poena nec in episcopo, si ad eligendum fiat compromissarius, sic peccante, (quum de iure nullam sententiam suspensionis incurrat, nisi de ipso expressa mentio habeatur,) nec in aliorum quam episcoporum et superiorum ipsorum electionibus, quum peccatur in ipsis, vindicari sibi locum. Restringitur etiam dicta poena solum ad ea beneficia, quae sic peccans in illa obtinet ecclesia, quam taliter eligendo specialiter noscitur offendisse. Et idem in illius beneficiis est censendum, qui, alicuius electionem, postulationem aut provisionem impugnans, in probatione deficiit eius, quod obicit in personam.

CAP. XXXVIII.

Procurator ad appellandum secundum formam. Ut circa non est idoneus, nisi omnia obiecta et forma iuramenti in procuratorio exprimat. H. d. secundum Panorm.

Idem.

Procurator ad appellandum contra electionem, postulationem aut provisionem alicuius⁵⁷⁾ non aliter idoneus de cetero reputetur, quam si omnia, quae in formam obicere vel personae, et propter quae appellare intendit, singulariter et clare in eius procuratorio sint expressa, habeatque speciale mandatum iurandi corporaliter in eorum animas, quorum procurator existit, quod ipsi credunt expressa huiusmodi vera esse, et se posse probare.

CAP. XXXIX.

Cassata confirmatione, vel cassa nunciata propter defectum iurisdictionis vel solennitatem omissam, non propter hoc electio cassata dicitur. Ioann. Andr.

Idem.

Si confirmationem electionis propter debitam iuris solennitatem, in confirmatione ipsa omissam, vel ex eo, quia ipse, qui confirmavit, confirmandi non habuit potestatem, cassari seu cassam et irritam nunciari contingat: non propter hoc praecedens electio, si alias sit canonica, intelligitur infirmari.

CAP. XL.

Si, vacante cathedrali, regulari vel collegiata ecclesia, singulares personae capituli vel conventus occupant bona a praesentato dimissa, vel vacationis tempore obvenientia, donec plene restituant, ab officio et quibuscunque beneficiis sunt suspensi, non obstantibus privilegiis, statutis et consuetudinibus, quancunque firmitate vallatis. Ioann. Andr.

Idem.

Quia saepe contingit, quod, cathedralibus et regularibus ac col-

legiatis ecclesiis vacantibus, capitula, conventus, collegia et singulares earundem⁵⁸⁾ personae bona, a praefatis ipsarum⁵⁹⁾ dimissa, vel vacationis tempore obvenientia, quae in utilitatem dictarum ecclesiarum expendi vel futura deberent successoribus fideliter reservari, occupant, inter se dividunt, auferunt, dilapidant, dissipant et consumunt in earum grave dispendium et iacturam: nos⁶⁰⁾, ipsorum ausus reprimere, ac ecclesiarum indemnitatibus praecavere volentes, decernimus, ut hi⁶¹⁾, qui praemissa de cetero praesumpserint, eo ipso sint et tamdiu maneat ab officio et beneficiis quibuscunque suspensi, donec plene restituerint quicquid de bonis perceperint supra dictis, non obstantibus quibuslibet privilegiis vel indulgentiis⁶²⁾, aut contrariis consuetudinibus, constitutionibus vel statutis, iuramento, confirmatione sedis apostolicae aut alia quacunque firmitate vallatis, quae omnia quoad hoc auctoritate apostolica revocamus, cassamus et irritamus, ac nullius deinceps volumus⁶³⁾ esse firmitatis.

CAP. XLI.

Decretalis. Ut circa solum in extrajudicialibus appellationibus locum habet; in iudicialibus autem antiqua iura servanda sunt. H. d.

Ioann. Andr.

Idem.

Constitutio felicitis recordationis Gregorii Papae⁶⁴⁾ praedecessoris nostri edita, in concilio Lugdunensi, formam exprimens, secundum quam ab illis, qui in⁶⁵⁾ electionibus, postulationibus aut provisionibus se opponunt, debeat appellari, locum sibi non vindicari, nisi solum, quum in eis extra iudicium appellatur. Quando vero in iudicio in huiusmodi negotiis appellari contingit, anteriora iura, quum per eam immutata non fuerint, observari oportet.

CAP. XLII.

Habens plenam administrationem cathedralis ecclesiae in spiritualibus et temporalibus, iurisdictionem exercere potest, sacramentalia non, nisi episcopus fuerit. H. d. Dom.

Idem.

Is, cui procuratio seu administratio cathedralis ecclesiae plena et libera in spiritualibus et temporalibus a sede apostolica, cui soli hoc competit, est commissa, potest, alienatione bonorum immobilium duntaxat excepta, omnia, quae iurisdictionis episcopalis existant, et quae potest electus exaequi confirmatus, libere exercere. Illa quippe, quae ministerium consecrationis exposcit, nisi fuerit episcopus, per alios faciat episcopos expediri.

CAP. XLIII.

Monialis non eligit, nisi peregerit quodecimum annum, et sit tunc vel expressis professus, nec eligitur, nisi peregerit tricesimum annum, et fuerit expressis professus. Hoc dicit prima pars usque ibi: Sans. Ioann. Andr. — §. 1. Non obstante contradictione vel appellatione quancunque, electa a duobus partibus numero, quum per scrutinium proceditur, examinatione praemisita per officium praesidentis confirmatur et benedicitur. Item publicato scrutinio, antequam ad actus extraneos se divertant, eligentes possunt accedere ad illum, quae maiorem partem conventus numero habet. Et si per accessum ad duas partes pervenerint, sicut in primo casu, confirmabitur et benedicetur; non tamen admittitur contradicentibus potestas denunciandi vel accusandi, quum abbatissa fuerit benedicta et possessionem adeptam. Item de obiectis contra electam a maiori parte conventus, quae tamen duas partes nec a principio, nec per accessum habet, ante confirmationem sine strepitu et figura iudicii inquiretur. Ipsa tamen, alienatione bonorum et monialium receptione sibi interdicit, interim ministrabit. Item a minori parte electae nullum ius acquiratur, nec alius possunt accedere ad eam, nec ibi fit collatio, nisi numeri ad numerum. H. d. — §. 2. Electae per compromissum beneficii impendetur, non obstante minoris partis contradictione; sed, si maior se ei opponat, libere ministrabit, nec confirmabitur. Si autem ei se opponat pars in duplo maior, non ministrabit, nec confirmabitur, sed expectabit liti eventum. H. d. — §. 3. Si ab opponentibus in casibus praemisitis appellatur, constitutio ut circa servabitur, sed moniales ad sedem apostolicam personaliter non venient, sed procuratores secundum constitutionem Cupientes mittent. H. d. Ioann. Andr. — §. 4. Potentes vel nutriendas discordiam in electione monialium ipso iure sunt excommunicati. H. d. Ioann. Andr. — §. 5. Haec constitutio locum habet in monialibus regulariter viventibus, et in canonicis regularibus, hoc excepto, quod non debeant nisi professae eligere vel eligi. Quod non potest sibi vindicare locum in canonicis saecularibus; per hoc tamen Papa non approbat statum dictarum canonicarum saecularium. H. d. Ioann. Andr. — §. 6. Iura, de virorum electionibus tractantia, per hoc capitulum non sunt mutata. H. d.

Idem.

Indemnitatibus monasteriorum monialium, quae frequenter propter electiones in discordia celebratas in ipsis grandia in spiritualibus et temporalibus dispendia patiuntur, occurrere desiderabiliter

Cap. XXXVII. 53) intra: Böhm. — 54) abest a Sext. Ms. — 55) quia: id. — 56) dum: Böhm. — 57) omitt. Sext. Ms. — 58) ipsorum: id. — 59) add.;

autem: id. — 61) ii: Böhm. — 62) priv., indulg. vel statutis, iuramento, sedis apostolicae confirmatione roboratis et confirmatis, quae quoad hoc cassamus etc.: Sext. Ms. reliquis omissis. — 63) volumus: id. — 64) cf. supr. c. 4. — 65) omitt. Sext. Ms.

affectantes, statuimus, ut, quum in eis fuerit electio facienda, nulla monialis, nisi duodecimum annum peregerit, et professa fuerit tacite vel expresse, ad eligendum cum aliis admittatur. Nec in abbatissam aut priorissam, ubi per priorissam monasterium gubernatur, de cetero eligatur aliqua, nisi tricesimum annum compleverit, et expresse professa fuerit ordinem regularem. §. 1. Sane, si ad electionem per formam scrutiniis procedatur, et, votis in diversa divisio, electiones per⁶⁶) plures in discordia celebrari contingat⁶⁷), ea, quae a duabus partibus numero fuerit celebrata, exceptione seu contradictione aut appellatione quacunq[ue] partis alterius non obstante, per superiorem, prius tamen ex officio, prout spectat ad ipsum, diligenti examinatione praemissa, si alias inventa fuerit canonica, confirmetur, et confirmatae electae, si abbatissa existiterit, benedictio impendatur. Si autem nulla eorundem electionum a partibus fuerit celebrata duabus: tunc, non obstante, quod sit publicatum scrutinium et ad electionem processum, possint moniales, quae in aliam vel in alias direxerant⁶⁸) vota sua, licite per consensum, antequam ad actus divertant⁶⁹) extraneos, omni pravitae cessante ad illam accedere, quae ab aliis maiorem partem conventus numero facientibus est electa. Et si per accessum huiusmodi ad duas partes perveniri poterit: illis, quae antea in eam consenserant, computatis, confirmetur et benedictur, ac si duas partes ab initio habuisset, ut in casu proximo est praemissum. Verum si quae fuerint moniales, quae, postquam in praemissis casibus talis confirmata et benedicta existiterit in modum denunciationis vel accusationis, ut a dignitate deiiciatur adepta, proponere aliquid contra ipsam: eis per praedicta proponendi minime sit sublata facultas. Si vero ad illam, quae a maiori parte, ut praemittitur, est electa, noluerint aliae accedere moniales, vel si accesserint, non tot tamen, quod cum aliis prius in eam consentientibus faciant duas partes: tunc super obiectibus partis alterius, si qui⁷⁰) fuerint, et super aliis, quae in tali negotio sunt ex officio inquirenda, plene sine strepitu iudicii et figura per superiorem inquiratur primitus, antequam confirmetur eadem⁷¹) electio vel etiam infirmetur. Sed interim praesentis constitutionis auctoritate in spiritualibus et temporalibus libere administrat, sic tamen, quod de rebus monasterii nil penitus alienet, nec aliquam in monialem recipiat quoquo modo. Si qua vero a minori parte conventus numero nominata fuerit vel electa, ex nominatione vel electione huiusmodi, quas eo ipso, quod pars minor eas fecerit, vires aliquas nolumus obtinere, ipsi ius aliquod quomodolibet non quaeratur, nec ad eam ab aliis per consensum in hoc casu valeat accessus haberi. Ut autem, quum per praedictam formam proceditur, facilius in huiusmodi monialium electionibus ad concordiam veniantur: decernimus, ut non zeli ad zelum, nec meriti ad meritum, sed solum numeri ad numerum fiat collatio in eisdem. §. 2. Ceterum si per formam compromissi fuerit in electione processum, et electae pars aliqua se opponat: si minor, ipsius, ut in forma scrutiniis statutur, confirmetur electio, et eidem benedictio impendatur, partis eiusdem contradictione vel exceptione aut appellatione quolibet non obstante; sed per hoc denunciandi vel accusandi eam postmodum sibi via minime sit praecclusa. Si maior: eius, donec de obiectis⁷²) et aliis, ut in⁷³) eadem forma scrutiniis praemittitur, fuerit inquisitum, confirmatio vel infirmitas differatur; sed interim, ut praedicitur, libere administrat, nisi forsitan pars opponentium existiterit⁷⁴) duplo maior. Tunc enim administrare ipsam nolumus⁷⁵), sed liti eventum potius expectare. §. 3. Porro si in huiusmodi electionum negotiis contigerit, in illis⁷⁶) duntaxat casibus, in quibus oppositiones iuxta praemissa fuerint admittendae, ad sedem apostolicam appellari: appellantes formam constitutionis felicis recordationis Gregorii Papae⁷⁷) praedecessoris nostri editae in concilio Lugdunensi diligentius servare teneantur. Sed quum eas propter sexus verecundiam suaeque conditionis statum non deceat, nec ipsis expediat publico coetui demonstrari aut extra sua monasteria evagari: nolumus, quod electae vel etiam eligentes aut appellantes, seu hae, contra quas appellatum fuerit, ad eandem sedem personaliter veniant quoquo modo; sed procuratores sufficienter instructos iuxta constitutionem piae memoriae Nicolai Papae tertii⁷⁸) praedecessoris nostri ad sedem ipsam transmittant, per eos electionum ac appellationum et postulationum⁷⁹) suarum prosecutur negotia, prout iustitia suadebit, poenam in dicta constitutione contentam ipso iure, si hoc non fecerint, incursum.

§. 4. Postremo hi, quos ad dirigendas in huiusmodi electionibus moniales easdem deinceps contigerit evocari, ab his prorsus abstineant, per quae inter eas super faciendis ipsis electionibus oriri possit discordia vel exorta nutiri; alias eo ipso excommunicationis sententiae se noverint subiaccere. §. 5. Supra dicta siquidem nedum in monasteriis, in quibus sunt moniales, viventes sub aliqua de religionibus approbatis, sed etiam in illis⁸⁰), ubi sunt iuxta quarundam provinciarum consuetudinem mulieres, quae nec propriis renunciant, nec professionem faciunt regularem, sed vivunt ut in saecularibus ecclesiis canonicis saecularibus, volumus per omnia observari, eo, quod supra dicitur, duntaxat excepto, ut non eligantur nec eligant non professa, quum in ipsis hoc locum⁸¹) sibi nequeat vindicare; per hoc tamen earum statum, ordinem⁸²) seu regulam nolumus nec intendimus approbare. §. 6. Ad haec licet praemissa, quae in multis a iure communi discrepare noscuntur, circa electiones in quibuslibet mulierum monasteriis faciendas⁸³) ex certis causis rationabilibus⁸⁴) specialiter duxerimus statuenda, intentionis tamen nostrae nequaquam extitit⁸⁵), ut per illa quoad electiones in aliis virorum monasteriis vel quibusvis ecclesiis celebrandas⁸⁶) aliquid immutetur; sed iura praecedentia in⁸⁷) sua omnino remaneant firmitate.

CAP. XLIV.

Si ordinarius, post recessum appellationis interiectae ad curiam, in causis electionum episcopatum non inquisito, an pravitatis intervenerit, procedit, confirmat vel consecrat: praedicta non tenent, et ipse ab episcoporum confirmatione et consecratione suspensus est per annum. H. d. Dominicus de sancto Geminiano.

Idem.

Provida consideratione generale concilium Lugdunense concessit, ut ab appellationibus, in iudicio vel extra iudicium ad sedem apostolicam in electionum⁸⁸) episcoporum et eorum superiorum negotiis interiectis, per quas ad sedem ipsam eadem negotia deferuntur, partes nulla interveniente pravitae recedere valeant, antequam ipsi sedi apostolicae⁸⁹) appellationes eadem fuerint representatae⁹⁰), sed inferiores iudices, quorum est appellatio cessante negotiorum cognitio eprundem, si⁹¹) in hoc pravitatis intercesserit, ante omnia diligenter inquirent, et, si eam intercessisse repperint, se non intromittant ullatenus de eisdem, sed praefigant ipsis partibus peremptorium terminum competentem, qui cum actis et munitamentis suis apostolico se conspectui representent. Verum quum nonnulli, concessione huiusmodi abutentes, suam, inquisitione praefata omissa, cognitionem in eisdem negotiis interponant, ad confirmandas electiones et consecrandos electos temere procedendo: nos, super hoc expressius providere volentes, confirmationes et consecrationes huiusmodi, et quoscunque processus alios, quos inquisitione praemissa non habita contigerit⁹²) de cetero in talibus negotiis attentari, decernimus nullis penitus existere firmitatis, et confirmantes et consecrantes eosdem, (ut in eo, in⁹³) quo peccaverint, puniantur,) ab episcoporum confirmatione ac⁹⁴) consecratione per annum continuum ipso iure fore suspensos.

CAP. XLV.

Si Papa sibi provisionem ecclesiae cathedralis reservavit, inhibuit et decrevit, non est vitata electio, quae praecesserit; omnia tamen, quae reservationem sequuntur, carent effectu. Ioann. Andr.

Idem.

Si eo tempore, quo provisionem alicuius ecclesiae cathedralis ex quavis causa dispositioni seu ordinationi sedis apostolicae reservamus, inhibentes, ne ad electionem vel provisionem faciendam in ea quomodolibet procedatur, et decernentes, si secus super hoc a quocumque scienter vel ignoranter attentatum extiterit, irritum et inane, iam ad electionem forsitan sit processum in ipsa: praesenti constitutione sancimus, quod, licet reservatio, inhibitio et decretum huiusmodi non efficiant electionem vel alia, quae praecedunt, efficiunt tamen, ut effectu careant ea, quae postmodum subsequuntur.

Cap. XLIII. 66) abest a Sext. Ms. — 67) contigerit: id. — 68) direxerant: Böhm. — direxerint: Sext. Ms. — 69) divertant duntaxat extraneos, pravitae etc.: id. — 70) quae: Böhm. — 71) desid. ap. eund. — 72) obiectibus: Sext. Ms. — 73) abest ab eod. — 74) fuerit: id. — 75) nolimus: id. — 76) in ill. — desid. ib. — 77) cf. supr. c. 4. — 78) cf. ib. c. 16. — 79) et post.: omitt. Sext. Ms. — 80) sed et in illis etiam: id. — 81) hunc al.

haec: id. — 82) sive ord.: id. — 83) faciendis: Böhm. — 84) et rat.: Sext. Ms. — 85) existit: id. — 86) celebrandis: Böhm. — 87) omnino renunciant in firm.: Sext. Ms.

Cap. XLIV. 88) electione: Sext. Ms. — cf. supr. c. 40. — 89) omitt. id. — 90) praesentatae: id. — 91) an: id. — 92) contingat: id. — 93) desid. ap. Böhm. — 94) ac cons.: abest ab pod.

CAP. XLVI.

Absens plures procuratores ad actum electionis dare potest in solidum, et non aliter; et in altero admittendo ponit tres gradus. H. d. usque ad §. Porro. Dominicus. — §. 2. Procurator, ad eligendum constitutus, unum nomine suo, et unum nomine domini sui eligere non potest, nisi a domino de certa persona speciale mandatum habeat. H. d. — §. 3. Canonicus absens, licet nullus de capitulo eius procurator esse velit, et ipse procuratorem, qui non sit de capitulo, nolente capitulo deputare non possit, votum per literas exprimere non potest, quum cuiuslibet votum sit secreto et sigillatim in scrutinio exprimendum. H. d.

Idem.

Si quis iusto impedimento detentus in electionis negotio nequeat commode interesse, potest nedum uni, prout dicitur in concilio^{94*}) generali, sed et pluribus committere vices suas, dum tamen eorum cuilibet det in solidum potestatem; et erit tunc melior conditio occupantis. Verum si ambo concurrant in simul et postulent⁹⁵⁾ se admitti, audiri eos non expedit, quia possent vota sua dirigere in diversos, sicque res non haberet exitum, et quod ab eis hoc casu fieret non valeret. Sed is admittatur duntaxat, quem capitulum vel pars maior elegerit, vel, si concordare nequeant, is, qui primo in⁹⁶⁾ instrumento vel literis procuratoris extiterit nominatus. §. 1. Si autem nullus ipsorum in solidum fuerit deputatus, tunc propter rationem eandem ipsorum aliquis non debet admitti, sibi-que imputet, qui sic eos constituit indiscrete. §. 2. Porro, quum unus est procurator simpliciter constitutus, si is unum suo, et alium domini sui⁹⁷⁾ nomine in scrutinio nominandum duxerit, nihil agit, nisi de certa eligenda⁹⁸⁾ persona sibi dominus dederit speciale mandatum. Tunc enim in illam eius, et in aliam suo nomine licite poterit consentire. §. 3. Absens quoque, licet nullus de collegio velit esse procurator eiusdem, nec ipse nolente capitulo extraneum valeat⁹⁹⁾ deputare, non poterit aliquatenus per literas exprimere votum suum, quod non est ante scrutinium, sed in ipso scrutinio secreto et sigillatim tantummodo exprimendum.

CAP. XLVII.

Si apparet coelectus, vel se opponens ei, qui confirmationem petit: ille vocabitur nominatum; alius fiet in ecclesia crida generalis, quod se confirmationi volentes opponere veniant peremptorio assignato; aliter confirmatio facta non tenet. Ioann. Andr.

Idem.

Quoniam, electione non in concordia celebrata, superior, ad quem electionis ipsius confirmatio pertinet, consuevit interdum suae confirmationis celeritate, praeferenes cupiditatem propriam iuri et inordinatum affectum etiam aequitati, competitorum aliquando, ubi alius, vel eos, qui se volunt opponere, quando electus est unicus, supplantare, dum, nullis vocatis et non discussis negotio, per¹⁰⁰⁾ repentinam confirmationem cito contra doctrinam Apostoli imponit manus electo: nos, volentes huic morbo et fraudibus obviare, praesenti constitutione sancimus, confirmationes tales viribus omnino carere, ipsasque decernimus irritas et inanes. Vocationem autem huiusmodi nominatum, ubi est coelectus vel apparet oppositor, alias generaliter in ecclesia, in qua facta est, ut, si qui sint, qui se velint opponere, compareant assignato peremptorio termino competenti, faciendam esse censemus, quae, etiamsi electio in concordia celebrata fuerit, volumus observari.

TITULUS VII.

DE RENUNCIATIONE.

CAP. I.

Romanus Pontifex potest libere papatum renunciare. H. d. secundum Zenz.

Bonifacius VIII.

Quoniam aliqui curiosi, disceptantes de his, quae non multum expedit, et plura sapere quam oporteat contra doctrinam Apostoli temere appetentes, in dubitationem sollicitam, an Romanus Pontifex, maxime quum se insufficientem agnoscit ad regendam universalem ecclesiam et summi pontificatus onera supportanda¹⁾, renunciare valeat papatus eiusque oneri et honori, deducere minus provide vide-

bantur²⁾: Coelestinus Papa quintus praedecessor noster, dum eiuandem ecclesiae regimini praesidebat, volens super hoc haesitationis cuiuslibet materiam amputare, deliberatione habita cum suis fratribus ecclesiae Romanae cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, de nostro et ipsorum omnium concordii consilio et assensu auctoritate apostolica statuit et decrevit, Romanum Pontificem posse libere resignare. Nos igitur, ne statutum huiusmodi per temporis cursum oblivioni dari, aut dubitationem eandem in recidivam disceptationem ulterius deduci contingat, ipsum³⁾ inter constitutiones alias ad perpetuam rei memoriam de fratrum nostrorum consilio duximus redigendum.

CAP. II.

Si in fraudem expectantis primum vacaturam, quum in proximo crederetur pinguis vacare, renunciaret aliquis tenuem, quam habebat: non tenetur expectans illam recipere; immo illa dimissa expectabit alium sine fraude vacantem. Et si illi renuncianti illa pinguis postea conferatur, hoc ipso probata sit fraus, et carebit utraque.

Idem.

Si, te praebendam vel dignitatem in aliqua ecclesia proximo vacaturam auctoritate apostolica expectante, aliquis praebendam seu dignitatem tenuem obtinens in eadem, fraudulenter ei renunciaret, ut, illa primo sic vacante praecludatur tibi via per consequens ad obtinendum praebendam vel dignitatem aliam pinguiorem, quae per mortem alicuius vel alias in ipsa ecclesia creditur verisimiliter, in proximo vacatura: per renunciationem huiusmodi, dummodo de praemissa fraude appareat saltem per aliquas probabiles coniecturas, ut, quia dictae renunciationis tempore is, qui praebendam vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate gravi detinebatur, vel aliquid aliud imminerebat, propter quod illius praebenda seu dignitas vacare in proximo probabiliter credebatur, nullum tibi volumus obstaculum interponi, quo minus, praebenda vel dignitate praedicta sic fraudulenter renunciata ommissa, possis dictam pinguiorem, quum eam vel aliam si prius ipsam vacare contingerit, auctoritate praefata libere petere veluti tibi debitam⁴⁾, et habere. Ceterum si praedicto renuncianti huiusmodi praebenda vel dignitas pinguior forsan conferatur, eo ipso dicta fraus intelligatur esse probata, et idem renuncians habita⁵⁾ omnino careat et ambita.

TITULUS VIII.

DE SUPPLENDA NEGLIGENTIA PRAELATORUM.

CAP. I.

Iurisdicatio suffraganei excommunicati ad metropolitanum non devolvitur. Ioann. Andr.

Innocentius IV¹⁾.

Romana ecclesia (*Et infra*:) Edictum vero per Remensem provinciam publicatum, ut a subditis episcoporum ipsius provinciae pro audiendis et terminandis eorum causis libere ad Remensem curiam accederetur, penitus revocamus, quia, etiamsi²⁾ tenerentur iidem episcopi pro suis culpis vinculo excommunicationis adstricti, non tamen ex culpis ipsis, quum id non inveniatur a iure concessum, ad Remensem archiepiscopum iurisdicatio devolveretur eorum. Sed alia forte pro illis poena ipsis canonica³⁾ posset infligi.

CAP. II.

Si ille, qui praestat, est negligens et remissus, debet superior illi dare idoneum coadiutorem. H. d. Ioann. Andr.

Idem Baronibus et Comitibus⁴⁾ regni Portugallicae.

Grandi non immerito (*Et infra*:) Mandamus, quatenus dilectum filium⁵⁾ nobilem virum, comitem⁶⁾ Boloniensem⁷⁾, praefati regis Portugallicae fratrem, de⁸⁾ devotione, probitate ac circumspectione multipliciter commendatum, qui eidem regi, si absque legitimo decederet filio, iure regni succederet, quique examinatae dilectionis affectu, quo vos et praedictum regnum prosequitur, magnanimitate ac potentia sibi⁹⁾ plurimum suffragantibus, regnum ipsum

Cap. XLVI. 94*) cf. c. 42. X. de elect. I. 6. — 95) postulant: Sext. Ms. — 96) desid. ap. Böhm. — 97) omitt. Sext. Ms. — 98) eligendi: id. — 99) volens: id.

Cap. XLVII. 100) desid. in Sext. Ms.

TIT. VII. Cap. I. 1) iis: Böhm. — 2) videbatur: id. — 3) ipsam redigendam: Sext. Ms.

Cap. II. 4) debita et habita al. habere: Sext. Ms. — 5) omnino carere habita et ambita: id.

TIT. VIII. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. 1. — cf. de hac const. Thineri Recherches p. 64. — Data est: (Lugdani XI. Kal. Maii Pont.

nostr. Ao. III. 1245., dilectis fil. universitati magistrorum scoliarum Parisiis commorantibus; cf. Decr. Innoc. IV. a Böhm. ed. c. 6. — 2) etiam et si: Sext. Ms. — 3) desid. in Decr. Innoc. IV. ap. Mans.

Cap. II. 4) bar. comitantibus regem Port.: Innoc. IV. ap. Mans. — universis bar. regni Port.: Ms. — 5) add.: nostrum: Sext. Ms. — seqq.: nob. vir.: omitt. id. et Innoc. IV. — 6) N. vicecomitem: Innoc. IV. ap. Mans. — 7) com.: id. Ms., Sext. Ms. — 8) Bononiam: Innoc. IV. Sext. Ms. — 9) omitt. Innoc. IV. Ms., Sext. Ms. — 3) sibi adinvicem: Innoc. IV. Ms.

maturius¹⁰⁾ reformaturus firma credulitate speratur, praesertim quum ad curam et administrationem generalem et liberam regni eiusdem, tam¹¹⁾ pro¹²⁾ saepe dicti regis quam ipsius regni utilitate¹³⁾, si provide attendatur, ac ad defensionem ecclesiarum, monasteriorum aliorumque piorum locorum regni praefati, et personarum ecclesiasticarum tam religiosarum quam saecularium, nec non viduarum, orphanorum et ceterorum ibidem degentium, ac deperditorum inibi recuperationem¹⁴⁾ salubriter, ut¹⁵⁾ in Domino confidimus, sit assumptus: quum¹⁶⁾ ad vos accesserit, (fidelitate, homagio, iuramento seu pacto, si aliquibus forte praefato regi vel cuicumque alii personae tenemini¹⁷⁾, aut etiam ipsius regis prohibitione, dummodo personam eius et vitam, ac legitimi sui filii, si aliquem ipsum habere contigerit¹⁸⁾, fideliter conservetis debitum¹⁹⁾ eis exhibentes honorem, nequaquam obstantibus,) in civitatibus, castris²⁰⁾, villis et munitionibus regni praedicti cum omnibus suis recipere, ac eius dispositioni, ordinationi et mandatis universaliter singuli et singulariter universi per omnia et in omnibus intendere²¹⁾ absque difficultate qualibet²²⁾ procuratis, impendentes sibi contra quoslibet repugnantes ac etiam violentos consilium, auxilium et favorem, de reditionibus, proventibus omnibusque praefati²³⁾ regni iuribus sine diminutione aliqua²⁴⁾ plenarie respondendo, ut de illis dicto regi, secundum quod suam decet excellentiam, sibi²⁵⁾ ac suis et praefati regni necessitatibus pro tempore ac negotiorum emergentium qualitate valeat providere. Alioquin venerabilibus fratribus nostris²⁶⁾ Bracharensi archiepiscopo et episcopo Colimbriensi²⁷⁾ damus nostris²⁸⁾ literis in praeceptis²⁹⁾, ut vos ad id monitione praemissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant. Per hoc autem non intendimus memorato regi vel ipsius legitimo filio, si quem habuerit³⁰⁾, praedictum regnum adimere; sed potius sibi et eidem regno destructioni exposito, ac vobis ipsis in vita ipsius³¹⁾ regis per sollicitudinem et providentiam comitis consulere supra dicti.

CAP. III.

Episcopo a paganis vel a schismaticis capto, non archiepiscopo, sed capitulum administrat, nisi Papa, quam cito hoc fieri poterit, super hoc per capitulum consulendus, aliter ordinauret. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Si episcopus a paganis aut schismaticis capiatur, non archiepiscopus, sed capitulum, ac si sedes per mortem vacaret illius, in spiritualibus et temporalibus ministrare debet, donec eum libertati restitui, vel per sedem apostolicam, (cuius interest ecclesiarum³²⁾ providere necessitatibus,) super hoc per ipsum capitulum quam cito commode poterit consulendam, aliud contigerit ordinari.

CAP. IV.

Ecclesia cathedrali vacante solus Papa visitatorem deputat, nisi archiepiscopus propter negligentiam vel dolosum capituli administrationem cum causae cognitione deputaret. Hoc dicit Dominicus. — §. 1. Visitator ecclesiae vacantis, ab inferiore a Papa deputatus, temporalia et spiritualia administrat, excepta beneficiorum collatione ad episcopum pertinente. H. d. Dominicus.

Idem.

Ecclesiae cathedrali vacanti visitator ab alio quam a Romano Pontifice deputari non potest, nisi forte capitulum in spiritualibus et temporalibus negligenter aut perperam administraret. Tunc enim archiepiscopus ob negligentiam vel malitiam capituli, eo vocato, causaeque super hoc cognitione praemissa, visitatorem seu administratorem eidem ecclesiae licite poterit deputare. §. 1. Huiusmodi quoque visitator, quanquam spiritualium et temporalium administrationem legitimam censeatur habere, beneficia tamen, quae ad collationem pertinent episcopi, conferre non potest, si ab alio quam a Romano Pontifice fuerit deputatus.

Cap. II. 10) omitt. Innoc. IV. — 11) non minus: id., Sext. Ms. — 12) omitt. Mans. — 13) utilitatem: id. — 14) recuperatione: Innoc. IV. Ms. — 15) omitt. Innoc. IV. — 16) quumque: id. Ms. — 17) tenemini: Mans. — 18) cont., observetis: Innoc. IV. Ms. — 19) omitt. Mans. — 20) omitt. Innoc. IV. Ms. — 21) attendere: Sext. Ms. — 22) omitt. Innoc. IV. Ms. — 23) saepe fatis: Innoc. IV. — 24) qualibet: id. Ms. — 25) et sibi: id. — 26) venerabili fr. nostro: Innoc. IV. — 27) Colimbriensi: id. Ms. — 28) Columbriensi: Mans., Sext. Ms. — 29) his nostris: Innoc. IV. ap.

TITULUS IX.

DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM ET QUALITATE ORDINANDORUM¹⁾.

CAP. I.

Episcopus Italiae ultramontanum non ordinet, nisi de speciali licentia Papae, vel per patentes literas episcopi sui, continentes iustam causam, quare nolit vel non possit illum ordinare. Si secus factum fuerit, ordinatus punietur poena condigna, et ordinatus manebit suspensus ita, quod etiam a poenitentiaris Papae sine ipsius speciali licentia absolvi non poterit. Ioann. Andr.

Clemens IV.

Saepe contingit, quod nonnulli clerici, vinculo excommunicationis adstricti, aut apostatae, seu irregulares, vel alias ordinum sacrorum susceptione indigni, suam patriam, in qua de his habetur notitia, fugientes, se in remotis partibus faciunt ad huiusmodi ordines promoveri. Nos igitur, volentes animarum ipsorum periculis obviare, statuimus, ut nullus episcoporum Italiae de cetero alicum ultramontanum clericum ordinare praesumat, nisi a nobis specialem licentiam habeat, vel ab episcopo, de cuius dioecesi traxit originem ordinandus, vel in cuius dioecesi beneficiatus existit, per eius patentes literas, causam rationabilem continentes, quare ipsum nolit aut nequeat ordinare. Eos vero, quos contra praemissa contigerit ordinari, manere volumus absque spe dispensationis super hoc a sede apostolica obtinendae suspensos, ac ordinantes poenitentia condigna puniri, omnibus nostris poenitentiaris inhibentes districte, ne absque licentia nostra speciali cum taliter ordinatis dispensent, vel suas eis tradant literas, per quas cum ipsis debeat dispensari.

CAP. II.

Qui scienter ordinaverint clericum alienum, per annum a collatione ordinum sunt suspensi, et, postquam suspensio fuerit manifesta, poterunt subditi sine ipsorum licentia a vicinis episcopis ordinari. Ioann. Andr.

Gregorius X. in generali concilio Lugdunensi²⁾.

Eos, qui clericos parochiae alienae absque superioris ordinandorum³⁾ licentia scienter, seu affectata ignorantia vel quocumque alio figmento quaesito praesumpserint⁴⁾ ordinare, per annum a collatione ordinum decernimus esse suspensos, his, quae iura statuunt contra taliter ordinatos, in suo robore duraturis. Clericis quoque parochiae taliter suspensorum, postquam eorum suspensio fuerit manifesta, absque ipsorum⁵⁾ etiam licentia interim recipiendi ordines ab aliis vicinis⁶⁾ episcopis, alias⁷⁾ tamen canonice, liberam concedimus facultatem.

CAP. III.

Episcopus originis, domicilii, vel ecclesiastici beneficii commendatitias ad ordines dare potest, inferiores praclati non, nisi ex privilegio; nec officiales episcoporum; sed ii, qui habent administrationem spiritualium, illas bene concedunt. — §. 1. Possunt episcopi ordinare priores prioratum non exemptorum, et ipsorum socios, quando morantur in illis, licet inde non fuerint oriundi. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Quum nullus clericum parochiae alienae praeter superioris ipsius licentiam debeat ordinare: superior intelligitur in hoc casu episcopus, de cuius dioecesi est is, qui ad ordines promoveri desiderat, oriundus, seu in cuius dioecesi beneficium obtinet ecclesiasticum, seu habet, (licet alibi natus fuerit,) domicilium in eadem. Inferiores quoque praclati, religiosi vel alii, nisi eis, quod suos clericos aut subditos possint a quo voluerint episcopo facere ordinari, a sede apostolica specialiter sit indultum, vel officialis episcopi, quum ad hoc se ipsius officium non extendat, huiusmodi nequeunt licentiam impartiri. Episcopo autem in remotis agente, ipsius in spiritualibus vicarius generalis, vel, sede vacante, capitulum,

Mans. — 2) mandatis: id. Ms., Sext. Ms. — 3) habuit: Mans. — 4) eiusdem: Sext. Ms., Innoc. IV.

Cap. III. 3) ecclesiae: Sext. Ms.

TIT. IX. Cap. I. 1) et qual. ord.: desid. in Sext. Ms.

Cap. II. 2) c. 15. conc. Lugd. II. — 3) ordinandorum: Sext. Ms. — 4) praesumpserunt: conc. Ms. — 5) eorum: id. — episcoporum: Sext. Ms. — 6) vic. ep.: abest ab eod. — 7) emitt. conc. Ms.

seu is, ad quem tunc temporis administratio spiritualium⁸⁾ noscitur pertinere, dare possunt licentiam ordinandi. §. 1. Religiosi vero, a suis superioribus in non exemptis prioratibus deputati, priores et eorum socii possunt a locorum dioecesanis, quamdiu morantur in ipsis prioratibus, ordinari licite, licet non sint de eorum⁹⁾ dioecesis oriundi.

CAP. IV.

Episcopus seu alius inferior primam tonsuram infanti non confert, nisi religionem intret, nec homini illiterato, nec homini alterius dioecesis, absque sui praelati licentia; nec etiam coniugato, nisi religionem intret, aut ad sacros ordines promoveatur legitime; alius contra faciens puniatur, ut hic. H. d. Zenz.

Idem.

Nullus episcopus vel quis alius infanti, nisi forte religionem intraret, seu illiterato, sed nec absque sui superioris licentia homini dioecesis alienae, clericalem praesumat conferre tonsuram, nec etiam coniugato, nisi volenti religionem intrare aut ad sacros ordines promoveri, prout est sacris canonibus¹⁰⁾ diffusum. Qui vero contra fecerit, ut in eo¹¹⁾, in quo peccaverit, puniatur, per unum annum a collatione clericalis tonsurae duntaxat noverit se suspensum.

TITULUS X.

DE AETATE ET QUALITATE ET¹⁾ ORDINE
PRAEFICIENDORUM.

CAP. UN.

Episcopus dispensat cum maiore XX. annis in dignitatibus et personatibus non curatis, si aliud non obstet. H. d. Dominicus.

Bonifacius VIII.

Permittimus, ut episcopi cum iis, qui XX. annum compleverint, quod dignitates vel personatus, quibus animarum cura non imminet, valeant obtinere, possint, si aliud non obstat canonicum, libere dispensare.

TITULUS XI.

DE FILIIS PRESBYTERORUM ET ALIIS
ILLEGITIME NATIS.

CAP. I.

Cum illegitime natis dispensant episcopi in minoribus ordinibus et beneficio sine cura: dummodo sit tale, in quo alius dispensare possint. In aliis dispensatio Papae requiritur. Ioann. Andr. — §. 1. Si dispensatum fuerit cum aliquo, quod non obstante ullo defectu possit ad curatum beneficium promoveri, praetextu illius dispensationis non poterit duo beneficia in simul obtinere. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Is, qui defectum patitur natalium, ex dispensatione episcopi licite potest, si ei aliud canonicum non obstat, ad ordines promoveri minores, et obtinere beneficium, cui cura non imminet¹⁾ animarum; dummodo sit tale, super quo per ipsum episcopum valeat dispensari. Ad ordines quoque maiores, vel beneficia curam animarum habentia, super quibus nequit episcopus dispensare, sine dispensatione sedis apostolicae promoveri non potest. §. 1. Ille vero, cum quo per sedem dispensatur eandem, ut, praemisso non obstante defectu, valeat ad beneficium, etiamsi curam animarum habeat, promoveri, nequit praetextu dispensationis huiusmodi, (quam exorbitantem a iure oportet veluti odiosam restringi,) nisi unicum beneficium obtinere.

CAP. II.

Si ille, cum quo super defectu originis in curato beneficio fuerit dispensatum, eo tacito, super pluralitate dispensationem obtineat: non valet dispensatio. Ioann. Andr.

Idem.

Si is, cum quo fuit per sedem apostolicam dispensatum, ut, non obstante defectu natalium, quem patitur, ad omnes ordines pro-

moveri valeat, et obtinere beneficium, etiamsi curam habeat animarum, dispensationem aliam, tacito de praedicto defectu, postmodum obtineat a sede praefata, ut duo aut plura beneficia similem curam habentia possit recipere, si ei alias canonicè conferantur, et ea simul licite retinere: talis dispensatio, quum non sit verisimile, sedem ipsam²⁾ cum illo, praedictum patiente defectum, voluisse, si hoc fuisset expressum, eidem in pluralitate beneficiorum huiusmodi dispensare, veluti per subreptionem obtenta nullius penitus est momenti.

TITULUS XII.

DE BIGAMIS.

CAP. UN.

Bigamus nudatus est omni privilegio clericali, et adstrictus saeculari foro. Nec valet consuetudo in contrarium, et prohibetur ei sub anathemate, ne tonsuram deferat. Ioann. Andr.

Gregorius X. in concilio generali Lugdunensi¹⁾.

Altercationis antiquae dubium praesentis declarationis oraculo decedentes, bigamos omni privilegio clericali declaramus esse nudatos, et coercionem fori saecularis addictos²⁾, consuetudine contraria non obstante. Ipsi quoque sub anathemate prohibemus deferre tonsuram vel habitum clericalem.

TITULUS XIII.

DE OFFICIO VICARII.

CAP. I.

Successor officialis excommunicati excommunicatus non est, nisi in crimine damnato communicet, illa autem, quae exercet: illo excommunicato manente non valet, si iurisdictionem solum ab eo recepta hoc facit. Ioann. Andr.

Innocentius IV¹⁾.

Romana ecclesia (*Et infra:*) Quum Remensis archiepiscopus in officialem alicuius suffraganei sui excommunicationis sententiam ex aliqua rationabili causa profert²⁾, illos, qui vices ipsius gerunt, propter hoc excommunicationis vinculo non adstringit³⁾, quum non communicent ob id officiali eidem in crimine, qui ecclesiasticae censurae districtione pro eo, quod suum exercet officium, non arctantur. Ea tamen, quae ipsi gerendo huiusmodi vices agunt, eo taliter⁴⁾ excommunicato manente, si iurisdictionem tantum recipiunt ab eodem, non possunt obtinere vigorem.

CAP. II.

Ex generali commissione non potest officialis inquirere, corrigere, depone, et punire subditorum excessus. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Licet in officialem episcopi per commissionem officii, generaliter sibi factam, causarum cognitio transferatur, potestatem tamen inquirendi, corrigendi aut puniendi aliquorum excessus, seu aliquos a suis beneficiis, officiis⁵⁾ vel administrationibus amovendi, transferri nolumus in eundem, nisi sibi specialiter haec committantur⁶⁾.

CAP. III.

Ex generali commissione officialis beneficia conferre non potest. Ioann. Andr.

Idem.

Quum in generali concessione nequaquam illa veniant, quae non esset quis verisimiliter in specie concessurus, nec regulariter donare valeat is, cui bonorum administratio etiam libera est concessa: officialis aut vicarius generalis episcopi beneficia conferre non possunt, nisi beneficiorum collatio ipsis specialiter sit commissa.

Cap. III. 8) temporalium: Sext. Ms. — 9) ipsorum: id.
Cap. IV. 10) ordinibus: Sext. Ms. — 11) abest ab eod.
TIT. X. Cap. un. 1) qual. ordinum praef.: Sext. Ms.
TIT. XI. Cap. I. 1) imminet: Sext. Ms.
Cap. II. 2) illam: Sext. Ms.

TIT. XII. Cap. un. 1) c. 16. conc. Lugd. II. — 2) additos: conc. Ms., Sext. Ms.
TIT. XIII. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — cf. adn. ad c. 1. de suppl. negl. I. 8. — 2) proferret: Sext. Ms. — 3) adstringant: Innoc. IV. ap. Mans. — 4) tamen: Sext. Ms.
Cap. II. 5) desid. in Sext. Ms. — 6) committatur: id.

**TITULUS XIV.
DE OFFICIO ET POTESTATE IUDICIS
DELEGATI.¹⁾**

CAP. I.

Conservator a manifestis defendit iniuriis, et iudicalem indaginem non exercet.

Innocentius IV²⁾.

Statuimus, ut conservatores, quos plerumque concedimus, a manifestis³⁾ iniuriis et violentiis defendere possint quos eis committimus defendendos. Nec ad alia, quae iudicalem indaginem exigunt, suam possint extendere potestatem.

CAP. II.

In coactionibus et poenis pontificali dignitati deferitur.

Alexander IV.

Quia pontificali dignitate praeditis ob reverentiam sacri officii, quod exercent, plurimum deferri convenit, et eos plus aliis honorari decet, ut, quum a iudicibus vel conservatoribus a sede apostolica deputatis contra eos ad coactiones aliquas sive poenas fuerit procedendum, gradus et modestia in huiusmodi processu servetur ita, quod, eis quadam condigna reverentia supportatis, ingressus primo ipsis ecclesiae⁴⁾ vel sacerdotale interdicatur ministerium, ac deinde ab officio suspendantur, et subsequenter aggravetur censura ecclesiastica contra eos; nisi forte aliter fieri suaserit nimia contumaciae protervitas sive culpa.

CAP. III.

Delegato procedente cum duobus subdelegatis non in totum, ad Papam, non ad condelegatos, appellari debet. H. d. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Si duo ex tribus, a sede apostolica delegatis, duobus aliis non in totum subdelegaverint vices suas, ipsique subdelegati cum delegato tertio in causa processerint delegata, si appellatur⁵⁾ ab ipsis, non ad condelegatos, sed ad primum delegantem tantummodo appellari debebit.

CAP. IV.

Tres casus ponit, in quibus suspicionis causa coram arbitris non tractatur. Primus, quum recusatur unus ex delegatis, datus cum clausula: „Quod si non omnes.“ Secundus, quum recusatur delegatus episcopi. Tertius, quum recusatur officialis. Ioann. Andr.

Idem.⁶⁾

Si contra unum ex duobus iudicibus, cum illa clausula: „quod si ambo interesse non possunt⁷⁾, alter eorum in causa procedat,“ a sede apostolica delegatis, suspicionis causa legitima proponatur: causa ipsa suspicionis coram non recusato coniudice, ad quem ex vi praedictae clausulae debet ipsius causae cognitio pertinere, probari et ab eo expediri debebit. Ubi vero non est dicta clausula in rescripto, debet super hoc ad arbitros recursus haberi. Quum autem ipse⁸⁾ delegatus episcopi recusatur, recusationis causa coram episcopo est probanda. Idem est, si officialis recusatur eiusdem, licet ad ipsum ab eodem officiali nequeat appellari.

CAP. V.

Distinguit tria tempora ad sciendum, an iudex suspectus committere possit; quia aut non est proposita recusatio: et tunc in totum per eum facta commissio tenet; aut est proposita, sed nondum pronunciatum super ea; et tunc volente recusatore committere potest, alias non; aut iam pronunciatum est, illum esse suspectum; et tunc, etiam volente recusatore, committere nequit. Ioann. Andr.

Idem.⁹⁾

Iudex ab apostolica sede datus, quamvis legitime recusari valeat ut suspectus, potest licite vices suas committere, antequam recusatio contra ipsum proponatur. Et si in totum commiserit, recusari ulterius, aut facta per eum commissio impugnari nequit; quod posset, si sibi de iurisdictione aliquid reservasset. Post recusationem quoque propositam committere, nisi de recusatoria procedat assensu, non potest; sed eo volente hoc potest, etiamsi iam recu-

satio eadem sit probata, dummodo pronunciatum non fuerit super ea. Extunc enim, quum omnino iudex esse desiderit, nulla etiam cum illius assensu potest fieri commissio per eundem.

CAP. VI.

Delegatus subdelegans, etiam in totum, re integra causam reassumere poterit. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Quamvis alicui vices tuas in causa tibi a sede apostolica delegata in totum commisisse noscaris: si tamen, antequam ille iurisdictione usus fuerit, commissio huiusmodi per te revocetur ab ipso, vel eum rebus eximi contingat humanis, causam ipsam resumere¹⁰⁾ poteris, quum iurisdictione, ex quo ipsa usus non existit, non censeatur in eum efficaciter transivisse.

CAP. VII.

Si delegatus subdelegavit; „quoties abesset,“ vel „donec revocaret,“ et mortuus sit re non integra, subdelegatus procedit. Et semper de subdelegato ad delegatum, qui sibi aliquid iurisdictionis reservavit, appellari debet, etiam post sententiam. H. d. Io. Andr.

Idem.

Si delegatus, quoties eum abesse contigerit, tibi commiserit vices suas, poteris, eo rebus humanis exempto, quum et tunc censeatur abesse, commissum¹¹⁾ tibi negotium, dum tamen illo vivente iurisdictione uti coeperis, libere diffinire. Idem poteris, quando tibi vices etiam¹²⁾ sub ea forma commisit: „donec eas duceret¹³⁾ revocandas.“ Nam talis commissio, per quam censeatur etiam sententiae prolatio, nisi antea fuerit revocata, committi, nequaquam morte committentis exspirat, ex quo res integra non existit. Ad eum quoque, qui vices suas committit, donec revocet, vel qui executionem sententiae tantum, aut quicquid aliud de iurisdictione sibi reservat, non ad delegantem primum appellari debebit, etiamsi post sententiam fuerit appellandum¹⁴⁾.

CAP. VIII.

Plurimum delegatorum in solidum quilibet cognoscit. Et uno cognoscente alii, nisi ex causa, se non intromittunt. Et perpetuatio unius perpetuat quoad omnes. H. d. Zenz.

Idem.

Quum plures sub illa forma: „ut omnes, aut duo, vel unus eorum mandatum apostolicum exsequantur,“ aut alia consimili iudices vel exsecutores a sede apostolica deputari contingit: ipsorum quilibet iniunctum potest libere adimplere mandatum. Porro, uno eorum negotium inchoante commissum, alii nequebunt se ulterius intromittere de eodem, nisi vel infirmitate vel alia iusta causa illum contingeret impediri, aut si nollet, vel malitiose in eo procedere recusaret. Iurisdictione vero perpetuata mandatore vivente, per unum, eo casu, quo potest, ex iudicibus delegatis perpetuata intelligitur quoad omnes.

CAP. IX.

Executor, super gratia facta datus a Papa, mortuo Papa etiam re integra gratiam exsequitur. Ioann. Andr.

Idem.

Si super gratia, cuiquam ab apostolica sede facta, exsecutores fuerint deputati, aequum esse censemus, ut, sicut ipsa gratia, licet nondum sit in eius executione processum, morte non perimitur concedentis, sic nec etiam re integra perimatur exsecutoribus data potestas, quam, veluti gratiae praedictae accessoriam, naturam sequi congruit principalis; ne gratiam eandem vel reddi quandoque¹⁵⁾ omnino inutilem, vel ipsius effectum in tempus longius cum illius dispendio, cui facta existit, differri contingat.

CAP. X.

Duos casus ponit, quibus de subdelegato non in totum appellatur ad primum delegatum, scilicet quum delegatus excommunicatus vel mortuus est. Alios casus ponit infra eod. c. Si a subdelegato. Ioann. Andr.

Idem.

Si is, cui causa, licet proprio nomine non expresso, a sede fuerat¹⁶⁾ apostolica delegata, subdelegaverit non in totum vices suas alicui: a subdelegato huiusmodi, si delegatum ipsum excommuni-

TIT. XIV. 1) de off. delegati: Sext. Ms. — Cap. I. 2) Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — add.: in conc. Lugdun.: Mans. — 3) manifestissimis: Innoc. IV. Ms. — desid. ap. Mans.
Cap. II. 4) omitt. Sext. Ms.
Cap. III. 5) appellatur: Sext. Ms.
Cap. IV. 6) Idem in eodem: Böh. — 7) possint: Sext. Ms. — 8) omitt. id.

Cap. V. 9) Idem in eodem: Böh.
Cap. VI. 10) reassumere: Sext. Ms.
Cap. VII. 11) sic comm.: Sext. Ms. — 12) omitt. id. — 13) duxerit: id. — 14) appellatum: id.
Cap. IX. 15) quandoquaque: Sext. Ms.
Cap. X. 16) fuerit: Sext. Ms.

cari aut de medio tolli contingat, impedimento tali durante ad sedem ipsam, ne absolutionem vel successorem exspectando illius praedudicari litigantibus vel causa plus debito prorogari valeat, volumus appellari.

CAP. XI.

Ab arbitris iuris appellatur ad Papam. Ioann. Andr.

Idem.

Ab arbitris, qui secundum formam iuris, ut de proposita contra iudicem suspicionis causa cognoscant, vel qui, quum de revocatione ambigitur literarum, iudicibus nequeuntibus in unam sententiam concordare, ad concertationem huiusmodi sapiendam a partibus eliguntur, est, si gravaverint, ad sedem apostolicam appellandum.

CAP. XII.

Executor datus a Papa, ut provideat personae, subdelegat, si datur, ut provideat ecclesiae; non expressa persona, non subdelegat, nisi habeat speciale mandatum. H. d. et causam reddit. Ioann. Andr.

Idem.

Is, cui ab apostolica sede committitur certae personae provisio de beneficio in certa ecclesia, diocesi vel provincia facienda, potest alii committere licite vices suas. Sed si non expressa certa persona committatur eidem, ut alicui personae idoneae de certa ecclesia vel beneficio debeat providere, quia circa eligendam personam eius industria tunc videtur electa, provisionem sibi commissam alteri demandare non potest, nisi forma commissionis habeat, ut per se vel per alium id valeat expedire¹⁷⁾.

CAP. XIII.

Is, cui aliquid certo loco expediendum committitur, ex iusta causa illud expedire poterit extra locum. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Statuimus, ut is, per quem ab apostolica sede certo loco inquisitio fieri, vel quicquid aliud expediri mandatur, si propter potentiam vel malitiam illius, contra quem inquiri debet sive procedi, seu fautorum eiusdem non possit hoc exsequi eo loco secure, ne ipse commodum ex dolo vel fraude reportet, ad id exsequendum locum alium eligat idoneum et securum. Idem faciat, si alia rationabilis causa subsit, propter quam in loco decreto perfici nequeat commode quod mandatur, ne tali praetextu impediri contingat mandatum apostolicum vel differri.

CAP. XIV.

Quando a subdelegato non in totum appellatur, quia non admittit exceptionem, per quam denegatur etiam delegatum habere iurisdictionem: ad primum delegantem appellabitur. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Si a subdelegato, cui delegatus non in totum commiserat¹⁸⁾ vices suas, ex eo fuerit appellandum, quia exceptionem coram se propositam, quod, antequam per eum vel per ipsum delegatum in aliquo processum fuisset, delegans viam fuerat universae carnis ingressus, admittere recusavit: non ad delegatum, quum iurisdictionem negetur habere, sed ad delegantem potius appellari debet. Idem fiet in aliis casibus, in quibus delegatus iurisdictionem habere negatur; alias, si appellari deberet ad ipsum, esset appellans, qui sic fateri videretur, eundem iurisdictionem habere, quod ante negaverat, contrarius sibi ipsi.

CAP. XV.

Ponit hic, qui possint esse conservatores, et ubi cognoscere, et an et quibus possint delegare, et quantum duret eorum potestas, et de expensis talium. H. d. Zenz.

Idem.

Hac constitutione perpetuo valitura sancimus¹⁹⁾, ut conservatores, qui aliquibus, ut a manifestis iniuriis et violentiis tueantur

eosdem, plerumque a sede apostolica conceduntur, de cetero deputari non possint, nisi episcopi vel eorum superiores, aut abbates, seu dignitates vel personatus in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis obtinentes, nullusque deputati sibi conservatoris esse valeat conservator. Nec aliquis, (regibus et reginis, qui, sicut dignitatis altitudine praecminent, sic praerogativa gratiae ipsos convenit anteferri, duntaxat exceptis,) deinceps conservatorem habeat eum, qui sub ipsius iurisdictione, dominio vel districtu ecclesiastico vel temporali consistat. Conservatores autem huiusmodi extra civitates seu dioeceses, in quibus fuerint deputati²⁰⁾, contra quoscunque procedere, aut aliquos ultra unam diacetam a fine dioecesis eorundem trahere non praesumant. Vices quoque suas, (citationibus et²¹⁾ sententiarum denunciationibus duntaxat exceptis, quas per alios valeant exercere,) nulli committere possint²²⁾, nisi hoc eis competierit ex beneficio literarum; sed nec tunc, nisi intra civitates seu dioeceses, in quibus deputati fuerint²³⁾, et personam tantum, quae superius sunt expressae. Ut autem conservatores limites sibi traditae potestatis, quos frequenter excedunt, metu poenae diligenter observent: decernimus, ut, si de aliis quam de manifestis iniuriis et violentiis scienter se intromiserint, seu ad alia, quae iudiciale indaginem exigunt, suam extenderint potestatem, eo ipso per unum annum ab officio sint suspensi. Pars vero, quae hoc fieri procurabit, sententiam excommunicationis incurrat, a qua non possit absolvi, nisi ei²⁴⁾, quem sic fatigavit indebite, primo satisfaciatur integraliter de expensis. Officium autem quorumcunque conservatorum ipso iure quoad non coepta negotia per obitum concedentis volumus expirare. Circa munera vero et expensas, assessores ac notarios, et personas testimonii causa vocandas, illa praecipimus in huiusmodi conservatoribus per omnia observari, quae in delegatis iudicibus constitutio a nobis super his edita observanda decrevit²⁵⁾. Quicquid autem contra praemissa vel eorum aliquod attentari contigerit, omnino decernimus irritum et inane.

TITULUS XV.

DE OFFICIO LEGATI.

CAP. I.

Legati non cardinales sine speciali mandato iure legationis beneficia conferre non possunt, sed legati cardinales hoc bene possunt. Ioann. Andr.

Innocentius IV. 1)

Officii nostri debitum remediis invigilat subditorum²⁾, quia, dum eorum excutimus onera, dum scandala removemus, nos in eorum quiete quiescimus et fovemur in pace. Proinde³⁾ praesenti decreto statuimus, ut ecclesiae Romanae legati, quantumcunque plenam legationem obtineant⁴⁾, sive a nobis missi fuerint sive suarum praetextu ecclesiarum legationis sibi vendicent⁵⁾ dignitatem, ex ipsius legationis munere conferendi beneficia nullam habeant potestatem⁶⁾, nisi hoc alicui specialiter duxerimus indulgendum. Quod⁷⁾ in fratribus nostris legatione fungentibus nolumus observari, quia sicut honoris praerogativa laetantur, sic eos auctoritate fungi volumus ampliori.

CAP. II.

Legatus habet ordinariam, unde per mortem Papae non expirat eius officium. H. d. Ioann. Andr.

Clemens IV. S. tit. sanctae Caeciliae Presbytero cardinali apostolicae sedis Legato.

Legatos, quibus in certis provinciis committitur legationis officium, ut ibidem evellant et⁸⁾ dissipent, aedificent atque plantent, provinciarum sibi commissarum ad instar proconsulum ceterorumque praesidum, quibus certae sunt decretae provinciae moderandae, ordinarios reputantes, praesenti declaramus edicto, commissum tibi a praedecessore nostro legationis officium nequaquam per ipsius obitum expirasse.

TIT. XV. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. nn. — 2) subiectorum: Innoc. IV., Sext. Ms. — 3) Inde: Innoc. IV. Ms. — 4) habeant: Sext. Ms. — 5) vindicant: id. — 6) facultatem: Innoc. IV. Ms. — 7) add: tamen: Innoc. IV.

Cap. II. 8) omitt. Sext. Ms.

Cap. XII. 17) expediri: Sext. Ms.
Cap. XIV. 18) commiserit: Sext. Ms.
Cap. XV. 19) statuimus: Sext. Ms. — 20) deputati, vel alibi quam in civitatibus seu locis insignibus, ubi possit copia peritorum haberi, contra quoscunque etc.: id. — 21) desid. ap. Böhm. — 22) possunt: Sext. Ms. — 23) fuerunt: id. — 24) desid. ib. — 25) decernit: id. — cf. c. 11. de rescr. l. 3.

CAP. III.

Finita legatione expirant reservationes legatorum, et omnis processus habitus super illis, nisi tunc illa beneficia iam vacantia sint collata. Demum dicitur, quod, pendente una sua reservatione in ecclesia collegiata, vel de beneficio spectante ad collationem alicuius, legatus in eadem ecclesia, vel beneficio spectante ad collationem eiusdem, aliam facere non potest, et, quod fit contra praedicta, irritum decernit. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Praesenti declaramus edicto, reservationes quorumcunque beneficiorum, ab apostolicae sedis legato suae legationis auctoritate factas, et decreta interposita super ipsis, nec non denunciationes, inhibitiones et processus quoslibet, per eum vel per executores deputatos ab eo habitos circa ipsas, (dummodo ad collationem eandem beneficiorum iam vacantium minime sit processum,) eo ipso, quod illius⁹) finitur legatio, viribus penitus vacuari, nec executores eandem posse ulterius beneficia taliter reservata conferre. Ceterum reservationes huiusmodi, per quas interdum praelati et ecclesiae nimium onerantur, restringere cupientes, prohibemus, ne, postquam legatus in aliqua cathedrali vel collegiata ecclesia reservationem aliquam duxerit faciendam, aliam illa pendente faciat aliquatenus in eadem. Nec etiam¹⁰), postquam alibi reservaverit aliquod beneficium, ad collationem pertinens cuiuscunque, aliud, quod ad illius collationem pertineat, quamdiu reservatio pendet alterius, sibi quoquo modo reservet. Quicquid autem contra praemissa contigerit attentari, eo ipso viribus non subsistat.

CAP. IV.

Cathedrales, vel regulares vel collegiatae ecclesiae legati reservare vel conferre non possunt. Idem in dignitatibus ecclesiarum cathedralium, quae sunt maiores post episcopos, si ipsarum praelati per electionem debent assumi; et contra hoc factum est irritum. — §. 1. Delegatus non potest alicui committere, quod recipiat resignationem beneficii, et postea illud conferat, et contra factum vel sciendum decernit irritum. H. d. Ioann. Andr.

I d e m.

Deliberatione provida duximus inhibendum, ne aliquis apostolicae sedis legatus, quantumcunque legationem obtinere plenariam dignoscatur, cathedrales, vel regulares aut collegiatae ecclesiae, seu ipsarum ecclesiarum cathedralium dignitates, ad quas hi, qui praeficiuntur eisdem, maiores in earum¹¹) capitulis post episcopos existentes, habent per viam electionis assumi, suae ordinationi, collationi, provisioni, electioni aut dispositioni quomodocunque reservet, nec de ipsis ordinandis, conferendis vel disponendis se aliquatenus intromittat, neque aliquid, quo minus hi, ad quos pertinuerit, eligere aut postulare libere valeant, quum vacabunt, obstaculum quomodolibet interponat, decernentes, quicquid contra hoc actum extiterit, eo ipso irritum et inane. §. 1. Prohibemus iusuper, ne legatus ipse in genere aut in specie cuiusque concedat, ut ab his¹²), qui, beneficia infra¹³) legationem eiusdem habentes, ea in illius manibus voluerint libere resignare, ipsorum resignatione recepta, illa valeat idoneis conferre personis, quum per hoc aperiri posset via contra Lateranensem¹⁴) concilium ad beneficia vacatura. Nos enim concessionem, quam contra hoc contigerit attentari, et quicquid ex ea vel ob eam secutum extiterit, nullam prorsus habere statuumus roboris firmitatem, volentes non solum ad futura, sed etiam ad praeterita et adhuc pendente negotia hoc extendi.

CAP. V.

Collatio legati per taciturnitatem prioris beneficii vitatur. Hoc dicit Zeuz.

I d e m.

Collatio beneficii, per legatum sedis apostolicae tibi facta, nullius momenti existit¹⁵), si in ea non fuerit¹⁶) habita mentio de alio beneficio, quod primitus obtinebas.

TITULUS XVI.

DE OFFICIO ORDINARI.

CAP. I.

Archiepiscopus non potest sibi constituere officiales in dioecesi suffraganeorum suorum etiam pro futuris causis per appellationem devolvendis ad ipsum, nisi de consuetudine hoc habeat; et tunc etiam tales officiales inhibere non possunt, priusquam fuerit appellatum. — §. 1. Donec archiepiscopus de factis potest haberi, officialis eius suffraganeum excommunicare, suspendere aut interdicere non potest, propter ordinis (maius dixisset: „officii“) episcopalis reverentiam. H. d. in summa Ioann. Andr.

Innocentius IV.¹) in concilio Lugdunensi.

Romana ecclesia (Et infra:) Prohibemus quoque, ne Remensis archiepiscopus in²) dioecesibus suffraganeorum suorum foraneos officiales constituat, quia, quum metropolitanis³), ne suorum suffraganeorum ingrediantur dioeceses, ut in eis auctoritate propria iudicent, disponant aliquidve aliud agant, canonica prohibeant instituta, nequaquam hoc⁴) possunt in illis per alios exercere. Nec pro eo, quod causas per appellationem delatas ad ipsos possunt in suffraganeorum suorum dioecesibus delegare, similiter licet eis tales officiales instituere in eisdem, qui eorum vice, quum appellatur ad ipsos, citationes vel⁵) inhibitiones faciant, seu compescant in hac parte rebelles; quia in causis per appellationem devolutis ad ipsos iam iurisdictionem obtinere noscuntur, propter quod licite possunt super illis committere vires suas. Non sic autem in aliis, in quibus nondum existit appellatum, et idcirco non debent aliquos constituere⁶) pro citationibus in futuris causis appellationum et inhibitionibus faciendis, nisi aliud Remensis ecclesiae circa talium officialium institutionem de consuetudine obtineat specialia. A quibus, etiamsi de consuetudine huiusmodi possint⁷) in Remensi provincia⁸) constitui, inhibitiones⁹) tamen, ne procedatur in causis, priusquam ad Remensem curiam appelletur¹⁰), fieri penitus inhibemus. §. 1. Officiales autem Remensis archiepiscopi, quamdiu in sua provincia vel circa illam extiterit, in suffraganeos¹¹) interdicti, suspensionis¹²) vel excommunicationis proferre sententias non attentent. Et hoc idem ab officialibus aliorum metropolitanorum circa ipsorum suffraganeos, quibus ob reverentiam pontificalis officii deferri volumus in hac parte¹³), praecipimus observari.

CAP. II.

Canonici, qui a divinis cessare possunt consuetudine vel alio iure, si cessare volunt, causam suae cessationis expriment in instrumento publico vel patentibus literis suo vel alio authentico sigillo munitis, et exhibent illud vel illas illi, contra quem cessant. Hoc praetermissio, vel expressa causa non inventa legitima, quicquid medio tempore perciperint ab ecclesia, restituant, et quae percipere debent non percipiant, et satisfaciant de iniuriis illi, contra quem cessant. Causa legitima inventa, tenetur ille ad interesse canonici, et ad certam quantitatem ecclesiae, superioris taxandam arbitrio. Ultimo reprobatum consuetudo, qua imagines sanctorum in dicta cessatione spinis et urticis supponebantur. Et statuitur, contrarium facientes graviter puniendos. Ioann. Andr.

Gregorius X. in generali concilio Lugdunensi.¹⁴)

Si canonici a divinis cessare voluerint, prout in ecclesiis aliquibus sibi ex consuetudine vel alias vendicant: antequam ad cessationem huiusmodi quoquo modo procedant, in instrumento publico, vel patentibus literis sigillorum suorum aut alterius authenticis munimine roboratis, cessationis ipsius causam expriment, et illud vel illas ei, contra quem cessare intendunt, assignent, scituri, quod, si hoc praetermissio cessaverint, vel causa, quam expresserint, non fuerit inventa canonica, omnia, quae de quibuscunque preventibus illius ecclesiae, in qua cessatum fuerit, cessationis tempore debuerint eidem, nullo modo percipient, sed ipsi ecclesiae cedere¹⁵), ac nihilominus ei, contra quem cessaverant, de damnis et iniuriis satisfacere tenebuntur. Si autem causa eadem canonica fuerit iudicata, is, qui occasionem cessationi dederat, ad omne interesse dictis canonici et ecclesiae, cui debitum officium eius est culpa subtractum, ad certam quantitatem taxandam et in¹⁶) divini cultus augmentum convertendam, superioris arbitrio condemnentur. Ceterum detestabilem abusum horrendae indevotionis illorum, qui

Cap. III. 9) ipsius: Böhm. — 10) enim: id.
Cap. IV. 11) eorum: Sext. Ms. — 12) iis: Böhm. — 13) intra: id.
— 14) cf. c. 2. de conc. praeb. III. 8.
Cap. V. 15) existit: Sext. Ms. — 16) fuit: id.
TIT. XVI. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — Innoc. III., Böhm., male. — cf. adm. ad c. 1. de suppl. negl. I. 8. — 2) omitt. Innoc. IV. ap. Mans. — 3) metropolitani: Sext. Ms. — 4) omitt. Innoc. IV. Ms. —

5) et: id. — 6) constit. in eisdem, citationibus: id. — 7) possunt: Sext. Ms. — 8) Remensem provinciam: Innoc. IV. Ms. — 9) prohibiciones, ne: id. — 10) appellatur: id. — 11) suffr. suos: id., Sext. Ms. — 12) susp. causa: Sext. Ms. — vel susp.: Innoc. IV. Ms. — 13) add.: benignae: id.
Cap. II. 14) c. 17. conc. Lugd. II. — 15) perciperunt: conc. — 16) restituant: Sext. Ms. — 17) reddere: id. — 18) ut: conc. Ms. —

crucis, beatæ Mariæ¹⁹⁾ virginis aliorumque²⁰⁾ sanctorum imaginum seu statuas irreverenti ausu tractantes, eas in aggravationem cessationis huiusmodi prosternunt in terram, et²¹⁾ urticis spinisque supponunt, penitus reprobantes, aliquid tale fieri de cetero districtius prohibemus²²⁾, statuentes, ut in eos, qui contra fecerint, ultix procedat dura sententia, quae delinquentes sic puniat graviter, quod alios a similium praesumptione compescat.

CAP. III.

Statuit Papa, quod habentes plures dignitates, vel alia beneficia curam animarum habentia, per ordinarios compellantur ostendere infra tempus competentis superioris arbitrio statuendum dispensationes, quas si non ostenderit, perinde procedatur, ac si nullas haberent. Et si ostenderit, et sufficientes, non amplius molestentur, proviso, ne in praedictis beneficiis cura negligatur. Si autem dubitetur de dispensatione, ad sedem apostolicam recurratur. Talibus plura similia beneficia obtinentibus aliud non conferatur beneficium, nisi ostensa dispensatione sufficienti; et tunc ita demum conferatur, si per dispensationem possunt illud cum aliis retinere, vel si prioribus renunciaverint; aliter collatio facta non tenet. Ioann. Andr.

Idem.²³⁾

Ordinariis locorum subditos suos, plures dignitates vel ecclesias, quibus animarum cura imminet, obtinentes, seu personatum aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura similis est annexa, districtius²⁴⁾ compellant dispensationes, auctoritate quarum huiusmodi ecclesias, personatus seu dignitates canonice tenere se asserunt, infra²⁵⁾ tempus, pro facti qualitate ipsorum ordinariorum moderandum arbitrio, exhibere. Quod si forte iusto impedimento cessante nullam dispensationem infra idem tempus contigerit exhiberi: ecclesiae²⁶⁾ beneficia, personatus²⁷⁾ seu dignitates, quae sine dispensatione aliqua eo ipso illicitè detineri constabit, per eos, ad quos eorum collatio pertinet, libere personis idoneis conferantur. Ceterum si dispensatio exhibita sufficiens evidenter appareat, exhibens nequaquam in²⁸⁾ beneficiis huiusmodi; quae canonice obtinet, molestetur. Provideat tamen ordinarius, qualiter nec animarum cura in eisdem ecclesiis, personatibus seu dignitatibus negligatur, nec beneficia ipsa debitis obsequiis defraudentur. Si vero de dispensationis exhibitae sufficientia dubitetur, super hoc erit ad sedem apostolicam recurrendum, cuius est aestimare, quem modum sui beneficii esse velit. In conferendis insuper personatibus, dignitatibus et aliis beneficiis, curam habentibus animarum annexam, iidem ordinarii diligentiam illam observent, ut personatum, dignitatem vel aliud²⁹⁾ beneficium, similem curam habens animarum³⁰⁾, alicui plura similia obtinenti non ante conferre praesumant, quam eis super obtentis dispensatio evidenter sufficiens ostendatur. Quae etiam ostensa ita demum ad collationem procedi volumus, si appareat per eandem, quod is, cui est collatio facienda, huiusmodi personatum, dignitatem vel³¹⁾ beneficium retinere libere³²⁾ valeat cum obtentis, vel si ea, quae sic obtinet, libere ac sponte resignet. Aliter autem de personatibus, dignitatibus et beneficiis talibus facta³³⁾ collatio nullius penitus sit momenti.

CAP. IV.

Praecipit Papa, ne praelati subditis interdiant, ne statum ecclesiarum et personarum superioribus inquirentibus manifestent, nec ad id celandum iuramentis, promissionibus, obligationibus aut aliis poenis adstringant. Decernit autem, quod contra factum fuerit, irritum et inane, et sententias, iuramenta, promissiones vel poenas non ligare, et praesumptores praecipit poena condigna a superioribus eisdem puniri. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Quia plerique praelati non sine multa temeritatis audacia suis subditis aliquando interdiciunt, ne ipsorum superioribus aut apostolicae sedis legatis, vel inquisitoribus ad inquirendum, corrigendum et reformandum in eorum ecclesiis, monasteriis sive locis a sede deputatis eadem, vel aliis quibuscunque personis, per quas ad notitiam praedictorum valeat pervenire, statum ecclesiarum, monasteriorum seu locorum suorum, personarum et rerum ipsorum inveniunt vel exponunt, in ipsos, si secus egerint excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias proferentes, eosque ad hoc celandum iuramentis, promissionibus et obligationibus aliisque³⁴⁾ poenis nihilominus adstringentes: nos, huic malitiae, ne tali praetextu in ecclesiis, monasteriis et locis eisdem inquisito,

correctio seu reformatio, quum faciendae fuerint, valeant impediri, occurrere cupientes, praedicta et eorum quodlibet attentari de cetero districtius inibemus, decernentes auctoritate apostolica, quicquid contra praesentem inhibitionem attentatum extiterit, nullius penitus existere firmitatis, nec quemquam sententias, iuramentis, promissionibus, obligationibus vel poenis huiusmodi obligari quomodolibet vel adstringi. Praesumptores autem eosdem, ne ipsorum temeritas quoquo modo transeat impunita, a superioribus vel legatis seu inquisitoribus memoratis animadversione condigna praecipimus castigari.

CAP. V.

Iuridictio, archiepiscopo attributa in una dioecesi, sibi in aliis non prodest. H. d. Zena.

Idem.

Ut litigantes releventur a laboribus et expensis, statuimus, ne archiepiscopus causas, quae per appellationem vel alias iure metropolitico deferuntur ad ipsum, alibi, quam in sua propria civitate vel dioecesi, aut in eis, in quibus appellatum existit, vel causae ipsae consistere dignoscuntur, audiat vel etiam audiendas committat, nisi sibi aliud de consuetudine competat in hac parte.

CAP. VI.

Si episcopus, quum potest, suam dioecesim visitat per alium, habet illi in necessariis providere; visitati autem in victualibus providebunt ipsi vicario visitanti, et non episcopo. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Si episcopus suam dioecesim, ubi ei a iure permittitur, faciat per alium visitari, licet ipse illi habeat in aliis necessariis providere: hi³⁵⁾ tamen, qui visitantur, ministrare tenentur expensas victualium visitanti, quum secundum Apostolum³⁶⁾ non sit magnum, si ab eo metantur temporalia, per quem spiritalia seminantur. Idem tamen³⁷⁾ episcopus, quum personaliter non visitat³⁸⁾, nil prorsus ab his³⁹⁾, qui per illum, quem deputat, fuerint visitati, exigere poterit aut debet.

CAP. VII.

In qualibet loco dioecesis non exempto per se et per alium potest episcopus pro tribunali sedere, et libere exsequi quae ad ipsius spectant officium. Ioann. Andr.

Idem.

Quum episcopus in tota sua dioecesi iurisdictionem ordinariam noscatur habere, dubium non existit, quin in quolibet loco ipsius dioecesis non exempto per se vel per alium possit pro tribunali sedere, causas ad ecclesiasticum forum spectantes audire, personas ecclesiasticas, quum earum excessus exegerint, capere ac carceri deputare, nec non et cetera, quae ad ipsius spectant officium, libere exercere.

CAP. VIII.

Canonici, qui a divinis cessare possint, quum cessare voluerint, vocabunt absentes, sicut si immineret electio faciendae, cum quibus de cessatione deliberabunt. Et si deliberant cessare, requirunt prius eum, contra quem cessant, ut irrogatum offensam emendet. Quod si fecerit, non cessabit; alioquin cessare poterunt, ita, quod a cessatione infra mensem utraque pars, et cessans et contra quem cessatur, iter arripit eundem ad Papam vel per se, vel per procuratores sufficienter instructos, nisi interim intervernerit concordia inter ipsos. Et continuatis diebus, quam cito poterunt, se coram Papa praesentent, ut, utraque parte praesente, vel altera contumaciter absente, Papa diffiniat negotium, et culpabiles puniat, et, si pars cessans praedicta non servet, cessatio non servetur. Ioann. Andr.

Idem.

Quamvis super cessationibus a divinis, quae a capitulis, conventibus sive collegiis saecularium vel regularium ecclesiarum multoties sine causa rationabili attentantur, manifesta satis a felicis recordationis Innocentio III.⁴⁰⁾ et Gregorio X.⁴¹⁾ praedecessoribus nostris manaverint instituta, quia tamen post illa est plerumque compertum, cessationes easdem irrationabiliter esse factas: nos, ad tam perniciosum evitandum abusum, eadem statuta cum infra scripta moderatione in suo volentes robore perdarare, de fratrum nostrorum consilio districtius inibemus⁴²⁾, ne a saeculari vel re-

Cap. II. 19) omitt. Sext. Ms. — 20) aliorumque: conc. — 21) omitt. id. et Sext. Ms. — 22) prohibentes statuimus: Sext. Ms.

Cap. III. 23) c. 18. ib. — 24) districtius: conc. Ms. — 25) intra: et hoc loco et paulo post: Böhm. — 26) ecclesiastica: conc. Ms. — 27) desid. ib. — 28) omitt. Sext. Ms. — 29) aliquod: id., conc. Ms. — 30) abest a conc. et Sext. Ms. — 31) desid. in conc. Ms. — 32) licite: conc. ap. Mans. — 33) acta: Böhm.

Cap. IV. 34) aliis atque: Sext. Ms.

Cap. VI. 35) ii: Böhm. — 36) 1 Cor. IX. 11. — 37) autem: Sext. Ms. — 38) visitet: id. — 39) iis: Böhm.

Cap. VIII. 40) cf. c. 13. X. h. t. I. 31. — 41) cf. supr. c. 2. — 42) prohibemus: Sext. Ms.

gulari capitulo, collegio seu conventu ecclesiae cuiuscunque cessationes ipsae, nisi vocatis omnibus, (prout sunt pro electionis negotio evocandi,) et deliberatione habita diligenti, aq. episcopo aliove quocunque clerico sive laico, (cuiuscunque dignitatis, praeminentiae, conditionis aut status existat,) propter cuius iniuriam vel offensam eadem videtur cessatio facienda, post praedictas vocationem et deliberationem de cessando habitam requisito, quod irrogatam iniuriam vel offensam emendet, aliquatenus attententur, neque tunc etiam, si emendam inde habuerint, vel per eos steterit, quo minus habeant competentem. Si autem, praemissis servatis, capitulum, collegium vel conventus alicuius ecclesiae ad cessationem eandem duxerint⁴³⁾ procedendum: extunc infra⁴⁴⁾ unius mensis spatium pars utraque, videlicet ii, qui cessant, et illi etiam, propter quorum factum a divinis cessatur, (nisi superveniente concordia inter eos cessatio illa cesset,) iter arripiant per se vel per procuratores idoneos cum munimentis et actis ad negotium ipsum spectantibus ad sedem apostolicam veniendi, et continuatis diactis, quam cito commode poterint, se apostolico conspectui praeferant, ut, partibus praesentibus, aut una praesente, altera non veniente vel mittente, examinato negotio apud sedem eandem, para, quae culpabilis inventa fuerit in praemissis, praeter alias poenas a dictis canonibus institutas, si Romano Pontifici videbitur expedire, poena docente cognoscat, quantum excesserit, quae cessationi factae rationabiliter causam dedit, vel quae sine rationabili et manifesta causa cessavit. Parte insuper a divinis cessante supra scripta tam in cessando quam in veniendo sive mittendo ad sedem apostolicam non servante, non servetur cessatio; sed ea non obstante ut prius in ipsa ecclesia celebretur.

CAP. IX.

Primo ponit constitutionem de bonis dignitatum vel ecclesiarum vacantium, non occupandis per eos, ad quos collatio vel custodia pertinet, nisi de speciali iure id eis competat; et contra facientibus poenam imponit. Secundo ostendit, de quibus bonis intelligatur, quomodo de speciali iure id alicui competit. Tertio decretulem Quia saepe, supra eodem libro de elect., dicit non esse correctam. Ioann. Andr.

Idem.

Præsenti prohibemus edicto, ne episcopi vel eorum superiores, aut abbates seu quivis alii regulares vel saeculares praelati, aut ecclesiasticae quaecunque personae, vacantibus dignitatibus, personatibus, prioratibus vel ecclesiis quibuscunque sibi subiectis, seu ad collationem, ordinationem, praesentationem vel custodiam pertinentibus eorundem, bona morientibus eorum rectoribus vel ministris in ipsis inventa, sive vacationis ipsorum⁴⁵⁾ tempore obvenerint, quae in utilitatem eorundem expendi vel futuris debent successoribus fideliter reservari, occupare, aut in usus suos convertere quoquo modo praesumant, nisi de speciali privilegio vel consuetudine iam praescripta legitime, seu alia causa rationabili hoc eisdem competere dignoscatur. Alioquin episcopi et eorum superiores ab ingressu ecclesiae, ceteri vero ab officio et beneficio tandiu eo ipso noverint se suspensos, quousque restitutionem fecerint de praedictis. Porro, ubi ex privilegio vel consuetudine, seu alia de causa rationabili sibi aliquis praedictorum asserit bona competere supra dicta: hoc de illis bonis solum debet intelligi, quae solutis debitis, si qua sint, et his⁴⁶⁾, quae fuerint necessaria pro servitoribus et ministris, ac incumbendis oneribus usque ad novos redditus supportandis, congrue reservatis, ex ipsis reperta fuerint superesse. Sane constitutionem⁴⁷⁾, quam superius⁴⁸⁾ specialiter edidimus contra capitula, collegia, conventus⁴⁹⁾ seu singulares personas, bona cathedralium vel regularium aut collegiarum ecclesiarum vacantium occupantes, per constitutionem praesentem, quam in dignitatibus, personatibus, prioratibus et ecclesiis aliis locum habere censemus, nolumus in aliquo derogari.

TITULUS XVII.

DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

CAP. UN.

Capitulum, vel is, ad quem administratio pertinet, vacante sede eos absolvit, quos absolvere posset episcopus, si viveret; nisi a sede apostolica id fuerit interdictum. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Episcopali sede vacante potest capitulum, seu is, ad quem episcopalis¹⁾ iurisdictio tunc temporis noscitur pertinere, iis, quibus

posset episcopus, si viveret, ab excommunicationis sententia, sive iuris sive hominis fuerit, absolutionis beneficium impetiri, nisi ei fuerit a sede apostolica specialiter interdicta potestas.

TITULUS XVIII.

DE PACTIS.

CAP. I.

Monachi, habentes liberam a sede apostolica sepulturam, si paciscuntur de non recipiendis aliquibus vel certis parochianis ecclesiae alicuius, servare compelluntur pactum, nec illis sepeliri poterunt, licet apud eos elegerint sepeliri, quum per pactum privilegio renunciaverunt. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Pactum cum rectore parochialis ecclesiae factum a vobis, ne aliquos vel certos ipsius ecclesiae parochianos recipiatis ad ecclesiasticam sepulturam, omnino servare debetis, quanquam sepultura libera sit monasterio vestro ab apostolica sede indulta, et illi apud vos elegerint sepeliri: quum per dictum pactum indulto huiusmodi derogetur.

CAP. II.

Pactum, factum patri a filia, dum tradebatur nuptui, quod dote contenta nullum habeat ad bona paterna regressum, si irruerit id ipsa filia, omnino servare tenebitur. Ioann. Andr.

Idem.

Quamvis pactum, patri factum a filia, dum nuptui tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex civilis: si tamen iuramento non vi nec dolo praestito firmatum fuerit ab eadem, omnino servari debet, quum non vergat in aeternae salutis periculum, nec redundet in alterius detrimentum.

CAP. III.

Pacta, inita per fratres Praedicatorum, vel Minores, vel alios mendicantes, cum rectoribus parochialium ecclesiarum super parochialibus iuribus, si facta sunt per priores vel guardianos de conventuum ipsorum locorum consensu, licet auctoritas sedis apostolicae non intervenerit, vel licentia prioris vel ministri generalis, aut magistri vel provincialis ministri, vel capituli provincialis, servanda sunt, dummodo alias sint licita et honesta. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Quia ex eo, quod fratres Praedicatorum et¹⁾ Minores et alii mendicantes, compositiones et pacta, cum praelatis, capitulis, rectoribus et personis ecclesiarum, civitatum, castrorum, villarum et locorum, in quibus domus seu habitationes eorum²⁾ existunt, super iuribus parochialibus vel aliis quibuscunque articulis ab eis vel eorum antecessoribus inita sive facta, servare recusant, et ea eo praetextu infringere moluntur, quia magistri aut ministri vel priores generalium seu provincialium eorundem non adfuit assensus in ipsis, nec approbata per ipsorum generalia vel provincialia capitula extiterunt, multa in diversis mundi partibus insurgunt scandala, et ipsorum fratrum, (quos decet puritatem omnimodam in suis observare actionibus³⁾, et ab his abstinere propensius, per quae possit aliis exempli pernicies generari,) famae detrahitur plurimum et honori: nos, his occurrere paternae sollicitudinis studio intendentes, praesenti decreto sancimus⁴⁾, compositiones et pacta huiusmodi, cum praelatis, capitulis et⁵⁾ rectoribus et personis praedictis ab ipsorum fratrum conventualibus prioribus seu guardianis⁶⁾ facta vel approbata de suorum conventuum consilio et assensu, (dum tamen alias sint licita et honesta,) debere ab ipsis fratribus in locis, in quibus fuerint facta, perpetuo inviolabiliter observari, non obstante, quod magistri vel ministri aut priores generalium seu provincialium praedictorum non intervenerit in eisdem assensus, nec ab ipsorum generalibus vel provincialibus capitulis extiterint approbata, seu quod sedes apostolica in his⁷⁾, quae per praedictos⁸⁾ fratres Minores facta fuerint, auctoritatem suam non praestiterit vel assensum.

Cap. VIII. 43) duxerit: id. — 44) intra: Böhm.
Cap. IX. 45) eorum: Sext. Ms. — 46) iis: Böhm. — 47) cf. supra c. 40. de elect. l. 6. — 48) desid. in Sext. Ms. — 49) et conv.: id.
TIT. XVII. Cap. un. 1) spiritualis: Sext. Ms.

TIT. XVIII. Cap. III. 1) omitt. Sext. Ms. — 2) desid. ap. Böhm. — 3) actibus: Sext. Ms. — 4) statumus: id. — 5) omitt. id. — 6) guardianis: Böhm. — 7) iis: id. — 8) dictos: Sext. Ms.

TITULUS XIX.
DE PROCURATORIBUS.

CAP. I.

Laicus potest esse procurator ad agendum et defendendum in causis spiritualibus. — §. 1. Procurator post litem contestatam potest dare alium procuratorem, ante non, nisi datus fuerit in rem suam, vel a domino habuerit mandatum de substituendo etiam non certam personam. — §. 2. Procurator ad negotia potest dare alium procuratorem libere et etiam quocumque. H. d.

Bonifacius VIII.

Non indiscrete iudex censetur egisse, procuratorem laicum ad agendum vel defendendum in causis spiritualibus admittendo, quum regulariter, qui non prohibetur expresse ad exercendum procuratoris officium, idoneus debeat reputari. §. 1. Licet autem a procuratore post litem contestatam ab eo possit, quum dominus sit litis effectus, dari alius procurator: antea tamen non potest, nisi in rem suam sit datus, vel a domino substituendi alium, etiam certa non expressa persona, sibi fuerit concessa potestas. §. 2. Procurator vero datus ad negotia potest libere quocumque alium deputare.

CAP. II.

Procurator ante litem contestatam etiam sine causa revocari potest, post litem contestatam non sine rationabili causa; dominus tamen bene potest adesse causae cum ipso procuratore, maxime si de collusionem timeat.

Idem.

Quamvis procurator possit ante litem contestatam etiam sine causa libere a domino revocari: postea tamen ipso nolente nequit, nisi eum cum¹⁾ domino inimicum fieri, vel suspectum, aut adversario affinitate coniungi, vel eius heredem fieri, seu ingredi religionem, aut in longum peregrinari, vel aegritudine aut vinculis detineri contingat, seu alia rationabilis causa subsit, propter quam sit merito revocandus. Verum, quanquam, nisi ut praemittitur, revocari non possit: dominus tamen suae causae una cum eodem procuratore, maxime si de collusionem timeat, minime prohibetur adesse.

CAP. III.

Procurator, habens mandatum substituendi, substitutum a se post mandatum susceptum, etiamsi eo non sit usus, revocare non potest, nisi et potestatem habuit revocandi. Si autem erit procurator ad plures causas, et in altera substituit: in aliis remanet procurator. Ioann. Andr.

Idem.

Is, qui a procuratore, super hoc a domino potestatem habente, procurator existit substitutus, non potest post mandatum susceptum, etiamsi eo usus non fuerit, (licet in delegato sedis apostolicae vices suas alteri committente aliud censeatur,) ulterius revocari ab illo, nisi revocandi potestas concessa fuisset eidem. Verum si, quum ad plures vel ad omnes causas generaliter constitutus fuisset, in una tantum substituerit earundem: in aliis nequaquam prohibetur procuratoris officium exercere.

CAP. IV.

Procurator generalis non agit exigentia speciale mandatum, nisi cum aliqua illorum specificatione vel libera potestate. H. d. Zenz.

Idem.

Qui ad agendum et defendendum, ac generaliter ad omnia²⁾, etiamsi mandatum exigant speciale, constituitur procurator, ex vi generalitatis huiusmodi³⁾ ad aliquem articulum, in quo speciale mandatum exigitur, admitti non debet. Sed si aliquis vel aliqui de articulis speciale mandatum exigentibus specificati fuissent adiecta olansula generali: tunc ad non expressos etiam admittetur.⁴⁾ Procurator quoque absque speciali mandato iuramentum deferre, transigere vel pacisci non potest, nisi ei honorum vel causae administratio libere⁵⁾ sit concessa.

CAP. V.

Mandatum generale ad negotia etiam ad iudicia se extendit. — §. 1. Potest filiusfamilias esse procurator etiam absque patris consensu. Zenz. — §. 2. Maior annis XXV. ad iudicia, maior XVII. ad negotia deputari potest procurator. H. d. Zenz.

Idem.

Qui generaliter constituitur ad negotia procurator, agere ac expe-

riri potest, exceptis his casibus, qui mandatum exigunt speciale. §. 1. Nedam vero ad negotia, sed etiam ad iudicia potest filiusfamilias absque patris assensu fieri procurator. §. 2. Licet autem quis post XVII. annum procurator ad negotia licite deputari⁶⁾: ad iudicia tamen, nisi maior XXV. annis fuerit, deputari nequit.

CAP. VI.

Ex duobus procuratoribus, simul simpliciter constitutis, alter solus admitti non debet. Si vero in solidum: qui primo contestatur litem, admittitur altero totaliter excluso, nisi adiectum fuerit, quod non sit melior conditio occupantis. Quo casu, altero non prosequente, nec alium substituente, reliquus admittatur. H. d. — §. 1. Procurator datus in solidum, qui occupaverit negotium ex impedimento exclusus, non reassumit, nisi altero impedito. H. d. Dominicus. — §. 2. In causis spiritualibus ex duobus procuratoribus, simul simpliciter datis, iudex eligit magis idoneum, qui solus prosequi poterit, nec alius admittitur, etsi primo legitime exclusus. H. d. Dominicus.

Idem.

Si duo procuratores simul, non adiecto: „in solidum,“ deputentur: unus sine altero non debet admitti. Secus, si sint in solidum constituti; sed tunc illius melior erit conditio, qui per litis contestationem negotium primitus occupabit. Post occupationem autem huiusmodi alter se intromittere nequit ulterius, quum ille litis dominus sit effectus; nisi dictum in constitutione fuisset, quod non fieret melior conditio occupantis. Tunc enim, si eum, qui occupavit, infirmari, mori, absentari vel alias impediri contingat, aut si⁷⁾ prosequi forte nolit, poterit alter suscipere ac perficere negotium ab alio inchoatum, dum tamen ab alio non fuerit alius substitutus. Nam si sit, is praeferrri debet eidem. §. 1. Ceterum ubi nullo substituto alter suscipit negotium prosequendum: is, qui occupavit primitus, ipsum resumere postea impedimento cessante nequit, nisi forsitan illud contingeret impediri. §. 2. Sane, in electionum, postulationum, provisionum et aliorum spiritualium negotiorum causis, quum talia celeriorum⁸⁾ expeditionem exigere dignoscantur, volumus specialiter observari, ut, si plures procuratores simul in eis fuerint non in solidum deputati, iudex, ne propter eorum concursum negotia eadem intricari contingat, idoneiorem ex ipsis eligere valeat, et ille⁹⁾ solummodo prosequatur, habeatque, quicquid cum illo sic electo factum extiterit, plenam auctoritatem; nec ad prosequendum alius admittatur postmodum, nisi prout eum, qui non occupat negotium, censimus post occupationem, factam ab alio, superius admittendum.

CAP. VII.

Procurator, qui renuit acceptare mandatum, poenitere potest, quamdiu constituens in eadem perseveraverit voluntate.

Idem.

Licet is, qui procurator constituitur ab absente, dixerit, praesentatum sibi suscipere nolle mandatum: hoc tamen nequaquam obstante, quamdiu constituens in eadem persistit voluntate, ipsum acceptare poterit, quocumque placebit.

CAP. VIII.

Dominus, dans procuratorem, quoties contingit eum abesse, causam tractando procuratorem non intelligit revocare; secus, si simpliciter, nisi expresse protestatur, quod ipsum revocare non intendit, vel alius hoc apparent ex probabilibus coniecturis. Ioann. Andr.

Idem.

Si quem sub ea forma: „quoties te abesse contigerit,“ constitueris¹⁰⁾ procuratorem ad causam: non ideo, licet tractes eam postmodum per te ipsum, procuratorem ipsum dignosceris revocare, quum immo procurator idem procuratoris assumet officium, quocumque te contigerit absentare¹¹⁾. Secus, si simpliciter a te¹²⁾ fuerit constitutus. Tunc enim, sive ante litem contestatam sive post ad causam ipsam venias, non ut ipsi procuratori assistas, sed ut causam tractes eandem, tractando ipsam eum revocare censeris; nisi dicas expresse, quod ipsum vis in officio procuratoris hoc non obstante manere, vel nisi, quod non animo revocandi hoc facias, ex aliquibus appareat coniecturis, ut, si forsitan aliquis imminet articulus, in quo tu melius nosti veritatem, aut si sit procurator ipse infirmus, vel forsitan se absentet, seu quicquid aliud accidat, propter quod ipsi causae tua sit praesentia opportuna.

Cap. VI. 7) si ipse: Sext. Ms. — 8) clericorum: Böh. — 9) ipse al. ille: Sext. Ms.
Cap. VIII. 10) constitues: Sext. Ms. — 11) absentari: id. — 12) a te: desid. ib.

TIT. XIX. Cap. II. 1) omitt. Sext. Ms.
Cap. IV. 2) add.: alia: Sext. Ms. — 3) huius: id. — 4) admittatur: Böh. — 5) libera sit commissio: Sext. Ms.
Cap. V. 6) deputatur: Sext. Ms.

CAP. IX.

Tria dicit, primo, quod procurator ad contrahendum matrimonium debet habere speciale mandatum; secundo, quod talis procurator non substituit, nisi ad hoc mandatum habent; tertio, quod, si talis procurator revocatus etiam ignoranter contrahit, non tenet matrimonium.
Ioann. Andr.

Idem.

Procurator non aliter censetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatum habuerit speciale. Et quamvis alias is, qui constituitur ad negotia procurator, alium dare possit: in hoc tamen casu, propter magnum quod ex facto tam arduo posset periculum imminere, non poterit deputare alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum. Sane si procurator, antequam contraxerit, a domino fuerit revocatus, contractum postmodum matrimonium ab eodem, licet tam ipse quam ea, cum qua contraxerit¹³⁾, revocationem huiusmodi penitus ignorarent, nullius momenti existit, quum illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere nequivit.

TITULUS XX.

DE HIS; QUAE VI METUSVE CAUSA FIUNT.

CAP. UN¹⁾.

Excommunicationis, suspensionis vel interdicti absolutio vel revocatio per vim extorta non tenet, et extorquens excommunicatus est ipso iure.
Ioann. Andr.

Gregorius X. in concilio generali Lugdunensi.

Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, vel quamcumque revocationem²⁾ ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti, per vim vel³⁾ metum extorta⁴⁾, praesentis constitutionis auctoritate omnino viribus vacuumus. Ne autem sine vindicta violentiae crescat audacia, eos, qui absolutionem seu revocationem huiusmodi vi vel metu extorserint, excommunicationis sententiae decernimus subiacere.

TITULUS XXI.

DE RESTITUTIONE IN INTEGRUM.

CAP. I.

Ecclesia post quadriennium non admittitur ad petendum restitutionem contra sententiam vel contractum, nisi rationabilis aliqua causa hoc suadet. Ioann. Andr.

Gregorius IX¹⁾.

Ecclesia, quae ad retractandam sententiam vel contractum per beneficium²⁾ restitutionis in integrum postulat se admitti, si quadriennii spatium post sit lapsum, et negligenter omiserit, non est ad beneficium huiusmodi admittenda, nisi praevaricationis vel fraudis manifeste probetur super hoc intervenisse commentum, aut alia

rationabilis causa subsit, quae superiorem movere debeat³⁾ ad idem beneficium concedendum.

CAP. II.

Ecclesia contra confessionem, quae laesa fuit, admittitur infra quadriennium per beneficium restitutionis in integrum, postea non, nisi per viam iuris communis. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Si adversus confessionem in iudicio a se factam laesa ecclesia beneficium restitutionis in integrum infra⁴⁾ quadriennium, ab ipsius confessionis tempore computandum, petere negligenter omittat: non est, nisi aliquid rationabile appareat, quod aliud suaserit faciendum, ad hoc petendum ulterius admittenda. Ubi vero per viam commuem revocationis erroris, quem in facto praetendit, vult adversus suam confessionem ecclesia se iuvare: hoc⁵⁾ quandocumque poterit, donec negotium sit finitum.

TITULUS XXII.

DE ARBITRIS.

CAP. I.

Si ex tribus arbitris duo concordant in summa, tenet illorum sententia; si omnes discordant, tenet sententia de summa minori.

Bonifacius VIII.

Si ex tribus arbitris duo in X., et tertius in V. condemnent, debet sententia praevallere duorum; licet, quum¹⁾ unus in XV., alius in X., tertius vero in V. pronunciant, illius, qui dixit de summa minori, (quum in illa omnes concordantes existant,) sententia efficax teneatur.

CAP. II.

Si ex tribus arbitris unus nolit examinando vel diffiniendo negotio interesse: duo procedere poterunt, ac si ille praesens esset. Circa iudices autem antiqua iura servantur. Ioann. Andr.

Idem.

Ut quaestionibus, quae plerumque propter arbitratorum voluntariam seu malitiosam absentiam remanent indecisae, finis celerius²⁾ imponatur, statuimus, ut, si ex³⁾ tribus arbitris a partibus electis eorum aliquis, ab aliis legitime requisitus, ad examinandum vel diffiniendum una cum eis negotium, super quo in ipsos existit compromissum, non curaverit, cessante impedimento legitimo, venire, duo praesentes, penes quos, licet lex civilis aliud innuere videatur, totalem eo casu remanere decernimus potestatem, possint, malitiosa seu voluntaria illius absentia non obstante⁴⁾, dictum examinare negotium et libere diffinire, sicut possent illo praesente, nec volente cum eis in unam sententiam concordare; ut sic ipsius absentia, praesentia repleta divina, eum reputari faciat pro praesente. Circa iudices vero antiqua iura nequimus immutari.

Cap. IX. 13) contraxit: Sext. Ms.
TIT. XX. Cap. un. 1) c. 20. conc. Lugd. II. — 2) quancunque revocatione susp.: conc. Ms. — 3) vel per: ib. — 4) extortum: Sext. Ms. — extortam: conc. ap. Mans.
TIT. XXI. Cap. I. 1) Greg. X.: Sext. Ms. — 2) vel ben.: id. — 3) debet: Böhm.

Cap. II. 4) intra: Böhm. — 5) desid. in Sext. Ms.

TIT. XXII. Cap. I. 1) si: Sext. Ms.

Cap. II. 2) desid. in Sext. Ms. — 3) omitt. id. — 4) non obst.: absunt ab eod.

SEXTI DECRETALIIUM

LIBER SECUNDUS.

TITULUS PRIMUS. DE IUDICIIS.

CAP. I¹⁾.

Index delegatus, non habens ad hoc speciale mandatum a Papa, non potest compellere partem, ut personaliter coram eo compareat, nisi ex rationabilis causa. Ioann. Andr.

Innocentius IV. in generali concilio Lugdunensi.

Iuris esse ambiguum non videtur, iudicem delegatum, qui a sede apostolica mandatum ad hoc non receperit²⁾ speciale, iubere non posse alterutram partium coram se personaliter in iudicio comparere, nisi causa fuerit criminalis, vel nisi pro veritate dicenda, vel pro iuramento calumniae faciundo, vel alias³⁾ iuris necessitas partes coram eo exegerit praesentari.

CAP. II.

Mulieres personaliter ad iudicium quacunq[ue] causa, in iure non expressa, inuolvas trahendae non sunt; sed si necessarium sit ipsarum testimonium in causa, iudex expensis producentis interdum ibi, interdum mittat; et iudex fraudulenter videns excommunicatus est. Mulieres religiosae, etiam volentes, extra monasterium suum ex aliqua causa personaliter ad iudicium trahi non possunt. Quod contra praedicta fit, est irritum. Ioana. Andr.

Bonifacius VIII.

Mulieres, quas vagari non conuenit, nec virorum coetibus immisceri, auctoritate literarum sedis apostolicae, vel legatorum ipsius, aut alia quacunq[ue] ad iudicium personaliter evocari vel trahi inuita causa ferendi testimonium, aut alia qualibet, quae in iure non exprimitur, prohibemus. Sed quomodo necessarium fuerit testimonium earundem, iudex, in expensis partis producentis easdem, tabellionem aut aliam personam idoneam ad eas transmittat, vel, si forte talis casus occurrerit, quo iure prohibente receptio testium alteri committi non possit, iudex tunc propter hoc personaliter ad illas accedat, aut, si talis sit personae iudicantis conditio, quod⁴⁾ id per ipsum non deceat fieri vel non possit, mittat ad eas, proviso, quod casus huiusmodi, (videlicet ut iudex vadat personaliter,) non fingatur, nec fraus interveniat in hac parte. Alioquin fector huiusmodi vel fraudator ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. §. 1. Ceterum feminae religiosae, praesertim quae debent sub clausura morari, extra suum monasterium vel clausuram non videntur ad iudicium vel trahantur ex quavis causa personaliter, etiamsi ad hoc voluntas accederet earundem. Decernimus quoque, ut ipso iure sit irritum et inane, si quid contra praenissa⁵⁾ contigerit attentari.

CAP. III.

Maiores XII. annis per se et per procuratorem potest agere, et defendere causam spirituales; minor XII. per se non agit, sed per procuratorem vel per curatorem, datum auctoritate ordinarii ecclesiastici iudicis, et etiam delegati ad causas illas. Filiusfamilias sine patris assensu agit causam spirituales. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Si annum quartum decimum tuae peragisti aetatis, in beneficialibus et aliis causis spiritualibus, nec non et dependentibus ab eisdem,

ac si maior XXV. annis existeres, ad agendum et defendendum per te vel per procuratorem, quem ad hoc constituendum decreveris, admitti debebis⁶⁾. Si vero infra⁷⁾ XIV. annum existas, per te agere aut defendere non poteris super ipsis; sed vel per tuum episcopum vel per⁸⁾ officialem eiusdem tibi curator dabitur ad lites huiusmodi exercendas, aut tu ipse, si maior infante fueris, cum auctoritate alterius eorundem procuratorem ad eas poteris deputare. Delegatus etiam⁹⁾ apostolicae sedis et subdelegatus ab eo tibi, si non habeas, curatorem dare valeant, vel auctoritatem constituendi procuratorem praestare, ad illas causas vel lites duntaxat, quae coram ipsis fuerint ventilandae. In huiusmodi quoque litibus sive causis, quanquam in potestate patris existas, nec alias absque ipsius assensu in iudicio regulariter esse possis, eius, quomodo de his¹⁰⁾ se intrmittere non habeat; nequaquam requiri debet assensus.

TITULUS II.

DE FORO COMPETENTI.

CAP. I.

Archiepiscopus, omisso appellationis articulo, vel per viam querelae, de causa subditorum, suffraganeis etiam ipsis consentientibus, non cognoscit. H. d. usque ad §. Neque. — §. 1. Archiepiscopus subditos suffraganei non potest compellere causas, delegatas ab eo, suscipere, suas sententias et praecipua exsequi, vel testimonia in causis ad eos devolutis, ferre nisi consuetudo aliud disponat. H. d. Dominicus. — §. 2. Archiepiscopus contra officiales vel praelatos suffraganeorum, consuetudine aliud non disponente, et contra subditos ipsorum, pro salariis advocatorum et procuratorum causarum fori archiepiscopi, iudex competens non est. H. d. — §. 3. Archiepiscopus non compellet inuitos contrahentes aliarum dioecesium in sua propria coram se respondere, nisi ibi inveniuntur. Sed si citati nolunt comparere, vel mittit se occultant, ne citentur: in bonis ipsorum suae dioecesis potest missionem facere, vel in alia decernere per ordinarios faciendum. H. d. — §. 4. Non potest archiepiscopus suos clericos mittere in dioecesis suffraganei, ut coram eis fiat contractus, vel iam facti approbentur. Nec, si facti vel approbati fuerint coram illis, possunt suffraganeorum subditos coram se compellere litigare super illis, nec excommunicare suffraganeorum officiales vel subditos, si nolunt litigare coram ipso. H. d. ad finem, secundum Dominicum.

Innocentius IV.¹⁾

Romana ecclesia (Et infra:) Nec appellationis articulo praetermissa, nec alias etiam, quomodo minime appellatum existerit, Remensis archiepiscopus vel eius officialis²⁾ de causis clericorum tanquam iudices, licet in ipsos iidem clerici de facto consentiant, absque dioecesanorum suorum voluntate cognoscant. §. 1. Neque suffraganeorum Remensis ecclesiae subditos ipsorum delegationem suscipere, vel sententias³⁾ et praecipua exsequi, aut in causis, per appellationem devolutis ad eos, testimonium, nisi aliud in his tribus⁴⁾ de consuetudine obtineant, perhibere compellant. §. 2. Nec etiam suffraganeorum ipsorum⁵⁾ officiales, aut archidiaconos, archipresbyteros et alios inferiores praelatos, suffraganeis eisdem subiectos, dummodo aliud eis contraria consuetudo non tribuat, nec subditos suffraganeorum ipsorum⁶⁾ super salariis advocatorum et procuratorum in causis, quae in Remensi ventilantur curia, cogant querelantibus in sua praesentia respondere. §. 3. Contrahentes⁷⁾ vero aliarum dioecesium super contractibus, iudicis in

Liber II. TIT. I. Cap. I. 1) c. 5. conc. Lugd. I. — Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — 2) recipit: Sext. Ms. — recepit: Innoc. IV. Ms. — 3) vel nisi iure necessitatis: id. — vel al.: desid. ap. Mans.

Cap. II. 4) per quam id non decet: Sext. Ms. — al.: quod per ipsum: in marg. id. — 5) praenissam: Böhm.

Cap. III. 6) debet: Sext. Ms. — 7) intra: Böhm. — 8) omitt. Sext. Ms. — 9) autem: id. — 10) is: Böhm.

TIT. II. Cap. I. 1) cf. adn. ad c. 1. de suppl. negl. I. 8. — Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — 2) officiales: Innoc. IV. Ms., Sext. Ms. — 3) sententias praecipuas: Innoc. IV. ap. Mans. — 4) tribus casibus de cons. obtinent: Sext. Ms. — 5) suorum: Innoc. IV. Ms. — 6) suorum: Sext. Ms. — 7) Contrahentes etc. et seqq. usque ad tit. De appell. desid. in Decr. Innoc. IV. Ms.

Remensi dioecesi ab eisdem, nisi inveniantur ibidem, trahere coram se non debent invitos, licet in possessionem bonorum, quae ibi habent, etiam quum alibi copiam sui faciant⁸⁾, si eorum auctoritate citati comparere contempnant, possint⁹⁾ missionem facere contra eos, vel, si forte malitiose se ipsos occultent, ne citatio perveniat ad¹⁰⁾ eosdem, decernere faciendam in possessionem bonorum, quae in alia etiam dioecesi obtinerentur; sed tunc loci dioecesanus ad denunciationem ipsorum faciet huiusmodi¹¹⁾ missionem. §. 4. Nec clericos suos mittant ad suffraganeorum ipsorum¹²⁾ dioeceses pro inveniendis vel recognoscendis contractibus coram ipsis, nec eorundem suffraganeorum subditos compellant coram se occasione huiusmodi iuri stare. Neque potest archiepiscopus ipse in suorum suffraganeorum¹³⁾ officiales et subditos pro eo, quod vocati ab ipso nolunt querelantibus in sua praesentia respondere, ecclesiasticam exercere censuram.

CAP. II.

Iudex saecularis, qui vult clericum compellere ad debita etiam liquida solvenda, per ecclesiasticum iudicem desistere compellatur.
Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Saeculares iudices, qui, licet ipsis nulla competat iurisdictio in hac parte, personas ecclesiasticas ad solvendum debita, super quibus coram eis contra ipsas earum exhibentur literae vel probationes aliae inducantur, damnabili praesumptione compellunt, a temeritate huiusmodi per locorum ordinarios censura ecclesiastica decernimus compescendos.

CAP. III.

Ratione iuramenti laicus, ut illud servet, coram iudice ecclesiastico convenitur.

Idem.

Quum C. laicus, pro quo solvisti certam pecuniae quantitatem, in qua pro eo te fideiussorio nomine obligaveras, te servare recuset indemnem, contra iuramentum a se praestitum temere veniendo; ipsum coram ecclesiastico iudice, ad cuius forum ratione iuramenti causae huiusmodi cognitio noscitur pertinere, de iure poteris convenire, ut ipsum monitione praemissa per censuram ecclesiasticam, quod te super praedictis, ut tenetur, servet indemnem, praevia ratione¹⁴⁾ compellat.

TITULUS III.

DE LITIS CONTESTATIONE.

CAP. I.

Peremptoria litis contestationem non impedit, nisi sit de re semel finita.
Ioann. Andr.

Innocentius IV. in concilio Lugdunensi¹⁾.

Exceptionis peremptoriae seu defensionis cuilibet principalis cognitionem negotii contingentis ante litem contestatam obiectus, nisi de re iudicata, transacta seu finita excipiat litigator, litis contestationem non impedit, nec retardet, licet dicat obiector, quod²⁾ rescriptum non fuisset obtentum, si quae sunt impetranti opposita fuissent exposita deleganti.

CAP. II.

Per exceptionem peremptoriam non fit litis contestatio. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Si, oblato ab actore libello, ex parte rei exceptio peremptoria proponatur: nequaquam per hoc litis contestatio intelligitur esse facta; immo, ea non obstante, nisi sit de illis exceptionibus, quae litis contestationem impediunt, fieri oportebit eandem.

Cap. I. 8) faciunt: Innoc. IV. ap. Mans. — 9) possunt: id. — 10) vel ad eosd.: id. — 11) cuiusmodi: id. — 12) suorum: id., Sext. Ms. — 13) add.: ipsorum: Innoc. ap. Mans.

Cap. III. 14) monitione al. ratione: Sext. Ms.
TIT. III. Cap. I. 1) c. 6. cunc. Lugd. I. — Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — 2) rescriptum non fuisse obtentum: Sext. Ms.

TITULUS IV.

DE IURAMENTO CALUMNIAE.

CAP. I.

Non est de substantia, quod statim post litem contestatam iuretur de calumnia. Ioann. Andr. — §. 1. *Non annullatur processus, licet tacite omittatur calumniae iuramentum.* H. d. — §. 2. *Præcipit, quod in spiritualibus simul de calumnia et de veritate iuretur.* Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Si de calumnia seu de¹⁾ veritate dicenda in primo litis exordio non iuretur, ut debet: poterit postmodum in qualibet parte litis iurari, quum huiusmodi iuramenta praestari ab initio de substantia ordinis iudicarii non existat. §. 1. Propter omissum quoque tacite in tota causa calumniae iuramentum iudicialis processus, alias factus legitime, non est nullus nec etiam annullandus. §. 2. Quamvis in causis spiritualibus, in quibus debet de veritate dicenda iurari, canonice non indicant alicui calumniae iuramentum: nos tamen, quia frequenter calumniari videmus in ipsis, utile reputamus, quod simul, sicut plerique observant, tam de veritate dicenda quam de calumnia, ut via praeccludatur calumniis, iurari debeat in eisdem.

CAP. II.

In causa appellationis iurari debet de calumnia et veritate dicenda. — §. 1. *Procurator, deputatus post iuramentum calumniae, iurabit de calumnia.* H. d. — §. 2. *Iudex, quoties sibi videtur, exigat iuramentum malitiae, etiamsi de calumnia vel veritate iuratum sit.* Ioann. Andr.

Idem.

In appellationis causa, quanquam in principali iuratum fuerit, praestari iubemus calumniae iuramentum, et idem in iuramento de veritate dicenda volumus observari. §. 1. Procuratores quoque, qui post iuramentum calumniae deputantur, teneri volumus, ut calumnia vitetur ab ipsis, ad subeundum huiusmodi iuramentum, etiamsi a suis dominis, quid ponere aut respondere seu agere debeant, sint instructi. §. 2. In omnibus autem causis, nedum ante, sed etiam postquam lis fuerit contestata, sive de veritate sive de calumnia sit iuratum in ipsis, potest iudex a partibus exigere iuramentum malitiae, quoties viderit expedire.

CAP. III.

Procurator, habens speciale mandatum, iurat de calumnia.
Ioann. Andr.

Idem.

Nullam tibi iudex iniuriam fecisse censetur, qui procuratorem tui adversarii constitutum ad causam, habentem super hoc speciale mandatum, admisit ad praestandum in ea calumniae iuramentum.

TITULUS V.

DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

CAP. I.

In civilibus non admittitur spoliationis exceptio, facta ab alio quam ab actore. In criminalibus admittitur facta a tertio, dummodo sit de tota substantia vel maiori parte. Exceptio probari debet infra quindecim dies; alias fit condemnatio expensarum. Ioann. Andr. — §. 1. *Excipiens de spoliatione facta a tertio, infra certum tempus a iudice statuendum debet restitutionem petere; alius accusabitur exceptio non obstante.* Ioann. Andr. — §. 2. *Agenti super rebus ecclesiasticis non obstat exceptio spoliationis privatarum rerum vel e converso.* Ioann. Andr.

Innocentius IV. in concilio Lugdunensi.¹⁾

Frequens et assidua nos querela circumstrepit, quod spoliationis²⁾ exceptio, nonnunquam in iudiciis calumniose proposita, causas ecclesiasticas impedit et perturbat³⁾. Dum enim exceptioni insistitur, appellationes interponi contingit, et sic intermittitur et plerumque perimitur causae cognitio principalis. Et propterea nos, qui voluntarios labores appetimus, ut quietem alios praeparemus, finem litibus cupientes imponi et calumniae materiam amputare⁴⁾, statuimus, ut in civilibus negotiis spoliationis obiectu, quae ab alio quam ab actore facta proponitur, iudex in principali procedere non postponat. Sed si in civilibus ab actore⁵⁾, in crimi-

TIT. IV. Cap. I. 1) desid. in Sext. Ms.

TIT. V. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — 2) exspoliationis: Sext. Ms. — 3) conturbat: id. — 4) amputemus, quare stat.: id. — 5) ab actore facta proponat, in crim. aut si se: Innoc. IV. ap. Mans.

malibus autem se spoliatum reus asserat a quocunque: infra⁶⁾ quindecim dierum spatium post diem, in quo proponitur, quod asserit comprobabit⁷⁾; alioquin in expensis, quas interim actor ob hoc fecerit, iudiciali taxatione praehabita condemnatur, alias, si iudici aequum visum fuerit, puniendus. Illum autem spoliatum intelligi volumus in hoc casu, quum criminaliter accusatur, qui tota sua substantia vel maiori parte ipsius se per violentiam destitutum asserat. Et secundum hoc loqui canones sano credendum est⁸⁾ intellecta, quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis⁹⁾ opponere nos debemus. Habet enim spoliatus privilegium, ut non possit exui iam nudatus. §. 1. Solet autem¹⁰⁾ inter scholasticos dubitari, si spoliatus¹¹⁾ a tertio de spoliatione contra suum accusatorem¹²⁾ excipiat, an ei tempus a iudice debeat indulgeri, infra quod restitutionem imploret, ne forte sic velit existere, ut omnem accusationem eludat; quod satis aequitati et iuri consonum aestimamus. Quodsi¹³⁾ infra tempus indultum restitutionem non¹⁴⁾ petierit, et causam, quum potuerit, non ducat¹⁵⁾ ad finem: non obstante spoliationis¹⁶⁾ exceptione deinceps poterit accusari. §. 2. Ad hoc sancimus¹⁷⁾, ut rerum privatarum spoliatio agenti super ecclesiasticis, vel e contrario, nullatenus opponatur.

CAP. II.

Ecclesia, quae petit restitutionem decimarum, quas se dicit infra parochiam alterius possedisse, non auditur, nisi probet possessionem legitimam. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Ad decimas, quas canonici sancti Nicolai se asserunt infra¹⁸⁾ parochiam ecclesiae B. clericis possedisse aliquamdiu, et eis per eundem clericum spoliatos fuisse, nequaquam debent restitui, nisi evidenter docuerint, quod earum possessionem legitime assecuti fuissent, quia eas occupasse iniuste versimiliter praesumuntur, quum proveniant ex praediis infra alienam parochiam constitutis, sitque manifestum, nisi aliud ostendatur, eas¹⁹⁾ de iure communi ad eandem ecclesiam pertinere.

TITULUS VI.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

CAP. I.¹⁾

Actor contumax condemnatur in expensis, nec citatur ulterius ad suam petitionem reus, nisi caveat de veniendo et comparando.

Innocentius IV.²⁾

Actor, qui ad terminum venire, ad quem citari adversarium fecerat, non curavit, venienti reo in expensis propter hoc factis legitime condemnatur, ad citationem aliam minime admittendus³⁾, nisi sufficienter caverit, quod in termino fideliter debeat comparere.

CAP. II.

Iudex appellansem et recedentem citare ulterius non tenetur, si vult in causa procedere, nisi forsitan appellationi renunciet. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Eum, qui a tua interlocutoria vel gravamine, quod per te sibi proponit illatum, a tua praesentia recedit appellans, quum protestari videatur hoc ipso, se nolle coram te de cetero litigare, citare ad alia, quae postea in iudicio facienda incumbunt, vel etiam ad sententiam audiendam, nisi sponte appellationi suae renunciet, non teneris; nec ideo minus, quod in eius absentia processeris, tuus processus validus reputari debet.

TITULUS VII.

DE EO, QUI MITTITUR IN POSSESSIONEM CAUSA REI SERVANDAE.

CAP. UN.¹⁾

Quando agitur de beneficio ecclesiastico, ob contumaciam rei non fit missio in possessionem, sed ad sententiam lite non contestata proceditur.

Innocentius IV.²⁾

Eum, qui super dignitate, personatu vel beneficio ecclesiastico obtinendis cum aliquo litigat possessore, ob partis adversae con-

tumaciam causae rei servandae in ipsorum possessionem statuimus non mittendum, ne per hoc ad ea ingressus patere valeat vitiosus; sed liceat³⁾ in hoc casu, contumacis absentiam divina replente praesentia, etiam lite non contestata, diligenter examinato negotio, ipsum sine debito terminare.

TITULUS VIII.

UT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETUR.

CAP. I.

Si ex duobus litigantibus electis alter decedat, renunciet vel a prosecutione causae excludatur, si lite pendente cum reliquo fuerit alia electio facta, non tenet.

Bonifacius VIII.

Dispendiis, quae propter electiones diversas ecclesiae patiantur interdum, occurrere cupientes, statuimus, ut, si, aliquibus apud sedem apostolicam vel alibi litigantibus super electionibus de se in discordia celebratis, aliquem ipsorum mori, vel suo iuri renunciare, aut a prosecutione ipsius contigerit quoquo modo excludi, ad electionem aliam, lite super electione superstitis electi pendente, nullatenus procedatur; alias attentata contra hoc electio ipso iure viribus non subsistat.

CAP. II.

Si beneficiatus, contra quem super beneficio litigatur, cedit vel decedit, si alius, lite pendente cum superstitibus fuerit electus, non valet electio. Si vero aliqui, quorum interest, ad defensionem litis velint admitti, in eo statu, in quo erat causa, admittentur. Ioann. Andr.

Idem.

Si ii, contra quos super dignitatibus, personatibus vel aliis ecclesiasticis beneficiis, quae possident, litigatur, lite pendente cedant, vel forte decedant, ne propter novos adversarios, qui malitiose interdum petitoribus subrogantur, litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat: statuimus, ut dignitates, personatus vel beneficia huiusmodi, donec contra superstitibus lis finita fuerit, aliis nullatenus conferantur, nec ad ea eligatur quispiam vel etiam praesentetur. Quodsi secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur. Sane si ad defensionem ipsius litis aliqui, quorum intererit, petierint se admitti, eos in illo statu, in quo ipsam invenerint, decernimus admittendos.

TITULUS IX.

DE CONFESSIS.

CAP. I.¹⁾

Super facto negativo, per partem improbabili, si iudici videbitur, est admittenda positio. Dominiicus.

Innocentius IV. in concilio Lugdunensi.

Statuimus, ut positiones negativas, quae probari non possunt nisi per confessionem adversarii, iudices admittere possint, si aequitate suadente viderint expedire.

CAP. II.

Si reus iussus positionibus respondere recusat, vel si contumaciter recedit, habebuntur pro confessis; secus, si prius, quam sic iussus esset, contumax fuerat. Nam tunc procedetur contra eum tanquam contra contumacem. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Si post praestitum veritatis aut calumniae iuramentum reus vel procurator ipsius, positionibus ab adversario sibi factis interrogatus iussusque a iudice respondere, absque rationabili causa recusat, aut nolit, seu contumaciter se absentet: haberi debet super iis, de quibus in eisdem positionibus interrogatus existit, pro confessis. Verum si, antequam respondere sic²⁾ iussus fuerit, eum contumaciter absentari contingat: tunc pro confessis non debet haberi; sed est alias contra eum, tanquam contra contumacem, prout ratio dictaverit, procedendum.

Cap. I. 6) intra: et hoc loco et paulo post: Böhm. — 7) comprobaverit: Innoc. IV. ap. Mans. — 8) omitt. id. — 9) in iudiciis: Sext. Ms. — 10) enim: id. — 11) expoliatus a tertio de expoliatione contra suum actorem: Innoc. IV. ap. Mans. — 12) actorem: Sext. Ms. — 13) Et si: Innoc. IV. apud Mans. — 14) desid. ib. — 15) perducatur: id. — 16) expoliationis: id. — 17) statuimus: Sext. Ms. — 18) intra: et hoc loco et infra: Böhm. — 19) desid. in Sext. Ms.

TIT. VI. Cap. I. 1) c. 7. conc. Lugd. I. — Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — 2) add.: in conc. Lugd.: Sext. Ms. — 3) Et adm.: id. — 4) Tit. VII. Cap. un. 1) c. 9. conc. Lugd. I. — Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — 2) add.: in conc. Lugd.: Sext. Ms. — 3) licet: Innoc. IV. ap. Mans. — 4) Tit. IX. Cap. I. 1) c. 10. conc. Lugd. I. — Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — 5) Cap. II. 2) taliter: Sext. Ms.

TITULUS X.

DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS. 1)

CAP. I.

Socius in crimine simoniae admittitur in testem, si sit socius criminis tantum, et agatur civiliter; alias non. Ioann. Andr.

Gregorius IX. in concilio Lugdunensi²).

Mediatores, per quos scelus simoniae plerumque committitur, ad testimonium contra sceleris eiusdem auctores³ in detestationem criminis admittuntur, si non agatur criminaliter, sed civiliter, et emolumentum exinde non fuerint assecuti.

CAP. II.

Ponit modum remissionis curiae, et dat modum iurandi super positionibus, et dicit, per quem iurari debent; dat modum respondendi, et modum testes probatorios reprobandi, et reprobatos iterum reprobandi. H. d. Ioann. Andr.

Idem.⁴

Præsentium auctoritate mandamus, quatenus in causa, quae inter abbatem et conventum S. Nicolai Andegavensis ex una parte, et priorem et conventum de Paldigen⁵ Lyconensis⁶ dioecesis ex altera super eo, quod iidem abbas et conventus se ab ipsis priore et conventu⁷ de Paldigen. possessione subiectionis eiusdem prioratus asserunt spoliatos, et super irritanda quadam compositione olim inita inter partes, et rebus aliis vertitur, ab eisdem abbate et priore nomine suo⁸, et in animas⁹ conventuum eorundem, vel maioris et sanioris partis ipsorum, recepto iuramento de veritate dicenda, iniungas dictis abbati et priori, ut tam ponendo quam respondendo dicant veritatem, quam super positionibus tibi sub bulla nostra transmissis ipsi sciunt⁹, et per illos intelligunt, in quorum animas iuraverunt. Praeterea¹⁰ sigillatim super quolibet articulo in qualibet positione contento facias a partibus sufficienter adinvicem responderi, nulla prorsus ab eis super ipsis positionibus contradictione recepta. Sine iuramento autem a syndico utriusque partis, quid sciat de huiusmodi positionibus vel credat, inquireas. Testes etiam, quos super articulis sub eadem bulla transmissis pars dictorum prioris et conventus duxerit producendos ad reprobandos testes partis alterius in causa principali productos, (quorum nomina in eisdem articulis continentur,) usque ad Kalendas Novembris proximo futuri examines secundum partis adversae interrogatoria, quae tibi sub eadem bulla transmittimus, diligenter, primo tamen in personam¹¹ cuiuslibet testis, a praedictis abbate et conventu producti, facta sigillatim specificatione criminum, et aliorum obiectorum sibi in eisdem articulis contentorum. Si vero dicti abbas et conventus aliquos testes coram te prodixerint, contra testes ab eisdem priore et conventu producendos, iuxta articulos, quos ipsi abbas et conventus tibi super reprobatione testium productorum prioris et conventus in eadem causa¹² prodixerint, recipere, ac eos usque ad Kalendas Februarii proximo futuri diligenter examinare procures, simili specificatione criminum et aliorum, quae contra testes eorundem prioris et conventus obiecta fuerint, observata; prius tamen praestito iuramento¹² a procuratore dictorum abbatis et conventus, quod¹³ ad hoc ex malitia non procedant.

CAP. III.

Advocatus vel procurator principalis causae in causa appellationis testificari non potest; iuramentum autem, praesumptione faciente pro appellante, sibi deferri non debet, nisi iudici videntur. Dominicus.

Innocentius IV. in generali concilio Lugdunensi.¹⁴

Romana ecclesia (Et infra:) In appellationis causa is, qui appellantis procurator vel advocatus in priori iudicio fuerat¹⁵, non recipiatur in testem. Neque indistincte ipsi appellanti, praesumptione faciente pro eo, deferatur etiam iuramentum, sed tunc, quum inspectis personarum et ipsius causae circumstantiis id fuerit faciendum.

TIT. X. Cap. I. 1) et att.: desid. in Sext. Ms. — 2) Greg. IX. simpliciter: id. — Greg. IX. in conc. Laudunensi: Böhm. — 3) actores: Sext. Ms.

Cap. II. 4) archiep. Rothomagensis: Sext. Ms. — ead. inser. exstat in Deer. Innoc. IV. in quibus haec const. tanquam cap. seq. appendix integra refertur. — 5) Spaldisea: id. — Spaltinge: Innoc. IV. apud Mans. — 6) leg.: Lunconensis: cum Sext. Ms. — Lyconien.: Innoc. IV. — 7) conv. de possess.: id. — 8) et nom.: id. — 9) anim. suas et con.: id. — 9) sciunt: Innoc. IV. — 10) Postea: id. — 11) persona: id. — 12) omitt. id. — 12) sacramento: Innoc. IV. — 13) desid. ib.

TITULUS XI.

DE IUREIURANDO.

CAP. I.

Praelati, canonici, rectores et officiales locorum, qui iurant statuta et consuetudines loci vel ecclesiae servare, praetextu talis iuramenti non obligantur ad illicita, impossibilia vel obviantia ecclesiasticae libertati, nec ad ea debet intentio sua referri. Ioann. Andr.

Nicolaus III.

Contingit¹ in nonnullis ecclesiis de earum consuetudine observari, quod nec² ipsarum praelati, quum primo ad ecclesias ipsas accedunt, admittuntur, nec canonici, quum de recipiendis ibidem novis canonicis agitur, aliter recipiuntur in ipsis, nisi iurent statuta et consuetudines ipsarum ecclesiarum scripta et non scripta inviolabiliter observare. Inter laicos etiam in multis civitatibus, castris et terris in suis potestatibus, rectoribus vel officialibus assumendis consuetudinis³ morbus irrepit, quod potestates⁴; rectores et officiales huiusmodi ad potestarias, rectorias et officia eadem, nisi prius servaturos se statuta ipsorum locorum clausa iuraverint, nullatenus admittantur. Quia vero in statutis et consuetudinibus supra dictis interdum aliqua reperiuntur illicita seu impossibilia, vel obviantia ecclesiasticae libertati, ne sub tali generalitate iurandi sic iurantibus peccandi occasio praebatur, quum iuramentum non fuerit, ut esset iniquitatis vinculum, institutum: hac generali constitutione animarum periculis obsistere cupientes, praecipimus, a quibuscumque, scientibus contineri in praedictis consuetudinibus et statutis illicita, impossibilia vel libertati ecclesiasticae obviantia, iuramenta huiusmodi aliquatenus non praestari. Et talia iuramenta, ea intentione facienda vel facta, ut etiam illicita vel impossibilia, seu ecclesiasticae libertati obviantia observentur, quum etiam sub tali intentione praestari non possint absque divinae maiestatis offensa, decernimus in huiusmodi illicitis, impossibilibus seu libertati ecclesiasticae obviantibus non servanda; quin potius pro animarum salute, si sub forma praedicta vel simili aliquos, ignorantes praedicta illicita seu impossibilia, vel libertati ecclesiasticae obviantia, iurare contigerit, ad observanda duntaxat licita, possibilia et non obviantia libertati ecclesiasticae iuramentum referri debet intentio. Declaramus quoque iuramenta, sub huiusmodi generalitate qualitercunque et sub qualicumque⁵ verborum forma praestita vel praestanda, ad licita, possibilia et libertati ecclesiasticae non obviantia tantum extendi, ipsosque iurantes ad alia per praestationem iuramenti huiusmodi non teneri.

CAP. II.

Per ecclesiasticum iudicem ordinarium loci compellitur index saecularis ecclesiastica censura, ius canonicum, quod ad provisionem animarum statutum est, servare.

Bonifacius VIII.

Licet mulieres, quae alienationibus dotium et donationum propter nuptias consentiunt, non contravenire proprio iuramento firman-tes, servare iuramentum huiusmodi non⁶ vi nec dolo praestitum de iure canonico teneantur: quia tamen quidam iudices saeculares eas contra praefatas alienationes audiunt, quamvis eis constet legitime de huiusmodi iuramento: nos, animarum periculis obviare volentes, eosdem iudices ad servandum hoc ius canonicum per locorum ordinarios censura ecclesiastica decernimus compellendos.

CAP. III.

Electus, post sacramentum ponens vel respondens contraria directe, nisi rationabiliter excusetur, velut periurus a confirmatione repellitur. Idem, si hoc fecerit procurator, ipso mandante, vel ratum habente vel non revocante. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Quum in positionibus super electionis tuae negotio post iuramentum in causa praestitum a te datis, seu responsionibus, quas ad positiones tui adversarii fecisse dignosceris, reperiatur contrarietas manifesta: tibi tanquam periuro, nisi iusta causa et rationalis te

Cap. III. 14) Innoc. III. simpliciter: Sext. Ms. — Deer. Innoc. IV. h. t. c. un. — cf. c. 1. de suppl. negl. l. 8. — 15) fuerit: Innoc. IV. ap. Mans.

TIT. XI. Cap. I. 1) Contigit: Sext. Ms. — 2) quod ipsarum praelati, quum... accedunt, vel quum de recipiendis ibidem novis canonicis agitur, ne praelati admittantur, nec canonici aliter recipiuntur in ipsis: id. — 3) et consuetudinibus moribus: id. — 4) potestas: ib. — 5) quacunque: id.

Cap. II. 6) nec: Sext. Ms.

excuset, super ipsa electione perpetuum silentium imponi debet. Idem fiet, si, te expresse mandante, vel etiam ex postfacto sciente ac ratum habente, seu non revocante, positiones aut responsiones huiusmodi contrarias tuo nomine tuas fecerit procurator.

TITULUS XII.

DE EXCEPTIONIBUS.

CAP. I.

Sex sunt dicta huius decretalis. Primo ponit arengam et ius antiquum, et constitutionis causam. Secundo dicit, quod reus, qui contra actorem de excommunicatione excipit, ut ipsum repellat ab agendo, debet ipsius excommunicationis speciem et nomen excommunicatoris exprimere, et eum infra octo dies probare; alius iudex procedet in causa, et illum in expensis condemnabit. Tertio statuit, quod, si iterum obiciatur et probetur eandem vel alia excommunicatio, actor repellitur; sed quae acta sunt valebant. Quarto, quod ultra duas vices haec exceptio non opponatur, nisi ex causa. Quinto, quod, si opponitur post rem iudicatam, impeditur executio, sententia nihilominus valet. Sexto dicitur, quod iudex publice excommunicatum, reo non opponente, ex suo officio debet ab agendo repellere. Ioann. Andr.

Innocentius IV. in concilio Lugdunensi. 1)

Pia consideratione statuit mater ecclesia, quod maioris excommunicationis exceptio, in quacunque parte iudiciorum opposita, lites differat, et repellat agentes, ut ex hoc magis censura ecclesiastica timeatur, communionis²⁾ periculum evitetur, contumaciae vitium reprimatur, et excommunicati, dum a communibus actibus excluduntur, rubore suffusi ad humilitatis gratiam et reconciliacionis affectum facilius inclinentur. Sed hominum succrescente³⁾ malitia quod provisum est ad remedium tendit ad noxam. Dum enim in causis ecclesiasticis frequentius haec exceptio per malitiam opponitur⁴⁾, contingit interdum differri negotia, et partes fatigari laboribus et expensis. Proinde, quia morbus iste quasi communis irrepsit, dignum duximus communem adhibere medelam. Si quis igitur excommunicationem opponit, speciem illius et nomen excommunicatoris exprimat, sciturus eam rem se deferre debere in publicam notionem, quam infra⁵⁾ octo dierum spatium, (die, in quo proponitur, minime computato,) probare valeat apertissimis documentis. Quod si non probaverit, iudex in causa procedere non omittat, reum in expensis, quas actor ob hoc diebus illis se fecisse docuerit, praehabita taxatione condemnans. Si vero postmodum, instantia durante iudicii et probationis⁶⁾ copia succedente, de eadem excommunicatione vel alia excipiat iterum et probetur: actor in sequentibus excludatur, donec meruerit absolutionis gratiam obtinere, iis, quae praecesserunt, nihilominus⁷⁾ in suo robore duraturis; proviso, quod⁸⁾ ultra duas vices haec non opponatur exceptio, praeterquam si excommunicatio nova emerit, vel evidens et prompta probatio supervenerit de antiqua. Sed si post rem iudicatam talis exceptio proponatur, executionem impedit; sed sententia, quae praecessit, non minus robur debitum obtinebit, eo tamen salvo, ut, si actor excommunicatus sit publice, et hoc iudex noverit, quodocunque, etsi de hoc reus non excipiat, iudex ex⁹⁾ officio suo actorem repellere¹⁰⁾ non postponat.

CAP. II.

Exceptio rei iudicatae per ecclesiasticum iudicem admitti debet in foro saeculari, et e converso. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Quum quidam saeculares iudices, dum coram eis excipitur de re per ecclesiasticum iudicem iudicata, in casu, quo¹¹⁾ ad eum pertinet cognitio de consuetudine vel de iure, recusent excipientes audire in derogationem iurisdictionis ecclesiasticae et contemptum: decernimus, ut per censuram ecclesiasticam ab iniquitate coercantur huiusmodi, et ad admittendum exceptionem eandem, ubi alias de iure debet admitti, a locorum ordinariis compellantur. Similiter ecclesiastici iudices, si coram ipsis excipiat de re per saecularem iudicem iudicata, exceptionem ipsam admittant in iis, quae animarum periculum non inducunt, per superiores suos, nisi fecerint, animadversione debita castigandi.

TIT. XII. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — 2) et comm. Sext. Ms. — et excommunicationis: Innoc. IV. ap. Mans. — 3) crescente: Sext. Ms. — 4) opponatur: Innoc. IV. — 5) infra: Böhm. — 6) probandi: Innoc. IV. — 7) omitt. id. — 8) ut, al. quod: Sext. Ms. — 9) omitt. Innoc. IV. — 10) expellere al. repellere: Sext. Ms. Cap. II. 11) in quo: Sext. Ms.

TITULUS XIII.

DE PRAESCRIPTIONIBUS.

CAP. I.

De praescriptionibus sufficit bona fides, ubi ius commune vel praesumptio non est contra praescribentem; alius debet allegari titulus et probari, nisi sit praescriptio, cuius contrarii non existat memoria. H. d. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Episcopum, qui ecclesias et decimas, quas ab eo repetis, proponit, (licet in tua sint constitutae dioecesi,) se legitime praescripsisse, allegare oportet, (quum ius commune contra ipsum faciat,) huiusmodi praescriptionis titulum et probare. Nam licet ei, qui rem praescribit ecclesiasticam, si sibi non est contrarium ius commune, vel contra eum praesumptio non habeatur¹⁾, sufficiat bona fides; ubi tamen est ei ius commune contrarium, vel habeatur²⁾ praesumptio contra ipsum: bona fides non sufficit, sed est necessarius titulus, qui possessori causam tribuat praescribendi; nisi tanti temporis allegetur praescriptio, cuius contrarii memoria non existat.

CAP. II.

Privatus ipso iure vel per sententiam bonis, quae tenet a Romana vel alia ecclesia, illa minori spatio centum annorum contra Romanam, vel quadragesimo contra alias non praescribit. Filii autem haereticorum, qui catholici putabantur, bona paterna contra Romanam et alias ecclesias praescribunt spatio quadraginta annorum, et idem in extraneis. Ioann. Andr.

Idem.

Si qui, exigentibus culpis vel excessibus ab eisdem commissis, bonis, quae a Romana vel ab aliis tenent ecclesiis, sint per sententiam vel ipso iure privati: statuimus, ut in apprehendis vel occupandis postea quandoenique bonis eisdem nullis, licet leges humanae super hoc alia tempora statuere videantur, ipsis ecclesiis temporis lapsus obsistat, nisi contra ipsam Romanam ecclesiam centenaria, vel contra ecclesias alias quadragenaria praescriptio legitime sit completa. Si post mortem haereticorum, qui, dum viverent, catholici putabantur, bona ipsorum a catholicis eorum filiis vel nepotibus aut extraneis quibuscunque spatio XL. annorum fuerint bona fide possessa: sancimus, eos super bonis huiusmodi³⁾, etiamsi ad Romanam pervenire deberent ecclesiam, in hoc casu non esse ulterius molestandos, quanquam illi, quorum bona fuerant⁴⁾, nunc detegantur haeretici exstitisse.

TITULUS XIV.

DE SENTENTIA ET RE IUDICATA.

CAP. I.

Iudex, qui contra iustitiam et contra conscientiam aliquid in iudicio fecerit in gravamen partis per gratiam vel per sordes, condemnandus est parti laesae in aestimationem litis, et per annum est suspensus, et perpetuo, si medio tempore ingerat se divinis, nisi Papa cum ipso dispenset. Ioann. Andr.

Innocentius IV. in concilio Lugdunensi. 1)

Quum aeterni tribunal iudicis illum reum non habeat, quem iniuste iudex condemnat, testante Propheta: „nec²⁾ damnabit eum, quum iudicabitur illi: caveant ecclesiastici iudices et prudenter alterdant, ut in causarum processibus nil vindicet odium vel favor usurpet, timor exsulet, praemium aut expectatio praemii iustitiam non evertat, sed stateram gestent in manibus, lances appendant aequo libramine, ut in omnibus, quae in causis agenda fuerint, praesertim in concipiendis sententiis et ferendis, prae oculis habeant solum Deum, illius imitantes exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingressus ad Dominum referebat, ut secundum eius imperium iudicaret. Si quis autem iudex ecclesiasticus, ordinarius aut etiam delegatus, famae suae prodigus et proprii persecutor honoris, contra conscientiam et contra iustitiam in gravamen partis alterius in iudicio quicquam fecerit per gratiam vel per sordes, ab executione officii per annum noverit se suspensum, ad aestima-

TIT. XIII. Cap. I. 1) habetur: Sext. Ms. — 2) habeatur: id. Cap. II. 3) huius etiam a Rom. eccl. in hoc casu: Sext. Ms. — 4) fuerint: id.

TIT. XIV. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. 1. — 2) non: Innoc. IV. ap. Mans. — cf. Psalm. XXXVI. 33.

tionem litis parti, quam laeserit, nihilominus condemnandus, sciturus, quod, si suspensione durante damnabiliter ingesserit se divina, irregularitatis laqueo se involvet secundum canonicas sanctiones, a qua³⁾ non nisi per summum Pontificem⁴⁾ poterit liberari, salvis aliis constitutionibus, quae iudicibus male iudicantibus poenas ingerunt et infligunt. Dignum est enim, ut qui in tot praesumit⁵⁾, offendere poena multiplici castigetur.

CAP. II.

Papa imperatorem deponere potest ex causis legitimis. H. d. secundum Paulum.

Idem, sacro praesente concilio, ad memoriam sempiternam.⁶⁾

Ad apostolicae dignitatis (*Et infra*): Sane, quum dura guerrarum commotio nonnullas professionis Christianae provincias diutius adfixisset, nos ad Fridericum⁷⁾, praecipuum principem saecularem, huiusmodi⁸⁾ disensionis et tribulationis auctorem, a felicia recordationis Gregorio Papa IX.⁹⁾ praedecessore nostro pro suis excessibus anathematis vinculo innodatum, speciales nuncios et magne auctoritatis viros, videlicet venerabiles fratres¹⁰⁾ P. Albanensem et H.¹¹⁾ Sabinensem episcopos, ac dilectum filium Guilielmum¹²⁾ basilicae XII. Apostolorum presbyterum cardinalem, qui salutem zelabantur ipsius, duximus destinandos, facientes sibi proponi per ipsos, quod nos et fratres nostri, quum in nobis erat, pacem per omnia saecula habere, nec non cum omnibus hominibus optabamus, parati sibi pacem et tranquillitatem dare ac mundo etiam universo. Et quia praelatorum, clericorum omniumque aliorum, quos detinebat captivos, et omnium tam clericorum quam laicorum, quos ceperat in galeis, restituito poterat esse pacis plurimum inductiva¹³⁾; eum, ut illos restitueret, quum hoc idem tam ipse quam sui nuncios, antequam ad apostolatus vocati essemus officium, promississent, rogari et peti ab ipso fecimus per eosdem, ac proponi insuper, quod iidem pro nobis parati erant audire et tractare pacem, ac etiam audire satisfactionem, quam facere princeps vellet de omnibus, pro quibus erat vinculo excommunicationis adstrictus, et offerre¹⁴⁾ praeterea, quod, si ecclesia eum in aliquo contra debitum laeserat, quod non credebat, parata erat corrigere ac in statum debitum reformare. Et, si diceret ipse, quod in nullo contra iustitiam laeserat ecclesiam, vel quod nos eum¹⁵⁾ contra iustitiam laesivimus, parati eramus vocare reges, praelatos et principes tam ecclesiasticos quam saeculares ad aliquem tutum locum, ubi per se vel per¹⁶⁾ soleas nuncios convenirent¹⁷⁾. Eratque parata ecclesia de consilio concilii sibi satisfacere, si eum laesisset in aliquo, ac revocare sententiam, si quam contra ipsum iniuste tulisset, et cum omni mansuetudine et misericordia, (quantum cum Deo et honore suo fieri poterat,) recipere de iniuriis et offensis ipsi ecclesiae suisque per eum irrogatis satisfactionem ab eo¹⁸⁾ volebat, et omnes amicos suos sibi adhaerentes in pace ponere, plenaque securitate gaudere, ut nunquam hac occasione possent aliquid subire discrimen. Sed, licet sic apud eum pro pace paternis monitis et precum curarem insistere sentite: idem tamen, Pharaonis imitatus duritiam, et obtinens more aspidis aures suas, preces huiusmodi et monita elata¹⁹⁾ obstinatione ac obstinata elatione despexit; propter quod, non valentes absque gravi offensa Christi eius iniquitates amplius tolerare, cogimur urgente nos conscientia, iuste animadvertere in eundem. Et²⁰⁾, ut ad praesens de ceteris eius sceleribus taceamus, quatuor gravissima, quae nulla possunt tergiversatione celeri, commisit. Deierat enim multoties, pacem quondam inter ecclesiam et imperium reformatam temere violando. (*Et infra*): Perpetravit²¹⁾ sacrilegium, capi faciens cardinales sauctae Romanae ecclesiae, ac aliarum ecclesiarum praelatos et clericos religiosos et saeculares, venientes ad concilium, quod idem praedecessor noster duxerat convocandum. (*Et infra*): De haeresi quoque non dubiis et levibus, sed difficilibus et evidenter suspectus habetur. (*Et infra*): Praeter haec²²⁾ regnum Siciliae, quod est speciale patrimonium B. Petri, et idem princeps ab apostolica sede tenebat²³⁾ in feudum, iam ad tantam in clericis²⁴⁾ et laicis exinanitionem servitutemque redegit, quod, eis paene penitus nihil habentibus, et omnibus exinde fere probis eiectis, illos, qui remanserunt ibidem, sub

servilli quasi conditione vivere, ac Romanam ecclesiam, cuius sunt homines principaliter et vasalli, offendere multipliciter et hostiliter impugnare compellit. Posset etiam merito reprehendi, quod mille quidem factorum annuam pensionem, in qua pro eodem regno ipsi ecclesiae Romanae tenetur, per novem annos et amplius solvere praetermisit. Nos itaque, super praemissis et quam pluribus aliis eius nefandis excessibus cum fratribus nostris et sancto concilio²⁵⁾ deliberatione praehabita diligenti, quum Iesu Christi vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobisque in B. Petri persona sit dictum²⁶⁾: „Quodcumque ligaveris super terram, ligatum erit et in coelis:²⁷⁾ memoratum principem, qui se imperio et regnis, omnique²⁸⁾ honore et dignitate reddidit tam indignum, quique propter suas iniquitates a Deo²⁹⁾, ne regnet vel imperet, est abiectus, suis ligatum peccatis et abiectum, omnique honore ac dignitate privatum a Domino ostendimus, denunciamus et nihilominus sententiam do privamus, omnes, qui ei iuramento fidelitatis tenentur adstricti, a iuramento huiusmodi³⁰⁾ perpetuo absolventes, auctoritate apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam de cetero sibi tanquam imperatori vel regi pareat et intendat, decernendo³¹⁾, quoslibet, qui ei deinceps velut imperatori vel regi consilium vel auxilium praestiterint seu favorem, ipso facto excommunicationis sententiae³²⁾ subiacerent. Illi autem, ad quos in eodem imperio imperatoris spectat electio, eligant libere successorem. De praefato Siciliae regno providere curabimus cum eorundem fratrum nostrorum consilio, sicut viderimus³³⁾ expedire.

CAP. III.³⁴⁾

Qui petit rem certam causa expressa, si illam causam non probat, succumbit; licet aliam probet, maxime postmodum emergentem. Ioann. Andr.

Idem Praeceptoris hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani in Hispania, et Commendatori ac Fratris domus de Curvaris³⁵⁾ hospitalis eiusdem.

Abbate sane (*Et infra*): Abbas de Bonafac.³⁵⁾ pro se et conventu suo proponens, locum de Rosellis³⁶⁾ esse praedicti monasterii iure domini vel quasi, et cum suis finibus ex largitione regis Aragoniae³⁷⁾ ad ipsum monasterium pertinere, petit ad iudicari eidem monasterio locum ipsum, et vos exinde amoveri. Allegabatur autem pro parte vestra, quod facta vobis donatio de praedictis valida exsistebat, quamvis illa sub Sarracenorum tunc existerent potestate, quia non simpliciter, sed sub conditione fuere donata, videlicet si ad manus fidelium devenirent. In quo casu concessio poterat et debebat habere vigorem, quia ipsi donationi rerum donatarum natura vel qualitas non obstabat, et salubre ac laudabile quidem erat spectare³⁸⁾ ac praestolari tempus, quo illa Christianorum dominio subderentur; quare mox, quum pervenerunt³⁹⁾ ad ipsos, fuerunt ad vos totaliter devoluta. Multum quoque distabat. An ipsi monasterio de Bonafac.⁴⁰⁾ vel praedicto monasterio Populeti⁴¹⁾ ab eodem rege facta donatio fuisset; quia, etsi liquebat praedicta monasterio Populeti ab ipso rege, ac ab illo abbati et conventui de Bonafac.⁴²⁾ fuisse collata, non tamen ob hoc constabat, dictum regem ipsi monasterio de Bonafac. illa⁴³⁾ donasse vel mandasse donari. Nec pro eo, quod voluit et statuit, ut aedificaretur ibi monasterium, poterat et debebat intelligi, eum praedicta vel eorum aliqua construendo monasterio donavisse, quum illa potius sua videretur⁴⁴⁾ intentio, ut, quia praefatum monasterium Populeti⁴⁵⁾ tot et tantorum bonorum largitione ditabat, abbas et conventus ipsius pro sua suorumque salute monasterium construere tenerentur; praesertim quia⁴⁶⁾ monasterio, quod nondum erat, aliqua fieri donatio non valebat. Praemissa vero concessio, facta monasterio de Bonafac. ab abbate⁴⁷⁾ et conventu monasterii Populeti, nullum prorsus ei videbatur afferre suffragium, pro eo potissime, quod post litem contestatam et processum iudicii facta fuerat, sicut clare patebat ex instrumento praefato. Unde quum ius, si quod in praedictis ipsi monasterio de Bonafac. ex concessione huiusmodi competeat, in iudicio⁴⁸⁾ minime deduxisset, quia videri non potest illud venisse, quod postmodum accidit: pronunciarum utique super petitis non poterat ex eadem. Pro parte autem altera dicebatur, quod, quum rex ipse sua probitate ac studio ab infidelibus

Cap. I. 3) quo: Sext. Ms. — 4) sedem apostolicam: Innoc. IV. — 5) praesumptis: id. — Cap. II. 6) Integra exstat haec const. ap. Mans. XXIII. 613. (*Dat. Lugd. XVI. Kal. Aug. Ao. III.*) — Decr. Innoc. IV. h. t. c. 2. — 7) Federicum: Innoc. IV. ap. Mans., Böhm. — 8) huius: Innoc. IV. — 9) desid. ap. eund. — 10) add.: nostros: id. — 11) V.: id. — G.: Sext. Ms. — Hug.: Böhm. — 12) V.: Innoc. IV. — 13) ind., unde illos restitueret, et quum idem: id. — 14) offerri: id., Sext. Ms. — 15) omitt. Innoc. IV. — 16) omitt. Sext. Ms., Böhm. — 17) convenirent: ib. — 18) ipso: Innoc. IV., Sext. Ms. — 19) clara: Böhm. — 20) desid. ap. Innoc. IV. — 21) add.: etiam: id. — 22) hoc: id., Sext. Ms. — 23) habebat: Innoc. IV. — 24) a cler.: id. — 25) sacri concilii: id. — 26) Matth. XVI. 19. — 27) add.:

et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis: Innoc. IV. — 28) omniumque: id. — 29) a Deo: omitt. id. — 30) hui. perp.: desid. ap. eund. — 31) et dec.: id., Sext. Ms. — 32) vinculo: Innoc. IV. — 33) videbimus: id., Sext. Ms. — Cap. III. 34) Decr. Innoc. IV. h. t. c. 3. — 35) Curvaria: Innoc. IV. ap. Mans. — 36) Bonafac.: Innoc. — Benefac.: Sext. Ms. — 37) Roscell.: id. — Rosel.: Innoc. IV. — 38) Aragonum: id., Sext. Ms. — 39) expectare: Innoc. IV. — 39) pervenerint: Sext. Ms. — 40) mon. deberet fieri: Innoc. IV. — 41) Populeti: id., male. — 42) Honn. facie: id. per tot. — 43) desid. ib. pariter ac sequ.: donasse. — 44) videtur: Sext. Ms. — 45) completum: Innoc. IV. — 46) quia etiam: Sext. Ms. — 47) abbas: te monast. Polyanti; Innoc. IV. — 48) iudicium: id., Sext. Ms.

loca conquisiverit supra dicta, donatio avi vel patris ipsius, prius facta de illis, quum ad cultum fidei pervenirent, regem eundem quoad haec, sic per eum postmodum adquisita, obligare non potuit, quum sua propria facta essent, et viderentur ab aliis bonis hereditariis separata. Porro, praefata concessio, facta monasterio de Bonifac. a monasterio Populeti⁴⁹⁾, licet post acceptum iudicium causaeque processum intervenerit, prodesse tamen et valere debebat, quum pro actore, quod de iure suo ex causa idonea, quamvis supervenienti, appareat, satis sufficere videatur satisque esse, si, prout servatur in reo, intersit ipsius tempore sententiae proferendae. Sed ad haec pars vestra⁵⁰⁾ respondit, quod, quum tam supra dicti avi donatio quam locorum acquisitio praemissorum fuerint nomine regni factae, memoratū rex donationem servare huiusmodi tenebatur. Ceterum praedicta monasterii Populeti⁵¹⁾ concessio monasterio de Bonifac. auxiliari non poterat in hac parte, quia, quum quis egit ex aliqua certa et speciali causa, et postea sive alia, sive similis ei, quam exposuit, accidit, videri non potest illa in iudicio⁵²⁾ devenisse, quum iudex tunc prospicere ac attendere debeat diligenter, an ex ea omnino⁵³⁾ eadem, quae prius expressa existit, utpote, quae tunc etiam competeret, actoris intentio sit fundata. Secus autem, quum egit⁵⁴⁾ vel petiit in genere, nullius certae vel specialis causae faciens mentionem, videlicet quia generaliter forte proposuit, aliquem⁵⁵⁾ obnoxium esse sibi, vel ad se iure domini vel quasi rem aliquam pertinere. Tunc enim hoc praecipue est inspicendum iudici, an sufficienter vel minime de iure vel intentione constet actoris. Unde, si de hoc ex causa, etiam postmodum accidenti, liqueat: potest et debet iudex, etiamsi appareat minus iuste a principio fore actum, suum exinde animum informare, quoniam, etsi⁵⁶⁾ petitum fuerit indebitum, non ob hoc tamen minus valuit et tenuit iudicium subsecutum, nec illius acta vel gesta propterea minus valida existenterunt, nec etiam iudex ipse, cognita taliter veritate, pronunciare in contrarium posset cum libera conscientia et securo. Non prodesset etiam multum reo, si tunc forte in ipsum ex huiusmodi supervenienti causa condemnatio non ferretur, quum, mox alio instituto iudicio, foret ex illa merito condemnandus. Unde, etsi actori suam ex supervenienti causa intentionem sufficiat fundavisse, quum egit aliqua causa specialiter non expressa: secus tamen est, si certam et specialem in sua petitione⁵⁷⁾ subiunxerit⁵⁸⁾, nisi postmodum intentionem suam⁵⁹⁾ ex eadem prorsus, quam prius expressit, tunc⁶⁰⁾ etiam competenti causa fundarit. Quare quum memoratus abbas monasterii de Bonifac. proposuerit⁶¹⁾, saepe fatum locum de Rosell. cum suis terminis ad ipsum monasterium ex praedicti⁶²⁾ regis largitione spectare, nec de aliqua facta ipsi monasterio super hoc ab eodem rege concessione docuerit, ostenderit autem, donationem quandam factam illi de his ab abbate et conventu monasterii Populeti, quae nec in sua petitione fuerat expressa, nec etiam ante facta: nullum profecto commodum ex ea reportare debebat. Praefatus igitur cardinalis, praemissis omnibus et aliis, quae hinc inde fuerunt proposita, diligenter auditis, ac utriusque partis meritis aequa iustitiae lance discussis, prudenter attendit, id, quod praedicti abbas et conventus de Bonifac. proposuerunt, intentionem videlicet actoris, ex iis, quae post litem contestationem⁶³⁾ accidunt, posse fundari, eaque debere in iudicium devenire, tunc locum habere, sicut congrue allegatum⁶⁴⁾ est supra, videlicet⁶⁵⁾ quando ex certa et expressa causa specialiter non est actum. Ex iis enim, quae post inchoatum iudicium eveniunt, quando causa fuit exposita specialis⁶⁶⁾, nec debet nec potest iudicis animus ad proferendam sententiam informari, quia, quum certae causae facta est mentio, utpote donationis vel venditionis aut alterius specialis⁶⁷⁾, oportet incepti⁶⁸⁾ iudicii tempus attendi, ut liquido cognoscatur⁶⁹⁾, an tunc interfuerit actoris, propter illa, quae specialem comitantur causam et necessario adesse debent, veluti locus et tempus, et huiusmodi, quae sunt sollicite attendenda, et⁷⁰⁾ sine quibus causa⁷¹⁾ vacua et invalida censeretur. Sed quum est in genere absque aliqui causae declaratione petitum, non sic oportet accepti iudicii tempus inspicere, quia non requiruntur, nec sunt opportuna, nec attendi possunt huiusmodi comitantia in hoc casu. Et licet aliquibus curiosis, qui⁷²⁾ de iis, quae non multum expediunt, saepe disceptant, aliter forsitan appareat, quando actum est causa aliqua non expressa: utilius tamen videtur negotia tali expediri⁷³⁾

compendio, quam per quandam exactam subtilitatem longo dispendio prorogari, praesertim quum nonnulla pro utilitate communi contra iuris asperitatem ex aequitatis mansuetudine tolerari noscantur. Unde idem cardinalis, considerans, quod ipsi abbas et conventus de Bonifac. non probaverunt, largitionem super his regiam legitime⁷⁴⁾ sibi factam, ex qua specialiter vos impetere videbantur, ab huiusmodi eorundem⁷⁵⁾ abbatis et conventus impetitione de mandato nostro, praehabito fratrum nostrorum consilio, vos duxit⁷⁶⁾ sententialiter absolvendos. Nos igitur, cardinalis eiusdem sententiam ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus.

CAP. IV.

Si ex pluribus iudiciis vel arbitris unus, aliis praesentibus et mandantibus, per verba pluralis numeri ferat sententiam, tenet sententia; electio autem pronuncianda est per verba singularia. H. d. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Quum ab uno arbitratorum vel iudicum, aliis praesentibus et mandantibus, scripta sententia recitatur: habetur perinde, ac si simul esset ab omnibus recitata. Oportet tamen, ut is, qui recitat, non utatur verbis singularis numeri, sed pluralis, ut dicat: „nos, tales iudices vel arbitri, pronunciamus seu statuimus in hunc modum,“ licet secus in electione servetur, in qua, ut censeatur evidentiis unica et communis, est ab uno vice omnium, sive per compromissum sive per scrutinium procedatur, electionis pronuntiatio per verba singularis numeri facienda.

CAP. V.

Ponit tres casus nullitatis sententiae, et a primo unum casum excipit. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Etsi sententia diffinitiva, postquam scripta fuerit, debeat a iudice, non ab alio, de scripti recitatione⁷⁷⁾ proferri, alias nec nomen sententiae mereatur habere, nec ab ea sit appellare necesse: episcopo tamen, quem propter dignitatis praerogativam ampliori convenit honore fulgere, sententiam ab eo ferendam licet ab instar illustrium personarum per alium recitare. Sententia, quam scriptam edi a iudice litigatoribus, non recitari, vel quam ab ipso stando, non sedendo proferri contingit, nullius penitus est momenti.

TITULUS XV.

DE APPELLATIONIBUS.

CAP. I.

Appellans ad Papam in iudicio vel extra, appellare debet in scriptis, et causam exprimere, et apostolos petere. Si vult et petit appellatus, principales personae per se vel per procuratores, instructos super principali, accedere debent ad Papam. In appellationibus a sententia diffinitiva interpositis nil mutatur. Demum utrique contra facienti imponitur poena. Ioann. Andr.

Innocentius IV. in concilio Lugdunensi¹⁾.

Cordi nobis est lites minuere et a laboribus relevare subiectos. Sancimus igitur, ut, si quis in iudicio vel extra super interlocutoria vel gravamine aliquo²⁾ ad nos duxerit appellandum, causam appellationis in scriptis assignare deproperet, petat apostolos, quos ei praecipimus exhiberi; in quibus appellationis causam exprimat, et cur appellatio non sit admissa, vel si appellationi forsitan ex superiora reverentia sit delatum. Post hoc appellatori secundum locorum distantiam, personarum et negotii qualitatem tempore prosecutionis indulto, si voluerit appellatus³⁾ et petierit, principales personae per se, vel per procuratores instructos cum mandato ad agendum et⁴⁾ cum rationibus et munimentis ad causam spectantibus, accedant ad sedem apostolicam sic parati, ut, si nobis visum fuerit expedire, finito appellationis articulo, vel⁵⁾ de partium voluntate omissa, procedatur in negotio principali, quantum de iure poterit et debebit, his⁶⁾, quae in appellationibus a⁷⁾ diffinitivis sententiis interpositis antiquitas statuit, non mutatis. Quodsi appellator quae praemissa sunt non observet: reputabitur

Cap. III. 49) Populenti: Innoc. IV. — 50) altera: id. — 51) Populenti: id. — 52) illum in iudicium: id., Sext. Ms. — 53) ex omnino ead.: id. — 54) agit: Innoc. IV. — 55) aliquit: id. — 56) si petitum fuit: id. — 57) in suam petitionem: id. — 58) subiunxit: id., Sext. Ms. — 59) desid. ib. — 60) et tunc: id. — 61) proponit: Innoc. IV. — 62) add.: verbis: id. — 63) litem contestatam: Sext. Ms. — post litem contra accidunt, deb. in iud. dep., tum: Innoc. IV. — 64) assignatum: Sext. Ms. — 65) omitt. id., Innoc. IV. — 66) specialiter: Innoc. IV. — 67) add.: contractus: id. — 68) accepti: id. — 69) agnoscat, an vel tunc interfuit

actionis: id. — 70) omitt. id. — 71) desid. ap. eund. et in Sext. Ms. — 72) et qui: Innoc. IV. — 73) expedire: id. — 74) omitt. Innoc. IV., Sext. Ms. — 75) ab his eorum abbas: Innoc. IV. — 76) duximus similiter: id.

Cap. V. 77) intentione: Sext. Ms.

TIT. XV. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. 1. — 2) omitt. Innoc. IV. — 3) appellans: id. Ms. — 4) desid. ib. — 5) omitt. Sext. Ms. — vel partium vol. omissa: Innoc. IV. Ms. — 6) iis: id. ap. Mans., Böhm. — 7) ac: Innoc. IV. ap. Mans.

non appellans, et ad prioris iudicis redibit examen, in expensis legitimis condemnandus. Si autem appellatus contempserit hoc statutum: in eum tanquam in⁸⁾ contumacem tam in expensis quam in causa, quantum a iure permittitur, procedatur⁹⁾. Iustum est equidem, ut in eum iura insurgant, qui ius et¹⁰⁾ iudicem et partem eludit¹¹⁾.

CAP. II.

Iudex, qui recusatur, statuit competens tempus arbitris ad finiendam causam; quo elapso, si finita non fuerit, in principali procedit.
Ioann. Andr.

Idem. 12)

Legitima¹²⁾ suspicionis causa contra iudicem assignata, et arbitris a partibus secundum formam iuris electis, qui de ipsa cognoscant, saepe contingit, quod¹³⁾, ipsis in idem conveniunt volentibus, nec tertium advocantibus, cum quo ambo vel alter eorum procedat ad decisionem ipsius negotii, ut tenentur¹⁴⁾, iudex proferat excommunicationis sententiam contra ipsos¹⁵⁾, quam ipsi tum¹⁷⁾ propter odium, tum propter favorem partium diutius vilipendunt; quare, causa ipsa plus debito prorogata, non procedit ad cognitionem negotii principalis. Volentes igitur morbo huiusmodi¹⁸⁾ necessariam adhibere medelam, statuimus, ut ipsis arbitris per iudicem competens terminus praefigatur, infra¹⁹⁾ quem in idem conveniant²⁰⁾, vel tertium concorditer advocent, cum quo ambo vel alter eorum eiusdem suspicionis negotium terminare procurent; alioquin iudex extunc in principali negotio procedere non omittat.

CAP. III.

De officiali episcopi non ad episcopum, sed ad archiepiscopum appellatur. — §. 1. De subdito episcopi ad ipsum, non ad archiepiscopum appellatur, nisi aliud esset de consuetudine. H. d. — §. 2. Archiepiscopus causam appellationis ab episcopo interpositae non debet committere, vel partes citare, nisi in appellatione probabilis causa sit expressa. — §. 3. Si negetur, per appellationem negotium devolutum, non inhibebit archiepiscopus iudicem principalis causae procedere, nisi prius de devolutione constiterit. H. d. — §. 4. Si dicitur, ex iniusta causa appellatum, archiepiscopus inhibere non potest, nisi prius recepta appellatione ut probabili, incipiat cognoscere de causae veritate. H. d. — §. 5. Licet dicatur appellatum a definitiva in casu prohibito a iure, ex quo de hoc archiepiscopus cognoscere coeperit, potest inhibere, non sententia executioni mandetur. H. d. — §. 6. Archiepiscopus in tertiam personam, post inhibitionem suam in casu per appellationem delata ad ipsum, aliquid innovantem, iurisdictionem exercere non potest. H. d. — §. 7. Archiepiscopus appellatorem in aliis causis a iurisdictione episcopi non potest eximere. — §. 8. Ab episcopis in causis quibus iurisdictionem temporalem habent, de iure debet ad archiepiscopum appellari, nisi speciale ius aliud inducat. H. d. — §. 9. Censuram ecclesiasticam, in appellatorem prolatam per episcopum, archiepiscopus revocare non potest, nisi partibus vocalis, et de causa legitime cognito. H. d. — §. 10. Ex quo archiepiscopus pronunciaverit, male appellatum ante sententiam: statim debet causam ad suffraganeum remittere.
Hoc dicit.

Idem. 21)

Romana ecclesia (Et infra:) Quum suffraganeorum Remensis ecclesiae, suorumque officialium, qui generaliter de causis ad ipsorum forum pertinentibus eorum²²⁾ vices supplendo cognoscunt, unum et idem consistorium sive auditorium²³⁾ sit censendum: ab ipsis officialibus non ad dictos suffraganeos, ne ab eisdem ad se ipsos interponi appellatio videatur, sed de iure ad Remensem est curiam appellandum. §. 1. Ab²⁴⁾ archidiaconis vero aliique inferioribus praelatis, suffraganeis subiectis eisdem, et eorum officialibus, ad suffraganeos ipsos debet, et non ad eandem curiam omittis dictis suffraganeis appellari, nisi aliud Remensi ecclesiae de consuetudine competat in hac parte. §. 2. Quum autem ad praefatam curiam ab eorundem suffraganeorum vel suorum officialium audientia fuerit appellatum, Remensis archiepiscopus, qui pro tempore fuerit, vel officialis²⁵⁾ ipsius nullatenus in appellationis causa interpositae ante definitivam sententiam citent partes, nec etiam alii illam²⁶⁾ committant, appellationis eiusdem causa probabilis seu legitima non expressa. §. 3. Si vero vocalis partibus, vel nullatenus, aut non infra²⁷⁾ decem dies post interlocutoriam vel definitivam sententiam appellatum fuisse, seu aliquid aliud simile, sique non esse per appellationem ad eundem archiepisco-

pum vel eius officialem²⁸⁾ devolutum negotium proponatur: iidem, nisi prius ipsis constiterit, causam ipsam²⁹⁾, ad eos totaliter³⁰⁾ fuisse delatam, prohibere, ne in causa³¹⁾ illa, vel ne ad executionem procedatur sententiae, non praesumant. §. 4. Quodam obiciatur ex iniusta causa seu minus legitima ante sententiam appellationem interpositam existitisse, et ex eo non esse appellationem huiusmodi admittendam: nequeunt praedicti archiepiscopus vel eius officialis³²⁾ prohibere, ne procedatur in causa, nisi prius appellatione recepta, vel emissae ex causa probabili, cognoscere incipiant de causa huiusmodi, an sit vera. §. 5. Si autem post sententiam in casibus a iure prohibitis, (utpote a sententia super manifesto et notorio crimine, vel de quo quis in iure confessus exstitit, promulgata, vel consimilibus) appellatum fuisse dicatur: possunt, ne sententia executioni mandetur, postquam cognoscere coeperint, utrum sit recipienda vel non³³⁾ appellatio ab eo interposita, inhibere. §. 6. In alium quoque, qui circa rem, de qua inter appellatorem et appellatum controversia vertitur, aliquid post eorum inhibitionem attentat, non valet³⁴⁾ occasione huiusmodi iurisdictionem aliquam vindicare. §. 7. Quum vero is, qui ad Remensem curiam super aliqua causa vocem appellationis emittit, nihilominus in causis aliis ordinarii sui iurisdictioni subiciatur³⁵⁾: Remensis archiepiscopus vel officialis ipsius³⁶⁾ nequaquam iurisdictionem ipsam in aliis impediunt³⁷⁾, ut ab eiusdem ordinarii potestate totaliter³⁸⁾ eximant taliter appellatorem. §. 8. Debet autem ad eos ab episcopis praefatae provinciae super causis, in quibus temporalem iurisdictionem exercent, nisi forte de consuetudine aut privilegio sive iure alio speciali sit appellandum ad alium, appellari. §. 9. Sententias quoque interdicti, vel³⁹⁾ suspensionis seu excommunicationis, in appellatorem ab eo, a quo appellatio proponitur, promulgatas, nullatenus, nisi vocalis partibus et de appellatione legitime cognito, revocent aut denuncient esse nullas. §. 10. Quum autem ad Remensem archiepiscopum ab audientia suffraganei sui super aliqua causa fuerit ante sententiam appellatum: idem archiepiscopus, postquam de appellatione cognito constiterit, eam minus rationabilem existitisse, causam⁴⁰⁾ ad eundem suffraganeum remittere non postponat.

CAP. IV.

Si iudex requisitus non tradit apostolos, et postea procedit in causa, non valet processus, nisi renunciatum fuisset appellationi. Ioann. Andr.

Idem.

Ut super appellatione ac eius causa instructio facilius valeat in processu⁴¹⁾ haberi: districte praecipimus, quod ille, a quo appellatur, apostolos appellanti iuxta tenorem constitutionis nostrae super hoc editae tribuat requisitus. Si vero non exhibuerit, extunc, si forte in causa procedat, nisi appellationi renunciatum fuerit, eius invalidus et irritus sit processus.

CAP. V.

Iudex appellationis inique appellatorem ante sententiam remittere debet ad iudicem principalem, et in expensis condemnare, et hoc, si principalis iudex non detulerat appellationis; sed, si detulit, non fiet remissio de necessitate. In appellationibus interpositis a definitiva antiqua iura servantur. Ioann. Andr.

Clemens IV.

Quum appellationibus frivolis nec iustitia deferat, nec sit a iudice deferendum, si iudex inferior appellationem minus legitimam non admittat, eam appellatore nihilominus prosequente: superior, de ipsa cognoscens, causam ad priorem iudicem iuxta sanctiones canonicas sine difficultate remittat, eadem die condemnationem faciens expensarum. Si vero iudex admittat eandem, licet tam appellatio quam ipsius iudicis delatio⁴²⁾ a superiore valeant refutari: quia tamen iudex ipse, quantum in se fuit, a se iurisdictionem abdicavit eandem, appellationi deferens minus iuste, totius causae decisio in superioris est potestate⁴³⁾ transfusa, nec est illi causa de necessitate ulterius remittenda, salvis iis, quae super appellationibus post sententiam interpositis sunt statuta.

Cap. I. 8) omitt. id. Ms. — 9) procedetur: id. — 10) omitt. id., Sext. Ms. — 11) illudit: Böhm.

Cap. II. 12) conc. Lugd. I. c. 11. — Decr. Innoc. IV. h. t. c. 2. — 13) legitimae: Sext. Ms. — 14) ut ipsi cond. nol.: id. — 15) tenetur: Innoc. IV. ap. Mans., Sext. Ms. — 16) eos, qui: Innoc. IV. ap. Mans. — 17) cum: id. Ms. — 18) hinc: id. ap. Mans. — 19) intra: Böhm. — 20) concordent: Innoc. IV. Ms.

Cap. III. 21) cf. adn. ad c. 1. de suppl. negl. I. 8. — Decr. Innoc. IV. c. 3. h. t. — 22) eorundem: Innoc. IV. Ms. — 23) adiutorium: Böhm. —

sive aud.: desid. ap. Innoc. IV. Ms. — 24) Ab arch. et rell. desid. ap. Mans. — 25) officiales: Innoc. IV. Ms. — 26) eam: id. — 27) intra: Böhm. — 28) officiales: Innoc. IV. Ms. — 29) desid. ib. — 30) taliter fore: id. — 31) omitt. id., Sext. Ms. — 32) officiales: ib. — 33) an non: Innoc. IV. Ms. — aut non: Sext. Ms. — 34) valeret: id. — valent: Innoc. IV. Ms. — 35) subiacet: id. — 36) eius officiales: id. — 37) illis in p. aut: id. — 38) desid. ib. — 39) omitt. id. — 40) causam ipsam: id.

Cap. IV. 41) processus: Sext. Ms.

Cap. V. 42) declaratio: Sext. Ms. — 43) potestate: id., Böhm.

CAP. VI.

Si appellans infra XXX. dies instantanter non petit apostolos, appellationi renunciat. Si iudex, modo debito requisitus, illos non tradit, sed postea procedit: non valet eius processus. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Ab eo, qui appellat, infra⁴³⁾ triginta dies instantanter apostoli peti debent, et eidem infra dictum tempus a iudice exhiberi; alias praesumitur appellationi suae renunciare appellans, si eos infra idem tempus petere praetermittat, etiam si vadat aut mittat ad appellationem huiusmodi prosequendam. Illud autem, quod felicis recordationis Innocentius Papa IV. praedecessor noster statuendum decrevit, ut, si is, a quo appellatur, apostolos appellanti non tribuat requisitus, extunc, si forte in causa procedat, nisi appellationi renunciatum fuerit, eius invalidus sit processus, tunc demum obtinet, quum iudex, super hoc cum debita instantia loco⁴⁴⁾ et tempore congruo requisitus, eos expresse denegat, vel infra praemissum tempus malitiose aut negligenter illi tradere praetermittit⁴⁵⁾.

CAP. VII.

Innovata per iudicem post diffinitivam sententiam, a qua appellatum exstitit, revocantur statim per iudicem appellationis, etiam si ante appellationem fuerint innovata. Attentata vero post appellationem ante diffinitivam, non revocantur, nisi primo de veritate constiterit, nisi post inhibitionem debito modo factam attentata fuissent. Ioann. Andr.

Idem.

Non solum innovata post appellationem, a diffinitiva sententia interiectam, debent semper, exceptis casibus, in quibus iura post sententiam prohibent appellare, ante omnia per appellationis iudicem penitus revocari: sed etiam ea omnia, quae medio tempore inter sententiam et appellationem, quae postmodum infra⁴⁶⁾ decendium interponitur ab eadem, contingit⁴⁶⁾ innovari, ac si post appellationem eandem innovata fuissent. Illa vero, quae post appellationem interpositam ante diffinitivam sententiam innovantur, donec appellationis causam veram esse constiterit, revocari non debent: nisi iudex appellationis, postquam sibi constiterit, per appellationem emissam ex probabili causa fore ad se negotium devolutum, inhibeat canonicè iudici, a quo appellatum exstitit, ne procedat. Tunc enim, quicquid post inhibitionem huiusmodi fuerit innovatum, est, licet causa eadem non sit vera, per eundem appellationis iudicem ante omnia in statum pristinum reducendum.

CAP. VIII.

Qui appellat extra iudicium, infra decem dies, ex quo scivit gravamen, appellare debet; postea per remedium iuris communis audietur, sed non per appellationis remedium. Ioann. Andr.

Idem.

Concertationi antiquae finem imponere praesenti constitutione volentes, statuimus, ut ab electionibus, postulationibus, provisionibus et quibuslibet extrajudicialibus actibus, in quibus potest appellatio interponi, quisquis ex eis, gravatum se reputans⁴⁷⁾, per appellationis beneficium gravamen illatum desideraverit revocari, infra⁴⁸⁾ decem dies, postquam sciverit, si velit, appellet; post decendium vero eidem aditus non pateat appellandi. Sed si per contradictionem debitam vel alia iuris remedia petierit revocari gravamen: ei,

dummodo medio tempore his non consenserit⁴⁹⁾, lapsus decendii non obsistat.

CAP. IX.

Valet appellatio in scriptis porrecta, licet coram iudice non legatur. Hoc dicit Zenzel.

Idem.

Appellatio, quam in scriptis iudici, a quo appellare volebas, te porrexisse proponis, non potest ex eo, quod coram ipso lecta non fuerit, rationabiliter impugnari.

CAP. X.

Iudex a quo compellere non potest appellantem a gravamine, ipsius veritatem probare, licet citare potest ad ipsius revocationem audiendam; quae facta in causa procedere poterit, eius contumacia non obstante, ac si nunquam appellasset. H. d. Zenz.

Idem.

Si a iudice, a quo propter gravamen, quod tibi proponis illatum, appellas, ad docendum, te fore gravatum, et ad audiendam revocationem eiusdem gravaminis, si de ipso docueris, tibi terminus praefigatur: nec coram eo, (quum ipse per se id videre habeat,) hoc docere, nec etiam tanquam coram iudice, (quum per appellationem sit suspensa ipsius iurisdictio,) comparere teneris, nisi ad hoc solum, ut revocationem ipsam audias, si eam duxerit faciendam; alias, si non comparueris, et ipse in termino gravamen revocaverit cum effectu, poterit extunc libere in causa procedere, ac si appellatio interposita non fuisset.

CAP. XI.

A collatione capituli ad episcopum appellatur, si ut canonicus interfuit, secus, si ut praelatus. H. d. Dominicus.

Idem.

A collatione beneficij, quum communiter per episcopum et capitulum in tuum praeiudicium factam esse proponis, non ad ipsum episcopum, si in ea ut praelatus interfuerit⁵⁰⁾, sed ad superiorem te oportuit appellare; alias, si ut canonicus interfuisset in ea, potuisti appellare licite ad eundem.

CAP. XII.

Per appellationem interpositam a diffinitiva revocari potest interlocutoria, principali negotio praeiudicans; alius non. Ioann. Andr.

Idem.

Licet ab interlocutoria, per quam pacti vel praescriptionis, aut alia principali negotio praeiudicans vel iudicium nullum reddens exceptio est repulsa, non fuerit appellatum, si tamen a diffinitiva, quae postmodum etiam ultra decendium promulgatur, appellari contingat: potest in appellationis causa ipsum gravamen, per interlocutoriam⁵¹⁾ eandem illatum, licite per appellationis iudicem emendari. Ubi vero interlocutoria super eo profertur, quod non parat praeiudicium negotio principali, vel iudicium nullum reddit, nisi fuerit appellatum ab ipsa: per appellationem, a diffinitiva postea interiectam, gravamen illatum nequaquam poterit revocari.

Cap. VI. 43) intra: Böhm. per tot. — 44) praetermittit: Sext. Ms.
Cap. VII. 45) intra: Böhm. — 46) contigerit: Sext. Ms.
Cap. VIII. 47) reputat: Sext. Ms. — 48) intra: Böhm. — 49) assenserit: Sext. Ms.

Cap. XI. 50) interfuit: Sext. Ms.

Cap. XII. 51) in eand.: Böhm.

SEXTI DECRETALIU M

LIBER TERTIUS.

TITULUS I.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

CAP. UN.

Clericus, ioculatoriam artem per annum exercens, si tertio munitus non desistat, ipso iure perdit privilegium clericale. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Clerici, qui, clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, se ioculatores seu goliardos faciunt aut bufones, si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso iure, si autem tempore breviori, et tertio muniti non respuerint, careant omni privilegio clericali.

TITULUS II.

DE CLERICIS CONIUGATIS.

CAP. I.

Si clericus coniugatus ferat habitum et tonsuram, clericali privilegio gaudeat; alias non. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Clerici, qui cum unicis et virginibus contraxerunt, si tonsuram et vestes deferant clericales, privilegium retineant¹⁾ canonis ab Innocentio Papa II. praedecessore nostro editi in favorem totius ordinis clericalis. Et quum iuxta Parisiense²⁾ concilium nullus clericus distringi aut condemnari debeat a iudice saeculari: praesenti declaramus edicto, huiusmodi clericos coniugatos pro commissis ab eis excessibus vel³⁾ delictis trahi non posse criminaliter aut civiliter ad iudicium saeculare, nec ab ipsis saecularibus iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecunialiter, (ne per unam viam concedatur eisdem iudicibus quod per aliam denegatur,) ullatenus condemnari. In ceteris autem, vel nisi, ut praemittitur, tonsuram vel vestes deferant⁴⁾ clericales, etiam in praemissis eos gaudere volumus privilegio clericali.

TITULUS III.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS IN¹⁾ ECCLESIA VEL PRAEBENDA.

CAP. UN.

Distributiones quotidianae solum praesentibus, qui intersunt divinis, dari debent, consuetudine non obstante. Et qui aliter illas receperunt, non faciunt illas suas, et idem de distributionibus, quae dantur pro anniversariis defunctorum. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Consuetudinem, quae in quibusdam partibus inolevit, qua canonici et alii beneficiati, seu clerici cathedralium et aliarum colle-

giatarum ecclesiarum, distributiones quotidianas, quae alias manualia beneficia seu victualia nuncupantur, et tantum residentibus tribuuntur, qualitercunque in civitatibus seu aliis locis, in quibus ipsae consistunt ecclesiae, sint²⁾ praesentes, licet divinis officiis non intersint, ex integro percipiunt³⁾, ac si continue in⁴⁾ ipsis ecclesiis in eisdem officiis deservirent, penitus improbantur; statuimus, ut distributiones ipsae quotidianae, in quibuscunque rebus consistant, canonicis ac aliis beneficiatis, et clericis ecclesiarum ipsarum, qui eisdem officiis in ipsis ecclesiis affuerint, tribuantur iuxta ecclesiae cuiuslibet ordinationem rationabilem iam factam seu etiam faciendam. Qui vero aliter de distributionibus ipsis quicquam⁵⁾ receperit, (exceptis illis, quos infirmitas, seu iusta et rationabilis corporalis necessitas, aut evidens ecclesiae utilitas excusaret,) rerum sic receptorum dominium non acquirat, nec faciat eas suas, immo ad omnium restitutionem, quae contra huiusmodi nostram constitutionem receperit, teneatur. De distributionibus etiam pro defunctorum anniversariis largiendis idem decernimus observandum⁶⁾.

TITULUS IV.

DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBUS.

CAP. I.

Ad praesentationem religiosorum, etiam exemptorum, non debent in ecclesiis ipsorum rectores institui, nisi primo tantum eisdem assignetur, unde incumbuntia onera subire possint, et congrue sustentari; nec valet contrarium consuetudo. Ioann. Andr.

Clemens III. alias quartus¹⁾.

Suscepti regiminis nos cura sollicitat, ut utilitatibus subiectorum in illis²⁾ praecipue, per quas animarum saluti consulitur, nunc novorum editione iurium, nunc antiquorum innovatione sollicite providere curemus. Sane fuit olim per sedem apostolicam provide constitutum, ut dioecesani locorum ad praesentationem religiosorum nullum ad aliquam ecclesiam recipiant, nisi tantum ei de proventibus ipsis ecclesiae coram eis fuerit assignatum, unde iura episcopalia possint solvere, et congruam sustentationem habere. Verum, sicut nobis querela multorum frequens insinuat, religiosi exempti de proventibus parochialium ecclesiarum, in quibus ius obtinent patronatus, seu rectorum praesentatio pertinet ad eosdem, tantum percipiunt annuatim, quod rectores ecclesiarum ipsarum non possunt de residuo commode sustentari, et episcopalia iura persolvere³⁾, ac alia incumbuntia eis onera supportare, propter quod saepe contingit, quod non inveniuntur⁴⁾ personae idoneae, quae huiusmodi ecclesias velint recipere, sicque frequenter minus idoneis conferuntur⁵⁾, ex quo pericula imminant animarum. Nos itaque, volentes super hoc salubre remedium adhiberi⁶⁾, praesenti decreto statuimus et mandamus, constitutionem huiusmodi quoad omnes patronos ecclesiarum religiosos tam exemptos quam non exemptos et alios inviolabiliter observari, consuetudine contraria non obstante.

Liber III. TIT. II. Cap. I. 1) retinent: Sext. Ms. — cf. c. 29. C. XVII. qu. 4. — 2) cf. c. 2. C. IX. qu. 1. — 3) pers. vel: desid. in Sext. Ms. — 4) ferant: Böhm.

TIT. III. 1) in eccl. vel pr.: omitt. Sext. Ms. — Cap. I. 2) sunt:

id. — 3) percipiunt: id. — 4) omitt. id. — 5) quicunque: id. — 6) conservandum: id.

TIT. IV. Cap. I. 1) Clem. IV.: Sext. Ms. — 2) illis: Böhm. — 3) solvere: Sext. Ms. — 4) inveniuntur: Böhm. — 5) conferuntur: id. — 6) adhibere: id., Sext. Ms.

CAP. II.

Beneficia vacantia in curia alius quam Papa conferre non potest; quod si fecerit, irrita est collatio. Ioann. Andr.

Idem. *Ad Clementem IV. (1265)*

Licet ecclesiarum, personatum, dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Romanum noscatur Pontificem pertinere ita, quod non solum ipsa, quum vacant, potest de iure conferre, verum etiam ius in ipsis⁷⁾ tribuere vacaturis: collationem tamen ecclesiarum, personatum, dignitatum et beneficiorum apud sedem apostolicam vacantium specialius ceteris antiqua consuetudo Romanis Pontificibus reservavit. Nos itaque, laudabilem reputantes huiusmodi consuetudinem, et eam auctoritate apostolica approbantes, ac nihilominus volentes ipsam inviolabiliter observari, eadem auctoritate statuimus, ut ecclesias, dignitates, personatus et beneficia, quae apud sedem ipsam deinceps vacare contigerit, aliquis praeter Romanum Pontificem, quacunquē⁸⁾ super hoc sit auctoritate munitus, sive iure ordinariae potentatis ipsorum electio, provisio seu collatio ad eum pertineat, sive literas super aliquorum provisione generales vel⁹⁾ etiam speciales sub quacunquē forma verborum receperit, (nisi ei sit super conferendis eisdem in curia Romana vacantibus specialis et expressa ab ipso Pontifice summo auctoritas attributa,) conferre alicui seu aliquibus non praesumat. Nos enim, si secus actum seu attentatum fuerit, decernimus irritum et inane.

CAP. III.

Si Papa beneficia vacantia in curia non conferat infra mensem a die vacationis: illi, ad quos collatio pertinebat, poterunt illa conferre. Ioann. Andr.

Gregorius X. in concilio generali Lugdunensi¹⁰⁾.

Statutum felix recordationis Clementis Papae¹¹⁾ praedecessoris nostri de dignitatibus et beneficiis in curia Romana vacantibus nequaquam per alium quam per Romanum¹²⁾ Pontificem conferendis decernimus¹³⁾ taliter moderandum, ut illi, ad quos eorundem beneficiorum et dignitatum spectat collatio, statuto non obstante praedicto, demum post mensem a die, quo dignitates seu beneficia ipsa vacaverint, numerandum, ea conferre valeant tantummodo per se¹⁴⁾ ipsos vel, ipsis agentibus in remotis, per suos vicarios generales, in eorum dioecesibus existentibus, quibus id canonice sit commissum.

CAP. IV.

In beneficiis vel impetrationibus ad beneficia per provisionem usque ad certam summam pensio non debetur. Per ecclesias civitatis vel dioecesis non comprehenditur cathedralis; sed per ecclesias provinciae metropolitanae et cathedrales reliquae includuntur. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Quamvis plenissima¹⁵⁾ sit alius in beneficiis interpretatio facienda: literae tamen super obtinendis beneficiis impetratae debent, quum sint ambitiosae, restringi. Et ideo, si alicui usque ad certam summam provideri mandamus¹⁶⁾, ei non in pensione, sed in beneficiis ecclesiasticis tantum volumus provideri, nisi de pensione in nostris literis mentio habeatur expressa. Quamquam sub nomine ecclesiarum civitatis comprehendatur alius ecclesia cathedralis: quum tamen alicui de beneficio mandamus in aliqua ecclesiarum civitatis vel dioecesis provideri, ad cathedralem ecclesiam, quam propter ipsius honorem sub hac generalitate nolumus hoc casu includi, se mandatum huiusmodi non extendit. Secus autem¹⁷⁾, quum mandamus in aliqua ecclesiarum provinciae provideri. Tunc enim et metropolitana et ceterae cathedrales ecclesiae includuntur sub tali mandato, quum uberiores hoc casu, quam alio, impetranti gratiam facere videamur.

CAP. V.

Impetranti beneficium saeculare providetur de beneficio per saeculares clericos usque ad praescriptionem legitimam possessio. Hoc primo. Clerico saeculari, prioratum impetranti simpliciter, non providetur de consueto per religiosos gubernari. H. d. secundo. Domin.

Idem.

Quum de beneficio ecclesiastico, consueto clericis saecularibus assignari, provideri mandatur¹⁸⁾, de illo debet intelligi, quod tanto

tempore ab uno vel pluribus saecularibus clericis, institutis in eo rectoribus, existit continue ac pacifice gubernatum, ut praescriptio legitima sit completa, etiamsi ante vel post religiosi quandoque ministraverint in eodem. Quando vero scribitur, ut provideatur de aliquo prioratu alicui clerico saeculari: provideri non potest de prioratu, qui per religiosos iuxta modum praemissum est solitus gubernari, nisi hoc in literis caveatur expresse.

CAP. VI.

Habere personatum cum cura, et praebendam, cui annexa est parochialis ecclesia, non est contra concilium generale. Ioann. Andr.

Idem.

Super eo, quod praebendas, quibus parochiales ecclesiae sunt annexae, in quibus spirituales iurisdictionem secundum ecclesiae vestrae consuetudinem approbatam, et sic secundum aliquorum interpretationem curam animarum habetis, simul cum personatibus, quorum aliquibus cura imminet animarum, in eadem ecclesia obtinetis, vobis, quum hoc generali concilio non obviet, dispensatio necessaria non existit.

CAP. VII.

In impetratione beneficiorum inspicitur data, non praesentatio vel receptio. Ioann. Andr.

Idem.

Eum, cui canonicatus alicuius ecclesiae a sede apostolica est collatus, licet nondum sit in ea receptus, decernimus in assecutione praebendae iuxta suae provisionis ordinem omnibus praefereendum, quibus postmodum in ipsa ecclesia similis gratia est concessa; licet isti primo suas literas praesentaverint, et primo recepti fuerint in eadem.

CAP. VIII.

Per literas apostolicas, non facientes de defectu ordinis mentionem, potest impetranti de curato beneficio provideri; ad ordines tamen se faciet proximis temporibus promoveri. Ioann. Andr.

Idem.

Si pro clericis pauperibus vel aliis nostras literas, ut eis de beneficiis provideas, etiamsi animarum cura sit annexa eisdem, recipere te contingat: ipsis, (licet nec in sacris sint constituti ordinibus, nec de defectu ordinum in eisdem literis mentio habeatur,) poteris de beneficiis curam habentibus licite providere, nec praetextu dicti defectus tua poterit provisio impugnari. Oportebit tamen, ut ipsi ad ordines, quos requirunt collata eis beneficia, se faciant in proximis statutis a iure temporibus promoveri.

CAP. IX.

Mandato alterius super provisione facienda per Papam impleto, provisio auctoritate Papae intelligitur esse facta. H. d. secundum Zena.

Idem.

Si eum, super cuius provisione apostolicae sedis legatus in certa ecclesia suas literas, quibus obtemperatum non fuerat, destinaret, mandemus¹⁹⁾ auctoritate nostra in ipsa ecclesia in canonicum recepti et in fratrem, sibi provideri de praebenda iuxta ipsius legati continentiam literarum: talis receptus huiusmodi²⁰⁾ nostri auctoritate mandati non legati, sed nostra intelligitur²¹⁾ auctoritate receptus, et ideo est in assecutione praebendae omnibus, post eum eadem auctoritate receptis, in dicta²²⁾ ecclesia praefereendus.

CAP. X.

Mandatum, alternative plures collatores includens, verificatur in primo vacante; insinuat vero vacantibus ordo scripturae servatur. Hoc dicit secundum Dominicum.

Idem.

Mandato nostro sub ea forma tibi directo, ut alicui provideas de beneficio, ad collationem tuam vel alterius pertinente, de beneficio, quod primo vacabit, sive ad tuam sive ad illius collationem pertinuerit, ei, pro quo scribitur, providere debebis. Si vero plura beneficia ad tuam et illius collationem forsan spectantia simul vacent: tunc scripturae ordinem servare habebis, ut illi solam provideas de illo beneficio, quod ad te noscitur pertinere.

Cap. II. 7) ad ipsa . . . vacantia: Sext. Ms. — 8) quacunquē: id. — 9) sive spec.: id.
Cap. III. 10) c. 21. conc. Lugd. II. — 11) add. quarti: conc. Lugd. — 12) summam: id. Ms. — 13) decrevimus: id. ap. Mans. — 14) desid. in Sext. Ms.

Cap. IV. 15) plenissime: Sext. Ms. — 16) mandemus: id. — 17) Secus est, quum mandaremus: id.
Cap. V. 18) mandamus: Sext. Ms.
Cap. IX. 19) mandamus: Böhm. — 20) huius: Sext. Ms. — 21) add. esse: id. — 22) eadem al. dicta: id.

CAP. XI.

Si clericus, cui mandabatur provideri de praebenda primo vacante, negligit petere praebendam sibi debitam, extincta est gratia. Si autem sibi collatus fuerit canonicatus, tunc habebit praebendam, quum nullus est ibi expectans auctoritate apostolica. Ioanna. Andr.

Idem.

Si clericus, pro quo a sede apostolica recepisti mandatum, ut ei de praebenda proximo vacatura in certa ecclesia provideres, eumque postea in canonicum ipsius ecclesiae recipi faceres et in fratrem, praebendam sibi debitam, quando vacat, petere negligenter omitat: aliam postmodum in ipsa ecclesia vacaturam nequibit praetextu dicti mandati petere, nec tu de ipsa sibi poteris providere, quum facta ei gratia per ipsius negligentiam sit extincta. Verum si praefatus clericus fuisset auctoritate apostolica effectus ab initio canonicus in ecclesia praelibata, tunc, quum remanserit in ea canonicus dicta negligentia non obstat, ac per consequens ratione canonicatus sit in alia praebenda, nulli alii de iure debita, ceteris praefendus, petere poterit praebendam aliam, proximo vacaturam, dummodo non sint aliqui eadem auctoritate praebendas in ipsa ecclesia expectantes. Et eidem de ipsa non per te, quum mandatum non susceperis super illa, sed per eum, ad quem spectat in eadem ecclesia praebendarum collatio, provideri debet; alias facta de praebenda huiusmodi alteri collatio in illius praedictum eo ipso viribus non subsistat.

CAP. XII.

Receptus auctoritate Papae etiam ad mandatum alterius, praefendus est aliis in praebenda. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Hi, qui auctoritate apostolica in aliqua ecclesia in canonicis sunt recepti, vel in praebendarum asecutione ceteris anteferri, legatorum vel aliorum quorumcunque auctoritate receptis antea in eadem. Eum quoque, qui ad mandatum legati vel alterius, auctoritate apostolica sibi specialiter in hac parte concessa fungentis, recipitur, auctoritate apostolica receptum esse dubium non existit.

CAP. XIII.

Si post gratiam, mihi factam a Papa de canonicatu et praebenda, Bononienses canonici, hoc ignorantes et ignorantia praebendam conferunt post vacantem: non tenet collatio. H. d. Ioanna. Andr.

Idem.

Si, postquam canonicatum in aliqua ecclesia tibi contulimus, et de praebenda nulli alii de iure debita, inibi proxime vacatura, mandavimus provideri, hi, ad quos in ea spectat collatio praebendarum, praebendam, quae vacabit²³⁾ tibi postmodum, motu proprio, ignorantes tibi gratiam factam, alii duxerint conferendam: talis collatio in tuum praedictum attentata nullam obtinet firmitatem. Nam eo ipso, quod canonicus auctoritate apostolica fuisti effectus, ius ad obtinendam²⁴⁾ praebendam proximo vacaturam ibidem tibi acquisitum existit, eandemque²⁵⁾, quam cito vacavit, ex quo nulli alii debeatur, iuste petere potuisti, et ideo a praedictis, licet ignorantibus, alteri conferri nequibit.

CAP. XIV.

Si Papa det licentiam legato suo recipiendi auctoritate apostolica resignationes beneficiorum legationis suae, libere in manibus suis factas, et illa beneficia conferendi; secundo Papa, de praedicta potestate non habita mentione, canonicatum et praebendam, si vacat, vel quam primo vacaverit in aliqua ecclesia legationis, mihi conferat; tertio canonicus ipsius ecclesiae renunciet, et legatus etiam, ignorans collationem mihi factam, confert tibi praebendam praedictam: non tenet collatio legati, sed mihi illa praebenda debetur. Hoc dicit, Ioanna. Andr.

Idem.

Dudum venerabili fratri nostro S. episcopo Praenestino²⁶⁾, quem ad partes destinavimus Gallicanas, recipiendi auctoritate nostra resignationem ab obtinentibus beneficia ecclesiastica in eisdem partibus, qui ea vellent libere in eius manibus resignare, ac beneficia ipsa personis idoneis conferendi per nostras literas potestate concessa, nos postmodum, de concessione huiusmodi non habita mentione, Nicolao de Bonifac.²⁷⁾, camerario dilecti filii nostri N. tituli sancti Laurentii in Damaso presbyteri cardinalis, canonica-

tum Lexoniensis²⁸⁾ ecclesiae, quae in partibus illis²⁹⁾ existit, et praebendam nulli alii de iure debitam, si qua tunc vacabat in dicta ecclesia, contulimus, et sibi providimus de eisdem. Si vero nulla talis praebenda vacabat ibidem: nos praebendam, proximo inibi vacaturam, conferendam dicto camerario, quum vacaret, donationi apostolicae duximus reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super³⁰⁾ hoc a quoquam contingeret attentari, certis sibi ad hoc executoribus deputatis. Quumque postmodum Nicolaus Vasalli clericus canonicatum et praebendam, quos in dicta Lexoniensis ecclesia obtinebat, in dicti episcopi manibus resignasset, et dictae potestatis praetextu eos idem episcopus, collationis, provisionis, reservationis et decreti praedictorum forsam ignarus, Guilielmo Vasalli presbytero contulisset, dicti executores, collatione non obstatante praedicta literarum nostrarum auctoritate praebendam eandem dicto camerario, velut sibi debitam, contulerunt, quem dictus presbyter, praetextu³¹⁾ collationis per dictum episcopum sibi factae, quod praebendam ipsam pacifice possidere valeat, non permittit; propter quod idem camerarius nobis supplicavit humiliter, ut providere sibi super hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur, attendentes, quod, etiam memorato episcopo praedictam concessimus³²⁾ potestatem, penes nos tamen nihilominus remansit maior, licet eadem potestas etiam in praedictis, propter quod nostra, qui eandem praecipuimus potestatem, potior debet esse conditio, praesertim³³⁾, quod secundum canonicas et legitimas sanctiones per speciem generi derogatur, quanquam de genere in derogantem specie mentio nulla fiat; considerantes quoque, quod nos, exposito nobis de potestate praedicta, nihilominus literas gratiosas daremus in dictis partibus, non habita mentione de ipsa, quia foret absurdum, si tam lata³⁴⁾ nostra impediretur potestas, et si in omnibus provisionum nostrarum literis, quas concederemus in partibus supra dictis, oporteret³⁵⁾ nos de saepe dicta potestate specialem facere mentionem, et quod decretum nostrum praedictum, maxime hic, ubi³⁶⁾ iam dictus camerarius ante dictam renunciationem per nos erat Lexoniensis effectus³⁷⁾ canonicus, statim ignorantes ligaverat, quum super incerto non esset editum, nec ex alieno penderet arbitrio vel voluntate cuiusvis³⁸⁾, qui acceptandi potestatem haberet, et idcirco per illud etiam expressisse videmur, ne alius posset conferre, et potestatem praedictam, quantum ad praesentem speciem, revocasse, quae in hoc casu, ubi de lucro dicti G. tantum agitur, et non de praedictio episcopi memorati, ab ignorante potuit revocari, nec post revocationem huiusmodi ius, per eum in alium etiam ignorantem in re³⁹⁾ revocata transferri, ad instar etiam servi calendario praepositi, qui post mortem domini praepositus mutuas pecunias accipientis non facit, licet inter contrahentes mors domini praepositum revocans fuerit ignorata, et domini, qui peculium, quod proprio servo concesserat, statim perimit, quum in eo suam mutaverit voluntatem: discretioni vestrae mandamus, quatenus praefatum presbyterum monitione praemisissa per censuram ecclesiasticam compellatis, ut, collatione de canonicatu et praebenda praedictis per dictum episcopum sibi facta, quae nulla existit, non obstatante, dicto camerario praebendam ipsam omnino dimittat, et eum super ea deinceps nullatenus inquietet.

CAP. XV.

Secundus, qui impetravit dignitatem et praebendam, praefertur priori, qui solum praebendam impetraverat, si praebenda dignitati est annexa; alias non. H. d. Ioanna. Andr.

Idem.

Quia saepe dubitatur a multis, si canonicatus alicuius ecclesiae sit collatus a sede apostolica successive duobus, fueritque mandatum primo de praebenda, secundo vero de praebenda et dignitate, personatu vel officio, quum se facultas obtulerit, provideri, quis ipsorum in praebenda, quae cum dignitate, personatu vel officio vacat ibi, postmodum debeat de iure praeferrri: nos, dubitationem huiusmodi sopire volentes, praesenti declaramus edicto, primum, quum sit tempore anterior, cui per mandatum secundum praedictum, aut ius ipsius absorberi non debet, ex quo de intentione mandantis contraria non apparet, praeferrendum esse in dicta praebenda, nisi vacanti dignitati, personatu vel officio sit annexa. Nam si esset annexa, secundus, cui debetur dignitas, personatus vel officium, praeferrretur in ipsa.

Cap. XIII. 23) vacavit: Sext. Ms. — 24) obtinendam: Böhm. — 25) eamque: Sext. Ms.
Cap. XIV. 26) Penestrino: Sext. Ms. — 27) Benef'ca: id. — 28) leg.: Lexoniensis. — 29) ipsis: Sext. Ms. — 30) contra: ib.

— 31) occasions: id. — 32) concessimus: ib. — 33) eo praes.: id. Böhm. — 34) lato: Sext. Ms. — 35) oportet: Böhm. — 36) quia: Sext. Ms. — 37) omitt. id. — 38) eius: id. — 39) irrevocatum: id.

CAP. XVI.

Mandatum providendi de dignitatibus vel beneficiis aliis ecclesiasticis, curata non includit, non expressa cura. H. d. usque ad §. III. — §. 1. In beneficii provisione modus electivus non includitur, si alii modi providendi exprimentur. H. d. — §. 2. Beneficiales literae, unum modum exprimentes, alios non includunt. H. d. — §. 3. Mandatum, simpliciter duos includens, alterum solum non adstringit, et e converso directum uni duos non afficit. H. d. Dom.

Idem.

Quum in illis, quibus beneficia curam animarum habentia committuntur, maior quam in iis, qui ad alia promoventur, idoneitas requiratur: intentionis nostrae nequaquam existit, ut, quum aliquibus de ecclesiis, personatibus, dignitatibus vel aliis beneficiis quibuscunque de animarum cura mentione non habita provideri mandamus, ipsis de iis, quibus huiusmodi cura imminet, possit aut debeat provideri. §. 1. Illis vero, pro quibus scribimus, ut provideatur eisdem de personatibus vel dignitatibus, etiamsi curam habeant animarum, ad collationem, provisionem, praesentationem vel dispositionem spectantibus quorumcunque, provideri nequibit de praelatoris, personatibus vel dignitatibus, ad quos seu quas per electionem it, qui eis habent praefici, assumuntur. §. 2. Quum autem inter collationem, praesentationem et institutionem differentia magna esse noscatur: si cui de beneficio ad alicuius collationem spectante provideri mandetur⁴⁰⁾, de illo, quod ad eius praesentationem vel institutionem pertinet, provideri non poterit, nec etiam e converso. Expresso enim uno casuum praedictorum, mandatum super hoc factum, quod debet de sui natura restringi, ad alios extendi non debet. §. 3. Si vero de beneficio ad aliquorum collationem vel praesentationem spectante, non adiecto: „communiter vel divisim,“ provisio iniungitur facienda: in beneficio, quod ad collationem vel praesentationem alterius ipsorum tantum pertinet, adimpleri non potest; sicuti, si de beneficio, spectante ad collationem unius, provisio iniuncta fuisset, impleri non posset in beneficio, cuius collatio ad eum simul cum alio pertineret.

CAP. XVII.

Beneficium mihi collatum ante dissensum meum alteri conferri non potest, nisi terminus mihi datus ad consentiendum esset elapsus, et tunc etiam post terminum, antequam alteri conferatur, potero consentire. Ioann. Andr.

Idem.

Si tibi absenti per tuum episcopum conferatur beneficium, licet per collationem huiusmodi, donec eam ratam habueris, ius in ipso beneficio, ut tuum dici valeat, non acquiras: ipse tamen episcopus vel quicumque alius de ipso beneficio, nisi consentire recuses, in personam alterius ordinare nequibit. Quodsi fecerit, eius ordinatio, facta de beneficio non libero, viribus non subsistet. Sed si episcopus, notificata tibi collatione, ad consentiendum terminum competentem assignet: nisi consenseris, poterit, eo lapsu, beneficium libere cui viderit expedire conferre. Antequam tamen ipsum contulerit, tuum poteris, non obstante, quod lapsus sit terminus, praestare consensum⁴¹⁾, et extunc de ipso non poterit aliter ordinari.

CAP. XVIII.

Qui vi vel iniuste occupat secundum beneficium curatum, privatus est primo. Qui autem beneficium curatum aliquod occupat, est ipso iure privatus iure, quod in illo vel ad illud habebat. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Eum, qui beneficium, cui animarum cura imminet, vi occupat, seu se scienter iniuste intrudit in eo, decernimus ipso iure fore privatum beneficium, quod cum cura simili primitus obtinebat. Non enim decet, ut stultus melioris quam peritus conditionis existat, vel quod invasor eo, qui iuste ingreditur, privilegio gaudeat potiori. Insuper ut violenti, qui auctoritate, vel verius temeritate, propria occupare dignitates, personatus aut alia quaecunque ecclesiastica beneficia non verentur, etsi non virtutis amore, poenae saltem formidine a suae temeritatis audacia refragentur: eo ipso ius, si quod in dignitatibus, personatibus et beneficiis occupatis taliter, vel ad ea ipsis forsitan competeat, amittant.

CAP. XIX.

Habens potestatem apostolicam personae idoneae de beneficio providendi, alias beneficiato sufficienter providere non poterit, nisi in literis hoc exprimat, et tunc unicum simplex obtinenti providebit. Si vero conceditur, ut provideat beneficia obtinenti: ad duo tantum referatur, et contra factum est nullum. H. d. Dominicus.

Idem.

Is, cui conceditur, ut auctoritate apostolica possit uni personae

idoneae in sua vel alia ecclesia providere, alicui, aliud beneficium sufficiens obtinenti, providere non potest, nisi primo ille beneficium, quod obtinet, omnino dimittat, vel nisi in concessione huiusmodi sit expressum, quod alias beneficiatae valeat providere personae. Tunc enim providere poterit unicum duntaxat beneficium obtinenti, dum tamen illi cura non imminet animarum. Si vero concessum fuerit, ut providere illi valeat, qui alia beneficia noscitur obtinere: huiusmodi pluralitas debet solum ad duo beneficia sine cura restringi. Provisio quoque facta contra praemissa eo ipso viribus non subsistet⁴²⁾.

CAP. XX.

Si quis ignorans recipiat beneficium, prius reservatum vel alteri collatum per Papam, si, ex quo scivit, illud sine difficultate dimittit, recuperat priora beneficia, propter illud dimissa, alias non. Ioann. Andr.

Idem.

Si beneficia, quae per sedem apostolicam conferuntur aut decreto interposito reservantur, interdum contingat⁴³⁾ ab iis, ad quos alias pertinet collatio eorundem, aliquibus huiusmodi collationem seu reservationem ignorantibus de facto conferri, et beneficia, quae illi tenebant antea et⁴⁴⁾ post praedictorum ademptionem dimissa per eos aliis assignari: ne talis ignorantia eis, quum sint sine culpa, praedicialis existat, statuimus, ut, si ipsi, de collatione seu reservatione praedicta postea certiores effecti, sublata difficultate quacunque omnino dimiserint beneficia, sic sibi de facto collata, ad beneficia sua priora, collatione quibuscunque personis facta de ipsis nequaquam obstante, libere revertantur; alioquin redeundi ad ea, si difficultatem adhibuerint in aliis dimittendis, sit ipsis penitus interdicta facultas. Eundem quoque modum in dimittendo recepta et recuperando dimissa quoad omnes alios, qui forsitan occasione praedicta sua dimiserint beneficia, et dimissa per alios fuerint assecuti, per omnia decernimus observandum.

CAP. XXI.

Taciturnitas beneficii, etiam modici, vitiat dispensationem super pluralitate beneficiorum, quae, etiam legitime super duobus obtenta, ad duo prima recepta referuntur. Item provisio alicui facta de beneficio, non obstante, quod aliud habent, dispensationem super utroque retinendo non inducit. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Non potest dispensatio super pluralitate beneficiorum concessa impetranti prodesse, qui aliquod, quantumcunque modicum, beneficium subicit in eadem. Illud autem apostolicae sedis indultum, ut quis duo beneficia curam animarum habentia, si alias canonice conferantur eidem, possit recipere ac simul licite retinere⁴⁵⁾, intelligitur de duobus primis beneficiis, quae cum cura post dictum indultum obtinere contingit⁴⁶⁾ eundem. Quum vero tibi, non obstante, quod aliud beneficium obtinere noscaris, a sede praedicta⁴⁷⁾ de aliquo beneficio provideri contingit: per hoc tecum, ut primum beneficium cum secundo retinere⁴⁸⁾ valeas, non intelligitur dispensatum. Hoc enim solum praedicta operatur expressio, quod facta tibi gratia nequeat subreptitia iudicari.

CAP. XXII.

Mandatum legati super facienda provisione, per Papam confirmatum, papulis gratia est censenda. Zenzel.

Idem.

Si apostolicae sedis legatus, volens tibi suae legationis auctoritate in certa ecclesia providere, canonicatum et praebendam nulli alii de iure debitos, proximo in ipsa ecclesia vacaturos, collationi suae reservet, et decernat irritum et inane, si secus super hoc contigerit attentari, certis, qui eam tibi conferant, quum vacabunt, executoribus per suas literas deputatis; nosque postmodum, plena de his facta narratione, quod ab ipso legato factum extitit ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, et eisdem executoribus vel aliis nostris damus literis in mandatis, ut in huiusmodi provisionis negotio auctoritate nostra procedant iuxta ipsius legati continentiam literarum: certum est, quod, quum ipsa provisio ipsius legati⁴⁹⁾ post impertitam a nobis auctoritatem nostra censeatur effecta, omnibus, quibus postea mandavimus in eadem ecclesia provideri, etiamsi canonicatum ipsius ecclesiae duxerimus⁵⁰⁾ conferendum eisdem, de iure praeferrere debemus in praebenda postmodum inibi vacatura.

Cap. XVI. 40) mandatur: Sext. Ms.
Cap. XVII. 41) assensum: Sext. Ms.
Cap. XIX. 42) subsistet: Sext. Ms.
Cap. XX. 43) contingit: Sext. Ms. — 44) omitt. id.

Cap. XXI. 45) tenere: Sext. Ms. — 46) contigit: id. — 47) apostolica: id. — 48) tenere: id.

Cap. XXII. 49) ips. leg.: omitt. Sext. Ms. — 50) duximus: id.

CAP. XXIII.

Obstat taciturnitas obtenti beneficii, licet modici, nisi constet, provisionem factam proprio motu Papae; qui demum intelligitur, si hoc in littera exprimitur. H. d. Zenz.

Idem.

Si motu proprio alicui, aliquod beneficium obtinenti, conferamus aliud, de illo non habita mentione: non ob hoc gratiam huiusmodi, quae de nostra mera liberalitate processit, invalidam volumus reputari. Secus, si ad petitionem illius, vel alterius pro eodem oblatam, gratiam huiusmodi faciamus. Tunc enim, quantumcumque modicum beneficium taceatur in ea, ipsam veluti subreptitiam vires nolumus obtinere. Motu quoque proprio tunc solum gratia fieri censeatur, quum hoc expresse cautum fuerit in eadem.

CAP. XXIV.

Collatio, facta motu proprio Papae, pluribus beneficiis in eadem ecclesia vacantibus simul, intelligitur facta de pinguiori; sed, si beneficia sunt aequalia, ad eum spectat electio, cui gratia est concessa. Collatio vero, facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium restringitur. Si sint aequalia, eligit qui alias conferebat. Quo negligente alius eligit, et etiam contra. Hoc dicit secundum Zenz.

Idem.

Si, pluribus simul in aliqua ecclesia vacantibus dignitatibus vel praebendis, nos de hac vacatione incerti dignitatem vel praebendam, si qua nulli alii de iure debita in ipsa vacat ecclesia, cuiquam⁵¹⁾ in genere conferamus: gratiam huiusmodi, si motu proprio eam fecerimus⁵²⁾, ut tunc fiat interpretatio plenissima in eadem, referri volumus ad dignitatem vel praebendam, quae inter illas maioris cenbetur esse valoris; seu si sint forsan aequales, ad eam, quam is, cui conferimus, infra⁵³⁾ decennium post habitam de dicta vacatione notitiam duxerit eligendam. Si vero ad petitionem alterius ipsa gratia fuerit per nos facta: eam, (ut hoc casu, prout iuri congruit, restringatur,) ad illam, quae minoris valoris existit, seu, si sit aequalitas in eisdem, ad eam, quam is, ad quem ipsarum spectat collatio, infra dictum tempus elegerit, postquam sibi huiusmodi gratia erit nota, decernimus referendam⁵⁴⁾. Alterutro quoque ipsorum, prout ad eum pertinet, infra tempus debitum eligere negligente, ad alium extunc electio libere devolvatur.

CAP. XXV.

Non debetur expectanti praebendam, quae per episcopi praebendarii mortem vacat. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Quum in ecclesia tua, quae XII. canonicorum et XIII. praebendarum habet numerum, consuetudinem esse proponas, ut episcopus, qui est pro tempore, vocem habeat in capitulo tanquam canonicus, licet canonicos non existat, et unam de dictis praebendis sicut unus canonicus obtineat in eadem: certum est, eum, cui auctoritate apostolica provideri mandatur, de praebenda, nulli alii de iure debita, proximo in ipsa ecclesia vacatura, praebendam, quam per mortem episcopi vacare contingit, (ne contra dictam consuetudinem, cui per praefatum mandatum non intelligitur derogari, futurus episcopus praebenda careat, et dictus canonicorum numerus ampliatur,) habere non posse, sed expectare⁵⁵⁾ debere⁵⁶⁾, quousque vacet alia, oportebit eundem.

CAP. XXVI.

Per ademptionem secundi beneficii curati, cuius fructus alter ex causa percipit, non vacat primum. Ioann. Andr.

Idem.

Si, tibi concesso a nobis, ut fructus beneficiorum, quae usque ad certum tempus in tua vacabant dioecesi, percipere valeas pro solvendis debitis, quibus est tua ecclesia onerata, beneficium vacans postmodum, curam habens animarum annexam, alicui simile beneficium obtinenti te conferre contingat: aequum est, ut, quamdiu fructus ipsius perceperis, primum non debeat reputari vacare.

CAP. XXVII.

Quum mandatur alicui non sacerdotalis, vel certi valoris conferri praebenda: sacerdotalis dimidia vel minoris valoris illi etiam volenti conferri non poterit.

Idem.

Cui de non sacerdotali praebenda provideri mandatur, sibi etiam

volenti sacerdotalis auctoritate mandati huiusmodi conferri nequibit. Similiter, si in ecclesia, in qua integrae ac dimidiae praebendae habentur, mandetur integra conferri praebenda, quanquam ille, pro quo scriptum existit, dimidia velit esse contentus, ei de ipsa non poterit provideri. Idem, quum⁵⁷⁾ iniungitur provideri alicui de praebenda certi valoris, ut in praebenda minoris valoris etiam illo volente mandatum non possit adimpleri⁵⁸⁾. Non enim huiusmodi mandata, (quorum fines diligenter servari oportet,) debent ad casus alios, quam expressos, extendi.

CAP. XXVIII.

Secundo beneficio curato effectualiter adepto, primum consimile, eius possessore irrequisito, conferri potest, non autem eius possessio dari. Secundum Zenz.

Idem.

Licet episcopus beneficium, quod cum animarum cura tenebas, postquam aliud recepisti consimile, ac ipsius possessionem pacificam habuisti, vel per testetis, quo minus haberes eandem, possit alteri de iure conferre: illum tamen, cui contulerit, non debet, te non vocato, quum tibi forsan ius possit competere retinendi, in possessionem ipsius inducere corporalem.

CAP. XXIX.

Sacerdotalis praebenda per simplex mandatum de providendo non nisi apto ad sacerdotium est conferenda. H. d. secundum Zenz. et istud summarium potest adaptari utrique lectioni, positae in tertia glossa.

Idem.

Ei⁵⁹⁾, cui provideri mandatur simpliciter de praebenda proximo vacatura, sacerdotalis praebenda conferri non potest, si nondum in aetate tali existat, quod possit ad sacerdotium promoveri; sed aliam expectare debet.

CAP. XXX.

Ex mandato sedis apostolicae expectanti ex certa causa, ea deficiente beneficium petere impeditur. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Si pauper clericus, cui, quum beneficium nullum haberet, mandabatur de beneficio iuxta suae probitatis merita per episcopum provideri, aliud, antequam sit provisum eidem, beneficium fuerit assecutus: providere sibi episcopus, quum cesset causa mandati, de cetero non tenetur.

CAP. XXXI.

Ubi de prioritate beneficii pluribus collati non constat: primo possessio, deinde maior praerogativa praefertur. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Si a sede apostolica vel legato ipsius⁶⁰⁾ uni, et ab ordinario alteri eodem die idem beneficium conferatur, nec appareat, quae collatio fuerit primo facta: erit potior conditio possidentis. Si vero neuter possideat: is, cui sedes ipsa contulit vel legatus, propter conferentis ampliorem praerogativam erit alteri praefendus.

CAP. XXXII.

Religiosus habens prioratum vel ecclesiam curatam, si recipit secundum sine licentia Papae: ipso iure vacat primum. Quod si statim non dimiserit: efficitur ineligibilis, et privatur utroque. Eadem est poena in iis, qui habebant ante hanc constitutionem, nisi infra mensem alterum elegerint et alterum dimiserint. H. d. usque ad §. Prohibemus. Ioann. Andr. — §. 1. Prioratus ecclesiae vel administrationes unius monasterii, solita per ipsius monachos gubernari, absque sedis apostolicae licentia alterius monasterii monachis non committantur, nec commissis dimittantur. Quae contra fecerint, sint prius potestate ordinandi praedicta ea vice, et deferantur ad dioecesanum in non exemptis, et ad Papam in exemptis. Recipientes vel detinentes, alias, sunt ineligibiles ipso iure. H. d.

Idem.

Quum singula officia sint singulis committenda personis, et dissolutionis ac evagationis materia sit religiosis praeter ceteris auferenda: praesenti prohibemus edicto, ne aliqui monachi vel religiosi alii pluribus prioratibus vel ecclesiis, curam habentibus animarum, etiamsi eadem cura non per ipsos, sed per presbyteros, ad eorum praesentationem⁶¹⁾ per episcopos institutos, habeat exerceri, absque sedis apostolicae auctoritate praeesse praesumant, nisi forte

Cap. XXIV. 51) add.: legitime: Sext. Ms. in marg. — 52) fecimus: id. — 53) intra: Böhm. per tot. — 54) deferendum: Sext. Ms. — 55) spectare: Sext. Ms. — 56) desid. ap. Böhm. — 57) et quum: Sext. Ms. — 58) impleri: id.

Cap. XXIX. 59) Si: Sext. Ms. — 60) eiusdem: Sext. Ms. — 61) repraesentationem: Sext. Ms.

unus ex eis ab alio dependeat, vel adinvicem sint annexi; statuentes, ut, quicumque ipsorum prioratum vel ecclesiam talem obtinens alium receperit, primum, quo sit ipso iure privatus, statim omnino dimittere teneatur, per eum, ad quem pertinuerit, libere alteri conferendum. Quod nisi fecerit, ex tunc eo ipso efficiatur ineligibilis, et tanquam ambitiosus ab utroque penitus repellatur. Circa eos autem, qui plures prioratus vel ecclesias huiusmodi nunc⁶²⁾ detinent, providemus, ut infra⁶³⁾ mensem, postquam praesens constitutio pervenerit ad eosdem, unum ex ipsis, quem retinere voluerint, reliquis dimissis eligere teneantur, alioquin extunc poenis subiaceant supra dictis. §. 1. Prohibemus insuper, ne prioratus vel ecclesiae, aut administrationes seu officia unius monasterii, consueta per eiusdem monachos gubernari, committantur deinceps absque auctoritate sedis eiusdem alterius monasterii monachis gubernanda, nec hactenus commissa dimittantur eisdem; sed per eos, ad quos pertinent, libere ordinentur, quum illis non liceat habere locum in diversis monasteriis, quorum unum ab alio non dependet, nec aliorum monasteriorum, nisi canonice transferantur ad ipsa, prioratus, ecclesias, administrationes vel officia gubernare. Qui vero contra prohibitionem praesentem praedicta de cetero alienis monachis commiserint, vel dimiserint iam commissa, ea vice ordinandi de ipsis sint potestate privati, et de eis per dioecesanos, si exempta non fuerint, alioquin per sedem apostolicam ordinentur⁶⁴⁾. Hi autem, qui ea suscipere vel suscepta praesumpserint detinere, reddantur ineligibiles ipso iure.

CAP. XXXIII.

Contemptum possunt prosequi, si ad receptionem vel collationem absentis monachi vel canonici non vocentur; nisi consuetudo habeat, eos non vocari. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Quum in ecclesiis canonicorum receptio aut praebendarum vel beneficiorum collatio imminet facienda: absentes canonici, si commode fieri valeat, sunt vocandi; nisi consuetudo habeat, eos ad talia non vocari. Alioquin, quod in eorum absentia fieri contigerit⁶⁵⁾, eis instantibus irritari debet.

CAP. XXXIV.

Beneficia morientium etiam in loco vicino curiae Romanae per duas dietas legales, vel sede ipsa vacante, ibi causam, domicilium vel originem non habentium, vel etiam habentium, sed curialium, et ibi causa Romanae curiae morientium, vel translata curia eum sequentium, et in itinere decedentium, vel in loco, unde recessit curia, in quo remanserunt infirmi, conferri nequeunt per alium, quam per Papam. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Praesenti declaramus edicto, statutum felicis recordationis Clementis⁶⁶⁾ Papae praedecessoris nostri de beneficiis apud sedem apostolicam vacantibus, per alium, quam per Romanum Pontificem minime conferendis, locum habere in beneficiis, quae legati aut nuntii sedis eiusdem vel quivis alii ad Romanam curiam venientes, vel etiam⁶⁷⁾ recedentes ab ipsa, obtinere noscuntur, si eos in locis vicinis ipsi curiae mori contingat, quemadmodum si in loco, ubi eadem curia residet⁶⁸⁾, morerentur. Idem est, si aliqua curialis, (etiam ecclesia Romana vacante,) peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis seu alia quavis causa ad locum curiae vicinum secedens⁶⁹⁾, in huiusmodi loco vicino decedat; dummodo ibi, etiamsi erat ad ipsam curiam reversurus, eius domicilium seu domus propria non existat. Loca vero intelligantur vicina eidem curiae in praemissis, vel remota ultra duas dietas legales, quas hoc casu sic specialiter volumus computari, a loco, ubi moratur ipsa curia, non existunt. Sane, si quis in loco, ubi degit curia, suae originis domum habens, diem claudat extremum in ea: ipsius beneficia sub praedicto non aliter includantur⁷⁰⁾ statuto, quam si curialis esset antea, et ibidem occasione curiae moraretur. Porro, quum curiam de loco ad locum transferri contingit, si curiales, in itinere, (dum curiam sequuntur eandem,) vel in loco, unde recedit ipsa curia, forsitan remanentes infirmi, rebus inibi eximantur humanis: praemissum statutum, quantumcumque locus, ubi decedunt, ab ipsa curia sit remotus, ad illorum beneficia se extendit.

CAP. XXXV.

Mors Papae tollit, ne parochiales ecclesiae in curia vacare dicantur. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Si apostolica sede vacante aliquas parochiales ecclesias vacare de cetero contigerit apud ipsam: statuimus, ut de eis, ne ipsarum vacatio diutina periculum valeat animabus afferre, per eos, ad quos pertinet, possit libere ordinari, constitutione felicis recordationis Clementis Papae praedecessoris nostri de beneficiis, apud sedem ipsam vacantibus, per alium quam per Romanum Pontificem minime conferendis, vel alia quavis contraria super hoc edita non obstante. Idem volumus et⁷¹⁾ de illis, quae ibidem⁷²⁾ ipso Romano Pontifice vivente vacabunt, si de ipsis per eum ante ipsius obitum non fuerit ordinatum.

CAP. XXXVI.

Gratia alicui concessa, ut providere possit personis idoneis in certa ecclesia, personis non expressis, non expirat re integra obitu concedentis; secus, si personae essent expressae. Ioann. Andr.

Idem.

Si cui, nulla personarum facta expressione, sit gratiose concessa facultas, ut auctoritate apostolica possit aliquibus personis idoneis in certa ecclesia providere, vel beneficia, quorum collatio est ad sedem apostolicam legitime devoluta, conferre, contradictores eadem auctoritate per censuram ecclesiasticam compescendo: huiusmodi concessio, quam, quum specialem gratiam contineat, decet esse mansuram, non expirat etiam re integra per obitum concedentis. Secus, si super provisione certae personae facienda sit data potestas eidem non ob suam, sed eius, cui provideri mandatur, gratiam vel favorem; illa quidem expirat omnino, si concedens re integra moriatur.

CAP. XXXVII.

Qui ex licentia circa incertos concessa absque titulo ad sacros ordines clericis promovet, eis tenetur providere. Duae licentiam promoventi vel etiam promovendis, eis, promotis ad sacros sine titulo, providere tenentur. H. d. Zenz.

Idem.

Si episcopus, cui nullis personis expressis in genere commisisti, ut vice tua ordines in tua dioecesi celebraret, ad sacros ordines promoverit quempiam titulum non habentem: ei, quum in culpa fuerit taliter ordinando eundem, tenebitur vitae necessaria ministrare, donec sibi per eum vel alium de competenti beneficio sit provisum. Si vero certas commisisti⁷³⁾ eidem ordinare personas: tu, qui praevidere hoc casu, an haberent titulum, debuisti, taliter ordinato ad praedicta, donec per te beneficiatus fuerit, obligatus exististi. Eis autem, quibus a dioecesanis datur licentia, ut possint a quo voluerint episcopo ad omnes sacros ordines promoveri, non qui ordinant, sed qui tribuunt licentiam, quam eam dare non debeant titulum non habenti, ad praemissa, si titulum non habeant, obligantur.

CAP. XXXVIII.

Si primo loco Papa dat licentiam conferendi beneficia certo modo vacantia, vel ad Papam devoluta, secundo aliquod de his conferat specialiter, vel conferri mandet: species generi derogat illi, quod secundo beneficium debetur. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Quantumvis tibi nuper in genere potestatem dederimus beneficia sex clericorum tuorum cedentium vel decedentium auctoritate nostra personis idoneis conferendi: canonicatum tamen et praebendam, quos in tua ecclesia, in qua post⁷⁴⁾ praedictam gratiam tibi factam mandavimus cuidam specialiter provideri, obtinebat quidam ex iisdem tuis clericis nunc defunctus, conferre non potes, quum illi, pro quo scripsimus, debeantur. Nam primae generali gratiae tibi factae derogat posterior specialis, licet de illa non fecerit mentionem. Simili ratione, si post facultatem tibi concessam a nobis conferendi beneficia tuae dioecesis, quorum collatio est ad sedem apostolicam devoluta, nos eorum aliquod, antequam tu conferas, conferamus specialiter alicui vel conferri mandemus, de concessione tibi facta non habita mentione: facta per nos collatio canonica est censenda.

Cap. XXXII. 62) sic: id. — 63) intra: Böhm. — 64) ordinetur: Sext. Ms.

Cap. XXXIII. 65) contingit: Sext. Ms.

Cap. XXXIV. 66) cf. supra c. 2. — 67) omitt. Sext. Ms. — 68) re-

sideret: id. — 69) secedens causa cessante ad ipsam curiam reversurus, in huiusmodi etc.: id. — 70) includantur: id.

Cap. XXXV. 71) omitt. id. — 72) abest ab eod.

Cap. XXXVII. 73) commissas: Sext. Ms.

Cap. XXXVIII. 74) per: Sext. Ms.

CAP. XXXIX.

Revocatio gratiae non tollit ius quaesitum, sed quaerendum, nisi ius annexionis aliud inducat; nec tamen tollit ius quaerendum, annexum iuri digniori, quam quaesito. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Si is, cui de canonicatu, praebenda et dignitate, personatu vel officio per felicis recordationis Nicolai⁷⁵⁾ vel Coelestini praedecessorum nostrorum literas gratia in aliqua ecclesia facta erat, constitutionis nostrae revocatoriae tempore canonicatum et praebendam, dignitati, personatui vel officio alicui non annexam, erat adeptus: licet dignitatem, personatum seu officium inibi expectaret, propter expectationem huiusmodi privatus non intelligitur iure, quod in canonicatu et praebenda fuerat canonicè assecutus; ius tamen, quod ad dignitatem, personatum vel officium compete- bat eidem, iuxta verba dictae revocationis intelligitur revocatum. Non sic autem, si canonicatum cum dignitate, personatu aut officio, conferri tantum canonico consuetis⁷⁶⁾, fuerat assecutus sub expectatione praebendae; quum ius magis dignum, quod iste in dignitate, personatu seu officio huiusmodi iam habebat, ius minus dignum canonicatus retineat, cuius canonicatus ratione ius eidem salvum remanet, ad praebendam nulli alii debitam apostolica ante ipsum auctoritate recepto. Sed et si ex episcopi vel alterius cuiuscunque collatione vel provisione adeptus fuerat in eadem ecclesia dignitatem, personatum sive officium, conferri tantum canonico consueta, praefatus, qui canonicatum auctoritate apostolica iam habebat, idem erit censendum.

CAP. XL.

Obest revocatio gratiae praebendam expectanti et decreti interpositio etiam ignorantia. H. d. Zenz.

Idem.

Quodam per literas felicis recordationis Nicolai Papae praedecessoris nostri canonicatum sub expectatione vacaturae praebendae in certa ecclesia obtinente, successor eius Coelestinus cuidam alteri similem in eadem ecclesia gratiam fecit, quem omnibus, etiam ante ipsum auctoritate apostolica vel quavis alia in ecclesia ipsa receptis, voluit anteferri, cum interpositione decreti. Priusquam tamen ad primum et eius executores secundae gratiae notitia pervenisset: vacans praebenda eidem primo per suos fuit executores collata. Post huiusmodi autem et⁷⁷⁾ ante factam secundo collationem ipsius praebendae, nostra constitutio revocatoria emanavit. Et quoniam quis eorum ius habeat in praebenda huiusmodi dubitatur: nos neutrum illorum habere ius decernimus⁷⁸⁾ in eadem. Prima enim collatio, post et contra decretum a dicto Coelestino interpositum facta, licet ab ignorantibus et etiam ignorantia, non obtinet firmitatem. Ius vero, quod secundo ad praebendam, non in praebenda huiusmodi compete- bat, quum nostram revocationem eius collatio non praecesserit, per eam penitus est sublatum.

CAP. XLI.

Mandatum de providendo de beneficio, ad collationem capituli pertinente, non tangit ius singularis canonici. Hoc dicit secundum Zenz.

Idem.

Mandatum apostolicum tibi directum, ut T. clerico de beneficio spectante ad collationem Narbonensis capituli provideres, beneficia eiusdem capituli, sive dentur in communi per ipsum, sive per canonicos eiusdem ecclesiae singulares vice ac auctoritate capituli, aut ex iure ipsius de consuetudine vel statuto, merito comprehendit. Ad beneficia tamen ratione dignitatum, personatum vel officiorum⁷⁹⁾, quae nonnulli ex eisdem canonicis obtinent in ipsa ecclesia, ad eorundem collationem spectantia, mandatum huiusmodi minime se extendit. Idem esse censemus, si ratione praebendarum suarum ad ipsos canonicos collatio dictorum beneficiorum singulariter pertinere noscatur, nisi contineatur forsitan in mandato, quod eidem clerico provideas de beneficio ad collationem Narbonensis capituli pertinente communiter vel divisim. Tunc enim de beneficiis, quae ad ipsorum collationem⁸⁰⁾ pertinent, ratione huiusmodi praebendarum poteris providere.

Cap. XXXIX. 75) add.: Papae: Böh. — 76) consueto: Sext. Ms. Cap. XL. 77) omitt. Sext. Ms. — 78) dicimus al. decernimus: id. Cap. XLI. 79) officiorum vel praebendarum: Sext. Ms. — 80) add.: singulariter: id.

TITULUS V.

DE CLERICO AEGROTANTE VEL DEBILITATO¹⁾.

CAP. UN.

Datio coadiutorum episcoporum et suorum superiorum est de maioribus causis, et spectat ad solum Papam. Potest tamen episcopus, senio vel infirmitate perpetuo impeditus, de consensu capituli sui vel maioris partis sibi auctoritate apostolica unum vel duos coadiutores assumere, et, si demens fuerit, capitulum aut duae partes ipsius hoc faciunt. Sed si episcopus contradicit, tunc nil innovabit capitulum, sed episcopi et ecclesiae conditionem, quam cito poterit, intimabit Papae. Et coadiutores illi sumptus moderatos habebunt de proventibus praelatorum ipsorum. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Pastoralis officii debitum exsequentes declaramus atque statuimus, coadiutorum episcoporum et superiorum praelatorum dationem intelligendam esse de causis maioribus, et referendam ad sedem apostolicam, ac ab ea, consuetudine²⁾ non obstante contraria, tantummodo postulandam. Verum ne hoc praetextu ecclesiae existentes praecipue in remotis dispendia patiantur: nos; earum in hac parte indemnitate praecavere volentes, hac generali constitutione sancimus, ut episcopus, senio aut valetudine corporali gravatus, vel etiam³⁾ alias adeo impeditus perpetuo, ut officium suum nequeat exercere, possit de sui consilio et assensu capituli, vel maioris partis ipsius, unum vel duos auctoritate apostolica coadiutores assumere ad dictum officium exsequendum. Si vero episcopus demens fuerit, et quid velit aut nolit exprimere nesciat vel non possit: tunc eius capitulum vel duae ipsius partes eadem auctoritate unum aut duos coadiutores assumant⁴⁾ idoneos, qui eius officium exsequantur. Si autem episcopus, senio aut incurabili⁵⁾ morbo gravatus, vel perpetuo impedimento detentus, ad sui executionem officii reddatur inutilis, et coadiutorem assumere vel habere noluerit, licet a capitulo requisitus proprio, se illius non indigere suffragio forsitan asserendo: tunc nil per capitulum innovetur, sed hoc casu et etiam proximo idem⁶⁾ capitulum episcopi et ecclesiae suae conditionem et statum, ac facti circumstantias universas, quam cito poterit, fideliter et explicite referat⁷⁾ ad notitiam dictae sedis, recepturi⁸⁾ humiliter et efficaciter impleturi quod super hoc per sedem ipsam contigerit ordinari. Praesenti quoque adiciamus sanctioni, ut coadiutores huiusmodi de proventibus praelatorum, in quorum assumuntur auxilium, sumptus recipient moderatos, ab alienatione qualibet de bonis ecclesiasticis praelatorum ipsorum vel ecclesiarum suarum quomodolibet facienda penitus abstinentes, rationem non solum in districto examine, sed et praelatis eisdem, si sanae mentis extiterint, ac capitulis eorundem, seu etiam ipsorum praelatorum successoribus, si hoc antea non fecerint, plenariam reddiduri. Ceterum quod de episcopis praemittitur ad superiores etiam praelatos esse volumus et intelligimus referendum.

TITULUS VI.

DE INSTITUTIONIBUS.

CAP. I.

Capitulum sede vacante licet beneficia ad episcopi collationem spectantia conferre non possit, tamen a illa praesentatos instituere potest. H. d. Zenz.

Bonifacius VIII.

Etsi capitulum sede vacante beneficia, quae ad collationem episcopi pertinent, conferre non possit: praesentatos tamen a patronis potest admittere, si sint idonei, et eos instituere in beneficiis, ad quae fuerint praesentati, licet ad episcopum, si superasset, admissio et institutio huiusmodi pertineret.

CAP. II.

Non repellit praesentatum defectus sacrorum ordinum. H. d. Zenz.

Idem in eodem.¹⁾

Si is, ad quem rectoris praesentatio in aliqua parochiali ecclesia noscitur pertinere, quempiam non constitutum in sacris praesentet ad eam: ipsum, dummodo alias sit idoneus, et infra²⁾ tempus a iure statutum ad ordines, quos ipsius ecclesiae cura requirit, valeat promoveri, decernimus admittendum.

TIT. V. 1) et debilitate: Sext. Ms. — Cap. un. 2) constitutione, consuetudine: id. — 3) omitt. id. — 4) assumat: Böh. — 5) inevitabili: Sext. Ms. — 6) omitt. id. — 7) deferat: id. — 8) receptum: id. TIT. VI. Cap. II. 1) in eod.: omitt. Sext. Ms. — 2) intra: Böh.

TITULUS VII.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE ET
ECCLESIAE NON VACANTIS.

CAP. I.

Si mandetur alicui provideri de dignitate vacatura, quam duxerit acceptandam, et vacat dignitas, quam ante acceptationem ordinarius confert: tenet ipsius collatio, etiamsi executor impetrantis ante acceptationem fecerit reservationem, inhibitionem et processum super prima vacante. Ioann. Andr.

Innocentius IV. 1) dilecto filio Andreae Capellano nostro.

Quia cunctis (Et infra:) Proponebatur itaque pro²⁾ parte tua, quod, quum praedicta praepositura, dum vacabat, tibi per eum, qui conferre potuit ipsam, collata fuisset, collatio huiusmodi canonica existebat, maxime quum nulla per priorem ipsam, quae illam impedire posset³⁾, inhibito praecessisset. Dicebat autem pars altera, quod, quum praemissae literae sede Carnotensi vacante fuissent in capitulo publicatae, ac praefatus episcopus tunc de capitulo ipso esset, ibique praesens existeret, ignorare non potuit mandatum apostolicum super conferenda memorato D. 4) praebenda vel dignitate sine cura, quam ipse duceret acceptandam, quum primo in ecclesia ipsa⁵⁾ praedicta vacaret alii fuisse directum, et sic per consequens facultatem sibi esse sublatam conferendi huiusmodi dignitatem. Propter quod videbatur, quod nec per se, nec per alium praefatam praeposituram, curam non habentem animarum annexam, quae primo post mandatum ipsum in ecclesia praedicta⁶⁾ vacavit, potuerit⁷⁾ alicui personae⁸⁾ conferre; praesertim quum iam dictus prior, eodem publicato mandato, mox praefato D. 9) praebendam vel dignitatem, curam huiusmodi¹⁰⁾ non habentem, quam primo in eadem ecclesia vacare contingeret, contulisset, nec alias etiam¹¹⁾, prout¹²⁾ allegabatur, professus poterat ipsius episcopi ignorantia in hac parte. Nam si alicui a sede apostolica concedatur, quod excommunicari non possit, licet id forsitan suus ignoret episcopus: non tamen propter hoc eius ligatur sententia, si quam proferat in eundem. Similiter, si alicui conferendi praebendam aliquam tribuatur a sede apostolica potestas, ex hoc¹³⁾ ipso videtur, quod sit episcopo conferendi tunc¹⁴⁾ eam penitus interdicta facultas. Nec obstat, si forte¹⁵⁾ obiiceretur, quod lex seu constitutio et mandatum nullos adstringunt¹⁶⁾, nisi postquam ad notitiam pervenerint¹⁷⁾ eorundem, aut nisi post tempus, infra¹⁸⁾ quod ignorare minime debuissent; quia in privilegiis et indulgentiis seu concessionibus specialibus secus existit, in quibus sufficit, quod ad illorum, quibus conceduntur, notitiam perveniant, ut patet, quum indulgetur alicui, quod excommunicari non possit, sicut superius est expressum. Et quidem, quum tribuitur¹⁹⁾ alicui potestas conferendi praebendam, videtur procul dubio ei concedi aliquid speciale. Adiciatur insuper, quod, quum sententia statim ardet²⁰⁾ etiam ignorantem, quoniam, si contra praelatum aliquem absentem depositionis sententia proferatur, contractus, quos inibi ignoranter postea ut praelatus, nullum robur obtinent firmitatis, et in supra²¹⁾ dictis literis²²⁾ irritum decernimus et inane quicquid super huiusmodi praebenda vel dignitate contra nostrum contigerit²³⁾ attentari mandatum, collatio, quam idem episcopus post tale nostrum decretum, sive illud ignoraverit sive non, de praefata praepositura per se vel per alium fecerat²⁴⁾, non valebat. Ex parte vero tua existit replicatum, quod haec²⁵⁾ de illis privilegiis et indulgentiis aequitate suadente debent intelligi, quae vim suam habent mox, quum ad illos, quibus conceduntur, perveniunt²⁶⁾; ex quorum tenore liquido nosci potest, quod talis circa ea fuerit intentio concedentis, utpote quum alicui conceditur²⁷⁾, quod excommunicari non possit. Ex hoc enim evidenter apparet, aliis ipsum²⁸⁾ excommunicandi ademptam esse penitus facultatem. Non sic autem, si²⁹⁾ alicui conferendi praebendam, sive certam sive incertam, tribuatur potestas. Non enim tunc esse

videtur tribuentis intentio, ut per hoc ei³⁰⁾, ad cuius donationem praebenda ipsa pertinet, conferendi possibilitas adimatur, nisi prius ille sibi³¹⁾ notificet; quod eam velit per huiusmodi potestatem conferre, aut ei collationem interdicit illius, vel postquam illi³²⁾ notificaverit, talem potestatem fore sibi concessam, vacuum decernat et irritum, si secus de ipsa praesumat; quia, quum illi non amplius detur potestas, quam³³⁾ ipse Romanus Pontifex habeat in hac parte, sicut per eam, quam³⁴⁾ obtinet ipse Romanus Pontifex, facultas conferendi beneficium vel praebendam, nisi suam³⁵⁾ insinuet voluntatem, alicui non auferatur, similiter et per eam, quae taliter illi ab ipso conceditur, ei, ad quem ipsius praebendae spectat collatio, priusquam insinuet ille sibi, quod eam velit concedere, vel etiam³⁶⁾ conferat³⁷⁾, si forte vacet, potestas non tollitur conferendi, nisi forsitan, quod ipsam conferre non possit, exprimat in concessionem huiusmodi potestatis. Tunc enim, licet talem³⁸⁾ concessionem fortassis ignoret, sua tamen collatio, si postmodum praebendam ipsam conferat, nihil valet, quum satis super hoc concedentis intentio agnoscat, sicut quum indulgetur alicui, quod excommunicari non valeat, ut in superioribus est praemissum. Subiunctum etiam existit, quod, quum memorato priori per³⁹⁾ praefatas literas mandassemus, ut memorato D. praebendam vel dignitatem sine cura, quam⁴⁰⁾ acceptandam duceret, si vacaret tunc, vel quam primo⁴¹⁾ vacare contingeret in ecclesia praedicta, conferret, idem prior providendi ei de praebenda vel dignitate ipsa, nisi post acceptationem ipsius, non habebat⁴²⁾ aliquam potestatem. Unde, quum saepe dicta⁴³⁾ praepositura fuerit tibi⁴⁴⁾, antequam illam idem⁴⁵⁾ D. acceptaret, praefati episcopi auctoritate collata: huiusmodi collatio talis mandati nostri praetextu, etiamsi prius illud episcopus ipse⁴⁶⁾ scivisset, non poterat vacuari. Nostrum autem in hac parte decretum ad praebendam seu dignitatem, quam praedictus D. acceptaret, referri debebat; alioquin super incerto fuisset editum, nec aliquem adstrinxisset. Sed existit ex adverso responsum, quod, etsi praefatus prior iam dicto D. praebendam vel dignitatem huiusmodi, quum vacaret, ante huiusmodi⁴⁸⁾ acceptationem conferre nequiret, idem tamen D. praebendam vel dignitatem talem licite posset et libere acceptare. Quare praedictus⁴⁷⁾ episcopus praefatam⁴⁸⁾ praeposituram, quum non prius eum requisierit, an acceptare vellet eandem⁴⁹⁾, cuiquam conferre non potuit; quin immo ipsius collatio, quum idem D. praeposituram ipsam postmodum acceptaverit⁵⁰⁾, irritari debebat⁵¹⁾, et concessio per iam dictum archiepiscopum sibi facta debet⁵²⁾ stabilis permanere; sicut, quum legatur alicui unus ex servis, quem elegerit⁵³⁾ vel optaverit, et heres ante optionem vel electionem illius manumittit aliquem vel alienat ex illis: profecto manumissio⁵⁴⁾ vel alienatio irritatur, ceditque ille legato, si legatarius eum duxerit eligendum. E contra⁵⁵⁾ vero pro parte tua⁵⁶⁾ propositum existit, quod id⁵⁷⁾ in ultimis voluntatibus tenet, nec praemissa in legatis futuris, quemadmodum in exstantibus habent locum, quia nec etiam ad optandum seu eligendum ex illis, sicut ex iatis potest terminus assignari, et gravis inesset conditio⁵⁸⁾, quoddamque incongruum videretur, si, quando mandaretur alicui de beneficio, quod duceret acceptandum in aliqua provincia⁵⁹⁾, quam primo illud⁶⁰⁾ vacare contingeret, provideri, oporteret⁶¹⁾ ipsum in singulis beneficiis postmodum inibi⁶²⁾ vacantibus, prorogata non absque periculo forsitan ipsorum collatione, requiri. Unde quum saepe⁶³⁾ praefato priori fuisset iniunctum, ut dicto⁶⁴⁾ D. praebendam vel dignitatem⁶⁵⁾, quam acceptandam duceret, si vacaret in ecclesia memorata, vel quam cito contingeret eam vacare⁶⁶⁾, sibi auctoritate apostolica conferret, et ita eidem D. circa futuras sive vacaturas praebendas vel dignitates tales ipsius ecclesiae optio data esset: non poterat per hoc memorati episcopi in illis⁶⁷⁾, quando vacarent, collatio impediri, nisi forsitan quum aliquam ex eis vacare contingeret, illam ipse D., priusquam eam conferret episcopus, acceptaret, vel etiam nisi ante vacationem alicuius ipsarum vacaturarum ex his primam, vel, ea omissa, ex aliqua causa ulteriorem duceret acceptandam; quia taliter acceptatam conferre postmodum

TIT. VII. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — 2) ex: Innoc. IV. Ms. — a: Sext. Ms. — 3) poterat: Innoc. IV. Ms. — 4) B.: id. ap. Mans. — 5) omitt. Sext. Ms. — seq.: praed.: non exstat ap. Innoc. IV. — 6) ipsa: id. Ms. — 7) potuit: id., Sext. Ms. — 8) desid. ap. Innoc. IV. Ms. — 9) B.: id. ap. Mans. — 10) animarum: id. Ms. — 11) omitt. Sext. Ms. — 12) ut: id., Innoc. IV. Ms. — 13) a se ipsa in hoc: Innoc. IV. Ms. — 14) desid. ib. — 15) si forte obi.: omitt. id. — 16) constringunt: id. — 17) pervenit: id. ap. Mans. — pervenerit: Sext. Ms. — 18) intra: Böhm. — 19) tribuatur: Sext. Ms. — 20) ardet: id. — 21) in dictis al. supradictis: Sext. Ms. — 22) add.: continetur: id. — 23) contingeret: id., Innoc. IV. Ms. — 24) fecerit: Sext. Ms. — 25) omitt. Innoc. IV. Ms. — 26) notitiam perveniunt: id. ap. Mans. — 27) concedatur: id. Ms., Sext. Ms. — 28) eum: Innoc. IV., Sext. Ms. — 29) est, si: Sext. Ms. — est, quum: Innoc. IV. Ms. — 30) omitt. id. — 31) tibi: id. ap. Mans. — 32) ipsi: Innoc. IV., Sext. Ms. — 33) quam R. P. habet: Innoc. IV. Ms. — 34) quam tamen: id. — 35) suam in hoc: Innoc. IV. — 36) eam: id. Ms. — 37) conferre: Sext. Ms. — 38) illam: Innoc. IV. Ms. — 39) post: id. — 39) add.:

ipse: id. — 40) desid. ib. — quam primum eam: id. ap. Mans. — quam primo eam: Sext. Ms. — 41) habet: id. — habet: Innoc. IV. ap. Mans. — 42) supra dicta praebenda vel praep.: id. — ecclesiae vel praep.: Sext. Ms. — 43) ibi: Ed. Rom. oper. mend. — 44) omitt. Sext. Ms. — 45) omitt. id. — 46) ipsius: id. — 47) praefatus: id., Sext. Ms. — 48) praedictum: id. — 49) eam: Innoc. IV. ap. Mans. — 50) acceptaret: id. Ms. — acceptavit: Sext. Ms. — 51) debeat: Innoc. IV. ap. Mans. — 52) de illa stabilis permaneret: id. — 53) manumittit: id. — 54) talis manum.: Innoc. IV. — 55) E. contrario pro: id. ap. Mans. — 56) pro te: id. Ms. — 57) desid. ap. Mans. — 58) cond. quodammodo, quia nec etiam ad optandum incongruum videretur, si quando: id. — 59) ecclesiae vel prov.: id. Ms. — 60) illuc: id. — 61) oportet: Sext. Ms. — 62) desid. ap. Innoc. IV. Ms. — 63) desid. ap. Mans. — 64) iam dicto: Innoc. IV. — 65) add.: sine curam: id. ap. Mans. — sine cura: id. Ms. — 67) ibi vac., auct. ap.: id. — 67) in illis aliquatenus: id. — in illis collatio, quum vacaret, aliquatenus imp.: Mans.

episcopus non valeret. Nos itaque, tam tuis quam praefati D. rationibus plenius intellectis, quia saepe dictam praeposituram ad te novimus⁶⁸) pertinere, ipsam tibi, habito fratrum nostrorum consilio, adjudicare curavimus, ipsi⁶⁹) D. super ea⁷⁰) perpetuum silentium imponentes.

CAP. II.

*Omnis promissio, per quam datur via ad beneficium vacatura, est repro-
bata.* Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Detestanda iniquorum perversitas, abstinere nesciens a vetitis, nec gaudere debito modo concessis, digne plerumque officium exi-
tat praesidentis ad ea, quae iusta fuerant consideratione concessa, quum in abusum ea vergere circumspicit, discretione praevia revo-
canda. Sane, licet olim fuerit canonica constitutione decretum, quod hi⁷¹), qui promittunt aliquibus de beneficiis ecclesiasticis, quum poterunt⁷²), vel quum facultas se obtulerit providere, prom-
missiones suas facultate se offerendo debeant adimplere; quia tam-
men, sicut experientia docuit, per promissiones huiusmodi, quae per importunitatem nimiam, per quam non concedenda multoties concedantur, et per⁷³) ambitionem improbam⁷⁴) ut plurimum extorquentur, aperitur via sub tali palliatione verborum ad promit-
tenda damnabiliter contra Lateranensem⁷⁵) concilium beneficia vacatura, mortis alienae⁷⁶) votum ingeritur, et ecclesiis, ac praesentibus et personis ecclesiasticis gravamina plurima inferuntur: non, malis huiusmodi et animarum periculis occurrere cupientes, prom-
missiones easdem, et alias quaeunque, sub quovis modo aut forma verborum de cetero faciendas, per quas directe vel indirecte aperiri via valeat ad beneficia vacatura, auctoritate apostolica penitus reprobamus et omnino viribus vacuumus, decernentes, per eas vel ipsarum aliquam ad providendum alicui nullum deinceps quomodo-
libet obligari.

CAP. III.

Habens literas apostolicae sedis super primo beneficio, dignitate vel praebenda, quod duxerit acceptandum, certum acceptare non potest; sed primum, quod vacabit, vel ex causa secundum, vel ulterius poterit acceptare. Reservationes, processus et decreta, contra hoc facta, non valent. Ioann. Andr.

Idem.

Ne captandae alienae mortis occasio ex benignitate gratiarum sedis apostolicae tribuatur: declarandum duximus, quod is, cui ab eadem sede, ut ei provideatur de praebenda, dignitate, vel personatu aut alio beneficio in aliqua provincia, dioecesi vel ecclesia, quem seu quod duxerit acceptandum, certis sibi super hoc⁷⁷) exsecutoribus deputatis, gratia noscitur esse facta, licet in genere primum personatum, dignitatem, praebendam seu beneficium, in eadem provincia, dioecesi vel ecclesia vacaturum, aut secundum, seu ulterius, si rationabilis causa subsit, valeat acceptare, certum tamen et expressum, priusquam vacet, acceptare non potest. Quodsi fecerit, etiamsi per exsecutores eius secundum acceptationem huiusmodi facta fuerit reservatio, inhibitio, variique processus ac sententiae promulgatae: tam acceptatio ipsa quam processus viribus careant, nec aliquam obtineant roboris firmitatem. Immo, nisi acceptator ille dignitatem, praebendam, personatum seu beneficium, taliter acceptatum et reservatum per collationem vel institutionem postmodum factam de vacanti, iam adeptus, vel ei ius in ipso fuerit acquisitum: per eum, ad quem eiusdem personatus, dignitatis⁷⁸) praebendae aut beneficii collatio seu provisio pertinet, dictis acceptatione ac exsecutorum processibus inde secutus nequaquam obstantibus, de illo vacanti libere poterit alii provideri.

CAP. IV.

Sine speciali mandato non inhibet exsecutor generaliter collationem beneficiorum provinciae, specialiter vero reservat primum, et inhibet ulteriorem non sine mandato; nec tunc tenet collatio contra facta. H. d. Dominicus.

Idem.

Exsecutor, super provisione alicuius a sede apostolica per genera-
les literas in aliqua provincia deputatus, praelatis et aliis, ad quos beneficiorum in eadem provincia spectat collatio, ne ad provisionem aliquorum procedant, donec illi, pro quo scribitur, sit provisum,

non potest generaliter inhibere, nisi expresse in ipsis literis facultas huiusmodi inhibitionis concedatur. Potest tamen reservationem et eidem inhibitionem facere specialem de primo, vel, si hoc illi ex beneficio competat literarum, de secundo vel ulteriori beneficio inibi vacaturo, eidem clerico conferendo. Quod autem contra talem reservationem et inhibitionem ab eo, ad quem beneficii reservati collatio pertinebat, fuerit attentatum, non tenet.

CAP. V.

Si mandetur capitulo, ut me recipiant in canonicum, et praebendam conferant, quum id pertineret ad eos, dato exsecutori ad providendum: per solam praesentationem factam capitulo affecta est praebenda, et exsecutor, negligente capitulo infra terminum per eum statutum me recipere et praebendam conferre, non vocato capitulo id exsequi poterit. Ioann. Andr.

Idem.

Si capitulo alicuius ecclesiae, quum ad ipsum canonicorum receptio ac praebendarum collatio pertinebat, ut te in canonicum reciperet, et tibi de praebenda, si tunc vacaret, inibi provideret, vel quum se facultas offerret, ac exsecutori, qui eodem capitulo negligente mandatum apostolicum exsequatur, directa fuerint scripta nostra: per solam illorum praesentationem capitulo ipsi factam, abaque alia etiam exsecutoris insinuatione, inhibitione seu reservatione, beneficium, pro quo tibi conferendo scriptum existerat, adeo est affectum, quod de illo alteri facta collatio non obtinet firmitatem. Immo si capitulum infra⁷⁹) terminum competentem, sibi ab exsecutore praefixum, mandatum apostolicum ei pro te directum, in quantum poterit⁸⁰), non duxerit adimplendum: extunc in ipsum exsecutorem potestas provisionis huiusmodi transferatur, et exsecutor ipse canonicatum in continenti poterit tibi dare, ac praebendam, etiam sine alia capituli vocatione vel monitione, si vacat, vel quum obtulerit se facultas.

CAP. VI.

Si soli ordinario, vel soli exsecutori ad compellendum, vel ordinario et tali exsecutori sit scriptum: per praesentationem talis mandati non afficitur praebenda, nisi in literis esset decretum, aut exsecutor ille insinuasset et interdixisset; maxime quum decreto vel ratione mandati iam esset facta receptio ad canonicatum. In his casibus vel ipsorum altero affecta est praebenda ita, quod collatio alteri facta non tenet. Ioann. Andr.

Idem.

Si soli ordinario pro te beneficiando, exsecutore non dato, vel ordinario et exsecutori, ut eum ad faciendum quod mandatur compellat, aut soli exsecutori, ut tibi faciat de canonicatu et praebenda vel alio beneficio in certa ecclesia, dioecesi seu provincia provideri, mandatum apostolicum sit directum: per talis praesentationem mandati, ordinario ipsi factam, licet, si contra faciat, puniendus existat, ei tamen potestas sic non admittit conferendi, quin teneat alteri facta collatio ab eodem: nisi nos in gratia tibi facta decrevissemus irritum et inane quod fieret contra ipsam, aut exsecutor, huiusmodi ordinario suam insinuans potestatem, ne alteri conferret beneficium, de quo tibi est secundum tenorem huiusmodi mandati apostolici providendum, interdixisset eidem, praesertim cum interpositione decreti, vel, nisi tu iuxta dictum mandatum esses in canonicum iam receptus. Tunc enim praebendae collatio alteri facta firmitatem aliquam non haberet⁸¹).

CAP. VII.

Si tres expectantes sunt in una ecclesia, unus auctoritate Martini, alter auctoritate Bonifacii, tertius eiusdem auctoritate cum praerogatione, ut praefertur omnibus receptis non auctoritate Bonifacii: praebendas hi consequentur hoc ordine, quia primam habebit secundus, secundam tertius, tertium primus; quod probatur argumento legali. Ioann. Andr.

Idem.

Auctoritate Martini Papae praedecessoris nostri quodam⁸²) ad praebendam primo in Parmensi ecclesia vacaturam, nulli alii de iure debitam, in eiusdem ecclesiae canonicum recepto, et, alio a nobis in eadem ecclesia similem gratiam adepto secundo, tertius deinde auctoritate nostra in ipsa Parmensi ecclesia in canonicum et in fratrem recipitur cum praerogativa gratiae, quod omnibus praedecessorum nostrorum auctoritate, non autem nostra, receptis in assecutione praebendae debeat anteferri. Post haec autem quae-

Cap. I. 68) volumus: Innoc. IV. Ms. — 69) memorato: id., Sext. Ms. — 70) ann: Innoc. IV. ap. Mans.
Cap. II. 71) ut hi: Sext. Ms. — quod ii: Böhm. — 72) poterint: Sext. Ms. — 73) omitt. id. — 74) improbatam: Böhm. — 75) cf. c. 2. X. h. t. — 76) alicuius al. alienae: Sext. Ms.

Cap. III. 77) super his al. super hoc: Sext. Ms. — 78) vel dign.: id. Cap. V. 79) intru: Böhm. — 80) poterit: Sext. Ms.
Cap. VI. 81) habebit: Sext. Ms.
Cap. VII. 82) quidam . . . est receptus, et alius (al.: secundus) a nobis . . . est adeptus, tertius vero: Sext. Ms.

dam vacavit⁸³) praebenda in ecclesia memorata; quaeritur, quis eorum alteri praeferatur, et secundum quem ordinem praebendas assequi debeant tres praedicti? Quum igitur ex tenore gratiae tertio a nobis concessae appareat evidenter, nos voluisse primo tertium, et secundum tertio anteferrī: decernimus, quod primam secundum, secundam tertium, et tertiam primus debet⁸⁴). obtinere praebendam; alias forma mandati minime servaretur. Licet enim ex persona sua secundus primam obtinere non possit: ex persona tamen tertii, qui primum superat, illam habet, sicut contingit in successione illius, qui ab intestato relictis patre in adoptiva familia constituto, matre atque⁸⁵) fratre decessit, in qua successione pater ex se matrem excludit; sed, quoniam talem patrem agnatus, materque vincit agnatum, mater patri non ex semetipsa, sed agnati persona in successione huiusmodi antefertur.

CAP. VIII.

Revocatoria gratiarum includit receptos in canonicos, praebendam distinctam expectantes, etiamsi percipiebant distributiones quotidianas; secus si praebendam distinctam non expectant, sed augmentum portio- nis. Includit habentes ius ad vancuturam, si nondum est devenum ad collationem. H. d. secundum Domin.

I d e m.

Quoniam ex constitutione nostra, per quam paulo post promotionem nostram ad summum Pontificatus apicem omnes collationes, provisiones, reservationes et concessionēs, super canonicatibus, dignitatibus, personatibus, praebendis, officiis, portionibus, praestimonis, ecclesiis parochialibus, ruralibus, et aliis quibuscunque beneficiis ecclesiasticis vacaturis, quocunque nomine censeantur⁸⁶), ac etiam super canonicatibus sub expectatione dignitatum, vel aliorum quorumcunque beneficiorum, in quibus ius non esset quaesitum in re, licet ad rem, a felicis recordationis Nicolao Papa⁸⁷) IV. et Coelestino V. praedecessoribus nostris factas sive concessas, auctoritate apostolica in fratrum nostrorum praesentia omnino cassavimus, irritavimus et vacuavimus, cassas, irritas et vacuas nunciavimus, et nullius fore decrerimus firmitatis, multae dubitationes insurgunt, ut, unde praefatae constitutionis revocatoriae processit editio, interpretatio eius quoque procedat: praesenti declarandum duximus sanctione, quod in illis, qui editionis tempore supra dictae ultra statutum numerum erant per eosdem praedecessores canonici sub expectatione praebendarum vel etiam portionum, eadem constituto locum habet. Si autem huiusmodi recepti ultra numerum distributiones, et alia, ut canonici de numero existentes, sic tempore dictae revocationis habebant, quod per cessionem vel decessum illorum, qui erant intra numerum, ex vigore prioris gratiae nil amplius assequi expectabant, nisi distributionum⁸⁸) seu partium suarum augmentum, quum forsā esset ecclesia, in qua canonicorum, non autem portionum numerus vel praebendarum distinctio habebatur⁸⁹), quantoque inter pauciores cuiusvis ecclesiae dividuntur proventus, tanto maiores fieri possunt singulorum percipientium portiones: ad istos vel eos, qui per literas facultatis dictorum praedecessorum nostrorum in aliquarum ecclesiarum canonicos erant recepti, licet praebendas vel alia beneficia expectarent, constitutionem certum est non extendi praefatam. In illis vero, qui ultra numerum auctoritate praefatae in aliquarum ecclesiarum canonicos iam recepti, quantum ad capitulum et ad chorum ac distributionum perceptionem quotidianarum plenitudinem iuris canonici tunc habebant, sed in eis dignitates, personatus, praebendas, portiones vel alia beneficia, quae dantur tantum existentibus de numero, expectabant, constitutionem praefatam locum habere, ratione huiusmodi⁹⁰) expectationis dubium non existit. Sane in iis, qui super canonicatibus, praebendis et dignitatibus, parochialibus vel aliis ecclesiis seu beneficiis quibuscunque a dictis praedecessoribus nostris literas impetraverunt, etiamsi per executores illorum factae fuerint reservationes, decreti interpositiones varique processus, et, etiamsi eadem beneficia tunc vacabant, et per impetrantes petitum fuerat ab executoribus, quod eis illa conferrent, non tamen ipsorum beneficiorum vacantium collationes tunc temporis erant factae, locum habet constitutio supra dicta, ut omnes huiusmodi gratiae, quarum ratione tunc non erat ad collationem processum, et sic per consequens ius in re non fuerat ipsis impetrantibus acquisitum, intelligantur penitus revocatae.

Cap. VII. 83) vacarat al.: vacat: id. — add. in marg.: *Alias incipit: Quum vero nunc quaedam etc.* — 84) debent: id. — 85) atque, alias: absque: id.

Cap. VIII. 86) censeantur: Sext. Ms. — 87) omitt. id. — 88) distributionem: Böhm. — 89) habeatur al. habebatur: Sext. Ms. — 90) huius: id.

TIT. VIII. Cap. I. 1) in cap.: Böhm.

TITULUS VIII.

NE SEDE VACANTE ALIQUID INNOVETUR.

CAP. UN.

Collatione communiter ad episcopum et capitulum pertinente, uno ipsorum effecto inhabili, alter confert. H. d. usque ad §. Quum vero, secundum Dominicum. — §. 1. Collatione spectante ad episcopum de consilio vel assensu capituli, illo existente inhabili, nisi sit in mora, non confert capitulum. Hoc dicit. — §. 2. Habens conferre cum consilio episcopi, sine illo confert, morte et remotis absentia interveniente. H. d., Dominicus.

Bonifacius VIII.

Si ad episcopum et capitulum communiter pertineat collatio praebendarum, mortuo episcopo vel a beneficiorum collatione suspensio, poterit capitulum vacantes conferre praebendas, etiamsi episcopum interesse habeat in collatione huiusmodi ut praelatus. Idem poterit episcopus, si capitulum ab ipsa collatione suspendi contingat, vel singulariter omnes de¹) capituli maioris excommunicationis vinculo innodari. §. 1. Quum vero ad solum episcopum praebendarum spectat collatio cum consilio sui capituli vel assensu: defuncto episcopo vel suspensio, nisi episcopus in petenda relaxatione suspensionis huiusmodi sit in mora, capitulum se non potest intromittere de eisdem. §. 2. Ubi vero de speciali alicuius ecclesiae consuetudine vel statuto beneficiorum collatio ad aliquem cum consilio episcopi noscitur pertinere: sublato episcopo de medio, quum consilium nequeat tunc peti ab eo, non erit propter hoc vacantia beneficii collatio differenda, nec etiam, si egerit in remotia ita, quod non possit ipsius praesentia in brevi haberi, quia in petendo vel expectando eius consilio posset vacanti beneficio periculum imminere.

TITULUS IX.

DE REBUS ECCLESIAE NON ALIENANDIS.

CAP. I.¹⁾

Perpetua alienatio, facta de rebus ecclesiae vacantibus non praecedente tractatu et sine iusta causa, non valet. Ioann. Andr.

Innocentius IV.²⁾

Dudum (*Et infra*:) Dicitur vero archidiaconus ex adverso respondit, illas decimas illi³) ecclesiae restitui non debere, proferens in medium ordinationem quandam episcopi Dulmensis de consensu capituli sui factam, inter alia continentem, quod idem episcopus, attendens, proventus archidiaconatus Dulmensis adeo fore tenues et exiles, quod non sufficiebant ad eius⁴) onera supportanda, praefatas decimas archidiaconatui memorato concessit. (*Et infra*:) Quia vero⁵) in concessione huiusmodi praedicta ecclesia, quum⁶) vacaret, legitimo caruit defensore, qui sibi⁷) prius ab eodem episcopo debuerat deputari; quia etiam tractatus solennis et⁸) diligens, qui in talibus concessionibus perpetuis et alienationibus rerum ecclesiasticarum exigitur, non fuit habitus in eadem: ordinationem et concessionem ipsam⁹), praesertim quum evidens necessitas, quare fieri deberet, vel utilitas non subesset, de fratrum nostrorum consilio decernimus non valere, dictas decimas ipsi¹⁰) ecclesiae, tanquam pertinentes ad eam, sententialiter adiudicare curantes.

CAP. II.¹¹⁾

Primo prohibet submissionem ecclesiarum, suorum immobilium bonorum vel iurium fieri laicis absque consensu capituli et licentia Papae. Secundo casus contractus, quocunque firmitate vallatos, contra hoc de cetero faciendos. Tertio panit praelatos contra facientes, et clericos non contrahentes, et laicos, qui ipsos praelatos ad hoc compulerunt vel compellent. Quarto praecipit, laicos per tales contractus, eo casu, quo valent, ultra debitum non usurpare, et poenam apponit. H. d. Ioann. Andr.

Gregorius X. in concilio generali¹²) Lugdunensi.

Hoc consuetissimò prohibemus edicto, universos et singulos praelatos ecclesiae sibi commissas, bona immobilia¹³) seu iura ipsarum laicis submittere, subicere¹⁴) seu supponere absque capituli sui consensu et apostolicae sedis licentia speciali, non concedendo bona ipsa vel iura in emphyteusin, seu alias alienando in¹⁵) forma

TIT. IX. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. 1. — 2) rectori ecclesiae Halgton.: Innoc. IV. ap. Mans. — 3) ipsi: id. Ms. — 4) ipsius: id. ap. Mans. — 5) omitt. Innoc. IV., Sext. Ms. — 6) quum vac.: desid. ap. Mans. — 7) omitt. Innoc. IV. Ms. — 8) desid. ap. Mans. — 9) ipsius: Sext. Ms. — 10) illi: id.

Cap. II. 11) c. 22. conc. Lugd. II. — 12) abest a Sext. Ms. — 13) mobilia et immob.: conc. Ms. — 14) vel supp. seu subicere: id. — 15) nisi in form.: id.

et casibus a iure permissis, sed constituendo, vel recognoscendo, seu profitendo ab illis ea tanquam a superioribus se tenere, seu ab ipsis eadem advocando, prout in quibusdam partibus vulgariter dicitur „avoher¹⁶⁾“, vel ipsos patronos vel advocatos ecclesiarum seu honorum ipsarum¹⁷⁾ perpetuo aut¹⁸⁾ ad tempus non modicum statuendo. Contractus autem omnes, etiam iuramenti, poenae vel alterius cuiuslibet firmitatis adiectione, vallatos, quos de talibus alienationibus sine huiusmodi licentia et consensu contigerit celebrari, et quicquid ex eis secutum fuerit, decernimus adeo viribus omnino¹⁹⁾ carere, ut nec ius aliquod tribuant, nec praescribendi etiam causam parent²⁰⁾. Et nihilominus praelatos, qui secus fecerint²¹⁾, ipso facto ab officio²²⁾ et administratione, clericos etiam²³⁾, qui, scientes contra inhibitionem praedictam aliquid esse praesumptum, id superiori denunciare neglexerint, a perceptione beneficiorum²⁴⁾, quae in ecclesia obtinent sic gravata, triennio statuimus esse suspensos. Laici vero, qui praelatos vel capitula ecclesiarum seu alias personas ecclesiasticas ad submissiones huiusmodi faciendas hactenus compulerunt, nisi post competentem monitionem, (remissa submissione, quam per vim vel metum exegerant), ecclesias²⁵⁾ et bona ecclesiastica eis submissa taliter in sua libertate dimittant; illi vero²⁶⁾, qui de cetero praelatos, vel personas easdem²⁷⁾ ad talia facienda compulerint, cuiuscunque sint conditionis aut status, excommunicationis sint sententia innodati. Ex contractibus praeterea super praemissis, (huiusmodi²⁸⁾ licentia et consensu intervenientibus,) hactenus initis, vel quos in futurum iniri contigerit, seu occasione illorum, laici ultra id, quod²⁹⁾ ex natura contractuum ipsorum vel³⁰⁾ adhibita in illis lege permittitur, aliquid non usurpent. Qui vero secus egerint, nisi³¹⁾ legitime moniti ab huiusmodi usurpatione destiterint, restituendo etiam ea³²⁾, quae taliter usurparunt³³⁾, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant, et extunc ad supponendum terram³⁴⁾ ipsorum, si opus fuerit, ecclesiastico interdicto libere procedatur.

TITULUS X.

DE RERUM PERMUTATIONE.

CAP. UN.

Non obstantibus expectationibus beneficiorum permutatio fieri potest.
Ioann. Andr.

Bonifacius VIII. *Biterensi*¹⁾ Episcopo.

Licet in tua dioecesi aliqui auctoritate apostolica beneficia proximo vacatura expectent: illos tamen, qui, secundum formam iuris sua beneficia in eadem dioecesi ad tuam collationem spectantia permutare volentes, libere ac sine fraude in manibus tuis ipsa resignant, nolumus occasione praemissa, (aequitatem praeferentes in hac parte rigori,) circa faciendam permutationem beneficiorum huiusmodi, (quae alias minime resignassent,) ullatenus impediri.

TITULUS XI.

DE TESTAMENTIS ET ULTIMIS VOLUNTATIBUS.

CAP. I.

In fideicommissariis substitutionibus locum habet quartarum deductio; in directis non. Et substitutiones interpretari debemus directas, dummodo conveniant verbis et personis institutis. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Si pater, filium et filiam habens impuberes et uxorem, filiam in certa, filium vero in ceteris bonis suis universalem heredem instituit, et uxori aliqua in suo testamento legavit, adiiciens, ut, si decederet filia sine liberis, eidem filio, et, si ipse absque liberis obiret, filius praefatae filiae moreretur, Christi pauperes instituendo heredes, si utrumque sine liberis mori contingeret filiorum: testatore mortuo, ac deinde filio, subsequenter et filia superstiti matre defunctis ante tempora pubertatis, absque deductione Trebellianicae sive partis iure naturae debita facienda, ipsis pauperibus bona omnia deferuntur. Praemissae namque substitutiones, factae de filio ad filiam, et e contra, et de illis ad pauperes, directae

debet intelligi pupillares, quum in substitutionibus semper sit interpretatio facienda, (dummodo, sicut in casu proposito, earum verbis et personis conveniat institutis,) ut substitutio directa intelligatur potius quam obliqua, quanquam directa interdum ad fideicommissum ex causa trahatur. Licet autem filius testamento suo matrem portione iure naturae debita privare non possit: pater tamen in testamento, quod filio impuberi facit, potest. Nam testamentum huiusmodi pupillare paternum, vel paterni pars potius est censendum.

CAP. II.

Superior habet consentire religiosis, deputatis exsecutoribus. Hoc dicit, secundum Zenz. — §. 1. Pluribus exsecutoribus datus, uno mortuo, vel in remotis existente, vel exsequi nolente, unus officium executionis exercebit, ne impediatur testatoris voluntas; nisi aliud per testatorem disponderetur. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Religiosus, exsecutor ab aliquo in sua voluntate ultima deputatus, non potest, quum velle vel nolle non habeat, huiusmodi officium suscipere vel exsequi, nisi a superiore suo petita super hoc licentia et obtenta. §. 1. Sane, pluribus a testatore simpliciter exsecutoribus deputatis, uno eorum mortuo, vel in remotis agente, aut id exsequi forte nolente, ne voluntatem testatoris impediatur vel nimium differri contingat, poterit alius, nisi testator aliud expresserit, officium executionis iniunctae libere adimplere.

TITULUS XII.

DE SEPULTURIS.

CAP. I.

Hic prohibetur pactum de sepultura eligenda. Non obstante pacto de sepultura eligenda, vel electa non mutanda, sepeliendus est quis, ubi alias erat de iure sepeliendus, et alius sepultus cum omnibus sepulturae obventibus restituendus est; alius poena incurritur hic contenta, H. d. secundum Zenz.

Bonifacius VIII.

Animarum periculis et scandalis, quae frequenter ex his proveniunt, obviare volentes, universis religiosis et saecularibus clericis, cuiuscunque status vel conditionis existant, in virtute sanctae obedientiae ac sub interminatione maledictionis aeternae districtissime prohibemus, ne aliquos ad fovendum, iurandum, vel fide interposita seu alias promittendum inducant, ut apud eorum ecclesias sepulturam eligant, vel iam electam ulterius non immutent. Nos enim, si secus actum fuerit, electionem talem decernimus nullius penitus existere firmitatis, statuentes, ut hi, qui sic elegerint, nec apud sic electas ecclesias ullatenus sepeliri, nec alibi, nec contra votum, iuramentum aut promissum huiusmodi a se factum materiam habeant veniendi, possint eligere sepulturam; sed, contradictione quacunque cessante, sepeliantur omnino apud illas ecclesias, apud quas sepeliendi de iure fuissent, si alias sepultura non electa forsitan decessissent. Si vero iidem religiosi vel clerici praedictos in suis ecclesiis vel coemeteriis praesumpserint sepelire: ad restitutionem tam sepulorum corporum, si petantur, quam etiam omnium, quae occasione sepulturae illorum pervenerint quomodolibet ad eosdem, infra¹⁾ decennium integraliter faciendam ipsos obligatos esse censemus. Quam nisi fecerint, ecclesiae ipsae, apud quas sepulti fuerint, nec non et coemeteria earundem²⁾ extunc eo ipso sint et tandiu maneant ecclesiastico supposita interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria³⁾ omnium praedictorum.

CAP. II.

Ecclesiae dimissae non debetur canonica portio, sed parochiali, et pluribus, si sint plures. — §. 1. In loco etiam minus religioso potest nova eligi sepultura. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Quum quis, cuius maiores sunt soliti ab antiquo in aliqua ecclesia sepeliri, ea dimissa eligit alibi sepulturam: canonica portio dimissae non debetur ecclesiae, sed illi duntaxat, in qua ille officia consuevit audire divina, et ecclesiastica recipere sacramenta. Quum ab eo, qui duo habet domicilia, se collocans aequaliter in utroque, in loco tertio eligitur sepultura, domiciliorum ecclesiae habebunt inter se dividere canonicam portionem. §. 1. Si quis, antiqua dimissa, novam, etiam in loco minus religioso, elegerit

Cap. II. 16) avocer: id. — avocer: Sext. Ms. — 17) ipsorum: conc. Ms. — 18) desid. ib. — 19) omitt. id. — 20) pariant: conc. ap. Mans. — 21) egerint: id. Ms. — 22) off. et beneficio: id. — 23) vero: id. — 24) beneficium, quod: id. — 25) ecclesiasticas personas: id. — 26) etiam: conc. — 27) desid. in conc. Ms. — 28) sine huius: id. — 29) add. quis: conc., Sext. Ms. — 30) omitt. conc. Ms. — 31) et nisi: id. — 32) omitt.

conc. ap. Mans., Sext. Ms. — 33) usurparant: conc. ap. Mans. — 34) terras: conc. Ms.

TIT. X. Cap. I. 1) inscr. desid. in Sext. Ms.

TIT. XII. Cap. I. 1) intra: Böhm. — 2) eorundem: Sext. Ms. — 3) omitt. id.

sepulturam: electionem huiusmodi, licet iura super hoc videantur esse diversa, nequaquam volumus impugnari.

CAP. III.

Translatio personae, ad certum locum facta ad tempus, ecclesiae ius sepulturae non aufert. H. d. secundum Zenz. — §. 1. Mulier mortua, quae pluribus nupit, cum viro ultimo sepelitur. Hoc dicit.

Idem.

Is, qui habet⁴⁾ domicilium in civitate vel castro, quandoque ad villam ruralem se transfert recreationis causa, vel ut ruralia exerceat in eadem, si non electa sepultura decedat ibidem, non in ecclesia dictae villae, sed in sua parochiali, vel in ea potius, in qua maiorum ipsius ab antiquo sepultura exstitit, sepeliri debet⁵⁾, dummodo absque periculo ad ipsam valeat deportari. §. 1. Mulier autem, quae plures viros habuit successive, si sepulturam non eligat, est cum viro ultimo, cuius domicilium retinet et honorem, tumulanda.

CAP. IV.

Ex consuetudine potest pater impuberi eligere sepulturam; pubes autem eligit per se ipsum. Et hoc dicit secundum Zenz. quoad titulum, sed non quoad textum. Unde possit addi: et pro anima non legat sine assensu patris bona non castrensia. Domin.

Idem in eodem.⁶⁾

Licet pater minores filios, qui nequeunt, antequam ad annos pubertatis perveniant, eligere sepulturam, possit, si consuetudo terrae id habeat, quo voluerit sepelire: hoc tamen non potest, ubi consuetudo huiusmodi non habetur, sed sunt cum suis maioribus vel in parochiali ecclesia tumulandi. Quamvis autem filiusfamilias absque patris assensu sibi possit libere eligere sepulturam: pro anima tamen sua praeter ipsius assensum, nisi peculium castrensae aut quasi castrensae habeat, aliquid iudicare non potest.

CAP. V.

Religiosi, nisi multum remoti a monasterio, nequeunt alibi eligere sepulturam. H. d. secundum intellectum Zenz.

Idem in eodem.⁷⁾

Religiosi, nisi a propriis monasteriis adeo forsitan sint remoti, quod ad ea, quum moriuntur, commode portari non possint, nequeunt⁸⁾, quum velle vel nolle non habeant, sibi eligere sepulturam; sed sunt apud sua monasteria tumulandi.

TITULUS XIII.

DE DECIMIS, PRIMITIIS¹⁾ ET OBLATIONIBUS.

CAP. I.

Populus, ut ecclesiis iura debita persolvat, est in praedicationibus et aliis exhortandus. H. d. secundum Zenz.

Gregorius IX. *fratribus Praedicatoribus et Minoribus.*

Discretionem vestram mandamus districtius inhibentes, ne talia, quae audientes a decimarum seu aliarum rerum ecclesiis debitarum solutione retrahant, vel alias animas corrumpant audientium, in sermonibus vestris vel alibi proponere de cetero praesumatis. Immo verbo et opere informetis eosdem, ut ad solutionem praedictorum promptae voluntatis animo sint intenti.

CAP. II.

Privilegium, decimas novialium concedens, non includit decimas novialium, per alios possessas tempore impetrationis, et loca tantum includit, ubi percipiuntur antiquae, et ad portionem antiquam. H. d. usque ad §. Statuimus secundum Domin. — §. 1. Privilegium decimarum novialium, limitatum ad mensuram antiquarum, non potest ultra dimidium includere; fallit in Cisterciensibus et Carthusiensibus. H. d. — §. 2. Privilegiati super decimis recipiendis ecclesiis parochialibus gratis assignare debent portionem pro debitis oneribus supportandis. H. d. Dominicus. — §. 3. Decimae, per laicos ante Lateranense concilium in feudum receptae a religiosis, per eos recognite in feudum, non possunt ipsis religiosis concedi sine dioecesanorum consensu. Hoc dicit Dominicus. — §. 4. Dioecesani compellunt religiosos exemptos solvere decimas parochialibus ecclesiis, si non agatur de rebus exemptis. Hoc dicit Dominicus. — §. 5. Religiosi etiam exempti de possessionibus acquisitis et acquirendis ecclesiis parochialibus solvere debent decimas, si privilegiati non sunt. H. d. Dominicus. — §. 6. Ex donatione laicorum habentes decimas antiquas, novales supervenientes in eodem loco non percipiunt. H. d. Dom.

Alexander IV.

Statuto perpetuo declaramus, quod indultum illud apostolicum,

quod plerisque conceditur, ut novialium decimas pro ea portione percipere valeant, qua veteres eos contingunt, ad illas novialium decimas, quas tempore illo, quo impetratum vel obtentum exstitit hoc indultum, alii possidebant, quum de hoc in ipso mentione nulla fiat, nullatenus se extendit, nec ad alias etiam, nisi in his tantum locis, ubi veteres tunc, quando dictum indultum impetratum fuit, ipsi impetratores habebant, et pro ea solummodo portione, qua ipsi tempore impetrationis huiusmodi percipiebant²⁾ antiquas. §. 1. Statuimus praeterea, quod idem indultum, obtentum ab iis, qui tempore impetrationis totaliter veteres percipiebant decimas, ultra³⁾ medietatem decimarum novialium nullatenus extendatur; quia non est verisimile, si tunc de plena et integra perceptione veterum fuisset expressum, quod apostolica sedes pariter et similiter novialium decimas, in tam grave parochialium ecclesiarum dispendium indulgisset, quodque ratione talis indulti, sive impetrati iam sive impetrandi deinceps, non possit in novialibus, quae a modo fiunt, vindicari et acquiri vel percipi plus quam medietas decimarum ipsorum novialium, etiamsi amplius in veteribus habebatur, quum non sit dicendum asperum, sed pium potius et benignum, si super decimis futurorum novialium contra parochialium ecclesiarum gravamen, quod ex distinctione indulti huiusmodi possit⁴⁾ accidere, taliter obviatur. Religiosos tamen Cisterciensis et Carthusiensis ordinum statuto et declaratione huiusmodi, quantum ad hos duos articulos, videlicet de medietate decimarum novialium, comprehendi nolumus vel constringi. §. 2. Ubi autem per huiusmodi concessionem decimarum parochiales ecclesiae adeo gravari contingit, quod earum rectores de ipsarum redditibus congrue sustentari, et commode iura episcopalia exhibere non possunt: provideatur per locorum ordinarios et ordinetur taliter, quod eisdem rectoribus tantum de illarum relinquatur proventus, quod exinde competentem sustentationem habere, et episcopalia iura solvere valeant aliaque onera debita supportare. §. 3. Sane, quamvis forte a religiosis exemptis et aliis fiant infeudationes de decimis detentis a laicis, et iidem laici, quod illas ab ipsis religiosis in feudum teneant, recognoscant: non tamen licet religiosis eidem post talem infeudationem vel recognitionem, sic de facto praesumptam, huiusmodi decimas de manibus ipsorum acquirere, vel recipere absque dioecesanorum episcoporum assensu. Illas autem decimas intelligimus posse taliter a religiosis de manibus laicorum recipi vel acquiri, quae ante Lateranense concilium ipsis laicis in feudum perpetuo fuere concessae. §. 4. Dioecesani vero parochialium ecclesiarum ad requisitionem rectorum earundem de ipsis religiosis super decimis, quas habent vel eos habere continget⁵⁾, quae quidem alias ad ipsas spectaverunt⁶⁾ ecclesias, nisi de rebus exemptis agatur, exhibeant iustitiae complementum. §. 5. Ceterum iidem religiosi, tam exempti quam non exempti, de terris et possessionibus acquisitis hactenus et a modo acquirendis decimas integre solvant⁷⁾ illis ecclesiis⁸⁾, quibus eadem possessiones et terrae prius fuerant decimales, nisi super hoc speciali iure vel privilegio sint muniti. §. 6. Nec pro eo, quod forte in aliquibus parochiis omnes maiores decimas seu partem illarum acquirunt⁹⁾ de manibus laicorum, possunt pro eadem vel simili portione, si de novo postmodum fiant novalia, in eisdem petere vel percipere¹⁰⁾ novialium decimas eorundem, nisi¹¹⁾ rationalis, per quam hoc facere valeant, causa subsit.

TITULUS XIV.

DE REGULARIBUS ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

CAP. I.

Si minor XIV. annis ingreditur religionem, in XV. anno liber exit, nisi in ipso XV. anno professionem fecerit, vel habitum professorum receperit, vel expresse ratam habuerit professionem prius a se factam. Si autem per totum XV. annum portavit habitum, ubi non est distinctus intelligitur professus, nisi tanta sit indistinctio, quod videntes cum eis simili habitu induantur. Si maior XV. annis ingreditur, si portat habitum per annum: quantumcumque sit indistinctus, intelligitur professus. Ioann. Andr. — §. 1. Illic declarat, qui sunt habitus distincti. Hoc dicit.

Innocentius IV.¹⁾

Is, qui monasterium ante XIV. annum, ut monachus efficiatur, ingreditur, nisi eo completo professionem faciat in sequenti, vel habitum religionis suscipiat, qui dari prostantibus consuevit, seu

Cap. III. 4) habens: Sext. Ms., Böhm. — 5) debeat: Sext. Ms.

Cap. IV. 6) in eod.: omitt. Sext. Ms.

Cap. V. 7) in eod.: omitt. Sext. Ms. — 8) nequeant: id.

TIT. XIII. 1) prim. et obl.: non leg. in Sext. Ms.

Cap. II. 2) recipiebant: Sext. Ms. — 3) ut ultra: Böhm. — 4) possit: Sext. Ms. — 5) contingit: id. — 6) spectaverint: id. — 7) solvant: id. — 8) add. ib. — 9) acquirant: id. — 10) recipere: id. — 11) alia: id., Böhm.

TIT. XIV. Cap. I. 1) Innoc. IV.: non habet C. H.

professionem a se prius factam ratam expresse habeat, libere potest infra²⁾ sequentem annum ad saeculum remeare. Quodsi per totum sequentem annum in monasterio permanserit³⁾, ubi professorum et novitiorum sunt habitus indistincti: professionem per hoc fecisse, vel, si quam prius fecerat, ratam habuisse videtur, nisi tanta indistinctio ibi habitus habeatur, quod et professi et novitii, ac etiam alii, communem vitam cum eis ducentes, simili penitus habitu induantur. Qui vero post quartum decimum annum habitum religionis assumpserit, si per annum illum gestaverit, extunc religionem assumptam praesumitur veraciter esse professus, ubi professi a novitiis dissimilitudine habitus minime distinguuntur, etiamsi alii, degentes cum eis, similibus vestibus contantur; quoniam, quum iam hic ad discretionis annos pervenerit, quid agat agnoscat, et ideo susceptum discretionis tempore ordinem, postquam hunc anni probaverit spatio, intelligitur firmiter approbasse. Secus autem in illo, qui ante discretionis annos habitum induit regularem, quum eorum, quae tunc agit, plenum non habeat intellectum. §. 1. Distinctos quoque seu dissimiles intelligimus esse habitus, sive novitiis sive professis dissimiles vestes dentur, sive benedicantur, quum profitentibus conceduntur, sive etiam aliquid aliud fiat, per quod novitiorum a professorum habitu discernatur.

CAP. II.

Praedicatorum et Minorum infra annum probationis quemquam ad sui ordinis professionem recipere non possunt. Quodsi fecerint, receptus alligatus non est eorum ordini, et ipsi a receptione professionis aliorum sunt suspensi, et puniendi poena, quae pro gravioribus culpis eis consuevit infligi. Ioann. Andr.

Alexander IV. *fratribus Praedicatoribus et Minoribus* 4).

Non solum (*Et infra*;) Licet zelum animarum habentes eas lucrari Domino solliciti cupiatis, quia tamen decet et expedit, ut conscientiae puritati non desit iudicium rationis, ne, unde spiritualis profectus quaeritur, salutis⁵⁾ dispendium subsequatur: vobis de fratrum nostrorum consilio in virtute obedientiae et⁶⁾ sub poena excommunicationis auctoritate praesentium⁷⁾ districtius inibemus, ne ante annum probationis elapsam, qui est maxime in subsidium fragilitatis humanae regulariter institutus, quemquam ad professionem vestri ordinis seu renunciationem⁸⁾ in⁹⁾ saeculo faciendam recipere, nec constitutum infra¹⁰⁾ huiusmodi annum aliquatenus impedire, quo minus infra ipsum ad aliam religionem, quam maluerit, transeat, vel, nisi, maior tamen quatuordecim annis existens, professus sit tacite vel expresse, aut evidenter constet, illum vitam voluisse mutare, quod tamen non praesumitur, nisi clara probatione vel competentibus iudiciis ostendatur, omnino ad saeculum redeat, sicut de sua voluntate processerit, praesumatis. Quodsi forte contra hanc¹¹⁾ nostram prohibitionem quemquam recipere praesumpseritis: decernimus, eum, qui taliter receptus fuerit, nullatenus vestro esse ordini alligatum, vosque¹²⁾ a receptione quorumlibet ad professionem¹³⁾ eiusdem¹⁴⁾ ordinis fore ipso facto¹⁵⁾ suspensos, et insuper poenae subiiciendos, quae fratribus ipsius ordinis pro culpis infligi¹⁶⁾ gravioribus consuevit.

CAP. III.

Decretalis Non solum extenditur ad omnes Mendicantes; in aliis vero professio expressa religioni, cui fit, tacita autem generaliter obligat infra annum. H. d. secundum Zenz.

Bonifacius VIII.

Constitutionem Innocentianam, quae prohibet conversorum professionem recipi ante annum probationis elapsam, pie memoriae Alexander Papa IV. praedecessor noster ad fratrum Praedicatorum et Minorum ordines duntaxat declaravit extendi. Unde nos, pari similitudine rationis inducti, declarationem eandem ad aliorum Mendicantium ordines prorogamus. In aliis autem religionibus professio expresse vel tacite fieri potest licite infra¹⁷⁾ annum. Sed expresse emissa, etiam saeculari habitu non mutato, illi religioni praecise obligat, quam profitens est professus. Tacite¹⁸⁾ vero facta infra probationis annum per susceptionem habitus, qui

profitentibus tantum datur, non illi specialiter, cuius habitus est susceptus, sed generaliter religioni alicui recipientem obligat, si aetatis aptae sit, si sciens et voluntarius, ac triduo perseveret.

CAP. IV.

Beneficium ingredientis religionem infra annum probationis, exceptis casibus hic expressis, non est alteri conferendum; interim tamen debet per alium beneficio deserviri, assignata eidem substituto congrua portione, unde vivere possit. H. d. Ioann. de Fan.

Idem *Parisiensi Capitulo.*

Beneficium illius, qui religionem ingreditur, non est infra¹⁹⁾ probationis annum alicui conferendum, nisi ad id ipsius accedat assensus, aut constet, quod vitam voluerit absolute mutare, vel professionem expressam fecerit, seu scienter habitum receperit professorum. Sed interim eidem beneficio per alium deserviri debet, assignata sibi congrua de ipsius proventibus portione.

CAP. V.

Secundum votum solenne religionis derogat priori simplici. H. d. Ioann. de Fan.

Idem.

Qui post votum, a se²⁰⁾ de certa religione intranda emissum, religionem aliam etiam laxiorem ingreditur et proficitur in ipsa, potest, voto non obstante priori, cui tanquam simplici per secundum solenne noacitur derogatum, manere²¹⁾ licite in eadem, pro voto tamen non completo erit eidem poenitentia imponenda.

CAP. VI.

Vacante monasterio conventus novum recipit monachum, si communiter ad abbatem et eos spectat; si ad abbatem solum, secus. H. d. Dominicus.

Idem.

Si ad solum abbatem pertineat creatio monachorum: eo defuncto nequit novus monachus a conventu creari; alias poterit, si eorum creatio spectat²²⁾ insimul ad utrumque.

TITULUS XV.

DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

[CAP. UN.]

Votum, solennissimum per susceptionem sacri ordinis vel per professionem. factum alicui de religionibus per sedem apostolicam approbatis, dirimit matrimonium post contractum; alius solum impedit, et non dirimit. H. d. secundum Zenz.

Bonifacius VIII. *Bitirensi* 1) *Episcopo.*

Quod votum debeat dici solenne ac ad dirimendum matrimonium efficax, nos consuleré voluisti. Nos igitur, attendentes, quod voti solennitas ex sola constitutione ecclesiae est inventa, matrimonii vero vinculum ab ipso ecclesiae capite rerum omnium conditore, ipsum in paradiso et in statu innocentiae instituyente, unionem et indissolubilitatem acceperit²⁾: praesentis declarandum duximus oraculo sanctionis, illud solum votum debere dici solenne, quantum ad post contractum matrimonium dirimendum, quod solennissimum fuerit per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem expressam vel tacitam, factam alicui de religionibus per sedem apostolicam approbatis. Reliqua vero vota, etsi quandoque matrimonium impediunt contrahendum, et quanto manifestius sunt emissa, tanto propter plurium scandalum et exemplum durior poenitentia transgressoribus debeat, non tamen rescindere possunt matrimonia post contracta.

Cap. I. 2) *intra*: Böhm. — *infra ipsum sequi*: Sext. Ms. — 3) *remanserit*: Höhm.

Cap. II. 4) *Integra* exstat in Decr. Innoc. IV. h. t. c. u. — *Idem* (i. e. *Innocentius IV.*) *simpliciter*: Decr. Innoc. IV. quod placet — *Idem fratribus etc.*: Sext. Ms. — 5) *inde salutis*: Innoc. IV. — 6) *et*: desid. lb. — 7) *propria districtim*: id. ap. Mans. — 8) *ad ren.*: Innoc. IV., Sext. Ms. — 9) omitt. Sext. Ms. — *saeculi faciendam recipere praesumptis, nec institutum (constitutum: Ms.) in probatione novitiorum aliquatenus impedire, quominus intra eandem probationis annum ad aliam religionem, quam maluerit, transeat, sicut de sua processerit voluntate, non obstante statuto contrario, si quod a vobis est editum, quod irritum*

decernimus et inane, vel aliquibus literis a sede ap. impetratis seu impetrandis, quae de praemissis expressam non fecerint mentionem. Quodsi etc.: Innoc. IV. — 10) *intra*: Böhm. — 11) *huiusmodi*: Innoc. IV. Ms. — 12) *Vos quoque*: id. ap. Mans. — 13) *et professione*: id. — *a prof.*: Ms. — 14) *eius*: id. — 15) *ipso iure*: Mans. — 16) *instringi*: Sext. Ms. — 17) *intra*: Böhm. per tot. — 18) *tacita*: Sext. Ms. — 19) *intra*: Böhm. — 20) *a sede te*: Böhm. — 21) *remanere*: Sext. Ms. — 22) *spectet*: Sext. Ms. — TIT. XV. Cap. un. 1) *Bun.*: Sext. Ms. — *Bitiren.*: Böhm. — 2) *accepit*: Sext. Ms.

TITULUS XVI.
DE STATU REGULARIUM.

CAP. UN.

Moniales, tacite vel expresse professae, clausuras monasterii exire non possunt, nec alii ad illas intrare, nisi causa legitima et superioris licentia interveniat. H. d. — §. 1. In monasterio non Mendicantium tot sorores debent recipi, quot poterunt sine penuria sustentari; et ultra non valet receptio. Hoc dicit Dominicus. — §. 2. Abbatissae, principibus saecularibus ad fidelitatis sacramentum praestandum adstrictae, si non possunt per procuratorem iurare, personaliter exeundo monasterium iurabunt, absque dilatione ad monasterium rediturae. Domin. — §. 3. Compelluntur domini temporales per censuram ecclesiasticam, ut in suis curiis admittant abbatissas per procuratores litigare; ecclesiastici vero in temporalibus et spiritualibus earum procuratores admittere debent. Domin. — §. 4. Ordinarii locorum, in subiectis monasteriis propria, in exemptis apostolica auctoritate clausuram procurare debent; nec est propter hoc in aliis casibus iurisdictione in exemptis eis attributa. H. d. Dominicus.

Bonifacius VIII.

Periculoso et detestabili quarundam monialium statui, (quae, honestatis laxatis habentis, et monachali modestiae sexusque verecundia impudenter abiectis, extra sua monasteria nonnunquam per habitacula saecularium personarum discurrunt, et frequenter infra¹⁾ eadem monasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem voluntate spontanea devoverunt, gravamen²⁾, offensam, in religionis opprobrium et scandalum plurimorum,) providere salubriter cupientes, praesenti constitutione perpetuo irrefragabiliter valituras sancimus, universas et singulas moniales, praesentes atque futuras, cuiuscunque religionis sint vel ordinis, in quibuscunque³⁾ mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de cetero permanere clausura ita, quod nulli earum, religionem tacite vel expresse professae, sit vel esse valeat quacunque ratione vel causa, (nisi forte tanto et tali morbo evidenter earum aliquam labore constaret, quod non posset cum aliis absque gravi periculo seu scandalo commorari,) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas; nullique aliquatenus inhonestae personae nec etiam honestae, (nisi rationabilis et manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit, speciali licentia,) ingressus vel accessus pateat ad easdem, ut sic a publicis et mundanis conspectibus separatae omnino servire Deo valeant liberius, et, lascivendi opportunitate sublata eidem corda sua et corpora in omni sanctimonia diligentius custodire. §. 1. Sane, ut hoc salutare statutum commodius valeat observari, districtius inhiemus, ne in monasteriis ordinum non Mendicantium aliqua recipiantur de cetero in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis sive preventibus absque penuria sustentari, si secus actum fuerit, irritum decernentes. §. 2. Verum quando abbatissa vel priorissa cuiusvis monasterii pro feudo, quod monasterium ipsum tenet ab aliquo principe seu domino temporali, sibi debet homagium vel fidelitatis sacramentum praestare, (nisi, quod per procuratorem illud praestet, possit efficere apud eum,) de monasterio cum honesta et decenti societate exire poterit eo casu licenter, homagio facto, quam primum commode poterit, seu fidelitatis praestito sacramento ad ipsum monasterium e vestigio reversura, sic, quod in fraudem residentiae sive morae claustralis nihil fiat omnino. §. 3. Porro, ne moniales causam seu occasionem habeant evagandi, principes saeculares ac alios dominos temporales rogamus, requirimus et obsecramus per viscera misericordiae Iesu Christi, eidem in remissionem peccaminum nihilominus suadentes, quod abbatissas ipsas et priorissas ac moniales quascunque, monasteriorum suorum curam, administrationem negotiave gerentes, quibuscunque nominibus censeantur, per procuratores in suis tribunalibus seu curiis litigare permittant, ne pro constituendis procuratoribus, qui atornati⁴⁾ in aliquibus partibus nuncupantur, seu aliis huiusmodi easdem oporteat evagari. Si qui vero contra praesumpserint, exhortationi huiusmodi rationabili atque sanctae obtemperare nolentes, quum sit iuri contrarium, quod mulieres, praesertim religiosae, per se ipsas litigare cogantur, et a via deviet honestatis et periculum animarum inducat, ad hoc per suos ordinarios ecclesiasticos censura ecclesiastica compellantur. Episcopis autem et aliis praelatis superioribus et inferioribus quibuscunque iniungimus, quod et ipsi causas seu negotia, quae praefatae moniales habebunt agere coram ipsis aut in curiis eorundem, sive sint homagia, fidelitatis sacramenta, lites vel quicquid aliud, ipsa per procuratores

earum fieri faciant et tractari. §. 4. Et quoniam parum esset comdere iura, nisi essent qui ea⁵⁾ executioni debitae demandarent: patriarchis, primatibus, archiepiscopis et episcopis universis districte in virtute sanctae obedientiae sub obstatione divini iudicii et interminatione maledictionis aeternae praecipiendo mandamus, quatenus eorum quilibet in civitate ac dioecesi propria in monasteriis monialium sibi ordinario iure subiectis suis, in iis vero, quae ad Romanam immediate spectant ecclesiam, sedis apostolicae auctoritate, abbates vero et alii, tam exempti quam non exempti praelati ecclesiarum, monasteriorum et ordinum quorumcunque, in monasteriis huiusmodi⁶⁾ sibi subiectis de clausura convenienti, ubi non est, ipsorum monasteriorum expensis et fidelium eleemosynis, quas ad hoc procurant, diligentius facienda, et de ipsis monialibus includendis quam primum commode poterunt providere procurant, si divinae ac nostrae indignationis voluerint acrimoniam evitare, contradictores atque rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Per hoc autem in monasteriis exemptis ordinarii locorum quoad alia nullam sibi credant iurisdictionem vel potestatem⁷⁾ aliquatenus attributam.

TITULUS XVII.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS.

CAP. UN.

Non licet novum ordinem vel religionem, aut habitum novae religionis creare et assumere. Et revocati sunt ordines Mendicantium, per Papam non approbati, creati post concilium. Dominicus. — §. 1. Religiosi mendicantes, per Papam post concilium approbati et instituti non possunt aliter ad professionem recipere, domum vel locum de novo acquirere, nec acquisita sine licentia alienare, nec extraneis praedicare, confessiones eorum audire, vel ad sepulturam admittere. Et contra factum non tenet, et contra faciens excommunicatus est. H. d. Dominicus. — §. 2. Revocatio ordinum Mendicantium Praedicatorum, Minorum, Eremitarum et Carmelitarum non comprehendit. Hoc dicit Dominicus. — §. 3. Existens de ordinibus revocatis non collegialiter, sed singulariter ad alios ordines transire potest. H. d. Dominicus.

Gregorius X. in concilio generali Lugdunensi¹⁾.

Religionum diversitatem nimiam, ne confusionem induceret, generale concilium²⁾ consulta prohibitionem vetavit. Sed quia non solum importuna petentium inhiatio illarum postmodum multiplicationem extorsit, verum etiam aliorum praesumptuosa temeritas diversorum ordinum, praecipue Mendicantium, quorum nondum approbationis meruere principium, effrenatam quasi multitudinem advenit: repetita constitutione districtius inhientes, ne alius de cetero novum ordinem aut religionem adveniat³⁾, vel habitum novae religionis assumat, cunctas affatim religiones⁴⁾ et ordines mendicantes, post dictum concilium adinventos, qui nullam confirmationem sedis apostolicae meruerunt, prohibitioni subiicimus, et quatenus processerant revocamus. §. 1. Confirmatos autem per sedem eandem⁵⁾, post idem tamen concilium institutos, quibus ad congruam sustentationem redditus aut possessiones habere professio sive regula⁶⁾ quaelibet interdicit, sed⁷⁾ per quaestum publicum tribuere victum solet incerta mendicatis, modo⁸⁾ decernimus subsistere⁹⁾ infra scripto, ut videlicet¹⁰⁾ professoribus eorundem ordinum ita liceat in illis¹¹⁾ remanere, si velint, quod nullum deinceps ad eorum professionem admittant, nec de novo domum vel aliquem locum acquirant, nec domus seu loca, quae habent, alienare valeant sine sedis eiusdem¹²⁾ licentia speciali. Nos enim¹³⁾ ea dispositioni sedis apostolicae reservamus, in terrae sanctae subsidium, vel pauperum vel alios pios¹⁴⁾ usus per locorum ordinarios, vel eos, quibus sedes ipsa commiserit, convertenda. Si vero secus praesumptum fuerit: nec personarum receptio, nec domorum vel locorum acquisitio aut ipsorum ceterorumque honorum alienatio valeat, et nihilominus contrarium facientes sententiam excommunicationis incurrant. Personis quoque ipsorum ordinum omnino interdicitur quoad extraneos praedicationis et audiendae confessionis officium aut¹⁵⁾ etiam sepulturam. §. 2. Sane ad Praedicatorum et Minorum ordines, quos evidens ex eis utilitas ecclesiae universali proveniens¹⁶⁾ perhibet approbatos, praesentem non patitur constitutionem extendi. Ceterum Eremitarum sancti Augustini et Carmelitarum ordines, quorum institutio dictum¹⁷⁾ concilium generale praeces-

TIT. XVI. Cap. un. 1) infra: Sext. Ms. — 2) gravem off. relig. op.: id., Böhm. — 3) quibusvis: Sext. Ms. — 4) adornati: Böhm. — 5) absent a Sext. Ms. — 6) omitt. id. — 7) portionem al. potestatem: id. — 8) ad id. — 9) conc. Lugd. II. c. 23. — verb.: in conc. gen. — 10) ad id. — 11) conc. Lugd. II. c. 23. — verb.: in conc. gen. — 12) ad id. — 13) cf. c. 12. conc. Lat. IV. — 3) inveniat:

conc., Sext. Ms. — 4) cunctos affatim religiosos: Sext. Ms. — 5) apostolicam: conc. Ms. 6) add.: vel constitutiones: id. — 7) sed quia: id. — 8) omitt. id. — 9) subicere: id. — 10) omitt. conc. — 11) illis al. aliis: Sext. Ms. — 12) apostolicae: conc. Ms. — 13) autem: id. — 14) desid. in Sext. Ms. — 15) ac: id., conc. Ms. — 16) desid. in conc. Ms. — 17) omitt. id.

sit, in solido¹⁸⁾ statu volumus permanere. §. 3. Ad haec personis ordinum, ad quos¹⁹⁾ constitutio praesens extenditur, transeundi ad reliquos ordines approbatos licentiam concedimus generalem ita, quod nullus ordo ad alium, vel conventus ad conventum se ac loca sua totaliter transferat, sedis eiusdem super hoc permissione specialiter non obtenta.

TITULUS XVIII. DE CAPELLIS MONACHORUM.

CAP. UN.

Instituti in ecclesiis monachorum ad curam populi per episcopum ad ipsorum praesentationem, per eundem, si causa subit, sunt destituendi. H. d. Dominicus.

Bonifacius VIII.

Presbyteri, qui ad curam populi per monachos in eorum ecclesiis praesentantur episcopis, et instituuntur ab ipsis, quum debeant esse perpetui, consuetudine vel statuto quovis contrario non obstante, ab eisdem nequeunt ecclesiis nisi per episcopos et ex causa rationabili amoveri.

TITULUS XIX. DE IURE PATRONATUS.

CAP. UN.

Donatio iuris patronatus laici, facta loco ecclesiastico, etiam sine consensu episcopi tenet; non tamen praedicitur iuri episcopi. H. d. Dominicus. — §. 1. Laicus quadrimestre tempus habet ad praesentandum, ecclesiae vero semestre, licet a laico acquisiverit ius patronatus. Hoc dicit Dominicus.

Bonifacius VIII.

Si laicus ius patronatus ecclesiae sibi competens eidem vel alteri ecclesiae seu loco religioso duxerit conferendum: huiusmodi collatio, quamvis absque assensu episcopi facta fuerit, efficax est censenda, per praefatam tamen collationem iuri episcopi, qui eidem assensum non praebuit, nolumus in aliquo derogari. §. 1. Verum licet patronus laicus ad praesentandum tempus habeat quadrimestre duntaxat: ecclesia tamen vel monasterium, cui facta est a laico iuris patronatus collatio, tempus habet semestre, et omnino, quantum ad praesentationem pertinet, non ut patronus laicus, sed ut patronus debet ecclesiasticus reputari.

TITULUS XX. DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS ET PROCURATIONIBUS.

CAP. I.

Archiepiscopus, volens provinciam visitare, prius debet visitare ecclesiam, civitatem et dioecesim propriam, clericos et laicos eorundem. H. d. Dominicus. — §. 1. Visitata sua dioecesi archiepiscopus in parte vel in totum visitat omnia loca ecclesiastica, clerum et populum provinciae, procuracionem a visitatis recipiendo. H. d. Dominicus. — §. 2. Archiepiscopus, post inceptam visitationem in una dioecesi, transiens ad aliam, ad primam redire non potest, nisi de novo reiteret in tota provincia. Dominicus. — §. 3. Expectata visitatione non reiterat illam archiepiscopus sine consilio suffraganeorum, et diffinitione in scriptis prius facta; debet tamen reincipere ab illis, qui in prima non fuerant visitati. H. d. Dominicus. — §. 4. Archiepiscopus visitans debet proponere verbum Dei, inquirere de vita ministrorum, et de pertinentibus ad divinum officium, absque iuramento; infamatos ordinarii denunciaret, et notoria crimina puniat. H. d. Dominicus. — §. 5. Visitator non in pecunia, sed victualibus recipiet procuracionem moderatam; nec familia sua aliquid recipere potest etiam praetextu officii, nec ipse nec sui aliquid munus, etiam oblatum, recipiant. H. d. Dominicus. — §. 6. Forma visitationis praemissa servari debet in episcopis et aliis praelatis inferioribus, regularium consuetudinibus exceptis. H. d. Dominicus.

Innocentius IV.¹⁾

Romana ecclesia (Et infra:) Statuimus, ut quilibet archiepiscopus, suam volens visitare provinciam, prius ecclesiae suae capitulum ac civitatem et dioecesim propriam plene visitare procuret, nec sit solum erga maiorum, sed etiam minorum ecclesiarum, nec circa clericorum tantum, sed etiam populorum visitationem inten-

tus. Et si commode vel absque difficultate accedere ad unamquamque non poterit, de pluribus locis ad unum congruum clericos et laicos student convocare, ne in illis visitatio postponatur. §. 1. Deinde liceat ei per totam provinciam vel eius partem visitationis officium exercere, civitates et dioeceses, suffraganeos²⁾ suos et eorum subditos, cathedralium et aliarum ecclesiarum capitula et³⁾ monasteria, ecclesias⁴⁾ et alia religiosa et pia loca, clericos⁵⁾ et populos libere visitando, ac procuraciones a locis tantum recipere visitatis. §. 2. Ex quo tamen aliquam de ipsis dioecesibus visitare coeperit⁶⁾, nunquam postea, sive totam sive partem eius visitaverit, revertatur causa visitationis ad illam; priusquam omnes reliquae ipsius provinciae dioeceses⁷⁾ in toto vel in parte, quas secure visitare poterit, et sua denuo⁸⁾ fuerint visitatae. Quodsi forte eadem dioecesis vel aliqua⁹⁾ ibi ecclesia plus aliis indigerit¹⁰⁾ visitari: tunc, aliarum visitatione intermissa¹¹⁾, redeat ad eandem, si a loci dioecesanio requisitus extiterit, vel de omnium aut maioris partis episcoporum eiusdem provinciae processerit consilio et assensu, ad quod iidem se pronos exhibeant, ne animarum profectus aliquatenus negligatur. Si vero malitiose in his difficultatibus adhibuerint, archiepiscopus licentiam super hoc a sede apostolica postulet confidenter. §. 3. Postquam autem semel omnes provinciae suae dioeceses visitaverit, licitum sit ei postea, prius tamen suffraganeorum suorum requisito consilio, et ipsius diffinitione super hoc habita coram eis, (quae in scriptis redigi volumus, ut possint aliis esse nota,) visitationem per eandem reiterare provinciam iuxta modum superius annotatum, etiamsi non interveniat in hoc suffraganeorum ipsorum assensus, illam semper providentiam adhibendo, ut in posterioribus visitationibus illas ecclesias eoque clericos¹²⁾ et populos prius visitet, qui non fuerant¹³⁾ ab eo in prioribus visitati, nisi magis sit aliis visitationis officium opportunum. §. 4. Sane huiusmodi impensurus officium proposito verbo Dei quaerat de vita et conversatione ministrantium in ecclesiis et locis aliis divino cultui deputatis, ac ceteris, quae ad officium ipsum spectant, absque coactione et exactione qualibet iuramenti, ad ipsorum emendationem per salubria monita, nunc levia, nunc aspera, iuxta datam sibi a Deo prudentiam¹⁴⁾ diligenter intendens. Quodsi de aliquibus orta fuerit infamia contra eos ordinarii ipsorum, ut super his solenniter¹⁵⁾ inquirent, denunciaret, nisi viderit expedire. Notoria vero crimina, quae examinatione non egeant¹⁶⁾, quum super his merito notari possit ordinario negligentia eorundem, libere corrigat, poenam pro illis¹⁷⁾ debitam infligendo. §. 5. Procuraciones autem recipiat, secundum quod est in canonibus constitutum; nullam tamen pecuniam ipse vel aliquis de sua familia, occasione alicuius officii aut consuetudinis, seu quolibet alio modo earum¹⁸⁾ nomine, sed in victualibus expensas tantum recipiat moderatas. Caveat insuper, ne ipse vel quicumque suorum aliquid munus, quodcumque sit et qualitercumque offeratur, praesumat recipere, ut non quae sua sunt videatur quaerere, sed quae Iesu¹⁹⁾ Christi. Quodsi fuerit contra praesumptum, recipiens maledictionem incurrat, a qua nunquam, nisi duplum restituat, liberetur. Volumus enim in his fraudem quamlibet penitus evitari. §. 6. Hanc autem visitandi formam ab universis, etiam²⁰⁾ episcopis aliisque praelatis, ordinarii iure suos subiectis²¹⁾ visitantibus, plene observari praecipimus, salvis super hoc rationabilibus et approbatis religiosorum consuetudinibus et regularibus institutis.

CAP. II.

Quia decretalis Innocentii IV. supra proximo non bene servabitur in illo capitulo, quo praecerat, procuraciones in victualibus, non in pecunia recipi, et non recipi munera, nec etiam procuraciones in victualibus a locis non visitatis: illam confirmat, poenas adiciens. Ioann. Andr.

Gregorius X. in generali concilio Lugdunensi.¹⁹⁾

Exigit perversorum audacia, ut non simus sola delictorum prohibitionem contenti, sed etiam poenam delinquentibus imponamus. Constitutionem itaque felicitis recordationis Innocentii Papae IV. praedecessoris nostri, editam super non recipiendis in pecunia procuracionibus, ac super receptione munerum visitantibus eorumque familiaribus²⁰⁾ interdicta, quam multorum fertur²¹⁾ temeritas praeterire, volentes inviolabiliter observari, eam²²⁾ decernimus²³⁾ poenae adiectione iuvandam, statutis, ut universi et singuli, qui ob procuracionem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam, vel etiam a volente recipere, vel alias constitutionem²⁴⁾

Cap. I. 18) in suo statu manens concedimus, donec etc.: conc., quod ef. — 19) quas: conc. Ms.

TIT. XX. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — cf. adn. ad c. 1. de suppl. negl. l. 8. — 2) omitt. Innoc. IV. Ms. — 3) omitt. Sext. Ms. — 4) et eocl.: Innoc. IV. Ms. — 5) clericos: Böhm. — 6) coepit: Innoc. IV. Ms. — 7) et dioec.: id. ap. Mans. — 8) add.: ab eo: Innoc. IV. — 9) alia: id. Ms. — 10) indigerint: Böhm. — 11) praetermissa: Innoc. IV. Ms. —

12) clericos: Innoc. IV. — 13) fuerunt: Sext. Ms. — 14) providentiam: Innoc. IV. Ms. — 15) omitt. id. — 16) egent: id. — 17) his: Sext. Ms. — 18) eorum: Innoc. IV. Ms. — 19) desid. in Sext. Ms. — 20) omitt. Innoc. IV. ap. Mans. — 21) subditos: id. Ms.

Cap. II. 19) c. 24. conc. Lugd. II. — 20) familia: conc. Ms. — familia: Sext. Ms. — 21) refertur: conc. Ms. — 22) omitt. id. — 23) decernimus: conc. ap. Mans. — 24) desid. in Sext. Ms.

ipsam recipiendo munera, sive, visitationis officio non impenso, procuracionem in victualibus, aut aliquid aliud procuracionis occasione violare praesumpserint, duplum eius, quod receperint²⁵⁾, ecclesiae, a qua id receptum fuerit, infra²⁶⁾ mensem reddere teneantur. Alioquin extunc patriarchae, archiepiscopi, episcopi duplum ipsum ultra²⁷⁾ praedictum tempus restituere differentes, ingressum sibi ecclesiae sentiant²⁸⁾ interdictum; inferiores vero ab officio et beneficio noverint se suspensos, quousque de duplo huiusmodi gravatia ecclesiis plenariam satisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remissione, liberalitate seu gratia valitura.

CAP. III.

Visitator recipere potest procuracionem in pecunia, volentibus visitatis; sed una die ultra unam procuracionem non recipiet, licet plura visitaverit loca. H. d. Dominicus.

Bonifacius VIII.

Felicitis recordationis Gregorius Papa X. praedecessor noster prohibuit in concilio Lugdunensi, ne aliqui ob procuracionem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam praesumerent, vel etiam recipere a volente. Verum quoniam rerum experientia nos instruxit, ex hoc tam personis visitantibus quam locis et ecclesiis²⁹⁾ visitatis multa incommodorum dispendia provenire: concedimus, ut patriarchae, archiepiscopi, episcopi et alii, quibus ex officio competit visitare, a volentibus ecclesiarum et locorum visitatorum rectoribus seu personis pecuniam licite recipere valeant pro sumptibus moderatis faciendis in victualibus, diebus, quibus visitationis officium personaliter exercebunt, adiicientes, quod non liceat visitanti nisi unam procuracionem recipere una die, sive unum locum solum visitaverit sive plura, etiamsi locus quilibet visitatus ab illo sufficeret ad procuracionem integram persolvendam; quum eidem sufficere debeat, ut temporalia metat a locis personaliter visitatis pro diebus, quibus eis spiritalia subministrat³⁰⁾. Cetera vero, in eiusdem praedecessoris constitutione contenta, in suo volumus robore perdurare.

CAP. IV.

Si universitas vel singularis persona ecclesias vel ecclesiasticas personas compulerit solvere pedagium, vel guidagium, vel exactiones pro rebus suis, quas causa negotiationis non deferunt, vel pro personis: singulares sunt excommunicati, et universitas interdicta, nec potest contrarium consuetudo. Clem. ult. hoc addit, quod dioecesanis, quibus constat, aliquos has sententias incidisse, illos publicare debent, et ipsas sententias facere observari. eod. tit. Praesenti. Ioann. Andr.

Idem.³¹⁾

Quamquam pedagogum exactiones tam iure canonico quam civili regulariter merito sint damnatae: tanto tamen districtius, ne ab ecclesiis et personis ecclesiasticis talia exigantur, prohiberi oportet, quanto, si id fiat, maioris³²⁾ inde transgressionis reatus incurritur, et offensae evidentior comprobatur. Quum igitur ecclesiae, ecclesiasticaeque personae ac res ipsarum non solum iure humano, quin immo et divino, a saecularium personarum exactionibus sint immunes: constitutionem felicitis recordationis Alexandri Papae IV. praedecessoris nostri, qui statuit, ecclesias et personas ecclesiasticas ad pedagia et guidagia penitus non teneri, nec ad exhibendum vel solvendum talia pro rebus suis propriis, quas non causa negotiandi deferunt vel deferri faciunt seu transmittunt, volentes propter multorum insolentiam³³⁾ et abusum poenae administrulo adjuvare, adicimus districtius inhibendo, (contraria consuetudine quorumcumque, quae dicenda est corruptela verius, non obstante,) ut nec collegium nec universitas, nec aliqua etiam singularis persona, cuiuscunque sit dignitatis, conditionis aut status, a praefatis ecclesiis aut personis pro personis ipsis aut rebus praedictis talia exigat vel extorqueat³⁴⁾ per se vel per alium, suo nomine vel etiam alieno, aut eis ad huiusmodi persolvenda compellat. Qui vero contra fecerint³⁵⁾, si personae fuerint singulares, excommunicationis, si autem collegium vel universitas civitatis³⁶⁾, castri seu loci alterius cuiuscunque, ipsa civitas, castrum vel locus interdicti sententias ipso facto incurrant, nec ab excommunicatione huiusmodi absolutionem vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenarie restituerint, et de transgressione satisfecerint competenter.

Cap. II. 25) receperant: conc. Ms. — 26) infra: Böhm. — 27) infra: conc. Ms. — 28) omitt. Sext. Ms. — sibi sciant ingressum eo interd.: conc. Ms.

Cap. III. 29) ecclesiae: Sext. Ms. — 30) ministravit: id.

Cap. IV. 31) Mancus est Cod. Lips., quo hucusque usi sumus. Visum itaque est, ne aliquid desiderari possit, variantes lectiones e Böhmiano in hunc nostrum librum transferre. — 32) maioris: C. H., B6hm.

CAP. V.

Archiepiscopus visitare potest provinciam ac etiam iterare, licet suffraganei non sint negligentes, et tunc confessiones omnium audire, absolvere, et poenitentias imponere. H. d. Domin.

Idem.

Perpetuo declaramus edicto, archiepiscopum posse secundum tenorem constitutionis felicitis recordationis Innocentii Papae IV.³⁷⁾ praedecessoris nostri super hoc editae suam provinciam visitare libere, licet non sint eius suffraganei negligentes, et iterare visitationem eandem, ac procuraciones³⁸⁾ a locis recipere visitatis, consuetudine, si qua forsitan ab ipsis suffraganeis vel ab aliis allegetur, praemissis³⁹⁾ contraria non obstante. Potest etiam idem archiepiscopus, dum visitat, confessiones subditorum suffraganeorum⁴⁰⁾ audire, ac absolvere contentes, et ipsis poenitentias iniungere salutares.

TITULUS XXI.

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE
VEL ALTARIS.

CAP. UN.

Polluta ecclesia pollutum est coemeterium illi contiguum, sed non remotum. Pollutio coemeterii ecclesiam non polluit, licet contigua existat. Polluto uno coemeterio aliud illi contiguum pollutum non est, licet per portam de uno in aliud detur ingressus. Hoc dicit Dominicus.

Bonifacius VIII.

Si ecclesiam pollui sanguinis aut seminis effusione contingat: ipsius coemeterium, si contiguum sit eidem, censetur esse pollutum. Unde, antequam reconciliatum fuerit, non debet in eo aliquis sepeliri; secus, si remotum fuerit ab eadem. Non sic quoque in casu converso sentimus, ut videlicet polluto coemeterio, quamvis ecclesiae contiguo, debeat ecclesia reputari polluta, ne minus dignum¹⁾ maius, aut accessorium principale ad se trahere videatur. Non unum, sed plura coemeteria esse noscuntur, quae, quamvis sibi cohaerentia, pariete tamen medio seiunguntur²⁾. Ideoque, violato eorum altero, alterum, licet de uno ad aliud per portam intermedium habeatur accessus, non propter hoc reputabitur violatum.

TITULUS XXII.

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE SANCTORUM.

CAP. UN.

Festa duodecim Apostolorum, quatuor Evangelistarum, et quatuor Doctorum et Confessorum ecclesiae, scilicet Gregorii, Augustini, Ambrosii et Hieronymi, sub officio dupliti debent solemniter celebrari. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Gloriosus Deus in sanctis suis et in maiestate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prudentiae¹⁾, nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censura iudicii coelestia pariter et terrena disponit, etsi cunctos eius ministros magnificet, altis decorat honoribus, et coelestis efficit beatitudinis possessores: illos tamen, ut dignis digna rependat, potioribus attollit insigniis dignitatum, et praemiorum uberiori retributione prosequitur, quos digniores agnoscit, et commendat ingentior excellentia meritorum. Sic et alma mater ecclesia, eius sacra vestigia prosequens, et exemplo ducta laudabili, licet universos in regnis coelestibus constitutos studiis honorare sollicitis, et sonoris efferre praeconiis²⁾ non desinat, gloriosissimos tamen Christianae fidei principes, athletas Dei electos, iustos saeculi iudices, lumina vera mundi, videlicet Christi redemptoris Apostolos numero duodeno contentos, qui, viventes in carne, praedictam ecclesiam suo pretioso sanguine plantaverunt, ipsam erigendo sublimiter et disciplinis sanctissimis dirigendo, reverendissimos etiam patres virosque clarissimos quatuor Evangelistas Domini, per quorum diligentissima et fidelissima studia eidem ecclesiae sacra evangelia illuxerunt, egregios quoque ipsius, Doctores ecclesiae, beatos Gregorium, qui meritis inolytus

— 33) insolentiam: C. H. — 34) exigant vel extorqueant: C. R. — 35) contrarium fuerit: C. H. — 36) abest a C. R.

Cap. V. 37) Papae III.: C. R. — cf. c. prox. antec. — 38) procuracionem: C. R. H. — 39) in praemissis: ib. — 40) add.: suorum: C. R.

TIT. XXI. Cap. un. 1) dignum: abest a C. H. — 2) seiungantur: C. R.

TIT. XXII. Cap. un. 1) scientias et prudentiae: C. R. — 2) praeconiis: C. H.

sedis apostolicae curam gessit, Augustinum et Ambrosium, venerandos antistites, ac Hieronymum, sacerdotii praeditum titulo, eximios confessores summis attollere vocibus, laudibus personare praecipuis, et specialibus disponit honoribus venerari. Horum³⁾ quippe⁴⁾ doctorum perlucida⁵⁾ et salutaria documenta praedictam illustrarunt ecclesiam, decorarunt virtutibus, et moribus informarunt. Per ipsos praeterea, quasi luminosas ardentisque lucernas super candelabrum in domo Domini positas, errorum tenebris profugatis, totius corpus ecclesiae tanquam sidus irradiat matutinum. Eorum etiam foecunda facundia, coelestis irrigui gratia influente, scripturarum aenigmata reserat, solvit nodos, obscura dilucidat, dubiaque declarat; profundis quoque ac decoris illorum sermonibus ampla ipsius ecclesiae fabrica, velut gemmis vernantibus, rutilat, et verborum elegantia singulari gloriosius sublimate coruscant. Ideoque circumspecta prudentia⁶⁾ dictae sedis, quae, actibus intenta salubribus et operibus exposita pietatis, libenter et solleter exsequitur quae sunt Dei⁷⁾, praemissa sollicite digneque considerans, et debita meditatione perlustrans, ad divini nominis honorem et gloriam, exaltationem⁸⁾ catholicae fidei, salutemque fidelium, merito censuit riteque providit, Apostolos, Evangelistas et Confessores eisdem in universali ecclesia honorificentiae potioris impendiis attollendos, ut ab ea⁹⁾ tanto propensius honorari se sentiant, quanto ipsam prae ceteris excellentius illustrarunt. Nos itaque, pii ducti consiliis dignisque studiis excitati, nonnullos praedecessores nostros Romanorum Pontificum, qui, specialis devotionis prosequentes affectum, aliquorum festa sanctorum sub duplici ordinaverunt officio celebranda, imitari sollicite intendentes, eorumdem Apostolorum, Evangelistarum et Confessorum festivitates¹⁰⁾ praecipuas de fratrum nostrorum consilio et assensu¹¹⁾ sub officio duplici per universas orbis ecclesias volumus, statuimus et praecipimus annis singulis perpetuis futuris temporibus solemniter celebrari.

TITULUS XXIII.

DE IMMUNITATE ECCLESiarUM, COEMETRIORUM ET ALIORUM LOCORUM RELIGIOSORUM.¹⁾

CAP. I.

Saeculares potestates ab ecclesiis vel ecclesiasticis personis tallias vel exactiones pro rebus vel possessionibus acquisitis vel acquirendis exigere non praesumant, nec eas compellere ad ipsas distrahendum, vel extra manum suam ponendum. H. d. Ioann. Andr.

Alexander IV.

Quia nonnulli, habentes temporale dominium, vel potestatis gerentes officium saecularis, libertatem et immunitatem²⁾ ecclesiasticam laedere ac minuere³⁾ tanquam honoris et privilegii⁴⁾ ecclesiarum invidi moliantur: expedit, quod per diligentiam et auctoritatem sedis apostolicae, quae curam habet ecclesiarum omnium et tutelam, contra talium ausus et conamina opportunum remedium apponatur⁵⁾, ut ecclesiae ipsae⁶⁾ in plenitudine iuris sui et libertatis integritate laetentur, ac detestabilis malignorum audacia et insolentium⁷⁾ nefaria temeritas propulsetur. Sane intelleximus, quod in regno Franciae communiae, scabinis seu consules et alii domini temporales, et ii, qui iurisdictionem in ipsis communis, civitatibus, castris et villis temporalem exercent, vel quibus⁸⁾ in illis commissa est executio iustitiae saecularis, molesti sunt nimium ecclesiis super pluribus et infesti, et inter cetera nituntur et student, ut illis collectas et tallias et alia huiusmodi eadem ecclesiae praetextu bonorum, quae acquisiverunt, tribuant et persolvant, vel extra manum suam ponant huiusmodi acquisita. Volentes itaque super his omnibus, prout expedit, sollicite providere, totque⁹⁾ temerariis ausibus congruis praesidiis obviare, auctoritate apostolica praehabita cum fratribus nostris diligenter deliberatione deernimus, non licere praefatis communis, scabinis, et iis, qui in eis iurisdictionem temporalem obtinent vel iustitiam temporalem¹⁰⁾ exercent, tallias, vel collectas seu exactiones quasunque ecclesiis vel personis ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus, praediis vel quibuscunque posses-

sionibus, ab eisdem ecclesiis vel personis ecclesiasticis legitime haecenus acquisitis vel in posterum acquirendis, etiam ipsae ecclesiae vel personae vel res huiusmodi sint infra¹¹⁾ illorum districtum vel territorium constitutae. Nec etiam liceat illis, ipsae ecclesiae vel personas ad distrahendum vel alienandum, aut extra manum suam ponendum acquisita iam, vel quae deinceps acquirant, aliquatenus coarctare.

CAP. II.

In ecclesiis dato humili ingressu debet orationibus insisti, exclusis clamoribus et seditiosis, conciliis universitatis laicorum, et eorum publicis parlamentis, vanis colloquiis, negotiationibus, et mundanis ac iudiciis saecularibus, et maxime criminalibus. H. d. usque ad §. Ordinarii. Dominicus. — §. 1. Locorum ordinarii exsequi debent hic contenta; et sententias, in ecclesiis habitae, sunt nullae, et contra facientes puniri debent. H. d. Dominicus.

Gregorius X. in generali concilio Lugdunensi.¹²⁾

Decet domum Domini sanctitudo, decet, ut, cuius in pace factus est locus, eius¹³⁾ cultus sit cum debita veneratione pacificus. Sit itaque ad ecclesias humilis et devotus ingressus, sit in eis quiesca conversatio, Deo grata, inspicientibus placita¹⁴⁾, quae considerantes non solum instruat, sed et¹⁵⁾ reficiat. Convenientes ibidem nomen illud, quod est super omnia nomen, a quo aliud¹⁶⁾ sub coelo non est datum hominibus, in quo salvos fieri credentes oportet, nomen videlicet Iesu Christi, qui salvum faciet¹⁷⁾ populum suum a peccatis eorum, exhibitione reverentiae specialis attollant, et, quod generaliter scribitur, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, singuli singulariter in se ipsis implentes, praecipue dum aguntur missarum sacra ministeria¹⁸⁾, gloriosum illud nomen quandoocunque recollitur, flectant genua cordis sui¹⁹⁾, quod vel capitis inclinatione testentur. Attendantur in locis eisdem²⁰⁾ intentionis praecordii sacra solennia, devotis²¹⁾ orationibus insistatur. Nullus in locis eisdem²²⁾, in quibus cum pace ac quiete vota convenit celebrari, seditioem excitet, conclamationem moveat impetive committat. Cessent in locis²³⁾ illis²⁴⁾ universitatum et societatum quarumlibet concilia²⁵⁾, conciones²⁶⁾ et publica parlamenta. Cessent²⁷⁾ vana et multo fortius foeda et profana colloquia, cessent confabulationes quaelibet. Sint postremo quaecunque alia²⁸⁾, quae²⁹⁾ divinum possunt³⁰⁾ turbare officium, aut oculos divinae maiestatis offendere, ab ipsis prorsus extranea, ne, ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi. Cessent in ecclesiis earumque coemeteriis negotiationes³¹⁾, et praecipue nundinarum ac³²⁾ fori cuiuscunque³³⁾ tumultus. Omnis in eis saecularium iudiciorum strepitus conquiescat. Nulla inibi causa per laicos, criminalis maxime, agitur; sint loca eadem a laicorum cognitionibus³⁴⁾ aliena. §. 1. Ordinarii locorum hoc³⁵⁾ faciant observari, suadenda suadeant, interdicta huius canonis auctoritate compescant, ad hoc³⁶⁾ alios etiam in ecclesiis ipsis magis assiduos et ad praemissa idoneos deputando. Et nihilominus processus iudicum saecularium, ac specialiter prolatae sententiae in eisdem locis omni careant robore firmitatis. Qui vero praemissas inhibitiones animo petulant contempserint, praeter processum ordinariorum et deputandorum ab ipsis, divinae ultionis et nostrae poterunt³⁷⁾ acrimoniam formidare, donec suum confessi reatum a similibus firmato proposito deliberaverint abstinere.

CAP. III.

Ponit excessus laicorum, qui clericis collectas, tallias et onera imponunt, et excessus clericorum, qui talibus consentiant. — §. 1. Praecipit, personas ecclesiasticas pro rebus suis vel ecclesiarum vel laicis solvere debere absque licentia apostolicae sedis, sub quocunque colore mutui, subventionis, doni vel alio quolibet, ut etiam ipsi laici tallias non exigant vel recipiant, nec occupent quocunque modo deposita ecclesiarum vel personarum ecclesiasticarum; singulares contra facientes excommunicat, universitates interdicat. Quas poenae locum habent in promissionibus, factis etiam ante hanc constitutionem, si postmodum solvantur vel recipiantur, et ab his sententis solus Papa absolvit, praeterquam in mortis articulo. Hoc dicit. — §. 2. Omnia privilegia derogantia huius constitutioni cassat et irritat.

Bonifacius VIII.

Clericis laicos infestos oppido tradit antiquitas, quod et praesentium experimenta temporum manifeste declarant, dum suis fribus non contenti nituntur in vetitum, ad illicita frena relaxant, nec

Cap. I. 3) quorum: C. R. — 4) quidem: C. H. — 5) praeculcanda: ibid. — 6) providentia: C. R. — 7) desid. ib. — 8) et exalt.: C. H. — 9) ab eo: C. R. — 10) solennitates: C. H. — 11) et assensu: desid. in C. R. TIT. XXIII. Cap. I. 1) coem. et al. loc. relig.: absunt a C. H. — 2) et imm.: non habet C. R. — 3) imminuere: ib. — 4) privilegia: ib. — 5) opponatur: C. H. — 6) abest a C. R. — 7) insolentium: C. H. — 8) a quibus: ib. — 9) tot: C. H. — 10) saecularem: C. R. et H. — 11) infra: Böhm. Cap. II. 12) c. 25. conc. Lugd. II. — 13) omitt. conc. — 14) placida: id. — 15) omitt. id. — 16) desid. in C. H. — 17) facit: conc. ap.

Mans. — 18) mysteria: conc. Böhm. — 19) add.: flectant et corporis, si patitur facultas: conc. Ms. — 20) ipsi eisd.: id. — ipsi: Mans. — 21) devotis animis orationibus intendatur: id. — devotis animis orationibus tamen intendatur: conc. Ms. — 22) omitt. id. — 23) omitt. conc. C. H. — 24) id.: id. — 25) concilia: conc. ap. Mans. — 26) contentiones: conc. Ms. — 27) add.: in eis: C. H. — 28) omitt. conc. Ms. — 29) desid. ap. Mans. — 30) possent: conc. Ms. — 31) negotiationibus: C. H. — 32) aut: conc. Ms. — 33) cuiuscunque: Mans. — 34) cogitationibus: conc. Ms. — 35) haec: Mans. — 36) haec: id. — 37) poterunt: conc. Ms.

prudenter attendunt, quam sit eis in clericos ecclesiasticas personas et bona interdicta potestas, ecclesiarum praelatis, ecclesiis, ecclesiasticisque personis regularibus et saecularibus imponunt onera gravia, ipsosque³⁸) talliant, et eis collectas imponunt, ab ipsis suorum proventuum vel bonorum dimidiam decimam seu vicesimam, vel quamvis aliam portionem aut quotam exigunt et extorquent, eosque moliantur multifarie subicere servituti, suaeque submittere dittoni³⁹), et, (quod dolenter⁴⁰) referimus,) nonnulli ecclesiarum praelati ecclesiasticasque personae, trepidantes ubi trepidandum non est, transitoriam pacem quaerentes, plus timentes maiestatem temporalem offendere quam aeternam, talium abusibus non tam temerarie quam improvide acquiescunt, sedis apostolicae auctoritate seu licentia non obtenta. §. 1. Nos igitur, talibus iniquis actibus obviare volentes, de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate statuimus, quod, quicumque praelati ecclesiasticasque personae, religiosas vel saeculares quorumcumque ordinum, conditionis seu status, collectas vel tallias, decimam, vicesimam seu centesimam suorum et ecclesiarum proventuum vel bonorum laicis solverint vel promiserint, vel se soluturos consenserint, aut quamvis aliam quantitatem, portionem aut quotam ipsorum proventuum vel bonorum aestimationis vel valoris ipsorum, sub adiutorii, mutui, subventionis, subsidii vel doni nomine, seu quovis alio titulo, modo vel quaesito colore absque auctoritate sedis⁴¹) eiusdem, nec non imperatorum, reges seu principes, duces, comites vel barones, potestates, capitanei, vel officiales vel rectores, quocumque nomine censeantur, civitatum, castrorum seu quorumcumque locorum, constitutorum ubilibet, et quivis alii cuiuscumque praecminentiae, conditionis et status, qui talia imposuerint, exegerint vel receperint, aut apud aedes sacras deposita ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum ubilibet arrestaverint, saisiverint seu occupare praesumpserint, vel arrestari, saisiri aut occupari mandaverint, aut occupata, saisita seu arrestata receperint, nec non omnes, qui scienter dederint in praedictis auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Universitates quoque, quae in his culpabiles fuerint, ecclesiastico supponimus interdictum, praelatis et personis ecclesiasticis supra dictis in virtute obedientiae, et sub depositionis poena districte mandantes⁴²), ut talibus absque expressa licentia dictae sedis nullatenus acquiescant, quodque⁴³) praetextu cuiuscumque obligationis⁴⁴), promissionis et confessionis⁴⁵), factarum hactenus vel faciendarum in antea, priusquam huiusmodi constitutio, prohibitio seu praecceptum ad notitiam ipsorum pervenerint⁴⁶), nil solvant, nec supra dicti saeculares quoquo modo recipient. Et si solverint, vel praedicti receperint, excommunicationis sententiam incidant ipso facto. A supra dictis autem excommunicationum⁴⁷) et interdicti sententiam nullus absolvi valeat, praeterquam in mortis articulo, absque sedis apostolicae auctoritate et licentia speciali, quum nostrae intentionis existat, tam horrendum saecularium potestatum abusum nullatenus sub dissimulatione transire. §. 2. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, sub quibuscumque tenoribus, formis seu modis aut verborum conceptione, concessis imperatoribus, regibus et aliis supra dictis, quae contra praemissa in nullo volumus alicui vel aliquibus suffragari.

CAP. IV.

Excommunicati sunt, qui impediunt super causis, quae ad forum ecclesiasticum de iure vel de consuetudine pertinent, literas a sede apostolica impetrari, vel super ipsis coram ordinariis vel delegatis ecclesiasticis litigari. Ioann. Andr.

Idem.

Quoniam, ut intelleximus, quorundam iustitiariorum, ballivorum⁴⁸) iudiciumve saecularium ac⁴⁹) temporalium dominorum in quibusdam partibus praesumptuosa temeritas sic excrevit, ut in terra eorum sive districtibus literas apostolicas impetrantes, vel ad iudices ordinarios ecclesiasticos⁵⁰) recurrentes super causis, negotiis seu quaestionibus, quae ratione personarum aut rerum de iure aut antiqua consuetudine ad forum ecclesiasticum pertinent, obtinere non possunt in eis per eosdem ordinarios iudices vel apostolicas literas iustitiae complementum, quin potius super illis recurrere ad iudicium saeculare, vel a lite, causa⁵¹) seu quaestione desistere compelluntur: nos, iustitiam nostram et ecclesiae sponsae nostrae nolentes negligere, qui alios in sua iustitia confovemus,

statuimus districtius inhibendo⁵²), ne quis impetratores literarum nostrarum, vel alios in foro⁵³) ecclesiastico delegato seu ordinario litigantes seu litigare volentes, sive ambae partes hoc voluerint sive una, super causis ecclesiasticis, sive quae ad forum ecclesiasticum ratione personarum, negotiorum vel rerum, de iure vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur, per se vel per alium⁵⁴) ad desistendum, vel in foro saeculari de quaestionibus huiusmodi⁵⁵) litigandum per eorum iudicium ecclesiasticorum vel impetran- tium aut litigantium, seu volentium litigare, aut propinquorum ipsorum⁵⁶) seu rerum illorum, aut ecclesiarum suarum etiam captio- nem, modisve aliis quibuscumque compellat⁵⁷), seu compelli faciat vel procuret, nec per se aliove impediatur, quo minus coram iudicibus ecclesiasticis, delegatis seu ordinariis⁵⁸) querelantes de causis, quae, ut praemissum est, ad cognitionem pertinent eorumdem, possint libere iustitiam obtinere, nec ad praedicta faci- enda det auxilium, consilium vel favorem. Si quis vero contra praesumpserit: excommunicationi se ipso facto noverit subiacere, a qua, nisi tam iudici, cuius cognitio fuerit impedita vel iurisdic- tionis usurpata, quam parti, quae turbata in prosecutione fuerit sui iuris, de iniuria, damnis, expensis et interesse prius per eundem integre fuerit satis factum, nullatenus absolvatur.

CAP. V.

Domini temporales, prohibentes subditis, ne cum personis ecclesiasticis contrahant, vel communia obsequia exhibeant, ipso facto excommuni- cationem incurrunt. H. d. Dom.

Idem.

Eos, qui, temporale dominium obtinentes, suis subditis, ne prae- latis aut clericis seu personis ecclesiasticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque ipsis bladum molant, coquant panem⁵⁹), aut alia obsequia exhibere praesumant, aliquando inter- dicunt, quum talia in derogationem libertatis ecclesiasticae praesumantur, eo ipso excommunicationis sententiae decernimus subiacere.

TITULUS XXIV.

NE CLERICI VEL MONACHI SAECULARIBUS NEGOTIIS SE IMMISCEANT.

CAP. I.

Capitulum super Specula, prohibens audientiam legum vel physicae, non includit parochiales ecclesias habentes, nisi sint plebanias, habentes sub se capellas, in quibus clerici perpetuo instituuntur. H. d. Domini.

Bonifacius VIII.

Statutum felicis recordationis Honorii Papae III.¹) praedecessoris nostri, quod decanis, archidiaconis, praepositis, plebanis, can- toribus et aliis clericis, habentibus personatus, audire leges vel physicam interdicat, ad eos, qui parochiales ecclesias obtinere noscuntur, pia memoriae Clementis Papae IV. praedecessoris nostri vestigiis inhaerentes, declaramus praesentis constitutionis ora- culo ratione ecclesiarum huiusmodi non extendi, nisi eadem ecclesiae fuerint¹) plebaniae sub se capellas habentes, in quibus instituuntur²) clerici perpetui, nequeunt ab ipsis³) absque causa rationabili amoveri.

CAP. II.

Excommunicatus est ipso facto religiosus professus, habitum temerarie dimittens, vel ad quoscumque studia accedens, non obtenta licentia praelati et conventus. Doctores, scienter docentes, vel in scholis retin- entes ad leges vel physicam tales religiosos, similiter excommunicationem incurrunt. H. d. Dominicus.

Idem.

Ut periculosa religiosis evagandi materia subtrahatur, districtius inhibemus, ne de cetero aliquis, quamcumque religionem tacite vel expresse professus, in scholis vel alibi temere habitum religionis suae dimittat, nec accedat ad quaevis studia literarum, nisi a suo praelato cum consilio sui conventus vel maioris partis eiusdem sibi eundi ad studium licentia primitus sit concessa. Si quis autem horum temerarius violator extiterit: excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. Doctores quoque sive magistri, qui reli-

Cap. III. 38) ipsaque: C. H. — 39) iurisdictioni: ib. — 40) dolent-
tes: C. H. — 41) omitt. Böhm. — sedis apostolicae: C. R. — 42) manda-
mus: ib. — 43) quaeque: ib. — 44) obligationis: C. R. H. — 45) con-
cessionis: C. R. — 46) pervenerit: Böhm. — 47) excommunicationis: C. H.
Cap. IV. 48) ballivorum: C. R. — 49) aut: C. H. — ac temp.: desid.
ia C. R. — 50) et eccl.: C. R. — 51) vel alia de causa: C. H. — 52) dis-
trict. inhib.: desid. ib. — 53) vel alios ad forum ecclesiasticum recurrentes,

tes, super causis, quae ad idem forum de iure vel antiqua consuetudine
pertinere noscuntur, per se vel in foro etc.: C. R. H. — 54) per se vel per
al.: omitt. C. H. — 55) iuris: ib. — 56) suorum: C. R. — 57) compel-
lere: ib. — 58) seu etiam ord.: C. H.
Cap. V. 59) panes: C. H.
TIT. XXIV. Cap. I. 1) cf. c. 10. X. Ne cler. vel mon. III. 50. —
1) abest a C. R. — 2) instituuntur: ib. — 3) ab illis capellis: C. H.

giosos, habitu suo dimisso, leges vel physicam audientes scienter⁴⁾ docere, aut in scholis suis praesumpserint retinere, simili⁵⁾ eo ipso sint sententia⁶⁾ innodati.

CAP. III.

Clericus, in loco temporalis iurisdictionis suae super delicto ibi commisso delegans, ut veritate inquisita iustitiam exsequatur, irregularis non efficitur, licet poena sanguinis inferatur. H. d. Domin.

Idem.

Episcopus seu quicumque alius praelatus vel clericus, iurisdictionem

obtinens temporalem, si homicidio aut alio maleficio, ab aliquibus in iurisdictione sua commisso, ballivo⁷⁾ suo aut alii cuiunque iniungat, ut super hoc veritatem inquirens iustitiae debitum exsequatur, irregularis censi non debet, quamvis ipse ballivus vel alius contra malefactores ad poenam sanguinis processerit iustitia mediante. Nam licet clericis causas⁸⁾ sanguinis agitare non liceat: eas tamen, quum iurisdictionem obtinent⁹⁾ temporalem, debent et possunt metu irregularitatis cessante aliis delegare.

FINIS LIBRI TERTII.

SEXTI DECRETALIIUM
LIBER QUARTUS.

TITULUS I.

DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIIS¹⁾

CAP. UN.

Sponsalia pura et certa, ex consensu valida, licet alias nulla, inducunt publicam honestatem, quae habet diuinae sequentia sponsalia, sed non praecedentia. — §. 1. Publicam honestatem non inducunt sponsalia conditionalia ante conditionis eventum. H. d. Joann. Andr.

Bonifacius VIII.

Ex sponsalibus puris et certis, etiam si consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis aut alia quavis ratione sint nulla, dummodo non sint nulla ex defectu consensus, oritur efficax ad impediendum et dirimendum sequentia sponsalia vel matrimonia, non autem ad praecedentia dissolvendum, impedimentum iustitiae publicae honestatis. Quare ille, qui sponsalia²⁾ pure ac determinate cum aliqua muliere contraxit, et postmodum cum secunda prioris consanguinea idem fecit, ex priorum³⁾ sponsaliorum vigore, quibus per publicae honestatis iustitiam ex secundis sponsalibus subsecutam minime derogatur, ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus. §. 1. Ille vero, qui sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contraxit, si postmodum ante conditionis eventum cum alia, prioris consanguinea, per verba contraxerit⁴⁾ de praesenti, cum secunda remanere debet, quum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem exstantem, sicuti consensum⁵⁾ non habentibus et incertis, nulla publicae⁶⁾ honestatis iustitia oriatur.

TITULUS II.

DE DESPONSATIONE IMPUBERUM.

CAP. UN.

Sponsalia amborum infantium, vel alterius tantum, per superveniens maioris aetatis non validantur nec publicam honestatem inducunt, nisi fuerint ratificata tacite vel expresse. H. d. usque ad §. Idem quoque. Domin. — §. 1. Sponsalia, per verba de praesenti contracta inter impuberem et puberem, vel inter impuberes, non proximos pubertati, valent ut sponsalia de futuro; nec in matrimonium transeunt ex sola perseverantia aetatis, nisi aliter approbentur; inducunt tamen publicam honestatem. H. d. Dom. — §. 2. Sponsalia pro absentibus filiis non tenent, nisi ipsi praesentibus, vel nisi approbaverint tacite vel expresse ex postfacto. H. d. Domin.

Bonifacius VIII.

Si infantes ad invicem, vel unus maior septennio, et alter minor, sponsalia contraxerint ipsi, vel parentes pro eis, nisi per cohabitationem eorum mutuum, seu alias verbo vel facto ipsorum liquido appareat, eandem in eadem voluntate factos maiores septennio per-

durare: sponsalia huiusmodi, quae ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minime convalescunt, et ideo, quum sint nulla, ratione defectus consensus publicae honestatis iustitiam non inducunt. §. 1. Idem quoque, si pubes et impubes, vel duo impuberes non proximi pubertati, et in quibus aetatem malitia non supplebat, per verba contraxerint¹⁾ de praesenti. Sponsalia enim illa, quae iuris interpretatione tantum fuerunt²⁾ sponsalia de futuro, licet verba consensus exprimentia de praesenti haberent, et matrimonium contrahere intenderent contrahentes, per³⁾ adventum pubertatis in matrimonium non transeunt de praesenti. Nec matrimonium, quod ut matrimonium⁴⁾ aetate non tenuit prohibente, per lapsum dicti temporis convalescit, nisi⁵⁾ per carnis copulam subsecutam, vel aliquem modum alium⁶⁾ contrahentes eisdem cum eiusdem perseverantia voluntatis ad pubertatis tempora pervenisse considerit evidenter; per dictum tamen contractum, qui valuit, ut potuit, non sicuti agebatur, publicae honestatis iustitia est inducta. §. 2. Porro ex sponsalibus, quae parentes pro filiis puberibus vel impuberibus plerumque contrahunt, ipsi filii, si expresse consenserint vel tacite, ut si praesentes fuerint, nec contradixerint, obligantur, et ex eis oritur iustitia publicae honestatis. Et est idem, si filii, tempore sponsaliorum absentes, et etiam ignorantes, eadem sponsalia post scientes ratificaverint tacite vel expresse⁷⁾; alias ex sponsalibus, contractis a parentibus pro filiis, nec ipsi filii obligantur, nec publicae honestatis iustitia inde surgit.

TITULUS III.

DE COGNATIONE SPIRITUALI.

CAP. I.

Inter baptizatum et levantem, filios et uxorem levantis, ante carnaliter cognitum, et suscipientem et patrem et matrem suscepti, et similiter de baptizante, spiritualis contrahitur cognatio. H. d. usque ad §. Ex confirmatione. Domin. — §. 1. Confirmatio frontis inducit spirituales cognationem, sicut baptismus. H. d. Domin.

Bonifacius VIII.

Nedum inter baptizatum et illum, qui eum suscepit de baptismo, ac inter eundem baptizatum et suscipientia filios et uxorem, ante susceptionem carnaliter cognitam ab eodem, immo etiam inter suscipientem, patremque baptizati et matrem, cognationem spirituales in baptismo contrahi iure constat, quae cognatio et contrahendum matrimonium impedit, et dirimit post contractum. Et eadem, quae de¹⁾ suscipiente sunt dicta, sunt etiam de baptizante censenda. §. 1. Ex confirmatione quoque sequi frontis chrismatione spiritualis cognatio eisdem modis²⁾ contrahitur, matrimonia similiter impediens contrahenda, et dirimens post contracta.

Cap. II. 4) scientes: C. R. — 5) similiter: C. H. — 6) excommunicationis sententia: C. R.

Cap. III. 7) baiulo: C. R. — 8) causam: C. H. — 9) obtineant: ib.

Liber IV. TIT. I. Cap. I. 1) et matr.: desid. in C. H. — 2) add.

vel matrimonia: C. H. — 3) desid. ib. — 4) contraxit: ib. — 5) sicut ex consensu: C. R. — 6) publica: C. H.

TIT. II. Cap. un. 1) contraxerunt: C. R. — 2) fuerint: C. H. — 3) propter: C. R. — 4) ut matr.: desid. ib. — 5) non: ib. — 6) alium de praedictis: ib. — 7) add.: per modum aliquem supra dictum: C. R.

TIT. III. Cap. I. 1) in: C. R. — 2) eodem modo: ib.

CAP. II.

Compaternitas per catechismum contracta impedit matrimonium, sed non dirimit. Ioann. Andr.

Idem.

Per catechismum, qui praecedit baptismum, sacramentorum fundamentum et ianuam reliquorum³⁾, cognatio spiritualis contrahitur, per quam contrahendum matrimonium impeditur, ut ex praedecessoris nostri Clementis Papae III.⁴⁾ decretali colligitur evidenter. Dicendo enim, quod talis res vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret⁵⁾, velle videtur, quod afferat. Nam quod vix sit, fieri tamen⁶⁾ dubium non existit. Per illam tamen cognationem matrimonium, post eam⁷⁾, contractum, minime separatur.

CAP. III.

Unus tantum intervenire debet in levatione infantis de sacro fonte, vel chrismatione frontis; tamen, si plures interveniant, cognationem contrahunt spirituales. Et ex aliis sacramentis cognatio non contrahitur. H. d. Domin.

Idem.

Quamvis non plures, quam unus vir, vel⁸⁾ una mulier accedere debeant ad suscipiendum de baptismo infantem iuxta sacrorum canonum instituta: si tamen plures accesserint, spiritualis cognatio inde contrahitur matrimonia contrahenda impediens, et etiam post contracta dissolvens. De confirmatione insuper, quantum ad hoc, idem iudicium est habendum. Ex datione vero aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quae matrimonium impediatur vel dissolvatur.

FINIS LIBRI QUARTI.

SEXTI DECRETALIU M LIBER QUINTUS.

TITULUS I.

DE ACCUSATIONIBUS, INQUISITIONIBUS ET DENUNCIATIONIBUS.

CAP. I.

Ex confessione eorum delegato, inquirente super certis criminibus deputato, facta, punitur confitens, licet dicat, se prius diffamatum non fuisse, vel inquisitionis capitula non habuisse. H. d. Domin.

Bonifacius VIII.

Postquam coram eo, qui contra te super certis criminibus inquisitor fuerat deputatus, eadem crimina fuisti confessus: frustra confessionem tuam, quo minus puniaris ex ea prout iustitia suadebit, eo praetextu impugnare contendis¹⁾, quod super eisdem criminibus non fueras antea diffamatus, vel quod per eundem inquisitorem capitula, super quibus contra te volebat inquirere, tibi tradita non fuerant.

CAP. II.

Valet inquisitio, facta super veritate criminum, omissa inquisitione infamiae, si reus praesens tacuit. H. d. secundum Ioann. Andr.

Idem.

Si is, cui contra te commissa fuerat simpliciter inquisitio super certis criminibus faciendis, processerit te praesente, nec reclamante, aut²⁾ quocumque super hoc excipiente, infamiae inquisitione omissa, ad veritatem eorundem criminum inquirendam: processum huiusmodi ex eo, quod non fait de infamia primitus inquisitum, ulterius impugnare nequibus.

TITULUS II.

DE HAERETICIS.

CAP. I.

Propter crimen haeresis clericum, in quibuscunque sacris ordinibus constitutum, solus eius episcopus degradare poterit. H. d. Domin.

Gregorius IX. *Remensi Archiepiscopo et suis*¹⁾ *Suffraganeis.*

Quoniam episcoporum numerus, ad degradationem clericorum a canonibus constitutus, non potest de facili convenire: concedi-

Cap. II. 3) aliorum: C. H. — 4) Papae IV.: C. R. — cf. c. 5. X. eod. IV. 11. — 5) affert: C. H. — 6) autem: ib. — 7) postea: ib.

Cap. III. 8) desid. in C. H.

Liber V. TIT. I. Cap. I. 1) intendis: C. R.

CAP. II.

Excommunicationem incurrit sepeliens scienter haereticos, vel eorum receptatores, defensores vel fautores; nec absoluitur, nisi exhuret eorum corpora; locus vero privatur sepultura. H. d. usque ad §. Inhibemus. Domin. — §. 1. *Excommunicari debent laici, publice vel occulte disputantes de fide.* H. d. Domin. — §. 2. *Non valet promotio haereticorum, eis credentium, fautorum, receptatorum, et defensorum eorum, nec filiorum suorum usque ad secundam generationem ad beneficia ecclesiastica vel officia publica.* H. d. Domin. — §. 3. *Privati sunt habentes beneficia ecclesiastica ad preces haereticorum, et inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, si scienter talia receperunt.* H. d. Domin. — §. 4. *Nulla est emancipatio filiorum vel subditorum per haereticos facta, etiamsi postea vitium detegatur.* H. d. Dominicus.

Alexander IV.

Quicumque haereticos, credentes, receptatores, defensores vel fautores eorum scienter praesumpserint ecclesiasticae tradere sepulturae, usque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiae se noverint subiaccere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publice extument, et proiciant huiusmodi corpora damnatorum, et locus ille perpetua²⁾ careat sepultura, §. 1. Inhibemus quoque, ne cuiquam laicae personae liceat publice vel privatim de fide catholica disputare. Qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. §. 2. Haeretici autem, credentes, receptatores, defensores et fautores eorum, ipsorumque filii usque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium publicum admittantur. Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum et inane. §. 3. Ad haec quoscunque viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum dignitates, personatus et quaecunque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc privamus taliter acquisitis, volentes, quod tales et habitis careant perpetuo, et, si⁴⁾ receperunt illa⁵⁾ scienter, ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur. §. 4. Illorum autem filiorum emancipationem, quorum parentes post emancipationem etiam⁶⁾ huiusmodi apparuerit⁷⁾ ante ipsam a via veritatis ad haereticam superstitionis⁸⁾ invium declinasse, nullius volumus esse momenti, velut factam de hominibus sui iuris, quum dignum sit, ut propter tanti atrocitatem delicti filii esse in parentum haereticorum desierint potestate.

Cap. II. 2) nec: C. H.

TIT. II. Cap. I. 1) eius: C. R. — 2) immutandus: Böhm.

Cap. II. 3) perpetuo: C. R. H. — 4) desid. in C. H. — 5) receptatis: C. R. — 6) desid. in C. H. — 7) apparuerint: ib. — 8) suspensions: ib.

CAP. III.

Filii et heredes petentium in infirmitate sua haereticorum consolationem, non admittuntur ad probandum, quod non sana mente vel perdita loquela susceperint, si constat, quod erant sanae mentis, vel prius suspecti vel diffamati erant de haeresi; alios admittuntur, scilicet per testes fide dignos, non suspectos. Hoc sicut, Dominicus.

Idem Inquisitoribus haereticae pravitatis.

Filii vel heredes illorum, qui, dum in aegritudinis⁹⁾ lecto decumberent, petierunt haereticos consolatos¹⁰⁾, ut ab eis per manus impositionem consolationem reciperent secundum pessimam consuetudinem eorundem, sicutque viam fuerint universae carnis ingressi, ad probandum, quod ipsi defuncti consolationem illam, imino verius desolationem, non sanae mentis effecti susceperint, vel post perditam iam loquelam, (quum tamen moris sit, ut dicitur, apud eos, quod nullum taliter consolentur, qui non sit sanae mentis, et memoriam habeat ordinatam,) admitti non debent, si, dum¹¹⁾ vivebant, diffamati erant de haeresi vel suspecti, aut legitime constiterit, quod sanae mentis existentes huiusmodi haereticos¹²⁾ petierunt. Alioquin admitti poterunt praedicti filii vel heredes ad probandum praemissa, non tamen per uxores, filios, familiares, vel de suis aliquos, sed per testes alios fide dignos, et specialiter fidei zelatores.

CAP. IV.

Relapsi in haeresim sunt tradendi curiae saeculari, licet poenitent eos, et ad fidem redeant; non tamen denegantur eis sacramenta poenitentiae et eucharistiae. H. d. Dominicus.

Idem eisdem.

Super eo, quod scriptum legitur: „Ecclesia nulli claudit gremium redeunti¹³⁾“, quodque hi, qui post abiurationem erroris, vel postquam¹⁴⁾ se proprii antistitis examinatione¹⁵⁾ purgaverint, si deprehensi fuerint in abiurationem haeresim recidisse, saeculari decernuntur iudicio sine ulla penitus audientia relinquendi, quum scripturae huiusmodi videantur sibi invicem adversari, quid tenendum sit per sedem edoceri apostolicam postulatis. Nos itaque inquisitioni vestrae de fratrum nostrorum consilio respondemus, quod taliter deprehensia, etiam¹⁶⁾, (ut dictum est,) sine ulla penitus audientia relinquendi sint iudicio saeculari, si tamen postmodum poeniteant, et poenitentiae signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt humiliter petita sacramenta poenitentiae ac eucharistiae deneganda.

CAP. V.

Excommunicati participes et socii criminis admittuntur in testes contra haereticos, si sciunt verisimiliter veritatem deponere. H. d. Dominicus.

Idem eisdem.

In fidei favorem concedimus, ut in negotio inquisitionis haereticae pravitatis excommunicati et participes vel socii criminis ad testimonium admittantur, praesertim in probationum aliarum defectum¹⁷⁾, contra haereticos, credentes, fautores, receptatores et defensores eorum, si ex verisimilibus coniecturis, et ex numero testium aut personarum tam deponentium, quam eorum, contra quos deponitur, qualitate¹⁸⁾, ac aliis circumstantiis sic testificantes falsa non dicere praesumantur.

CAP. VI.

Ordinarii vel eorum delegati, et inquisitores sine poena excommunicationis facere habent executionem iustitiae contra haereticos per habentes iurisdictionem saecularem in loco, licet excommunicati sint, vel de facto tantum illam iurisdictionem possideant. H. d. Dominicus.

Idem eisdem.

Praesidentes regimini alicuius regni, provinciae sive loci, licet excommunicati, vel de facto tantum, et non de iure iurisdictionem habentes; ac eorum officiales ad requisitionem ordinariorum vel delegatorum ipsorum, aut inquisitorum haereticae pravitatis, non valentium sine morae dispendio vel negotii periculo recursum habere ad superiores, qui legitime in locis ipsis possint iustitiam exsequi, possunt et debent contra haereticos, credentes, fautores, receptatores et defensores eorum iustitiam et suum officium exercere. Nec requirentes huiusmodi excommunicatos propter hoc

sententiam excommunicationis incurrunt. Non tamen praesidentibus praelibatis vel officialibus eorundem propterea¹⁹⁾ in aliis casibus intelligatur concessum aliquid vel permissum.

CAP. VII.

Excommunicatus propter contumaciam non respondendi super haeresi, de qua erat suspectus, post annum damnatur ut haereticus. H. d. Dominicus.

Idem eisdem.

Quum contumacia, in causa praesertim fidei, suspicioni praesumptionem adiciat vehementem; si suspectus de haeresi, vocatus²⁰⁾ a vobis, ut de fide respondeat, excommunicationis vinculo pro eo, quod parere subterfugit, aut contumaciter se absentat, per vos fuerit innodatus, quam sit²¹⁾ per annum animo sustineat pertinaci, extunc velut haereticus condemnatur.

CAP. VIII.

Abiurans in iudicio haeresim propter vehementem praesumptionem, si iterato labitur, licet non fuisset probatum plene, relapsus dicitur; secus, si levis erat praesumptio. H. d. usque ad §. Eum vero. Dominicus. — §. 1. Culpabilis in uno articulo haeresis, generaliter postea abiurando relapsus dicitur, si committit etiam in alium articulum separatim. H. d. Dominicus. — §. 2. Qui post abiurationem haeresis, de qua convictus fuerat, vel postea convincitur, facta vel verbo haereticis communicat in rebus hic prohibitis, relapsus dicitur. H. d. Dominicus. — §. 3. Testis, in causa haeresis falsum deponens, licet per iuramentum sit, probat dicendo contrarium; dum tamen ex indicibus constat, dictum non corruptionem, sed veritatem continere. H. d. — §. 4. Inquisitores, super haeresi deputati, non se intromittant de divinationibus vel sortilegiis, non sapientibus haeresim manifestam. H. d. Dominicus. — §. 5. Inquisitores haeresis de quaestionibus usurarum se intromittere non possunt. H. d. — §. 6. Inquisitores possunt compellere heredes fautorum haereticorum, qui tamen haereticum non erunt, ad implendum poenitentium iniunctum in bonis temporalibus; secus, si mortui sint, antequam fuerit poenitentia iniuncta. H. d. Dominicus. — §. 7. Post mortem haeretici declarari potest, eum haereticum fuisse, ad finem confiscandi. Dom. — §. 8. Clerici, instrumentes testes, ne inquisitores veritatem investigent, puniri possunt per eos; et religiosi gravius puniuntur. Hoc dicit Dominicus.

Idem eisdem.

Accusatus de haeresi vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna et vehemens suspicio orta erat, si haeresim in iudicio abiuravit, et postea committit in ipsa, censi debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam haeresim crimen plene probatum non fuerit contra ipsum. Si autem levis et modica suspicio illa fuerit, quanquam ex hoc sit gravius puniendus: non tamen²²⁾ debet in haeresim relapsorum²³⁾ poena puniri. §. 1. Eum vero, qui in una haeresis specie vel secta commisit, aut in uno fidei articulo seu ecclesiae sacramento erravit, et postmodum haeresim simpliciter vel generaliter abiuravit, si extunc in aliam etiam²⁴⁾ haeresim speciem sive sectam, aut alio articulo seu sacramento committat, volumus ut relapsum in haeresim iudicari. §. 2. Ille quoque, de cuius lapsu in haeresim ante abiurationem constiterat, vel nunc constat, si post illam haereticos recepit²⁵⁾, deducat, visitet sive associet, aut dona vel munera eis donet vel mittat, seu favorem eis impendat, qui excusari non possit etiam sine adoratione, (ut verbis vestris utamur,) merito debet iudicari relapsus, quum illum ex approbati²⁶⁾ a se prius erroris consequentia non sit dubium id fecisse. §. 3. Licet vero periuri a testimonio etiam post poenitentiam repellantur, si tamen ii, qui, coram inquisitoribus iurantes tam de se quam de aliis super facto haeresis dicere veritatem, eam celando deierent, et postmodum velint corrigere dictum suum, contra se ac alios suos complices deponendo: quum crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicibus apparuerit, tales non animi levitate, aut odii fomite, seu corruptione pecuniae, sed zelo fidei orthodoxae dictum suum velle corrigere, ac modo²⁷⁾ quae prius tacuerant revelare: in favorem fidei, nisi aliud obstat²⁸⁾, atari debet tam contra se quam contra reliquos attestationibus eorundem. §. 4. Sane, quum negotium fidei, (quod summe privilegium existit²⁹⁾), per occupationes alias non debeat impediri: pestis inquisitorum haereticae, a sede apostolica deputati, de divinationibus aut sortilegiis, nisi haeresim sapienter manifeste, intromittere se non debent, nec punire talia exercentes, sed eos relinquare suis iudicibus puniendos. §. 5. De quaestionibus praeterea usurarum, motis etiam contra illos, quibus restitutionem usurarum in poenitentia pro haeresis crimine iniunxerunt, ac illi

Cap. III. 9) aegritudinibus: C. R. — 10) consolatos: C. H. — consolatores: Böhm. — 11) quum, si, dum: C. R. — 12) huiusmodi praedictos haereticos: C. H. — consolatos haereticos: H.

Cap. IV. 13) cf. c. 35. C. XXIII. qu. 4. — 14) praeterquam: C. R. — 15) in exam.: C. R. — 16) desid. in C. H. — etiam sicut: C. R.

Cap. V. 17) defectu: C. H. — 18) omitt. C. R.

Cap. VI. 19) postea: C. R.

Cap. VII. 20) revocatus: Böhm. — 21) delendum est.

Cap. VIII. 22) add.: ex hoc debet: C. H. — 23) lapsorum: C. R. — 24) non est in C. H. — 25) recepit: Böhm. — 26) approbata: id. — 27) aut modo: C. H. — 28) obstatet: C. R. H. — 29) existit: C. R.

se et sua ad hoc faciendum in iudicio ecclesiae obligantur, intro-
mittere se non possunt, ne per causas huiusmodi officium ne-
gotio fidei praeparatur. §. 6. Si vero pro his³⁰⁾, quae in haeresi,
receptando vel defendendo haereticos, seu eis favendo, non tamen
existens haereticus, quis commiserit³¹⁾, sub obligatione honorum
suorum inquisitoribus se adstrinxit ad recipiendam ab eis poeniten-
tiam et complendam, et, ea licet iniuncta, non tamen peracta,
decessit: si per huiusmodi poenitentiam onus impositum fuerit pro-
ficiens ad salutem, in bonis eius temporalibus exsequendam, ad
complementum ipsius per inquisitores cogi debent heredes vel alii,
ad quos cum suo onere bona huiusmodi devenerunt. Porro, si pro-
pter huiusmodi haereticorum receptionem, defensionem seu favo-
rem quis ad faciendam poenitentiam, quam inquisitores ipsi in-
iungere³²⁾ vellent, bona sua obligaverit³³⁾ eidem, et, antequam
ei poenitentia iniungeretur, decesserit: eius heredibus non est
satisfactio pro³⁴⁾ extincto iam crimine iniungenda. §. 7. In eo
vero casu, quo heredes³⁵⁾ ad successionem non debent ob haeresim
sui auctoris admitti, non obstante, quod auctore³⁶⁾ ipso vivente
hoc non fuerit, interveniente ipsius morte, per sententiam declara-
tum, ad confiscationem bonorum post mortem eiusdem nihilominus
procedatur. §. 8. Sacerdotes insuper et alii clerici, qui negotium
inquisitionis instruendo citatos haereticos vel eorum credentes de
celanda veritate vel dicenda falsitate, seu eos indebitè liberando
inveniri fuerint impedire, quom non sit dubium, eos ipsa facere in
favorem haereticarum pravitatis, per inquisitores a talibus compe-
sci possunt, et poena debita castigari tam per captionem personarum
quam alias, prout culpa exegerit delinquentis. Religiosi etiam
sunt immutationis³⁷⁾ poena vel alia gravius puniendi quam sae-
culares, si inventi fuerint in haeresi, vel consimilibus deliquisse.

CAP. IX.

*Non valent statuta, per quae inquisitoris haeresis officium impeditur, vel
retardatur.*

Urbanus IV.

Statutum civitatis, castri, villae vel alterius loci, per quod nego-
tium inquisitionis haereticarum pravitatis directe vel indirecte, ne in
eo libere procedi valeat, contingerit impediri vel quomodolibet re-
tardari³⁸⁾, nullius existere firmitatis, ipsiusque civitatis vel loci
dominum, potestatem, capitaneum, consules vel rectores, per
quem vel quos eadem civitas seu locus regitur, quocunque nomine
censeantur, ad statutum huiusmodi loci dioecesanum vel eius vicario,
aut inquisitori seu inquisitoribus labis praefatae sine morae dispen-
dio exhibendum, et, si tale inventum fuerit, revocandum omnino,
vel saltem eatenus moderandum, quod per illud inquisitionis pro-
cessus non impediatur³⁹⁾ vel aliquatenus retardentur⁴⁰⁾, per
censuram ecclesiasticam decernimus compellendos.

CAP. X.

*Officium inquisitoris haeresis morte conceptis non expirat, etiam
quoad negotia prius non coepta vel exorta. H. d.*

Clemens IV. *Inquisitoribus haereticarum pravitatis.*

Ne aliqui, dubitationem sollicitam excitantes, in dubium revocent,
an officium inquisitionis haereticarum pravitatis, sollicitudini
vestrae intra certos limites ab apostolica sede commissum, exspirat
per mortem Romani Pontificis, qui commisit: praesentem declaramus
edicto, ipsum officium non solum quoad negotia vivente mandatore
incepta, immo etiam quoad integra et non coepta, et quod plus est,
quantum ad ea, quae tunc nequaquam emergerant, in favorem fidei
post committentis obtinere perdurare.

CAP. XI.

*Informat inquisitores ad Deum, ut eius timorem hominum metui ante-
ponant, in procedendo simul vel separatum contra haereticos et suos fau-
tores, et etiam in eos absolvendo, quom vere redierint. — §. 1. Instruit
inquisitores in modo examinationis testium, et in personis, quos testifi-
cata scribere debent. H. d. — §. 2. Instruit inquisitores circa personam,
per quas impediri possent vel differri inquisitionis negotium. H. d.*

Idem eisdem.

Ut officium inquisitionis contra haereticos in provincia, in qua vo-

bis idem officium est commissum, auctoritate apostolica possitis
efficacius adimplere: discretioni vestrae per apostolica scripta
mandamus, quatenus ubique in praefata provincia simul vel sepa-
ratim aut singulariter, prout negotii utilitas suadebit, contra hae-
reticos, credentes, receptatores, fautores et defensores eorum,
nec non contra infamatos de haeresi vel suspectos, iuxta sanctiones
canonicas, hominum metu divino timori postposito, procedatis.
Si vero aliquis ex praedictis, haeretica labe primitus abiurata, re-
dire voluerit ad ecclesiae unitatem; ei iuxta formam ecclesiae ab-
solutionis beneficium impendatis, et iniungatis eidem quod iniungi
talibus consuevit, proviso sollerter, ne simulata conversione re-
deant⁴¹⁾ fraudulentè, et vos, immo se ipsos, fallentes sub agni
specie lupum gerant. §. 1. Verum, quia in tam gravi crimine cum
multa oportet cautela procedi, ut in reos sine ullo proferatur er-
rore durae ac dignae severitatis ultionis: volumus et mandamus,
ut⁴²⁾ in examinatione testium, quos recipi super crimine praedicto
ipsamque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas et
discretas personas, in quarum praesentia per publicam, si commode
potestatis habere, personam, aut per duos viros idoneos, fideliter
eorundem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas
quoque huiusmodi depositiones testium, et ad faciendum omnia,
quae in commissio vobis⁴³⁾ officio ad scribendam seu tabellionis of-
ficium pertinent, teneri districte praecipimus, quom per vos fuerint
requiriti, omnes et singulos vestri ordinis fratres, qui, dum essent
in saeculo, tabellionatus⁴⁴⁾ officium habuisse aut⁴⁵⁾ exercuisse
noscentur, et illos etiam, quibus idem tabellionatus officium ratione
praefati negotii fidei fuit ab⁴⁶⁾ apostolica sede commissum et in
posterum committetur, concedentes huiusmodi fratribus, nec non
et⁴⁷⁾ aliis religiosis quibuslibet, qui similiter, dum essent in sae-
culo, tabellionatus officium habuerunt⁴⁸⁾ et exercuerunt⁴⁹⁾, qui-
busvis etiam clericis saecularibus officium ipsum habentibus,
etiamsi eidem fratres religiosi et clerici sint in sacris ordinibus
constituti, exercendi libere officium ipsum quoad praemissa, non ob-
stante statuto aliquo contrario canonis vel ordinis quocunque val-
lato munimine, potestatem. §. 2. Compeccandi praeterea moni-
tione praemissa per censuram ecclesiasticam, appellatione postpo-
sita, praedicatores quaestuarios, (ubi contigerit pro inquisitione
seu fidei negotio congregationem fieri⁵⁰⁾, vel aliam eidem negotio
quomodolibet ex hoc impedimentum aliquid afferri,) a praedica-
tionis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet, (quorum interest
tantum caritativa subsidia suppliciter⁵¹⁾ petere, ac indulgentiam,
si forte habent, exponere,) liberam vobis et singulis vestrum con-
cedimus auctoritate praesentium facultatem. Denique, ut circa
praemissa plene vobis et singulis vestram coercionis expedita et
inviolabilis adsit auctoritas, volumus, ut ea omnia viriliter exse-
quimini, si opus fuerit, invocato auxilio brachii saecularis, contra-
dictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita com-
pescendo, non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis qui-
buscunque personis cuiuscunque conditionis, dignitatis vel gradus,
religionis vel ordinis, comitatibus vel universitatibus civitatum
et locorum specialiter vel generaliter sub quocunque verbo
expressione vel forma a memorata sede concessis, vel in
posterum concedendis, quom ex huiusmodi vel aliis privilegiis vel
indulgentiis nullum vobis in tantae pietatis negotio velimus obsta-
culum interponi, et constitutione de duabus dietis edita in concilio
generali. Statuimus insuper, ut potestas, capitaneus, seu rector
vel consules, seu quivis alii, qui civitati praesent vel loco alteri⁵²⁾
ad praesens, aut praecerunt⁵³⁾ in futurum, ad requisitionem dioe-
cesanorum vel vicariorum suorum, seu inquisitorum haereticarum
pravitatis, iurent praecise attendere inviolabiliter et observare⁵⁴⁾
ac facere a suis subditis observari toto tempore sui regiminis in ter-
ris suae iurisdictioni regiminive⁵⁵⁾ subiectis constitutiones contra
haereticos, credentes, receptatores, fautores et defensores eorum,
ipsorumque filios et nepotes a sede apostolica promulgatas ac etiam
approbatas, quas⁵⁶⁾ qui iurare noluerit et servare, ut infamis, et
tanquam haereticorum fautor ac de fide suspectus officio et honore
sui regiminis spoliatur, nec ulterius potestas, capitaneus, con-
sul vel rector habeatur in aliquo, aut de cetero in aliquam⁵⁷⁾ digni-
tatem vel officium publicum ulterius assumatur, et quae ut potes-
tatem, ballivus⁵⁸⁾, consul vel rector fecerit, nullam obtineant fir-
mitatem.

Cap. VIII. 30) iis: Böhm. — 31) commisit: C. H. — 32) desid. ib. — 33) obligat: ib. — 34) add.: eo: id. — 35) add.: huius: id. — 36) acto-
re: C. R. — 37) immutationis: Böhm.

Cap. IX. 38) retractari: C. R. — 39) impediatur: C. H. — 40) retardetur: ib.

Cap. XI. 41) redeat: C. H. — 42) ut vos: ib. — 43) non est in C. R. — 44) huius tab.: C. H. — 45) ac: C. R. — 46) desid. ap. Böhm. — a

dicta: C. R. — 47) abest a C. H. — 48) habuerint: ib. — 49) et exerc. desid. ibid. — 50) verb.: fieri, vel aliam eidem negotio: ibid. non leg. — 51) simpliciter: C. R. — 52) cf. c. 28. ap. Greg. de reves. l. 2. — 53) alii: C. H. — 54) praefuerint: C. R. — vel pro tempore praefuerint in futu-
rum: C. H. — 55) et servare: C. R. — 56) iurisdictionis regimini: C. H. — 57) quae: C. R. — 58) ad al.: C. H. — 59) ballivus: C. R. — ballivus ve.
ballivus: H.

CAP. XII.

Comprehendit ista decretalis plura utilia pro expediendo officio inquisitionum. Dicit enim eis potestatem committendi citationes et sententiarum denunciations. Dat potestatem vocandi peritos, clerum et populum, ut eis assistant. Dat potestatem procedendi contra illos, qui de sua in aliam provinciam se transtulerunt. Dat potestatem repetendi libros et processus, commutandi et mitigandi poenas, privandi et privatos nunciandi officii et honoribus haereticos, fautores et defensores eorum, ita tamen, quod hoc fiat de dioecesanorum, vel, in eorum absentia, vicariorum suorum consilio, nisi iidem scienter talibus beneficia contulissent. H. d. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII. Inquisitoribus haereticae pravitatis.

Ut commissi vobis officii debitum utilius et uberius⁵⁹⁾ exsequamini, sanctae memoriae Innocentii, Alexandri et Clementis praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, vobis et vestrum singulis committendi citationes et denunciations sententiarum, quas in quoslibet haereticos, credentes, receptatores, defensores et fautores⁶⁰⁾ eorum tuleritis; advocandi quoque, prout expedit, peritos quoslibet, ut vobis assistant et in huiusmodi ferendis sententiis praebent consilium opportunum, ac eis, quod super his vobis humiliter pareant, in virtute obedientiae⁶¹⁾ iniungendi; convocandi etiam clerum et populum civitatum, castrorum aliorumque locorum, prout dicto negotio fidei videritis expedire, et contra illos, quos in provincia, in qua vobis inquisitionis officium est commissum, haereticis crimine constiterit commississe, (licet ad alias partes se transferendos duxerint,) procedendi; nec non faciendi a quibuslibet assignari vobis libros, seu quaternos et alia scripta, in quibus inquisitiones factae, ac processus per quoscunque auctoritate sedis apostolicae vel legatorum eius habiti contra haereticos continentur; et illorum, qui, vestris mandatis obediunt humiliter, stant propter haeresim in carcere vel muro reclusi, poenam una cum praelatis, quorum iurisdictioni subsunt, mitigandi vel mutandi, quum videritis expedire; privandi praeterea vel privatos⁶²⁾ nunciandi dignitatibus ac aliis⁶³⁾ beneficiis ecclesiasticis de dioecesanorum, vel, eis absentibus, vicariorum suorum consilio, et officiis publicis ac honoribus quibuscunque eodem haereticos, credentes, receptatores et defensores ipsorum, eorumque filios et nepotes, plenam concedimus facultatem. Sunt autem dioecesani in privando tales vel nunciando⁶⁴⁾ privatos beneficiis et⁶⁵⁾ huiusmodi requirendi, nisi forte constaret legitime, quod iidem scienter huiusmodi personis eadem beneficia contulissent. Tunc enim eos in his requirendos non esse censemus, sed potius a suo iudice puniendos.

CAP. XIII.

Christiani, ad Iudaismum transientes et redeuntes, haeretici reputantur. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Contra Christianos, qui ad ritum transierint vel redierint Iudaeorum, etiamsi huiusmodi redeuntes, dum erant infantes, aut mortis metu, non tamen absolute aut praecise coacti⁶⁶⁾, baptizati fuerint⁶⁷⁾, erit⁶⁸⁾ tanquam contra haereticos, si fuerint de hoc confessi, aut per Christianos seu Iudaeos convicti, et, sicut contra fautores, receptatores et defensores haereticorum, sic contra fautores, receptatores et defensores talium est⁶⁹⁾ procedendum.

CAP. XIV.

Non confiscantur dotes uxorum innocentium propter haeresim maritorum. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Decrevit felix recordationis Innocentius Papa IV., quod propter haeresim maritorum uxorum catholicarum dotes non debeant confiscari. Quod intelligendum fore censemus, nisi forte mulieres ipsae cum⁷⁰⁾ viris matrimonia contraxissent, quos haereticos tunc sciebant.

CAP. XV.

Filii haereticorum usque ad secundam lineam paternam, ad primam vero maternam, sunt inhabiles ad beneficium ecclesiasticum vel officium saeculare, si patres ante mortem ecclesiae reincorporati non fuerint. H. d. secundum Dom.

Idem.

Statutum felix recordationis Innocentii⁷¹⁾ et Alexandri praede-

cessorum nostrorum, ne videlicet haeretici, credentes, receptatores, defensores et fautores eorum, ipsorumque filii usque ad secundam generationem, ad aliquod beneficium ecclesiasticum seu publicum officium admittantur, quod, si secus actum fuerit, sit irritum et inane, primum et secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus; per maternam vero ad primum duntaxat volumus hoc extendi. Hoc sane de filiis et nepotibus haereticorum⁷²⁾, credentium et aliorum huiusmodi, qui tales esse vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum, quos emendatos esse constiterit et reincorporatos ecclesiae unitati, et pro culpa huiusmodi ad mandatum ecclesiae poenitentiam receperunt, quam ipsi vel iam perfecerunt, vel humiliter prosecutioni eius insistant, vel parati fuerint ad recipiendam eandem.

CAP. XVI.

Inquisitor Papae super haeresi sine speciali mandato non inquit contra episcopum, sed, si eum culpabilem sciverit, nunciabit Papae. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Inquisitores haereticae pravitatis, ab apostolica sede seu alio vel aliis quibuslibet deputati, de huiusmodi crimine inquirere contra episcopos nequeunt⁷³⁾, aut eius praetextu procedere contra eos, nisi in literis commissionis apostolicae, quod hoc possint, continetur expresse. Si tamen inquisitores ipsi episcopos vel alios superiores praelatos sciverint vel invenerint⁷⁴⁾ circa crimen haereseos commississe, aut eos de hoc diffamatos existere vel suspectos: id tenebuntur sedi apostolicae nunciare.

CAP. XVII.

Non derogatur ordinariis super processu haereticorum, licet Papa generaliter alteri deleget. Et super eodem facto episcopus et inquisitor possunt procedere communiter vel divisim, vel proferre sententiam; in qua si discordant, debent Papae referre. Et episcopi, qualitercunque procedant, debent servare modum inquisitoribus impositum. H. d. Domin.

Idem.

Per hoc, quod negotium haereticae pravitatis alicui vel aliquibus ab apostolica sede generaliter in aliqua provincia, civitate vel dioecesi delegatur, dioecesanis episcopis, quin et ipsi auctoritate ordinaria vel delegata, si habent, in eodem procedere valeant, nolumus derogari. Verum, ut⁷⁵⁾ dictum inquisitionis negotium efficacius, melius utiliusque procedat, concedimus, quod per episcopos ipsos et per inquisitores de facto eodem inquiri valeat communiter vel divisim. Et si⁷⁶⁾ divisim processerint, teneantur sibi invicem communicare processus, ut per hoc possit melius veritas inveniri. Et nisi hoc casu inquisitores in sententiae prolatione dioecesanis vel contra duxerint deferendum, per utrosque simul sententia proferatur. In qua ferenda si non convenerint, per utrosque negotium sufficienter instructum ad sedem apostolicam remittatur. Sive autem ordinaria sive delegata episcopi potestate procedant: illum in procedendo modum observent, quem inquisitores possunt et debent per iura communia, vel per speciales concessionem seu ordinationes sedis apostolicae observare.

CAP. XVIII.

Episcopis et inquisitoribus haereseis non resistant, sed omnino pareant domini temporales, et de eo crimine non cognoscant; alias, prout dicitur hic, puniuntur. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Ut inquisitionis negotium contra haereticam pravitatem ad Dei gloriam et augmentum fidei nostris temporibus prosperetur, leges quasdam, per Federicum olim Romanorum imperatorem, tunc in devotione Romanae persistentem ecclesiae, promulgatas, quatenus Dei et ecclesiae sanctae suae honorem promovent, et haereticorum exterminium prosequuntur, et statutis canonice non obstant, approbantes et observari volentes, universos saeculi potestates et dominos temporales, ac provinciarum, terrarum, civitatum aliorumque locorum rectores, quibuscunque dignitatibus vel officiis aut nominibus censeantur, requirimus et monemus, ut, sicut reputari cupiunt et haberi fideles, ita pro defensione fidei dioecesanis episcopis et inquisitoribus haereticae pravitatis, a sede apostolica

Cap. XII. 59) *liberius*: C. H. — 60) *et fautores*: non habet C. R. — 61) *sanctae obed.*: C. H. — 62) *add.*: *potius*: C. R. — 63) *desid. ibid.* — 64) *denunciando*: *ih.* — 65) *abest*: C. H. — 66) *tracti*: C. R. — 67) *fuerint*: C. R. H. — 68) *est*: C. H. — 69) *desid. ibid.*

Cap. XIV. 70) *tum cum*: C. R. — 71) *add.*: *Papae*: C. H. — *cf. c. 10. X. de haer. V. 7. et supra eod. c. 2. — 72) dictorum haer.*: C. R. — 73) *nequeant*: Böh. — 74) *vel inv.*: *desid. in C. H.* — 75) *verum si*: C. R. — 76) *et nisi*: C. H.

deputatis aut in posterum deputandis, pareant, et intendant in⁷⁷⁾ haereticorum, credentium, fautorum, receptatorum et defensorum ipsorum investigatione, captione ac custodia diligenti, quum ab eis fuerint requisiti, et ut praefatas personas pestiferas in potestatem seu carcerem episcoporum⁷⁸⁾ aut inquisitorum dictorum, vel ad locum, de quo ipsi vel aliqui ex eis mandaverint, infra⁷⁹⁾ eorundem dominorum potestatem⁸⁰⁾ vel rectorum districtum ducant⁸¹⁾ vel duci faciant sine mora, ubi per viros catholicos a praefatis episcopis seu inquisitoribus, vel eorum aliquo deputatos sub arcta et diligenti custodia teneantur, donec eorum negotium per ecclesiae iudicium terminetur, utque de haeresi a dioecetano episcopo vel inquisitore seu inquisitoribus condemnatos praefatis potestates, domini⁸²⁾ temporales sive rectores⁸³⁾, vel eorum officiales seu nuncios sibi relictos statim recipiant⁸⁴⁾ indilata animadversione debita puniendos⁸⁵⁾, non obstantibus appellationibus seu proclamationibus praedictorum nequitiae filiorum, quum tam secundum ordinationem praedecessorum nostrorum, quam secundum legem imperialem appellationis et proclamationis beneficium expresse sit haereticis et credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus et defensoribus interdictum. Prohibemus quoque districtius potestatibus, dominis temporalibus et rectoribus eorundemque officialibus⁸⁶⁾ supra dictis, ne ipsi de hoc crimine, quum mere sit ecclesiasticum, quoquo modo⁸⁷⁾ cognoscant vel iudicent, sive captos pro eodem crimine absque dictorum episcoporum sive inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia vel mandato a carcere⁸⁸⁾ liberent⁸⁹⁾, aut executionem, sibi pro huiusmodi crimine a dioecetano vel inquisitoribus⁹⁰⁾ seu inquisitore iniunctam, prompte, prout ad suum spectat officium, facere seu adimplere detrectent, vel alias dioecetanorum⁹¹⁾ aut inquisitorum iudicium, sententiam seu processum directe vel indirecte impedire praesumant. Si quis vero de praedictis potestatibus, dominis⁹²⁾ temporalibus, rectoribus⁹³⁾, vel eorum officialibus seu ballivis, contra praedicta fecerit, aut praefato fidei negotio, saepe fatis dioecetano episcopo vel inquisitoribus incumbenti, se opponere forte praesumpserit vel ipsum aliquatenus impedire, nec non et qui scienter in praedictis dederit auxilium, consilium vel favorem: excommunicationis se noverit mucrone percussus. Quam si per annum animo sustinuerit pertinaci: extunc velut haereticus condemnatur.

CAP. XIX.

Bona haereticorum ipso iure sunt confiscata, quod probatur triplici argumento legali. Sed apprehensio bonorum fieri non debet per dominum saecularem, nisi prius pronuntiatum fuerit super crimine per iudicem ecclesiasticum, qui hoc possit. Ioann. Andr.

Idem.

Quum, secundum leges civiles, nefarias, naturae contrarias, incestas⁹⁴⁾ nuptias contrahentes⁹⁵⁾ eo ipso suarum dominium rerum perdant, et mulier, humanam legem transgrediens, et, praesertim parentibus suis non consentientibus, raptoris nuptias eligens, bona omnia, quae per legem sibi obveniant a raptoe ac aliis⁹⁶⁾ consortibus raptus⁹⁷⁾, ipso iure amittat, certoque casu deferantur in facrum, ac etiam⁹⁸⁾ illicitas species transvehens, aut rerum⁹⁹⁾ vectarum professionem omittens earundem specierum et rerum proprietate hoc ipso privetur¹⁰⁰⁾, et fisco rerum et specierum dictorum¹⁾ proprietatis acquiratur: bona haereticorum, qui gravior, horribilius ac detestabilius quam praedicti delinquant, ipso iure²⁾ de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata. Confiscationis tamen huiusmodi executio vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes aut alios dominos temporales iuxta Gregorii Papae praedecessoris nostri declarationem, antequam per episcopum loci, vel aliam personam ecclesiasticam, quae super hoc habeat potestatem, sententiam super eodem crimine fuerit promulgata.

CAP. XX.

In causa haeresis proceditur simpliciter et de plano, et dicta testium et accusatorum non publicantur, si periculum timeatur. H. d. secundum Zeuz.

Idem.

Statuta quaedam felicitis recordationis Innocentii, Alexandri et Clementis praedecessorum nostrorum, quibusdam declaratis et ad-

ditis, recensentes, concedimus, quod in inquisitionis haereticae pravitate negotio procedi possit simpliciter et de plano, et absque advocatorum ac iudiciorum strepitu et figura. Iubemus tamen, quod, si accusatoribus vel testibus in causa haeresis interventibus seu deponentibus propter potentiam personarum, contra quas inquiritur, videant episcopus vel inquisitores grave periculum imminere, si contingat fieri publicationem nominum eorundem, ipsorum nomina non publice, sed secreto coram dioecetano episcopo, vel, eo absente, ipsius vicario, quando inquisitores procedunt, quando vero procedit episcopus, coram inquisitoribus, si haberi commode possit copia eorundem, ac nihilominus, sive episcopus sive inquisitores processerint, aliquibus aliis personis provisid et honestis iurisque peritis³⁾, quas ad hoc vocari⁴⁾, et eis per⁵⁾ totum processum, super quo deliberandum est, seriose manifestari ac integraliter explicari, et de ipsorum consilio ad sententiam vel condemnationem procedi volumus, exprimentur, sicque, (non obstante, quod illis, contra quos huiusmodi⁶⁾ deposuerunt, nomina ipsorum non fuerint publicata,) adhibeatur ad cognitionem iudicis instruendam plena fides depositionibus testium eorundem. Et ut eorundem accusatorum et testium periculis efficacius occurratur, et cautius in inquisitionis negotio procedatur: praesentis constitutionis auctoritate permittimus⁷⁾, quod episcopus vel inquisitores secretum possint indicere illis, quibus, (ut praemisum est,) processum huiusmodi explicabunt, et in eos, si arcana consilii seu processus, sibi sub secreto ab eisdem episcopo vel inquisitoribus patefacta, praeter eorum licentiam aliis patefecerint, excommunicationis sententiam, quam ex secreti violatione ipso facto incurrant, (si eis expedire videbitur,) promulgare, sic tamen, quod inquisitores episcopum, vel episcopus inquisitores non excommunicent hac de causa, sed ipsi⁸⁾ ex iniuncto ex nunc a nobis sub virtute sanctae obedientiae districto praeecepto ad secretum huiusmodi teneantur. Cessante vero periculo supra dicto, accusatorum et testium nomina, prout in aliis sit iudiciis, publicentur. Ceterum in his omnibus praecipimus tam episcopos quam inquisitores puram et providam intentionem habere, ne ad accusatorum vel testium nomina supprimenda, ubi est securitas, periculum esse dicant, nec in eorum discrimen securitatem asserant, ubi tale periculum immineret, super hoc eorundem conscientias onerantes. Constitutiones vero, ordinationes et mandata alia praedecessorum nostrorum, in negotio haereticae pravitate facta, concessa seu etiam ad consulta responsa, quae constitutionibus supra scriptis, super eadem editis pravitate, non obvient, in suo volumus robore permanere.

TITULUS III.

DE SCHISMATICIS.

CAP. UN.

In prima parte ponit arengam usque ad vers. Iacobum videlicet, in qua dicit, quod Columenses Iacobus et Petrus, olim cardinales et filii Ioannis, fratres scilicet dicti Petri, diutius expectati, noluerunt ad cor redire, sed in profundum malorum descendentes sua aggravabant delicta; quare varius poenas tulit in eos, quas ad certitudinem praesentium et memoriarum futurorum hic inserit. Secundo ponit poenas, quas protulit in ipsos Iacobum et Petrum, usque ad vers. Contra aatos. Ibi tertio ponit poenas, quas tulit contra filios et posteros dicti Ioannis, usque ad vers. Omnem. Ibi quarto imponit poenas iis, qui de cetero deliberate dicti Iacobum et Petrum pro cardinalibus habuerint, vel eis vel praedictis natis Ioannis favorem praebuerint, usque ad vers. Haec et alia. Ibi quinto et ultimo ratificat, innovat et confirmat praedicta, et ea praecipit inviolabiliter observari, et iubet similes excessus puniri similibus poenis in posterum. H. d. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Ad succidendos infructuosos palmites pestiferos et nocivos, quos, quasi ficus fatua, domus de Columna produxit, nescientes in semitis iustitiae dirigere gressus suos, ad cor reverti, et agere poenitentiae dignos fructus, licet diutius expectatos, (Iacobum videlicet de Columna, et Petrum nepotem ipsius, olim sanctae Romanae ecclesiae cardinales, et filios quondam Ioannis de Columna, fratris dicti Iacobi, et patris Petri praefati posteros, et fautores et sequaces eorum,) in virtute Altissimi exurgentes, spiritualiter et temporaliter contra eos duximus procedendum. Consequenter dictis¹⁾ Iacobo et Petro, decedentibus in profundum malorum, et molientibus inconsutilem tunicam Domini, sanctae videlicet

Cap. XVIII. 77) desid. ap. Böh. — 78) ipsorum: C. R. — 79) intra: Böh. — 80) potestatum: C. R. — 81) inducant: C. H. — 82) aut dom.: ib. — 83) sive rectores: desid. in C. R. — 84) recipere teneantur: ib. — 85) punientes: C. H. — 86) eorundemque officialibus: desid. ib. — 87) aliquatenus: C. R. — 88) a captione vel carcere: C. R. et H. — 89) liberando: C. R. — 90) dioecetano episcopo inquisitoribus: C. H. — 91) dioecetani: C. R. — 92) et dom.: C. H. — 93) abest a C. R. Cap. XIX. 94) et incestus: C. H. — 95) contrahens . . . perdat:

C. R. — 96) aut aliis: C. H. — 97) eius raptus: C. R. H. — 98) abest a C. H. — 99) et rerum: C. R. — 100) ipso iure amittat: C. H. — 1) bonorum praedictorum: C. R. — 2) iure fore commissa seu confiscata de fratrum: ibid. Cap. XX. 3) iuris peritis et aliis: C. R. — utriusque peritis: H. — 4) vocari contingat: C. H. — 5) omitt. id. — 6) huius testes: ibid. — 7) concedimus: C. R. — 8) episcopi: Böh. TIT. III. Cap. I. 1) consequenter dictis: desid. in C. R. —

ecclesiae scindere unitatem, et ut gladium acutibus linguas suas, et prorumpentibus non tam in verba blasphemiae²⁾ et schismatica, quam insana, quae in scriptis redacta sub sigillis, quibus, antequam essent depositi, utebantur, per Urbem et diversa mundi climata destinaverunt, aestimantes loquacitatem facundiam, et maledicere conscientiae bonae signum, et conficta materia disputandi, quia veritate³⁾ non poterant, nos saltem lacerare conviciis praesumpserunt. Quorum dicta licet possemus superiori assertione convincere, et luce clarioribus rationibus confutare, duximus eorum latratibus non dare responsum, ut contrita eorum⁴⁾ rabies auctoritate sonora praesidentis in supremo iudicii solio frangeretur, et patens veritas per se ipsam veniret in publicam notionem, nostrumque silentium in supplicium eis foret. Processus tamen contra ipsos et alios fecimus successive varios, diversisque temporibus spirituales et temporales poenas et sententias continentes et mulctas. Quorum, (quia totum tenorem constitutionis in praesentibus⁵⁾ inserere longum esset,) ex eis quaedam compendiose collata⁶⁾ huic nostrae constitutioni duximus inserenda ad certitudinem praesentium et memoriam futurorum, videlicet: quod ex causis, quae rationabiliter nos moverunt, de fratrum nostrorum consilio deposuimus dictos Iacobum et Petrum a cardinalibus eiusdem ecclesiae et ab omni cardinalatus commodo et honore, ipsosque iudicavimus schismaticos et blasphemos, et tanquam haereticos puniendos, expositis personis eorum a fidelibus capiendis, omnibus beneficiis, officiis, honoribus, dignitatibus et praelaturis perpetuo privantes eosdem, et reddentes inhabiles ad habenda, cunctis eorum bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et iurisdictionibus publicatis. Contra natos insuper et posteros dicti Iohannis spiritualiter et temporaliter duximus multipliciter⁷⁾ procedendum, eorum bonis et iuribus publicatis et confiscatis, ipsisque posteris dicti Iohannis, per masculinam et femininam lineam descendentibus, indignis perpetuo redditus ad cardinalatus honorem et quaelibet officia, beneficia et ministeria in ecclesia memorata vel eius curia, alibi vero usque ad quartam generationem. Omnem personam, praesentem et futuram, cuiuscunque fuerit praecminentiae⁸⁾, conditionis, dignitatis aut status ecclesiastici vel mundani, (etiamsi foret sanctae Romanae ecclesiae cardinalis,) quae ipsos Iacobum et Petrum, vel eorum alterum scierit et deliberate pro cardinalibus habuerit et tenerit, aut ad cardinalatum admiserit, seu votum eorum vel alicuius ipsorum suffragium in electione Romani Pontificis admiserit, aut in Pontificem Romanum elegerit, nominaverit, assumpserit vel receperit, seu dederit in his vel ad hoc auxilium, consilium vel favorem, excommunicationis sententia⁹⁾ duximus innodandum, a qua absque expressa licentia Romani Pontificis non possit absolvi, nec etiam per collegium apostolicae sedis eadem sede vacante. Eamque praelatione, dignitate, statu et honore ecclesiasticis omnino privamus, nihilominus omnes, qui dictis Iacobo et Petro alias et natis dicti Iohannis favorem praebuerint vel auxilium in rebellionem vel¹⁰⁾ schismate persistentibus, excommunicationis¹¹⁾ sententia innodantes. Haec et alia, per nos facta in praedictis nostris processibus, et in literis nostris bullatis super eis confectis contenta, hac constitutione perpetuo valitura ratificamus, confirmamus et etiam innovamus, eandemque¹²⁾ de novo facimus de fratrum nostrorum consilio praedictorum. Et ut dictorum malitia non inveniat successorem, et punitae transgressionis exemplar retrahat alios ab offensa, ac in oblivionem veritas¹³⁾ veniens non valetur incerta: statuimus atque decrevimus, ut et ipsa inviolabiliter observentur, et quod similes excessus et culpae poenis similibus¹⁴⁾ in posterum puniantur.

TITULUS IV.

DE HOMICIDIO.

CAP. I.

Per assassinos faciens vel tantum mandans aliquem interfici, tanquam ab omnibus diffidatus absque alicuius praelatione sententias incurrit excommunicationis et depositionis ab officio et beneficio. H. d. secundum Zenz.

Innocentius IV. in concilio Lugdunensi¹⁾.

Pro humani redemptione generis de summis coelorum ad ima mundi

descendens, et mortem tandem subiens temporalem Dei Filius Iesus Christus, ne gregem sui pretio sanguinis gloriosi redemptum, adscensus post resurrectionem ad Patrem, absque pastore desereret, ipsius curam B. Petro Apostolo²⁾, ut suae stabilitate fidei ceteros in Christiana religione firmaret eorumque mentes ad salutis opera suae accenderet devotionis ardore, commisit. Unde nos, eiusdem Apostoli effecti disponente Domino, licet immeriti, successores, et ipsius redemptoris locum in terris, quanquam³⁾ indigne, tenentes, circa gregis eiusdem custodiam sollicitis excitati vigiliis et animarum salutis iugis⁴⁾ attentione cogitationibus intendere submovendo noxia et agendo profutura debemus, ut, excusso⁵⁾ a nobis negligentiae somno, nostrique cordis oculis diligentia sedula vigilantibus, animas⁶⁾ Deo lucrifacere sua nobis cooperante gratia valeamus. §. 1. Quum igitur illi, qui sic horrenda inhumanitate detestandaque saevitia mortem sibi aliorum, ut ipsos faciant per assassinos occidi, non solum corporum, sed mortem procurant etiam animarum, nisi eos exuberans gratia divina praevenerit, ut sint armis spiritualibus praemuniti, ac omnis⁷⁾ potestas tribuatur a Domino ad iustitiam rectumque iudicium exercendum: nos, tanto periculo volentes occurrere animarum, et tam nefarias praesumptiones⁸⁾ ecclesiasticae animadversionis mucrone ferire⁹⁾, ut metus poenae meta huiusmodi praesumptionis existat, praesertim quum nonnulli magnates, taliter perimidos, coacti fuerint securitatem ab eorumdem assassinatorum domino impetrare, sicque ab eo non absque Christianae dignitatis¹⁰⁾ opprobrio redimere quodammodo vitam suam: §. 2. Sacri approbatione concilii statuimus, ut, quicumque princeps, praelatus seu quaevis alia ecclesiastica saecularisve persona quempiam Christianorum per dictos¹¹⁾ assassinos interfici fecerit vel etiam¹²⁾ mandaverit, (quanquam mors ex hoc forsitan non sequatur,) aut eos¹³⁾ receptaverit vel defenderit seu occultaverit, excommunicationis et depositionis a dignitate, honore, ordine, officio et beneficio incurrat sententias ipso facto, et illa¹⁴⁾ libere aliis per illos, ad quos eorum collatio pertinet, conferantur. Sit¹⁵⁾ etiam cum suis bonis mundanis omnibus tanquam Christianae religionis aemulus a toto Christiano populo perpetuo diffidatus, et, postquam probabilibus constiterit argumentis, aliquem¹⁶⁾ scelus tam execrabile commisisse, nullatenus alia excommunicationis vel depositionis seu diffidationis adversus eum sententia requiratur.

CAP. II.

Sine poena irregularitatis possunt clerici de suis malefactoribus conqueri coram iudice saeculari, etiam de criminibus, ex quibus debetur poena sanguinis, expresse protestando, quod ad poenam sanguinis non intendunt. H. d. Iohann. Andr.

Bonifacius VIII.

Praelatis vel clericis quibuscunque, qui, de laicis suis malefactoribus querelam penes saecularem iudicem deponentes, petunt emendam sibi fieri, et provideri, ne contra eos talia de cetero praesumantur, protestando expresse, quod ad vindictam seu poenam sanguinis non intendunt, imputari non debet, quamvis alias in tali casu de iure debeat poena sanguinis irrogari, si iudex mortem illis inferat iustitia exigente. Alioquin si¹⁷⁾ praelati aut clerici propter metum huiusmodi, quia iudex ad poenam sanguinis posset procedere, de suis malefactoribus taliter conqueri non audent¹⁸⁾: daretur plerisque¹⁹⁾ materia trucidandi eosdem, et ipsorum bona libere depraedandi.

CAP. III.

Mandanti aliquem verberari secuta mors imputatur. H. d. secundum Zenz.

Idem.

Is, qui mandat²⁰⁾ aliquem verberari, licet expresse inibeat, ne occidatur ullatenus vel membro aliquo²¹⁾ mutiletur, irregularis efficitur, si mandataris, fines mandati excedens, mutilet vel occidat, quum mandando in culpa fuerit, et, hoc evenire posse, debeat cogitare.

Cap. I. 2) *blasphema*: C. H. — 3) *irruere*: C. R. — 4) *desid.* in C. H. — 5) *constitutioni praesenti*: ib. — 6) *compendiosa collecta*: id. — 7) *absent* a C. R. — 8) *eminentiae*: ib. — 9) *sententiae*: ib. — 10) *et schismate*: Böhm. — *et in reb. et schismate*: C. H. — 11) *etiam excomm.*: C. R. — 12) *eandemque*: C. R. H. — 13) *veritatis*: C. R. — 14) *similibus*: C. R.
TIT. IV. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — 2) *Ap., suae stab. . . quod firm.*: Innoc. IV. Ms. — 3) *tamen*: id. ep. Mans. — 4) *in cogitationibus*: Innoc. IV. Ms. — *vigiliis animarum salutis vigili cog.*:

id. ap. Mans. — 5) *excluso*: C. R. — 6) *add.*: *ipsius*: Innoc. IV. — 7) *omitt.* id. Ms. — 8) *nefarios praesumptores*: id., C. R. H. — 9) *ferri*: C. H. — 10) *Christianitatis*: C. R. — 11) *praedictos*: Innoc. IV. — 12) *omitt.* id. ap. Mans. — 13) *desid.* in C. R. — 14) *ista*: Innoc. IV. Ms. — 15) *sed etiam . . . diffidatur*: id. — 16) *aliquod*: id. ap. Mans.
Cap. II. 17) *alioquin nisi si*: C. R. — 18) *auderent*: ib. — 19) *pluribus*: C. H.
Cap. III. 20) *mandavit*: C. H. — 21) *nec membro aliquo etiam*: ib.

TITULUS V.
DE USURIS.

CAP. I.

Primo innovat et observari praecipit Lateranense concilium contra usurarios editum, usque ad vers. Et quia, ubi praecipit omnibus domibus et universitatibus terrarum, ne permittant alienigenas in terris suis conducere domos ad exercitium foenus, vel conductus habere, et quod aliquis eis ad hoc domos non locet, usque ad vers. Qui vero, ubi imponit poenam clericis contra facientibus, usque ad versic. Ceterum, ubi imponit poenam laicis, et hoc facit usque in finem. Ioann. Andr.

Gregorius X. in generali concilio Lugdunensi.¹⁾

Usurarum voraginem, quae animas devorat et facultates exhaurit, compescere cupientes, constitutionem Lateranensis¹⁾ concilii contra usurarios editam sub divinae maledictionis interminatione praecipimus inviolabiliter observari. Et quia, quo minor foeneratoribus aderit foenerandi commoditas, eo magis adimetur foenus exercendi²⁾ libertas: hac generali constitutione sancimus, ut nec collegium, nec alia³⁾ universitas vel singularis persona, cuiuscunque sit⁴⁾ dignitatis, conditionis aut status, alienigenas et⁵⁾ alios non oriundos de terris ipsorum, publice foenebrem pecuniam exercentes aut exercere volentes, ad hoc domos in terris suis⁶⁾ conducere vel conductas habere, aut alias⁷⁾ habitare permittant⁸⁾, sed huiusmodi usurarios manifestos omnes infra⁹⁾ tres menses de terris suis¹⁰⁾ expellant, nunquam aliquos tales de cetero admissuri. Nemo illis ad foenus exercendum domos locet, vel sub alio titulo quocunque concedat. Qui vero contra¹¹⁾ fecerint, si personae fuerint ecclesiasticae, patriarchae, archiepiscopi, episcopi suspensionis, minores vero personae singulares excommunicationis, si¹²⁾ autem collegium seu alia universitas, interdicti sententiam ipso facto se noverint incursum. Quam si per mensem animo sustineant indurato: terrae ipsorum, quamdiu in eis iidem¹³⁾ usurarii commorantur, extunc ecclesiastico¹⁴⁾ subiaceant interdicto. Ceterum si laici fuerint, per suos ordinarios ab huiusmodi excessu omni cessante privilegio per censuram ecclesiasticam compescantur.

CAP. II.

Manifestis usurariis, licet mandaverint usuras restitui, ecclesiastica sepultura negabitur, nisi primo satisfiat, vel secundum formam huius decreti idonea caveatur. Sepelientes eos contra hanc constitutionem Lateranensis concilii poenam incurrun. Testamenta ipsorum aliter facta non valent, nec debet eis aliquis interesse, vel eos absolviere vel ad confessionem admittere. H. d. Ioann. Andr.

Idem.¹⁴⁾

Quamquam usurarii manifesti de usuris, quas receperant, satisfieri expressa quantitate vel indistincte in ultima voluntate mandaverint: nihilominus tamen eis ecclesiastica sepultura denegetur, donec¹⁵⁾ de usuris ipsis fuerit, (prout patiuntur facultates eorum,) plenarie satisfactum, vel illis, quibus facienda est restitutio, si praesto sint ipsi, aut alii¹⁶⁾, qui eis possint acquirere, vel, eis absentibus, loci ordinario aut eius vices gerenti, sive rectori parochiae, in qua testator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipsa parochia, (quibus quidem ordinario, vicario et rectori praedicto modo cautionem huiusmodi eorum nomine liceat praesentis constitutionis auctoritate recipere, ita, quod illis perinde¹⁷⁾ actio acquiratur,) aut servo publico de ipsius ordinarii mandato idonee de restitutione facienda sit cautum. Ceterum si receptorum usurarum sit quantitas manifesta, illam semper in cautione praedicta exprimi volumus, alioquin aliam recipientis cautionem huiusmodi¹⁸⁾ arbitrio moderandam; ipse tamen scienter non minorem, quam verisimiliter creditur, moderetur, et, si secus fecerit¹⁹⁾, ad satisfactionem residui teneatur. Omnes autem religiosos et alios, qui manifestos usurarios contra praesentis sanctionis²⁰⁾ formam ad ecclesiasticam ausi fuerint admittere sepulturae, poenae Lateranensis concilii²¹⁾ contra usurarios promulgatae statuimus subiacere. Nullus manifestorum usurariorum testamentis interit, aut eos ad confessionem admittat, sive ipsos absolvat, nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfaciendo²²⁾ pro suarum viribus facultatum praesent²³⁾,

et praemittitur, idoneam cautionem. §. 1. Testamenta quoque manifestorum usurariorum aliter facta non valcant, sed sint irrita ipso iure.

TITULUS VI.

DE EXCESSIBUS PRAELATORUM ET SUBDITORUM.

CAP. UN.

Mendicantes non possunt acquirere nova loca ad habitandum vel antiqua alienare vel mutare absque speciali licentia Papae, quae de hac prohibitione faciat mentionem. In acquirentibus tamen loca pro eremitica vita duccenda cessat prohibitio. H. d. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Quam ex eo, quod Praedicatorum, Minorum, et religiosi alii mendicantes, in civitatibus, castris, villis aut aliis locis ad habitandum¹⁾ domos vel loca de novo suscipiant, seu olim suscepta dimittunt, se ibidem ad alia²⁾ transferentes, diversa scandala quandoque proveniant, et frequentes clamores ad sedem apostolicam perferantur: nos, super hoc providere volentes, hoc perpetuo prohibitionis edicto, ne deinceps aliquis vel aliqui de praedictis, quibuscumque super hoc privilegia muniti existant, (quae ipsis contra tenorem constitutionis praesentis nullatenus volumus suffragari,) in aliqua civitate, castro, villa seu loco quocunque ad habitandum domos vel loca quaecunque de novo recipere, seu hactenus recepta mutare, vel ea venditionis, permutationis, donationis aut cuiuscunque alienationis titulo quocunque³⁾ in alios transferre praesumant absque sedis apostolicae licentia speciali, plenam et expressam faciente de prohibitione huiusmodi mentionem; si secus egerint, irritum decernentes. Per hoc tamen eis, qui vitam duxerint eremiticam seu solitariam eligendam, de maiorum suorum licentia, quin cellas, mansiones seu⁴⁾ habitacula in eremo, sive locis, ubi non sit hominum habitatio de propinquo, possint acquirere ac mutare, non intelligimus⁵⁾ interdictum.

TITULUS VII.

DE PRIVILEGIIS.

CAP. I.

Exempti vel privilegiati, ut non teneantur nisi sub certo indice respondere, ratione delicti, contractus aut rei, si haec sint inita vel pita in loco non exempto, conveniuntur coram ordinario; sed ratione domicilii non. §. 1. Monasterio privilegiato, ut eius monachi a quocunque interditi, suspendendi vel excommunicandi non possint, cessat in illis ordinariarum iurisdictionis quoad illa, nisi illi monachi mitterentur ad prioratus subiectos ordinarii, quia tunc, etiam licet utrobique sint monachi, ordinarii etiam quoad praedicta illos iudicant, quamdiu ibi manent. Hoc dicit.

Innocentius IV. in concilio generali Lugdunensi.¹⁾

Volentes²⁾ libertatem, quam nonnullis apostolica sedes privilegio exemptionis indulsit, sic integram observari³⁾, ut et⁴⁾ illam alii non infringant, et ipsi eius⁵⁾ limites non excedant, declaratione irrefragabili diffinimus, quod, quantumcunque⁶⁾ sic exempti⁷⁾ gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, sive contractus⁸⁾, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possunt⁹⁾ coram locorum ordinariis conveniri, et illi quoad hoc suam in ipsos iurisdictionem, prout¹⁰⁾ ius exigit, exercere. Numquid ergo carent¹¹⁾ omnino in his commodo libertatis? Non utique, quia nec coram ordinariis¹²⁾ ipsis, dummodo sit in loco exemptione commissum delictum, vel contractus initus, aut res litigiosa, nec ubi domicilium habeat, si alibi delinquant¹³⁾, vel contrahant, aut res ipsa consistat, conveniri possunt aliquatenus super istis: nec domiciliorum praetextu locorum dioecesanii, (si, ubi¹⁴⁾ deliquerint, vel contraxerunt, aut res ipsa consistit¹⁵⁾, illi conveniantur,) remittendi eos illuc, vel ipsis, ut illic¹⁶⁾ respondeant, intingendi habeant¹⁷⁾ aliquam potestatem, salvo nihilominus casibus aliis, in quibus eos¹⁸⁾ episcoporum iurisdictioni subesse canonice praecipunt instituta¹⁹⁾. Et²⁰⁾ id ipsum decernimus circa illos²¹⁾, quibus, ut

TIT. V. Cap. I. 1) c. 26. conc. Lugd. II. — 1') conc. Lat. III. c. 25. — 2) extendi: conc. Ms. — 3) vel un.: id. — 4) omitt. id. — 5) vel: id. — 6) omitt. C. H. — 7) desid. in conc. Ms. — 8) permittat: id. ap. Mans. — 9) intra: Böh. — 10) ipsorum: C. H. — 11) contrarium: conc. — 12) colleg. autem: id. ap. Mans. — 13) in eisdem: id. Ms. — 14) desid. ib. — 15) donec vel: conc. ap. Mans. — 16) donec illis: id. Ms. — 17) alii: conc. — desid. in C. R. — 17) proinde: conc. ap. Mans. — 18) ipsius ordinarii: conc. Ms. — 19) fecerint: . . . teneant: id. — 20) constitutionis: id. — 21) in Lat. concilio: conc. — cf. conc. Lat. III. c. 25. — 22) satisfaciendo: C. H. — 23) praesentierint: conc. Ms. — 24) desid. ib.

TIT. VI. Cap. I. 1) inhabitandum: C. R. — 2) utia loca: C. H.

— 3) quomodocunque: C. R. — 4) desid. in C. H. — 5) intellectus: ib. — 6) desid. in C. H. — 7) desid. in C. R. — 8) desid. in C. R. — 9) desid. in C. R. — 10) desid. in C. R. — 11) desid. in C. R. — 12) desid. in C. R. — 13) desid. in C. R. — 14) desid. in C. R. — 15) desid. in C. R. — 16) desid. in C. R. — 17) desid. in C. R. — 18) desid. in C. R. — 19) desid. in C. R. — 20) desid. in C. R. — 21) desid. in C. R.

non nisi sub uno²²⁾ certo iudice teneantur de se conquerentibus respondere, apostolico privilegio est concessum. §. 1. In eos autem, quibus, ne interdici, suspendi vel excommunicari a quoquam valeant, a sede apostolica est indultum, sicut sunt religiosi quam plures, in quorum privilegiis continetur, ne quisquam episcopus vel archiepiscopus²³⁾ monasteriorum suorum monachos pro ulla causa ullove²⁴⁾ loco interdici, suspendere²⁵⁾ vel excommunicare praesumat, iidem ordinarii iurisdictionem suam²⁶⁾ quantum ad ista, ubicunque illi²⁷⁾ fuerint, penitus exercere non possint²⁸⁾: nisi forsitan ipsi monachi ad monasteriorum suorum prioratus ordinarii eidem subiectos, ut vel gerant eorum regimen, vel in eis tanquam proprii locorum ipsorum monachi resideant, fuerint destinati. Tunc enim, etsi libere possint²⁹⁾ ad eadem monasteria revocari, ac tam illorum quam ipsorum prioratum monachi reputentur, quum non sit inconveniens, aliquem utrobique³⁰⁾ locum habere monachum, unum alteri subesse monasterio, vel ab ipso noscitur dependere, ratione tamen eorundem³¹⁾ prioratum dicti ordinarii sua iurisdictione in ipsis etiam quoad praemissa, quamdiu morantur³²⁾ in illis³³⁾, licite uti³⁴⁾ possunt.

CAP. II.

Curia Romana habet studium generale et eius privilegia. H. d. Ioann. Anfr.

Idem.

Quum de diversis mundi partibus multi confluant ad sedem apostolicam quasi matrem: nos, ad communem tam ipsorum quam aliorum omnium commodum et profectum paterna sollicitudine intendentes, ut sit eis mora huiusmodi fructuosa, providimus, quod ibidem de cetero regatur et vigeat studium iuris divini et humani, canonici videlicet et civilis. Unde volumus et statuimus, ut studentes in scholis ipsis penes sedem eandem talibus privilegiis omnino, libertatibus et immunitatibus gaudeant, quibus gaudent studentes in scholis, ubi generale regitur studium, ac recipiant integre proventus suos ecclesiasticos sicut illi.

CAP. III.

Dicit, quomodo intelligatur privilegium, quod habent quidam abbates de populo benedicendo, et quibus possint abbates conferre tonsuram. Ioann. Andr.

Alexander IV.

Abbatibus, quos apostolica sedes in exhibitione benedictionis super populum speciali privilegio insignivit, in ecclesiis, quae ad eos pertinent pleno iure, quando in eis divina officia celebrant, possunt post missarum solennia et vespertinas ac matutinas laudes benedictionem solennem super populum elargiri. Alibi autem publice, aut per vias, civitates, castra et villas, populis et plebibus benedictionem facere vel impertiri non valeant, nisi hoc eis expresso³⁵⁾ apostolico privilegio sit concessum. Nec eis licitum sit³⁶⁾, aliis quam monasteriorum suorum conversis, et qui ad illa convolverint, et in quos ecclesiasticam et quasi episcopalem³⁷⁾ iurisdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonsuram, nisi eis id competat ex pleno³⁸⁾ praefatae sedis indulto.

CAP. IV.

Exempti in locis non exemptis oratoria vel capellas sine dioecesanorum licentia construere non possunt, nec in exemptis sine licentia Papae. Nec possunt exempti assumere causas proprias suorum liberorum hominum in se, etiamsi illi sint sui censuales. Ioannes Andreas.

Idem.

Auctoritate sedis apostolicae de fratrum nostrorum consilio statutum, quod oratoria vel capellas in locis non exemptis sine dioecesanorum locorum ipsorum licentia exempti construere non praesumant, neque in sic constructis, nec tempore interdicti, (casibus expressis in iure duntaxat exceptis³⁹⁾,) celebrent vel faciant celebrari divina. Quodsi talia praesumpserint: ab his per locorum ipsorum ordinarios compescantur, et, si quas propter hoc exemptorum ipsorum conservatores in eos sententias protulerint, illas penitus revocamus. Inhibemus insuper⁴⁰⁾, ne in locis etiam exemptis hoc ipsi exempti facere audeant, nisi super his licentiam vel privilegium habeant sedis apostolicae speciale. Causas quoque sive

lites proprias suorum hominum liberorum, quae videlicet tantum ad ipsos homines pertinent, iidem exempti suo nomine, sive ut actores sive ut defensores, aliquatenus non assumant, etiamsi sint ipsis dicti homines censuales; quum id nequaquam licitum sit eisdem.

CAP. V.

Privilegium Papae, quod quis excommunicari, suspendi vel interdicti non possit, non extenditur ad sententias ordinariorum, nisi tale privilegium sit concessum regibus, reginis vel ipsorum filii, vel religioso loco vel ordini. H. d. Ioann. Andr.

Clemens IV.

Ne aliqui, de indultis apostolicis⁴¹⁾ confidentes, alios confidentius in suo iure molestant, et ordinariorum iurisdictionem contemnunt pariter et eludant: omnes indulgentias et privilegia, quibuscunque singularibus personis ecclesiasticis vel saecularibus, cuiuscunque sint praeseminentiae, dignitatis, conditionis aut status, quod interdicti a quocunque vel excommunicari non possint, nec terrae vel ecclesiae ipsorum ecclesiastico interdicto sapponi, sub quacunque forma verborum concessa, (illis, per quae regibus et reginis eorumque filiis, nec non et religiosis quibuscunque, non personarum tantum, sed ordinum privilegiorum vel locorum ratione in hoc immunitas huiusmodi conceditur, duntaxat exceptis,) de fratrum nostrorum consilio ad ordinariorum sententias et⁴²⁾ processus edicto perpetuo prohibemus extendi.

CAP. VI.

Inferiores praelati, quibus per privilegium conceditur usus mitrae, et sunt exempti, in provincialibus et episcopalibus conciliis uti possunt mitris aurifrisiatis, non habentibus lamineas aut gemmas. Et si non sunt exempti, albis et plenis utentur: in aliis locis utantur, ut indulta permittunt.

Idem.

Ut apostolicae sedis benignitas, quae nonnullis abbatibus aliisque praelatis, quibus non competit ex propria dignitate, concessit in ecclesiarum suarum gloriam et honorem, quod mitra et aliis pontificalibus uti possint, provideat, ne inde scandala oriantur, sic tamen, quod ipsi privilegiati suorum privilegiorum non frustrentur effectu, et ex maiori ac decore maiori ornatu maiore apparet dignitatem: de fratrum nostrorum consilio praesenti decreto statuimus, ut abbates et alii, quibus mitrae usus est ab eadem sede concessus, exempti quidem in provincialibus conciliis et episcopalibus synodis, quibus nonnulli eorum interesse tenentur, mitris tantummodo aurifrisiatis, (non tamen aureas vel argenteas lamineas aut gemmas habentibus,) uti possint, non exempti vero simplicibus et albis ac planis utantur; in aliis vero locis exemptis et non exemptis⁴³⁾ mitris liceat illis uti, prout concessa eis ab eadem sede indulta permittunt.

CAP. VII.

In prima parte demonstrat, quid iuris, quum quis solo privilegio se dicit exemptum. In secunda, ibi: Si autem, quid iuris, quum super hoc praescriptionem allegat. In tertia, ibi: Quodsi tales, quid iuris, quum allegat utrumque. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Quum personae ecclesiasticae tam religiosas quam saeculares plura praesumant, quae ipsis infamiam pariunt, et aliis inferunt laesionem, praetextu exemptionis vel libertatis, quam asserunt se habere, ordinariorum correctiones et ordinationes subterfugentes, ac eorum forum sive iudicium declinantes: nos, volentes super hoc de⁴⁴⁾ salubri remedio providere, statuimus, ut hi, qui se asserunt per privilegia seu indulgentias apostolicae sedis exemptos, a locorum ordinariis requisiti huiusmodi privilegia vel indulgentias, quibus se dicunt fore munitos, ipsis ordinariis in loco congruo et securo, aut aliquibus prudentibus viris omni suspitione carentibus, ad hoc per dictos ordinarios deputatis, infra⁴⁵⁾ terminum competentem, pro facti qualitate ipsorum ordinariorum vel delegatorum suorum arbitrio moderandum, iusto impedimento cessante ostendere, ac ad legendam integraliter exhibere, nec non de articulis, de quibus controversia fuerit, transcriptum tradere teneantur. Si autem ad fundandam intentionem suam super huiusmodi libertate solummodo praescriptionem canonicam duxerint opponendam:

Cap. I. 22) omitt. Innoc. IV. Ms. — 23) vel arch.: desid. in C. R. — 24) ullo: C. H. — in illo: Innoc. IV. Ms. — 25) vel susp.: id. — 26) omitt. Innoc. IV. — 27) illi et seq.: penitus: omitt. id. Ms. — 28) possint: id. ap. Mans. — 29) possunt: Innoc. IV. ap. Mans. — 30) sic utr.: id., C. H. R. — aliquid utr. locum habere, quum unum: Innoc. IV. Ms. — 31) eorum: id. — 32) morantur: id. — 33) illo: C. R. — 34) omitt. Innoc. IV. ap. Mans.

Cap. III. 35) expresse: C. H. — 36) est licitum: C. R. — 37) quasi spiritualem: C. R. — 38) ex privilegio: C. H.

Cap. IV. 39) exceptis in locis exemptis: C. R. — non exceptis: H. — 40) autem: C. R.

Cap. V. 41) apostolicae sedis: C. R. et H. — 42) desid. ap. Böhm.

Cap. VI. 43) et non exemptis: desid. in C. H.

Cap. VII. 44) omitt. C. R. — 45) intra: Böhm.

eisdem ordinariis vel delegatis ab eis viris prudentibus non suspectis de praescriptione huiusmodi⁴⁶⁾ facere debent fidem⁴⁷⁾. Quodsi tales⁴⁸⁾ privilegio et praescriptione asserant⁴⁹⁾ munitionis privilegium quidem ipsum exhibeant, ut in primo huiusmodi constitutionis articulo superius est expressum. Et si privilegium exhibitum non ad plenum per se sufficiat ad exemptionem seu libertatem huiusmodi comprobendam, sed tale⁵⁰⁾ est, quod saltem causam praebet praescribendi: coram personis praedictis annorum XI. praescriptionem teneantur probare, praescriptionisque probatione pendente, licet ordinariorum intentio de iure communi fundetur, tamen, quia de privilegio, quod saltem causam praescribendi praebet, faciunt fidem, in libertatis vel exemptionis possessione non violenta, non clandestina, nec concessa precario, de qua fidem coram eisdem fecerint⁵¹⁾, non turbentur. Si vero privilegium per se sufficiens, quando solo privilegio se defendunt, vel saltem tale, quod praescriptioni canonicae causam praestet, quum praescriptionem allegant, non exhibuerint, ut est dictum: quum de iure communi ordinariorum intentio sit fundata, sua iurisdictione uti possint in eisdem libere, donec de praescriptione canonica, ut praemissum est, fecerint plenam fidem.

CAP. VIII.

Interdictus est ingressus ecclesiae regularibus vel saecularibus, quamvis exemptis, qui scienter celebrant vel celebrari faciunt divina in civitatibus vel locis interdictis, nisi secundum permissionem iuris, vel qui excommunicatos vel interdictos publice ad divina officia, sacramenta vel sepulturam admittunt. H. d. Ioann. Andr.

I d e m.

Episcoporum et aliorum praelatorum querelis frequentibus et querulosis clamoribus excitati, praesenti decreto duximus statuendum, ne aliqui saeculares aut regulares, quantumcunque exemptionis seu libertatis sedis apostolicae privilegiis communiti, cuiuscunque ordinis, religionis, status vel conditionis existant, scienter celebrant vel faciant celebrari divina in civitatibus, castris, villis, (nisi quatenus eis a iure conceditur,) seu locis aliis interdictis ab ordinariis sive delegatis iudiciis vel a iure, aut excommunicatos publice vel interdictos ad divina officia seu ecclesiastica sacramenta vel ecclesiasticam sepulturam admittant. Qui vero⁵²⁾ contra praesumpserint, praeter alias poenas a iure statutas ingressum ecclesiae sibi noverint interdictum, donec de transgressione huiusmodi ad arbitrium eius, cuius sententiam contempserunt⁵³⁾, satisfecerint competenter.

CAP. IX.

Primo ponit, quando eximitur ecclesia, quid importet. Secundo, quando ipsius canonici. Tertio, quando clerici. Et ista ordinata declarat, in qualibet partium affirmativa et negative loquendo, secundum Ioann. Andr.

I d e m.

Per exemptionem ecclesiae concessam ipsa ecclesia et ipsius monachi vel canonici, clerici etiam⁵⁴⁾ et conversi perpetuoque oblati, non autem ecclesiae⁵⁵⁾ eiusdem presbyter, qui parochianorum curam habet, quoad ea, quae ad curam eandem pertinent, nec ipsi parochiani etiam⁵⁶⁾ intelliguntur exempti. Verum si canonici alicuius ecclesiae eximantur, ipsi soli canonici, non autem ecclesia vel alii eius clerici sunt exempti. Si autem clerici cuiuscunque⁵⁷⁾ ecclesiae eximantur, tunc tam canonici quam alii clerici eximuntur⁵⁸⁾, non tamen ecclesia, nisi aliud in exemptionis privilegio exprimitur.

CAP. X.

Formas privilegiorum ponit haec decretalis, quarum quaedam exemptionem conferunt, quaedam non. Ioann. Andr.

I d e m.

Si Papa in aliquo privilegio vel scriptura, non facta principaliter super donatione⁵⁹⁾ vel sententia exemptionis seu etiam⁶⁰⁾ libertatis, aliquam ecclesiam ad ius et proprietatem Romanae ecclesiae pertinere, vel consimilia verba narret: non propterea⁶¹⁾ illius ecclesiae exemptio est probata, nisi de libertate aliter doceatur. Si

autem ecclesiae⁶²⁾ vel monasterio exemptionis privilegium concedendo, vel super ipsius exemptione sententiando, (quum de ipsius exemptionis negotio ageretur,) asserat, ipsam ecclesiam fore exemptam, aut eam iuris beati Petri existere, sive ad ius et proprietatem Romanae ecclesiae, vel ad Romanam ecclesiam specialiter, aut sine medio, vel etiam⁶³⁾ simpliciter pertinere: per hoc plene debet exempta huiusmodi ecclesia iudicari. Quum enim iure communi omnes ecclesiae per orbem diffusae ad Romanam ecclesiam pertineant, si id alicui concedatur ecclesiae, vel⁶⁴⁾ de ea per sententiam iudicetur: ex hoc ipsius comprobatur exemptio, ut privilegii nihil alias⁶⁵⁾ allatura concessio ei, cui conceditur, et sententia nullum aliter datura subsidium ecclesiae, pro qua fertur, praerogativam, quum verba aliquid operari debeant, conferat gratiae specialia. Et est idem, si privilegium contineat, vel ipse Papa per modum exprimat supra scriptum, quod ecclesia sit libera, seu quod potius Romanae ecclesiae libertate, vel quod in hoc praerogativa gaudeat speciali; aut si dicat indiffinito, quod ecclesiae Romanae annum censum solvat ad perceptae indicium⁶⁶⁾ libertatis, sive quod ipsam ecclesiam eximit ab ordinarii potestate, vel quod non audeat illic episcopus cathedram collocare, aut imperandi seu ordinationem quamvis levissimam faciendi exercere aliquam potestatem. Similiter, si aliqui recipiantur in proprios et speciales subiectos, censentur exempti. Non sic, si in proprios et speciales filios Romanae ecclesiae sint suscepti: tales quippe exempti propterea non existunt. Si vero dicatur simpliciter, quod aliqua ecclesia Romanae ecclesiae annum censum solvat: non propter hoc exempta ecclesia dici debet. Idem dicimus, si circa aliqua per privilegium concedatur libertas, et clausula de censu annuo persolvendo sequatur, ut si aliquibus, quod ab alio quam a Papa seu eius legato excommunicari, suspendi aut interdicti non possint, vel aliquid aliud specialiter a sede apostolica sit indultum, vel etiam dicatur, quod in speciales Romanae ecclesiae filios sint assumpti, et sequatur in privilegio, quod ecclesiae Romanae ad indicium⁶⁷⁾ libertatis perceptae annum censum solvant. His enim et consimilibus casibus sic⁶⁸⁾ in certis privilegiati articulis ordinariorum iurisdictioni quantum ad alia sunt subiecti. Licet autem sic diversos⁶⁹⁾ privilegiorum, quibus ecclesiae ac⁷⁰⁾ monasteria eximuntur⁷¹⁾, tenores ad litium materiam amputandam duxerimus designandos: per hoc tamen aliis exemptionum, si reperiantur, seu aliarum libertatum modis vel eorum effectibus nolumus aliquatenus⁷²⁾ derogari.

CAP. XI.

Privilegiati, ut tempore interdicti celebrare possint divina clausis ecclesiis, alios etiam extraneos admittere non possunt. Et si fuerit singularis persona super hoc privilegiata, familiares suos admittit; secus in familia conventus taliter privilegiati. Hoc privilegio non gaudet ille, cuius culpa ponitur interdictum. H. d. Dominicus.

I d e m.

Licet vobis concessum existat, ut interdicti tempore, ianuis clausis, excommunicatis et interdictis exclusis, voce submissa divina celebrare possitis: ad ea tamen aliquos, etiam si aliunde venerint, nisi super hoc privilegiati existant, recipere nulla ratione debetis. Quum conceditur singulari personae, ut modo praemisso tempore interdicti celebrare valeat vel audire divina: eius familiares domestici ad audiendum cum ea et celebrandum sibi divinum officium licite admittuntur. Non sic autem in familiaribus alicuius conventus seu collegii est censendum. Illi enim, nisi privilegiati fuerint, admitti non debent. Huiusmodi quoque concessione gaudere non potest is, cuius causa seu culpa, dolo vel fraude, fuit sententia interdicti prolata, seu qui ad perpetrandum delictum, cuius occasione lata exstitit, praebuit consilium, auxilium vel favorem.

CAP. XII.

Episcopi cum altari viatico celebrare possunt et sibi facere celebrari, ita tamen, quod non violent interdictum. H. d. Ioann. Andr.

I d e m.

Quoniam episcopi eorumque superiores se habent diversis ex causis a suis ecclesiis et dioecesibus absentare frequenter, nec semper possunt commode ad ecclesias accedere pro missa celebranda vel

Cap. VII. 46) de praescript. huiusmodi: desid. in C. H. — 47) plenam fidem: ib. — 48) tales: qui: ib. — 49) asserunt: C. R. — 50) si tale: C. H. — 51) faciunt: ib.
Cap. VIII. 52) si vero: C. R. — 53) contempserint: C. H.
Cap. IX. 54) abest a C. H. — 55) desid. ib. — 56) omitt. id. — 57) cuius: C. R. — 58) eximantur: ib.

Cap. X. 59) donatione: C. H. — 60) desid. ap. Röh. — 61) propter hoc: C. H. — 62) praepositus ecclesiae: C. H. — 63) desid. ib. — 64) vel id.: ib. — 65) aliud: C. R. — 66) indicium: Ed. Rom. op. mend. — 67) indicium: C. H. — 68) sicut: C. R. — 69) diversorum: C. H. — 70) vel: ib. — 71) exprimuntur: C. R. — 72) in aliquo: C. H.

audienda in ipsis, sine qua eos transire non decet absque causa rationabili ullam diem⁷³): praesenti constitutione indulgemus eisdem⁷⁴), ut altare possint habere viaticum, et in eo celebrare ac facere celebrari⁷⁵), ubicunque absque interdicti transgressione illis permittitur celebrare vel audire divina.

TITULUS VIII.

DE INIURIIS ET DAMNO DATO.

CAP. UN.

Repressalia contra personam ecclesiasticam concedi vel concessae extendi non debent; contra facientes, nisi revocent infra mensem, singulares sunt excommunicati, universitates interdictae. Ioann. Andr.

Gregorius X. in concilio generali Lugdunensi.¹⁾

Etsi pignorationes, quas vulgaris eloquentia repressalias²⁾ nominat, in quibus alius pro alio praegravatur, tanquam graves legibus et aequitati naturali contrariae civili sint constitutione prohibita, et tamen earum prohibitio in personis ecclesiasticis tanto amplius timentur, quanto in illis specialius inhibentur: eas concedi contra personas praedictas seu bona ipsorum³⁾, aut quantumcumque generaliter praetextu cuiusvis⁴⁾ consuetudinis, quam potius reputamus abusum fore⁵⁾, concessas, ad illas extendi praesenti decreto districtius inhibemus. Illi autem, qui contra fecerint, adversus personas⁶⁾ eisdem pignorationes seu repressalias concedendo, vel⁷⁾ extendendo ad eas, nisi praesumptionem huiusmodi revocaverint a concessione vel extensionis tempore infra⁸⁾ mensem, si personae singulares fuerint, sententiam excommunicationis incurrant, si vero universitates, ecclesiastico subiaceat interdicto.

TITULUS IX.

DE POENIS.

CAP. I.

De veteri iure poterit archiepiscopus, quum in provincia sua iurisdictionem suam exsequitur, punire notorios iniuriantes sibi, nunciis et familiae suae, si per id sua iurisdictione impeditur; alius non, nisi consuetudo amplius tribuat. Sed hodie tales iniurii tunc puniunt, etiam iurisdictionem non impediunt. H. d.

Innocentius IV.¹⁾

Romana ecclesia (Et infra:) Licet²⁾ autem Remensi archiepiscopo suam provinciam visitanti eos, qui tunc sibi, vel suae familiae, aut aliis, quos propter hoc per eandem provinciam dirigit, et etiam, quando concilium convocat, eos, qui nunciis suis, quos pro illo vel alias per provinciam ipsam³⁾ sua debita iurisdictione utendo transmittit, iniuriari praesumunt, si hac occasione sua in his impediatur iurisdictione, pro iniuria huiusmodi, (dummodo existat notoria,) propria auctoritate punire, nisi amplius ei⁴⁾ de Remensis ecclesiae consuetudine competere⁵⁾ dignoscatur. Sibi etiam et metropolitanis aliis in suis provinciis, dum sic in illis iurisdictionem exercent, puniendi manifestas et notorias offensas tunc eisdem illatas vel suis, etiam si exinde impeditur iurisdictionem huiusmodi non contingat, libera sit de nostra speciali concessione facultas.

CAP. II.

Docet haec decretalis, quibus assistentibus fieri debeat degradatio, de quibus vestibus, ornamentis, libris et instrumentis in degradatione fiat expoliatio, et quibus verbis utatur ipse degradatus. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII. Biterrensi⁶⁾ Episcopo.

Degradatio qualiter fieri debeat, a nobis tua fraternitas requisivit. Super quo tibi taliter respondemus, quod verbalis degradatio seu depositio ab ordinibus vel gradibus ecclesiasticis est a proprio episcopo, sibi assistente in degradatione clericorum in sacra constitutorum ordinibus certo episcoporum numero diffinito canonibus, facienda, quanquam proprii episcopi sententia sine aliorum episcoporum praesentia sufficiat in degradatione eorum, qui minores duntaxat ordines receperunt. Actualis vero sive solennis coelestis militiae militia, id est clerici, degradatio, quum ad eam fuerit procedendum, fiet ut exauctorizatio eius, qui militiae deservit armatae, cui militaria detrahuntur insignia, sicque a militia remo-

tas castris reicitur, privatus consortio et privilegio militari. Clericus igitur⁷⁾ degradandus, vestibus sacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum seu ornamentum ad ordinem suum spectans, ac si deberet in officio suo solenniter ministrare, ad episcopi praesentiam adducatur, cui episcopus publice singula, sive sint vestes, calix, liber, seu quaevis alia, quae illi iuxta morem ordinandorum⁸⁾ clericorum in sua ordinatione ab episcopo fuerint tradita seu collata, singulariter auferat, ab illo vestimento seu ornamento, quod datum vel traditum fuerat⁹⁾ ultimo, inchoando, et descendendo gradatim degradationem continuet usque ad primam vestem, quae datur¹⁰⁾ in collatione tonsurae. Tuncque radatur caput illius seu tonsaturus, ne tonsurae seu clericatus vestigium remaneat in eodem. Poterit autem episcopus in degradatione huiusmodi uti verbis aliquibus ad terrorem, illis oppositis, quae in collatione ordinarum sunt prolata, dicendo presbytero haec vel similia verba in remotione planetae: „Auferimus tibi vestem sacerdotalem, et te honore sacerdotali¹¹⁾ privamus.“ Sicque in remotione reliquorum insignium similibus verbis utens, in ablatione ultimi, quod in collatione ordinarum fuit primum, infra scripto vel alio simili modo pronunciet sive dicat: „Auctoritate Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti, ac nostra¹²⁾, tibi auferimus habitum clericalem, et deponimus, degradamus, spoliamus et eximus te omni ordine, beneficio et privilegio clericali.“

CAP. III.

Quamvis inventio carceris fuerit ad custodiam, tamen potest quis puniri poena carceris perpetuo et ad tempus. Ioann. Andr.

Idem.

Quamvis ad reorum custodiam, non ad poenam carcer specialiter deputatus esse noscatur: nos tamen non improbamus, si subiectos tibi clericos confessos de criminibus seu convictos, eorum excessibus et personis, ceterisque circumstantiis provida deliberatione pensatis, in perpetuum vel ad tempus, prout videris expedire, carceri mancipia ad poenitentiam peragendam.

CAP. IV.

Poena, alicui imposita et eius posteris, non extenditur ad posteror lineae femineae, nisi aliud in iure vel sententia sit expressum. H. d. Zenz.

Idem.

Ubique alicui et eius filii seu posteris usque in certam generationem poena imponitur ab homine vel a iure: poena ipsa eos tantum afficit, qui per masculinam, non per femininam lineam descendere dignoscuntur, nisi aliud in iure vel sententia sit expressum.

CAP. V.

Primo puniunt insequentes, percutientes aut capientes cardinales, et eius criminis socios. Secundo eorum filios et nepotes. Tertio ipsis insectatoribus poenam addit. Quarta, quam satisfactionem, quum absolventur, facere debeant, et quid per absolutionem consequantur. Quinto de iudicis consiliariis vel simpliciter faventibus huic crimini. Sexto ad colaturos permittit poenas extendi. Septimo ponit de insequentibus clericis vel religiosis, familiaribus Papae vel cardinalium. Octavo, ponit de occidentibus cardinales. Nono dicit, potestates saeculares nihilominus poenis legalibus contra tales uti debere, et hanc constitutionem etiam facere observari, et contra facientes poenam imponit. Ioann. Andr.

Idem.

Felicitas recordationis Honorii Papae III. praedecessoris nostri vestigiis inhaerentes, quibusdam additis et detractis, de communi fratrum nostrorum consilio hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, ut, si quis deinceps in hoc sacrilegii genus irreperit, quod sanctae Romanae ecclesiae cardinalem fuerit hostiliter inaeccutus, vel percusserit aut ceperit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandaverit vel factum ratum habuerit, aut consilium dederit vel favore, aut postea receptaverit vel defensaverit scienter eundem, sicut reus criminis laesae maiestatis perpetuo sit infamis, diffidatus nihilominus et bannitus. Sit intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex testamento vel ab intestato vocetur, quatenus ab omni successione repulsus, publicaque repulsa confusus, minus inveniat suae malitiae successorem. Fiant¹³⁾ habitationes ejus desertae, et¹⁴⁾, ut non sit qui eas inhabitet, dentur cuncta ipsius aedificia in ruinam, et,

Cap. XII. 73) ulla die: C. R. — 74) abest a C. H. — 75) ac facere celebrari: desid. ibid.
TIT. VIII. Cap. I. 1) c. 28. conc. Lugd. II. — 2) repressalia: conc. Ms. — 3) ipsarum: id., C. R. H. — 4) cuiuscunque: conc. Ms. — 5) forte: C. H., conc. ap. Mans. — 6) ecclesiasticas personas: conc. Ms. — 7) et: id. — 8) infra: Böhm.
TIT. IX. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — cf. c. 1. de

suppl. negl. I. 8. — 2) Licet: Innoc. IV. ap. Mans. — 3) ipsam suam: id. — illam: Böhm. — 4) sibi: Innoc. IV. Ms. — 5) sibi comp.: id. ap. Mans.
Cap. II. 6) Biterren.: Böhm. — desid. inser. in Sext. Ms. — 7) desid. ib. — 8) ordinarum: id. — 9) add.: illi: id. — 10) traditur: id. — 11) sacerdotis: id. — 12) mei: id.
Cap. V. 13) Ps. CXVIII. 26. — 14) omitt. Sext. Ms.

at perpetuae notam infamiae perpetua ruina testetur, nullo tempore reparatur. Nullus ei debita reddere, nullus¹⁵⁾ respondere in iudicio teneatur. Quicquid etiam in bonis invenitur ipsius, sicut vel reipublicae dominio applicetur, ut ex illis nil transmittat ad posteros, sed potius cum ipso quodammodo damnetur et sua. Si qua vero feuda, locationes, officium vel beneficium spirituale vel temporale ab aliquibus ecclesiis obtinet: sit eis ipso iure privatus, quae sic libere ad ecclesias revertantur, quod ecclesiarum rectores de ipsis pro sua voluntate disponant. Quodsi quis praedictorum filium vel filios habeat, nepotem vel nepotes per rectam lineam descendentes, beneficium seu beneficiatus quovis beneficio, etiam pontificalem adeptus vel adepti fuerit dignitatem: sint eis ipso iure privati, spe promotionis omnino sublata. Nulli praeterea taliam filiorum atque nepotum, ex virili sexu descendendum ab eisdem, alicuius aperiatur ianua dignitatis aut honoris ecclesiastici vel mundani, seu¹⁶⁾ ad alicuius loci regimen sit ascensus. Sit eis¹⁷⁾ postulandi negata facultas; sit notariae¹⁸⁾ indicatus et quodlibet aliud officium seu ministerium publicum interdictum. In iudiciis eorum¹⁹⁾ assertio contra quemquam nihil fidei, nihil credulitatis inveniat, ut ad testimonium prorsus reddantur indigni²⁰⁾. Sit eis ad ordines ascensus²¹⁾ inhibitus, sit ad beneficium vel officium ecclesiasticum denegatus accessus. Et, ut magis famosa sit eorum²²⁾ infamia, ad actus legitimos nullus eis²³⁾ pateat aditus, nulla porta pandatur eisdem²⁴⁾ super aliquo praemissorum, omni spe dispensationis adempta. Praesenti nihilominus adiciamus sanctioni, ut ex insecutione praedicta, sicut ex iniectioe manuum violenta, ipso facto excommunicationis sententiam quis incurrat, et tam insecutor quam alii supra dicti tanti mali participes, quam diu in sua contumacia²⁵⁾ perdurarint, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, per omnes illius loci ecclesias, in quo tantum facinus fuerit attentatum, nec non civitatum et dioecesium vicinarum excommunicati publice denuncientur²⁶⁾, nec ab alio quam a Romano Pontifice possint absolutionis beneficium obtinere, nisi duntaxat in mortis articulo constituti. Quam autem fuerint absolvendi, primo sufficienter et idonee caveant, quod inferendae poenae parebunt, et auxiliante Domino poenitentiam peragent iniungendam; deinde per omnes illius loci ecclesias principales vicinarumque locorum diebus dominicis et sollempnibus incedant nudi coram populo, femoralia tantum habentes, et ferulas deferentes²⁷⁾ in manibus, cum quibus per eandem ecclesiam publice fustigentur, ituri postmodum ultra mare, et ibidem aeturi poenitentiam per tres annos ad minus, nec exinde postmodum reversuri abaque sedis apostolicae licentia speciali. Verum quum talis gratiam reconciliationis meruerit: beneficio absolutionis obtento indulgetur ei licentia, ut suam et suorum iniuriam prosequatur, et debitorum illorum, quae contracta fuerint, de postmodum acquiritia repetitio non negetur. Illud autem non duximus omitendum, quod, si quis fuerit in praemissis nudo consilio aut simplici favore culpabilis, iudex in talem poenam metiatur ex culpa, ut secundum quod excessus exegerit vindicta procedat. Ceterum, quia dignum est, ut nefandi ratione flagitii ultionis severitas amplius extendatur, et propter enormitatem culpam plagiarum modus exuberet, nec poenis solitis contentetur: statuimus, ut ad collaterales, fratres videlicet, nepotes et pronepotes talium possit extendere poenas in huiusmodi nostra constitutione contentas circumspicere Romani Pontificis, prout circumstantiae rationabiles suadebunt. Praemissis etiam dignum censuimus annexendum, ut, si quisquam aliquo praedictorum excessuum quemquam de clericis vel religiosi nostrae familiae vel cardinalium afficere forte praesumpserit, proportionetur poena delicto ita, quod, vindicta ex aequo excessui²⁸⁾ respondente, ab offensa nostrorum cohibeantur deinceps manus temerariae formidine ultionis, quas Dei vel nostra seu fratrum nostrorum reverentia non coercent. Si quis vero per se vel per alium occiderit cardinalem, (quod absit,) vel dederit causam mortis: ultra, quam praemissa contineant, sic in eum potestas iurisdictionis insurgat, sic rigor ultionis insiliat, quod contra vitae subsidium²⁹⁾ mortis solatium invocet, vivens poenae, non culpae, vindictae speculum³⁰⁾, non offensae. Per hoc quoque saecularibus potestatibus non adimimus facultatem utendi legibus contra tales, quas adversus sacrilegos catholici principes ediderunt. Quis enim locus regiminis poterit esse tutus, quis rector securitate gaudebit, si Romana ecclesia, quae omnium ecclesiarum disponente Domino caput est et magistra, casibus istis subiicitur? si eius filii specia-

les huiusmodi periculis exponantur? Quem ecclesiae filium, quem fidei selatorem contumelia tanta non tangeret, et confusio tam aspera non moveret? Porro, si filius est, dolebit, si³¹⁾ fidelis, matre fidei laesa laedetur. Quapropter si princeps, senator, consul, potestas vel alius dominus sive rector contra praesumptores praedictos praesentis constitutionis tenorem non fecerit observari: tam ipse quam officialis ipse infra³²⁾ mensem, postquam res ad notitiam eorum pervenerit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Civitas vero quaevis alia praeter Urbem, quae talin facienti vel facientibus seu praesumentibus in his³³⁾ consilium vel auxilium dederit aut favorem, vel infra³⁴⁾ mensem saltem taliter delinquentes, prout tanti facinoris enormitas exegerit, et facultas ei adfuerit, non duxerit puniendos, pontificalk et supra sit eo ipso dignitate privata, et nihilominus remaneat interdicta.

TITULUS X.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS.

CAP. I.

Quaestores non citant aliquos, licet eos monere possint, et in concedendis indulgentiis non excedant archiepiscopi statutum concilii generalis.
H. d. Zenz.

Innocentius IV. in concilio Lugdunensi¹⁾.

Romana ecclesia (*Et infra*) Quaestoribus autem fabricae Remensis ecclesiae Remensis archiepiscopus sive²⁾ eius officiales citandi suffraganeorum ipsius ecclesiae subditos, quos iidem quaestores sibi resistere aut nolle parere dixerint, ut super hoc³⁾ compareant coram ipsis, nequaquam tribuant potestatem. Super benigna vero ipsorum receptione⁴⁾ ac subventionem ipsi fabricae faciendae possunt eosdem suffraganeos et alios Christi fideles Remensis provinciae caritative monere. In concedendis quoque⁵⁾ indulgentiis non excedat Remensis archiepiscopus statutum concilii generalis.

CAP. II.

Concessio generalis confessoris non tangit episcopo specialiter reservatis, nec obtentu consuetudinis potest quis sibi eligere confessorem.
H. d. Zenz.

Benifacius VIII.

Si episcopus suo subdito concesserit, ut sibi possit idoneum eligere confessorem: ille, quem is elegerit, in casibus, qui eidem episcopo specialiter reservantur, nullam habet penitus potestatem, quum in generali concessione illa non veniant, quae non esset quis verisimiliter in specie concessurus. Nulla quoque potest consuetudine introduci, quod aliquis praeter sui superioris licentiam confessorum sibi eligere valeat, qui eum possit solvere vel ligare.

CAP. III.

Decretalis Quum ex eo in pluribus episcopis indulgentibus locum habet.
H. d. Zenz.

I d e m.

Indulgentiae, quae ab uno vel pluribus episcopis in ecclesiarum dedicationibus vel aliis quibuscunque casibus conceduntur, vires non obtinent, si statutum excesserint concilii⁶⁾ generalis.

TITULUS XI.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS, SUSPENSIONIS ET INTERDICTI.

CAP. I.

Iudex, qui excommunicat, suspendit vel interdicat, in scriptis hoc faciat, et causam conscribat, et requisitum exemplum sententiae tradat infra mensem. Qui contra fecerit, per mensem ab ingressu ecclesiae et divinis est suspensus, et relaxabitur illa sententia per superiorum absque difficultate, et condemnabitur lator in expensis et aliis poena condigna. Si sic suspensi celebrant, ut prius, sunt irregulares, nec absolventur ab alio quam a Papa. H. d. Ioann. Andr.

Innocentius IV. in concilio Lugdunensi¹⁾.

Quum medicinalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinans, non eradicans, dum tamen²⁾ is, in quem lata fuerit, non contem-

Cap. V. 15) add. ei: id. — 16) et ad alic. loci reg. non ascendat: id. — 17) ei: id. — 18) notoria: id., Böhm. — 19) eius: Sext. Ms. — 20) reddatur indignus. Sit ei: id. — 21) accessus: id. — 22) eius: id. — 23) ei: id. — 24) eidem: id. — 25) malitia contumacia: id. — 26) nunciatur: id. — 27) ferentes: id. — 28) processu: id. — excessu: Ed. Rom. oper. mend. — 29) taedium: Sext. Ms. — 30) periculum: id. — 31) cui: id. — 32) intra: Böhm. — 33) seu in his: Sext. Ms. — 34) intra: Böhm. — 35) ut: id.

TIT. X. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. un. — cf. c. 1. de suppl. negl. l. 8. — 2) et: Innoc. IV. Ms. — 3) Assoc. id. — 4) eorum: Innoc. IV. — 5) vero: id. ap. Mans.

Cap. III. 6) cf. c. 14. X. de poenit. V. 38.

TIT. XI. Cap. I. 1) Decr. Innoc. IV. h. t. c. 2. (Ms.: c. 1.) — 2) dummodo: Sext. Ms.

aut: caute provideat iudex ecclesiasticus, ut in ea ferenda ostendat se prosequi quod³⁾ corrigentis fuerit⁴⁾ et medentis. Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem⁵⁾ in scriptis proferat, et causam excommunicationis⁶⁾ expresse conscribat, propter quam excommunicatio⁷⁾ proferatur. Exemplum vero huiusmodi scripturae teneatur excommunicatio tradere infra⁸⁾ mensem⁹⁾, si fuerit requisitus; super qua requisitione fieri¹⁰⁾ volumus publicum¹¹⁾ instrumentum vel literas testimoniales confici sigillo¹²⁾ authentico consignatas. Si quis autem iudicum huiusmodi constitutionis temerarius extiterit violator: per mensem unum ab ingressu ecclesiae et divinis officiis¹³⁾ noverit se suspensum. Superior vero, ad quem recurritur, sententiam ipsam sine difficultate relaxans, latorem¹⁴⁾ excommunicato ad expensas et omne¹⁵⁾ interesse condemnat, et alias puniat animadversione condigna, ut poena docente discant iudices¹⁶⁾, quam grave sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare. Et haec eadem in suspensionis sententiam volumus observari. Caveant autem ecclesiarum praelati et¹⁷⁾ iudices universi, ne praedictam poenam suspensionis incurrant; quoniam, si contingeret¹⁸⁾ eos sic suspensos divina officia exsequi sicut prius, irregularitatem non effugient iuxta canonicas sanctiones, super qua non nisi per summum Pontificem poterit dispensari.

CAP. II.

Qui petit absolvi ad cautelam, docens, excommunicationis sententiam in se latam esse nullam, absolvetur cuiuscunque contradictione non obstante, nisi dicatur et probetur infra octo dies excommunicatus pro manifesta offensu. Qui probat, se excommunicatum post appellationem, probatione pendente in iudiciis evitabitur, extra iudicium vero non. H. d. Ioann. Andr.

Idem *in eodem* 19).

Solet a nonnullis in dubium revocari, an, quum aliquis per superiorem absolvi postulat ad cautelam, dum in se latam excommunicationis sententiam asserit esse nullam, sine contradictionis obstaculo munus ei debeat absolutionis impendi, et an²⁰⁾ ante absolutionem huiusmodi is²¹⁾, qui se offert in iudicio probaturum, se post appellationem legitimam excommunicatione innovatum²²⁾, vel intolerabilem errorem in sententia fulse patenter expressum, sit in ceteris, excepto probationis illius²³⁾ articulo, evitandus? In prima igitur dubitatione sic²⁴⁾ statuimus observandum, ut petenti absolutionem non negetur, quamvis in hoc excommunicator vel adversarius se opponat: nisi eum excommunicatum pro manifesta dicat offensu²⁵⁾. In quo casu terminus octo dierum indulgetur sic dicenti, ut, si probaverit quod opponit, non relaxetur sententia; nisi prius sufficiens praestet emenda, vel competens cautio de parendo iuri, si offensu dubia proponatur. In secunda vero quaestione statuimus²⁶⁾, ut is²⁷⁾, qui ad probandum admittitur, pendente probationis²⁸⁾ articulo in ceteris²⁹⁾, quae ut actor in iudiciis attentaverit, interim evitetur. Extra iudicium vero in officiis³⁰⁾, postulationibus, et electionibus ac aliis legitimis actibus nihilominus admittatur.

CAP. III.

Excommunicatio, lata in participantes excommunicatis in locutione et similibus, canonico monitione non praemissa non tenet. Ioann. Andr.

Idem 31) *in eodem*.

Statuimus, ut nullus iudicum participantes cum excommunicatis ab eo in locutione³²⁾ et aliis³³⁾, quibus ligatur participans excommunicatione minori, ante monitionem³⁴⁾ canonicam excommunicare maiori excommunicatione praesumat, salvo constitutionibus contra illos legitime promulgatis, qui in crimine praesument participare damnato. Quodam ex locutione et aliis, quibus participans labitur in minorem, excommunicatus fortius indurescat: poterit iudex post monitionem³⁵⁾ canonicam huiusmodi participantes³⁶⁾ consimili damnare censura. Aliter autem ipi participantes excom-

municatio prolata³⁷⁾ non teneat, et proferentes poenam legitimam poterunt formidare.

CAP. IV.

Episcopi nullam interdicti vel suspensionis incurrant sententiam, nisi in sententia sint expressi. H. d. Ioann. Andr.

Idem *in eodem* 38).

Quia periculosum est episcopis et eorum superioribus propter executionem pontificalis officii, quod frequenter incumbit, ut in aliquo casu interdicti vel suspensionis incurrant sententiam ipso facto, nos deliberatione provida duximus statuendum, ut episcopi et alii superiores praelati³⁹⁾ nullius constitutionis occasione, sententiae sive mandati, praedictam incurrant sententiam ullatenus ipso iure, nisi in ipsis⁴⁰⁾ de episcopis⁴¹⁾ expressa mentio habeatur.⁴²⁾

CAP. V.

Huius decretalis quinque sunt dicta: primum, quod archiepiscopus sententiam, latam a subditis anorum suffraganeorum, nisi hoc habeat de consuetudine, non relaxat. Secundum, quod generalis sententia archiepiscopi ligat tantum subditos. Tertium, quod pro praeteritis vel praesentibus culpis, monitione non praemissa, ab eis lata sententia est iniusta. Quartum, quod pro futuris culpis vel iam commissis, scilicet nisi satisfaciant, excommunicare non debent, nisi mora, culpa, vel offensu vel alia iuxta casum subsit. Quintum, quod in universitatibus vel collegiis non feratur excommunicationis sententia, sed in illos, vel culpabiles extiterunt. Ioann. Andr.

Idem 42).

Romana ecclesia (*Et infra*): Ceterum interdicti, suspensionis⁴³⁾ vel excommunicationis sententias, latas ab officialibus archidiaconorum, seu quibuscunque aliis iurisdictionem habentibus, suffraganeorum Remensis ecclesiae subditis, Remensis archiepiscopus et eius officiales omissis ipsis excommunicatoribus⁴⁴⁾ non relaxent, salva contraria super hoc consuetudine, si quam habent. Porro excommunicationum sententiae, a Remensi archiepiscopo auique⁴⁵⁾ officialibus generaliter promulgatae, subiectos eiusdem iurisdictioni archiepiscopi tantum ligant. Sed nec in specie nec in genere pro culpis et⁴⁶⁾ offensis praeteritis vel praesentibus excommunicationum sententias absque competenti monitione praemissa promulgent, et, si contra praesumpserint, iniustas noverint esse illas. Caveant etiam, ne tales sententias excommunicationis⁴⁷⁾ sive specialiter sive generaliter in aliquos pro futuris culpis⁴⁸⁾, videlicet si tale quid fecerint, vel etiam pro iam commissis sub hac forma: „si de illis infra⁴⁹⁾ tale tempus minime satisfecerint“, proferre praesument, nisi mora in exhibenda satisfactione, vel culpa seu offensu praecesserit⁵⁰⁾, quibus merito ad iniungendam satisfactionem huiusmodi et⁵¹⁾ taliter prohibenda similia inducantur, aut alia rationalibus, quam in ipsis sententiis exprimitur, causa subsit. In universitatibus⁵²⁾ vel collegiis proferri excommunicationis sententiam penitus prohibemus, volentes animarum periculum vitare, quod exinde sequi posset⁵³⁾, quum nonnunquam contingeret innoxios⁵⁴⁾ huiusmodi sententia irretiri; sed in illos duntaxat de collegio vel universitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgetur.

CAP. VI. 55)

Praelatus contra potentiam temporalem etiam spiritali gladio, scilicet ecclesiastica censura, se tueri potest. H. d. Ioann. Andr.

Idem *in eodem* 56).

Dilecto filio decano Aurelianensi⁵⁷⁾ (*Et infra*): Praeterea quum omnes leges omniaque iura vim vi repellere, cunctisque sese defendere permittant: licuit utique⁵⁸⁾ ipsi decano, si praedictis ballivis eum honis suis mundanis iniuriose spoliare, vel ea violententer occupare praesumpserit⁵⁹⁾, ut superius est expressum, contra illius violentiam iniuriamque⁶⁰⁾ se tueri. Et quoniam adversus eius

Cap. I. 3) quicquid: Innoc. IV. ap. Mans. — 4) est: Innoc. IV., Sext. Ms. — 5) abest ab Innoc. IV. — 6) omitt. id. — 7) huiusmodi ecc.: id. Ms. — 8) intra: Böhm. — 9) add.: post diem sententiae: Innoc. IV. — 10) omitt. id. Ms. — 11) vel publ.: id. — 12) sigillatus: Sext. Ms. — 13) omitt. id. et Innoc. IV. ap. Mans. — 14) latorem excommunicatorum: Innoc. IV. Ms. — 15) et ad: id. — 16) et iud.: id. — 17) desid. ib. — 18) cantigerit: Innoc. IV. ap. Mans., Sext. Ms.

Cap. II. 19) Decr. Innoc. IV. h. t. c. 1. (Ms.: c. 2.) — 20) desid. ap. Böhm. et Innoc. IV. Ms. — 21) desid. ap. Innoc. IV. — 22) nodatum: id. Ms., Sext. Ms. — 23) omitt. Innoc. IV. Ms. — 24) omitt. Sext. Ms. — 25) per manifestam . . . offensam: Innoc. IV. ap. Mans. — 26) sic stat.: id. Ms. — 27) abest a Sext. Ms. — 28) pend. tite vel prob. art.: id. — 29) cet. quoque: Innoc. IV. ap. Mans. — 30) his off.: id. Ms.

Cap. III. 31) c. 12. conc. Lugd. I. — Decr. Innoc. IV. h. t. c. 3. — 32) vocazione: Sext. Ms. — 33) in al.: Innoc. IV. Ms. — 34) commonitionem: Innoc. IV. — admonitionem: Sext. Ms. — 35) commonitio-

nem: id. — 36) add.: Innoc. IV. Ms. — 37) promulgata: id. ap. Mans.

Cap. IV. 38) Decr. Innoc. IV. h. t. c. 4. — 39) prael. superiores ipsorum, quibus huiusmodi inhueret officium: Innoc. IV. Ms. — 40) ipsa: id. — 41) de ipsis: Sext. Ms. — de episc. et superioribus: Innoc. IV. — 42) quae sequuntur: Huius etiam adiectivus etc.: vid. ap. Innoc. IV. Cap. V. 42) Decr. Innoc. IV. h. t. c. 5. — cf. c. 1. de suppl. negl. I. 8. — 43) vel susp.: Innoc. IV. ap. Mans. — 44) excommunicationibus: id. — 45) vel eius: id. Ms. — 46) vel: id. ap. Mans. — 47) omitt. Innoc. IV., Sext. Ms. — 48) omitt. Innoc. IV. Ms. — 49) intra: Böhm. — 50) praecesserint: Sext. Ms. — 51) et . . . causa: desid. ap. Innoc. IV. a Mansio ed. — 52) add.: vero: Innoc. IV. Ms. — 53) possit: id. ap. Mans. — 54) add.: etiam: Innoc. IV.

Cap. VI. 55) Decr. Innoc. IV. h. t. c. 7. (Ms.: c. 7.) — 56) in eod.: omitt. Sext. Ms. — fratri Iohanni Lemonic (Lemovicensi?) de ordine fratrum minorum poenitentiarum: Innoc. IV. ap. Mans. — 57) Aurilien.: id. — 58) itaque: id. — 59) praesumpsit: Innoc. IV. Ms., Sext. Ms. — 60) violentam iniuriam: id.

nimiam potentiam sufficiens temporalis defensionis sibi forte non aderat⁶¹⁾: potuit⁶²⁾ se etiam⁶³⁾ spiritualiter, gladio videlicet utendo ecclesiastico, defensare, ac recurrere propter hoc ad arma spiritalia, quae sunt ecclesiae propria, et pro suo munimine⁶⁴⁾ illi uti; praesertim quum dictus ballivus post latus in eum ab eodem decano⁶⁵⁾ ex aliis causis excommunicationis sententias, sicut idem decanus asseruit, ipsum tanquam exinde provocatus, sententiis ipsis⁶⁶⁾ contemptis, bonis spoliasset eisdem, et propter hoc postmodum ipse decanus sententiam tulerit⁶⁷⁾ interdicti, tanquam spiritali se⁶⁸⁾ mucrone defendens contra illius iniuriam et violentiam, sibi ab eodem occasione praedictarum sententiarum et in ipsarum contemptum illatam. Et quidem quum licet culibet suo vicino vel⁶⁹⁾ proximo pro repellenda ipsius⁶⁹⁾ iniuria suum impertiri auxilium, immo, si potest et negligit⁷⁰⁾, videatur iniuriantem solum, ac esse particeps eius culpa: licuit profecto ipsi decano proprio sibi met subvenire subsidio, et⁷¹⁾ suamet temporalem iniuriam sua propria spiritali defensione tueri, sicque utrumque quodammodo gladium, et⁷²⁾ temporalem et ecclesiasticum, alterum⁷³⁾ videlicet altero adiuvari, maxime quia hi duo gladii consueverunt exigente necessitate sibi ad invicem suffragari, et in iuriam alterius subventionem mutua frequentius exerceri.

CAP. VII.

Excommunicatos a subditis suffraganeorum archiepiscopi non possunt absolvere, sed excommunicatos a suffraganeis vel officialibus bene, si ad eos appellatum fuerit. H. d. Ioann. Andr. — §. 1. Archiepiscopus in casibus, in quibus iurisdictionem habet, ante cognitionem causae absolutio excommunicatum ad petitionem partis, vel ex officio, nisi dicatur excommunicatus pro manifesta offensa vel contumacia; et contumacia praesumptae et manifestae ponit exempla. H. d. Ioann. Andr. — §. 2. Excommunicatio, lata post appellationem interpositam ex causa probabili, non statim pronuntiatur nulla; sed fieri potest relaxatio ad cautelam, etiam antequam incipiat de veritate causae cognoscere. Idem, si dicatur lata per intolerabilem errorem, et in contrarium error ille probabiliter defendatur. Ioann. Andr. — §. 3. Si certum est, excommunicationem esse iustam, fit remissio; si certum est eam iniustam, non fit. Si est dubium, fieri potest relaxatio, sed honestius est remittere; tenet tamen relaxatio, ubi archiepiscopus est iudex, licet non fiat remissio. H. d. Ioann. Andr. — §. 4. Archiepiscopus in casibus, in quibus excommunicare potest, si consuetudo habet, emendas pecuniarias exigere potest. H. d. Ioann. Andr. — §. 5. Summatum supra in §. Sed si ex causa, ibi videas. — §. 6. Summarium habet supra in §. Sed si ex causa, ibi vide.

Idem.

Venerabilibus (Et infra): Ceterum Rothomagensi archiepiscopo vel eius officiali non licet excommunicatis ab archidiaconis⁷⁴⁾ vel aliis subditis suffraganeorum ipsius archiepiscopi, (quum nec excommunicantium, nec excommunicatorum sint iudices,) absolutionis beneficium impertiri; excommunicatos autem ab ipsis suffraganeis vel eorum officialibus possunt absolvere, si ab ipsis litigantibus ad eos fuerit provocatum. Neutra vero partium appellante, si qua ipsarum per archiepiscopum vel eius officialem ab excommunicatione contra eam lata pro reliqua postulet se absolvi, vel alias coram eis de parte adversa querimoniam sine appellationis interpositione deponat: non est in hoc ab ipsis, (quum sui non sint iudices,) audienda. Sed si excommunicatus deponat apud eos de suffraganeo, ut imponatur ei poena, et pro suo interesse super iniusta excommunicatione querelam: audire utique debent eum. Secus autem, si conqueratur de ipso, ut relaxetur huiusmodi sententia, contra se ab eo pro alio promulgata: quoniam tueri hanc causam non ad ipsum suffraganeum, sed eum, pro quo est sententia lata, spectat. Attamen si suffraganeus vel extra iudicium pro suorum defensione iurium, vel etiam in⁷⁵⁾ iudicio ex suo procedens officio, inquirendo videlicet vel simile quid agendo, aliquem excommunicet: in hoc casu conveniendus est ipse suffraganeus coram archiepiscopo vel eius officiali, quia ipsius interest defendere causam suam. §. 1. Porro archiepiscopus vel eius officiales excommunicatos⁷⁷⁾ a suffraganeis semper, antequam audire causam incipiant, in casibus, in quibus eis iurisdictioni competit, iuxta ecclesiae formam debent absolvere, utpote si post diffinitivam fuerit excommunicationis sententia promulgata, et ad eos⁷⁸⁾ fuerit appellatum, exceptis casibus, in quibus iura prohibent post sententiam appellare. Similiter, si suffraganeus extra iudicium excommunicet aliquem pro eius offensa, vel pro⁷⁹⁾ sui defensione iuris, et super hoc querimoniam ille proponat: est ille primitus iuxta formam ecclesiae absolvendus, nisi suffraganeus absoluturum se offerat, quod pro manifesta offensa excommunicationis eum vinculo innodavit. Idem est etiam, si quemquam pro praesumpta contumacia, videlicet quia citatus praefixo sibi termino non comparuit, excom-

municatione constingat: quia, si sic ligatus proposita querimoniam petat ab archiepiscopo se absolvi, sive quando suffraganeus ex suo processit officio, sive quando est ad ipsum archiepiscopum ante sententiam diffinitivam appellatum, et ab adversario proponatur, quod absolvendus non sit, nec panti ei debeat iudicii auditus, nisi prius expensas restituat, et iudicio sibi exhibeat cautionem, ipseque respondeat, quod recte contumax reputari non debet pro eo, quod in itinere captus vel etiam⁸⁰⁾ alio impedito detentus in termino comparere nequivit, tunc protinus sibi iuxta formam ecclesiae beneficium debet absolutionis impendi. Secus autem, si se contumacem consteatur, vel alias de contumacia sua constet, quia forte praedixerat in iudicio, quod minime compareret. Tunc enim, quum manifesta sit contumacia, et manifesta reputetur offensa, non est ei, nisi primo expensarum satisfactione ac de stando iudicio cautione praestita, absolutio impendenda. Et hoc ipsum est in similibus observandum, sicut si aliquis ad certum locum citetur, et ille proponat, ipsum non esse sibi tutum, et iudex postea in eum, quia non probavit hoc, nec comparuit, sententiam excommunicationis promulget. Nam tunc, si excommunicatus ipse ad superiorem appellat, et ante omnia se ab eo petat absolvi, quum probare coram eo velit, ipsum locum non existere sibi tutum, in hoc est procul dubio audiendus, quum praesumpta solummodo eius contumacia videatur. Sed si iudex pronunciasset, locum illum esse idoneum et securum, et ille non comparuisset, ac ideo excommunicasset eundem: ipse postmodum super hoc, nisi post latus interlocutoriam infra⁸¹⁾ decendum provocasset, nullatenus audiri debet. §. 2. Sed si ex causa legitima seu probabili quis appellat, puta quia locus non est tutus, et post appellationem huiusmodi excommunicatione ligetur, ac deinde constet superiori, quod ad ipsum ex causa extitit provocatum: non tamen illico pronuntiare debet excommunicationis sententiam fore nullam, sed potest eum ad cautelam iuxta formam ecclesiae relaxare. §. 3. Sane, si certum est, excommunicationis sententiam esse iustam, velut quum propter manifestum excessum est in aliquem promulgata: superior iudex, nisi periculum sit in mora; excommunicatum ad excommunicatorem prorsus remittere debet, nec debet eum absolvere, nisi excommunicator requisitus malitiose illi absolutionis beneficium deneget exhibere. Si vero constet, huiusmodi sententiam esse iniustam: nequaquam remittendus est ad suum excommunicatorem excommunicatus, sed debet sine difficultate aliqua mox absolvi. Quodsi dubitatur, utrum iusta sit vel iniusta: superior, nisi excommunicatori deferat, relaxare iuxta formam ecclesiae potest illam, quamquam honestius et convenientius agat, si ei deferat in hoc casu. Ubi autem superiori competit de excommunicatione cognoscere: absolutio seu relaxatio, quam ipse fecerit, tenet, licet forsitan sit iniusta⁸²⁾, quoniam, etsi contra ius litigatoris, non tamen contra ius constitutionis absolvit. §. 4. Denique a subditis suffraganei emendas pecuniarias potest archiepiscopus secundum consuetudinem regionis exigere in casibus, in quibus ei licet eos excommunicacionis vinculo innodare. §. 5. Potest quoque archiepiscopus beneficium absolutionis iuxta formam ecclesiae nonnunquam impendere ad cautelam, utpote si asseritur, in excommunicationis sententia intolerabilem errorem fuisse patenter expressum, id est, aliquid sub vi praeepti vel mandati aperte in ea contineri, quod communiter vel in suo genere est peccatum, veluti si dicat forte aliquis, se a suffraganeo excommunicatum fuisse pro eo, quod eleemosynam pauperi tribuebat, vel quia faciebat aliquid aliud, quod in se bonum est, aut quia non operabatur⁸³⁾ id, quod suo actu illicitum est et pravam, et suffraganeus ipse asserat, quod pro digna et rationabili causa, vel pro conservanda vel⁸⁴⁾ exsequenda iustitia hoc illi prohibuisset vel etiam iniunxisset. Nam tunc archiepiscopus ad cautelam absolvere potest eum. §. 6. Similiter, si aliquis proponat se ante diffinitivam sententiam in iudicio vel extra post appellationem ex causa legitima interpositam vinculo excommunicationis adstrictum: potest archiepiscopus, postquam sibi de hoc constiterit, etiam priusquam incipiat de veritate causae⁸⁵⁾ appellationis cognoscere, absolutionis illi beneficium ad cautelam iuxta formam ecclesiae impertiri.

CAP. VIII.

Iudex ecclesiasticus compellit iudicem laicum, repellere excommunicatos ab actibus iudicialibus sibi prohibitis. H. d. Ioann. Andr.

Alexander IV.

Decernimus, ut iudices saeculares per censuram ecclesiasticam ab ecclesiasticis iudicibus, canonica monitione praemissa, repellere

Cap. VI. 61) erat: Sext. Ms. — 62) et pot.: Innoc. IV. ap. Mans. — 62) omitt. id. Ms. — 63) sua munitione: Innoc. IV. ap. Mans. — 64) ab eod. dec.: omitt. Sext. Ms. — 65) ipsius: Innoc. IV. ap. Mans. — 66) tulerat: id. — 67) desid. ap. Innoc. IV. Ms. — 68) et prox.: Innoc. IV. — 69) eius: id. Ms. — 70) etiam negligat: id. ap. Mans. — 71) suamque: Innoc. IV. Ms. — 72) omitt. id. et Sext. Ms. —

73) desid. ap. Innoc. IV. Ms. — alterius: Sext. Ms. — 74) omitt. Innoc. IV. Ms.

Cap. VII. 75) archidiacono: Sext. Ms. — 76) omitt. id. — 77) ex suis suffr.: id. — 78) ipsos: id. — 79) omitt. id. — 80) desid. ib. — 81) intra: Böhm. — 82) iusta: Böhm. — 83) operatur: Sext. Ms. — 84) et: id. — 85) omitt. id.

excommunicatus ab agendo, petrocinando et testificando in suis curiis et iudiciis compellantur.

CAP. IX.

Non valet excommunicatio lata in participantes, nisi fuerit moniti nominatim. Et canonica monitio dicitur, quae habet diem interuallum, nisi necessitas facti aliud suadeat. H. d. Ioann. Andr.

Gregorius X. in concilio generali Lugdunensi.⁸⁶⁾

Constitutionem felicis recordationis Innocentii Papae IV.⁸⁷⁾ praedecessoris nostri, quae prohibet, participantes excommunicationis⁸⁸⁾ ea participatione, quae solam minorem excommunicationem inducit, monitione canonica non praemissa maiori excommunicatione ligari, decernens, promulgatam aliter excommunicationis sententiam non tenere, ad tollendum omnem ambiguitatis scrupulum declarantes, decernimus⁸⁹⁾, ita demum esse monitionem canonicam in hoc casu, si aliis rite servatis eos, qui momentur, exprimat nominatim. Statuimus quoque, ut inter monitiones, quas, ut canonice promulgetur excommunicationis sententia, statuunt iura praemitti⁹⁰⁾, iudices, sive monitionibus tribus utantur aive una prae omnibus, observent aliquorum dierum competentia intervalla, nisi facti necessitas aliter ea suaserit moderanda.

CAP. X.

Relaxatio ad cautelam in generali interdicta non habet locum. H. d. Domin.

Idem in eodem.⁹¹⁾

Præsenti generali declaramus edicto, beneficium relaxationis ad cautelam, quoad interdicti sententias, in civitates⁹²⁾, castra vel quaelibet alia loca sive terras aliquas generaliter promulgatas, locum aliquatenus non habere.

CAP. XI.

Primo excommunicat certis limitationibus dantes licentiam offendi in personis vel rebus suis vel suorum, exercentes contra aliquos ecclesiasticam censuram, vel exerceri facientes, vel illam servantes. Secundo ibi: Eadem poenam prorogat ad usentem, vel motu proprio id agentem. Tertio ibi: Qui autem, poenam aggravat. H. d. Ioann. Andr.

Idem in eodem.⁹³⁾

Quicumque pro eo, quod in reges, principes⁹⁴⁾, barones, nobiles, ballivos⁹⁵⁾ vel quolibet ministros eorum, aut quoscunque alios excommunicationis, suspensionis seu interdicti sententia fuerit promulgata, licentiam alicui dederint occidendi, capiendi, seu alias in personis aut⁹⁶⁾ bonis suis vel suorum gravandi eos, qui tales sententias protulerunt⁹⁷⁾, sive quorum sint⁹⁸⁾ occasione prolatae, vel easdem sententias observantes, seu taliter excommunicatis communicare nolentes, (nisi licentiam ipsam re integra revocaverint, vel si ad bonorum captionem occasione ipsius licentiae⁹⁹⁾ sit processum, nisi bona ipsa fuerint¹⁰⁰⁾ infra¹⁾ octo dierum spatium restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa, eo²⁾ ipso sententiam excommunicationis incurrant. Eadem quoque sententia sint innodati omnes, qui ausi fuerint praedicta licentia data uti, vel aliquod³⁾ praemissorum, ad quae committenda dari licentiam prohibuitus⁴⁾, alias committere suo⁵⁾ motu. Qui autem in eadem sententia permanserint duorum mensium spatio, extunc ab ea non possint nisi per sedem apostolicam absolutionis beneficium obtinere⁶⁾.

CAP. XII.

Si malefactor, captus a iudice laico, dicit se clericum: huius rei cognitio ad iudicem ecclesiasticum spectat. Et si notorie, vel publica fama vel communi aestimatione habetur pro clerico: statim fit remissio. Idem, si prius se gerebat pro clerico, et modo deprehensus fuit in habitu clericali. Si autem prius se gerebat pro laico, licet modo in clericali habitu deprehensus fuerit, non fit remissio, donec fuerit de clericali probatum; sed interim contra eum iudex in nullo procedet. H. d. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Si iudex laicus malefactorem captum detineat, et is⁷⁾, se clericum dicens, ad curiam ecclesiasticam petat remitti, vel curia ipsa eum tanquam suum clericum repetat, iudice illum inficiante clericum⁸⁾,

ac ob hoc minime remittendum: dubitationis huiusmodi, an scilicet sit qui repetitur clericus, ad iudicem ecclesiasticum, quia de re ecclesiastica et spirituali, vocato tamen iudice saeculari, vel alio, cuius interest, cognitio pertinebit. Et si notorium fuerit, quod idem malefactor sit clericus, qui huiusmodi privilegio gaudere debeat, statim absque alia cognitione, vel fama publica de hoc exstiterit, aut ipse pro clerico communiter habebatur: in continentiam etiam ante cognitionem de clericali ecclesiasticae curiae debet reddi. Idem esse censemus, si reus ipse, ante deprehensionem pro laico publice se non gerens, deprehensus fuit⁹⁾ in habitu clericali, tonsuram videlicet et vestes deferens clericales. Nam talem debemus clericum, donec constet de contrario, reputare; sicut de illo, qui in possessione ingenuitatis existit, si dicitur ab alio libertinus, legalis sanxit auctoritas, ut probandi necessitate non ipse, sed adversarius adstringatur. Iustum est enim, ut ipse talis quem gerat ex habitu, quousque appareat aliud, praesumatur, qualis is¹⁰⁾ esse, cuius fert habitum, comprobatur. Ex stigmatem namque, consueto fabricensibus imprimi, latitans fabricensis agnoscitur, et custodes aquarum, quos hydrophyllacas nominant, quae eis iungi solet adnotatione signati, manifesti sunt omnibus, et angariarum nomine non tenentur. Inque status alicuius esse videtur, in quo ipse deprehenditur, donec contrarium doceatur. Non sic autem volumus observari, si ante deprehensionem pro laico publice se gerebat, ac pro tali communiter habebatur; quamvis deprehensionis tempore repertus fuerit in habitu clericali. Tunc enim restituendus non est, quousque fidem de titulo fecerit clericali, cuius eidem probationis onus incumbat propter praesumptionem, quae adversus ipsum orta est ex delatione laicalis habitus procedenti¹¹⁾; contra eum tamen interim quivis processus iudicia penitus conquiescat.

CAP. XIII.

Non tenet suspensio vel interdictum, lata in participantes non praemissa monitione canonica. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Statutum Gregorii Papae X. factum ad¹²⁾ declarationem constitutionis Innocentianae, quae prohibet, participantes excommunicationis ea¹³⁾ participatione, quae solum¹⁴⁾ minorem inducit, maiore excommunicatione ligari monitione canonica non praemissa, in suspensionis et interdicti sententiis, quae pro huiusmodi participatione plerumque ab ordinaria vel delegatis iudicibus promulgantur, praecipimus inviolabiliter observari, decernentes, easdem sententias non tenere aliter promulgatas.

CAP. XIV.

Per negligentiam non prosequenti debito tempore appellationem excommunicatio post eam lata non convalescit; sed poterit tunc denunciari, et debet vitari, donec de sententiae nullitate docuerit. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Licet excommunicationis sententia, post appellationem legitimam promulgata, per negligentiam appellantis, appellationem suam minime prosequenti, non ratificetur nec etiam convalescat: excommunicatus tamen nominatim, vel specialiter et expressae, qui post appellationem legitimam excommunicationis sententiam asserit in se latam, si appellationem eandem infra¹⁵⁾ tempus, ad ipsam prosequendam ab homine vel a iure statutum, non fuerit, ut debuit, prosecutus, lapsa eodem tempore¹⁶⁾ excommunicatus publice nunciari, et nedom in iudicialibus, sed etiam in extrajudicialibus evitari, ac a legitimis actibus removeri debebit, quousque, quod post appellationem legitimam excommunicatus fuerit, vel alias de ipsius sententiae docuerit nullitate.

CAP. XV.

Praelatus, capi faciens et includens, etiam per laicos, clericum nondum incorrigibilem, excommunicatus non est, nec etiam ipsi capientes. Secunda dicitur, si talis sint fideiussores de parando iuri: delinere non debet, nisi iusto causa id suadeat. H. d. Ioann. Andr.

Idem Bonifacius VIII.

Si clericos tuae iurisdictioni subiectos propter commissos excessus etiam per laicos capi facias, et eos, ne fugiant, in carcere¹⁷⁾

Cap. IX. 86) conc. Lugd. II. c. 29. — 87) cf. supr. c. 3. — 88) eum exc.: conc. Ms. — 89) decrevimus: id. — 90) permitti: id. ap. Mans. Cap. X. 91) c. 30. ib. — 92) et in civ. vel castr.: conc. Ms. Cap. XI. 93) c. 31. ib. — 94) et pr.: Sext. Ms. — 95) ballivos eorum, vel quoscunque ministros eorum aut quoscunque alios: conc. Ms. — 96) aut bon.: desit. ib. — 97) protulerint: id. — 98) suat: conc., Sext. Ms. — 99) sententiae sit provisum: conc. Ms. — 100) sint: conc. ap. Mans. — 1) intra: Böhm. — 2) in excomm. sententiam incidant (incidant): Ms. ipso facto: conc. — 3) aliquo: Sext. Ms. — aliquod: conc.

ap. Mans. — 4) prohibemus: conc. Ms., Sext. Ms. — 5) suo motu: desit. in conc. Ms. — 6) add.: Dat. Lugd. III. Kal. Nov. Ao. III.: conc. ap. Mans. Cap. XII. 7) et is: desit. in Sext. Ms. — 8) esse cler.: id. — 9) fuerit: id. — 10) omitt. id. — 11) praecedenti: Böhm. Cap. XIII. 12) in decl.: Sext. Ms. — cf. supr. c. 9. et 3. — 13) eadem: id. — 14) sola minore: id. Cap. XIV. 15) intra: Böhm. — 16) termino: Sext. Ms. Cap. XV. 17) carcerem: Sext. Ms.

poena debita postea castigandos includas: te vel capientes eosdem, licet nondum appareat incorrigibiles illos esse, nulla credimus excommunicatione notari, quam in his, nisi alias ex proposito excidatur in ipsis, temeritas vel iniuria nequeat deprehendi. Eosdem quoque clericos, si de parendo iuri tibi fideiussoriam dederint cautionem, detinere non debes, nisi excessus enormitas vel alia causa rationabilis eos suaserit detinendos.

CAP. XVI.

Interdicto clero non est interdictus populus, nec e converso. Interdicta civitate propter delictum domini cives non interdicti extra ipsam audiunt divina. Interdicto populo singularis de populo intelliguntur interdicti. H. d. Ioann. Andr.

I d e m.

Si sententia interdicti proferatur in clerum: non intelligitur, nisi aliud sit expressum in ea, interdictus populus, nec etiam e converso. Unde uno interdicto ipsorum alius licite admittitur ad divina. Ceterum quum propter delictum domini vel rectoris est civitas interdicta, cives eiusdem, qui culpabiles non existunt, (dummodo et ipsi propter dominum vel rectorem puniendum in eis non fuerint interdicti,) possunt extra ipsam licite interesse divinis. Quum vero alicuius terrae populus interdicto notatur: singulares ex eo personae, quas interdictas esse constat, ne sententia effectu careat, quum divinarum auditio et sacramentorum perceptio populo ut universis non competant, non debent alicubi, (casibus expressis a iure¹⁸) duntaxat exceptis, audire divina vel ecclesiastica recipere sacramenta.

CAP. XVII.

Interdicta civitate suburbia et continentia aedificia dicuntur interdicta. Et interdicta ecclesiae capella contigua et coemeterium contiguum dicitur interdictum. H. d. Ioann. Andr.

I d e m.

Si civitas, castrum aut villa subiciantur ecclesiastico interdicto: illorum suburbia et continentia aedificia eo ipso intelligi volumus interdicta. Nam, licet praedicta videantur alias murorum ambitu terminari: hoc tamen casu, ne vilipendi valeat sententia interdicti, (quod feret, si possit in ipsorum suburbia vel continentibus aedificiis licite celebrari ut prius,) expedit interpretationem fieri latiorum. Ratione quoque simili, si sit ecclesia interdicto supposita¹⁹ vel subiecta, nec²⁰ in capella eius celebrari, nec in coemeterio ipsius eidem ecclesiae contiguis poterit sepeliri; secus, si ei²¹) contigua non existant.

CAP. XVIII.

Celebrans scienter in ecclesia polluta, vel praesente excommunicato maiori excommunicatione, irregularitatem non contrahit. Domin. — §. 1. *Scienter celebrans in loco interdicto in casibus non permisis, irregularis et ineligibilis est.* H. d. Domin.

I d e m.

Is, qui in ecclesia sanguinis aut seminis effusione polluta, vel qui praesentibus maiori excommunicatione notatis scienter celebrare praesumit, licet in hoc temerarie agat²²), irregularitatis tamen, (quum id²³) non sit expressum in iure), laqueum non incurrit. §. 1. Is vero, qui scienter in loco celebrat supposito interdicto, (nisi super hoc privilegiatus existat, aut a iure sit concessum eidem,) irregularitatem incurrit, a qua nequit per alium, quam per Romanum Pontificem liberari, et adeo efficitur ineligibilis, quod nec ad eligendum cum aliis debeat admitti.

CAP. XIX.

Tempore interdicti chrisma die coenae Domini confici potest. Hoc dicit.

I d e m.

Quoniam in baptismo et confirmatione, quae nedum²⁴) pueris, sed et adultis propter morae periculum exhiberi possunt licite tempore interdicti, chrismatis utimur unctione: posse, licet terra interdicta existat, chrisma die coenae Domini confici, dubium non existit.

CAP. XX.

Suspensus ab ingressu ecclesiae, in ea divina celebrans, est irregularis, et, moriens impenitens suspensione illa durante, caret ecclesiastica sepultura. Et suspensio ab ingressu ecclesiae vel officio per appellationem sequentem non suspenditur. H. d. Dom.

I d e m.

Is, cui est ecclesiae interdictus ingressus, quum sibi per consequens censeatur in ipsa divinarum celebratio interdicta, irregularis efficitur, si contra interdictum huiusmodi divinis in ea se ingerat, in suo agens officio sicut prius. Talis quoque, si hoc interdicto durante decedat, non debet in ecclesia vel coemeterio ecclesiastico, nisi poenituerit, sepeliri. Sane, sicut excommunicatio, sic ab officio vel ab ingressu ecclesiae lata suspensio aut ipsius effectus per appellationem sequentem minime suspenduntur.

CAP. XXI.

Religiosum clericum verberantem absolvit episcopus eo casu, quo absolvet clericum. H. d. Domin. — §. 1. *Verberans novitium religionis excommunicationem incurrit.*

I d e m.

Religiosus, qui manus violentas in clericum saecularem iniicit, (ne hoc praetextu habeat materiam eragandi,) poterit ab episcopo eo casu absolutionis beneficium exhiberi, quo saeculari clerico posset, si alium clericum percussisset. §. 1. Quamvis autem is, qui religionem ingreditur, religiosus censeretur cum effectu non possit, donec sit tacite vel expresse professus: si quis tamen violentas manus in eum iniicit²⁵), excommunicationis latae a canone vinculum non evadit.

CAP. XXII.

Absolutus propter mortis periculum vel aliud impedimentum ab eo, a quo alias non poterat, si cessante impedimento se non praesentat, quum commode potest, et, a quo alias absolvi debuit, recidit in eandem sententiam. Idem in absolutis, qui se debet alicuius conspectui praesentare, si hoc non faciat. Ioann. Andr.

I d e m.

Eos, qui a²⁷) sententia canonica vel hominis, quum ad illum, a quo alias de iure fuerant absolventi, nequeunt propter imminentis mortis articulum aut aliud impedimentum legitimum pro absolutione beneficio habere recursum, ab alio absolventur, si, cessante postea periculo vel impedimento huiusmodi, se illi, a quo his consensibus absolvi debebant, quam cito commode poterunt, contempserint praesentare, mandatum ipsius super illis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi et satisfacturi, prout iustitia suadebit, decernimus, (ne sic censurae illadant ecclesiasticae,) in eandem sententiam recidere ipso iure. Idem statuimus de his, quibus, quum a sede apostolica vel a²⁸) legatis ipsius absolutionis beneficium a quibusvis sententiis consequuntur, iniungitur, ut ordinariis suorum vel aliorum quorumlibet, suscepturi poenitentiam ab eisdem, se conspectui repraesentent, et passim iniuriam, seu his, quibus propter hoc obligati existant, satisfactionem exhibeant competentem, si haec, quam primum commode poterunt, non curaverint²⁹) adimplere.

CAP. XXIII.

Si percussorem, in clericum sine meo mandato, tamen nomine meo factam, ratam habeam: excommunicatus sum; secus, si meo nomine non sit factus. Ioann. Andr.

I d e m.

Quum quis absque tuo mandato manus iniicit³⁰) in clericum tuo nomine violentas, si hoc ratum habueris: excommunicationem latam a canone incunctanter incurris, quum rati habitio retrotrahatur, et mandato debeat comparari. Si vero iniectio eadem tuo nomine non sit facta: tunc, licet pecces ratam habendo eandem, non tamen propter hoc excommunicationis ullius³¹) vinculo innodaris, quum quis ratum habere nequeat quod eius nomine non est gestum.

Cap. XVI. 18) in iure: Sext. Ms.
Cap. XVII. 19) supp. vel: omitt. Sext. Ms. — 20) nec in capella nec in coemeterio ipsi ecclesiae contiguis celebrari poterit vel etiam sepeliri: ib. — 21) ecclesiae: id.
Cap. XVIII. 22) licet sit alius pro temeritate huiusmodi puniendus: Sext. Ms. — 23) hoc al.: id. — 24) nec: id.

Cap. XIX. 25) nondum: Sext. Ms.
Cap. XXI. 26) mittat: Sext. Ms.
Cap. XXII. 27) desid. in Sext. Ms. — 28) omitt. id. — 29) curaverunt: id.
Cap. XXIII. 30) mittit: Sext. Ms. — 31) illius: id.

CAP. XXIV.

Tempore interdicti etiam sani ad poenitentiam admittuntur, nisi sint excommunicati, qui non nisi in mortis articulo admittentur, vel nisi causam dederint interdicti, qui non admittentur, nisi satisfaciant vel caveant, prout possunt. Item illo tempore missae et alia divina officia sub poena distributionum sicut, prius in ecclesiis celebrantur ianuis clausis, plane sine excommunicatis et interdictis, et sonitu campanarum. Et quater in anno ille cum campanis et ianuis apertis celebrare possunt, et exclusis excommunicatis interdictis admittuntur, ita tamen, quod hi, propter quorum excessum latum est, non appropinquent altari. In ceteris servandum est interdictum. Et revocata sunt privilegia ultra id quibuscunque concessa. H. d. Ioann. Andr.

I d e m.

Alma mater ecclesia plerumque nonnulla rationabiliter ordinat et consulte, quae suadente subiectorum utilitate postmodum consultius ac rationabilius revocat in meliusve commutat. Sane a nostris dudum fuit praedecessoribus constitutum, ut in terris seu locis, ecclesiastico suppositis interdicto, nulla, certis casibus et sacramentis exceptis, divina celebrantur officia, vel ministrentur ecclesiastica sacramenta. Quia vero ex restrictione huiusmodi statutorum excrevit indevotio populi, pullulant haereses, et infinita pericula animarum insurgunt, ac ecclesiis sine culpa earum debita obsequia subtrahuntur: cum fratribus nostris deliberatione habita super his diligenti concedimus, quod tempore interdicti, ab homine vel a iure prolato, non tantummodo morientes, sed etiam viventes, tam sani etiam quam infirmi, ad poenitentiam, (quae propter profinitatem³²) et facilitatem hominum ad peccandum summe necessaria est,) licite admittantur; dum tamen excommunicati non fuerint, quos admitti, praeterquam in mortis articulo, nolumus ad eandem. Illis etiam, propter quorum culpam, dolum vel fraudem lata est sententia interdicti, vel qui ad perpetrandum delictum, cuius occasione ipsum interdictum est latum, praebuerunt auxilium, consilium vel favorem, nisi de ipsa delicto, (si sint tales, quod id facere valeant), prius satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem, aut si satisfacere nequeunt, vel huiusmodi cautionem praestare iuraverint, quod, quum poterunt, satisfaciant, et ad satisfactionem huiusmodi per eum vel per³³ eos, qui facere ipsam debent et possunt, praestandam, dabunt consilium et auxilium, ac iuxta posse suum fideliter laborabunt, non est poenitentiae beneficium aliquatenus concedendum. Nec tunc etiam quoad istos vel alios, qui circa hoc minime deliquerunt, (ubi civitas vel locus alius, seu universitas interdicti existant,) facienda est relaxatio interdicti, sed est eis solummodo iniungenda poenitentia salutaris. Adiciamus praeterea, quod singulis diebus in ecclesiis et monasteriis missae celebrantur, et alia dicantur divina officia sicut prius, submissa tamen³⁴ voce et ianuis clausis, excommunicatis ac interdictis exclusis, et campanis etiam non pulsatis. Et tam canonici quam clerici ecclesiarum, in quibus distributiones quotidianae illis, qui horis intersunt canonicis, tribuuntur, si ad officia non venerint supra dicta, distributiones easdem amittant, sicut interdictio perderent non exstante, si divinis officiis non adessent. In festivitatibus vero Natalis Domini, Paschae, ac Pentecostes et³⁵ Assumptionis Virginis gloriose campanae pulsantur, et ianuis apertis alta voce divina officia solenniter celebrantur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis; quibus ob reverentiam dictarum solennitatum, et³⁶ ut ipsi ad humilitatis gratiam et reconciliationis affectum facilius inclinentur, praefatis diebus participationem permittimus divinatorum, sic tamen, quod illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi est prolatum, altari nulloatenus appropinquent. Ceteris, quae circa observationem interdictorum a nostris sunt praedecessoribus instituta, in suo robore duraturis, non obstantibus quibusvis privilegiis, ecclesiis, monasteriis, ordinibus, religionibus, seu personis ecclesiasticis, saecularibus vel regularibus, exemptis et non exemptis, sub quavis forma vel expressione verborum ab apostolica sede concessis, quae contra tenorem praesentis constitutionis nullis³⁷ volumus suffragari, quum quibuslibet tam saecularibus quam regularibus sufficere debeat, ut tempore interdicti modo praemisso diebus celebrent supra dictis.

Cap. XXIV. 32) *pravitatem*: Sext. Ms. — 33) *desid. ib.* — 34) *abest ab eod.* — 35) *omitt. id.* — 36) *desid. ap. Böhm.* — 37) *nullis*: Sext. Ms.

TIT. XII. Cap. I. 1) *Decr. Innoc. IV. h. t. c. un.* — 2) *et illos et ipsos*: Innoc. IV. ap. Mans. — 3) *esse*: id. Ms. — 4) *omitt. id.* — 5) *a quoqu.*: *desid. ib.* — *seq.*: *desid. ap. Mans.* — 6) *locum et seq.*: *intelligimus*: *desid. ap. Innoc. IV. Ms.* — 7) *omitt. id.* — *fuerit ultra mem. hom. vel sec.*: *id. ap. Mans.* — 8) *censemus*: *id.* — 9) *istis*: *id.*, Sext.

TITULUS XII.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

CAP. I.

Declarat hic Innocentius, quid significet verbum privilegii: „recepimus vos in propriis filios ecclesiae Romanae.“ et quis locus dicatur esse desertus. H. d. Ioann. Andr.

Innocentius IV.¹⁾

Veniens (*Et infra*): Per illa verba privilegii: „In speciales et proprios ecclesiae Romanae filios vos recepimus“, dictos fratres exemptos non intelligi, et ipsos²⁾ ex illo in propriis eiusdem ecclesiae filios fuisse³⁾ receptos, quod ab alio quam a⁴⁾ Romano Pontifice vel legato ab eius latere destinato interdicti vel excommunicari a⁵⁾ quoquam non valeant, declaramus. Illum locum⁶⁾ desertum in praemissis intelligimus, qui non habitatus penitus neque cultus fuerit⁷⁾, vel ultra memoriam hominum (secundum indulgentiam Lucii) est sub Sarracenorum potestate detentus, censentes⁸⁾, ecclesias, in talibus desertis locis a fratribus ipsis⁹⁾ constructas seu etiam construendas, in eo plena libertate gaudere, ut secundum indulgentiam Lucii nihil ab ipsis legis dioecesanae nomine valeat per episcopos exigi; quae¹⁰⁾ (secundum privilegium Alexandri) non possunt¹¹⁾ interdicto seu excommunicationi supponi; quas in locis huiusmodi dicti fratres habeant potestatem (petita a sede apostolica licentia) construendi, easque cum suis plebibus per suos clericos idoneos gubernent¹²⁾, qui ratione plebium examinandi¹³⁾ episcopis praesententur¹⁴⁾, ut ab eis curam recipiant¹⁵⁾ animarum, quum plebes episcopis sint subiectae. Ceterum dicti fratres decimas de laboribus et novalibus suis, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, aut¹⁶⁾ aliis bonis sibi¹⁷⁾ a Deo praestitis¹⁸⁾, conventibus clericorum ordinis sui, a quibus quarta vel tertia nulloatenus exigatur, cum integritate persolvant, salva moderatione concilii¹⁹⁾ generalis, in aliis eorum possessionibus iure communi seu quolibet alio ecclesiis parochialibus et dioecetano episcopo reservato. Per declarationem autem huiusmodi nolumus defensionibus²⁰⁾ aliis seu iuribus partium²¹⁾ derogari.

CAP. II.

Declarat manifestum et evidens esse synonyma, et idem significare quoad casum decret. de elect. Si forte. Ioann. Andr. — §. 1. Declarat conspiratores et coniuratores, qui iuraverunt et statuerunt de non recipiendo aliquem in canonicum ad mandatum Papae, donec possent resistere. Ioann. Andr. — §. 2. Statutum de non recipiendo aliquem ad Papae mandatum nullis ex causis est detestabile et illicitum. H. d.

Nicolaus III.

Constitutionem felicis recordationis Gregorii Papae praedecessoris nostri editam in concilio Lugdunensi, ut, si forte inter cetera, quae obiciuntur electo; aut postulato seu alias promovendo ad aliquam dignitatem, evidentem scientiae vel alium personae defectum opponi contingat, de illo primitus cognoscatur, et, si opponentem inventum fuerit destitui veritate, a causae illius prosecutione totaliter sit exclusus, et alias puniatur, ac si in obiectorum probatione omnium defecisset, in illo, qui manifestum defectum in visu, auditu et alii corporis sensibus, nec non et in memoria, et etiam intellectu opponit electo, locum habere, ac quoad intentionem constitutionis ipsius manifestum et evidens idem supponere declaramus. §. 1. Ceterum canonicis cuiusvis ecclesiae, qui statutum fecerunt solenniter et iuramento firmarunt, quod ecclesiam suam et se ipsos contra omnes impetrantes canonicum ipsius ecclesiae defenderent usque ad ius vel sententiam, quantum possent, ad iudicium domini Papae, vel specialis mandati eiusdem²³⁾, et quod communibus expensis ac cum procuratorio sigillo capituli sigillato eadem defensio fieret, et quod, quandiu aliquis de canonicis eiusdem ecclesiae defensionem huiusmodi et oppositionem vellet praedicto modo subire, alii canonici non possent nec deberent recipere in canonicum, nec habere pro canonicis in capitulo vel extra capitulum impetrantem, conspiratores et coniuratores contra sanctam Romanam ecclesiam, ac libertatem, obedientiam et auctoritatem ipsius discernimus, et eosdem tanquam conspiratores ac coniuratores secundum sanctiones canonicas puniendos. §. 2. Statutum

Ms. — 10) *quia*: Innoc. IV. ap. Mans. — *desid. in Ms.* — *quoniam*: Sext. Ms. — 11) *possint*: Böhm. — 12) *gubernant*: Innoc. IV. ap. Mans. — 13) *add.*: *causam (causa)*: *id.* — 14) *praesentantur*: Sext. Ms. — 15) *accipiant*: Innoc. IV. ap. Mans. — 16) *et*: Innoc. IV. — 17) *omitt. id. Ms.* — 18) *collatis*: *id.* — 19) *praefati conc.*: *id.* — 20) *defensoribus*: Innoc. IV. ap. Mans. — *desid. in Sext. Ms.* — 21) *omitt. Innoc. IV. Ms.*

Cap. II. 22) *cf. c. 11. de elect. I. 6.* — 23) *ipsius*: Sext. Ms.

quoque ipsum, quod, capitulo praelibato et singulis eius personis libertatem, obedientiam eidem ecclesiae Romanae debitam exhibendi saltem usque ad sententiam et Pontificum Romanorum²⁴⁾ iudicium seu speciale mandatum liquido interdicat, promptum futurorum gravaminum et expensarum discrimen ingerens contra legitimas sanctiones, laudabile votum exsecrantium lites vetat, iniustam litem movere compellit, iniquae controversiae seu liti cedendo, bonam fidem seu conscientiam agnoscere prohibet, et adigit ad peccandum, conspirationem et coniurationem continere contra libertatem et auctoritatem sedis apostolicae manifeste, ac alias detestabile prorsusque illicitum reputamus.

CAP. III.²⁵⁾

Constitutio amplissima, paene cunctas declarans haesitationes, quae circa divi Francisci regulam contingere possunt; praesertim an fratres Minores, quos Cordigeros vocant, illius regulae professores, sint ad omnia evangelii consilia obligati. Et utrum aliquid proprium habere, et pecuniam recipere, legatuque sibi relicta agnoscere valeant, cum multis aliis ambiguitatibus, hic luculentissime resolutis.

Idem.

Exiit²⁶⁾, qui seminat, seminare semen suum, de sinu patris in mundum, veste scilicet humanitatis indutus Dei filius Iesus Christus, verbum evangelicum saturus in singulos probos et reprobos, insipientes et ignaros, studiosos et desides, et iuxta Prophetam colonus futurus in terra, semen suum, doctrinam evangelicam, sine delectu dispersit in omnes, qui, omnia tracturus ad se, omnes salvare venerat, qui tandem se ipsum Deo Patri pro salute omnium in redemptionis humanae pretium immolavit. Licet autem hoc semen, in singulos communicativa Dei caritate dispersum, aliud ceciderit secus viam, super corda scilicet daemonum suggestionibus pervia, aliud supra petram, corda scilicet nullo fidei vomere penetrata, aliud inter spinas, corda scilicet hominum divitiarum sollicitudinibus lacerata, et ideo unum pravis affectibus conculcatum, aliud aridum, quia gratiae carebat humore, reliquum vero legitur inordinatis sollicitudinibus suffocatum: aliud tamen mite cor et docile, terra bona, susceptum, hoc est Minorum fratrum mitis et docilis in paupertate ac humilitate per alium Christi confessorum Franciscum radicata religio, qui, ex illo vero semine germinans, germen illud per regulam sparsit in filios, quos sibi et Deo per suum ministerium in observatione evangelii generavit. Isti sunt filii, qui, docente Iacobo²⁷⁾, verbum, aeternum Dei filium, in situm humanae naturae in horto virginalis uteri, potens salvare animas, in mansuetudine susceperunt. Hi sunt illius sanctae regulae professores, quae evangelico fundatur eloquio, vitae Christi roboratur exemplo fundatoris militantis ecclesiae, Apostolorum eius sermonibus actibusque firmatur. Haec est apud Deum et Patrem munda et immaculata religio, quae, descendens a patre luminum, per eius filium exemplariter et verbaliter Apostolis tradita, et deinde per Spiritum sanctum beato Francisco et eum sequentibus inspirata, totius in se quasi continet testamentum Trinitatis. Haec est, cui, attestante Paulo²⁸⁾ Apostolo, nemo de cetero debet esse molestus, quam Christus stigmatibus suae passionis confirmavit, volens instituerem ipsius passionis suae signis notabiliter insigniri. Sed nec sic contra fratres ipsos Minores et regulam hostis antiqui cessavit astutia, quin potius contra eos nitens supereminare zizaniam, interdum aemulatores, agitatores invidia, iracundia et indiscreta inscitia, concitavit, mordentes fratres, et eorum regulam quasi illicitam, inobservabilem et discriminosam caninis latratibus lacefantes, non attendentes hanc sanctam regulam, ut praedicitur, praecipis ac monitis salutaribus institutam, apostolicis observationibus roboratam, per plures Romanos Pontifices approbatam, et etiam per sedem apostolicam confirmatam, tot divinis testimoniis communitam, quae credibilia facta sunt nimis in tot sanctis viris, in observantia huius regulae agentibus et finientibus dies suos, quorum nonnullos sanctorum catalogo sedes eadem ex eorum vita et miraculis fecit adscribi. Ac novissime quasi diebus istis per pie memoriae Gregorium Papam nonum²⁹⁾ praedecessorem nostrum approbatam esse, ex evidenti utilitate, quam de ipsa consequitur universalis ecclesia, in generali Lugdunensi concilio declaratur. Nec nos minus attendimus, immo profundius cogitamus, sicut pensare debent subtilius ceteri catholicae fidei professores, quia ipse Deus, ordinem praedictum et eius observatores inspiciens, sic eos ab insurgentibus in ipsos rancoribus salutari subsidio praeservavit, quod nec ipsos fluctus tempestuosos allisit, nec animos in ordine ipso degentium contravit, quin potius in vigore regulari concreverunt, et amplientur in suorum observantia mandatorum. Veruntamen, ut ordo praedictus, quibuslibet praecisibus anfractibus, distincta et pura

vigeat claritate, et, sicut fratres eiusdem ordinis nuper in generali capitulo congregati providerant, dilectis filiis generali et nonnullis aliis provincialibus eiusdem ordinis ministris, qui in capitulo ipso convenerant, in nostra praesentia constitutis, quum ad plenam observationem regulae eiusdem in vigore spiritus eorum fervere noscatur intentio: visum est nobis, ut mordacibus huiusmodi mordendi vias praeccluderemus, aliqua, quae in ipsa regula videri poterant dubia, declarare, nonnulla, per praedecessores nostros etiam declarata, pleniori claritate disserere, in aliquibus etiam regulam ipsam contingentibus puritati eorundem conscientiae providere. Nos autem, qui a teneris annis ad ordinem ipsam affectus nostros ereximus in illis succedendo, cum aliquibus eiusdem confessoris sociis, quibus eius vita et conversatio nota erat, super ipsa regula et sancta ipsius beati Francisci intentione frequenti collatione tractavimus. Et tandem cardinalis, ac postmodum eiusdem ordinis per praedictam sedem gubernator et protector et corrector effecti, condiciones praedicti ordinis ex imminente nobis cura palpavimus in apostolatus officio, tam de pia intentione confessorum praedicti, quam de his, quae regulam ipsam et eius observantiam contingunt, ex praedictis longa etiam experientia informati, nostros ad ordinem praefatum convertimus cogitatus, et tam ea, quae per eosdem praedecessores approbata et declarata esse noscuntur, quam etiam ipsam regulam et eam contingentia maturitate plena discussimus, nonnulla in praesenti serie statuimus, declaravimus, certius approbavimus, approbata confirmavimus, edidimus et concessimus, plura etiam ordinando serius et clarius, quae infra scriptis articulis plenius exprimuntur. In primis, quia, sicut intelleximus, ab aliquibus haesitatur, an fratres eiusdem ordinis tam ad consilia quam ad praecipia evangelii teneantur, tum quia in regulae praedictae principio habetur: „Regula et vita Minorum fratrum haec est: scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio, et in castitate;“ tum ex eo, quod in eadem regula continetur sic: „finito vero a quo probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper et regulam observare;“ tum etiam, quia in fine ipsius regulae continentur haec verba: „paupertatem, et humilitatem, ac sanctum evangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, observemus;“ licet felicis recordationis Gregorius Papa IX. praedecessor noster hunc articulum et nonnullos alios eiusdem regulae declaraverit, quia tamen eius declaratio propter aliquorum insurgentium in fratres et regulam inordinatos vel mordaces insultus, et multorum postea emergentium casuum considerandos eventus, in aliquibus obscura, in aliquibus semiplena, et in multis etiam contentis in ipsa regula insufficientia videtur: nos, obscuritatem ac insufficientiam huiusmodi praefatae interpretationis declaratione amovere volentes, et cuiuslibet ambiguitatis scrupulum in eisdem de singulorum mentibus plenioris expositionis certitudine amputare, dicimus, quod, quum in principio regulae non absolute, sed cum quadam modificatione, seu specificatione ponatur: „Regula et vita Minorum fratrum haec est: scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio, et in castitate;“ quae tria eadem regula multum arcte prosequitur, et nihilominus alia nonnulla subnectit praecipiendo, prohibendo, consulendo, monendo, hortando, et sub aliis verbis ad aliquem modorum reducibilibus praedictorum, de intentione regulae liquere valeat apertius, ut illud, quod in professione quasi absolute subnecti videtur: „promittentes vitam istam semper et regulam observare;“ et quod in fine subiungitur: „et sanctum evangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, observemus;“ totum ad ipsius regulae modificationem, vel determinatum seu specificatum principium reducatur, videlicet ad observantiam evangelii, ut praedicitur, per ipsam regulam in illis tribus modificatam, vel determinatam seu specificatam; quum non sit verisimile, ipsum sanctum verbum, ab ipso semel cum quadam modificatione, vel determinatione seu specificatione prolatum, licet quasi succinctorie repetitum, voluisse in sui repetitione data sibi per eum modificatione seu specificatione sine certa causa carere, et utriusque iuris argumenta nos doceant, ea, quae in principio ad medium et ad finem, illa vero, quae in medio, ad finem atque principium, et ea, quae in fine, ad utrumque vel eorum alterum saepe referri. Et dato, quod absolute diceretur: „omnino promitto sanctum evangelium observare;“ quum³⁰⁾ professor huiusmodi intenderet se ad omnem consiliorum observantiam obligare, (quod vix aut nunquam posset ad literam observare, propter quod talis promissio illaqueare profestiam animum videretur): clare videtur, promissionem huiusmodi et alium intellectum absque intentione promittentis non debere pertringi, nisi ut obser-

Cap. II. 24) Pontificis Romani: id.
Cap. III. 25) totum hoc cap. abest a Sext. Ms. — 26) Luc. VIII. 5.

— 27) Iacob. I. 21. — 28) Gal. VI. 17. — 29) immo decimum, sub quo habitum est conc. Lugd. II. — 30) non: Böhm.

vantia evangelii sic, sicut tradita reperitur a Christo, videlicet quod praecepta ut praecepta, et consilia ut consilia a promittentibus observentur. Quem intellectum etiam in eisdem verbis habuisse idem beatus Franciscus in serie sui processus in regula patenter ostendit, quum aliqua evangelica consilia indicat ut consilia sub verbis monitionis, exhortationis et consilii, nonnulla vero sub prohibitione ac verbo praecepti. Per quod patet, quod non fuit loquentis intentio, quod fratres ex professione huiusmodi regulae ad omnia consilia sicut ad praecepta evangelica tenerentur, sed solum ad illa consilia, quae in eadem regula praeceptorie vel inhibitorie, seu sub verbis aequipollentibus sunt expressa. Unde nos ad fratrum eiusdem ordinis conscientias plenarie sermone declaramus, quod ex professione eiusdem regulae fratres ipsi ad ea tantum evangelica observanda consilia sunt adstricti, quae in ipsa regula praeceptorie vel inhibitorie, seu sub verbis aequipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla vero alia per evangelium data consilia eo magis secundum exigentiam sui status tenentur plus quam ceteri Christiani, quo per statum perfectionis, quem per professionem huiusmodi assumpserunt, se obtulerunt Domino holocaustum medullatum per contemptum omnium mundanorum. Ad omnia autem, quae in ipsa regula continentur, tam praecepta, quam consilia, quam cetera, ex voto professionis huiusmodi non aliter tenentur, quam eo modo, quo in regula ipsa traduntur, ut scilicet teneantur ad eorum observantiam, quae in eadem regula ipsis sub verbis obligatoris indicuntur. Ceterorum vero observantiam, quae sub verbis monitoris, exhortatoris, informatoris, et instructoris, seu quibuscumque aliis continentur, eatenus magis concedit de bono et aequo eos prosequi, quo imitatores tanti patris effecti Christi semitas elegerunt. Porro, quum ipsa regula expresse contineat, quod fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sitque declaratum per eundem praedecessorem nostrum Gregorium IX. et nonnullos alios, hoc servare debere tam in speciali quam etiam in communi, quam sic aetam abdicacionem venenosae obtreccionibus aliquorum insensata damnaverit astutia: ne fratrum eorumdem perfectionis claritas in talium imperitis sermonibus laceretur, dicimus, quod abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum non tam in speciali, quam etiam in communi propter Deum meritoria est et sancta, quam et Christus, viam perfectionis ostendens, verbo docuit et exemplo firmavit, quamque primi fundatores militantis ecclesiae, prout ab ipso fonte hausserant, volentes perfecte vivere, per doctrinae ac vitae exempla in eos derivarunt. Nec his quisquam putet obstare, quod interdum dicitur, Christum loculos habuisse. Nam sic Iesus Christus, cuius perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quod, interdum infirmorum imperfectionibus condescendens, et viam perfectionis extolleret, et imperfectorum infirmas semitas non damnaret, sic infirmorum personam Christus suscepit in loculis, sic et in nonnullis aliis infirmae humanae carnis assumens, (prout evangelica testatur historia,) non tantum carne, sed et²¹) mente condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam assumpsit, quod in suis operibus perfectus existens, in nostris factus humilis, in propriis permansit excelsus. Sic et summae caritatis dignatione ad aetna quosdam nostrae imperfectioni conformes inducitur, quod a summae perfectionis rectitudinis non curvatur. Egit namque Christus et docuit opera perfectionis, egit etiam infirma, sicut interdum et in fuga patet et loculis: sed utrumque perfecte perfectus existens, ut perfectis et imperfectis se viam salutis ostenderet, qui utrosque salvare venerat, qui tandem mori voluit pro utrisque. Nec quicquam ex his insurgat erroneum,²²) quod taliter propter Deum proprietatem omnium abdicantes, tanquam homicidas sui vel tentatores Dei, vivendi discrimini se committant. Sic enim se ipsos committant²³) divinae providentiae in vivendo, ut viam non contemnunt provisionis humanae: quin vel de iis, quae offeruntur liberaliter, vel de iis, quae mendicantur humiliter, vel de iis, quae conquiruntur per laboricum, sustententur; qui triplex vivendi modus in regula providetur expresse. Praefecto, si iuxta promissum Salvatoris nunquam deficiet fides ecclesiae: per consequens nec opera misericordiae subtrahentur, ex quo Christi pauperibus omnis ratio diffidentiae cuiuslibet videtur esse sublata. Ect quidem, ubi, (quod non est aliquatenus praesumendum,) haec cuncta deficerent, sicut nec ceteris, sic nec ipsis fratribus iure poli in extremae necessitatis articulo ad providendum sustentationi naturae via, omnibus extrema necessitate detentis concessa, praeccluditur, quum ab omni lege extrema necessitas sit exempta, nec talem abdicacionem proprietatis omnimodae renunciationem usus rerum cuiquam videatur inducere. Nam quum in rebus temporalibus sit considerare praecipuum proprietatem, possessionem; usumfructum, ius utendi, et simplicem facti usum, et ultimo tanquam necessario

ageat, licet primis carere possit vita mortalium: nulla prorsus potest esse professio, quae a se usum necessariae sustentationis excludat. Verum concedens fuit ei professionalis, quae sponte derovit Christum pauperem in tanta paupertate sestari, omnium abdicare dominium, et rerum sibi concessarum necessario usu fore contentum. Nec per hoc, quod proprietatem usus et rei cuiusque dominium a se abdicasse videtur, simplici usui omnis rei renunciassae convincitur, qui, inquam, usus non iuria, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti est tantum, in utendo praebet utentibus nihil iuris, quin immo necessariarum rerum tam ad vitae sustentationem quam ad officiorum sui status executionem, (excepto, quod de pecunia infra subiungitur,) moderatus usus, sed secundum eorum regulam et veritatem omnimodam concessus est fratribus, quibus rebus fratres licite uti possent, durante concedentis licentia, et iuxta id, quod in praesenti serie continetur. Nec his obviare dignoscitur, quod civilis providentia in humanis rebus humanae constituit, videlicet non posse usum vel usumfructum a dominio perpetuo separari, quod, ne dominium dominis semper abecedente usu redderetur inutile, temporalem utilitatem tantum in constituendo prospiciens ista decrevit. Retentio namque dominii talium rerum, cum concessione usus facta pauperibus, non est infructuosa domino, quum sit meritoria ad aeterna et professioni pauperum opportuna; quae tanto sibi censetur utilior, quanto commutat temporalia pro aeternis. Praefecto non fuit confessoris Christi regulam instituentis intentio, quin immo contrarium in ipsa conscripsit, contrarium vivendo servavit, quum et ipse temporalibus ad necessitatem usus fuerit, et in pluribus locis in regula usum talem licere fratribus manifestet. Dicit namque in regula, quod clerici faciant divinum officium, ex quo habere poterunt breviarum, ex hoc patenter insinuans, quod fratres sui habituri essent usum breviarum et librorum, qui sunt ad divinum officium opportuni. In alio quoque capitulo dicitur, quod ministri et custodes pro necessitatibus infirmorum et aliis fratribus induendis per amicos spirituales sollicitam curam gerant secundum loca et tempora et frigidam regionem, sicut eorum necessitati viderint expedire. Alibi etiam exhortans fratres per congruum laboris exercitium ad otium evitandum, dicit, quod de mercede laboris pro se et suis fratribus corporis necessaria recipiant. In alio quoque capitulo continetur, quod fratres vadant pro elemosynis confidenter. Habetur etiam in eadem regula, quod in praedicatione, quum fratres faciunt, sint examinata et casta eorum eloquia ad utilitatem et edificationem populi, annunciantes eis vitia et virtutes, poenam et gloriam. Sed constans est, quod haec praesupponunt scientiam, scientia requirit studium, exercitium vero studii convenienter haberi non potest sine usu librorum. Ex quibus omnibus satis claret, ex regula ad vietum, vestitum, divinum cultum et sapientiale studium necessarium rerum usum fratribus esse concessum. Patet itaque sane intelligentibus ex praedictis, regulam quoad abdicacionem huiusmodi non solum observabilem, possibilem et licitam, sed meritoriam et perfectam, et eo magis meritoriam, quo per ipsam professores ipsius magis a temporalibus propter Deum, sicut praedicitur, elongantur. Ad haec quum fratres ipsi nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possint etiam in communi, et quam aliquod propter Deum ipsis offertur, conceditur vel donatur, ea, si secus non exprimat, offerentis, concedentis vel donantis verisimiliter credatur intentio, ut rem huiusmodi oblatam, concessam vel donatam perfecte concedat, donec auferat, a se abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum, nec sit persona, in quam loco Dei congruentius huiusmodi rei dominium transferat, quam sedes praefatae vel persona Romani Pontificis Christi vicarii, qui pater est omnium et fratrum Minorum nihilominus specialis: ne talium rerum sub incerto videatur esse dominium, quum patri filius suo modo, servus domino, et monachus monasterio res sibi oblatas, concessas vel donatas acquirant: omnium utensilium et librorum, ac eorum mobilium praesentium et futurorum, quae et quorum usumfructum scilicet ordinibus vel fratribus ipsis licet habere, proprietatem et dominium, quod et felicitis recordationis Innocentius Papa IV. praedecessor noster fecisse dignoscitur, in nos et Romanam ecclesiam plene et libere pertinere hac praesenti constitutione in perpetuum valitura sancimus. Praeterea loca, emptas de elemosynis diversis, et oblata seu concessa fratribus sub quacunque forma verborum, (licet fratres sibi cavere debeant, quod huiusmodi verbis statui suo incompetentibus non utantur,) a diversis seu pro indiviso possidentibus, seu certas partes in ipsis locis habentibus, in quibus ipsi possidentes pro indiviso, seu certas partes habentes nihil sibi in oblatione seu concessione huiusmodi reservari, similiter et in ius et dominium ac proprietatem nostram et ecclesiae praedictae eadem auctoritate suscipimus. Loca vero seu domos, pro habitatione

fratrum a singulari persona vel collegio, vel ipsis fratribus ex integro concedenda seu etiam offerenda, si talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit, perseverante tantum voluntate concedentis inhabitent, ac illa libere, praeter ecclesiam et oratoria ad ecclesiam destinata, et coemeterium, quae tam ad praesentia quam ad futura in ius et proprietatem nostram et praedictae Romanae ecclesiae simili modo et auctoritate recipimus, mutata concedentis voluntate ac ipsis fratribus patefacta dimittant. In quorum locorum dominio seu proprietate nihil nobis vel praefatae Romanae ecclesiae retinemus omnino: nisi ea specialiter de nostro seu ipsius Romanae ecclesiae recipiantur assensu. Et si in eisdem locis reservaverit dominium sibi in concedendo concedens: praeter inhabitationem fratrum speciale dominium in ius ecclesiae saepe dictae non transeat, sed potius plene liberum maneat concedenti. Insuper nec utensilia, nec alia praeter eorum usum ad necessitatem et officiorum sui status executionem, (non enim omnium rerum usum habere debent, ut dictum est,) ad ullam superfluitatem, divitias seu copiam, quae deroget paupertati, vel ad thesaurizationem, vel eo animo, ut ea distrahant sive vendant, recipiant, nec sub colore providentiae in futurum, nec alia occasione: quin immo in omnibus appareat in eis quoad dominium omnimoda abdicatio et in usu necessitas. Hoc autem secundum exigentiam personarum et locorum ministri et custodes simul et separatim in suis administrationibus et custodiis cum discretione disponant, quum de talibus interdem personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, et nonnullae aliae circumstantiae plus minusve ac aliter provideri requirant; ista tamen sic faciant, quod semper in eis et eorum actibus paupertas sancta luceat, prout ipsis ex eorum regula invenitur indicta. Ceterum quum in eadem regula sit sub³⁴⁾ praeccepti districtio prohibendum, ne fratres recipiant per se vel per alios denarios vel pecuniam ullo modo, idque fratres in perpetuum servare cupiant, et velut iniunctum necesse habeant adimplere, ne ipsorum puritas in huiusmodi observatione praeccepti maculetur in aliquo, et ne fratrum conscientiae aliquibus sculeis stimulentur: articulum istum propter detrahentium morsus profundius, quam nostri praedecessores fecerint, assumentes, ac ipsum clarioribus determinationibus prosequentes, dicimus in primis, quod fratres ipsi a mutuis contrahendis absteineant, quum eis mutuum contrahere, ipsorum statu considerato, non liceat. Possint tamen ipsi pro satisfactione facienda, pro eorum necessitatibus, quae pro tempore occurrerint, (cessantibus elemosynis, de quibus satisfieri commodum tunc non posset,) citra³⁵⁾ cuiuslibet obligationis vinculum dicere, quod per elemosynas et alios amicos fratrum ad solutionem huiusmodi faciendam intendant fideliter laborare. Quo casu procuraretur a fratribus, quod ille, qui debet elemosynam, per se vel per alium, non nominandum ab ipsis, si fieri poterit, sed ab eo potius³⁶⁾ iuxta suum beneplacitum assumendum, huiusmodi satisfactionem faciat ipse totum vel in partem, prout sibi Dominus inspirabit. Si tamen ipse hoc nollet facere, vel non posset, vel quia recessus eius imminet, aut quia, quibus hoc velit committere, notitiam non habet fidelium personarum, seu quacunque alia occasione vel causa: declaramus et dicimus, quod in nullo regulae puritas infringitur, aut quomodolibet ipsius observantia maculatur, si fratres ipsi alicuius vel aliquorum sibi curent dare notitiam, vel aliquos seu aliquem nominare aut etiam praesentare, cui vel quibus, si elemosynam facienti placuit, committi possit executio praedictorum, ac ipsius habeatur assensus super subrogationibus infra scriptis, ita tamen, quod penes ipsum dantem dominio, proprietate, ac possessione ipsius pecuniae, cum libera potestate revocandi sibi pecuniam ipsam semper usque ad conversionem ipsius in rem deputatam, plene, libere ac integre remanentibus, in ipsa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant, nec administrationem seu dispensationem, nec contra personam nominatam vel non nominatam ab eis, cuiuscunque conditionis existat, in iudicio vel extra actionem, persecutionem aut aliquid aliud ius intentent, qualitercunque persona praedicta in commissione huiusmodi se habeat. Liceat tamen fratribus suas necessitates insinuare, ac specificare vel exponere personae praedictae, ac eam rogare, quod solvat. Possint etiam personam eandem exhortari ac inducere, quod fideliter in re commissa se habeat, et animae suae salutem in commissa sibi executione provideat, ita tamen, quod ab omni eiusdem pecuniae administratione, seu dispensatione, et contra praedictam personam actione seu persecutione, (ut praedictum est,) fratres absteineant omni modo. Si vero personam huiusmodi nominatam vel non nominatam a fratribus, (quo minus per se possit exsequi quod praedicitur,) contigerit per absentiam, infirmitatem, voluntatem seu locorum distantiam, ad quae ipse nollet accedere, in

quibus esset solutio seu satisfactio facienda, vel per occasionem aliam impediti: liceat fratribus cum conscientiae puritate quandam aliam personam subrogandam ad praemissa in nominando et aliis, (si ad primum dantem non possint vel nolint habere recursum,) cum ista persona facere, sicut supra proxime declaravimus eis licere cum prima. Duarum enim personarum ministerium per viam subrogationis, (ut dictum est,) communius et generalius videtur posse in praedictorum executione sufficere, quum praedicta satisfactio praesumatur posse celeriter expediri. Si tamen, (ut interdum dictum est,) propter locorum distantiam, in quibus esset satisfactio facienda, et conditiones seu circumstantias alias casus emergeret, in quo videretur plurium personarum subrogandarum ministerium opportunum: liceat ipsis fratribus in hoc casu iuxta negotii qualitatem, (servato modo praedicto,) plures personas assumere, nominare seu praesentare ad istud ministerium exsequendum. Et quia oportet et expedit fratrum necessitatibus, non solum illis, pro quibus iam esset solutio seu satisfactio facienda, (ut superius proxime dictum est,) sed etiam imminetibus, sive tales necessitates ingruentes immineant, quae brevi tempore expediri valeant, sive tales, (licet paucae comparative,) quarum provisio ex sui conditione necessario tractum temporis habet, ut in libris scribendis, ecclesiis seu aedificiis ad usum habitationis ipsorum construendis, libris et pannis in locis remotis emendis, et aliis similibus, si quae occurrerint, cum moderamine supra dicto salubriter providei: sic in istis necessitatibus clare distinguimus, sic in eis fratres possunt et salva conscientia procedere declaramus, videlicet ut ingruenti vel imminenti necessitate, quae brevi tempore, vel quae interdum ex aliquibus circumstantiis non sic brevi, (ut supra in proximo casu dictum est,) valeat expediri, tam quoad dantem elemosynam, quam quoad nominatum vel substitutum in omnibus et per omnia, (sicut in articulo solutionis pro necessitatibus praeteritis faciendae supra proxime declaravimus,) procedatur. In ea vero necessitate, quantumcunque praesentialiter ingruenti, quae tamen ex qualitate sui, (ut praedicitur,) tractum temporis habet annexum³⁷⁾, quia in eo casu verisimile est, quod tum ratione distantiae locorum, quae expeditio necessitatis ipsius ex sui conditione requireret, tum etiam circumstantiarum ipsius necessitatis ratione pensata frequenter casus acciderent, in quibus ad expeditionem necessitatis huiusmodi oporteret, quod per diversas manus et personas transiret pecunia necessitati huiusmodi deputata, quarum omnium personarum impossibile quasi esset, dominum principalem pro ipsa necessitate pecuniam deputantem, seu etiam substitutum ab eo, et tertium etiam ab ipso substituto, (si casus talis accideret,) postea subrogatum, habere notitiam: declaramus et dicimus, quod in hoc articulo, praeter dictos duos modos in necessitatibus praeteritis et ingruentibus, quae possint brevi tempore, vel interdum non brevi, (ut supra exprimitur,) expediri, (ut praediximus,) observandos, ad observandam ipsius regulae ac professorum eius omnimodam puritatem. Quodsi praesto sit elemosynae huiusmodi elargitor, vel eius nuncius, qui possit hoc facere et velit: expresse illi praedicatur a fratribus, quod sibi placeat, ut, (dominio talis pecuniae cum libera potestate revocandi sibi pecuniam ipsam penes ipsum semper usque ad conversionem ipsius in rem deputatam libere remanente, ut in aliis duobus casibus superius dictum est,) per quorumcunque manus pecunia seu elemosyna ipsa tractetur, sive personas ab eo vel a fratribus nominatas, totum suo consensu, voluntate ac auctoritate procedat: quo assensum suum praebente praedictis, secure fratres re emptam ac acquisitam de illa pecunia per quemcunque iuxta modum adnotatum superius uti possint. Ad maiorem autem praedictorum omnium claritatem hac in perpetuum valitura provisionis serie declaramus, quod fratres, (praefatis modis, ut praedicitur, circa pecuniam in supportandis eorum praeteritis et ingruentibus necessitatibus observatis,) non intelligantur nec dici possint per se vel per interpositam personam pecuniam recipere contra regulam vel professionis sui ordinis puritatem, quum manifeste pateat ex praemissis, ipsos fratres non solum a receptione, proprietate, dominio sive usu ipsius pecuniae, verum etiam a contractatione qualibet ipsius, et ab ea pecunia penitus alienos. In eo vero casu, quando, (antequam ipsa pecunia in licitum rei habendae vel utendae commercium sit conversa,) concedentem pecuniam mori contigerit, si concedens in concedendo dixerit vel expresserit, quod persona deputata pecuniam ipsam in necessarium usum fratrum expenderet, quicquid de ipso concedente vivendo vel moriendo contingeret, sive concedens huiusmodi heredem reliquerit sive non, possint fratres ad personam deputatam, (non obstante concedentis morte vel heredis contradictione,) pro ipsa pecunia expendenda recurrere,

sicut poterant ad ipsum dominum concedentem. Quia vero puritatem ipsius ordinis intima cordis affectione zelamus, quum in praedictis casibus ad determinatam necessitatem, (ut praedicitur,) per aliquem pecuniam concedi contigerit: concedens pecuniam rogari possit a fratribus, quod, si quid de pecunia ipsa, (habita necessitate determinata) supererit, consentiat ipse concedens, quod residuum praefatae pecuniae in res alias pro aliis ipsorum fratrum praedictis necessitatibus convertatur; quo non consentiente praedictis, ipsam residuum, si quod fuerit, restituatur eidem. Caveant tamen fratres, quod sollicite se coaptent, ut non plus scienter concedi consentiant, quam verisimiliter aestimari possit, rem necessariam, pro qua pecunia ipsa conceditur, valitaram. Et quia praedictorum seriosa expositione a dante vel recipiente de facili possit errari, ut clarius utilitati dantium, puritati ordinis, simplicitati aliorum simplicium, salutis animarum hinc inde securius consulatur: intellectum illum, qui satis in hoc casu a sane intelligente percipitur, praesentis ac in aeternum valiturae constitutionis serie iudicamus, volentes illum ad communem deduci notitiam, videlicet quod semper, quando pecunia fratribus ipsis mittitur vel offertur, (nisi expresse per mittentem vel offerentem aliud exprimitur,) praedictis modis prorsus obligata intelligatur et missa. Non enim verisimile est, aliquem elemosynae suae sine expressione modum illum praefigere, per quem et donans merito, vel illi, quorum necessitatibus intendit per domum huiusmodi provideri, vel effectui doni vel suae conscientiae puritate fraudentur. Ad haec, quia fratribus ipsis interdum in ultimis voluntatibus sub diversis modis nonnulla legantur, nec expresse, quid de his agendum sit, in regula vel praedecessorum nostrorum declarationibus continetur: ne in ipsis dubitari contingat in posterum, providendo legantibus et fratrum conscientias praecavendo declaramus, ordinamus et dicimus, quod, si testator modum, secundum quem fratribus, (eorum conditione inspecta,) recipere non liceret, exprimat in legando, ut si legaret fratribus vineam vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel similia verba in similibus proferret, aut modos similes in relinquendo servaret, a tali legato et eius receptione per omnem modum fratres abstineant. Si vero modum licitum fratribus in legando testator expresserit, ut, si diceret: „lego pecuniam pro fratrum necessitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam et similia ad hoc, quod per certam personam vel personas idoneas distrahantur, et pecunia, de rebus ipsis accepta, in aedificia vel alia fratrum necessaria convertatur,“ aut in legando similibus modis vel verbis utatur: in hoc casu illud in omnibus et per omnia, (consideratis eorum necessitatibus et moderaminibus supra dictis,) quantum ad fratres servari decernimus, quod per nos est superius in concessis pecuniariis elemosynis declaratum. Ad quae legata solvenda tam heredes testatorum quam executores se liberales exhibeant, et etiam praelati et saeculares, vel domini de iure vel consuetudine provisio ista competeret, quum expedierit, se ex officio suo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. Nam et nos etiam per modos licitos et fratrum regulae congruos intendimus providere, quod heredum cupiditas legitimis iustis feriatur, ne pia defunctorum destituatur intentio, ac ipsi fratres pauperes opportunis auxiliis non fraudentur. Si vero fratribus ipsis generaliter aliquid absque modi expressione legatur: in hoc legato, sic indeterminate relicto, in omnibus et per omnia intelligi ac servari volumus et in perpetuum praesenti constitutione iubemus, quod supra in pecunia seu elemosyna, fratribus indeterminate oblata vel missa volumus ac expressimus observari, videlicet, ut sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum, ita, quod nec legans merito, nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur. Quia vero libros et alia mobilia, quibus tam ordo quam fratres utuntur, quorum dominium, (quum non sint domini aliorum,) ad praefatam ecclesiam specialiter spectare dignoscitur, interdum contingit seu expedit vendi vel etiam commutari: fratrum utilitatis et eorum conscientias providere volentes, eadem auctoritate concedimus, ut commutatio talium rerum, et ad eas res, quarum usum fratribus licet habere, de generalium et provincialium ministrorum in suis administrationibus coniunctim vel divisim auctoritate procedat, quibus etiam de dispositione usus talium rerum concedimus ordinare. Si vero res huiusmodi aestimato pretio vendi contingat, quum fratribus ipsis per se vel per alium recipere pecuniam, regula prohibente non liceat: ordinamus et volumus, quod talis pecunia seu pretium recipiatur et expendatur in rem licitam, cuius usum fratribus licet habere, per procuratorem, a praefata sede vel a cardinali gubernationem per ipsam sedem gerenti eiusdem ordinis deputandum, iuxta modum in superioribus necessitatibus praeteritis et ingruentibus ordinatum. De vilibus autem mobilibus vel parum valentibus liceat ex praesenti nostra concessione fratri-

bus, (praefatis seu devotionis intuitu, vel pro alia honesta et rationabili causa,) obtenta super hoc prius superiorum suorum licentia, iuxta quod inter fratres in generali vel in provincialibus capitulis tam de ipsis rebus vilibus seu parum valentibus et earum valore, quam praefata licentia, scilicet, a quibus et qualiter sit habenda, existerit ordinatum, intra et extra ordinem aliis elargiri. Licet autem contineatur in regula, quod fratres habeant unam tunicam cum caputio, et aliam sine caputio, et videri possit illa fuisse instituentis intentio, quod necessitate cessante pluribus non utantur: declaramus, quod possint fratres de licentia ministrorum et custodum coniunctim et divisim in administrationibus sibi commissis, quum eis videbitur, (pensatis necessitatibus et aliis circumstantiis, quae secundum Deum et regulam attendendae videntur,) uti pluribus, nec per hoc videantur a regula deviare, quum etiam in ipsa dicatur expresse, quod ministri et custodes de infirmorum necessitatibus et fratribus iuduendis sollicitam curam gerant secundum loca et tempora et frigidam regiones. Et quanquam praedicta regula contineat, quod de fratribus induendis et necessitatibus infirmorum ministri tantum et custodes sollicitam curam gerant, et dictio illa: „tantum“ adeo ministros et custodes in hac cura restringere videatur, quod ab ea cetero prima facie excludat: quia tamen sollicitate considerare nos convenit et tempus regulae institutione, quo fratres isti ad comparisonem praesentem numero pauciores, et forsitan ministri et custodes videbantur tunc ad ista procuranda posse sufficere, ac nihilominus multiplicationes fratrum et moderni temporis qualitatem, nec sit verisimile, beatum Franciscum institutorem regulae vel ipsis ministris et custodibus impossibilitatis iugum voluisse praefigere, vel ex ipsius impossibilitatis consequentia fratres ipsos suis necessitatibus velle carere: concedimus, quod ipsi ministri et custodes possint per alios huiusmodi curae sollicitudinem exercere. Debent etiam et alii fratres curam huiusmodi, quae praefatis ministris et custodibus praecipue incumbit ex hac regula, quum sibi ab illis commissa fuerit, gerere diligenter. Continetur quoque in regula, quod fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter et devoto, ita, quod, excludo otio animae inimico, sanctae orationis et devotionis spiritum non exstinguant. Quia vero ex verbo isto fratres ipsos de otiositate vitae et de regulae transgressione improbe notare interdum hactenus aliqui sunt conati: nos, morsus huiusmodi nefarios reprimentes, declaramus, quod, consideratis verbis praedictis et forma seu modo loquendi, sub quibus fratres ad huiusmodi exercitium induuntur, non videtur ea fuisse instituentis intentio, quod vacantes studio vel divinis officiis et ministeriis exsequendis manuali labori seu operationi subiceret, vel ad hoc illos arctaret, quam exemplo Christi et multorum sanctorum Patrum labor iste spiritualis tanto illi praeponderet, quanto quae sunt animae corporalibus praeferruntur. Ad alios vero, qui se in praedictis spiritualibus operibus non exercent, nisi tales aliorum fratrum licitis servitiis occupentur, (ne otiose vivant,) verba praedicta declaramus extendi, nisi et tales tam excellentis et notabilis contemplationis et orationis assisterent, quod merito propter hoc non essent a tanto bono pro huiusmodi exercitio subtrahendi. Fratres enim quicumque studio vel divinis ministeriis non vacantes, sed aliorum fratrum studio vel aliis divinis officiis et ministeriis vacantium servitiis inhaerentes tantum, pro servitiis eisdem cum ipsis, quibus servant, sustentari mereantur; quod adstruitur illa aequa lege, qua strenuus pugator ille David²⁸) iuste decrevit, videlicet quod descendantium ad praelium et remanentium ad sarcinas portio aequaretur. Verum quia expresse continetur in regula, quod fratres non praedicti in episcopatu alicuius episcopi, quum ab eo illis fuerit contradicendum: nos, in hoc et deferentes regulae, et nihilominus auctoritatem apostolicae plenitudinis conservantes, dicimus, quod praedictum verbum ad litteram, sicut regula ipsa protulit, observetur, nisi per sedem apostolicam circa hoc pro utilitate populi Christiani sit concessum vel ordinatum aliud, vel in posterum concedatur seu etiam ordinetur. Et quis in eodem capitulo regulae immediate subiungitur, quod nullus fratrum populo penitus apudeat praedicare, nisi a ministro generali fuerit examinatus et etiam approbatus, ac ab eo praedicationis officium sibi sit concessum: nos, et statum praeteritum ipsius ordinis in paucitate sui, et modernum in ampliato fratrum numero, ac utilitatem animarum, (ut concedet,) advertentes, concedimus, nedum generale examinare et approbare fratres praedicturos in populis, ac illis concedere licentiam praedicationi, quatenus personae idoneitatem et praedicationis officium licentia ipsa respiceret, prout in regula continetur, verum etiam provinciales ministri hoc possint in capitulis provincialibus cum definituribus, quod etiam hodie observari dicitur et in fratrum privilegiis contineri; quam quidem licentiam praefati ministri revocare et

suspendere valeant et aretare, sicut et quando id eis videbitur expedire. Sed quoniam in desideris nostris hoc geritur, ut ad Dei gloriam salus proficiat animarum, ac dicto ordini, per quem iugiter ad amorem divinum affectio Christianae religionis accenditur, meritum et numerus augeatur: concedimus et praesenti statuto firmamus, licere non solum generali, sed etiam provincialibus ministris personas fugientes a saeculo in fratres recipere, quae ministrorum provincialium licentia per ipsum generalem, (sicut expedire viderit,) possit aretari. Vicarii vero provincialium ministrorum ex officio vicariae licentiam hanc sibi noverint interdictam, nisi per ministros eosdem, (quibus hoc posse committere vicariis et aliis licere decernimus,) hoc ipsis vicariis specialiter committatur. Caveant tamen ipsi provinciales, quod hoc non indiscrete, non passim, sed sic considerate committant, ut illis, quibus hoc committi contigerit, fidelibus consiliis fulciant, quo omnia discrete procedant. Nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem, sed illi tantum, qui, suffragantibus eis literatura, idoneitate vel aliis circumstantiis, possint utiles esse ordini, sibi que per vitae meritum, ac aliis proficere per exemplum. Insuper dubitantibus fratribus praedicti ordinis, an pro eo, quod in regula dicitur, ut, decedente generali ministro, a provincialibus ministris et custodibus in capitulo pentecostes fiat electio successoris, omnium custodum multitudinem oporteat ad generale capitulum convenire, aut, (ut omnia cum maiori tranquillitate tractentur,) sufficere possit, ut aliqui de singulis provinciis, qui vocem habeant aliorum, intersint, taliter respondemus, ut scilicet singularum provinciarum custodes unum ex se constituent, quem cum suo provinciali ministro pro se ipsis ad capitulum dirigant, voces aut vices suas committentes eidem. Quod etiam constituerint per se ipsos, statutum huiusmodi duximus approbandum, quod idem praedecessor noster Gregorius IX. in casu huiusmodi dicitur respondisse. Denique, quia continetur in regula supra dicta, quod fratres non ingrediantur monasteria monacharum, praeter illos, quibus a sede praedicta concessa fuerit licentia specialis: quanquam hoc de monasteriis pauperum monialium inclusarum fratres attentius intelligendum esse crediderint, quum eorum sedes praefata curam habeat specialem, et intellectus huiusmodi per constitutionem quandam tempore regulae datae, vivente adhuc B. Francisco, per provinciales ministros fuisse credatur in generali capitulo declaratus: iidem fratres certificari nihilominus postulaverunt, an hoc de omnibus generaliter, quam regula nullum excipiat, an de illis solum monasteriis monialium praedictarum debeat intelligi. Nos utique generaliter id esse prohibitum de quarumlibet coenobiis monialium respondemus, et nomine monasterii volumus claustrum, domos et officinas interiores intelligi, pro eo, quod ad alia loca, ubi homines saeculares conveniunt, possunt fratres illi causa praedicationis vel elemosynae petendae accedere, iis, quibus id a superioribus suis pro sua fuerit maturitate vel idoneitate concessum, exceptis, ac pro praedictarum monasteriis inclusarum, ad quae nulli datur accedendi facultas sine sedis eiusdem licentia speciali, quod etiam ipsum idem praedecessor noster Gregorius IX. in eo casu dicitur respondisse. Ceterum sanctae memoriae confessor Christi Franciscus mandasse dicitur circa ultimum vitae suae, (cuius mandatum ipsius dicitur testamentum,) quod verba ipsius regulae non glossentur, et, (ut verbis utamur eisdem,) quod sic vel sic intelligi debeat, non dicatur, addiciens quod fratres nullo modo literas aliquas ab apostolica sede petant, et alia quaedam interserere, quae non possent sine multa difficultate servari, propter quod fratres haesitantes, an tenerentur ad observantiam testamenti praedicti, dubitationem huiusmodi per eundem praedecessorem nostrum Gregorium IX. petierunt de ipsorum conscientia amoveri, qui, (sicut asseritur,) attendens periculum animarum, et difficultates, quas propter hoc possent incurere, dubitationem de ipsorum conscientia amovendo, dixit, fratres ipsos ad ipsius mandati observantiam non teneri, quod sine consensu fratrum, et maxime ministrorum, quos universos tangebatur, obligare nequivit, nec successorem suum quomodolibet obligari, quum non habeat imperium par in parem. Nos autem circa praesentem articulum nihil duximus innovandum. Ad hoc a nonnullis praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus circa declarationem ipsius regulae et ipsam regulam contingente diversae literas intelleximus emanasse. Sed nec per hac mordaciam praedictorum contra regulam ipsam et fratres quievit insultus, nec per ipsas literas statui fratrum providere in multis, in quibus de novo vel aliter necessario providendum esse multo tempore postea casuum contingentium experientia indicavit. Nos itaque, ne literarum huiusmodi et praesentis constitutionis diversitas vel intellectus adversitas in praedictorum observatione fratrum animos perturbaret, et ut plenius, clarius et certius eorum statui et observantiae praedictae regulae consulatur in omnibus et singulis illis articulis, quos constitutio ipsa continet, quanquam ipsi vel eorum aliqui contineantur in aliis literis apostolicis supra dictis: hanc nostram con-

stitutionem, declarationem seu ordinationem tantum a fratribus ipsis praecise ac invariabiliter decernimus perpetuis temporibus observandam. Quum igitur ex praedictis et aliis, per nos cum multa maturitate discussis, regula ipsa licita, sancta, perfecta et observabilis, nec ulli patens discrimini evidenter appareat: illa et omnia supra scripta per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata etiam et suppleta, de apostolicae potestatis plenitudine approbamus, confirmamus et volumus existere perpetuae firmitatis, in virtute obedientiae districtae praecipientes, quod haec constitutio sicut ceterae constitutiones vel decretales epistolae legatur in scholis. Et quia sub colore liciti nonnulli contra fratres ipsos et regulam in legendo, exponendo atque glossando possent dirum virus suae iniquitatis effundere, ac ipsius constitutionis intellectum ipsum in diversas et adversas sententias producentes suis adinventionibus depravare, et opinionum diversitas ac distortio intellectus multorum pios animos posset involvere, et a religionis ingressu multorum corda subtrahere: talium detrahentium vitanda perversitas cogit nos viam ipsis ad praedicta pracludere, et certum procedendi modum hanc constitutionem legendi praefinire. Itaque sub poena excommunicationis et privationis officii ac beneficii districtae praecipimus, ut praesens constitutio, quum ipsam legi contigerit, sicut prolata est, sic fideliter exponatur ad litteram, concordantiae, contrarietates seu diversae vel adversae opiniones a lectoribus seu expositoribus nullatenus inducantur. Super ipsa constitutione glossae non fiant, nisi forsitan, per quas verbum vel verbi sensus, seu constructio, vel ipsa constructio quasi grammaticaliter ad litteram vel intelligibiliter exponatur. Nec intellectus ipsius per legentem depravetur in aliquo, seu distorqueatur ad aliud, quam litera ipsa sonat. Et ne secundum praedicta contra detractores huiusmodi oporteat ulterius laborare: universis ac singulis cuiuscunque praecminentiae, conditionis aut status, districtae praecipimus, ne contra praedictam regulam et statum fratrum praedictorum, seu contra praemissa per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata, suppleta, approbata, et etiam confirmata, dogmatizent, scribant, determinent, praedicent, seu prave loquantur publice vel occulte. Sed si quid penes aliquem in his ambiguitatibus emerit, ad culmen praedictae sedis apostolicae deducatur, ut ex auctoritate apostolica sua in hoc manifestetur intentio, cui soli concessum est in his statuta concedere et edita declarare. Glossantes vero in scriptis constitutionem ipsam aliter, quam eo modo, quem diximus, doctores vero insuper et lectores, dum docent in publico, ex certa scientia et deliberate intellectum constitutionis huiusmodi depravantes, facientes quoque commentum, scripturas seu libellos, se ex certa scientia et deliberate determinantes in scholis, seu praedicantes contra praedicta, vel aliqua seu aliquod praedictorum, (non obstantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis aut literis apostolicis, quibuscunque dignitatibus, personis, ordinibus, aut locis religiosis vel saecularibus generaliter vel singulariter sub quacunque forma vel expressione verborum concessis, quae nolumus aliquibus in praemissis quomodolibet suffragari,) excommunicationis sententiae, quam nunc in ipsos proferimus, se noverint subiicere, a qua per neminem nisi per Romanum Pontificem possint absolvi. Insuper tam istos, contra quos per nos excommunicationis est prolata sententia, quam alios, (si qui fuerint,) contra praemissa vel eorum aliquod venientes, ad sedis memoratae volumus deduci notitiam, ut, quos provisus modus acquitatis non arceat a vetitis, compescat rigor apostolicae ultionis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis, ordinationis, concessionis, dispositionis, suppletionis, approbationis, confirmationis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Siriani XVIII. Kalend. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

CAP. IV.

Exemptis cellis aliquibus monasterii, quae appellatio cellae significet, hic ostendit. Ioann. Andr.

Bonifacius VIII.

Privilegium monasterio tuo concessum, ut monachi sive fratres in cellis ad monasterium ipsum spectantibus habitantes ab alio quam a Papa vel eius legato excommunicari aut suspendi, vel ipsae cellae interdicti supponi non possint, non fratres in prioratibus, ecclesiis seu capellis eiusdem monasterii commorantes, aut ipsos prioratus, ecclesias vel capellas ab ordinariis iurisdictione in aliquo, sed residentibus tantum in cellis, et cellas ipsas, (hoc est loca secreta et solitaria, quae ab hominum separata convicta sunt ad contemplandum et Deo vacandum specialiter deputata,) defendat.

CAP. V.

Privilegiato aliquo, ut possit conferre beneficia clericorum suorum, quid appellatio clericorum suorum designet, ostendit. Ioann. Andr.

Idem.

Sicut nobis significare curasti, tibi gratiose concessimus, ut beneficia clericorum tuorum cedentium vel decedentium possis conferre, quodque iidem clerici praebendarum suarum fructus percipiant, ac si in suis ecclesiis personaliter residerent. Verum quia dubitas, qui clericorum tuorum appellatione debeant contineri: brevi respondemus oraculo, quod illos in his et similibus casibus tuos volumus intelligi clericos, qui per te non quaesiti propterea, vel recepti, sine fraude et fictione qualibet vere tui clerici familiares existunt, et³⁹⁾ in tuis expensis continue domestici commensales, etiamsi quos ex illis aliquando⁴⁰⁾ pro tuis gerendis negotiis abesse contingat.

DE REGULIS IURIS.

Bonifacius VIII.

Regula I.

Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri.

Idem. Regula II.

Possessor malae fidei ullo tempore non praescribit.

Idem. Reg. III.

Sine possessione praescriptio non procedit.

Idem. Reg. IV.

Peccatum non dimittitur¹⁾, nisi restituatur ablatum.

Idem. Reg. V.

Peccati venia non datur, nisi correcto.

Idem. Reg. VI.

Nemo potest ad impossibile obligari.

Idem. Reg. VII.

Privilegium personale personam sequitur, et extinguitur cum persona.

Idem. Reg. VIII.

Semel malus semper praesumitur esse malus.

Idem. Reg. IX.

Ratum quis habere non potest quod ipsius nomine non est gestum.

Idem. Reg. X.

Ratihabitionem retrahere, et mandato non est dubium comparari.

Idem. Reg. XI.

Quum sunt²⁾ partium iura obscura, reo favendum est potius quam actori.

Idem. Reg. XII.

In iudiciis non est acceptio personarum habenda.

Idem. Reg. XIII.

Ignorantia facti, non iuris, excusat.

Idem. Reg. XIV.

Quum quis in ius succedit alterius: iustam ignorantiae causam censetur habere.

Idem. Reg. XV.

Odia restringi, et favores convenit ampliari.

Idem. Reg. XVI.

Decet concessum a principe beneficium esse mansurum.

Idem. Reg. XVII.

Indultum a iure beneficium non est alicui auferendum.

Idem. Reg. XVIII.

Non firmatur tractu temporis quod de iure ab initio non subsistit.

Idem. Reg. XIX.

Non est sine culpa, qui rei, quae ad eum³⁾ non pertinet, se immiscet.

Idem. Reg. XX.

Nullus pluribus uti defensionibus⁴⁾ prohibetur.

Idem. Reg. XXI.

Quod semel placuit amplius displicere non potest.

Idem. Reg. XXII.

Non debet aliquis alterius odio praegravari.

Idem. Reg. XXIII.

Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.

Idem. Reg. XXIV.

Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur, quum habeat parere necesse.

Idem. Reg. XXV.

Mora sua cuilibet est nociva.

Idem. Reg. XXVI.

Es, quae sunt a iudice, si ad eius non spectant officium, viribus non subsistunt.

Idem. Reg. XXVII.

Scienti et consentienti non fit iniuria neque dolus.

Idem. Reg. XXVIII.

Quae a iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda.

Idem. Reg. XXIX.

Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari.

Idem. Reg. XXX.

In obscuris minimum est sequendum.

Idem. Reg. XXXI.

Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet.

Idem. Reg. XXXII.

Non licet actori quod reo licitum non existit.

Idem. Reg. XXXIII.

Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.

Idem. Reg. XXXIV.

Generi per speciem derogatur.

Idem. Reg. XXXV.

Plus semper in se continet quod est minus.

Idem. Reg. XXXVI.

Pro possessore habetur qui dolo desiit possidere.

Idem. Reg. XXXVII.

Utile non debet per inutile vitari.

Idem. Reg. XXXVIII.

Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus existit⁵⁾ impugnare.

Idem. Reg. XXXIX.

Quum quid prohibetur, prohibentur omnia, quae sequuntur ex illo.

Idem. Reg. XL.

Pluralis locutio duorum numero est contenta.

Idem. Reg. XLI.

Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat quod per eum fuerat faciendum.

Idem. Reg. XLII.

Accessorium naturam sequi congruit principalis.

Idem. Reg. XLIII.

Qui tacet⁶⁾, consentire videtur.

Idem. Reg. XLIV.

Is, qui tacet, non fatetur; sed nec utique negare videtur.

Idem. Reg. XLV.

Inspicimus in obscuris quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit.

Idem. Reg. XLVI.

Is, qui⁷⁾ in ius succedit alterius, eo iure, quo ille, uti debebit.

Idem. Reg. XLVII.

Praesumitur ignorantia, ubi scientia non probatur.

Idem. Reg. XLVIII.

Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria vel iactura.

Idem. Reg. XLIX.

In poenis benignior est interpretatio facienda.

Cap. V. 39) et etiam: Sext. Ms. — 40) ex illis aliquae: id. 1) remittitur: Sext. Ms. — 2) sint: id., Böhm. — 3) se: Sext. Ms.

— 4) defensoribus: Böhm. — 5) est: Sext. Ms. — 6) add.: et non contra-dicit: id. — 7) Si quis: id.

Idem. Reg. L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem.

Idem. Reg. LI.

Semel Deo dicatum⁸⁾ non est ad usus humanos ulterius transferendum.

Idem. Reg. LII.

Non praestat impedimentum quod de iure non sortitur effectum.

Idem. Reg. LIII.

Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus.

Idem. Reg. LIV.

Qui prior est tempore potior est iure.

Idem. Reg. LV.

Qui sentit onus, sentire debet commodum, et e contra.

Idem. Reg. LVI.

In re communi potior est conditio prohibentia.

Idem. Reg. LVII.

Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio facienda.

Idem. Reg. LVIII.

Non est obligatorium contra bonos mores⁹⁾ praestitum iuramentum.

Idem. Reg. LIX.

Dolo facit, qui petit quod restituere oportet eundem.

Idem. Reg. LX.

Non est in mora qui potest exceptione legitima se tueri.

Idem. Reg. LXI.

Quod ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum.

Idem. Reg. LXII.

Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.

Idem. Reg. LXIII.

Exceptionem obliiciens non videtur de intentione adversarii confiteri.

Idem. Reg. LXIV.

Quae contra ius sunt debent utique pro infectis haberi.

Idem. Reg. LXV.

In pari delicto vel causa potior¹⁰⁾ est conditio possidentis.

Idem. Reg. LXVI.

Quum non stat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur: haberi debet perinde, ac si impleta fuisset.

Idem. Reg. LXVII.

Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno¹¹⁾ licebit.

Idem. Reg. LXVIII.

Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum.

Idem. Reg. LXIX.

In malis promissis fidem non expedit¹²⁾ observari.

Idem. Reg. LXX.

In alternativis debitoris¹³⁾ est electio, et sufficit alterum adimpleri¹⁴⁾.

Idem. Reg. LXXXI.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus.

Idem. Reg. LXXXII.

Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat¹⁵⁾ per se ipsum.

Idem. Reg. LXXXIII.

Factum¹⁶⁾ legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, a quo non potuit inchoari.

Idem. Reg. LXXXIV.

Quod alicui gratiose conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.

Idem. Reg. LXXXV.

Frustra sibi fidem quis postulat ab eo servari, cui fidem a se¹⁷⁾ praestitam servare recusat.

Idem. Reg. LXXXVI.

Delictum personae non debet in detrimentum¹⁸⁾ ecclesiae redundare.

Idem. Reg. LXXXVII.

Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore.

Idem. Reg. LXXXVIII.

In argumentum trahi nequeunt, quae propter necessitatem aliquando sunt concessa.

Idem. Reg. LXXXIX.

Nemo potest plus iuris transferre in alium¹⁹⁾, quam sibi competere dinoscatur.

Idem. Reg. LXXX.

In toto partem non est dubium contineri.

Idem. Reg. LXXXI.

In generali concessione non veniunt ea, quae quis non esset verisimiliter in specie concessurus.

Idem. Reg. LXXXII.

Qui contra iura mercatur, bonam fidem praesumitur non habere.

Idem. Reg. LXXXIII.

Bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur.

Idem. Reg. LXXXIV.

Quum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

Idem. Reg. LXXXV.

Contractus ex conventionem legem accipere dinoscuntur.

Idem. Reg. LXXXVI.

Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis²⁰⁾, imputare.

Idem. Reg. LXXXVII.

Infamibus portae non pateant²¹⁾ dignitatum.

Idem. Reg. LXXXVIII.

Certum est, quod is committit in legem, qui, legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

Data Romae apud sanctum Petrum, V. Nonas Martii, Pontificatus nostri anno quarto.

8) *dedicatum*: id. — 9) *bonam fidem*: id. — 10) *melior*: id. — 11) *ad*: *nomine*: id. — 12) *expedit*: id. — 13) *electoris*: Böhm. — 14) *adimplere*: Sext. Ma. — 15) *faceret*: id. — 16) *Actum*: id. — 17) *a se*: omitt. id. — 18) *damnum*: id. — 19) *alterum*: id. — 20) *et non aliis*: id. — 21) *patent*: id.



CLEMENTIS PAPAE V.
CONSTITUTIONES.

PROOEMIUM.

Ioannes Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis doctoribus et scholaribus universis Bononiae commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam nulla iuris sanctio, quantumcunque perpense digesta consilio, ad humanae naturae varietatem et machinationes eius inopinabiles sufficit, nec ad decisionem lucidam suae nodosae ambiguitatis attingit, eo praesertim, quod vix aliquid adeo certum clarumque statuitur, quin ex causis emergentibus, quibus iura iam posita mederi non possint¹⁾, in dubium revocetur; quia etiam ab adolescentia viri proclivis ad malum sensualitas humana declinat, per²⁾ quod morum subversio in clero et populo frequenter obrepit: necessaria est superioris auctoritas, ut tam per determinationis opportuna suffragium tollat ambigua, lites auferat, altercationes dirimat et obscura succidat, quam per cultoris providi sarculum extirpet vitia, virtutes inserat, corrigat excessus moresque reformet. Haec sane felicitatis recordationis Clemens Papa V. praedecessor noster prudenter attendens, et provide cupiens deformatorum reformationi prospicere, solvere difficilia, ac sanctiones quaestionibus et negotiis imminentibus consonas promulgare, dudum nedum in concilio Viennensi, quin etiam ante et post ipsum concilium constitutiones plurimas edidit, in quibus multa utilia statuit atque salubria, et nonnulla dubia in iudiciis et extra frequentata decidit. Et licet eas, collectas in unum volumen³⁾ et sub congruis titulis collocatas, mittere decrevisset et dare in commune subiectis: assidua tamen occupatio circa magna, ac sortis humanae conditio, quae ipsum de medio sustulit, in causa fuerunt, quare suum in hac parte propositum non implevit. Nos etiam, qui, sicut eidem, licet immeriti, in apostolatus officio Domino permittente successimus, sic et in affectus plenitudine in his, quae compendium universi concernunt, successisse debemus, tot grandibus agendis et arduis fuimus a nostrae promotionis exordio circumsepti, quod tam ex hoc quam ex causis rationabilibus aliis, quas sub⁴⁾ silentio providimus committendas, praedictas vobis communicare constitutiones fuimus hactenus impediti. Nunc igitur opportunitate captata illas vobis sub bulla nostra transmittimus, universitati vestrae per apostolica scripta mandantes, quatenus eas prompto affectu suscipiatis et studio alacri, eis, sic vobis manifestatis et cognitis, usuri de cetero in iudiciis et in scholis. **Data Avinione VIII. 5) Kal. Novembris Pontificatus nostri anno secundo.**

1) possunt: Clem. Ms. — 2) propter: id. — 3) abest ab iisd. — 4) omitt. caed. — 5) desid. ib.

LIBER PRIMUS.

TITULUS I.

DE SUMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA.

CAP. UN.

Futetur concilium, unicum Dei Filium, in essentia Dei aeternaliter subsistentem, verum corpus humanum assumpsisse de virgine, et in eo passum, et iam mortuum lancea perforatum, approbans in hoc ordinem, quem tradidit Evangelista Ioannes. Hoc dicit. — §. 1. Reprobatur et haereticam iudicatur doctrinam, quae habet, quod substantia animae rationalis seu intellectiva vere et per se humani corporis non sit forma. Ioann. Andr. — §. 2. Asserens, confitendum unum baptismum sicut unum Deum et unam fidem, approbat opinionem, quae habet per illud conferri etiam parvulis quoad habitum informantem gratiam et virtutes. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Fidei catholicae fundamento, praeter quod teste Apostolo nemo potest aliud ponere, firmiter inhaerentes, aperte cum sancta matre ecclesia confitemur, unigenitum Dei Filium in his¹⁾ omnibus, in quibus Deus Pater existit, una cum Patre aeternaliter subsistentem, partes nostrae naturae simul unitas, (ex quibus ipse²⁾ in se verus Deus existens fieret verus homo,) humanum videlicet corpus passibile, et animam intellectivam seu rationalem, ipsam corpus vere per se et essentialiter informantem, assumpsisse ex tempore in virginali thalamo, ad unitatem suae hypostasis et personae. Et quod in hac assumpta natura ipsum Dei verbum pro omnium operanda salute non solum affligi cruci et in ea mori voluit, sed etiam, emisso iam spiritu, perforari lancea sustinuit latus suum, ut, exinde profluentibus undis aquae et sanguinis, formaretur unica et immaculata ac virgo sancta mater ecclesia, coniux Christi, sicut de latere primi hominis soporati Eva sibi in coniugium est formata, ut sic certae figurae primi et veteris Aadae, qui secundum Apostolum³⁾ est forma futuri, in nostro novissimo Adam, id est Christo, veritas responderet⁴⁾. Haec est, inquam, veritas, illius praegrans aquilae vallata testimonio, quam Propheta vidit Ezechiel⁵⁾ animalibus ceteris evangelicis transvolantem, beati Ioannis videlicet Apostoli et Evangelistae, qui, sacramenti huius rem gestam narrans et ordinem, in evangelio suo dixit⁶⁾: „Ad Iesum autem quum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non frugerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, et verum est testimonium eius, et ille scit, quia vera dicit⁷⁾, ut et vos credatis.“ Nos igitur, ad tam praeclearum testimonium ac sanctorum Patrum et doctorum communem sententiam apostolicae considerationis, (ad quam duntaxat haec⁸⁾ declarare pertinet,) aciem convertentes, sacro approbante concilio declaramus, praedictum Apostolum et Evangelistam Ioannem rectum in praemissis factae rei ordinem tenuisse, narrando, quod Christo iam mortuo unus militum lancea latus eius aperuit. §. 1. Porro doctrinam omnem⁹⁾ seu positionem, temere asserentem aut vertentem in dubium, quod substantia¹⁰⁾ animae rationalis seu intellectivae vere ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam ac veritati catholicae fidei inimicam praedicto¹¹⁾ sacro approbante concilio reprobamus, diffinientes, ut cunctis nota sit fidei sincerae veritas, ac pracludatur universis erroribus aditus, ne subintrent, quod quicquid deinceps asserere, defendere seu tenere pertinaciter praesumpserit, quod anima rationalis seu intellectiva non sit forma corporis humani per se et essentialiter, tanquam haereticus sit censendus. §. 2. Ad hoc baptismum unicum baptizatos omnes in Christo regenerans est, (sicut unus Deus ac fides unica,) ab omnibus fide-

liter confitendum, quod celebratum in aqua in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti, credimus esse tam adultis quam parvulis communiter perfectum remedium ad salutem. §. 3. Veram, quia, quantum ad effectum baptismi in parvulis, reperiuntur doctores quidam theologi opiniones contrarias habuisse, quibusdam ex ipsis dicentibus, per virtutem baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri, aliis e contra asserentibus, quod et culpa eisdem¹²⁾ in baptismo remittitur, et virtutes ac informans gratia infunduntur quoad habitum, etsi non pro illo tempore quoad usum: nos autem¹³⁾, attendentes generalem efficaciam mortis Christi, (quae per baptismum applicatur pariter omnibus baptizatis,) opinionem secundam, (quae dicit, tam parvulis quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam et virtutes,) tanquam probabiliorum, et dictis sanctorum ac doctorum modernorum theologiae magis consonam et concordem, sacro approbante concilio duximus¹⁴⁾ eligendam.

TITULUS II.

DE RESCRIPTIS.

CAP. I.

Maior praelatus pro membris suis, etiamsi sunt de mensa, reum convenire non potest per rescriptum apostolicum, nisi ubi possent administratores membrorum. Contra faciens in expensis et interesse puniatur, et processus est irritus. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Abbatibus aut alii religiosi, quibuslibet administrationibus praesidentes, occasione prioratum seu aliorum locorum subditorum eisdem nullum auctoritate sedis apostolicae literarum vel legatorum ipsius quomodolibet valeant convenire, nisi ubi et coram quibus prioratum et locorum ipsorum prioribus aut aliis gubernatoribus hoc liceret. Nec occasione locorum ad mensas pertinentium eorundem alii ipsius¹⁾ super hoc liceat, quam si loca ipsa sic praemissa specialia²⁾ sub eis gubernatores haberent. Si quis autem aliquem contra haec³⁾ vexare praesumpserit: in expensis sibi et interesse per iudicem, coram quo vexatio fiet huiusmodi, condemnatur, et omnisque processus contra praemissa habitus sit irritus ipso iure.

CAP. II.

Principalis officialis episcopi et prior conventuales, licet obedientiarum, delegari possunt a Papa, officialis vero foraneus vel prior claustralis non. Ioann. Andr.

Idem in eodem.

Etsi principalis officialis episcopi, aut religiosus conventualem obtinens prioratum, (quamvis ad prioratum eundem prior non consueverit per electionem assumi,) a sede apostolica vel legato eiusdem dari valeat delegatus: in officiali tamen foraneo, aut religioso monasterii sui priore claustrali, nequaquam hoc volumus observari.

CAP. III.

Brevius non potest summi.

Idem in eodem.

Auditor, in Romana curia deputatus a nobis, de beneficio, quod pronuntiabit alicui de iure fore debitum, poterit sibi absque commissione alia, ut evitetur⁴⁾ circuitus, providere.

Liber I. TIT. I. Cap. un. 1) iis: Böhm. — 2) desid. ap. eund. — 3) Rom. V. 14. — 4) respondetur al. responderet: Clem. Ms. — 5) Ezech. I. — 6) Ios. XIX. 33 sq. — 7) dixit: Clem. Ms. — 8) hoc: ead. — 9) communem: ead. — 10) substantiae: Böhm. — 11) omitt. Clem. Ms. — 12) ipis: ead. — 13) abest ab illud. — 14) dicimus: ead.

TIT. II. Cap. I. 1) in ipis: Böhm. — 2) specialiter: Clem. Ms. — 3) hoc: ead.

Cap. III. 4) vitetur: Clem. Ms.

CAP. IV.

Expectans beneficium perdit gratiam, si consequitur aliud, quod cum illo, quod expectat, de iure tenere non potest. Ioann. Andr.

Idem.

Gratiae, ut de dignitate vel beneficio curato tibi provideatur, renunciare videris, si ante adeptionem eiusdem aliud beneficium pacifice assequaris, quod simul de iure cum dignitate vel beneficio, virtute dictae gratiae tibi debito, retinere non posses, licet illud resignaveris aut sis resignare paratus.

CAP. V.

Gratia super vacaturo non comprehendit beneficium, post datam in substantiam creatum. H. d. Io. de Imol.

Idem.

Litteras nostras, super conferendo tibi beneficio vacaturo directas, ad beneficium, post datam ipsarum creatam, statuimus non extendi.

TITULUS III.

DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

CAP. I.

Religiosus eligi non potest ad praelaturam non episcopalem alterius religionis vel habitus; si contra fiat, est irritum. H. d. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quum rationi non congruat, ut homines disparis professionis vel habitus simul in eisdem monasteriis societentur: prohibemus, ne religiosus aliquis in abbatem vel praelatum alterius religionis vel habitus de cetero eligatur. Quodsi secus actum extiterit: sit eo ipso irritum et inane. Per hoc autem, quin religiosus in episcopum saecularis vel cuiuslibet regularis ecclesiae licite possit eligi, non intendimus prohibere.

CAP. II.

Coetus cardinalium sede vacante iurisdictionem papalem non exercet, nisi in quantum permittit concilium Lugdunense; nec illud vel eius partem alterare potest. Ioann. Andr. — §. 1. *Officium camerarii vel poenitentiariorum Papae durat eo mortuo. Qui si deficiant, poterit coetus cardinalium pro tempore vacationis alios subrogare.* Ioann. Andr. — §. 2. *Determinant, diocesim intelligi id, quod in concilio dicitur de territorio et districtu. Statuit, moriente Papa extra curiam, ipsius electionem fieri debere in loco, ubi erat causarum et litterarum audientia, licet suspensus; nisi prius ordinatum esset de curia transferenda.* Ioann. Andr. — §. 3. *Providet casui, quo contingeret cardines omnes exire conclave.* — §. 4. *Statuit, cardinales per exceptionem excommunicationis, suspensionis vel interdicti ab electione non repelli.* Ioann. Andr. — §. 5. *Electos et alios, qui mittere vel ire tenentur ad curiam, adstringit ad id sede vacante.* H. d. Ioann. Andr.

Idem.¹⁾

Ne Romani electioni Pontificis indeterminata opinionum diversitas aliquod possit obstaculum vel dilationem afferre: nos, inter cetera praecipue attendentes, quod lex superioris per inferiorem tolli non potest, opinionem adstruere, sicut accepimus satagentem, quod constitutio felicitis recordationis Gregorii Papae X. praedecessoris nostri, circa electionem praefatam edita in concilio Lugdunensi¹⁾, per coetum cardinalium Romanae ecclesiae ipsa vacante modificari possit, corrigi vel immutari²⁾, aut quicquam ei detrahi sive addi, vel dispensari quomodolibet circa ipsam seu aliquam eius partem, aut eidem etiam renunciari per eum, tanquam veritati non consonam de fratrum nostrorum consilio reprobamus, irritum nihilominus et inane³⁾ decernentes, quicquid potestatis aut iurisdictionis, ad Romanum, dum vivit, Pontificem pertinentis, (nisi quatenus in constitutione praedicta permittitur,) coetus ipse duxerit eadem vacante ecclesia exercendum. §. 1. Eo tamen proviso, quod, si eiusdem ecclesiae camerarium, aut maiorem vel aliquos alios ex poenitentiaris, (quorum officium per obitum eiusdem Pontificis nolumus expirare,) per mortem vel aliam deficere quovis modo contingat, valeat idem coetus ad tempus vacationis huiusmodi pro numero deficientium, vel ampliori etiam, quantum ad poenitentiaris, si hoc eidem coetui concorditer expedire videbitur, alios subrogare. §. 2. Sane, quum iuxta constitutionem praedictam, Papa extra civitatem, in qua cum sua erat curia, moriente, in civitate, in cuius districtu seu territorio moritur, sit regulariter successoris electio celebranda: districtus seu territorii nomine diocesim hoc

casu intelligendam fore censemus, eo tamen adiecto, quod, si, in certo loco causarum et litterarum apostolicarum audientia remanente, Papam alibi mori contingat, non ibi, sed ubi praedicta fuerit audientia, memorata electio celebretur, etiam si eadem audientia tempore mortis huius vacare noscatur; nisi forsitan ante mortem eandem ordinatum esset per Papam de curia transferenda, quo casu servetur provisio constitutionis praedictae. §. 3. Porro, si Romano non electo Pontifice cardinales omnes simul vel successive (quod absit) exire contingeret conclave deputatum eidem: hi, ad quos pertinet executio constitutionis praedictae, illos ex ipsis, quibus infirmitas corporis aut nota debilitas excusationem non dabit, idem conclave, quam cito poterunt, reintrare compellant, poenas in dicta constitutione contentas, nisi hoc fecerint, incursum. Cardinales autem huiusmodi conclave reintrantes ad electionem iam dictam procedant, et alias constitutionem praefatam observent secundum statum, in quo erant in eodem conclavi, quando ipsum, ut praemittitur, exiverunt. §. 4. Ceterum, ut circa electionem praedictam eo magis vitentur dissensiones et schismata, quo minor eligentibus aderit dissidendi facultas: decernimus, ut nullus cardinalium⁴⁾ cuiuslibet excommunicationis, suspensionis aut interdicti praetextu a dicta valeat electione repelli, iuribus aliis circa electionem eandem hactenus editis plene⁵⁾ in suo robore duraturis. §. 5. Verum, quia tam ex provisio remedii quam ex orationibus ad Deum super huius⁶⁾ negotio effundendis, quod breviter huiusmodi celebretur electio, praesumendum est probabiliter et sperandum: statuimus, ut electi et alii, qui ex quacunque causa ad sedem apostolicam venire vel mittere sunt adstricti, ad ipsam, quum vacat, ac si non vacaret, venire vel mittere teneantur.

CAP. III.

Primo ponit formam, secundum quam appellans appellationem intimam appellato, ut per ipsum casu beneficii ad curiam devolvatur. Secundo providet, quum appellatus vel ipsius specialis procurator neguit haberi. Tertio providet, quum per metum appellati vel suorum intimatio fieri non potest. Quarto vitat intimationem aliter factam. Quinto prorogat hunc modum intimandi ad alios casus. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Causam electionis, postulationis seu provisionis per appellationem, ab ipsa vel occasione ipsius ad sedem apostolicam emissam, tunc demum ad sedem eandem devolvi censemus, quum in appellati aut procuratoris eiusdem, in ipsa causa specialiter constituti, praesentia interposita fuerit, aut eorum alteri infra⁷⁾ mensem ab interpositione ipsius, vel saltem post lapsum eiusdem mensis, (quam cito commode fieri poterit,) legitime intimata, porrecto videlicet sibi sub scriptura authentica vel perlecto illius tenore, et copia modo consimili, si petita fuerint⁸⁾, inde facta. Quodsi forsitan appellatum abesse, et procuratorem talem non inveniri contingat: in domo, quam ipse appellatus habitare communiter consuevit, vel, (si domus eadem in remotis existat,) in ecclesia cathedrali, in cuius civitate vel dioecesi consistit beneficium, et nihilominus utroque casu in ecclesia vel beneficio, de quo agitur, volumus appellationem huiusmodi publicari, ac de ipsa, quocumque petitum fuerit, copiam modo praemisso fieri appellato. Verum, si propter appellati aut suorum metum vel potentiam intimatio fieri nequeat, (ut praefertur:) appellationem eandem in loco aliquo publico sic sollemniter volumus publicari, quod ad appellati seu eius procuratoris notitiam possit verisimiliter pervenire. Intimatio vero aliter facta omni careat iuris effectu. Nec causa per appellationem eandem ad sedem censeatur devoluta praedictam, nisi ad appellatum eius plena et certa notitia infra⁹⁾ tempus praedictum aliter pervenisset. Idem quoque in aliis casibus observari volumus, in quibus requiritur intimatio facienda.

CAP. IV.

Decretalis Ut circa locum non habet, quum appellans ius suum vel ecclesiae directe prosequitur, sed quum in formam vel personas opponit crimina vel defectus; quorum circumstantias si non specificat, super illis non auditur, etiamsi iuret, illas didicisse de novo. Nec etiam in eadem causa super illis auditur alius non appellans, et prosequens commune, non proprium interesse; potest tamen assistere appellanti. Appellans, qui non servat formam, etiamsi appellationi renunciat, per viam querelae non prosequitur obiecta, nec etiam alia, nisi in casibus exceptis. Omissio formae licet appellatorem a probatione repellat: non tamen infirmitat probationem, super his legitime factam adversarii confessionem vel aliter. H. d. Ioann. Andr.

Idem.¹⁰⁾

Constitutionem „Ut circa¹¹⁾, editam in concilio Lugdunensi, locum decernimus non habere, quando quae opponuntur directe

TIT. III. Cap. II. 1) *Idem in eodem:* Clem. Ms. — 1^a) c. 3. h. t. in VIto l. 6. — 2) *mutari:* Clem. Ms. — 3) *et in:* omitt. caed. — 4) *ex cardinalibus:* caed. — 5) *plene:* Böhm. — 6) *hoc eius:* Clem. Ms.

Cap. III. 7) *intra:* Böhm. — 8) *fuerit:* id., Clem. Ms. — 9) *intra Böhm.*

Cap. IV. 10) *Idem in eodem:* Clem. Ms. — 11) c. 4. h. t. in VIto l. 6.

respiciant ius ecclesiae vel opponentis personae, sed tantum ubi per competitorem vel oppositorem quemlibet appellatorem in formam aut personas defectus vel crimina opponuntur. Ceterum quum circa crimina vel defectus debitam circumstantiarum specificationem praedicta omittit appellans; non est postmodum in prosecutione negotii super his audiendus, etiamsi circumstantias huiusmodi vel probationes earum per iuramentum asserat ad se pervenisse de novo. Sane, si quis, cuius interest, ab electione, postulatione vel provisione duxerit appellandum, opponendo crimina vel defectus, forma dictae constitutionis omissa: eodem postmodum appellationem huiusmodi prosequente, alius superveniens non appellans contra appellatum in eadem causa principaliter admitti non debet pro interesse communi eosdem articulos prosequendo, licet appellanti possit assistere, ne colludat; non tamen ei propter hoc prosecutionem interesse proprii denegamus. Insuper, si appellans ab electione, postulatione vel provisione per viam querelae simplicis causam agat, vel eam appellato agente defendat: repellitur ab obiectibus in appellatione sua expressis et aliis, nisi constiterit, ipsum formam servasse praedictam, praeterquam in casibus in constitutione praemissa exceptis, etiamsi appellationem suam non prosequatur, nec exhibeat, et illa se asserat nolle uti, dum tamen de ipsa coram iudice fiat fides, quia per ipsam ius repellendi eundem adversario est quaesitum. Illius vero constitutionis formae omisio, licet appellatorem ab obiectibus in formam electionis vel personas eligentium vel electi propositis vel proponendis et eorum facienda probatione repellat; probationem tamen factam super his per adversarii confessionem, vel alias legitime, non infirmit.

CAP. V.

Sine speciali licentia Papae nullus providere potest ecclesiae cathedrali, clero carenti et populo Christiano; Religiosus per praelatum licentiam non debet, ut tali provisioni consentiat. Consentiens, etiamsi fuerit consecratus, priori praelato subiacet, nec in episcopum recipitur, nec ad aliquem honorem promovetur. Quae contra sent irrita decernit.

Ioann. Andr.

I d e m.¹²⁾

In plerisque ecclesiis nedum (quod dolentes referimus) praesidio facultatum privatis, sed et clero carentibus et populo Christiano, multos frequenter et religiosos praesertim improvida superiorum provisio ad pontificatus assumit honorem, qui nec, ut expediret, prodesse, nec praesesse, ut deceret, valentes, instabilitate vagationis et mendicitatis opprobrio serenitatem pontificalis obnubilant dignitatis. Volentes igitur contra temeritatem tam facientium, quam ut frequentius recipientium provisiones huiusmodi providere, de consilio fratrum nostrorum statuimus, ut nullus de cetero, quantacunque dignitate praepollens, nisi speciali super hoc auctoritate sedis apostolicae fulciatur, de pastore provideat cathedrali ecclesiae, sibi qualitercunque subiectae, quae clero careat et subditis Christianis, nullusque religiosus a suo unquam quod provisioni tali consentiat, licentietur praelato. Quodsi licentiatum etiam huiusmodi provisioni consenserit, et in episcopum se fecerit aut permisit consecrari: in episcopali nullatenus recipiatur honore, sed in tantae ambitionis poenam sub religionis aut monasterii sui praelato semper sic¹³⁾ degat humilis iaceatque prostratus, quod nullus eidem in religione sua vel extra ad gradum honoris vel administrationis cuiuslibet sit adscensus. Nos enim, quicquid contra praemissa vel aliquod praemissorum contigerit attentari, irritum esse decernimus et inane, contraria quacunque consuetudine non obstante. Sane circa praefatas ecclesias praemissa sic specialiter providenda decernimus, quod circa provisionem quarumlibet aliarum facultatum¹⁴⁾ superiorum¹⁵⁾ nec coarctare intendimus, nec ultra iuris communis limites ampliare.

CAP. VI.

Capitulum Quorundam quoad discordiam et minoritatem numeri, intelligitur quoad voces facti, non secundum iuris fictionem. H. d.

Ioann. Andr.

I d e m.

Quod circa religionum electiones super discordia et minoritate numeri Bonifaciana constitutione¹⁶⁾ cavetur, de discordia et numeri minoritate, quae in facto, non in fictione vel iuris effectu consistunt, debere intelligi declaramus.

CAP. VII.

Emolumentum ex iurisdictione, sigillo curiae vel alias pertinens ad praelatum cathedralis ecclesiae vel collegiatae, ea vacante, non obstante consuetudine, deductis expensis reservandum est successoribus, nisi tunc certas dignitati competat iurisdictionem et ipsius emolumento. Ioann. Andr.

I d e m.

Statutum¹⁷⁾ super bonis, a praelatis cathedralium regularium et collegiatarum ecclesiarum dimissis, aut obvenientibus tempore vacationis earum, futuris successoribus fideliter reservandis editum, locum declaramus habere in omni emolumento, quod provenit ex iurisdictione, et sigillo curiae ecclesiasticae vel saecularis aut alias undecunque, quod ad praelatos, ecclesias non vacantibus, pertineret, consuetudine qualibet contraria non obstante, ita tamen, quod in istis et similibus rationabiles deducantur expensae. Ceterum ad singulares personas, ad quas ratione dignitatum, quas obtinent, iurisdictione cum eius emolumento devolvitur sede vacante, de consuetudine, privilegio vel iure alio speciali nolumus praesentem constitutionem extendi.

CAP. VIII.

Concessio licentiae generalis, religioso de consentiendo electioni factae vel fiendae, non valet. Ioann. de Imol.

I d e m.

Quum concessa religioso a superiore suo licentia, ut electioni vel provisioni, si quam de ipso contigerit fieri, suum dare possit assensum, ambitionis vitio viam parat: nullius eam existere volumus firmitatis.

TITULUS IV.

DE RENUNCIATIONE.

CAP. UN.

Renunciatio dignitatis vel beneficii, facta per procuratorem ad hoc constitutum, tenet, licet prius procurator fuerit revocatus, ipso tamen et superiore, cui fiebat cessio, ignorante; nisi per malitiam ipsorum vel aliorum revocatio ipsius fuerit occultata. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quum illusio et variatio in personis ecclesiasticis maxime sint vitandae, praesenti constitutione sancimus, ut, si quis ad cedendum pontificali aut alii cuilibet dignitati vel beneficio procuratorem sponte ac libere constituerit, et ipsum ignorantem postmodum duxerit quomodolibet revocandum, teneat cessio facta per eum, antequam ad ipsius vel illius, in cuius manibus cessio fuerat facienda, notitiam revocatio huiusmodi sit deducta; nisi forte per ipsos aut alios malitiose factum fuerit, quo minus ad eos vel eorum alterum ante sessionem potuerit revocatio pervenisse.

TITULUS V.

DE SUPPLENDA NEGLIGENTIA PRAELATORUM.

CAP. UN.

Si praelati regulares non conferunt infra sex menses prioratus, administrationes et ecclesias vacantes, quae non sunt de mensa; sed solent speciales, licet obedientiarum, ractores habere: dioecesiani auctoritate sua, vel apostolica, si sint exempta, conferunt illa personis, quibus per praelatos fuerant conferenda. Nec permittunt, illi applicari mensis praelatorum, vel pensionibus gravari. Declinantur etiam decret. libr. VI. de offic. ordin. Praesenti, et de praebend. Quum singula in talibus prioratibus et ecclesiis locum habere. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quia regulares praelati prioratus, ecclesias, administrationes aut quaevis alia beneficia, ad eorum dispositionem spectantia, quum vacant, interdum committere negligunt vel conferre infra¹⁾ tempus in Lateranensi concilio constitutum: dioecesiani locorum in non exemptis suis, in exemptis vero apostolica auctoritate negligentiam super hoc suppleant eorundem, prioratus, ecclesias, administrationes et beneficia²⁾ huiusmodi, illa videlicet, quae consueverunt per saeculares clericos gubernari, saecularibus clericis, alia vero,

Cap. V. 12) add.: in eodem: Clem. Ms. — 13) omitt. ead. — 14) facultatum: ead. — 15) superiorum: ead., Böhm. — 16) cf. c. 24. h. t. in Vito I. 6.

Cap. VII. 17) cf. c. 40. h. t. in Vito I. 6. Tit. V. Cap. un. 1) intra: Böhm. — 2) desid. in Clem. Ms.

quae religiosis duntaxat committi solent vel conferri, religiosis monasteriorum, quorum praelati huiusmodi negligentes fuerint, conferendo. Eadem quoque auctoritate dioecesei suffulti nullo modo permittant, quod iidem praelati prioratus, ecclesias, administrationes aut beneficia huiusmodi applicent mensis suis, pensiones³⁾ novas eis imponant, aut veteres augeant, sive quae⁴⁾ ipsi de novo impostae, sive auctae solvantur. Praemissa vero de prioratibus, ecclesiis, administrationibus et beneficiis intelligimus, quae non sunt de mensa praelatorum ipsorum⁵⁾, sed speciales priores, administratores seu rectores consueverunt habere, licet priores seu administratores huiusmodi libere possint ad claustrum, quum oportuerit, revocari. In quibus etiam constitutionem⁶⁾ Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri, bona beneficiorum vacantium occupari a praelatis vel aliis prohibentem, ac nihilominus in prioratibus huiusmodi et ecclesiis illud Bonifacii eiusdem statutum⁷⁾, quod religiosum quemcumque pluribus praeesse prohibet prioratibus aut ecclesiis curam animarum habentibus, etiam cura ipsa non per eum, sed per alium habeat exerceri, locum sibi censuimus vindicare, licet etiam eisdem prioratibus cura non imminuat supra dicta.

TITULUS VI.

DE AETATE ET QUALITATE, ET ORDINE PRAEFICIENDORUM.

CAP. I.

Dioecesei servare debent, et a suis subditis servari facere iura, loquentia de qualitate personarum praeficiendarum ecclesiis. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quum ecclesiae, quibus praeficiuntur personae minus idoneae scientia, moribus vel aetate, gravia propter hoc, ut¹⁾ docet experientia, nonnunquam perferant in spiritualibus et temporalibus detrimenta: nos, volentes per locorum dioeceseos, quibus ratione officii hoc competit, praecipue super hoc diligentius praecaveri, eis districte iniungimus, ut ipsi statuta canonica, quae super praeficiendis personis in huiusmodi ecclesiis hactenus emanarunt, diligentius per se ipsos observent, et faciant a suis subditis inviolabiliter observari, si divinam offensam et sedis apostolicae debitam vitare voluerint ultionem.

CAP. II.

In capitulo cathedralis ecclesiae vel collegiatae vocem non habet, qui non est subdiaconus. Habens beneficium, cui annexus est ordo, post annum, nisi prius, impedimento cessante, promoveatur ad illum, in capitulo vocem non habet, donec fuerit ordinatus, et interim perdit distributionem dimidiam. Ioann. Andr.

*Idem.*²⁾

Ut ii, qui divinis in cathedralibus vel collegiatis³⁾ saecularibus vel regularibus ecclesiis sunt mancipati officii, vel mancipabuntur in posterum, ad suscipiendos sacros ordines propensius inducantur: statuimus, ut nullus de cetero in huiusmodi ecclesiis vocem in capitulo habeat, (etiamsi hoc sibi ab aliis libere concedatur,) nisi saltem in subdiaconatus ordine fuerit constitutus. Illi vero, qui dignitates, personatus, officia vel praebendas, quibus certi ordines sunt annexi, pacifice nunc obtinent in eisdem ecclesiis, vel obtinerent in futurum, nisi, iusto impedimento cessante, ad huiusmodi ordines se promoveri fecerint infra⁴⁾ annum, extunc, donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in capitulo habeant eandem. Ipsi quoque distributionum, quae dantur his, qui certis horis intersunt, pars dimidia subtrahatur, non obstantibus quibuslibet consuetudinibus vel statutis, poenis aliis, quae contra tales, promoveri ad ordines recusantes, statuuntur in iure, nihilominus in suo robore permansuris.

CAP. III.

In XVIII. anno ad subdiaconatum, in XX. ad diaconatum, in XXV. ad presbyteratum potest quis libere promoveri. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Generalem⁵⁾ ecclesiae observantiam volentes antiquis iuribus in hac parte praeferrere, decernimus, ut, alio non obstante impedimento⁶⁾ canonico, possit quis libere in decimo octavo ad subdiacon-

natus, in vigesimo ad diaconatus, et in vigesimo quinto aetatis suae anno ad presbyteratus ordines promoveri.

TITULUS VII.

DE OFFICIO VICARII.

CAP. UN.

Iura, loquentia de ecclesiis curatis, locum habent quoad tria in vicariis perpetuis ecclesiarum parochialium. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quae de ecclesiis, curam animarum habentibus, per receptionem aliarum similium amittendis, ac de ipsarum rectoribus promovendis ad sacerdotium, et de¹⁾ eorum aetate a iure statuta noscuntur, in perpetuis ecclesiarum parochialium vicariis et assumptis ad eas volumus observari.

TITULUS VIII.

DE OFFICIO ET POTESTATE IUDICIS DELEGATI.

CAP. UN.

Iudex ad receptionem testium in civili, et executor ad providendum certae personae, cognitione praemissa a Papae deputati, licite subdelegant.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Iudices super receptione testium in causa civili, nec non executores ad providendum aliquibus, si per inquisitionem solertem eos esse vitae laudabilis et conversationis honestae¹⁾ repererint, a sede apostolica deputati, aliis possint committere licite vices suas.

TITULUS IX.

DE OFFICIO IUDICIS ORDINARI.

CAP. I.

Episcopi ita debent corrigere clericorum excessus, quod metu poenae ipsi arceantur, et alii pertimescant. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Ut clericorum audacia, qui, praetextu privilegii clericalis ordinis¹⁾ impunitatem excessuum obtinere sperantes, nonnulla multitudie committunt enormia, per quae²⁾ nimirum diffamatur ecclesia, et scandala gravia in populo generantur, potissime quum talia per episcopos; ad quorum horum spectat correctio, deferantur³⁾ ut plurimum incorrecta, propensius compeccatur⁴⁾; eisdem episcopis districte iniungimus, quatenus sic circa correctionem clericorum huiusmodi vigilantiter intendant, et diligenter sui officii debitum⁵⁾ exsequantur, quod et⁶⁾ iidem clerici metu poenae a suis arceantur insolentis, et alii, eorum exemplo perterriti, prosilire ad similia merito pertimescant.

CAP. II.

Valet collatio beneficii, facta a collatore quolibet citra legatum apostolicum, non facta mentione de beneficio, quod prius habebat is, cui fit.

H. d. Ioann. Andr.

*Idem.*⁷⁾

Etiam ab apostolicae sedis legato de beneficio facta collatio beneficii aliud obtinenti non valet, nisi de illo, quod obtinet, facta fuerit mentio specialis: in aliis tamen quibuslibet collationem beneficiorum habentibus hoc nolumus observari.

TITULUS X.

DE PROCURATORIBUS.

CAP. I.

Qui sciens sine protestatione recipit instrumentum vel literas suas procuratoris, quibus constituens pro ipso cavebat, super inclusis in procuratorio dominium defendere cogitur. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Instrumento vel literis, quibus te aliquis in causis suis procuratorem constituens pro te debito modo cavit, simpliciter, nulla facta

Cap. I. 3) pensionesque: ead. — 4) quod: Böhm. — 5) suorum: Clem. Ms. — 6) c. 9. de off. ord. l. 16. — 7) c. 32. de praeb. ib. III. 4.

TIT. VI. Cap. I. 1) prout: Clem. Ms.
Cap. II. 2) add.: in eodem: Clem. Ms. — 3) add.: ecclesiis: ead. — 4) intra: Böhm.

Cap. III. 5) add.: vero: Clem. Ms. — 6) abest ab iisd.

TIT. VII. Cap. un. 1) omitt. Clem. Ms.

TIT. VIII. Cap. un. 1) desid. in Clem. Ms.

TIT. IX. Cap. I. 1) abest a Clem. Ms. — 2) pro quo: ead. — 3) deserantur: ead. — 4) compeccantur: Böhm. — 4) dubium: Ed. Rom. op. mend. — 5) omitt. Clem. Ms.

Cap. II. 6) add.: in eodem: Clem. Ms.

protestatione, a te scienter receptis, non potes postea recusare defensionem illius; immo cogi poteris ipsum defendere in omnibus causis et negotiis, ad quae praedicta instrumenta seu literae se extendunt, quum per haec¹⁾ ad omnia tuum praestitisse videaris assensum.

CAP. II.

Procurator, habens mandatum iurandi et omnia faciendi, quae requirunt speciale mandatum, contra electum vel provisum opponere non potest crimina vel defectus. Ioann. Andr.

I d e m.

Non potest procurator, ad agendum vel²⁾ defendendum, iurandumque de calumnia et veritate dicenda, et generaliter ad omnia alia, quae speciale mandatum exigunt, constitutus, nisi aliud super hoc in mandatis habeat, opponere in personam electi seu eius, cui³⁾ est provisio facienda vel facta, crimina vel defectus, quum sub generalitate tali graviora non veniant vel maiora, quam in ipso procuratorio sint expressa.

CAP. III.

Religiosus etiam pro conregio, nisi pro consorte eiusdem litis, non potest procurator constitui sine licentia superioris, nec etiam alium constituere nec substituere, licet hoc habeat in mandatis. Ioann. Andr.

I d e m.⁴⁾

Religiosus procurator, etsi per alium religiosum sui vel alterius monasterii fuerit constitutus, sicut non potest sine sui superioris licentia procuratoris officium suscipere, nisi pro suo in eadem lite consorte: ita non potest alium procuratorem constituere seu sub-

stituere, etiamsi per constituentem hoc sibi expresse fuerit commissum.

CAP. IV.

Per obitum rectoris ecclesiae revocatur procurator, ab eo pro ecclesia constitutus, etiam quoad negotia iam coepta.

I d e m.⁵⁾

Procuratorem, a praelato, rectore vel alio quolibet pro ecclesia sua vel beneficio constitutum, per mortem constituentis revocari censemus etiam quoad negotia iam incepta, et causas, in quibus per ipsum lis fuerit ante mortem huiusmodi contestata.

TITULUS XI.

DE RESTITUTIONE IN INTEGRUM.

CAP. UN.

Ecclesia, probans se laesam per lapsum temporis, ad illud tempus tantum restituitur, et infra quadriennium a tempore laesionis.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Ab ecclesia adversus lapsum temporis, in quo se laesam affirmat, in integrum restitutio peti potest, et causa restitutionis huiusmodi finire debet infra¹⁾ quadriennium continuum a tempore laesionis, etiamsi minus quadriennio tempus laesionis existat. Sed non fiet²⁾ restitutio, nisi ad tantum tempus, quantum se laesam fore probabit.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECUNDUS.

TITULUS I.

DE IUDICIIS.

CAP. I.

Constitutio Bonifacii, quae habet, quod citationes, etiam extra dies solennes publice factae de mandato Papae, in audientia literarum apostolicarum vel papali palatio, affixis ianuis maioris ecclesiae loci, in quo Papa cum curia sua degit, arceant citatum, ac si ad eum personaliter devenissent, restringitur ad eos, qui impediunt, ne ad eos possit citatio pervenire, vel quorum domicilium tute non potest adiri. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Dudum Bonifacius Papa VIII. praedecessor noster constituit¹⁾, ut citationes, auctoritate apostolica de personis quibuscunque ac etiam undecunque ad instar edictorum in albo praetoris propositum²⁾, etiam extra dies solennes, in quibus Romani Pontifices processus consueverunt facere generales, ipso Papa specialiter et ex certa scientia id mandante factae, in apostolicarum audientia publica literarum vel in papali palatio, publice postmodum maioris ecclesiae loci, in quo Romanus Pontifex cum sua curia residebit, ianuis affigendae, sic valeant atque arceant citatos post lapsum terminum³⁾, quem, considerata distantia locorum, citationibus ipsis apponi convenit competentem, ac si ad eos personaliter devenissent. Quia vero statutum ipsum rationabiliter editum⁴⁾ propter malitiam temporis tunc instantis nonnullis nimis rigorosum videtur: nos, rigorem ipsum mansuetudine temperantes, idem statutum et praefatum modum citandi restringimus ad illos tantum, et in illis locum volumus sibi vindicare, qui faciunt, impediunt vel procurant per se vel per alios quoquo modo, ne ad eos possit citatio pervenire, vel quorum domicilia sive loca non possunt tute liberè adiri. Porro ei, quod circa citationes absentium tam diebus solennibus quam aliis ecclesiae Romanae diversis ex causis interdum facere consuevit, per praesentem constitutionem seu moderationem in nullo volumus derogari.

CAP. II.

In causis etiam pendentibus beneficialibus, decimarum, matrimonialibus, et usurarum, et ipsas tangentibus, procedi potest simpliciter et de plano absque iudiciorum strepitu et figura. Ioann. Andr.

I d e m.

Dispendiosam prorogationem litium, quam interdum ex subtili ordinis iudicarii observatione causarum docet experientia provenire⁵⁾, restringere in subscriptis casibus cupientes, statuimus, ut in causis super electionibus, postulationibus vel provisionibus, aut super dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus, vel praebendis seu quibusvis beneficiis ecclesiasticis, aut super⁶⁾ decimis, ad quarum etiam praestationem possunt, qui⁷⁾ tenentur ad eas, praemoniti censura ecclesiastica coerceri, nec non super matrimoniis vel usuris, et eas quoquo modo tangentibus, ventilandis, procedi valeat de cetero simpliciter et de plano, ac sine strepitu iudicii et figura, volentes non solum ad futura negotia, sed ad praesentia, et adhuc etiam per appellationem pendentia hoc extendi.

TITULUS II.

DE FORO COMPETENTI.

CAP. UN.

Concedit concilium certo casu episcopis expulsis a suis sedibus, quod in locis aliarum dioecesium servata forma, quam limitat, possint procedere contra expulsos, consiliarios et fructores, et inter subditos ius dicere. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quamvis sacris canonibus sit generaliter interdictum, ne quis episcopus iurisdictionem in dioecesi exerceat aliena: nos tamen episcopis, qui, a suis sedibus protervia impiorum expulsus, non audent propter metum persequentium in suis civitatibus vel dioecesibus aut earum parte aliqua residere, nec iurisdictionem ad se spectantem per se vel per alium inibi exercere, ne iniuria, in eorum

TIT. X. Cap. I. 1) hoc: Clem. Ms.
Cap. II. 2) et: Clem. Ms. — 3) cuius: ead.
Cap. III. 4) add.: in eodem: Clem. Ms.
Cap. IV. 5) add.: in eodem: Clem. Ms.
TIT. XI. Cap. un. 1) intra: Böhm. — 2) fut: Clem. Ms.

Lib. II. TIT. I. Cap. I. 4) cf. c. 1. de dol. et cont. in Extr. comm. 11. 3. — 2) positorum: Clem. Ms. — 3) termini: ead. — 4) add.: ad. edictum: ead.
Cap. II. 5) pervenire: Clem. Ms. — 6) omitt. ead. — 7) et: ead.

expulsione ipsorum irrogata ecclesiis, hoc praetextu remaneat impunita, duximus indulgendum, ut in dioecibus alienis, in civitatibus videlicet vel locis insignibus suis ecclesiis vicinioribus, in quibus poterunt secure morari et iurisdictionem suam libere exercere, possint contra suos expulsos et eorum in hac parte consiliarios et fautores, (dummodo civitates vel loca huiusmodi eisdem expulsoribus, consiliariis et fautoribus sint secunda¹⁾, et ipsi personaliter vel ad domum, si hoc tute fieri valeat, alioquin publice in ecclesia cathedrali loci vel domicilii eorundem citati fuerint,) libere procedere, prout iustitia suadebit. Si vero dicti episcopi ausi non fuerint huiusmodi suos expulsos, vel eorum consiliarios aut fautores dicto modo citare, vel ipsi malitiose impedimentum praestiterint, ne potuerint sic citari: licitum sit²⁾ eisdem episcopis, ut expulsos, consiliarios³⁾ et fautores eisdem diebus aliquibus dominicis vel festivis, quum populus convenerit ad divina, ut sic facta citatio ad eos pervenire verisimiliter praesumatur, citent vel citari faciant publice in ecclesiis civitatum vel locorum insignium praedictorum, et procedant deinde contra ipsos, si citati taliter statuto ipsis peremptorio termino competenti coram eisdem episcopis noluerint comparere, ac si citati legitime alias exstitissent. Eisdem etiam episcopis indulgemus, ut inter suos subditos, (ne ob defectum iustitiae dispendium aliquod patiantur,) possint in dioecibus alienis, in quibus moram traxerint, (dummodo per se vel per alium hoc⁴⁾ in suis propriis dioecibus facere non audeant vel non possint) iurisdictionem suam omnimodam exercere, ita tamen, quod subditi, qui expulsos vel eorum fautores aut consiliarios non fuerint, ultra duas dietas a fine suae dioecesis non trahantur. Volumus insuper, ut ante omnia a dioecesanis locorum, in quibus moram traxerint, petant licentiam in praemissis, quam si obtinere nequiverint, procedant nihilominus, prout⁵⁾ superius est expressum. Sane, si praedicti episcopi asseruerint, se non fuisse auctores praefatos expulsos, consiliarios vel fautores personaliter vel ad domum, aut publice, ut praemittitur, in eorum ecclesia cathedrali⁶⁾ citare, vel ipsos malitiose praestitisse impedimentum, ne per eos potuerint sic citari, aut quod in suis dioecibus iurisdictionem per se vel per alium contra ipsos exercere nequeant vel non audent: stari super his volumus assertionibus eorundem, ipsis districtius iniungentes sub interminatione divini iudicii, ne⁷⁾ circa praemissa contra conscientiam quicquam mendaciter aut dolose asserant vel confingant. Eorundem autem episcoporum sententias et processus, quos in praemissis casibus in aliis⁸⁾ dioecibus duxerint faciendos, denuncient seu denunciari faciant per suas dioeceses vicini episcopi, quum ab eis fuerint requisiti. Per praemissa quoque nullum ex transcurso temporis quantuncumque, vel alias quoquo modo locorum dioecesanis, vel aliis quibuscunque, iurisdictionem habentibus in locis praemissis, in quibus praedicti episcopi sic expulsi iurisdictionem, (ut praedicitur⁹⁾), exercebunt, praedictum generetur.

TITULUS III.

DE CAUSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

CAP. UN.

In causa beneficii, delata etiam per appellationem ad curiam, utraque pars potest petitorium et possessorium intentare. Et ante causae conclusionem potest spoliatus, suspensus petitorio suo vel adversarii, possessorium prosequi. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Causa beneficii per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta, tam appellanti quam appellato licere decernimus, ne dum petitorium, sed et possessorium intentare, et in spoliantis odium ante causae conclusionem suspendere petitorium, a se et ab adversario intentatum, in solo possessorio procedendo.

TITULUS IV.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

CAP. UN.

Appellans ante diffinitivam, etiam a diffinitiva, lata eo absente, citato vel non, appellare potest, nisi prima appellatio fuerit frivola manifeste, quo casu non appellat tanquam manifestus contumax. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Si ante diffinitivam sententiam a iudice quis appellando recedat, et iudex, suae appellationi non deferens, eo citato, vel etiam non

citato, ulterius in causa procedens, contra ipsum etiam absentem sententiam diffinitivam promulget; poterit idem appellans a dicta sententia infra¹⁾ tempus debitum appellare: nisi eius prima appellatio esset frivola manifeste.

TITULUS V.

UT LITE PENDENTE NIL INNOVETUR.

CAP. I.

Si duo litigantes super beneficio moriantur, sive uterque in curia, vel solus possidens, vel, neutro possidente, alter tantum, altero alibi moriente: ad Papam, et in conversis casibus ad ordinarium spectat collatio, si ad alterum beneficium pertinet. Si autem alter tantum moritur, si superstes, vel alius, eius interest, litem prosequatur: ex futuro eventu apparet, ad quem collatio spectat. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Si duobus in Romana curia super beneficio sibi collato litigantibus, in eadem curia mori contingat utrumque: collationem huiusmodi beneficii ad Romanum Pontificem, si vero extra dictam curiam, ad ordinarium decernimus pertinere, nisi forsitan alius ab eis in dicto beneficio ius haberet. Quodsi unum in dicta curia, alterum vero extra mori contingat, si moriens in curia beneficium possidebat: ad Romanum Pontificem, si vero alius, ad ordinarium pertineat collatio supra dicta. Neutro autem ipsorum beneficium possidente, erit Romanus Pontifex propter auctoritatis praerogativam in collatione huiusmodi praefertendus. Si vero alter tantummodo, sive possessor sive petitor, decedat, si superstes, vel alius, cuius interest, causam nihilominus prosequatur, (quum interim beneficium de iure conferri non possit,) ad quem collatio eius pertineat, futurus declarabit eventus. Nam si ad defunctum pertinuisse beneficium fuerit declaratum: pertinebit ad Papam, si ille in curia, vel ad ordinarium, si extra curiam sit defunctus. Quodsi ad neutrum illud spectasse constiterit: ad ordinarium collatio pertinebit, salva tamen in praemissis omnibus Romani Pontificis potestate, ad quem ecclesiasticum, personatum, dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum plena et libera dispositio ex suae potestatis plenitudine noscitur pertinere.

CAP. II.

Lit dicitur pendere quoad hoc, ut nihil debeat innovari, quum citatio legitime pervenit ad partem, vel per eam stetit, quo minus perveniret, tum tali expressione, quod potuit instrui super quo conveniatur. Ioann. Andr.

Idem.

Quum, lite pendente nihil debeat innovari, litem quoad hoc pendere censemus, postquam a iudice competenti in ea citatio emanavit, et ad partem citatam pervenit, vel per eam factum fuit, quo minus ad eius notitiam perveniret; dum tamen in citatione praedicta talia sint expressa, per quae plene possit instrui, super quibus in iudicio convenitur.

TITULUS VI.

DE SEQUESTRATIONE POSSESSIONUM ET FRUCTUUM.

CAP. UN.

Si super beneficio contra ipsius possessorem, qui triennio non possedit, in petitorio vel possessorio uno diffinitiva fertur in curia, etiamsi nulla fore dicatur, ipsius beneficii sequestratio per loci ordinarium fieri debet, quam impediens, vel sequestratos fructus occupans, excommunicatus est. Et si est de litigantibus, cadit a iure suo, et respicit pendens. Ioann. Andr.

Idem.

Ad compescendas litigantium malitias diffinimus, ut una contra possessorem diffinitiva sententia super beneficio apud sedem apostolicam duntaxat in petitorio vel possessorio promulgata, beneficium ipsum, etiamsi dignitas vel personatus exsistat, et curam habeat animarum, a possessore huiusmodi, (dum tamen triennio pacifice antea ab eo possessum non fuerit,) per loci ordinarium, apud aliquam personam idoneam sequestretur, quae, plenam de ipso et debitam curam gerens, id, quod de fructibus ipsius, (debitis eiusdem supportatis oneribus,) superesse contigerit, illi restituat, qui finalem in causa victoriam obtinebit. Si quis autem se-

TIT. II. Cap. un. 1) sequuta: Böhm. — 2) est sic: Clem. Ms. — 3) omitt. caed. — 4) haec: caed. — 5) ut: caed. — 6) add.: loci vel domicilii: caed. — 7) ut: caed. — 8) alienis: caed. — 9) ut praediximus

al. dicitur: caed.

TIT. IV. Cap. un. 1) intra: Böhm.

TIT. VI. Cap. un. 1) add.: in conc. Vienn.: Clem. Ms.

questrationem huiusmodi impedire, vel fructus sequestratos quoquo modo praesumpserit occupare: excommunicationis incurrat sententiam ipso facto: a qua, (nisi impedimento prius amoto, et occupatis per eum fructibus restitutis,) nullatenus absolvatur. Et nihilominus, si de litigantibus fuerit, a iure, (si quod in huiusmodi beneficio, vel ad ipsum forsitan competeat eidem,) hoc ipso se noverit cecidisse, praemissis nedum circa futura, sed etiam circa per appellationem pendentia negotia²⁾ observandis, non obstante, si contra praefatam sententiam de nullitate forsitan opponatur.

TITULUS VII.

DE PROBATIONIBUS.

CAP. UN.

Verba litterarum apostolicarum, quibus Papa proprium factum narrat, plene probant, si super illis gratis vel intentio Papae fundatur.
Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Literis nostris, quibus nos dignitates quaslibet seu beneficia collationi nostrae vel sedi¹⁾ apostolicae reservasse, aut resignationem beneficii alicuius recepisse, vel recipiendi potestatem alii commississe, vel aliquem excommunicasse seu suspendisse, seu aliquem capellanum nostrum vel familiarem fuisse²⁾, vel alia similia, super quibus gratia vel intentio nostra fundatur, fecisse narramus, censuimus super sic narratis fidem plenariam adhibendam, volentes ad praeterita et pendentia, etiam per appellationem, negotia hoc extendi.

TITULUS VIII.

DE TESTIBUS.

CAP. I.

Per testes Christianos convinci possunt Iudaei et Sarraceni, non obstantibus contrariis privilegiis regum et principum; quibus si utantur, subtrahitur illis Christianorum commercium. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quum Iudaei quidam et Sarraceni, sicut accepimus, quod super civilibus aut criminalibus convinci per Christianos non possint, se privilegiis regum et principum tueantur; quia id nedum iuri contrarium, sed et Christianae religioni opprobriosum est quamplurimum¹⁾ et adversum, reges eosdem et principes in Domino exhortamur, ne concedant huiusmodi de cetero privilegia, vel servent aut servare permittant etiam iam concessa. Quodsi Iudaei aut Sarraceni privilegiis talibus uti praesumpserint: Christianorum communio eis subtrahatur sic, quod Christiani ab eorum abstinere communione censura ecclesiastica, si opus fuerit, compellantur.

CAP. II.

Publicatis attestationibus testes produci non possunt etiam in causa appellationis, super eisdem articulis vel directe contrariis. Ioann. Andr.

Idem.

Testibus rite receptis et eorum attestationibus publicatis sicut non licet super eisdem vel directo contrariis articulis alios vel eosdem testes in principali causa producere, sic non debet in appellationis causa licere; quum non minus in appellationibus²⁾, quam in principali causa subornatio sit timenda.

TITULUS IX.

DE IUREIURANDO.

CAP. UN.

Iuramenta, quae Romanae ecclesiae praestant Romani principes, fidelitatis existunt. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Romani principes, orthodoxae fidei professores, sacrosanctam Romanam ecclesiam, cuius caput est Christus redemptor noster, ac

Romanum Pontificem eiusdem redemptoriae vicarium, fervore fidei et clarae devotionis promptitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, a quo approbationem personae ad imperialis celsitudinis apicem assumenda, nec non unctionem, consecrationem et imperii coronam accipiunt, sua submittere capita non reputarunt indignum, seque illi et eidem ecclesiae, quae a Graecis imperium transtulit in Germanos, et a qua ad certos eorum principes ius et potestas eligendi regem, in imperatorem postmodum promovendum, pervenit, adstringere vinculo iuramenti, prout tam mos observationis antiquae temporibus novissimis renovatae, quam forma iuramenti huiusmodi sacris inserta canonibus manifestant¹⁾. Dudum sane inter quondam Henricum imperatorem, tunc Romanorum regem, et carissimum in Christo filium nostrum Robertum Siciliae regem gravi discordia suscitata, nos multis grandibusque periculis, quae exinde proventura verisimiliter timebantur, intendentes clerici et opportuno remedio obviare, quibusdam ex fratribus nostris sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus; existentibus tunc in Urbe pro reformanda pace et solidanda concordia inter reges eosdem, literas nostras sub certa forma duximus destinandas, inter alia inserentes in eis, quod, quum ipsi reges eiusdem ecclesiae specialissimi filii sibi iuramento fidelitatis et alias multipliciter essent adstricti, ipsius ecclesiae debeant²⁾ esse promptissimi defensores. Dictis autem literis in notitiam dicti Henrici, ad imperium iam promoti, sic³⁾ deductis, idem Henricus, ab eisdem cardinalibus requisitus, ut super contentis in illis suum propositum responderet, quasi moleste tulisset, quod de iuramento fidelitatis huiusmodi per eum praestito in dictis literis mentio haberetur⁴⁾, non familiariter, nec secrete, ut tractandae pacis qualitas exigebat, sed multis tabellionibus accersitis et requisitis ab eo, quod de responsionibus suis conficerent publica instrumenta, inter cetera publice, praesente multitudine hominum copiosa, respondit, se non fore cuiquam ad iuramentum fidelitatis adstrictum, et quod nunquam fecerit⁵⁾ iuramentum, propter quod foret ad iuramentum fidelitatis alicui obligatus, et quod ipse nesciebat, quod antecessores sui Romani⁶⁾ imperatores unquam iuramentum huiusmodi praestitissent, simulans se immemorem iuramentorum, quae nobis ante coronationem suam praestiterat, et post coronationem etiam innovarat. Nos itaque attendentes, quod huiusmodi responsio; si sub dissimulatione pertranscat vel silentio pallietur, posset in magnum et evidens praedictum Romanae ecclesiae redundare, dignum admodum et opportunum fore prospeximus⁷⁾, ut de iuramentis huiusmodi constitutioni praesenti aliqua breviter annectamus. Dicitur namque Henricus⁸⁾ quam primum fuit in regem Romanorum electus, sollemnes ad nos nuncios destinavit, dans eis per suas patentes literas plenum et speciale mandatum, exponendi nobis pro eo devotionem ipsius et reverentiam filialem, quam ad nos et Romanam ecclesiam sincero gerere se dicebat affectu, nec non petendi et impetrandi a nobis favorem et gratiam consuetos, offerendi quoque nobis et praestandi pro eo et in ipsius animam debitae nobis et eidem ecclesiae fidelitatis et cuiuslibet alterius generis iuramentum, ac nihilominus petendi a nobis per nostras sibi manus impendi unctionem, consecrationem, et Romani imperii diadema. Praefatis itaque nunciis in nostra et fratrum nostrorum praesentia constitutis, ac⁹⁾ secundum dicti tenorem mandati Avenione, ubi tunc eramus cum nostra curia residentes, in publico consistorio, in quo erat praelatorum, et aliorum tam clericorum quam laicorum non modica multitudo, praemissis per eos coram nobis expositis, supplicando¹⁰⁾ petitis humiliter et oblati, nos, eodem mandato et decreto electionis eiusdem Henrici ex parte principum tam ecclesiasticorum quam saecularium, qui eundem elegerant, nobis per dictos nuncios praesentatis, plena cum eisdem fratribus deliberatione discussis, factaque nobis de electione huiusmodi concordia et legitima plena fide, examinata quoque persona ipsius Henrici, prout absentia patiebatur eiusdem, et¹¹⁾ de ipsius fide¹²⁾, probitate et aliis, quae in persona imperatoris sunt merito requirenda, cum pluribus praelatis et aliis magnae auctoritatis viris, qui eiusdem Henrici mores, conditionem et statum plenius noverant, inquisito, eiusque persona, cuius etiam nos et fratres nostri aliqualem prius notitiam habebamus, propter quod facilius transivimus in examinatione huiusmodi, idonea reputata, ipsum nominavimus, denunciavimus et declaravimus¹³⁾ regem Romanorum, ipsius approbantes personam, eumque sufficientem et habilem declarantes ad suscipiendam imperialis celsitudinis dignitatem, ac decernentes unctionem, consecrationem imperique Romani coronam sibi per manus nostras debere concedi, et subsequenter¹⁴⁾ a praefatis nunciis, sufficiens ad hoc ab

Cap. I. 2) desid. in eisd.
TIT. VII. Cap. I. 1) sedis: Clem. Ms. — 2) seu ... fuisse: omitt. eaed.
TIT. VIII. Cap. I. 1) plurimum: Clem. Ms.
Cap. II. 2) appellationis: Clem. Ms.

TIT. IX. Cap. un. 1) manifestabant: Clem. Ms. — 2) debebant: eaed. — 3) omitt. eaed. — 4) habebatur: eaed. — 5) fecerit: eaed. — 6) Romanorum: eaed. — 7) perspeximus: Böhm. — 8) H.: Böhm. per tot. — 9) omitt. Clem. Ms. — 10) et suppl.: eaed. — 11) abest ab iisd. — 12) fidei: eaed. — 13) et decl.: omitt. eaed. — 14) consequenter: Böhm.

eo, (ut praemittitur,) mandatum habentibus, secundum formam, in decretis¹⁵⁾, quae incipit: „Tibi domino“ comprehensam, fidelitatis¹⁶⁾ receptionis iuramentum. Postque idem Henricus consecrationis et coronationis suae tempore aliud eidem cardinalibus, quos ad impendendum sibi huiusmodi consecrationis et coronationis insignia miseramus ad Urbem, illud nostro nomine recipientibus, iuramentum praestitit corporale, quod in libro pontificali Romano praestandum Pontifici per imperatorem¹⁷⁾ coronationis suae tempore continetur, cuius tenor dignoscitur esse talis: „Ego Henricus Romanorum rex, annuente Domino futurus imperator, promitto, spondeo et polliceor atque iuro coram Deo et beato Petro, me de cetero protectorem, procuratorem¹⁸⁾ et defensorem fore summi Pontificis et huius sanctae Romanae ecclesiae in omnibus necessitatibus et utilitatibus suis, custodiendo et conservando possessiones, honores et iura eius, quantum divino suffultus adiutorio fuero, secundum scire et posse meum, recta et parafide. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei evangelia!“ Ceterum, quin iuramenta huiusmodi fidelitatis existant, a retro Romanis principibus non fuit hactenus haesitatum; immo tam quondam Albertus rex Romanorum, immediatus praedecessor memorati Henrici, Bonifacio Papae VIII. praedecessori nostro tempore approbationis eiusdem Alberti, quam Rodolphus pater ipsius, et alii praedecessores eiusdem Romanorum reges diversis nostris praedecessoribus iuramentum fidelitatis et obedientiae praestiterunt. Idemque Bonifacius memoratum Albertum, iuramento huiusmodi ab eo recepto, de fratrum suorum consilio, praesente praetoribus et aliorum multitudine copiosa, auctoritate apostolica recepit in¹⁹⁾ specialem suum filium et ecclesiae memoratae, ipsumque in regem Romanorum assumpsit, in imperatorem postmodum promovendum. Verum quia saepe fatus Henricus, qui in²⁰⁾ proximis diebus fuit de hac luce subtractus, non virtutem et mentem, sed nedum²¹⁾ verborum insectans corticem, sensumque confundens, iuramenta restringendo praedicta curiose videbatur asserere, ut praefertur, illa ad debitum fidelitatis huiusmodi non extendi: novo morbo²²⁾ curiositatis huius²³⁾ luculentae veritatis antidotum praesentis²⁴⁾ declarationis oraculo providimus apponendum. Quia ergo capitulis iuramento²⁵⁾ fidelitatis contentis sollicita²⁶⁾ meditatione pensatis, ipsa capitula in praefatis imperatoris iuramentis, quantum ad effectum, mentem et virtutem ipsorum, non est dubium contineri: nos, praemissis et aliis rationibus, ne quis, in Romanum assumptus principem vel in posterum assumendus, an iuramenta huiusmodi, per dictum Henricum imperatorem praestita, et per successores ipsius in futurum praestanda, fidelitatis existant, in dubitationem deducere audeat, vel super his contrarium adstruere veritati, auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio declaramus, illa iuramenta praedicta²⁷⁾ fidelitatis existere et ceteri debere. Porro praeter iuramenta praedicta idem Henricus, suorum inhaerens praedecessorum vestigiis, priusquam ingrederetur Italiam, vel ibidem iura aliqua exerceret, sub testimonio suarum patentium literarum in manibus dilecti filii Ioannis de Mollianis, scholastici ecclesiae Tullensis, capellani nostri²⁸⁾, ad hoc specialiter per nos missi, nostro et praefatae ecclesiae nomine recipientis promisit, et tactis sacrosanctis evangelii iuramento firmavit, quod eandem ecclesiam et fidem catholicam pura fide totisque viribus conservaret reverenter et etiam defensaret, omnemque haeresim, schisma et haereticos quoslibet, fautores, receptores et defensores ipsorum exterminaret pro posse, ac nunquam cum Sarraceno, pagano, schismatico seu alio quolibet communionem catholicae fidei non habente, aut cum aliquo alio praefatae ecclesiae inimico vel rebeli, seu eidem manifeste suspecto, unionem quamlibet seu²⁹⁾ parentelam aut confederationem iniret, sed tam nostram quam successorum nostrorum personas, honorem et statum maneret, defenderet et conservaret contra omnes homines, cuiuscunque existerent praeceminentiae, dignitatis vel status. Eidem etiam³⁰⁾ adiciens iuramentum, quod maneret semper atque servaret privilegia omnia, per praedecessores suos reges ac imperatores Romanos praefatae Romanae et aliis quibuslibet ecclesiis quocunque concessa tempore, et continentiae cuiuscunque. Ipsaque omnia, et specialiter ac praecipue per clarae memoriae Constantinum, Carolum, Henricum, Ottomem IV., Fridericum II. atque Rodolphum, praedecessores ipsius, super concessione³¹⁾, recognitione, advocacione³²⁾, adnotatione, quitatione et libera dimissione terrarum et provinciarum Romanae ecclesiae ubilibet positarum, quarum etiam multas nominatim expressit, sedi apostolicae Romanisque Pontificibus super³³⁾ quocun-

que tenore concessa recognovit, confirmavit, et ex certa scientia innovavit, ac etiam de novo concessit. Et terras ipsas atque provincias recognovit ad ius et proprietatem ipsius ecclesiae plenissime pertinere, easque nihilominus ex abundantia de novo ecclesiae saepe fatae donavit, sub praedicto se obligans iuramento, quod ipsas aliquamve ipsarum partem nullo unquam tempore occuparet, seu, quantum in eo esset, ab alio permitteret occupari; nec in eis aut aliqua parte ipsarum iura aliqua, possessiones aut tenuras haberet seu quomodolibet possideret, nec in eis etiam³⁴⁾ potestariae seu cuiusvis capitaniae³⁵⁾, aut iurisdictionem quamcunque per se vel per³⁶⁾ alium exerceret, quodque, ut princeps catholicus et saepe dictae ecclesiae advocatus atque defensor, ipsam iuvaret, et consiliis et auxiliis³⁷⁾ illi assisteret opportunis contra quoscunque inobedientes³⁸⁾ et rebelles eidem, et praecipue contra occupantes seu turbantes terras praedictas seu provincias, vel partem quamlibet earundem. Sub eodem etiam iuramento promisit, quod tam ipsam³⁹⁾ Romanam ecclesiam, quam alias ecclesias, libertatem ecclesiasticam, bona, iura, praelatos et ministros ecclesiarum ipsarum maneret, conservaret atque defenderet suo posse, et quod ecclesiae Romanae vasallos contra iustitiam nullatenus offensurus, devotos ac fideles ecclesiae, etiam in imperio constitutos, benigne tractaret, nec eos opprimeret contra iustitiam, aut, (quantum in eo esset,) per alium opprimi suaderet, sed in suis potius iuribus et iustitiis conservaret. Hoc quoque iuramentum et etiam pristinum⁴⁰⁾, pro eo nobis per suos nuncios, (ut praemittitur,) praestitum, receptis suae coronationis insigniis innovavit, prout in patentibus, ante coronationem ipsam, eius regio⁴¹⁾ magno sigillo, et aliis post coronationem eandem, eius imperiali aurea bulla munitis, inde confectis literis, (quas in archivis Rom. ecclesiae reponi, et diligenter conservari fecimus,) plenius continetur.

TITULUS X.

DE EXCEPTIONIBUS.

CAP. UN.

Exceptio excommunicationis opponitur dilatorie quocunque, peremptorio non obstante. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Excommunicationis exceptio dilatorie¹⁾ in qualibet parte litis opponi potest, termino peremptorio per iudicem assignato ad proponendum exceptiones declinatorias et dilatorias non obstante; servata tamen constitutione felicis recordationis Innocentii Papae IV. edita circa hoc in concilio Lugdunensi²⁾.

TITULUS XI.

DE SENTENTIA ET RE IUDICATA.

CAP. I.

Qui tres sententias contrarias in quavis causa reportavit, de illarum nullitate non agit, nec excipit ipsarum executione non facta; et respicit etiam pendentes. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Ut calumniis litigantium occurratur, is, qui in beneficiis vel alia quavis causa tres contra se in petitorio vel possessorio sententias reportavit, ad agendum de nullitate ipsarum vel alicuius ex eis nullatenus admittatur, donec huiusmodi sententiae plenarie fuerint executioni mandatae. Similiter si ille, contra quem tres sententiae diffinitivae latae fuerint, ab interlocutoria vel gravamine ante prolationem ipsarum vel earum alicuius se appellasse, et causam appellationis huiusmodi adhuc pendere proponat: sententiarum praedictarum executionem tali praetextu nolumus impediri. Quae ad causas qualitercunque etiam per appellationem, pendentes duximus extendenda.

CAP. II.

Sententia, lata contra citatum, extra citantis territorium existentem, nulla est ipso iure. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Pastoralis cura sollicitudinis, nobis divinitus super cunctas Christiani populi nationes iniuncta, nos invigilare remediis subiectorum, eorundem periculis obviare et scandala removere compellit.

Cap. I. 15) cf. c. 33. D. LXIII. — 16) non exstat in Clem. Ms. — 17) quod in libro Pontifici Romano praestandum per imp.: caed. — 18) vel proc.: caed. — 19) ut al. in: caed. — 20) abest ab iisd. — 21) nudum: caed., Böh. — 22) modo: Böh. — 23) omitt. Clem. Ms. — 24) ipsius: Böh. — 25) in iur.: caed. — 26) solita: caed. — 27) omitt. caed. — 28) abest ab iisd. — 29) non exstat ib. — 30) non leg. ib. — 31) cessione: caed. —

32) omitt. caed. — 33) sub: caed. — 34) abest ab iisd. — 35) add.: officium: caed. — 36) non leg. ib. — 37) add.: etiam: caed. — 38) perturbantes: caed. — 39) omitt. caed. — 40) primum: caed. — 41) omitt. caed.

TIT. X. Cap. un. 1) dilatoria: Böh. — dilatoride: Ed. Rom. oper. mend. — 2) cf. c. 1. de exc. in VIto II. 12.

Sane, quum iam dudum inter quondam Henricum imperatorem Romanum¹⁾, et carissimum in Christo filium nostrum Robertum Siciliae regem gravis fuisset materia turbationis exorta, asserente deinde²⁾ imperatore praedicto, quod cum quibusdam ipsius subditis rex confederationes et conspirationes fecerat in ipsius maiestatis offensam, quodque tractaverat et ordinaverat, ut civitates quaedam, sub imperii et imperatoris eiusdem obedientia consistentes, contra eum et imperium rebellarent, gentesque, sui ipsius fullae subsidio, nonnullas alias imperii civitates et castra, (inde violenter eiectis ipsius imperatoris officialibus,) occuparunt³⁾, et pro ipso rege occupata tenebant, ac alias etiam in Urbe et alibi in imperii et⁴⁾ imperatoris eiusdem contemptum, et⁵⁾ suae maiestatis iniuriam et reipublicae detrimentum multa gravia fuerunt per regem eundem ac malitiam et instigationem ipsius tam a suis stipendiariis quam a subditis imperatoris commissa: praehabitis per imperatorem eundem quibusdam processibus contra eum, absentem tamen, quamvis legitime, (iuxta imperatoris assertionem,) citatum, ac, quod supra dicta erant notoria, per imperialem interlocutoriam declarato⁶⁾ imperator ipse, regem affirmans propter praemissa laesae maiestatis criminis reum esse, in eum peremptorie (ut dixit) et sufficienter citatum, sed comparere contumaciter recusantem, tanquam rebellem, proditorem⁷⁾ et hostem imperii, ac reum criminis supra dicti, privationis omnium dignitatum, quocunque comprehensarum titulo, et quibus se intulabat rex ipse, auctoritatum quoque, honorum, provinciarum, terrarum, honorum, iurium et iurisdictionum tam perpetuorum quam temporalium, et, si quando veniret in suam et imperii fortiam, mutilationis etiam capitis sententiam promulgavit, omnem suppleto defectum, si quis forsitan fuerat ex solennitate iuris omissus in processibus memoratis, praemissa, (ut asseruit,) faciens exigente iustitia et de imperiali etiam potestate. Verum quia huiusmodi sententia, quae non a discretionis matre virtutum, sed a noverca iustitiae, voluntaria scilicet iudicantis praecipitatione, processit, partus forsitan se deteriores haberet, si ipsius sententiae⁸⁾ inefficacia in publicum praecone iustitia non prodiret: nos, circa eam tali uti provisione volentes, quae, (detectis ipsius defectibus,) seminata per eam exstinguat pericula, et in ratione reddenda sit posteris profutura, ipsam subiciendam esse providimus liniae iustitiae, ac rectae libramini rationis. Eiusdem igitur causis et continentia, nec non conditione illorum, a quo et in quem lata fuit, diligenti et debita consideratione pensatis, patenter ex eis illius adstruit evidentia nullitatis, et manifeste arguitur temeritas promulgantis. Notorium quippe ac indubitatum existit, quod grandis exercitus tempore dictorum⁹⁾ processuum et sententiae, continue imperatori assistens¹⁰⁾, regem ipsum et suos prosequeretur odio capitali, Pisanaque civitas, in qua lata fuit memorata sententia, regem capitali habebat odio notorio et antiquo. Esto igitur, quod rex ipse alias ad praemissa fuisset legitime per imperatorem citatus: numquid venire debuit ad iudicem, exercitu feroci ac grandi, ipsique citato, (ut praemittitur,) odioso stipatum? Numquid etiam debuit comparere in loco admodum populoso, multum potenti, ac praefato in eum odio provocato? Quis enim auderet, vel qua ratione audere aliquis teneretur consistorii talia subire iudicium, et se in hostium sinu reponere, ac ad mortem per violentam iniuriam, non per iustitiam inferendam, ultroneum se offerre? Haec¹¹⁾ quidem iure timentur, haec de more vitantur, haec humana¹²⁾ fugit ratio, haec abhorret natura. Desiperet¹³⁾ igitur, qui citationem huiusmodi saperet arctasse citatum. Ut illud, tanquam notissimum, nullatenus omitamus, quod regem, extra districtum imperii, in regno scilicet Siciliae, notorie ac continue tempore supra dicto morantem, citare non potuit imperator, nec citatio, si quam forsitan de ipso infra¹⁴⁾ imperii fines fecit, citatum extra imperium constitutum arctavit. Nos quoque, regis ordinarius iudex, quod ad imperatoris iudicium citaremus vel citari aut remitti faceremus eundem, nequaquam fuimus requisiti. Immo, licet ad nos et curiam nostram temporibus illa rumores frequenter de curia imperatoris venirent, et iuxta eum etiam quidam ex fratribus nostris essent: prius tamen dictae sententiae promulgatio, quam aliquid de processibus antecedentibus, ad audientiam nostram pervenit¹⁵⁾. Denique licet rex ipse terras aliquas ab imperatore tenere dicatur in feudum: non tamen in eis, sed in regno praefato domicilium suum fovebat. Unde imperator in ipsius personam nullam ratione terrarum huiusmodi, nisi

ex natura feudorum, debitam superioritatem habebat. Quodsi punitio criminis, infra districtum Imperialem commissi, ad imperatorem forsitan pertinuisse asseratur: verum est quidem, si in eodem districtu fuisset inventus delinquens, vel ad illum de more remissus. Dicine ergo sententia meruit, quae a iudice, qui per regem tute adiri non potuit, et in loco notorie, (ut praefertur,) non tuto, in absentem, nec citatum legitime, ac inauditum per consequens et indefensum, non matorum fuit iudicio, sed praecipitio, et de tanto praesertim crimine promulgata? Rursus non est silentio relinquendum, quod ipse rex noster et ecclesiae Romanae ratione regni praedicti notorie subditus, homoque ligus et vasallus, ac in eodem regno, non, ut praemittitur, in imperio, certum, contiguum¹⁶⁾ et notorium suum habens domicilium, ac originem inde trahens, imperatorie modo non subfuit¹⁷⁾, quod in eum crimen laesae maiestatis commiserit¹⁸⁾, quantumlibet omnia¹⁹⁾ in sententia supra dicta contenta veritatem indubiam continerent. Siquae nedum non iure, immo nec iuris²⁰⁾ colore tulit imperator sententiam supra dictam in regem ex causa, quae veritatis subsistentiam non habebat. Propter quam etiam, quatenus in eo fuit, regem eundem privando regno et regia dignitate, ac terris etiam aliis et²¹⁾ iurisdictionibus perpetuis et temporalibus, quae sub eo nullatenus vel ab eo, sed a nobis et sub nobis tenebat, nec non procedendo contra regem eundem ex illis, quae per ipsius stipendiarios ac nonnullos imperatoris eiusdem subiectos per malitiam et instigationem regis ipsius contra eum fuisse commissa in Urbe dicebat, quum, etsi illa fuissent ibidem re vera commissa, punitio tamen eorum in regem, veluti extra districtum imperii commissorum, ad imperatorem nullatenus pertineret, inhibendo etiam in eadem sententia sub magnarum appositione poenarum, quarum aliquas sibi applicari mandavit, ne quis dicto regi praesumeret in suis respondere debitis, in ipsius familiaritate vel servitio remanere, aut eidem contra ipsum imperatorem quovis modo impendere consilium, auxilium vel favorem, quum debitores, servitores et auxiliares huiusmodi extra imperium et in regno constituti praedicto nullatenus imperatori subessent, nec ex committendis in regno eodem dictis²²⁾ possent poenis adstringi vel aliquid condempnari²³⁾ per ipsum, absolvendo quoque ab omni fidelitate, obligatione, servitio, promissione ac pacto provincias omnes, civitates et castra et loca²⁴⁾, ipsiusque vasallos, et feudatarios, et alios quoslibet eidem regi quomodolibet obligatos, quum includerentur in absolute huiusmodi terrae et personae nobis et ecclesiae Romanae subiectae, propriae terminos potestatis excessit, in messem nostram mittens perperam suam falcem. Ceterum defectus suppletio, circa processum adhibita supra dictos, non tantum valet ad iustificationem ipsorum et sententiae supra dictae, quantum ad eorum suggillationem et notam: quum nullam super praemissis potestatem haberet imperator in regem, sibi alias, quam ut praefertur, non subditum, non citatum legitime aut remissum, et extra districtum ipsius continue ac notorie consistentem. Nec praedicta suppletio circa subditum etiam ad ea potuisset de ratione referri, per quae de crimine, praesertim sic gravi delato defensionis, (quae a iure provenit naturali,) facultas adimi valuisset, quum illa imperatori tollere non licuerit, quae iuris naturalis existant. Ut igitur, sicut memorata sententia iuris caret effectu, sic auctoritate et nomine rei careat iudicatae, ut nec in opinione communi aut vulgi labiis nomen habere sententiae mereatur, ut etiam in magnum iustitiae ac pacis obsequium scandalosis occurratur periculis, quae cum nostra et ecclesiae, provinciarum multarum, regnorum et gentium turbatione non modica possent occasione ipsius pro tempore suboriri: nos tam ex superioritate, quam ad imperium non est dubium nos habere, quam ex potestate, in qua vacante imperio imperatori succedimus, et nihilominus ex illius plenitudine potestatis, quam Christus Rex regum et Dominus dominantium nobis, licet immeritis, in persona beati Petri concessit, sententiam et processum omnes praedictos, et quicquid ex eis secutum est vel occasione ipsorum, de fratrum nostrorum consilio declaramus fuisse ac esse omnino irritos et inanes, nullumque debere aut debuisse sortiri effectum seu nocumentum, vel notam afferre cuiquam, vel quomodolibet attulisse. Ipsaeque²⁵⁾ nihilominus, quatenus processerunt de facto, et quicquid ex eis secutum est, vel ob eos, vel in posterum sequi posset, in irritum revocamus.

TIT. XI. Cap. II. 1) Romanae ecclesiae... nostrum, ac Robertum: Clem. Ms. — 2) demum: ead. — 3) occuparunt: ead. — 4) et in: ead. — 5) omitt. ead. — 6) declarat: Böhm. — 7) absent a Clem. Ms. — 8) omitt. ead. — 9) praedictorum: ead. — 10) existens: ead. — 11) Hoc... timentur: ead. — 12) omitt. ead. — 13) Desipit: ead. —

14) intra: Böhm. per tot. — 15) venit: Clem. Ms. — 16) et cont.: ead. — 17) sufficit: ead. — 18) commiserat: ead. — 19) desid. ap. Böhm. — 20) cum iuris: id., Clem. Ms. — 21) omitt. Clem. Ms. — 22) dicta: Böhm. — 23) vel al. cond.: omitt. Clem. Ms. — 24) et loc.: non leg. ib. — 25) ipsos quoque: ead.

**TITULUS XII:
DE APPELLATIONIBUS.**

CAP. I.

Valet appellatio coram maiore parte plurium iudicum; sed appellato est appellatio, delatio et termini praefixio intimanda. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Si a iudicibus duobus aut pluribus fuerit appellandum, quia forte de facili eorum praesentia simul haberi non posset¹⁾, liceat coram ipsis vel maiori parte ipsorum appellare, et apostolos petere separatim, valebitque appellatio talis, ac si simul fuisset in eorum praesentia ab omnibus appellatum; est tamen appellato²⁾ ignoranti appellationis, nec non delationis eorum et termini praefixionis, si subsequatae fuerint, intimatio legitime facienda.

CAP. II.

Sufficit, apostolos peti uno contextu saepius et instanter. Ad quos recipiendos si iudex certum terminum statuat, appellans, illos non petens in termino, appellationi renunciat. Idem, quum iudex statuit terminum iuris incertum, infra quem appellans illos debite non petiuit, vel oblatos recipere renuit. — §. 1. Ponit tres casus, quibus appellans, non habens apostolos, appellationem prosequi potest. H. d. Ioann. Andr.

Idem³⁾.

Quamvis rigor iuris exposcat, eum, qui appellat, debere petere apostolos congruo loco et tempore saepius et instanter; nos tamen, antiquam et communem observantiam litigantium sequi, et aequitatem rigori praeferrere volentes, decernimus sufficere, quod per appellantem simul uno contextu apostoli instanter et saepius postulentur. Verum si iudex, a quo appellatur, certum terminum ad recipiendos apostolos appellanti assignet, et appellans in assignato sibi⁴⁾ termino non compareat coram eo, nec petat apostolos sibi tradi: appellationi suae renunciaisse videtur. Similiter, si iudex appellanti responderit, infra⁵⁾ iuris terminum apostolos se daturum; appellationi suae renunciaisse appellans intelligitur, nisi infra dictum terminum congruo loco et tempore instanter et saepius saltem uno contextu petat apostolos ab eodem iudice sibi dari, vel si recipere⁶⁾ recusat⁷⁾ oblatos. §. 1. Quodsi iudex in termino, ad dandum apostolos praefixo per eum, ipsos appellanti petenti non dederit, aut si, dum peterentur apostoli, responderit, se daturum eisdem, nullo termino certo sibi⁸⁾ praefixo, vel infra iuris terminum se eos asseruerit⁹⁾ velle dare, et postea per appellantem congruo loco et tempore saepius et instanter uno contextu etiam requisitus, eos non curaverit infra eundem terminum exhibere: appellationem suam extunc prosequi possit appellans, ac si expresse fuissent eidem apostoli denegati.

CAP. III.

Appellans prosequi et finire tenetur appellationem extrajudicalem infra annum a die interpositae appellationis vel illati gravaminis; quo non facto, impedimento iusto cessante, appellatio est deserta. H. d.

Idem¹⁰⁾.

Sicut appellationem iudicalem, sic et extrajudicalem infra¹¹⁾ annum a die interpositionis ipsius, vel a die illati gravaminis, ubi a

futuro gravamine appellatur, prosequi et finire tenetur appellans. Quod si iusto impedimento cessante non fecerit: debeat eius appellatio deserta ceneri.

CAP. IV.

Tempus, ad prosequendam appellationem ab homine vel a iure praefixum, non currit appellanti compromisso durante, vel de partium expresso consensu, nisi, periculo imminente ex mora, iudex aliud decernat.

Idem¹²⁾.

Quamdiu appellationis prosecutio per compromissum vel alias de partium expresso consensu differtur; tempus, ad prosequendum eandem ab homine vel a iure praefixum, currere nolumus appellanti, nisi forte iudex, videns, ex dilatione periculum imminere, praeciperet in illa procedi.

CAP. V.

Ante diffinitivam appellanti non licet prosequi causas, in appellatione nominatim non expressas, nec processus primi iudicis iustificari vel impugnari potest, nisi ex actis coram eo.

Idem¹³⁾.

Appellanti ab interlocutoria vel a gravamine iudicis, non licet alias causas prosequi, quam in appellatione sua nominatim duntaxat expressas, nec processus primi iudicis ex novis aut de novo probandis iustificari potest vel etiam impugnari, sed tantum ex illis, quae acta fuerunt vel exhibita coram ipso.

CAP. VI.

Prosecutio appellationis deserta non impedit, quin sententia censatur in rem iudicatam transivisse. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Si appellationem, per negligentiam appellantis desertam, appellans ipse cum appellato, aut appellatus etiam per se et principaliter prosequatur: non ideo minus in rem iudicatam censetur transivisse sententia, a qua fuerat¹⁴⁾ appellatum.

CAP. VII.

A peremptoria, repulsa ex alio, quam propter ineptitudinem, secundo appellans et succumbens non auditur super ea in appellatione a diffinitiva. H. d. Ioann. Andr.

Idem¹⁵⁾.

Quum a repulsione exceptionis peremptoriae secundo appellans succumbit, non est in causa appellationis, postmodum a diffinitiva emissae, audiendus ulterius super ea, nisi tunc rite proposita ex eo prius repulsa fuisset, quia proponebatur inepte.

FINIS LIBRI SECUNDI.

TIT. XII. Cap. I. 1) possit: Clem. Ms. — 2) appellatio: Böhm. Cap. II. 3) add.: in eodem: Clem. Ms. — 4) omitt. ead. — 5) infra: Böhm. per tot. — 6) reciperet: Ed. Rom. oper. mend. — 7) recusat: Clem. Ms. — 8) abest ab liud. — 9) asseruit: ead. Cap. III. 10) add.: in eodem: Clem. Ms. — 11) infra: Böhm.

Cap. IV. 12) add.: in eodem: Clem. Ms. Cap. V. 13) Id. in eodem: Clem. Ms. Cap. VI. 14) fuerit: Clem. Ms. Cap. VII. 15) Id. in eodem: Clem. Ms.

LIBER TERTIUS.

TITULUS I.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

CAP. I.

Punit clericos conjugatos et alios, personaliter et publice carnisficum et tabernariorum officium exercentes, qui, per dioecesanos nominatum et tertio moniti, illud officium non dimittunt, vel dinissum reassumunt. Excitat etiam dioecesanos contra istos clericos, qui saeculares actus exercent. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Dioecesanis locorum districte praecipimus, ut clericos, carnisficum seu macellariorum aut tabernariorum officium publice et personaliter exercentes, nominatim et tertio moneant, ut sic ab huiusmodi officiis infra¹⁾ convenientem terminum, momentum ipsorum arbitrio moderandum, desistant, et quod ipsa nullo unquam tempore reassumant. Qui si taliter moniti ab his non destiterint, aut ipsa, ut praemissum est, exercendo resumpserint quodcumque: coniugati omnino, non coniugati vero in rebus, et si omnino incedant ut laici, in personis privilegium clericale, quamdiu praemissis institerint, eo ipso amittant. Adversus vero alios clericos, negotiationibus vel commerciis saecularibus, vel officiis non convenientibus clericali proposito publice insistentes, vel arma portantes, sic canonica servare studeant instituta, quod et illi ab excessibus compescantur huiusmodi, et ipsi de damnabili circa haec negligentia nequeant reprehendi.

CAP. II.

Praemisso exordio, punit primo clericos beneficiatos, utentes publice virgata vel partita veste. Secundo, subdiaconos et diaconos. Tertio, omnes clericos, tonsuram publicam cum tali veste portantem. Quarto, habentes dignitatem, personatum, beneficium curatum, et sacerdotes et religiosos, publice portantem talem vestem et infulam. Quinto punit omnes praedictos, utentes tabardo notabiliter brevi, integre foderato. Sexto certas caligas clericis interdicit. Ioann. Andr.

Idem.

Quoniam, qui abiectis vestibus, proprio congruentibus ordini, alias assumere²⁾ et in publico portare rationabili causa cessante praesumit, professorum illius ordinis praerogativa se reddit indignum: praesenti constitutione sancimus, quod, quicumque clericus virgata vel partita veste publice utetur, nisi causa rationalis subsit, si beneficiatus exstiterit, per sex menses a perceptione fructuum beneficiorum, quae obtinet, sit eo ipso suspensus. Si vero beneficiatus non fuerit, in sacris tamen ordinibus citra sacerdotium constitutus: per idem tempus reddatur eo ipso inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum. Idem quoque censemus de clericis aliis, vestem talem simul et tonsuram publice deferentibus clericalem. Dignitatem vero, personatum seu beneficium aliud obtinens, cui cura imminet animarum, nec non ceteri in sacerdotio constituti, ac religiosi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinseci morum intrinsecam honestatem ostendere, si, (praeterquam ex causa rationali,) publice vestem ferant huiusmodi, aut infulam seu pileum lineum publice portent in capite, sint eo ipso beneficiati videlicet a perceptione fructuum beneficiorum, quae obtinent, suspensi per annum. Ceteri vero sacerdotes et religiosi quilibet, per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcumque beneficium ecclesiasticum obtinendum. Sed et tales et ceteri quicumque clerici, utentes epitogio seu tabardo foderato³⁾ usque ad oram, et ita brevi, quod ventis inferior notabiliter videatur, epitogium ipsum⁴⁾ saeculares clerici et religiosi administrationem habentes teneantur infra⁵⁾ mensem dare pauperibus. Ceteri vero religiosi,

administrationem non habentes, infra idem tempus illud teneantur suis superioribus assignare in pios usus aliquos convertendum; alioquin beneficiati suspensionis, ceteri vero inhabilitatis poenas praedictas per idem tempus se noverint incurrisse. Huic insuper adiicimus sanctioni, ut clerici, praesertim beneficiati, caligis scaecatis, rubeis aut viridibus publice non utantur.

TITULUS II.

DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBUS.

CAP. I.

Clausula, inserta literis gratiosis super dignitate concessis, per quam provideri mandatur, ne animarum cura, si dignitati imminet, negligatur, vel per quam inhibetur, electionem fieri dignitatis, non facit extendi gratiam ad dignitatem curatam, vel ad quam quis per electionem assumitur. H. d. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Si dignitatem habenti de alia provideri mandemus dispendentes cum eo, ut simul utramque valeat retinere, de animarum cura, quae illis vel alteri earum imminet, non habita mentione: gratia huiusmodi velut subreptitia nullius penitus est momenti, quanquam confectis super ea literis sit insertum, quod animarum cura, si dignitatibus ipsis vel alteri earum imminet, nullatenus negligatur. Ad hoc¹⁾ si alicui provideri mandemus de dignitate, ad cuiuscunque vel quoruncunque collationem, provisionem seu quamvis dispositionem aliam in certa ecclesia pertinente, quam infra²⁾ mensem duxerit acceptandam, inhibentes illi vel illis, ad quorum collationem, provisionem seu electionem dignitates in ipsa ecclesia pertinere noscuntur, ne interim ad collationem ipsarum seu provisionem procedant, vel quemquam eligant ad eandem de dignitate, ad quam consuevit quis per electionem assumi: impetranti non poterit provideri, quum ipse concessione gratiae, (ad quam non augendam, sed exsequendam debent quae de inhibitione sequuntur referri,) nullam de electione fecerimus mentionem.

CAP. II.

Litterae super provisione clericorum non includunt hospitalia et loca similia, et habentia iura spiritalia, nisi id exprimat. H. d. Ioann. Andr.

Idem.

Per literas, a sede apostolica vel legatis ipsius super provisione quorumlibet clericorum directas, de xenodochiis, leprosariis, elemosynariis seu hospitalibus, etiamsi ecclesias vel capellas, decimas, aut alia spiritalia iura noscantur habere, nulli posse decernimus provideri, nisi hoc in apostolicis literis caveatur expresse.

CAP. III.

Quo casu vacat una dignitas per receptionem alterius, vacant etiam plures.

Idem.³⁾

Si plures obtinens dignitates aliam dignitatem aut beneficium curam animarum habens acceptet, dispensatione super hoc legitime⁴⁾ non obtenta: eius possessione adepta pacifice dignitates, quas prius habebat, ipso facto vacare censemus, sicut, si dignitatem unicam obtinenti alia similis conferretur⁵⁾, eius pacifica possessione habita prima de iure vacaret.

Liber III. TIT. I. Cap. I. 1) intra: Böhm. Cap. II. 2) sumere: Böhm. — 3) foderato: Clem. Ms. — 4) ipsi: caed. — 5) intra: Böhm. per tot.

TIT. II. Cap. I. 1) haec: Clem. Ms. — 2) intra: Böhm. Cap. III. 3) add. in eodem: Clem. Ms. — 4) legitima: caed. — 5) confertur: caed. — conferatur: Böhm.

CAP. IV.

Valet provisio, factu proprio motu Papae, tacentis beneficia provisi, quaecumque sint et quotcumque. H. d. Ioann. Andr.

I d e m.

Si Romanus Pontifex de beneficio alicui motu proprio provideat, de beneficiis, quae obtinet, non habita mentione: provisionem seu gratiam huiusmodi fore validam declaramus, qualiacumque fuerint beneficia, dignitates aut personatus, cum cura vel sine cura, et in numero quantocumque, quae in habebat, quum sibi provisio facta fuit.

CAP. V.

Expectantes beneficium ad collationem episcopi, devolutum ad illius capitulum, oblinere non poterit, devolutum tamen ad episcopum vel etiam ad Papam ex cuiuscumque negligentia, poterit oblinere.

I d e m.

Si de beneficio, ad cuiuscumque episcopi collationem spectante, alicui conferendo scribamus: sibi illud conferri non poterit, cuius collatio ex negligentia ipsius episcopi ad eiusdem capitulum devoluta existit, licet provideri sibi possit de illo etiam⁶⁾, cuius ad ipsum episcopum ex sui capituli vel alterius cuiuscumque, sive ad nos ex ipsius episcopi et aliorum, in hoc eidem succedentium, negligentia collatio fuerit devoluta.

CAP. VI.

Adeptus in ecclesia dignitatem, habentem praebendam annexam, perdidit primam praebendam, quam habebat in illa. H. d. Ioann. Andr.

I d e m. 7)

Si iuxta nostri formam mandati canonicatum et praebendam ecclesiae Rutinensis⁸⁾ adeptus, dignitatem, quam duxerit acceptandam, ibidem expectet⁹⁾: archidiaconatum inibi post vacantem, non obstante, quod certa sit sibi annexa praebenda, poterit acceptare, primaque praebenda hoc ipso vacabit, quod secundam cum archidiaconatu praedicto pacifice fuerit assecutus.

TITULUS III.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

CAP. UN.

Decretum conditionale ante conditionis eventum non afficit potestatem ordinarii vel alterius collatoris, secus, quando acceptationis beneficium tempus adicitur cum decreto. Et qui beneficium vacans ab exsecutore petit vel recipit, illud intelligitur acceptasse: quae vacatio notu dicitur expectanti, ex quo in loco beneficium publice scitur.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quum ei, quem in scientia reputamus idoneum, si per inquisitionem exsecutoris sibi deputati a nobis repertus fuerit esse vitae laudabilis et conversationis honestae, de beneficio certi valoris alicui¹⁾ provideri mandamus, adiacentes, quod de beneficio minoris valoris possit eidem, si voluerit, provideri, ac extunc²⁾ etiam inane decernentes et irritum, si secus a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari: quia decretum huiusmodi in eventum duntaxat praedictarum conditionum suum sortitur effectum, antequam exstet prima conditio, beneficium praetaxati valoris, et etiam minoris, priusquam suam impetrans super valore³⁾ huiusmodi voluntatem declaret, conferri libere poterit per ordinarium, aut alium exsecutorem a nobis ad providendum de tali beneficio deputatum. Secus autem fore censemus, quum decreto apposito alicui provideri mandamus de beneficio, quod infra⁴⁾ mensem a vacationis ipsius notitia duxerit acceptandum, ut appositio mensis eiusdem aliquid afferat impetranti. Quin⁵⁾ etiam beneficium, quod acceptare poterat, petendo sibi per suum exsecutorem conferri, aut recipiendo sibi praesenti collatum, ipsum ex hoc acceptare, et collationem taliter⁶⁾ sibi factam valere censemus. Ceterum, ut tam diuturnis vacationibus, quam fraudibus et litibus occuratur, praedictae vacationis notitiam impetrantem interpretamur habere, ex quo ipsa vacatio in loco vel ecclesia huiusmodi beneficium publice nota erit. Imputet quidem sibi, si hoc⁷⁾ casu, quo de ipsius commodo agitur, id, quod per se vel per⁸⁾ alium scire potuerit, ignoravit⁹⁾.

Cap. V. 6) omitt. Clem. Ms.

Cap. VI. 7) add.: in eodem: Clem. Ms. — 8) Ruthen.: eaed. — 9) expectat: Böhm.

TIT. III. Cap. un. 1) alicubi: Clem. Ms. — 2) ex nunc: eaed. —

TITULUS IV.

DE REBUS ECCLESIAE NON ALIENANDIS.

CAP. I.

Religiosus, qui concedit alicui ad vitam vel certum tempus iura, redditus vel possessiones administrationis, cui praestat, suspensus est ab officio, nisi duo concurrant, nec valet concessio. Duos casus excipit. H. d. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi. ✓

Monasteriorum et aliarum administrationum regularium dispendiis occurrere cupientes, perpetuo prohibemus edicto, ne quis religiosus, monasterio, prioratu, ecclesiae seu administrationi cuius praesidens, iura, redditus aut possessiones eiusdem, alicui ad vitam eius seu aliud certum tempus, pecunia etiam inde recepta, quovis modo concedat, nisi necessitas aut utilitas monasterii, prioratus, ecclesiae aut administrationis huiusmodi hoc exposcat, conventus sui, aut, si conventum non habeat, praelati proprii assensu ad hoc nihilominus accedente. Si quis autem contra hoc fecerit: poenam suspensionis ab officio eo ipso incurrat, nec ex concessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur. Verum praemissa ad locationes vel etiam reddituum aut fructuum venditiones, ad tempus modicum faciendas, declaramus ullatenus non extendi.

CAP. II.

Episcopus unire potest ecclesiam alteri, vel loco religioso donare, etiam non vocato rectore vel defensore. H. d. Ioann. Andr.

I d e m.

Si una ecclesia alteri ecclesiae¹⁾, seu dignitati alicui vel praeherendae per episcopum, suo consentiente capitulo, uniatur, aut religioso loco donetur: ex eo, quod rector ipsius ad hoc vocatus, vel si vacabat, defensor ei super hoc datus non exstitit²⁾, nequaquam id poterit impugnari. Quodsi episcopus, sui etiam capituli accedente consensu, mensae suae vel ipsi capitulo aliquam duxerit ecclesiam unendam: hoc irritum esse decernimus et inane, contraria quavis consuetudine non obstante.

TITULUS V.

DE RERUM PERMUTATIONE.

CAP. UN.

Collatio de beneficiis, causa permutationis vacantibus, facta aliis quam permutantibus, non tenet. H. d. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Ne concessione iuris utentibus praesertim circa spiritalia illudatur, si qua³⁾ beneficia, ex causa permutationis ab aliquibus resignata, aliis quam ipsis permutare volentibus conferantur: nullius hoc esse volumus firmitatis.

TITULUS VI.

DE TESTAMENTIS ET ULTIMIS VOLUNTATIBUS.

CAP. UN.

Ordinarius loci rationem exigit a religiosis, etiam exemptis, de testamentorum executionibus, quas gesserunt, et, si circa id deliquerint, illos punit.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Religiosis, etiam exemptis, deputatis ad executionem cuiuslibet ultimae voluntatis, circa ipsius executionis officium, (quod utique non possunt, nisi a superiore suo petita super hoc licentia et obtenta, suscipere,) volentes praescindere materiam delinquendi, praesentis constitutionis auctoritate statuimus, quod tales, etiamsi praelationis fungantur officio, locorum ordinaria debita reddere, ipsique ordinarii ab eisdem absque dolo, fraude seu negligentia de susceptae executionis officio teneantur exigere rationem, illos, quos circa id deliquisse repererint, in aliorum exemplum poena debita, quocumque non obstante privilegio, puniuntur.

3) omitt. eaed. — 4) intra: Böhm. — 5) Quem: Clem. Ms. — 6) eandem: eaed. — 7) in hoc: eaed. — 8) omitt. eaed. — 9) ignoravit: eaed.

TIT. IV. Cap. II. 1) abest a Clem. Ms. — 2) exstitit: Böhm.

TIT. V. Cap. un. 1) omitt. Clem. Ms.

TITULUS VII.
DE SEPULTURIS.

CAP. I.

Excommunicati sunt etiam exempti, qui in casibus non permisis defunctos sepeliunt in coemeteriis tempore interdicti, vel qui scienter sepeliunt excommunicatos publice, nominatione interdictos, vel manifestos usurarios. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Eos, qui propriae temeritatis audacia defunctorum corpora, non sine contemptu clavium ecclesiae, in coemeteriis interdicti tempore, in casibus non concessis a iure, vel excommunicatos publice, aut nominatim interdictos, vel usurarios manifestos scienter sepelire praesumunt, decernimus ipso facto excommunicationis sententiae subiicere, a qua nullatenus absolvantur, nisi prius ad arbitrium dioecesei episcopi eis, quibus per praemissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhibuerint competentem, nullo eis circa praemissa exemptionis vel quovis alio privilegio, sub quacunque forma verborum concesso, aliquo modo suffragante.

CAP. II.

Pars, quae titulum respicit, hoc intendit: Praedicatorum et Minorum in locis suis libere sepeliunt illos, qui hoc libere elegerint; de funeralibus tamen, et quibuscumque obventionibus et relictis, etiam de quibus alius debetur canonica, quartum et non ultra solvent ecclesiae parochiali. H. d. Ioann. Andr.

Idem in eodem.

Dudum a Bonifacio Papa VIII. praedecessore nostro infra scripta edita decretali, Benedictus Papa XI. praedecessor noster aliam illius revocatoriam promulgavit, quae quia, ut probavit effectus, nedum pacis ab auctore ipsius speratae fructum non attulit, quin immo discordiae, pro qua sedanda processerat, fomentum non modicum ministravit, nos, eam omnino cassantes, aliam a praefato Bonifacio editam sacro instante et approbante concilio innovamus, subiicientes tenorem illius, qui dignoscitur esse talis:

„Bonifacius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Super cathedram praecminentiae pastoralis divina disponente clementia constituti, etsi multis et arduis, quae in amplum¹⁾ Romanae curiae alveum undique confluunt quasi torrens, praegravemur negotiis, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis distrahamur: circa id tamen ferventibus votis intendimus, vacamus instantius, ac operosae studium sollicitudinis impertimur, ut ad divini nominis gloriam, exaltationem catholicae fidei, et profectum fidelium animarum, (praecisis radicibus dissidiorum vepribus, et litigiorum anfractibus omnino subductis,) inter ecclesiarum antiistites ad curam et regimen gregis dominici deputatos, ceterasque personas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, fervor caritatis exaestet, invalescat concordiae unitas, animorum identitas perseveret. Scimus enim, et ex evidencia facti colligimus, quod non nisi in pacis tempore bene colitur pacis auctor, nec ignoramus, quod dissensiones et scandala pravus actibus aditum praeparant, rancores et odia suscitant, et illicitis moribus aium praebent. Ab olim siquidem inter praelatos et rectores, seu sacerdotes ac clericos parochialium ecclesiarum per diversas mundi provincias constitutos ex una parte, et Praedicatorum et Minorum ordinum fratres ex altera, (pacis aemulo, satore zizaniae procurante,) gravis et periculosa discordia existit suscitata super praedicationibus fidelium populis faciendis, eorum confessionibus audiendis, poenitentibus iniungendis eisdem, et tamulandis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipsorum ecclesias sive loca noscuntur eligere sepulturam. Nos autem, pii patris more laudabili moleste ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactae considerationis examen, ac infra²⁾ pectoris claustra sollicite revolventes, quam sit plena periculis, quam onusta dispendiis, quamque in divinae maiestatis conspectu reddatur exosa discordia supra dicta, et propterea intendentes paternae sollicitudinis studio illam prorsus evellere, ac omnimode submovere, nullis unquam futuris temporibus favente Domino suscitandam, grandi quoque desiderio cupientes, ut huiusmodi negotium, quod potissime insidet cordi nostro, finem salubrem et celerem per apostolicae solertiae studium consequatur, diligenti cum fratribus nostris deliberatione praehabita super eo, ad honorem Dei et³⁾ exaltationem catholicae fidei, quietum statum partium praedictarum, ac salutis animarum fidelium incrementum, de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica statuimus⁴⁾ et ordinamus, ut dictorum ordinum fratres in ecclesiis et locis eorum, ac in plateis communibus libere valeant clero et populo praedicare ac proponere verbum Dei, praeter illa duntaxat excepta, in qua locorum praelati praedicare voluerint, vel coram se facere solenniter praedicari, in qua praedicare cessabunt, praeterquam si aliud de praelatorum ipsorum voluntate processerit ac licentia speciali. In studiis autem generalibus, ubi sermones ad clerum ex more fieri solent diebus illis, quibus praedicari solenniter consuevit, ad funera etiam mortuorum, et in festis specialibus sive peculiaribus eorundem fratrum, possunt iidem fratres et liceat eis libere praedicare, nisi forte illa hora, qua solet ad clerum in praedictis locis Dei verbum proponi, episcopus vel praelatus superior clerum ad se generaliter convocaret, aut ex aliqua ratione vel causa urgente clerum ipsum duceret congregandum. In ecclesiis autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant vel⁵⁾ debeant praedicare, vel proponere verbum Dei, nisi fratres praedicti a parochialibus sacerdotibus invitati fuerint vel vocati, et de ipsorum beneplacito et assensu, seu petita licentia fuerit et obtenta, nisi episcopus vel praelatus superior per eodem fratres praedicari mandaret. Statuimus etiam et ordinamus auctoritate praedicta, ut in singulis civitatibus et dioecesibus, in quibus loca fratrum ipsorum consistere dignoscuntur, vel⁶⁾ in civitatibus et⁷⁾ dioecesebus locis ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur, magistri, priores provinciales praedicatorum aut eorum vicarii et generales, et provinciales ministri et custodes Minorum⁸⁾ ordinum praedictorum, ad praesentiam praelatorum eorundem locorum se conferant per se vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putaverint, humiliter petaturi, ut fratres, qui ad hoc electi fuerint, in eorum civitatibus et dioecesebus confessiones subditorum suorum confiteri sibi volentium audire libere valeant, et huiusmodi confidentibus, (prout secundum Deum expedire cognoverint,) poenitentias imponere salutares, atque eisdem absolutionis beneficium impendere de licentia, gratia et beneplacito eorundem. Ac deinde praefati magistri, priores, provinciales et⁹⁾ ministri ordinum praedictorum eligere studeant personas sufficientes, idoneas, vita probatas, discretas, modestas atque peritas ad tam salubre ministerium et officium exsequendum, quas sic ab ipsis electas repraesentent vel faciant praesentari praelatis, ut de eorum licentia, gratia et beneplacito in civitatibus et dioecesebus eorundem huiusmodi personae sic electae confessiones confiteri sibi volentium audiant, imponant poenitentias salutares, et beneficium absolutionis in posterum¹⁰⁾ impendant, prout superius est expressum, extra civitates et dioeceses, in quibus fuerint deputatae, per quas eas volumus et non per provincias deputari, confessiones nullatenus audiat. Numerus autem personarum, assumendarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet, prout universitas cleri et populi ac multitudo vel paucitas exigit eorundem. Et si iidem praelati petitam licentiam confessionum huiusmodi audiendarum concesserint, illam praefati magistri, ministri et alii cum gratiarum recipiant actione, dictaeque personae sic electae commissum sibi officium exsequantur. Quodsi forte iam dicti praelati quemquam ex dictis¹¹⁾ fratribus, praesentatis eisdem, ad huiusmodi officium nolent habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto vel subtracto loco ipsius similiter eisdem praesentandus praelatis possit et debeat alius subrogari. Si vero iidem praelati praefatis fratribus, ad confessiones, (ut praemittitur,) audiendas electis, huiusmodi exhibere licentiam recusarint: nos exnunc ipsis; ut confessiones¹²⁾ sibi confiteri volentium libere liceatque audire valeant, et eisdem poenitentias imponere salutares, atque eisdem beneficium absolutionis impertiri, gratiose concedimus de plenitudine apostolicae potestatis. Per huiusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personis seu fratribus ipsis, ad id taliter deputatis, potestatem in hoc impendere ampliorem, quam in eo curatis vel parochialibus sacerdotibus est a iure concessa, nisi forsitan eis ecclesiarum praelati uberiores in hac parte gratiam specialiter ducerent faciendam. Huiusmodi quoque statuto et ordinationibus nostris adicimus, ut fratres dictorum ordinum in ecclesiis vel locis suis¹³⁾ ubilibet constitutis liberam, (ut sequitur,) habeant sepulturam, videlicet, quod omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis et ecclesiis memoratis. Verum ne parochiales ecclesiae et ipsarum curati sive rectores, qui ministrare habent ecclesiastica sacramenta, quibus¹⁴⁾ noscitur de iure competere, praedicare seu proponere verbum Dei, et confessiones audire fidelium, debitis et necessariis beneficiis defraudentur, quum operarii mercedis exhibitio debeatur: auctoritate apostolica¹⁵⁾ constituimus et ordinamus eadem, ut dictorum ordinum fratres de obventionibus omnibus tam funeralibus quam quibuscumque¹⁶⁾ et

TIT. VII. Cap. II. 1) omitt. Clem. Ms. — 2) intra: Böh. — 3) abest a Clem. Ms. — 4) constituimus et ord., quod: ead. — 5) nec: ead. — 6) et: ead. — 7) et in: ead. — 8) et ord.: Ed. Rom. oper.

mend. — 9) omitt. Clem. Ms. — 10) in post.: abest ab iisd. — 11) huiusmodi: ead. — 12) confessionem: Böh. — 13) eorum: Clem. Ms. — 14) quibusque: ead. — 15) omitt. ead. — 16) de quib.: ead.

quomodocumque relictis, distinet vel indistincto, ad quoscumque certos vel determinatos usus, de quibus etiam quarta sive canonica portio dari sive exigi non consuevit vel non debet de iure, nec non de datis vel qualitercumque donatis in morte¹⁷⁾ seu mortis articulo in infirmitate donantis vel dantis, de qua decesserit, quomodocumque directe vel indirecte fratribus ipsis vel aliis pro eisdem, quartam partem, (quatu auctoritate apostolica taxamus et etiam limitamus,) parochialibus sacerdotibus et ecclesiarum rectoribus seu curatis largiri integre teneantur, factori et curatori, quod nec alii, nec aliis, a quibus quarta huiusmodi minime deberetur, ad ipsorum fratrum utilitatem vel commodum huiusmodi sibi relicta, aut in eos taliter¹⁸⁾ data vel donata procedant, seu quod in morte vel ab infirmis huiusmodi dandum vel¹⁹⁾ donandum fratribus ipsis existat, in eorumdem dantium vel donantium sanitate sibi dari vel donari procurent. In quibus per ipsos vitandis eorum intendimus conscientias onerare, ut, si, (quod absit,) per fratres ipsos dolo vel fraude quicquam in hac parte agi fortasse contigerit, (praeter id, quod eos propterea dietis sacerdotibus, rectoribus et curatis teneri volumus,) etiam districta ratio in extremi iudicii examine requiratur ab eis. Ultra portionem autem huiusmodi nihil valeant parochiales rectores, curati et praelati exigere supra dicti, neque illis dieti fratres amplius impendere sint adstricti, neque ad id a quocumque possint aliquoties coerceri. Nos etenim, (ut in cunctis aequaliter et pacifice favente Domino procedatur,) universa privilegia, gratias, indulgentias²⁰⁾, verbo seu scripto sub quacumque forma vel expressione seu conceptione verborum a nobis vel praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus cuicumque ordinum praedictorum concessa, nec non consuetudines, conventiones, statuta et pacta, in quantum sunt praemissis vel alicui praemissorum contraria, ea penitus revocamus, vacuumus, cassamus et irritamus, quin immo cassa, vacua et²¹⁾ irrita nunciamus, et decernimus²²⁾ nullius prorsus existere firmitatis. Ceterum universos ecclesiarum²³⁾ praelatos, cuiuscumque praecminentiae, status vel dignitatis existant, ac sacerdotes parochiales et curatos sive rectores praedictos, praesentiam tenore rogamus et hortamur attente, nihilominusque²⁴⁾ eis districte praecipiendo mandamus, quatenus, pro divina et apostolicae sedis reverentia praedictos ordines et professores eorum habentes affectu benevolenti commendatos, fratribus ipsis non se difficiles, graves, duros aut asperos, sed potius favorabiles, propitios ac benignos piaque munificentia liberales se studeant exhibere, sic eos in praedicationis officio et propositionibus verbi Dei, ac in omnibus aliis supra dictis tanquam cooperatores eorum idoneos et laborum suorum participes prompta²⁵⁾ benignitate recipiant²⁶⁾ ac affectuose admittere non omittant, ut proinde illis aeternae beatitudinis praemium augeatur, et animarum salutis incrementa felicia proeurentur. Nec ipsos lateat, quod, si secus ab eis agi fortasse contigerit in hac parte, apostolicae sedis benignitas, quae ordines et professores eisdem ubere favore prosequitur et gerit in visceribus caritatis, contra eos non immerito turbaretur, nec eisdem aequanimiter pati posset, quin super hoc provisionis opportuna remedium adhiberet, ipsosque nihilominus coelestis indignationis principis digna pro meritis rependenda, cuius obsequia fratrum ipsorum sedulitas curiosa prosequitur, minime praeteriret.⁴⁴

TITULUS VIII.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET OBLATIONIBUS.¹⁾

CAP. I.

Ponit quatuor casus, in quibus religiosi, gravantes vel fraudantes ecclesias circa decimas eis debitas, si requisiti per illos, quorum interest, non desistunt infra mensem, vel de usurpatis vel retentis infra duos menses non fecerint emendum, suspensi sunt ab officiis, administrationibus et beneficiis, et talia non habentes sunt excommunicati. Secundus, tertius et quartus casus ibi: Sen qui. Ioana. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Religiosi quicumque, qui novatium aut alias decimas ecclesiis debitas, ad eos ex aliqua causa legitima non spectantes, appropriare sibi²⁾ praesumpserint, aut exquisitis fraudibus³⁾ sive coloribus usurpare, seu, qui de animalibus familiaribus et pastorum suorum, vel aliorum etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscuerint, seu, qui de animalibus, quae in fraudem ecclesiarum in pluribus locis emunt, emptaque tradunt venditoribus vel aliis ab ipsis tenenda,

Cap. II. 17) morte seu: desid. ih. — 18) aliter: Böhm. — 19) dand. vel: omitt. Clem. Ms. — 20) omitt. ead. — 21) abest ab iisd. — 22) non leg. ibid. — 23) et eccl.: ead. — 24) nihilominus districte: ead. — 25) et pr.: ead. — 26) recipere: ead.

TIT. VIII. Cap. I. 1) prim. et obl.: omitt. Clem. Ms. — 2) abest

seu, qui de terris, quas tradunt aliis excolendas, decimam solvi ecclesiis non permiserint aut prohibuerint, nisi post requisitionem, per eos, quorum intererit, super hoc eis⁴⁾ factam, a praemissis destiterint infra⁵⁾ mensem, aut si de iis, quae contra praemissa usurpare⁶⁾ vel retinere praesumpserint, infra duos menses damnificatis ecclesiis emendam non fecerint competentem, sint, et tandem maneat ab officiis, administrationibus et beneficiis suis suspensi, donec destiterint et satisfecerint, ut superiorum est expressum. Quodsi religiosi huiusmodi administrationes vel beneficia non habeant: eo casu, quo alii supra dieti suspensionis, ipsi sententiam excommunicationis incurrant, ante satisfactionem condignam nullatenus absolvendi, privilegiis non obstantibus quibuscumque. Ceterum praemissa extendi nolumus ad animalia, quae per religiosorum ipsorum donatos seu oblatos tenentur, dum tamen illi religiosi eisdem cum effectu donaverint aut obtulerint se et sua.

CAP. II.

Decima beneficiorum alicui concessa sibi debetur secundum taxationem et de moneta currente, nec possunt collectores propter hoc distrahere vel occupare ornamenta divinis officiis deputata. H. d. Ioann. Andr.

Idem in eodem.

Si beneficiorum decima cuiusvis simpliciter concedatur ad tempus: secundum taxationem decimae, in illis partibus, in quibus fiet concessio, consuetam, et ad monetam currentem communiter ipsa decima levare poterit et debet. Nec per collectores levatores sive exactores ipsius decimae, ecclesiarum calices, libros et alia ornamenta, divini officii deputata, ex causa pignoris vel distractionis capi vel recipi volumus, nec distrahi seu quomodolibet occupari.

TITULUS IX.

DE REGULARIBUS ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

CAP. I.

Professi ordinum mendicantium, etiam licite transeuntes ad non mendicantes, licet administrationes habeant, non habent vocem in capitulo, etiamsi alii de capitulo id concedant, nec deinceps consequi possunt administrationes, prioratus vel officia, etiam tanquam vicarii, nec pro se vel aliis animarum curam gerere; et irritum contra factum. Ultimo ponit casum exceptum. Ioana. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Ut professores cuiusvis paupertatis ordinis es libentius in qua vocati sunt vocatione persistere, transeuntesque ad non mendicantium ordinem in eodem conversari quietius studeant, quo in ipsis discordiarum et schismatum productiva ambitio reprimetur: sacro concilio approbante statuimus, mendicantes quoslibet, qui ad non mendicantium ordines etiam auctoritate apostolica transibunt in posterum, quive hactenus transiverunt¹⁾, quamvis nunc prioratus, administrationes vel officia, aut curam animarum vel regimen quocumque obtineant inibi, vocem aut locum in capitulo non habere, etiamsi hoc sibi ab aliis libere concedatur, ad prioratus quoque, administrationes aut quaecumque in aetate non assumi officia, etiam tanquam vicarios seu ministros vel locum²⁾ aliorum tenentes, quodque animarum curam et regimen nec pro se possint, nec pro aliis exercere. Quicquid autem in contrarium attentatum fuerit, sit irritum ipso iure, quovis privilegio non obstante. Ad illorum autem mendicantium ordines, quos apostolica sedes eo modo subsistere voluit, ut eorum professoribus ita in illis³⁾ remanere liceret, quod nullam extunc admitterent ad professionem eorum, quibusque⁴⁾ concessit licentiam generalem ad approbatos alios ordines transeundi, praesentem nolumus constitutionem extendi.

CAP. II.

Pubes, per annum deferens habitum novitiorum, non patenter distinctum ab habitu professorum, intelligitur professus. Ioann. Andr.

Idem 5)

Eos, qui deinceps in discretionis constituti aetate novitiorum habitum in aliqua religione per annum portaverint, hoc ipso religionem illam decernimus esse professos, nisi huiusmodi habitus in colore, scissura vel forma se distinctum patenter exhibeat ab habitu professorum.

ab iisd. — 3) favoribus: ead. — 4) omitt. ead. — 5) intra: Böhm. per tot. — 6) desid. in Clem. Ms.

TIT. IX. Cap. I. 1) transiverint: Clem. Ms. — 2) loca: ead. — 3) ita etiam: Ms. ead. — 4) quibuscumque: ead. Cap. II. 5) add. in eodem: Clem. Ms.

ad monitionem abbatis se faciant ad omnes ordines sacros excusatione cessante legitima promovendi. Rursum, ut ipsis monachis proficiendi in scientia via opportuna non desit, in singulis ipsorum monasteriis, quibus ad hoc suppetunt²⁸⁾ facultates, idoneus teneatur magister, qui eos in primitivis scientiis instruat diligenter. §. 9. Praemissa igitur omnia, et ea nihilominus, quae felicia recordationis Innocentius Papa III.²⁹⁾ praedecessor noster circa statum monachorum ipsorum pro uberiori cultu observantiae regularis quoad usum camisiarum, abdicationem proprietatis, silentium et esum carni, ac de eorum capitulis de triennio in triennium celebrandis, et etiam quoad quaelibet alia statuit, quae omnia innovamus et approbamus, expresse volumus et statuimus firmiter observari.

CAP. II.

Moniales, quae nulli subsunt nisi Papae, et canonici saeculares, per ordinarios, et alii exempti per suos praelatos debent annis singulis visitari. Et ponit numerum personarum, visitationi interesse debentium.
H. d. Ioann. Andr.

Idem in eodem.³⁰⁾

Attendentes, quod, ubi gubernaculum disciplinae contemnitur, reat, ut religio naufragetur, providendum censuimus esse praecipue, ne per contemptum huiusmodi in his, quae se Christo voto celebri desponderunt, quicquam reperiat in congruum, quod in regulari ponat honestatis gloria maculam, et divinam merito possit offendere maiestatem. Hoc igitur sacro approbante concilio duximus statuendum, ut singula monialium monasteria per ordinarios, exempta videlicet, quae ita sedi apostolicae quod nulli alii subiecta noscuntur, apostolica, non exempta vero ordinaria auctoritate, ac exempta alia per alios, quibus subsunt, annis singulis debeant visitari. Visitatores autem huiusmodi sollicitudinis studium diligenter impendant, ut moniales ipsae, (quarum nonnullas dolentes audivimus in subscriptis excedere,) pannis sericis, variorum foderaturis³¹⁾, sandaliis, comatis et cornutis crinibus, scaccatis et virgatis caputiolis non utantur, non choreas, non festa saecularium prosequantur, non die nocturne³²⁾ per vicos et plateas incedant, aut voluptuosam aliam vitam ducant, easque sollertius retrahant ab insolentis quibilibet et mundi huius illecebris, ac inducant easdem ad impendendum in monasteriis suis devotum et debitum virtutum domino famulatum. Ad quae omnia observanda moniales easdem, (non obstantibus exemptionibus et privilegiis quibuscumque, quibus tamen quoad alia nolumus praerudicium generari,) per illos, de quibus supra dictum est, compelli iubemus remediis opportunis. Statuimus insuper, ut quaevis ad regimen abbatiarum assumptae, in monasteriis, in quibus abbatissae sunt solitae benedicti, infra³³⁾ annum a suae confirmationis tempore computandum munus benedictionis suscipiant, alioquin a iure suo, (nisi subsit causa rationabilis,) prorsus se noverint cecidisse, per illos, ad quos id pertinet, provisione de abbatissis monasteriis ipsis canonice facienda. Illas quoque mulieres, quae vulgo dicuntur canonicae³⁴⁾ saeculares, et, ut saeculares canonici, vitam ducunt, non renunciant proprio, nec professionem aliquam facientes, per locorum ordinarios, si exemptae non fuerint, sua, si vero exemptae fuerint, apostolica auctoritate praecipimus visitari, per hoc tamen non intendentes earum statum, regulam seu ordinem approbare. Ipsas autem visitatores notariis duobus, et personis duabus suae ecclesiae, quatuorque viris aliis honestis utique et maturis praecipimus in ea, quam visitando faciunt³⁵⁾, inquisitione fore contentos. Si qui vero visitatores ipsas in praemissis impedire praesumpserint, seu aliquo praemissorum, nisi moniti respiciant, ipso facto excommunicationis sententiam se noverint incursum, privilegiis, statutis et consuetudinibus quibuslibet in contrarium minime valituris.

TITULUS XI.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS, UT EPISCOPO¹⁾
SINT SUBIECTAE.

CAP. I.

Mulieres, statum Beguinarum sectantes, et de novo assumptas, ac religio, in hoc dantes consilium vel favorem, ipso facto sunt excommunicati; status tamen poenitentialis per hoc non interdicitur, secundum Paulum.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quomodo de quibusdam mulieribus, Beguinabus vulgariter nuncupatis, (quae, quomodo nulli promittant obedientiam, nec propriis renun-

cient, neque profiteantur aliquam regulam approbatam, religiosae nequaquam existunt²⁾, quamquam habitum, qui Beguinarum dicitur, deferant, et adhaereant religionis aliquibus, ad quos specialiter trahitur affectio earundem,) nobis fide digna relatione innotuatum existiterit, quod earum aliquae, quasi perductae in mentis insaniam, de summa Trinitate ac divina essentia disputent et praedicent, ac circa fidei articulos et ecclesiastica sacramenta opiniones catholicae fidei contrarias introducunt, et, multos super his decipientes simplices, eos in errores diversos inducant, aliaque quam plura periculum animarum parientia sub quodam velamine sanctitatis faciant et committant: nos, tam ex his quam ex aliis, de ipsarum opinione sinistra frequenter auditis, eas merito suspectas habentes, statum earundem sacro approbante concilio perpetuo duximus prohibendum et a Dei ecclesiae penitus abolendum, eisdem et aliis mulieribus quibuscumque sub poena excommunicationis, quam in contrarium facientes incurere volumus ipso facto, iniungentes expresse, ne statum huiusmodi, dudum forte ab ipsis assumptum, quoquo modo sectentur ulterius, vel ipsam aliquatenus de novo assumant. Praedictis vero religiosis, per quos eadem mulieres in huiusmodi Beguinagii statu foventur, et ad ipsum suscipiendum induci dicuntur, sub simili excommunicationis poena, quam eo ipso, quod secus egerint, se noverint incursum, districtius inhibemus, ne mulieres aliquas, praedictum statum (ut praemittitur) dudum assumptum sectantes, aut ipsum de novo forsitan assumptas quomodocumque admittant, ipsis super eo sectando vel assumendo praebentes ullo modo consilium, auxilium vel favorem, nullo contra praemissa privilegio valituro. Sane per praedicta prohibere nequaquam intendimus, quin, si fuerint fideles aliquae mulieres, quae promissa continentia vel etiam non promissa, honeste in suis conversantibus hospitibus, poenitentiam agere voluerint et virtutum Domino in humilitatis spiritu deservire, hos eisdem liceat, prout Dominus ipsis inspirabit³⁾.

CAP. II.

Ponens constitutionis causam statuit hospitalia reformari per collatores ipsorum, et cogi rectores eorum ad conservationem locorum et suorum iurium, et ad hospitalitatem tenendam, statuens per locorum ordinarios suppleri defectum vel negligentiam collatorum, etiam circa exempta.
Ioann. Andr. — §. 1. Praecipit, hospitalia in beneficium non concedi, nisi in duobus casibus, et reprobatur contrarium consuetudinem, submittens, quales esse debeant, quibus administratio ipsi committitur, et de ipsorum iuramento, inventario et ratione reddenda, et decretum apponit. Ioann. Andr. — §. 2. Declarat, constitutionem non extendi ad hospitalia religiosorum et militarium ordinum. H. d. — §. 3. Conservat antiquas consuetudines talium locorum circa divina officia et sacramenta. Ioann. Andr.

Idem.

Quia contingit interdum, quod xenodochiorum, leprosariarum, eleemosyniarum seu hospitalium rectores, locorum ipsorum cura postposita, bona, res et iura ipsorum interdum ab occupatorum et usurpatorum manibus excutere negligunt, quin immo ea collabi et deperdi, domos et aedificia ruinis deformari permittunt, et, non attento, quod loca ipsa ad hoc⁴⁾ fundata et fidelium erogationibus dotata fuerunt, ut pauperes infectique⁵⁾ lepra reciperent inibi et ex proventibus sustentarentur illorum, id renuunt inhumaniter facere, proventus eisdem in usus suos damnabiliter convertentes, quomodo tamen ea, quae ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad⁶⁾ alium, (salva quidem sedis apostolicae auctoritate,) converti: nos, incuriam et abusum huiusmodi detestantes, hoc sacro concilio approbante sancimus, ut hi, ad quos id de iure vel statuto in ipsorum fundatione locorum appositum, aut ex consuetudine praescripta legitime, vel privilegio sedis apostolicae pertinet, loca ipsa studeant in praedictis omnibus salubriter reformare⁷⁾, ac occupata, deperdita et alienata indebite in statum reduci debitum faciant, et ad ipsarum miserabilium personarum receptionem et sustentationem debitam iuxta facultates et proventus locorum ipsorum rectores praedictos compellere non omittant. In quo si forte commiserint negligentiam vel defectum, ordinariis locorum iniungimus, ut, etiamsi pia loca praedicta exemptionis privilegio munita consistant, per se ipsos vel alios impleant omnia praemissa et singula, et rectores eisdem utique non exemptos propria, exemptos vero et alios privilegiatos apostolica ad id auctoritate compellant, contradictores, cuiuscumque status aut conditionis existant, ac praebentes eisdem circa praemissa consilium, auxilium vel favorem, per censuram ecclesiasticam et aliis iuris remediis compescendo, nullum tamen per hoc exemptionibus seu privilegiis⁸⁾ ipsis quoad alia praerudicium generando.

²⁸⁾ suppetent: caed. — ²⁹⁾ abest ab iisd. — *IV.*: Ed. Rom. et Böhm. op. mend. — cf. c. 6. T. X. h. t. III. 35.

Cap. II. ³⁰⁾ in cod.: desid. in Clem. Ms. — ³¹⁾ foraturis: caed. — ³²⁾ et noctu: caed. — ³³⁾ intra: Böhm. — ³⁴⁾ omitt. Clem. Ms. — ³⁵⁾ faciant, Böhm.

TIT. XI. Cap. I. 1) episcopis: Clem. Ms. — 2) existant: caed. — 3) ministrabit: caed.

Cap. II. 4) haec: Clem. Ms. — 5) infecti: caed. — 6) omitt. caed. — 7) informare: Böhm. — 8) privilegiatis: Clem. Ms.

§. 1. Ut autem praemissa promptius observentur, nullus ex locis ipsis saecularibus clericis in beneficium conferatur, etiamsi de consuetudine, (quam reprobamus penitus,) hoc fuerit observatum, nisi in illorum fundatione secus constitutum fuerit, seu per electionem sit de rectore locis huiusmodi providendum. Sed eorum gubernatio viris providis, idoneis et boni testimonii committatur, qui scient, velint et valeant loca ipsa, bona eorum ac iura utiliter regere, et eorum proventus et redditus in personarum usum miserabilium fideliter dispensare, et quos in usus alios bona praedicta convertere praesumptio verisimilis non existat²⁾, in quibus sub obstatione divini iudicii illorum, ad quos dictorum locorum commissio pertinet, conscientias oneramus. Illi etiam, quibus dictorum locorum gubernatio seu administratio committetur, ad inastatutorum et curatorum iuramentum praestare, ac de locorum ipsorum bonis inventaria conficere, et ordinariis seu aliis, quibus subsunt loca huiusmodi, vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua teneantur reddere rationem. Quodsi secus a quocumque fuerit attentatum, collationem, provisionem seu ordinationem ipsam carere decernimus omni robore firmitatis. §. 2. Praemissa vero ad hospitalia militarium ordinum aut religiosorum etiam aliorum extendi minime volumus, quorum tamen hospitalium rectoribus in sanctae obedientiae virtute mandamus, ut in illis secundum suorum ordinum instituta et antiquas observantias providere pauperibus, et hospitalitatem debitam in illis tenere procurent, ad quod per superiores eorum arcta districtione cogantur, statutis aut consuetudinibus quibuslibet non obstantibus in praemissis. §. 3. Ceterum nostrae intentionis existit, quod, si qua sint hospitalia, altare vel altaria et coemeterium ab antiquo habentia, et presbyteros celebrantes et sacramenta ecclesiastica pauperibus ministrantes, seu si parochiales rectores consueverint in illis exercere praemissa, antiqua consuetudo servetur quoad exercenda et ministranda spiritualia supra dicta.

TITULUS XII.

DE IURE PATRONATUS.

CAP. I.

Si praesentatis ad ecclesias per patronos ecclesiasticos, in quibus ipsi non conserverunt omnia onera supportare, non assignetur intra terminum competentem congrua portio: dioecesanus eam assignare debet; quod locum non habet, quando onera sunt per patronos supportanda.
H. d. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Ut constitutio¹⁾, quae ad ecclesiam aliquam quemvis etiam ad emptoriam praesentationem admitti, consuetudine non obstante contraria prohibet, nisi praesentato de proventibus eiusdem ecclesiae talis coram dioecesano portio fuerit assignata, unde iura possit episcopalia solvere, et sustentationem habere congruam, sicut expedit, observetur, ipsam declarare ac²⁾ quaedam adicere consulta huiusmodi sacri concilii approbatione providimus, dioecesanis sub obstatione divini iudicii districtius inhibentes, ne praesentatum aliquem per quancumque personam ecclesiasticam, iam praesentandi ad ecclesiam aliquam habentem, admittant, nisi intra certum terminum competentem, per dioecesanos³⁾ ipsos praesentantibus praefigendum, ipsi praesentato fuerit coram eis, ut praescribitur, congrua de proventibus ecclesiae portio assignata. Quam si forsitan iidem praesentantes intra terminum ipsum assignare neglexerint, ne factum eorum noceat praesentato, statuimus, ut extunc dioecesani debeant praesentatum, (nisi aliud canonicum obsistat,) admittere, et in poenam praesentantium ad dioecesanos ipsos potestas assignationis huiusmodi devolvatur. Praecipimus autem dioecesanis eidem sub ipsius obstatione divini iudicii, ipsorumque conscientias oneramus, quod moderationem portionis ipsius debite faciant, nec odio vel favore vel alias in pluri vel minori circa illam scienter excedant. Sane in prioratum vel⁴⁾ aliorum tam regularium quam saecularium locorum ecclesiis, in quibus religiosi vel alii, ad quos eorum redditus pertinere noscuntur, praedicta consueverunt onera supportare, praemissa nullatenus observentur, sed onera omnia, quae ecclesiarum ipsarum perpetuis presbyteris aut vicariis incumbunt, si dicta eis assignatio facta esset, religiosi et alii supra dicti plene subire, ac presbyteros seu vicarios ipsos decenter tractare, nec non sustentationem eis praestare sufficientem et congruam teneantur. Ad quae omnia integraliter adimplenda, et nihilominus ad observationem debitam assignationis per

dioecesanum in casu alio (ut praemittitur) faciendae, religiosos praedictos et alios quoslibet a dioecesanis eidem ecclesiastica volumus censura compelli, non obstantibus exemptionibus aut aliis quibuslibet privilegiis, consuetudinibus vel statutis, quae circa praemissa vel eorum aliquid religiosi ipsis aut aliis in nullo volumus suffragari.

CAP. II.

In plures heredes unius ex pluribus patronis transit ius patronatus per stirpes. H. d. Ioann. Andr.

I d e m.

Plures ab uno ex patronis ecclesiae relictis heredes vocem duntaxat unius habent in praesentatione rectoris. Et, ut facilius provideatur ecclesiis, non inconveniens reputamus, patronos ipsos inter se posse libere convenire de rectore ab eis alternis vicibus praesentando; quibus etiam ex eadem causa permittimus, ut plures ad vacantem ecclesiam possint eo modo praesentare personas, quod una ex eis eligi per episcopum valeat et admitti.

TITULUS XIII.

DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, ET PROCURATIONIBUS.

CAP. I.

Religiosi subire tenentur onera, quae incumbant ecclesiis, per eos ante hoc concilium acquisitis, nisi privilegio, exemptione vel alia iusta causa iuventur; quae privilegia vel exemptiones non iuvant in ecclesiis post concilium acquirendis. H. d. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quum sit naturae consonum, illos non recusare onera, qui rerum commodo complectuntur: hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, ut religiosi quicumque pro monasteriis et ecclesiis, quae ad eos quocumque sunt¹⁾ titulo devoluta, procuraciones legatorum sedis apostolicae, ac iura episcopalia et alia praestari pro ipsis, antequam ad eos pervenissent, solita, prompte solvere studeant, nisi forsitan sedis apostolicae privilegio, exemptione vel alia causa legitima ab his se valeant excusare. Privilegia vero seu exemptiones huiusmodi ad monasteria seu ecclesias, quae ad eos obvenire continget in posterum; volumus non extendi.

CAP. II.

Ponit quaedam gravamina, quae praelati inferebant exemptis, praecipue Cisterciensibus, et illa fieri prohibet, statuens, quod episcopi, qui in monasteriis Cisterciensis ordinis caritative procurantur, sint contenti cibariis, quae per illos sibi ministrantur. Si vero procurantur ex debito, ipsis volentibus carnes ministrari debent extra septa monasterii, vel subtem extra portam, quae dicitur regularis. Ipsorum etiam elemosynarum fragmenta mensarum possunt pauperibus erogare. H. d. Ioann. Andr.

*I d e m.*²⁾

Ad nostrum, quod dolentes referimus, pervenit auditum, quod ecclesiarum praelati, ad monasteria Cisterciensis ordinis accedentes, licet ab eis caritative recipiantur, et eis curialiter necessaria ministrantur, cibis tamen regularibus non contenti contra privilegia dicti ordinis carnes petunt, et, si eis non ministrentur, auferunt violenter, et licet in locis eidem fiant elemosynae competentes, ipsi tamen praelati ipsis religiosi invititis alias elemosynas faciunt, etiam in aliquibus locis, in quibus procuraciones non habent de consuetudine vel de iure. Pro equitatis quoque ferrandis, licet ferris non egeant³⁾, et coci eorum sui officii ratione pecuniam exigunt et extorquent, nec compositiones, super procuracionibus inter praelatos ipsos et eos initas, eis servant, quod, ipsis in recipiendis procuracionibus ita graves existunt, quod, ipsi in eorum monasteriis et ecclesiis procuraciones recipientibus, longi temporis victum brevis hora consumit, et, dum procuraciones recipiunt, canes venaticos, falcones et accipitres secum habent, et nisi voluntati satisfiat eorum, valvae monasteriorum seu ecclesiarum per violentiam saepe franguntur, et ornamenta ecclesiae exportantur, pluresque procuraciones recipiant una die sedis apostolicae privilegio non suffulti, interdum in pecunia numerata, visitationis etiam officio non impenso, et occasione dictarum procuracionum iidem praelati ab ipsis frequenter exigunt quae illis solvere non tenentur, intolerabilia eidem gravamina cumulantes.

Cap. II. 9) exstat: caed.
TIT. XII. Cap. I. 1) cf. c. 1. de praeb. in Vito III. 4. — 2) add.: eidem: Clem. Ms. — 3) dioecesanum ipsis: caed. — 4) et: caed.

TIT. XIII. Cap. I. 1) sint: Clem. Ms., Böhm.
Cap. II. 2) add.: in eodem: Clem. Ms. — 3) eg. equi eorum sui off. caed.

Sunt et nonnulli, qui procuraciones nunciorum apostolicae sedis aliaque extraordinaria onera exemptis et aliis religiosis pro maiori parte imponunt, ut se ac presbyteros liberent saeculares, religiosos ad ordinandum huiusmodi onerum distributionem⁴⁾ minime assumentes. In multis etiam⁵⁾ aliis praefati praelati exempta monasteria et ipsorum ecclesias utroque illis iure subiectas gravant in procuracionibus recipiendis et oneribus insolitis imponendis. Nos igitur, super his volentes de opportuno remedio providere, sacri approbatione concilii duximus statuendum, ut, si episcopi non causa visitationis, sed caritativae hospitalitatis ad monasteria venerint supra dicta, victualia gratiose recipiant, quae caritatis gratia eis fuerint ministrata. Ipsis autem episcopis ad monasteria venientibus supra dicta, et procuraciones ibidem recipientibus, sibi debitas de iure communi, consuetudine, privilegio⁶⁾ vel iure alio speciali, in domibus ipsorum monasteriorum, extra tamen septa ipsorum existentibus, si quae fuerint ad hoc aptae, alioquin intra septa ipsa, non tamen intra portam, quam regularem appellant, carnum pro congruentia temporis, si voluerint, (privilegio non obstante quocunque,) cibaria ministrentur. Nec inconveniens reputamus, si fragmenta, quae de mensis ipsorum episcoporum et suorum familiarium colliguntur, per ipsorum episcoporum elemosynarios ibidem pauperibus erogentur. Ab aliis autem gravaminibus expressis superiorum praelati diligenter abstineant, si Dei et apostolicae sedis indignationem voluerint evitare.

CAP. III.

Dioecesani, quibus hoc constat, illos, qui exigendo a clericis pedagiam vel guidagiam excommunicati sunt vel interdicti, publicare debent.
Ioann. Andr.

Idem in eodem.

Præsenti constitutione iubemus, ut locorum dioecesani contra eos, qui ab ecclesiis vel personis ecclesiasticis pro earum rebus propriis, quas non negotiandi causa deferunt, aut deferri faciunt vel transmittunt, pedagiam vel guidagiam suo vel alieno nomine exigunt vel extorquent in animarum suarum periculum, et eorum, a quibus ea exigunt, praedictum et gravamen, excommunicationis et interdicti sententias a iure prolatas, postquam de his ipsis constat, omnino publicent, vel a suis subditis tamdiu faciant publicari, donec illi sic exacta restituerint, et de transgressione huiusmodi satisfecerint competenter.

TITULUS XIV.

DE CELEBRATIONE MISSARUM, ET ALIIS DIVINIS OFFICIIS.

CAP. I.

Praelati, ad quos spectat correctio, et, illis negligentibus, superiores ipsorum debent esse solliciti, ut horis debitis in cathedralibus, regularibus et collegiatis ecclesiis aliis horae canonicae devote psallantur, et, quod in ecclesiis aliis celebratur convenienter et debite diurnum officium et nocturnum, principaliter hoc intendit. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Gravi nimirum turbatione movemur, quod ex nonnullorum rectorum negligentia, quae, dum spem impunitatis permittit, multam nutrire pestilentiam consuevit in subditis, plerique ecclesiarum ministri, modestia ordinis clericalis abiecta, dum offerre Deo sacrificium laudis, fructum laborum suorum, in puritate conscientiae et animi devotione deberent, horas canonicas dicere seu psallere transcurrendo, syncopando, extranea quidem et plerumque vana, profana et inhonesta intermiscendo colloquia, tarde ad chorum conveniendo, seu ecclesiam ipsam absque rationabili causa ante finem officii exeundo frequenter, aves interdum portando, seu faciendo portari, canesque secum ducendo venaticos, ac, quasi nihil praetendentes de clericali militia, in corona, vestibus et tonsura divina etiam celebrare aut eis interesse nimis indevote praesumunt. Nonnulli etiam tam clerici quam laici, praesertim in festorum certorum vigiliis, dum in ecclesiis deberent orationi insistere, non veniunt in ipsis earumque coemeteriis choreas facere dissolutas, et interdum canere cantilenas, ac multas insolentias perpetrare, ex quibus ecclesiarum et coemeteriorum violationes, inhonesta, variaque¹⁾ delicta quandoque sequuntur, et ecclesiasticum plerumque perturbatur officium in divinae maiestatis offensam et adstantium scandalum populorum. In multis insuper ecclesiis cum vasis,

vestimentis et ceteris ornamentis ad divinum cultum necessariis, indecentibus utique, pensatis earum facultatibus, deservitur. Ne igitur transgressiones invalescant huiusmodi, aliisque veniant in exemplum: sacri concilii approbatione hoc fieri prohibentes, sancimus, ut illi, ad quos id pertinet, et in eorum, si utique exempti non sint, negligentiam vel defectum, locorum ordinarii, si vero exempti fuerint aut alias²⁾ circa hoc privilegiati, superiores ipsorum, omni negligentia vel incuria penitus relegata, circa reformanda praemissa et eorum singula corrigenda, nec non ut in cathedralibus, regularibus et collegiatis ecclesiis horis debitis devote psallatur, in aliis vero convenienter et debite celebretur divinum diurnum et nocturnum officium, si Dei et apostolicae sedis indignationem evitare voluerint, sollicitam curent diligentiam adhibere, contradictores per censuram ecclesiasticam, (dummodo ad eos illam exercere pertineat,) aliisque opportunis remediis compescendo, facientes, prout ad eos spectat in his et aliis³⁾, quae ad divinum cultum et morum reformationem pertinent, ac ecclesiarum et coemeteriorum respiciunt honestatem, sacrorum statuta canonum, ad quae scienda diligens curent adhibere studium, irrefragabiliter observari.

CAP. II.

Clerici etiam religiosi, domestici commensales cardinalium vel episcoporum, se possunt in divinis officiis coaptare. II. d. Ioann. Andr.

Idem in eodem.

Dignum prorsus et congruum arbitantes, quod clerici tam religiosi quam alii cardinalium sacrosanctae Romanae ecclesiae ac quorumcunque pontificum gratiam et communionem apostolicae sedis habentium commensales domestici, se possint ipsis in divinis officiis coaptare, ut illud, quod iidem cardinales seu pontifices dicent officium, licite dicere valeant, nec ad dicendum aliquid aliud teneantur, sacri approbatione concilii indulgentus.

TITULUS XV.

DE BAPTISMO ET EIUS EFFECTU.

CAP. UN.

In fontibus ecclesiarum, non in privatis domibus, debet baptisma concedi; duos casus excipit, et transgressores puniri praecipit.
Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Præsenti prohibemus edicto, ne quia de cetero in aulis vel cameris aut aliis privatis domibus, sed duntaxat in ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos, (nisi regum vel principum, quibus valeat in hoc casu deferri, liberi extiterint, aut talis necessitas emeruerit, propter quam nequeat ad ecclesiam absque periculo propter hoc accessus haberi,) audeat baptizare. Qui autem secus praesumpserit, aut suam in hoc praesentiam exhibuerit, taliter per episcopum suum castigetur, quod alii attentare similia non praesumant.

TITULUS XVI.

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE SANCTORUM.

CAP. UN.

Festum corporis Christi celebrari debet feria quinta post octavam Pentecostes, et certae indulgentiae conceduntur eis, qui in festo vel intra octavam officio vel horis intererunt. H. d. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Si Dominum in sanctis eius laudare iubemur, dignum profecto, iustum et salutare nobis existit, ut sibi in sui, quo nos quotidie spiritualiter reficit, memoriam corporis laudes festivae venerationis, et gratias referamus. Hac igitur consideratione inducti constitutionem, a bonae memoriae Urbano Papa IV. praedecessore nostro super hoc editam de fratrum nostrorum consilio districte praecipimus observari, cuius tenor sequitur in haec verba.

„Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis etc.“

Cap. II. 4) distributiones: ead. — 5) desid. ib. — 6) vel priv.: ead.

TIT. XIV. Cap. I. 1) variu al. variaque: Clem. Ms. — 2) ulter: ead. — 3) in al.: ead.

Transiturus de hoc¹⁾ mundo ad Patrem Salvator noster, Dominus Iesus Christus, quum tempus suae passionis instaret, sumpta coena in memoriam mortis suae instituit summum et magnificentum sui corporis et sanguinis sacramentum, corpus in cibum, et sanguinem in poculum tribuendo. Nam, quoties hunc panem manducamus et calicem bibimus, mortem Domini annunciamus. In institutione quidem huius²⁾ sacramenti dixit ipse Apostolis³⁾: „hoc facite in meam commemorationem,“ ut praecipuum et insigne memoriale sui amoris eximii, quo nos dilexit, esset nobis hoc praecelsum et venerabile sacramentum. Memoriale, inquam, mirabile ac stupendum, delectabile, suave, tutissimum, ac super omnia pretiosum, in quo innovata sunt signa et mirabilia immutata, in quo habetur omne delectamentum, et omnis saporis suavitas, ipsaque dulcedo Domini degustatur, in quo utique vitae suffragium consequimur et salutis. Hoc est memoriale dulcissimum, memoriale sacratissimum, memoriale⁴⁾ salvificum, in quo gratam redemptionis nostrae recensemus memoriam, in quo a malo retrahimur et in bono confortamur, et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementa, in quo profecto proficimus ipsius corporali praesentia Salvatoris. Alia namque, quorum memoriam agimus, spiritu menteque complectimur, sed non propter hoc reale eorum praesentiam obtinemus. In hac vero sacramentali Christi commemoratione Iesus Christus praesens sub alia quidem forma, in propria vero substantia est nobiscum. Adscensus enim in coelum dixit Apostolis et eorum sequacibus⁵⁾: „Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi,“ benigna ipsos promissione confortans, quod remaneret et esset cum eis etiam praesentia corporali. O digna et nunquam intermittenda memoria, in qua mortem nostram recolimus mortuam, nostrumque interitum interuisse, ac lignum vivificum ligno crucis affixum fructum nobis attulisse salutis! Haec est commemoratio gloriosa, quae fidelium animos replet gaudio salutari, et cum infusione laetitiae devotionis lacrimas subministrat. Exultamus nimirum nostram memorando liberationem, et recolendo passionem dominicam, per quam liberati sumus, vix lacrimas continemus. In hac itaque sacratissima commemoratione adsunt nobis suavitas⁶⁾ gaudium simul et lacrimae, quia et⁷⁾ in ea congaudemus⁸⁾ lacrimantes, et lacrimamur devote gaudentes, laetas habendo lacrimas, et laetitiam lacrimantem. Nam et cor, ingenti perfusum gaudio, dulces per oculos stillat guttas. O divini amoris immensitas, divinae pietatis superabundantia, divinae affluentiae largitatis! Dedit enim nobis Dominus omnia, quae subiecit sub pedibus nostris, et super universas terrae creaturas contulit nobis domini principatum. Ex⁹⁾ ministris etiam spirituum superiorum nobilitat et sublimat hominis dignitatem. Administratores¹⁰⁾ namque sunt omnes in ministerium, propter eos, qui hereditatem salutis capiunt, destinati. Et quum tam copiosa fuerit erga nos eius munificentia, volens adhuc ipse in nobis suam exuberantem caritatem praecipua liberalitate monstrare, semet ipsum nobis exhibuit, et transcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens¹¹⁾, attribuit se in cibum. O singularis et admiranda liberalitas, ubi donator venit in donum, et datum est idem penitus cum datore! Quam larga et prodiga largitas, quum tribuit quis se ipsum! Dedit igitur nobis se in pabulum, ut, quia per mortem homo corrueret, et per cibum ipse relevaretur ad vitam. Cecidit homo per cibum ligni mortiferum, relevatus est homo per cibum ligni vitalis. In illo pendit esca mortis; in isto pendit vitae alimentum. Illius esus meruit laesionem; istius gustus intulit sanitatem. Gustus sauciavit, et gustus sanavit. Vide, quia, unde vulnus est ortum, prodiit et medela, et, unde mors subiit, exinde vita evenit. De illo siquidem gustu dicitur¹²⁾: „Quaecunq; die comederis, morte morieris,“ de isto vero legitur¹³⁾: „si quis comederit ex hoc pane, vivet in aeternum.“ Hic est cibus, qui plene reficit, vere nutrit summeque impinguat, non corpus, sed cor, non carnem, sed animam, non ventrem, sed mentem. Homini ergo, qui spirituali alimonia indigebat, Salvator ipse misericors de nobiliori et potentiori huius mundi alimento pro animae refectioe pia dispositione providit. Decens quoque liberalitas existit, et conveniens operatio pietatis, ut verbum Dei aeternum, quod rationalis creaturae cibus est et refectio, factum caro, se rationali creaturae carni et corpori, homini videlicet¹⁴⁾, in edulum largiretur. Panem enim angelorum manducavit homo, et ideo Salvator ait¹⁵⁾: „Caro mea vere est cibus.“ Hic panis sumitur, sed vere non consumitur, manducatur, sed non transmutatur, quia in edentem miime transformatur, sed, si digne recipitur, sibi recipiens conformatur. O excellentissimum sacramentum! O adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, prae-

cipuis magnificandum laudibus, dignis praeconiis exaltandum, cunctis honorandum studiis, devotis prosequendum obsequiis et sinceris mentibus retinendum! O memoriale nobilissimum intimis commendandum praecordiis, firmiter animo alligandum, diligenter reservandum in cordis utero et meditatione, ac celebratione sedula recensendum! Huius memorialis continuam debemus celebrare memoriam, ut illius, cuius ipsum fore memoriale cognoscimus, semper memores existamus, quia, cuius donum vel munus frequentius adspicitur, huius memoria strictius retinetur. Licet igitur hoc memoriale sacramentum in quotidianis missarum solenniis frequentetur: conveniens tamen arbitramur et dignum, ut de ipso semel saltem in anno ad confundendam specialiter haereticorum perfidiam et insaniam memoria solennior et celebrior habeatur. In die namque coenae Domini, quo die ipse¹⁶⁾ Christus hoc instituit sacramentum, universalis ecclesia pro poenitentium reconciliatione, sacri confectione chrismatis, adimpletione mandati, circa lotionem pedum et aliis plurimum¹⁷⁾ occupata, plene vacare non potest celebrationi huius maximi sacramenti. Hoc enim icia sanctos, quos per anni circulum veneramus, ipsa observat ecclesia, ut, (quamvis in letaniis et missis¹⁸⁾ ac aliis etiam ipsorum memoriam saepius renovemus,) nihilominus tamen ipsorum natalitia certis diebus per annum solennius recolat, festa propter hoc eisdem diebus specialia celebrando. Et quia in his festis circa solennitatem debitum aliquid per negligentiam, aut rei familiaris occupationem, aut alias ex humana fragilitate omittitur: statuit ipsa mater ecclesia certam diem, in qua generaliter omnium sanctorum commemoratio fieret, ut in hac ipsorum celebratione communi quicquid in propriis ipsorum festivitatibus omisum existeret solveretur. Potissime igitur exsequendum est erga hoc vivificum sacramentum corporis et sanguinis Iesu Christi, qui est sanctorum omnium gloria et corona, ut festivitate ac celebritate praefulgeat speciali, quatenus in eo quod in aliis missarum officis circa solennitatem est forsitan praetermissum devota diligentia suppletur, et fideles, festivitate ipsa instante, intra se praeterita memorantes, id, quod in ipsis missarum solenniis, saecularibus forsitan agendis impliciti, aut alias ex negligentia vel fragilitate humana minus plene gesserunt, tunc attente in humilitate spiritus et animi puritate restaurent. Intelleximus autem olim, dum in minori essemus officio constituti, quod fuerat quibusdam catholicis divinitus revelatum, festum huiusmodi generaliter in ecclesia celebrandum. Nos itaque ad corroborationem et exaltationem catholicae fidei, digne ac rationabiliter duximus statuendum, ut de tanto sacramento praeter quotidianam memoriam, quam de ipso facit ecclesia, solennior¹⁹⁾ et specialior annuatim memoria celebraretur, certum ad hoc designantes et describentes diem, videlicet feriam quintam proximam post octavam Pentecostes, ut in ipsa quinta feria devotae turbae fidelium propter hoc ad ecclesias affectuosae concurrant, et tam clerici quam populi gaudentes in cantica laudum surgant. Tunc enim omnium corda et vota, ora et labia hymnos persolvant laetitiae salutaris. Tunc psallat fides, spes tripudiet, exulset caritas, devotio plaudat, iubilet chorus, puritas iucundetur. Tunc singuli alacri animo pronaque voluntate conveniant, sua studia laudabiliter exsequendo, tanti festi solennia celebrantes. Et utinam ad Christi servitium sic eius fideles ardor inflammet, ut per haec et alia proficentibus ipsis meritorum cumulis apud eum, qui sese dedit pro eis in pretium, tribuitque se ipsis in pabulum, tandem post huius vitae decursum eis se in praemium largiatur. Ideoque universitatem vestram monemus et hortamur in Domino, et per apostolica scripta in virtute sanctae²⁰⁾ obedientiae districtae praecipiendo mandamus, in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus tam excelsum et tam gloriosum festum praedicta quinta feria singulis annis devote ac solenniter celebretis, et faciatis studiose per universas ecclesias civitatum vestrarum et dioecesium celebrari, subditos vestros in dominica, dictam quintam feriam proxime praecedente, salutaribus monitis sollicite per vos et per alios exhortantes, ut per veram et puram confessionem, eleemosynarum largitionem, attentas et sedulas orationes, et alia devotionis et pietatis opera taliter se student praeparare, quod huius pretiosissimi sacramenti mereantur fieri participes illa die, possintque ipsum suscipere reverenter, ac eius virtute augmentum consequi gratiarum. Nos enim, Christi fideles ad colendum tantum festum et celebrandum donis volentes spiritualibus animare, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui matutinali officio festi eiusdem in ecclesia, in qua idem celebrabitur, interfuerint, centum, qui vero missae, totidem, qui autem in primis ipsius festi vespere interfuerint, similiter centum, qui vero in secundis, totidem, illis vero, qui primae, tertiae et²¹⁾

TIT. XVI. Cap. un. 1) omitt. Clem. Ms. — 2) *huiusmodi*: ead. — 3) *luc. XXII. 19.* — 4) *et mem.*: Clem. Ms. — 5) *Matth. XXVIII. 20.* — 6) *suavitas*: Clem. Ms. — 7) omitt. ead. — 8) *gaudemus*: ead. — 9) *et ex*: ead. — 10) *administratores*: ead. — 11) *extendens*: ead. —

12) *Gen. II. 17.* — 13) *Ioa. VI. 52.* — 14) *etiam*: Clem. Ms. — 15) *Ioa. VI. 56.* — 16) *in quo ipse*: Clem. Ms. — 17) *quamplurimum*: Böhm. — 18) *in miss.*: Clem. Ms. — 19) *et sol.*: Böhm. — 20) omitt. Clem. Ms. — 21) *desid. ap.* Böhm.

sextae, nonae ac completorii officii interfuerint, pro qualibet horarum ipsarum quadraginta, illis autem, qui per octavas illius festi matutinalibus, vespertinis, missae ac praedictarum horarum officii interfuerint, centum dies singulis octavarum ipsarum diebus, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Apostolorum eius²²⁾ Petri et Pauli auctoritate confisi, de iniunctis sibi poenitentis relaxamus.

TITULUS XVII.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM.¹⁾

CAP. UN.

Revocat et pro infectis vult haberi decretalem Clericis eod. tit. l. VI. cum suis declarationibus. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quoniam ex constitutione Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri, quae incipit²⁾ „Clericis laicos,“ et ex declaratione seu de-

clarationibus ex illa postmodum subsecutis nonnulla scandala, magna pericula et incommoda gravia sunt secuta, et ampliora sequi, nisi celeri remedio succurratur, praesumitur verisimiliter in futurum: nos de consilio fratrum nostrorum constitutionem, et declarationem seu declarationes praedictas, et quicquid ex eis secutum³⁾ est vel ob eas, penitus revocamus, et eas haberi volumus pro infectis, volentes et firmiter statuentes, illud contra quoscunque laicos, exigentes seu extorquentes ab ecclesiis ecclesiasticis personis tallias seu collectas aut exactiones quascunque, et contra dantes ad id faciendum consilium, auxilium vel favorem, nec non et circa praestandas subventiones laicis ab ecclesiarum praelatis et aliis viris ecclesiasticis, inviolabiliter observari, quod super his a praedecessoribus nostris in Lateranensi et generali conciliis, quae nos sub obstatione divini iudicii praecipimus observari districte, salubriter est provisum.

FINIS LIBRI TERTII

LIBER QUARTUS.

TITULUS UNICUS.

DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE.

CAP. UN.

Scienter contrahens matrimonium in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito vel cum moniali, excommunicatus est ipso iure, et publicari debet et vitari. Idem professus et professa, vel constituto in sacris. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Eos, qui, divino timore postposito, in suarum periculum animarum scienter in gradibus consanguinitatis et¹⁾ affinitatis constitu-

tione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, nec non religiosos et²⁾ moniales ac clericos in sacris ordinibus constitutos, matrimonia contrahentes, refrenare metu poenae ab huiusmodi temeritatis audacia cupientes, ipsos excommunicationis sententiae ipso facto decernimus subiacere, praecipientes ecclesiarum praelatis, ut illos, quos eis constititerit taliter contraxisse, excommunicatos publice tandiu nuncient, seu a suis subditis faciant nunciari, donec, suum humiliter recognoscentes errorem, separentur abinvicem et absolutiois obtinere beneficium mereantur. Per praedicta quoque iuribus, quae sic contrahentibus alias poenas imponunt, in nullo volumus derogari.

FINIS LIBRI QUARTI

LIBER QUINTUS.

TITULUS I.

DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID EXIGATUR PRO LICENTIA DOCENDI.

CAP. I.

In studiis Romanae curiae, Parisiensis, Oxoniensi, Bononiensi et Salamantino, debent esse magistri catholici, scholas regentes in linguis Hebraica, Arabica et Chaldaea, duo scilicet pro qualibet lingua. Et statuitur, per quos eis deat de stipendiis et sumptibus provideri.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Inter sollicitudines nostris humeris incumbentes perpeti cura revolvimus, ut errantes in viam veritatis inducere, ipsosque lucrifacere Deo sua nobis cooperante gratia valeamus, hoc est, quod profecto¹⁾ desideranter exquirimus, ad id nostrae mentis sedulo destinamus affectum, ac circa illud diligenti studio et studiosa diligentia¹⁾ vigilamus. Non ambigimus autem, quin ad huiusmodi nostrum desiderium assequendum divinatorum eloquiorum sit expositio congrua, ipsorumque²⁾ fidelis praedicatio admodum opportuna. Sed nec ignoramus, quin et haec promi noscantur³⁾ inaniter vacuaque redire, si auribus linguam loquentis ignorantium proferantur. Ideoque illius, cuius vicem in terris, licet immeriti,

gerimus, imitantes exemplum, qui ituros per universum mundum ad evangelizandum Apostolos in omni linguarum genere fore voluit eruditos, viris catholicis notitiam linguarum habentibus, quibus utuntur infideles praecipue, abundare sanctam affectamus ecclesiam, qui infideles ipsos sciant et valeant sacris institutis instruere, Christicolaramque collegio per doctrinam Christianae fidei ac susceptionem sacri baptismatis aggregare. Ut igitur peritiam linguarum huiusmodi possit habiliter per instructionis efficaciam obtineri: hoc sacro approbante concilio scholas in subscriptarum linguarum generibus, ubicunque Romanam curiam residere contigerit⁴⁾, nec non in Parisiensis et⁵⁾ Oxoniensi, Bononiensi et Salamantino studiis providimus erigendas, statuentes, ut in quolibet locorum ipsorum teneantur viri catholici, sufficientem habentes hebraicae, arabicae et chaldaee linguarum notitiam, duo videlicet uniuscuiusque linguae periti, qui scholas regant inibi, et libros de linguis ipsis in latinum fideliter transferentes, alios⁶⁾ linguas ipsas sollicito doceant, earumque peritiam studiosa in illos instructione transfundant, ut instructi et edocti sufficienter in linguis huiusmodi fructum speratum possint Deo auctore producere, fidem propagaturi salubriter in ipsos populos infideles. Quibus equidem in Romana curia legentibus⁷⁾ per sedem apostolicam, in studiis vero Parisiensis per regem Franciae, in Oxoniensi⁸⁾ Angliae, Scotiae, Hiberniae ac Walliae, in Bononiensi per Italiae, in Salamantino

Cap. I. 22) omitt. Clem. Ms.
TIT. XVII. Cap. un. 1) ecclesiae: Clem. Ms. — 2) c. 3. h. t. in Vito III. 24. — 3) subsecutum: Clem. Ms.
Liber IV. TIT. I. Cap. un. 1) vel: Clem. Ms. — 2) omitt. ead.

Liber V. TIT. I. Cap. I. 1) et ... doc.: omitt. Clem. Ms. — 1') vigilantia: ead. — 1) ideoque: ead. — 3) nascuntur: Böhm. — 4) continget: Clem. Ms. — 5) omitt. ead. — 6) et alios: ead. — 7) regentibus: ead. — 8) Oxonia per Angliae: ead.

per Hispaniae praelatos, monasteria, capitula, conventus, collegia exempta et non exempta, et ecclesiarum rectores in stipendiis competentibus et sumptibus volumus provideri, contributionis onere singulis iuxta facultatum exigentiam imponendo, privilegiis et exemptionibus quibuscunque contrariis nequaquam obstantibus, quibus tamen nolumus quoad alia praedictum generari.

CAP. II.

Is, ad quem spectat magisterium vel doctoratum tribuere, prius a doctorando recipiat iuramentum, quod in solennitate sua non expendet ultra summam trium millium Turonensium argenteorum. Quod si non fecerit, etiamsi sit episcopus, per sex menses a collatione magisterii est suspensus. H. d. Ioann. Andr.

I d e m.

Quum sit nimis absurdum, ut quis cum vanitate et imperitia ad honorem ascendat peritiae literarum: non sine turbatione miramur, illum apud scholasticos invaluisse abusum, quod plerique eorum, qui in quavis scientia ad doctoratus vel magisterii assumuntur honorem, quum sua solenniter principia faciunt, aut sui recipiunt insignia doctoratus, circa cibos, vestes⁹⁾ et alia sic in expensis excedunt, quod et ipsi transeunte expensarum huiusmodi vanitate vacui plerumque remaneant et gravati, et ceteri, qui vel nolunt vel nequeunt similes expensas subire, hac occasione frequenter a receptione honoris huiusmodi retrahuntur. Volentes igitur de opportuno super his remedio providere, illis, ad quos ubilibet pertinet honorem tribuere memoratum, districte praecipimus, ut quoscunque, ab eis de cetero dictum recipientes honorem, iuramento prius adstringant, ne ultra tria millia Turonensium argenteorum in solennitate circa huiusmodi doctoratum aut magisterium quomodolibet adhibenda expendant, ipsosque nihilominus, nisi forsitan notabilis¹⁰⁾ conditionis exstiterint, ut infra¹¹⁾ summam praedictam huiusmodi moderentur expensae, efficaciter exhortantes, ac si hoc illorum congruere statui viderint, iuramentum exigentes ab eis, quod certos, infra summam praefatam taxandos ab ipsis, expensarum terminos non excedant. Si quis autem, pontificali etiam dignitate praefulgens, non recepto prius iuramento praefato honorem cuique¹²⁾ tribuerit supra dictum: a collatione magisterii seu doctoratus cuiuslibet per sex menses sequentes eo ipso noverit se suspensum.

TITULUS II.

DE IUDAEIS ET SARRACENIS.-

CAP. UN.

Principes Christiani compescere debent Sarracenos sibi subiectos ab invocatione publica nominis Machometi, et a peregrinatione, quam facere solent ad sepulcrum ipsius. H. d. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Cedit quidem in offensam divini nominis et opprobrium fidei Christianae, quod in quibusdam mundi partibus principibus Christianis subiectis, in quibus interdum aeorum, interdum vero permixtim cum Christianis habitant Sarraceni, sacerdotes eorum, Zabazala vulgariter nuncupati, in templis seu mesquitis suis, ad quae iidem Sarraceni conveniunt, ut ibidem adorent perfidum Machometum, diebus singulis certis horis in loco aliquo eminenti eiusdem Machometi nomen, Christianis et Sarracenis audientibus, alta voce invocant et extollunt, ac ibidem¹⁾ verba quaedam in illius honorem publice profitentur; ad locum insuper, ubi olim quidam sepultus exstitit Sarracenus, quem ut sanctum Sarraceni alii venerantur et colunt, magna Sarracenorum earundem partium et etiam aliarum confluit publice multitudo, ex quibus nostrae fidei non modicum detrahitur, et grave in cordibus fidelium scandalum generatur. Quum autem haec in²⁾ divinae maiestatis displicentia non sint ulla tenus toleranda: sacro approbante concilio, ipsa in terris Christianorum districtius fieri deinceps inhibemus, universis et singulis principibus catholicis, sub quorum dominio dicti Sarraceni morantur et sunt praedicta, sub obstatione divini iudicii obnoxii³⁾ iniungentes, quatenus ipsi, tanquam veri catholici et Christianae fidei seduli zelatores, opprobrium, quod tam ipsis quam ceteris Christianis per praemissa ingeritur, debita consideratione pensantes, ipsum, (ut proinde aeternae beatitudinis praemium assequantur,) de terris suis omnino auferant, et a suis subditis auferri procurent, inhibendo expresse, ne praefata invocatio seu professio nominis

ipsius sacrilegi Machometi publice, aut peregrinatio praelibata aliquo in eorum existente dominio audeat attentari de cetero vel quomodolibet sustineri. Hi vero, qui secus praesumpserint, taliter ob divinam reverentiam castigentur ab ipsis, quod alii, eorum exemplo perterriti, a praesumptione simili arceantur.

TITULUS III.

DE HAERETICIS.

CAP. I.

Praemittit constitutionis causam. Ioann. Andr. — §. 1. *Ponit constitutionem de officio inquisitionis, exercendo per dioecesanos et inquisitores, primo ponens quinque, quae potest alter sine altero, secundo, tria, quae non potest, et decretum apponit, submittens, quomodo impeditus vel interesse nolens committit tibi vel consentit.* Ioann. Andr. — §. 2. *Providet circa muros vel carceres haereticorum, ipsorum claves, custodes, et custodum ministros.* Ioann. Andr. — §. 3. *Ponit iuramentum custodum, ministrorum suorum, et notariorum et aliorum officialium.* Ioann. Andr. — §. 4. *Ponit episcopos, inquisitores et eorum substitutos, qui faciundo vel omitendo delinquant in officio.* H. d. — §. 5. *Confirmat antiqua iura, huic constitutioni non obvia.* Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Multorum querela sedis apostolicae pulsavit auditum, quod nonnulli inquisitores, per sedem eandem contra pravitate haereticam deputati, metas sibi traditas excedentes sic interdum extendunt suae potestatis officium, ut, quod in augmentum fidei per circumspexam eiusdem sedis vigilantiam salubriter est provisum, dum sub pietatis specie gravantur innoxii, cedat in fidelium detrimentum. §. 1. Propter quod ad Dei gloriam et augmentum eiusdem fidei, ut negotium inquisitionis huiusmodi eo prosperetur feliciter, quo deinceps eiusdem labis indago solennius, diligentius et cautius peragetur, ipsum tam per dioecesanos episcopos, quam per inquisitores a sede apostolica deputatos, (omni carnali amore, odio vel timore, ac cuiuslibet commodi temporalis affectione semotis decernimus exerceri, sic, quod quilibet de praedictis sine alio citare possit, et arrestare sive capere, ac tutae custodiae mancipare, ponendo etiam in compedibus vel manibus ferreis, si ei visum fuerit faciendum, super quo ipsius conscientiam oneramus, nec non inquirere contra illos, de quibus pro huiusmodi negotio secundum Deum et iustitiam viderit expedire. Duro tamen tradere carceri sive arcto¹⁾, qui magis ad poenam quam ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos, episcopus sine inquisitore, aut inquisitor sine episcopo dioecesano aut eius officiali, vel episcopali sede vacante capituli super hoc delegato, si sui adinvicem copiam habere valeant, intra octo dierum spatium, postquam se invicem requisierint, non valebit, et, si secus praesumptum fuerit, nullum sit et irritum ipso iure. Verum si episcopus vel eius²⁾ capituli sede vacante delegatus cum inquisitore, aut inquisitor cum altero eorundem propter praemissa nequeat aut nolit personaliter convenire: possit episcopus, vel eius seu capituli sede vacante delegatus inquisitori, et inquisitor episcopo vel eius delegato, seu sede vacante illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus, super illis committere vices suas, vel suum significare per literas consilium et consensum. §. 2. Sane, quia circa custodiam carcerum haereticorum, qui muri in quibusdam partibus vulgariter nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas: nos, volentes super hoc providere, statuimus, ut quilibet talis carcer vel murus, quem de cetero episcopo et inquisitori praedictis volumus fore communem, duos custodes habeat principales, discretos, industrios et fideles, unum, quem volet episcopus et providebit eidem, alium, de quo voluerit inquisitor, cui etiam providebit, et quilibet praedictorum custodum sub se alium bonum et fidum poterit habere ministrum. In quolibet etiam conclavi eiusdem carceris sive muri erunt duae claves diversae, quarum unam unus, aliam³⁾ alius tenebit praedictorum custodum, et eam cum officio ministrandi, quae incarcerationis fuerint ministranda, suo poterit committere vel subdelegare ministro. §. 3. Porro coram episcopo vel capitulo sede vacante et inquisitore praedictis vel substitutis ab eis custodes supra dicti, antequam suum officium exsequantur, iurabunt ad sancta Dei evangelia corporaliter a se tacta, quod in custodia immuratorum et aliorum, pro crimine supra dicto in sua custodia positorum et ponendorum, omnem diligentiam et sollicitudinem, quam poterunt, fideliter adhibebunt. Et quod alicui incarcerato nihil unus in secreto loquetur, quin hoc audiat alter custos. Et quod provisionem, quam incarcerationis recipiunt ex ordinatione communi, et illud, quod a

Cap. II. 9) et vestes: Clem. Ms. — 10) nobilis: Böhm. — 11) intra: id. per tot. — 12) cuiquam: id.

TIT. II. Cap. un. 1) omitt. Clem. Ms. — 2) haec divinae maiestati: ead. — 3) obnoxiius: ead.

TIT. III. Cap. I. 1) arcto vel arcto: Clem. Ms. — 2) eius seu cap.: ead. — 3) et aliam alius: ead.

parentibus et amicis vel aliis personis fidelibus offerretur eisdem, (nisi episcopi et inquisitoris vel suorum commissariorum ordinatio refragetur,) ipsis fideliter et absque deminutione aliqua ministrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebunt. Et idem iuramentum et coram eisdem personis ministri custodum, priusquam suum exerceant officium, exhibebunt. Et quia saepe contingit episcopos proprios habere carceres, sibi et dictis inquisitoribus non communes: volumus et districte praecipimus, ut custodes ad⁴⁾ incarcerationum pro dicto crimine custodiam per episcopos vel sede vacante per⁵⁾ capitulum deputandi, et eorum ministri coram dictis inquisitoribus vel substitutis ab eis praestent simile iuramentum. Notarii quoque inquisitionis coram episcopo et inquisitore vel substitutis ab eis iurabunt, suum officium fideliter exercere. Et idem fiet de aliis personis, necessariis ad praedictum officium exsequendum. §. 4. Verum quia nimis est grave, ad exterminationem pravitatis praedictae non agere, quod ipsius contagiosa enormitas agendum requirit, grave est quoque et damnatione dignissimum malitiose insonibus eandem imponere pravitatem: episcopo et inquisitori praedictis ac aliis, ad dicti executionem officii substituentis ab eis, in virtute sanctae⁶⁾ obedientiae et sub interminatione maledictionis aeternae praecipimus, ut sic discrete et prompte contra suspectos vel diffamatos de huiusmodi pravitate procedant, quod malitiose aut fraudulenter tantam labem, seu quod ipsos in executione officii inquisitionis impediatur, falso alicui non imponant. Quodsi odii, gratiae vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu contra iustitiam et conscientiam suam omiserint contra quemquam procedere, ubi fuerit procedendum super huiusmodi pravitate, aut obtentu eodem, pravitatem ipsam vel impedimentum officii sui alicui imponendo, eum super hoc praesumpserint quoquo modo vexare: praeter alias poenas, pro qualitate culpae imponendas eisdem, episcopus aut superior suspensionis ab officio per triennium, alii vero excommunicationis sententias⁷⁾ eo ipso incurrant. A qua quidem excommunicationis sententia, qui eandem⁸⁾ incurrerint, nisi per Romanum Pontificem nequeant, praeterquam in mortis articulo, et tunc satisfactione praemissa absolutionis beneficium obtinere, nullo in hac parte privilegio suffragante. §. 5. Alia sane, quae circa praemissum inquisitionis officium a nostris sunt praedecessoribus instituta, quatenus praesenti decreto non obviant, sacri approbatione concilii roborata in sua volumus firmitate manere.

CAP. II.

Primo ponens constitutionis causam, determinat aetatem inquisitorum. Secundo punit inquisitores, qui praetextu officii pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum clericorum ecclesiarum bona confiscant. Tertio praecipit notariis, officialibus et sociis, ut hoc facientes reprehendant et superioribus denuntient, si probare possunt. Quarto prohibet inquisitoribus abusum armorum, et circa quantitatem vel qualitatem officii. H. d. Ioann. Andr.

Idem in eodem.⁹⁾

Nolentes splendorem solitum negotii fidei per actus indiscretos et improbos quorumvis inquisitorum haereticarum pravitas quasi tenebrosi fumi caligine obscurari, hoc sacro concilio approbante statimus, nullis extunc¹⁰⁾, nisi qui quadragesimum aetatis annum attigerint, officium inquisitionis praedictae committi inquisitoribus, et tamen ipsorum quam episcoporum seu capitulorum sede vacante super hoc deputatis commissariis quibuscunque districtius iniungentes, ne praetextu officii inquisitionis quibusvis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant, nec scienter attentent ecclesiarum bona ob clericorum delictum praedicti occasione officii sine etiam ecclesiae applicare. Quodsi secus in his vel eorum altero fecerint: excommunicationis sententiae eos subiacere decernimus ipso facto, a qua non possint absolvi, praeterquam in mortis articulo, donec illis, a quibus extorserint, plene satisfecerint de pecunia sic extorta, nullis privilegiis, pactis aut remissionibus super hoc valituris. Notarii vero et officiales dicti officii, nec non fratres et socii inquisitorum et commissariorum ipsorum, qui dictos inquisitores aut commissarios secreta noverint talia commisisse, si indignationem Dei et apostolicae sedis vitare voluerint et offensam, ipsos graviter arguere et corrigere studeant in secreto. Quodsi taliter ea sciverint, ut ea probare valeant, si sit opus; haec praelatis inquisitorum et commissariorum eorundem, ad quos id pertinet, nunciare sollicito debeant, qui equidem praelati inquisitores et commissarios praedictos reos inde repertos ab officiis amovere, et amotos alias punire debite seu corrigere teneantur. Praelatis autem inquisitorum id negligentibus agere, praemissa omnia nunciari per praedictos locorum ordinarios volumus, quibus, ut ea in apostolicae sedis notitiam perferant, in virtute san-

ctae obedientiae districte praecipimus et mandamus. Porro inquisitoribus ipsis districtius inhihemus, ut nec abutantur quomodolibet concessione portationis armorum, nec officiales nisi sibi necessarios habeant tales, qui se conferant ad sua cum inquisitoribus ipsis officia exsequenda.

CAP. III.

Damnat sectam Beguardorum et Beguinarum Alemanniae, et octo ipsius errores, excitans dioecesanorum et inquisitorum officium contra illos. H. d. Ioann. Andr.

Idem in eodem.¹¹⁾

Ad nostrum, qui desideranter in votis gerimus, ut fides catholica nostris prosperetur temporibus, et pravitas haeretica de finibus fidelium extirpetur, non sine displicentia grandi pervenit auditum, quod secta quaedam abominabilis quorundam hominum malignorum, qui Beguardi¹²⁾, et quarundam infidelium mulierum, quae Beguinae vulgariter appellantur, in regno Alemanniae procurante satore malorum operum damnabiliter insurrexit¹³⁾, tenens et asserens doctrina sua sacrilega et perversa inferius designatos errores. Primo videlicet, quod homo in vita praesenti tantum et talem perfectionis gradum potest acquirere, quod redderet penitus impeccabilis, et amplius in gratia proficere non valebit. Nam, ut dicunt, si quis semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior inveniri. Secundo, quod ieiunare non oportet hominem, nec¹⁴⁾ orare, postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus, quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui et rationi subiecta, quod homo potest libere corpori concedere quicquid placet. Tertio, quod illi, qui sunt in praedicto gradu perfectionis et spiritu libertatis, non sunt humanae subiecti obedientiae, nec ad aliqua praecepta ecclesiae obligantur, quia, ut asserunt, ubi spiritus Domini, ibi libertas. Quarto, quod homo potest ita finale beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis in praesenti assequi, sicut eam in vita obtinebit beata. Quinto, quod quaelibet intellectualis natura in se ipsa naturaliter est beata, quodque anima non indiget lumine gloriae, ipsam elevante ad Deum videndum, et eo beate fruendum. Sexto, quod se in actibus exercere virtutum est hominis imperfecti, et perfecta anima licentiat a se virtutes. Septimo, quod mulieris osculum, (quum ad hoc natura non inclinatur,) est mortale peccatum, actus autem carnalis, quum ad hoc natura inclinatur, peccatum non est, maxime quum tentatur exerceri. Octavo, quod in elevatione corporis lesu Christi non debent assurgere, nec eidem reverentiam exhibere, asserentes, quod esset imperfectionis eisdem, si a puritate et altitudine suae contemplationis tantum descenderent, quod circa ministerium seu sacramentum eucharistiae, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitent. Nonnulla etiam alia sub simulata quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt et committunt, quae oculos divinae maiestatis offendunt, et grave in se continent periculum animarum. Quum autem ex debito commissi nobis officii huiusmodi sectam detestabilem et praemissos ipsius execrandos errores, ne propagentur ulterius, et per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur, extirpare ab ecclesia catholica¹⁵⁾ necessario habeamus: nos sacro approbante concilio sectam ipsam cum praenissis erroribus damnamus et reprobamus omnino, inhihemus districtius, ne quis ipsos de cetero teneat, approbet vel defendat. Eos autem, qui secus egerint, animadversione canonica decernimus puniendos. Porro dioecesanis et illarum partium inquisitores haereticarum pravitatis, in quibus Beguardi et Beguinae huiusmodi commorantur, suum officium circa eos diligenter exercent, inquirentes de vita et conversatione ipsorum, qualiterve sentiant de articulis fidei et ecclesiae sacramentis. In illos vero, quos culpabiles repererint, nisi abiuratis sponte praedictis erroribus poeniterint, et satisfactionem exhibuerint competentem, debitam¹⁶⁾ exercent ultionem.

TITULUS IV.

DE HOMICIDIO VOLUNTARIO VEL CASUALI.

CAP. UN.

Furiosus, infans vel dormiens hominem mutilans vel occidens non efficitur irregularis, nec etiam ille, qui, aliter mortem vitare nequens, suam invasorem occidit vel mutilat. H. d.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Si furiosus, aut infans seu dormiens hominem mutilat vel occidat: nullam ex hoc irregularitatem incurrit¹⁾. Et idem de illo censuimus, qui, mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat invasorem.

Cap. I. 4) pro inc.: omitt. ead. — 5) abest ab iisd. — 6) non leg. ib. — 7) sententiam: Böhm. — 8) abest a Clem. Ms.

Cap. II. 9) in eod.: desid. in Clem. Ms. — 10) ead.: ead. Böhm.

Cap. III. 11) in eod.: omitt. Clem. Ms. — 12) Begardi: ead. — 13) insurrexerit: Böhm. — 14) vel: Clem. Ms. — 15) omitt. ead. — 16) abest ab iisd.

TIT. IV. Cap. un. 1) incurrat: Clem. Ms.

TITULUS V.
DE USURIS.

CAP. UN.

Officiales communitatum, facientes, dictantes vel scribentes statuta super usuris solvendis, non repetendis, vel non restituendis, vel iudicantes secundum illa, vel non delentes illa, si possunt, infra tres menses de libris communitatum, vel illa servantes, excommunicati sunt. Ioann. Andr. — §. 1. Foeneratores in causis usurarum edere coguntur libros rationum suarum, Ioann. Andr. — §. 2. Pertinaciter asserens, exercere usuras non esse peccatum, haereticus est. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Ex gravi ad nos insinuatione pervenit, quod quorundam communitates locorum in offensam Dei et proximi, ac contra iura divina pariter et humana usurariam approbantes quodammodo pravitatem, per statuta sua iuramento quandoque firmata usuras exigi et solvi nedum concedunt, sed ad solvendas eas¹⁾ debitores scienter compellunt, ac iuxta ipsorum continentiam statutorum gravia imponendo plerumque usuras repetentibus onera, aliisque utendo super his diversis coloribus et fraudibus exquisitis, repetitionem impediunt earundem. Nos igitur, perniciosis his ausibus obviare volentes, sacro approbante concilio statuimus, ut, quicumque communitatum ipsarum potestates, capitanei, rectores, consules, iudices, consiliarii aut alii quivis officiales statuta huiusmodi de cetero facere, scribere vel dictare, aut quod solvantur usurae, vel quod solutae, quum repetuntur, non restituuntur plene ac libere, scienter iudicare praesumpserint, sententiam excommunicationis incurrant, eandem etiam sententiam incursum, nisi statuta huiusmodi hactenus edita de libris communitatum ipsarum, (si super hoc potestatem habuerint,) infra²⁾ tres menses deleverint, aut si ipsa statuta sive consuetudines, effectum eorum habentes, quoquo modo praesumpserint observare. §. 1. Ceterum, quia foeneratores sic ut plurimum contractus usurarios occulte ineunt et dolose, quod vix convinci possunt de usuraria pravitare: ad exhibendum, quum de usuris agetur, suarum codices rationum censura ipsos decernimus ecclesiastica compellendos. §. 2. Sane, si quis in illum errorem inciderit, ut pertinaciter affirmare praesumat, exercere usuras non esse peccatum: decernimus, eum velut haereticum puniendum, locorum nihilominus ordinariis et haereticae pravitatis inquisitoribus districtius iniungentes, ut contra eos, quos de errore huiusmodi diffamatos invenerint aut suspectos, tanquam contra diffamatos vel suspectos de haeresi procedere non omittant.

TITULUS VI.

DE EXCESSIBUS PRAELATORUM.

CAP. UN.

Providerat Gregorius IX. contra XXVII. gravamina, quae praelati religiosi inferebant, eod. tit. c. Nimis 1. et 2. Hoc vero concilium providet contra XXX., a quibus praelatos cessare praecipit, et per suos subditos cessare facere, iubens ipsorum privilegia et iura servari. H. d. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Frequens et assidua nos quorundam religiosorum querela circumstrepit, quod plerique episcopi, et eorum superiores, ac ceteri ecclesiarum praelati ipsorum religiosorum quietem iniuste in subsequentibus multipliciter¹⁾ inquietant. Quidam enim exemptos capiunt et incarcerant in casibus non concessis a iure. Quidam per gravium interminationem poenarum impediunt, ne debentes exemptis decimas seu redditus illos solvant eisdem, neve aliqui missas eorum audiant. Molentes in molendinis, et coquentes in furnis eorum, servientes quoque et vasallos et domesticos eorundem, vel alios qualitercunque contrahentes et participantes cum ipsis suspendunt, interdiciunt et excommunicant absque causa rationabili prohibito voluntatis, bona illorum interdum nihilominus²⁾ illicite occupantes. Et appellationibus, quas praedicti exempti ob praedicta vel alia gravamina rationabiliter interponunt quandoque, minime deferentes, appellantes occasione appellationum huiusmodi interdum capiunt, aut capi faciunt et carceri mancipari. Quidam praeterea capellanos in ecclesiis, pleno iure spectantibus ad eandem, licet nulla causa subsit legitima, celebrare non sinunt, nec ministrare³⁾ parochianis ecclesiastica sacramenta. Nonnulli etiam indebite abbates, monachos et conversos exemptos, nec non et clericos ipsis pleno iure subiectos, si eis non pareant in his etiam, in

quibus non tenentur eisdem, inconsulta facilitate suspendunt, excommunicant, capiunt et incarcerant, ac loca et ecclesias interdiciunt ipsorum. In exigendo insuper ab ipsis exemptis ipsorumque subditis subsidia caritatis excedunt nimium contra eos. Et insolitas ac indebitas ipsis contra iura exactiones imponunt. Novos census et indebita onera parochialibus imponunt ecclesiis, in quibus exempti ius obtinent patronatus. Processus iuste factos, seu⁴⁾ sententias iuste latis a delegatis sedis apostolicae vel a conservatoribus pro exemptis publicari seu executioni mandari a suis subditis non permittunt. Tabellionibus publicis inhihent, ne instrumenta conficiant, et iudicibus, ne iustitiam faciant, ac iuris peritis, ne consilium vel auxilium praebeant in causis seu negotiis eorundem. Praesentatos per exemptos ad ordines vel beneficia, quorum praesentatio ad eos pertinet, nolunt admittere, nisi praesentantes ponant obedientiam in salutatione literarum, quas pro huiusmodi praesentatione transmittunt. Ecclesiis quoque vacantibus, in quibus monasteria ius obtinent patronatus; repulsis personis idoneis praesentatis ad eas, personas instituunt inhabiles et indignas. Quidam etiam ecclesias curam animarum habentes, ad mensam abbatum spectantes, quarum fructus quandoque clericis saecularibus tradunt seu concedunt ad firmam, clericis ipsis decedentibus⁵⁾ suis conferunt clericis, quanquam ipsae propter hoc ecclesiae in veritate non vacant. Nonnulli quoque in ecclesiis monachorum infra ipsorum iniuste sibi appropriant, et de ipsorum redditibus ut volunt ordinant ita, quod rectoribus earum non remanet unde valeant sustentari. Quidam cum armis et erecto vexillo molendina et alia bona contra iustitiam destruant exemptorum, quae etiam tanto tempore possederunt, quod de contrario memoria non existit. Mittuntque frequenter ad monasteria suarum civitatum et dioecesium suos consanguineos et nepotes, et interdum animalia sua cum custodibus, ut eis de bonis monasteriorum debeat provideri. Abbates insuper et priores monasteriorum⁶⁾ frequenter compellunt, ut suis consanguineis et nepotibus monasteriorum suorum seu prioratum possessiones concedant in perpetuum vel ad tempus, quas quidem concessionem vel pensionem⁷⁾ nos nullas esse volumus ipso iure. Eisdem quoque abbates et priores quandoque compellunt ad praesentandum sibi ad ecclesias vacantes, in quibus ius obtinent patronatus, et ad monachandum interdum suos familiares, consanguineos vel nepotes. Frequenter etiam permittunt et facite consentiunt, quod in suo dominio temporali per milites, vasallos et ipsorum⁸⁾ temporales officiales monasteriorum bona mobilia et immobilia per violentiam occupentur in casibus non permisis a iure, et aliae variae iniuriae personis ecclesiasticis et monasteriorum hominibus irrogentur⁹⁾. Praeterea interdum iniuste abbates¹⁰⁾, priores ac alios beneficiatos beneficiis suis privant, ut sic fructus beneficiorum illorum percipere valeant primo anno praetextu privilegii, quod asserunt se habere, quod usque ad certum tempus fructus beneficiorum vacantium possunt percipere primi anni. Quibus non contenti equos, boves, thesaurum et alia bona monasteriorum et beneficiorum vacantium illicite occupant, quae essent futuris successoribus reservanda. Quidam militibus et aliis potentibus dignitatum suarum redditus et proventus vendunt ad tempus, ut per ipsos exempti vicini fortius opprimantur. Nonnulli etiam indebite monasteria dirimunt¹¹⁾. Alii domos et hospitalia et alia bona monasteriorum mobilia et immobilia frequenter occupant et detinent occupata. Pluries quoque sine causa iusta impediunt, ne exempti loca sua valeant reparare. Quidam statuta faciunt, per quae derogata privilegia exemptorum. Et generaliter quam plures praelati religiosi, praesertim exemptis et privilegiatis, in personis et rebus suis ac iuribus spiritualibus et temporalibus graves inferunt contra iustitiam et eorum privilegia iniurias et iacturas. Verum quia una est regularium et saecularium praelatorum, et subditorum exemptorum et non exemptorum universalis ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur, quorum omnium unus est Dominus, una fides et unum baptisma: decet, ut omnes, qui eiusdem sunt corporis, unius etiam sint voluntatis, et sicut fratres adinvicem vinculo caritatis sint adstricti. Decet igitur, ut et praelati, et alii tam exempti quam non exempti suis iuribus sint contenti, et alter in alterius iniuriam non proiliat seu iacturam. Universis itaque praelatis ecclesiarum praesentis sanctionis edicto districte praecipiendo mandamus, quatenus ipsi¹²⁾, a praedictis gravaminibus omnino cessantes et cessare suos subditos facientes, viros religiosos exemptos, privilegiatos et non exemptos, mendicantes et non mendicantes, caritative tractent et foveant, et sua iura et privilegia inviolabiliter eis servent. Et quoniam plus solet timeri quod specialiter, quam quod generaliter inhihetur: eisdem praelatis di-

TIT. V. Cap. un. 1) eadem: Clem. Ms. — 2) intra: Böhm.
TIT. VI. Cap. un. 1) omitt. Clem. Ms. — 2) abest ab iisd. — 3) administrare: Böhm. — 4) seu . . . latus: omitt. Clem. Ms. — 5) decentibus:

Böhm. — 6) omitt. Clem. Ms. — 7) vel pens.: abest ab iisd. — 8) eorum: ead. — 9) irrogantur: ead. — 10) omitt. ead. — 11) dirimunt: ead. — 12) abest ab iisd.

strictissime inhibemus, ut abbates, priores et alios religiosos, ne ad sua generalia vel¹²⁾ provincialia vadant capitula, impedire quomodolibet non praesumant.

TITULUS VII.

DE PRIVILEGIIS ET EXCESSIBUS PRIVILEGIATORUM.

CAP. I.

Ponit sex casus, in quibus religiosos excommunicat, et absolutionem Papae reservat, et, privilegiis et exemptionibus non obstantibus, eos per ordinarios locorum denunciari praecipit. Ioann. Andr. — §. 3. Ponit septem culpas religiosorum, a quibus eos praecipit abstinere sub certis poenis, quas eis imponi iubet, et quas praelatis ipsorum imponit, si non satisfecerint. Ioann. Andr. — §. 2. Ponit moderationem circa duos primos casus. H. d. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Religiosi, qui clericis aut laicis sacramentum unctionis extremae vel eucharistiae ministrare, matrimoniale solennizare, non habita super his parochialis presbyteri licentia speciali, aut qui excommunicatos a canone, praeterquam in casibus a iure expressis vel per privilegia sedis apostolicae concessis eisdem, vel a sententiis per statuta provincialia aut synodalia promulgatis, seu, (ut verbis eorum utamur,) a poena et culpa¹⁾ absolvere quemquam praesumpserint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto, per sedem apostolicam duntaxat absolventi, quos etiam locorum ordinarii, (postquam de hoc eis constiterit,) excommunicatos faciant publice nunciari, donec de absolutione ipsorum eis fuerit facta fides, nullo religiosus eisdem super hoc exemptionis vel alio privilegio suffragante. §. 1. Quibus etiam in virtute sanctae obedientiae, et sub interminatione maledictionis aeternae districtius inhibemus, ne in sermonibus suis ecclesiarum praelatis detrahant, aut etiam retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia vel accessu, seu indulgentias pronuncient indiscretas, neve, quum confectionibus²⁾ testamentorum intererunt, a restitutionibus debitis aut legatis matricibus ecclesiis faciendis retrahant testatores, nec legata, vel debita, aut male ablata incerta sibi aut aliis singularibus sui ordinis fratribus vel conventibus in aliorum praerudicium fieri seu erogari procurent, nec etiam in casibus sedi apostolicae aut locorum ordinarii reservatis quemquam absolvere, aut personas ecclesiasticas, praesertim eorum iudicibus delegatis a nobis suam contra eos iustitiam prosequentes, vexare indebite, aut ad loca plura et praesertim multum remota convenire praesumant. Si qui vero praemissa vel aliquod de praemissis attentare praesumpserint: per duos menses subiaceant poenis illis, quae secundum eorum regulam vel statuta pro gravibus criminibus³⁾ seu culpis eis consueverunt imponi, super quibus abque manifeste necessitate cum eis non valeat dispensari. Ceterum praelati eorum, nisi de his, quae occasione praemissorum excessuum ad eos quoquo modo pervenerint, ecclesiis aut personis ecclesiasticis damnificatis vel laesis satisfactionem plenariam exhibuerint infra⁴⁾ mensem, postquam super hoc fuerint requisiti, suspensionis sententiam usque ad satisfactionem debitam eo ipso incurrant, non obstantibus praemissis⁵⁾ statutis aut quibuslibet privilegiis, cuiuscunque tenoris existant. §. 2. Sane, religiosus illis, quibus est ab apostolica sede concessum, ut familiaribus suis domesticis, aut pauperibus, in hospitalibus suis dentibus, sacramenta possint ecclesiastica ministrare, nullum ex praemissis volumus quoad hoc praerudicium generari.

CAP. II.

Archiepiscopi per loca exempta provinciae suae faciunt crucem ante se deferri, ipsi etiam et dioecesanis ibi benedicunt, audiunt divina, et illa celebrant et faciunt celebrari, per hoc tamen exemptis vel privilegiatis in aliis nullum fit praerudicium. Ioann. Andr.

Idem in eodem.⁶⁾

Archiepiscopo, per quaevis loca exempta suae provinciae facienti transitum, aut ad ea forsan declinanti, ut crucem ante se libere portari faciat, benedicat populo, divina officia privatim vel publice ibidem⁷⁾ audiat, et ea etiam in pontificalibus celebret et faciat in sua praesentia sine pontificalibus celebrari, quovis privilegio contrario non obstante, sacro approbante concilio praesentis constitutionis serie duximus concedendum. Simili modo concedimus episcopo, ut in locis eisdem suae dioecesis possit populo benedicere, audire divina officia, et ea etiam celebrare et in sua praesen-

tia facere celebrari, sic tamen, quod praetextu concessionis huiusmodi in locis ipsis exemptis vel circa hoc privilegiatis nullam aliam iurisdictionem idem archiepiscopus vel episcopus exercent, nec personis exemptis vel privilegiatis molestiam inferat⁸⁾, vel gravamen, nullumque exemptionis vel privilegiis eorundem aliud praerudicium generetur, nec ipsis archiepiscopo vel episcopo ius aliud quomodolibet acquiratur.

TITULUS VIII.

DE POENIS.

CAP. I.

Percutiens episcopum, capiens, et haerens, vel hoc mandans, vel ratificans, socius consiliarius, fautor et defensor, cum suis posteris, civitas in hoc delinquens, et eius officiales, poenis variis per concilium puniuntur. Ioann. Andr. — §. 1. Excusat rigorem, dicens, quod graviores poenae deberent imponi. Ioann. Andr. — §. 2. Repetit ius antiquum de absolutis in mortis articulo, qui sanati reincident. si non satisfaciunt. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Si quis suadente diabolo in hoc sacrilegii genus proruperit, quod quemvis pontificem iniuriose vel temere percusserit, aut¹⁾ ceperit seu banniverit, vel haec²⁾ mandaverit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, vel socius in his fuerit faciens, aut consiliū in his dederit aut favorem, seu scienter defensaverit eundem: in illis casibus de praedictis, in quibus excommunicationem per iam editos canones non subiret, sit huius nostrae constitutionis auctoritate, non obstantem quacunque consuetudine, quam reputamus approbante sacro concilio potius corruptelam, anathematis mucrone percussus, a quo nequeat, nisi per summum Pontificem, praeterquam in articulo mortis, absolvi. A feudis insuper, locationibus, officiis et beneficiis spiritualibus sive temporalibus, quae ab ecclesia, cui sic offensus praeeat episcopus, obtinet, cadat hoc ipso, ac ad eandem ecclesiam libere revertantur³⁾. Ipsius filii, per masculinam descendentes lineam usque ad generationem secundam, omni spe dispensationis adempta, reddantur ipso facto inhabiles ad ecclesiastica beneficia in civitate et dioecesi, in quibus idem episcopus praesidet, obtinenda. Terra quoque ipsius, (dum tamen ultra unam dioecesim non contineat,) usque ad condignam⁴⁾ satisfactionem eiusdem, nec non locus aut loca⁵⁾, in quibus captus episcopus detinebitur, quamdiu detentio ipsa in eisdem duraverit, ecclesiastico subiaceant⁶⁾ interdicto. Quodsi terra eiusdem duas dioeceses vel ultra contineat: dioecesis domicilii principalis ipsius, et illa etiam, in qua fuerit delictum commissum, si sua sit, et duae aliae, quae sub ipso sint eidem loco magis vicinae, interdicto subiaceant supra dicto. Et quia eo maior erit ipsius confusio, quo sua fuerit culpa patentior: quousque dignam satisfactionem praestiterit, per omnes illius loci, in quo commissum est facinus, nec non civitatum et dioecesium vicinarum ecclesias, quibuslibet diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et caudelis accensis excommunicatus publice nunciatur. Et quum absolvendus fuerit, sufficienter et idonee caveat, quod inferendae poenae parebit, et auxiliante Domino poenitentiam peraget iniungendam. Civitas autem, quae praemissa vel eorum aliquod in episcopum suum commiserit, interdicto, donec satisfecerit, subiaceat memorato. Potestas vero, consiliiarii, ballivus, scabini, advocati, consules, rectores et officiales ipsius quocunque nomine censeantur, in praemissis culpabiles existentes, similiter excommunicationis sententiae, a qua, (nisi ut praemittitur,) non valeant absolutionis obtinere beneficium, sint subiecti. Quae omnia tanto magis in episcoporum interfectoribus sunt servanda, quanto in eos severior, quam in praefatos poena debet exurgere, et gravior indignationis aculeus desaevire. §. 1. Nec super haec⁷⁾ quisquam miretur, quod praemissa perpetrantibus poenas non inferimus gravioreas. Licet enim, (quod dicere pudet,) haec, proh dolor! frequenter occurrant, multisque grassantibus opus esset exemplo, et ex dignitate offensae poenam metiri deceat offendenti; episcopi enim dicuntur sanctissimi, Christi legati existant, spirituales sunt patres, nostrique fratres et coepiscopi, columnae comprobantur ecclesiae, quare gravem oporteret esse poenam culpae violentis dignitatem tantae praeminentiae adaequandam: volumus tamen ad praesens in poenarum exaggeratione temperare rigorem, ad poenas alias processuri, si protervitatem delinquentium hoc exposcere videamus. §. 2. Sane, si quis in aliquo casuum praedictorum fuerit ab excommunicationis sententia in mortis articulo absolutus, nisi, postquam pristinae

Cap. I. 13) et: eaed.

TIT. VII. Cap. I. 1) a culpa: Clem. Ms. — 2) factionibus: eaed. — 3) criminibus seu: omitt. eaed. — 4) intra: Böhm. — 5) in praemissis: Clem. Ms.

Cap. II. 6) in eod.: omitt. Clem. Ms. — 7) in domo: eaed. — 8) inferant: eaed.

TIT. VIII. Cap. I. 1) ac: Clem. Ms. — 2) hoc: eaed. — 3) revertatur: Böhm. — 4) dignam: Clem. Ms. — 5) add.: alia: eaed. — 6) subiaceat: Böhm. — 7) hoc: Clem. Ms.

restitutus fuerit sanitati, quam cito commode poterit, conspectui Romani Pontificis se praesentare curaverit, eius mandatum humiliter recepturus, prout iustitia suadebit: in eandem excommunicationis sententiam reincidat⁸⁾ ipso facto. Quamvis enim super hoc satis plene in iure alibi sit provisum: ne tamen aliquis in hoc ex ignorantia iuris se satagat excusare, hoc expresse praemissis duximus adnectendum.

CAP. II.

Procurantes capi viros ecclesiasticos, ut renuncient beneficiis, vel ut citati non eadant ad curiam, praeter poenam excommunicationis, quam per canones antiquos incurrunt, si sint praelati, a perceptione fructuum per triennium sunt suspensi, inferiores vero beneficiis sunt privati. Eandem poenam incurrunt ipsi citati, qui se capi procurant. Resignatio etiam sic facta non tenet, etiam si per praelatos recepta fuerit vel ratificata. H. d. Ioann. Andr.

I d e m.

Multorum ad nos gravis querela deduxit, quod nonnulli, obtinentes temporale dominium, viros saepe ecclesiasticos capere, captosque, donec sua resignent beneficia, aut ne citati ad apostolicam sedem ab homine vel a iure venire ad ipsam valeant, ausu detinere sacrilego non verentur, citatos eosdem in exitu eorum⁹⁾ districtum ut plurimum capientes. Considerantes igitur, quantum ex his tam nostro et apostolicae sedis honori, quam personarum ecclesiasticarum quieto et prospero statui non sine damnanda exempli pernicie derogeretur, sacro approbante concilio statuimus, ut praeter sententiam canonis, quam facientes et fieri procurantes praemissas¹⁰⁾ incurrere dignoscuntur, procurantes ipsi, personae ecclesiasticae existentes, a perceptione fructuum ecclesiarum suarum, si fuerint praelati, triennio sint suspensi. Quodsi inferiores extiterint, eo ipso obtentis beneficiis sint privati, illis poenam incursum eandem, qui, ne citati, ut praemittitur, ad sedem apostolicam veniant, sed ut se obtentu¹¹⁾ huiusmodi a veniendo excusent, a potestate saeculari se capi, ut interdum contigisse audivimus, procurarint. Sane resignationes beneficiorum, modo supra dicto extortas, (licet a resignantium ipsorum praelatis receptae aut ratae habitae fuerint,) nullius omnino decernimus esse firmitatis, locorum ordinariis iniungentes, ut, postquam eis constiterit, aliquos sibi subiectos poenam et sententiam incurrisse praemissas, ipsas publicare non differant, executionique debitae, prout ad eos pertinuerit¹²⁾, demandare.

CAP. III.

Excommunicat religiosos mendicantes transgressores constitutionis Bonifacii de excess. praelat. cap. ult. libr. VI. Item omnes religiosos, qui in sermonibus vel alibi profertur aliqua, ut retrahunt a solutione decimarum, quarum solutionem certis diebus et in confessionibus suadere tenentur sub certis poenis, quas incurrunt, nisi sint tales, quorum monasterii vel ecclesii competit percipere decimas. Ioann. Andr. — Excommunicat violatores decret. de sepult. libr. VI. et absolutiones Papae reservat. H. d. Ioann. Andr.

I d e m.¹³⁾

Cupientes eos, quos ad observantiam iurium virtutum praemia non inducunt, tam adiectarum exaggeratione poenarum, quam adiciendarum de novo formidine a temerariis ausibus refrenare, transgressores constitutionis¹⁴⁾, quae religiosis mendicantibus domos ad habitandum vel loca quaecunque de novo recipere, recepta hucusque¹⁵⁾ mutare, vel ea transferre in alios cuiusvis alienationis titulo interdicit, illos etiam religiosis, qui aliqua, ut audientes a decimarum ecclesiis debitarum solutione retrahant, in sermonibus suis vel alibi proferre praesumunt, excommunicationis subiaccere sententiae decernimus ipso facto. Et quia, nisi fiat, quod bonum est, a malo abstinere non sufficit: religiosis omnibus iniungimus sub obstentatione divini iudicii et interminatione maledictionis aeternae, ut, quoties populo praedicabunt in prima dominica, quarta et ultima quadragesimae, et in festis Ascensionis dominicae, Pentecostes, Nativitatis beati Ioannis baptistae, Assumptionis et Nativitatis beatissimae virginis Mariae¹⁶⁾ matris Dei, audientes expresse studeant informare, si ab ecclesiarum rectoribus, vel vicariis aut loca tenentibus eorundem requisiti fuerint, nec non et his, quorum confessiones audient, conscientiam facere, quod decimas solvere non omittant. Quodsi forte in praedicationibus hoc ipsum supra dictis diebus suadere scienter omiserint: per superiores eorum graviter arguantur. Quibus etiam superioribus in virtute

sanctae obedientiae districte praecipimus, ut contra taliter omitentes statuta poenalia faciant, secundum quae sic acriter puniant transgressores, quod poena eorum sit ceteris in exemplum, constitutione bonae memoriae Gregorii Papae X.¹⁷⁾ praedecessoris nostri circa haec edita in suo nihilominus robore duratura. Qui vero scienter postposuerint conscientibus facere de solvendi huiusmodi decimis, ab officio praedicationis tamdiu maneant ipso facto suspensi, donec conscientibus ipsis, si hoc ipsum sibi dicendi commode facultatem habuerint, conscientiam fecerint, exinde excommunicationis incursum sententiam ipso facto, si praedicare praesumpserint, praedicta negligentia, ut praemittitur, non purgata; ad religiosos tamen monasteriorum vel rectorum¹⁸⁾ ecclesiarum decimas percipientium nolumus hoc extendi. Sane, temerarios violatores constitutionis¹⁹⁾ illius, quae religiosis et clericis saecularibus prohibet, ne aliquos ad vocandum, iurandum, vel fide interposita, seu alias promittendum inducant, ut sepulturam apud eorum ecclesias eligant, vel iam electam ulterius non immutent, similem sententiam, (poena in dicta constitutione contenta in suo perdurante robore,) incurrere volumus ipso facto, ab alio quam a sede apostolica, praeterquam in mortis articulo, nullatenus absolvendos, nullis privilegiis aut statutis, cuiuscunque tenoris existant, super his valituris.

TITULUS IX.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS.¹⁾

CAP. I.

Damnatis ad mortem hoc petentibus poenitentia concedi debet, nec valet contraria consuetudo. Secundo locorum ordinarios ad hoc exsequendum excitat ibi: „locorum.“ H. d. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Quum secundum statuta canonica ultimo deputandis supplicio negari, si petant, non debeat poenitentiae sacramentum: abusus damnabilem in quibusdam partibus contra hoc²⁾ introductum aboleri omnino volentes, iustitios omnes et dominos temporales, ut ab huiusmodi desistant abusu, hortamur in Domino et obsecramus per viscera misericordiae Iesu Christi, locorum ordinariis nihilominus iniungentes, ut eos ad hoc, quum primum commode poterunt, diligenter monere, et, si necesse fuerit, ecclesiastica censura compellere non omittant.

CAP. II.

Repetit concilium generale de quaestoribus non admittendis sine literis apostolicis vel dioecesanorum, et addit, per dioecesanos literas apostolicas prius examinari. H. d. Ioann. Andr. — §. 1. Ponit octo reprehensibiles casus quaestorum, quos fieri prohibet, et contraria privilegia revocat. Ioann. Andr. — §. 2. Delinquentes quaestores per episcopos puniri praecipit, non obstantibus privilegiis. M. d. Ioann. Andr.

I d e m.

Abusionibus, quas nonnulli eleemosynarum quaestores in suis proponunt praedicationibus, ut simplices decipiant et aurum subtili vel fallaci potius ingenio extorqueant ab eisdem, quum in animarum cedat periculum et scandalum plurimorum, viam, prout est nobis possibile, pracludere cupientes, iuxta statuta³⁾ concilii generalis duximus prohibendum districte, ne quaestores aliqui, nisi apostolicas vel dioecesanis episcopi literas exhibuerint, quomodolibet admittantur, nec permittantur, quum solum ipsis competat indulgentias sibi concessas insinuare populo, et caritativa postulare subsidia suppliciter ab eodem, ullatenus ipsi populo praedicare, nec aliud exponere, quam quod in literis continebitur supra dictis. Literas quoque apostolicas dioecesanis episcopi, ne quid fraudis committi valeat per easdem, antequam admittant, quaestores ipsos⁴⁾ examinent diligenter. §. 1. Ad haec quum aliqui ex huiusmodi quaestores, sicut ad nostram audientiam est perlatum, non sine multa temeritatis audacia et deceptione multiplici animarum indulgentias populo motu suo proprio de facto concedant, super votis dispensent, a periuriis, homicidiis et peccatis aliis sibi confidentes absolvent, male ablata incerta, data sibi aliqua pecuniae quantitate, remittant, tertiam aut quartam partem de poenitentibus iniunctis relaxent, animas tres vel plures parentum vel amicorum illorum; qui eleemosynas eis⁵⁾ conferunt, de purgatorio,

Cap. I. 8) recidat: ead.

Cap. II. 9) suorum: ead. — 10) praemissa: ead., Böhm. — 11) sub obtentu huius: Clem. Ms. — 12) pertinuerint: ead.

Cap. III. 13) Id. in eod.: Clem. Ms. — 14) c. un. de exc. prael. in Vito V. 6. — 15) nunc usque: ead. — 16) VIII.

ead., leg.: IX., cf. c. 1. de dec. in Vito III. 13. — 18) omitt. Clem. Ms. — 19) c. 1. de sepult. in Vito III. 12.

TIT. IX. Cap. I. 1) remissione: Clem. Ms. — 2) haec: ead.

Cap. II. 3) statutum: Clem. Ms. — cf. c. 14. X. h. t. V. 38. — 4) omitt. Clem. Ms. — 5) desid. ap. Böhm.

(ut asserunt mendaciter,) extrahant, et ad gaudia paradisi perducant, benefactoribus locorum, quorum quæstores existunt, remissionem penarum peccatorum indulgeant, et aliqui ex ipsis eos a poena et a culpa, (ut eorum verbis utamur,) absolvant: non abusus huiusmodi, per quos censura vilescit ecclesiastica et clarum ecclesiæ auctoritas ducitur⁶) in contemptum, omnimode aboleri volentes, ea per quoscunque quæstores fieri vel attentari de cetero districtius inhibemus, omnia et singula privilegia, si qua ex præmissis vel eorum aliquo sint aliquibus locis, ordinibus vel personis quæstorum huiusmodi quomodocunque concessa, ne ipsorum prætextu sit materia alterius præsumendi, auctoritate apostolica quantum ad præmissa penitus revocantes. §. 2. Quæstores autem, qui deinceps in præmissis vel aliquo præmissorum deinceps, vel aliis etiam quibuscumque suis privilegiis abuti fuerint, sic per locorum episcopos puniri volumus, nullo prorsus eisdem quæstoribus hac parte privilegio suffragante, quod a suis temerariis ausibus, qui ubique, (ut communis habet assertio,) nihilum extiterunt, poenae formidine proponendus componantur.

TITULUS X.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS, SUSPENSIONIS ET INTERDICTI

CAP. I.

Religiosi, etiam exempti, violantes interdictum, positum per sedem apostolicam vel ordinarium loci, vel generalem cessationem diuinorum, factam per provinciale concilium, vel eum, qui hoc possit, seruitam per cathedralem vel matricem ecclesiam loci, excommunicati sunt ipso facto, non obstantibus privilegiis, consuetudinibus, et statutis; et respicit pendentia. H. d. Ioann. Andr.

Clemens V. in concilio Viennensi.

Ex frequentibus prælatorum querelis accepimus, et nos ipsi experientia certa probavimus in minoribus constituti, quod plerumque religiosi, nunc patenter excusationibus fucatis et frivolis innitentes, nunc latenter ecclesiarum suarum ianuis perforatis, aut in eis factis fenestris, seu modis aliis exquisitis, non absque damno cathedralium et parochialium ecclesiarum et scandalo plurimorum dirumpendo nervum ecclesiasticæ disciplinae, civitatum, terrarum et aliorum locorum generalia interdicta præsumptione damnabili violare præsumunt. Nos igitur, in sancta Dei ecclesia, cui disponente Domino præsidemus, quæ quidem unica est, et unum Deum prædicat atque colit, unam fidem firmiter et simpliciter confitetur, uniformitatem, (quantum commode possumus,) conservare volentes, circa interdictorum observantiam prædictorum, auctoritate sedis apostolicæ vel a locorum ordinariis positorem, de fratrum nostrorum consilio districte præcipiendo mandamus, quatenus religiosi quicunque tam exempti quam non exempti, cuiuscunque ordinis et conditionis existant, quum cathedralem vel matricem, seu parochialem⁷) loci ecclesiam illa viderint aut sciverint observare, (non obstantibus quibuscumque appellationibus, antea etiam ad eandem sedem, vel alium seu alios interiectis, et aliis obiectibus quibuscumque;) absque dolo et fraude, cum moderatione tamen decretalis, „Alma⁸“, „inviolabiliter conservent⁹“, alioquin non servantes excommunicationis sententiæ hoc ipso volumus subiacere. Quod etiam in interdictis et in cessationibus a divinis, indictis per provincialium conciliorum statuta vel ipsorum auctoritate, quum maius sit provinciale concilium quam singularis prælati provinciae, ac¹⁰) iudicium integrum, quod plurimorum sententiis comprobatur, volumus observari. In cessationibus vero generalibus a divinis civitatum, terrarum et aliorum locorum, quas aliquando ex consuetudine vel aliis capitula, collegia vel conventus sæcularium aut regularium ecclesiarum sibi vindicant, (quia ipsos hoc unico lumine ad repellendas iniurias eis factas privare nolumus nec debemus,) idem intelligimus observandum. Ipsi vero sint diligenter attenti, ut statuta Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum super his edita diligenter observent. Porro hanc sanctionem ad pendentia trahimus, non obstantibus privilegiis, conventionibus, statutis et consuetudinibus quibuslibet, quæ contra præmissa seu aliquid præmissorum religiosi ipsis in nullo volumus suffragari.

Cap. II. 6) deductur: Clem. Ms.
TIT. X. Cap. I. 1) seu par.: omitt. Clem. Ms. — 2) cf. c. 26. h. t. in VIto V. 11. — 3) ea servent: Clem. Ms. — 4) ad: ead.
Cap. II. 5) add.: in eodem: Clem. Ms. — 6) omitt. ead. — 7) mis-

CAP. II.

Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare divina, vel qui per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum evocari, vel prohibent, ne publicis excommunicati vel interdicti, super hoc per illos, qui missas celebrant, moniti, ecclesias exant, et ipsi nominatim moniti, qui non exeant, excommunicati sunt, et per Papam absolventi. H. d. Ioann. Andr.

Idem.⁵)

Gravis ad nos prælatorum querela perduxit, quod nobiles quidam et domini temporales, terris eorum ecclesiastico suppositis interdicto, modum in locorum suorum capellis, sed et⁶) in collegiatis et aliis insigniam locorum ecclesiis missas⁷) et alia divina officia publice et solemniter faciunt celebrari, ad officia eadem celebranda nunc hos, nunc illos vocantes, et interdum, (quod est deterius,) compellentes, hisque non contenti excessibus per campanarum non solum pulsationem, sed et voce præconia⁸) populos etiam interdictos, ut interdicti non obstante sententia ad audiendas missas huiusmodi veniant, faciunt evocari. Nonnulli quoque ipsorum suis plerumque subiectis, ne, licet excommunicationis vel interdicti sententia publice sint innodati⁹), de ecclesiis, dum in ipsis missarum celebrantur solennia¹⁰), instantibus etiam celebrantibus exeant, præcipere non verentur, ex quo frequenter contingit, quod non sine Dei offensâ clerique ac populi scandalo ipsa missarum solennia remanent¹¹) inexpleta. Ne igitur excessus sic graves excedentium impunitate trahantur ab aliis in exemplum: præsumptores præfatos, qui locis¹²) interdicto suppositis quemquam de cetero divina celebrare officia quomodolibet cogere, aut qui modo prædicto ad officia eadem audienda aliquos, excommunicationis præsertim vel interdicti ligatos sententia, evocare, seu qui, ne excommunicati publice aut interdicti de ecclesiis, dum in ipsis missarum aguntur solennia, a celebrantibus moniti, ut exeant, prohibere, nec non excommunicatos publice et interdictos, qui in ipsis ecclesiis, nominatim a celebrantibus ut exeant moniti, remanere præsumperint, excommunicationis sententia, a qua per sedem duntaxat apostolicam possint absolvi, sacro approbante concilio innodamus.

CAP. III.

Fratres Minores, si tempore interdicti recipient in suis ecclesiis ad divina fratres et sorores tertii ordinis, excommunicati sunt, nec privilegia tunc vant. H. d. Ioann. Andr.

Idem.¹³)

Quum ex eo, quod religiosi viri fratres Minores in suis recipient ecclesiis ad audienda divina officia tempore interdicti fratres et sorores, de ordine tertio, quem B. Franciscus instituit, existentes, qui continentibus seu de poenitentia nuncupantur, scandalum aliorum¹⁴), qui ab his excluduntur, mentibus generetur, censura vilescat ecclesiastica, et minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur: eisdem fratribus Minoribus districtius inhibemus, ne de cetero aliquem vel aliquos prædictorum, (etiamsi super hoc hi vel illi privilegiis quibuscumque muniti extiterint, quæ ipsi in nullo prorsus quoad hoc volumus suffragari,) ad divina in suis ecclesiis tempore interdicti quoquo modo admittant. Quod si fecerint, eo ipso excommunicationis sententiæ ac noverint subiacere, a qua per alium, quam per Romanum Pontificem, vel satisfactione præmissa per locorum episcopos, (quos auctoritate apostolica fungi volumus in hac parte,) absolutionis beneficium nequeant obtinere.

CAP. IV.

Si Papa etiam scienter excommunicato participat, illum per hoc non absoluit, nisi exprimat hoc se velle. Et si scienter sub titulo dignitatis aliquem nominat vel honoret, per hoc illum in dignitate non approbat. Ioann. Andr.

Idem.

Si summus Pontifex scienter etiam excommunicato¹⁵) participet literis, verbo vel osculo seu alio quovis modo; ipsum per hoc absolvere nulla ratione censetur, nisi se velle forsitan exprimat, illud ex hoc pro absoluto haberi. Similiter quoque, si quem sub titulo cuiuslibet dignitatis ex certa etiam scientia, verbo, constitutione vel literis nominet, honoret seu quovis alio modo tractet: per hoc in dignitate illa ipsum approbare non intelligitur, aut quietam ei tribuere novi iuris.

rarum: ead. — 8) præconis: Böhm. — 9) notati: id., Clem. Ms. — 10) officia: ead. — 11) remanent: Böhm. — 12) in loc.: id., Clem. Ms. Cap. III. 13) Id. in ead.: Clem. Ms. — 14) in al.: ead. Cap. IV. 15) cum exc.: Clem. Ms.

TITULUS XI.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

CAP. I.

Declaratur in aliquibus cap. Exlit. eod. tit. lib. VI. praescriptum, an fratres Minores teneantur ad observantiam eorum omnium, quae in regula sub verbis imperativi modi ponuntur, deinde nulla inseruntur, ad quae fratres ipsi obligantur. Et consequenter, eorum novem excessibus prolixè discussis, de electione ministri ipsorum facultatissime tractatur.

Clemens V. in concilio Viennensi.

„Exivi¹⁾ de paradiso, dixi: rigabo hortum plantationum,“ ait ille coelestis agricola, qui vere fons sapientiae, verbum Dei, a Patre, in Patre manens, genitum ab aeterno novissime diebus istis, fabricante sancto Spiritu in utero virginis care factum, exivit homo ad opus arduum redemptionis humani generis peragendum, exemplar se dando²⁾ coelestis vitae, praebens hominibus semet ipsum. Verum quia plerumque mortalia vitae sollicitudinibus pressus homo mentis adspexit ab exemplari huiusmodi istultu³⁾ divertebat: verus noster Salomon in solio militantis ecclesiae hortum voluptatis inter ceteros quendam fecit a proceribus mundi fluctibus elongatum, in quo quietius ac securius vacaretur contemplandis servandisque huiusmodi operibus exemplaris, in hunc mundum introiit ipse, ut rigaret ipsum foecundans aquis spiritualis gratiae et doctrinae. Hic hortus siquidem est fratrum Minorum sancta religio, quae mris regularis observantiae firmiter undique circumclasa, intra se solo contenta Deo, adornatur abunde novellis plantationibus florum. Ad hanc veniens dilectus Dei filius mortificantis poenitentiae myrrham metit cum aromatis, quae suavitate mira universis odorem attrahentis sanctimoniae circumfundunt. Haec est illa coelestis vitae forma et regula, quam descripsit ille confessor Christi eximus sanctus Franciscus, ac servandam a suis filiis verbo docuit pariter et exemplo. Quia vero dictae sanctae regulae professores ac seculatores devoti, ut et alumni et veri filii tanti patris, affectabant, sicut et ferventer affectant, ad purum et ad plenum praemissam regulam firmiter observare: attendentes quaedam, quae dubium poterant afferre sensum, in ipsius regulae serie contineri, pro ipsorum declaratione habenda recurrerunt prudenter olim ad apicem apostolicae dignitatis, ut certificati per ipsam, cuius pedibus etiam per ipsam regulam sunt subiecti, possent Domino, pulsis caecis dubiis, cum plena caritate conscientiae deservire. Horum autem plura ac iustis supplicationibus, plures praedecessores nostri Romani Pontifices successores, (sicut dignum erat,) applicantes aures et animam, declaraverunt ea, quae dubia videbantur, ediderunt nonnulla, et aliqua concesserunt, sicut expedire videbant fratrum conscientias ac purae observantiae status⁴⁾. Verum quia plerumque, ubi culpa non est, cum timere solent conscientiae timoratae, quae in via Dei quodcumque devium⁵⁾ expavescunt: non sunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omnium fratrum conscientiae quietatae, quin circa aliqua ad regulam ipsorumque statum pertinentia dubitationem in ipsis fluctibus aliqui generentur et orientur, sicut ad aures nostras plures et de quampioribus in publicis et privatis⁶⁾ consistoriis est perlatum. Quapropter per ipsos fratres nobis extitit humilliter supplicatum, quatenus praedicta dubia, quae occurrerunt, et quae possunt occurrere in futurum, adhibere opportuna declarationis remedia de bonitate sedis apostolicae curavimus. Nos igitur, eorum animis ab aetate tenera pia devotione affectu ad huiusmodi professores regulae, et ad ordinem ipsum totum, nunc autem ex communi cura pastoralis regimini, quam immeriti sustinemos, ad ipsos fovendos, dulcius et attentius gratiosis favoribus prosequendos, tanto provocamur ardentius, quanto frequentius intenta mente revolvimus fructus uberes, quos⁷⁾ ex eorum exemplari vita et salutari doctrina toti universali ecclesiae continue cernimus provenire, tam pia supplicantium intentione commoti ad peragendum diligenter quod petitur studia nostra duximus convertenda, ipsaque dubia per plures archiepiscopos et episcopos, et in theologia magistros, et alios literatos, providos et discretos examinari fecimus diligenter. Quam igitur in primis ex eo, quod in dictae regulae principio habetur: „Regula et vita fratrum Minorum haec est, scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum evangelium observare, in obedientia vivendo sine proprio⁸⁾ in castitate,“ item infra: „Finito vero anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper et regulam observare,“ item circa finem regulae: „Paupertatem et humilitatem, et sanctum evangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promissimus, observemus,“ fuit haesitatum, an fratres eius-

dem ordinis ad omnia tam praeccepta quam consilia evangelii ex professione suae regulae teneantur, quibusdam dicentibus, quod ad omnia, aliis autem assentientibus, quod ad sola illa tria consilia, videlicet „vivere in obedientia, in castitate et sine proprio,“ et⁹⁾ ad ea, quae sub verbis obligatoris ponuntur in regula, obligantur: nos, circa hunc articulum praedecessorum nostrorum vestigiis inherentes, ipsumque articulum, quoad aliquid clarius prosequentes, dictae haesitationi duximus respondendum, quod, quomodo verum determinatum cuiuslibet habeat cadere sub certo,ovens regulam non potest dici teneri ex vi voti huiusmodi ad ea consilia evangelica, quae in regula non ponuntur. Et quidem E. Francisci conditoris regulae haec probatur fuisse intentio, ex hoc, quod quaedam evangelica consilia in regula posuit, aliis praemissis. Si enim per illud¹⁰⁾ verbum: „Regula et vita fratrum Minorum haec est etc,“ intendisset eos ad omnia consilia evangelica obligare: superflue et nugatorie quaedam eorum, suppressis ceteris, in regula expressisset. Quum autem natura termini restrictivi hoc habeat, quod sic¹¹⁾ excludit ab ipso extraneas, quod cuncta ad ipsum pertinentia concludit: declaramus et dicimus, quod dicti fratres non solum ad illa tria vota nude et absolute accepta ex professione suae regulae obligantur, sed etiam tenentur ad ea omnia implenda, quae sunt pertinentia ad haec tria praedicta¹²⁾, quae regula ipsa ponit. Nam si ad haec tria praedicta tantum, praecise et nude promittentes se servare regulam vivendo in „obedientia, castitate et sine proprio,“ et non etiam ad omnia contenta in regula, quae haec tria modificat, ardentur: pro nihilo et vane proferrentur haec verba: „Promitto semper hanc regulam observare,“ ex quo ex his verbis nulla obligatio nasceretur. Nec tamen patandum est, quod E. Franciscus professores huius regulae quantum ad omnia contenta in regula, modificata tria vota, seu ad alia in ipsa expressa intenderit aequaliter esse obligatos; quin potius aperte discevit, quod quoad quaedam ipsorum ex vi verbi transgressio est mortalis, et quoad quaedam alia non, quum ad quaedam ipsorum verbum apponat praeccepti vel aequipollentis eidem, et quoad aliqua verbis aliis sit contentum. Item quia praeter ea, quae expressa verbo praeccepti ac exhortationis seu monitionis ponuntur in regula, nonnulla verbo imperativi modi negative vel affirmative apposite inseruntur¹³⁾, haec extitit dubitatum, an tenerentur ad ista, ut ad habentia vim praeccepti: et quia, (ut intelleximus,) non minuitur hoc dubium, sed augetur ex eo, quod felix recordationis Nicolaus Papa III.¹⁴⁾ praedecessor noster fecerit declarasse, quod fratres ipsi ex professione suae regulae sunt adstricti ad ea consilia evangelica, quae in ipsa regula praecceptorie vel inhibitive, seu sub verbis aequipollentibus exprimuntur, et nihilominus ad eorum omnium observantiam, quae ipsis in eadem regula sub verbis obligatoris inducuntur: supplicaverunt praedicti fratres, ut ad ipsorum conscientias servandas declarare, quae horum censeri debeant praecceptis aequipollentia ac obligatoria, dignamur. Nos itaque, qui in sinceris horum conscientias delectamur, attendentes, quod in his, quae animae salutem respiciunt, ad vitandas graves remorsus conscientiae¹⁵⁾ pars securior est tenenda, dicimus, quod, licet fratres non ad omnium, quae sub verbis imperativi modi ponuntur in regula, sicut ad praecceptorum seu praecceptis aequipollentium observantiam teneantur, expedit tamen ipsis fratribus ad observandam puritatem regulae et rigorem, quod ad ea, sicut ad aequipollentia praecceptis¹⁶⁾, se noverint obligatos, quae hic inferius adnotantur. Ut autem haec, quae videri possunt aequipollentia praecceptis ex vi verbi, vel saltem ratione materiae, de qua agitur, seu ex utroque sub compendio habeantur: declaramus, quod illud, quod ponitur in regula de non habendo plures tunicas, quam unam cum caputio, et aliam sine caputio; item, de non portandis calceamentis, et de non equitando extra casum necessitatis; item, quod fratres vilibus induantur; item, quod ieiunare a festo omnium Sanctorum usque ad Natale Domini, et in sextis feriis teneantur; item, quod clerici faciant divinum officium secundum ordinem sanctae Romanae ecclesiae; item, quod ministri et custodes pro necessitatibus infirmorum et fratribus induendis sollicitam curam gerant; item, quod, si quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alii fratres debent ei servire; item, quod fratres non praedicent in episcopatu alienius episcopi, quam ab eo illis fuerit contradictum; item, quod nullus audeat penitus populo praedicare, nisi a generali ministro vel alio, quibus secundum declarationem praedictam id compellit, fuerit examinatus, approbatus, et ad hoc¹⁷⁾ institutus; item, quod fratres, qui cognoverint, se non posse praemissam regulam specialiter observare, debeant et possint ad suos ministros recurrere; item, quod omnia, quae ponuntur in regula ad formam

TIT. XI. Cap. I. 1) Recl. XXIV. 41. 42. — 2) sequendo: Clem. Ms. — 3) contentis: ead. — 4) huius status: ead. — 5) omitt. ead. — 6) in priv.: ead. — 7) quod: Böh. — 8) omitt. Clem. Ms. — 9) desid. ap. Böh. — 10) istud: Böh. — 11) omitt. Clem. Ms. — 12) abest ab

ist. — 13) inferuntur: Böh. — 14) IV. Clem. Ms. — cf. c. 3. de verb. sign. in Vito V. 12. — 15) consulte: ead. — 16) omitt. ead. — 17) haec: ead.

habitus tam novitiorum quam etiam professorum, nec non ad receptionis modum ac professionem spectantia, nisi recipientibus quoad habitum novitiorum, sicut dicit regula, secundum Deum aliter videatur: haec, inquam, omnia sunt a fratribus tanquam obligatoria observanda. Item ordo communiter sensit, tenet et tenet ab antiquo, quod, ubicunque ponitur in regula hoc vocabulum „teneantur:“ obtinet vim praecepti, et observari debet a fratribus sicut tale. Ceterum quia Christi confessor praedictus, agendorum ac servandorum circa recipiendos ad ordinem ministris et fratribus modum praebens, dixit in regula, quod caveant fratres et eorum, ministri, ne sint solliciti de rebus suis temporalibus, ut libere faciant de eis quicquid ipsis a Domino fuerit inspiratum, licentiam tamen habeant ipsi ministri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, si consilium requiratur, quorum consilio sua bona pauperibus erogentur: dubitaverunt et dubitant multi fratrum, an liceat ipsis de bonis ingredientium quicquam recipere, si donetur, et si ad dandum personis et conventibus possint eos inducere sine culpa, si etiam ad disponendum de distributione rerum talium debeant ipsi ministri seu fratres dare consilium, ubi ad consulendum alii, quam ex ipsis, ad quos ingressuri mittantur, possint idonei inveniri. Nos autem, considerantes attente, intendisse sanctum Franciscum, suae regulae professores, quos fundaverat in maxima paupertate, ab affectu temporalium rerum ipsorum ingredientium per dicta verba specialiter et totaliter elongare, ut, quantum est ex parte fratrum ipsorum, receptio ad ordinem sancta et purissima appareat, et ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, sed ad ipsos tantum divino servitio mancipandos: dicimus, de cetero¹⁸⁾ debere tam ministros quam fratres ceteros a dictis inductionibus ad sibi dandum, et suasionibus, nec non et dandis¹⁹⁾ circa distributionem consilii abstinere, quum per hoc ad timentes Deum status alterius mitti debeant, non ad fratres, ut vere cunctis pateant esse tam salubris instituti paterni studiosi zelatores seduli et perfecti. Quum vero facere de rebus suis quod Dominus inspirabit ipsamet regula ingredientibus liberum velit esse: non videtur, quin liceat eis recipere, consideratis scilicet eorum necessitatibus et moderationibus declarationis iam dictae, si quid de bonis suis intrans, sicut et ceteris pauperibus per modum elemosynae libere²⁰⁾ velit dare. Cavere tamen in acceptatione²¹⁾ oblatorum talium decet fratres, ne ex receptorum quantitate notabili praesumi possit sinister oculus contra ipsos. Praeterea quum dicitur in regula, quod illi, qui iam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, et aliam sine caputio, qui habere voluerint; item, quod fratres omnes vestimenta vilibus induantur, nosque praedicta verba declaraverimus²²⁾ aequipollere praeceptis: volentes haec determinari²³⁾ plenius, dicimus, quantum ad numerum tunicarum, quod pluribus uti non licet, nisi in necessitatibus, quae haberi possunt ex regula, secundum quod hunc passum memoratus praedecessor noster plenius declaravit. Vilitatem autem vestium, tam habitus quam interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quae secundum consuetudinem vel conditionem patriae debeat quantum ad colorem panni et pretium vilitatis merito reputari. Non enim quoad regiones omnes potest determinatus unus modus in talibus assignari. Huiusmodi etiam vilitatis iudicium ministris et custodibus seu guardianis duximus committendum, eorum super hoc conscientias onerantes, ita tamen, quod servent in vestibus vilitatem. Quorum etiam ministrorum, custodum et guardianorum iudicio eodem modo relinquimus, pro qua necessitate possint ipsi²⁴⁾ fratres calcamenta porfare. Deinde, quum duobus temporibus adnotatis in regula, scilicet a festo omnium Sanctorum usque ad Nativitatem Domini et maxime Quadragesimae, in quibus ieiunare tenentur, inseratur in eadem regula: „alii autem temporibus non teneantur²⁵⁾, nisi sexta feria ieiunare,“ et ex hoc voluerunt aliqui dicere, quod dicti ordinis fratres non tenentur, nisi ex condecencia, ad alia ieiunia quam ad ista: declaramus debere intelligi, eos non teneri ad ieiunium aliis temporibus, praeterquam in ieiuniis, ab ecclesia constitutis. Non est enim verisimile, quod vel institutor regulae, vel etiam confirmator, absolvere ipsos²⁶⁾ intenderit a servandis illis ieiuniis, ad quae de communi statuto ecclesiae obligantur ceteri Christiani. Porro quum dictus Sanctus, volens fratres suos super omnia a denariis seu pecunia esse totaliter alienos, praecepit firmiter fratribus universis, ut hullo modo denarios vel pecuniam recipiant per se vel per interpositam personam, istamque articulum declarans idem praedecessor noster casus et modos posuerit, quibus servatis a fratribus non²⁷⁾ possint dici nec debent

per se vel per alium pecuniae receptatores²⁸⁾ contra regulam vel sui ordinis puritatem: dicimus fratres teneri cavere summpere, quod pro aliis causis et sub modis aliis, quam ponat dicti praedecessoris nostri declaratio, ad dantes pecunias sive deputatos nuncios non recurrant, ne, si secus ab ipsis attentatum fuerit, transgressores praecepti et regulae merito possint dici. Nam ubi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expresse non conceditur: intelligitur denegatum. Quocirca quaestus omnis pecuniae ac oblationum pecuniarum receptio in ecclesia vel alibi, cippi vel trunci ordinati ad offerentium seu donantium pecunias reponendas, nec non et quicunque recursum alius ad pecunias seu habentes ipsas, qui per declarationem praedictam non conceditur, haec, inquam, omnia sunt eis simpliciter interdicta. Quum etiam recursum ad amicos speciales expresse tantum in duobus casibus secundum regulam concedatur, videlicet, pro necessitatibus infirmorum et fratrum²⁹⁾ induendis, idque pie et rationabiliter, considerata necessitate vitae, ad alias necessitates fratrum pro tempore occurrentes cessantibus elemosynis, seu etiam ingruentes, saepe dictus praedecessor noster duxerit extendendum: attendant fratres praefati, quod pro nullis causis aliis, quam praedictis vel similibus in via vel alibi recurrere licet eis ad amicos huiusmodi, sive sint dantes pecunias seu deputati per ipsos, sive nuncii vel depositarii, seu alio³⁰⁾ quovis nomine appellentur, etiamsi concessi per eandem declarationem nomi circa pecuniam integre servarentur. Denique quum idem confessor summe affectaverit, suae regulae professores totaliter esse abstractos ab affectu et desiderio terrenorum, et specialiter a pecunia et eius usu³¹⁾ totaliter inexpertos, sicut probat prohibitio de recipienda pecunia in regula saepius repetita: curare fratres vigilantanter necesse est, quod, quum ex causis praedictis et modis ad³²⁾ habentes pecunias, deputatas pro ipsorum necessitatibus, recurrere oportebit ad tenentes ipsas, quicunque hi fuerint, principales vel nuncii, in omnibus sic se gerant, quod se cunctis ostendant in dictis pecuniis, (sicut nec habent,) penitus nil habere. Quapropter praecipere, quod et qualiter pecunia expendatur, computumque³³⁾ exigere de expensa, eam quomodoque repete sive deponere aut deponi facere, capsulam pecuniae vel eius clavem deferre, nos actus et consimiles sibi fratres illicitos esse sciant. Praedicta enim facere ad solos dominos pertinet, qui dederant, et eos, quos ipsi deputaverunt³⁴⁾ ad hoc ipsum. Proinde quum vir sanctus, paupertatis praemissae in regula modum exprimens, dixerit in eadem: „Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tanquam peregrini et advenae, in hoc saeculo in paupertate et humilitate Domino famulantes, vadant pro elemosyna confidenter,“ sicque declaratum existit per nonnullos praedecessores nostros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tam in speciali quam etiam in communi, propter quod et rerum omnium concessarum, oblatorum et donatarum fratribus, (quas et quarum usum, facti scilicet, ordini vel ipsis fratribus licet habere,) proprietatem et dominium in se et Romanam³⁵⁾ ecclesiam receperunt, dimisso ipsis fratribus in eis tantummodo usu facti simplicis: ad nostrum fuerunt deducta examen, quae in ordine fieri dicebantur, et videbantur praedicto voto et puritati ordinis repugnare, videlicet, ut ea prosequamur ex ipsis, quae remedio³⁶⁾ credimus indigere, quod se institui heredes non solum sustinent, sed procurant; item, quod redditus annuos recipiant interdum in tam notabili quantitate, quod conventus habentes totaliter inde vivunt; item, quod, quum ipsorum negotia etiam pro rebus temporalibus in curiis agitantur, assistant advocatis et procuratoribus, et ad instigandum eosdem se ibidem personaliter repraesentant; item, quod executiones ultimarum suscipiant voluntatum et gerunt, seque intromittunt quandoque de usurarum vel³⁷⁾ male ablatorum dispositionibus seu restitutionibus faciendis; item, quod alicubi non solum excessivos hortos, sed etiam vineas magnas habent, de quibus tam de oleribus quam de vino multum colligitur ad vendendum; item, quod temporibus messium vel vindemiarum sic copiose granum et vinum mendicando vel aliunde emendo colliguntur a fratribus, et in cellariis et granariis reconduntur, quod per anni residuum et³⁸⁾ absque eorum³⁹⁾ mendicatione possunt transigere⁴⁰⁾ vitam suam, item, quod ecclesias vel alia aedificia faciunt vel procurant fieri in quantitate et curiositate figurae et formae, ac sumptuositate notabiliter excessiva, sic, quod non videntur habitacula pauperum, sed magnatum. Paramenta etiam ecclesiastica in plerisque locis tam multa habent et tam notabiliter pretiosa, quod excedunt in his magnas ecclesias cathedrales. Equos

Cap. I. 18) omnino: caed. — 19) a dandis: caed. — 20) liberae: Böh. — 21) acceptio: id. Clem. Ms. — 22) declaratio: Böh. — 23) determinas: Clem. Ms. — 24) omitt. caed. — 25) tenentur: caed. — 26) eos: caed. — 27) nec possunt: caed. — 28) receptoras: caed. — 29) pro fratr.: caed. — 30) desid. ib. — 31) usus totaliter expertes:

Böh. — 32) omitt. Clem. Ms. — 33) computataque: caed. — 34) deputaverint: caed. — 35) Romana ecclesia: Ed. Rom. oper. mend. — 36) remedio: Clem. Ms. — 37) et: caed. — 38) vel quasi: caed. — desid. ap. Böh. — 39) omitt. Clem. Ms. — 40) transire: caed.

insuper et arma eis oblata in funeribus recipiunt indistincte. Tamen communitas fratrum, et specialiter rectores ipsius ordinis assererent, quod praedicta seu plura ex ipsis in ordine non fiebant, quod et, si qui reperiantur rei in talibus, rigide puniuntur, nec non contra talia, ne fiant, sunt facta pluries ab antiquo statuta in ordine multum stricta. Cupientes igitur nos ipsorum fratrum providere conscientibus, et cuncta dubia, (quantum possibile nobis est,) de ipsorum pectoribus removeré, ad praedicta modo, qui sequitur, respondemus. Quum enim ad veritatem vitae pertineat, ut id, quod exterius agitur, interiorem mentis dispositionem et habitum repraesentet: necesse habent fratres, quise expropriatione tanta a temporalibus abstraxerunt, ab omni eo, quod dictae expropriationi esset vel posset videri contrarium, abstinere. Quia igitur in successione transit non solum usus rei, sed et dominium suo tempore in heredes, fratres autem praefati nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possunt etiam in communi: declarando dicimus, quod accessionum huiusmodi, quae etiam ex sui natura⁴¹⁾ indifferenter ad pecuniam; et⁴²⁾ etiam ad alia mobilia et immobilia se extendunt, considerata sui puritate voti nullatenus sunt capaces. Nec licet eis valorem hereditatum talium, vel tantam earum partem, quod praesumi posset, hoc in fraudem fieri, quasi sub modo et forma legati sibi dimitti facere, vel sic dimissa recipere, quin potius ista sic fieri ab ipsis simpliciter prohibemus. Quumque annui redditus inter mobilia censeantur a iure, ac huiusmodi redditus obtinere⁴³⁾ paupertati et mendicitati repugnet: nulla dubitatio est, quod praedictis⁴⁴⁾ fratribus redditus quoscunque, sicut et possessiones vel eorum etiam usum, (quum eis non reperitur concessus,) recipere vel habere conditione considerata ipsorum non licet. Amplius, quum non solum, quod malum esse dignoscitur, sed et omne, quod speciem habet mali, si a viris perfectis specialiter vitandum, ex talibus autem assistentibus in curiis et investigationibus, quum de rebus agitur in ipsorum commoda convertendis, credantur verisimiliter ex his, quae foris patent, (de quibus habent homines foris⁴⁵⁾ iudicare,) in ipsis rebus fratres assistentes aliquid quaerere tanquam suum, nullo modo debent huiusmodi voti et regulae professores se talibus curiis et litigiosis actibus immiscere, ut et testimonium habeant ab his, qui foris sunt, et puritati satisfaciunt voti sui, ac evitetur per hoc scandalum proximorum. Verum etiam quum dicti ordinis fratres non solum a receptione, proprietate, dominio sive usu ipsius pecuniae, verum etiam a contrectatione qualibet ipsius et ab ea sint penitus alieni, quemadmodum saepe dictus praedecessor noster in declaratione huiusmodi regulae plane⁴⁶⁾ dixit; quumque dicti ordinis professores pro nulla re temporalis possint in iudicio experiri: praedictis fratribus non licet nec competit, quin potius considerata sui puritate status debent sibi scire interdictum, quod huiusmodi executionibus et dispositionibus⁴⁷⁾ se exponant, quum haec saepius⁴⁸⁾ absque litigio et contrectatione vel administratione pecuniae nequeant expediri. Verumtamen in his exsequendis dari⁴⁹⁾ consilium ipsorum statui non obstat, quum ex hoc ipsis circa bona temporalia nulla iurisdictione, sive actio in iudicio, sive dispensatio tribuatur. Licet vero non solum sit licitum, sed et multum conveniens rationi, quod fratres, qui in laboribus spiritualibus orationis et studii sedulo occupantur, hortos et areas habeant competentes ad collectionem vel⁵⁰⁾ recreationem sui, et interdum ad se ipsos post labores huiusmodi corporaliter deducendos, nec non ad⁵¹⁾ habenda necessaria hortalia pro se ipsis: habere tamen hortos aliquos, ut colantur, ac olera ac alia hortalia pretio distrahantur, nec non et vineas, repugnat suae regulae et⁵²⁾ ordinis puritati. Secundum quod dictus praedecessor declaravit ac etiam ordinavit, quod, si talia ad usum proxime dictos, ut puta agrum vel vineam ad colendum et consimilia, fratribus legarentur, per omnem modum fratres a receptione talium abstinerent, quum etiam praemissa habere, ut pretium fructuum suis temporibus habeatur, ad naturam et formam proventuum appropinquet. Rursus quum praedictus Sanctus tam in⁵³⁾ exemplis vitae quam verbis regulae ostenderit, se velle, quod fratres sui et filii, divinae providentiae innitentes, suos in Deum iacerent cogitatus, qui volucres coeli pascit, quae non congregant in horrea, nec seminant, nec metant: non⁵⁴⁾ est verisimile, voluisse ipsam eos habere granaria vel cellaria, ubi quotidianis mendicationibus deberent sperare posse transigere vitam suam. Et idcirco non ex timore levi relaxare⁵⁵⁾ se debent ad congregationes et conservationes huiusmodi faciendas, sed tunc tantum, quum esset multum credibile ex iam expertis, quod non possent vitae necessa-

ria aliter invenire. Hoc autem ministrorum et custodum simul et separatim in suis administrationibus et custodiis, cum guardiani et duorum de conventu loci discretorum sacerdotum et antiquorum in ordine fratrum consilio et assensu, duximus iudicio relinquendum, eorum super hoc specialiter conscientias onerantes. Hinc est etiam, quod, quum vir sanctus fratres⁵⁶⁾ suos in paupertate summa ac humilitate fundare voluerit, quoad affectum pariter et effectum, sicut fere regula tota clamat, convenit ipsis, quod nullo modo deinceps fieri faciant vel⁵⁷⁾ fieri sustineant ecclesias vel alia quaecunque aedificia, quae, considerato fratrum inhabitantium numero, excessiva in multitudine et⁵⁸⁾ magnitudine debeant reputari. Ideoque volumus, quod ubique in suo ordine deinceps temperati et humilibus aedificiis sint contenti, ne huic tantae paupertatis promissae, quod patet oculis, contrarium foris clamet. Quamvis etiam paramenta et vasa ecclesiastica ad honorem divini nominis ordiantur, propter quem omnia fecit ipse Deus: tamen qui absconditorum est cognitor, ad animum sibi ministrantium respicit principaliter, non ad manum, nec per illas sibi vult serviri, quae suorum servitorum conditioni et statui dissonarent; propter quod sufficere debent eis vasa et⁵⁹⁾ paramenta ecclesiastica decentia, in⁶⁰⁾ numero et in magnitudine sufficientia competenter. Superfluitas autem, aut nimia pretiositas, vel quaecunque curiositas in his seu aliis quibuscunque non potest ipsorum⁶¹⁾ professioni vel⁶²⁾ statui convenire. Quum enim haec sapiant thesaurizationem seu copiam: paupertati tantae quoad humanum iudicium derogant manifeste. Quapropter praemissa servari a fratribus volumus et mandamus. Circa equorum vero et armorum oblationes illud decernimus in omnibus et per omnia observandum, quod per declarationem praedictam in pecuniariis noscitur eleemosynis definitam. Ex praemissis autem succrevit non parum scrupulosa quaestio inter fratres, videlicet: utrum ex suae professione regulae obligentur ad arcum et tenuem sive pauperem usum rerum; quibusdam ex ipsis credentibus et dicentibus, quod, sicut quoad dominium rerum habent ex voto abdicationem arctissimam, ita ipsis quoad usum arctitudo maxima et exilitas est indicta; aliis in contrarium asserentibus, quod ex professione sua ad nullum usum pauperem, qui non exprimitur in regula, obligantur, licet teneantur ad usum moderatum temperantiae, sicut et magis ex condecenci, quam ceteri Christiani. Volentes itaque concientiarum praedictorum⁶³⁾ fratrum providere quieti, et his alterationibus finem dare, declarando dicimus, quod fratres Minores ex professione suae regulae specialiter obligantur ad arctos usus seu pauperes, qui in ipsorum regula continentur, et eo obligationis modo, sub quo continet seu ponit regula dictos usus. Dicere autem, sicut aliqui asserent perhibentur, quod haereticum sit, tenere usum pauperem includi vel non includi sub voto evangelicae paupertatis, praesumptuosum et temerarium iudicamus. Demum, quia ex eo, quod dicta regula, per quos et ubi fieri debeat⁶⁴⁾ ministri generalis electio, tradens, nullam facit⁶⁵⁾ de ministrorum provincialium electione vel institutione penitus mentionem, oriri super hoc poterat dubitatio inter fratres: nos, volentes posse ipsos clare ac secure procedere in omnibus factis suis, declaramus, statuumus etiam et ordinamus in⁶⁶⁾ hac constitutione in perpetuum valitura, ut, quum alicui provinciae de ministro fuerit providendum, ipsius ministri electio penes capitulum provinciale resideat, quam idem capitulum die sequenti, qua fuerit congregatum, facere teneatur; ipsius autem electionis confirmatio ad ministrum pertineat generalem. Et si quidem ad electionem huiusmodi per formam scrutini procedatur, et, votis in diversa divisio, electiones plures in discordia celebrari contingat: illa, quae a maiori parte capituli numero, (nulla zeli vel meriti collatione aut consideratione habita,) fuerit celebrata, exceptione seu contradictione quacunque alterius partis non obstante, per dictum generalem ministrum de consilio discretorum de ordine, (prius tamen ex officio, prout spectat ad ipsum, diligenti examinatione praemissa,) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout eis secundum Deum visum fuerit expedire. Et si fuerit infirmata: ad capitulum provinciale electio huiusmodi revertatur. Ceterum, si capitulum memoratum die praedicta ministrum eligere praetermittat, extunc ministri provincialis provisio ad generalem ministrum libere devolvatur. Verum si ministro praedicto et capitulo generalibus ex certa, manifesta ac rationabili causa videretur aliquando in provinciis ultramarinis Hyberniae, seu⁶⁷⁾ Graeciae, seu Romae, in quibus hactenus alius providendi modus dicitur ex causa certa et rationabili fuisse servatus, expedire, ministrum provincialem per ministrum generalem cum proborum ordinis con-

Cap. I. 41) natura sua: ead. — 42) et ad al. mob. se extendunt: ead. — 43) obtineri: ead. — 44) dictis: ead. — 45) omitt. ead. — 46) plene: ead. — 47) dispensationibus: ead. — 48) ut sup.: ead. — 49) dare: ead. — 50) et: Böhm. — vel recoll.: omitt. Clem. Ms. — 51) et: ead. — 52) desid. ap. Böhm. — 53) omitt. Clem. Ms. — 54) nec

Böhm. — 55) lazare: Clem. Ms. — 56) omitt. ead. — 57) nec: ead. — 58) vel: ead. — 59) desid. ap. Böhm. — 60) et in num. et magn.: Clem. Ms. — 61) eorum: ead. — 62) et: ead. — 63) dictorum: ead. — 64) habeat: ead. — 65) fecit: ead., Böhm. — 66) omitt. Clem. Ms. — 67) omitt. ead.

offio potius, quam per capituli praedicti electionem praefici in provinciis Hyberniae, etiam ultramarinis irrefragabiliter, in Romana vero vel Graecia, quando minister dictae provinciae moretetur vel absolvetur citra mare, illa vice servetur absque dolo, partialitate et fraude, (super quo eorum conscientias oneramus,) quod super hoc dictus minister cum dictorum proborum consilio duxerit ordinandum. In destitutione vero dictorum ministrorum provincialium servari volumus, quod super hoc hactenus de⁶⁸⁾ ipso ordine extiterit observatum. Ceterum si contingeret eodem ministro generali carere: per vicarium ordinis fiat super hoc, quod faciendum fuerit per eandem ministrum, usque quo provium fuerit de generali ministro. Porro, si quid de huiusmodi ministro provinciali secus attentari forte contigerit: illud ipso facto sit irritum et inane. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationum, dictorum, commissionis, responsionis, prohibitionis, ordinationis, mandati, constitutionum, indicationum et voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc⁶⁹⁾ attentare praesumpserit: indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incurreturum.

CAP. II.

Determinat et declarat, quid significant haec verba, inserta in iudicialibus commissionibus, quae fiunt a principe vel a iure, scilicet: quod procedatur simpliciter et de plano, et sine strepitu et figura iudicii.
Joann. Andr.

Idem [Clemens V.]⁷⁰⁾

Saepe contingit, quod causas committimus, et in earum aliquibus simpliciter et de plano, ac sine strepitu et figura iudicii procedi mandamus; de quorum significatione verborum a multis contenditur, et quomodo procedi debeat dubitatur. Nos autem, dubitationem huiusmodi, (quantum nobis est possibile,) decidere cupientes, haec in perpetuum vallura constitutione sancimus, ut iudex, cui taliter causam committimus, necessario libellum non exigat, litem contestationem non postulet; tempore⁷¹⁾ etiam feriarum, ob necessitatibus hominum indulgentiam a iure, procedere valeat, ampatet

dilationum materiam, litem, quantum⁷²⁾ poterit, faciat breviores, exceptiones, appellationes dilatorias⁷³⁾ et frustratorias repellendo, partium, advocatorum et procuratorum contentiones et iurgia, testiumque superfluum multitudinem refrenando. Non sic tamen iudex litem abbreviet, quin probationes necessariae et defensionem legitima admittantur. Citationem vero ac praestationem iuramenti de calumnia vel malitia, sive de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem huiusmodi intelligimus non excludi. Verum quia iuxta petitionis formam pronuntiatio sequi debet: pro parte agentis, et etiam rei, si quid petere voluerit, est in ipso litem exordio petitio facienda sive in⁷⁴⁾ scriptis sive verbo, actis tamen continuo, (ut, super quibus positiones et articuli formari debeant, possit haberi plenior certitudo, et ut fiat diffinitio clarior,) inserenda. Et quia positiones ad faciliorem expeditionem litem propter partium confessiones, et articulos ob clariorem probationem usus longaevus in causis admittit: nos, usum huiusmodi observari volentes, statuimus, ut iudex, sic deputatus a nobis, (nisi aliud de partium voluntate procedat,) ad dandum simul utrosque terminum dare possit, et ad exhibendum omnia acta et munimenta, quibus partes uti volunt in causa, post dationem articulorum diem certam, quandocumque sibi videbitur, valeat assignare, eo salvo, quod, ubi remissionem fieri contingeret, pro testibus producendis possint etiam instrumenta produci, assignatione huiusmodi non obstantem. Interrogabit etiam partes sive ad earum instantiam, sive ex officio, ubicumque hoc aequitas suadebit. Sententiam vero diffinitivam, (citatis ad id, licet non peremptorio, partibus,) in scriptis, et, prout magis sibi placuerit, stans vel sedens proferat, etiam (si ei videbitur) conclusione non facta, prout ex petitione et probatione⁷⁵⁾ et aliis actibus in causa faciendam. Quae omnia etiam in illis⁷⁶⁾ casibus, in quibus per aliam constitutionem nostram vel alias procedi potest simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii volumus observari. Si tamen in praemissis casibus solennis ordo iudiciarius in toto vel in parte non contradicentibus partibus observetur: non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus. Data⁷⁷⁾ Avinion. XIII. Kal. Decembr. Pont. nostri Ao. II.

FINIS.

Cap. I. 68) in ipso ord. extitit: caed. — 69) hoc etc.: deobd. ap. Böhm.
Cap. II. 70) Clem. V. in conc. Floren.: Clem. M. — 71) de temp.:

Böhm. — 72) quanto: id. — 73) et dilationes frustr.: Clem. M. — 74) dosid. ap. Böhm. — 75) probatis: Ms. — 76) aliis: id. — 77) subscr. abest ab eod.


EXTRAVAGANTES

TUM VIGINTI

D. IOANNIS PAPAE XXII.

TUM COMMUNES

SUAE INTEGRITATI RESTITUTAE:



CONSTITUTIONES XX.

IOANNIS PAPAE XXII.

TITULUS I.

DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

CAP. I.

Electi, qui pro suarum electionum negotio ad curiam venire tenentur, etiam sede vacante non tenentur de necessitate in ipsa curia moram trahere, et, licet alibi morentur, nullum eis praesudicium generatur. Facit Clement. Ne Romani. §. fin. eod. tit.

Ad onus apostolicae servitutis supra dispositione vocati, ambiguitates, ex quibus possent ecclesiis damnosa provenire dispendia, tollere cupientes, de potestatis plenitudine ac fratrum nostrorum consilio ordinamus, quod quibuscunque electis, qui ad sedem apostolicam venire vel mittere tenebantur, ac ipsorum electionum instructoribus, qui in veniendo ad sedem ipsam et se praesentando, ipsa sede vacante vel non vacante, servaverunt tempora a canonicis instituta, (dummodo praesentialiter adsint in civitate Lugdunensi vel fuerint Avinione in Kalendis Octobris,) ubicunque sede vacante moram traxerint, nullum ipsis seu eorum iuri praesudicium ex mora interim facta ubilibet generetur, sed eorum iura circa electiones huiusmodi, hoc non obstante, perinde serventur illaesa, ac si apud sedem apostolicam moram contraxissent¹⁾, non obstantibus praedecessorum nostrorum constitutionibus quibuscunque, quibus tamen quoad alia nullum volumus praesudicium generari. Nulli ergo etc., nostrae ordinationis infringere etc. Datum Lugduni VIII. Idus Septembr. Ao. I.

CAP. II.²⁾

Beneficio vacante, cuius fructus ad certum tempus debentur alicui annalia habenti vel alii, qualiter debeant fructus ipsi dividi inter ipsum annalia habentem et beneficiatum, et divisione facta cuius sit electio, haec declarat constitutio. Et potuisset poni sub tit. de rescript. vel ne sed. vacant. vel ut eccl. benefic. vel de verborum signific.

Suscepti regiminis nos cura sollicitat, ut, quae in ecclesiis non absque dispendio ministrorum et cultus detrimento divini servari viderimus³⁾, per appositionem congrui moderaminis in melius reformemus. Quum itaque in nonnullis ecclesiis observetur, et a longis retro temporibus fuerit observatum, quod fructus primi vel secundi, aut alterius cuiuscunque sequentis anni beneficiorum, vacantium in eisdem, defuncto, vel fabricae, aut ecclesiis, vel personis habentibus annalia, de consuetudine, privilegio vel statuto applicantur in totum ita, quod illi, qui huiusmodi beneficia canonice obtinent, et ad quos alias de iure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt, unde illud inconveniens sequitur, quod commode nequeant ad impendendum servitium debitum residere in ecclesiis, in quibus beneficiati existunt: nos, de illo super his remedio providere volentes, per quod hi et illi in fructuum praedictorum perceptione participent, et ecclesiae debitis servitiis non fraudentur, praesenti decreto statuimus de fratrum nostrorum consilio, quod illi, qui fructus praedictos ibi⁴⁾ hactenus integre vindicabant ex privilegio, consuetudine vel statuto, nihil exinde ultra summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum consuevit in solutione decimae taxari, praetextu cuiusvis privilegii, consuetudinis vel statuti quovis modo percipiunt, sed ipsius summam perceptione duntaxat sint omnino contenti, totali residuo praedicta obtinentibus beneficia

remansuro; nisi forsitan illi, qui fructus eisdem soliti fuerant (ut praefertur) cum integritate percipere, pro se mallent ipsum habere residuum, et obtinentibus ipsa beneficia summam dimittere memoratam. Quo casu percipiendi quod maluerint illis relinquimus optionem, sic, quod infra decem dies, postquam sciverint beneficia ipsa vacare, iis, quibus annalia ipsa debentur ex privilegio, consuetudine vel statuto, vel ipsorum annalium collectores, quam partem habere voluerint, an scilicet decimae taxationem, vel illa dimissa residuum, nulla subhastatione praemissa eligere teneantur. Quam electionem si infra dictos decem dies non fecerint, ut dictum est: extunc ad eum, cuius est beneficium, huius optio vel electio transeat ipso iure. Et hoc in ecclesiis et partibus illis, in quibus beneficia maiora, et alia, quae ad solutionem decimae sunt taxata, volumus observari. In illis vero ecclesiis et partibus, in quibus decimarum taxatio non est facta, servetur, quod fructus et obventiones beneficii tunc vacantis, quod decimam solvere consuevit, per medium dividantur, quorum medietatem habeat is, cui annalium per alterum de praedictis modis perceptio est concessa, reliquam vero medietatem percipiat ille, cui beneficium est concessum, pro sustentatione sua et aliis ecclesiae oneribus supportandis. Quodsi alter de praedictis praefata medietate noluerit esse contentus, altero contentari volente: pars nolentis transeat ad volentem, et volens fructus et obventiones illius beneficii percipiat universos, eidem beneficio congrue faciens deserviri, ac eius supportans onera consueta. Et si quicquam aliquis praedictorum ultra praemissa perceperit, illudque his, ad quos pertinebit, infra mensem non restituerit cum effectu: eo ipso, si episcopus vel superior praelatus fuerit, a pontificalibus⁵⁾ et ingressu ecclesiae sit suspensus⁶⁾; si autem capitulum, universitas, vel collegium, interdicto se noverint, donec praedicta cum integritate restituerint, subiaccere. Si vero aliqua singularis persona ecclesiastica vel mundana id fecerit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto: a qua sine⁷⁾ restitutione praemissa, praeterquam in mortis articulo, minime⁸⁾ absolvatur, non obstantibus quibuscunque privilegiis vel indulgentiis, aut contrariis consuetudinibus et statutis, iuramento, confirmatione sedis apostolicae aut alia quacunque firmitate vallatis. Quae omnia quoad hoc auctoritate apostolica revocamus⁹⁾, et nullius deinceps esse volumus firmitatis. Nulli ergo¹⁰⁾ etc. nostrae constitutionis revocationis, cassationis, irritationis et voluntatis¹¹⁾, etc.

TITULUS II.

DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

CAP. UN.

Quia multi assumebant dominium, et se creati faciebant potestates et capitaneos in comitatu Sabinae, et aliis locis hic nominatis, qui sunt de patrimonio ecclesiae Romanae: inhibetur, ne tales de cetero assumantur, neque illi tanquam talibus obediant, et quod nullus huiusmodi praeminentiam sibi audeat adscribere sine speciali licentia sedis apostolicae. Et si sint aliquae civitates, quae habeant ius eligendi tales capitaneos per sedem apostolicam confirmandos: vetat Papa, quod ante confirmationem debitam nulla eis tanquam talibus praestetur obedientia.

Ecclesiae Romanae suorumque fidelium dispendia dissimulare non possumus, quin, postquam nobis cognita fuerint, adversus ea

TIT. I. Cap. I. 1) transissent: Böh. Cap. II. 2) Repetitur inter Extr. comm. c. un. Ne sede vac. III. 3. Exstat in Cod. Lips. 48., cf. adn. ad c. un. cit. — 3) vidimus: Ed. Bas. — 4) sibi: Böh. — 5) pontificum honore: Ed. Bas. — 6) noverit se suspensum: ibid. — 7) nisi: ibid. — 8) nullatenus: ibid. — 9) add.: cassamus

et irritamus: ead. — 10) Nulli ergo omnino hominum licent hanc paginam nostrae constitutionis: ead. — 11) et voluntatis infringere, vel et assu temerario contrariis. Si quis autem etc. Datum Avinione VIII. Novembr. pontif. nostri anno II.: ead.

opportunitatis remediis occurramus. Attendentes igitur gravia nocu-
menta, quae nonnullis civitatibus, terris, castris, intra patrimon-
ium beati Petri in Tuscia, comitatum Sabinae, et terram Arnol-
phorum constitutis, eidem ecclesiae Romanae subiectis, et perso-
nis singularibus eorundem, ex diversorum tam nobilium quam etiam
aliorum usurpato regimine provenerunt, et volentes super hoc in
posterum eorum dispendiis praecavere, omnibus et singulis comi-
tatibus seu universitatibus, et singulis personis civitatum, terra-
rum, castrorum et locorum, intra patrimonium, comitatum et ter-
ram praedictos constitutis, in quibus videlicet nobis seu quibusvis
officialibus nostris ius competit deputandi vel instituendi aut eli-
gendi seu ponendi potestates, capitaneas, dominos vel rectores
aut officiales quoslibet alias, ne ipsae potestatem, capitaneum,
dominum, rectorem vel defensorem, seu quemcumque alium officia-
lem, quocumque nomine censeatur, in civitatibus, castris, ter-
ris et locis praedictis, aut eorum aliquo eligere, assumere, vocare
vel recipere, retinere aut iam electo vel assumpto, vocato seu re-
cepto, tanquam potestati seu capitaneo, rectori seu defensori vel
officiali obedire quoquo modo praesumant, neve taliter electus, as-
sumptus, receptus seu vocatus, huiusmodi potestariae, capita-
neatus, domini, vel rectoriae seu defensoriae, aut quodcumque
aliud cuiusvis nominis officium recipere, acceptare, assumere, vel
gerere, nisi de nostra et apostolicae sedis licentia speciali, quo-
modolibet audeat, sed assumptum omnino dimittat. Ubi vero ad
communitates seu universitates, et singulares personas civitatum,
terrarum, castrorum et locorum praedictorum, vel eorum aliquem
ius competit eligendi potestatem, capitaneum, dominum, vel re-
ctorem seu officialem quemlibet alium, qui per nos seu quosvis officia-
les nostros debeat aut conueverit confirmari: ne aut debitam
confirmationem obtentam ipsae vel earum aliquae sic electo, tan-
quam potestati seu capitaneo, rectori vel defensori seu officiali in
quibusvis obediunt, neve taliter electus, quousque confirmationem
habuerit, ut praefertur huiusmodi potestariae, capitaneatus, do-
mini vel rectoriae, seu defensoriae aut cuiusvis alterius nominis
officio se immiscere, vel illud gerere aut exercere quouis modo
praesumat, auctoritate apostolica districtius inhibemus, decernen-
tes extunc irritum et inane quicquid contra huiusmodi inhibitionis
tenorem contigerit attentari. Nulli ergo etc. nostrae inhibitionis
et constitutionis infringere. Datum Avin. IV. Nonas Augu-
sti Ao. II.

TITULUS III.

DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBUS.

CAP. UN.

*Tempore huius cap. obtinentes plures dignitates, personatus, vel benefi-
cia curam animarum habentia ex dispensatione, virtute illius non pote-
runt retinere nisi unum, et reliqua tenebuntur resignare verba habet et res-
ponderunt coram ordinario sub testimonio publico intra mensuram a tempore mo-
ditas huius cap., nisi fuissent cardinales aut regum filii. Illi autem, qui
plura talia sine dispensatione obtinebant, poterunt ultimam retinere, reli-
qua forma praescripta et sub eodem tempore resignare. Quis vero deinceps
tale habuerit beneficium, si cum illo secundum simile receperit,
quam primum illius possessionem habuerit, vel per eum steterit, quo mi-
nus habeat, primum, quo est ipso iure privatus, modo praedicto resi-
gnare teneatur; alias utrumque perdit, et inhabilis fit ad sacros ordines
asciendos et ad quodcumque beneficium habendum. Tandem, qui di-
cuntur ordinarii, quantum ad praemissa, et quae sint beneficia, curam
animarum habentia, hic manifestatur. H. d. haec extragens, quae est
notabilis et multum praecipua, et gravius obligat, quam cap. De multa.
cod. tit. in antiquo. ut patet ad oculum.*

Exsecrabilis¹⁾ quorundam tam religionum quam saecularium
ambitio, quae, semper plus ambiens, eo magis fit insatiabilis, quo
sibi amplius indulgetur, et improbitas importuna potentium a nobis
et praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus non tam obtinuisse,
quam extorsisse plerumque noscuntur, quod²⁾ unus, interdum
etiam ad unum beneficium ecclesiasticum minus idoneus, in diver-
sis ecclesiis, nedum vicinis, sed etiam abinvicem longe distantibus,
immo nonnunquam in diversorum regnorum partibus situatis,
duas³⁾ aut tres aut plures dignitates, personatus, officia seu⁴⁾
prioratus, aut diversa ecclesiastica beneficia curam animarum ha-
bentia, possit dispensative, (quam alias non liceret de iure com-
muni,) recipere, et simul licite retinere. Unde inter cetera incom-
venientia subscripta sequuntur⁵⁾, quod videlicet interdum unum,

qui unicum quamvis modicum vix officium implere sufficeret, plu-
rimorum sibi vendicet⁶⁾ stipendia, quae multis literatis viris, vitae
puritate ac testimonio bonae fame pollutibus, qui mendicant,
possent abunde sufficere aequa distributione collata, habentibus
ipsa paratur vagandi materia, divinus cultus minuitur, hospitali-
tas in ipsis beneficiis debita non servatur, et, dum non sunt sui in
unaquaque regione rectores, ecclesiarum detrahitur commodis et
honori, quae, carentes defensorum auxilio, in iuribus suis et li-
bertatibus multipliciter collabuntur, et⁷⁾ ruinis patent aedificia no-
bilia, quae magnificentia extruxerat decessorum⁸⁾, et, (quod
amarius est dolendum,) animarum cura negligitur, et vitiorum
sentibus seminum periculose praebet. Nos itaque, tot malis
tantisque discriminiibus⁹⁾ occurrere cogentes, omnes et singulas
dispensationes, super receptione aut¹⁰⁾ retentione plurium digni-
tatum, personatum, officiorum, prioratum aut beneficiorum,
quibus cura animarum sit annexa, sub quacumque forma vel ex-
pressionem verborum a nobis vel praedictis¹¹⁾ praedecessoribus cui-
cumque¹²⁾ personae concessas, (cardinalibus tamen sanctae Ro-
manae ecclesiae, qui circa nos universali ecclesiae serviendo sin-
gularum ecclesiarum commoditatibus se impendunt, ac regum fi-
liis, qui propter sublimitatem eorum ac generis claritatem sunt po-
tiores¹³⁾ praerogativa gratias attollendi, datae rat exceptis,) deli-
beratione super hoc cum fratribus nostris habita diligenti, de ipso-
rum¹⁴⁾ consilio et ex certa scientia nostra in forma subscripta du-
ximus taliter moderandas, quod per moderamen nostrum effrena-
tam circa easdem personas talium beneficiorum multitudinem refra-
nemus, ipsaque impetrantes fructu dispensationum huiusmodi (taliter
non frustrentur. Statuimus itaque et de fratribus ipsorum¹⁵⁾
consilio ordinamus, quod obtinentes nunc ex dispensatione legitima
pluralitatem huiusmodi dignitatum, personatum, officiorum¹⁶⁾
aut prioratum seu beneficiorum, quae alias¹⁷⁾ absque dispensa-
tione obtinere nequibant, unum tantum ex dignitatibus¹⁸⁾, perso-
natus, officii, prioratibus, ecclesiis vel beneficiis huiusmodi,
quibus cura imminet¹⁹⁾ animarum, cum dignitate, personatu vel
officio, prioratu vel beneficio sine cura, quae²⁰⁾ habere
maluerit, praetextu dispensationis sufficientis, circa id eisdem in-
dulta, possit licite retinere. Quae tamen teneantur eligere in-
tra mensuram, numerandum a tempore notitiae constitutionis istius,
ceteris beneficiis cum cura vel sine cura, quae ipsius dispensationis
praetextu tenebant²¹⁾, et quae aliter non poterant de iure absque
dispensatione licite retinere, quae nos extunc vacare decernimus,
coram ordinario²²⁾ sub testimonio publico intra idem tempus ver-
baliter et realiter cum effectu dimissis, absque eo, quod ad illa
nonquam sine nova collatione ab eo, qui faecora poterit facienda,
redire, aut eorum administrationi se immiscere praesumant; alio-
quin tam his quam aliis omnibus beneficiis, quae virtute huius-
modi²³⁾ nostri moderaminis retinere poterant, ut praefertur, sint
ipso iure privati, et prorsus inhabiles ad similia beneficia obtinenda.
Per hoc autem illa, qui dignitates, personatus, officia vel alia be-
neficia curam animarum habentia ex dispensatione, quae ius tri-
butum, iuxta nostram moderationem praescriptam²⁴⁾ obtinent, et
alia similia beneficia nostrarum vel alias²⁵⁾ eorundem praedecesso-
rum auctoritate literarum expectant, cum quibus est, ut illa,
quum vacaverint, recipere²⁶⁾, et una cum obtentis retinere licite
valeant, dispensatum, nolumus derogari, quin ea, quum vaca-
bunt, infra dicti temporis spatium possint eligere, et dimissis aliis
recipere in forma praescripta ac licite retinere, poenas similes in-
cursuri, si huius²⁷⁾ nostrae contraire praesumpserint sanctioni.
Porro, quia quorundam oculos sic avarae cupiditatis vitium excaecavit,
quod plurima²⁸⁾ beneficia simul absque dispensatione
canonica retinere praesumant: nos de illis praesenti decreto sta-
tuimus, ut omnia et singula beneficia sic detenta, ipso tantum²⁹⁾
retento, quod ultimo receperunt, dummodo in eo ex collatione cano-
nica competat ius eisdem, intra tempus (ut praescribitur) limi-
tatum verbo et facto ac sine fraude coram ordinario³⁰⁾ sub testimo-
nio similiter publico dimittere teneantur. Quod si non fecerint,
etiam ipso iure privati, in quo ius eis³¹⁾ competebat, et inhabiles penitus ad quaecumque obtinenda ecclesiastica beneficia
censeantur. Qui vero deinceps receperint dignitatem, vel perso-
natum, seu officium aut aliud beneficium animarum curam habens
annexam, si antea simile beneficium obtinebant, illud, (quo ipso
iure, postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos, omni
dolo et fraude cessantibus, quo minus habeant, steterit, privati

TIT. III. Cap. un. 1) Iohannes Ep. etc. Ad perpetuam rei memo-
riam. Exsecrabilis etc.: Cod. Marb. — Repetitur inter Extr. Comm. c. 4.
de praeb. III. 2) Exstat in Ed. Bes., cf. adn. ad c. 4. cit. — 3) ut: Cod. Marb. —
4) plures quam duas vel tres aut plures etiam dign.: id. — 4) omitt. id. —
5) sequitur: id. — 6) vendicat: id. — 7) omitt. id. — 8) praedecesso-
rum: id. — 9) criminibus: Böh. — 10) et: Cod. Marb. — 11) dictis: id. —
12) cuiuscumque: id. — 13) potentis praer. gr. attribuendi: id. —

14) de ips. cons.: desid. fb. — 15) nostrorum: id. — 16) officiorumque
seu beneficiorum: id. — 17) aliquoties: id. — 18) dign. personalis offi-
cii: id. — 19) imminet: id. — 20) quod: Böh. — 21) tenebantur, quae:
Cod. Marb. — 22) ordinariis: id. — 23) omitt. id. — 24) praescriptam:
Böh. — 25) omitt. Cod. Marb. — 26) abest ab eod. — 27) hinc: Böh. —
28) plurima alia: Cod. Marb. — 29) tamen: id. — 30) ordinariis: id. —
31) aliter: id.

nosentur,) absque merae dispendio in ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo; alioquin extunc sicut ipso iure secundo privati, et nequam ad sacros suscipiendos ordines, quia etiam ad habendum quodcumque beneficium³²⁾ ecclesiasticum inhabiles reputantur. Quae omnia et singula beneficia vacatura (ut praemittitur) vel dimissa nostrae et sedis apostolicae dispositioni de³³⁾ ipsorum fratrum consilio reservamus, inhibentes, ne quis praeter Romanum Pontificem, quaeunque sit super hoc auctoritate munitus, de huiusmodi beneficiis disponere, vel circa illa per viam permutationis vel alias³⁴⁾ innovare quouo modo praesumat. Nos enim, si secus actum seu attentatum fuerit, irritum decernimus et inane. Ceterum ordinarios intelligimus in casibus supra dictis³⁵⁾ episcopos, in quorum civitatibus vel dioecibus consistunt beneficia, seu aliquod eorum, quae debent secundum praemissa dimitti, aut ipsi, qui ea debent dimittere, commorantur, vel ecclesiarum cathedralibus vacantibus capitula eorumdem; et hi de beneficiis tam dimissis quam (ut praemittitur) perditis nos vel apostolicam sedem certificare studeant quam primum commode poterunt inditate, ut de illis salubriter disponere valeamus. Quantum autem ad modificationem attinet ante factam, illa duntaxat, et non alia beneficia ecclesiastica, quocumque nomine nuncupentur, curam animarum³⁶⁾ habere censemus, quae parochias habent, in quibus est animarum cura non per vicarios perpetuos, sed per rectores aut ministros beneficiorum ipsorum, vel illorum temporales vicarios exercenda, nec non et illa, quorum ministris ratione beneficiorum huiusmodi competit visitare, inquirere, procuraciones recipere, suspendere, excommunicare, seu ab³⁷⁾ excommunicationis et suspensionis sententiis absolvere de consuetudine vel de iure, iuribus aliis de animarum cura loquentibus in suo robore quoad cetera permansuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum moderationis, statutorum, constitutionum, reservationis, inhibitionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis³⁸⁾ autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Avinione XIII. Kal. Decembr. Ao. II.

TITULUS IV.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

CAP. I.¹⁾

Executores gratiarum, et iudices causarum a sede apostolica deputati, in dioecibus iam divisis procedere possunt, sicut ante divisionem poterant. Et congruus ponitur sub hoc titulo, quum loquatur de executoribus, de quibus frequens mentio habetur in tit. de concess. praebend. libr. VI.; patet in cap. Executor., cap. Si capitulum., et cap. Si soli. Et potuisset situari sub tit. de rescript. vel de off. deleg. vel de paroch.

Sedes apostolica, in suis actibus veritatem prosequens, lucem amans, libenter evitat nodosae ambiguitatis involucrum, illamque sibi semper in suis ordinationibus reservare cautelam intendit, ut de illis ita proveniat commodum, quod aliis non imminet detrimentum. Sane pridem ad divini cultus augmentum et ad salutem populi, quem in nonnullis civitatibus ac dioecibus sic multiplicavit Altissimus, quod in earum singulis singulorum vultus²⁾ nequebat, ut eum decet, unicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere, salubriter intendentes, in ipsis dioecibus, quarum nonnullas in duas, et aliquas in plures dioeceses duximus dividendas, certas civitates et ecclesias ereximus cathedrales, quarum singulis proprias, distinctas et limitatas dioeceses iussimus assignari. Verum quia plures ante ordinationem seu divisionem nostram huiusmodi tam a nobis quam a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus apostolicas obtinuerunt literas super beneficiis ecclesiasticis, in ipsis tunc integris dioecibus vacaturis, quarum nonnullae restant adhuc executioni mandandae: nos, amovere volentes cuiusvis dubitationis scrupulum, qui circa executionem gratiarum super huiusmodi beneficiis concessarum posset forsan incidere, et provide considerantes attentius, quod per ordinationem seu divisionem nostram praedictam ius ad rem, expectantibus dicta beneficia antea competentis, ex ratione mutari non debet, quin adeo effectus in divisis dioecibus maneat, sicut prius erat, auctoritate praesentium declaramus, quod omnes et singulas gratias, super beneficiis vacaturis ante divisionem huiusmodi in ipsis quondam integris dioecibus a nobis vel praedictis praedecessoribus

personis quibuscumque concessae, tam in ipsis nunc divisis, quam in aliis dioecibus decisis ab illis, eisdem modo et forma possint suo ordine per executores inde datos, et alios, ad quos id pertinet, ad debitam executionem adduci, quibus ante divisionem saepe factae poterant et debebant. Idem etiam declaramus quoad literas apostolicas iustitiam continentes, ut videlicet iudices, dati per illas, in causis quarumlibet personarum, quae nunc de huiusmodi dioecibus divisis existunt, possint iuxta eorum tenorem provide procedere, ac si dictae dioeceses, de quibus mentio in literis eisdem habetur, integrae remansissent. Nulli, etc.

CAP. II.

Nullus impediatur capitula, archidiaconos, et alios personas in iuribus, quae sibi competebant in ecclesiis integris, quin illa iura percipiant post divisionem ipsarum, sicut ante soliti erant percipere; quoniam in beneficiis divisis habet quis eadem iura, quae habebat in integris. Et hoc cap. sub hoc tit. factum positum, quoniam declarat praecedens, ut clare patet. Concord. cap. Quia monasterium de relig. dom. in antiquis.

Ad apostolatus nostri pervenit auditum, quod aliquarum ecclesiarum, per nos ab aliis ecclesiis ex certis causis, quae ad hoc nostrum animum induxerunt, auctoritate apostolica divisarum, praelati et subditi capitulis, archidiaconis et aliis personis ecclesiarum, a quibus supra dictae ecclesiae sunt divisae, multipliciter iniuriari praesumunt, non permittentes, eos uti iurisdictionibus et iuribus suis, sicut ante divisionem huiusmodi utebantur. Quia igitur intentionis nostrae non exaltit nec existit, per divisionem episcopatum ecclesiarum, a quibus divisiones factae sunt, capitulis, archidiaconis vel aliis personis velle aliquatenus derogare, nisi quatenus in divisionum huiusmodi literis apostolicis continetur expresse: nos praesentis auctoritate statuti universis praelatis, capitulis et aliis quibuscumque personis ecclesiasticis ecclesiarum decissarum, et in cathedrales ecclesias per nos auctoritate apostolica erectarum, praecipimus et mandamus, ne capitula, archidiaconos, et alios personatus vel dignitates, officia seu beneficia in praedictis primariis ecclesiis obtinentes, quo minus visitationes exerceant, procuraciones recipiant, iurisdictiones et iura archidiaconalia et alia bona obtineant in praedictis decisis dioecibus, sicut ante divisionem huiusmodi obtinebant, nisi quantum in divisionum huiusmodi literis apostolicis caveatur expresse, impediatur quouo modo, quousque per sedem apostolicam aliud fuerit ordinatum. Si enim aliqui contra praesens praecceptum agere vel facere praesumpserint: nos praesumptores tales digna curabimus animadversione punire. Nulli etc. nostrorum praeccepti et mandati infringere etc. Datum Avinione V. Kal. Octobris Ao. V.

TITULUS V.

NE SEDE VACANTE ALIQUID INNOVETUR.

CAP. I.

Vacante sede imperiali, quum iurisdicatio ad Papam devolvatur, sub poena excommunicationis hic prohibetur, quod nullus tunc nomen vicarii imperatoris vel alterius cuiuscumque officii retineat, assumat vel resumat, nullusque ei obediat vel auxilium praestet; aliis excommunicationis in personis, et interdictum in terris, nisi intra duos menses resipuerint, profertur. Tandem modus huius processus publicandi exprimitur. H. d.

Si fratrum et coepiscoporum nostrorum, et aliorum quorundamlibet iura illibata servari et ab omni fore dispendio diminutionis extraneae cupimus, et ad illud libenter nostrae sollicitudinis studium adhibemus: multo fortius equidem pro nostris et Romanae ecclesiae sponsae nostrae iuribus et honoribus conservandis ex inelucto nobis officio debite apostolicae provisionis partes tenemur¹⁾ impendere, ne temporibus nostris usurpationis iniuriam subeant, aut detrimentum cuiusvis derogationis incurrant. Sane, in partem et fratrum nostrorum deductum est fama divulgante notitiam, quod licet de iure sit liquidum, et ab olim fuerit inconcussae servatum, quod vacante imperio, sicut et nunc per obitum quondam Henrici Romanorum Imperatoris vacasse dignoscitur, quum in illo ad saecularem indicem nequeat haberi recursus, ad summum Pontificem, cui in Persona beati Petri terroni simul et coelestis imperii iura Deus ipse commisit, imperii praedicti iurisdictione, regimen et dispositio devolvuntur, et ex ipse durante ipsius vacatione imperii per se, vel alium seu alios exercuisse noceatur in imperio memorato, nonnulli tamen, in Italiae partibus potestatis et dignitatis fastidium

Cap. I. 32) aliud ben.: id. — 33) abest ab eod. — 34) aliquant: id. — 35) supra scriptis: id., Böhm. — 36) omitt. Cod. Marb. — 37) abest ab eod. — 38) Si quis unquam etc. Dat. Avinion. XIII. Kal. Dec. etc.: id.

TIT. IV. Cap. I. 1) Repetitur inter Extr. comm. c. un. de off. del. I. 6. Exstat in Ed. Bas.; cf. adn. ad c. un. cit. — 2) videtur Böhm. TIT. V. Cap. I. 1) tenemus: Böhm. — tenemur: Ed. Rom. oper. mend.

illicite ambientes, in nostrum et Romanae sanctae matris ecclesiae (quantum in eis est) praedictum evidens, ac diminutionem honoris et iuris, vicariatus seu alterius cuiuscunque nomen officii, quod ipso imperatore vivente ex ipsius commissione gerebant in certis terris, territoriis sive locis, post decessum ipsius absque nostra vel apostolicae sedis petita vel obtenta licentia retinege sibi, et nonnulli etiam de novo assumere, quod non gesserant, aut gestum antea posteaque dimissum resumere temerariis ausibus praesumpserunt, quo vel quibus aliter non verentur abuti, et sub eius vel eorum colore multa facere et fecisse noscuntur, quae in nostram et ecclesiae praedictae iniuriam aperte redundant, non abhorrentes per id variis involvi criminibus, nec divinae maiestatis formidantes offensam. Quia igitur error, cui non resistitur, approbari videtur, et latum pauidit delinquentibus sinum, qui eorum perversis conatibus non resistit: nos, volentes nostris et ecclesiae sponsae nostrae iuribus et honoribus in hac parte prospicere, et malis ac scandalis, quae ex retentione, assumptione seu resumptione huiusmodi orta sunt hactenus, et quae periculose possent in antea auboriri, celeriter obviare, nec non periculum animarum huiusmodi retinentium, assumptionum seu resumptionum nomina, et eis abutentium, ut praefertur, salubriter occurrere cupientes, praesentium auctoritate monemus sub excommunicationis poena omnes et singulos, cuiuscunque status, praecminentiae, dignitatis aut conditionis existant, etiamsi patriarchali vel quavis alia superiori, sive episcopali, vel regia seu alia quacunque praefulgeant dignitate, qui post vacationem imperii abaque nostra vel sedis praedictae licentia huiusmodi vicarii seu cuiusvis alterius officii nomen ubilibet retinuerunt, assumptionerunt, seu resumpserunt et retinent, et qui assumunt vel resument fortassis in posterum, et sub talis donationis pallio abusi sunt et abutuntur, vel etiam abutentur potestate vel iurisdictione quacunque, seu eius exercitio publice vel occulte, quatenus de cetero etiam a denominatione huiusmodi, seu cuiuscunque assumptione, resumptione ac retentione praedictis, nec non usu, potestate et exercitio supra dictis prorsus abstineant et omnino desistant. Inhibentes insuper sub poena praedicta omnibus et singulis patriarchis, praelatis et etiam aliis superioribus, ac regibus, civitatibus, comitatibus, universitatibus, capitaneis, potestatibus, rectoribus, comitibus, vicecomitibus, baronibus et aliis omnibus, cuiuscunque sint dignitatis, conditionis aut status, ne praedictum huiusmodi nomen seu aliud quodlibet in eodem imperio retinentes, ut praefertur, ut assumentes, vel eorum aliqui sub denominatione vel titulo huiusmodi nominum, seu procuratores, commissarios, iudices aut vices eorum gerentes quocunque colore quaesito recipiant vel admittant, nec ut vicariis seu vicario aut officialibus imperii pareant vel intendant, aut pareri vel intendi faciant vel permittant, nec in his eis vel ei quomodolibet praestent auxilium, consilium vel favorem. Alioquin in omnes et singulos patriarchas, praelatos, et superiores et inferiores, reges et ceteros, denominationem praedictam ut praemissum est retinentes, assumentes seu resumentes, ac illius praetextu exerceutes quacunque officia, potestates seu iurisdictiones, et recipientes eos ut vicarios, vel officiales imperii aut commissarios eorum, ut talium, et in parentes seu obediens eis, ut talibus, aut praestantes in hoc sibi consilium, auxilium vel favorem, nisi intra duorum mensium spatium a die datae praesentium numerandum penitus resipuerint, vel se licentia sedis apostolicae super hoc ostenderit communitas, excommunicationis in singulares²⁾ personas, et in terras et loca ipsorum, et quolibet communitates, universitates, civitates aut villas interdicti sententias de fratrum nostrorum consilio publice promulgamus, contra eos nihilominus spiritualiter et temporaliter gravius processuri, prout igobedientia eorum exegerit, qualitas facti suaserit, et viderimus expedire. Et ut quibuslibet parendi talibus tollatur occasio: omnes et singulos, qui huiusmodi vicariatus nomen retinentibus, assumptionibus seu resumptionibus iuramento fidelitatis tenentur adstricti, a iuramento huiusmodi quantum ad hoc de potestatis plenitudine absolventes, auctoritate apostolica firmiter inhibemus eadem, ne talibus ut vicariis vel officialibus imperii aliquatenus pareant vel intendant. Et insuper omnes pactiones, obligationes, confederationes et colligationes, a quibuscunque super hoc quomodolibet initas, iuramento vel quacunque firmitate vallatas, omnino dissolvimus, viribus vacuumus, irritamus, et, quatenus de facto processerint, revocamus. Ac huiusmodi et quaelibet alia iuramenta, quibuslibet super his praestita, per quae possent in praedictis nostris et ecclesiae nostrae praedictae iuribus derogari, praesertim quum iuramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, relaxamus. Ceterum, ut huiusmodi processus verius ad communem

omnium notitiam deducatur: chartas seu membranas, processuum continentium eundem, in ecclesia Avinionensi appendi vel affigi ostiis seu superliminariis faciemus, quae processum ipsum suo quasi sonoro praeconio et patenti iudicio publicabunt ita, quod omnes et singuli, quos processum ipse contingit et contingere potest, nullam postea possint excusationem praetendere, quod ad eos talis processum non pervenerit, vel quod ignoraverint eundem, quum non sit verisimile, remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avinione in domo episcopali, II. Kal. April. Ao. I.

TITULUS VI.

DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

CAP. UN.¹⁾

Votum, per susceptionem sacri ordinis solennizatum, licet impediat matrimonium sequens, non tamen praecedens: etiamsi nondum esset per carnem copulam consummatum. Et durante matrimonio, etiam nondum consummato, nullus praesumat accipere aliquem de sacris ordinibus. Quod si fecerit, dissoluto etiam matrimonio: nec in illo ministrare, nec ad superiores ascendere poterit, nisi aliquam de religionibus approbatis ingrediatur, et eius regulam expresse vel tacite profiteatur. Est autem talis coniugatus sic ordinatus per dioecesanum monendus, ut religionem ingrediatur, si matrimonium nondum est consummatum. Quod si renuerit, et uzor insulterit: compellitur per excommunicationem ad matrimonii consummationem. Hoc dicit. Et est casus notabilis, et qui satis offerri non posset.

Antiquae concertationi finem cupientes imponere, ac animarum periculis inde provenientibus salubriter providere, de fratrum nostrorum consilio praesenti declaramus edicto, quod, licet votum solennizatum per sacri susceptionem ordinis, quantum ad impedendum matrimonium contrahendum, ac ad²⁾ dirimendum, si post contractum fuerit, secundum statuta canonum sit efficax reputandum, ad dissolvendum tamen prius contractum, etiamsi per carnem copulam non fuerit consummatum, quum nec iure divino, nec per sacros reperiamus canones hoc statutum, in invalidum esse censendum, auctoritate apostolica districtius inhibentes, ne quisquam durante matrimonio, nondum etiam consummato, aliquem de sacris ordinibus praesumat suscipere, nisi prout sacris canonibus noverit convenire. Quodsi secus a quoquam forsitan attentatum fuerit: ordinamus, quod nec matrimonio soluto³⁾ in sic suscepto ordine ministrare, nec ad superiores ordines provehi, nec ad aliquod beneficium vel officium ecclesiasticum valeat promoveri, nisi aliquam de religionibus approbatis, (quarum professio ad castitatis custodiam, et⁴⁾ abdicationem temporalium, et sui superioris obedientiam suos professores adstringat,⁵⁾ ipsum canonice contingit⁶⁾ ingredi, ac eius regulam expresse vel tacite profiteri. Quo casu dioecesanus super praemissis et singulis praemissorum cum eo dispensare valeat, nisi sit aliud canonicum, quod obstat⁷⁾. Ad ingressum huiusmodi sic ordinatum, si matrimonium consummatum non fuerit, per dioecesanum instanter moneri praecipimus et indnet. Quod si forsitan renuerit adimplere: ipsum, si sponsa eius insulterit, per censuram ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimonium consummare. Nulli⁸⁾ etc. nostrarum declarationis, inhibitionis, ordinationis, praeccepti et constitutionis infringere. Datum Avinione Kalend. Decembr. Ao. VII.

TITULUS VII.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS.

CAP. UN.

Secta et religio Fratricellorum sive Beguinorum, qui se dicebant de tertio ordine beati Francisci, cassatur, quoniam inter ceteros errores ecclesiastica sacramenta despiciunt. Et sub poena excommunicationis omnibus iniungitur, ut nulli de cetero talem ritum assumant, et ne episcopi ipsum concedere praesumant. Vide cap. fin. eod. tit. in antiquo. et cap. 1. eod. tit. l. 6.

Sancta Romana atque universalis ecclesia, cui auctore Domino, licet immeriti, praesidemus, sicut religiosa et pia vota benigno favore prosequitur, sic superstitiosos conatus insolentium hominum detestatur, videlicet ne sub ovina pelle gregem dominicum truculentia lupi rapacia invadat, sub pietatis imagine virus haereticae pravitatis obrepat, et sub praetextu conversationis angelicae incautis mentibus spiritus malignus illudat. Cuius rei gratia sacris canonibus est interdictum, ne aliquis novum ordinem aut religionem inveniat, vel habitum novae religionis assumat, sed quicum-

Cap. I. 2) singulas: Böhm.

TIT. VI. Cap. un. 1) Cod. Lips. 23. — 2) omitt. id. — 3) disso-

luto: id. — 4) omitt. id. — 5) add.: alias: id. — 6) continget: id. — 7) obstat: id. — 8) Nulli ergo etc. Data Avinione Kal. Dec. Pont. nostri Ao. VII.: id.

(P. UN.)

ri ordinis solemnizatum, licet apud
en procedens: etiam nonnulli
Et durante matrimonio, etiam
it accipere aliquem de sacris
matrimonio: nec in illo ministerio
in aliquam de religionibus
esse vel tacite profiteretur. Et
iocessum monendum, et religio
suum est consummatum. Quod
per excommunicationem ad
Et est casus notabilis, et qui
non possit.

in cupientes imponere, ac animas
us salubriter providere, de fratrum
declaramus edicto, quod, licet ratio
ceptionem ordinis, quoniam ad imp
ahendum, ac ad²) dirimendum, in post
a statuta canonum sit effectus regis
a prius contractum, etiam per can
atum, quum nec iure divino, nec
de statutum, invalidum esse consue
lius inhibentes, ne quicquam
consummato, aliquem de sacris
si prout sacris canonibus moner
loquam fornicationem attentatum factu
bono soluto³) in sic susceptu sit
res ordinem prohiberi, nec ad
esiasiam valent promoveri, nisi
bialis, (quarum profectio ad causam
en temporalium, et sui superiorum de
adstringat,⁴)⁵) ipsum canonicum
ulam expresse vel tacite profecti. Qu
emissis et singulis praemissis cum
aliud canonicum, quod obstat⁶).⁷)
rdinatum, si matrimonium consumm
aanum instanter moneri precipimus
auerit adimplere: ipsum, si opus
ecclesiasticam compellendum decernimus
consummare. Nulli⁸) etc. auctoritate
ordinationis, praecipit et constitutio
nitione Kalend. Decemb. An. VII.

**TITULUS VII.
DE DOMIBUS.**

eorum regiam seu ordinem statum p...
ciscus instituit, se profiteri ad literam conservare constringunt, quan-
quam in obedientia generalis vel provincialium ministrorum ipsius
ordinis non morentur, praetendentes, se a sanctae memoriae Coe-
lestino Papa V. praedecessore nostro huius status seu vitae privilegii
habuisse. Quod tamen, etsi ostenderent, non valeret,
quam bonae memoriae Bonifacius Papa VIII. praedecessor noster
ex certis causis rationabilibus omnia ab ipso Coelestino praedeces-
sore nostro concessa, quae per ipsum Bonifacium non contingeret
approbari, viribus penitus vacuaverit, dictamque vitae privilegium
non inveniatur per eundem Bonifacium approbatum. Quidam autem
eorum dictum habitum et vivendi ritum a quibusdam episcopis seu
eorum superioribus vel aliis ecclesiarum praelatis habuisse prohi-
tentur, quos nec eis concedere licuit contra formam concilii ge-
neralis. Nonnulli etiam ex ipsis, asserentes, se esse de tertio
ordine beati Francisci, Poenitentium vocato, praedictum statum et
ritum eorum sub velamine talis nominis satagunt palliare; quum
tamen in regula ipsius tertii ordinis talis vivendi ritus nullatenus sit
concessus. Et quia in errorum barathrum facilliter ruunt, qui con-
ceptus proprios patrum definitionibus anteponunt: ipsorum quam
plurimi, sicut fide digna relatione percepimus, a veritate catholicae
fidei deviantes ecclesiastica sacramenta despiciunt, ac errores
alios student multipliciter seminare. Quum itaque talium dam-
nanda temeritas in eiusdem fidei detrimentum, fidelium scandalum,
praefati Minorum et aliorum ordinum opprobrium, et etiam suarum et
aliarum¹) animarum perniciem redundare noscatur: sectam, ritum
et statum huiusmodi, non obstantibus praemissis eorum excusatio-
nibus, quas frivolas reputamus, et quicquid per eos communiter
vel divisim sub religionis, conventus, collegii seu congregationis
nomine vel colore attentatum extitit vel existit, de fratrum ipso-
rum consilio auctoritate apostolica nullius fuisse et esse decerni-
mus firmitatis, et, quatenus de facto processerunt, de consilio et
auctoritate praemissis revocamus omnino, ac perpetuae prohibi-
tioni subicimus, et ab ecclesia Dei penitus abolemus, eisdem per-
sonis et aliis quibuscunque sub poena excommunicationis, quam
eas, si secus fecerint, incurrere volumus ipso facto, iniungentes
expresse, ne statum sive sectam et ritum huiusmodi ab ipsis as-
sumptum sectentur ulterius, vel ipsum de novo assumere quoquo
modo praesumant. Episcopos quoque et eorum superiores et etiam
alios praelatos quoscunque, qui praedictis personis vel aliis ritum
vivendi et habitum supra dictos praeter specialem apostolicae sedis
auctoritatem deinceps concesserint, praedictae excommunicationis
poenae ipso iure decernimus subiaccere. Dignum est enim, ut
adulterinas plantationes, quas non Pater coelestis, sed humanae
temeritatis audacia plantat, apostolici culminis censura divellat,
nec patiatur in agro dominico perversae congregationis vepres ex-
crescere, qui proprium est, divina opitulante gratia, virtutes
serere, ac vitia radicibus extirpare. Nulli ergo, etc. Datum

natae intra triennium, incipiendum a Kal. Aprilis proxime secu-
turi, quomodolibet deferre praesumant. Nos enim omnes et sin-
gulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, ligamina et
victualia supra dicta et quaecunque prohibita contra tenorem huius
nostrae prohibitionis deferre praesumpserint, illis poenis et sen-
tentiis, quas deferentes huiusmodi prohibita in Alexandriam vel ad
Aegypti partes incurrunt, decernimus subiaccere. Et nihilominus
omnes et singulos, qui Sarracenis Granatae praestabunt dicti ne-
gotii prosecutionem durante auxilium, consilium vel favorem, aut
prosecutionem dicti negotii directe vel indirecte, secreta vel publice
impedire vel turbare forte praesumpserint, excommunicationis
sententiam incurrere volumus ipso facto. Nulli ergo nostrae inhi-
bitionis, constitutionis et voluntatis etc. Dat. Avinionae V. Kal.
Mart. Ao. L.

**TITULUS IX.
DE TORNEAMENTIS.**

CAP. UN.

*Constitutio Clementis, in quibusdam regnis torneamenta inhibens sub
poenis excommunicationis et interdicti, hic revocatur, et illi, qui huius
occasione sententias incurrerant, absolvantur.*

Quia in futurorum eventibus sic humani fallitur incertitudo iudicii,
ut, quod coniectura probabilis exnunc interdum astenta considera-
tio utile pollicetur, reperiri damnosum quandocunque contingat,
nonnunquam quod consuete statuitur ex sanioris inspectione iudicii
consultius revocatur: sane felices recordationis Clemens Papa V.
praedecessor noster, attente considerans, generale passagium, in
concilio Viennensi pro terrae sanctae subsidio salubriter ordinatum,
per torneamenta et hastiludia sive iuxtas non leviter impediri, tum
quia frequenter sic ipsum passagii negotium prosecutores¹) exina-
niunt, quod ad eius executionem efficiuntur impotentes, tum quia
interdum quam plures a crucis assumptione retrahunt, dum ab illis
abstinere (aliis ea exercentibus) erubescunt, torneamenta ipsa et
hastiludia sive iuxtas in regnis Franciae, Angliae et Alemanniae,
et aliis nonnullis provinciis, in quibus ea consuevere frequentius
exerceri, specialiter interdixit, in faciendum ea, vel ad id eis
praestantium opem, consilium vel consensum, et illorum etiam, in
quorum locis vel districtibus serent, non prohibentium hoc, quum
possent, et illorum procedentes ad illa in domibus suis recipien-
tium, vel commercium quomodolibet exercentium cum eisdem, in
personas excommunicationis, et in terras interdicti sententias pro-
mulgando, absolutione ab excommunicatione huiusmodi, praeter-
quam in mortis articulo, sedi apostolicae reservata. Verum quan-
tiam, ut intelleximus, per sententiam huiusmodi periculum ani-
mabus ingeritur, et pro eo maxime negotio dicti passagii deroga-
tabus ingeritur, et pro eo maxime negotio dicti passagii deroga-

huiusmodi sententias incurrerunt, absolventes ab illis, et cum eis, qui, sic ligati, vel in locis propterea interdictis divina celebrant officia, super irregularitate inde contracta auctoritate apostolica dispensantes. Datum Lugduni XVI. Kal. Octobr. Ao. L.

TITULUS X. DE CRIMINE FALSI.

CAP. UN.

Falsificantes monetam regis Franciae, et aliorum locorum circumvicinorum, aliquo de quatuor modis, hic protulit declaratis, ipso facto excommunicationem incurrent, a qua absolvi non possunt, nisi a Papa, praeterquam in mortis articulo. De falsificantibus sigillum ipsius regis Franciae habes cap. Ad audientiam. eod. tit. in antiquis.

Prodiens quasi ex adipe iniquitatis multorum sceleratorum foenesta cupiditas, eos in perniciem praecipitare conatur, dum sequi miserabilem eius ingluviem, satietatis mesentem moderamus, non verentur. Ipsi etenim, turpium lucrorum se faecibus immergentes, ambitionis nexibus involvantur, Dei timorem damnabili coecitate postponunt, et, quasi ambulantes in tenebris, non vitant exitia personarum. Nuper siquidem ad nostri apostolatus auditum multorum relatio fide digna perduxit, quod nonnulli, nullam habentes auctoritatem iuris, vel consuetudinem seu privilegium faciendi, monetam falsam ostendunt et fabricant in regno Franciae et locis circumvicinis. Alii vero monetam falsam sub vero signo carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Francorum et Navarrae illustris studiose depravant, et ex hoc cadit a suo recto pondere. Quam plures etiam in locis circumvicinis, quibus de iure aut consuetudine seu privilegio ius competit fabricandi monetam, signum proprium monetae regiae monetae suae, quam fabricant, imprimere seu insculpere moliantur, eiusdem quantitatis et iucunditatis, literarum figurae, quam habet moneta regia, monetae suae, quam fabricant, quantum possunt similis, speciem et formam insculpunt, constituunt et imponunt. Et quamvis moneta praedicta eorum, ad usurpatam similitudinem perducta, defeiciat a iusto pondere argenti, et solito in regia moneta, et more et consuetudine observato: simplices tamen et populares personae, non habentes inter monetas tantae similitudinis peritiam discernendi, falluntur quotidie ea occasione in usu monetarum, recipientes monetas falso assimilatas pro veris. Sunt et alii, qui scienter falsas monetas extra regnum praedictum emunt, et post intra regnum ipsum eas portant, vendunt et expendunt. Nos igitur attendentes, quod iidem falsarii et fabricatores monetarum talium et emptores praedicti per hoc se dignos maledictione constituunt, eos, qui (ut praemittitur) praemissa moliri, aut fabricare, aut emere, vel portare ad regnum praedictum scienter praesumpserint, felicitis recordationis Clementis Papae V. praedecessoris nostri vestigiis inhaerentes, excommunicationis sententia innotamus, absolutione praedictorum nobis et successoribus nostris, praeterquam in mortis articulo reservata. Nulli etc. nostrae innovationis infringere etc. Datum Avinion. V. Nonas Jul. Ao. VI.

TITULUS XI. DE PRIVILEGIIS.

CAP. UN.

Privilegia, et qua sint, quibus aliqui nobiles Campaniae et Maritimae dicebant se munis circa bannitorum receptionem, haec constitutio propter causas, hic inserta, revocat et annullat.

Ad nostri apostolatus pervenit auditum, quod nonnulli nobiles et communitates, intra nostras Campaniae Maritimaeque provincias constituti, asserentes, per privilegia sedis apostolicae sibi fore concessum, quod de provinciis ipsis per rectorem eorum, qui est pro tempore, vel officiales curiae rectoris eiusdem banniti in terris, civitatibus, castris et locis eorum morari libere possint, nec in illis idem rector bannitos ipsos capere valeat, eosdem bannitos in dietis terris, civitatibus, castris et locis non absque derogatione sedis apostolicae manifesta recipiant et receptant. Nos igitur, qui benevoli more patris in provinciarum ipsarum tranquillitatis et pacis commodis delectamur, super hoc, (prout ad nostrum spectat officium,) pro communi bono provinciarum ipsarum de congruo volentes remedio providere, privilegia supra dicta, cuiuscunque tenoris existant, maxime quum ipsorum praetextu maleficia remaneant in eiusdem provinciis impunita, pandatur ausus excessibus, cultus

laedatur iustitiae, dictique rectoris multiplex impediatur officium, ac provinciarum ipsarum status, pacis foedere violato, non absque grandi reipublicae detrimento subverti posset scandalis, scissuris, exnunc¹⁾ auctoritate apostolica ex certa scientia revocamus, annullamus, et etiam irritamus, ac nullam habere decernimus roboris firmitatem. Nulli etc. nostrae revocationis et annullationis, cassationis, irritationis et constitutionis infringere. Data Avin. VII. Idus. Aug. Ao. VI.

TITULUS XII. DE POENIS.

CAP. UN.

Narratis facinoribus hominum Marchiae, qui suos rectores et officiales occiderit soliti erant, post enumerationem XVII. modorum offensae, totidem poenas exprimit, quas incurrent, qui de cetero talia praesument, et propter praeteritum iniquitatem filios a quibusdamque honoribus et beneficiis tanquam indignos repellit. Concord. cap. Ad auros. et cap. In quibusdam. eodem tit. in antiquis. et cap. Felicitis. eod. tit. libr. VI. iuncta Clem. Si quis suadente diabolo. etiam in eod. tit.

Dierum crescente malitia videmus mundum in deteriora iugiter prelabi, sic hominum mentes assata depravante nequitia, malis passim cumulata superaddi, ut et boni, qui alias edient virtutis amore delinquere, interdum cum perveris admixti, concorrere cum illis in illicitis habeant, et in apertam malitiam prosilire. Est enim compeccanda malorum audacia, ut saltem poenae formidine retrahantur a noxiis, sicque boni, secundo virtutem meliores effecti, non cogantur cum illis perire. Sane vulgeris famae notoriam publicat, et longe lateque ipsa iniuriosa transgressus evidentia manifestat, quod nonnulli de Marchia Anconitana provincia nobis et Romanae ecclesiae subiecta, ne dum olim temporibus diversorum praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum graevus fidelitatis egressi declinaverint ad infidelitatis reprobae devium, sed in diebus non longe praeteritis contra nos et ecclesiam eandem, et dilectum filium Anolium praepositum Bellimontis, capellanum nostrum, provinciae memoratae rectorem, cervicem rebellantis erigere praesumpserunt, et in quosdam officiales et familiares suos crudeliter saevientes, post graves illatas iniurias, et reprobras¹⁾ contumelias irrogatas eisdem, et post bona ipsorum violenta praedatione subtracta, eos cruentae mortis supplicis in ore gladii tradiderunt. Inter quos pars dicitur fuisse non modica, cui mens sanior inerat, et tantae lemeritatis excessus non leviter displicebat; sed habuerunt vel inviti furori confusae multitudinis cedere; dum illius nequiverunt conatibus obviare. Nos igitur, ut mali, poenarum impositionibus gravium territi, vereantur in antea in consimilibus erroris inivium relabi, ac boni, persistentes in sua fidelitate constanter, non habeant propter illorum claudicare perfidiam, remedia, quibus possumus, praecavere volentes, et animarum suarum saluti diutaeque provinciae pacifice statui paternis affectibus prospicere cupientes, de fratrum nostrorum consilio haec in perpetuum valida constitutione sancimus, ut, quicumque de provincia ipsa, vel aliunde in ea provincia moram trahens, clericus vel laicus, famae suae prodigus, ipsius ecclesiae calcata reverentia in hoc sceleris genus irreperit, quod rectorem seu rectores, qui pro tempore regimini diotae provinciae in spiritualibus et temporalibus auctoritate apostolica praefuerint, vel ipsorum aliquem, aut eorum, vel alicuius ipsorum vicarium, aut iudicem, vel iudicem, vel ipsius provinciae thesaurarium, aut locum tenentem eiusdem (quod absit) occiderit, aut ad offendendum illum vel illos insecutus exstiterit, ceperit, captivaverit, detinuerit, percusserit, aut etiam vulneraverit, aut ipsorum aliquid, vel alias in locum, ubi moram transierit, insultum fecerit, aut ipsum vel ipsos obederit, sive de suo regimine vel officio forsan expulerit vel fugaverit, vel socius fuerit facientis, aut illum vel illos bonis aliquibus spoliaverit, vel provinciae supra dictae, alicuius civitatis, castris vel loci de provincia ipsa populum, communitatem vel universitatem, aut aliquos ex eis, vel quosvis alios de provincia ipsa directe vel indirecte contra nos et praefatam ecclesiam, seu rectores, officiales et locum tenentes praedictos, vel ipsorum aliquem ad seditionem quomodolibet excitabit, ac rebellionem seu conspirationem per se, vel per alium seu alios facere vel procurare praesumpserit, vel ad ea sive ipsorum aliquid dederit auxilium, consilium vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, cuiuscunque conditionis, ordinis, dignitatis aut status ecclesiastici vel mundani fuerit, etiam si patriarchali vel archiepiscopali, seu episcopali vel superiori praefulgeat dignitate, perpetuo sit infamis, ut nec ad testimonium

TIT. XI. Cap. un. 1) extunc: Böhm.

TIT. XII. Cap. un. 1) probrosas: Böhm.

*Maritima, qui quos rectores a spou
rationem XVII. moderum officio
rent, qui de cetero talia praeferunt
a quibusdamque honoribus a huius
ord. cap. Ad auro. et cap. huius
Felicis. eod. tit. lib. VI. in ca.
diabolo. etiam in eod. tit.*

*idem mundum in deterium ip
saepta depravante magis. mi
ut et boni, qui alio ostentum
cum perrectis admitti, concuro
et in apertam malitiam prolixi. In
audacia, ut saltem pones huius
boni, acetando virtutes melius d
s perire. Sine vulgus hanc not
ue ipso iurissimo transgressio videt
de Marchia Anconitana provincia no
cta, necum olim temporibus immen
tam Romanorum Pontificum pona
nt ad indolentibus reprobat deum, et
in contra nos et ecclesiam nostram.
positum Bellianensis, capitulum
e rectorum, convicium rebellium
quomodo et familiaris
aves illatas iniurias, et reprobat
et post hunc ipsorum violentia
tae mortis supplicio in ore glorio
sitate fuisse non modica, cum mens
ori continue multitudinis ecclesie, in
obviare. Nos igitur, ut mali, pona
territi, verentur in nates in con
boni, permissos in sua seditione
er illorum claudicare partibus, non
ecarere volentes, et animos nostris
pacifico statui paternis affectionibus
in nostrorum curam huius in populum
mus, ut, quicunque de portationibus
orum trabam, clerico vel huius
ecclesiae catholice successio in hoc re
rectorem seu rectorum, qui pro tempore
a spiritalibus et temporalibus muni
vel ipsorum aliquem, ut eorum, vel
aut iudicum, vel iudicum, vel iudicum
ut locum tenentem omnibus (quod dicitur)
um illum vel illos innotuit existim
averit, percurserit, aut eorum volun
aliam in locum, ubi moram non*

*quomodo et familiaris
aves illatas iniurias, et reprobat
et post hunc ipsorum violentia
tae mortis supplicio in ore glorio
sitate fuisse non modica, cum mens
ori continue multitudinis ecclesie, in
obviare. Nos igitur, ut mali, pona
territi, verentur in nates in con
boni, permissos in sua seditione
er illorum claudicare partibus, non
ecarere volentes, et animos nostris
pacifico statui paternis affectionibus
in nostrorum curam huius in populum
mus, ut, quicunque de portationibus
orum trabam, clerico vel huius
ecclesiae catholice successio in hoc re
rectorem seu rectorum, qui pro tempore
a spiritalibus et temporalibus muni
vel ipsorum aliquem, ut eorum, vel
aut iudicum, vel iudicum, vel iudicum
ut locum tenentem omnibus (quod dicitur)
um illum vel illos innotuit existim
averit, percurserit, aut eorum volun
aliam in locum, ubi moram non*

tibus et etiam immunitatibus realibus et personalibus, privilegiis et indulgentiis quibuscunque, sub quacunque forma verborum ab apostolica sede concessis, extunc penitus careant. Vasalli et homines a iuramento fidelitatis et alia quavis obligatione, quibus tenentur eidem, sint penitus absoluti. Feuda quoque, iura, honores ac officia, et alia quaecunque bona immobilia, quae in dicta provincia Maritima et alibi ubicunque a praedicta Romana obtinentur ecclesia, sint eo ipso penitus confiscata. Aliis vero feudis, iuribus, honoribus, officiis et bonis immobilibus, quae a quibuscunque aliis tenentur ecclesiae, sint eo ipso privati, quae sic ad easdem ecclesias libere revertantur, quod de illis earum rectores pro sua voluntate disponant. Mobilia vero bona ipsius concedimus fidelibus occupanda, illud nihilominus adiacentes nostrae beneficii sanctioni, ut sic delinquens excommunicationis sententiae, universitas vero seu communitas, quae deliquerit in praedictis, eiusque territorium et districtus interdicto ecclesiastico subiaceant ipso facto. A qua quidem excommunicationis sententia nullus ab alio, quam a Romano Pontifice possit absolutionis beneficium obtinere, nisi duntaxat in mortis articulo constitutus. Per hoc autem non adimimus saecularibus potestatibus facultatem utendi legibus contra talem, quae adversus sic delinquentem catholici principis ediderunt. Dignum etenim est, ut, quos timor Dei a malo non revocat, poenarum moles in eos exaggerata compescat. Nulli etc. nostrae functionis et sanctionis insuper etc. Datum Avinion. VIII. Kal. Septembr. A. 0. III.

TITULUS XIII.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS, SUSPENSIONIS ET INTERDICTI.

CAP. UN.

Taxatio gratiarum sedis apostolicae impetratarum, tam cum clausulis consuetis quam non consuetis, hic continetur. Et quot literas, quotque dictiones linea complecti debeat, declaratur; ad paupertatem respectus habetur. Contra transgressores poena suspensionis ab officio usque ad sex menses, et quandoque privationis imponitur, ut ultra illam abbreviatoribus sententiam excommunicationis Papa comminatur.

Quum ad sacrosanctae Romanae ecclesiae sinum, velut ad matris ubera referta dulcedine, ac¹⁾ Romani Pontificis Christi vicarii successorisque Petri clementiam, tanquam ad patris plenam providentiam pietatem, orbis terrarum et qui habitant in eo gratiarum spe assidue conflant universi; indignum credimus nostris fore temporibus, ut, quibus nos et ecclesia ipsa exuberamus in gratiis, deficiamus in donis, ne murmurandi inde praestetur occasio, unde gratitudine necessitas aderat collaudandi, neve scriptura reddat onustum quod liberalitas fecerat gratiosum. Quae de re circa litterarum nostrarum scripturas registri quoque nostri, nec non abbreviato-

per se, vel saltem aliis addita clausulis faciat lineam; in quarta parte Turonensis grossi²⁾ taxetur, et sic pro qualibet linea huiusmodi additae clausulae in taxando quarta pars grossi Turonensis addatur. Et si quid super fuerit, et minus linea: illud superficuum nec taxationem immutet. Lineam autem, quae centum et quinquaginta literas, seu XXV. continet dictiones, intelligi volumus in hoc casu. Et ut taxatio huiusmodi, dum exempla ponuntur, quodammodo procedat: inserta illa clausula: „Verum ne sub eo praetextu etc.“ quae quatuor continet lineas, uno Turonensi grosso taxetur. Illa etiam clausula: „Praebendam vero ac dignitatem, quae cum acceptatione reservat,“ quae quatuor et paulo plus continet lineas, uno Turonensi grosso taxetur, et in similibus clausulis additis secundum linearem numerum idem fiat. Eandem taxationem cum moderamine ante dicto quoad praefatas literas in registro nostro servari volumus, quum fuerint registrandae. Eandem etiam taxationem quoad praefatarum litterarum notas, scilicet gratiae, cum ante dicto numero abbreviatorum observent. De executoriis vero huiusmodi gratiarum abbreviatores ipsi, etiam si clausulae non communes vel insolitae apponantur eisdem, duos tantum recipiant Turonenses. Hoc licet sic in taxatione praedictarum litterarum observari velimus: in forma tamen pauperum deferri volumus paupertati, et nostram taxationem in illa, videlicet octo Turonensium grossorum, inviolabiliter observari. Nam beatus fore virum, qui super pauperem et egenum intelligit, verbis prophetici³⁾ edocemur. Circa taxationem autem litterarum, quae per audientiam transeunt, nihil ad praesens aliud duximus ordinandum, sed rationabilis modus observetur in illis, qui solitus est hactenus observari, maxime secundum taxationem litterarum ipsarum, quae in libro provinciali invenitur esse conscripta. In quarum taxationibus litterarum ex causis rationabilibus sustinemus, ut Turonensis grossus, quamdiu scilicet Romana curia existit citra montes, Romanino succedat. Ceterum ubicunque de Turonensi grosso in taxationibus praelibatis sit mentio, intelligi volumus, quamdiu curia fuerit citra montes. Si vero ultra montes, Romae scilicet, vel in aliis locis vel Italiae partibus curia ipsa constiterit: in taxationibus ante dictis Romaninus pro Turonensi ponatur. Ad haec praedictae nostrae adiacimus sanctioni, ut, si forsan, (quod quandoque contingit) eveniat, videlicet quod non⁴⁾ culpa, negligentia vel defectu scriptoris, vel ex ignorantia, caecitate aut torpore desidiae, vel ex occupatione, distractione aut alia quavis occasione abbreviatoris, qui notam, ex qua littera grossa procedit, inepte formaverat, eadem grossa literis gratis fuerit rescribenda, hoc ipsi scriptori vel illi, cuius littera huiusmodi fuerit rescribenda, non noccat, sed abbreviatori debeat imputari in tantum, ut eidem scriptori abbreviator ipse satisfaciat integre iuxta taxationem eiusdem grossae literae rescribendae. Ceterum ut praedicta, quae a nobis pro utilitate publica sunt instituta salubriter, eo diligentiores sui observatores inveniant, quo transgressores ipsorum maiori noverint se poena percelli: statulimus, ut praefati omnes et singuli, tam

TITULUS XIV.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

CAP. I.

Quem fratres Minores indumentis vilibus secundum eorum regulam debeant indui: de qua visitate sit intelligendum, hoc relinquit iudicio superiorum, praecipiens sub poena excommunicationis illis obediri, et reprehendens fratres, qui pro arbitrio suo habitus curtos, strictos et novitatis plenos portabant, qui transgressores regulae non dicentur, si in hoc superioribus obsequuntur. Superiores etiam arbitrari poterunt, an habenda sint granaria et cellaria pro necessariis ad victum colligendis. Tandem fratres ipsos hortatur ad obedientiam, quam dicit paupertati et castitati esse praefendam. H. d. et est valde notabilis. Concord. c. Exiit, qui seminat, eod. tit. libr. VI., et Clem. Exiit de paradiso, eod. tit.

Quorundam exigit caecae scrupulositatis ambiguum, ac ipsorum quodammodo inducta scientia, (ne dixerimus, quod irreligiosa horum sit vana, et in hoc superstitiosa religio,) ut, dum suis mavult temere sub conscientiae velamento conceptibus, quam praelatorum ordinis sui cum obedientiae merito provide inhaerere sententiam, nos post praedecessorum nostrorum, et praesertim felicis recordationis Nicolai IV.¹⁾ ac pie memoriae Clementis V. Romanorum Pontificum super intellectu et observantia regulae ordinis fratrum Minorum declarationes salubriter editas, solidas quidem et claras, et lucidas multaque maturitate digestas, nostras Domino favente indubias ipsorum praedecessorum declarationibus declarationes adiungamus, sicutque dies²⁾ diei eructet verbum, et nox nocti scientiam manifestet, ne perperam paucorum dicti ordinis fratrum (quod absit) inscitia, recta ipsarum declarationum verba convertens in devium, illaque suis eis profecto contraria accommodans sensibus, ingrata Deo, superioribus contumax, praefato ordini detrahens, odiosa confratribus, unionem scindens, si valeat, reddatur, ac grave in populos³⁾ scandalum allatura. Quin potius, (ut nostra vehementer flagitat intentio,) ante dictis profugatis incommodis, haec sancta Minorum fratrum religio, ad quam iam dudum, quum minor nos gradus haberet, dilectionis et devotionis fervor incanduit, nunc vero post susceptum a nobis apostolicae servitutis iugum ad illius religionis gubernationem, protectionem, defensionemque interius exteriusque propitiam pastoralis curae sollicitudo nos angit,⁴⁾ paternae cogit providentiae debitum, ac internae caritatis zelus accendit, quieta pace gaudeat, sancto proficiat otio, in numero ac merito quam plurimum augeatur, blandeque in redeuntium filiorum suae scilicet professionis ruat oscula, mactet vitulum, eorumque liberis et sedula corruat in amplexus. Profecto, quum ipsius religionis odor trahat, caritas attrahat, scientia lucidat, oratio mereatur, quae in convalle lacrimarum, huius scilicet mundi miseria, vel cordis contritione et humiliatione purissima adscensionis in corde suo disposuit, ut non solum in virtutem de virtute proficiat, sed in eisdem virtutibus permanens, quasi quibusdam harum ad perfectionem tendentibus gradibus, de die in diem facta se melior adscendat in altius, terrena despiciat, ac coelestia complectatur, sicutque tandem divino numine collocata in patria, tanto Deum secundum huius sanctae adscensionis gradus cognoscat apertius, quanto nunc in huius peregrinationis angustiis illos conscenderit altiores. Nam secundum David Prophetam eximium, dum sanctam ecclesiam Deus suscipiet, in eius gradibus dignoscetur. Quapropter tantis incommodis, tantisque eiusdem ordinis excitati periculis, ac ad illa saluberrima et opportuna per eiusdem sedis providentiam circumspicam adhibendis submovenda remediis nostrae sollicitudinis studium convertentes ad Dei laudem, beati Francisci praeconium; eiusque praefati ordinis pacem, consolationemque fidelium, nec non minus cautis minusque habentibus inobediendi vel evagandi occasionis subducendam materiam, ad trepidandum, ubi timor non aderat, scrupulosam caliginem detergendam, eoque suaviter deducendos, ut filios ad ipsius religionis gremium velut matris: diligentem super his perscrutatione et matura deliberatione praehabitis, de fratrum nostrorum consilio infra scriptas declarationes, commissiones, ordinationes et praecepta, quae inferius inferuntur⁵⁾, duximus adiungenda. In primis quum dicatur in regula, quod illi, qui promiserunt obedientiam, habeat unam tunicam cum caputo, et aliam sine caputo, qui habere voluerint, item, quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur, et super praedictorum verborum sensu a praefatis praedecessoribus nostris Nicolao et Clemente declarationes (ut praemittitur) limpidae emanarunt, dictusque Clemens huius vilitatis iudicium ministris, custodibus seu guardianis ordinis praedicti duxerit committendum, eorum super hoc conscientias onerando, nec ab hoc in quibusdam ex fratribus ante dicti ordinis, volentibus plus

sapere quam oportet sapere, novarum adinventiones ambiguitatum cessare quam plurimae, vel non omnino non vetustarum explicatio quaestionum, tam videlicet super longitudine et latitudine, quam grossitie et subtilitate, forma et figura vestimentorum ipsorum. Quia immo adeo huiusmodi adinventiones et quaestiones propria excrevere licentia, ut ex eisdem fratribus aliqui habitus propter curtos, strictos, inusitados et squalidos, novitate plenos ac dissidii non ignaros, quum a communitate ordinis discreparent, assumerent, nec eos ad ministrorum, custodum, guardianorum eorundem mandatum requisiti deponerent, nec alios, prout eorundem ordinis communitas deferebat habitus, iuxta eorundem ministrorum, custodum et guardianorum arbitrium ducerent resomendos, dicentes, in hoc eorundem praelatorum suorum non parendum fore arbitrio, quum et suum sic despectum regularem et cruciformem assererent, ceterorum vero superfluum habitum irregularemque censerent, nec huic eorum opinioni praefati Clementis declarationem saepius repetitam obesse. Nam licet ministris, custodibus et guardianis praefatis vestium vilitatis detur in illa iudicium: tamen inibi consequenter adiungitur: „ita tamen, quod vilitatem in vestibus servent,“ praesertim quum et in declaratione praedicti Nicolai dicitur, quod semper in eisdem fratribus et eorum actibus paupertas sancta reluceat, prout ipsis ex eorum regula invenitur indicta, ac constitutionibus eiusdem ordinis generalibus caveatur, ut asserunt, quod in omnibus, quae ad habitum fratrum spectant, reluceat⁶⁾ semper asperitas, vilitas et paupertas. Unde quum nec paupertatis vel vilitatis oblatae per ministros, custodes, et guardianos vestes existerent, nec ipsorum superiorum ordinis sui in deponendo vestes, quas gererent, nec in reassumendo, quas darent, sequi iudicium nullatenus tenebantur, generali ministro et ceteris fratribus, qui pro communitate eiusdem ordinis aderant suis rationibus, (quas brevitate causa omittimus,) contrarium asserentibus ex adverso, prout haec et alia hinc inde coram nobis et eisdem fratribus nostris scripto lecta, verboque fuere proposita, ac etiam coram aliquibus ex fratribus nostris praedictis super hoc deputatis a nobis, praesertim per aliquos ex fratribus dicti ordinis, qui in praedictis communitatibus adversabantur eisdem, fuerunt pluries repetita. Quocirca nos, serius rationibus praedictis auditis et aliis, illisque plenius intellectis, volentes perpetuum praefato finem dare negotio, de praedictorum fratrum nostrorum consilio declaramus et dicimus, quod, quum, (sicut praefangitur,) dicatur in regula, quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur, et quum vilitatem huiusmodi vestium, tam habitus quam interiorum tunicarum, illam praefatus Clemens intelligi debere decreverit, quae secundum consuetudinem vel conditionem patriae debeat, quantum ad colorem panni et pretium, vilitas merito reputari, atque consequenter huius vilitatis iudicium ministris, custodibus seu guardianis praedictis, ipsorum super hoc conscientias onerando, duxerit committendum, prout in eisdem Clementis literis, super hoc confectis, plenius continetur, in eorundem ministrorum, custodum seu guardianorum eodem modo iudicio est relictum: „nosque nihilominus praefatorum ministrorum, custodum et guardianorum iudicio praesentium auctoritate committimus, determinare videlicet, arbitrari atque praecipere, cuius longitudinis et latitudinis, grossitiei et subtilitatis, formae sive figurae, atque similibus accidentium esse debeant tam habitus ipsorumque caputia quam interiores tunicae, quibus fratres omnes Minores dicti ordinis induantur, ac insuper cuius quantaeque vilitatis indui eos ipsis vestimentis oporteat, et an in vestimentis huiusmodi secundum regulam et declarationes eorundem praedecessorum nostrorum et praefatas ordinis constitutiones reluceat asperitas, vilitas et paupertas, utrumque, quantum ad colorem, vilitatem, paupertatem quoque, ac cetera accidentia supra dicta fratres vestimentis induantur, ut debent.“ Super quibus eorundem ministrorum, custodum et guardianorum conscientias oneramus, statuentes et districte praecipiendo mandantes, quod in praedictis et his similibus eorum arbitrium, determinationem sive iudicium, generalis quidem in totius ordinis, provincialium vero in provinciarum ministrorum, ac custodum et guardianorum administrationibus, custodiis ac guardianiis, sive consimilibus ordinis memorati commissis eisdem fratres omnes et singuli sequi omnimode, illisque parere per omnia teneantur. Ac insuper quod illorum sequendo arbitrium, determinationem sive iudicium, illisque parendo, nec sint, nec dici possint vel debeant, nec ipsi se ipsos autem suae regulae vel constitutionum sui ordinis transgressores, maxime quum nec expresse vel determinate in praedicta fratrum Minorum dicatur regula vel declarationibus ante dictis, quantae longitudinis, quantae latitudinis, quantae grossitiei vel subtilitatis, qualis formae, qualisve figurae huiusmodi debeant

TIT. XIV. Cap. I. 1) cf. c. 3. de verb. sign. in VIto 5. 12. c. 1. h. t. in Clem. V. 11. — 2) Psal. XVIII. 3. — 3) populo: Böhm. — 4) infe-

rentur: id. — 5) reluceant: id.

inioni praefati Clementis declaratio-
nem licet ministris, custodibus et
talis detur in illa iudicium: tamen
ita tamen, quod vilitatem in omni-
bus et in declaratione praedicti huius-
modi fratibus et eorum actibus
s ex eorum regula invenitur in
dinis generalibus caveatur, ut
solutum fratrum spectant, relictis
superstas. Unde quum nec pauperes
vistros, custodes, et guardianos
superiorum ordinis nisi in deponen-
e in reanumendo, quae dicitur, sup-
atur, generali ministro et ceteris
eiusdem ordinis aderant non rationem
timus.) contrarium observari ex
hinc inde coram nobis et eadem
que fuere proposita, ac etiam
praedictis super hoc deposita sub
fratribus dicti ordinis, qui in
inter eadem, fuerunt plura
tionibus praedictis auditis et
entes perpetuum praefato
sicut praetangitur, dicitur in
entis vilius induantur, et quum
am habitus quam interiorum
stelligi debere decreverit, quae
ionem patriae debeat, quantum
tas merito reputari, atque
iniuria, custodibus seu guardianis
conscientias onerando, dicitur
in Clementis litteris, super hoc
undem ministrorum, custodes
dicio est relictum: . . .
custodem et guardianum
pittimus, determinare videlicet
longitudinis et latitudinis
figurae, atque similitudinem
cumque caput quam inter
norem dicti ordinis indumentis, ac
s indui eos ipsius vestimentis
odi secundum regulam et declaratio-
n nostrorum et praefatos
vilitas et paupertas, ut
superiorem quoque, ac cetera
entis induantur, ut debeat. Super
entis et guardianorum

esse iudicium omnia rimatur et discutit, leges canonicas applicat, cano-
nicum decreta accernit. Sic morbis aggravatus medicum, sic virtus,
constans in medio, sapientem prudentemque deposcit: ne, si quis-
que regatur, ut appetit, confectum corrumpat, ut non quaerit, neque
talis conviventibus non ordo, sed horror inhabitet, adeit (quod
absit) discordia, religans religio rebogetur. Sententiae namque
variantur ut capita, et crescit in stolidis opinionibus phantasia.
Eodem modo eisdem quodammodo rationibus invasit: quum
praefatorum ministrorum vel custodem sub certa forma, simul
seilicet et separatim in suis administrationibus et custodiis, cum
guardiani et duorum de conventu loci discretorum sacerdotum et
antiquorum in ordine fratrum consilio et assensu, praefatos Clementis
iudicio dixerit relinquendum, an sit multum credibile ex iam ex-
perts, quod fratres ipsi abaque granariis et cellariis non possint
vilitas necessaria invocare, quo casu granaria et cellaria, congrega-
tiones et conversationes huiusmodi eis ipse concessit, pro ut
praedictis eisdem Clementis litteris plenius confinetur: nos de
praedictorum fratrum nostrorum consilio eorundem ministrorum et
custodem sub eadem forma iudicio praesentium auctoritate commit-
timus, determinare videlicet, arbitrari atque praecipere eo casu,
qualiter, ubi, et quando, et quoties granum, panem et vinum pro
vilitate fratrum necessarii fratres ipsi quaerere debeant, conservare
nive reponere, etiam si reponenda sint in praedictis granariis et cel-
lariis conservanda, statuentes et districte praecipiendo mandantes,
omni in praedictis et his similibus eorundem arbitrium, determina-
tionem sive iudicium generalis quidem in totius, provincialium vero
in provincialium, ministrorum ac custodem simul et separatim ad-
ministrantibus et custodiis ordinis memorati commissis eisdem,
cum guardiani tamen (ut supra praedictum) et duorum de conventu
loci discretorum sacerdotum et antiquorum in ordine fratrum con-
silio et assensu, fratres omnes et singuli obsequi omnimode, ita-
que parere per omnia teneantur, ac insuper quod illorum sequendo
arbitrium, determinationem sive iudicium, illisque parendo nec dici
possint vel debeant, neque ipsi se ipsos autem suae regulae vel
constitutionum sui ordinis transgressores. Ideoque omnes et sin-
gulos fratres ante dicti ordinis Minorum, qui strictos, curtos et
difformes habitus ab ipsis generalis ministri et aliorum de dicta
communitate habitus coram nobis et fratribus nostris et aliis in
Romana curia deferunt vel deferent, monemus et hortamur in
Domino, eis nihilominus in virtute saeculae obedientiae et sub ex-
communicationis poena per apostolica scripta mandantes, quatenus
ad mandatum ipsius generalis arbitrium, determinationem sive iudi-
cium (ut supra praedictum) induantur, ipsique generali in omnibus
iatis et aliis, et per omnia secundum beati Francisci regulam et
praedictis praedecessorum nostrorum declarationes, concessiones
et commissiones in ipsis declarationibus comprehensas, et nostras
contentas in praesentibus humiliter obediant, pareant et intendant,
non obstantibus quibuscumque privilegiis, indulgentiis, litteris,
libertatibus, immunitatibus vel exemptionibus, eis vel alicui ipso-

cordis et conformis observantiae claustra repositos, iam nemo des-
piciat, sed suscipientes eosdem dulcedine quique digne laudibus
effert et susceptos. Nulli ergo etc.

CAP. II.

Praemisso, qualiter glossantes decretalem: Exiit qui seminavit. cod. tit. lib. 6. excommunicationem ipso facto, non obstantibus quibuscumque privilegiis, incurrunt, illam excommunicationem usque ad iudicium apostolicum beneplacitum suspendit, et per istam suspensionem contra fratres Minores obloquendi non intendit tribuere occasionem.

Quia nonnunquam, quod conjectura profuturum creditur, subse-
quens experientia nocivum ostendit: non debet reprehensibile iudi-
cari, si canonum conditor canones a se vel suis praedecessoribus edi-
tos, vel aliqua in eisdem contenta canonibus revocare, modificare
vel suspendere studeat, si ea obesse potius viderit quam prodesse.
Sane, dudum felicis recordationis Nicolaus Papa IV. praedecessor
noster quandam constitutionem declarativam, quae incipit:
„Exiit,“ super regula dilectorum filiorum fratrum ordinis Minoro-
rum, quam beatus Franciscus almus confessor instituit, promul-
gavit, sub certis poenis acrius interdicens, ne concordantiae, con-
trarietatis, seu adversae vel diversae opinionis ab ipsis constitu-
tionibus lectoribus seu expositoribus aliquatenus inducantur, nec
super constitutione glossae fiant ab aliquibus, nisi forsitan, per quas
verbum vel sensus ipsius, vel ipsa constitutio quasi grammaticaliter
et ad litteram exponatur, nec intellectus ipsius per legentem distor-
queatur ad aliud, quam constitutionis eiusdem littera ipsa sonat;
glossantes autem in scriptis constitutionem eandem aliter, quam
superius est expressum, facientes quoque comments, scripturas seu
litteras, et ex certa scientia et deliberatione determinantes in scholis
seu praedicantes contra contenta in constitutione praedicta, vel ali-
qua seu aliquod praedictorum, (non obstantibus aliquibus privile-
giis seu indulgentiis aut litteris apostolicis, quibuscumque personis,
dignitatibus, ordinibus, aut locis religiosis vel saecularibus genera-
liter vel singulariter sub quacumque forma vel expressione verborum
concessis, quae voluit aliquibus in praedictis quomodolibet suffra-
gari,) ipso facto excommunicationis sententiae voluit subiacere.
Nos autem, attendentes, quod argumentis frequenter et colla-
tionibus latens veritas aperitur, quoque sub eadem littera saepe
lateat multiplex intellectus, nec non esse difficile, volentibus con-
stitutionem praedictam perfecte legere ac intelligere, poenas ad-
iectas in constitutione huiusmodi devitare, viam veritatis aperire
volentes, et periculis, quae ex praedictis possent literatae personae,
praecipue scholasticae, incurrere, salubriter obviare, praesertim
quum de novo suborta sint aliqua dubia, circa quae possent periculi-
tari veritas, erroribus via pandi, nisi liceret conferre super conten-
tis in constitutione huiusmodi et disputare, prohibitiones et poenas
praedictas, tam latas quam comminatas, et earum effectus in
fratrum nostrorum ac multorum archiepiscoporum, episcoporum
et aliorum praefatorum, nec non multorum professorum utriusque
iuris, et multorum sacrae theologiae magistrorum praesentia, dum

naribus faciemus, quae suspensionem praedictam suo quasi sonoro praeconio et patenti iudicio publicabunt. Dat. Avin. VII. Kal. April. Ao. VI.

CAP. III. 11)

Dominium rerum, quae perveniebant ad fratres Minores, retentum ab ecclesia Romana, simplici usu facti fratribus ipsis reservato in c. Exiit, qui seminavit eod. tit. libr. VI. summus Pontifex refutat, multiplici ratione probans, eos non posse habere in re aliquo simplicem usum facti, et statuit, quod de cetero nullum ius nullumque dominium habeat ecclesia Romana in huiusmodi rebus, quae in posterum conferentur vel offerentur ipsis fratribus. Haec extravagans est multum iuridica, et subtilis in plerisque locis, praesertim ubi probat, usum simplicem non posse constitui in rebus usu consumptibilibus.

Ad conditorem canonum non est dubium pertinere, quum statuta, a se vel praedecessoribus suis edita obesse percipit potius quam prodesse, ne ulterius obesse valeant providere. Dudum siquidem felicis recordationis Nicolaus IV.¹²⁾ praedecessor noster, attente prospiciens in almi confessoris, beati¹³⁾ videlicet Francisci, regula contineri, quod nihil sibi approprient, neque domum, neque locum, neque rem aliquam aliam sui ordinis professores, ac considerans diligenter, quod per pia recordationis Gregorii Papae IX. et nonnullos alios praedecessores eiusdem fuerat¹⁴⁾ declaratum, hoc debere servari tam in speciali quam in communi, nec non et¹⁵⁾ consideranter attendens, nonnullos fratribus ipsis detrahere, impingentes eidem, quod regulam et declarationes huiusmodi non observabant, pieque considerans, ora contra praemissos fratres oblatrantium¹⁶⁾ claudere, ac professorum ipsorum conscientias providere, inter alia ordinavit et sanxit, omnium¹⁷⁾ utensilium et librorum, rerumque mobilium, et¹⁸⁾ praesentium et etiam futurarum, ecclesiarum quoque et oratoriorum ac coemeteriorum, tam praesentium quam etiam futurorum, nec non et aliarum¹⁹⁾ emptarum, et eleemosynis divinis oblatarum seu concessarum dictis fratribus, (in quibus tamen offerentes seu concedentes ipsa nihil in ipsis sibi ducerent reservandum,) proprietatem et dominium plene ac libere ad se et Romanam ecclesiam pertinere, ipsa in se recipiens ac ante dictam ecclesiam, simplici usu facti duntaxat in rebus et bonis huiusmodi reservato fratribus ante dictis. Et quia nonnullum librorum et alia mobilia supra dicta vendi expedit seu etiam commutari: fratribus ipsis in eadem ordinatione concessit, ut res ipsas cum rebus aliis, quarum usum habere licet²⁰⁾ ipsis fratribus, (dummodo generalis et provincialium ministrorum coniunctum vel divisim auctoritas intercederet,) possent libere commutare. Sed et quia fratribus ipsis pecuniam per se vel per²¹⁾ alium recipere ipsorum regula districtius interdicat: voluit et concessit, quod, si vendi contingeret res mobiles ante dictas pretio aestimato, quod huiusmodi pretium per procuratorem deberet²²⁾ recipi, a praefata sede, vel cardinali²³⁾ gubernatore eiusdem ordinis deputandum, per procuratorem eundem in rem licitam²⁴⁾, cuius usus esset permissus eiusdem ordinis fratribus, expendendum, hoc adiecto, quod possent de vilibus rebus mobilibus vel parum valentibus fratres ipsi pietatis seu devotionis intuitu, vel pro alia honesta causa et rationali, (obtenta tamen super hoc superiorum suorum licentia,) intra vel extra dictum²⁵⁾ ordinem ordinare. Quanquam autem pia consideratione motus praedecessor noster ordinavit supra dicta, illa dicto ordini existimans profutura: ipsa tamen attento modo utendi fratrum ipsorum ac dictae ecclesiae subsecuta patientia circa ipsum non profuisse, sed²⁶⁾ potius tam ipsis fratribus quam multis aliis obfuisse, subsequens magistra rerum experientia noscitur declarasse. Ipsi quidem fratribus, quantum ad statum perfectionis, nequaquam profuit reservatio domini supra dicta. Quum enim perfectio vitae Christianae principaliter et essentialiter in caritate consistat, quae ab Apostolo perfectionis vinculum dicitur, et quae unit se iungit aequaliter in via²⁷⁾ hominem suo fini, ad quam per contemptum bonorum temporalium et ipsorum expropriationem via disponitur, per hoc praecipue, quod sollicitudo, quam temporalia²⁸⁾ in acquirendo, conservando et dispensando exigunt, quae plerumque ab actu caritatis retrahit, amputetur²⁹⁾: restat, quod, si sollicitudo eadem post expropriationem huiusmodi, quae ante ipsam inerat, perseveret, ad perfectionem huiusmodi talis expropriatio valeat nihil conferre. Constat autem, quod post ordinationem praedictam non fuerint in acquirendis ac conservandis bonis praedictis in iudicio et extra minus solliciti, quam ante illam fue-

rant³⁰⁾ fratres ipsi, quanquam sint religiosi mendicantes alii, habentes aliqua in communi. Adhuc nec utique profuit dictis fratribus ordinatio supra dicta, quantum ad hoc, quod propter carentiam talis proprii³¹⁾ se pauperiores dicere valeant, quam si res ipsas cum illo, (quo carere se dicunt,) dominio obtinerent. Licet etiam praedecessor noster praedictis dominium earum rerum, quae ipsis fratribus offerri seu conferri, aut alias obvenire contingeret³²⁾, quarum tamen usum facti³³⁾ duntaxat habere licet ordini vel fratribus ante dictis, usu facti³⁴⁾ simplici praedictis fratribus reservato, in se Romanamque ecclesiam recipiendum duxerit, ac libere pertinere decreverit, ut superius est expressum: attento³⁵⁾ tamen ipsorum fratrum utendi modo, et eius effectu, ac patientia circa modum ipsum Romanae ecclesiae subsecuta, non ipae usus fratrum dici debet, sed potius Romanae ecclesiae dominium esse simplex. Quis enim simplicem usuarium dicere poterit, cui rem usariam licet permutare, vendere ac donare? Procul dubio haec naturae respondere noscuntur³⁶⁾, nec ad usuarium pertinere, quae tamen de rebus mobilibus ante dictis faciunt fratres ipsi. Quod autem dominium Romanae ecclesiae reservatum simplex ceneri debeat, ex hoc patet, quod ex illo nullum eidem ecclesiae temporale obvenit haecenus commodum, nec speratur, quod obvenire debeat in futurum, quum nec intentio reservantis, nec fratrum ipsorum fuerit, quod ad quemcumque alium, quam ad fratres, dictarum rerum perveniret compendium, quod procul dubio modus utendi fratrum ipsorum, et Romanae ecclesiae subsecuta patientia evidenter³⁷⁾ declarat. Et quod talis intentio fuerit ordinantis³⁸⁾, et ex hoc patet, quod illarum rerum sibi et ecclesiae Romanae dominium duntaxat retinuit, quarum usum facti liceret habere ordini vel fratribus ante dictis. Talis autem domini carentia re in praesenti, ac a se in futurum omni modo dehuit, quod paupertatem temporalem, quam altorem prae mendicantibus aliis in communi habentibus sibi vindicant dicti fratres, pauperiorem non efficit non habentem. Quod autem quoad res, quae usu consumuntur, non sint censendi usarii fratres ipsi, ex sequentibus³⁹⁾ liquet satis. Dicere siquidem, quod in talibus rebus usus iuris vel facti, separatus a proprietate rei seu dominio, possit constitui, repugnat iuri, et obviat rationi, nec praedecessoris nostri praedicta⁴⁰⁾ fuisse videtur intentio, Romanae ecclesiae talium bonorum dominium reservare. Quis enim sanae mentis credere poterit, quod intentio fuerit tanti patris, unius ovi, seu casei, aut frusti panis, et aliorum usum consumptibilium, quae saepe fratribus ipsis ad consumendum e vestigio conferuntur, dominium Romanae ecclesiae, et usum fratres retinere? Profecto probabile non videtur: praesertim quum illorum bonorum duntaxat dominium praefatae ecclesiae reservaverit, quorum simplex usus facti pertinere potest ad fratres dicti ordinis. Quod nequaquam potest in rebus usu consumptibilibus reperiri, in quibus nec ius utendi, nec usus facti, separata⁴¹⁾ a rei proprietate seu dominio, possunt⁴²⁾ constitui vel haberi. Et quod⁴³⁾ de talibus rebus non intellexerit; evidenter ostendit, dum respondet legi, dicenti, non posse usum fructum a dominio perpetuo separari, ne dominium dominis, semper abscedente usu, inutile redderetur. Quae quidem lex de rebus illis intelligitur, quarum penes unum usus rei, et penes alium dominium possit, licet inutile, remanere; quod nequaquam in rebus usu consumptibilibus potest esse, quum in illis per usum vel abusum usarii substantia talia rei esse desinat, et per consequens proprietate etiam inutilis non subsistat. Quum enim usufructus, prout est in re⁴⁴⁾ constitutus, qui servitus dicitur personalis, et pro quo reales competunt actiones, nihil sit aliud, quam ius utendi⁴⁵⁾, nec usus, qui etiam personalis est servitus, sit aliud, quam ius tantum utendi rebus alienis, salva rei substantia, id est, ius percipiendi fructus et utilitatem aliam in totum vel pro parte suo nomine, qui possunt⁴⁶⁾ ex re, in qua usufructus seu usus constituitur, provenire, propter quod proprietate reputatur inutilis, a qua perpetuo abscedit usufructus, seu⁴⁷⁾ usus constitutus rebus, ex quibus ipsis stantibus usufructuario seu usuario nulla possit utilitas provenire: patet, quod ad hoc, quod talis usufructus vel usus in re aliqua constitui valeat, requiritur, quod ex re illa possint⁴⁸⁾ fructus vel utilitas⁴⁹⁾ salva ipsius rei substantia ad fructuarium vel usuarium pervenire. Quodsi nulla ad ipsos posset ex re ipsa utilitas salva rei substantia pervenire, quales res constat esse usu consumptibiles: nequaquam posset in rebus ipsis

Cap. III. 11) Cod. Lips. 22. — Ioannes Ep. serv. serv. Dei etc. ad perpetuum rei memoriam etc.: id. — 12) A Papa III.: id. ma¹e. — cf. c. 3. h. t. in VIto. — 13) beati vid.: omitt. id. — 14) fueri: id. — 15) omitt. id. — 16) obloquentium: id. — 17) quod omnium ... pertineret: id. — 18) abeat ab eod. — 19) aliorum emptorum de elemosynis divinis et oblatorum seu concessorum: id. — 20) licet: id. — 21) omitt. id. — 22) debeat: id. — 23) a card.: id. — 24) add. aliam: id. — 25) praedictum: id. — 26) sed ... obfuisse: desid. ib. — 27) in via: omitt. id. — 28) ipsa temp.: id. — 29) amputatur: id. — 30) fuerint:

id. — 31) domini: id. — 32) contingeret: id. — 33) usufructum habere licet ord. et frat.: id. — 34) usufructu: id. — 35) talis enim domini retentio, attento ipsorum: id. — 36) add.: usuaris: id. — 37) evidenti: id. — 38) declarantis, ex hoc: id. — 39) subsequentibus: id. — 40) praedicti: id. — 41) separati: id. — 42) possint: id. — 43) Et quod ... subsistat etc.: desid. ib. — 44) ius in re: id. — 45) add.: fructus: id. — 46) possint: id. — 47) nec potest usufructus seu usus constitui in rebus, in quibus: id. — 48) possit: Böh. — 49) add.: alia: Cod. Lips.

are? Procul dubio haec natura ad usuarium pertinere, quae tunc acciunt fratres ipsi. Quod admissum servatum simplex censeri debet, et cum eadem ecclesiae temporis non operatur, quod obvenire debent observantia, nec fratrum ipsorum hanc quam ad fratres, dictarum rerum per procul dubio modo utendi fratres subsecuta patetia evidentis intentio fuerit ordinata, et ex his sibi et ecclesiae Romanae dominium facti liceret habere sibi vel fratrum omnium carentia re in presentia, et per se danti, quoad perpetuas temporales, tantibus aliis in communi habentibus, pauperiorum non efficit non habentia, ac non consumuntur, non sint censu quentibus, licet ostendat. Dicitur tamen usus iuris vel facti, separatus a possessione constituit, repugnat tamen consuetudinis nostrae praedicta, sicut in

de talem consuetudinem reddere poterit, quod intentio facta sit, aut fructus panis, et aliorum ut in fratribus ipsi ad consumendum in Romanae ecclesiae, et usum tantum habile non videtur: praeterquam quod dominium praefatae ecclesiae consuetudinis pertinere potest ad fratres dicti actus rebus usu consumptibilibus repositi, a usus facti, separata, a rei proprietate constituit vel haberi. Et quod de talibus evidentem ostendit, dum respondet lap factum a dominio perpetuo separari, et per abecedente non, invidie relictione in illis intelligitur, quoniam potest omnium possit, licet invidie, consuetudinis usu consumptibilibus potest esse, quoniam usuarium substantia tamen non est dominium, etiam in utilitate non potest. Quoniam in re constituitur, qui servitus dicitur reales competunt actiones, nihil in talibus usum, qui etiam personam et servitium utendi rebus alienis, nisi in rebus et fructus et utilitatem aliam in rebus et consuetudinis ex re, in qua consuetudinis

nec ius utendi, quod non est servitus, sed mere ius personale, nec actus ipse utendi sine iure aliquo possunt in rebus usu consumptibilibus constitui vel haberi, quum quodlibet praemissorum exigit, quod ex re ipsa salva rei substantia possit habenti ius utendi, seu utenti ex re ipsa utilitas aliqua provenire, quod utique in rebus nequit usu consumptibilibus reperiri. Nec obviat supra dictis, quod idem praedecessor noster in ordinatione praedicta etiam illorum, quae ad vitae sustentationem pertinent, sibi et Romanae ecclesiae dominium reservavit. Hoc enim de rebus illis duntaxat debet intelligi, quae usu non sunt consumptibiles, sine quibus humana vita non est sustentabilis, quae utique non sunt pauca. Licet autem in rebus usu consumptibilibus nec ius utendi, nec ipsum uti possit constitui vel haberi: ipsis tamen poterit ius abuti. Abuti autem, dum tractatur de rebus usu consumptibilibus, pro rei consumptione sumitur, quod ei opponitur, quod est uti. Uti quidem praesupponit, quod cum usu salva rei substantia maneat; sed abuti exigit, quod cum actu huiusmodi rei substantia consumatur; quum abuti nihil aliud, quam contra naturam usus uti in hac materia proprie possit dici. Licet autem quis re utilis⁵² absque iure utendi aliquo uti possit: ipsam tamen uti etiam in re tali absque iure utendi, separato a dominio vel coniuncto, nec ab aliquo potest constitui, nec a quoquam haberi. Et quod talis usus constitui nequeat, ex hoc patet, quod dare vel constituere quod suum non est, nec ad se, per se, nec per alium, licet interdictum illud dare possit aliter, quam sit suum. Actus autem ipse utendi ad utendum⁵³ pertinet, in quantum quis suorum actuum per liberam arbitrium et voluntatem dominus dicitur, quum per hoc illos non exercere valeat, vel etiam exercere. Non autem actus ipse utendi ad eum pertinet, qui concedit alii, quod in re sua actum illum valeat exercere. Quod utique nihil est aliud, quam quod actum suum ad rem concedentis ad actum suum utens valeat applicare. Sicut, qui equum suum alicui commodat, non actum equitandi concedit commodatario, sed quod actum illum in equo suo valeat exercere. Quod non est utique actum utendi simplicem concedere sine iure, quum haec⁵⁵ concedere nihil sit aliud, quam concedere ius utendi; quod quidem ius utendi, separatim a proprietate seu dominio in rebus, quae usu consumuntur, nequit constitui, ut patet manifestus ex praedictis. Praeterea quod simplex usus, id est, sine iure utendi, a proprietate seu dominio separatim, etiam in re utilis⁵⁶ haberi nequeat, sicut probatur. Si enim possit haberi usus talis, aut ante actum ipsum, aut in ipso actu, aut post completum actum huiusmodi haberetur. Quod autem hoc nequeat fieri, ex hoc patet: quod non est nequaquam haberi potest. Patet autem, quod actus ipse, antequam exercatur, aut etiam dum exercetur, aut postquam perfectus est, in rerum natura non est: ex quo sequitur, quod haberi minime potest. Licet enim et⁵⁷ ante actum ipsum quis facultatem illam habeat⁵⁸ exercendi: per hoc tamen actus ipse in rerum natura, nisi in potentia, non existit. Quum autem⁵⁹ actus est in fieri: nec adhuc, quod ipse actus in rerum natura sit, potest dici,

usum habere debeant fratres ipsi. Quantum autem⁶² ad usum facti simplicem absque omni iure utendi attinet: nulla rerum quoad fratres differentia est censenda. Sic enim uti de facto possunt prohibita, ut permissa. Quare praemissa rerum distinctio ad illum usum facti potius est referenda, pro quo ipsis competit fratribus ius utendi. Quarundam enim rerum usus fratribus ipsis prohibitus noscitur, et quarundam permissus. Ex quo sequitur, quod usus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi debeat, qui iustus sit, id est, pro quo competat⁶⁴ ius utendi. Et⁶⁵ hoc conditor ipse canonis exprimit evidenter, quum in eadem ordinatione adiecerit, quod moderatus usus in expressis prius rebus ipsis fratribus est concessus. Praeterea si⁶⁶ in rebus consumptibilibus possit usus constitui vel haberi: nequaquam simplex, nec a rei substantia, proprietate, seu dominio separatim usus huiusmodi possit dici, quum per talem usum, id est utendi actum, et in ipso actu, et cum ipso actu res consumatur huiusmodi, ac in ipsius rei exercatur substantia, nec sine rei ipsius consumptione esse valeat usus talis. Ex quo patet, quod usus talis nec simplex, nec separatim a dominio potest dici. Rursus nedum fratribus ipsis ordinatio praedicta non profuit, sed etiam occasionaliter honori sacrosanctae Romanae ecclesiae non leviter detrahit et detraxit. Numquid non praefatae ecclesiae derogatur honori, si ipsam oporteat nunc in foro ecclesiastico, nunc in saeculari, interdum quoque coram pedaneis iudicibus, et plerumque pro rebus parvis et vilibus continue litigare? Hoc autem notum est fieri, quum occasione retentionis dicti domini omnes causae occurrentes agendo vel defendendo pro bonis huiusmodi nomine Romanae ecclesiae virtute cuiusdam privilegii, a felicitis recordationis Martino Papa IV. praedecessore nostro concessi, super hoc agitentur, et, (quod gravius est censendum,) procuratores causarum huiusmodi multos vexare dicuntur indebite; licet potestas attributa procuratoribus talibus per privilegium ante dictum quoad administrationem bonorum praemissorum dudum⁶⁷ servata non fuerit, nec servetur, quae omnia in notam et iniuriam sanctae Romanae ecclesiae non est dubium redundare. Adhuc ordinatio ante dicta ecclesiarum praelatis et rectoribus gravis existere nimium et molesta monstratur. Numquid non grave praemissis potest existere, quod ipsos oporteat se opponere sanctae Romanae ecclesiae, quae ipsorum caput noscitur et magistra, ac cum ea agendo vel defendendo litigare assidue, vel cedere iuri suo? Hoc tamen oportet illos facere, quum in multis dicti fratres praedictis existere dicantur⁶⁸ iniurii, sicut multorum praelatorum et rectorum diversarum provinciarum adhuc in curia existentium habet insinuatio, qui quidem fratres facta sua per procuratores nituntur defendere ante dictos. Nos itaque, qui veritatem tenemus colere, velut ille, qui illius, qui veritas noscitur⁶⁹, licet immeriti, vicem teneamus⁷⁰ in terris, illa volentes in sancta Dei ecclesia, quae non verbo obtinent tantum, sed quae re potius, observari, praemissis in scrutinio rectae considerationis adductis, ac deliberatione cum fratribus nostris et multis aliis praehabita diligentia, dignum arbi-

sentiret,) ac inasper volentes indemnitati praedictorum et rectorum salubriter super hoc providere, nolentes in posterum sub praetextu seu pallio talis dominii temporalis, verbalis, auri ac aenigmatici, tanta bona, quanta dicti fratres faciunt, infici, ac fomentum tantis malis, quanta procedunt ex simulatione huiusmodi, ministrare, de fratrum nostrorum consilio hoc edicto in perpetuum validum sancimus, quod in bonis, quae⁷¹⁾ in posterum conferentur vel offerentur, aut alias quomodolibet obvenire continget fratribus seu ordini supra dictis, (exceptis ecclesiis, oratoriis, officinis et habitationibus, ac vasis, libris et vestimentis divinis officiiis dedicatis⁷²⁾ vel dedicandis, quae ad ipsos obveniant in futurum, ad quae se non extendunt adeo inconvenientia supra dicta, propter quod constitutionem istam ad illa extendi nolumus,) nullum ius seu dominium aliquod occasione ordinationis praedictae seu⁷³⁾ cuiusvis alterius, a quocunque praedecessorum nostrorum super hoc specialiter editae, Romanae⁷⁴⁾ ecclesiae acquiratur, sed quoad hoc habeantur⁷⁵⁾ prorsus ordinationes huiusmodi pro non factis. Per hoc autem in his, quae absque dictis⁷⁶⁾ ordinationibus in bonis praedictis ad dictam ecclesiam provenire vel pertinere quomodolibet poterant vel debebant, nullum eidem parari praedictum volumus, sed illa sibi expressius intacta et inviolata servamus. Et quia praefatum Martini Papae praedecessoris nostri⁷⁷⁾ privilegium dudum servatum quoad administrationem bonorum praemissorum non exstitit, nec servatur, ac ipsorum procuratorum officium, qui nominantur a ministris et custodibus dicti ordinis, ecclesiae Romanae iniuriosum, ac multis aliis molestum noscitur et etiam⁷⁸⁾ onerosum: districtius inhibemus, ne deinceps pro recipiendis, petendis, extorquendis⁷⁹⁾, defendendis seu administrandis bonis, quae in posterum fratribus vel ordini praedictis offerri vel conferri, seu alias obvenire continget⁸⁰⁾, quisquam nominetur a quoquam seu constituantur a modo nomine sanctae Romanae ecclesiae procurator, nec occasione cuiusvis privilegii⁸¹⁾ quocunque administrationem quorumcumque bonorum, quae obvenire fratribus ipsis⁸²⁾ vel ordini continget in posterum, in iudicio vel extra, agendo⁸³⁾ vel defendendo, supplicando vel alias quomodolibet assumere vel exercere dictae ecclesiae nomine audeat, nisi de sedis apostolicae licentia speciali, decernentes irritum et inane, si secus a quoquam in posterum contigerit attentari, non obstantibus quibuscumque privilegiis, a Martino Papa praedicto vel aliis praedecessoribus nostris ipsis fratribus vel ordini sub quacunque forma vel expressione verborum concessis. Per hoc autem dicti ordinis regulae in aliquo non intendimus derogare, nec privilegiis fratribus ipsis seu eorum ordini ab apostolica sede concessis, (nisi duotaxat quoad praemissa et ista⁸⁴⁾ tangentia,) praedictum aliquod generare. Nulli ergo⁸⁵⁾ hominum liceat hanc paginam nostrae sanctionis⁸⁶⁾, inhibitionis, constitutionis et intentionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc⁸⁷⁾ attentare praesumpserit etc. Datum Avinion. VI. Idus Decembr. Pont. nostri Ao. VII.

CAP. IV.

Opinio, quae asserit, Christum et eius discipulos nihil habuisse, et in his, quae habuerunt, nullum ius eis fuisse, erronea est et haeretica. Haec extravaganis est valde notabilis, et glossae habet profundas, quae sunt ex sacrae scripturae fontibus haustae. Si diligenter extravaganantem praecedentem et sequentem inspexeris: locum hunc aptum fuisse assignatum, mea opinione dixeris.

Quomodo inter nonnullos viros scholasticos saepe contingat in dubium revocari, utrum pertinaciter affirmare, Redemptorem nostrum ac Dominum Iesum Christum eiusque Apostolos in speciali non habuisse aliqua, nec in communi etiam, haereticum sit censendum, diversa et adversa etiam sententibus circa illud: nos, huic concertationi finem imponere cupientes, assertionem huiusmodi pertinacem, quum scripturae sacrae, quae in plerisque locis ipsos nonnulla habuisse asserit, contradicat expresse, ipsamque scripturam sacram, per quam utique fidei orthodoxae probantur articuli, quoad praemissa fermentum aperte supponat continere mendacii, ac per consequens, quantum in ea est, eius in totum fidem evacuant, fidem catholicam reddat, eius probationem adimens, dubiam et incertam, deinceps erroneam fore censendam et haereticam, de fratrum nostrorum consilio hoc perpetuo declaramus edicto. Rursus in posterum pertinaciter affirmare, quod Redemptori nostro praedicto eiusque Apostolis iis, quae ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam ius ipsis utendi competierit, nec illa vendendi seu donandi ius habuerint, aut ex ipsis alia acquirere, quae tamen ipsos de praemissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos po-

tuissimae facere supponit expresse, quum talis assertio ipsorum usum et gesta evidenter includat, in praemissis non iusta, quod atque de usu, gestis seu factis Redemptoris nostri Dei Filii sentire nefas est, sacrae scripturae contrarium et doctrinae catholicae inimicum, assertionem ipsam pertinacem de fratrum nostrorum consilio deinceps erroneam fore censendam merito ac haereticam declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum declarationum infringere, vel ausu ei temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Avinion. II. Idus Novembr. Ao. VII.

CAP. V.

Reprobatur opinio illorum detractorum, qui praesumunt impugnare constitutiones Ioannis XXII. Ad conditorem canonum, et quum inter nonnullos supra immediate praecedentes. Et praemissis responsionibus ad omnes eorum obiectiones, tandem declaratur tanquam haeretici et Romanae ecclesiae rebelles, ab omnibus evitandi, si deinceps scienter verbo vel scripto aliquid defendere vel approbare contra illas praesumpserint. Hic habetur sub parte secunda et tertia de claviis materiae proluxa et utilis disputatio.

Quia quorundam mentes sic pater mendacii dicitur excaecasse, quod nostris constitutionibus, quarum una incipit: „Ad conditorem canonum,“ alio vero: „Quum inter nonnullos,“ utique tam cum fratribus nostris sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus, quam cum multis archiepiscopis et episcopis, aliisque ecclesiarum praefatis, nec non et compluribus sacrae theologiae magistris, ac utriusque iuris professoribus deliberatione praevaluit diligenti digestis, ac de praemissorum fratrum nostrorum consilio promulgatis, non absque multa temeritate plectibili nisi sunt detrahere, et nituntur veritatem, quam continent, per falsas insanias obtuscare: nos tam perniciosos ausibus, ne eorum doctrina pestifera simplicium animos labefacere, ac in sui erroris devium deducere valeat de eorum fratrum consilio decernimus super hoc salubriter, (ut sequitur,) providere. Ad impugnandas autem constitutiones praedictas subscriptas⁸⁸⁾ ratione tam verbo quam scripto usi sunt publice, sicut fertur. Illud, inquit, quod per clavem scientiae, in fide ac moribus semel diffinierunt Romani Pontifices, adeo immutabile perseverat, quod illud successoribus revocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare, licet de iis, quae per clavem potestatis ordinaverint, asserant secus esse. In confirmatione autem regulae ordinis fratrum Minorum Honorii III., Gregorii IX., Innocentii IV., Alexandri IV., Nicolai IV., praedecessorum nostrorum summorum Pontificum, haec verba asserunt contineri: „Haec est regula evangelica Christi, et Apostolorum imitatrix, quae nihil in hoc mundo habet proprium vel commune, sed in rebus, quibus utuntur, habent simplicem usum facti:“ his addere praesentes, praefatos summos Pontifices et multa concilia generalia per clavem scientiae diffinisse, paupertatem Christi et Apostolorum constitutione perfecte in expropriatione cuiuslibet temporalis dominii civilis et mundani, et sustentationem eorum in solo et nudo usu facti etiam constitutione, ex quibus nituntur concludere, non licuisse nec licere ipsorum successoribus contra praemissa aliquid immutare. Ideoque quum constitutio nostra in ratione praedicta contra diffinitiones praedictorum praedecessorum nostrorum (sicut asserunt) diffinierit, Christum et Apostolos in iis, quae habuerunt, habuisse non tantum simplicem usum facti, sed ius faciendi de ipsis, eosque ipsos facisse scriptura sacra testatur, pertinacem assertionem dicentium, ipsos ius huiusmodi minime habuisse, quum actus illorum fuisse concludant non iustos, quod de Christo nefas est dicere, haereticam declarando: concludere satagunt, licet falso, nobis non licuisse declarare vel statuere supra dicta. Item, quia constitutio: „Ad conditorem canonum,“ contra diffinitiones praedictas fratres Minores asserit non posse habere in re aliqua simplicem usum facti: nituntur similiter concludere contra ipsam. Quod autem, quod in ratione praedicta praemittitur, videlicet, quod illa, quae per clavem scientiae in fide ac moribus a summis Pontificibus semel sunt diffinita, eorum successoribus revocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare, licet secus sit (sicut dicunt) in iis, quae per clavem potestatis per summos Pontifices ordinantur, prorsus sit contrarium veritati, patet ex sequentibus evidenter. Primo quidem secundum illos, qui tenent, clavem spirituales nequaquam esse scientiam, sed ligandi atque solvendi potestatem, patet, assertores praedictos, ponendo esse scientiam, erravisse. Pro quibus facit clavis diffinitio, quae a doctoribus datur: „Clavis est specialis potestas ligandi atque solvendi, qua iudex ecclesiasticus dignos recipere, et indignos excludere debet a regno.“ Item, quia claves, de quibus

Cap. III. 71) quae eis in posterum conferantur vel offerantur: id. — 72) deputatis et dedit: id. — 73) seu... edictae: desid. in eod. — 74) sanctae Rom.: id. — 75) habeatur prorsus dicta ordinatio pro non facta: id. — 76) dicta ordinatione: id. — 77) add.: praedicti: id. — 78) omitt. id. — 79) exigentis: id. — 80) contigerit, quis: id. — 81) add.: apo-

stolici: id. — 82) dictis fratr.: id. — 83) agendo, defendendo, supplicando: id. — 84) vel praemissa tang.: id. — 85) add.: omnino: id. — 86) sanct., voluntatis, reservationis, inhibitionis et constitutionis infr.: id. — 87) hoc att. pr.: desid. in eod. — 88) supra scripta: Böhmer.

...proponit et cum a nona proposita
et tertia de clavium materia pias
in disputatio.

pater mendacii dicitur etiam
quorum una incipit: „Ad conu-
m inter nonnullas,“ atque tam
manae ecclesiae cardinalibus, quae
episcopis, aliisque ecclesiarum pro-
sacrae theologiae magistris, et in
liberatione praehabita diligenti dis-
nostro consilio promulgati, in
stibili nisi sunt deturbi, et auctor
per falsas innuendae obducere: ut
eorum doctrinae positae simpliciter
erroris devium dedecere vias de-
terminamus super hoc sublevari, et in-
agnandas autem consiliorum statu-
m verbo quam scripto non sunt publi-
it, quod per clavem scientiae, in
t Romani Pontifices, adeo immutabi-
mori revocare non licet in dubium.
de us, quae per
esse. In confirmatione autem opti-
mori III, Gregorii IX, Innocentii
praedecessorum nostrorum conueni-
runt contineri: „Haec est regula
um imitatrix, quae nihil in hoc
te, sed in rebus, quibus utitur, b-
his addere praesumptio, postea
concilia generalia per clavem scientiae
sti et Apostolorum constitutione per-
t temporalis domini civilis et nobis
solo et nudo usu facti etiam continen-
ere, non licuit nec licere ipsam
aliquid immutare. Ideoque quae
edicta contra diffinitionem praedecesso-
rum (sicut asserunt) diffinita, Christus
erunt, habuisse non tantum scriptura
de ipso, eoque ipso facti scriptura
asserentem dicentibus, quos non habuit
am actus illorum fuisse concludant non
falso, nobis non licuit declarare vel
qua constitutio: „Ad constitutum no-
es praedictas fratres Minores auctoritate
simplicem usum facti: autem quibus

sisse, sine quibus pastoris universis convenienter cura nequit sua
officium expediri: adhuc claret, ipsos etiam errasse. Dicunt enim,
alium effectum habere illa, quae per clavem scientiae, et alium
illa, quae per clavem potentiae statuuntur, supponentes, alia per
clavem scientiae, et alia per clavem potentiae statui, seu etiam
diffiniri: quod evidenter est falsum. Per clavem enim scientiae,
sive per auctoritatem discernendi seu cognoscendi inter lepram et
lepram, (si ipsam dixerimus esse clavem,) nil aliud per ipsam illi,
cui datur, tribuitur, nisi auctoritas cognoscendi. Et autem, cui
datur auctoritas de re aliqua cognoscendi, de illa diffinendi non
intelligitur esse data. Quare restat, quod ad convenienter statuend-
um, seu aliquid diffinendum, utraque clavis, scilicet cognoscendi
et diffinendi necessario requiratur, vel quod soli clavi potentiae
statuere competat, et etiam diffinire; sed, sicut lumen materiale
clavigerum in usum clavem materialis dirigit, et quasi quantum ad
hoc oblineat scientia vicem lucis. Et hoc Salvator noster in pro-
missione clavium facta beato Petro sensisse videtur expresse, quum
post illam immediate subiunxerit: „Et quodcumque ligaveris super
terram, erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super
terram, erit solutum et in caelis,“ nulla de scientia habita men-
tione. Quod autem subsequenter proponitur in ratione praedicta,
videlicet, quod in confirmatione et declaratione regulae fratrum
minorum nonnullorum praedecessorum nostrorum, videlicet Hono-
rii III, Gregorii IX, Innocentii IV, Alexandri IV, Nicolai IV,
verba huiusmodi continentur: „Haec est regula evangelica,“ etc.
supra posita, usque ibi: „in nudo usu facti etiam constituisse patet:“
prorsus obviat veritati. Honorius quidem praefatam regulam abs-
que declaratione aliqua confirmavit, in cuius confirmatione de ver-
bis praedictis mentio aliqua non habetur, ut liquere potest cuilibet
confirmationem huiusmodi intuenti: nisi quatenus de vita evange-
lica habetur mentio in ipsa regula confirmata ibi, quum dicit:
„Haec est regula fratrum Minorum, videlicet Domini nostri Iesu
Christi sanctum evangelium observare, vivendo in obedientia, sine
proprio, et in castitate.“ Ex quibus verbis concludi non potest,
quod per ipsum praedecessorem nostrum ea, quae ipsi in verbis
praedictis asserunt, fuerint diffinita. Immo potest concludi potius,
quod vita evangelica, quam Christus et Apostoli tenuerunt, habere
in communi aliqua non excludat, quum sine proprio vivere non exi-
gat, quod sic viveat nihil habeant in communi. In declarationi-
bus quoque Gregorii, Innocentii et Alexandri praedictorum, qui
eamdem regulam absque confirmatione alia declarant, similiter nulla
prossus sit mentio de praedictis; immo per eas evidenter ostenditur,
eorum, quae habere licet ipsis fratribus, usum iuris ad ipsum ordi-
nem pertinere. Gregorius quidem in sua declaratione, quantum
ad hoc, interseruit, quae sequuntur: „Dicimus, quod nec in spe-
ciali, nec in communi debent habere proprietatem; sed utensilium,
librorum, et rerum mobilium, quae licet habere, ordo usum ha-
beat, et fratres, secundum quod generalis minister et provinciales

verno occurrit, nec exemplo firmavit, utpote, quod praecipit con-
ditor regulae fratribus universis, ut nullo modo denarium vel pecu-
niam recipiant per se vel per interpositam personam, nec non et de
multis aliis contentis in dicta regula, quae utique nec Christus, nec
Apostoli verbo doxerunt, nec firmaverunt exemplo. Nec obstat,
quod Christus portare pecuniam Apostolis et discipulis, dum ipsos
ad praedicandum mitteret, interdixit; quod tamen, antequam eos
mitteret, ipsis fuisse legimus⁹¹) interdictum. Quodque post redi-
tum pecuniam portaverunt, in plerisque locis evangelica veritas et
apostolica dicta testantur. Praeterea Augustinus dicit expresse,
quod illud non fuit praecipitum, sed potestas recipiendi necessaria
ab illis, quibus praedicabant evangelium, quam servare Apostolis
licuit, vel etiam non servare. Sed hoc Romanus Pontifex praede-
cessor noster, Nicolaus, quoad principalia tria vota, scilicet in
obedientia vivere, et sine proprio, et in castitate, ac alia, si qua
evangelio reperiantur expressa, in dicta regula videtur intellexisse
dicere in declaratione praedicta, quod utique declarationibus no-
stris in nullo obviat supra dicta. Adhuc non apparet, ipsum dixisse,
sustentationem Christi et Apostolorum eius in solo et nudo simplici
consistere usu facti, quum quoad Christum et Apostolos nullam
praefatus praedecessor noster Nicolaus in sua declaratione fecerit
mentionem. Immo sensisse satis videtur expresse, quod ius aliud
proprietatis habuisse potuerunt, quum de sola abdicatione prop-
rietatis, non iuris alterius, in praefata declaratione, quantum ad
ipsos attinet, mentio habetur. Adhuc idem Nicolaus praedecessor
noster videtur sensisse, quod Christus et Apostoli etiam quoad prop-
rietatem habuerint aliquid in communi. Quum enim in sua decla-
ratione praedicta verba de abdicatione proprietatis dixisset: res-
pondens objectioni tacitae, quae sibi de loculis, quos Christus ha-
buisse in evangelio legitur, poterat fieri, statim quae sequuntur,
subiunxit: „Nec his quisquam putet obsistere, quod interdum dicitur,
Christum loculos habuisse.“ Nam sic ipse Christus, cuius
perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit,
quod interdum, infirmorum imperfectioni condescendens, et⁹²) viam
perfectionis extolleret, et imperfectorum infirmas semitas non
damnares: sic et infirmorum personam Christum asserit in loculis
suscepisse. Alias impertinens de loculis fuisset obiectio, nisi in-
tellexisset, Christum etiam quoad proprietatem loculos habuisse.
Praeterea si diceretur, Christum in loculis habuisse tantummodo
simplicem usum facti: frustra diceretur, quod in persona infirme-
rum ipse Christus habuit loculos, quum secundum eum perfectis
etiam conveniat habere simplicem usum facti. Et, si quaeratur,
propter quos infirmos istos loculos habuerit, Augustinus, cuius dic-
tum insertum est in Decretis⁹³), respondet, dicens: „Habebat Do-
minus loculos a fidelibus oblata conservans, et suorum necessitati-
bus, et aliis indigentibus tribuebat.“ Unde constat, ipsum de suis
discipulis hoc sensisse. Nec hoc, scilicet in communi et quoad
proprietatem aliqua habere, derogat iuxta dictum Gregorii IX.⁹⁴)

mio praecellentem gloriam promereri. Ubi quidem expresse dicit, Praedicatores Christum pauperem imitari, ipsosque perfectionem evangelicam amplectari, et in statu existere perfectorum, quodque ipsorum religionis observantia perfectionis evangelicae tenet formam; et tamen constat, ipsos habere posse etiam quoad proprietatem aliqua iuxta eorum regulam in communi. Nec obstat, quod dicunt, Innocentium (alias Coelestinum) quintum praedecessorem nostrum dixisse, altam paupertatem esse, habere pauca propria propter Deum; altiore, quae nulla habet propria, tamen habet in communi; altissimam, quae nihil habet in hoc mundo, nec in proprio, nec in communi. Dicimus quidem, quod hoc dixerit, non ut Papa, sed ut frater Petrus de Tarantasia in quadam postilla sua, quare dicta praemissorum summorum Pontificum sunt ei merito praeferenda. Dicunt etiam, quod Apostolus de tali altissima loquitur paupertate, dicens⁹⁵: „Et altissima paupertas eorum abundavit in divitiis simplicitatis eorum.“ Quod evidenter est falsum, quia ibi loquitur de paupertate Macedonum, qui etiam in speciali bona temporalia obtinebant, de quibus Apostolus asserit, quod supra vires suas miserant elemosynas sanctis. Quod autem dicitur in declaratione Nicolai praedecessoris nostri contineri, quod fratres Minores in rebus, quae eis obvenerint, habent tantum simplicem usum facti: dicimus, quod, si ipse intellexerit simplicem usum facti denudatum omni iure, ita, quod fratres ipsi seu ordo nullum ius habent utendi, hac est expresse contra declarationem Gregorii, Innoc., Alex., summorum Pontificum praedictorum, quibus expresse, quod talium honorum ordo usum habeat, continetur: quod de usu iuris est intelligendum necessario, ut superius est probatum. Adhuc dicimus, quod est cum hoc impossibile, scilicet usum facti simplicem absque iure aliquo, (quod nihil aliud quam ipsum uti proprie potest dici,) posse in re aliqua etiam usu non consumptibili ab aliquo obtineri, prout in decretali „Ad conditorem canonum,“ est probatum, et Augustinus in lib. XI. de actu tenet expresse. Praeterea si simpliciter usus denudatus ab omni iure haberi posset ab aliquo: constat, quod actus utendi huiusmodi esset reputandus non iustus, quum ille usus fuerit, cui ius non competeat utendi; usus autem non iustus ad perfectionis statum nequaquam pertinet, nec perfectionis aliquid adicit, sed sibi repugnare potius manifeste. Quod autem usum talem non iustum conditor canonis fratribus ipsis intellexerit reservare, probabile non videtur. Immo, quod de iusto intellexerit, ex eo potest evidenter apparere, quod in eadem ordinatione adicit, quod illarum rerum duntaxat in se et⁹⁶) etiam Romanam ecclesiam recipiebat dominium, quarum usum facti liceret habere fratribus seu ordini ante dictis, subiungens, quod non rerum omnium usum habere debeant fratres ipsi. Quantum autem ad usum facti simplicem absque omni iure utendi attinet: nulla rerum potest censeri differentia quoad fratres. Sic enim uti de facto possunt prohibita, ut permissa. Ex quo sequitur, quod usus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi debeat, qui iustus sit, et pro quo competat ius utendi. Et ipse videtur conditor canonis ex eo etiam sensisse, quod in eadem ordinatione subiunxit, quod moderatus usus in expensis prius rebus ipsis fratribus est concessus. Rursus impugnatores constitutionum huiusmodi asserere publice perhibentur, quod libellum et dicta magistrorum, asserentium, dictam paupertatem et vitam dictorum fratrum non esse evangelicam et apostolicam, summi Pontifices damnaverunt, districtius per apostolicas literas inhibentes; ne quisquam praemissa vel aliquid praemissorum contumaciter adstruere, seu quomodolibet praesumeret defensare, statuente, quod praesumens contrarium tanquam contumax, ecclesiae Romanae rebellis, ac ut haereticus haberetur. Ad quod dicimus, assertionem huiusmodi falsam esse. Non enim continetur in sententia supra dicta, quod contra faciens ut haereticus haberetur, quae quidem quoad hoc continet quae sequuntur: „Nos enim nihilominus auctoritate praesentium districtius inhibemus, ne quisquam praemissa vel aliquid praemissorum pertinaciter asserere vel quomodolibet defensare praesumat. Quicumque vero hoc praesumpserit, tanquam contumax et ecclesiae Romanae rebellis ab omnibus fidelibus habeatur.“ Non fuit adiectum, quod ut haereticus haberetur, ut patet in serie sententiae condemnationis praedictae. Rursus asseruisse dicuntur publice huiusmodi assertores, quod abdicatio iuris in cuiuscunque rei proprietate et in usu eius est sancta et meritoria propter Deum, et a Christo in se ipso servata, Apostolis imposita, et ab ipsis sub voto assumpta. Nec propter hoc usus facti ad sustentationem naturae in Christo et Apostolis convincitur esse non iustus, sed tanto iustior atque perfectior, et Deo acceptior, et mundo exemplarior, quanto plenus renunciatum fuerit omni iuri, per quod potest sic utens pro usu huiusmodi quomodolibet contendere vel in iudicio litigare. Quae quidem assertio continet multa falsa, quum neque

Christum expropriationem praedictam omnis iuris in cuiuscunque rei proprietate, et in eius usu in se servasse, nec eam imposuisse Apostolis, neque sub voto ab ipsis fuisse receptam, evangelica seu apostolica doceat historia, sed contrarium evidenter manifestat. Quod autem in praedicta assertione adicitur, quod per abdicationem iuris praedicti, videlicet proprietatis, in usus facti ad sustentationem naturae in Christo et Apostolis non convincitur esse non iustus, sed tanto iustior etc., impossibilitatem includit, et errorem dictum huiusmodi evidenter. Impossibile enim est, actum humanum extrinsecum esse iustum, si exercens actum ipsum nullum ius habeat illum exercendi: immo non iustus seu iniustus necessario convincitur talis usus. Item, est absurdum et erroneum, quod actus alicuius, non habentis ius actum huiusmodi faciendi, sit iustior et Deo acceptior, quam habentis, quum concludat actum iniustum iustiore et Deo acceptiore existere, quam sit iustus. Ex praemissis autem inferre nituntur, (ut fertur,) quod praedictorum summorum Pontificum definitio, quam definiunt de paupertate Christi et Apostolorum, ac fratrum Minorum praedictorum regula, (prout superius expresserunt,) per nos non potuit mutari, procul dubio falsa asserunt, dicendo, praedecessores nostros definiisse talia, ut superius est probatum, et adhuc sic loquentes; dum per talia constitutiones nostras impugnare satagunt, constitutiones illas, quibus se adiuvant, ostendunt, (si eorum falsae assertiones verae existerent,) fore invalidas, erroneas et infirmas. Si enim nobis non licuit contra constitutionem Nicolai IV. praedecessoris nostri, in qua se fundant praecipue, aliquid statuere commune: nec sibi licuit contra statuta Gregorii, Innocentii et Alexandri praedictorum statuere aut aliquid declarare; quod tamen ipsum fecisse, secundum eorum assertionem, noscitur evidenter. Quum enim illi declaraverint, quod ordo Minorum habeat usum earum rerum, quae licet eis habere, quod ad usum iuris est referendum necessario, ut superius est probatum, ipse vero secundum ipsos statuit, quod nec ordo, nec fratres ius utendi habeant, sed tantummodo simplicem usum facti, et insuper ordinavit, decrevit et statuit, huiusmodi constitutionem, ordinationem et declarationem suam duntaxat a fratribus ipsis praeciae et inviolabiliter perpetuis temporibus observandam: constat non solum, quod contra declarationes praedecessorum praedictorum ordinaverit, sed ipsum illas, quantum ad ea, quae sua declaratio continet, etiam revocasse. Ipse quoque praedecessor noster in sua declaratione subiunxit, ad sedis apostolicae declarationem et ordinationem eorum, et circa ea, quae ipse declaraverat, pertinere, sic dicens: „Si quid in praedictis ambiguitatis⁹⁷) emerit, hoc ad culmen sedis apostolicae deducatur, ut ex auctoritate apostolica sua in hoc manifestetur intentio, cui solum concessum est in his statuta condere, et condita declarare,“ cuius tamen contrarium asserunt huiusmodi assertores. Adhuc patet, quod asserunt, esse falsum. Licet enim Innocentius III. praedictus in generali concilio interdixisset, novas religiones institui: tamen successores ipsius, (non obstante interdicto huiusmodi,) plures leguntur ordines confirmasse, qui etiam, (aliquibus exceptis) fuerunt postea per Gregorium IX. praedecessorem nostrum dissoluti certo modo in concilio generali. Si igitur post interdictum generalis concilii licuit summis Pontificibus non confirmatos ordines confirmare, et eorum successoribus sic confirmatos in totum dissolvere: non est mirum, si, quod declarat circa regulas ordinum solus summus Pontifex, vel ordinat, licet eius successoribus declarare seu alias immutare. Patet autem, quod neque Honorii confirmatio, neque Gregorii, neque Alexandri, neque Nicolai praedictorum facta fuerit in concilio generali, quum per nullum ipsorum fuerit generale concilium celebratum. Licet Innocentius IV. celebravit concilium generale: tamen in illo nec auctoritate alicuius concilii facta fuit ipsius declaratio supra dicta. Nicolaus autem IV. nec celebravit generale concilium, nec aliquid circa dictam regulam declaravit. Gregorius autem IX. praedictus nec confirmavit, nec declaravit dictam regulam, sed in generali concilio, ubi cassati fuerunt nonnulli mendicantium ordines, dictorum fratrum Minorum, et Praedicatorum ordines non cassavit, sed asseruit approbatos, sic dicens: „Ad eos, quos evidens ex eis utilitas ecclesiae universali proveniens perhibet approbatos, praesentem non patimur constitutionem extendi.“ Praeterea dicant nobis, ubi legunt assertiones huiusmodi, quod ad fidem vel morem pertinet, Christum et Apostolos non habuisse in his, quae habuerunt, nisi simplicem usum facti? Profecto directe hoc ad fidem non pertinet, quum de hoc articulus non sit aliquis, nec sub quo valeat comprehendi, ut patet in symbolis, in quibus articuli fidei continentur, nec etiam reducte, ne quasi hoc sacra scriptura contineat, quo negato tota scriptura sacra redditur dubia, et per consequens articuli fidei, qui habent per scripturam sacram probari, redduntur

contumacitate ac contumacia utique omni iura, gratiam valeant et alios trahere in errorem, quum ausu arreptando ac petulantia improba ausi defendere publice fuerint damnatum per constitutionem praedictam haeresin ac etiam probare, videlicet quod Christus et eius apostoli in illis, quae habuisse leguntur, tantum habuerint abs-

entibus, ne quisquam contra unitatem, unitatem seu locum per ipsum, verbo vel scripto scienter approbet aliquid vel defendat. Si quis vero contra praesumpserit, tanquam contumax et rebellis Romanae ecclesiae ab omnibus habeatur. Nulli ergo etc. Data Avinion. IV. Idus Novembris Pont. nostri Ao. IX.

CONSTITUTIONUM VIGINTI IOANNIS XXII
FINIS.

Cap. V. 98) praedictis: id. — 99) et est: id.

in diffinitio, quam diffinitur & p-
m, ac fratrum Minorum praedictorum
reuerentia, per nos nos potestatem
dicendo, praedecessores nostris
st probatum, et adhaec sic loqui
nostros impugnare satagant, contum-
vant, ostendunt, (si eorum libe-
) fore invalidas, erroneas et inu-
ra constitutionem Nicolai IV. pre-
adant praecipue, aliquid adhaec con-
statuta Gregorii, Innocentii et Alexan-
it aliquid declarare; quod tamen ipsi
sertionem, noscitur ostender. Quum
d ordo Minorum habet sua carum re-
quod ad usum iuris est referendum re-
obatum, ipse vero servandum ipsi sta-
ratres ius utendi habeant, ut iustum
et insuper ordinavit, decrevit et in-
onem, ordinationem et declarationem
ipsis praecipue et invariabiliter perpe-
constat non solum, quod contra pra-
aedictorum ordinaverit, sed ipsi in
e declaratio continet, etiam reman-
oster in sua declaratione subiam a
onem et ordinationem eorum, et
perlinere, sic dicens: „Si quis in-
rserit, hoc ad culmen sedis apostolice
ate apostolica sua in hoc manifestaverit
um est in his statutis condere, et contra
contrarium asperant huiusmodi asser-
aserunt, esse falsum. Licet enim in
generali concilio interdictum, non
successores ipsius, (non obstantibus
leguntur ordines confirmasse, qui
nt postea per Gregorium IX. praedecesso-
erto modo in concilio generali. Si quis
s concilii licit summo Pontifici non
mare, et eorum successores sic confir-
: non est mirum, si, quod declaratur circa
imus Pontifex, vel alius, licet eius
ven alias immutare. Postquam, quod
io, neque Gregorii, neque Alexan-
im facta fuerit in concilio generali, quum
et generale concilium celebratum. Licet
et concilium generale: tamen in illis et
t declaratio super dictis

EXTRAVAGANTES DECRETALES,

QUAE

A DIVERSIS ROMANIS PONTIFICIBUS

POST SEXTUM EMANAVERUNT.

LIBER PRIMUS.

TITULUS I. DE CONSUETUDINE.

CAP. UN.

Consuetudo impediens, ne legati sedis apostolicae recipiantur, non valet, et, illis non obstante, legati ipsi sunt ab omnibus recipiendi, et eos impediens ipso facto excommunicationem incurrit, et eorum terrae ecclesiastico subiiciuntur interdicto.

Ioannes XXII.

Super gentes et regna Romanus Pontifex a Domino constitutus, quum personaliter singulas regiones circuire non possit, nec circa gregem sibi creditam curam pastoralis sollicitudinis exercere: necesse habet interdum ex debito impositae servitutis, suos ad diversas mundi partes, prout necessitates emergerint, destinare legatos, qui vices ipsius supplendo errata corrigant, aspera in plana convertant, et commissis sibi populis salutis incrementa ministrent. Verumtamen aliqui, huiusmodi officium et potestatem ipsius Romani Pontificis, quam non ab homine, sed a Deo recepit, sub suo arbitrio redigere molientes, legatos ipsos, nisi ab eis petiti fuerint, vel de beneplacito eorum transmissi, sibi terras subiectas, dicentes, hoc eis de consuetudine competere, ingredi non permittunt. Nos, huiusmodi consuetudinem non tam irrationabilem, quam nonnunquam animarum saluti contrariam detrahentemque apostolicae potestati auctoritate apostolica penitus reprobantes, legatos ipsos ab omnibus, cuiuscunque praecminentiae, conditionis aut status fuerint, debere admitti decernimus, nec eos praetextu cuiuscunque consuetudinis impediri posse a quoquam; Christiano nomine gloriantes, quo minus regna, provincias et terras quaslibet, ad quae ipsos destinari contigerit, ingrediantur libere, ac commissae sibi legationis officium exerceant in eisdem. Qui vero de cetero super praedictis dictos legatos aut etiam nuncios, quos ad quascunque partes pro causis quibuslibet sedis ipsa transmiserit, praesumpserint impedire, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Regna, terrae et loca quaelibet subiecta eisdem tamdiu sint eo ipso ecclesiastico supposita interdicto, quamdiu in huiusmodi contumacia duxerint persistendum, non obstantibus quibuslibet indulgentiis aut privilegiis, imperatoribus ac regibus, seu quibuscunque aliis sub quibuscunque modis, tenoribus et formis, a sede ipsa concessis, quae contra praemissa nulli¹⁾ volumus suffragari.

TITULUS II. DE POSTULATIONE PRAELATORUM.

CAP. UN.

Minores XXVII. annis saeculares, et mendicantes religiosi ad certas ecclesias prohibentur postulari, et puniuntur tam postulantes quam postulati.

Ioannes XXII.

Dispendiis et periculis variis, quae ex subscriptis postulationibus possent ecclesiis evenire, et vacationum diuturnitatibus, quae con-

sueverunt nonnunquam ex postulationibus irrationabilibus provenire, ac dispendiis, quae inde frequenter ecclesiae incurrun, ad futuram rei memoriam obistere cupientes, illum, qui vigesimum septimum non attigerit annum, ad cathedralem, nec non professorem cuiuscunque mendicantium ordinis ad inferiores cathedralibus ecclesias, ad monasteria extra suos ordines postulari edicto perpetuo prohibemus. Quodsi secus postulatum fuerit et attentatum: irritum ac nullius penitus sit momenti. Et qui scienter processerint ad eandem, ea vice postulandi ac eligendi potestate privatos, ac beneficiis, quae in ipsa obtinebunt ecclesia, ad quam postulationem huiusmodi fecerint, per triennium noverint se suspensos. Postulatos vero, qui postulationis de ve factae negotium fuerint per se vel per alium in Romana curia prosecuti, illud ibi proponi in publico vel privato consistorio facientes, etiam se duntaxat dispositioni sedis apostolicae committendo, si se annum XXVII. non attigisse sciverint, ut praefertur, usque ad XXXV. annum, ceteros vero saeculares et religiosos extra suorum administrationes ordinum perpetuo ineligibiles ac impostulabiles esse decernimus, ac prorsus inhabiles ad quascunque dignitates ecclesiasticas et beneficia quaelibet obtinenda.

TITULUS III.

DE ELECTIONE.

CAP. I.

Multis probat argumentis, promotos in curia non debere ad propria redire sine literis quae promotionis. Qui, si secus fecerint, pro praelatis non sunt habendi, poenaeque incurrun hic expressas. Et de ista extravaganti facti mentionem Panorm. in cap. Qualiter de elect., dicens, quod nullus, antequam habeat literas apostolicas super sua promotione, debet administrare, nec debet recipi ab ecclesia tanquam praelatus; alius recipientes et receptus incurrun poenam, de qua hic.

Bonifacius VIII.

Iniunctae nobis debitum servitutis exposcit, ut, qui ad reformandos in clero mores et actus, prout nobis ex alto permittitur, sollicitius intendimus, ibi praecipue reformationis accommodae remedium apponamus, ubi maius respicimus¹⁾ periculum imminere. Sane, quam periculosum existat, quod aliquis in officio, dignitate vel gradu fore se asserat, et pro tali etiam habeatur, nisi prius ipse²⁾ quod asserit legitimis ostenderit documentis, tam ex civilibus quam ex canonicis institutis colligitur evidenter. Asserenti namque cum mandatis principis se venisse, credendum non est, nisi hoc scriptis probaverit. Nec similiter creditur se asserenti legatum. Nunquam enim apostolicae sedis moris fuit abaque signatis apicibus undecunque legationem suscipere. Sed nec dicenti se delegatum sedis eiusdem creditur vel intenditur, nisi de mandato apostolico fide doceat oculata. Similiter clerici, ad alienam dioecesim sine suorum ordinum literis venientes, nec in suis recipiantur³⁾ ordinibus, nec ad superiores adscendant⁴⁾. Clerici quoque et monachi, qui de suis civitatibus ad alienam⁵⁾ urbem proficiunt, (nisi muniti veniant suorum literis praelatorum,) non sunt clerici vel monachi

Liber I. TIT. I. Cap. un. 1) nullis: Böhm.

TIT. III. Cap. I. 1) inspiciunt: Cbd. Lips. 6. — 2) omitt. id. —

3) recipiuntur: id., Ed. Bas. — 4) adscendant: ib. — 5) aliam: Ed. Bas.

CIBUS

postulationibus irratiabilibus inde frequenter ecclesie incurrit, auctere cupientes, illi, qui regimini, ad cathedralem, nec non profano ordinis ad inferiores cathedras et a suorum ordinis postulari eorum postulationem fuerit et attentum: in momento. Et qui scienter promissum laici ac eligendi potestate privatis inebant ecclesie, ad quam postulationem morerint se suspensos. Pro de se factae negotium fuerit per processum, illud ibi proponi a scientes, etiam se duntaxat dimittendo, si se annum XXVII non superasque ad XXXV. annum, ceterum extra suorum administrationes omnes postulabiles esse decernimus, ac post dignitates ecclesiasticas et beneficia quae

TULUS III. LECTIO NE

CAP. I.
 promotos in curia non debent ad promotionem. Qui, si secus fuerint, in promotione incurrit hic expressis. Si de isto extra in cap. Quilibet de reat. dicitur, qui etiam apostolicas super promotionibus, ubi ipse ab ecclesia tanquam postulat, ubi ipse incurrit poenam, de qua hic.
 Bonifacius VIII.

eclesias et¹⁰) monasteria absque dictae sedis literis huiusmodi, eorum promotionem, confirmationem¹¹), consecrationem seu benedictionem continentibus, accedere, vel bonorum ecclesiasticorum administrationem accipere non praesumant, nullique¹²) eos absque dictarum literarum ostensione recipiant, aut eis pareant vel intendant. Quodsi forsitan contra praesumptum fuerit, quod per episcopos, praelatos¹³), abbates, priores et alios, monasteriorum regimina exercentes praedictos, medio tempore actum fuerit, irritum habeatur, nec quicquam interim¹⁴) iidem episcopi vel praelati, abbates, priores vel regimina¹⁵) exercentes de ecclesiarum vel¹⁶) monasteriorum proventibus percipiant eorumdem. Capitula vero, conventus¹⁷) ecclesiarum et monasteriorum ipsorum, et alii quicumque, ipsos absque huiusmodi dictae sedis literis recipientes, vel obediens eisdem, tamediu sint a beneficiorum suorum perceptione suspensi, donec super hoc eiusdem sedis gratiam meruerint obtinere. Similiter¹⁸) quoque episcopi¹⁹), praelati, abbates, priores, et alii monasteriorum regimina exercentes praedicti, solito fidelitatis et obedientiae iuramento non praestito. Illi²⁰) etiam pontifices, quos apud praedictam sedem pallium contingit recipere, absque literis traditionis ipsius pallii nequaquam ab eadem discedant. Discedentes vero, quousque huiusmodi iuramentum praestiterint, et literas obtinuerint, nihil de ipsarum ecclesiarum et monasteriorum proventibus percipiant, et quicquid interim²¹) per eos, ut de aliis praedicitur, actum fuerit, viribus non subsistat²²).

CAP. II.

Si religiosus electus non petierit ipse vel eius electores licentiam consentiendi intra tempus moderandum pro praesentia vel absentia superioris: est eo ipso privatus iure sibi ex electione quaesito, et possunt electores alium eligere. H. d. addit ad c. Quam sit. de elect. in VI.

Benedictus XI.²³)

Si religiosus, qui absque sui superioris licentia electioni de se factae consentire non potest, illam post electionem sibi praesentatam, vel eius electores intra tempus, pro eiusdem superioris praesentia vel absentia moderandum, nequaquam obtineat: dat generale concilium Lugdunense electoribus extunc ad electionem aliam²⁴) procedendi liberam facultatem. Verum quia frequenter dubitatum est, an etiam sit eo ipso iure, si quod ei competeat ex huiusmodi electione, privatus: statuimus, illo cum hoc ipso fore privatam.

CAP. III.²⁵)

Quatuor patriarchalibus ecclesiis vacantibus, statuitur, illis non posse provideri Romano Pontifice inconsulto. Quodsi secus factum fuerit irritum decernitur.

tuimus, ut, quamdiu civitates ipsae schismaticorum aut infidelium subsunt aut suberunt ditioni, aut detinebuntur per eos, canonici dictarum patriarchalium sedium, quum eas vel ipsarum aliquam seu aliquas vacare contigerit, ad electionem, postulationem seu quamvis provisionem de praeficiendo sibi patriarcha vel pastore nullo modo procedant, quousque²⁷) ad apostolicae sedis notitiam deducatur. Nos enim a data praesentium decernimus irritum et inane, si secus per praedicta capitula, conventus vel canonicos, aut quemvis alium vel alios scienter vel ignoranter fuerit²⁸) attentatum, non obstantibus quibuscumque ipsarum ecclesiarum vel alicuius earum consuetudinibus vel²⁹) statutis, iuramento, confirmatione dictae sedis vel quacumque alia firmitate vallatis, seu constitutionibus, privilegiis vel indulgentiis sedis eiusdem, per quae effectus praesentium impediri posset⁴⁰) quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque⁴¹) totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris literis habenda esset mentio specialia. Nulli ergo, etc. Data Laterani X. Kal. Ianuar. Pont. nostri Ao. VII.⁴²)

CAP. IV.

Quum beneficia apud sedem apostolicam vacantia sint soli Papae reservata: ostendit, quae et quorum apud sedem vacare dicuntur eandem. Et primo loquitur de reservationibus, secundo de pensionibus.

Ioannes XXII.

Ex debito pastoralis officii, nobis quanquam immeritis superna dispositione commissi, periculis animarum et ecclesiarum ac monasteriorum dispendiis, quae ob ipsorum vacationes diutinas ipsis solent frequentius provenire, congruis remediis, (quantum nobis ex alto conceditur,) salubriter occurrere intendentes, ut celerius et utilius provideatur ecclesiis ac monasteriis ante dictis, et ut Romanae ecclesiae, quae super ipsas ecclesias ac monasteria ex divina provisione obtinere dignoscitur principatum, honor debitus impendatur, praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, praesertim felicis recordationis Bonifacii VIII.⁴³), qui dignitates, personatus, ecclesias et alia ecclesiastica beneficia, et Clementis V.⁴⁴), qui tam huiusmodi dignitates, personatus, ecclesias, beneficia, quam cathedrales⁴⁵) ecclesias quaslibet, monasteria, prioratus, administrationes et officia quaecumque, quae apud sedem apostolicam vacarent; provisioni apostolicae sub certis tenoribus⁴⁶) reservaverunt, vestigiis inhaerentes, nos ex causis rationabilibus, quae ad id nostrum animum induxerunt, de fratrum nostrorum consilio nonnulla detrahendo, aliqua declarando, et quaedam addendo de novo, episcopales et earum superiores sedes, monasteria et regulares ecclesias, ad quae hi, qui eis pro tempore praeficiendi sunt, etiam per electionem canonicam assumuntur, prioratus, officia vel administrationes co-

privationem eorum, qui ea obtinerent, per electionum cassationem, postulationum repulsionem, renunciationem, quorumlibet provisionem, translationem, sive per successionem muneris consecrationis aut benedictionis dudum a dicto Clemente praedecessore nostro promotis impensi, nisi de ipsis disposuerit praedecessor, et a nobis sive auctoritate nostra promovendis impendendi apud sedem ipsam, vel etiam ubicunque aut quovis alio modo, canonice vacare apud sedem intelligimus praedictam. Episcopales insuper vel alias dignitates, ecclesiae, monasteria, et alia praedicta fratrum nostrorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium apud dictam sedem per eorum obitum vacare censemus, sive inibi sive alibi ubicunque ipsos migrare contigerit de hac luce. Et hoc idem in dignitatibus et beneficiis quibuslibet, (ut de aliis praemittitur,) officialium nostrorum⁴⁷⁾; videlicet vicecancellarii, eiusdem ecclesiae camerarii, notariorum, auditoris contradictarum, correctorum, scriptorum literarum, ac poenitentiatorum nostrorum, nec non abbreviatorum curiae Romanae locum sibi volumus vindicare. Rursus huius nostrae reservationis edictum ad dignitates et alia iam dicta capellanorum nostrorum commensalium, et quorumlibet aliorum, ratione officii vel ex causa legitima in dicta curia morantium, quando a nobis pro nostris et eiusdem sedis negotiis prosequendis de ipsa curia quocunque modo praemissi, vel aliqui eorum transmissi, aut legati vel nuncii fuerint⁴⁸⁾, et eos ubilibet ante ipsorum⁴⁹⁾ ad praefatam curiam reditum durante legatione seu proactione ipsorum negotiorum rebus extimi contigerit ab humanis, duximus extendendum. Et id ipsum etiam esse volumus in huiusmodi capellanis commensalibus, etiam, ut praemittitur, nunc transmissi fuerint ubicunque, et ipsos rebus extimi contigerit ab humanis. Ceterum edictum ipsum trahimus ad sedes, monasteria, et alia supra dicta, quae, vivente adhuc dicto Clemente praedecessore nostro, usque ad eius obitum; nisi de ipsis per eum fuerit ordinatum, et deinde usque ad datam praesentium apud sedem vacaverint eandem⁵⁰⁾, illaque vacare decernimus apud ipsam, dummodo in eis ius in re, licet ad rem non sit aliquibus acquisitum, decernimus extunc irritum et inane, si secus in praedictis et singulis eorum scienter vel ignoranter per quoscunque seu quoscunque apostolica vel alia quavis auctoritate attentatum fuerit, vel contigerit in posterum attentari, non obstantibus pia memoriae Gregorii X., ac Bonifacii VIII., et aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum constitutionibus super hoc editis, quatenus edicto essent et⁵¹⁾ sunt contrariae memorato, ceteris in⁵²⁾ ipsis constitutionibus contentis in suo robore duraturis. Pensiones insuper annuas, ab episcopis et eorum superioribus aliisque praelatis inferioribus, nec non quibuscunque capellanis, conventibus, collegiis vel singularibus personis factas et faciendas personaliter aliquibus ex eisdem cardinalibus, seu quibusvis aliis ex praenominatis personis, et pensiones praeter eas seu assignationes quantitatum quarumlibet, super certis provinceis, dioecesis, ecclesiis, monasteriis vel aliis ecclesiasticis locis aut ordinibus, etiam a quibusvis praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus factas, praemissis personis sive alicui earundem, vel monasteria, prioratus, administrationes quarumlibet, beneficia regularia, vel alia quaelibet, quocunque nomine censeantur, non connecta ab olim clericis saecularibus assignari, huiusmodi personis vel alicui earundem collata⁵³⁾ sive concessa in commendam, vel alio quovis titulo ab eisdem praedecessoribus seu aliis episcopis vel superioribus praelatis, capitulis aut conventibus vel collegiis sub edicto praedicto nolumus aliquatenus comprehendere, quo minus eis cedentibus vel decedentibus, sive illa quovis alio modo dimittentibus, monasteria ipsa, prioratus, administrationes, beneficia ac loca huiusmodi ad ecclesias et monasteria, sive alia loca religiosa vel alia ecclesiastica, eorumque praelatos sive personas, ad quas antea eorum dispositio pertinebat, seu quibus immediate subesse noscuntur, libere revertantur, nisi eis quid canonice obtulerit, vel de ipsis aliter duxerimus disponendum.

TITULUS IV.

DE AUCTORITATE ET USU PALLII.

CAP. UN.

Pallii traditio pro obiectum criminis vel defectus retardari non debet, nisi obiciens praemissum iuramento de obiectis promptam fidem faciat. Et, quid sit promptam fidem facere, declarat.

Ioannes XXII.

Malitiam hominum, quae saepe circa impediendam pallii donationem

committuntur, volentes salubriter obviare, hac in perpetuum validiore constitutione sancimus, ut deinceps pro obiectum cuiusvis criminis seu defectus traditio pallii, facienda his, qui ad metropolitanarum ecclesiarum seu aliarum regimen assumuntur, non impediantur in aliquo nec retardentur; nisi obicientes firment corporali praestito iuramento, se id malitiose non agere, sed obiecta vera esse se credere, ac de obiectis offerant facere promptam fidem, et nihilominus ad poenam talionis seu extraordinariam se obligent arbitrio praesidentis. Promptam vero fidem intelligimus in hoc casu, si intra bimestris temporis spatium, numerandum a die collationis in antea, probaverint legitime quod opponunt. Quod si non fecerint, eorum obiectibus nequaquam obstantibus ad ipsius traditionem pallii procedatur. Per traditionem autem huiusmodi viam abuscationis, denunciationis vel inquisitionis nullom volumus praedictum generari.

TITULUS V.

DE OFFICIO CUSTODIS.

CAP. UN.

In religiosorum mendicantium conventibus plures campanae esse non possunt sine speciali Papae licentia; plures autem campanulas in refectoriis, capitulis et alibi licite possunt ipsi religiosi mendicantes habere. H. d. et est extravagans notabilis, et quia pulsare campanas est custodia officium, ut patet eod. tit. c. 1. in ant., ideo hic non abs re collocata est.

Ioannes XXII.

Quia cunctos orthodoxae fidei professores, et viros praesertim ecclesiasticos sic hortamur adinvicem et quoad alios etiam conversari, quod ex ipsorum gestis nullius offendatur iustitia, nec cuiquam scandalum materia praeparatur: advertentes, quod eo, quod nonnulli mendicantium ordinum professores in nonnullis suis conventibus plures campanas obtinent, et in posterum satagunt obtinere, cathedrales ac ecclesiae aliae suae queruntur propterea iustitiae detrahi, et exinde civitatibus locorum interdum afferri divinis officiis impedimentum, videturque inter ipsos litigia et scandala via aperiri: nos, praemissis obviare cupientes periculis, pacemque desiderantes inter ipsos, sine qua bene pacis auctor non colitur, observari, de fratrum nostrorum consilio hoc edicto perpetuo ordinamus, quod religiosi dictorum ordinum mendicantium in nullo conventu suo seu loco plures campanas habeant sine sedis apostolicae licentia speciali, sed una tantummodo pro loco quolibet sint contenti. Quodsi forsitan communitas seu universitas aliqua ecclesiastica vel mundana, seu iidem religiosi pro illis in aliquo ipsorum locorum campanam aliam habuerint vel nunc habent: non illam, sed aliam solam, eorum specialiter usibus deputatam, pulsare valeant horis diurnis et nocturnis, missis et aliis consuetis. Ceterum religiosi eisdem permittimus, quod, ubi hactenus plures campanas sine lite et contradictione qualibet in usus duntaxat proprios habuerint, et nunc habent, illis etiam deinceps libere uti possint, aliis quibuscunque per eos habitis intra trium mensium spatium de suis locis seu campanilibus¹⁾ deponendis, et nullatenus iterum reponendis. Verum campanulas, quae in refectoriis, sacristiis, capitulis et aliis forsitan officinis religiosorum ipsorum consueverunt haberi²⁾, sub ista nostra ordinatione nolumus comprehendere. Nulli ergo etc. Datum II. Nov. Pont. nostri Ao. VIII.

TITULUS VI.

DE OFFICIO DELEGATI.¹⁾

CAP. UN.²⁾

Litterae apostolicae, impetratae ad gratias seu ad lites in aliquibus civitatibus seu dioecesis, dum erant integrae, non obstante divisione, facta de ipsis in duas seu plures civitates seu dioeceses, quae divisio facta propter divini cultus augmentum, et populi incrementum, et etiam exsecutores seu iudices earundem, habeant sub eisdem modo et forma illius vigorem in sic divisione, quem habebant in illis, dum integrae remanebant.

Ioannes XXII. *Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

Sedes apostolica, in suis actibus veritatem prosequens, lucem amans, libenter evitat nodosae ambiguitatis involucrum, illamque sibi semper in suis ordinationibus reservare cautelam intendit, ut

Cap. IV. 47) nostr.; desid. ib. — 48) sunt; ead. — 49) et quemlibet; ead. — 50) eadem; ead. — 51) essent et; desid. ib. — 52) ceterum ipsis; ead. — 53) vel aliis clericis eiusdem collata; ead.

TIT. V. Cap. un. 1) campanilibus: Böh. — 2) habere: Ed. Rom. oper. mend.

TIT. VI. Cap. un. 1) de expectantibus beneficium in episcopatu aliorum: Ed. Bas. — 2) cf. Extr. Io. XXII. Tit. IV. c. un. —

CIO CUSTODIS.

CAP. IX.

In conventibus plures campanae in
licentia: plures autem campanae a
rite possunt ipsi religiosi moderato
na notabilis, et quia plures campanae
eod. tit. c. l. in ant. idco hic non
collocata est.

IOANNES XXII.

Ad dei professores, et rite praesertim
ad invicem et quoad alios cum con-
stitis nullius offendatur iustitia. ut cul-
paretur: advertentes, quod si qui
nummum praesertim

obtinere, et in posterum magis
ecclesiae alicuius queruntur pro
de civitatibus locorum interdu
tum, videturque inter ipsos huius
praemissis obviare cupientes per
ipsum, sine qua bene pacis sacra-
rum nostrorum consilio hoc esse
religiosi dictorum ordinum mediant
neo plures campanas habeant nisi
li, sed una tantum modo pro loco qu
na communitas seu universitas aliq
seu iidem religiosi pro illis in aliq
iam habuerint vel nunc habent: nisi
pecialiter unibus deputata, palam
armis, missis et alia consuetis. Ceter
nus, quod, ubi haec plures campan
qualibet in usus duntaxat proprias habe
a etiam deinceps libere ut possint. Ali
ntis intra trium mensium spatium de m
leponendis, et nullatenus iterum repone
quae in rectoribus, sacristis, capitulis
giosorum ipsorum conservari haberi
e nolimus comprehendit. Nulli ergo
ri No. VIII.

TITULUS VI.

scia ante competentem, ex ratione immutari non debet, quin adeo
efficax in divisione diocesis maneat, sicut in ipsis quondam inte-
gris, auctoritate praesentium declaramus, quod omnes et singulae
gratae, super beneficiis vacantibus ante divisionem⁷⁾ huiusmodi in
ipsis quondam integris diocesis a nobis vel praedictis praedeces-
soribus nostris personis quibuscunque concessae, tam in ipsis
nunc⁸⁾ divisas, quam in aliis diocesis decisis ab illis, eisdem
modo et forma possint suo ordine per executores demandatos, et
alios, ad quos id pertinebit, ad debitam executionem adduci, qui-
bus ante divisiones saepe factas poterant et debebant. Idem etiam
declaramus quoad litteras apostolicas iustitiam continentes, ut vi-
delicet iudices, dati per Illas in causis quarumlibet personarum,
quae nunc de eisdem diocesis divisas existant, possint iuxta
earum tenorem perinde procedere, ac si dictae dioceses, de qui-
bus mentio in eisdem litteris habetur, integrae remansissent. Nulli⁹⁾
infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at-
tentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beato-
rum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum
Avinion. III. 10) Kal. Nov. Pont. nostri Ao. II.

TITULUS VII.

DE OFFICIO IUDICIS ORDINARI.

CAP. I.

Episcopus, monasterium visitans, non tenetur accipere monachos illius
monasterii pro labellionibus; etiam si hoc habet consuetudo: nec in actu
visitationis debet esse solus, sed duos vel tres clericos cum notario, qui
similiter sit clericus, secum assumat. H. d.

Bonifacius VIII.

Debent superioribus omni reverentiam subditi, et, dum salubriter
ab eis pro culpis correctionem vel curantium medicamenta reci-
piunt¹⁾, obedientiam exhibere tenentur²⁾. Rursus oportet praepo-
sitos cum caritate corrigere, decet eos inferre humiliter quod do-
cent³⁾, et paterna subiectos dilectione fovere. Sic debitor delica-
tus effugitur⁴⁾, sic onerosus creditor minime reperitur. Sane du-
dam⁵⁾ venerabili fratre nostro A. episcopo Dulmenis, ad visitan-
dam capitulum suae⁶⁾ ecclesiae Dulmenis, quae regularis ordinis
sancti Benedicti fore noscitur, descendente⁷⁾, prior et capitulum
ipsius ecclesiae⁸⁾ excipientes, quod de consuetudine erat ecclesiae
supra⁹⁾ dictae, a tempore¹⁰⁾, cuius non erat memoria, inconcussa
servata. quod episcopi Dulmenis, qui fuerunt¹¹⁾ pro tempore,

priorem aut capitulum, quibus subsunt, quae corrigenda invenirentur¹²⁾,
fideliter et recte conscriberent¹³⁾, constat non esse ido-
neos¹⁴⁾. Attendentes quoque, quod id episcopali non modicum
detrahit dignitati, si ab episcopo, qui dignitatem propriam suo in-
genio augere debet, comites honoris sui causa adhibiti abducantur,
aeque solum suspectis quandoque forsitan, quos visitat¹⁵⁾, commit-
tere compellatur, dictam consuetudinem, per quam praebiti prior
et¹⁶⁾ capitulum videntur nimium delicati, tanquam non rationa-
biliter reprobamus. Sed, ne sit episcopus onerosus, decernimus,
nostrorum praedecessorum vestigiis inhaerentes, ut, quum ad visi-
tationem de cetero faciendam in ecclesia memorata descenderit, in
visitationis actu duas vel tres honestas personas, clericali charac-
tere insignitas, quarum una ad minus sit religiosi ordinis supra
dicti, et unum notarium clericum secum habeat, et non plures,
consuetudine aliqua oblenta et compositione qualibet inter partes
ipsas super hoc in contrarium facta hactenus¹⁷⁾ non obstante.
Nulli ergo¹⁸⁾ liceat hanc paginam nostrarum reprobationis, con-
stitutionis etc. Datum Anagn. X. Kal. Augusti Pont. nostri
Ao. VIII.

CAP. II.

Beneficia plura incompatibilia obtinens sine dispensatione, debet illa
praeter ultimum in manu ordinarii intra duos menses dividere; alius
poenas incurrit hic positus. Et debet ordinarius tales plura beneficia
obtinentes compellere ad ostendendam dispensationem. Quod si non
fecerit: ab ingressu ecclesiae suspenditur. Vide cap. Ordinarii, eod. tit.
libr. VI. Quod si diligenter notetur, haec extravagans sub hoc tit. recte
collocata dicitur.

IOANNES XXII.

Ut, quos virtutis amor a vitio ambitionis execrandae et avaritiae
caecitate non refrabit, saltem rigor coerceat disciplinae statui-
mus, ut quicumque, plures dignitates vel personatus, aut parochia-
les ecclesias, aut dignitates vel personatum cum alio beneficio
curam animarum habente simul sine dispensatione canonica de-
tinens, illa omnia et singula, (illo duntaxat excepto, quod ultimo
repperit, quod possit, si tamen in eo ex collatione canonica ius
sibi competat, retinere,) intra duos menses, a die notitiae huius-
modi nostrae constitutionis continue numerandos, efficaciter verbo
et facto absque fraude aliqua in manu ordinarii dimittere tenentur,
per eum vel per eos, ad quem vel ad quos eorum dispositio specta-
bit, ea vice libere disponenda. Quod si non fecerit, etiam ille sit
ipso iure privatus, in quo ius competeat eidem, et inhabilis ad
quaecunque beneficia obtinenda penitus censeatur. Qui vero deinceps
repperit dignitatem, vel personatum, aut beneficium curam

tur: omnibus et singulis ordinariis in virtute sanctae obedientiae et sub poena suspensionis ab ingressu ecclesiae, quam eos, (qui in exsequendis subsecquentibus negligentes fuerint,) incurere volumus ipso facto, districte praecipimus et mandamus, ut sub certa et formidabili poena, eorum arbitrio infligenda, subditis suis plures dignitates et personatus aut ecclesias, quibus cura imminet animarum, aut dignitatem vel personatum cum alio beneficio, cui cura similis sit annexa, obtinentibus iniungere debeant, quod dispensationes, auctoritate quarum huiusmodi ecclesias, personatus vel dignitates obtinent, si quas habent, nec non et titulos ecclesiarum, dignitatum vel personatum eorundem, intra tempus, pro facti qualitate ipsorum ordinariorum moderandum arbitrio, ordinariis ipsis, vel iis, quem vel quos ad hoc duxerint deputandos, exhibere procurent, de processibus habendis super his exhibitis, propositis et productis, reddituri absque morae dispendio per scripta publica conficienda super his sedem apostolicam certiozem.

TITULUS VIII.

DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

CAP. I.

Omnes Christi fideles de necessitate salutis subsunt Romano Pontifici, qui utrumque gladium habet, et omnes iudicat, a nemine autem iudicatur. Haec tamen extravaganis regem Franciae et regnicolas non amplius subicit ecclesiae Romanae, quam prius erant, ut patet infr. de privil. c. Meruit.

Bonifacius VIII.

Unam sanctam ecclesiam¹⁾ catholicam et ipsam apostolicam urgente fide credere cogimus et tenere, nosque hanc firmiter credimus et simpliciter confitemur, extra quam nec salus est, nec remissio peccatorum, sponso in Canticis²⁾ proclamante: „Una est columba mea, perfecta mea³⁾. Una est matri⁴⁾ suae, electa genetrici suae;“ quae unum corpus mysticum⁵⁾ repraesentat, cuius⁶⁾ caput Christus Christi vero Deus. In qua unus Dominus, una fides, unum baptisma. Una nempe⁷⁾ fuit diluvii tempore arca Noe, unam ecclesiam⁸⁾ praefigurans, quae in uno cubito consummata⁹⁾ unum, Noe videlicet, gubernatorem habuit et rectorem, extra quam omnia subsistentia super terram legimus fuisse deleta. Hanc autem veneramus et unicam, dicente Domino in Propheta: „Erue a framea, Deus, animam meam¹⁰⁾, et de manu canis unicam meam.“ Pro anima enim, id est pro se ipso, capite simul¹¹⁾ oravit et corpore, quod corpus unicam scilicet ecclesiam nominavit, propter sponsi, fidei, sacramentorum et caritatis ecclesiae unitatem. Haec est tunica¹²⁾ illa Domini inconsutilis, quae scissa non fuit, sed sorte provenit. Igitur ecclesiae unius¹³⁾ et uniceae unum corpus, unum caput, non duo capita, quasi monstrum, Christus videlicet¹⁴⁾ et Christi vicarius Petrus, Petrique successor, dicente Domino ipsi¹⁵⁾ Petro: „Pascere¹⁶⁾ oves meas.“ Meas¹⁷⁾, inquit, et generaliter, non singulariter has vel illas: per quod commississe sibi intelligitur universas. Sive ergo Graeci sive alii se dicant Petro eiusque successoribus non esse commissos: fateantur necesse se¹⁸⁾ de ovibus Christi non esse, dicente Domino in Ioanne, unum¹⁹⁾ ovile et unicum esse pastorem. In hac eiusque potestate duos esse gladios, spirituales videlicet et temporales, evangelicis dictis instruumur²⁰⁾. Nam dicentibus Apostolis: „Ecce gladii duo hic,“ in ecclesia scilicet, quum apostoli loquerentur, non respondit Dominus, nimis esse, sed satis. Certe qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male verbum attendit Domini proferentis²¹⁾. „Converte gladium tuum in vaginam.“ Uterque ergo est in potestate ecclesiae, spiritualis scilicet²²⁾ gladius et materialis. Sed²³⁾ is quidem pro ecclesia, ille vero ab ecclesia exercendus. Ille sacerdotis, is manu regum et militum, sed ad nutum²⁴⁾ et patientiam sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio, et temporalem auctoritatem spirituali subici potestati. Nam quum dicat Apostolus: „Non est potestas nisi a Deo; quae autem sunt, a Deo ordinatae²⁵⁾ sunt,“ non autem²⁶⁾ ordinatae²⁷⁾ essent, nisi gladius esset sub gladio, et tanquam inferior reduceretur²⁸⁾ per alium in suprema. Nam secundum B. Dionysium lex divinitatis est infima per media in suprema reduci. Non ergo secundum ordinem universi²⁹⁾ omnia aequae ac immediate, sed infima per media et³⁰⁾ inferiora per superiora ad ordinem redu-

cuntur. Spirituales autem et dignitate et nobilitate terrenam quamlibet praecellere potestatem³¹⁾, oportet tanto clarius nos fieri, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione, et benedictione, et sanctificatione³²⁾, ex ipsius potestatis acceptione, ex ipsarum rerum gubernatione claris oculis intuemur. Nam, veritate testante, spiritualis potestas terrenam³³⁾ potestatem instituere habet, et indicare, si bona non fuerit. Sic³⁴⁾ de ecclesia et ecclesiastica potestate verificatur vaticinium Hieremiae³⁵⁾. „Ecce constitui te hodie super gentes et regna“ et cetera, quae sequuntur. Ergo, si deviat terrena potestas, indicabitur a potestate spirituali; sed, si deviat spiritualis minor, a suo³⁶⁾ superiori; si vero suprema, a solo Deo, non ab homine poterit iudicari, testante Apostolo³⁷⁾: „Spiritualia homo iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur.“ Est autem haec auctoritas, et si data sit homini, et exerceatur per hominem, non humana, sed potius divina³⁸⁾, ore divino Petro data, sibi³⁹⁾ suisque successoribus in ipso, quem confessus fuit petra, firmata, dicente Domino ipsi Petro⁴⁰⁾: „Quodcumque ligaveris etc.“ Quicumque igitur huic potestati a Deo sic ordinatae resistit, Dei ordinationi resistit, nisi duo, sicut⁴¹⁾ Manichaeus, fingat esse principia, quod falsum et haeticum iudicamus, quia, testante Moyse⁴²⁾, non in principiis, sed in principio coelum Deus creavit et terram. Porro subesse Romano Pontifici omni humanae creaturae declaramus, dicimus, diffinimus⁴³⁾ et pronunciamus omnino esse de necessitate salutis. Dat. Laterani⁴⁴⁾ Pont. nostri Ao. VIII.

CAP. II.

Praelati non discurrant, praesertim habitu transformato. Qui si ad curiam venerint, inde recedere non debent sine Papae licentia; alias ipsi et receptantes illos excommunicati sunt.

Ioannes XXII.

Ut praelatorum inepta discursibus gravitas et simplicitas simulationibus obvia, et ipsorum ad Christi vicarium indevotum, religiositati quippe contraria, non immerito arguenda, quum reverentiam illoz sanctitas, lucem puritas, firmosque maturitas poscat gressus, ut sint vita mundi, fama clari, proficuum reddant exemplo. Verum quia ipsorum quorundam, (ut fide dignorum habet assertio,) eo vana prorupit interdum, ne dixerimus, perniciose temeritas, quod, vestibus spiritualis sanctitatis abiectis, dissimulato habitu ad remotas a suis sedibus partes se transferunt; quin immo ad sedem apostolicam clanculo, nobis non visis, nec insinuato, quod venerint, venisse, latitasse diuissimisque dicantur: nos, ne tacentibus nobis non praeciusus huiusmodi morbus invaleat, dum providum creditur quod incautum, licitum quod impune, omnibus episcopis superioribusque praelatis sub obstatione divini iudicii inhibemus, ne absque rationabili causa, timoris forte vel alia, extra suarum civitatis et dioecesis ac provinciarum mutatis habitibus limites indiscrete discurrant. Inhibemus etiam, ne qui episcoporum et superiorum ipsorum latenter, praesertim habitu transformato, venientes ad curiam, de ipsa Romani Pontificis non praesentati conspectibus, vel saltem ab eo recedendi licentia non obtenta recedant. Si qui vero episcoporum et superiorum huiusmodi nostrae inhibitionis contradictores extiterint, et absque ipsius Romani Pontificis recedendi licentia concessa eoque non viso recesserint ab eadem, nec non si qui scienter receptaverint ante dictos, nisi id confestim eidem Romano Pontifici, vel alicui, per quem hoc ipsum alicui crediderint deduci notitiam, manifestare curaverint, etiamsi episcopali, archiepiscopali, patriarchali vel quavis alia dignitate praefulgeant, eos excommunicationis sententia innodamus.

CAP. III.

Praelati ad curiam non debent more nocturne latenter venire, nec inde sine papali licentia recedere; alias infideles iudicantur, et sententia excommunicationis ligantur.

Ioannes XXII.

Etsi deceat quoslibet subditorum curam exercere sollicito, et per omnia velut lucis filios ambulare: hoc tamen praecipue ab ipsis exigitur, qui, constituti per altitudinem dignitatis ut in specula, circa commissas sibi plebes pastorum simul et custodum partes implere tenentur, et coram ipsis laudabilium operum exemplo lucere.

TIT. VIII. Cap. I. 1) omitt. Cod. Lips. 7. — 2) add.: *Canticorum* c. 6. id. — cf. Cant. VI. 8. — 3) abest ab eod. — 4) *matri suae electa genetrici suae*: id. — 5) *caput myst.*: id. — 6) add.: *corporis*: id. Ed. Bas. — 7) omitt. Ed. Bas. — 8) *essentiam*: Cod. Lips. — 9) *confirmata*: id. — 10) omitt. id. — cf. Psal. XXI. 21. — 11) *solis*: id. — 12) *Io. XIX.* — 13) *unius et*: desid. in Cod. Lips. — 14) *scilicet*: id. — 15) *ipso*: Böh. — 16) *Io. XXI. 17.* — 17) *Nunquam generaliter*: Cod. Lips. male. — 18) *est*: id. — 19) *Io. X. 16.* — 20) *instruumur*: Ed. Bas. — 21) *Matth. XXXVI. 52.* — 22) *videlicet*: Cod. Lips. — 23) *Si*: id. — 24) *multum com-*

patientiam: id. — 25) *ordinatae*: Böh. — *quae a Deo sunt, ordinatae sunt*: Cod. Lips. — cf. Rom. XIII. 1. — 26) omitt. Cod. Lips. — 27) *ordinatae*: Böh. — 28) *duceretur*: Cod. Lips. — 29) *universum*: id. — 30) abest ab eod. — 31) *dignitatem*: id. — 32) *satisfactio*: Ed. Bas. — 33) *terreneam*: Böh. — 34) *Si*: Cod. Bas. — 35) *Ille. I. 10.* — 36) omitt. Cod. Lips. — 37) *1 Cor. II. 15.* — 38) add.: *potestas*: Cod. Lips. — 39) *sibi*: id. — 40) *Matth. XVI. 19.* — 41) omitt. Ed. Bas. — 42) *Gen. I. 1.* — 43) *diff. et pron.*: desid. in Ed. Bas. — *dicimus et diffinimus omnino*: Cod. Lips. — 44) add.: *XIV. Kal. Dec.*: id.

Ad nostrum sane pervenit auditum, quod nonnulli pontificali praediti dignitate, gregum suorum custodiam negligentes, et abhorrentes lucem tanquam filii tenebrarum, non verentur se ab ovium suorum cura mercenarii more tempore longo subducere, et pontificali dignitate reiecta non erubescunt vagari per devia sub habitibus transformatis, ac contempto de exhibendo paribus et superioribus honore praeepto, sic abiecti et indecori interdum ad sedem apostolicam clanculo declinare praesumunt, ubi more nocturnae, cuius intuitum nox illuminat, lux excaecat, de die latentes, horis tenebrarum, quos suis arbitrarum conformari desideris, visitant, suos eis evomentes conceptus iniquos, et conspirationes forsitan illicitas adversus nos et alios pertractantes, et demum ab inde, non absque notabili sedis praedictae contemptu, reverentia tam consuetam quam debita non exhibita Romano Pontifici, et nec ab ipso petita licentia nec obtenta recedunt. Nos igitur, et ipsius sedis honori in hac parte prospicere, actialium insolentis finem imponere cupientes, de fratrum nostrorum consilio generali prohibemus edicto, ne de cetero praesentis aliquis sine sui⁴⁵⁾ superioris licentia, nisi pro negotiis ecclesiae sibi commissis, extra suam dioecesim audeat pernoctare, firmiter statuente, ut, quicumque pontifex ad Romanam curiam veniens papale palatium primitus visitet, ad Papam, si hoc patiat temporis opportunitas, intraturus, ac reverentiam consuetam et debitam exhibiturus eidem, nullatenus recessurus a curia, nisi ab ipso super hoc petita licentia et obtenta. Quod si reclusus a quoquam super his fuerit attentatum: nos quoscumque praelatos, quamvis etiam patriarchali dignitate fulgentes, sic ad sedem accedentes, et ab illa (ut praedicitur) recedentes, nec non quoslibet alios, qui tales apud sedem ipsam receptare praesumpserint, nisi ante receptionem huiusmodi eidem Romano Pontifici significaverint adventum illorum, decernimus eo ipso notam infidelitatis incurrire, ac excommunicationis sententiae subiaccere. Nulli ergo etc.

TITULUS IX.

DE TREUGA ET PACE.

CAP. I.

Sixtus Papa, volens discordiam, ex pragmatica sanctione subortam, sedare, ordinatum regni Franciae ad conferendum beneficia sex menses concedit. Facultatem concedendi sex gratias sibi retinet. Beneficia cardinalium et eorum, qui cardinalibus sunt familiares, in regno Franciae existentia, suae dispositioni usque ad certum tempus reservat. De beneficiis promovendorum quid fieri debeat, ostendit. Causas beneficiarum in prima instantia vult in partibus terminari, in quibus ante definitivam sententiam, (nisi in uno casu,) velut appellari. Quid de causis, in curia pendentibus, faciendum sit, narrat. Si autem eadem causa in diversis curiis, diversis respectibus tractatur, quoniam pacto terminandu sit, hic recitatur. Tuzas beneficiarum, editas a Iohanne XXII. servandas censet. Tandem tempus ponit, intra quod vult istu acceptari et servari.

Sixtus IV.

Ad universalis ecclesiae regimen divina disponente elementia vocatis, inter alia pro commissorum populorum vota dilectione nil occurrit praestantius, quam exortas¹⁾ inter personas ecclesiasticas principia tenebrarum astutia discordiarum fomenta per nostrae sollicitudinis occursum protinus extinguere, ut, cuiusvis altercationis salubriter evulsis seminibus, pacis et tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos divina assistente gratia imponere et conservare valeamus. Cupientes itaque, ut, suscitata retroactis temporibus discordia, proh dolor! in regno Franciae, Delphinatu, aliisque terris et dominiis carissimi in Christo filii nostri Ludovici, Francorum regis illustris, inter nonnullas ex eisdem personas occasione cuiusdam constitutionis, quae in eodem regno diutius inolevit, quam personae praedictae pragmaticam sanctionem vocant, ne, si, quod absit, maiora fomenta sumeret, damna pariter et graviora scandala periculaque subsequerentur, sine debito claudatur, et totaliter secludatur, auctoritate apostolica ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio omnibus et singulis praelatis et aliis personis ecclesiasticis regni, Delphinatus, terrarum et dominiorum eorundem, ad quos dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, terrarum et dominiorum eorundem collatio, provisio, praesentatio, electio, seu quaevis alia dispositio pertinet, de quibusvis dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et praebendis, nec non aliis beneficiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, saecularibus et regularibus, ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem pertinentibus, quae deinceps in Februarii, Aprilis, lunii, Augusti, Octobris et Decembris mensibus futuris perpetuis temporibus vacare contigerit,

(demmodo dispositioni apostolicae ex aliqua generali reservatione in corpore iuris clausa, aut per alteram ex constitutionibus felicium recordationum Benedicti XIII., quae incipit: „Ad regimen,“ aut Iohannis XXII. Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, quae incipit: „Execrabilis,“ seu constitutiones et regulas cancellariae apostolicae per nos super hoc editas reservata generaliter non existant;) perinde ac si aliquae a sede apostolica vel eius legatis expectativae litterae non emanassent, libero disponendi facultatem concedimus per praesentes. Et quia isti summi Pontifices praedecessores nostri consueverunt se in concessionibus gratiarum expectatarum personis bene meritis exhibere liberales: nostrae intentionis existit concedere in regno, Delphinatu, terris et dominiis regni huiusmodi, ultra gratias expectativas, per nos in eisdem regno, Delphinatu, terris et dominiis concessas, (quibus in aliquo praediacare non intendimus per praesentes, quaque in suo robore permanere volumus,) sex personis idoneis regnicolis sex alias gratias expectativas ad quamlibet collationem, provisionem, praesentationem, seu quamvis aliam dispositionem singulorum ex praelatis et aliis personis praedictis. Ex quibus quidem sex gratias duas gratias expectativas concedentur duobus clericis regnicolis idoneis, pro quibus rex ipse, et carissima in Christo filia nostra regina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinus Viennensis, nec non magistri et praesidentes ac alii officarii in aliquo ex parliamentis regis eiusdem regni nobis super hoc unanimiter supplicabant, qui duo nominati per regem et reginam, Delphinum, magistrum, praesidentes et officarios praefatos, gaudeant praerogativa ad instar familiarium nostrorum continuorum commensalium. Ipsique sex gratias consumptis alias sex gratias similes aliis sex gratias personis idoneis modo et forma praemissis concedere intendimus. Volumus autem ac eidem²⁾ auctoritate et tenore praesentium decernimus et delaramus, beneficia, quae venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium familiares continui commensales, eorum familiaritate durante, in regno, Delphinatu, terris et dominiis praefatis obtinent, et in posterum obtinebunt, dispositioni apostolicae in posterum censeri reservata, quoad duntaxat cardinales praefati vitam duxerint in humanis, ac post obitum eorundem cardinalium per sex annos continue sequentes. Quibus quidem sex annis elapsis alii, ad quos eorundem beneficiorum collatio, provisio, praesentatio, electio, seu quaevis alia dispositio alias pertinet, de beneficiis familiarium huiusmodi in regno, Delphinatu, terris et dominiis praefatis consistentibus, in praedictis mensibus disponere valeant, huiusmodi reservatione non obstante. Concedimus etiam, quod beneficiorum, quae promovendi per nos ad³⁾ dignitates, seu beneficia consistorialia ipsarum provisionum, per nos de eorum personis faciendarum, oblinebant, ac in quibus et ad quae ius eis quomodolibet competit ac competere poterit, per promotiones ad dignitates et alia beneficia consistorialia praedicta, ac munus consecrationis eisdem promovendis impendendum, seu lapsum temporis de consecrandis episcopis a sacris canonibus definiti vacaturorum, si promotiones ipsae in aliquo ex supra dictis mensibus fiant, nisi beneficia ipsa essent alias dispositioni apostolicae (ut praefertur) reservata, ad praelatos et personas supra dictas, si vero in aliis mensibus promotiones eisdem fieri contingat, ad nos et Romanos Pontifices successores nostros collatio, provisio, et omnimoda dispositio pertinet. Et, quoniam sedis apostolicae notariorum magnus reperitur numerus, eorundem notariorum, qui habitum per eiusdem sedis notarios gestari solum publice et continue gestant, et in posterum gestabunt, beneficia in eisdem regno, Delphinatu, et terris consistentia, duntaxat censentur reservata, quodque omnes et singulae causae beneficiales in partibus coram iudicibus competentibus usque ad diffinitivam inclusive, in prima duntaxat instantia, in qua nulli ante diffinitivam liceat appellare, nec appellatio, si fuerit emissa, debet admitti, nisi ab interlocutoria, vel a gravamine negotium principale minime concernente, quod non possit per appellationem a diffinitiva sententia reparari, in aliis vero instantiis in Romana curia tractentur, cognoscantur et sine debito terminentur. Causae vero beneficiales, pendentes in dicta curia inter nostros, aut dictorum cardinalium familiares continuos commensales, ipsi cardinalibus in eadem curia praesentibus, seu in aliqua legatione aut recreationis causa secedentibus, nec non praefatae sedis officiales, officia actu exercentes, aut alios a praemissis, qui per sex menses curiam praedictam secuti sunt, et sequuntur de praesenti, curiales et quoscumque alios eorum adversarios, super quibusvis beneficiis, eisdem adversariis auctoritate ordinaria collatis, per illos, quibus commissae reperiuntur, seu alios per nos ad id deputatos seu etiam deputandos iudices audiantur, cognoscantur, decidentur sineque debito terminentur,

Cap. III. 45) desid. ap. Böhm.

TIT. IX. Cap. I. 1) exorta: Ed. Rom. oper. mend. — 2) eiusdem:

Böhm. — 3) desid. ap. eund. —

ac executioni debita demandantur. Ceterae vero similes causae beneficiarum, inter quoscuque alios pendentes, et quae quibusvis iudicibus seu auditoribus commissae reperiantur, aliquibus iudicibus competentibus in regno Franciae auctoritate apostolica committantur audiendae, et cognoscendae, decidendae et sine debito terminandae, cum necessaria earundem causarum avocatione⁴⁾. Praeterea, quia aliquae ex supra dictis causis in eadem Romana curia super petitorio, et diversis curiis ipsius regni super possessorio tractantur: volumus, quod in eisdem causis, in diversis curiis super petitorio et possessorio unico et eodem contextu pendentibus, (suspensio petitorio et consaris super hoc latis,) in possessorio in curiis eorundem iudicum, coram quibus causae possessorii pendunt de praesenti, procedant, causaeque ipsae super huiusmodi possessorio intra biennium terminentur et finiantur. Alioquin biennio elapso liceat partibus ipsis procedere super petitorio, et ulterius dictis causis expeditis super possessorio, aut, huiusmodi biennio elapso, altera partium litigantium coram iudice competenti auctoritate apostolica deputato poterit ius suum prosequi, ipseque apostolicus iudex intra aliud biennium causam in petitorio terminare teneatur. Quod si non fecerit, causa ipsa ab eo advocata, et lis penitus extincta censeatur. Et si forsan aliquis eorundem iudicum cuiusvis sibi commissae causae expeditionem malitiose progere aut differe praesumpserit: excommunicationis et omnium beneficiorum suorum privationis poenas ipso facto incurrat, a qua quidem excommunicationis poena absolvi nequeat, nisi a nobis et successoribus nostris Romanis Pontificibus, praeterquam in mortis articulo. Quodque de cetero in literis expediendis in regno Franciae, Delphinata, et terris aliisque dominiis praedictis serventur taxae, super hoc editae per Joannem XXII. Papam praefatum, et excoisus, si qui fuerint, corrigantur. Et quia propter assiduas guerras et nevitates, quae continue vigent in dicto regno, praetenditur ecclesiae, dum vacant, gravatas in taxa etiam reformatam in concilio Constantiensi, quae reducta est ad medietatem antiquae taxae, quod gravatus in eadem taxa praefatus promovendus solvat communia, et minuta servitia, quae plures ex Gallis annuatim vocant: tantum pro vera aestimatione fructuum ecclesiae et monasterii, ad quae sit promotus, caque in dicta cancellaria et camera apostolica inviolabiliter observari mandamus. Et quia in supra dictis concessionibus regnum ac regem maxima sumus caritate complexi: credendum est non immerito, ut se devotos et obediens erga sanctam Romanam ecclesiam exhibeant. Quare volumus et eisdem auctoritate et tenore statuimus, quod praefatus rex intra quatuor menses praemissa acceptare et observare, ac in regno, Delphinata et dominiis huiusmodi observari facere, nec non intra alios duos praefatos quatuor immediate sequentes menses super acceptatione et observatione, aliisque praemissis omnibus et singulis per suas patentes literas nos et eodem praefatum certificare teneatur; alioquin praesentis literae et inde secuta quaecunque sint causa et irrita, nulliusque roboris vel momenti. Nos enim extunc irritum decernimus et inane, si accas super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum concessionis, intensionis, voluntatis, constitutionis, declarationis, indulti, mandati et statuti infringere, vel⁵⁾ ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit: indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud S. Petrum, anno incarnationis dominicae MCCCCLXXII. VII. Id. Augusti Pont. nostr. Ao. I.

CAP. II.

Discordia inter religiosos mendicantes et ecclesiarum parochianum rectores in partibus Germaniae quatuor delegatis commissa, per eos sub certis formis et modis in pacem et concordiam conversa fuit, quam Romanus Pontifex confirmat, praecipiens sub poena excommunicationis illam a praelatis observari.

SIXTUS IV.

Vices illius, qui supra petram aedificavit ecclesiam suam, meritis licet insufficientibus gerentes in terris, et per eius immaculata vestigia, quantum nobis ex alto conceditur, incidere satagentes, inter Christi fideles quoslibet, et praesertim sub uno atque eodem sacerdotii vexillo nobiscum Deo militantes, pacem et caritatem inducere, et inductam confovere, vigilantibus sollicitudine meditatoribus assidue, et, quae his contraria sunt, falce vigilantiae pastoralis ad radicem posita submovere, prout rerum et temporum circumstantiae id non immerito exposcere dignoscuntur. Nuper siquidem pro parte tam venerabilium fratrum nostrorum Maguntinensis et Treverensis archiepiscoporum, ac Herbipolensis et Wormationensis et Spirensis episcoporum, quam dilecti filii nobilis viri Philippi,

comitis Palatini Rhemi, et duois Bavariae, qui unus ex electoribus Romani imperii existit, ad nostrum pervenit auditum, quod inter dilectos filios Praedicatorum, Minorum et Carmelitarum ordinum professores, et nonnullos parochialium rectorum, et alios etiam ecclesiarum praelatos, instigante illo, qui tanquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret, in partibus Germaniae, et praesertim in oppido Kalingensi Constantiensis dioecesis suscitata sunt nonnulla dissensionum et scandalorum fomenta, ex certis causis, tunc nobis expressis, quae, nisi per vigilantiam pastoralis officii celeriter succidantur, possent ad scandalum non modicum Christiani-fidelium illarum partium faciliter pervenire. Nos igitur, attendentes, quod sacrosancta Romana ecclesia, ab eius fundatione primaeva in ordine sacerdotum, quem Petrus Apostolus et eius successores observant, instituta, et per viros providos et sacerdotes virtuosos aduocata, et longinquis temporibus feliciter conservata existit, rursusque animadvertentes, quod, hodiernis temporibus hominum crescente malitia, nisi ager dominicus cultoribus idoneis, buccinatoribus Spiritus sancti, et praecordium verbi Dei, (qui praeter ceteros in ordinibus fratrum Mendicantium gratia assistente divina in copioso numero reperiantur,) assidue coleretur, vepribus malarum et sentibus vitiorum omnium celeriter obrueretur, non potuimus non nisi⁶⁾ ab intimis cordis nostri dolere, quod inter tales viros, qui se matua caritate diligere, et alter alterius iuxta Apostolum⁷⁾ onera portare deberent, discordiae seminarium excitaretur. Unde quum vellemus super his ea, quae decet, maturitate consulere, venerabilibus fratribus nostris Felice Hostiensi et Angelo Praenestiniensi episcopis, et dilectis filiis nostris Lialiano tituli S. Petri ad Vincula ac Petro tituli S. Sixti presbyteris cardinalibus quae vocis oraculo commisitimus et mandavimus, ut a singulis partibus praedictis vel eorum procuratoribus legitimis auditis hinc inde propositis, inter eas concordiam tractarent. Qui quidem episcopi et cardinales statutus loco et tempore convocati, auditis et intellectis partibus praedictis, ut praefertur, et in praemissis graviter et consulte procedentes, partes ipsas de communi earundem consensu ad concordiam infra scriptam perduxerunt, videlicet, quod ipsi parochiani sacerdotes de cetero non dicant, a Mendicantibus haereses processisse, quum in veritate fides nostra sit illuminata, et ecclesia exaltata per eosdem, et praesertim per ordines Praedicatorum et Minorum, ut iura testantur. Quodque fratres Mendicantes non praedicent, populos parochianos non teneri audire missam in eorum parochiis diebus festis et dominicis, quum iure sit cautum, illis diebus parochianos teneri audire missam in eorum parochiali ecclesia, nisi forsan ex honesta causa ab ipsa ecclesia se absentent. Quodque etiam nec fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum sepulturam apud eos, et bene caveant propter poenas, quas imponunt canones, quum sit libera. Quod etiam ipsi Mendicantes desistant praedicare, quod parochiani non sint obligati, saltem in Paschate proprio confiteri sacerdoti, quia de iure tenetur parochianus saltem in Paschate proprio confiteri sacerdoti. Per hoc tamen ipsi fratres Mendicantes non censeantur exclusi, quo minus secundum iuris communis et privilegiorum eisdem concessorum dispositionem confessiones audire, et poenitentias iniungere valeant. Quod etiam de cetero inter ipsos fratres Mendicantes et curatores quoad effectum praedicandi, horas cantandi, et campanas pulsandi, servetur consuetudo antiqua, quae temporibus antiquis servata fuit in ipso oppido Kalingensi. Et casu, quo veniat aliqua occasio sive necessitas, non fiat commutatio temporis vel horae, in ipsis praedicationibus scendis, nisi de consensu partium. Quodque etiam ipsi fratres in sermonibus eorum non detrahant praelatis et rectoribus parochialium ecclesiarum, nec etiam populos a suarum ecclesiarum parochialium frequentia et accessu abstrahant, sive retrahant quoquo modo. Et vice versa ipsi rectores et praelati aliquo modo non detrahant Mendicantibus, sed illam favorem, quem possunt, eis impendant, et in omnibus et per omnia praesentent, ita, ut vera unitas et perfecta caritas inter eos extendatur. Nos itaque, illius vices gerentes in terris, qui Apostolis suis dixit⁸⁾: „Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis,“ cupientes super his opportune provideri, nota proprio, non ad alienas super hoc nobis oblatas petitionis instantiam, sed de nostra certa scientia et mera voluntate, concordiam praedictam, ac omnia et singula per praefatos episcopos et cardinales ordinata, ad hoc, ut perpetuo inconcussa permant, auctoritate apostolica et ex certa nostra scientia approbamus et confirmamus, ac viribus perpetuo subsistere debere decernimus, supponentes omnes et singulos defectus tam iuris quam facti, si qui forsan intervenierunt in eisdem, iniungentes nihilominus archiepiscopis, episcopis, plebanis, rectoribus, curatis, nec non prioribus, guardianis, et singulis fratribus ordinum Mendicantium sub poena excommuni-

Cap. I. 4) advocations: Ed. Rom., Böhm. oper. mend. — 5) et: Böhm.

Cap. II. 6) desid. ap. Böhm. — 7) Gal. VI. 2. — 8) Ioa. XIV. 27. —

cationis latae sententiae, quam contra facientes et quemlibet eorum contra facientem incurere volumus eo ipso, a qua absolvi nequeant, nisi de expresse consensu partis laesae, et debita satisfactione praevia, inviolabiliter observent, et quantum in eis est ab aliis observari faciant. Et insuper quascunque lites et causas, coram quibuscunque causarum palatii apostolici auditoribus, seu alibi, occasione praemissorum inter dilectos filios decanum et capitulum ecclesiae Spirensis et curatum dieti oppidi ac fratres praedictos indecisas pendentes, illarum status, tenores et formas, et in eis

gesta et acta, praesentibus pro expressis habentes, ad nos haurum serie, motu, scientia et auctoritate praedictis advocamus, et litem seu lites ipsas penitus extinguimus, et ambas partes praedictas, lites huiusmodi consortibus, seu illis adhaerentibus, perpetuum silentium imponimus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac privilegiis eisdem fratribus in genere vel in specie concessis, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo etc. Datum Romae apud S. Petrum anno incarnationis dominicae MCCCCLXXIX. XV. Kal. Iulii Pont. nostri anno VII.²)

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECUNDUS.

TITULUS I. DE IUDICIIS.

CAP. UN.

Decretalem Super cathedram, quae est in Clem. in cap. Dudum innovata, iubet observari, neque propter illum debent religiosi Mendicantes esse molesti et graves praelatis, neque praelati ipsis religiosis. Et si sint aliquo iniuriae vel molestationis hinc inde factae, Papa vult iustitiae complementum breviter exhiberi, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, vel aliter, prout qualitas excessuum exigit, non obstantibus quibuscunque obstaculis, quae possent his obviare.

Joannes XXII.

Frequentes, immo innumeratae quodammodo de diversis mundi partibus venerabilium fratrum nostrorum episcoporum, aliorumque superiorum praelatorum, nec non dilectorum filiorum, rectorum, curatorum et parochialium sacerdotum querelae, contra dilectos filios fratres praedictorum et Minorum ordinum nostrum et sedis apostolicae excitantur auditum, et clamorosis insinuationibus excitare et fatigare non cessant, quod iidem fratres decretalem dudum editam felicis recordationis Bonifacii Papa VIII. praedecessoris nostri, quae incipit „Super cathedram,“¹⁾ ac per pia memoriae Clementem Papam V. praedecessorem nostrum in Viennensi concilio innovatam, temere observare non curant: sed ipsam transgredi non timent in eiusdem sedis contemptum, animarum suarum periculum, et eorumdem et ecclesiarum parochialium praeludicium et gravamen. Intelleximus quoque, quod plerumque praefatis dictorum Praedicatorum et Minorum, nec non Eremitarum sancti Augustini et Carmelitarum ordinum fratribus, in cuius ordinis dictorum Eremitarum personis idem praedecessor Bonifacius constitutionem praedictam, in qua tantum de ipsis Praedicatorum et Minorum cavebatur ordinibus, per omnia voluit postmodum integraliter et inconcussae servari, et ad quem praedictorum Carmelitarum fratrum ordinem nos subaequenter constitutionem eandem quoad omnia in ea contenta duximus extendendam, a praedictis episcopis, praelatis, rectoribus, curatis et sacerdotibus contra tenorem constitutionis praedictae graves iniuriae atque molestiae in diversis partibus inferuntur. Nuper pro parte venerabilis fratris nostri archiepiscopi Burdegalensis, et dilectorum filiorum capitulorum maioris Burdegalensis et aliarum ecclesiarum, prioratum, conventuum, rectorum, curatorum, sacerdotum et vicariorum parochialium, ac clericorum tam regularium quam secularium civitatis et dioecesis praedictarum, nobis existit intimatum, quod praedicti eorumdem Praedicatorum, Minorum, Eremitarum et Carmelitarum ordinum fratres contra tenorem decretalis eiusdem multa eisdem et eorum singulis gravamina et iniurias inferunt et iacturas. Quia igitur parum esset iura condere, nisi, qui ea tueatur existat: nos, volentes de fratrum nostrorum consilio decretalem praedictam „Super cathedram“ irrefragabiliter observari, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos, seu alium vel alios, etiamsi sint extra loca, in quibus estis conservatores seu indices deputati, tam eisdem archiepiscopo, capitulis, prioribus, conventibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, vicariis ac clero civitatis et dioecesis praedictarum, et eorum cuiuslibet adversus praedictos, quam e converso eisdem fratribus adversus archiepiscopum, capitula, praelatos, priores, conventus,

rectores, sacerdotes, vicarios ac clerum praefatos et singulos eorumdem efficacibus defensionibus praesidio assistentes, ac facientes decretalem praedictam quoad omnia eius capitula, prout iacent, firmiter observari, non permittatis contra tenorem ipsius per memoratos fratres dictorum ordinum eisdem archiepiscopis, capitulis, praelatis, prioribus, conventibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, vicariis ac clero, vel alicui seu aliquibus eorumdem, nec etiam praedictos archiepiscopum, capitula, praelatos, conventus, rectores, curatos, sacerdotes, vicarios ac clerum, seu aliquem vel aliquos ipsorum eisdem fratribus gravamina ac iniurias irrogari, facturi ipsis hinc inde de quibuscunque iniuriis, molestationibus, gravaminibus et damnis, viciniam illatis hactenus, et etiam in posterum inferendis eisdem contra tenorem constitutionis eiusdem, in illis videlicet, quae iudicalem requirunt indaginem, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu iudicii et figura, in aliis vero, prout qualitas ipsorum exigit, iustitiae complementum, molestatores, minores et maiores huiusmodi, nec non contradictores quolibet et rebelles, quodcumque et quotiescunque expedierit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus quibuscunque exemptionibus, specialibus vel generalibus, tam fratribus et ordinibus praedictis, vel alicui seu aliquibus fratrum et ordinum eorumdem, quam praefatis archiepiscopo, capitulis, praelatis, prioribus, conventibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, vicariis ac clero, seu ipsorum alicui vel aliquibus, communiter vel divisim sub quacunque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis, ac eiusdem Bonifacii, quo cavetur, ne aliquis extra suam civitatem vel dioecesim, nisi in certis exceptionibus casibus, et in illis ultra diacetam unam a fine suae dioecesis ad iudicium evocetur, seu, ne iudices et conservatores a sede deputati praedicta, extra civitatem et dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, sive alii vel alii vices suas committere, aut aliquos ultra unam diacetam a fine dioecesis eiusdem trahere praesumant: dummodo ultra duas diacetas aliquis extra suam civitatem auctoritate praesentium non trahatur, seu, quod de manifestis iniuriis, molestiis et aliis, quae iudicalem indaginem exigunt, (poenae in eos, si secus egerint, et etiam id procurantes, adiectis,) conservatores se nullatenus intromittant, seu alii quibuscunque constitutionibus a Romano Pontifice tam de iudicibus delegatis et conservatoribus, quam personis ultra certam numerum per litteras apostolicas ad iudicem non vocandis, aut aliis edictis, quae nostrae possent iurisdictioni aut potestati eiusque exercitio libere quomodolibet obviare, seu, si tam eisdem fratribus vel eorum ordinibus, aut alicui, seu aliquibus fratrum et ordinum praedictorum, quam archiepiscopo, capitulis, praelatis, prioribus, conventibus, rectoribus, curatis, sacerdotibus, vicariis ac clero praedictis, vel aliquibus ipsorum, seu quibusvis aliis communiter vel divisim a praefata sede sit indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdicti, seu extra vel ultra, circa vel alio quocunque modo ad iudicium evocari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et de eorum personis, locis, hominibus, ordinibus, et nominibus propriis mentionem, et²⁾ quibuscunque aliis indulgentiis, seu privilegiis dietae sedis generalibus vel specialibus, quoruncunque tenorem existant, per quae praesentibus non expressa, vel totaliter non inserta, nostrae iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de quibus quorumque totis tenoribus de

Cap. II. 9) F.: B6hm.
Liber II. TIT. I. Cap. un. 1) cf. Clem. 2. de sepult. III. 7. —

2) ex: B6hm. —

verbo ad verbum specialem oporteat in nostris literis fieri mentionem. Ceterum iudicibus seu conservatoribus quibuscunque per literas apostolicas, sub quacunque alia, quam praesenti, verborum forma vel expressione confectas, eidem praedictorum Praedicatorum, Minorum, Eremitarum ac Carmelitarum ordinum fratribus, seu ipsis ordinibus communiter vel divisim super damnis et iniuriis, et aliis quibuscunque rebus seu negotiis alias deputatis, et subdelegatis eorum praesentibus et futuris, auctoritate praesentium districtius inhibemus, ne aliquem seu aliquos auctoritate literarum papalium, praetextu seu occasione quorumcunque damnorum vel iniuriarum seu gravaminum, contra tenorem praedictae constitutionis „Super cathedram“ ipsis fratribus seu eorum ordinibus ante dictis communiter vel divisim a quibuscunque personis illatorum hactenus, et etiam inferendorum in posterum, coram se alicubi³⁾ deinceps ad iudicium vel alias quoquo modo vocare, seu in causam aliquatenus trahere praesumant, inhibitionem huiusmodi non solum ad futura, sed etiam ad quovis modo adhuc pendente et incepta negotia volentes extendi, ac decernentes praefatas literas et processus, eorum auctoritate quacunque habitos et habendos ad damna, gravamina et iniurias huiusmodi, contra tenorem dictae constitutionis illata et inferenda, (ut dictum est,) deinceps aliquatenus non extendi, ac etiam irritum et inane, si secus super praemissis per quoscunque scienter vel ignoranter contigerit attentari, vobis nihilominus injungentes, ut inhibitionem nostram huiusmodi ad dictorum iudicium seu conservatorum et subdelegatorum notitiam, de quibus vobis expedire videbitur, deducere procuretis. Insuper volumus et auctoritate apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento praepeditus canonico; quodque a data praesentium sit vobis et unicuique vestrum in praemissis omnibus et eorum singulis coeptis et non coeptis, praesentibus et futuris et praeritis, licitum procedere, ac si praedicta omnia et singula coram vobis coepta fuissent, et iurisdictioni vestrae et cuiuslibet vestrum in praedictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium legitimum perpetuata existisset, constitutione praedicta super conservatoribus et aliis quomodolibet in contrarium edita non obstante. Datum Avinion. X. Kal. Febr. Pont. nostri. Ao. XI.

TITULUS II.

DE DILATIONIBUS.

CAP. UN.

Praemissis eleganti exordio, ostensisque periculis, quae proveniunt ex falsorum florenorum fabricatione, citantur peremptorie fabricantes, datus sibi dilatione trium mensium, intra quos coram Papa compareant; alias contra ipsos, eorum absentia non obstante, procedetur, prout iustitia suadebit.

Ioannes XXII.

In delictorum diversorum nexibus ac tenebris involutos plerumque trahit in maiorem scelerum praecipitium moles praeponderans peccatorum. Nam etsi diversos diversa delicta coinquinent: sunt tamen nonnulli, qui, propriae salutis immemores, delictis communibus et vulgaribus non contenti, ad profana et vetita prorumpentes, sic damnata cupiditate lucrorum ac inexhausta eorum voragine devolvuntur, quod, dummodo suas ingluvies, ad quas inhiant, explant, se lucris illicitis, immo iacturis spiritualibus temere immergentes, honori Dei et animarum salutem, ac sacrorum canonum et imperialibus edictis, et iuribus communibus capturas nefarias et lucra illicita anteponunt. Sane iam dudum ad nostri apostolatus auditum multorum fide digna relatio saepius etiam repetita perduxit, et fama iam publica per facti evidentiam divulgata effecit notorium, nonnullos esse in Lombardia superioris et Marchiae lanuensis partibus, qui, licentiae temerariae laxatis habenis, licere sibi praesumentes illicita, cudunt et fabricant, seu cudi et fabricari faciunt florenos auri secundum formam et signum et coinum ac circumferentias literarum, qui in civitate Florentiae a tempore, cuius non exstat memoria, cudi et fabricari sunt soliti, et cuduntur et fabricantur etiam in praesenti. Et quamvis dicti floreni, ad veram florenorum de Florentia similitudinem fabricati, in vero et solito florenorum eiusdem civitatis pondere communiter et bonitate auri, et vero florenorum valore deficiant; ipsi tamen, simulata eorum effigie, personas ut plurimum simplices, et quandoque etiam in huiusmodi rebus expertas decipiunt, ipsasque damnis rerum, et periculis personarum exponunt, dum pro veris florenis ipsos recipiunt: cum etiam

praeterea in talibus plurimi non habeant inter florenos et florenos tantae similitudinis peritiam discernendi. Nos itaque, tantis et praecipue animarum periculis affectu paterno occurrere cupientes, monemus omnes et singulos talium praesumptores, ipsis nihilominus districtius inhibentes, quatenus deinceps a cusione et fabricatione florenorum huiusmodi cessent, realiter et effectualiter resipiscant, nihilominus praesentis edicti peremptorii auctoritate citantes eosdem, ac eorum singulos, sub poena privationis iuris, si quod eis super cudendis florenis competit, (quam ipsos, cessante iusto impedimento, si in exsequendis mandatis nostris huiusmodi remissi seu negligentes fuerint, incurere volumus ipso facto,) ut intra trium mensium spatium, a data praesentium numeroandum, per se vel per procuratorem idoneum apostolico conspectui se praesentent, proposituri, quo iure ipsis florenos competat ius cudendi, ac exhibitori privilegium, si quod super hoc habeant, vel ius aliud, si quod sibi credant competere, ostensuri, et nihilominus super praedictis facturi et recepturi, quod iustitia suadebit; intimantes eisdem, quod, si non venerint, nos contra ipsos super praemissis, et ea tangentibus procedemus, prout expedire viderimus, et suadebit iustitia, ipsorum absentia non obstante. Ut autem huiusmodi nostra nuntiatio atque citatio ad communem omnium notitiam deducatur; chartam sive membranam, citationem atque monitionem huiusmodi continentes, in maioris ecclesiae Avinionensis affigi ostiis faciemus, quae processum huiusmodi suo quasi sonoro praecone et patulo iudicio publicabunt, ut praedicti moniti et citati, et alii quicumque, qui sua crediderint interesse, vel quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem praetendere, quod ad eos processus huiusmodi non pervenerit, vel quod ignoraverint eundem, quum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avinion. VI. Kal. Decembr. Pont. nostri Ao. IX.

TITULUS III.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

CAP. UN.

Citationes, etiam extra dies solennes publice factae de mandato Papae, in audientia literarum apostolicarum vel papali palatio, affixae ianuis maioris ecclesiae loci, in qua Papa cum curia sua degit, arctant citatum, ac si ad eum personaliter devenissent. Restrungitur tamen haec extravagans ad illos, qui impediunt, ne ad eos possit citatio pervenire, vel quorum domicilium tute adiri non potest, ut c. 1. de iudic. in Clem.

Bonifacius VIII.

Rem non novam aggredimur, neque viam insolitam ambulamus, sed anterioris iuris calcatam vestigiis praesentis constitutionis indubitato roboramus¹⁾ suffragio, inconcasso munimine stabilimus. Est siquidem iam sancitum, quod propositum publicae citationis edictum eum arctet, qui impedit, aut facit etiam se celando, ne ad eum possit pervenire citatio, appareatque contumax qui sic agit. Quodque in albo praetoris huiusmodi edicta proposita suae iurisdictioni subiectos arceant et adstringant magis, quam si voce praeconia, quae innotescit paucis, vel literis citarentur, ius enim, quod talem modum citationibus²⁾ proposuit³⁾, violenter praesumpsisse credendum est, ut, quae in eodem albo tot ipsius alibi publicum locum frequentantibus oculis patenter legenda, ad citati notitiam devenirent. Unde ad praebendam omnibus eorum, quae⁴⁾ sancuntur, plepam lectionem et notionem, mandatur legem tabulis aut lapidibus sculptam⁵⁾ sanctissimae ecclesiae describi porticibus et affigi. Praemissis⁶⁾ igitur in debitam considerationem deductis, ac in lance irrefragabilis rationis appensis, nos, qui universis⁷⁾ disponente Domino praeesse dignoscimur, volentes per hanc novellam constitutionem⁸⁾ aliquid circa praedicta statuta⁹⁾ expressius inveniri, declaramus de fratrum nostrorum consilio, et nihilominus hoc edicto perpetuo valituro firmamus¹⁰⁾ et statuimus, ut citationes auctoritate apostolica de quibuscunque personis undecunque et ubicunque sint¹¹⁾, cuiuscunque status, dignitatis vel praeminentiae, ecclesiasticae vel mundanae, etiam imperiali vel regali fulgeant dignitate, praesertim si impediunt, vel faciunt per se vel per¹²⁾ alios quoquo modo, ne citationes ipsae ad epa¹³⁾ perveniant, ex¹⁴⁾ quacunque causa faciundo, ut citandorum domicilia sive loca tute vel libere adiri¹⁵⁾ non possint, (quum, prout scriptum est, existimare debeamus, an eo irleiceat, ubi est citatio facianda); perinde ad instar edictorum praefatorum, propositorum¹⁶⁾ in albo praetoris, etiam extra solennes dies, in quibus Romani Pontifices

Cap. un. 3) alicui: id.
Tit. III. Cap. un. 1) roboremus: Ed. Bas. — 2) citationis: ead.
— 3) posuit: Cod. Lips. 12. — 4) add.: ibi: id. — 5) insculptam: id. —
6) Praemissis igitur rationibus appensis: id. — 7) universo: Ed. Bas. —

8) add.: nostram: Cod. Lips. — 9) instituta expr. invenire: id. —
10) firm. et: omitt. id. — 11) sunt et: id. — 12) abest ab eod. — 13) ipsos:
id. — 14) et quae. caus. faciente: id. — 15) adire: id. — 16) propositorum: id. —

suos facere consueverunt generales processus, publice¹⁷⁾ id nobis specialiter et ex certa scientia iubentibus factae in audientia litterarum nostrarum, aut in aula nostri palatii, postmodum assignandae ianuis maioris ecclesiae loci, in quo Romana¹⁸⁾ communis omnium Christiani populi nationum residebit curia, ut cunctis possint parere, et ita deferri¹⁹⁾ citatis, sic²⁰⁾ valeant ac arctari²¹⁾ citatos post terminum lapsum, (quem considerata locorum distantia volumus citationibus ipsis competentem apponi,) sicut si eos²²⁾ personaliter apprehendissent, non obstantibus aliquibus privilegiis, indulgentiis et²³⁾ litteris apostolicis generalibus aut specialibus, qui-

buscunque personis pontificali, imperiali, regali vel alia ecclesiastica²⁴⁾ seu mundana dignitate praeditis, aliisque inferioribus ecclesiae, monasteriis, locis, collegiis et²⁵⁾ universitatibus in quacunque forma verborum concessis, per quae talium citationum effectus possit quomodolibet impediri; etiamsi de ipsis et eorum totis tenoribus de verbo ad verbum, aut de²⁶⁾ propriis nominibus personarum, monasteriorum, ecclesiarum, locorum illorum, quibus conceduntur, vel eorum ordinibus aut dignitatibus oporteat in nostris litteris fieri mentionem.²⁷⁾

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIBER TERTIUS.

TITULUS I.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

CAP. UN.

Praemissa musicae artis plurima laude, cantorum lasciva melodia reprobat, qui contra honestatem clericalem quod ore cantabant gestibus simulabant. Et cantores ipsi tam exempti, quam non exempti per octo dies ab officio suspenduntur. Posset etiam haec extravagans apte locari sub tit. de celebr. miss.

Ioannes XXII.

Docta sanctorum Patrum decrevit auctoritas, ut in divinae laudis officiis, quae debita servitutis obsequio exhibentur, cunctorum mens vigilet, sermo non cespitet, et modesta psallentium gravitas placida modulatione decantet. Nam in ore¹⁾ eorum dulcis resonabat sonus. Dulcis quippe omnino sonus in ore psallentium resonat, quum Deum corde suscipiunt, dum loquuntur verbis, in ipsum quoque cantibus devotionem accendunt. Inde etenim in ecclesiis Dei psalmodia cantanda praecipitur, ut fidelium devotio excitetur; in hoc nocturnum diurnumque officium, et missarum celebritates assidue clero ac populo sub maturo tenore distinctaque gradatione cantantur, ut eadem distinctione collibeant et maturitate delectent. Sed nonnulli novellae scholae discipuli, dum temporibus mensurandis invigilant, novis notis intendunt, fingere suas quam antiquas cantare malunt, in semibreves et minimas ecclesiastica cantantur, notulis percutiuntur. Nam melodias hoquetis intersecant, discantibus lubricant, triplicis et motetis vulgaribus nonnumquam inculcant adeo, ut interdum antiphonarii et gradualis fundamenta despiciant, ignorent, super quo aedificant, tonos nesciant, quos non discernunt, immo confundunt, quum ex earum multitudine notarum adscensiones pudicae, descensionesque temperatae, plani cantus, quibus toni ipsi accernuntur ad invicem, obfuscentur. Currunt enim, et non quiescunt; aures inebriant, et non medentur; gestibus simulant quod deprimunt, quibus devotio quaerenda contemnitur, vitanda lascivia propalatur. Non enim inquit frustra ipse Boetius, lascivus animus vel lascivioribus delectatur modis, vel eosdem saepe audientem emollit et frangitur. Hoc ideo dudum nos et fratres nostri correctione indigere percepimus; hoc relegere, immo prorsus abicere, et ab eadem ecclesia Dei profligare efficacius properamus. Quocirca de ipsorum fratrum consilio districte praecipimus, ut nullus deinceps talia vel his similia in dictis officiis, praesertim horis canonicis, vel quum missarum solennia celebrantur, attentare praesumat. Si quis vero contra fecerit, per ordinarios locorum, ubi ista commissa fuerint, vel deputandos ab eis in non exemptis, in exemptis vero per praepositos seu praelatos suos, ad quos alias correctio et puniatio culparum et excessuum huiusmodi vel simillium pertinere dignoscitur, vel deputandos ab eisdem, per suspensionem ab officio per octo dies auctoritate huius canonis puniatur. Per hoc autem non intendimus prohibere, quin interdum diebus festis praecipue, sive solennibus in missis et praefatis divinis officiis aliquae consonantiae, quae melodiam sapiunt, puta octavae, quintae, quartaе et huiusmodi supra cantum ecclesiasticum simplicem proferantur, sic tamen, ut ipsius cantus integritas

illibata permaneat, et nihil ex hoc de bene morata musica immutetur, maxime quum huiusmodi consonantiae auditum demulceant, devotionem provocent, et psallentium Deo animos torpere non sinant. Actum et datum etc.

TITULUS II.

DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBUS.

CAP. I.

Quum beneficia in curia vacantia idoneis debeant conferri personis, illorum collationem Papa sibi reservat. Vide cap. 2. et 3. et cap. Praesenti. eod. tit. libr. VI.

Bonifacius VIII.

Piae sollicitudinis studio ducimur, ut dignitates, personatus, praebendae, aliaque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, quae apud sedem apostolicam vacare noscuntur, personis conferantur idoneis, per quas in eis debita impendantur obsequia, et divinorum cultus exerceatur sollicitate in eisdem. Inde fit, quod nos huiusmodi dignitates, personatus, praebendas, ecclesias¹⁾ et alia ecclesiastica beneficia, quae apud sedem eandem intra unum mensem a data praesentium hactenus in curia vacaverint computandum, et quae exnunc apud eam vacaverint in futurum, provisioni sedis eiusdem auctoritate apostolica reservamus, decernentes exnunc irritum et inane, si secus in hac parte scienter vel ignoranter per quemcunque seu quoscunque apostolica vel alia quavis auctoritate contigerit attentari. Nulli ergo etc. Datum²⁾ Later. III. Nonas Maii Ao. I.

CAP. II.

Provisiones, sub titulo commendas factas de ecclesiis patriarchalibus, archiepiscopalibus, episcopalibus, et monasteriis ad petitionem regum vel quorumcunque magnatum, revocat.

Clemens V.

Ex supernae providentiae maiestatis, cuius universa dispositione reguntur, ad apostolicae praeeminentiam dignitatis licet insufficientibus meritis evocati, gregem dominicum nostrae vigilantiae creditum undique contemplamur, illumque salubri studemus pastoris more vigili (quantum nobis ex alto permittitur) observantia custodire, ut de illo possimus ad ipsius laudem, cuius exercemus vires in terris, dignam in extremo iudicio reddere rationem. Ideoque nos diligens cura sollicitat, continua pulsat instantia, et curiosa sollicitudo perdrget, ut circa fidelium statum salubriter dirigendum sic efficacibus studiis et promptis operibus intendamus, quod per nostrae cooperationis ministerium erga sanctam matrem ecclesiam devotio filiorum concreseat, ipsorum cessent gravamina, et tranquillitatis ei proveniat incrementum, quod tunc recte agere credimus, quum molestis eventibus viam praeccludimus, indirecta dirigimus, subtrahimus noxia, et salubria procuramus. Sane pridem nos, licet insufficientibus meritis, ad summum apostolatus apicem, (sicut Domino placuit,) evocati, ab ipso nostrae promotionis exor-

Cap. un. 17) abest ab eod. — 18) Rom. Pontifex: id. — 19) refert: id. — 20) omitt. id. — 21) arcent: id. — arcent: Ed. Bas. — 22) ipsos: Cod. Lips. — 23) in lit.: id. — 24) add.: potestate: id. — 25) omitt. id. — 26) eorum: id. — 27) add.: Nulli etc.: id.

Liber III. TIT. I. Cap. un. 1) Eccl. XLVII. 11

TIT. II. Ca p. I. 1) desid. in Cod. Lips. 9. — 2) Data III. Non. Mai. Pont. nostri Ao. I.: id.

dio, antiquae notitiae regum, praelatorum, magnatum et aliorum nobilium personarum ecclesiasticarum et saecularium memores existentes, ac ipsorum aliquibus, tum quia in terris morantes eorum gradum huiusmodi promotionis habuimus, tum quia solitae ad eos amicitiae specialibus affectibus utebamur, aliquibus vero ex aetate Romanorum Pontificum liberalitate, quam in suis exercere sunt soliti novitatibus, volentes honoris et liberalitatis affluentia complacere, ad eorum importunas tamen et multiplicatas precum instantias nonnullis clericis et personis ecclesiasticis, regularibus et saecularibus, diversorum ordinum, dignitatis, conditionum et status, patriarchales, archiepiscopales et episcopales ecclesiae, ac monasteria distincta pastoribus, sub commendae vel custodiae, seu curae vel guardiae, aut administrationis titulo nomine notabili duximus perpetuo ad vitam seu ad certi temporis spatium committenda, super his, an tales videlicet tantasque gratias per nos fieri deceisset, variorum arduorum negotiorum multiplicitate distracti, usque ad tempus, quo infirmitate satis periculosa nos his diebus visitavit omnipotens, nequivimus cogitare plenarie. Verum in debilitate ipsius aegritudinis constituti, a negotiorum utcumque discussione semoti, ad hoc sub diligenti examine direximus aciem nostrae mentis, denumque prospeximus evidenter, quod ecclesiarum et monasteriorum eorundem cura negligitur, bona et iura dissipantur ipsorum, ac subiectis eis personis et populis spiritualiter plurimum et temporaliter derogatur, eisque redundant ad noxam quae dicebantur cedere ad profectum, ac nedum ipsis, sed etiam Romanae matri ecclesiae, quae disponente Domino ipsorum caput fore dignoscitur et magistra, graviora inde futura timentur pericula. Nolentes igitur his tot et tantis dispendiis ulterius causam relinquere, sed volentes potius opportunum et debitum in hac parte remedium adhibere, omnes et singulas promissiones huiusmodi, per nos (ut praemittitur) factas, quibuscumque cuiuscunque ordinis, dignitatis aut status, sed etiam sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus quocumque modo vel tempore factae noscantur, auctoritate apostolica exnunc ex certa scientia revocamus, cassamus et annullamus, et deinceps de cetero non habere aliquam roboris firmitatem. Nulli ergo etc. Datum apud Pisatum Burdegalensis dioecesis X. Kal. Mart. Ao. II.

CAP. III.

Beneficia maiora et minora, vacantia et vacatura, praesertim in provincia Burdegalensi Clemens V. certis ex causis suae dispositioni reservavit, cum appositione decreti.

Clemens V.

Etsi in temporalium dispositione bonorum habenda sit discretio caute, praecipue ut ea digne et laudabiliter disponantur: in ecclesiasticis tamen rebus multo fortius invigilare nostra debet intentio, ut iuxta personarum conditiones et status, ad divini nominis laudem, et ipsarum utilitatem provideatur ex merito ecclesiastica personis, quum iuxta canonicas sanctiones nihil sit, quod ecclesiae Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur ad regimen animarum. Hac igitur consideratione moti specialiter Burdegalensem ecclesiam, de qua, (licet immeriti) sumus noviter ad hunc statum summi apostolatus assumpti, et monasterium sanctae crucis Burdegalensis ordinis sancti Benedicti, etiam vacans per obitum quondam fratris Gulielmi de Bonbio³) abbatis eiusdem, et generaliter patriarchales, archiepiscopales, episcopales ecclesias⁴), monasteria, prioratus, et quoslibet personatus, dignitates vel officia, cuiuscunque ordinis et conditionis existant, nec non canonicatus, praebendas, ecclesias cum cura vel sine cura, et alia quae libet beneficia ecclesiastica⁵), quocumque nomine appellentur, quae apud sedem apostolicam vacare noscuntur ad praesens, et quae toto nostri pontificatus tempore vacare contigerit in futurum, provisioni, collationi et dispositioni nostrae et sedis eiusdem hac vice auctoritate apostolica reservamus, decernentes exnunc irritum et inane, si quid contra hoc per quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, constitutione Clementis IV. et Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum et alia qualibet, in contrarium edita non obstante. Et quia plus timeri solet quod specialiter iniungitur, quam quod generaliter imperatur: hac reservatione nostra et decreto ligari volumus ignorantes. Et quia bullam nostram non habemus ad praesens; ad cautelam praesentium et memoriam futurorum huiusmodi reservationem cum pra-

missi interpositione decreti scribi et in publicam formam redigi iussimus per Bernardum Caprari publicum notarium infra scriptum, quam etiam sigilli, quo utebamur olim Burdegalensi ecclesiae praesidentes, fecimus appensione muniri. Datum Burdegalae II. Kal. Aug. Pont. nostri Ao. I.

CAP. IV.

Papa hic primo ambitionem et importunitatem quorundam religiosorum et saecularium super obtinendis pluribus beneficiis dispensatione, qui insufficientes quandoque erant pro uno, in diversis locis, regnis et aliis locis distantibus recitans, apponit plures ex hoc contingentes inconveniencias, et tandem statuit, quod omnes, exceptis cardinalibus ac regum filii, qui super pluralitate beneficiorum, quae alias de iure non poterant obtineri, dispensationem obtinent, unum cum cura, aliud sine cura possint a tempore notitiae eligere intra mensem, et alia cum effecti dimittere teneantur; alias omnibus sic dispensatis sint ipso iure privati. Et idem de beneficiis, in quibus ius est ad rem, dum vacant; de pluribus etiam talibus, iniuste tamen et sine dispensatione detentis, ordinat, quod ultimum retineant, et omnia alia dimittant intra mensem; alioquin omnibus sint privati. Item vult, quod, qui amodo talia receperint, dimissionem de primo faciant coram ordinario cum effectu; alioquin sint omnibus ipso iure privati. Quas omnia sic vacantis dispositioni apostolicas sedis reservat, interpretans ordinarios in hoc casu solos dioeceseos beneficiorum sic dimissorum. Item hoc vult de solis beneficiis intelligi, in quibus quis per se vel vicarium suum temporalem curam animarum vel spiritualem iurisdictionem exercet de consuetudine vel de iure.

H. d. de Laud.

Ioannes XXII. Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Execrabilis quorundam tam religiosorum quam saecularium ambitio, quae semper plus ambiens, eo magis insatiabilis creditur⁶), quo sibi amplius indulgetur, et improbitas importuna petentium a nobis et praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus non tam obtinuisse, quam extorsisse plerumque noscuntur⁷), ut unus interdum etiam ad unum beneficium ecclesiasticum minus idoneus, in diversis ecclesiis, nedum vicinis, sed abinvicem longe distantibus, immo nonnunquam in diversorum regnorum partibus situatis, plures quam duas vel tres, aut plures etiam dignitates vel personatus, officia seu prioratus, aut diversa ecclesiastica beneficia curam animarum habentia, possit dispensative, (quum alias non liceret de iure communi,) recipere, et simul licite retinere. Unde inter cetera inconveniencia infra scripta⁸), nascuntur, quod videlicet interdum unus, qui unum quamvis modicum vix officium implere sufficeret, plurimorum sibi vindicat stipendia, quae multis literatis viris, vitae puritate ac testimonio bonae famae pollutibus, qui mendicant, possent⁹) abunde sufficere aequa distributione collata, habentibus ipsa paratur vagandi materia, divini cultus minuuntur, hospitalitas in ipsis beneficiis debita non servatur, et, dum non sunt sui in unaquaque regione rectores, ecclesiarum detrahitur commodis et honori, quae, carentes defensorum auxilio, in iuribus suis et libertatibus multipliciter collabuntur, ruinis patent aedificia nobilia, quae magnificentia exstruxerat decessorum, et, (quod amarum est dolendum,) animarum cura negligitur, et vitiorum sentibus fomentum periculose praebet. Nos itaque, tot malis tantisque discriminibus occurrere cupientes, omnes et singulas dispensationes super receptione ac retentione plurium dignitatum, personatum, officiorum, prioratum, aut beneficiorum, quibus cura sit animarum annexa, sub quacunque forma vel expressione verborum a nobis vel dictis praedecessoribus nostris cuicumque personae concessas, (cardinalibus tamen sanctae Romanae ecclesiae, qui circa nos universali ecclesiae serviendo singularum ecclesiarum commoditatibus se impendunt, ac regum filiis, qui propter sublimitatem eorum ac generis claritatem sunt potiores¹⁰) praerogativa gratias attollent, duntaxat exceptis,) deliberatione super hoc cum fratribus nostris habita diligenti, de ipsorum consilio et ex certa nostra scientia in forma subscripta duximus taliter moderandas, quod per moderamen nostrum effrenatum circa easdem personas talium beneficiorum multitudinem refrenemus, ipsique impetrantes fructu dispensationum huiusmodi totaliter¹¹) non frustrentur. Statuimus itaque et de fratrum nostrorum consilio ordinamus, quod obtinentes nunc ex dispensatione legitima pluralitatem huiusmodi dignitatum, personatum, officiorum aut prioratum seu beneficiorum, quae alias absque alia dispensatione legitima¹²) obtinere nequirebant, unum tantum ex dignitatibus, personatibus, officiis, prioratibus, ecclesiis vel beneficiis huiusmodi, quibus cura imminet animarum, cum dignitate, personatu vel officio, prioratu, ecclesia vel beneficio sine cura, quae habere maluerint, praetextu dispensationis

Cap. III. 3) Bombio: Böhm. cum Cont. — 4) desid. ap. eund. — 5) desid. ib. — Cap. IV. 6) eo magis fit insatiabilis: Ed. Bas. — 7) noscitur: ib. —

8) subscripta: ib. — 9) possint: ib. — 10) potiori: ib. — 11) taliter: ib. — 12) ubique dispensatione: ib. —

sufficiens, circa id eisdem indultae, possint licite retinere. Quae¹³⁾ tamen teneantur eligere intra mensem, numerandum a tempore notitiae constitutionis istius, ceteris beneficiis cum cura vel sine cura, quae ipsius dispensationis praetextu tenebant, et quae aliter ante non poterant de iure absque dispensatione aliqua licite retinere, quae nos extunc¹⁴⁾ vacare decernimus, coram ordinariis sub testimonio publico intra idem tempus verbaliter vel realiter cum effectu dimissis, absque eo, quod ad illa nunquam sine nova collatione ab eo, qui facere poterit faciendi, redire, aut eorum administrationi se immiscere praesumant; alioquin tam his quam aliis omnibus beneficiis, quae virtute huiusmodi nostri moderaminis retinere poterant, ut praefertur, sint ipso iure privati, et prorsus inhabiles ad similia beneficia obtinenda. Per hoc autem illi, qui dignitates, personatus, officia, prioratus vel alia beneficia curam animarum habentia ex dispensatione, quae ius tribuat, iuxta nostram moderationem praescriptam obtinent, et alia similia beneficia nostrarum vel eorum praedecessorum auctoritate literarum expectant, cum quibus est, ut illa, quum vacaverint, recipere, et una cum obtentis retinere licite valeant, dispensatum, nolumus derogari, quin ea, quum vacaverint, intra dicti temporis spatium possint eligere, et dimissis aliis recipere in forma praescripta, ac licite retinere, poenas similes incursum, si huiusmodi nostrae contraire praesumpserint sanctioni. Porro, quia quorundam oculos sic avarae cupiditatis vitium excaecavit, quod plura talia beneficia simul absque dispensatione canonica retinere praesumunt; nos de illis praesenti decreto statuimus, ut omnia et singula beneficia sic detenta, illo tamen retento, quod ultimo receperunt¹⁵⁾, dummodo in eo ex collatione canonica competat ius eisdem, intra tempus (ut praescribitur) limitatum verbo et facto ac sine fraude coram ordinariis sub testimonio similiter publico dimittere teneantur. Quod si non fecerint, et illo sint ipso iure privati, in quo ius eis alias competeat, et inhabiles penitus ad quaecunque obtinenda ecclesiastica beneficia censeantur. Qui vero deinceps receperint dignitatem vel personatum, seu officium aut aliud beneficium curam animarum habens annexam, si antea simile beneficium obtinebant, illud, (quo ipso iure, postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos, omni dolo et fraude cessantibus, quo minus habeant, steterit, privati noscuntur,) absque morae dispendio in ordinariis manibus dimittere debeant pari modo; alioquin extunc sint ipso iure secundo privati, et nedum ad sacros suscipiendos ordines, quin etiam ad habendum quodcumque aliud ecclesiasticum beneficium inhabiles reputentur. Quae omnia et singula beneficia vacatura (ut praemittitur) vel dimissa nostrae et sedis apostolicae dispositioni de ipsorum fratrum consilio reservamus, inhibentes, ne quis praeter Romanum Pontificem quacunque sit super hoc auctoritate munitus, de¹⁶⁾ huiusmodi beneficiis disponere, vel circa illa per medium permutationis vel alias innovare hoc quoquo modo praesumat. Nos enim, si secus actum vel attentatum fuerit, irritum decernimus et inane. Ceterum ordinarios intelligimus in casibus supra scriptis episcopos, in quorum civitatibus vel dioecesibus consistunt beneficia, seu aliud eorum, quae debent secundum praemissa dimitti, aut ipsi, qui ea debent dimittere, commorantur, vel ecclesiis cathedralibus vacantibus capitula earundem; et hi de beneficiis tam dimissis quam (ut praemittitur) perditis nos vel apostolicam sedem certificare studeant quam primum commode poterunt indilate, ut de illis salubriter disponere valeamus. Quantum autem ad modificationem personatum¹⁷⁾ attinet ante factam¹⁸⁾: illa duntaxat, et non alia beneficia ecclesiastica, quocunque nomine nuncupentur, curam habere censemus, quae parochias habent, in quibus est animarum cura annexa¹⁹⁾ non per vicarios perpetuos, sed per rectores aut ministros beneficiorum ipsorum vel illorum temporales vicarios exercenda, nec non etiam illa, quorum ministris ratione beneficiorum huiusmodi competit visitare, inquirere, procuraciones recipere, suspendere, excommunicare, seu ab excommunicationis et suspensionis sententiis absolvere de consuetudine vel de iure, iuris aliam de animarum cura loquentibus in suo robore quoad cetera permansuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum moderationis, statutorum, constitutionum, reservationum, inhibitionum et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Avinion. XIII Kalend. Decembr. Pont. nostri Ao. II.

CAP. V.

Episcopatus Tholosanus in redditibus plurimum abundans, in novam metropolim propter multiplices causas his expressas erigitur, cui pro suffraganeis ecclesiis sunt deputatae quatuor villae in novis civitatibus erectae, adiecta cum illis ecclesia Apamianorum. Et quibus episcopis et archiepiscopis prius suberant, quidque earum cuilibet pro redditibus sit assignatum, hic exprimitur: et tandem censurae ecclesiasticae in rebelles praefertur. Adverte, quod ecclesia de Vavro et ecclesia de Mirapio sunt sub ecclesia Tholosana tanquam suffraganeae, licet de illis hic mentio nulla fiat. Utilitas ex hoc capitulo habetur, quoniam cognoscimus causas erigendi et dividendi ecclesias, alias aliis subiciendi, et alias aliis eximendi, et ad solum Papam haec omnia spectare, cui in singulari privilegio maiores causae maioraque negotia reservantur, patet in cap. 1. de transl. episc. cum suis concordantiis.

Ioannes XXII.

Salvator noster, cuius nutui cuncta serviunt, in agro mundi huius messem multam adspiciens, et operariorum raritatem attendens, Dominum messis rogandum esse, ut in illam operarios mitteret, censuit, et ipse idem etiam exiens mane, veluti paterfamilias diligens, horis diei variis operarios in vineam suam misit. Romanus itaque Pontifex, sicut eodem Domino disponente vicarius eius²⁰⁾ in terris esse dignoscitur, sic et ipsius actibus, in quantum sinit humana fragilitas, se conformare tenetur. Ubi ergo superexcreverat messem, populi videlicet multitudinem, viderit: operarios debet opportunos adicere, et iuxta propheticum verbum augere custodiam, custodes et cultores idoneos in dominicam vineam destinare. Sane considerantes attentius, et intra pectoris claustra meditatione sollicita revolventes, quod in tanta multitudine populi, quanta fovendavit Altissimus civitatem et dioecesim Tholosanam, singulorum vultus nequibat, ut concederet, unicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere, quodque durum erat atque difficile, per talem latam et diffusam dioecesim ad unum tantum a personis ecclesiasticis et mundanis recursum haberi; attendentes etiam, quod, licet Tholosanus episcopatus redditibus abundaret immensis, non tamen supererat hucusque memoria, quod ex suorum opulentia copia reddituum aliquid in ecclesia vel diocesi Tholosana provenisset in divini cultus augmentum, immo sic ex adipe prodierat et prodibat iniquitas, ut multo iam tempore luxus circa carnis desideria, eversionum pompa, immensitas clientelae, immoderata diffusio in parentes²¹⁾, sumptus enormes aut usua extraordinarii sibi vindicassent ibidem quasi totum patrimonium crucifixi, et verendum erat, ne praesul unicus Tholosanus incrassatus et dilatatus, et excessivis huiusmodi opibus alias superbibus, periculo recalcitrans Deum factorem derelinqueret, et a suo salutari recedens perniciosum exemplum in subditos derivaret; pensantes quoque, quod sanctae memoriae Clemens Papa V. praedecessor noster eodem etiam tempore, quo civitas et dioecesis ante fatae longe minus in populo ac redditibus affluerebant, tamen ex tunc benedicente Domino incredibiliter creverint in utroque, et iugiter crescere dignoscantur, spiritu beatae considerationis inductus ad divisionem episcopatus eiusdem firmiter, dum viveret, intendebat, licet morte praeventus suum in hac parte nequiverit implere conceptum: nos, pium praedecessoris nostri propositum in effectum volentes adducere, et tam dissipare malum, quod praedictorum reddituum copia excessiva produxit, quam etiam cultum augere divinum et spiritualem animarum profectum, quos, (si iuxta facultatis exigentiam et diffusam latitudinem dictae dioecesis sufficiens numerus in eadem utilitate praesulum deputetur), in dubio provenire speramus, promovere salubriter intendentes, praemissis et aliis suadentibus iustis causis, ex certa nostra scientia, de fratrum nostrorum consilio concordati, et apostolicae plenitudine potestatis, ad laudem Dei, exaltationem ecclesiae, fideliumque salutem, episcopatum ipsum dictamque dioecesim Tholosanam apostolica auctoritate dividimus in quinque dioeceses, quas per certos distingui limites faciemus, volentes ac decernentes, quod praeter civitatem Tholosanam, quae suam propriam et distinctam habet dioecesim certis finibus limitandam, subscriptae quatuor villae, quarum quamlibet eisdem consilio et auctoritate in civitatem erigimus et civitatis vocabulo insignimus, scilicet de monte Albano, pridem de Caturensi dioecesi, cui adicietur certa pars dictae quondam dioecesis Tholosanae, ac sancti Papuli de Rivia, et de Lumberiis, et de ipsa quondam Tholosana dioecesi existentes, quatuor separatas dioeceses habeant certis limitibus distinguendas; quodque beati Martini de monte Albano, ubi corpus sancti Theodori confessoris dicitur esse reconditum, praedictae civitatis montis Albani, et beati Papuli dictae civitatis sancti Papuli, Mariae²²⁾ de Lumberiaco

Cap. IV. 13) qui: ibid. — 14) exnunc: ibid. — 15) receperint: ibid. — 16) vel: ibid. — 17) abest ab ead. — 18) fatam: Böhm. — 19) desid. ibid.

Cap. V. 20) eius in terr.: desid. ap. Böhm. — 21) patentes: id. — 22) beatae Mariae: id. —

civitatis praefatae Lumberiaci, nec non beatae Mariae de Rivis ecclesiae ipsius civitatis Rivensis, sint de cetero et habeantur perpetuo ecclesiae cathedrales. Et quia ecclesia Tholosana sicut solentiori statu et conditione potiori refulget, sic et grandioris honoris titulis efferenda est, ipsam hucusque suffraganeam ecclesiae Narbonensis, ac totam quondam dioecesim Tholosanam de fratrum nostrorum consilio, et ex certa nostra scientia et apostolica plenitudine potestatis, ab omni iurisdictione, potestate ac subiectione archiepiscopi, capituli et eiusdem ecclesiae Narbonensis penitus eximentes, eam ad laudem divini nominis et honorem ecclesiae sanctae suae in archiepiscopalem seu metropolitanam erigimus, eamque honoribus et insigniis sedis metropolitanae²³ decoramus, auctoritate apostolica decernendo, ut exnunc pro metropolitana ecclesia in perpetuum habeatur. Et quia etiam dignum est, ut, ex quo de filia facta mater metropolitanae dignitatis suscepit insignia, et suffraganeam congruum numerum filiarum ac decentem provinciam habeat, ut ad iudicium archiepiscopi Tholosani, qui pro tempore fuerit, omnes causae suffraganeorum episcoporum et personarum ecclesiasticarum, ac civitatum eiusdem provinciae iuxta sacrorum statuta canonum referantur: nos praefatas quatuor civitates et ecclesias cathedrales cum earum dioecesibus (ut praemittitur) distinguendas, nec non civitatem et ecclesiam Apamiarum cum sua dioecesi exnunc ipsius ecclesiae Tholosanae suffraganeas ac de provincia Tholosana in perpetuum fore decernimus, et iure metropolitico subiicimus, et subiectas esse volumus eas illi, praeuominatas montis Albani, quae de dioecesi Caturcensi et Bituricensi provincia, et Apamiarum civitates et ecclesias, quae de provincia Narbonensi hactenus fuisse noscuntur, nec non reliquas tres civitates et ecclesias sancti Papuli, Rivensis et Lumberiacensis, quae ab olim de dioecesi Tholosana fuerunt, cum earum dioecesibus conventibus, collegiis sive capitulis a iurisdictione, potestate ac subiectione quacunquē Bituricensis et Narbonensis archiepiscoporum, ac Caturcensis et quondam Tholosani episcoporum, capitulorum et abbatum atque conventuum, et ordinariorum quorumlibet aliorum ecclesiasticorum, quibus quomodolibet fuerant hucusque subiectae, auctoritate praesentium perpetuo eximentes de praedictorum consilio et plenitudine potestatis. De bonis autem, redditibus, proventibus et iuribus dicti quondam episcopatus Tholosani ipsi Tholosani decem millia, et singulis aliis praedictis ecclesiis, (Apamiarum excepta, cui de ipsis bonis, redditibus et proventibus, iuribus, ultra illa, quae habere dignoscitur, certam assignabimus portionem, nostris aliis literis distinguendam,) singula quinque millia librarum Turouensium annui redditus et perpetui proventus, quae quidem unicuique illarum suisque pontificibus (dignitate ac onere, et circumstantiis aliis attente pensatis,) debere sufficere vidimus, praeter redditus, proventus et iura, quae ad praedictas ecclesias et conventus earum antea pertinebant, de quibus ad honorem Dei et ipsarum ecclesiarum commodum intendimus ordinare, exnunc auctoritate praedicta de consilio ac plenitudine memoratis concedimus, donamus, ac etiam deputamus percipienda integraliter per ipsarum ecclesiarum praesules, qui pro tempore fuerint, in rebus et locis, cuilibet magis adiacentibus et vicinis, iuxta distinctionem, seu limitationem dioecesum singularum, per alias nostras literas faciendam. Interim tamen, distinctione seu limitatione praedicta pendente, volumus, quod eorum quilibet summam eum contingentem pro rata accipiat annuatim de bonis, redditibus, proventibus et iuribus ante dictis per manus eorum, quos ad hoc providerimus deputandos. Residuum vero reddituum, proventuum et iurium ipsorum, quod facta de illis (ut praemissum est) assignatione supererit, nec non iurisdictionem spirituales et temporales, quae ad dictum quondam episcopatum Tholosanum usque ad tempus divisionis huiusmodi pertinebat, et quae distinctione seu limitatione post facta pendente, faciemus per idoneas exerceri personas. Ac beneficia, etiam dignitates, personatus ac officia existant, (exceptis his, ad quae quis per electionem assumitur, et in quibus vel ad quae auctoritate literarum apostolicarum alicui seu aliquibus ius est aliquod acquisitum, quibus per id nullum volumus praedictum generari,) nunc et in antea usque ad distinctionem dioecesum vacatura dispositioni nostrae ac sedis apostolicae de fratrum ipsorum consilio reservamus. Haec igitur per dictae sedis prudentiam circumspectam sic statuta salubriter et utiliter ordinata perpetuis esse valitura temporibus, et robor incommutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate praedicta districtius inhibemus, ne aliquis cuiuscunque praecminentiae, ordinis, conditionis aut status, etiamsi archiepiscopali vel episcopali, seu regia praefulgeat dignitate, huiusmodi ordinationem, apostolicam reservationem, et alia supra dicta quovis modo turbare seu quomodolibet impedire praesumat. Nos enim exnunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa scientia contrarium praesumpserint, nisi intra octo dierum spatium post publicationem praesentium resipuerint cum effectu, excommunicationis in personas, et interdicti in universitates, ac suspensionis in conventus, capitula sive collegia, de consilio et auctoritate praedictis sententias promulgamus, a quibus non nisi per Romanum Pontificem absolutionis beneficium, (praeterquam in mortis articulo,) valeant obtinere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrarum divisionis, voluntatis, constitutionum, erectionum, insignitionum, exemptionum, decorationis, subiectionis, concessionis, donationis, deputationis, reservationis, inhibitionis, promulgationis infringere, vel ei ausu, etc. Datum Avin. VII. Kal. Iulii Pont. nostri Ao. I.

CAP. VI.

Impedientes episcopatus Tholosani erectionem in ecclesiam cathedralem, et eius divisionem in V. dioeceses, ultra poenas in constitutione superiori declaratas perdunt feudum et quaecunque beneficia spiritualia et temporalia. Et si sint personae ecclesiasticae, efficiuntur inhabiles ad quaecunque beneficia ecclesiastica.

I d e m.

Nuper certis ex causis, quae nostrum et fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, quondam episcopatum Tholosanum in archiepiscopalem seu metropolitanam ereximus ecclesiam, quatuor villas, quarum quamlibet insignivimus vocabulo civitatis, quatuor cathedrales ecclesias creavimus, unam videlicet in villa montis Albani quondam Caturcensis dioecesis, adicienda sibi certa parte quondam dioecesis Tholosanae, alteram in villa Lumberiaci, aliam in villa sancti Papuli, et aliam in villa de Rivis et de Robestria quondam Tholosanae dioecesis. Quas quidem ecclesias una cum Apamiarum ecclesia tanquam suffraganeas subiicimus ipsi metropolitanae Tholosanae ecclesiae. De bonis quoque et redditibus dicti quondam episcopatus Tholosani tam ipsi Tholosanae quam praedictis ecclesiis suffraganeis certam portionem, quam unicuique illarum debere sufficere vidimus, providimus assignandam, totali bonorum et reddituum ipsorum residuo dispositioni nostrae et sedis apostolicae reservato. Alia etiam circa praemissa fecimus, decrevimus et ordinavimus ex certa nostra scientia, de ipsorum fratrum concordia consilio, et apostolica plenitudine potestatis, districtius inhibentes, ne quis cuiuscunque praecminentiae, ordinis, conditionis aut status, etiamsi archiepiscopali dignitate fulgeret, ipsam ordinationem nostram impedire praesumeret vel turbare, ac decrenentes exnunc irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa scientia contrarium facerent, nisi resipuerint cum effectu, intra octo dierum spatium post publicationem ordinationis ipsius excommunicationis in personas, interdicti in universitates ac suspensionis sententias in capitula, conventus sive collegia, sive promulgandas, prout haec et alia in apostolicis literis inde confectis plenius continentur. Verum quia ipsa nostra ordinatio eo efficacius et inviolabilis speratur servari, quo plerum et gravior vallata fuerit adiectione poenarum: nos, ad observationem inconcussam ipsius eo amplius anhelantes, quo evidenter in divini cultus augmentum et salutem fidelium animarum noscitur redundare, praefatis adiciendo sententiis omnes et singulos, scienter turbantes aut impedientes ordinationem eandem aut aliqua in illa contenta, seu turbantibus vel impediuntibus dantes consilium, auxilium vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, cuiuscunque sint conditionis, dignitatis, ordinis aut status, ecclesiastici vel mundani, etiamsi archiepiscopali vel episcopali, aut maiori vel superiori praefulgeant dignitate, nisi intra octo dierum spatium post publicationem praesentium ab huiusmodi impedimento seu turbatione, ac impensione consilii, auxilii vel favoris resipuerint cum effectu, feudis, locationibus, officiis et beneficiis quibuscunque spiritualibus et temporalibus, etiamsi dignitates vel praelaturae quaevis fuerint, quae ab ecclesiis seu in ecclesiis quibuscunque obtinebant seu obtinent, ex certa nostra scientia, et de ipsorum fratrum consilio, et apostolica plenitudine potestatis privatos esse decernimus ipso facto. Et sic libere ipsa feuda, locationes vel officia aut beneficia spiritualia et temporalia, dignitates et praelaturae ad ipsas, ad quas spectant, revertantur ecclesias, et devolvantur ad rectores, capitula seu collegia eorundem, quod de illis pro sua voluntate disponant, et ad dignitates et praelaturas per electionem aut alium modum licitum idoneas personas assumant, personaeque ecclesiasticas, quae culpabiles fuerint in praemissis, inhabilitamus ad quaecunque ecclesiastica beneficia obtinenda.

Cap. V. 23) metropolitanae: id.

Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Avinion. IV. Non. Aug. Pont. nostri Ao. I.

CAP. VII.

Executores quatuor dantur ad poenas superiores solenniter publicandas.

Idem Bartholomaeo Electo Narbonensis dioecesis, Aguelmo de Blavia Engolimensi, Eduensi Archidiacono, et magistro Berengario de Lagis Lemovicensis et Narbonensis ecclesiarum Canonico.

Nuper ex certis causis, quae nostrum et fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, etc. (ut supra proxime usque ad: „beneficia ecclesiastica obtinenda.“) Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus privationem et inhabilitationem nostram huiusmodi vos omnes, seu tres, vel duo, sive unus ex vobis, per vos vel alium seu alios, in ecclesiis et sollemnibus locis et aliis, de quibus et quoties expedire videritis, sollemniter publicetis, ne quisquam valeat circa id ignorantiam allegare. Datum Avinion. II. Idus Novembr. Pont. nostri Ao. VIII.

CAP. VIII.

Dispensat cum quodam abbate, ut episcopus possit esse, licet defectum patiatur in ordinibus et aetate. Ex hac et sequenti cognoscimus causas et formas dispensandi. Quaecumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. ad Rom. XV.

Idem Arnaldo Electo Lumbanensi.

Nuper ex certis rationabilibus et manifestis causis, quae ad hoc nostrum animum induxerunt, civitatem Lumbanensem olim villam de Lumbanis, tunc intra Tholosanae dioecesis limites constitutam, qui locus insignis ac multiplici commoditate dotatus existit, de fratrum nostrorum consilio et apostolica plenitudine potestatis, per literas nostras sub certa forma in civitatem ereximus, civitatisque vocabulo duximus decorandam, statuentes ac etiam decernentes, ut ecclesia abbatiae illius loci de Lumbanis ordinis sancti Augustini extunc haberetur et existeret cathedralis. Ac deinde volentes eidem ecclesiae de pastore idoneo salubriter providere, in te abbatem eiusdem ecclesiae, virum utique literatum et literarum scientia praeditum, vitae ac morum honestate decorum, discretionis et consilii maturitate conspicuum, direximus oculos nostrae mentis, teque, non obstante defectu aetatis et ordinum, quem pateris, quem tonsuratus modo in clericum, et in XXVII. aetatis tuae anno vel circa constitutus esse dicaris, (super quo tecum gratiose duximus dispensandum) de fratrum nostrorum consilio ipsi ecclesiae praefecimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesiae tibi in spiritualibus et temporalibus committendo. Unde licet nondum sit tibi munus consecrationis impensum, nec apostolicas literas promotionem tuam huiusmodi continentes, quum illas non haberes, possis ostendere: nos tibi, ut, constitutione felicis recordationis Gregorii Papae VIII. praedecessoris nostri, et qualibet alia super hoc in contrarium edita nequaquam obstante, possis eiusdem ecclesiae Lumbanensis et quorumcumque honorum ipsius administrationem accipere, ipsamque administrationem libere exercere, auctoritate praesentium indulgenus. Contradictis etc. Datum Ao. IV. ut supra.

CAP. IX.

Hortatur quendam in multis commendatum, ut curam pastorem administret in ecclesia, quae de novo fuerat in cathedralem erecta. Hic autem invenies multa notata dignissima, quae debeant lectores ad devotionem accendere.

Idem venerabili fratri Bertrando Episcopo Montis Albani, ad universalis ecclesiae regimen exercendum divina dispensatione vocato.

Ad cuiuslibet status ecclesiae aciem sollicitae considerationis extendimus, pastorales partes officio vigilantibus adhibentes, ut earum singulae pastoribus gubernentur idoneis, et providis rectoribus disponantur, quorum dispensatione provida et providentia circumspicua, (illius cooperante clementia, qui vere pastor et rector agnoscitur,) spiritualium et temporalium proficiant incrementis. Nuper siquidem ex certis et rationabilibus causis, quae ad hoc nostrum animum induxerunt, civitatem, olim villam Montis Albani, tunc intra limites Caturcensis dioecesis constitutam, qui locus insignis existit, ac ubertate multiplici hominum et rerum exuberat, de fratrum nostrorum consilio et apostolica plenitudine potestatis civitatis vocabulo duximus decorandam, statuentes ac etiam de-

corantes, ut ecclesia monasterii illius loci Montis Albani Monasterii Casa Dei ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti Claremontensis dioecesis, tunc immediate subiecta, extunc haberetur et existeret ecclesia cathedralis: postmodum vero de celebri ac salubri provisione ipsius ecclesiae Montis Albani, ut sponsi solatio laetaretur, sollicito cogitantes, ac volentes illum eidem praeficere in pastorem, de quo, certam haberemus notitiam, quod eum clara morum insignia redimerent, nec esset dubia eius caritas circa plebem suo regimini committendam, et in cuius fiducia consisteret salubriter securitas subditorum: ad te, nunc monasterii praedicti abbatem, quem literarum scientia praeditum, vitae et morum honestate decorum, discretionis et consilii maturitate conspicuum, in temporalibus providum, in spiritualibus circumspicuum, nobis et fratribus nostris placida tua conversatio continuata diu apud sedem apostolicam approbavit, direximus oculos mentis nostrae. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipsorum fratrum consilio et apostolicae plenitudine potestatis eidem ecclesiae Montis Albani providimus, praeficientes eidem sanctae ecclesiae te ipsum in pastorem, tibi-que²⁴) curam et administrationem illius in spiritualibus et temporalibus committendo, ac tibi postmodum faciendo per venerabilem fratrem nostrum Berengarium episcopum Tusculanum munus consecrationis impendi, firma spe fiduciaque tenentes, quod eadem ecclesia monasterii Albani, dominica assistente clementia, per tuae circumspectionis et industriae studium fructuosum servabitur a noxiis et adversis, et spiritualibus et temporalibus proficiet incrementis. Tolle igitur Dei iugum, tam leve collis humilium, quam suave, ac dilectione pascendum suscipe gregem eius, super quem noctis vigiliis dilectus sollicitusque custodit, ut liber non pateat aditus invasori, et Dominus, insuspicabili hora venturus, si te invenerit sic agentem, cursu consummato, qui tuo labori proponitur, et horum fide servata, quae tuae sollicitudini committuntur, te, repertum fidelem in modico, supra multa constituat, ac in dilecta gaudiorum suorum tabernacula introducat. Datum etc. Ao. IV.

CAP. X.

Declaratur, an collector fructuum primi anni beneficiorum ecclesiasticorum, vacantium et vacaturorum, usque ad certi temporis spatium deputatorum pro camerarum apostolicarum oneribus facilius supportandis, possit cum obtinentibus beneficiis convenire, et an altaria dotata cadant sub tali reservatione, etc.

Idem Hugoni de Mirabello Canonico Ebredunensi, Collectori fructuum primi anni etc.

Postulasti per apostolicae declarationis evidentiam edoceri, quid tibi super dubiis infra scriptis circa commissam tuae industriae recollectionem fructuum praedictorum, (alias „praebendarum,“ aut „beneficiorum,“) imminutibus sit agendum. Tuae itaque consultationi breviter respondentes, te scire volumus beneplaciti nostri esse, super fructibus beneficiorum, quae ita reperies in solutione decimae iuxta verum taxata valorem, quod illum nequaquam excedunt, cum obtinentibus huiusmodi beneficia, prout melius et utilius dioecesanis locorum, in quibus huiusmodi beneficia fuerint, (quorum consilia in hac parte requiras,) et tibi videbitur, valeas convenire. Nos enim ipsorum dioecesanorum et tuam conscientiam super his oneramus. Licet autem quotidianae distributiones per nos fuerint a perceptione fructuum praedictorum exclusae: hoc tamen volumus de distributionibus ipsis intelligi, quae dantur eis, qui horis intersunt, sic, quod illae, quae solvuntur his, qui sunt in civitate vel loco praesentes, quamvis horis non intersint eisdem, non sint ab onere dictae recollectionis immunes. Porro declarationem illam, factam per nos in deputatione seu reservatione fructuum praedictorum, ut videlicet non extendatur ad vicarias seu capellanias, ut plurimum a decedentibus institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas, certis constitutis redditibus presbytero inibi celebranti, locum habere volumus in altaribus dotatis, certis feudis usuaticis seu censibus, ut capellanus inibi celebrare debeat pro dantium²⁵) animabus certis vicibus, singulis septimanis, et in ecclesia cathedrali horis interesse divinis; dummodo valor annuus ipsorum altarum summam XX. librarum Turonensium: non excedat. Alioquin includantur in deputatione seu reservatione praedictis. Ubi vero praebenda fuerit in decima pro tanto taxata, quod parum posset canonico hebdomadario, (cui certum pro illa servitium imminet in ecclesia faciendum,) post perceptionem taxationis huiusmodi remanere: volumus, quod de taxatione ipsa pro huiusmodi servitii onere portionem aliquam congruam praedicto hebdomadario dimittas, pro iam dicta camera nostra residuum per-

Cap. IX. 24) tibi: Böhm.

Cap. X. 25) dotantium. Böhm.

cepturus. Ceterum praebendas illorum, qui, taxationem decimae solvere recusantes, abesse velle ac simulant, ut taxationem ipsam diminuere compellantur, ne per illorum absentiam huius perceptione taxationis frauderis, quasi nil de praebenda percipere valeas, de qua non percipiunt aliquid, nisi saltem in loco vel in civitate praesentes, quum tamen ecclesiae fabrica tales praebendas ex integro percipere dignoscatur, declaramus sub deputatione seu reservatione comprehendi praefata, ut videlicet eas iuxta deputationis nostrae modum percipere valeas, canonicorum ipsorum absentia non obstante. Ridiculum enim esset, ut eadem fabrica potiori quam nos privilegio in talibus uteretur. De illis denique, qui, licet per multos menses tenuerint ecclesias vel praebendas, nihil tamen se percepisse asserunt ex eisdem, quum iuxta consuetudinem patriae praedecessores eorum testati fuerunt de bonis illarum, propter quod ipsi, obtinentes tales ecclesias, tibi satisfacere nequeunt de fructibus aut dictis, nihilominus offerentes, quod tamdiu fructus ecclesiarum ipsarum percipias, donec tibi fuerit inde plenarie satisfactum, placet nobis et volumus, ut, si est ita, oblationi huiusmodi descendas. Per hoc tamen non intendimus consuetudinem approbare praedictam. Datum Avinion. V. Idus Octobr. Pont. nostri Ao. II.

CAP. XI.

Quum Romanus Pontifex pro ecclesiae Romanae necessitatibus fructus beneficiorum vacantium usque ad certum tempus reservasset: circa illam reservationem plurimae ambiguitates ortus sunt, quas hic solvit.

Idem.

Quum nonnullae ecclesiasticae personae, in cathedralibus ecclesiis canonicatus, praebendas, dignitates, personatus, et officia ac alia beneficia ecclesiastica obtinentes, revocare conentur in dubium, an fructus, redditus et proventus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum etiam vacantium, et quae in diversis orbis partibus usque ad triennium vacare contingeret, quos pro ecclesiae Romanae necessitatibus per nostras sub certa forma literas duximus reservandos, iuxta tenorem literarum ipsarum camerae nostrae solvere teneantur, praesertim quum archiepiscopales et episcopales ecclesiae, ac regulares abbatiae ab huiusmodi solutione fructuum, ut dicunt, in dictis literis eximantur: nos, dubitationem huiusmodi amputare volentes, auctoritate apostolica declaramus, quod, quum sub appellatione archiepiscopalis vel episcopalis ecclesiae, aut regularis abbatiae, huiusmodi praebendae, dignitates, personatus et officia nequaquam intelligantur, nec etiam includantur, praedictos, nec non et praebendarum, et officiorum monachorum, monasteriorum regularium, ac redditus abbatiarum seu abbatum earundem, quae in beneficiis ecclesiasticis assignantur, distinctos fructus, redditus et proventus includi in deputatione praedicta, et dictae camerae iuxta praedictarum literarum tenorem debere persolvi. Ac id idem super solutione omnium fructuum, reddituum et proventuum commendatariorum, curtuum seu grangiarum, monasteriorum, domorum et locorum conventualium, quae pro beneficiis ecclesiasticis, ut praedicitur, conceduntur, (nisi dumtaxat in fructibus illorum, quae sunt forsan excepta,) declaramus et praecipimus observari. Praeterea quum in aliquibus ecclesiis tam cathedralibus quam aliis panis et potus pro quotidianis distributionibus ipsarum ecclesiarum canonicis et personis de praebendarum ipsarum corporibus pro die quolibet deputetur, et etiam interdum certa quantitas bladi, et quandoque certa pecuniae summa, et aliquando alterum pro altero pro singulis mensibus vel hebdomadis etiam canonicis studiorum causa aut alias pro eorum negotiis de licentia capitulorum ecclesiarum ipsarum ab ecclesiis eisdem absentibus exhibeantur et etiam persolvantur: declaramus auctoritate praedicta, illam bladi quantitatem et pecuniae summam, quae pro quolibet mense vel hebdomada dictis canonicis, ut praedicitur, ministrantur, non debere pro quotidianis distributionibus computari, sed illa tantum, quae praefatis canonicis quotidie pro diurnis et nocturnis horis distribuuntur sine fraude. Adiciamus insuper declarationi praedictae, quod, si obtinenti curatum beneficium aliud sibi consimile collatum fuerit, vel etiam in posterum conferatur, post secundi²⁶⁾ pacificam possessionem adeptam²⁷⁾ et fructuum perceptionem ipsius, nihil de fructibus eiusdem primi beneficii, nisi forsan super hoc dispensatione canonica sit munitus, percipere possit; sed pro dicta camera nostra iuxta formam dietarum literarum recipiantur et etiam exigantur. Ubi vero fructuum, reddituum et proventuum beneficiorum ecclesiasticorum non reperiretur certa taxatio: declaramus auctoritate praedicta, quod fructus, redditus et proventus beneficiorum

huiusmodi, quum vacare contigerit, per medium dividantur, quorum medietas recipiatur pro camera praedicta, reliquam vero medietatem ille pro sua sustentatione percipiat, qui beneficium huiusmodi dignoscitur obtinere. Grangias autem et alia loca Cisterciensis ordinis et aliorum locorum regularium, in quibus gubernatores seu custodes vel administratores ponuntur ad tempus et remouentur ad voluntatem superiorum suorum, eorumque fructus, redditus et proventus auctoritate declaramus, eadem in deputatione praedicta ac literis nostris super illa confectis aliquatenus non includi. Nulli ergo omnino etc. Datum Avinion. Nonis Ianuar. Pont. nostri Ao. IV.

CAP. XII.

Fructus amborum beneficiorum, quibus quandoque beneficiatus privatur, camerae apostolicae deputantur.

Idem.

Quum nonnullae ecclesiasticae personae revocare conentur in dubium, an, si obtinenti dignitatem vel aliud beneficium ecclesiasticum, cui cura imminet animarum, aliud beneficium conferatur, eo casu, quo ambo beneficia ipsa successive vacare contingit, eorundem amborum fructus primo anno, quo vacant, ratione deputationis fructuum, reddituum et proventuum ecclesiasticorum tunc vacantium, et quae usque ad certum tempus vacare contingeret, quos pro ecclesiae Romanae necessitatibus relevandis per nostras literas duximus deputandos, nostrae camerae debeantur: nos, ambiguitatem huiusmodi removere volentes, auctoritate apostolica declaramus, amborum eorundem beneficiorum fructus, redditus et proventus, quum utrumque ipsorum vacet, pro eadem camera debere percipi et haberi. Nulli ergo etc.

CAP. XIII.

Dispositioni apostolicae reservantur beneficia curialium, et aliorum, ad curiam accedentium vel ab ea recedentium, si moriantur in locis, ultra duas dietas legales ab ipsa curia non distantibus.

Benedictus XII.

Ad regimen ecclesiae generalis quamquam immeriti superna dispositione vocati, gerimus in nostris desideris, ut debemus, quod per nostrae diligentiae studium ad quarumlibet ecclesiarum et monasteriorum regimina et alia beneficia ecclesiastica iuxta divinum beneplacitum, et nostrae intentionis affectum²⁸⁾ viri assumantur idonei, qui praesint et prosint committendis eis ecclesiis, monasteriis et beneficiis praelibatis. Praemissorum itaque consideratione inducti, et suadentibus nobis aliis rationabilibus causis, nonnullorum praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes, omnes patriarchales, archiepiscopales et episcopales ecclesias, et etiam monasteria, prioratus, dignitates, personatus et officia, nec non canonicatus, et praebendas, et ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, saecularia et regularia, quaecumque et qualiacumque fuerint, etiam ad illa personae consueverint seu debuerint per electionem seu quemvis alium modum assumi, nunc apud sedem apostolicam quocumque modo vacantia, et in posterum vacatura; nec non per dispositionem, vel privationem, seu translationem, aut muneris consecrationis suspensionem, per felicis recordationis Ioannem Papam XXII. praedecessorem nostrum seu eius auctoritate factas, et per nos seu auctoritate nostra in antea faciendas ubilibet; nec non si forsan tempore iam dicti praedecessoris aliqui in concordia vel discordia electi vel postulati fuerint, quorum electio cassata seu postulatio repulsa, vel per eos facta renunciatio et admissa pro ipsorum praedecessorem vel auctoritate ipsius existierint, seu quorum electorum vel postulatorum, et in antea eligendorum seu postulandorum ac renunciantium electionem cassari, vel postulationum repelli, aut renunciationem admitti per nos vel auctoritate nostra contingeret apud sedem praedictam, vel alibi ubicumque; ac etiam per obitum cardinalium eiusdem ecclesiae Romanae ac officialium dictae sedis, videlicet camerarii, vicecancellarii, notariorum, auditorum literarum contradictarum, et apostolici palatii causarum auditorum, correctorum et scriptorum literarum apostolicarum, ac poenitentiarum praefatae sedis, ac abbreviatorum, nec non commensalium et aliorum quorumlibet capellanorum sedis eiusdem, et etiam quorumcumque legatorum sive nunciorum, ac in terris ecclesiae Romanae rectorum et thesaurariorum per dictum Ioannem praedecessorem vel nos specialiter deputatorum seu missorum hactenus, vel a nobis deputandorum aut mittendorum in posterum, nunc vacantia et in antea vacatura, ubi-

Cap. XI. 26) add. beneficii: Böhm. — 27) ademptam: id.

Cap. XIII. 28) affectum: Böhm.

cunq̄ue dictos legatos, vel nuncios, seu rectores aut thesaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint seu venerint, rebus eximi contigerit ab humana; nec non quorumlibet pro²⁹⁾ quibuscunq̄ue negotiis ad Romanam curiam venientium, seu etiam recedentium ab eadem, si in locis a dicta curia ultra duas dietas legales non distantibus iam forsitan obierint, vel eos in antea transire contigerit de hac luce, ac etiam simili modo quorumcunq̄ue curialium peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis seu alia quacunq̄ue causa ad quaevis loca secedentium, si eos, antequam ad dictam curiam redierint, in locis ultra duas dietas ab eadem curia (ut praemittitur) non remotis, dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem, iam forsitan decesserint, vel in posterum eos contigerit de medio submoventi, nunc per obitum huiusmodi vacantia, et in posterum vacatura; rursus monasteria, prioratus, decanatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, praebendas et ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica, saecularia et regularia, cum cura vel sine cura, quaecunq̄ue et qualiacunq̄ue fuerint, etiamsi ad illa persona consueverint et debuerint per electionem aut quemvis alium modum assumi, quae promoti per dictum praedecessorem vel eius auctoritate ad patriarchalium, archiepiscopatum et episcopatum ecclesiarum, nec non monasteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipsis factarum, nunc vacantia, et qui per nos seu auctoritate nostra in posterum ad eadem regimina promovendi tempore promotionis huiusmodi obtinebant; nec non etiam, quae per ascensionem pacificam quorumcunq̄ue prioratum, dignitatum, personatum, officiorum, canonicatum et praebendarum ecclesiarum, et beneficiorum aliorum per nos vel eundem Ioannem praedecessorem, seu auctoritate litterarum nostrarum vel ipsius Ioannis praedecessoris collatorum et conferendorum in posterum, nunc vacantia, et in antea vacatura, plena super praemissis omnibus et singulis cum fratribus nostris collatione praehabita, et matura deliberatione secuta, ordinationi, dispositioni et provisioni nostrae, (donec misericordiae divinae clementiae nos universalis ecclesiae regimini praesidere concesserit), de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica reservamus, decernentes exnunc irritum et inane, si secus super praemissis et quolibet eorum per quoscunq̄ue quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus quibuscunq̄ue constitutionibus a praedecessoribus nostris Rom. Pontificibus editis, quatenus obsistere possent super enarratis articulis vel alicui sive aliquibus eorundem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae reservationis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit: indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinion. III. Idus Ianuarii Pont. nostri Ao. I. MCCXXXV.

CAP. XIV.

Beneficia, quaecunq̄ue sint dispositioni apostolicae reservata, per talem reservationem sunt affecta ita, quod illorum collatio non tenet, si per alium a Romano Pontifice fuerit facta.

Paulus Venetus Papa II.

Ad Romani Pontificis providentiam et circumspectionem providam spectare dignoscitur, dubia iuris, (ex quibus lites graves oriuntur Indies,) suae declarationis oraculo terminare, prout negotiorum qualitate et temporum conditione inspectis conspexerit in Domino salubriter expedire. Quum itaque nonnulli Romani Pontifices praedecessores nostri per diversas eorum constitutiones, quas suo tempore duntaxat durare voluerunt, quaecunq̄ue beneficia ecclesiastica, quae sui et sanctae Romanae ecclesiae viventium et tunc existentium cardinalium familiares continui commensales obtinebant, et in posterum obtinerent eorum familiaritate durante, etiamsi ab ipsa familiaritate per obitum cardinalium eorundem vel alias recessissent; nec non illa, quae etiam fructuum et proventuum camerae apostolicae debitorum collectores, et qui ipsorum praedecessorum temporibus sua officia exercerent uniti subcollectores, durantibus eorum officiis obtinebant, ac in quibuscunq̄ue locis vacaverint, cum irritantis appositione decreti, et deinde praedecessoribus ipsis sublati de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter utriusque iuris interpretes, etiam officiales Romanae curiae, saepenumero haesitatum extiterit, an beneficia huiusmodi propter reservationem et decretum praedicta reservata vel affecta remanserint ita, quod nullus praeter Romanum Pontificem de illis disponere potuerit sive possit, reservatione et decreto obsistentibus supra dictis, ac quum propter ambiguitatem huiusmodi, varias quoque iurisperitorum opiniones et discrepationes ipsas³⁰⁾ adverteremus plerumque pro reservatione et affectione praemissis, interdum vero

contra pronunciatum et definitum fore: nos, qui vigilis more pastoris super his maturo providendum esse consilio non indigne censuimus, et propterea in singulis causis super quibusvis beneficiis ecclesiasticis eadem ambiguitatem quomodolibet concernentibus usque ad nostrum beneplacitum supersedere mandavimus, cupientes, (quemadmodum nostro incumbit officio,) dubiis huiusmodi finem imponere, subditorum obviare dispendiis, et, (ne lites fiat penitus immortales,) de opportuno remedio providere, felicitis recordationis Urbani V., Gregorii IX., Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum, etiam praedecessorum nostrorum, qui ad submovenda altercationum fomenta et ambiguitates huiusmodi lucidandas declarationes similes per suas litteras ediderunt, vestigiis inhaerendo, ac provide considerantes effectum, per reservationem manusque appositionem eorundem praedecessorum in dictis beneficiis inesse productum, per obitum ipsorum nequaquam censeri debere revocatum, Romani quoque Pontificis manus appositionem praedictam tantae efficaciae tantaeque virtutis existere, ut, etsi litterae apostolicae super provisionibus beneficiorum, aut de providendo mandatis, in quibus decretum et reservatio huiusmodi apponuntur, ex aliqua causa suum debitum non sortiantur effectum, facultatem tamen providendi de beneficiis taliter reservatis quibuscunq̄ue aliis fuisse ademptam huius perpetuae et irrefragabilis constitutionis edicto de venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium consilio omnia et singula beneficia ecclesiastica, saecularia et cuiusvis ordinis regularia, etiamsi praepositatus, canonicatus, praepositurae et praebendae, dignitates, personatus, administrationes vel officia fuerint, etiamsi ad illa consueverint qui illis praeficiuntur per electionem assumi, eisque cura imminet animarum, ut praemittitur, reservata, et per Romanos Pontifices successores nostros canonicentrantes in posterum reservanda, ac etiam quovis modo vacantia et in antea vacatura, per huiusmodi reservationem et decretum remansisse et remanere semper affecta, nullumque de illis, quum primum vacare contigerit, praeter eundem Romanum Pontificem ea vice quovis modo disponere potuisse sive posse, harum serie decernimus et pariter declaramus. Quod tam in pendentibus etiam per appellationem, quam in futurum super eisdem beneficiis (ut praemittitur) reservatis committendis causis per dilectos filios magistros capellanos nostros, causarum palatii apostolici auditores, atque alios quoscunq̄ue delegatos et iudices utiliter inviolabiliter observari, et secundum praemissa, nec aliter sententari et definiri volumus atque mandamus eis et eorum cuilibet, quavis alia super praemissis interpretandi facultate sublata, decernentes exnunc irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis, declarationis, voluntatis, mandati et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum³¹⁾ se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Marcum, anno incarnationis dominicae MCCCCLXVII. Kal. Septembr. Pont. nostri Ao. III.

TITULUS III.

NE SEDE VACANTE ALIQUID INNOVETUR.

CAP. UN.¹⁾

Papa, volens providere divino cultui et ministris eiusdem, et occurrere dispendiis, quae ipsis quotidie imminere propter occupationes vacantium ecclesiarum primi anni, quae competunt ex diversis titulis aliquibus ecclesiis sex personis, statuit, quod, quando talis occupatio imminere in beneficiis, quae consueverunt in decimae solutione taxari, collectores ipsorum annualium sint contenti ipsa summa, pro qua consuevit dari decima, si ipsam eligendum duxerint, totali residuo penes eum, cui collatum est beneficium, remanente, vel dimissa eidem summa praedicta, possint dictum residuum sibi assumere, dum tamen alterum intra X. dies dicti eligant collectores; alius post X. dies ipsorum optio in beneficiatum transcat ipso iure. In non taxatis autem fructus decimabiles illius anni dividantur per medium, et utrique eorum medietas tribuatur, ita, quod, si alter dimidium noluerit contenturi, ipsa in volentem transcat ipso iure, et, si quisquam aliquis contra dictam ordinationem receperit, poenas hic contentas incurrat.

Ioannes XXII. Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Suscepti regiminis nos cura sollicitat, ut, quae in ecclesiis non absque dispendio ministrorum et cultus detrimento divini servari videamus²⁾, per appositionem congrui moderaminis in melius reformemus. Quum itaque in nonnullis ecclesiis observetur, et a longis retroactis temporibus fuerit observatum, quod fructus primi

Cap. XIII. 29) pro quo: Ed. Rom. oper. mend.
Cap. XIV. 30) ipsa: Böhm. — 31) add. eius: id.

TIT. III. Cap. un. 1) Cod. Lips. 18. — Exstat inter Extr. Ioa. XXII. tit. de elect. c. 2. — 2) videmus: Cod. Lips.

vel secundi, aut alterius cuiusque sequentis anni beneficiorum, vacantium in eisdem, defuncto vel fabricae, aut ecclesiae vel personae, habentibus annalia de consuetudine, privilegio vel statuto applicentur in totum illi, quod illi, qui huiusmodi beneficia canonice obtinent, et ad quos alias de iure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt, unde illud inconueniens sequitur, quod commode nequeunt ad impendendum seruitium debitum residere in ecclesiis, in quibus beneficiati existunt: nos, de illo super his remedio providere volentes, per quod hi et illi in fructuum perceptione praedictorum participent, et ecclesiae debitis seruitiis non fraudentur, praesenti decreto statuimus de fratrum nostrorum consilio, quod illi, qui fructus praedictos sibi hactenus integre vindicabunt ex privilegio³⁾, de consuetudine vel statuto, nihil exinde ultra summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum⁴⁾ consuevit in decimae solutione taxari, praetextu cuiusvis privilegii, consuetudinis vel statuti quovis modo percipiant, sed ipsius summam perceptione duntaxat sint omnino contenti, totali residuo praedicta obtinentibus beneficia remansuro; nisi forsitan illi, qui fructus eisdem⁵⁾ solvi fuerint⁶⁾ (ut praefertur) cum integritate percipere, pro se mallent ipsum habere residuum, et obtinentibus ipsa beneficia summam dimittere memoratam. Quo casu percipiendi quod maluerint illis relinquimus optionem, sic, quod intra X. dies, postquam sciverint⁷⁾, beneficia ipsa vacare, ii, quibus annalia ipsa debentur ex privilegio, consuetudine vel statuto, aut ipsorum annalium collectores, quam partem habere voluerint, an scilicet decimae taxationem, vel illa dimissa⁸⁾ residuum, nulla substatione praemissa eligere teneantur. Quam electionem si intra dictos X. dies non fecerint, ut est dictum: extunc ad eum, cuius est beneficium, huiusmodi optio vel electio transeat ipso iure. Et⁹⁾ hoc in ecclesiis et partibus illis, in quibus beneficia maiora et alia quantum ad solutionem decimae sunt taxata, volumus observari. In illis vero partibus et ecclesiis, in quibus decimarum taxatio non est facta, servetur, quod fructus et obventiones beneficii tunc vacantis, quos in decima solvere consuevit, per medium dividantur, quorum medietatem habeat is, cui annuum pro alterum, de praedictis modis perceptio est concessa¹⁰⁾, reliquam vero medietatem percipiat¹¹⁾ ille, cui beneficium est concessum pro sustentatione sua et aliis ecclesiae oneribus supportandis. Quodsi alter de praedictis praedicta medietate voluerit esse contentus, altero contentari nolente: pars¹²⁾ nolentis ipso iure transeat ad volentem, et volens fructus et obventiones illius beneficii percipiat universos, eidem beneficio congrue faciens deserviri, ac eius supportans onera consueta. Et si quicquam aliquis praedictorum¹³⁾ ultra praemissa perceperit, illudque his, ad quos pertinet¹⁴⁾, intra mensem non restituerit cum effectu: eo ipso, si episcopus vel superior praelatus fuerit, a pontificalibus et ingressu ecclesiae noverit se suspensum; si autem capitulum, universitas vel collegium¹⁵⁾: ecclesiastico interdicto se noverit, donec praedicta cum integritate restituerit, subiacere. Si vero aliqua singularis persona ecclesiastica vel mundana id fecerit: excommunicationis incurrat sententiam ipso facto, a qua, nisi restitutione praemissa, praeterquam in mortis articulo, minime¹⁶⁾ absolvetur, non obstantibus quibuscumque privilegiis¹⁷⁾ vel indulgentiis, aut contrariis consuetudinibus, aut contrariis statutis, iuramento, confirmatione sedis apostolicae aut alia quacumque firmitate vallatis. Quae omnia quoad haec¹⁸⁾ auctoritate apostolica revocamus, cassamus et irritamus, et nullius deinceps esse volumus firmitatis. Nulli ergo¹⁹⁾ omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis, revocationis, cassationis et voluntatis infringere, vel ei etc. Si quis etc. Datum Avinion. Kal. Novembr. Pont. nostri Ao. II.

TITULUS IV.

DE REBUS ECCLESIAE NON ALIENANDIS.

CAP. UN.

Honorum ecclesiasticorum alienatio non tenet, et alienantes et recipientes sunt excommunicati, praelatisque diversis diversae poenae imponuntur.

Paulus Venetus Papa II.

Ambitiosae cupiditati, illorum praecipue, qui divinis et humanis affectati, damnatione posposita, immobilia et pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus ecclesiae, monasteria et pia loca reguntur illustranturque, et eorum ministri sibi alimoniam vindicant, profanis usibus applicare, aut cum maximo illorum ac divini cultus detri-

mento exquisitis mediis usurpare praesumunt, occurrere cupientes, omnium rerum et bonorum ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessio-nem, hypothecam, locationem et conductionem ultra triennium, nec non infeudationem vel contractum emphyteuticum, praeterquam in casibus a iure permissis, ac de rebus et bonis in emphyteu-sim ab antiquo contedi solitis, et tunc¹⁾ ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus et bonis, quae servando servari non possunt, pro instantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura constitutione praesenti fieri prohibemus, praedecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus et decretis aliis super hoc editis, quae tenore praesentium innovamus, in suo nihilominus robore perman-suria. Si quis autem contra huius nostrae prohibitionis seriem de bonis et rebus eisdem quicquam alienare praesumpserit: alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio et infeudatio huiusmodi, nullius omnino sint roboris vel momenti, et tam qui alienat, quam is, qui alienatas res et bona praedicta receperit, ac sententiam ex-communicationis incurrat. Alienanti vero bona ecclesiarum, mon-asteriorum locorumque piorum quorumlibet, inconsulto Romano Pontifice aut contra praesentis constitutionis tenorem, si pontificali vel abbatiali praeferat dignitate, ingressus ecclesiae sit penitus interdictus. Et si per sex menses immediate sequentes sub inter-dicto huiusmodi animo (quod absit) perseveraverit indurato: lapsus mensibus eisdem a²⁾ regimine et administratione suae ecclesiae vel monasterii, cui praesidet, in spiritualibus et temporalibus sit eo ipso suspensus. Inferiores vero praelati, commendatarii, et alia-rum ecclesiarum rectores, beneficia vel administrationem quomo-dolibet obtinentes, prioratibus, praepositis, praepositibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, praebendis, aliisque ecclesiasticis cum cura et sine cura saeculari-bus et regularibus beneficiis, quorum res et bona alienarunt duntaxat, ipso facto privati existant, illaque absque declaratione ali-quae vacare censeantur, possintque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis, (illis ex-ceptis, quae propterea privatae fuerint,) libere de iure conferri, nisi alia dispositioni apostolicae sedis sint specialiter aut generali-ter reservata; nihilominus alienatae res et bona huiusmodi ad ec-clesias, monasteria et loca pia, ad quae autem alienationem huius-modi pertinebant, libere revertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae prohibitionis et innovationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare praesumpserit: indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud sanctum Marcum, anno Dom. incarn. MCCCCLXVIII. Kal. Mart. Pont. nostri Ao. IV.

TITULUS V.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

CAP. I.

Contractus emptionis et venditionis annui census cum conditione revendi-tionis declaratur hic non esse usurarius. Et in fine mandatur, quod hu-iusmodi bulla publicetur.

Martinus V. venerabilibus fratribus Treverensi et Lubici-nensi ac Aluicensi Episcopis.

Regimini universalis ecclesiae quanquam immeriti disponente Do-mino praesidentes, curis angimur assiduis, ut iuxta creditae nobis dispensationis officium subditorum quorumlibet paci et quieti, quan-tum nobis ex alto conceditur, intendamus, et dubia, quae inter eos oriuntur pro tempore, ne litis anfractum seu scandalorum partu-riant fomentum, nostro moderamine declarentur. Sane, petitio dilectorum filiorum universorum cleri, nobilium, incolarum, et habitatorum civitatis et dioecesis Vratislaviensis nobis exhibita continebat, quod a centum annis citra et supra, et a tanto tempore et per tantum tempus, cuius contrarii memoria hominum non ex-sistit, in eisdem civitate et dioecesi ac partibus aliis vicinis quae-dam consuetudo rationalis observata, praescripta ac moribus utentium approbata ad communem hominum utilitatem introducta fuisset, pro quibus princeps, baro, miles, civis sive oppidanus partium earundem, quum hoc expedire videbatur, melius pro tunc non valentes sibi consulere, personae ecclesiasticae, aut saeculari collegio, aut universitati, oppido vel civitati, super bonis suis, do-

Cap. un. 3) privilegiis, cons.: id. — 4) suorum: id. — 5) abest ab eod. — 6) fuerunt: id. — 7) sciverunt: id. — 8) praetermissa residuum, sub taxatione praemissa: id. — 9) omitt. id. — 10) commissa: id. — 11) percipiet: id. — 12) praed. med.: omitt. id. — 13) praevisorum:

id. — 14) pertinuerit: id. — 15) add.: fuerit: id. — 16) nullatenus: id. — 17) privilegiis vel contrariis consuet. vel statutis: id. — 18) hoc: id. — 19) Nulli ergo homini etc. Dat. Avin. VIII. Kal. Nov.: id. — TIT. IV. Cap. un. 1) cum: Böh. — 2) e: id.

miniis, oppidis, terris, agris, praediis, domibus et hereditatibus vendere consuevit, et vendidit annuos census unius vel plurium marcarum, aut grossorum Pragensem nummi polomaei et pagamenti consueti, ad rationem et pro qualibet marca annui census X. XI. XIII. XIV. marcae, aut plus vel minus, secundum temporis qualitatem, prout ipsi contrahentes tunc inter se convenerant, ipsi venditori tunc integraliter in pecunia numerata solvi consueverant, bonis, in ipso contractu tunc expressis, pro ipsius census annui exsolutione in perpetuum obligatis. Et semper in ipsis contractibus expresse ipsi venditoribus data fuit facultas atque gratia, quod ipsum annuum censum in toto vel in parte pro eadem summa denariorum, quam ab ipsis emptoribus receperunt, quodcumque velent, libere abque alicuius requisitione, contradictione vel assensu possent extinguerere et redimere, ac se ab ipsius census solutione extunc penitus liberare. Sed ad hoc huiusmodi census venditores inviti nequaquam per emptores arctari vel adstringi valent, etiam ipsi possessionibus et bonis obligatis penitus interemptis seu destructis. Fuitque et est talis contractus emptionis et venditionis per episcopos Vratislavienses pro tempore existentes et eorum officiales, nec non per diversos dominos temporales locorum et terrarum, in quibus census huiusmodi constituti existunt, tanquam licitus et communi utilitati deserviens, saepius confirmatus pariter et approbatus. Quodque etiam super huiusmodi censibus plurima beneficia ecclesiastica, collegia, canonicatus et praebendae, dignitates, personatus et officia, vicariae, altaria numero plus quam duo millia, de expresso consensu et voluntate dominorum temporalium, sub quorum territorii dicta bona obligata consistunt, erecta, dotata et fundata authenticis eorundem dominorum temporalium literis sigillis sigillatis et roboratis fore noscuntur. Quodque etiam venditores eorundem censuum se nonnunquam ad ipsorum censuum solutionem poenis et censuris ecclesiasticis ordinariorum locorum sponte et libere submisserunt, sicuti etiam aliqui eorum tractu temporis compulsi fuerunt, et compelli consueverunt. Tamen nonnulli ex venditoribus ipsis, in arcum pravum conversi, cupientes cum alterius pecunia locupletari, huiusmodi census, hucusque per eos antea libere et abque ulla contradictione solutos, eidem emptoribus tam ecclesiasticis quam saecularibus solvere contradicunt et recusant, confingentes, huiusmodi emptionis et venditionis contractus fore et esse usurarios et illicitos, ipsos emptores ecclesiasticos et saeculares, nec non collegia, canonicatus, et praebendas, et dignitates, personatus et officia, vicarias et altaria, ac beneficia huiusmodi ipsorum annuorum censuum spoliant perceptione, et detinent spoliatis in animarum suarum periculum, eorumque emptorum praepudicium, damnum et gravamen. Et propterea, an contractus emptionis et venditionis huiusmodi liciti existant, a nonnullis haesitatur. Quare pro parte eorundem cleri, nobilium, incolarum et habitatorum civitatis et dioecesis Vratislaviensis nobis fuit humiliter supplicatum, ut, an contractus huiusmodi liciti vel illiciti censerentur, declarare, et alias eis in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, quia etiam ex relatione dilecti filii nostri Gulielmi tituli sancti Marci presbyteri cardinalis, cui negotium huiusmodi cum peritorum consilio commissum examinandum, comperimus, contractus huiusmodi iuridicos, et iuxta determinationem doctorum licitos fore, ad huiusmodi ergo ambiguitatis tollendum dubium in praemissis, praefatos contractus licitos et iuri communi conformes, ac ipsorum censuum venditores ad illorum solutiones (remoto contradictionis obstaculo) obligari, auctoritate apostolica tenore praesentium ex certa scientia declaramus, non obstantibus praemissis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit: indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Volentes, quod praedictae literae nostrae debitum sortiantur effectum, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios praefatis emptoribus in praemissis opportuni favoris praesidium efficaciter impendentes, dictasque literas, ubi, quando et quoties expedire videritis, auctoritate nostra solenniter publicantes, faciatis eadem auctoritate eidem emptoribus, vel ipsorum procuratoribus eorum nominibus, per venditores seu debitores censuum huiusmodi de praefatis censibus iuxta contractuum et conventionum, inter ipsos habitatorum formam et tenorem plenam et debitam satisfactionem impendi, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante, si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod

interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romae, apud sanctos Apost. VI. Nonas Iul. Pont. nostri Ao. VIII.

CAP. II.

Contractum quendam emptionis et venditionis, praecedenti similem, declarat esse iuri consonum et ab usuris alienum. Et tandem iubet praesentem bullam cunctis manifestari.

Calixtus III. *Episcopus, Magdeburgensis, Nurembergensis¹⁾ et Halberstadensis ecclesiarum Decanus.*

Regimini universalis ecclesiae quanquam immeriti disponente Domino praesidentes, curis angimur assiduis, ut iuxta nobis crediti dispensationem officii subditorum quorumlibet paci et quieti, quantum nobis ex alto conceditur, intendamus, et dubia, quae inter eos oriuntur pro tempore, ne litium anfractus exinde seu scandala proveniant, debito, prout iustitia persuaserit, declarationis nostrae ministerio sopiantur. Sane pro parte venerabilis fratris nostri Iohannis episcopi Mersburgensis et dilectorum filiorum universi cleri civitatis et dioecesis Mersburgensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet a tanto tempore, cuius contrarii memoria non existit, in diversis Alemaniae partibus pro communi hominum utilitate inter habitatores et incolas partium earundem talis inoleverit, hactenusque observata fuerit legitime praescripta, ac moribus utentium et ordinariorum permissione et plerumque expressa ratificatione approbata consuetudo, quod ipsi habitatores et incolae, sive illi ex eis, quibus id pro suis statu et indemnitate expedire visum fuerit, super eorum bonis, domibus, agris, praediis, possessionibus et hereditatibus annuos marcarum, florenorum seu grossorum monetae in partibus illis currentis, redditus seu census vendentes, pro singulis ex marcis, florenis sive grossis huiusmodi ab eis, qui illas vel illos, sive redditus sive census ipsos emerint, certum competens pretium in numerata pecunia secundum temporis qualitatem, prout ipsi vendentes et ementes in contractibus super his inter se firmaverunt, et recipere soliti fuere, illa ex domibus, terris, agris, praediis, possessionibus et hereditatibus praedictis, qui in huiusmodi contractibus expressi fuerunt, praedictorum solutione reddituum et censuum efficaciter obligantes in illorum vendentium favorem, hoc adiecto, quod ipsi pro rata, qua huiusmodi per eos receptam dictis ementibus restituerent in toto vel in parte pecuniam, a solutione reddituum seu censuum, huiusmodi restitutam pecuniam contingentium, liberi forent penitus et immunes, sed iidem ementes, etiamsi bona, domus, terrae, agri, possessiones et hereditates huiusmodi processu temporis ad omnimodae destructionis sive desolationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipsam etiam agendo repetere non valerent. Apud aliquos tamen haesitationis versatur scrupulus, an huiusmodi contractus liciti sint censendi. Unde nonnulli, illos usurarios fore praetendentes, occasionem quaerunt redditus et census huiusmodi ab eis debitos non solvendi. Quare pro parte episcopi et cleri praedictorum, asserentium, quod in talibus hic emptis censibus et redditibus fructus, redditus et proventus plurium ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium et ecclesiasticorum beneficiorum civitatis et dioecesis ac partium praedictarum, nec non fere omnes quotidianae distributiones, quae in plerisque ex ecclesiis ipsis divinis interessentibus ministrari solent, consistere noscuntur, nobis fuit humiliter supplicatum, ut super his apostolicae sedis declarationis oraculum impertiri et adiacere paterna dilectione curarem. Nos igitur, huiusmodi in hac parte supplicationibus inclinati, et factas ex commissione felicis recordationis Martini Papae V. praedecessoris nostri desuper examinationem, et eiusdem praedecessoris nostri declarationem attentius perstringentes, suisque vestigiis inhaerentes, ad omne super his ambiguitatis tollendum dubium praefatos contractus licitos iurique conformes, et vendentes eosdem ad ipsorum solutionem censuum et reddituum iuxta dictorum contractuum tenores, remoto contradictionis obstaculo, efficaciter teneri, auctoritate apostolica praesentium serie declaramus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit: indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae MCCCCLV. pridie nonas Maii, Pontificatus nostri anno primo. Volentes itaque, quod praedictae literae debitum sortiantur effectum, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios dictis praeposito, decano, capitulo ac aliis benef-

ciatis opportuna defensionis praesidio assistentes, dictasque literas, ubi et quando ac quoties expedire videritis, auctoritate nostra solemniter publicantes, faciatis et eadem auctoritate per venditores seu debitores redituum et censuum huiusmodi dictis emptoribus, seu illis, quibus ipsorum redituum et censuum solutio praestanda fuerit, de eisdem censibus et rebus iuxta contractuum et conventionum super his habitorum formam et tenorem plenam et debitam satisfactionem impendi, contradictores vero per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compeacendo, non obstante, si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica indultum existat, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum ut supra.

TITULUS VI.

DE SEPULTURIS.

CAP. I.

Corpora defunctorum exenterantes, et ea immaniter decoquentes, ut ossa a carnibus separata ferant sepelienda in terram suam, ipso facto sunt excommunicati.

Bonifacius VIII.¹⁾

Detestandae feritatis abusus, quem²⁾ ex quodam more horribili nonnulli fideles improvide prosequuntur, nos, pia intentionis ducti³⁾ proposito, ne abusus praedicti saevitia ulterius corpora humana dilaceret, mentesque⁴⁾ fidelium horrore⁵⁾ commoveat, et perturbet⁶⁾ audium, digne decrevimus abolendum. Praefati namque fideles⁷⁾ huius suae improbandae utique consuetudinis vitio intendentes,⁸⁾ si quisquam ex eis genere nobilitatis, vel dignitatis titulo insignitus, praesertim extra suarum partium limites debitum naturae persolvat, in suis vel alienis remotis partibus sepultura electa, defuncti corpus ex quodam impiae⁹⁾ pietatis affectu truculenter exenterant, ac illud membratim vel in frusta immaniter¹⁰⁾ concident, ea subsequenter aquis immersa exponunt ignibus decoquenda. Et tandem ab ossibus tegumento carnis excusso, eadem ad partes¹¹⁾ praedictas mittunt seu deferunt tumulanda. Quod non solum divinae maiestatis conspectui abominabile plurimum¹²⁾ redditur, sed etiam humanae considerationis obtutibus occurrit vehementius abhorrendum. Volentes igitur, (prout officii nostri debitum exigit,) illud in hac parte remedium adhibere, per quod tantae abominacionis, tantaeque immanitatis et impietatis abusus penitus deleatur, nec extendatur ad alios, apostolica auctoritate statuimus et¹³⁾ ordinamus, ut, quum quis, cuiuscunque status aut generis seu¹⁴⁾ dignitatis extiterit, in civitatibus, terris seu locis, in quibus catholicae fidei cultus viget, diem de cetero claudet extremum, circa corpora defunctorum huiusmodi abusus vel similes nullatenus observetur, nec fidelium manus tanta immanitate foedentur. Sed, ut defunctorum corpora sic impie ac¹⁵⁾ crudeliter non tractentur, deferantur ad loca, in quibus viventes elegerint sepeliri, aut in civitate, castro vel loco, ubi decesserint, vel loco vicino ecclesiasticae sepulturae tradantur ad tempus¹⁶⁾ ita, quod demum incineratis corporibus, aut alias ad loca¹⁷⁾, ubi sepulturam elegerint, deportentur et sepeliantur in eis. Nos enim¹⁸⁾, si praedicti defuncti exsecutor vel exsecutores, aut familiares eius, seu quivis alii, cuiuscunque ordinis, conditionis, status aut gradus fuerint¹⁹⁾, etiamsi pontificali dignitate praefulgeant, aliquid contra huiusmodi nostri statuti et ordinationis tenorem praesumpserint attentare²⁰⁾, defunctorum corpora sic inhumane et crudeliter pertractando²¹⁾, vel faciendo pertractari²²⁾, excommunicationis sententiam, quam exunc in ipsos proferimus, ipso facto se noverint incursum, a qua non nisi per apostolicam sedem, (praeterquam in mortis articulo,) possit abolitionis beneficium obtinere. Et²³⁾ nihilominus ille, cuius corpus sic²⁴⁾ inhumane tractatum fuerit, ecclesiastica careat sepultura. Nulli ergo etc.²⁵⁾ Datum Lateran. XII. Kal. Martii. Pont. nostri Ao. VI.

CAP. II.

Super praedicationibus, confessionibus et sepulturis providet hoc cap., ut tollat contentiones, quae olim erant inter curatos ex una parte, et laicos et Chordigeros ex altera. Hoc cap. licet fuisset sublatum per extravagantem: Inter cunctas, quae est infr. de privil., est tamen hodie innovatum per Clem. Dudum de sepult.

Bonifacius VIII.

Super cathedram praecminentiae pastoralis divina disponente clementia constituti, etsi multi et ardui, quae in amplum Romanae curiae alterum undique conflunt quasi torrens, praegravemur negotiis, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis distrahamur: circa id tamen ferventibus votis intendimus, vacamus instantius, ac operosae studium sollicitudinis impertimus, ut ad divini nominis²⁶⁾ gloriam, exaltationem catholicae fidei, et profectum fidelium animarum, (praecisis radicibus dissidiorum vepribus, et litigiorum²⁷⁾ anfractibus omnino subductis,) inter ecclesiarum antistites ad curam et regimen gregis dominici deputatos, ceterasque personas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, fervor caritatis exaestu, invalescat concordiae unitas, animorum identitas perseveret. Scimus enim et ex evidentia facti colligimus, quod non nisi in pacis tempore bene colitur pacis auctor, nec ignoramus, quod disensiones et scandala pravis actibus aditum praeparant, rancores et odia suscitant, et illicitis moribus ausum praebent. Ab olim siquidem inter praelatos et rectores, seu sacerdotes ac clericos parochialis ecclesiarum per diversas mundi provincias constitutos ex una parte, et Praedicatorum et Minorum ordinum fratres ex altera, (pacis aemulo satore zizaniae procurante,) gravis et periculosa discordia extitit suscitata super praedicationibus fidelium populis faciendis, eorum confessionibus audiendis, poenitentis iniungendis eisdem, et tumulanda defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipsorum ecclesias sive loca noscuntur eligere sepulturam. Nos autem, pii patris more laudabili moleste ferentes incommoda filiorum, reducetes ad exactae considerationis examen, ac intra pectoris claustra sollicitate revolventes, quam sit plena periculis, quam onusta dispendiis, quamque in divina maiestatis conspectu reddatur exosa discordia supra dicta, et propterea intendentes paternae sollicitudinis studio illam prorsus evellere ac omnimode submovere, nullis unquam futuris temporibus favente Domino suscitandam, grandi quoque desiderio cupientes, ut huiusmodi negotium, quod potissime insidet cordi nostro, finem salubrem et celerem per apostolicae sollicitudinis studium consequatur, diligentem cum fratribus nostris deliberatione praehabita super eo, ad honorem Dei et exaltationem catholicae fidei, quietum statum partium praedictarum ac salutis animarum fidelium incrementum, de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica statuimus et ordinamus, ut dictorum ordinum fratres in ecclesiis et locis eorum, ac in plateis communibus libere valeant clero et populo praedicare ac proponere verbum Dei, hora illa duntaxat excepta, in qua locorum praelati praedicare voluerint, vel coram se facere solenniter praedicari, in qua praedicare cessabunt, praeterquam si aliud de praelatorum ipsorum voluntate processerit ac licentia specialit. In studiis autem generalibus, ubi sermones ad clerum ex more fieri solent, diebus illis, quibus praedicari solenniter consuevit, ad funera etiam mortuorum, et in festis specialibus sive pecaliaribus eorumdem fratrum, possint iidem fratres et liceat eis libere praedicare nisi forte illa hora, qua solet ad clerum in praedictis locis Dei verbum proponi, episcopus vel praelatus superior clerum ad se generaliter convocare, aut ex aliqua ratione vel causa urgente clerum ipsum duceret congregandum. In ecclesiis autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant vel debeant praedicare vel proponere verbum Dei, nisi fratres praedicti a parochialibus sacerdotibus invitati fuerint vel vocati, et de ipsorum beneplacito et assensu, seu petita licentia fuerit et obtenta, nisi episcopus vel praelatus superior per eosdem fratres praedicari mandaret. Statuimus etiam et ordinamus auctoritate praedicta, ut in singulis civitatibus et dioecesisibus, in quibus loca fratrum ipsorum consistere dignoscuntur, vel in civitatibus et dioecesisibus locis ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur, magistri, priores, provinciales praedicatorum, aut eorum vicarii, et generales et provinciales ministri, et custodes Minorum ordinum praedi-

TIT. VI. Cap. I. 1) Cod. Lips. 4. — 2) quam: id. — 3) inducti: id. — 4) mentes quoque: id. — 5) errors: id. — 6) conturbet: Ed. Bas. — 7) infideles: Cod. Lips. — 8) inhaerentes: id. — 9) ex quodam impietatis: id. — 10) inhumaniter: id. — 11) desid. in eod. — 12) plerumque: id. — 13) et etiam: id. — 14) seu etiam: id. — 15) aut: id. — 16) ad temp.: desid. in Ed. Bas. — 17) ad loca: desid. ib. — 18) aliquoquin: ead. — 19) omitt. Cod. Lips. — 20) desid. in Ed. Bas. — 21) pertractare: ead. — 22) tractari: Cod. Lips. — 23) abest ab eod. — 24) omitt. id. — 25) Nulli

etc. desid. in Ed. Bas. — Nulli ergo homini licet hanc paginam nostri statuti, ordinationis et prolationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum. Dat. Avani 17. Kal. Oct. Pont. nostri Ao. V. Cod. Lips. Cap. II. 26) homini: Ed. Rom. oper. mend. — 27) litigiosorum: cad. oper. mend.

etorum ad praesentiam praelatorum eorundem locorum se conferant per se vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putaverint, humiliter petituri, ut fratres, qui ad hoc electi fuerint, in eorum civitatibus et dioecesibus confessiones subditorum suorum, confiteri sibi volentium, audire libere valeant, et huiusmodi confitentibus, (prout secundum Deum expedire cognoverint,) poenitentias imponere salutaris, atque eisdem absolutionis beneficium impendere de licentia, gratia et beneplacito eorundem. Ac deinde praefati magistri, priores, provinciales et ministri ordinarum praedictorum eligere studeant personas sufficientes, idoneas, vita probatas, discretas, modestas, atque peritas ad tam salubre ministerium et officium exsequendum. Quas sic ab ipsis electas repraesentent vel faciant praesentari praelatis, ut de eorum licentia, gratia et beneplacito in civitatibus et dioecesibus eorundem huiusmodi personae sic electae confessiones confiteri sibi volentium audiant, imponant poenitentias salutaris, et beneficium absolutionis impendant, prout superius est expressum, extra civitates et dioeceses, in quibus fuerint deputatae, per quas eas volumus et non per provincias deputari, confessiones nullatenus audituræ. Numerus autem personarum, assumendarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet, prout universitas cleri et populi, ac multitudo vel paucitas exigit eorundem. Et si iidem praelati petitam licentiam confessionum huiusmodi audiendarum concesserint: illam praefati magistri, ministri et alii cum gratiarum recipiant actione, dictaeque personae sic electae commissum sibi officium exsequantur. Quodsi forte iam dicti praelati quemquam ex dictis fratribus praesentatis eisdem ad huiusmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto vel subtracto loco ipsius similiter eisdem praesentandus praelatis possit et debeat alius subrogari. Si vero iidem praelati praefatis fratribus, ad confessiones (ut praemittitur) audiendas electis huiusmodi exhibere licentiam recusarint: nos exnunc ipsis, ut confessiones sibi confiteri volentium libere liciteque audire valeant, et eisdem poenitentias imponere salutaris, atque eisdem beneficium absolutionis impertiri, gratiose concedimus de plenitudine apostolicae potestatis. Per huiusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personis seu fratribus ipsis ad id taliter deputatis potestatem in hoc impendere ampliorem, quam in eo curatis vel parochialibus sacerdotibus est a iure concessa, nisi forsan eis ecclesiarum praelati uberiorem in hac parte gratiam specialiter ducerent faciendam. Huiusmodi quoque statuto et ordinationibus nostris adiciamus, ut fratres dictorum ordinum in ecclesiis vel locis suis ubilibet constitutis liberam (ut sequitur) habeant sepulturam, videlicet, quod omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis et ecclesiis memoratis. Verum, ne parochiales ecclesiae et ipsarum curati sive rectores, qui ministrare habent ecclesiastica sacramenta, quibus nascitur de iure competere praedicare, seu proponere verbum Dei, et²⁸) confessiones audire fidelium, debitum et necessarium beneficium defraudentur, quum operariis mercedis exhibitio debeat: auctoritate apostolica constituimus et ordinamus eadem, ut dictorum ordinum fratres de obventionibus omnibus, tam funeralibus quam quibuscunque et quomodocunque relictis distincte vel indistincte ad quoscunque certos vel determinatos usus, de quibus etiam quarta sive canonica portio dari sive exigi non consuevit, vel non debet de iure, nec non de datis vel qualitercunque donatis in morte seu mortis articulo in infirmitate donantis vel dantis, de qua decesserit, quomodocunque, directe vel indirecte, fratribus ipsis vel aliis pro eisdem, quartam partem, (quam auctoritate apostolica taxamus et etiam limitamus,) parochialibus sacerdotibus et ecclesiarum rectoribus seu curatis largiri integre teneantur, facturi et curaturi, quod nec alii, nec alia, a quibus quarta huiusmodi minime deberetur, ad ipsorum fratrum utilitatem vel commodum huiusmodi fiant relicta, aut in eos taliter data vel donata procedant²⁹), seu quod in morte vel ab infirmis huiusmodi dandum vel donandum fratribus ipsis existeret, in eorundem dantium vel donantium sanitate sibi dari vel donari procurent. In quibus per ipsos vitandis eorum intendimus conscientias onerare, ut, si (quod absit) per fratres ipsos dolo vel fraude quicquam in hac parte agi fortasse contigerit, (praeter id, quod eos propterea dictis sacerdotibus, rectoribus et curatis teneri volumus,) etiam districta ratio in extremi iudicii examine requiratur ab eis. Ultra portionem autem huiusmodi nihil valeant parochiales rectores, curati et praelati exigere supra dicti, neque illis dicti fratres amplius impendere sint adstricti, neque ad id a quoquam possint aliquid coerceri. Nos etenim, (ut in cunctis aequaliter et pacifice favente Domino procedatur,) universa privilegia, gratias, indulgentias, verbo seu scripto sub quacunque forma, vel expressione seu con-

ceptione verborum, a nobis vel praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus cuicunque ordinum praedictorum concessa, nec non consuetudines, conventiones, statuta et pacta, in quantum sunt praemissis vel alicui praemissorum contraria, ea penitus revocamus, vacuumus, cassamus et irritamus, quin immo cassa, vel vacua et irrita nunciamus, et decernimus nullius prorsus existere firmitatis. Ceterum universos ecclesiarum praelatos, cuiuscunque praesentiae, status vel dignitatis existant, ac sacerdotes parochiales, et curatos sive rectores praedictos praesentium tenorerogamus et hortamur attentè, nihilominusque eis districtè praecipiendo mandamus, quatenus pro divina et apostolicae aedis reverentia praedictos ordines et professores eorum habentes affectu benevolò commendatos, fratribus ipsis non se difficiles, graves, duros aut asperos, sed potius favorabiles, propitios ac benignos, piaque munificentia liberales se studeant exhibere, sic eos in praedicationis officio, et propositionibus verbi Dei, ac in omnibus aliis supra dictis tanquam cooperatores eorum idoneos et laborum suorum participes prompta benignitate recipiant ac affectuose admittere non omittant, ut proinde illis aeternae beatitudinis praemium augeatur, et animarum salutis incrementa felicia procurentur. Nec ipsos lateat, quod, si secus ab eis agi fortasse contigerit in hac parte, apostolicae sedis benignitas, quae ordines et professores eisdem ubere favore prosequitur, et gerit in visceribus caritatis, contra eos non immerito turbaretur, nec eadem aequanimiter pati posset, quin super hoc provisionis opportuna remedium adhiberet, ipsosque nihilominus coelestis indignatio principis digna pro meritis rependens, cuius obsequia fratrum ipsorum sedulitas curiosa prosequitur, minime praeteriret. Nulli ergo omnino etc.

TITULUS VII.

DE DECIMIS.)

CAP. UN.

Quum Bonifacius decimam certis ex causis hic in principio expressis ab ecclesiis et ecclesiasticis personis exigi statuisset, multa dubia circa illam suborta sunt, quae hic clare et protèze manifestantur. Vide textum cum gl. in Clem. 2. eod. tit. ubi haec extravagans in multis declaratur.

Bonifacius VIII. Collectori decimae.

Declarationes, quas in negotio decimae, per nos nuper impositae pro prosecutione guerraec ac negotii regni Siciliae contra hostes, de ecclesiis et personis ecclesiasticis per totam Italiam et cetera loca constitutis volumus observari, (cuius quidem decimae in illis partibus te superintendentem seu collectorem duximus deputandum,) tales sunt: De redditibus et proventibus leprosariorum, domorum Dei³) et hospitalium pauperum, qui in usus leprosorum, infirmorum et pauperum convertuntur, decima non solvetur. Moniales⁴) aliaeque regulares personae, quarum redditus et proventus ecclesiastici adeo sunt tenues et exiles, quod de illis sustentari non possunt, sed pro habendo vitae suae sustentationem necesse habent publice mendicare et eleemosynas publice petere, dictam decimam non persolvent. Saeculares quoque clerici, quorum ecclesiastici redditus et proventus annui summam septem florenorum auri non excedunt, eandem decimam non praestabunt. Si vero una persona plura habeat beneficia, quorum nullum per se acceptum dictam summam septem florenorum auri annuatim attingat, simul tamen collecta in minimis proventibus summam memoratam excedant, quotquot vel quantumcunque modica fuerint, de omnibus et singulis decima persolvetur; sed non solvetur de pitantibus⁵) monachorum. Similiter de his, quae a Christifidelibus relinquuntur ecclesiis, ut ex eis perpetui emanant redditus, item de xeniis, praelatis et aliis personis ecclesiasticis liberaliter factis, decima non solvetur. Solventium decimam electioni seu arbitrio committitur, utrum ipsam velint solvere per totum tempus, quod durabit decima, pro rata proventuum, quos singulis annis dicti temporis ipsos percipere contigerit, an per ipsum tempus pro rata communis aestimationis proventuum eorundem. Sed una via electa non licebit alicui variare ad aliam viam recurrendo⁶). Et fiat et redigatur per collectores in scriptis electio huiusmodi expresse in prima solutione decimae supra dictae; alioquin iuxta aestimationem communem per totum tempus solvere tenebuntur. Declaramus autem, quod hi, qui elegerint solvere decimam pro rata eorum⁶), quae perceperint annuatim, vendant proventus beneficiorum suorum, quae personalem residentiam non requirunt, et solvant decimam pro solo pretio, quod receperint de eisdem; dum tamen contra hoc in frau-

Cap. II. 28) desid. ap. Böhm. — 29) procedent: id. — TIT. VII. Cap. un. 1) de decimis et primitiis: Ed. Bas. — 2) ab-

ent ab ead. — 3) add.: etiam: Böhm. — 4) pitantibus: Ed. Bas. — 5) revertendo: Böhm. — 6) desid. in Ed. Bas.

dem decimae nihil omnino agatur. Sed ecclesiastica persona, quae in ecclesia sua vel beneficio, quod residentiam personalem requirit, non residet, sed facit in eodem per firmarium vel vicarium deserviri, deputando ipsi vicario vel firmario certam suorum proventuum portionem, non de vicariatus seu firmarii portione⁷⁾, sed de universis ipsius ecclesiae⁸⁾ vel beneficii proventibus decimam exhibebit. Declaramus etiam, quod de silvis seu nemoribus, quae non consueverunt vendi, nil solvetur, nisi forte aliquid de illis venditum fuerit durante decima, et tunc aestimabitur, quantum valere debent annui redditus partis venditae secundum assisiam, quae consuevit fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus situatum fuerit, et de sola aestimatione decima persolvetur, et non de eo, quod perciperetur de dictis silvis seu nemoribus, quae vendi non consueverunt, nisi forte vendantur durante decima, quia⁹⁾ tunc solvetur ex venditione pascuagii seu herbagii, aut alterius consimilis proventus eorundem nemorum et silvarum. Et si non vendantur huiusmodi pascuagia et similia: non solvetur decima de his, ita tamen, quod in fraudem decimae nihil contra hoc attentetur. Idemque de piscuis, herbagiis et consimilibus obventionibus silvarum volumus observari. De stagnis et piscariis decima sic solvetur, videlicet, quod fiet relatio de numero annorum, quibus ante venditionem ultimam vendita non fuerunt, ad quantitatem pretii ex ipsa venditione ultima recepti, ut, pretio diviso in partes secundum annorum terminum, durante decima solvatur decima ipsa de tot partibus pretii ex ipsa venditione recepti, quot fuerunt anni praedicti, ut, si forte sunt quinque anni elapsi, ex quo fuerat stagnum venditum, et tunc vendatur pro centum florenis, fiant de pretio quinque partes, et pro tribus annis, quibus durabit decima, solvetur ipsa decima de tribus partibus pretii tantum, videlicet LX. florenorum, et multiplicabuntur et minuuntur partes pretii, prout plures et pauciores fuerint dicti anni. De piscariis autem fluminum et lacuum, et venationibus, si vendantur, et silvis caeduis idem, quod de stagnis, fiet. De piscibus stagnorum vel belluis garenarum, quos pro usu vel esu suo consumi, vel sine fraude donari contigerit, decima non solvetur. Et quia nonnulli obtinent a monasteriis et ecclesiis prioratus, grangias, domos, redditus, pensiones et census: in solvenda de his decima credimus distinguendum, videlicet, an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an ex mera gratia. Si talia in beneficium habeantur, sive hoc sit concessum per sedem apostolicam, sive per ipsorum monasteriorum vel ecclesiarum personas: de illorum proventibus solvetur decima. Quum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem vel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed in hoc uterque contrahentium studuit conditionem suam facere meliorem: propterea pensionis vel firmae de ipsa pensione vel firma decimam exhibebunt. Si autem quis ante vel post concessionem huius decimae ad vitam propriam emit proventus prioratum, vel aliorum praedictorum pro aliqua pecunia, ita, quod in hoc ei scienter gratia non est facta: considerabitur, quantum aestimatione communi valeant annui proventus, prioratus, grangiae, domus, terrarum seu reddituum huiusmodi, et secundum hoc ab illis, quorum est horum proprietates, qui inde pretium pro futuro tempore receperint, per tres annos decima exhibebitur¹⁰⁾. Si autem in his gratia facta sit obtinentibus, quia scienter pro minori pretio, quam valeant, sunt talia vendita vel locata: ipsi obtinentes, et non monasterium vel ecclesia de illo, in quo gratia facta est ipsis, et de reliquo illi, quorum est proprietates, decimam exhibebunt. Si autem personis aliquibus pro iusta mercede, seu remuneratione laboris vel obsequii praestiti vel praestandi talia sunt concessa: ii, quorum est illorum proprietates in decimatione proventuum suorum, etiam horum proventus merito numerabunt, et de illis, sicut de aliis, quos pro certis suis utilitatibus expendunt, decimam exhibebunt. Quodsi haec per illos, qui ea obtinebant¹¹⁾, in alios sunt translata, quia res transit cum onere suo: etiam circa illos quae praediximus servabuntur. Nec deducuntur expensae, quae pro monachis, qui in talibus prioratibus, grangiis seu domibus, in beneficium seu ex mera gratia concessis, ex pacto teneri debent, fieri dignoscuntur. Expensae autem illorum monachorum vel personarum, quae teneri debent ex pacto in prioratibus, grangiis seu domibus, ad iustam firmam seu pensionem concessa, sive determinate sive non, aestimabuntur aestimatione communi, et talem aestimationem monasterium vel ecclesia, cuius illorum est proprietates cum suis proventibus, decimabit. Praelati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, decimam non persolvent; sed qui eis praestant huiusmodi victualia, in decimatione suorum proventuum et reddituum numerabunt, et solvent decimam de eisdem. De illis autem procurationibus, quas praelati in pecunia numerata rite

percipiunt ab antiquo, et quas perciperent, etiam si non visitarent, decimam praestare tenentur. Praelatus autem, qui procuracionem, quam sine visitatione potuit de iure percipere in pecunia numerata, remittit, quia remittit quod sibi debetur, et de quo solvisset decimam, si recepisset illud, tenetur ex tali procuracione decimam exhibere. Si vero procuracionem, quam tantum in victualibus licet percipi, fortasse remittit: persona ecclesiastica, cui remissio facta est, huiusmodi victualia cum aliis proventibus suis, quum solvet, decimam aestimabit, quum, etiam si non esset remissa, hoc facere teneretur. In solvendo decimam supra dictam solae expensae necessariae, quae sunt in re, ex qua fructus percipiuntur arando, colendo et colligendo fructus, sine quibus non possunt inde fructus percipi, deducuntur. Expensae autem, quae fiunt in castrorum custodiis, quum fiunt extra rem, vel etiam in aedificiis construendis vel conservandis¹²⁾, nullatenus deducuntur, sicut nec illae, quae in villis tueudis fierent in guerris seu etiam cavalcatis. De iis quoque, quae consistunt in iurisdictione, mero imperio, regalibus atque similibus, solvetur decima, deductis salariis moderatis, quae ante concessionem decimae consueverunt solvi iudicibus et officialibus, similibusque personis, sine quibus iurisdictione et cetera similia nequeunt expediri, ita tamen, quod in fraudem decimae nihil contra hoc penitus attentetur. Sed expensae officialium, iudicum et consilium personarum, factae in vestibus sive victualibus, minime deducuntur, sicut nec aliae expensae similes, factae circa familiam praelatorum. Ratione autem aeris alieni, quo persona, solvens decimam, obligata consistit, nihil de decima minuetur, etiam si certae res ecclesiasticae propter hoc a quoquam fuerint obligatae. Item de furnis et de molendinis decima praestabitur. Solvetur autem de oblationibus, sive fiant pro benedictione nubentium, sive pro exsequiis mortuorum, nec non de proventibus singulorum praelatorum, et de emendis, quae ab excommunicatis recipiuntur. De legatis quoque, sibi et aliis personis ecclesiasticis, non personarum, sed ecclesiarum vel officiorum ratione relictis, decima persolvetur. Pro decima supra dicta non exhibebitur pecunia, nisi illa communiter curreret de mandato domini terrae, et quae est moneta in locis, in quibus consistet¹³⁾ fructus et redditus, unde decima persolvetur, nec aliqui pecuniam cambiare cogentur eandem. Sed si ex probabilibus seu verisimilibus praepositionibus apparuerit quisquam pensatis eius proventibus minus debito notabiliter de decima persolvissse, ita, quod super hoc merito suspectus debeat reputari: ex officio nostro per viros idoneos deputandos a nobis faciemus inquiri ab illis, qui super hoc scire valeant veritatem, videlicet de consilio dioecesanis episcopi, vel alicuius deputandi ab ipso, si sit eius subditus, et non aliter, si episcopus ipse vel deputatus ab eo commode possit haberi. Et tunc demum, et non prius, ille, cuius proventus fuerint taliter aestimati, pro eo, quod minus solverit, etiam nominatim excommunicabitur, si eius contumacia exegerit, et visum fuerit expedire. Episcopi autem et abbates ceteraeque personae ecclesiasticae, honorabiles, non suspectae, propriae conscientiae relinquuntur, ita, quod sufficiat quoad tales excommunicationis sententia, quae in nullo modo solventes, vel scienter adhibentes fraudem vel malitiam circa ipsam decimam solutionem generaliter proferetur. Super his autem fiet compulso per censuram ecclesiasticam, prout nobis et illi, cui hoc committendum duxerimus, visum fuerit expedire. Proferatur autem, si expediens visum fuerit, excommunicatio generaliter vel specialiter in eos, qui contra solutionem decimae vel suorum aestimationem proventuum, quum fuerit facienda, fraudem vel malitiam scienter duxerint adhibendam. Fiet autem solutio decimae non ex ipsis rebus, quae percipiuntur de proventibus, sed in pecunia numerata. Solvetur autem decima illis, quos ad haec contigerit deputari. Rector parochialis, qui urgente necessitate ecclesiae¹⁴⁾, puta, quia¹⁵⁾ ipse residendo personaliter in eadem per se non sufficeret ipsi curae propter multitudinem parochianorum vel divisionem parochiae suae, sed necesse habet unum, vel duos, vel plures capellanos conducere, et eis propter victum salarium constituere, salarium huiusmodi poterit in decimae solutione deducere; sed ratione victus capellanorum ipsorum aliquid non deducet. Quodsi in diversis civitatibus et dioecibus diversa beneficia obtineantur: de unoquoque beneficio in civitate vel dioecesi, in qua illud fuerit, decima persolvetur. De eleemosynis vero seu oblationibus, datis ad opus fabricae, et¹⁶⁾ maxime de his oblationibus, quae in civitatibus et aliquibus castris et locis dictarum provinciarum in certis festivitatibus in candelis et aliis consueverunt dari et offerri, ad opus fabricae deputatis, decima non solvetur. Similiter nec de illis oblationibus, quae colliguntur interdum per laicos, qui conaor-

Cap. un. 7) non deducet portionem vicariatus seu firmarii: ead. — 8) omitt. ead. — 9) quae: Böhm. — quia tunc solo.: desid. in Ed. Bas. — 10) exhibetur: ead. — 11) obtinent: ead. — 12) vel conservandis: desid.

in ead. — 13) consistens: Böhm. — 14) curae ecclesiae: Ed. Bas. — 15) qui: Böhm. — 16) desid. ap. eund.

tiales dicuntur, interdum per clericos, quae ad opus consortii reducuntur, et quae offeruntur, ut luminaria in ecclesia, cruces et calices fiant et reparantur, et etiam ex illis pauperibus subveniatur, et sepeliantur corpora pauperum defunctorum. Praelati autem et clerici exsules, cuiuscunque conditionis aut dignitatis existant, de suis proventibus ecclesiasticis decimam persolvent¹⁷⁾. Illae quoque expensae, quae sunt pro fossatis et alias pro terris aedificandis, ut uberiores fructus producant, et illae, quae sunt in conservandis et reparandis aedificiis molendinorum, domorum, seu apothecarum et similium, et ex quibus fructus et pensiones recipiuntur, et, nisi reparantur¹⁸⁾, fructus ex eis percipi non valent¹⁹⁾, de decima huiusmodi minime deducuntur, nec etiam illae, quae sunt pro custodia castrorum, quamvis fiant maiores solito. Insuper de oblationibus minutissimis, quas percipiunt ecclesiasticae personae ratione ecclesiarum suarum, pro sepulturis et dandis poenitentibus, decima persolvitur. Et quia non occurrit nobis, quin quotidianae distributiones proventus ecclesiastici sint: de distributionibus, quae dantur in horis canonicis praesentibus, debere solvi decimam declaramus. Illi quoque, qui deputati fuerint ad collectionem decimae, cum eis, qui debent solvere decimam, de aliqua certa summa solvenda pro decima nequeunt convenire. De fructibus arborum et hortorum solvetur decima. De his autem, quae consumuntur usu vel esu animalium, si sint ecclesiarum, solvetur decima, deductis expensis necessariis, quae sunt pro custodia; si vero sunt personarum, decima non solvetur. Tu ergo, in his solum Deum et iustitiam pro praemissis prae oculis habens, ex praedictis declarationibus in decidendis huiusmodi dubitationibus, quae pro parte leviter decidi poterunt, confirmationem²⁰⁾ accipias; super maioribus vero decisionem apostolici oraculi expectes²¹⁾. Volumus quoque et praesentium tibi auctoritate mandamus, ut in unamquamque personam ecclesiasticam deputatarum tibi partium, cuiuscunque ordinis, conditionis vel dignitatis existat, quae decimam ipsam, nullo modo vel non integre scienter, aut non secundum verum valorem fructuum suorum perceptorum, sive non in terminis constitutis exhibuerit, seu in illorum exhibitione malitiam commiserit sive fraudem, excommunicationis sententiam auctoritate nostra promulges et etiam in singulos, qui scienter impedimentum praestiterint directe vel indirecte, publice vel occulte, qui minus decimae praedictae solvantur. Et omnes et singulos, qui huiusmodi sententias latas incurrerint, per te et per²²⁾ alios singulis diebus dominicis et festiviis, pulsatis campanis et candelis accensis, usque ad satisfactionem condignam excommunicatos publice nuncies, et facias ab omnibus publice evitari, aggravaturus alias manus tuas contra ipsos, prout proterviam et contumaciam exigere videris eorumdem. Quodsi satisfacere decreverint: post plenam et integram satisfactionem ab huiusmodi excommunicationibus iuxta ecclesiae formam absolvas eosdem, et dispensas cum eis super irregularitate, si taliter ligati non abstinuerint a divitiis, proviso haecenus, quod contra decimam huiusmodi non solventes nullatenus sine speciali mandato apostolicae sedis invocetur brachium saeculare, quodque ad vasa sacra, paramenta, calices, cruces et libros, aliaque bona mobilia, ad cultum deputata divina, vel ad privilegia ecclesiarum et monasteriorum aliorumque locorum ecclesiasticorum ipsius occasione decimae manus nullatenus extendatur. Data Anagninae, Kal. Octobr. Pont. nostri Ao. VII.

TITULUS VIII.

DE REGULARIBUS ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

CAP. I.

Religiosi Mendicantes sub excommunicationis poena prohibentur convolare ad religionem non mendicantium, quocunque quaesito colore, quam ipso facto incurrant tam recepti quam recipientes, quocunque licentia non obstante. Quid iuris sit de iam receptis, subdit.

Martinus IV.

Viam ambitiosae cupiditatis religiosis, potissime Mendicantibus, praeccludere cupientes, ad alios ordines, praesertim monasticos factis tamen coloribus assurgentibus ob frugem melioris vitae aut arctioris observantiae, tam sancti Benedicti, quam Cisterciensis, Camaldulensis, Vallis umbrosae, canonicorum regularium sancti Augustini, vel aliorum monasticorum ordinum convolare nitentibus, licentiam a sede apostolica seu legatis aut nunciis eiusdem

sedis ad transferendum se de Mendicantium ordinibus ad alios ordines, praesertim ea ratione, (ut verisimile est, prout facti evidentia docet,) ut liberius degant, dignitatesque et beneficia monastica consequi valeant, et ex certis aliis causis honestati non consonis obtinentibus, ac volentes etiam conservationi ordinum Mendicantium providere: auctoritate apostolica ex certa scientia tenore praesentium declaramus et etiam decernimus, statuentes, quod de cetero nullus religiosus ordinum Mendicantium quorumcunque, cuiuscunque gradus, status, conditionis vel religionis existat, quantumcunque et qualitercunque possit et debeat virtute cuiuscunque licentiae, etiam indulti apostolici seu poenitentiarum nostri curam gerentis, vel alia quavis auctoritate haecenus, etiam per literas apostolicas facultatum quarumvis tam legatorum vel nunciorum sedis apostolicae, quam alia auctoritate, maxime de transferendis fratribus aut aliquibus praesertim ordinum Mendicantium professoribus in genere vel in specie ab ordinibus huiusmodi Mendicantium, sub quacunque verborum forma appareant, admitti aut recipi per aliquos etiam superioris ordinis, seu monasterii aut loci monastici, seu alias in monachum vel in fratrem alicuius ex ordinibus monasticis supra dictis vel aliis expressis, (ordine Carthusiensium duntaxat excepto,) sub poena excommunicationis, quam tam recipientes quam recepti ipso facto incurrunt, et quam exnunc, prout extunc, contra quemlibet transgressorem quomodolibet in praemissis scientia et auctoritate ante factis proferimus in his scriptis. Et a nemine, nisi duntaxat a Romano Pontifice (praeterquam in mortis articulo,) excommunicati huiusmodi possint absolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus secus facta non teneant, et nullius existant efficaciae vel momenti. Decernentes etiam et volentes, quod, si quis haecenus virtute cuiuscunque licentiae seu mandati huiusmodi fuisset receptus ad aliquem monasticum ordinem, et habitum consuetum gestari per monachos talis ordinis suscepisset, sive professionem emisisset sive non, sub dicta poena teneatur in monasterio, in quo receptus fuerit, (etiamsi beneficia ecclesiastica seu rectorias ecclesiarum quarumvis obtineat,) stare in eius totali ordinatione, et in huiusmodi ordine monastico Altissimo deservire. Si quis autem praetextu huiusmodi licentiae vel sine habitu vel cum habitu vagando incederet: monitione praevia teneatur et debeat intra terminum XV. dierum, a die monitionis huiusmodi computandorum, ad eius religionem vel ordinem, unde cum licentia vel sine licentia recesserat, remeare. Quod si efficere neglexerit: post ipsum terminum tanquam notorius apostata excommunicatus in omnibus et per omnia debeat per quemlibet reputari, et ab omnibus retractari, etiam per invocationem auxilii brachii saecularis, quoties fuerit opportunum. In futuris autem nullus ex professoribus alicuius ex ordinibus Mendicantium huiusmodi in aliquem monasticum ordinem, (Carthusiensium duntaxat excepto,) possit aut debeat per quencunque recipi vel admitti virtute alicuius licentiae vel indulti absque sedis huiusmodi licentia speciali sub dictis poenis, et nihilominus secus facta non teneant ipso iure, huiusmodi licentiae et indultis, nec non constitutionibus apostolicis, et Mendicantium ordinum praedictorum, etiamsi de illis specialis et expressa, ac de verbo ad verbum in nostris literis mentio habita foret, et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis, decreti, statuti, prohibitionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit: indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Sebennis, III. Kal. 1) Aug. Pont. nostri Ao. I.

CAP. II.

Religiosi, sine sui superioris licentia ultra mare euntes, sunt ipso facto excommunicati, nec ibi sunt ad praedicationem vel divinorum celebrationem admittendi.

Ioannes XXII.

Ad nostrum nuper relatio fide digna perduxit auditum, quod nonnulli, religionis gestantes habitum, sed a veritate religionis omnino vacui et a modestia penitus alieni, ad partes quandoque transmarinas se transferant, in quibus pauci fideles respectu infidelium commorantur. Et, ut illi decipere facilius simplicium animos, ac ipsos et alios in errores praecipitare seu retinere valeant, sub ovili²⁾ veste ac humilitatis habitu lupinum animum occultantes, per doctrinas suas reprobas et erroneas fidelium mentes, quantum in eis est, corrumpere satagunt, in ipsiis partibus periculum nimium spargere

Cap. un. 17) decima persolvitur: Ed. Bas. — 18) reparantur: Böh. — 19) valent: Ed. Bas. — 20) informationem: ead. — 21) expectas et expectes: ead. — 22) omitt. Böh.

TIT. VIII. Cap. I. 1) 17. Kal.: Böh. Cap. II. 2) ovilla: Böh.

non omittunt, nec non et os suum ponentes in coelum, lingua eorum falsidica transeunte super terram, S. Romanae ecclesiae detrahere constitutionibus, et alia multa a fide devia in suis sermonibus et secretis colloquutionibus evomere insanis ausibus non verentur, ex quibus Deus offenditur, periculosa suscitantur scandala, paratur simplicibus laqueus, ipsique talium praesumptores de haeresi vehementer arguunt se suspectos. Nos itaque, tantis obviare periculis paternae diligentiae studiis cupientes, universis et singulis religiosi cuiuscunque conditionis, religionis, ordinis vel status existant, de fratrum nostrorum consilio districtius auctoritate praesentium inhibemus, ne ipsorum aliquis absque superioris ordinis sui licentia, sibi per ipsius literas patentes concessa, de cetero ad partes se transferat ante dictas, superioribus ipsis nihilominus iniungentes, ne quibusvis sui ordinis fratribus, nisi duntaxat viris literatis, providis et expertis, huiusmodi licentiam impertiri praesumant. Nos enim quoscunque, praesentes contrarium quovis modo, excommunicationis subiaccere sententiae volumus ipso facto, a qua nullus ab alio, quam a Romano Pontifice possit, nisi duntaxat in mortis articulo, absolutionis beneficium obtinere. Ceterum universa ecclesiae praelatis in virtute sanctae obedientiae districte praecipiendo praesentium tenore mandamus, quatenus nullos religiosos, ad partes se transferentes praedictas, nisi per patentes superioris sui ordinis literas de licentia speciali se illuc transferendi sibi concessa praelatis eisdem fecerint plenam fidem, in civitatibus suis et dioecesibus ac locis et terris aliis ad praedicationis officium vel divinorum celebrationem admittant, sed ipsos potius velut apostatas capiant seu capi faciant, eos carcerali custodiae, donec de dicta licentia speciali modo praedicto sibi constiterit, detinendo. Et nihilominus, si quos religiosos approbare quae sedes apostolica reprobavit, vel quae alias sunt fidei obvia in suis praedicationibus seu secretis colloquutionibus dogmatizare persenserint, ut tales, quibuscunque cessantibus privilegiis, possint licite capere, et carcerali custodiae, sicut suos possent subditos, mancipare licentiam impertimur. Et insuper tenore praesentium mandamus eisdem, ut de praemissis summarie, simpliciter et de plano, ac sine strepitu iudicii et figura per se vel per alium seu alios se solleriter et fideliter studeant informare, quosque de praedictis seu eorum aliquo repererint reos esse, iuxta statuta canonum et in aliorum exemplum castigare poenis debitis non postponant, non obstantibus exemptionibus, et aliis quibuscunque privilegiis et literis apostolicis, eisdem religiosi vel eorum ordinibus ab eadem sede concessis vel in posterum concedendis, etiamsi de illis plena et expressa mentio, ac de verbo ad verbum in praesentibus sit habenda. Quae quantum ad praedicta vel aliquod eorundem eisdem in nullo volumus suffragari. Nulli ergo etc. Datum Avinion. VI. Idus Maii, Pont. nostri Ao. IX.

TITULUS IX.
DE RELIGIOSIS DOMIBUS.

CAP. UN.

Licet Beguinarum status sit propter multas rationes per Clementem V. reprobatus; permittitur tamen mulieribus fide dignis, quae nec sunt culpabiles, nec suspectae, sub habitu Beguinarum vivere; nec sunt tales per ordinarios molestandae. Vide cap. 1. eod. tit. in Clement.

Ioannes XXII.

Ratio recta non patitur, ut innocentes ad paria cum nocentibus iudicentur. Sane felix recordationis Clemens Papa V. praedecessor noster, quum de mulieribus, quae Beguinae vulgariter nuncupantur, nonnulla ei fuissent praecipue de Alemaniae partibus insinuata sinistra, et praesertim quod earum quaedam de summa Trinitate et divina essentia disputarent et praedicarent, ac circa articulos fidei et ecclesiastica sacramenta opiniones catholicae fidei contrarias introducerent, et multorum simplicium animas in diversos errores inducerent: ex his et aliis frequenter de illis auditis habens eas non indigna ratione suspectas, in illas, quae statum huiusmodi noviter assumptum, sectarentur ulterius, aut quae illum de novo assumerent, excommunicationis sententiam promulgavit. Verum quia in multis mundi partibus plurimae sunt mulieres, quae similiter vulgo Beguinae vocatae, segregatae quandoque in parentum aut suis, interdum vero in aliis aut conductis sibi communibus domibus insimul habitantes, vitas deducunt honestas, ecclesias de nocte frequentant, dioecesanis locorum et parochialium ecclesiarum rectoribus reverenter obediunt, curiositatem disputandi, aut auctoritatem, seu temeritatem potius praedicandi nullo modo sibi usur-

pant, nec se vel alias seu alios quoslibet praemissis opinionibus erroribusque involvant, nec ulla super his est aut fuit hactenus nota seu suspicio contra eas, quae ipsas dissimiles a luce sua constringeret, ut nullis earum, quae perpetuam forte Domino continentiam devoverunt, occasio praebetur ad lapsum, et ne periculis, damnis et scandalis plurimis, quae proinde verisimiliter sequerentur, pro provisione ecclesiae moderna occupentur: Beguinas huiusmodi inculpabiles, ut praemittitur, nec suspectas sub prohibitione et abolitione praemissis, (quia de ipsis praedecessor noster praefatus nullatenus sensit dignoscitur,) de fratrum nostrorum consilio declaramus et volumus non includi, locorum ordinariis nihilominus iniungentes, ut eas sub praetextu huiusmodi nullatenus molestari permittant. Et si quid forsitan ex hoc in bonis aut iuribus a quibuscunque contra eas attentatum est hactenus, vel attentari contigerit in futurum: per illos praedictos ordinarios auctoritate nostra in statum reduci debitum volumus, invocato, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Ceterum statum Beguinarum huiusmodi, quas esse permittimus, (nisi de his per sedem apostolicam aliter ordinatum exstiterit,) nullatenus ex praemissis intendimus approbare. Locorum autem ordinarios et alios, ad quos praedicta spectabunt, curam pervigilem et sollicitudinem debitam praecipimus adhibere, ne praemissarum sequentes in via, et ipsarum actus temerarios imitando, praemissis erroribus et disputationum et praedicationum temeritatibus se involvant, eas, quae contra praedicta praesumpserint, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita percipiendo. Porro mulieres, quodcunque nomen habentes, quae de illis, ex quibus prohibitio praecesserit, culpabiles se reddiderint, aut merito notabiles vel suspectas esse, si statum vel habitum quoquo modo mutaverint, vere sub praedicta decernimus remanere censura, et taliter contra eas per illos, ad quos pertinuerit, procedi volumus et mandamus, quod ab errore de more revocatae non ultra inficiant sanas oves.

TITULUS X.

DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS
ET PROCURATIONIBUS:

CAP. UN.

Taxat procuraciones, pabula caritatis, et subsidium caritativum. Servat privilegia, conventiones, consuetudines, et praescriptiones, et indemnitate pauperum, inhibet contraveniri, punit transgressores, et eorum familiares etc. Et locari debet sub rubrica: de censibus et procuracionibus.

Benedictus XII. *Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

Vas electionis Paulus Apostolus, egregius praedicator, se et eos, qui secum erant, propriis manibus exhibebat¹⁾, ut pseudo- et subdolis operariis, sub praedicationis specie lucra sectantibus, locum praeccluderet, et his, quos ipse pascere pabulo verbi Dei, non existeret onerosus. Sane, licet circa modestiam in exigendis procuracionibus observandam a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus salubria emanaverint instituta, quia tamen, (sicut experientia docet,) nonnulli praelatorum, nec non dioecesis nunciatorum, vel legatorum apostolicae sedis, de quibus nullam faciunt mentionem expresse, sic se reddiderunt et reddunt in dictarum procuracionum exactionibus onerosos, ut oppressi subditi huiusmodi onera nequeant supportare, et victum longi temporis brevis hora consumat: nos, attendentes, quod parentes debent thesaurizare filiis, non delitiis fastidiosis eorum substantiam absorbere, ac cupientes pro diversitate conditionum visitantium praelatorum et provinciarum, ac ecclesiasticarum etiam facultatum, certum modum sufficientem visitantium et supportabilem visitatis in praemissis fore de cetero observandum, de fratrum nostrorum consilio praesentis constitutionis edicto statuimus, quod, quum in Franciae, Navarrae, Maioricarum regnis ac terris, provinciis et partibus adiacentibus, et in vicinis eisdem, nec non in Delphinatu, Burgundiae, Sabaudiae, Provinciae, et Forcalquerii comitatibus archiepiscopi et episcopi, ac alii praelati et personae ecclesiasticae, quibus id de iure vel consuetudine competit, suos subditos personaliter visitabunt, iidem archiepiscopi a suis vel suffraganeorum suorum cathedralibus ecclesiis pro procuracione unius diei sive in victualibus, sive a volentibus in pecunia, ultra trecentorum, a monasteriis vero et aliis ecclesiis, vel prioratibus saecularibus vel regularibus, habentibus collegium vel conventum duodecim vel plurium personarum, ultra ducentorum ac quinquaginta, ab ha-

Cap. II. 3) omitt. id. — 4) desid. ap. eund.

TIT. X. Cap. un. 1) Act. XX.

bentibus vero paucarum personarum collegium seu conventum, et quibusvis aliis ecclesiis, prioratibus et locis ultra ducentorum; episcopi vero ab ecclesiis cathedralibus ultra ducentorum, a monasteriis vero et ecclesiis aliis, ac prioratibus saecularibus vel regularibus, collegium habentibus duodecim vel plurium personarum, ultra centum et quadraginta, ab habentibus vero personarum collegium pauciorum, et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus et locis, ultra centum et quadraginta; abbates quoque a monasteriis vel prioratibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra centum, ab aliis quoque, habentibus minus collegium, ab²⁾ ecclesiis, prioratibus et locis quibuscunque ultra LXXX.; archidiaconi quoque ultra XXXV., archipresbyteri quoque ultra VIII. Turonensium argenti valorem recipere non praesumant. Si vero praefati archiepiscopi, praelati et personae ecclesiasticae ex privilegio apostolico per alios visitare, et procuraciones recipere valeant in pecunia numerata: iidem archiepiscopi a suis et aliis cathedralibus ecclesiis ultra centum et XX., a monasteriis vero et ecclesiis aliis, ac prioratibus saecularibus et regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra centum, ab habentibus vero minus collegium, et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus et locis ultra LXXX.; episcopi etiam ab eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus atque locis ultra LXXX.; abbates ultra LX.; archidiaconi ultra XXX. Turonensium argenti valorem non recipiant quoquo modo. In Alemaniae quoque, Angliae, Hungariae, Bohemiae, Poloniae, Norvegiae, Daciae, Scotiae et Sueciae regnia, terris ac provinciis, et partibus eisdem adiacentibus, archiepiscopi et episcopi, alii quoque praelati et personae ecclesiasticae, quum (ut praemittitur) personaliter visitabunt, iidem archiepiscopi et episcopi, etiamsi primates existant, a suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus, et personis earum pro procuracione unius diei sive victualibus, sive a volentibus in pecunia, ultra trecentum et viginti, a monasteriis vero et aliis ecclesiis, prioratibus saecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra CC. et LX., ab aliis vero monasteriis, ecclesiis, seu prioratibus, minus collegium habentibus, aliis quoque ecclesiis, prioratibus et locis ultra ducentorum et viginti; episcopi etiam a cathedralibus ecclesiis ultra ducentorum et viginti, a monasteriis vero et aliis ecclesiis et prioratibus saecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra C. et LXXX., ab habentibus vero collegium minus, et quibuslibet aliis ecclesiis et prioratibus atque locis ultra centum et quinquaginta; abbates insuper a monasteriis, prioratibus seu ecclesiis, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra centum, ab habentibus vero minus collegium, ac ecclesiis, prioratibus et aliis locis quibuslibet ultra LXXX.; archidiaconi vero ultra quinquaginta, archipresbyteri etiam ultra decem Turonensium argenti valorem recipere non praesumant. Si vero iidem archiepiscopi, episcopi, et praelati ac personae ecclesiasticae ex privilegio apostolico per alios visitare, et procuraciones recipere valeant in pecunia numerata: dicti archiepiscopi, etiamsi primates existant, ab huiusmodi ecclesiis, monasteriis, prioratibus atque locis ultra centum, episcopi ultra octoginta, abbates ultra LX., archidiaconi ultra XXX. Turonensium argenti valorem pro procuracione qualibet unius diei recipere non praesumant. In Castellae quoque, Legionis, Arragoniae et Portugalliae regnis et dominiis, terris et provinciis regum Castellae, Arragoniae et Portugalliae, et partibus adiacentibus etiam vicinis eisdem, excepto Sardiniae et Corsicae regno, archiepiscopi, episcopi et praelati, ac personae ecclesiasticae, quum (ut praemittitur) personaliter visitabunt, iidem archiepiscopi a suis et suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus pro procuracione unius diei sive in victualibus, sive a volentibus in pecunia, ultra centum et quadraginta, a monasteriis vero et ecclesiis aliis, ac prioratibus saecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra centum et viginti, ab habentibus vero minus collegium, aliisque ecclesiis, prioratibus atque locis ultra centum; episcopi etiam a cathedralibus ecclesiis ultra centum, a monasteriis vero et prioratibus saecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra LXXX., ab habentibus vero minus collegium, aliisque ecclesiis, prioratibus et locis ultra LX.; abbates etiam a monasteriis vel prioratibus, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra quinquaginta, ab habentibus minus collegium, et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus et locis ultra XL.; archidiaconi vero ultra XXV., archipresbyteri vero ultra V. Turonensium argenti valorem recipere non attentent. Si vero proxime nominati archiepiscopi, episcopi et praelati, et aliae personae ecclesiasticae ex privilegio apostolico

per alios visitare, et procuraciones recipere possint in pecunia numerata: iidem archiepiscopi ab eisdem suis et suffraganeorum suorum ecclesiis ultra LXXX., a monasteriis vero et ecclesiis aliis ac prioratibus saecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra LX., ab habentibus vero minus collegium, et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus sive locis ultra L.; episcopi etiam ab eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus sive locis ultra XL.; abbates vero ab eorum monasteriis, prioratibus, ecclesiis sive locis ultra XXX.; archidiaconi vero ultra XX. Turonensium argenti valorem recipere non attentent. In Apuliae vero, Calabriae, Terrae laboris, Siciliae, Lombardiae, Tusciae, Sardiniae, Corsicae, et ceteris aliis Italiae partibus, nec non Sclavoniae, Aethiopiae, Cypri, et ceteris regnis insularique, et aliis provinciis et partibus omnibus ultramarinis et etiam transmarinis, patriarchae, archiepiscopi, episcopi, ac praelati alii et personae ecclesiasticae consistentes, quum (ut praemittitur) personaliter visitabunt, iidem patriarchae et archiepiscopi a suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus pro procuracione unius diei sive in victualibus, sive a volentibus in pecunia, ultra LX., a monasteriis vero et ecclesiis aliis, ac prioratibus saecularibus vel regularibus, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra quinquaginta, ab habentibus vero minus collegium, et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis ultra quadraginta; episcopi etiam a cathedralibus ecclesiis ultra quinquaginta, a monasteriis vero aliisque ecclesiis, et prioratibus saecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra quadraginta, ab habentibus vero minus collegium, et ecclesiis aliis, seu prioratibus vel locis quibuslibet ultra triginta; abbates vero a suis monasteriis vel prioratibus, simile collegium vel maius habentibus, ultra viginti, ab habentibus vero minus collegium, et quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis ultra sedecim, archidiaconi ultra decem Turonensium argenti valorem non audeant recipere quoquo modo. Si vero praelati, patriarchae, archiepiscopi, episcopi et personae ecclesiasticae proxime nominati ex privilegio apostolico per alios visitare, et procuraciones recipere valeant in pecunia numerata: dicti patriarchae seu archiepiscopi ab eisdem suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus ultra quadraginta, a monasteriis quoque et ecclesiis aliis ac prioratibus saecularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra triginta, ab habentibus vero minus collegium, et ecclesiis aliis, prioratibus, sive locis et subditis quibuscunque ultra viginti octo; episcopi quoque a suis cathedralibus, et quibuslibet aliis ecclesiis, monasteriis, prioratibus atque locis ultra viginti; abbates etiam ultra decem, nec non archidiaconi ultra quinque Turonensium argenti valorem recipere non praesumant, ita, quod expensae seu sumptus universi, seu taxatio pecuniaria huiusmodi procuracionis totius diei, videlicet in pecunia, vel victualibus et necessariis aliis, praedictam summam vel valorem aliquatenus non excedat. Nec ultra dictas summas vel taxationes seu valores earum praetextu cuiusvis consuetudinis, vel alias, vel ab ipsis praelatis vel familiaribus earundem quicquam exigere vel recipere liceat etiam a volentibus, quando ex conventionem vel consuetudine minus solvere consueverint, quod propter praedicta non plus solvant. Illud quoque, quod de archidiaconis superius diximus ordinandum, locum habere volumus etiam in decanis, praepositis aliisque personis ecclesiasticis superius non expressis, quibus visitationis officium et procuracionis receptio ex privilegio sedis apostolicae, vel de iure seu consuetudine competere dignoscuntur, decanis ruralibus duntaxat exceptis, qui in aliquibus regionibus archipresbyteri nominantur, circa quos in receptione huiusmodi procuracionis id, quod supra statutum est de aliis archipresbyteris, volumus observari. Nostrae tamen intentionis existit, quod, si ex conventionem vel consuetudine tam ecclesiae cathedrales, quam collegiatae, et aliae quaelibet saeculares, ac etiam monasteria, prioratus conventuales, et loca alia quaevis ecclesiastica, earumque capitula, collegia seu conventus, rectores etiam et personae, praelatis quibusvis³⁾ visitantibus (ut praefertur) minus debeant vel consueverint, quam per nos superius est statutum, ad solventum ultra conventionem vel consuetudinem huiusmodi nullatenus adstringantur, sed super his circa eos consuetudo et conventio huiusmodi observentur. Huiusmodi etiam moderaciones et taxationes ad praelatos quoslibet, qui praetextu cuiusvis consuetudinis in monasteriis sive locis aliis ecclesiasticis gratis recipiantur ad pabulum caritatis, extendimus et etiam progamus, proviso nihilominus, quod in locis quibuslibet, secundum quod maior vel minor rerum copia fuerit in eisdem, nec non iuxta maiorem vel minorem personarum et erectionum numerum

Cap. un. 2) ac: Böhm. — 3) add.: suis: Böhm.

huiusmodi visitantium, expensarum maiorum vel minorum debita moderatio teneatur, ita tamen, quod maiores expensae non excedant summam superius limitatam. Insuper praedictis omnibus archiepiscopis, primatibus, episcopis, et aliis superius nominatis visitantibus, ne ultra conventionem vel consuetudinem huiusmodi circa personas et loca, ubi fuerint, nec ultra moderationes et taxationes praedictas quicquam praesumant recipere, districtius nihilominus inhibemus. Volentes etiam constitutionem praesentem poenae adiectione iuvare, statuimus, quod, si dicti visitantes per se, vel, (si ex privilegio eis competat,) per alios visitationis officium exercuerint, et procuraciones receperint, ut praefertur, ipsi vel familiares eorum ultra taxationes praedictas aliquid scienter exegerint, vel receperint etiam a volente, duplum eius, quod ipsi iidem praelati, vel, eis scientibus aut ratum habentibus, eorum familia taliter exegerint vel receperint, intra duos menses post receptionem seu scientiam huiusmodi ecclesiis, monasteriis et aliis locis, a quibus illa receperint, restituere teneantur. Si vero, dictis praelatis per alios visitantibus, hi, qui pro eis visitationis officium exercebunt, per se vel per alios ultra moderationes seu taxationes praedictas quicquam exegerint, seu receperint etiam a volentibus: duplum eius, quod ultra receperint, ecclesiis et monasteriis vel locis aliis, a quibus id receptum fuerit, intra praefatum terminum restituere teneantur. Alioquin extunc dicti praelati, qui ultra moderationes et taxationes praedictas, seu conventionem vel consuetudinem huiusmodi receperint in pecunia numerata, duplum ipsam eisdem ecclesiis, monasteriis sive locis ultra dictum tempus restituere differentes, ingressum ecclesiae sibi noverint interdictum. Hi vero, pro dictis praelatis visitationem huiusmodi (ut praemittitur) exercentes, ab officio et beneficio noverint se suspensos, quousque gravatis ecclesiis, monasteriis sive locis de huiusmodi duplo plenariam satisfactionem impendant. Adicientes constitutioni praesenti, quod, si quis de familia praelati personaliter visitantis aliquid ultra moderationes et taxationes praefatas per se vel alios praelato ignorante nec ratum habente receperit ab ecclesiis, monasteriis et locis aliis visitatis, duplum eius, quod ultra receperit, de suo proprio intra duos menses post receptionem huiusmodi ecclesiis, monasteriis et locis aliis, a quibus illa receperit, reddere teneatur. Alioquin extunc recipiens, si clericus fuerit, tandiu ab officio et beneficio sit eo ipso suspensus, si vero laicus, tandiu ingressum ecclesiae sibi noverit interdictum, et a communione eucharistiae ipso facto noverit se suspensum, donec de duplo huiusmodi gravatis ecclesiis, monasteriis sive locis satisfecerit cum effectu, nulla eisdem ultra moderationes et taxationes praedictas recipientibus in his donantium remissione⁴⁾, liberalitate vel gratia valitura. Ceterum moderationes et taxationes huiusmodi in illis locis volumus observari, in quibus id fieri poterit secundum ecclesiae, monasterii vel loci alterius facultates. In aliis autem tantam praecipimus⁵⁾ modestiam adhiberi, quod per haec, quae ad exonerationem locorum ecclesiarum statuendam providimus, non doleant se gravari, nec per hoc dicti praelati exigendi amplius, quam ipsi subditi pati possint, indultam sibi existiment potestatem. Praemissis quoque adiciendo statuimus, quod, si dicti praelati vel aliqui eorum ex apostolica indulgentia, vel consuetudine, seu de iure petant sibi ab ecclesiis, monasteriis et locis aliis, eorumque capitulis, collegiis vel conventibus, rectoribus seu personis moderativum seu caritativum subsidium exhiberi, non possint a singulis ecclesiis, monasteriis sive locis pro subsidio huiusmodi ultra petere vel recipere etiam a volentibus, nisi quantum adacerent singulae procuraciones in pactum per nos superius moderatum, quas iidem praelati possent recipere, quando ex privilegio per alium visitarent. Porro Turonenses praedictos tales fore intelligimus, quod XII. ipsorum valeant unum florennum auri boni, puri et legalis ponderis, ac cuius Florentini. Per constitutionem autem huiusmodi nolimus, quod praedicti praelati vel alii, quibus visitationis officium et procuracionum receptio ex privilegio sedis apostolicae vel alias de consuetudine vel de iure competere dignoscuntur, ius visitandi seu procuraciones recipiendi sibi valeant vindicare. Nec per constitutionem eandem aliis constitutionibus super praemissis per praedecessores nostros dudum editis, quoad alia contenta in eis, aliquatenus derogetur. Insuper abbatem Cisterciensis ordinis sua monasteria visitantes sub praefata constitutione nostra nolimus comprehendi, quum super his per aliam constitutionem nostram duxerimus specialiter providendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum constitutionum, intentionis, inhibitionis, adiectionis, et praeepti ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem

hoc attentare praesumpserit: indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Avinion. XV. Kal. Ianuar. Pont. vero nostri Ao. II.

TITULUS XI.

DE CELEBRATIONE MISSARUM.

CAP. UN.

Narratis perturbationibus plurimis, quae ecclesiae praesertim per haereticos inferuntur, ordinat Romanus Pontifex, quod, dum missa celebrantur, in quibus devotius oratur, certae preces hic expresse ad Deum effundantur. Et, ut Christiani ad id sint promptiores, viginti dies indulgentiarum cunctis hoc facientibus elargitur. Adverte, quod sub hoc tit. apte potuisset locari extravagan. Doct., quae est supra de vita et honest. cler., ut ibi tractatum est.

Ioannes XXII.

Discipulorum Christi gesta nos instruunt, ut, in pelago huius mundi procella surgente, ad divinum confugium recurrere debeamus. Illi quidem, commotione maris adeo grandi facta, ut fluctus navicula¹⁾, in quam Iesum sequentes intraverant, operirent, Christum dormientem vocibus excitarent supplicibus, et adversus ingruentes tempestatis impetus ab eo salutis praesidium postularunt. Quum itaque catholicam ecclesiam, quae congregationem fidelium comprehendit, videamus, (quod dolentes referimus,) pacis aemuli, zizaniorumque satoris malitia procurante, discordiarum flatibus concitatam, earumque fluctus adeo elevatos, quod quasi operiant ipsam totam, haereticos insuper ecclesiam ipsam cernamus et schismaticos impugnare ferociter, ac, inconsultum Domini tunicam scindant, multipliciter laborare: cum fratribus nostris deliberatione praehabita diligenti, expediens, immo necessarium potius aestimamus, ut ad illum, qui ad dexteram patris residet in excelsis, qui caput est congregationis eiusdem, cuique potestas omnis tam in coelo quam in terra noscitur tradita, eique venti et maria obsecundant, levemus cum manibus corda nostra, ipsumque devotis pulsantibus precibus, apud eum sedulis orationibus insistamus, ut insurgentes praemissae fremitus tempestatis, quae quasi universorum Christicolarum regna conculit, subditos contra dominos violato foedere erigit, haereticis et schismaticis ac rebellibus ecclesiae Dei insurgendi contra ipsam eiusque iura usurpandi insaniam damnabili ausum pandit, flatus cessare, fluctusque praedictos quiescere sua faciat omnipotenti virtute, cordaque haereticorum, schismaticorum aliorumque rebellium ad Dei ecclesiae unitatem ac devotionem inclinet et habiliet, vel forsitan, quum praemissis pertinaciter intendant persistere, ipsorum elidat superbiam, eorumque obstinatam malitiam suae virtute dexterae conterat et prosternat, corda quoque subditorum ad eorum superiora, et eorum superiorum convehat ad subditos, ipsosque dissidentes in concordiae unitate conciliet et confirmet, sicque det ipsis superioribus praesidere, quod sic regnent, ut dirigantur, eorumque regimen cedat subditis ad salutem perpetuam, quietem et pacem, nobisque ipse, cuius providentia in sui dispositione non fallit, modos et vias aperiat, per quos hoc, quod in votis gerimus, efficaciter promovere possimus. Et quia in missarum solenniis ad Deum consueverunt preces effundi devotius: de eorumdem fratrum consilio ordinaamus, quod in singulis missarum celebrationibus post dictum a celebrante: „Pater noster,“ responsioneque secuta, antequam in missa ulterius procedatur, illud canticum²⁾: „Laetatus sum in iis, quae dicta sunt mihi,“ totum cum „Gloria Patri,“ a religiosis, clericis et aliis literatis praesentibus cum devotione dicatur³⁾. Et primo dicantur „Kyrie eleison,“ „Christe eleison,“ „Kyrie eleison! Pater noster.“ Et post isti versiculi subsequantur: „Domine, salvos fac reges. Et exaudi nos in die, qua invocaverimus te. Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tuae. Et rege eos, et extolle illos usque in aeternum. Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis. Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum, et cum spiritu tuo.“

Collecta.

„Ecclesiae tuae, quaesumus, Domine, preces placatus admittite, ut, destructis adversitatibus et erroribus universis, securam tibi serviat libertate. Per Dominum nostrum.“

„Hostium nostrorum quaesumus, Domine, elide superbiam; eorum contumaciam dexterae tuae virtute prosterne. Per Christum Dominum nostrum. Amen.“

Cap. un. 4) remissionem: Ed. Rom. oper. mend. — 5) praecipimus: ead. oper. mend.

TIT. VIII. Cap. un. 1) Luc. VIII. — 2) Psal. CXXI. — 3) dicantur: Ed. Rom. oper. mend.

Benedict celebrata consequenter.

Nos autem, Christianifideles ad exequendum supra dicta promptius donis volentes spiritualibus animare, omnibus vere poenitentibus et confessis, tam his celebrantibus, quam ipsis assistentibus observantibus supra dicta, quam alii preces tunc devotas Deo suadentibus, pro praemis diebus et missis singulis, quibus haec fecerint, XX. dies, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate commisi, de iniunctis alibi poenitentii relaxamus. Nulli ergo etc. Datum XII. Kal. Julii, Pont. nostri Ao. XII.

TITULUS XII.

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE SANCTORUM.

CAP. I.

Qui conceptionem immaculatae virginis devote celebrant, in eodem festo et eius octavis officio intererunt, tales tribuuntur indulgentiae, quales consequuntur Christi fideles in corporis Christi solennitate.

Sixtus IV.

Quum praeeccelsa meritorum insignia, quibus regina coelorum, virgo Dei genitrix gloriosa, sedibus praelata aetheris, sideribus quasi stella matutina praerutilat¹⁾, devotae considerationis indagine perscrutamur, et intra pectoris arcana revolvimus, quod ipsa, utpote via misericordiae, mater gratiae et pietatis, amica humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere gravantur, sedula oratrix, et pervigil ad regem, quem genuit, intercedit: dignum, quin potius debitum reputamus, universos Christi fideles, ut omnipotentis Deo, (cuius providentia eiusdem virginis humilitatem ab aeterno respiciens, pro reconcilianda suo auctori humana natura lapsu primi hominis aeternae morti obnoxia, eam sui unigeniti habitaculum sancti Spiritus praeparatione constituit, ex qua carnem nostrae mortalitatis pro redemptione populi sui assumeret, et immaculata virgo nihilominus post partum remaneret,) de ipsius immaculatae virginis mira conceptione gratias et laudes referant, et instituta propterea in Dei ecclesia missas et alia divina officia dicant, et illis intersint, indulgentiis et peccatorum remissionibus invitare, ut exinde tant eiusdem virginis meritis et intercessionem divinae gratiae aptiores. Hac igitur consideratione inducti, eiusdem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate commisi, auctoritate apostolica hac in perpetuum valitura constitutione statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli Christianifideles utriusque sexus, qui missam et officium conceptionis eiusdem Virginis gloriosae iuxta piam, devotam et laudabilem ordinationem dilecti filii magistri Leonardi de Nogarolis clerici Veronensis, notarii nostri, et, quae de super a nobis emanavit, missae et officii huiusmodi institutionem in die festivitatis conceptionis eiusdem Virginis Mariae et per octavas eius devote celebraverint et dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quoties id fecerint, eandem prorsus indulgentiam et peccatorum remissionem consequantur, quam iuxta felicis recordationis Urbani IV. in concilio Viennensi approbatam²⁾, ac Martini V. et aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum constitutiones consequantur illi, qui missam et horas canonicas in festo corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi a primis vespere et per illius octavas iuxta Romanae ecclesiae constitutionem celebrant, dicunt, aut missae officio et horis huiusmodi intersint, praesentibus perpetuis temporibus valituris. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis domini. MCCCCLXXXVI. III. Kal. Martij, Pont. nostri Ao. VI.

CAP. II.

Excommunicationem ipso facto incurrunt praedicatores, asserentes, divinam Virginem in peccato mortali fuisse conceptam, qui etiam dicunt, quod festum conceptionis eius celebrantes graviter peccant. Et vult, praesentem constitutionem in locis populosis publicari.

Idem in eadem materia.

Grave nimis gerimus et molestum, quum sinistra nobis de quibusdam ecclesiasticis personis referuntur; sed in eorum, qui ad evangelizandum verbum Dei sunt deputati, excessibus praedicando commissis eo gravius provocamur, quo illi periculosius remanent incorrecti, quum facile deleri nequeant, qui multorum cordibus sic publice praedicando diffusis et damnabilibus imprimuntur errores. Sane quum S. Romana ecclesia de intemeratae semperque virginis Mariae conceptione publice festum sollemniter celebret, et speciale

ac proprium super hoc officium ordinaverit: nonnulli, ut sceptimus, diversorum ordinum praedicatores in suis sermonibus ad populum publice per diversas civitates et terras affirmare haec non erubuerunt, et quotidie praedicare non cessant, omnes illos, qui tenent aut asserunt, eandem gloriosam et immaculatam Dei genitricem absque originali peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse haereticos, eiusdem immaculatae conceptionis officium celebrantes, audientesque sermones illorum, qui eam sine huiusmodi macula conceptam esse affirmant, peccare graviter. Sed et praefatis praedicationibus non contenti, confectos super his suis assertionibus libros in publicum ediderunt, ex quorum assertionibus et praedicationibus non levia scandala in mentibus fidelium exorta sunt, et maiora merito exoriri formidantur iudices. Nos igitur huiusmodi temerariis ausibus, ac perversis assertionibus ac scandalosis³⁾, quae exinde in Dei ecclesia exoriri possunt, (quantum nobis ex alto conceditur,) obviare volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et certa scientia huiusmodi assertiones praedicatorum eorundem, et aliorum quorumlibet, qui affirmare praesumerent, eos, qui crederent aut tenerent, eandem Dei genitricem ab originali peccati macula in sua conceptione praeservatam fuisse, propterea alicuius haeresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut huiusmodi officium conceptionis celebrantes, seu huiusmodi sermones audientes alicuius peccati reatum incurere, utpote falsas et erroneas, et a veritate penitus alienas, editoque de super libros praedictos, id continentis, quoad hoc auctoritate apostolica tenore praesentium reprobamus et damnamus, ac motu, scientia et auctoritate praedicta statuimus et ordinamus, quod praedicatores verbi Dei et quicumque alii, cuiuscunque status, gradus, aut ordinis ac conditionis fuerint, qui de cetero ausu temerario praesumpserint in eorum sermonibus ad populum seu alias quomodolibet affirmare, huiusmodi sic per nos improbatas et damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere vel habere, postquam de praesentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, a qua ab alio, quam a Romano Pontifice, (nisi in mortis articulo,) nequeant absolutionis beneficium obtinere; item motu, scientia et auctoritate similibus simili poenae ac censurae subiicientes eos, qui ausi fuerint asserere, contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, haeresis crimen vel peccatum incurere mortale, quum nondum sit a Romana ecclesia et apostolica sede decium, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque, quibus communiter vel divisim a sede apostolica indultum existat, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam ac expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et ne de praemissis aliquando valeant ignorantiam allegare: volumus, quod locorum ordinarii requisiti praesentes literas in ecclesiis, consistentibus in eorum civitatibus, et suarum dioecesum, et locis insignibus, dum maior ibi multitudo populi ad divina convenerit, sermonibus ad populum mandent et faciant publicari. Praeterea, quia difficile foret praesentes literas ad singula loca, in quibus expediens fuerit, deferre: etiam volumus et dicta auctoritate decernimus, quod earundem literarum transumpto manu publici notarii confecto et authentico alicuius praelati ecclesiastici sigillo munito ubique stetur, prout staretur eidem originalibus literis, si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae reprobationis, damnationis, statuti, ordinationis, voluntatis et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum se noverit incursum. Datum Romae apud S. Petrum, anno incarnationis dominicae MCCCCLXXXIII. prid. Non. Sept., Pont. nostri Ao. XIII.

TITULUS XIII.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM.

CAP. UN.¹⁾

Decretalis: Clericis laicos, eod. tit. libr. VI. habet locum tantum quoad laicos, talibus a clericis exigentes, et dantes illis auxilium, et non quoad sobditos; praecipit deinde, Lateranense et generalia concilia diligenter observari.

Benedictus XI.

Quod olim per felicis recordationis Bonifacium Papam VIII. praedecessorem nostrum contra laicos, exigentes sive recipientes²⁾ a

TIT. XII. Cap. I. 1) praerutilans: Ed. Rom. oper. mend. — 2) log.: approbatam: — cf. Clem. 1. de. reliqu. et ven. sanct. — 3) scan-

dalis: Böhm.

TIT. XIII. Cap. un. 1) Cod. Lips. 15. — 2) sive recip.: desid. ib. —

clericis et ecclesiasticis personis tallias, decimam vel aliam quotam seu quantitatem aliquam de proventibus bonorum suorum aut ecclesiarum, nec non adversus solventes, aut promittentes, vel consentientes se³⁾ soluturos, poenis adiectis statutum est, quantum ad poenas ipsas ex causa de consilio fratrum nostrorum restringimus ad exigentes tantummodo, et ad exigendum dantes auxilium, consilium vel favorem, non autem quoad easdem poenas in solventibus aut recipientibus a sponte dantibus⁴⁾ deinceps vindicet sibi locum. Ceterum attendant solliciti ecclesiarum praelati, et alii clerici Lateranense concilium⁵⁾, quod in huiusmodi subventionibus solum casum necessitatis aut communis utilitatis, ubi⁶⁾ laicorum ad id non suppetant facultates, deliberatione provida noscitur excepisse, et deinde generale statuisse concilium⁷⁾ propter quorundam imprudentiam, etiam in hoc casu Romanum Pon-

tificem, (cuius interest communibus providere utilitatibus,) primitus consulendum. Attente igitur caveant, ne praedictorum conciliorum transgressores existant, aliquid in casu praedicto, et multo magis, si casus⁸⁾ ipse non subsit⁹⁾, quoquo modo vel titulo, inconsulto Romano Pontifice occasione subventionum dictarum concedendo¹⁰⁾ laicis, vel etiam promittendo; alioquin tanquam canonum et¹¹⁾ tam solennium conciliorum temerarii transgressores, quas procul dubio Deo propitio idem infliget Pontifex, gravissimas poenas poterant merito formidare. Nulli ergo omnino¹²⁾ hominum, etc. Pastoralis cura sollicitudinis super cunctas populi Christiani nationes invigilare remediis subiectionum, eorumdem perficulis obviare, ac scandala removere compellit. Sane, quoniam ex constitutione felicitis recordationis Bonifacii etc. ut in Clem. I. eod. tit.

FINIS LIBRI TERTII.
QUARTUS LIBER VACAT.

LIBER QUINTUS.

TITULUS I. DE SIMONIA.

CAP. I.

Pastus vel iocalia exigentes, et etiam dantes pro religionis ingressu, si sint singulares personae: excommunicationis, si conventus vel capitulum: suspensionis sententias ipso facto incurrunt; cuius utriusque vinculi absolutio soli Papae reservatur, aliis poenis in suo robore duraturis, nisi ingredientibus aliquid sponte, et sine pactione obtulerint. Quid de personis iam tali labe foedatis, et hinc sic receptis faciendum sit, tandem patefacit.

Urbanus IV. alias V.

Sane, ne in vinea Domini, nostrae (licet insufficientibus meritis) commissa custodiae, nascentes vepres et spinae adeo convalescant, quod speratam fructificationem ipsius valeant impedire: diligentiae nostrae incumbit officio, ut illas extirpare radicibus sollerti studio procuremus. Sane multorum fide dignorum relatione didicimus, quod in nonnullis ecclesiis, monasteriis, prioratibus et aliis locis religiosis, tam virorum quam mulierum, ordinum, regionum, et partium diversarum, detestabilis et a canonibus reprobata servatur abusus, quod, quum personae aliquae recipiuntur ab eis ad observantiam regularem, ipsae temeritate praesumptuosa pastus seu prandia capitulis et conventibus ipsarum ecclesiarum, monasteriorum, prioratum et locorum, aut pecunias, aut iocalia, seu res alias ipsis ecclesiis, monasteriis, prioratibus et locis, seu praesidentibus eis, ex statuto seu consuetudine, quae corruptela est potius dicenda, tribuere compelluntur; ex quibus decori ecclesiasticae et immaculatae religionis detrahitur, quam plures etiam, tam execratione huiusmodi criminis, quam expensarum onere a sacrae religionis proposito retrahuntur, ipsaeque ecclesiae, monasteria et loca famulantium Deo consuetis numeris remanent destituta, et in multorum mentibus fidelium scandalum generatur. Nos igitur, huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, et aliis poenis in talia praesumentes inflicti a iure in suo robore duraturis, poenam adiciere graviorem, universis abbatibus, prioribus, decanis, praepositis et magistris, nec non abbatissis et priorissis, aliisque praelatis quovis nomine nuncupatis, et eorum officialibus, quarumcunque etiam ecclesiarum, monasteriorum, prioratum, domorum et locorum quorumlibet, religionum, ordinum etiam militarium tam exemptorum quam non exemptorum, quocunque nomine censeantur, ac capitulis et conventibus et singularibus personis eorum, tenore praesentium auctoritate apostolica, (quamvis sit eis a iure inhibitum,) districtius inhibemus, ne tam a maribus quam a mulieribus, volentibus ingredi eorum religionem, ecclesias, monasteria, prioratus, domus seu loca, in earundem personarum receptione, aut ante vel post illam, quoscunque pastus, prandia seu coenas, pecunias, iocalia aut res alias, etiam ad usum ecclesiasticum, seu quemvis pium usum alium deputata vel deputanda, directe vel indirecte petere vel exigere quoquo modo praesumant, sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant, ac in victu et vestitu,

sicut alias personas suarum ecclesiarum, monasteriorum, prioratum, domorum et locorum sincera caritate pertractent, illa duntaxat, quae personae ipsae ingredientibus pure et sponte, et plena liberalitate, omni pactione cessante dare vel offerre ecclesiis, monasteriis, prioratibus, domibus et locis huiusmodi voluerint, cum gratiarum actione licite recepturi. Nos enim, qui secus egerint, si sint singulares personae, tam dantes quam accipientes huiusmodi excommunicationis, si capitulum vel conventus fuerit, suspensionis sententias eo ipso decernimus subiacere, a quibus, (praeterquam in mortis articulo,) absolvi nequeant absque sedis apostolicae licentia speciali. Ceterum persona illis utriusque sexus, quae iam labe huiusmodi sunt foedatae, earum providentes saluti, de benignitatis gratia eas liberantes, concedimus, quod per suos locorum dioecesanos hac vice duntaxat a crimine huiusmodi et nota infamiae inde contracta auctoritate apostolica absolvantur, canonica proinde ipsis poenitentia salutari imposita, de qua ipsorum discretioni videbitur expedire, et demum cum ipsis, ut in earum ecclesiis, monasteriis, prioratibus, dignitatibus et locis licite valeant remanere, misericorditer dispensetur. Insuper erga personas illas, quae in praemissis recipiendo aliqua contra canonicas sanctiones peccasse noscuntur, volentes nos reddere gratiosos, omnia recepta huiusmodi, si ad communem usum monasteriorum seu locorum eorum sunt applicata, ea ad dictum usum licite concedimus retineri. Si vero ad specialem usum abbatis seu abbatissae, prioris aut priorissae, aut alterius singularis personae retineantur: illa venire praecipimus in communi. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae inhibitionis, constitutionis, concessionis et praecipii infringere, vel ei auau temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit: indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum, II. Nonas mensis Aprilis, Pont. nostri Ao. I.

CAP. II.

Omnes simoniaci cuiuscunque dignitatis aut status sunt ipso facto excommunicati, nec habent simoniace ordinati ordinis executionem. Et electiones aut aliae provisiones per simoniam factae non valent, nec eis percipiendi fructus tribuunt. Mediatores etiam simoniace eadem censura ligantur, qui a solo Papa absolventur. Et omnes praedicti sunt Romana Pontifici revelandi.

Paulus Venetus Papa II.

Quum detestabile scelus simoniace pravitatis tam divinorum quam sacrorum canonum auctoritas abhorreat atque damnet: nos, considerantes, quod plures poenarum gravitas, quam Dei timor arcere solet a voluntate peccandi, ac summis desideriis affectantes, ut horum pestiferum vitium non ex usu solum, sed etiam ex mentibus hominum saltem propter poenarum metum penitus evellatur, praecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes, ac etiam omnes et singulas excommunicationis, suspensionis, priuationis et interdicti sententias, censuras et poenas, dudum a Romanis Pontificibus praedictis et pro talibus reputatis contra simo-

Cap. un. 3) ac: Ed. Bas. — 4) recip. vel dantibus sponte deinceps: Cod. Lips. — 5) cf. c. X. h. t. III. 49. — 6) nisi: Cod. Lips. — 7) cf. c.

7. X. h. t. — 8) causa ipsa: Cod. Lips. — 9) subsistit: Ed. Bas. — 10) conferendo: Cod. Lips. — 11) et tam: desid. ib. — 12) omn. hom. etc.: omitt. id.

nianos quomodolibet latus, et illos, qui cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis vel praecminentiae fuerint, etiamsi cardinalatus, patriarchali, episcopali, regali, reginali, vel alia quavis ecclesiastica seu mundana dignitatibus praefulgeant, et eorum quemlibet tam manifestum quam occultum, quas ipso facto eos incurrere volumus, confirmantes et innovantes apostolica auctoritate, declaramus, quod omnes illi, qui simoniace ordinati fuerint, a suorum aint ordinum executione suspensi. Per electiones vero, postulationes, confirmationes, provisiones, seu quasvis alias dispositiones, quas simoniaca contigerit labe fieri, et quae viribus omnino careant, in ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis ecclesiasticis, et quibusvis beneficiis aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium, quae percepit, restitutionem sub animae suae periculo sit adstrictus. Statuentes praeterea, quod universi et singuli etiam praemissis dignitatibus praediti, qui quomodolibet dando vel recipiendo simoniam commiserint, aut quod illa fiat mediatores extiterint seu procuraverint, sententiam excommunicationis incurrant, a qua, nisi a Romano Pontifice pro tempore existente, non possint absolvi, praeterquam in mortis articulo constituti. Et, ut huiusmodi labe cantagio frequentius reprimatur, omnibus et singulis ecclesiasticis saecularibusque personis, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, in virtute sanctae obedientiae districtius iniungimus, ut eos omnes, quos simoniam huiusmodi commisisse vel procurasse, aut in ea mediatores esse sciverint, Pontifici praedicto, vel cui idem Pontifex duxerit committendum, per se vel alios revelare quantocius non omittant, pro revelatione huiusmodi, etiamsi complices fuerint, non solum veniam a nobis, sed etiam gratiam consequantur, si eorum indicio participes tanti criminis valeant coerceri. Quod si non fecerint, absolvi non valeant, donec praedicta revelent, et complices huiusmodi detecti arctius punientur. Nulli ergo etc. nostrae confirmationis, innovationis, declarationis et voluntatis infringere, etc. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae MCCCCLXIV. IX. Kal. Decembr., Pont. nostri Ao. I. Publicata die XXIV. Novembr. anno praedicto.

TITULUS II.

DE IUDAEIS.

CAP. I.

Christiani, arma portantes ad infideles Christianos impugnantes, ipso facto sunt excommunicati, capientium servi infames et intestabiles tam active quam passive, et eorum bona confiscata. Vide cap. Ita quorundam, et cap. Ad liberandum. extra eod. tit.

Clemens V.

Multa mentis amaritudine concitatur, gravisque doloris aculeus perfodit mentem nostram, intelligentes, quod renati fonte baptismatis in devium abberantes, qui deberent opprobrium illatum Domino in terram hereditatis suae totis viribus vindicare, potius iniuriatoribus suis favent, Sarracenorum videlicet horribili et perfidae nationi, et degenerantes miserabiliter a statu fidelium, famae propriae immemores, et salutis oblitii, inimicis crucis Christi contra ipsius negotium ferrum, equos, arma et alia vetita, nec non victualia et mercimonia in Alexandriam, et ad alia loca Sarracenorum terrae Aegypti deferre praesumunt. Ex quo manifeste apparet, quod Christianos, qui ad defensionem hereditatis Domini ibidem pro fide remanserunt, talibus adiuti subsidiis irreverenter impugnant, propter quod fidei negotium ibidem quodammodo noscitur deperire. Nos igitur, qui ad liberandam terram ipsam operam dare intendimus cum Dei adiutorio efficacem, tam graves transgressus ulterius sustinere nolentes, felicitis recordationis Nicolai Papae IV. praedecessoris nostri vestigiis inhaerentes, praesentium tenore statuimus, ut nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia et alia quaecunque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terrae Aegypti deferre, mittere vel portare, seu de portubus eorum, ut eisdem deferantur, extrahere vel extrahi permittere, aut eis alias auxilium vel favorem praestare quoquo modo praesumat. Nos vero illos, qui contra huiusmodi constitutionem nostram ausu temerario venire praesumpserint, eo ipso excommunicationis sententiae decernimus subiacere, a qua absolvi nequeant, nisi tantum de bonis propriis in dictae terrae subsidium convertendum exsolverint, quantum ad partes praedictas detulerint vel miserint, aut deferri vel de ipsorum portubus extrahi permiserint deferendum; nec tunc etiam ab eadem (praeterquam in mortis articulo)

lo) absolvantur sententia absque mandato sedis apostolicae speciali. Et nihilominus, si personas eorum capi contingat, in servitutem et capturam illorum esse volumus, in quorum ceciderint captionem, auctoritate insuper apostolica statuentes, ut illi, qui contra huiusmodi statutum nostrum quomodolibet venire praesumpserint, praeter poenas praedictas, quas ipso facto incurrant, perpetuo sint infames, et intestabiles habeantur ita, quod nec testari, nec legata eis seu relicta percipere valeant, et insuper ad successiones tam ex testamento, quam ab intestato sint prorsus et reddantur inhabiles, nec ad publica quaelibet admittantur officia. Sintque illis omnes actus legitimi penitus interdicti, et tanquam excommunicati hostesque catholicae fidei, postquam de ipsorum huiusmodi temeritate constiterit, diebus dominicis et festivis publice nuncientur, et in fsecum bona eorum omnia devolvantur.

CAP. II.

Iudaei, ad fidem conversi, non sunt in bonis molestandi, ne sint deterioris conditionis post baptismum, quam essent ante.

Ioannes XXII.

Dignum arbitantes et iuri consonum, fonte renatos baptismatis, Iudaica caecitate dimissa, amplioribus favoribus aut gratiis quam antea abundare, indecens et absurdum, ut qui in perfidia abundarent cogantur mendicare fideles, universis et singulis rectoribus, et aliis officialibus comitatus Venesini, aliorumque comitatum et terrarum pertinentium ad apostolicam aedem districte praecipimus et mandamus, quatenus conversis huiusmodi, et qui in posterum convertentur, in possessionibus et bonis aliis, quocunque nomine censeantur, quae in comitatibus et terris praedictis conversionis tempore obtinebant, seu etiam obtinebunt, occasione praedicta nullam molestiam inferant, nec ab aliis inferri permittant, sed ipsi in his et aliis se favorabiles exhibentes, ipsos ab iniuriis et molestiis protegant et defendant, ut sic de servitute ad libertatem se transisse percipiant, nec redire praetextu mendicitatis odibilis ad dimissam perfidiam compellantur. Nulli ergo etc. nostrorum praedictionis et mandati infringere. Datum Avinion. X. Kal. August., Pont. nostri Ao. IV.

TITULUS III.

DE HAERETICIS.

CAP. I.

Decretalem: Per hoc. eod. tit. libr. VI. declarat, bona haereticorum per dioecanos usurpata vetans.

Benedictus XI. 1) *Inquisitoribus haereticas pravitatis.*

Ex eo, quod quaedam novella constitutio²⁾, super negotio haereticas pravitatis a bonae memoriae Bonifacio Papa VIII. praedecessore nostro edita, continet, quod in ipso negotio per dioecanos episcopos et inquisitores super eodem facto³⁾ inquiri valeat communiter vel⁴⁾ divisim, et, si divisim processerint, teneantur sibi invicem communicare processus, nos consulere voluistis, quando et quoties sit ista processuum communicatio facienda. Nos autem de fratrum nostrorum consilio, intelligendo dioecanos et inquisitores tunc demum divisim procedere, quam hi et illi separatim, non quando episcopi tantum, vel inquisitores tantum procedunt, consultationi vestrae breviter⁵⁾ respondemus, quod, quando utriusque procedunt aequum, sibi debent in fine tantum, dum⁶⁾ nihil restat agendum, nisi quod solum⁷⁾ sententia promulgetur, communicare processus. Licet enim quibusdam potuisset videri per legem civilem, quod, sicut, quando aliquis ex actitatis⁸⁾ coram alio debet ferre sententiam, ut puta, quando administrator delegat causam⁹⁾ sibi sententia reservata, saltem in principio, id est contestatione¹⁰⁾, rursus in medio, et semel in fine, quae sunt examinata audire debet, ita et in casu praesenti, ubi ex actis coram alio habitis alter profert sententiam, sic ter huiusmodi acta recensent, quod fieri non potest, si eorum denegatur editio: tamen id aequitas canonum non admisit. Unum sane casum excipimus, si alter commode non possit procedere, nisi alterius actis visis. Ex hac¹¹⁾ enim causa semel tantum, ut fraudi locus non fiat in toto negotio copia tribuatur. Verum quis nonnulli dioecani partem partis preventum de haereticorum bonis inquisitionis officio deputatae propter expensas, quas, dum inquirunt, in saepe dicto negotio faciunt, a vobis exigere molluntur: hoc, tanquam iuri absonum, (quum ordinarii sint, ideoque officium tale, quod eis iacumbit, pro-

TIT. III. Cap. I. 1) Cod. Lips. 16. — 2) cf. c. 17. h. t. in Vito. V. 2. — 3) negotio seu facto: Cod. Lips. — 4) et: id. — 5) taliter: id. —

6) dum tamen nihil restet: id. — 7) abest ab eod. — 8) actis: id. — 9) alii causam: id. — 10) in cont.: id. — 11) Tunc enim: id. —

præfæ vos oportet explere¹²⁾ stipendiis, feri penitus prohibemus. Rationem autem iidem dioecessani proventuum, obventionum ex inquisitionis officio a vobis, non obstante aliqua constitutione, consuetudine vel mandato contrariis, non exposcant, sed eam camere nostræ, vel alii, cui nos vel successores nostri Romani Pontifices mandaverimus¹³⁾ reddendam, reddatis, quæ generaliter observari iubemus.

CAP. II.

Tres errores magistri Ioannis de Poliacio doctoris Parisiensis hic damnantur.

Ioannes XXII.

Vas electionis, doctor eximius et egregius prædicator, cuius prædicatione mundum docuit universum, presumptuosam illorum audaciam refrænare sollicitus, qui, prudentiæ propriæ innitentes, in errores proprios prolabantur, non plus sapere, quam oportet sapere, sed ad sobrietatem sapere salubri doctrina suggestit, et iuxta Sapientis eloquium¹⁴⁾: „Quisque suæ prudentiæ modum ponat.“ Sane dudum, quum dilectum filium magistrum Ioannem de Poliacio sacrae theologiæ doctorem certis ex causis de fratrum nostrorum consilio ad nostram præsentiam vocavissimus, fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum, quod ipse in quibusdam articulis, tangentibus poenitentiae sacramentum, non sobrie, sed perperam sapiebat, infra scriptos articulos, periculosos continentes errores, docens publice in suis prædicationibus et in scholis. Primo siquidem adstruens, quod confessi fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quæ confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo, quod dicit „Omnis utriusque sexus“ edicto¹⁵⁾ in concilio generali, Romanus Pontifex non potest facere, quod parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialem curatum. Immo, nec Deus potest hoc facere, quia, ut dicebat, implicat contradictionem. Tertio, quod Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessiones, immo nec Deus, quin¹⁶⁾ confessus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse (ut præmittitur) proprium curatum. Nos igitur, scire volentes, si suggesta nobis veritatem haberent, articuloꝝ præmissorum copiam eidem magistro Ioanni fecimus assignari, et ad sui defensionem plenam audientiam sibi præbuimus tam in nostra et fratrum nostrorum præsentia in consistorio, quam alias coram aliquibus ex ipsis fratribus, per nos ad huiusmodi officium deputatis. Verum licet præfatus magister dictos articulos et contenta in ipsis defendere niteretur: asserbat tamen, se paratum credere et tenere in præmissis et aliis, quæ tenenda et credenda esse a sede apostolica definiunt. Nos igitur, attendentes, quod prædictorum articuloꝝ assertio, prædicatione et doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum, ipsos per prælatos magistros in theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipsi etiam cum dictis fratribus nostris collationem sollertem et examinationem habuimus super his. Per quas quidem collationem et examinationem super his habitas comperimus, præmissos articulos doctrinam non sanam, sed periculosam multum et veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes et singulos idem magister Ioannes, veris sibi rationibus opinioni dudum suæ habitæ contrariis demonstratis, in consistorio revocavit, asserens, se credere, eos non veros, sed ipsorum contrarium verum esse, et dicens se nescire rationibus sibi factis in contrarium respondere. Ideoque, ne per assertionem, prædicationem et doctrinam huiusmodi in errorem (quod absit) animæ simplicium prolabantur, omnes articulos et quemlibet eorum tanquam falsos et erroneos et a doctrina sacra devios auctoritate apostolica condemnamus et reprobamus de fratrum nostrorum consilio prædictorum, doctrinam contrariam veram, et contrarium esse catholicum asserentes, scilicet, quod illi, qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam si ea alias confessi fuissent eorum proprio sacerdoti iuxta concilium generale. Optantesque, veritatis vias notas esse fidelibus cunctis, et prædictis erroribus præcludere aditum, ne subintrent errores, felicitis recordationis Alexandri IV. et Clementis IV. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis innitendo, universis et singulis districtius inhibemus, ne quisquam præmissos articulos, per nos (ut præmittitur) damnatos et reprobatos, et contenta in eis vel aliquo ipsorum, utpote a catholicis mentibus respuenda, tenere audeat, seu defensæ quomodolibet vel docere. Quocirca univer-

sitati vestrae per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus universis et singulis vestrum in civitatibus et dioecibus vestris, convocato clero et populo communiter, omnia præmissa et singula per vos seu alios sollemniter publicetis. Nos etiam eidem magistro Ioanni mandamus, quod in scholis et sermone Parisiis prædictos articulos et contenta in eis, tanquam veritati contraria, propriæ vocis oraculo asseveratione constanti publice debeat revocare, quod se facturum dicitur magister Ioannes efficaciter re-promisit. Datum Avin. VIII. Kal. Aug., Pont. nostri Ao. V.

CAP. III.

Inquisitores hæreticos pravitatis censuras ecclesiasticas fulminare non possunt in officialibus et nunciis sedis apostolicæ sine ipsius licentia speciali; sed de eorum excessibus informationem facere possunt, et deinde Romano Pontifici significare.

I d e m.

Quum Matthæus de Pontiniano ordinis Prædicatorum, inquisitor hæreticæ pravitatis in regno Siciliae auctoritate apostolica deputatus, frivola occasione quaesita, ac nostra et apostolicæ sedis reverentia et honore postpositis in dilectum filium G. de Baleto archidiaconum Foroliviensem capellanum nostrum, Campaniæ Maritimaque rectorem, excommunicationis sententiam inconsultis motibus non sine multa temeritate duxerit proferendam: nos, volentes de cetero talium præsumptioꝝ obviare, universis et singulis tam ordinariis quam delegatis iudicibus, et inquisitoribus pravitatis eiusdem, et aliis universis et singulis, quacunque auctoritate fungantur, auctoritate apostolica districtius inhibemus, et mandamus expresse, ne contra nostros et apostolicæ sedis officiales vel nuncios, aut ipsorum aliquem, quavis occasione vel causa, absque nostra et apostolicæ sedis licentia speciali eis per sedis ipsius literas concedenda, plenam faciente de tenore præsentium mentionem, procedere quoquo modo præsumant, aut in eos vel ipsorum aliquem excommunicationis vel suspensionis, seu quavis alias sententias promulgare. Nos enim ex nunc decernimus irritum et inane quicquid contra inhibitionem et mandatum huiusmodi contigerit attentari. Volumus tamen, quod dioecessani et inquisitores prædicti super iis, quæ negotium tangunt fidei, alii vero super iis, quæ rem tangunt vel publicam vel privatam, sive ordinarii, sive delegati quacunque auctoritate fuerint, prout possent ad eorum officium pertinere, si quid per officiales et nuncios ipsos indebite forsitan attentatum exstiterit, se plenius informare, idque nobis significare studeant, ut providere super hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo etc. Datum Avinion. XII. Kal. Ian., Pont. nostri Ao. XI.

TITULUS IV.

DE SCHISMATICIS.

CAP. UN.

Processus et sententias, latus per Bonifacium VIII. contra Iacobum et Petrum de Columna tanquam schismaticos, et eorum posteros, revocat hic Benedictus XI. exceptis confiscationibus, in quibus nihil immutat. Et sic (ut clare patet) hæc extravagans corrigat et prorsus revocat cap. unic. eod. tit. libr. VI.

Benedictus XI.¹⁾

Dudum bonæ memoriæ Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster contra Iacobum, Petrum et²⁾ Ioannem³⁾ de sancto Vito, Ottonem quondam, Agapitum, Stephanum et Iacobum Scyrram⁴⁾, nepotes memorati Iacobi, et filios olim Ioannis de Columna et posteritatem eorum, nec non contra Richardum, Petrum et Ioannem de Monte nigro, ac adiutores, fautores et receptatores eorum cuiuscunque status, etiamsi imperiali vel regali dignitate fulgerent, contra ipsam insuper Praeneste, dum vixit, varios fecit processus, sententias⁵⁾ graves poenas habentes et multas, prout in eadem processibus continetur, ex quibus sic pauca ex multis, et prolis⁶⁾ breves exprimimus, quod intelligi volumus specialiter singulas numeratas et nominatim expressas. Inter cetera siquidem deposuit dictos Iacobum atque Petrum a cardinalatibus sanctæ Romanæ ecclesiæ reddens eos et filios dicti Iacobi⁷⁾ et posteritatem eorum inhabiles ad apostolicæ dignitatis apicem et cardinalatus honorem, ipsos, eosdemque Iacobum⁸⁾ et Ottonem, et Richardum beneficiis ecclesiasticis et⁹⁾ ecclesiis cunctis privavit, eosque et Agapitum, Ste-

Cap. I. 12) implere id. — 13) mandavimus id.
Cap. II. 14) Proverb. XXIII. 4. — 15) cf. c. 12. X. de poen. V. 38. — 16) qui: Böhm.
TIT. IV. Cap. un. 1) Cod. Lips. 14. — 2) abest ab eod. — 3) add.

dictum: id. — 4) appellatum Sarram: id. — 5) et sent., generales poenas et multas: id. — 6) ex prol.: id. — 7) Ioannis et posteritates: id. — 8) Ioannem, Odonem et Richardum: id. — 9) desid. ap. Böhm. —

phanum et Sarram¹⁰) praedictos banivit ab Urbe¹¹), et ita ecclesiae supra dictae ipsorum concessit bona et iura, plurimum¹²) excommunicationum sententiam innodavit, addixit infamiam, capientes exposuit, iudicavit schismaticos, et tanquam haereticos puniendos, ab administrationibus et¹³) officiis, iurisdictionibus, exercitio et dignitatibus in Urbe et¹⁴) circa in Romana ecclesia et curia, ac ipsorum posteris perpetuis, et in terris Romanae ecclesiae¹⁵) usque in¹⁶) quartam generationem per masculinam et femininam sexum coerevit, eis incolatum, civilitatem et habitationem¹⁶). Urbis, circumpositae regionis et terrarum subiectarum ecclesiae interdixit, et inestabiles fecit. Nos itaque, qui eius vices in terris gerimus, cuius est proprium misereri et parcere, eorum miseris et aerumnis compatimur, ad clementiam pro eis commovemur¹⁷), ipsis pietatis nostrae aperimus viscera, et mansuetudinem non negamus, misericordes ab eis non avertimus oculos, illisque¹⁸) pium animum exhibemus. Ideoque omnes praedictas depositionis a cardinalatibus, privationis a beneficiis et ecclesiis, inhabilitatis ad Papatum Romanum, et¹⁹) honorum et iurium, quae certis nobilibus Romanis civibus et aliis concessa sunt, (condonationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad praesens,) sententias, poenas et multas, et alias²⁰), quae in processibus memoratis sive alibi continentur, verbo etiam in vita ipsius vel in morte in eos laes et²¹) inflictae, seu confirmatae et innovatae per praedecessorem eundem, sicut, si (ut praedicitur) essent per nos specialiter numeratae et nominatim expressae, tam ad praedictos Iacobum et filios dicti²²) Iohannis de Colonna masculinam et femininam prolem eorundem Iohannis, et filiorum per²³) utrumque sexum posteritatem descendantem ab eis, Petrum et²⁴) Richardum et Iohannem de Monte nigro praefatos, quam ad coadiutores²⁵), fautores, receptatores, susceptores et sequaces eorum quoslibet²⁶) alios, penitus tollimus et viribus²⁷) vacuumus ita, quod nec etiam pro praeterito tempore possint super eis aliqua personae impedi, quae incurrisserint eas, aut contra ipsas aliquem effectum habere. Eisque quod quaevis alia, quam praefatarum depositionis a cardinalatibus, privationis beneficiorum et ecclesiarum, condonationis honorum et iurium, quae (ut praemittitur) dictis civibus seu aliis sunt concessa, et inhabilitatis ad Papatum sententia sive poena abstulit, reddimus, et irregularitatem, si quam quoquo modo contraxerint, removemus, et notam abolitionis ipsius²⁸), inhibentes, ne iam dicta Praesente cum mente suo reuertatur vel maneat, aut civitatis nomen sive episcopatum recuperet absque nostra licentia speciali, non obstantibus quibuscunque constitutionibus, processibus, inhibitionibus, decretis, privilegiis, indulgentiis et literis apostolicis, per quae praesentibus non expressa vel totaliter non inserta earum effectus possit quomodolibet impediri, et de quibus quorumque²⁹) totis temporibus de verbo ad verbum debeat in nostris literis fieri mentio specialis.

TITULUS V.

DE FURTIS.

CAP. UN.

Publicatio excommunicationis lata in eos, qui furati sunt thesaurum ecclesiae, quem iubente Clemente Papa de Perusia in Lucanam civitatem tres viri hic nominati deportaverunt. Et hic habetur optima practica momenti malefactorum, ut intra certum terminum satisfaciant, alias excommunicationem incurrant; et modum ipsius excommunicationis publicande haec extravagans clare manifestat.

Iohannes XXIII.

Infidelis et stolidae praedicationis alumni se per culpae vitium indignos efficiunt, ut matris ecclesiae filii nuncupentur, dum ad ipsius matris iniuriam se convertunt, (quod gravi nos commotione perturbat,) matris eiusdem pietatem offendunt, et, his in perniciem miserabili caecitate delapsis, respurgunt infamiae maculis loca propriae nationis. Dudum siquidem nonnulli degeneres filii, qui ad quaeque nefaria currere sunt avari, perveris ausibus in matris eiusdem prosilientes iniuriam et offensam, illam thesauri sui maximam partem, quae de Perusia ad civitatem Lucanam de mandato felicis recordationis domini Clementis Papae V. praedecessoris nostri, dum adhuc viveret, per dilectos filios Vitalem de Chabenate clericum Burdegalensis dioecesis, et Guillelmum de Luna servientem praedecessoris eiusdem, una cum dilecto filio Iacobo de Casalibus decano ecclesiae S. Severini Burdegalensis dioecesis, capellano nostro, exsisterat deportata, et quae in sacristia monasterii S. Fe-

drismi Lucanensis tunc temporis servabatur, deinde ad cameram praedecessoris eiusdem fideliter deferendam, tempore invasionis civitatis Lucanensis direperunt in praedam, et de praefata sacristia per violentiam asportarunt. Nos igitur, ad recuperationem thesauri praedicti sollicitis studiis praetendentes, omnes et singulos asportantes thesaurum praedictum, et alios, penes quos aliqua de thesauro fuerunt vel adhuc existunt, auctoritate apostolica eorundem hac fidelium multitudine copiosa monemus, ut ea nobis aut ei, quem ad id duximus deputandum, intra quatuor mensium spatium, a die datae publicationis praesentium numerandum, cum integritate restituant et assignent, ac omnes et singulos scientes, ubi vel penes quos aliqua de dicto thesauro exsisterint vel existant, ut intra terminum supra dictum nobis aut ipsi deputato nostro indicare studeant, alioquin in omnes et singulos monitionis huiusmodi contemptores, cuiusmodi dignitatis, status vel conditionis exsisterint, etiam patriarcbali vel superiori, aut alia quacunque praemineant dignitate, ex auctoritate praedicta excommunicationis sententiam promulgamus, mandantes, illos per dioecesanum locorum et rectores parochialium ecclesiarum, civitatum et dioecesium earundem singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis extinctis, excommunicatos publice nunciari, processuri ad graviora nihilominus contra eos, nec non et contra civitates, communitates, universitates et singulares personas quacunque, quae fuissent in praemissis culpabiles, sicut protervis ipsorum exegerit, et viderimus expedire, non obstante, si eis, aut eorum aliquibus vel alicui sub quacunque forma vel conceptione verborum a sede apostolica sit indultum, quod excommunicari non possint per literas sedis eiusdem, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dictae sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam effectus praesentium impediri possit vel quomodolibet retardari. Ut autem huiusmodi nostra monitio verius ad communem omnium notitiam deducatur: chartas sive membranas, monitionem continentes eandem, in ecclesia Avinionensi appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus eiusdem ecclesiae faciemus, quae monitionem ipsam suo quasi sonoro praecognio et patulo indicio publicabunt ita, quod omnes et singuli, quos monitio ipsa contingit vel contingere potest, nullam poenas possint excusationem praetendere, quod ad eos talis monitio non pervenerit, vel quod ignoraverint eandem, quum non sit verisimile, remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avinion. II. Kalendar. April. Pont. nostri An. I.

TITULUS VI.

DE CRIMINE FALSI.

CAP. UN.

Alchimiae hic prohibentur, et puniuntur facientes et fieri procurantes, quoniam tantum de vero auro et argento debent inferre in publicum, ut pauperibus erogetur, quantum de falso et adulterino posuerunt. Et si eorum facultates non sufficient: poena per iudicis discretionem in aliam commutabitur, et infames fiunt. Et si sint clerici, beneficiis habitis privantur, et ad habenda inhabiles efficiuntur. Vide extravagantem eiusdem Iohannis, quae incipit: Prodiens, et est sub eod. tit. collocata.

Iohannes XXII.

Spondent, quas¹) non exhibent, divites pauperes alchimistae, pariter qui se sapientes existimant in foveam incidunt, quam fecerunt. Nam haud dubie huius artis alchimiae aeteritum se professores ludificant, quum suae ignorantiae conceit eos, qui supra ipsos aliquid huiusmodi dixerint, admirantur²). Quibus quum veritas quaesita non suppetat, diem errant, facultates exhauriunt, iidemque verbis dissimulant falsitatem, ut tandem, quod non est in rerum natura esse verum aurum vel argentum sophisticated transmutatione confingant. Eoque interdum eorum temeritas damnata et damnanda progreditur, ut falsis³) metallis eudant publicae monetae characteres fids oculis, et non alias alchimitum⁴) fornacis ignem vulgum ignorantem eludant. Haec itaque perpetuis volentes exulare temporibus, hac edictali constitutione sancimus, ut quicumque huiusmodi aurum vel argentum fecerint, vel fieri secuto facto mardaverint, vel ad hoc scienter, (dum id fieret,) scientibus ministraverint, aut scienter vel auro vel argento usi fuerint vendendo vel dando in solutum: verum tanti ponderis aurum vel argentum poenas

Cap. un. 10) Sarram: Cod. Lips. — 11) Urbe et ecclesia terrae supra dictae, ipsorumque: id. — 12) plurimumque ecc. innodavit nota: id. — 13) omitt. id. — 14) vel circa Rom. ecclesiam et curiam: id. — 15) ad: id. — 16) cohereditatem: id. — 17) movemur: id. — 18) ipsisque: id. — 19) omitt. id. — 20) alia: id. — 21) abest ab eod. — 22) omitt. id. —

23) et per: id. — 24) deud. in eod. — Petro et Richardo: Böhm. — 25) adiutores: Cod. Lips. — 26) et quos: id. — 27) vir. omnibus: ib. — 28) ipsi inh.: id. — 29) quorumcumque: id.

TIT. VI. Cap. un. 1) quos: Böhm. — 2) admirentur: id. — 3) ita Ed. Rom. — fictis: Böhm. — 4) alchimitum: id. per tot.

nomine inferre cogantur in publicum, pauperibus erogandam, quanti alchimitum existat, circa quod eos aliquo praedicatorum modorum legitime constiterit deliquisse, facientibus nihilominus aurum vel argentum alchimitum, aut ipso (ut praemittitur) scienter utentibus, perpetuae infamiae nota respersis. Quodsi ad praefatam poenam pecuniariam exsolvendam delinquentium ipsorum facultates non sufficiant: poterit discreti moderatio iudicis poenam hanc in aliam, (puta carceris, vel alteram iuxta qualitatem negotii, personarum differentiam aliasque attendendo circumstantias,) commutare. Illos vero, qui in tantae ignorantiam infelicitatis proruperint, ut nedum nummos vendant, sed naturalia iuris praecepta contemnunt, artis excedant metas, legumque violent interdicta, scienter videlicet adulterinam ex auro et argento alchimito eudendo seu fundendo, cudi seu fundi faciundo monetam, hac animadversione percelli iubemus, ut ipsorum bona deferantur carceri, ipsique perpetuo sint infames. Et si clerici fuerint delinquentes: ipsi ultra praedictas poenas priventur beneficiis habitis, et prorsus reddantur inhabiles ad habenda.

TITULUS VII.

DE PRIVILEGIIS 4)

CAP. I.

Haec extravagans dat Praedicatoribus et Minoribus privilegia plurima circa tria, videlicet circa praedicationes, confessionum auditiones, et sepulturas. De secundo in §. Sed quia multoties. De tertio in §. Porro. Et licet sit revocata per Clem. 2. de sepult., multa tamen notata digna in ea reperiuntur, quae non sunt retractata. Et potuissent non inepte poni sub tit. de sepult. Sed non est inconveniens idem cap. diversis respectibus sub variis collocari titulis, ut patet in cap. Significantibus, Extra de libell. oblat. et de appell.

Benedictus XI. 5)

Inter cunctas 6) sollicitudines nostras, quibus nos pastorale premit officium, et debitum apostolicae servitutis adstringit, illa debet esse praecipua, ut gregi dominico nobis superna dispositione commisso animarum cura non desit, ne illum lupus rapax, antiquus 7) terrens humani generis inimicus, invadat, eiusque sanguis de nostris (quod abest) clamante 8) Propheta manibus requiratur. Debeamus insuper 9), quantum ex alto permittitur, pacem inserere, removere scandala, iurgiorum amputare materiam, et intelligere super egenum et pauperem, quia non in finem 7) oblivio erit pauperis, et patientia pauperum 8) non peribit in finem. Sane dudum bonae memoriae Bonifacii Papa VIII. praedecessor noster quandam specialem inter praelatos, rectores, seu sacerdotes et clericos parochialium ecclesiarum ex parte una, et Praedicatorum ac Minorum ordinum fratres ex altera 9), super faciendarum praedicationum, audientiarum confessionum per eosdem fratres, ac de eis relictis, et de funeralibus canonicae portiois articulis constitutionem 10) edidit, certum his modum imponens, prout in eadem constitutione plenius continetur. Sed pro ea, quam intendebat, quiete, turbatio nata est, pro concordia sunt suborta dissidia, et pullulatae inquietudines pro tranquillitate noscuntur, sicque, dum anam solvissse se credit, nodum ligasse videtur, et septem, uno Hydrae amputato capite, suscitasse. Nec mirum, quia plerumque pariunt novitates discordiam; praesertim, dum ab eo, quod diu aequum visum est, per novam constitutionem receditur, nec, quare recedatur, utilitas evidens vel alia causa subest. Ideoque cupientes, ut ipsi gregi cura nostra eo plenior impendatur, quo amplior in agro Domini operariorum numerus operetur, super egenum intendentes et pauperem, ac novitatem removens per eandem constitutionem inductam, statuimus de fratrum nostrorum consilio, ut priorum 11) ordinum fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in ecclesiis ac locis ipsorum 12), quae in praesentiarum 13) habent, et in posterum obtineant, ac in plateis communibus seu publicis libere absque dioecesanorum et aliorum praelatorum petita licentia valeant clero et populo praedicare, eique 14) proponere verbum Dei. Caveant tamen omnino, ne hora, in qua dioecesanii praedicti praedicarent, vel coram se facerent praedicari, praedicent iidem fratres. Putamus etenim dignum, ut maiori minor, et superiori inferior deferat in

hac parte, nisi forsitan aliud circa hoc facerent de voluntate dioecesanorum ipsorum, aut in studiis generalibus praedicarent diebus illis duntaxat, quibus sermones ad clerum fieri solent et solenniter praedicari, seu mortuorum funeribus, vel eorundem fratrum festis specialibus seu peculiaribus; quia in his casibus cum dioecesanis in praedicatione 15) concurrere poterant. Ubi vero iidem dioecesanii vocarentur 16) generaliter ad se clerum aliqua ratione, vel urgente causa illum ducerent congregandum: ea hora in studiis memoratis diebus saepe dicti fratres ab huiusmodi praedicatione cessabunt. In ecclesiis autem parochialibus fratres ipsi, invitatis eorum rectoribus seu 17) sacerdotibus, (nisi iussi 18) a superioribus eorundem,) non audeant praedicare. §. 1. Sed quia multoties propositum verbum Dei 19) audientem a peccato non retrahit: idcirco post praedicationem necessarium est poenitentiae sacramentum, circa quod, nisi articulus necessitatis occurrat, sacerdoti faciendi oris confessio, (prout scriptum est 20): „Corde ad iustitiam creditur, ore autem fit confessio ad salutem,“ 21) exigitur 21); alias frustra esset in sacramento eodem 22) sacerdotis, (qui inter lepram et lepram debet discernere,) ministerium institutum. Electi igitur ab eisdem fratribus ad audiendas confessiones et poenitentias iniungendis libere auctoritate apostolica absque licentia dioecesanorum et aliorum praelatorum inferiorum exemptorum et non exemptorum, quibus subsunt, qui ad confitendum accedunt, audiant eis peccata sua confiteri volentes; non religiosos, qui secundum statuta suorum ordinum propriis praelatis confiteri debent 23), aut ab eis, non obstante alia, prohibentur, absolvant, ipsisque poenitentias salutare iniungant intra sibi designatos terminos, ad huiusmodi exercendum officium constitutos. Excommunicationis vero vel alias sententias, per praelatos latus 24) contra hoc vel in eius fraudem, denunciemus irritas et inanes, nec confessi ipsis fratribus peccata illa, de quibus confessi sunt eis et absoluti poenitentes, de illis sacerdotibus propriis teneantur, (sicut etiam 25) non tenentur,) iterum confiteri, non obstante constitutione generalis concilii, quae sano intellectu, (ne sequatur absurdum, quod pro poenitentiam dimissa peccata quae confiteri debent, et quod liberatus debitor adhuc ad solvendum 26) remaneat obligatus,) intelligenda est, (ut ex ea patet,) de illis 27), qui peccata sua 28) confiteri 29) aliis neglexerunt. Sed sacerdotes ipsis 30) taliter confessis 31) et absolutis adstricti sint ministrare eucharistiae, et extremae unctionis etiam 32) sacramentum. Super confessione autem facta fratribus memoratis, quum de contentis solius praedictio, (si falsum dicat,) agatur in iudicio animae seu 33) poenitentiae foro, stabitur simpliciter verbo illius 34), qui sacramenta petit praedicta, et dicit fratribus se confessum. Duos tamen casus excipimus, scilicet 35) si sacerdos asserat eum 36) excommunicatum, aut notorie peccatorem. Sed videat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum vel in fraudem, quia, si hoc egerit, a delicto tali, nisi plene satisfecerit, (praeterquam in morte,) absolvi nequeat, nec de illo ad poenitentiam aliter admittatur. Ut autem dioecesanis honor debitus reservetur 37), praecipimus, ut provinciales priores Praedicatorum, et ministri Minorum ordinum praelatorum pro se vel alios verbo vel scripto eis signifcent, se fratres 38) ad huiusmodi confessionum audiendarum et poenitentiarum iniungendarum officium eligisse, et non nominando, aut coram ipsis sistendo eos 39), nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter a dioecesanis eisdem, quod iidem 40) electi fratres de ipsorum beneplacito et licentia dictum possint in eorum civitatibus et dioecesibus intra eis determinatos fines officium exercere. Quod si denegent, vel intra triduum non concedant: extunc iidem fratres nihilominus 41) auctoritate eadem huiusmodi officium exsequantur 42); datam vero licentiam per dioecesanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autem non intendimus 43), quod saepe dicti fratres, qui ad hoc eliguntur 44) officium exercendum, plus habeant in audiendis confessionibus et poenitentias iniungendis, quam parochiales sacerdotes noscuntur habere, sicque de casibus, episcopis et superioribus, quos inferius adnotamus, ac sedi apostolicae reservatis se nullatenus intromittant. Observent ergo sollicite dicti fratres, ne ad confessiones 45) recipiant criminosos criminibus, pro quibus solennis est 46) poenitentia indicenda, modo eodem excommunicatos respiciant, et clericos, qui propter delictum irregularitatem aliquam incurrerunt. Inconveniens enim existimamus, ut a peccato absolvat, qui poenitentiam ei debitam imponere, aut irregularitatis poe-

TIT. VII. Cap. I. 4) add.: et excessibus privilegiatorum: Ed. Bas. — 2) Cod. Lips. 13. — 3) ceteris: id. — 4) aut ant.: id. — 5) reclumante: id. — 6) igitur: id. — 7) in fine: Ed. Bas. — 8) pauperis: Cod. Lips. — 9) alia: id. — 10) cf. Clem. 2. de sepult. 111. 7. — 11) ipsorum: Cod. Lips., Ed. Bas. — 12) eorum: Cod. Lips. — 13) in praesenti: id. — 14) eique: id. — 15) in praed.: omitt. id. — 16) convocarent ad se generaliter clerum aut aliquam ratione: id. — 17) seu sac.: id. — 18) missi: id. — 19) verbum Dei a peccato non retrahit: id. — 20) Rom. X. 10. — 21) desid. in Cod. Lips. — 22) omitt. id. — 23) debeant: Ed. Bas. —

24) prolatus: Cod. Lips. — 25) sicut antea tenebantur: id. — 26) adhuc absolvendus: id. — 27) his: id. — 28) omitt. Ed. Bas. — 29) neglexerint confiteri: Cod. Lips. — 30) ipsi: id., Ed. Bas. — 31) omitt. Cod. Lips. — 32) abest ab eod. — 33) suae: Ed. Bas. — 34) suae seu poenitentiae: Cod. Lips. — 35) eius qui sacramentum petit et dicit dictis fratribus se confessum: id. — 36) omitt. id. — 37) abest ab eod. — 38) observetur: id. — 39) ipsos fratres: id. — 40) ipsos, nec ipsorum: id. — 41) abest ab eod. — 42) omitt. id. — 43) exsequantur: id. — 44) Per hoc autem intelligimus: id. — 45) eliguntur: id. — 46) confessionem: id. — 47) esset: id. —

nam peccati sequelam, vel excommunicationem, quae infligitur maxime a iure quandoque pro⁴⁷⁾ crimine, quaeve quem ab ecclesia, et per consequens a participatione ecclesiasticorum sacramentorum excludit, removere non potest. Incendiarios, eosque, qui tam enormibus sunt irretiti peccatis, quod ea rationalis consuetudo praescripta canonice in episcopatibus aliquibus reservavit episcopis, similiter⁴⁸⁾ non admittant; quam consuetudinem ex causa, quae iuste ad id animum nostrum movit, solummodo circa voluntarios⁴⁹⁾ homicidas, falsarios, ecclesiarum immunitatis et libertatis ecclesiasticae violatores, et sortilegos approbamus. Quodsi forsitan, antequam ab eo, qui potestatem habet, absolvi possint, mors talem confiteri volentium verisimiliter⁵⁰⁾ timeatur: etiam in praedictis casibus saepe fati fratres eos confiteri volentes audiant, ipsique beneficium absolutionis impendant; sed⁵¹⁾ subeant iuramentum, quod liberati se suis episcopis et excommunicatoribus praesentabunt, excommunicantium⁵²⁾ super his, pro quibus ab eis excommunicati erant, et episcoporum pro peccato huiusmodi parituri mandata. Verum, quia post baptismum inter cetera magis ad salutem necessaria est⁵³⁾ propositio verbi Dei, quo audientes illud, quod est victoria nostra, instruuntur in fide, docentur fugienda fugere, et sectanda sectari, a quo per peccatum lapsi resurgunt⁵⁴⁾, poenitentiae sacramentum perficiunt: grandis nobis sollicitudo incumbit, ut tales ad haec promoveantur fratres, qui oleo dulcedinis verbi eiusdem nostris foveant subditos, a peccatis prohibeant, increpationis vino peccatorum suorum mordeant vulnera, eosque ad illa poenitentiae acrimonia purgandum et tergendum provocent et inducant. Ad id vero exsequendum sententia⁵⁵⁾ divinae legis exposcit, desideratur ordo, et vitae integritas etiam postulatur. Scriptum est enim⁵⁶⁾: „Tu scientiam repulisti, et ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi, quia labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem exquirunt⁵⁷⁾ ex ore eius;“ alias prout ad eum pertinet, inter peccatum et peccatum non posset discernere, nec peccator existens Dei deberet enarrare⁵⁸⁾ iustitias, et testamentum illius assumere per os suum. Nam cuius⁵⁹⁾ vita despicitur, consequens est, ut eius praedicatio contemnatur. Quare decernimus, ut priores⁶⁰⁾, et ministri generales, et provinciales Praedicatorum et Minorum ordinum praefatorum, vel eorum vicarii, de discretorum consilio ad tam salubre officium fratres divina⁶¹⁾ scientia doctos, discretionem vigentes, vita probatos, et expertos moribus, (alioquin districtam reddent⁶²⁾ in futuro examine rationem,) eligant et assumant. Sic enim quod praedicabunt facient, quae arguent operari cessabunt, et in eis aedificabitur populus verbo pariter et exemplo. Ceterum licet (sicut praedicitur de necessitate non sit, iterum eadem confiteri peccata: tamen, quia propter erubescantiam, quae magna est poenitentiae pars, ut eorumdem peccatorum iteret confessio, reputamus salubre, districte iniungimus, ut fratres ipsi constantes attente moneant, et in suis praedicationibus exhortentur, quod suis sacerdotibus saltem semel confiteantur in anno, asserendo, id ad animarum profectum procul dubio pertinere. §. 2. Porro⁶³⁾; ut circa sepulturam apud loca eorumdem fratrum eligentium sepeliri, et portionem canonicam, de relictis eisdem fratribus minime detrahendam, nequeat in posterum dubitari: iubemus, ut corpora defunctorum, qui⁶⁴⁾ apud eorumdem fratrum loca elegerint, dum viverent, sepulturam, processionaliter⁶⁵⁾ cum cruce, thuribulo et aqua benedicta, cantando seu legendo officium mortuorum vel psalmos, et alienas ingredientes⁶⁶⁾ parochias, possint assumere, et ad suas deferre ecclesias tumulanda. De quibuscunque vero relictis praefatis fratribus in communi vel singulis ultimis⁶⁷⁾ decedentium voluntatibus, sive apud eos sepeliendi sint⁶⁸⁾ sive alibi, nulla per parochiales sacerdotes morientium, (a qua fratres ipsos liberos esse volumus, canonica portio, vel⁶⁹⁾ multo minus per episcopos⁷⁰⁾ episcopalis quarta omnino⁷¹⁾, quam eis tanquam exempti non subsint, nec etiam debita iura parochiae, si forsitan cathedralis defunctorum esset parochialis ecclesia, detrahatur. De funeralibus autem medietatem, si commode divisionem recipiant⁷²⁾, alias eiusdem medietatis aestimationem solvant parochialis ecclesiae et sacerdotibus⁷³⁾ ante dictis. Funeralia⁷⁴⁾ vero intelliguntur hoc casu⁷⁵⁾, quae cum funere

deferuntur. ⁷⁶⁾ De candelis vero⁷⁶⁾, quas fratres portant, portio non petatur. Moneant autem iidem fratres et pro posse inducant confidentes sibi, ut de propriis bonis suis parochialibus ecclesiis eorumque⁷⁷⁾ sacerdotibus competenter relinquunt, et, quae eis debent, parochialia iura reddant⁷⁸⁾. Ad hoc non marmuret, quae sumus, saecularis clerus, non gerant moleste praelati, quod circa praemissa sic duximus providendum. Attendant, quanta ex iis, quae in primis duobus articulis statuta sunt, salus animarum proveniat. Advertant, quanta tollantur iurgia, et patenter considerent, quod eorum onera cum aliis nostro beneficio salubriter et quasi necessario patiuntur. Circa tertium vero articulum diligenter intelligant, quod fratres ipsi hoc per privilegia Romanorum Pontificum, eis benigne concessa, ante constitutionem eandem hactenus habuerunt, quodque sunt pauperes, nil habentes singuli, nec⁷⁹⁾ in communi rustica praedia, immo nec urbana, vel mobilia⁸⁰⁾ eorum alteri vel etiam universi, mendicant victum, quaerunt vestitum, et eatenus sustinere possunt, quatenus vel vivorum pietas, aut morientium caritas eis necessaria subministrat. Quis ergo non misereatur eorum, qui omnia, voluntatem habendi etiam, reliquerunt? Quis non compatiatur eisdem operantibus tam utiliter in agro praedicto? Certe nullus, nisi qui triturantis bovis os impie alligare velit, aut eos subtrahat alimentis necare. Inopes patrimoniis onera ipsa non habendi necessitate non sustinent, et a curialibus res, ecclesiae vel piis locis donatas, a quartae praestatione seu lucrativorum inscriptionibus lex facit immunes. Relicta pauperibus non patiuntur Falcidiam, et legata ad fabricam, vel pro ornamentis ecclesiae⁸¹⁾, aut ad divinum cultum perpetuum, solutioni non subiacent canonicae portiones. Pauperes autem (ut dictum est) sunt fratres, et quod eis relinquunt aut in sua alimenta erogant⁸²⁾, aut in fabricam, sive in⁸³⁾ cultum divinum et ecclesiae ornamenta convertunt. Propter quod⁸⁴⁾ nos, qui debemus intelligere super egenum et pauperem, et non oblivisci eorum, quum humanitatis sit etiam⁸⁵⁾ saecularis principis prospicere egenis, et dare operam, ut pauperibus alimenta non desint, non tam pie, quam quodammodo iuste in eodem articulo egimus, egenos⁸⁶⁾ eosdem (ut praemittitur) reddendo⁸⁷⁾ ab onere canonicae portiones exemptos. Haec autem, (dicta constitutione, quae incipit: „Super cathedram“⁸⁸⁾, quam penitus revocamus, aliasque quibuscunque constitutionibus specialibus et generalibus, statutis, privilegiis, indulgentiis, sub quacunque forma verborum concessis, etiamsi de ipsis⁸⁹⁾ de verbo ad verbum, vel aliquorum nominibus in nostris literis oporteret fieri mentionem, conventionibus⁹⁰⁾, pactis, iuramentis, sententiis, consuetudinibus contrariis nequaquam obstantibus,) inviolabiliter observari sancimus. Nulli⁹¹⁾ ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, denunciationis, exemptionis, praceptorum, approbationis, iussionis, voluntatis, revocationis et sanctionis infringere. Si quis autem etc.

CAP. II.

Rex Franciae et regnicolae, per extraonantem Unam sanctam, supr. de maior. et obed., non amplius subiiciantur ecclesiae Romanae, quam prius erant.

Clemens V.

Meruit carissimi filii nostri Philippi regis Francorum illustris sinceræ affectionis ad nos et ecclesiam Romanam integritas, et progenitorum suorum praeclara merita meruerunt, meruit insuper regnicolarum puritas ac devotionis sinceritas, ut tam regem quam regnum favore benevolo prosequamur. Hinc est, quod nos regi et regno per definitionem et declarationem bonae memoriae Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri, quae incipit⁹²⁾: „Unam sanctam,“ nullum volumus vel intendimus praedictum generari. Nec quod per illum rex, regnum et regnicolae praelibati amplius ecclesiae sint subiecti Romanae, quam antea existebant; sed omnia intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante definitionem praefatam tam quantum ad ecclesiam, quam etiam ad regem, regnum⁹³⁾ et regnicolas superius nominatos.

Cap. un. 47) pro... quem: desid. ib. — 48) omitt. id. — 49) voluntaria: id. — 50) abest ab eod. — 51) si: id. — 52) desid. in eod. — 53) ea: Böhm. — magis est ad salutem propositio verbi Dei: Cod. Lips. — 54) resurgent: id. — 55) leg.: scientia cum: Ed. Bas. — 56) Ose. IV. 6. Malach. II. 1. — 57) exquirant de ore eius, aliter: Cod. Lips. — 58) narrare iustitiam: id. — 59) Nam, ut cuius vita despicitur, restat, ut eius praed. cont.: id. — 60) ut magistris generales, ac priores et ministri provinciales: id. — 61) fratres in scientia doctos: id. — 62) reddant: id. — 63) Ceterum no: id. — 64) qui apud eos, dum viverent: id. — 65) abest ab eod. — 66) ingreditendo: id. — 67) in ult.: id. — 68) sepeliendo sive alibi: id. — 69) et: id. — 70) add.: ipsos: id. — 71) omitt. id. — 72) accipiant, aliter: id. —

73) successoribus: id. — 74) In funeralibus: id. — 75) add.: omnia: id. — 76) tamen: id. — 77) earumque: id. — Böhm. — 78) desid. in Cod. Lips. — 79) desid. in Ed. Rom. — nec etiam: Cod. Lips. — 80) nec: id. — 81) desid. ib. — 82) erigant... convertant: id. — 83) omitt. id. — 84) quas: id. — 85) abest ab eod. — 86) omitt. id. — 87) add.: fratres: Ed. Bas. — 88) cf. c. 2. in Extr. comm. III. 6. — 89) eis: id. — 90) pactis, iuramentis et consuetudinibus contrariis: Ed. Bas. — 91) Nulli ergo etc.: desid. in Cod. Lips.

Cap. II. 92) cf. e. 1. de M. et O. in Extr. comm. I. 8. — 93) et regnum superius nominatum: Cod. Lips. 17.

CAP. III.

Ordinarii non possunt ferre censuras in suos subditos pro suis negotiis Romanam euntes, ibi inanes, aut ab ea recedentes, nec illos priore beneficio; quod si fecerint, irritum est. Et si beneficium illorum aliis sint collata, tam dantes quam recipientes ipso facto sunt excommunicati, et a solo Papa absolvendi.

Eugenius IV.

Divina in eminenti sedis apostolicae specula disponente clementia constituti, ad ea libenter intendimus, per quae officiales praedictae sedis obsequiis eius, (ad quam veluti fidelium omnium matrem pro animarum salute quaerenda et iustitia prosequenda de diversis mundi partibus confluit multitudo,) tutius et quietius se promptiores valeant exhibere. Hinc est, quod nos, ex certis rationabilibus causis moti, etiam nonnullorum praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, districtius inhibemus locorum ordinariis, nec non commissariis et delegatis eorum, ceterisque universis et singulis, quacumque potestate et auctoritate praefulgeant, cuiuscumque dignitatis, gradus vel praecminentiae fuerint, ne contra officiales praefatos, quocumque nomine nuncupentur, in nostris et dictae sedis obsequiis nunc et pro tempore existentes, nec non quoscumque alios, pro suis et eorum causis vel negotiis prosequendis ad sedem praedictam venientes, ac in ea durante negotiorum et causarum huiusmodi prosecutione moram trahentes, et recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, suspensionis vel interdicti, aut privationis officiorum aut beneficiorum, seu quamvis aliam sententiam promulgare praesumant. Nos enim omnes et singulos processus et sententias contra tenorem et mentem nostrae inhibitionis huiusmodi latas et habitas, et in posterum habendas ac etiam promulgandas, et quaecumque inde secuta, declaramus nulla, irrita et inania, nulliusque exstitisse vel existere roboris vel momenti, nec non, quicquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsitan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum et inane. Et nihilominus in omnes et singulos ordinarios et officiales, commissarios et delegatos eorum, qui se de dignitatibus ac beneficiis ecclesiasticis quibuscumque officialium, aut negotia huiusmodi apud dictam sedem prosequentium praedictorum, eos illis forsitan privando atque privatos decernendo seu declarando, vel cuiuscumque privationis praetextu illa personis aliis conferendo, seu de illis in eos quomodolibet se intromittendo, tam in dantes quam in recipientes excommunicationis, suspensionis et interdicti latas sententias promulgamus, quas volumus eos ipso facto incurrere. A qua quidem excommunicationis sententia absolvi nequeant, nisi a nobis vel per nos deputandis, praeterquam in mortis articulo constituti. Praemissa autem a die afflictionis praesentium ad valvas basilicae principis apostolorum de Urbe, ex certa scientia quoscumque ligare volumus et arctare, non obstantibus apostolicis et quibuscumque generalibus, aut provincialibus aut synodalibus conciliis, edictis, constitutionibus, ordinationibus et apostolicis privilegiis, per quae effectus praesentium impediri posset quomodolibet vel differri, etiam de illis eorumque totis tenoribus habenda estet in praesentibus mentio specialis, et quae praesentibus volumus haberi pro sufficienter expressis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae inhibitionis, declarationis, constitutionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Petram, anno incarnationis dominicae MCCCXXXII. VIII. Idus Martii, Pont. nostri Ao. H.

CAP. IV.

Praemisso tenore duarum constitutionum dicit, quod hospitalarii sancti Iohannis, ex statuto, consuetudine, vel privilegio habentes annalia beneficiorum vacantium, percipere debent portionem, quam haberent beneficium obtinentes, si in illis essent residentes.

Iohannes XXII. Magistro et Fratribus hospitalis S. Iohannis Hierosolymitanorum.

Exhibita nobis ex parte vestra petitio continebat, quod dudum post constitutionem⁹⁴) per nos editam, qua specialiter et expresse caveatur, quod habentes annalia in ecclesiis de consuetudine, privilegio, vel statuto, qui ratione dictorum annalium fructus primi vel secundi, vel alterius cuiuscumque sequentis anni beneficiorum vacantium illi hactenus in totum vindicaverant, nihil excludere ultra summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum consuevit in decimae solutione taxari, praetextu cuiusvis privilegii, consuetu-

dinis vel statuti quovis modo perciperent, sed ipsius summae perceptione duntaxat deberent esse contenti, totali residue praedictae obtinentibus beneficia remansuro; nisi forsitan illi, qui fructus illos nulli essent eodem integritate percipere, mallent ipsam habere residuum, et obtinentibus beneficia dimittere summam memoratam, quo casu percipiendi quod malleat erat eis optio derelicta. Quandam aliam declaratoriam constitutionem⁹⁵) fecimus, in qua specialiter cavebatur, quod, si huiusmodi beneficium obtinentes in ecclesia, in qua specialiter illud beneficium existeret, minime residerent ad debitum servitium impendendum, capitulo eiusdem ecclesiae nihil deberet accrescere, quum cessante causa cessare debeat pariter quod vigeat, quodque ex verbis declarationis huiusmodi innui videbatur, quod fructus beneficiorum non residentium accrescere debeant habentibus annalia memorata. Verum ex eo, quod in declaratione dicta non continetur expresse de perceptione annalium beneficiorum vacantium, vobis debitorum de praedictis consuetudine, privilegio vel statuto quod fructus non residentium in eisdem, qui vobis accrescere debent, nullam adhuc commodam assequi potuistis, licet (ut praemittitur) dicti fructus capitulo non accrescant. Quare nobis humiliter supplicastis, ut, quod in huiusmodi declaratione nostra tacite innuitur, declarare expressius dignaremur. Nos itaque, petitionem vestram iuri consonam aestimantes, ac propterea in hac parte quieti et indemnitati vestrae providere volentes, praesenti oraculo declaramus, quod fructus praedictae ecclesiae vel beneficii vacantis, cuius annalia, in quibus consistunt, debentur vobis ex privilegio, consuetudine vel statuto etiam pro ea parte, quae obtinentibus praebendam vel beneficium huiusmodi, si in ecclesia, ubi illa consistunt, personalem residentiam facerent, deberetur, si non resideant ibidem vere vel interpretative, utpote per speciale privilegium apostolicum, vel alias ex causa rationabili ab huiusmodi residentia legitime excusentur: quum dicta pars (ut praemittitur) capitulo non accrescat, vobis accrescere debet secundum intentionem et mentem declarationis memoratae. Nulli ergo omnino hominum etc. ut supra. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, etc. ut supra. Datum Avin. Kal. Martii, Pont. nostri Ao. V.

TITULUS VIII.

DE POENIS.

CAP. UN.

Episcopus Caturcensis propter varios excessus per ipsum perpetratos, praesertim quia sedi apostolicae, suis subditis et sibi ipsi iniuriosus fuerat, varios poenas incurrit, quoniam perpetuae depositionis sententiam meruit, privatusque fuit pontificali, sacerdotali et alio quolibet officio, et ad perpetuum carcerem condemnatus. Doctrina autem hic nobis tribuitur, ut scilicet cognoscamus crimina et excessus, pro quibus praefatus deponi possit. Facit ad hoc c. Veritatis, Extra, de dolo et cont. c. Ex litteris, et c. Tanta est clavis Petri, de excess. praelat. Et, nisi antiqui libri hoc e. sub titulo de poenis adnotavissent, sub titulo de excess. praelat. positum fuisset.

Iohannes XXII.

Divinis exemplis, quae nostrorum debent esse actuum regula, patienter instruimur, aures nostras subditorum a suis praepositis oppressorum indebite et aggravatorum iniuste non obturare clamoribus, sed ipsis ipsas potius compassivis affectibus inclinare, ut, si per solertis inquisitionis indaginem clamores huiusmodi opere completos esse viderimus, liberationis opportuna remedium sollicitis studiis apponamus, poena nihilominus debita puniri in hanc patratorum qualitatem excessuum illicitos oppressores. Omnipotens etenim Dominus, audito clamore populi sui, propter duritiam¹) eorum, qui operibus praecerant, dolentis, ad liberandum eam descendit, et summi templi praeposito, qui iuxta nominis interpretationem in vias pravas inique diverterat, comminando sic ait²): „Expellam te de statione tua, et de tuo ministerio te deponam.“ Dudum siquidem fama gravi, clamorem frequenti, et querele flebili subditorum deferentibus nobis, Hugonem Geraldi, olim Caturcensem episcopum, de multiplicatis excessibus, oppressionibus gravibus enormibusque criminibus esse reum, nos, mala huiusmodi nolentes ante credere, quam probare, super illis inquisitionem per nos et per alios fieri fecimus diligentem. Et demum inquisitionis ipsius viso et examinato processu luculenter invenimus, quod eius fuerat vitiosus ingressus, quum per ambitionem nimiam et per abrupta simoniaca pravitate ad pontificalem adscendisset honorem. Progressus autem eius, ut execrando conveniret initio, iniuriosus extiterat quoad tria. Primo videlicet quoad apostolicam

Cap. IV. 94) cf. c. 2. de elect. in Extr. Ioa. XXII. — 95) cf. supra c. 11. de praeb. III. 2.

TIT. VIII. Cap. un. 1) duritatem: Böhm. — 2) Esa. XXII. 19. —

bedem, cui licet ipsum honorasset in multis, et tandem ad episcopalis dignitatis apicem promovisset, terga vertens, non faciem, contemptum pro gratia, maleficium pro beneficio, et vituperium retulit pro honore. Appellationibus interdum, ad sedem ipsam ab eo vel officialibus eius per subditos oppressos emissis, nedum deferre contemptibiliter renuens, sed eas verbo vilipendens et facto, suis praecipiendo miniatis, quod de appellationibus huiusmodi non curarent, ac nihilominus appellantes, quibus contra oppressiones debuerat esse appellatio ipsa remedium, nunc per captionis iniuriam, nunc per spoliationem beneficiorum, et alias indebite affligendo multipliciter, non absque vitio ingratitude violans iuramentum fidelitatis ab ipso praestitum dictae sedi; nec veritus matris ecclesiae transgressionem apertam, nonnullis quandoque per suas patentes literas de vacaturis mandavit beneficiis provideri, vias ad vacationem eorum aperiens nimis illicitas et suspectas; perniciosus etiam fuit et frequens literarum apostolicarum abusus. Secundo vero, quantum ad subditos, erga quos non pii praelati vel pastoris peragat officium, quin immo tanquam fur improbus crudeliter tyrannus sub pallio caritativi subsidii incussis terroribus, violentiis et iniuriis illatis, dolosis inductionibus et fraudibus exquisitis, veluti recursor iniquus, extorsionibus eos intolerabilibus praegravando, nunc binas in anno, nunc plures in die, nunc alias nimium excessivas et ecclesiis importabiles, utpote multiplicato evectio-num³⁾ numero canonibus definito, interdum per se, interdum per alios procuraciones exigendo, pro libito visitationis officio, quandoque nullatenus, et regulariter non ad fructum correctionis, sed ad saturandae cupiditatis affectum impenso, ad alios quaestus illicitos et damnatos suum exacuit frequenter ingenium, nec de modo, nec de causa curavit. Et quum invenit subditos suis in hoc reprobandis affectibus non parentes, nec alias ab eis exigere potuit concupita: calumniosas delationes fieri, contra eos lites moveri, et diversa eis gravamina subdole procuravit pluries inferri. Praeterea non citatos legitime, nec convictos etiam aut confessos, suis privavit beneficiis, occasionem pro causa confingens, non rationem in his, sed tyrannidem potius prosequens personalem. Multa falsa scilicet instrumenta dictavit, per suos illa faciens notarios publicari, et, ut illa, qualem ipse habuerat, ad ecclesias praebere ingressum, instituire ei praesentatos, seu institutionis suae eis concedere literas saepius renuit, nisi primitus certa sibi et magna pecunia propter hoc exsolata. Multa ecclesiastica beneficia, nunc permutationis praetextu, nunc vero simpliciter in suis manibus resignata, modo iure (ut praetendebat) ordinario, modo super hoc (ut dicebat) apostolico munimine indulto, de facto scilicet contulit, intervenientibus fraude, pacto et simoniaca pravitare, subiectas sibi ecclesias occupans, earum redditus usurpavit. Et sic in suis fuit corruptus iudiciis, processum eorum et suum in pecuniarium⁴⁾ commodum ordinando, quandoque iustificans impium, innoxium iniuste condemnans: sic et alios corrumpere iudices pro obtinenda super oppressionibus inchoatis iniusta victoria nisus fuit. Tertio, quantum ad se, ut, qui sibi nequam existeret, nulli alii bonus esset, suae namque famae prodigus se periuriis patenter involvit, irregularitatisque laqueis irretivit, et, (quod referre pudet,) in corpus suum fornicando peccans per continuatum incontinentiae vitium, quo se dudum foedaverat, pontificali postea decoratus honore, in sua ponere gloria maculam, et femora sua non erubuit mulieribus inclinare. In his quidem eius sit⁵⁾ reprehendendi ingressus sic scandalosus, perniciosus exemplo progressus, ut vitio huiusmodi sive culpis nequias finem imponere, et periculosus egressus, quum adeo foret in ipso habitata malitia, quod, (remanente sibi ad solita facultate,) in iniquitatis opere voluntatis sibi deficere minime speraretur. Propter quod, ne prioribus peius committeret, illud solum aestimamus salubre remedium, ut, quod velle non poteramus auferre, eriperemus vel posse. Nos itaque, super praemissis et pluribus aliis eius nefandis excessibus cum fratribus nostris ex sano consilio deliberatione cohabitata diligenti, in praefatum Hugonem Geraldum, qui se omni honore ac dignitate reddidit tam indignum, quique ob suas iniquitates, ne praesit, est abiectus a Deo, suis ligatus peccatis, omnique honore ac dignitate pontificali iam privatum a Domino, de consilio omnium et singulorum fratrum ipsorum perpetuae depositionis sententiam duximus promulgandam, pontificali eum, et sacerdotali, et alio quolibet officio privantes, et ad perpetuum carcerem condemnantes, ut ibi, committendis ceasantibus, agat poenitentiam de commissis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae promulgationis et condemnationis in-

fringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit: indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Avin. XV. Kal. Iunii Pont. nostri Ao. II.

TITULUS IX.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS.

CAP. I.

Centesimo quoque anno visitantibus basilicas Petri et Pauli Apostolorum plenissima peccatorum venia conceditur.

Bonifacius VIII.

Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus ad honorabilem basilicam principis Apostolorum de Urbe concessae sunt magnae remissiones et indulgentiae peccatorum. Nos igitur, qui iuxta officii nostri debitum salutem appetimus et procuramus libentius singulorum, huiusmodi remissiones et indulgentias¹⁾ omnes et singulas ratas et²⁾ gratas habentes, ipsas auctoritate apostolica confirmamus et approbamus³⁾, et etiam innovamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Ut autem beatissimi Petrus et Paulus Apostoli eo amplius honorentur, quo ipsorum basilicae de Urbe devotius fuerint a fidelibus frequentatae, et fideles ipsi spiritualium largitione munerum ex huiusmodi frequentatione magis senserint se referros: nos de omnipotentis Dei misericordia, et eorundem Apostolorum eius meritis et auctoritate confisi, et apostolicae plenitudine potestatis omnibus in praesenti anno millesimo trecentesimo, a festo Nativitatis Domini nostri Iesu Christi praeterito proxime inchoato, et in quolibet anno centesimo secuturo ad basilicas ipsas accedentibus reverenter, vere poenitentibus et confessis, vel qui vere poenitebunt et confitebuntur in huiusmodi praesenti, et quolibet centesimo secuturo annis, non solum plenam et largiorem, immo plenissimam omnium suorum concedemus⁴⁾ et concedimus veniam peccatorum, statuentes, ut, qui voluerint huiusmodi indulgentiae a nobis concessae fieri⁵⁾ participes, si fuerint Romani, ad minus XXX. diebus continuis seu interpolatis, et saltem semel in die, si vero peregrini fuerint aut forenses, simili modo diebus XV. ad basilicas easdem accedant. Unusquisque tamen plus merebitur, et indulgentiam efficacius consequetur, qui⁶⁾ basilicas ipsas amplius et devotius frequentabit. Nulli⁷⁾ ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, approbationis, innovationis, concessionis et constitutionis infringere etc.⁸⁾ Datum Romae apud sanctum Petrum, VIII. Kal. Mart. Pont. nostri Ao. VI.⁹⁾

CAP. II.

Annus iubilaeus sive plenarius remissio, quae olim dabatur quolibet centesimo anno omnibus vere poenitentibus et confessis, visitantibus basilicas beatorum Petri et Pauli, per istam extravagantem ad annum quinquagesimum reducitur.

Clemens VI. *Archiepiscopo Tarraconensi eiusque Suffraganeis.*

Unigenitus Dei filius de sinu patris in uterum dignatus est descendere matris, in qua et ex qua nostrae mortalitatis substantiam divinitati suae, in supposito unitate, ineffabili unione coniunxit, id, quod fuit permanens et quod non erat, assumens, ut haberet, unde hominem lapsus redimeret, et pro eo satisfaceret Deo Patri. Ubi enim venit plenitudo temporis¹⁰⁾: misit Deus filium suum, factum sub lege, natum ex muliere, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem reciperent filiorum. Ipse namque¹¹⁾ factus nobis a Deo sapientia, iustitia, sanctificatio et redemptio, non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium¹²⁾ sanguinem introivit semel in sancta, aeterna redemptione inventa. Non enim¹³⁾ corruptibilibus auro et argento, sed sui ipsius agni incontaminati et immaculati pretioso sanguine nos redemit, quem in ara crucis innocens immolatus non guttam sanguinis modicam, quae tamen propter unionem ad verbum pro redemptione totius humani generis sufficisset, sed copiose velut quoddam profluvium noscitur effudisse. Ita, ut a planta¹⁴⁾ pedis usque ad verticem capitis nulla sanitas inveniretur in ipso. Quantum ergo exinde, ut nec supervacua, inanis aut superflua tantae effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti ecclesiae acquisivit, volens suis thesaurizare filiis pius Pater, ut sic sit infinitus thesaurus hominibus, quo qui usi sunt Dei amicitiae participes sunt effecti. Quem quidem thesaurum non in sudario¹⁵⁾ repositum, non in agro¹⁶⁾ absconditum, sed per bea-

Cap. un. 3) evictionum: Ed. Rom. oper. mend. — 4) pecuniarum: Böhm. — 5) sic: id.

TIT. IX. Cap. I. 1) desid. in Cod. Lips. 2. — 2) abest ab eod. — 3) et app.: omitt. id. — 4) conc. et: desid. in eod. — 5) fors: id., Ed. Bas. — 6) quo: Böhm. — 7) Nulli etc.: desid. in Ed. Bas. — 8) add.: vel

ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum. Data etc.: Cod. Lips. — 9) VII.: Böhm.

Cap. II. 10) Gal. IV. 4. — 11) 1 Cor. I. 30. — 12) Hebr. IX. 12. — 13) 1 Petr. I. 18. — 14) Esa. I. 6. — 15) Luc. XIX. 20. — 16) Matth. XIII. 44.

tum Petrum caeli cflavigerum, eiusque successores suos in terris vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum, et propriis et rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione poenae temporalis pro peccatis debitae, tam generaliter quam specialiter, (prout cum Deo expedire cognoscerent,) vere poenitentibus et confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum beatae Dei genitricis omniumque electorum a primo iusto usque ad ultimam merita adminiculum praestare noscuntur, de cuius consumptione seu minutione non est aliquatenus formidandum, tam propter infinita Christi (ut praedictum est) merita, quam pro eo, quod, quanto plures ex eius applicatione trahantur ad iustitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum. Quod felix recordationis Bonifacius Papa VIII. praedecessor noster, pie (sicut indubie credimus) considerans, et attenta meditatione revolvens, quantum apud homines gloriosi principes terrae Petrus et Paulus, (per quos evangelium Christi Romae resplenduit, et per quos ecclesia religionis sumpsit exordium, qui facti Christiani populi per evangelium genitores, gregis domnicoli pastores, fidei lucernae, ecclesiarum columnae, prae ceteris Apostolis peculiari quadam praerogativa in ipso Salvatore fidei virtute praecellunt, quorum uni, scilicet Apostolorum principi, sicut honore dispensatori claves regni coelorum commisit, alteri, tanquam idoneo doctori, magisterium ecclesiasticae eruditionis inuaxit,) in speciali veneratione haberi debeant, et debita honorificentia venerari, pro ipsorum memoria recolenda crebrius, et reverentia a cunctis Christi fidelibus eis devotius adhibenda, ipsorumque patrocinio favorabilis assequendo, inconsumptibilem thesaurum huiusmodi pro excitanda et remuneranda devotione fidelium voluit aperire, decernens de fratrum suorum consilio, ut omnes, qui in anno a Nativitate Domini MCCC. et quolibet anno centesimo extunc secuturo ad dictorum Apostolorum basilicas de Urbe accederent reverenter, ipsaque, si Romani, ad minus XXX., si vero peregrini aut forenses fuerint, quindecim diebus continuis vel interpolatis, saltem semel in die, dum tamen vere poenitentes et confessi existerent, personaliter visitarent, suorum omnium obtinerent plenissimam veniam peccatorum. Nos autem, attendentes, quod annus quinquagesimus in lege Mosalca¹⁷⁾, (quam non venit Dominus solvere, sed spiritaliter adimplere,) iubilaeus remissionis et gaudii, sacerque dierum numerus, quo lege sit remissio, censebatur, quodque ipse quinquagenarius numerus in testamentis, veteri quidem ex legis datione, novo ex visibili Spiritus sancti in discipulos missione, per quem datur peccatorum remissio, singulariter honoratur, quodque hinc plura et grandia divinarum adaptantur mysteria scripturarum, et clamorem peculiarem populi nostri Romani, videlicet hoc humiliter supplicantis, ac nos ad instar Moysi et Aaron per proprios et solennes nuncios ad hoc destinatos specialiter orantis pro toto Christiano populo, et dicentis: „Domine, aperi eis thesaurum tuum, fontem aquae vivae, desiderantes benignius exaudire, non quidem ut sicut illius Israelitici populi indurati cesset murmuratio, sed ut istius praedilecti populi et coactorum fidelium augeatur devotio, fides splendeat, spes vigeat, caritas vehementius incalescat, volentesque quam plurimos huiusmodi indulgentiae fore participes, quam paci multorum respectu propter vitae hominum brevitatem valeant ad annum centesimum pervenire, de fratrum nostrorum consilio praedictam concessionem indulgentiae ex supra scriptis et aliis iustis causis ad annum quinquagesimum duximus reducendam, statuente de fratrum consilio praedictorum et apostolice plenitudine potestate, ut universi fideles, qui vere poenitentes et confessi in anno a Nativitate eiusdem MCCCL. proxime futuro, et deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis praedictis eorundem Petri et Pauli Apostolorum basilicis et lateranensibus ecclesiis, (quam inclitae recordationis Constantinus, postquam per beatam Silvestrum, sicut per eandem Apostolum Deo reverente cognovit, renatus fonte baptismatis fuerat, et a contagio leproae mundatus, in honorem Salvatoris construxit, quamque nem beatum Silvestrum novo sanctificationis et chrismatismis genere dedicavit legitur, et in eius ecclesiae parietibus praefati Salvatoris imago depicta primum toti populo Romano visibiliter apparuit, devotio veneranda, quam ex his et aliis certis et rationabilibus causis, ut ipsa ecclesia pariter indulgentiae praedictae privilegio debeat, et devotus ab eodem Salvatore, qui in praefatis Apostolorum mirabilia praedicavit, eorum meritis et precibus¹⁸⁾ indulgentiae mereantur percipere largitatem, in hoc censimus venerandam,) causa devotionis modo praedicto visitaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur, ita videlicet, ut, quicunque voluerint indulgentiam huiusmodi assequi, si Romani, ad

minus XXX., si vero peregrini aut forenses, modo simlii XV. diebus ad praedictas basilicas et ecclesias accedere teneantur, adiacentes, ut ii etiam, qui pro ea consequenda ad easdem basilicas et ecclesias accedent, post iter arreptum impediti legitime, quo minus ad Urbem illo anno valeant pervenire, aut in via, vel, dierum praetaxato numero non completo, in dicta Urbe decesserint, vere poenitentes (ut praemittitur) et confessi, eandem indulgentiam consequantur. Omnes nihilominus et singulas indulgentias, per nos vel praedecessores nostros Romanos Pontifices tam praenominatis, quam aliis basilicis et ecclesiis de dicta Urbe concessas, ratas et gratas habentes, ipsas auctoritate apostolica confirmamus et approbamus, ac etiam innovamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae reductionis, constitutionis etc. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et dicatorum Petri et Pauli Apostolorum sese noverit incursuram. Datum Avinion. VI. Kalend. Februar. Pont. nostri Ao. I. Quocirca fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus singuli vestrum in singulis vestris civitatibus et dioecibus praedictas nostras literas subditis vobis clero et populo publicetis, et intelligibiliter exponatis, ut adnuente Domino ad promerendam huiusmodi indulgentiam se disponant. Ceterum, quia praesentis literae nequirent forsitan propter variarum discrimina vel alia legitima impedimenta singulis vestrum commode praesentari: volumus, quod per te, frater archiepiscopo, dictarum literarum transumptum manu publica scriptum quoque munitum sigillo vobis, fratres suffraganei, transmittatur, cui velut originalibus literis adhiberi volumus plenam fidem. Datum etc.

CAP. III.

Constitutio, curas Papae reservatas comprehendens, certis ex causis imponitur; a quibus nullus potest absolvere sine speciali licentia sedis apostolicae.

Paulus Venetus Papa II.

Eius domnicoli¹⁹⁾ gregis saluti semper intendi singulis cum humilitate poscentibus ea benigne concedere studemus, per quae (peccatorum mole deposita) salus ipsa succedat, et ab hostis humani generis servitute creptas animas lucrosasiamus Altissimo, qui nobis sua bonitate commisit: id tamen propensioniori studio praecavendum esse censuimus, ne²⁰⁾ cuiusvis indulgentiae, remissionis vel facultatis obtentu Christi fideles procliviores ad libitum in posterum committenda reddantur, aut veniae facilitas eis peccandi tribuat incitamentum. Hac itaque consideratione habita olim emanavit a nobis constitutio tenoris subsequentis, videlicet: „Sanctissimus in Christo pater et dominus noster, dominus Paulus, divina providentia Papa secundus, qui priorem super plenariis remissionibus, quae semel in vita, et semel in mortis articulo concedantur, formam et normam instituit, ne passim sine exceptione quorumcumque criminum procliviores redderentur homines ad peccandum, per regulas in cancellaria apostolica publicatam statuit et ordinavit, quod in quibuscunque concessionibus et facultatibus absolvendi casus infra scripti, tanquam speciales sedis apostolicae reservati, semper intelligerentur excepti, videlicet offensae ecclesiasticae libertatis, violationis interdicti ab eadem sede impositi, criminum haeresis, conspirationis in personam aut statum²¹⁾ Romani Pontificis, seu cuiusvis offensae, inobedientiae seu rebellionis eiusdem Pontificis vel sedis apostolicae, presbytericidii, offensae personalis in episcopum seu alium praetatum, invasionis, depredationis, occupationis aut devastationis terrarum Romanae ecclesiae mediate vel immediate subiectarum, ac etiam invasionis Romipetarum, seu quorumcumque aliorum ad Romanam curiam venientium, prohibitionis devotionis prohibitorum ad partes infidelium, impositionis novorum onerum realium vel personalium, ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum, simoniae super ordinibus vel beneficiis assequendis in eadem curia vel extra contractae, et generaliter in casibus, contentis in bulla, quae consuevit in die coenae Domini per praedecessores suos Romanos Pontifices publicari, considerans, quod plerumque contingit suam sanctitatem huiusmodi facultates et confessionalia tam praesentibus quam absentibus etiam oraculo viva voce concedere, (ne praetextu concessionis huiusmodi vel poenitentis vel confessionis in supra scriptis casibus fallantur et fallant,) statuit et decrevit, utae intentionis fuisse et esse, per quascunque concessionem et facultatem, per suam sanctitatem tam scripto quam verbo factas et in posterum faciendas, nemini licere irretitos dictis casibus absolvere sine speciali suae sanctitatis licentia, quin immo concessionem

Cap. II. 17) Levit. XXV — 18) probus: Böh. oper. mend.
Cap. III. 19) Domini: Böh. — 20) neci: Ed. Rom. oper. mend. —

21) statutum: cod.

et indulta praedicta quoad casus exceptos huiusmodi nulli penitus suffragari. Ut autem ipsa constitutio, (quae dudum, scilicet quinto Kalendas Aprilis anni ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimi quadringentesimi sexagesimi sexti, Pontificatus nostri anno secundo publicata fuit,) eisdem Christi fidelibus plenius innotescat, nullusque illius ignorantiam praetendere valeat in futurum: praesentibus inseri fecimus, ut ad maiorem omnium perveniat notitiam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursuram. Datum Romae apud sanctam Petrum, anno incarnationis dominicae MCCCCLXXVIII. quinto Non. Mart. Pont. nostri Ao. V.

CAP. IV.

Bulla confirmationis anni iubilaei, publicata apud sanctum Petrum in die Nativitatis Domini, in qua continetur, quod annus iubilaeus est ad brevius tempus reductus, quam olim esset, quoniam vigesimo quinto quoque anno cunctis fidelibus, basilicis urbis Romanae hic expressas indulgentias, illius indulgentiae conceduntur. Et illo durante aliae indulgentiae ubique cessant.

Sixtus IV.

Quemadmodum operosi vigilisque pastoris solertia oves suae custodiae deputatas curat a ferarum praeservare incursum, et ad statum prosperum foetu multiplicato perducere: ita quoque et nos, quibus dispositione superna universi gregis dominici sollicitudo commissa est, et supremis desideramus affectibus, et studiis nitimur indefessis, cunctos Christi fideles, quos a iustitiae semita hostis humani generis diabolica fraude avertit, deposita peccatorum sarcina suo reconciliare auctori, ut aeternae felicitatis praemia nostri Redemptoris inaeestimabili caritate media potiantur, fiatque nostrae operationis ministerio, utilitate publica suadente, etiam per gratiarum susceptionem, quod eorum saluti conveniat, atque nostra et praedecessorum nostrorum ordinationis salubres debitis effectibus mancipentur. Olim siquidem felicis recordationis Paulus Papa II. praedecessor noster, rationabilibus causis tunc expressis inductus, de venerabilium fratrum nostrorum, tunc suorum, (de quorum numero tunc eramus,) consilio, annum iubilaeum ad brevius tempus provida moderatione reducens, illum ad annum vigesimum quintum apostolica auctoritate restrinxit, ac voluit, statuit et decrevit ex causis praedictis, quod singulis viginti quinque annis iubilaeus annus praedictus celebrari deberet, quodque anno Domini MCCCCLXXIV. proximo futuro, videlicet a vigilia Nativitatis Domini nostri Iesu Christi, idem annus iubilaeus inciperet, et, ut sequitur, finiretur, ac universi et singuli utriusque sexus fideles, qui beatorum Apostolorum Petri et Pauli basilicas, Lateranensem quoque et sanctae Mariae maioris almae Urbis ecclesias statutis diebus devote visitarent, omnes et singulas indulgentias et peccatorum remissiones consequerentur, quas idem Pontifex sui-que praedecessores anno iubilaeo huiusmodi basilicas et ecclesias praedictas visitantibus devote concesserant, per quosdam primo, et deinde nos, qui, dicto praedessore, sicut Dominus placuit, sublato de medio, fuimus divina disponente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti, et per alias²² nostras literas eiusdem Pauli praedecessoris ordinationem, voluntatem et statutum, ac omnia et singula in eisdem suis literis contenta de fratrum eorundem consilio approbantes, similiter statuimus et ordinamus, quod annus iubilaeus praedictus cum eisdem indulgentiis et remissionibus plenariis peccatorum anno proximo futuro a vigilia Nativitatis eiusdem incipere, et, ut sequitur, continuari deberet, prout in singulis literis praedictis, (quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis,) plenius continetur. Verum quia postmodum tam nos, quam idem Paulus praedecessor noster, dum in humanis age-remus, animum salutem fidelium intenti, multorum principum et aliorum Christi fidelium ac devotarum personarum pulsati precibus, diversas indulgentias et peccatorum remissiones plenarias nonnullis ecclesiis, monasteriis et piis locis duximus concedendas, propter quas populorum forsam concursus ad basilicas et ecclesias ante dictas retardari, aut ipsius anni iubilaei celebritas minui vel intermitteri posset cum animarum non modico detrimento: nos, qui universarum credentium profectibus et salutem prospicere ex debito ministerii pastoralis adstringimur, (ne propter aliarum indulgentiarum hactenus a nobis, seu eodem Paulo vel aliis praedecessoribus nostris concessarum, huiusmodi effusionem hoc sanctum opus ac remissionis et gratiae annus iubilaeus intermittatur, aut fideles ipsi a tanto munere reddantur expertes,) remediis opportunis providere volentes, omnes et singulas plenarias, etiam ad instar iubilaei, ac

etiam commutandi vota, aut super eis et male ablati incertis, aut per usurariam pravitatem vel alium illicitum modum extorsis, dispensandi et componendi, aut illa sub certis modo et forma remittendi, et deputandi confessores cum potestate absolvendi, etiam in casibus sedi apostolicae reservatis, facultates, concessiones et indulta a nobis et eadem sede, vel illius auctoritate quibuscunque ecclesiis, monasteriis, hospitalibus et piis locis, universitatibus, fraternitatibus quibuscunque, tam in perpetuum quam ad certum tempus, in vita seu in mortis articulo, quovis modo aut quavis causa quomodolibet concessas et concessas, et in posterum forsitan concedendas vel concedenda, auctoritate apostolica tenore praesentium de apostolicae potestatis plenitudine usque ad nostrum et eiusdem sedi beneplacitum suspendimus, illasque durante beneplacito nostro et sedi praedictae suspensas esse volumus, nec interim alicui suffragari, indulgentiis tamen basilicarum et ecclesiarum dictae Urbis in suo plenario robore durantibus, districtius inhibentes, alias indulgentias, praeter istas duntaxat, in locis publicis vel privatis praedicari aut nunciari, earumque praetextu a quaesitoribus aliquid exigi quoquo modo. Quin immo quaesitores et praedicatores quocunque per locorum ordinarios a praedicationibus et quaesitionibus huiusmodi faciendis, volumus et mandamus praesentium auctoritate arceri sub censuris et poenis ecclesiasticis, de quibus visum fuerit opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum suspensionis, inhibitionis, mandati et voluntatis infringere, vel eiusdem temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Tiburum anno incarnationis dominicae MCCCCLXXIII. IV. Kalend. Septembris. Pont. nostri Ao. III.

CAP. V.

Sixtus tempore suo multis multis concesserat indulgentias, quae certis ex causis hic revocantur.

Idem.

Et in dominici gregis salutem semper intenti singulis cum humilitate poenitentibus ea benigne concedere studeamus, per quae (peccatorum mole deposita) salus ipsa succedat, et hostis humani generis servitute ereptas animas lucrificamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio praecavendum esse censemus, ne cuiusvis indulgentiae, remissionis vel facultatis obtentu Christi fideles procliviores ad illicita in posterum committenda reddantur aut facilis veniae eis peccandi tribuantur. Quam itaque, (sicut multorum fide dignorum testimonio accepimus,) ob multitudinem facultatum per nos vel auctoritate nostra concessarum, tam verbo quam in scriptis, confectis exinde literis vel non, praelatis et personis ecclesiasticis, etiam religionis et saecularibus utriusque sexus, capitulis, collegiis, conventibus, hospitalibus, confratris, et universitatibus, tam in genere quam in specie, sub electione vel deputatione confessorum, qui eligentes eosdem, vel pro indulgentiis per nos concessis consequendis ad ecclesias et alia pia loca confluentes, seu ad aliqua pia opera porrigentes adiutrices, earundemque confratrum confratres et sorores, ac in hospitalibus praedictis decedentes seu deserentes, aut eis pie aliquid relinquentes, vel aliqua alia meritorum ministeria exhibentes, et in ordinibus profitentes, eorum confessione diligenter audita, in singulis etiam sedi apostolicae reservatis casibus ac in vita, et in aliis toties quoties, ac in morte plenarie, vel alias etiam ad effectum consequendi quasunque indulgentias plenarias vel non plenarias absolvere, et poenitentiam salutarem eis iniungere, amissae quoque vota per illos quocunque in alia pietatis opera commutare libere et licite valeant, fideles praefati ad peccandum, et ad alia illicita committendum nonnunquam procliviores existant in non parvum periculum salutis animarum suarum: nos, qui Deo propitio eiusdem gregis dominici (meritis licet insufficientibus) causam gerimus, et illum spiritualis thesauri clarigatione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem, ne exte clavium auctoritas deducatur in contemptum, ipsique ad peccandum procliviores (ut diximus) liberius prolabantur, ex praemissis et aliis rationabilibus causis animum nostrum moventibus, motu proprio, non ad aliquid nobis super hoc oblatas petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate et diliberatione, auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus et ordinamus, quod de cetero praetextu facultatum huiusmodi, concessarum a nobis vel auctoritate nostra, et quas concedi quomodolibet continget in posterum, verbo, literis aut quavis alia scriptura, etiam cum clausula, quod sola signatura sufficiat, etiam in favorem fidei et cruciatae, nullus confessorum eorundem

quempiam, cuiusvis status, gradus, ordinis vel conditionis existat, et quacunq̄ ecclesiastica, etiam episcopali vel maiori, aut mundana, etiam regali et maiori dignitate praeferat, qui offensae ecclesiasticae libertatis, violationis interdicti ab eadem sede impositi, seu haeresis, postquam fuerint de ea sententialiter condemnati, delati seu publice diffamati; conspirationis in personam aut statum Romani Pontificis, seu cuiusvis offensae, inobedientiae aut rebellionis eiusdem Pontificis dictae sedis, mutilationis membrorum vel occisionis²²⁾ cuiuscunq̄ in sacris ordinibus constituti, offensae personalis in episcopum seu alium praelatum, invasionis, depredationis, occupationis aut devastationis terrarum Romanae ecclesiae mediate vel immediate subiectarum, ac etiam invasionis Romipetarum, seu quorumcunq̄ aliorum ad Romanam curiam venientium, prohibitionis devolutionum causarum ad dictam curiam, delationis armorum et aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionis novorum onerum realium vel personalium ecclesiis vel ecclesiasticis personis, simoniae super ordinibus vel beneficiis consequendis in dicta curia vel extra eam contractae criminum quomodolibet reus foret, et generaliter in casibus, contentis in literis, quae consueverunt in die coenae Domini publicari, praetextu huiusmodi facultatum absolvi, et per eos emissa peregrinationis ultramarinae, et visitationis liminum Apostolorum Petri et Pauli, in Compostella, et castitatis ac religionis vota, nisi ex speciali licentia et certa scientia nostra, de qua demum constare censeatur, quum in signatura nostra desuper manu nostra scriptum aut in literis nostris expressum fuerit, nos ex certa scientia et de speciali gratia id concedere cum derogatione praesentis constitutionis, illius de verbo ad verbum inserto tenore, non autem per clausulas id importantes, vel in articulo mortis constitutum, et tunc in casibus, in quibus satisfactio fuerit impendenda, facta satisfactio vel idonea praestita cautione, commutare praesumant. Et si aliqui confessorum praedictorum contra praesentem constitutionem quemquam absolvi, aut excepta vota praedicta commutare attentaverint: absolutio et commutatio huiusmodi nullius sit roboris vel momenti. Et contra facientes eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, a qua, (nisi in mortis articulo constituti), ab alio quam a Romano Pontifice absolvi non possint, non obstantibus literis et constitutionibus huiusmodi, ac constitutionibus et ordinationibus etc. Et ne aliquis de praesentibus ignorantiam valeat allegare, mandamus, eas in cancellaria apostolica et audientia litterarum contradictarum legi et publicari, ac inter extravagantes alias apostolicas constitutiones in quaterno dictae cancellariae describi etc. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum suspensionis, inhibitionis, mandati et voluntatis etc. Datum Spira anno Domini MCCCCLXXVIII.

TITULUS X.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS¹⁾.

CAP. I.

Excommunicati sunt, qui pactis aut promissionibus iustitiam vel gratiam a sede apostolica obtinent, et qui tales non revelant; nec illis absolutio facile conceditur.

Bonifacius VIII¹⁾.

Excommunicamus et anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patri, et Filii, et Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum²⁾ Apostolorum Petri et Pauli et nostra, omnes clericos, religiosos et laicos utriusque sexus, sive sint familiares curiae sive alii³⁾ undecunq̄, qui aliquid pactum fecerint, seu aliquid parvum vel magnum promiserint, vel promissionem receperint⁴⁾, aut ex pacto sive promissione⁵⁾ occulta vel manifesta, facta⁶⁾ sub generalibus et plenarie non expressis, sive sit⁷⁾ sub specialibus et expressis aperte verbis, quicquam dederint aut receperint magnum vel parvum, vel promissionem⁸⁾ de quacunq̄ re aut utilitate propter hoc consequenda fecerint vel receperint pro aliqua iustitia sive gratia, pro se aut pro alio in causis vel iudiciis seu alias per literas apostolicas et quibuscunq̄ modis apud sedem apostolicam obtinenda⁹⁾. Et hanc sententiam ad promittentes et acceptantes¹⁰⁾, dantes et recipientes duximus extendendam. Illos quoque, qui aliquid sciverint culpabilem in praedictis, et nobis intra dierum trium spatium

non retulerint, vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter referatur, simili decernimus sententiae¹¹⁾ subiicere. Decernimus etiam, ut nullus, hanc incurrens excommunicationis sententiam, pro praedictis vel aliquo praedictorum absque speciali mandato nostrae¹²⁾ absolutionis beneficium valeat obtinere, nisi forsan ad nos habere accessum¹³⁾ non posset, in mortis articulo constitutus. Nec etiam ad absolutionis gratiam admittatur, nisi prius quantum¹⁴⁾ dedit vel recepit, integraliter pauperibus largiatur. Iustitiam vero sive gratiam sic obtentam nullius prorsus esse momenti volumus, omnique statuimus carere effectu et robore firmitatis. Sed et scienter utentes ipsis simili sententia¹⁵⁾ excommunicationis adstringimus, et reservantes nobis absolutionem eorum cum¹⁶⁾ praemissis omnibus¹⁷⁾ ad poenas similes¹⁸⁾ obligamus.

CAP. II.

Praemissis damnis ex interdicto provenientibus statuit, quod propter dominum debita non solventem eius terra vel civitas sine speciali Papae licentia non interdicatur.

I d e m¹⁹⁾.

Provide attendentes, quod, ut frequentius, quamvis non sine causa²⁰⁾, sine culpa tamen multorum, interdicti²¹⁾ sententiae proferuntur, quodque sunt nonnulli iudices nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis sive causis, quae interdum plus ex cupiditatis, quam caritatis radice perspiciis iudiciis procedere arguuntur²²⁾, quodque interdicti tempore divina organa suspenduntur et laudes, nec ecclesiastica sacramenta ministrantur, ut solent, tolluntur mortuis seu minuuntur suffragia, praesertim per oblationem frequentem hostiae salutaris, adolescentes et parvuli, participantibus²³⁾ rarius sacramenta, minus inflammantur et solidantur in fide, fidelium tepescit devotio, haereses pullulant²⁴⁾, et multiplicantur pericula animarum: praesentis constitutionis providemus edicto, ut²⁵⁾ nulla provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium vel districtus auctoritate ordinaria vel delegata supponatur ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cuiusvis monetae vel pecuniae quantitate, quacunq̄²⁶⁾ occasione vel causa seu quovis quaesito colore, pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores seu officiales, quocunq̄ nomine censeantur, aut incolae seu habitatores, aut singulares²⁷⁾ personae ipsorum, statuti vel statuendi, ordinati vel ordinandi terminis huiusmodi debitum seu quantitatem non solverunt²⁸⁾ hactenus, aut in antea non persolverint. Nos enim exnunc²⁹⁾ decernimus irritum et inane, si secus hactenus existit attentatum, vel contigerit attentari, illudque revocamus omnino, non obstantibus quibuscunq̄ contractibus, obligationibus, pactis, conventionibus, compositionibus³⁰⁾, submissionibus, fideiussionibus³¹⁾, consensibus, processibus et³²⁾ sententiis super hoc habitis vel habendis, iuramentorum, poenarum spiritualium et temporalium, seu mulctarum impositione³³⁾, vel quacunq̄ alia firmitate vallatis; nisi talis suppositio interdicti hactenus foret facta, vel in antea fieret de apostolicae sedis speciali licentia, et expressa³⁴⁾ per ipsius sedis patentes litteras apparente.

CAP. III.

Andronicum Palaeologum, ut imperatorem Graecorum nominantem, et haeresis ipsorum fautorem, excommunicatum denunciat, omnesque cum eo sic manente societatem contrahentes ipso facto dicit excommunicatos, et eorum terras ecclesiastico supponendas interdicto. Suntque privandi bonis, quae ab ecclesia tenent, et talis societas seu confederatio nulla est. Facit cap. Ad apostolicas de sentent. et re iud. libr. VI.

Clemens V.

Ad certitudinem praesentium et memoriam futurorum Andronicum Palaeologum, qui Graecorum imperatorem se nominat, tanquam eorundem Graecorum antiquorum schismaticorum, et in antiquato schismate constitutorum, et per hoc haereticorum, et haeresis ipsorum ac schismatis antiqui fautorem, de frater nostrorum consilio denunciamus excommunicationis sententiam latam a canone incurrisse, ac ipsius fore sententiae vinculo innodatam. Ceterum universis et singulis regibus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, et ceteris omnibus, cuiuscunq̄ praecminentiae, conditionis, status, nec non universitatis civitatum, castrorum, et aliorum locorum districtius iuhibemus, ne cum

Cap. V. 22) occasionis: Böhm.

TIT. X. 1) add.: et interdicti: Ed. Bas. — Cap. I. 1^a) Cod. Lips. 1. — 2) abest ab eod. — 3) omitt. id. — 4) desid. ib. — 5) ex prom.: id. — 6) non exstat ib. — 7) sive sub specialibus expressis: id. — 8) promissiones: id. — 9) obtinuerint obtinenda: id. — 10) ad acc.: id. — 11) desid. ib. — 12) nostro: id. — 13) recurrant non possit: id. — 14) quod primum: Ed. Bas. — 15) poena: Cod. Lips. — 16) et cum: Ed. Bas. —

17) in omni: ead. — 18) poenam similem: Cod. Lips.

Cap. II. 19) Cod. Lips. 3. — 20) sine causa: desid. in Ed. Bas. — 21) desid. in Cod. Lips. — 22) dinoscuntur: id. — 23) percipientes: id. — 24) pull., multiplicatur periculum an: id. — 25) ne ulla: id. — 26) sub quac.: id. — 27) hab. singularis personae ipsorum, citatis: id. — 28) solverint: id. — 29) extunc: id. — 30) omitt. id. — 31) abest ab eod. — 32) desid. ib. — 33) non exstat ib. — 34) expresse: id.

eodem Andronico Palaeologo in huiusmodi excommunicatione manente societatem vel confoederationem aliquam contrahere sub quovis ingenio vel machinatione praesumant, vel ei alias in his, quibus excommunicatus est denunciatus a nobis, praestare consilium, auxilium vel favorem publicum vel occultum. Et si secus praesumptum fuerit: omnes singulares personas, contrarium praesumentes, (non obstante qualibet indulgentia sub quacunque forma verborum vel expressione ipsis ab apostolica sede concessa, vel in posterum concedenda, quam quoad hoc viribus volumus omnino carere,) sententiam excommunicationis, quam exnunc in ipsos ferimus, incurrere volumus ipso facto. Terras ipsorum et universitates praedictas, quae secus attentare praesumpserint, prout expedire videbimus, ecclesiastico curabimus subiicere inderdicto, ad privationem omnium honorum, quae a quibuslibet tenent ecclesiis, et ad poenas alias spirituales et temporales, prout utile putabimus, processuri. Et nihilominus, societatem et confoederationem ipsas, etiamsi poenarum et iuramenti additione vel quacunque fuerint alia firmitate vallatae, decernimus irritas et inanes. Datum Pictavis III. Nonas Iunii A. J. II.

CAP. IV ³⁵).

Excommunicati sunt qui literas a Papa ante suam coronationem concessas impugnant.


I d e m.

Quia nonnulli, (prout³⁶ accepimus,) contra doctrinam³⁷ Apostoli suae prudentiae, quin potius imprudentiae innitentes, ac disceptare super his, de quibus eis non expedit, satagentes, asserere non verentur, quod summus Pontifex ante suae coronationis insignia se non debet intrmittere de provisionibus, reservationibus, dispensationibus et aliis gratis faciendis, nec se in literis episcopi simpliciter, sed electum episcopum scribere, nec etiam uti bulla, in qua nomen exprimat ipsius: nos, talium temeritates³⁸ compescere cupientes, singulos, qui occasione huiusmodi aliquas³⁹ literas nostras super negotiis⁴⁰ quibuscunque confectas, quae a nobis ante coronationis⁴¹ nostrae insignia emanarunt⁴², ausi fuerint impugnare, excommunicationis sententia innodamus. Datum⁴³ apud Pesecum Burdegalensis dioecesis⁴⁴, Ao. II.


Cap. IV. 35) Cod. Lips. 20. — 36) ut: id. — 37) *doctr. Ap.*: omitt. — 38) *temeritatem compescere intendentes, omnes et singulos*: id. — id) abest ab cod. — 40) *desid. ib.* — 41) *donationis*: Ed. Rom. oper. mend.

— 42) *emanaverint*: id.: — 43) *Dat. etc.*: *desid. ib.* — 44) *add.*: *pont. n.*: Böhm.

F I N I S.



ARBOR CONSANGUINITATIS.



CONSANGUINITAS PER TRES REGULAS DECLARATUR.

Prima regula magistralis pro linea recta. Ascendentium et descendendum quot sunt personae, de quibus quaeritur, computatis intermediis, una dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire, quantum distat abavus a Petrucio, (Petrucium esse fingimus in cellula, ubi est facies,) utroque computato et intermediis quinque sunt personae: deme unam, quatuor sunt gradus; et sic de aliis.

Pro linea collaterali duae sunt regulae.

I. Collateralium in linea aequali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone. Quum facis abavum stipitem inter P. et proneptem propatruum, (nam illi sunt in linea aequali,) quilibet distat a stipite quarto gradu; ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

II. Collateralium in linea inaequali quoto gradu remotior

distat a communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abavum stipitem. P. et filius propatruum sunt in linea inaequali. Computemus ergo a remotiori, scilicet a P., sed P. distat a stipite quarto gradu, ergo a filio propatruum quarto. Semper intellige secundum canones.

Pro arbore consanguinitatis secundum computationem civilem dantur tales regulae. Prima: In linea ascendentium et descendendum quot sunt personae, de quibus quaeritur, computatis intermediis, una dempta, tot sunt gradus inter eas. Pro linea collateralium: Collateralium in linea aequali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Nam secundum leges quaelibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim legistarum ob aliud fit, quam computatio decretistarum.

Collateralium in linea inaequali quot sunt personae stipite dempto, tot sunt gradus. Si autem optas enucleationem, recurro ad Ioannis Andreae declarationem.

DECLARATIO ARBORIS CONSANGUINITATIS.

Circa lecturam arboris diversis olim diversum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post illos lecturae ipsius arboris novum modum assumens, per suas metricas regulas intellectum minus fuit aperire; sed propter multitudinem regularum et versuum obscuritatem aliquibus notum ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. Andreae, inter decretorum doctores minimus et indignus, inventionem arboris ex eo fuisse, ut habentibus materiam consanguinitatis et affinitatis ignotam nota, et habentibus notam ex oculorum inspectione notissima fieret, antiquorum scripta revolvi, et (prout expedire credidi) compilari.

§. 1. Primo quaerens ad utramque arborem: ad quid fuerit inventio arboris necessaria? Secundo: an sit authentica? Tertio: ad quid in volumine decretalium repetita, quae olim fuerat in decretis?

§. 2. Primae quaestionis ex superius dictis patet solutio: probatio enim ad oculum alias vincit. Inst. de gradib. §. Agnationis. 27. q. 1. Nec aliqua. Ex ostensione enim facti quaedam melius percipiuntur, quam elocutione. Extra de donat. Apostolicae, vers. fin. Hinc est, quod agrorum mensio subicitur oculis, 16. q. 3. Inter, de praescrip. c. Quia indicante, C. fin. reg. l. 3.; ventris inspectio, an mulier sit praegnans. ff. de ventr. insp. l. 1. in princ.; locorum pudicitiae investigatio, an mulier sit virgo, Extra de prob. c. Proposuiti. an arcta, de frigid. et malef. c. Fraternalitas, vel aliter impedita, eod. tit. c. Ex literis; iniurias, an sit atroc, aestimatio. ff. de fertis l. 2.; et literas papales an sint verae vel falsae, de crimin. fals. c. Licet.

§. 3. Ad secundum dic, quod arbor authentica est, quod patet ex canonibus Isidori et Alexandri, 35. qu. 5. cap. 1. 2. et ultimum.

§. 4. Ad tertium dic, quod quia in decretis de consanguinitate et affinitate tractatur, utile fuit ibi arborem ponere, et quia in decretalibus est idem tractatus, et in hoc volumine utile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum, satisque famosum, quod repetita lectio probat. C. de emend. Inst. C. l. una. Item, ex eo, quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti, unde expediens fuit secundum statum iurium novorum antiquam arborem decidere.

§. 5. Deinde ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quaeritur: quid sit consanguinitas? et unde dicitur? quid linea, quid gradus? Secundo quaeritur: quomodo arbor formetur? et quare sic punctetur? et interseremus regulas, per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus quaedam notanda, et quaedam quaestiones.

§. 6. Ad primum dico, quod Consanguinitas est attinentia personarum, ex eo proveniens, quia una descendit ab altera, vel ambae ab eadem, vel est vinculum personarum ab eadem stipite descendendum, carnali propagatione contractam, quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas, quasi sanguinis unitas, a con, et sanguine: quia de communi sanguine descendunt. Et

quoad probationem coniugii non distinguo, an tales consanguinitates sint producti ex uxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expressum Extra de prob. c. Per tuas.

§. 7. Linea vero est collectio personarum ab eodem stipite descendendum, gradus continens, et numeros distinguens. Et est triplex linea, scilicet graduum descendendum, ascendendum et collateralium, ut infra patebit, et ff. de gradib. l. 1. et l. Iurisconsultus.

§. 8. Gradus est habitudo distantiam personarum, qua cognoscitur, quia agnationis vel cognationis distantia duae personae inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum proclivium: quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de grad. l. Iurisconsultus. §. gradus.

§. 9. Formatur autem sic arbor. Primo vide cellulas ascendendum, secundo descendendum, demum collateralium. Aequo super cellulam vacuum, quae remansit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere, quum aliae cellulae, (exceptis his, quae per genitium nominantur,) sumant nomen ab ipsa. Quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris, fratrem fratris, patrem filii, et sic de singulis? et eam ubi vocant Ioachim, alii Protheum, alii truncum. Nos autem a nomine biddelli nostri vocemus eam Petrucium. Et scire debes, quod competenter illae cellulae mediae ascendendum et descendendum dividerentur directe per medium, ut a latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium, ut abavus, proavus etc., a latere sinistro nomina mulierum, ut abavia, proavia etc., quia positi a latere dextro descendunt a maribus, et e converso. Supra cellulam vacuum est cellula haec continens, pater mater, et unum punctum supra, et unum infra. Supra illam est cellula avus avia, continens duo puncta supra, et duo infra. Supra illam est cellula proavus proavia, continens tria puncta supra, et tria infra. Supra illam est cellula abavus abavia, habens quatuor supra, et quatuor infra. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium et filiam, et habet unum punctum supra, et unum infra. Sub illa habens nepotem et neptem, et duo puncta supra et duo infra. Sub illa proneptem et proneptem, et tria puncta supra, et tria infra. Sub illa abnepotem et abneptem, et quatuor puncta supra, et quatuor infra.

§. 10. Antequam ad collaterales transeamus, scire debes, quod punctorum numeratio est numeratio graduum, habito respectu ad cellulam vacuum, et puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum, puncti inferiores secundum ius civile, etc. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum, civilis vero in inferiori, ut detur intelligi excellentia iuris canonici ad civile: et maxime quoad hunc casum, quo instrumur in matrimoniis, quae licite contrahi possunt, necne, et, quum matrimonium sit sacramentum ecclesiae, in eo praecipue lex minor est canone, Extra de secund. nupl. c. ull. et pen. Vides autem ex punctatione praedicta, quod in computatione ascendendum et

descendentium concordat utrumque ius, quia in eis semper persona addita personae per carnis propagationem gradum adicit.

§. 11. Ad inveniendum autem gradus inter eos secundum utrumque ius, tolle hanc magistralem regulam. Ascendentium et descendentium quot sunt personae, de quibus quaeritur, computatis intermediis, una dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire, quantum distat abavus a Petruccio, utroque computato et intermediis, quinque sunt personae: deme unam, quatuor sunt gradus. Idem dico de ipso P. ad abnepotem, quia eo modo erit reperire quinque personas: et sic quatuor sunt gradus. Si velis scire, quod distet abavus P. ab nepote P., invenies ibi novem personas computato P., et sic octo erunt gradus. Scias autem, quod iste P. non habet totam suam computationem in arbore. Scias enim, quod quilibet habet duos parentes, quatuor avos, octo proavos, sed decem abavos, et sic semper ascendentes duplicantur. Unde impossibile fuisse tot personas in arbore scribere.

§. 12. Quaero: an inter ascendentes et descendentes prohibitio copulae conjugalis excedat quartum gradum? et dicit Goff., in sum. de consang. et affm. §. Item quantum, quod non, per decr. Non debet, eod. tit., quae generaliter loquitur. Alii communiter contradicentes inter ascendentes et descendentes perpetuum esse prohibitionem dicunt, et quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet; ad hoc 35. quaest. 3. Progeniem. et duobus capitulis sequenti, in quibus dicitur, quod olim non solum usque ad secundum gradum, sed etiam, in quantum notitia erat parentelae, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendente, et alterum ascendente, perdurat prohibitio, ad idem Insti. de nupt. §. 1., ff. de ritu nupt. l. Nuptiae, et hoc verum puto.

§. 13. Ad collaterales transeamus, et ad fratrem et sororem, et causa brevitatis prosequendo solum partem mediam arboris ad modum vericilli; qua intellecta reliqua intelligetur, quod per se patet. Dicamus de fratre et descendentiis. Sub cellula fratris, fratris filius filia, ex illa fratris nepos neptis, ex illa fratris pronepos proneptis, et frater P. est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo secundum leges. Eius filius in secundo secundum canones; in tertio secundum leges. Nepos in tertio secundum canones; in quarto secundum leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto secundum canones, in quinto secundum leges, et sic debet esse utraque punctatio, et isti sunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus stipitem. Fac consequenter stipitem de avo; ex eo patruus amita, ex illa frater patruelis et amitinus, soror patruelis et amitina, ex illa horum filius filia, ex illa horum nepos neptis. Patruus est P. secundo gradu, frater patruelis etiam secundo gradu, filius in tertio, nepos in quarto secundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto, et sic debet esse utraque punctatio. Postea fac proavum stipitem, et habet filios patruum magnum, amitam magnam, avum et aviam, avunculum magnum, et materteram magnam. Illos non prosequimur. Ex cellula patris magni proprii sobrini, proprii sobrini, ex illa horum filius filia, ex illa eorum nepos neptis. Et quia P. distat a proavo, quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo a patruo tertio, et a propdri sobrino tertio, et a filio tertio, et a nepote, qui exit lineam aequalitatis, quarto secundum canones. Secundum leges vero distat P. a patruo magno quarto, a propdri sobrino quinto, et a filio sexto, a nepote septimo, et sic debet esse utraque punctatio. Modo fac abavum stipitem cum tribus filiis, scilicet propatruo, proavo et proavunculo. De proavunculo non prosequor. Ex cellula propatruus oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorum pronepos proneptis. Isti omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite in quarto gradu, et ex illa linea nullus exit lineam aequalitatis, ergo omnes distant quarto. Secundum leges propatruus distat V., filius VI., nepos VII., pronepos VIII., et sic debet esse utraque punctatio.

§. 14. Nunc videndum est, quibus regulis gradus illorum collateralium cognoscantur? Collateralium aequalis lineae unam tradit regulam secundum canones:

§. 15. Collateralium in linea aequali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent: hoc secundum canones. Exemplum pone: quando facis abavum stipitem inter P. et pronepotem propatruus; nam quia illi sunt in linea aequali, quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.

§. 16. Secundum leges vero aliter est, et sic dicimus regulam: Collateralium in linea aequali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis, et ex punctatione, quod praedicti P. et pronepos propatruus distant VIII. Et insurgit illa diversitas, quia

secundum leges quaelibet persona gradum facit in collateralibus. Unde duo fratres faciunt duos gradus: secundum canones vero duae personae faciunt unum gradum. Unde (ut patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo secundum leges: sed computatio eorum ob aliud fit, quam nostra. 35. quaest. 3. cap. 2. Bene ergo dicitur secundum leges, quod in aequali linea collateralium, sive linea sit parvis numeri sive disparis, non est reperire disparem gradum. Vide in linea parvis numeri secunda vel quarta, disparis numeri prima vel tertia. In prima duo gradus, in secunda quatuor, in tertia sex, in quarta octo, quod non est secundum canones, quia in aequali linea disparis numeri habentur disparem gradum, quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum, et sic de singulis.


§. 17. Nunc restat videre de collateralibus in linea inaequali, de quibus traditur talis regula secundum canones: Collateralium in linea inaequali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abavum stipitem, P. et filius propatruus sunt in linea inaequali. Computemus ergo a remotiori, scilicet a P., sed P. distat a stipite quarto gradu: ergo a filio propatruus IV., et idem in descendentiis usque ad lineam aequalitatis: et hoc est, quod dicimus, quod persona addita personae usque ad lineam aequalitatis non crescit gradus, quia propatruus, filius eius nepos et pronepos omnes distant IV. gradu a P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus:

§. 18. Collateralium in linea inaequali quot sunt personas stipite dempto, tot sunt gradus. Unde P. a stipite distat IV., a propatruo V., a filio VI., a nepote VII., a pronepote VIII., et sic quaelibet persona facit gradum. Vides ex supra dictis, quod P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat enim a summo, scilicet abavo, ab imo, scilicet a nepote, ab extremis collateralibus, ab omnibus his quarto, a mediis ceteriori; per quod satis patet, quod cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus, ut puta si pronepos propatruus, vel pronepos fratris procrearet filiam, posset P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas, prohibitio enim, quae per ius positivum processerat, potuit tolli, sed naturalis sunt immutabilia. 5. Dist. in princ.

§. 19. Scire debes, quod communiter dicunt doctores, quod abavus et proavus et avus sunt bigami, dicentes, quod si non essent bigami, non possent filii eorum coniungi, quum essent fratres; sed de hoc non multum curo, quia eadem ratione sic esset de aliis cellulis duplicibus, quod personae earum essent bigami. Unde fingamus, perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quatuor personas, ac si diceretur propatruus et uxor, proamita et maritus, unde duplicatio posita fuit, ut nomina demonstrarent in utroque sexu, non ut eos coniuges denotaret. Sciendum est etiam, quod in collateralibus aequalis lineae bene sequitur ista regula affirmando et negando: Ego et tu sumus consanguinei in linea aequali et ego possum accipere filiam tuam: ergo tu meam. Et negativus: Ego non possum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam. Affirmatio procedit in linea aequali quarti gradus; negativa in tertio vel ceteriori. Sed in linea inaequali hoc non procedit affirmando vel negando, quia, si unus est in quarto, alter in tertio vel ceteriori: qui est in tertio vel ceteriori, potest contrahere cum filia eius, qui est in quarto gradu, et non e converso; unde propatruus, huius filius et nepos contrahere possunt cum filia P., sed non e converso.

§. 20. Demum quaeritur: an collaterales, quorum unus est in quinto et alter in primo, puta filia P. et propatruus, possint adinvicem contrahere? Dicit Hostiensis quod non, et hoc not. Extra eod. c. Quod dilectio, et cap. Tua, et in summa huius tit. de consang. §. Num quid in v. et i. Quod per sua argumenta nititur probare sic: Scilicet pater et filius una persona censentur, C. de impub. et aliis substit. l. ult. Sicut ergo non contrahitur cum stipite, sic nec cum filio stipitis. Bene facit praedicta decret. Tua, ubi fratres videntur poni pro stipite. Contrarium tenet Bern., quod colligitur ex glossa, quam ponit supra eod. tit. c. ult., et Ra. et Io. de Deo., et hoc est verissimum, quod probant verba regulae positae sub eod. c. ult., dum dicit ibi: „descendentium ab eodem; sed certum est, quod propatruus descendit a stipite. Praeterea aut dicit, quod est inter eos prohibitio ascendentium et descendentium, aut collateralium; de primo patet negando, quod certum est, filium P. non descendisse a propatruo. Est ergo prohibitio collateralium: sed certum est, quod isti distant quinto. Quid igitur impediatur istos collaterales contrahere, non video. Ioannes Andreae.

ARBOR AFFINITATIS.



DECLARATIO AFFINITATIS.

Affinitas secundum canones est personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas, quasi duorum ad unum finem unitas, eo quod duas cognationes diversae per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, et alter ad alterius cognationis finem accedit, ut ff. de grad. cognat. l. Non facile §. Affines.

Scias autem, quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur, 35. q. 10. Fraternitatis.

Per carnalem copulam viri et mulieris inter consanguineos mulieris et virum, et inter consanguineos viri et mulierem contrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si vis scire, quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide, quoto gradu est tibi consanguineus tuus, et quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, et semper in primo genere. Dicitum est in regula: „viri et mulieris,“ et non „viri et uxoris,“ quia secundum canones etiam per coitum fornicarium et incestuo-

sum contrahitur affinitas. Patet de eo, qui consang. ux. suae, cap. Discretionem et cap. penult. Inter consanguineos mulieris et virum, et consanguineos viri et mulierem ideo dicitur, quia inter virum et mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, et consanguineos mulieris nulla est affinitas. Unde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater et filius cum matre et filia; sed est affinitas inter consanguineos mulieris et ipsum virum, et consanguineos viri et ipsam mulierem. de consang. et affinit. c. Quod super his.

Regula: Quotiescunque inter unam personam, de quibus quaeritur, et coniugem alterius non est vel non fuit consanguinitas inter quartum gradum inclusive, nulla est prohibitio, ut inter me et coniugem nepotis mei non potest esse matrimonium, quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

Aliud exemplum: Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta, quia inter me et illam relictam nulla est nec fuit consanguinitas.

DECLARATIO ARBORIS AFFINITATIS.

Ad arborem affinitatis et eius materiam transeamus. Et primo videndum est, quid sit affinitas et unde dicatur, et quomodo ipsius genera insurgant, et gradus computentur; deinde arborem formemus. Ponemus postea quaedam notabilia, et quasdam questiones.

§. 1. *Est autem Affinitas personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentela. Hoc secundum canones; sed secundum leges est proximitas proveniens ex nuptiis, et requiritur secundum leges, quod legitima sint nuptiae, non interdictae, ut contrahatur affinitas, ff. de grad. l. Non facile §. Sciendum. Et dicitur affinitas, quasi duorum in unum finem unitas, eo quod duae cognationes diversae per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, et alter ad alterius cognationis finem accedit, ut in ead. l. §. Affines.*

§. 2. *Sed quod per fornicarium coitum et incestuosum secundum nos contrahatur affinitas, patet de eo, qui cogn. consang. ux. suae, cap. Discretionem, et eod. tit. cap. penult. Sed consideratio legis fuit circa hereditates et tutelas deferendas, et ne quis cogatur aduersum affinem testimonium dicere, ff. de gradib. l. Iurisconsultus in princ., et ff. de testib. l. 3., et 4. quaest. 3. §. Item in criminali vers. Item lege Iulia. Sed canon quoad matrimonia prohibenda consideravit unionem carnis, quae insurgit ex copula. Et est videre secundum hoc, quod concurrere potest attinentia consanguinitatis et affinitatis, ut si quis cognoscat consanguineam suam, omnes consanguinei utriusque sunt utriusque affines. Scias autem, quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur, 35. quaest. 10. c. Fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quae fit extra claustra pudoris, 35. quaest. 3. c. Extraordinaria, et adde, quod ibi not.*

§. 3. *Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdum sine, et publica honestas interdum sine affinitate ut, si cognosco uxorem vel sponsam, hic impedimentum est publicae honestatis et affinitatis; si cognosco non sponsam, hic affinitas sola est; si sponsam nondum cognovi, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia, si mortua est uxor tua, et vis contrahere de dispensatione ecclesiae cum consanguinea sua, et ecclesia dispensat, quod possis contrahere cum illa, non obstante, quod sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc contrahere non poteris; quia, licet sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatum est impedimentum publicae honestatis. Debes ergo facere exprimi, quod possis cum tali contrahere non obstante impedimento publicae honestatis pro eo, quod desponsasti consanguineam eius in quarto gradu, et non obstante, quod est tibi affinis in quarto pro eo, quod dictam desponsatam carnaliter cognovisti, et tunc matrimonium procedere poterit.*

§. 4. *Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non*

gradus. Persona addita personae per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si is, qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscat mulierem, illa est mihi secundo gradu affinitatis, et primo genere; si alius eam cognoscat, ille attinet mihi secundo genere affinitatis, et secundo gradu; si ille aliam mulierem cognoscat, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, et secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionem, et quia B. plene tradidit Ex tra de consang. et affina, cap. Non debet, hic circa hoc non insisto. Ergo si persona mihi consanguinea coniungat sibi aliam personam carnali copula, persona iuncta est mihi affinis primo genere affinitatis: si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri commisceat, illa attinet mihi secundo genere; si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est, quod affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere, et in illo usque ad quartum gradum, licet affinitas non habet suam specialem computationem graduum, sed computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire, quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, vide, quoto gradu est tibi consanguineus tuus secundum regulas, quas tradidi in proxima arbore, et quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, et semper in primo genere.

§. 5. *Nunc formemus arborem. Et in medio arboris sunt quatuor cellulae, et in prima superiori ponitur primum gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quaeritur: quare ponantur in medio fratris et sororis? Secundo: quare non exprimentur attinentiam, dicendo, primum gradus affinitatis, et sic de singulis? Ad primum dic, hoc fuisse, ut detur intelligi, quod affinitas oritur ex consanguinitate, et quod ab utroque sexu virili et femineo affinitas contrahatur. Ad secundum dic, attinentiam non fuisse expressam, ut illa computatio graduum ad consanguinitatem et affinitatem referatur; unde soror et frater sunt in primo gradu consanguinitatis, et frater et vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, et sic de aliis. Deinde a latere dextro dictae lineae ponitur alia linea quatuor cellulas continens; in prima scribitur frater, in secunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea, continens alias quatuor cellulas, in quarum prima scribitur uxor fratris olim relicta, in secunda uxor filii fratris, in tertia uxor nepotis fratris, in quarta uxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt aliae quatuor cellulae, quarum prima soror, secunda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad dorsum harum sunt aliae quatuor; prima vir sororis olim relictus, secunda vir filiae sororis, tertia vir neptis sororis, quarta vir proneptis sororis. Ponuntur etiam*

alias duae cellulae, una a latere dextro continens, relictus relictas fratris: a sinistris, relictas relictis sororis, quae secundum omnes ponuntur ad decorem, et ad demonstrandum genera affinitatis, quae hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum una oritur in cellula fratris, et terminatur in cellula viri sororis, in qua scribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quae oritur in cellula sororis, et terminatur in cellula uxoris fratris, in qua idem scribitur.

§. 6. Circa hoc quaero: quare in cellula uxor fratris scribitur: „olim relictas“, quod non ponitur in aliis cellulis inferioribus eiusdem lineae? Et dic, hoc factum fuisse propter cellulam, quae ponitur ad dorsum illius, quasi dicat, frater habuit uxorem, mortuo fratre uxor ab eo relictas contraxit cum alio viro, illa deum moriua, isto relictas a relictas fratris, vult contrahere cum serore, numquid potest? Olim non poterat, quia erat tibi in secundo genere et primo gradu, hodie vero potest. Idem sit repetitur quoad cellulam viri sororis.

§. 7. Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis et genus tam per formam arboris, quam ex prius dictis, tolle hanc solam regulam magistralem: Per carnalem copulam viri et mulieris inter consanguineos mulieris et virum, et inter consanguineos viri et mulierem contrahitur affinitas primi generis, et eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Quare dicatur in regula „per carnalem copulam viri et mulieris“, et non viri et uxoris, collige ex his, quae in principio dixi. Inter consanguineos mulieris et virum, et consanguineos viri et mulierem, ideo dixi, quia inter virum et mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri et consanguineos mulieris nulla est affinitas, unde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater et filius cum matre et filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris et ipsum virum, et consanguineos viri et ipsam mulierem, Extra de consang. et affin. c. Quod super his. „Primi generis“ quare dixerim, etiam ex superioribus patuit, et „eiusdem gradus, cuius est consanguinitas“, vide hoc in arbore; nam frater et soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis, et sic uxor fratris sorori, et sic filia sororis est filio fratris et ipsi fratri in secundo gradu consanguinitatis, maritus eius in secundo gradu affinitatis, et o conuerso, et sic in reliquis. Unde vir proneptis sororis attingit fratri et omnibus descendantibus, qui sunt in arbore, quarto gradu affinitatis, et hoc ideo, quia toto gradu consanguinitatis attingit praedictis ipsa proneptis. „Qui sunt in arbore“, ideo dixi, quia si proneptis fratris haberet filium, ille excederet lineam aequalitatis, et sic attingit quinto gradu secundum regulas traditas in proxima arbore.

§. 8. Post hoc notandum est, illud praecise non sequitur: Ego et tu sumus affines, ergo filius, quem procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiae, quia ego sum tibi affinis, et ipse consanguineus; interdum nil attingit tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum: si ego et tu sumus affines per appositionem mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis; sed si ego maritus consanguineae tuae ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si vero tu consanguineus uxoris meae filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiae, quia tu pater es mihi affinis, et ipse affinis; sed si tu et uxor mea eratis in aequali linea vel inaequali, et eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo vel primo: tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, et ipse mihi in

quarto. Si vero tu et uxor mea eratis consanguinei in linea inaequali, sed uxor mea erat remotior, ut quia ipsa in tertio, et tu in secundo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, et ipse affinis, tu in tertio gradu, et ipse in tertio gradu. Item nota, quod istud etiam non sequitur: Ego et tu sumus affines, et ego non possum accipere filiam tuam; ergo nec tu meam: quia si habeam consanguineam tuam in uxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere; quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri et consanguineos mulieris, sed inter virum et consanguineos mulieris, et inter mulierem et consanguineos viri, ut dixi, et probatur Extra de consang. et affin., c. Quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsitan illa excederet quartum gradum, ut quia esset in quinto, et est simile secundum quod dixi supra in proxima arbore circa finem.

§. 9. Nunc quaeritur: an affinitas inter ascendentes et descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum usque ad quartum gradum? Et si teneremus opinionem Goffredi, de qua dixi supra in arbore proxima circa medium, diceremus, quod usque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus, quod prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quod ita abstinere debemus a consanguineis uxoris, ut a propriis, Extra de consang. et affin. cap. 1., 35. quae 3. De propinquis, et cap. Aequaliter. Si ergo inter consanguineos ascendentes et descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines; ad idem Institut. de nupt. §. Affinitatis, et dicit lex, quod tales affines ascendentes et descendentes habentur loco parentum et liberorum, ff. de gradibus l. Non facile §. Et retro in fine. Eodem modo posset formari quaestio de affinibus, quorum unus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proxima in fine. An autem liceat diversis temporibus habere in uxores duas cognatas, scilicet uxores duorum fratrum, et an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permissio simul manere possint, de hoc vide sat. Extra de consang. et affin., cap. Non debet.

§. 10. Ultimo quaeritur ad utramque arborem, an prohibitio consanguineorum vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitionis divina, an ex humana, et quare facta fuit prohibitio? Breviter scias, quod olim propter necessitatem frater necessario habuit contrahere cum sorore, et consanguinei cum consanguineis, unde tunc in collateralibus non erat prohibitio. Hoc fuit a principio generis humani in filiis et nepotibus Adae; hoc etiam fuit post diluuium in nepotibus Noë. In Levitico vero prohibita fuerunt fere duodecim personae, quas vide not. Extra de restit. spol., cap. Literas, et de divorc. cap. Gaudemus. Demumius positivum canonicum prohibuit consanguineos et affines primi generis coniungi in septimo gradu et ceteriori, quae prohibitio postea usque ad quartum gradum est restricta Extra eod. c. Non debet, revocatis etiam quibusdam aliis prohibitionibus, ut patet. Revocatio vero fuit ex causa, quae ibi ponitur, et Extra de testibus, cap. Licet ex quadam, per quod patet, quod prohibitio partim procedit ex iure divino, et partim ex positivo. Unde in secundo gradu aequalis lineae collaterales contrahere possunt iure divino, sed non positivo. Ratio vero prohibitionis sumitur 35. qu. 1. §. 1. cap. 1., fuit enim propter caritatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater et socer, mater et socrus, vir et frater etc. Sed si alium habeo patrem, alium socrum, numerosius se caritas protenderet, in qua universi fideles et praecipue studentes continue perseverent per gratiam eius, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.

SUMMORUM PONTIFICUM

QUORUM IN DECRETALIUM COLLECTIONIBUS CONSTITUTIONES EXSTANT

SERIES CHRONOLOGICA.

Alexander III.	elect.	A.	1159.	obiit	A.	1181.	Honorius II.	elect.	A.	1124.	obiit	A.	1130.
Alexander IV.	"	"	1254.	"	"	1261.	Honorius III.	"	"	1216.	"	"	1227.
Benedictus XI.	"	"	1303.	"	"	1304.	Innocentius II.	"	"	1130.	"	"	1143.
Benedictus XII.	"	"	1334.	"	"	1342.	Innocentius III.	"	"	1198.	"	"	1216.
Bonifacius VIII.	"	"	1294.	"	"	1303.	Innocentius IV.	"	"	1243.	"	"	1254.
Calixtus III.	"	"	1455.	"	"	1458.	Ioannes IX.	"	"	898.	"	"	900.
Clemens III.	"	"	1187.	"	"	1191.	Ioannes XXII.	"	"	1316.	"	"	1334.
Clemens IV.	"	"	1265.	"	"	1268.	Leo I.	"	"	440.	"	"	461.
Clemens V.	"	"	1305.	"	"	1314.	Leo III.	"	"	795.	"	"	816.
Clemens VI.	"	"	1342.	"	"	1352.	Lucius III.	"	"	1181.	"	"	1185.
Coelestinus III.	"	"	1191.	"	"	1198.	Martinus IV.	"	"	1281.	"	"	1285.
Eugenius II.	"	"	824.	"	"	827.	Martinus V.	"	"	1417.	"	"	1431.
Eugenius III.	"	"	1145.	"	"	1153.	Nicolaus I.	"	"	858.	"	"	867.
Eugenius IV.	"	"	1431.	"	"	1447.	Nicolaus III.	"	"	1277.	"	"	1280.
Gregorius I.	"	"	590.	"	"	604.	Nicolaus IV.	"	"	1288.	"	"	1292.
Gregorius II.	"	"	714.	"	"	731.	Paschalis II.	"	"	1099.	"	"	1118.
Gregorius VI.	"	"	1044.	abdic.	"	1046.	Paulus II.	"	"	1464.	"	"	1471.
Gregorius VII.	"	"	1073.	obiit	"	1085.	Sixtus IV.	"	"	1471.	"	"	1484.
Gregorius VIII.	"	"	1187.	"	"	eod.	Symmachus	"	"	498.	"	"	514.
Gregorius IX.	"	"	1227.	"	"	1241.	Urbanus III.	"	"	1185.	"	"	1187.
Gregorius X.	"	"	1271.	"	"	1276.	Urbanus IV.	"	"	1261.	"	"	1264.
Hadrianus IV.	"	"	1154.	"	"	1159.	Urbanus V.	"	"	1362.	"	"	1370.